SC.15.Pl.4.

37
23 D
3

ALPHONSI TOSTATI HISPANI EPISCOPI ABVLENSIS

PHILOSOPHI THEOLOGI,

Ac Pontificij Iuris, Cæſareique conſultiſſimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritiſſimi

Commentaria in LEVITICVM;

ANTEQVAM IMPRIMERENTVR CORRECTA, DVM EXCVDERENTVR diligenter reuiſa, ac demum impreſſa a quamplurimis erroribus expurgata.

Addito Quadruplici Indice copioſiſſimo, fideliſſimoq;

PER R. P. F. PAVLINVM BERTI LVCENSEM ORD. EREMIT. S. Auguſt. Congreg. Lombardiæ Sacræ Theologiæ Lectorem, & S. Iacobi Florentiæ Priorem.

Ad COSMVM II. Magnum Hetruriæ Ducem IV.

B



A

B.FONS.AR.

VENETIIS. M DC XV.

De Licentia Superiorum, & cum Priuilegijs.

ALPHONSI TOSTATI
EPISCOPI ABVLENSIS,
COMMENTARIORVM
In Leuiticum. Præfatio.

תורה. *τὸ λευιτικόν.*

SECVNDVM Hebræos liber iſte, quem nos Leuiticum, Græcè à Leuitis, Latinè Offertorium, vel Sacerdotalem dicimus, tanquam ad eorum officium ſpecialiter pertinentem, tertia eſt diſtinctio magni Libri Moyſis, quem ipſi Thorath, vel Homas, nos Pentateuchum dicere conſueuimus. Deus ergo volens hunc populum ſibi facere peculiarem ex cunctis populis terræ, vt Exodi 19. cap. cum alij populi, generali creationis, & gubernationis beneficio ſui eſſent, hunc debuit donis ſpecialibus prædotare, vt à gente ſancta, & non contaminata in ſpurcitia idolorum Meſſias futurus Chriſtus Ieſus naſceretur. Et quia tota hominis vita eſt quædam ordinatio ad finem vitæ æternæ, dedit eis legem ſine aliquo errore ad finem optatum regulantem. Et quia homo ordinatur ad Deum, & proximum, data ſunt præcepta cæremonialia, quæ ad ſpecialem Dei cultum pertinent, in quibus propriè fundatur fœdus eius ad illos, vt ſint peculiaris populus eius. Et hæc cæremonialia vocantur, & ſunt, quæcunq; Sacerdotes agunt ad Dei cultum, vt oblationes, & ſacrificia: & quæcunque populus agit, vel patitur in ordine ad Sacerdotes, vt mundatio lepræ, & iudicium de illa, ſiue in homine, ſiue in veſtibus, aut domo: & de punitione, & mundatione ab alijs peccatis, vel maculis, ſiue irregularitatibus, vt de viro ſpermatico, & blaſphemo, & muliere menſtruata, vel quæcunque totus populus agit immediatè in ordine ad Deum, vt abſtinere à carnibus immundis, & morticinijs: multa quoque alia, quæ in Deum ſolum ordinant, inter quæ, quia principatum obtinent ſacrificia, per quæ fit magis expreſſa manifeſtatio cultus interioris, qui in fide, & ſpe, & charitate conſiſtit, iuxta Auguſt. in Enchiridio, ideo liber iſte Offertorius, ſiue Leuiticus dicitur, agens de qualitate oblationum, & ſacrificiorum, & Sacerdotum diſpoſitione, & de habitudine offerentium, & de quibuſdam iuribus Leuitarum. Alia autem, quæ nos ad proximum ordinant, alium habent locum.

Quare Deus dedit præcepta cæremonialia. Quæ ſunt præcepta cæremonialia. Cur liber iſte Offertorius, ſiue Leuiticus appelletur.

Sed quia ſacrificia non ex ſeipſis, ſed ex offerentium deuotione propter eum, qui mandabat, accepta erant: fuerunt quatuor principalia inductiua, quare inſtituta fuerint. Primum autem, vt per hoc laus quædam Deo tribueretur: vt cultus, qui in cordis medulla latebat, cunctis extra pateret: & per exteriores operationes ab interiori cultu imperatas, interior habitus ad magis merendum fortior redderetur. Secundum verò huiuſmodi inductiuum fuit, quia Iudæi erant proni, vt idolis immolarent: maluit ergo eos Deus ſibi quàm idolis immolare. Tertium quidem ſacrificiorum inductiuum fuit, vt per occupationes variorum ſacrificiorum, & cæremonialium obſeruationum, otioſitas tolleretur, quæ multis malis initium tribuit, & fomentum. Quartum etiam ſacrificiorum incitatiuum fuit, vt per hæc vmbratica ſacrificia Agni immolandi veritas ſignaretur: quoniam iuxta Apoſtolum 1. ad Corinth. 10. cap. Omnia in figura contingebant illis. Prima igitur pars, quæ de offerendis ſacrificijs agit vſque ad 8. capitul. tendit; Secunda verò, quæ de offerentibus eſt vſque ad 23. capitul. extenditur; Tertia autem, quæ de temporibus offerendi eſt, in capit. 27. conſummatur; Quarta demum, quæ de votorum redemptionibus agit, cum ipſo fine libri concluditur. Nunc verò adhuc vlterius conſiderandum eſt de nomine, & cauſa huius libri. Et quoniam liber iſte, ſicut, & ceteri ſacræ Scripturæ Canonicæ in tribus linguis, ſcilicet, Hebræa, Græca, & Latina receptus eſt, ideo in triplici idiomate con-

Sacrificia cur inſtituta ſint. Diuiſio libri. De cauſa, & nomine huius libri in tribus linguis.

gruum nomen ſortitus eſt. Primo autem apud Hebræos liber iſte (vaijcra de elmoſe) dicitur, quod quidem non eſt vnicum, atque ſpeciale nomen libri alicuius: ſed eſt quædam complexa oratio, quæ ſignat. (Et vocauit Moyſen.) hoc autem, quoniam apud Hebræos, vt plurimum moris eſt, libros ſuos ab exordijs appellare. Et quoniam libri huius principium in Latino, & Hebræo ſic eſt, ideo eum mos Hebraicus ſic nuncupauit. Apud Græcos autem liber iſte Leuiticus dicitur, quod quidem nomen à Leuitis eſt.

Leuita duo ſignificat. Iuxta quod animaduertendum eſt, quòd Leuita duo ſignificat, ſcilicet, interdum progeniem, interdum verò officij nomen eſt. Genus quidem ſignificat, vt cum eos Leuitas dicimus, qui à vero Leui originem trahunt: Tunc officium Leuita ſignificat, cum illos Leuitas appellamus, qui cuidam ſpeciali miniſterio, quod dicitur Leuitarum, applicati ſunt.

Iuxta hæc autem nunc inquirendum eſt, cum à Leuitis liber iſte Leuiticus nuncupetur, in qua duarum ſignificationum prædictarum Leuitæ aſſumantur. Nec quidem quiſquam aſtruere poterit Leuiticum à Leuitis, prout officiales ſpecialiter ſunt, dici, quoniam de eorum officijs, aut rariſſimè, aut nunquam hic agitur, ſed potius in 3.4.7.& 8. capit. libri Numerorum eorum diſtincta officia iuxta ætatem, & familias continentur. *Trib. Leuitarum diuiſio.* Adhuc autem vt his plenior detur intellectus, animaduertendum eſt, quod tota Leuitarum tribus in quatuor principales familias diſtributa eſt, ſcilicet, in Amramitas, Caathitas, Meraritas, & Gerſonitas, vt habetur Numeri 3. cap. Familia autem Amramitarum erat pro Sacerdotibus ſeparata, licet aliqui de illa alia minora officia haberent. De hac autem familia erat Aaron, qui ſummum Pontificatum gerebat. Erant ſimiliter filij eius, qui etiam vt minores miniſtrabant Sacerdotes. Ad hos autem pertinebat omnis miniſtratio, quæ fiebat in Sanctuario tam intra Sancta Sanctorum, quod pertinebat ad ſummum Sacerdotem, quàm in ſecunda parte Tabernaculi, quæ vocabatur Sanctum, in qua erat miniſtratio in altari thymiamatum, & in candelabro, & menſa propoſitionis, quàm etiam extra Tabernaculum in atrio in offerendo victimas ſuper altare holocauſtorum. Ad has autem miniſtrationes, nemo accedere præſumebat, niſi Aaron, & filij eius, & ſi quiſquam extraneorum accederet, moreretur, vt patet Numeri 4. & 18. cap. Secunda familia Leuitarum erat cognatio Caathitarum. Ad hos autem pertinebat, vt portarent arcam teſtimonij cum propitiatorio, Cherubin, & altare holocauſtorum, & thymiamatum, & candelabrum, & menſam propoſitionis, & ſimilia ſupellectilia, vt patet Numeri 3. & 4. capit. Tertia familia Leuitarum erat Meraritarum cognatio. Ad hos autem pertinebat portare cortinas Tabernaculi, & operimentum de ſagis, & de pellibus rubricatis, atque de pellibus hyacinthinis, & velum, quod pendebat ante Sancta Sanctorum, & velum, quod pendebat in introitu Tabernaculi, omnia quoque tentoria, quæ in totius atrij circuitu poſita erant. Fiebat autem iſta portatio, cum caſtra mouenda erāt, & cum rurſus figerentur caſtra, atque erigeretur Tabernaculum, diſponebant iſta tentoria, & omnia velamenta ſicut ad neceſſitatem, & pulchritudinem Tabernaculi competebat. De his Numeri quarto capit. Quarta Leuitarum cognatio erat familia Gerſonitarum, ad hos verò pertinebat, vt cum caſtra mouenda forent, portarent columnas atrij, & Tabernaculi, capita, & baſes, & vniuerſas tabulas Tabernaculi cum vectibus, & baſibus ſuis, & cum rurſus Tabernaculum erigendum erat, iſti figebant tabulas & columnas; vniuerſa iuxta exigentiam miniſterij ſui. In hoc autem omnium Leuitarum miniſteria, quæ à principio fuerunt, conſummantur. *Differentia inter Leuitas & Sacerdotes.* Et quamuis omnes iſtæ familiæ ſecundum originem Leuitæ eſſent, tamen ſecundum officium non omnes Leuitæ vocabantur, quoniam qui ad primam familiam harum, ſcilicet Amramitarum pertinebant, vt Aaron, & poſteri eius, nunquam Leuitæ, ſed Sacerdotes appellabantur: alij autem de alijs tribus familijs, ſcilicet Caathitarum, & Meraritarum, atque Gerſonitarum in Sacra Scriptura Leuitæ communi nomine appellantur, quoniam officium eis aſſignatū ſic illos ſpecialiter vocari fecit.

Nunc igitur ſi Leuitas ab officio nuncupemus, ſatis liquebit, Leuiticum librum ab eis minimè dici, quoniam hoc pacto oporteret, vt præcipua, aut omnia, quæ iſte liber Leuiticus tractaret, ad iſtorum Leuitarum ſpecialia officia tenderent: ſed hoc conſiſtere non poteſt: quoniam aut nunquam, aut rariſſimè de aliquo, quod ad Leuitarum officia ſpecialiter pertineat, hic agitur, nequaquam igitur ab officio Leuitarum liber iſte Leuiticus debuit nominari. Aliam autem Leuitarum attendentibus ſignificationem, ſ. prout Leuita originem notat, inquirendum erit, an ab hoc modo Leuitarum liber iſte Leuiticus appelletur. Cui reſpondendum eſt, hoc modo Leuiticum librum à Leuitis nominari non poſſe, quoniam Leuitis, vt erat vna tribus, non correſpondebat aliquod ſpeciale miniſterium, aut operatio, quod in libro iſto, vel alio tradi deberet. Et ſi adhuc vellemus omnes Leuitas accipere, ad quos diuerſæ miniſtrationes, & officia pertinent, eoſq. omnes velut in maſſam vnam redigere, tamen liber iſte ab eis hoc modo Leuiticus vocari non poterat: quoniam cum ad omnes Leuitas à viro Leui originem trahentes aliqua ſpecialis miniſtratio circa opera Sanctuarij pertineret, oportebat, vt omnium illarum hic deſcriberentur miniſtrationes, quod minimè verum eſt: quoniam etſi Aaron, & filiorum eius, qui de Amramitarum familia erant, hic miniſtrationes ex parte deſcribantur, Caathitarum tamen, Gerſonitarum, atque Meraritarum nulla ponitur miniſtratio. Cum ergo relictis officijs trium partium Leuitarum,

tarum, ſolius quartæ partis miniſtrationes deſcribantur, à Leuitis, vt Leuita originem notat, liber iſte appellari non poterit. Concludentibus igitur nobis dicendum eſt, quòd propriè ſumpto vocabulo, Leuitarum, in nulla eius ſignificatione liber iſte Leuiticus dicitur: ſed eſt quidam alius modus accipiendi Leuitas, vt ſoli illi Leuitæ dicantur, quos Sacra Scriptura vſitato nomine ſemper Sacerdotes appellat. & hoc modo neceſſarium eſt ſolum Aaron, & poſteros eius Leuitas dici: quoniam hi ſoli in Veteri Teſtamento Sacerdotale miniſterium aſſumpſerunt. Igitur dicendum erit, librum hunc Leuiticum à Leuitis hoc modo tertio ſumptis appellari, quoniam in hoc licet multa, quæ ad ſingulares perſonas, multa quoque, quæ ad Iſrael totum pertinent, ſcribantur; præcipuus tamen in eo labor eſt, vt ea, quæ ad Sacerdotum miniſteria pertinent, differantur, & hos in hoc tertio modo ſolos Leuitas nuncupamus. In Latino autem idiomate, quanquam huius libri nomen apud nos, aut abolitum, aut inuſitatum ſit, Offertorius, aut Sacrificatorius dicitur; & rectè quidem: quoniam licet quædam alia hic dicantur, quæ ad ſacrificia non pertineant, præcipua tamen occupatio eſt, vt de ſacrificijs, & de his, quæ homines ordinant ad conuenientem ritum ſacrificiorum, leges apponantur.

ALPHONSI TOSTATI
EPISCOPI ABVLENSIS,
IN LEVITICVM
Commentaria.

CAPITVLVM PRIMVM.

Ritus holocauſtorũ de pecoribus.

VOCAVIT *autem Moyſen, & locutus eſt ei Dominus de Tabernaculo teſtimonij, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Homo, qui obtulerit ex vobis hoſtiã Domino de pecoribus, id eſt, de bobus, & ouibus offerens victimas, ſi holocauſtum fuerit eius oblatio, ac de armento, maſculum immaculatum offeret ad oſtium Tabernaculi teſtimonij ad placandum ſibi Dominum: ponetq; manum ſuper caput hoſtiæ, & acceptabilis erit, atque in expiatione eius proficiens: immolabitq; vitulum coram Domino, & offerent filij Aaron Sacerdotes, ſanguinem eius, fundentes per altaris circuitum, quod eſt ante oſtium Tabernaculi. Detractaq; pelle hoſtiæ, artus in fruſta concident, & ſubijcient in altari ignem, ſtrue lignorum ante compoſita, & membra, quæ ſunt cæſa, deſuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta, quæ adhærent iecori, inteſtinis, & pedibus lotis aqua: adolebitq; ea Sacerdos ſuper altare in holocauſtum, & ſuauem odorem Domino.*

Exo. 29. infra 3. & infra 4.

Per quæ præcepta Deus ſibi magis vniuerit populum Iudaicum? Quæſt. 1.

VOCAVIT. Intendebat Deus dare legem Moyſi, per quam populus Iſraelitarum in eum ordinaretur: ideo, vt hęc conuenienter fierent vocauit eum, vt has leges reciperet. Sciendum aũt, ꝙ Deus voluit facere ſibi populum Iudæorum peculiarem de cunctis populis terræ, vt habetur Exo. 19. & Deut. 7. c. ideo iniuit cum eis fędus, per quod ipſi ſpecialiter populus Dei eſſent. Et licet omnia præcepta, quæ Deus Iudæis dedit, pertinerent ad vnam legem: tñ tria genera præceptorum erant, quorum prima moralia erant. ſ. præcepta Decalogi: ſecunda aũt iudicialia: tertia verò cęremonialia, ſiue legalia dicebãtur. Per quodliber aũt horum trium generum Deus vniuit ſibi populum Iudęorum: ſpecialiter tñ per quędã illorum. Vnde dicendum eſt, ꝙ quamuis Deus vnierit ſibi populum Hebræorum dando ſibi præcepta Decalogi in monte Sinai, quæ nulli alii genti dedit, nec demonſtrauit eis vocem ſuam, vt hr̃ Deut. 5. cap. tñ non ita propriè Deus pepigit fœdus cum Iſraelitis, dando eis præcepta Decalogi, ſicut cum iudicialia, & cęremonialia præcepta tribueret. Cuius ratio eſt: qm̃ in eo Deus vniebat ſibi ſpecialiter Iudaicum populum, in quo à ceteris populis differebat, ſed magis Iudæi ab aliis gentibus per cęremonialia, ac iudicialia diſtinguebantur præcepta, q̃ per Decalogi præcepta, quæ moralia, & naturalia erant: ideo ſpecialius fędus Dei, & Hebræorum in præceptis cęremonialibus, & iudicialibus, quàm in præceptis Decalogi initum eſt. Antecedens patet, ſ. ꝙ ſpecialius ſe haberet Deus ad Iſraelitas per præcepta iudicilia, & cęremonialia, q̃ in præceptis Decalogi: quoniam licet Deus Hebræorum genti Decalogi præcepta in voce tubæ tribuerit, quod nulli alteri genti factum eſt: tñ antequam iſta præcepta darentur, Iudæi ad illorũ obſeruationem obligati erãt, qm̃ naturalia ſunt, & inſunt nobis in principiis rationis practicæ. Solum ergo differebant Iudæi ab aliis gentibus in præceptis Decalogi, ꝙ illa Deus Iudæis in voce dediſſet: aliarum autem gentium nulli.

De differentia præceptorum moraliũ à iudicialibus & cæremonialibus.

In obligatione tñ iſtorum præceptorum apud Iudęos, & ceteras gentes nihil differebat: qm̃ ſicut Iudæi ad iſta, ita & aliæ gentes obligatæ erant: qm̃, vt prælibatum eſt, naturalia ſunt. Hæc igitur à ſæculis omnes gentes ad ſui obſeruationem obligarunt. In præceptis aũt cęremonialibus, & iudicialibus magis inter Iudęos, & alias gentes differebat: quia cæremonialia, & iudicialia Hebræorum populo data ſunt, aliarum aũt gentium nulli. Item quoniam præcepta cæremonialia, & iudicialia licet poſt ſui dationem Hebræos ad obſeruationem obligauerint: ante tñ quàm darentur, nullatenus obligabant, ſicut præcepta Decalogi ante ſui dationem à ſæculi exordio obligationem inducebant. Item qm̃ præcepta cęremonialia, atque iudicialia ſolos Iudæorum populos obligauerunt, Gentilium aũt neminem vnquam obligabant: Econtrario tñ de præceptis Decalogi dicebatur. Magis igitur Deus ſibi Iudæos per cæremonialia, & iudicialia vniuit præcepta, quàm per Decalogum datum. Amplius aũt conſiderandum eſt, ꝙ quamuis cæremonialia, atque iudicialia pręcepta Iſraelitas ſpecialiter Dęo in peculiarem populum

Iudæi magis vniebantur

Deo per præcepta cæremonialia, & iudicialia, quam per præcepta Decalogi.

vnierint, non tñ æqualiter hoc faciebant, magis quippe Iſraelitæ cæremonialibus, quàm iudicialibus vniti erant. Huius aũt ratio manifeſta eſt: qm̃ id nos magis Deo vnit, per quod ſpecialius in eum dirigimur. Sed Iudaicus populus magis in Deum per cæremonialia, quam iudicialia dirigebatur. Magis ergo illi cæremonialibus q̃ iudicialibus iunctus erat. Quod aũt cæremonialia directius Iſraelitas in Deum quàm iudicialia ordinarent, ex hoc apparet: quia iudicialia erant quædam præcepta directiua Hebræorum, prout vnus in alterum dirigebatur, ne vnus alteri noceret, & qualiter ei proficiẽdo bene ſe haberet. Erant igitur duo in præceptis iudicialibus, ſ. ꝙ alicui proficeretur, & ꝙ Legiſlatori dicẽti obediretur, vnum aũt horum ſolum in Deum ordinabatur, ſ. ꝙ cum aliquis Hebræorum præcepta iudicialia cuſtodiret, Deũ honorabat, qui legem iſtam tribueret, alterum vero, ſ. vtilitas quæ proueniebat ex obſeruatione legis, in Deum dirigi non poterat, ſed ſolum in proximum, cum aliquis Iudęus iſtas iudiciales leges obſeruando alteri prodeſſet, aut ſaltem nocumentum, quod ei aliàs infligi poterat, auferret. In cæremonialibus autem præceptis ſic nõ erat: qm̃ ſicut in iudicialibus præceptis duo ſunt, ſ. obedientia ad Legiſlatorem, & vtilitas, quę prouenit ex lege obſeruata, ita eſt in cęremonialibus, tamen in iudicialibus ſolum vnum illorum, ſcilicet obedientia ad Legiſlatorem in Deum dirigebatur, alterum vero, ſ. vtilitas obſeruatæ legis non ad Deum, ſed ad proximum erat. In cæremonialibus tamen vtrumque in Deum dirigitur; quod appatet: qm̃ cum aliquis præcepto cæremoniali obedierit, Deum honorat, qui tribuit illam legem. Secundum verò, ſcilicet, vtilitas legis obſeruatæ in cæremonialibus ad Deum ſolum eſt, quoniam cum aliquis obſeruat præceptũ de ſacrificando, vel de feſtiuitatibus, & ſimilibus in hoc ſibi nihil prodeſt, quoniam potius quandoque ſeipſum depauperat, ſed hęc directè tendunt ad laudem, & gloriam Dei. Neceſſario igitur concludentes dicimus, ꝙ quamuis populus Iudęorum Deo, tam per præcepta iudicialia quàm cæremonialia peculiaris efficeretur, magis tamen ei vniebatur cæremonialibus, quàm iudicialibus.

Duo erãt in iudicialibus præceptis.

Deus fecit librũ ſpecialem de præceptis cæremonialibus, non tamen de iudicialibus.

Ex hoc autem ſequitur, quod in hoc Leuitico manifeſtum eſt, ꝙ Deus fecerit aliquẽ ſpecialem librum de cęremonialibus præceptis, de iudicialibus autem nullũ, ſed ea ſparſim alijs libris inſeruit. Item, ꝙ plura fecerit præcepta cæremonialia, q̃ iudicialia: cauſa eſt, quia iudicialia tendebant in proximum, cęremonialia vero in Deum ſolum dirigebãtur. Et quoniam inter omnia cæremonialia præcepta nullũ eſt quod directius in Deũ ordinetur, nec deitatis eius ita manifeſtatiuum ſignum ſit, ſicut oblatio, & ſacrificia ei facta, qm̃ ab antiquo hoc ſeruatum eſt, vt quamuis aliæ reuerentiæ, & obſequia hominibus exhiberentur, ſacrificium tamen nulli vnquam impẽſum eſt niſi ei, qui Deus verus erat, aut quem Deũ verum rudis ęſtimaſſet antiquitas, ideo inter cetera cæremonialia præcepta ſacrificiorũ inſtitutio præcipua fuit, & de hac in hoc Leuitico vberius, atque diſtinctius agitur. Primum igitur huius Leuitici cap. de ſacrificijs agit, & diuiditur in duo: quia primò agitur de ſacrificiorum, & oblationum actu. Secundò, de eorum eſu, in c. 6. *Hæc eſt lex ſacrificij.* In quo ſciendum eſt, ꝙ aliqua offerebantur interpolatè, aliqua verò quotidie: de ſecundis agitur infra in princ. 6. c. Item ſciendum, aliqua offerri ex mera deuotione, alia verò pro beneficij impetratione, alia autem pro peccatorum, & delictorum remiſſione. De primis agitur in hoc 1. 2. & 3. capitulis: de tertijs in 4. c. Circa hoc adhuc ſciendum eſt, ꝙ aliquando fiebat immolatio de animalibus, quæ vocatur ſacrificium; & aliqñ de non viuentibus, vt de pane, & farina, & iſta vocatur oblatio. De prima agitur hic; de ſecunda in c. 2. Prima in duas, quia primò agitur de ſacrificio greſſibilium; ſecundò de ſacrificio volatilium; ſecũda ibi: *Si de auibus.* Prima in duas: qa primò agitur de oblatione maiorũ animaliũ; ſecũdo, de oblatione minorum; ſecunda ibi: *Qui ſi de pecoribus.* Circa primum dr̃: *Vocauit autem.* In quo ſciẽdum, ꝙ cũ Deus daret legem Moyſi de ſacrificijs, & alijs cæremonijs, & non daret eam publicè toto populo audiente, ſicut cũ dedit legem decem pręceptorum, vt hr̃ Exo. 19. oportebat, ꝙ daret eã per aliquem

Nihil ita Deitatis expſſiuũ eſt ſicut ſacrificium.

Oblatio multiplex.

Differentia inter ſacrificium, & oblationem.

F miniſtrum, qui ferret eã, & recitaret coram populo. Iſte aũt erat Moyſes, quem ad hoc Deus ſpecialiter elegerat, & quia Moyſes neſciebat, qñ Deus vellet dare leges, vel an vellet eas dare: oportebat, vt cũ Deo beneplacitũ eſſet leges populo imponere, vocaret Moyſen eas auditurũ, & eaſdem populo relaturum, & ſic dr̃ hic, ꝙ Deus vocauit Moyſen, & ſubintelligendum eſt, ꝙ vocauerit eum ad dandũ leges cæremoniales, quæ in hoc libro continẽtur.

In quo loco Deus vocauerit Moyſen? Quæſt. II.

CIRCA hoc conſiderandum eſt, cũ Deus vocauerit Moyſen, in quo loco eum vocauerit. Et ſciendũ, loca tria tradita eſſe in Sacra Scriptura, in quibus De⁹ Moyſi loqui ſolitus erat. Primus locus erat intra Sãcta Sanctorũ, ſuper Propitiatorium inter duo Cherubin, vt hr̃ Exo. G 25. c. ideo quandocunq; Moyſes aliquid à Deo inquiſiturus eſſet, intrabat in Sancta Sanctorum, & audiebatur de Propitiatorio vox ei loquens, & ad inquiſita reſpondens, vt hr̃ Num. 7. c. Secundus locus, in quo Deus Moyſi loqui ſolitus erat, erat ad oſtiũ Tabernaculi, apud altare holocauſtorum, & ibi ei frequenter ad inquiſita rñdebat, & aliqua non inquiſita præcipiebat, vt hr̃ Exo. 29. Et cum Deus loqueretur Moyſi apud introitũ Tabernaculi, loquebat̃ in columna nubis, & illa nubes inclinabatur verſus terrã, vt loqui poſſet Moyſi in ſecreto, ſic hr̃ Num. 12. c. cum dr̃: Egredimini vos tm̃ tres ad Tabernaculũ fœderis: cumq; fuiſſent egreſſi, deſcendit Dñs in columna nubis, & ſtetit in introitu Tabernaculi vocãs Aaron, & Mariam; ſic hr̃ ẽt Exo. 33. c. Tertius locus, in quo Deũ Moyſi ſolitũ loqui accepimus, erat columna nubis, vbicunq; illa H foret, vnde qñ Moyſes extẽdit Tabernaculum paruũ extra caſtra, loquebatur ei Dñs ad oſtium illius Tabernaculi parui, in columna nubis, vt patet Exo. 33. c. cum dr̃: Ingreſſo aũt illo Tabernaculum fœderis, deſcẽdebat columna nubis, & ſtabat ad oſtiũ, loquebaturq; cum Moyſe cernẽtibus vniuerſis. Nũc igitur cum in his tribus locis Deum loqui ſolitũ ſciamus Moyſi: inquirẽdum eſt in quo horum trium eum nũc vocauerit. Fortaſſis aũt aliquis rñdebit, ꝙ vocauerit eũ extra caſtra in columna nubis, ſicut ei ſolitus loqui erat, & hoc vt ſecretius loqueret̃. Vel fortaſſis diceretur, ꝙ iſta ei in mõte Sinai dixerit, ſicut ei ibidem de conſtituendo Tabernaculum ꝑcepta dedit, & de Sacerdotũ cõſecratione, ſicut patet Exo. à c. 25. vſq; ad 31.

Reſponſio ad quæſitum.

Huic aũt rñdendum eſt, Deum non dediſſe iſta præcepta Moyſi in mõte Sinai, ſ. in vertice montis, vbi duas ta- I bulas lapideas Decalogi dedit, nec ẽt alibi extra caſtra dediſſe, cũ in principio huius cap. litera dicat, ꝙ vocauit Moyſen Deus, & locutus eſt ei de Tabernaculo teſtimonij. Neceſſarium igitur eſt, iſta pręcepta in Tabernaculo, & non alibi data fuiſſe. Sed cum in Tabernaculo accepe rimus duo loca eſſe, in quibus Moyſi Deus loqueretur, ſ. in introitu Tabernaculi, & ſuper Propitiatoriũ, vt in præcedentibus pręlibatum eſt, dubium adhuc manet, de quo illorum duorũ locorum Moyſi nunc Deus locutus fuerit,

Cui reſpondendum eſt, in hac parte ſententiam dari non poſſe: quia cum in Tabernaculo, tam introitus Tabernaculi q̃ Propitiatorium ſint, & de nullo horum ſpecialius litera dicat, nos quoque non poterimus diffinire, ſiue Propitiatoriũ, ſiue introitus Tabernaculi fuerit: nihil enim differt, quid horũ fuerit, cum cõſtet in Tabernacu- K lo fuiſſe. *Vocauit autem Moyſen.* Nicola⁹ dicit, ꝙ Moyſes dicit ſe vocatum fuiſſe à Deo ad recipiendum has leges, ne populus ſibi imponeret, ꝙ ipſe cõfinxiſſet has leges de corde ſuo, & ob hoc recipere nollet. Sed hoc ſtare nõ poteſt: qa aut populus volebat credere Moyſi, ꝙ accepiſſet has leges à Deo, & hoc ſine aliqua probatione, aut expectabat ad hoc aliquam probationẽ: ſi forte dicas, ꝙ Moyſes recipiebatur à populo in omnibus dictis ſuis ſine aliqua probatione, nõ oportebat, vt diceret ſe vocatum fuiſſe à Deo ad recipiendas has leges, vt ei ſaltem ſic populus crederet, ſed qualitercunq; proponeret, crederetur. Si aũt dicas, ideo propoſuiſſe Moyſen ſe fuiſſe à Deo vocatum, vt ei crederetur, quia aliàs non reciperetur dictum eius, non poteſt ſtare: qm̃ non inducebatur in hoc aliqua ſufficiens, aut ſaltem apparens probatio: nam ſicut Moyſes poterat cõfingere de corde ſuo ſe has leges à Deo accepiſſe,

ſcepiſſe, ſi nullam earum accepiſſet, conformiter poterat ſe à Deo vocatum fingere ad has leges acceptandas, neutrum ergo horum altero probabilius erat, ſed vtrumque æqualiter dubium, non igitur poterat vnum in alterius probationem legitimè adduci.

Hoc autem cõſtat ex ſimilibus. Sic enim Numa Pompilius Romanorum Legiſlator finxit. Sic etiam & Lycurgus Lacedæmoniorum Legiſlator finxit. Nam cũ Numa Pompilius Romanorum Rex ſecũdus, videret Romanorũ gentem armis aſſuetam, & legibus inſolitam legibus ſubiici nõ valere, vt authoritatem legibus imponeret, dixit ſe nocturnis collocutionibus à Nympha Aegeria leges accipere. Vocauit autem Nympham Aegeriã aquam, quia de terræ cauernis egeritur: cũ aqua autem nocturnas collocutiones habebat, quoniam per artem Hydromanticam, quę in aqua fit, dæmonũ effigies in vndis apparere faciebat, à quibus inquiſitorum obtinebat reſponſum. Exiſtimantes aũt rudes adhuc illi Romani aliquem Deum has leges ſibi indicere, pro authoritate, & veneratione illius eas aſſumebant. De hoc Aug. 3. de Ciuitate Dei. cap. vltimo. Lycurgus quoque Lacedęmoniorũ Rex, & Legiſlator, cum gentem illam adhuc barbaram, & legibus repugnãtem videret, vt alicuius ſaltem Dei authoritate eos ad leges acceptandas induceret, dixit ſe omnia, quæ legibus conſcribebat, à Deo Apolline ſuſcepiſſe, quo illi permoti, leges quas Lycurgus tulerat, ſuſceperunt. Sicut igitur hi de corde ſuo ſe à Diis leges ſuſcepiſſe finxerunt, cum tamen nihil fuiſſet, poterat, & Moyſes ſimilia cõfingere, ſcilicet ſe à Deo vocatũ ad has leges acceptandas. Non igitur Moyſes dixit ſe à Deo vocatum, vt hoc in probationem duceret, quòd ab eo leges accepiſſet.

Numa dicebat ſe leges recepiſſe ab Aegeria.

Nympha Aegeria.

Numa contra communes expoſitiones Liuij.

Lycurgus aiebat ſe leges recepiſſe ab Apolline.

Dicendum igitur, Moyſen poſuiſſe ſe à Deo fuiſſe vocatum, non tanquam probationem alicuius, quod intenderet, ſed tanquam veritatem rei geſtæ. Erat. n. Moyſes tanquam hiſtoriographus, ea, quæ à Deo fiebant, aut dicebantur, ſtylo conſcribens; cum ergo ſic fieret, quòd ad accipiendam hanc inſtitutionem cæremonialium præceptorum à Deo vocatus fuerit, ſcribit ſe à Deo vocatum. *Vocauit autem Moyſen.*

Doct. expoſitio.

An Moyſes hunc librum ſcripſerit? Quæſt. III.

ALIQVIS fortaſſis ex hoc diceret Moyſen non ſcripſiſſe hunc librum, quoniam ſi ipſe ſcripſiſſet, non faceret de ſe mentionem in tertia perſona, dicens: Vocauit autem Moyſen; ſed potius in prima perſona loqueretur dicens: vocauit autem me Dominus.

Huic reſpondetur, ex hoc nihil inferri, quia hos quinque libros, qui Pentateuchus dicuntur, conſtat à Moyſe ſcriptos: in eis tamen frequentiſſimè de Moyſe in tertia perſona fit mentio.

Reſponſio ad quæſitum.

Item ſi fortaſſis aliquis negare vellet aliquem horum quinque librorum à Moyſe fuiſſe cõſcriptum: librum tamen Deuteronomii, qui inter hos quintus eſt, negari non poteri à Moyſe fuiſſe conſcriptum, & omnia verba eius ab eodem coram toto Iſrael fuiſſe recitata. Quod enim omnia verba Deuteronomij ipſe locutus fuerit, patet Deuteronomij 1. cap. cum dicitur: Hæc ſunt verba, quæ locutus eſt Moyſes ad omnem Iſrael trans Iordanem in ſolitudine campeſtri. Quod autem Moyſes omnia verba Deuteronomij ſcripſerit, habetur Deuter. 31. cum dicitur: Scripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit eã Sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam. In libro tamen Deuteronomij frequenter fit mentio de Moyſe in tertia perſona, vt habetur Deuteronomij 29. c. cũ dicitur: Hæc ſunt verba fęderis, quod præcepit Dominus Moyſi, vt feriret cum filiis Iſrael. & Deuter. 31. dicitur: Abiit itaque Moyſes, & locutus eſt omnia verba hæc. Et in eodem cap. dicitur: Vocauit ergo Moyſes Ioſue, & dixit ei; & ſic frequenter in eodem c. & in multis aliis. Nõ rectè ergo concluditur librum hunc à Moyſe non fuiſſe conſcriptũ, quia de eo fit mentio in tertia perſona. Dicendum igitur erit, ꝙ Moyſes hunc Leuiticũ librũ ſcripſit cũ aliis, qui Pentateuchum faciunt, & eos à Moyſe fuiſſe conſcriptos totius Eccleſiæ authoritas tradit: hoc etiam tota Hebræorum Synagoga approbat. Sic namque habetur Malachię 3. c. vbi

A Deus dicit: Memẽtote legis ſerui mei, vbi legem Moyſis totum Pentateuchum vocat. Moyſes tamen ideo de ſe in tertia perſona, & non in prima mentionem fecit, quoniam ipſe non eſt tanquam ſimplex verborum relator, ſed tanquam verborum Dei fidelis hiſtoriographus, & hoc quippe non vt intellectus eius ſcribendum dictaret, ſed vt diuina voluntas eum ad ſcribendum impelleret. Erat namque Moyſes Propheta, & hunc Pentateuchum prophetico ſpiritu afflatus ſcripſit. Prophetæ autem cum loquuntur, non, vt ipſi volunt, loquuntur, ſed ſicut Deus dat eloqui illis. Sic enim dicit Chriſtus per Matth. 10. c. Non eſtis vos, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis, & iterũ Luc. 21. dicitur: Ponite in cordibus veſtris nõ præmeditari qualiter reſpondeatis: ego enim dabo vobis os, & ſapiẽtiam. Et nõ ſolum Prophetæ

Propheta quomodo loquãtur.

B loquebantur id, quod eis Deus dictabat; ſed etiam dato, ꝙ vellent loqui aliquid aliud; quàm quod Deus mandaret, non poterant. Sic fuit de Propheta Balaam, qui dixit nũciis Regis Balach, ſe nõ poſſe dicere aliud quod Deus mandaret, vt habetur Num. 22. cum dicitur? Reſpondit Balaam: ſi dederit mihi Balach domũ ſuã plenam argenti, & auri, non potero mutare verbum Dñi Dei mei; vt vel plus, vel minus loquar. Et cum iterum conquereretur Rex Balach, ꝙ vocauiſſet Balaã ad maledicendũ Iſraelitis, & ipſe è contrario benedixiſſet, reſpõdit Balaã: Nonne nũtiis tuis, quos miſiſti ad me, dixi, ſi dederit mihi Balach domum ſuam plenam argenti, & auri, non potero præterire ſermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo? ſed quicquid Dominus dixerit hoc loquar. Cum ergo Moyſes hoc ſpiritu pro-

C phetico loqueretur, non poterat immutare ſermonẽ Domini, ſed ſicut Deus ei dabat eloqui ita loquebatur. Et quia mouebat eum ad referendum in tertia perſona, non tanquam concionatorem, ſed tanquam verum hiſtoriographũ: oportuit eum in tertia perſona de ſe facere mentionem. Quod autem ad iſta Moyſes à Deo impelleretur, apparet ex aliis, quæ Moyſes de ſe ſcripſit, qui ſi libertati ſuæ relictus fuiſſet, non ſic ſcripſiſſet: nam cũ nõ pertineat ad viros humiles, ſed verè virtuoſos de ſe aliqua magna iactare: immo nec illa libenter audire, & Moyſes erat verè virtuoſus, non ſcripſiſſet de ſe magna præconia, hoc tñ fecit, vt habetur Num. 12. cap. cum dicitur: Erat. n. Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra. Patet igitur, ꝙ Moyſes iſta de ſe libenter non ſcripſerit, ſed ſpiritu prophetico afflatus ad hæc dicẽda,

Moyſes ſe laudat.

D & ſimilia compulſus fuerit. Et ſic in præſenti dicendum erit, Moyſen ideo de ſe in tertia perſona retuliſſe, quia ad ſic faciendum Propheticus eũ ſpiritus afflauerat. *Et locutus eſt ei.* Poſt quam Dominus vocauit Moyſen ad ſuſcipiendas leges cæremoniales, incœpit eas eidẽ proponere.

Quomodo Deus hæc dixerit Moyſi, an in auditu reali, vel imaginario? Quæſt. IV.

IN hoc autem aliquis inquiret, an in viſione imaginaria, & auditu imaginario Deus Moyſi iſta protulerit, vel an in voce ei enũciauerit? Fundamentum autem huius dubitationis eſt, quia Deus conſueuit dupliciter apparere, & loqui Prophetis: aliquãdo enim in viſione reali, & vera locutione, aliquãdo aũt in viſione imaginaria.

Deus dupliciter apparebat Prophetis.

E Prima eſt, cum aliquis Angelus loco Dei accipit aliquod corpus, & in illo alicui Prophetæ apparet, & in eodẽ voces, quas Deus diſpoſuit, format: ſicut fuit de iſto Moyſe cum ſuper montem Sinai Deus ei demonſtraſſet quoddam corpus lucidum exiſtente eo in foramine petræ, & clamauit Angelus, qui mouebat illud corpus corã Moyſe, de quo Exod. 33. cap. Eodem modo habetur, ꝙ Deus deſcenderit in columna nubis ad oſtium Tabernaculi, & incępit ibi loqui ad Mariam, & Aaron, redarguens eos, ꝙ intermuraſſent contra Moyſen; Simile autem in multis aliis locis habetur. Alia autem eſt viſio, vel auditio imaginaria in Prophetis, & hoc eſt cum eis in ſomno exiſtentibus Deus incitat ſpecies exiſtentes in phantaſia eorum, vel aliquas nouas apponit, & illas illuſtrat ſupernaturaliter componendo, & diuidendo, & videtur tunc Prophetæ exiſtenti in ſomno, quòd aliquid verè videat,

aut verè audiat. & iſte eſt cõis modus in omnibus Pro- F
phetis, & vocatur iſta viſio imaginaria, vel in ſpiritu: &
non eſt in re externa. Sic.n.fuit de Beato Ioanne, cui re-
uelatio prophetica facta eſt, vt patet Apocal.1.cap.& di-
cit ibidem: Ego Ioannes fui in ſpiritu in Dominica die,
& audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ, ſed de
hoc ad rem extra B.Ioannes nihil audiuit. Poterat igitur
ſic dubitari de Moyſe, an ipſe primo modo, ſ. in viſione
reali, & locutione, an ſecundo modo, ſ. in imaginaria lo-
cutione, & viſione à Deo leges iſtas receperit. Huic au-
tem reſpondendum eſt, quòd Moyſes realiter iſta audie-
rit. Et fortè aliquis dicet hoc patere, quia hic in litera di-
citur, q locutus eſt ad eũ Dominus; ſed hoc nihil eſt, quia
in multis alijs locis habetur, quomodo Deus alicui Pro-
phetæ locutus fuerit, vel ei apparuerit: illa tamen locu-
tio, & viſio de imaginaria, & non de reali intelligebatur, G
ſic habetur Apocalip.1.cap.vbi dicitur de Beato Ioanne:
Audiui poſt me vocem magnam, tanquam tubæ dicẽtis:
& tamen iſta vox, & viſiones, quæ ibi ſequuntur, non fue-
runt in re, ſed in imagine, quia dicitur ibidem: Fui in ſpi-
ritu in Dominica die: non igitur ex hoc aliquid proba-
ri poteſt.

Dicendum tamen eſt, q Deus Moyſi hic realiter ap-
paruerit, & locutus fuerit, & nõ in aliqua imagine, quo-
niam iſta erat differentia inter Moyſen, & alios, quibus
Deus apparebat, & loquebatur per ſomnium: Moyſi au-
tem à facie ad faciem loquebatur. Sic habetur Num.12.
cum dicitur: Si quis fuerit inter vos Propheta Domini,
in viſione apparebo ei, vel per ſomniũ loquar ad illum,
at non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea
fideliſſimus eſt: ore enim ad os loquor ei, & palam, & nõ H
per ænigmata, & figuras Deum videt. Igitur dicendum
eſt Moyſi Deũ apparuiſſe, & in voce ei propoſuiſſe iſta,
& non per ſomnium in viſione imaginaria.

Itẽ hic aſſignatur locus, in quo Deus Moyſi apparue-
rit, & locutus fuerit, quia dicitur, quòd locutus fuerit ei
de Tabernaculo teſtimonij, ergo neceſſariũ eſt, quòd iſta
vox audiretur in Tabernaculo teſtimonij, & ibidem for-
maretur: aliàs falſum erat, quòd Deus locutus fuiſſet ei
de Tabernaculo. In viſione autem imaginaria nõ fit ali-
qua vox, vel apparitio realiter, ideo non poteſt dici, quòd
fiat de aliquo loco, cum non ſit: hic tamen aſſignatur lo-
cus, in quo formata fuit iſta vox, quia in Tabernaculo te-
ſtimonij, ſicut apparet in litera. Neceſſariũ eſt igitur dici,
Moyſen accepiſſe iſta præcepta cæremonialia non in vi-
ſione imaginaria, & locutione, ſed in vera locutione, & I
viſione.

Pro hoc autem conſiderandum eſt, quòd ſicut dictum
fuit Exodi 25. ſuper Propitiatoriũ inter duos Cherubin,
erat vnus Angelus, qui inter alas Cherubin in corpore de
aere aſſũpto latebat, & ibi veras voces formabat, in qui-
bus reſpondebatur Moyſi, cum intraret in Sãcta Sancto-
rum, & Sacerdoti magno, cum illuc intraret ſemel in an-
no. Iſte tamen Angelus nõ videbatur in corpore illo aſ-
ſumpto, quia ad hunc occultandum expandebant Che-
rubin alas ſuas, & propter hoc etiam non erat aliquod
candelabrum, nec feneſtra intra Sancta Sanctorum, ne
Angelus latens videri poſſet. Et cum Sacerdos intrabat
illuc, ponebat Tymiama ſuper prunas, vt fumo craſſo in-
de exhalante, impleretur tota domus, & nõ poſſet Sacer-
dos magnus videre id, quod latebat inter alas Cherubin; K
ſic habetur infra, 16. cap. Si igitur locutio facta fuit ad
Moyſen de Propitiatorio inter Cherubin, cũ ibi verè vo-
ces formarentur, neceſſarium erat legem datam fuiſſe
Moyſi in locutione reali, & non in imaginaria. Eodem
modo ſi dicamus Moyſen iſta audiuiſſe in Tabernaculo
teſtimonij ad oſtium eius, neceſſarium erat veram fuiſſe
vocem, quia ibi Dominus deſcẽdebat in columna nubis,
& multoties loquebatur Moyſi, vt patet Exod.26. & non
ſolũ ibidem Moyſi loquebatur, ſed etiam aliquibus alijs,
vt habetur Numer. 12. cap. cũ locutus fuit Deus Aaron,
& Mariæ, deſcendente columna nubis ad oſtium Taber-
naculi. Cõcluſio igitur ex ſuperioribus manet, Moyſen in
veris, & realibus vocibus huius Leuitici præcepta acce-
piſſe, & non in imaginaria locutione.

Locutio Dei ad Moyſen.

Quare hæc præcepta Moyſes non acceperit ſcripta in tabulis lapideis ſicut Decalogum? Quæſt. V.

Adhuc autem vlterius inquirendum eſt, cum hic
dicatur Moyſen accepiſſe à Deo iſta præcepta in
voce, quare non acceperit ea ſcripta in aliquibus tabulis
lapideis, ſicut accepit pręcepta Decalogi, vt habetur Exo-
di 32.& 34. Et ſatis videbitur alicui rationabile, quia de-
buiſſent iſta præcepta in tabulis deſcribi lapideis, quo-
niam ſcriptura in tabulis ad duo proficiebat, ſ. vt memo-
riam non effugeret; ſecundò, vt in certum teſtimoniũ da-
tæ legis à Deo maneret. Sicut igitur Decalogus in duabus
tabulis lapideis propter iſta duo ſcriptus eſt: ita debuiſſet
Leuiticus iſte in lapidibus deſcribi. Fortaſſis autem huic
aliquis conabitur reſpondere, quòd ideo Leuiticus in ta-
G bulis lapideis ſcriptus non eſt, qm̃ laborioſum valde erat
tantam ſcripturã in lapidibus ſculpere. Nec eſt ſimile de
ſcriptura duarũ tabularũ Decalogi, qm̃ ibi decẽ pręcepta
poſita sũt, hic aũt valdè multa, ita vt oporteret vltra quin-
quaginta tabulas lapideas ſcriptura Leuitici impleri.

Sed hoc ſtare non poteſt: quoniam licet ſcriptura hæc
ſuperabundet ad Decalogum, in ſcribendo tñ labor nul-
lus fuiſſet; qm̃ opera Angelorum omnia hæc velociter in
lapidibus ſculperentur, ſicut fuit de primis, & ſecũdis ta-
bulis, quarum vtraſque à Deo ſcriptas, ſ. opere Angeli-
co Scriptura Sacra ſignat, vt patet Exodi 32.& 34. Item,
ſi fortè opere humano adhuc ſcriptura iſta fieri debuiſ-
ſet, non erat aliquid difficile in lapidibus ſculpi. Maior
namq; ſcriptura, quam ſit Leuiticus, mandato Dei in la-
pidibus poſita eſt; ſicut patet de Deuteronomio, qui ma-
H ior liber quàm Leuiticus eſt, totus tñ ſcriptus fuit in lapi-
dibus: ſic habetur Deut.27.cap.cum dicitur: Et epulabe-
ris corã Domino Deo tuo, & ſcribes ſuper lapides omnia
verba legis huius planè, & lucidè. Et ſicut ibi mandauit
Deus ſcribi Deuteronomiũ ſuper lapides, ita poſtea Ioſue
ſcribi fecit in tranſitu terrę promiſſionis vltra Iordanem,
vt habetur Ioſue 8.cap.cum dicitur: Immolauitq; pacifi-
cas victimas, & ſcripſit ſuper lapides Deuteronomium
legis Moyſi, quod ille digeſſerat coram filijs Iſrael. Non
igitur ob hanc cauſam Leuiticus in lapidibus ſcriptus nõ
eſt. Dicet autem aliquis aliam fuiſſe cauſam, ſ. quoniam
ſi totus Leuiticus in lapidibus ſculpẽdus fuiſſet, oportuiſ-
ſet ad hoc multos lapides occupari, & factum fuiſſet
pondus quaſi importabile, nec aliqua arca fęderis ſuffe-
ciſſet ad hos lapides ferendos, ſicut ad Decalogũ duabus
I lapideis tabulis ſcriptũ arca fęderis ſufficiebat. Itẽ, quo-
niã hoc videbatur adhuc maius concludere inconueniẽs;
quoniam ſi Leuiticus, quia præcepta Dei continebat, la-
pideis tabulis ſcribi debuiſſet, conformiter oportebat, &
Exodum, & librum Numerorum, & Deuteronomium, &
omnes libros legales tabulis lapideis deſcribi, quod non
ſolũ importabile põdus foret, ſed ẽt prorſus inutile. Quã-
uis hæc aliqualem colorem habeant, fundamentalis ta-
men ratio, quare Leuiticus in lapidibus ſcriptus non eſt,
non fuit hæc, quæ aſſignata eſt, ſed cõſiſtit in hoc funda-
mentum, quoniam iuxta Ariſt. in 1. Politicorum, Deus, &
natura nihil fruſtra operantur. Si igitur ſuperuacuũ erat
Leuiticum in lapidibus deſcribi, Deus illũ nec deſcribi fa
ceret, nec deſcribi mãdaret, ſed hoc in lapidibus deſcribi
fruſtra erat, non ergo deſcriptũ eſt. Quod vero fruſtra fo-
K ret Leuiticum in lapidibus deſcribi, ſic apparet: quoniam
libri conuenientius in Pergameno, aut Papyro, quam in
lapidibus conſcribuntur, nec vnquam in lapidibus ſcribi
debent, niſi ad hoc aliqua vrgẽs cauſa apparuerit, quę in
Leuitico nullatenus fuit: qm̃ ſi ad ſolam memoriam Le-
uiticus in lapidibus ſculpendus erat, hoc non requireba-
tur, qm̃ in Pergameno, aut aliàs ſcriptus ad memoriã po-
ſterorũ profuiſſet, & nõ ſolum ad quantamcunq; memo-
riam, ſed ẽt ad memoriam æternam. Sic.n. patet de lib.
Deuteronomij, quem Deus voluit conſeruari ad memo-
riam æternam filiorũ Iſrael recõditum in arca fęderis, &
manu Moyſis ſcriptũ, ille tamen non in lapidibus, ſed in
communi materia librorum deſcriptus eſt ſic, vt habetur
Deuteronom. 31. cum dicitur: Poſtquam ergo ſcripſit
Moyſes verba Legis huius in volumine, atque compleuit,
præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis, dicens:

Deſt. reſpond. ad quæſitũ ex libr. 2. de cœlo. text. 32. & lib. 4. tex. 59.

Tollite

Tollite librum iſtum, & ponite eum in latere arcæ fęderis, vt ſit ibi contra te in teſtimonium. Item non debebat Leuiticus deſcribi in lapidibus, etſi maneret in teſtimonium contra poſteros, qm̄ Deuteronomius Moyſi non ſolum in memoriam, ſed magis in teſtimonium contra Iſraelitas poſitus eſt, cum dicatur Deuter. 31. Ponite eum in latere arcæ fęderis, vt ſit ibi in teſtimonium contra te, non tm̄ ſcriptum fuit in lapidibus; ſed in materia cõi librorum. Item, ſi diceremus, Leuiticum in tabulis debere ſcribi, & illæ tabulæ lapideæ in arca reconderentur; vt manerent in teſtimonium, ꝙ Deus dediſſet legem Iſraelitis, non erat hoc neceſſarium: qm̄ ſatis erat duas lapideas tabulas Decalogi manere in arca in teſtimonium, nec magis probaret legem à Deo datam fuiſſe Leuiticus ſcriptus in tabulis; & in arca reconditus, quàm ſi ſolus Decalogus in tabulis ibi repoſitus fuiſſet. Itē fundamentalis ratio huius dubitationis eſt: quoniam dato, ꝙ vellemus Leuiticum in lapideis tabulis ſcribi debuiſſe, vt maneret in teſtimonium, ꝙ Deus Iudæis legem illam dediſſet: tamen hoc non conueniebat, quia Iudæi ex illo ſolum conuinci debebant, quod ipſi ſuſceperant, ſed non ſuſceperunt à Deo immediatè leges Leuitici, ſed Moyſes eas populo recitauit, ſemper ergo negare poſsēt ſe à Deo iſtas recepiſſe, ſolum igitur illud in lapidibus in teſtimonium contra Iſraelitas manere debebat, quod ipſi à Deo immediatè ſuſceperunt; & iſta fuit fundamentalis cauſa, quare in duabus tabulis lapideis, quas Deus tradidit Moyſi, ſolus Decalogus præceptorum ſcriptus erat, qm̄ ſolum decem præcepta populus audiuit à Deo in monte Sinai in voce tubæ. Omnia aūt alia Moyſes à Deo recepit, & populo recitauit, nullum igitur aliorum in tabulis lapideis ſcribi debuit in teſtimonium contra Iſraelitas, & ſic de Leuitico eſt.

An omnia hæc præcepta Leuitici Deus ſimul dixerit Moyſi, vel interpolatè? Quæſt. VI.

VLTERIVS autem circa literam iſtam quæritur, cum hic dicatur Deum locutum fuiſſe Moyſi præcepta, quæ in hoc Leuitico continebantur, an omnia iſta ſimul dixerit, vel interpolatè, ita vt nunc daret vnū præceptum, deinde verò alterum? Huic aūt reſpondendum eſt, ꝙ non omnia verba huius Leuitici Deus Moyſi ſimul dixit, quoniam nec etiam omnia dixit. Sunt.n. aliqua in hoc Leuitico, quæ Deus non dixit, ſed Moyſes, quia hiſtoriographus erat, illa retulit, ſicut patet de conſecratione Sacerdotum, quam Moyſes refert fuiſſe factam, qūo Sacerdotes miniſtrauerint; patet infra 8. & 9. c. refert etiam qūo Nadab, & Abihu offerentes ignem alienum, à Dn̄o cõbuſti ſunt, de quo infra 10. c. Refert etiam de filio hominis Aegyptii, qui blaſphemauit nomen Domini, & lapidatus eſt. Hoc autem manifeſtum eſt Deum non dixiſſe, ſed Moyſen tanquam hiſtoriographum conſcripſiſſe; non igitur dixit Deus omnia verba Leuitici.

Cum autem quæritur de his, quæ in Leuitico ſunt nullam concernentia hiſtoriā, ſed purè præceptiua, an Deus illa dixerit ſimul? Aliquis reſpondebit, quòd non omnia ſimul dicta ſunt, ſed interpolatè, ita quòd aliquando daret vnum præceptum, deinde verò alterum. Hoc autem conabitur probare, quia frequenter in hoc Leuitico dicitur: Locutus eſt Dominus ad Moyſen. Ergo tot locutiones fuerūt, quoties dicitur, Locutus eſt Dominus ad Moyſen: aliàs.n. ſuperfluè dictum videretur toties: Locutus eſt Dominus, &c. Adhuc autem reſpondendum eſt, quòd ex litera libri huius non apparet ſufficienter, an omnia hæc præcepta ſimul, vel in diuerſis temporibus data ſint. Satis tamen rationabiliter dici poteſt, ea non ſimul, ſed interpolatè fuiſſe tradita, quia Deus ſimul Moyſen tot præceptis non oneraſſet. Si tamen aliquis dicat pertinaciter, omnia hæc ſimul data fuiſſe, non multum inſiſto. Illa tamen ratio, quæ dicebatur, ideo hæc interpolatè data fuiſſe, patet, quia ſæpè dicitur: Locutus eſt Dominus ad Moyſen, non tenet: quia non ideo replicatur illa oratio, vt appareat multas fuiſſe locutiones Dei, ſed vt illud ponatur tanquam caput, & principium alicuius materiæ. Et ideo quandocunque Moyſes ſcribit hic præcepta, quæ pertinēt ad eandem materiam, ponit ea ſub vno capite, & contextu; cum verò tranſit ad ſcribendum præcepta pertinentia ad aliam materiam, & perſonam, incipit tanquam ab alio capite, & dicit iterum: Locutus eſt Dominus ad Moyſen. Non igitur conuenienter ex hoc arguitur pluribus vicibus Deum Moyſi locutum, quia pluries illa clauſula, ſcilicet locutus eſt, apponatur.

Dec. reſpond. ad quæſitū.

Deus vbi dixerit hæc præcepta Moyſi? Quæſt. VII.

QVÆRET autem aliquis, vbi dixerit Deus Moyſi iſta præcepta? & licet non poſſit dubitari, quin in Tabernaculo dixerit, quoniam litera ſic exprimit, dubitaretur tamen, in qua manſione deſerti dicta ſint. Aliquis autem fortaſſis dicet, iſta præcepta fuiſſe data à Deo Moyſi in exitu de Aegypto ante mare Rubrum, vel immediatè poſt tranſitum maris Rubri, & hoc potiſſimè in manſione, quæ vocatur Mara, quæ eſt apud mare Rubrum, quoniam ibi dicitur, quòd Deus dederit Iſraelitis præcepta, & iudicia, vt habetur Exodi 15. cap. cum dicitur; ibi cõſtituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, &c. Satis igitur rationabiliter videbitur alicui ibi fuiſſe data iſta præcepta, quia non conſtat ibi, quæ præcepta fuerint. Sed hoc ſtare non poteſt: quoniam hic in litera dicitur, quòd Deus dederit iſta præcepta Moyſi in Tabernaculo teſtimonii. Sed Tabernaculum teſtimonii non erat factum, cum Iſraelitæ ſteterunt in manſione, quæ vocatur Mara, de quo Exodi 15. Igitur præcepta, quæ ibi data fuerūt, non ſunt iſta præcepta, q̄ in Leuitico traduntur. Quòd aūt Tabernaculū non eſſet factum, quādo Iſraelitæ ſteterunt in Mara, apparet ex hoc, quòd manſio, quæ vocatur Mara, eſt ante manſionem montis Sinai, vt habetur Num. 33. cap. quoniam diſtat ab illa per manſiones ſeptem, vt habetur in eodem cap. Sed Tabernaculū fuit conſtructum in monte Sinai. Ergo cum Iſraelitæ exiſterent in Mara, nondum erat cõſtructum Tabernaculum. Quòd autem fuerit Tabernaculum factum in monte Sinai, apparet: quia lex fuit data in monte Sinai, vt patet Exodi 19. & 20. cap. Deinde Moyſes aſcendit ad Dominum ad accipiendas tabulas in montem Sinai, vt patet Exod. 24. & cum ibi ſtaret cum Domino, dedit ei Deus præceptum de fabricando Tabernaculo, & de modo fabricationis, vt patet Exo. à cap. 25. vſque ad 31. deinde Moyſes deſcendit de monte ferens tabulas, & incepit conſtruere Tabernaculum, vt patet Exod. 35. cap. Et ſic exiſtentibus Iudæis in mā̄ſione Sinai, fabricatum eſt Tabernaculum. Magis tamen adhuc hoc apparet: quia Num. 10. cap. dicitur quomodo receſſerunt Iſraelitæ de monte Sinai ſecundo die menſis ſecundi, anno ſecundo, & tunc fit mentio, quomodo eleuata fuit nubes deſuper Tabernaculum, & qualiter Leuitæ portabant Tabernaculum. Non poteſt ergo dici, quod iſta verba Leuitici dicta fuerunt antequam accederent Iudæi ad montem Sinai, cum in Tabernaculo dicta ſint. Nunc autem fortaſſis aliquis dicet, iſta verba dicta fuiſſe Moyſi circa introitum terræ promiſſionis, vel in aliqua manſione deſerti vltra montem Sinai, & hoc quia non videbatur ex litera, vbi dicta fuerint. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd omnia verba, quæ continentur in toto Leuitico, dicta ſunt Moyſi in monte Sinai. Sic habetur infra 26. cap. in fi. cum dicitur. Hæc ſunt præcepta, atque iudicia, & leges, quas Dominus inter ſe, & filios Iſrael dedit in monte Sinai per manum Moyſi. Et infra 27. cap. dicitur: Hæc ſunt præcepta, quæ mandauit Dominus Moyſi ad filios Iſrael in monte Sinai. Neceſſarium eſt igitur confiteri omnia præcepta Leuitici in monte Sinai data fuiſſe.

Quo tempore data ſint hæc præcepta Leuitici, & an ſolùm ſit vnus annus in quo dari potuerunt, ſcilicet a menſe tertio primi anni, vſque ad menſem tertium, ſecundi anni? Quæſt. VIII.

ADHVC autem aliquis inquiret, quo tempore data ſint iſta præcepta Leuitici? quia licet de ſuperioribus conſtet Iſraelitas ſtetiſſe in monte Sinai, & tunc ac-

cepiſſe Moyſen hæc præcepta, non tamen ex hoc determinatur tempus: quia in monte Sinai manſerunt Iſraelitæ magno tempore. Fuit autem tota manſio in monte illo, vnus annus demptis decem diebus, quod ſic apparet: quia Iſraelitæ venerũt in montem Sinai anno primo exitus de Aegypto, in prima die menſis tertii, vt patet Exodi 19. ſteterunt autem in eodem monte, vſque ad ſecundum annum exitus de Aegypto, recedentes inde anno ſecundo, die vigeſima menſis, vt patet Num. 10. Si autem receſſiſſent de monte Sinai die primo, menſis tertii, anni ſecundi exitus de Aegypto, fuiſſet manſio in monte illo annus integer. Quod patet: quia die primo, menſis tertii, anni ſecundi, recedebat, ſed litera dicit eos receſſiſſe decem diebus ante, ſ. vigeſima die, menſis ſecundi exitus de Aegypto, ergo illi decem dies, qui deficiunt à completione menſis, deficiunt de completione anni integri, quo Iſraelitæ manſerunt in monte Sinai. Eſt igitur nunc dubium, in qua parte huius anni Moyſes recepit præcepta Leuitici huius à Deo? Fortaſſis aliquis diceret, ꝙ Moyſes recepit præcepta iſta immediatè, vt acceſſit ad montem Sinai, quia immediatè, vt Iſraelitæ acceſſerunt ad montem illum, Moyſes aſcendit in montem, & locutus eſt cum eo Deus, vt patet Exodi decimonono capitulo. Ibi igitur potuiſſet in monte à Deo iſta præcepta recipere. Ad hoc autem dicendum eſt, hanc reſponſionem ſtare non poſſe: quia Exod. 19. ſolum dicitur, quomodo Deus dixerit Moyſi verba perſuaſoria, vt acciperet legem: & poſtea ſubiungitur quomodo Iſraelitæ conſenſerunt, & poſt hoc in capitulo 20. ſequitur lex præceptorum Decalogi data à Deo. Qualiter igitur Deus daret Moyſi ibi iſta præcepta, cum nondum cõſtaret Iſraelitas velle à Deo aliquam legem recipere? Item dato, quòd cõſtaret Iſraelitas velle leges recipere à Deo, quia ipſi verbo ſuo expreſſiſſent: cũ tñ datus eſſet eis Decalogus præceptorũ, non conueniebat vllatenus eis prius dare præcepta cæremonialia Leuitici. Ratio huius eſt: quia pcepta cæremonialia, & iudicialia sũt, quædã determinationes præceptorũ Decalogi, cũ cæremonialia ſint determinationes præceptorũ primę tabulæ: & quia nunquam poteſt dari determinatio ante id, quod eſt determinabile, cum illud neceſſario præſupponat, non poterant dari præcepta huius Leuitici, antequam darentur præcepta Decalogi: non igitur poteſt vllatenus dici, ꝙ præcepta Leuitici data fuerint cum primo Moyſes aſcendit in montem Sinai. Dicet autem fortaſſis aliquis, ꝙ Moyſes accepit iſta præcepta Leuitici à Deo, cũ aſcendit in montem Sinai ad accipiẽdas tabulas: & ſtetit ibi bis quadraginta diebus, vt patet Exodi 32. & 34. & tunc non poteſt obiici de eo, quod ſupra obiiciebatur, ſcilicet, quod Iſraelitæ nondum conſenſiſſent, aut non conſtaret de eorum conſenſu ad accipiendam legem; quoniam licet hoc fuerit quando primò aſcendit Moyſes in montem: quando tamen aſcendit pro tabulis, iam confeſſi fuerant Iſraelitę ſe libenter ſuſcepturos quæcunque Deus mãdaret, vt patet Exodi 24. Non poteſt etiam ſtare aliud quod obiiciebatur ſupra, ſ. ꝙ non debebant dari præcepta ceremonialia ante Decalogum: quoniam licet cum Moyſes aſcẽdit in montem Sinai prima vice, non erat datus Decalogus, cum tamen aſcendit pro tabulis, iam datus erat; & ſic videbitur alicui conuenienter dici, Moyſen accepiſſe à Deo præcepta huius Leuitici, quando aſcendit pro tabulis. Et ſic aliqui reſpondent cum quæritur ab eis, quid fecerit Moyſes quadraginta diebus in monte Sinai cum Domino? Dicunt, ꝙ ab eo eruditus eſt in multis quæſtionibus legis, & ꝙ accepit ab eo ipſa præcepta Leuitici. Sed hoc ſtare non poteſt: quia iſta præcepta Leuitici data ſunt in Tabernaculo fœderis, ſicut dicitur hic in litera, ſed in vertice montis Sinai non erat Tabernaculum, ſed magis in caſtris. Item, quando Moyſes aſcendit pro tabulis Decalogi prima vice, & cum rurſus rediit pro ſecundis, nondum erat factum Tabernaculum, nec inceptũ, ſed cum ipſe deſcendit de monte cõgregati ſunt ad eũ filii Iſrael, & obtulerunt, quòd Deus mandauerat, atque inchoata eſt fabricatio Tabernaculi, vt colligitur Exodi ex fine cap. 34. & iuncto cap. 35. Non igitur dici poterat Moyſen accepiſſe leges iſtas cæremoniales Leuitici, quando

Eiuſdẽ reſponſio ad quæſitum.

Alia reſponſio ad quæſitũ.

Quid Moyſes egerit in 40. diebus, quib. in monte Sinai manſit.

F aſcendit in montem Sinai pro tabulis. Aliquis autem dicet, neceſſariũ eſſe, ꝙ præcepta iſta fuerint data ante fabricationem Tabernaculi, quoniam non poterant fieri aliquæ cæremoniæ ſacrificiorũ, niſi eſſent leges iſtæ datæ per quas dirigerentur offerentes in ſacrificiis, ſed in prima die, qua erectum eſt Tabernaculum, facta fuerũt aliqua ſacrificia, ſicut patet in conſecratione Aaron, & filiorũ eius: ergo oportuit, ꝙ ante primam diem erectionis Tabernaculi data fuiſſent iſta præcepta, & ſic nõ poterant dari in Tabernaculo. Quòd autem non potuiſſet fieri aliquod ſacrificium, vel conſecratio aliqua in Tabernaculo, antequam darentur iſta præcepta, patet: quia hic datur regula de modo offerendi, ante ergo quàm daretur, neſcirent Hebræi qualiter deberẽt offerre, & ſic nihil offerrent. Quòd autem fuerit facta aliqua oblatio cæ-

G remonialis, & inchoata Sacerdotum conſecratio in die, qua erectum fuit Tabernaculum, apparet Exo. 40. c. cum dicitur: Et poſuit altare aureum ſub tecto teſtimonii contra velum, & adoleuit ſuper eo incenſum aromatũ, ſicut iuſſerat Dominus: eodem modo in die, qua poſitum fuit altare holocauſtorum in Tabernaculo, fuit facta oblatio ſuper illud, cum dicitur Exo. 40. Poſuit & altare holocauſti in veſtibulo teſtimonii, offerens in eo holocauſtum, & ſacrificia, vt Dominus imperarat. Item eo die Aaron, & filii eius incœperũt cõſecrari; & patet: quia die, quo poſitum fuit labrum æneum in Sanctuario, ipſi lauerunt ſe in eo ad faciendũ aliquas miniſtrationes, vt dicitur in prædicto c. 40. Labrum quoque ſtatuit inter Tabernaculum teſtimonii, & altare, implẽs illud aqua, laueruntq. Moyſes, & Aarõ, ac filii eius, manus ſuas, ac pedes cum ingre-

H derentur tectum fœderis, & accederent ad altare, ſicut præceperat Dominus. Apparet igitur ante erectionem Tabernaculi fuiſſe data iſta præcepta Leuitici de ſanctificando; & conſequenter non fuiſſe data in Tabernaculo fœderis. Huic reſpondendum eſt, præcepta huius Leuitici fuiſſe data in Tabernaculo fœderis; Cũ vero obiicitur, quòd in Tabernaculo non poterat fieri aliquod ſacrificiũ, vel adminiſtratio priuſquam Deus in ea erudiret Iſraelitas, concedendum eſt hoc; & cum dicitur, quòd ſacrificia, & miniſtrationes, quæ facta ſunt in prima die erectionis Tabernaculi, oporteret, quod fuiſsẽt facta per aliquam regulam, ſecundum legem à Deo datam ante conſtitutionem Tabernaculi, cõcedendum; & cum concludunt leges huius Leuitici, in quibus agitur de ritibus omnium ſacrificiorũ, debuiſſe neceſſario dari ante con-

I ſtitutionem Tabernaculi, negatur conſequentia: qm̃ illæ leges ſm̃ quas miniſtrauerunt, & obtulerunt ſacrificia Iſraelitæ in prima die erectionis Tabernaculi datæ fuerunt ante conſtructionem templi, & erectionem, & non ſunt de his, quæ dantur in hoc Leuitico. Et patet: quoniam Exodi 40. dicitur, quòd in die, quo erectum eſt Tabernaculum, adoleuit Moyſes incenſum aromatum ſuper illud; ſed ad hoc non oportebat, vt daretur aliqua lex in Leuitico; quoniam iam data fuerat lex Exodi 30. c. vbi dicitur: Poneſque altare contra velum, & adolebit incenſum ſuper eo Aaron ſuaue fragrans, mane quando componet lucernas incendet illud, & quando collocat eas ad veſperum, vret Thymiama ſempiternum coram Domino. Sed obiicies, quia in prima die erectionis Tabernaculi incępit cõſecratio Sacerdotum, & tamen lex de con-

K ſecratione Sacerdotũ datur infra 8. c. ergo oportebat, ꝙ ante daretur iſta lex Leuitici, quàm conſecrarentur Sacerdotes, & antequam erigeretur Tabernaculum, & ante aliquam fabricationem? Sed non eſt illa, quæ habetur Leuitici 8. capit. ſed magis illa, quæ habetur Exod. 29. cap. in quo cap. agit de omnibus ritibus conſecrationis Sacerdotum per ſeptem dies, & illa lex data fuit in monte Sinai, quando Deus dabat regulam Moyſi de modo fabricationis Tabernaculi. Et cum obiicis, quòd infra octauo cap. ponitur lex de ritu conſecrationis Sacerdotum: dicendum eſt, illam legem poni ibi per recapitulationem, quia prius data fuerat in Exodo, deinde hic recapitulata eſt, ſicut patet de ſimilibus, quia Exodi 27. dicitur de poſitione olei in lucernis candelabri, ꝙ pertinebat ad Aarõ, & filios eius cum dicitur: Præcipe filiis Iſrael, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum

Doct. reſpon.

Obiectioni reſpondetur.

[...]rium, vt ardeat lucerna ſemper in Tabernaculo teſti- A monij, & collocabunt eam Aaron, & filij eius. Iſta tamen ceremonialis obſeruatio, quę per eadem verba recapitulata eſt infra 24. cap. in principio, & ſic multa alia recapitulantur hic, quæ alibi dicta ſunt. Cauſa autem huius recapitulationis eſt: quia iſte liber totus eſt de cæremonialibus obſeruationibus. Vt ergo ponantur hic omnes cæremoniæ Iudaicæ, præcipuè illæ quæ ad ſacrificiorum ritus pertinent, ea quæ alibi diſperſa poſita ſunt, hic recapitulantur, vt ſic ex omnibus liber vnus fiat continens omnes Iudaicas cęremonias. Sed adhuc aliquis obijciet, neceſſariò leges huius libri traditas fuiſſe ante erectionem Tabernaculi, quoniam die prima, qua erectum eſt Tabernaculum, & conſecratum, principes Iſraelitarum inceperūt facere ſacrificia; & durauit oblatio eorū per 12. dies continuos, ſicut dicitur Numer. 7. cap. ſ. Factum eſt autem in B die, qua compleuit Moyſes Tabernaculum, & erexit illud, obtulerunt principes Iſrael, & capita familiarū, &c. & tamen non poterant iſti habere modum in offerendo, niſi accepiſſent à Deo prius legem de ritibus ſacrificiorum. Neceſſarium eſt igitur, leges huius Leuitici, quæ de ſacrificijs agunt, fuiſſe datas ante erectionem Tabernaculi, & ſic nō in Tabernaculo fęderis. Ad hęc aūt reſpondendum eſt, ꝙ principes Iſraelitarum inceperunt offerre in prima die, qua Tabernaculum erectum eſt, tamen lex, per quam regulabantur in offerendo, nondum fuerat data in hoc Leuitico, ſed etiam ſicut pro Sacerdotibus fiebant ſacrificia holocauſtorum, & victimarum pacificarum, & pro peccato, ita, & in eodē ritu obſeruaſſet Moyſes in ſacrificijs principum, vel ſicut cum in monte Sinai facta fuerunt holocauſta, & victimæ pacificæ in confir- C matione legis, vt patet Exodi 24. ita in eodem ritu poterat facere Moyſes in oblatione principum. Nō igitur cogimur confiteri leges huius Leuitici fuiſſe datas ante erectionem Tabernaculi. Sed nunc magis accedentes ad inquiſitionem de tempore, quo datę ſunt leges huius Leuitici, neceſſarium eſt, vt dicamus eas fuiſſe datas in ſecundo anno ab exitu de Aegypto, & hoc in menſe primo, vel in menſe ſecundo, ante diem 20. menſis eiuſdem. Nec poteſt aſſignari aliquod aliud tempus, in quo potuiſſent dari leges Leuitici. Prima pars huius patet: quia Leuiticus iſte datus fuit Moyſi in Tabernaculo fęderis, vt patet hic in litera: ſed Tabernaculum fęderis nunquam erectum fuit vſque ad primā diem anni ſecūdi ab exitu de Aegypto, vt patet Exodi 40. c. Ergo non potuit dari ante principiū ſecundi anni. Quòd aūt fuerit datus in primo men- D ſe huius ſecundi anni, vel in menſe ſecundo, vſq; ad diem 20. patet: quia omnia verba Leuitici data fuerūt in monte Sinai, vt patet infra 26. & 27. cap. Sed Iſraelitæ receſſerunt de monte Sinai die 20. menſis ſecundi anni ab exitu de Aegypto, ergo non potuerunt dari precepta huius Leuitici poſt diem 20. menſis ſecundi, anni ſecundi ab exitu de Aegypto. Ex quibus infertur, ꝙ ſolū 49. aut quinquaginta dies fuerunt, in quibus potuiſſet dari Leuiticus iſte Moyſi. ſ. 30. dies menſis primi, anni ſecundi ab exitu de Aegypto, & 20. dies menſis ſequentis. Sic igitur patet, quando, & vbi Leuitici leges datæ fuerint. *Et locutus eſt ei Dominus*. Dicitur aūt, ꝙ Dominus locutus fuerit Moyſi dando iſtas leges Leuitici, non tamen intelligendum eſt, ꝙ Deus per ſeipſum loquatur, quoniam Deus ſecundum ſeipſum non eſt animal, nec habet organa vocalia, per E quæ loqui poſſit.

Obiectio alia pariter & ſolutio eius.

Quo tempore datæ ſint leges huius Leuitici.

Solū fuerūt 49. vel 50. dies in quibus dari potuerūt iſtæ leges.

Et ſi dicas, ꝙ poterat aſſumere aliquod corpus ex aere formato, in quo loqueretur, ſicut Angeli, & dęmones interdum facere ſoliti ſunt. Reſpondēdum eſt, ꝙ repugnat Deo aliquam vocem formare, eo ꝙ omnis actio Dei eſt in inſtanti, & non poteſt aliquo modo operari per ſucceſſionē: quia hoc repugnat infinitæ ſuæ perfectioni, quoniam operatio ſucceſſiua conuenit rei habenti eſſe limitatum, & quæ non habet totum eſſe ſuum ſimul, ſed Deus habet eſſentiam infinitam, & illimitatam, & totum eſſe ſimul, eo quòd eſt æternus, ſicut concludit Boetius de Conſolatione, lib. 5. Proſa vlt. ideo non poteſt operari per ſucceſſionem. Et ſi dicas, quòd Deus nō formet aliquam vocem in inſtrumentis per ſucceſſionem, ſicut formant Angeli, ſed quòd eam creet in inſtanti, ſicut alias creauit res: reſpondendū eſt hoc eſſe impoſſibile; quia licet Deo non repugnet creare quicquid eſt creabile in inſtanti, tamen repugnat voci, quòd creetur in inſtanti, quia ſicut motus, & tempus de natura ſua dicunt fluxum, & ſucceſſionem, & non poteſt aliquis abſtrahere ſucceſſionem, & fluxum à tempore, & motu, quia includit contradictionem, ita nec poterit voci tollere ſuam ſucceſſionem, & ordinem, conſiſtit namque eſſentia vocis in ordine litterarum, & ſyllabarum ſibi cōnexarum, quo ordine ſublato, & ſucceſſione, impoſſibile eſt manere vocis eſſentiam. Non igitur eſt vox creabilis: non quidem quòd repugnet Deo vocem creare, ſed quia formaliter voci repugnat creari. De his autem diffuſius dictū eſt Exodi 23. & 25. c. Concluditur igitur, quod Deus non poterat aliquam vocem in corpore aſſumpto formare, nec etiam poterat eam creare, nullo ergo modo Deus per ſe, poteſt loqui. Si autem aliquis obijciat de Chriſto, ꝙ loquebatur; & tamen erat verus Deus: ad id reſponſum eſt Exodi 23. c. Dicendum ergo, ꝙ Angelus erat, qui iſta loquebatur, & erat in Tabernaculo, atque ſumebat corpus aereum, in quo voces formaret, nec repugnabat aliquo modo formare vocem in ſucceſſione, ſicut repugnabat Deo, quia eſſentia Angeli non eſt infinita, nec eſt totum ſuum eſſe ſimul. Iſte autem Angelus, qui hic loquebatur, vocabatur Deus, quia ſic eſt conſuetudo Veteris teſtamenti, vt Angeli vocentur Deus, vt patet Exodi 3. c. & 20. & in plerìſque aliis locis. Aliquando autem Angeli vocantur Angeli nomine ſuo, ſicut patet ſępè in libro Geneſ. ſ. cap. 16. & alibi. Cauſa autem quare aliquando nomine ſuo, & aliquando nomine Dei vocentur, expreſſa fuit Exodi 19. cap. Hic autem cum Angelus eſſet, qui loquebatur, vocauit eū Scriptura Deum, & non Angelum, quoniam dabat leges loco Dei, & ſi fortaſſis ruſtica illa gens Hebræorum audiuiſſet, ꝙ Angelus erat, qui eis legem ferebat, putarent ſe ei obligatos, atque ei cultum offerrent ſicut Deo ſuo, qui ſuper eos ferendi leges poteſtatem haberet. Ne ergo indocta multitudo in hoc erraret, colendo illum pro Deo, qui non erat, Sacra Scriptura non impropriè Angelū hic Deum vocauit. *De Tabernaculo teſtimonij*, id eſt, ꝙ iſta verba locutus fuit Deus, ſiue ille Angelus Moyſi de Tabernaculo teſtimonij, id eſt exiſtēs in Tabernaculo teſtimonij, quia ſicut ſupra dictum eſt, duo loca erant in Tabernaculo, in quibus Deus Moyſi loqui ſolitus erat, ſ. Propitiatorium intra Sancta Sanctorum, & Columna nubis ad oſtiū Tabernaculi. In quocunque ergo horū Angelus loqueretur Moyſi, dicebatur eſſe locutio de Tabernaculo teſtimonij. i. quia formabatur illa vox, vel procedebat de Tabernaculo teſtimonij. Quare aūt vocetur Tabernaculū teſtimonij cauſa eſt: quia in eo erat arca, in qua erant duæ tabulæ legis, quæ vocabātur teſtimonium, quia manebant in teſtimonium poſteris, quòd Deus dediſſet legem Iſraelitis, vt patet Exod. 25. *Dicens, loquere filijs Iſrael.* Quamuis Deus iſtas leges tunc Moyſi in ſecreto traderet, erant tamen poſtea recitādæ filiis Iſrael, vt ipſi per eas in operationibus cæremonialibus dirigerentur: ideo mādabat Deus Moyſi cōgregare filios Iſrael, q̄bus iſta referret.

Voci repugnat q̄d creetur in inſtanti.

Angelus vocatur Deus in ſacris ſcripturis.

Loca Tabernaculi in quibus Angelus loquebatur.

Quare Deus non dederit hac præcepta Iſraelitis in monte Sinai? Quæſt. IX.

SED quæret aliquis, quare Deus non dederit Iſraelitis in monte Sinai iſta præcepta, ſicut dedit præcepta Decalogi in voce tubæ audiente tota multitudine? Ad hoc latè reſponſum eſt Exod. 20. c. quoniam non conueniebat alia præcepta dari à Deo immediatè toti multitudini præter Decalogi præcepta, quæ tunc data ſunt; alia verò, quæ poſtea dāda eſſent, oportebat per interpoſitam dari perſonam, & ſic fuit de præceptis huius Leuitici, quæ Iſraelitis per Moyſen data ſunt filiis Iſrael.

An Moyſes congregauerit omnes filios Iſrael ad hanc Leuitici legem audiendam? Quæſt. X.

QVAERET aliquis, an Moyſes congregauerit omnes filios Iſrael ad audiendam legem huius Leuitici? Et fortaſſis aliquis reſpondebit, ꝙ non poterat

terat tanta multitudo Iſraelitarum, & Aegyptiorum aſcendentium cum eis congregari ad audiendum vocem alicuius viri, quoniam eſſent omnes plures quàm bis millies millia, quoniam ſoli viri Iſraelitæ potentes procedere ad bellum, non connumerata Tribu Leuitica, erant ſexcenta tria millia virorũ, & quingenti, & quinquaginta vt patet Numer. 1. cap. & non computabatur hic vulgus promiſcuum Aegyptiorum aſcendentium cum Iudæis, quod erat infinitæ multitudinis, vt habetur Exo. 12. cap. Non computabantur etiam viri, qui erant vltra annum 60. vt putatur, & infra annum 20. nec computabantur mulieres, vt patet Num. 1. cap. quoniam ſi omnes cõputarentur, eſſent vltra bis millies millia. Quomodo igitur tanta, & tam diſcors multitudo ad audiendum vocem vnius viri cõgregari potuerit? Nec valet ſi aliquis arguat, quòd omnes iſti congregati ſunt in die, qua Dominus dedit legem in monte Sinai, vt habetur Exodi 19. & 20. & Deuteron. 5. cap. quoniam tunc audierunt in voce Dominum tanquam in voce tubæ, & nõ ſolum tota illa multitudo poterat audire vocem Dñi, ſed etiamſi eſſet decuplo maior multitudo, quia illa vox ſonans, ita erat terribilis, ꝙ non poterant eam ſuſtinere, & clamabant ſe morituros eſſe, ſi amplius vocem Domini audirent, ideo petierunt à Moyſe, vt non loqueretur Deus illis, ſed Moyſi, vt patet Exodi 20. & Deuter. 5. cap. Dicẽdum eſt, ꝙ tota multitudo Hebræorum, & Aegyptiorum aſcendentium cum eis, ſimul cõgregata poterat audire vocem Moyſis quoniam licet Moyſes non ſufficeret ſecundum tenorem vocis ſuæ, ita vt audiretur à tanta multitudine, tamen Deus ſupernaturaliter confortabat vocem eius, & eam claram, ac ſonãtem efficiebat, ita vt à tota multitudine faciliter audiretur. Nam bis Moyſes locutus eſt ad totam multitudinem Iſraelitarum; Primò, in cõfirmatione legis, vt habetur Exodi 24. c. cũ dicitur: Venit Moyſes, & narrauit plebi omnia verba Domini, reſponditque cunctus populus vna voce, omnia, quæ præcepit Dominus, faciemus. Cum ergo totus populus reſponderit, neceſſarium eſt, vt totus populus audierit. Item, ſecundo Moyſes locutus fuit toti congregationi Iſraelitarum cum eſſet propinquus morti, recitans eis totum Deuteronomium, vt patet Deuter. 1. cap. cum dicitur: Hæc ſunt verba, quæ locutus eſt Moyſes ad omnem Iſrael trans Iordanem. Item, patet Deuteron. 29. c. vbi dicitur, ꝙ omnes de cõgregatione illa erant præſentes Moyſi recitanti verba illa, præter lignorum cæſores, & cõportantes aquas. Cum igitur Moyſes à tota multitudine tunc auditus fuerit, poterat & nunc audiri.

Bis locutus eſt Moyſes toti multitudini.

Dicet aliquis, ꝙ quamuis potuiſſet tota multitudo Iſraelitarum audire Moyſen iſta loquentem, tamen non congregauit Moyſes ad hoc totã multitudinem, ſed ſolum eos, qui erãt principales in populo, vt poſtea per hos diuulgaretur ad totam multitudinem. Et ſi aliquis obijciat contra hoc, quia dicitur hic: Loquere filijs Iſrael, ergo videbatur, quòd deberet Moyſes loqui toti Iſrael.

Reſpondere poſſunt iſti, quòd licet dicatur debere fieri locutionem filijs Iſrael, tamen ex hoc non ſequebatur, quòd deberet loqui toti Iſrael, quoniam ſic habetur Exo. 12. cap. vbi Deus mandauit Moyſi, ꝙ loqueretur ad omnem Iſrael proponens eis cæremonias Agni Paſchalis, & tamen ipſe ſolũ locutus eſt ſenioribus, vt patet in medio eiuſdem cap. 12. cum dicitur: Vocauit autem Moyſes omnes ſeniores Iſrael. Sic igitur videtur, ꝙ ẽt hic fecerit. Ad hoc reſpondendum eſt, ꝙ Moyſes locutus eſt toti Iſraeli, & hoc quia oẽs de Iſrael tãgebant iſtæ leges, cum agatur hic de ſacrificijs & alijs cæremoniis, quę ad oẽs de populo pertinebant. Cum aũt arguitur de eo, quod habetur Exodi 12. c. non valet: quia ibi non congregatus fuit, licet Deus mandaſſet totus Iſrael, & hoc quia nõ poterant conuenienter congiungi omnes, quoniam hoc cognoſceretur ab Aegyptiis, & impedirẽt receſſum eorum, ſed hic non erat aliquod inconueniẽs, quia erant Iſraelitæ in deſerto, vbi nullus impediebat eos; ſatis conuenienter igitur dicendum videtur, ꝙ Iſraelitæ congregati fuerint ad audiendum omnia præcepta Leuitici. *Filijs Iſrael*. Aliquando filij Iſrael vocantur omnes qui deſcenderunt de Iacob; aliquando autem vocatur totus populus Hebræorum filij Iſrael, exceptis Leuitis, qui non computantur in-

Qui filij Iſrael dicantur.

F ter filios Iſrael. Pro omnibus deſcendentibus de Iacob etiam cum ipſo Leui, habetur Exod. 1. cum dicitur: Hæ ſunt nomina filiorũ Iſrael qui ingreſſi ſunt in Aegyptum, Ruben, Simeon, Leui, Iuda, &c. Ecce, qualiter appellatione filiorum Iſrael comprehenduntur etiam Leuitæ. Quandoque etiam non comprehenduntur appellatione filiorum Iſrael, ſicut habetur Num. 1. c. cum dicitur: Fueruntque omnes filij Iſrael per domos, & familias ſexcenta tria millia virorum. Leuitæ autem in tribu familiarum ſuarum non ſunt numerati cum eis, ſicut patet etiam immediatè in eod. cap. cum dicitur: Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen, dicens: tribum Leui noli numerare, nec ponas ſummam eorum cum filiis Iſrael. Cum igitur hic dicatur, quòd Moyſes loqueretur iſta filiis Iſrael, dubium eſt, an accipiantur filij Iſrael, vt comprehendantur Leuitæ, vel
G pro aliis tribubus ſine Leuitis.

Reſpondendum eſt, hic nomine filiorum Iſrael intelligi Leuitas. Et ad ſciendum, quando nomine filiorũ Iſrael accipiantur Leuitæ, vel quando non, aduertendum eſt, ꝙ quandocunque fit mentio de filiis Iſrael, aut fit mentio quantum ad aliquid, quod eſt purè temporale, aut quantum ad aliquid quod eſt ſpirituale. Cum verò agitur de aliquo temporali, nomine filiorum Iſrael non intelliguntur Leuitæ, & ſic quãdo computaretur filij Iſrael ad eundum ad bellum, non computabantur inter eos filij Leui, ſicut patet Num. 1. c. vbi in omnibus familiis, & tribubus computantur bellatores. In tribu autem Leuitica mandauit Deus, ne aliqui computarentur. Idem erat in diuiſione ſortiũ terræ promiſſionis, quia accipere ſortem poſſeſſionis, erat aliquid temporale, ideo cũ diceretur, ꝙ di-
H uideretur terra promiſſionis inter filios Iſrael, vt habetur Numeri 34. cap. non intelligebantur Leuitæ, quoniam iſti nullam partem accipiebant ſortialẽ, vt habetur Num. 18. & 35. cap. cum autem erat aliquod negocium ſpirituale, & nominabantur filij Iſrael, intelligebantur etiam Leuitæ, ſicut habetur Deut. 27. cap. vbi mandauit, ꝙ medietas filiorum Iſrael poneretur ad benedicendum ſuper montem Garizim, & medietas ſtaret ſupra montem Hebal ad maledicendum, in his intelligebantur Leuitæ, vt patet in eodem 27. c. Item quando Beatus Ioannes in Apocalypſi faciebat mentionem de omnibus tribubus Iſrael, quantum ad conuerſionem ad Chriſtum, poſuit ibi etiam Leuitas nominando Leui eſſe vnam tribũ, vt habetur Apocal. 7. c. Ex hoc autem poteſt cognoſci veritas huius opinionis: nam cum hic filij Iſrael vocari debebant, nõ vo-
I cabantur ad aliquid temporale, ſed ad aliquid ſpirituale, ſ. vt audirent legem. Ergo oportebat, ꝙ ad audiendam iſtam legem congregarentur etiam hic filij Leui, quia æquè pertinebat ad eos obſeruare legẽ, ſicut ad omnes alios; & ſic nomine filiorum Iſrael, comprehẽduntur Leuitæ. *Filijs Iſrael.* In iſto Leuitico cum Deus dat leges, aliquando mandat Moyſi, ꝙ loquatur filiis Iſrael, & aliquando mandat, ꝙ loquatur Aaron, de primo patet hic, & infra 4. cap. & in multis aliis: de ſecundo patet infra 6. cap. cum dicitur: Præcipe Aaron, & filiis eius, & iterum in eodem cap. Loquere Aaron, & filiis eius. Hic autem dicitur, ꝙ Moyſes loqueretur filiis Iſrael. Eſt autem ratio differentiæ: quia aliqua præcepta iſtorum pertinebãt ad totum populum, & tunc dicebat Deus Moyſi: Loquere filiis Iſrael. Alia autem erant, quæ pertinebant ad ſolos Sacer-
K dotes, & in iſtis mandabat Deus Moyſi, quod loqueretur ad Aaron, & filios eius, & quia præcepta, quæ ponuntur in iſto cap. pertinebant ad totum Iſrael, ideó dixit Deus: Loquere filiis Iſrael: *Homo qui obtulerit*. Hic intelligit Deus de ſpontaneis oblationibus. Erant. n. duplices oblationes, quædam neceſſariæ, aliæ autem voluntariæ; neceſſariæ oblationes erant tres, ſcilicet oblatio primogenitorum, & oblatio votorum, & hoſtia pro peccato. De oblatione primogenitorum apparet Exo. 22. cum dicitur primogenitum filiorum tuorum dabis, de bobus quoque, & ouibus ſimiliter facias, ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octauo reddes illum mihi. Idem hr Exo. 34. De oblatione autem votorum habetur Exodi 27. c. Iſta aũt, quia erant de neceſſitate, non poterant trãsferri ad alium modum vſus, vel oblationis, ſicut habetur infra 27. c. cum dicitur: primogenita, quæ ad Deum pertinent, nemó ſan-

Quando Leuitæ accipiantur noĩe filiorum Iſrael, & quando non.

Duplices erãt oblationes.

ctificare

ſtificare poterit, & vouere. De ſacrificijs autem, & oblationibus pro peccato, habetur infra 4. & 5. cap. & iſta ſacrificia erant neceſſaria, quoniam illi, qui peccabant, ſecundum diuerſa genera peccatorum, aut delictorum, tenebantur ad illa ſacrificia. Alia autem erant ſacrificia, vel oblationes, quæ ſponte fiebant, & iſta aliquando erãt de rebus nõ viuentibus, quæ vocabantur oblatio, aliæ autem erant oblationes de rebus viuentibus, & iſta vocabãtur ſacrificia. De primis habetur infra 2. cap. de ſecundis habetur hic. *Ex vobis hoſtiam*. Ex hoc patet, quod accipiantur Iſraelitæ non ſolum pro his, qui deſcendebant de genere Iacob, ſed etiam pro Aegyptijs, qui aſcenderãt cũ eis, quoniam cum illi eſſent conuerſi ad Iudaiſmum, licebat eis facere omnes cęremonias, quas faciebant Hebræi ex genere, immo compellebantur ad quaſdam illarũ, ſed hic iſta verba dicuntur ad filios Iſrael, cum dicitur: *Loquere filijs Iſrael*. Ergo nomine filiorum Iſrael intelligebantur Aegyptij conuerſi ad Iudaiſmum, & non ſolum Aegyptij, ſed etiam omnes alij Gentiles, quicunq. cõuerterentur ad Iudaicos ritus. *Hoſtiam Domino*. Hoſtia propriè dicitur ſacrificium factum de animalibus, & dicuntur hoſtiæ more antiquo: quia cum Gentiles inuicem pugnarẽt, & alteri ſuos hoſtes deuincerent, pro hoſtium victoria, ſacrificia Dijs ſuis offerebant, & illa ſacrificia hoſtias vocabant, quaſi pro hoſtili victoria factas. Latinorũ tamen vſus obtinuit, vt quodlibet ſacrificium hoſtia diceretur: & accipitur hic hoſtia vniuerſaliter non determinando, an ſit ſacrificium holocauſtorum, aut victimarum pacificarum, aut hoſtiarum pro peccato. Et patet: quoniam hic dicitur, quod hoſtia aliquando poterat eſſe holocauſtum, aliquando aliis modis. *Domino*. Hoſtia erat offerenda Domino, quoniam cum quis licitè offerret, Domino ſoli offerre debebat; & hoc antiquorum auctoritas obtinuit, quod licet ſæcula illa rudia fuerint, nulli tamen hoſtias obtulere, niſi ei qui verus Deus eſſet, aut antiquitatis errore Deus putaretur. *De pecoribus*. Ideſt de bobus, & ouibus, hic autem determinat ſe legiſlator ad ea, quæ offerenda erant.

Hoſtia quid ſit.

Quare tenemur Deo naturaliter ad cultum, & ad quem cultum? Quæſt. XI.

PRo quo notandum eſt, quòd ſecundum ordinem naturæ cum Deus ſit ſummũ bonũ, & prima cauſa, à qua omnia procedunt per cauſationem, & in quam omnia tẽdunt, vt in ſuum bonum completiuum per affectionem, & inclinationem, ab hac etiã cauſa omnia recipiunt continuè conſeruationem. Nam ſi Deus ceſſaret à conſeruatione ſua, qua omnes res conſeruat, neceſſarium eſſet omnia rectore deſtituta in nihilum dilabi. Cum igitur hoc à Deo nos recipere cognoſcamus, intellectus naturaliter iudicat ei ſeruiẽdum eſſe, & quoniam Deus ſpiritus eſt, cultus, qui ei debetur, in ſpiritu conſiſtit, ſicut habetur Ioan. 4. cap. Deus ſpiritus eſt, & eos qui eũ adorant, oportet in ſpiritu adorare. Hoc idem dicit Aug. in Enchiridio: Spe, Fide, & Charitate colitur Deus. Conſiſtit igitur cultus Dei principaliter in opere interiori animæ noſtræ. Ea autem, quę exterius fiunt, ad cultum Dei minimè pertinent, niſi ſecundum quòd ab interioribus viribus ordinantur. Cum tamen nos à Deo cuncta receperimus, ei cuncta debemus, & quia non ſolum vires noſtræ ſunt ſpirituales, ſ. intellectus, & voluntas, ſed etiam quædam alię vires corporales executiuæ ſubordinatæ viribus rationalibus, ideo non ſolum cultum interiorem, qui in viribus rationalibus conſiſtit, Deo reddere debemus, ſed etiã cultum in viribus exterioribus. Si igitur Deo in ſolo cultu interiori ſeruiremus, non ex omnibus viribus eum coleremus, ſed ſolum ex rationalibus, quod erat principaliter colere, ideo ad perfectum cultum Dei faciendum oportet vires rationales præcedere, atque dirigere, vires autẽ executiuas corporales ſubſequi, & exequi, & ob hoc non ſolum à natura ſecundũ principia rationis practicæ obligabamur, vt Deum in actu ſolo interiori coleremus, ſed etiam, vt aliqua obſequia exteriora præſtaremus. Et ſicut erat peccatum Deum in actu interiori non colere, ita & peccatum erat ei aliquas exteriores cæremonias nõ exhi-

A bere; & ſicut cultus interior in affectu cordis, eſt de iure naturali, (quod à Legiſtis ius Gentium appellatur, eo q ſoli homines eo vtantur, vt habetur ff. de iuſtitia, & iure l. 1.) ita & cultus Dei in actu exteriori de iure naturali eſt (& ab ipſis de iure gentium eſſe dicitur, vt habetur ff. de iuſt. & iure. in l. veluti.) Sed determinatio ad cæremonias exteriores, ſ. quas ceremonias Deo impendere debeamus, non erat à natura diffinitum, ſed hoc humana iura, & diuina diſtinxerunt. Inter ea tamen, quæ à Deo in actu exteriori exhibentur, nihil erat quod magis Deo conueniret, atque Deitatis ſignificatiuum eſſet, quàm ſacrificiorũ exhibitio, ideo apud omnes gentes, tam prudentes quàm rudes conformi quaſi à natura ſententia diffinitũ eſt eos, quos pro Diis habebant, ſacrificiorum oblationibus honorare. Hoc autem manifeſtatur in primis hominibus,

Ius Gentiũ quare ſic appelletur.

B quoniam mox vt Adam duos filios genuit, atque ipſi ad adultam ætatem peruenerunt, quaſi pro ſingulari munere Deo offerre cęperunt, quilibet iuxta genus officij ſui. Cain autem cum agricola eſſet de fructibus terræ munera Deo obtulit. Abel autem, qui paſtor erat ouium, de primogenitis gregis ſui Domino offerebat adipes, vt habetur Geneſ. 4. cap. Sic etiam de iure naturali ſacrificium eſſe, diffiniri videtur ab Ariſt. 5. Ethic. cum dicitur, quod legale eſt, quod non eſt ex ſeipſo determinatum, nec differt ſic, vel ſic fieri antequam ponatur: differt autem cum poſitum fuerit, vt ſacrificare vnam capram, ſed non duas oues. In quo innuit ſacrificium ſimpliciter de iure naturali eſſe, determinatio autem ad animalia immolabilia, & ad modum ſacrificandi ex ſola lege eſt. In hoc autem aduertendum eſt, quod cum modus, & determinatio ſa-

Sacrificiũ ſecundũ Ariſt. eſt de iure naturali, ſed determinatio aĩalitẽ eſt de iure poſitiuo.

C crificiorum à conſuetudine, & lege penderet humana, nõ eodem modo apud omnes gentes ſacrificiorũ ritus erant. Nam quidam porcum Cereri immolabãt, alij verò equũ Phębo offerebant, alij anſerem Dianæ dabant, nonnulli autem aſinum Priapo immolabant, quidam autem turpiſſimè agentes canina viſcera Hecatæ immolabãt. Multi, & alij ſunt modi, de quibus Ouidius in 1. libro Faſtorum, vbi ponit menſes Romanorum, & omnia feſta illorum menſium, & ſacrificia feſtorum, atque ritus, & cauſas eorum, & quæ ſingulis diebus aſtra oriantur. Vnde incœpit,

Cap. 7.

Tempora cum cauſis Latium digeſta per orbem.

Alij verò ex diuerſis ritibus Siluano Deo ſiluarum lac offerebant. Sic refert Horatius, dicens:

Tellurem porco, Siluanum lacte piabant.

D Multæ quoque obſcœnitates in ritibus Gentiliũ ad Deos ſuos factæ fuerunt, vnde cum Deus ſacrificiorum leges imponeret, ritus Gentilium deuitauit.

Quare Deus de pecoribus ſola tria genera ſibi immolari faciebat, de auibus autem ſolum duo, de piſcibus nullum? Quæſtio. XII.

NVnc autem inquiredum eſt, quare Deus de pecoribus ſola tria ſibi immolari faciebat, ſ. boues, oues, & capras, in auibus autem duo genera ſolum, ſ. turtures, & pullos columbarum. In quo ſciendum eſt, quod cum leges ſacrificiorum non eſſent à natura determinatæ, Iudæi poterant quodcunq; voluiſſent, & qualiter voluiſſent offerre, niſi Deus illos aliqua lege coercuiſſet. Patet enim

E in primis hominibus, quorum alter Domino primogenita pecorum obtulit, alius verò ſpicas. Sed deinde in principio ſecundæ ętatis, ſacrificia ad animalia munda determinata ſunt, quoniam de immundis nihil Deus ſibi immolari volebat. Vocantur autem animalia munda omnia, quæ ad eſum hominis pertinent; quibus verò veſci apud homines conſuetum non eſt, immunda vocantur, ideo Deus diſtinguens illa, dixit Noë, vt poneret ſecum in arca de animalibus mundis ſeptena, & ſeptena, de immundis verò bina, & bina, vt habetur Geneſ. 6. & 7. cap. Deinde cũ Noë à diluuio liberatus eſſet, cum in gratiarũ actionem pro tãto beneficio Deo ſacrificare vellet, de ſolis animalibus mundis tam volucribus, quàm pecoribus obtulit, vt habetur Geneſ. 8. cap. & placuit iſtud ſacrificium Deo, quia vt ibidẽ habetur, odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. Poſtea verò apud Hebræos magis ſapa-

Animalia munda & immunda q̃ ſint.

crificia, & animalia munda determinata ſunt, quoniam cum prius omnia illa animalia munda eſſent, quibus homines veſcerentur: Deus fecit Iudæis ſola decem pecora munda eſſe, vt habetur Deuter.14.c.cum dicitur: Hoc eſt animal, quod comedere debetis, bouem, & ouem, & capram, ceruum, & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum. Et licet iſta animalia quantum ad eſum Iudæis munda forent; offerri tamē de omnibus eis nō licebat, vnde Deus determinauit omnia ſacrificia ad tria pecora, ſ. bouem, ouem, & capram; vt habetur hic, & non ſolum hic, ſed etiam ex eo tempore, quo Deus cœpit vnire ſibi Abraham, & ſemen eius in populum, ſibi determinauit iſtos modos ſacrificiorum. Nam cum inſtitueret fœdus ſuum cum Abraham, mandauit ei offerre vaccam, capram, arietem, turturem, & columbam; vt habetur Gen.15.cap. Quare autem iſta magis, quam alia à Deo determinata ſint, cauſa eſt ipſorum munditia, inter alia quippe animalia nulla iſtis mundiora ſunt, quoniam ab omnibus immunditijs in cibo abſtinent. Eſt etiam alia cauſa, quoniam Deus volebat ſacrificia ſua de animalibus illis fieri, quæ communiter in vſu haberētur, & quia nulla communius, quàm prædicta haberentur, inſtituit Deus de his ſolis ſacrificium ſibi fieri. Alia autē cauſa eſt ſignificatio horum animalium, quoniam cū omnia ſacrificia Veteris Teſtamēti præcipuè tenderēt ad repræſentationē pleni, atque veri ſacrificij, ſ. corporis Dominici in Nouo Teſtamento, oportebat, vt illa animalia immolarētur, quæ magis ad ſignificationem Chriſti immolandi pertinerent, & quoniam in his quinque, ſ. tribus pecoribus, & duabus volucribus potiſſima ſignificatio reperitur, illa ſola offerri decuit. De adaptatione autem ſignificationis horum ad Chriſtum immolandum, dictum fuit latè Geneſ.15.cap.

Sola decē pecora munda erāt apud Iudæos.

Cur a Deo quedam animalia determinata ſūt in ſacrificium.

Alij dāt aliam, & quartam cauſā de qua infra q.20.

Quare non immolabantur piſces? *Quæſt. XIII.*

DE piſcibus autem aliquis inquiret, quare non immolabātur, ſicut pecora, & aues? Ad quod quidam reſpondent, ideo eos non immolari, quia à quibuſdā idolatris immolabantur. Hoc quidem verum eſt, ſicut patet ex auctoritate quorundam poetarum, nec tamen ex hoc concluditur; quoniam eodē modo apud Gentiles, oues & boues immolabātur, ſicut patet per Ouidium in libris Faſtorū, & in libris Metamorph. Deus tamen mandabat iſta ſibi offerri, ſicut hic patet, immo præcipuè iſta debebat facere ſibi offerri, quoniam hæc à quibuſdā gentibus pro Dijs colebātur: colebant namque Aegyptij taurum, ouem, & capram: ideo Deus præcepit iſta ſibi immolari, vt quidam volunt, vt intelligerent Hebræi, quòd illa non erant Dij, cum ipſe faceret illa occidi: ſic enim habetur Exod.8.cap.cum dicitur: Si mactauerimus ea, quæ Aegyptij colunt coram eis, lapidibus nos obruent. De hoc etiā & Iuuenalis in Satyra, quæ incipit: Quis neſcit Voluſce: cum dicit:

Propter quid Deus iuſſit ſibi offerri taurum, ouem, & capram.

O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina, lanatis animalibus abſtinet omnis
Menſa, nefas illic fœtum iugulare capellæ.

Sicut ergo Aegyptij colebant iſta animalia, & per hoc dicitur à quibuſdam Deum mandauiſſe illa ſibi offerri. Itē cum Aegyptij colant canes, & piſces, debuiſſet Deus mandare ſibi offerri canes, & piſces. De quolibet autem iſtorum habetur per Lucanum in fine 6.libri, De bello plus quam ciuili Iulij Cæſaris, & Pompeij; habetur etiam per Iuuenalem in Satyra penultima, quæ incipit:

Quis neſcit Voluſce Bithynice qualia demens
Aegyptus portenta colat, crocodilon adorat
Illic cæruleos nam piſces fluminis, illic
Opida tota canem venerantur, nemo Dianam.

Deus autem non mandauit ſibi aliquid de iſtis offerri, ſed potius prohibuit. De cane patet Deuteron. 23.cap. cum dicitur: Non offeres precium canis, de piſcibus autem licet nō inueniatur expreſsè prohibitum, quia tamen Deus poſuit regulam, ad quam nihil addere debebant, vt habetur Deuteron.4.cap. ſatis intelligitur eſſe prohibitum. Non eſt igitur cauſa quare Deo nō offerantur piſces, quia Gentiles illos Dijs ſuis offerebant, ſed potius colebant, vt

F patet de delphine, quem in cælo poſuerunt, & pro Deo colunt, vt declarat Ouidius in 2.lib. Faſtorum: Cauſa autem eſt: quoniā Deus illa vult offerri à nobis, quæ in poteſtate noſtra ſunt, & in vſu communi poſſidentur, vt habetur Paralip.1.29.cap. cū dicitur: Tua ſunt omnia, quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Et quia iſta animalia memorata in hoc cap. in poſſeſſione hominum communiter ſunt, piſces autem à nobis remoti ſunt, nō decuit eos præcipi immolari. Item quia ea, quæ Domino offerebantur in animalibus, viuentia eſſe debebant. Et quia piſces raro adduci poterant viuentes ad Dominum, ideo non decebat de illis offerri. Manent igitur quinque ſpecies animalium, de quibus Domino offerri licitum erat, ſ. de bobus, ouibus, capris, turturibus, & colūbis, de quibus omnibus habetur in hoc cap. *De pecoribus*. Inter pecora,

G & pecudes Grammatici hoc differre dicunt, quod pecora animalia magna ſunt, vt boues, & cameli, pecudes autem parua animalia ſunt, vt oues, & capræ. Hoc tamen in Sacra Scriptura non obſeruatur, quoniam tam magna, quā parua animalia pecora nominantur, pecudes autem raro nominantur. Sed adhuc inter pecora, & armenta Sacra Scriptura differentiam facit: quoniam armenta magnorum animalium cōgregationes eſſe dicit, vt boum, & camelorum, pecora autem minora animalia dicit. Sic obſeruatur Deuteron.14.cap. cum dicitur: Decimam frumenti, & vini, & olei, & primogenita de armentis, & ouibus tuis offeres. Fecit enim ibi differre armenta, & oues, per armenta vaccas intelligens, quæ maiora animalia ſunt. Et iterum in eodem cap. dicitur: Ex eadem pecunia emes quidquid tibi placuerit, ſiue de armentis, ſiue ex ouibus.

Pecora, et pecudes, & armēta differunt.

H Hic tamen in principio huius cap. non obſeruatur aliqua differentia, quoniam pecora, tam pro magnis, quàm paruis animalibus ſumpſit, cum dicitur, de pecoribus, id eſt de bobus, & ouibus, vtrūque nomine pecoris deſignans; infra tamen in hoc cap. obſeruauit differentiam dicens: Si de pecoribus oblatio eſt, de ouibus, ſiue de capris, &c. ibi quidem ſola minora animalia nuncupauit. *De bobus, & ouibus*.

Quare Deus non poſuerit hic capras? *Quæſt. XIV.*

QVAERET aliquis, cum liceret victimas offerre Deo de ouibus, bobus, & capris, quare non poſuit hic capras. Fortaſſis aliquis reſpondebit, quòd Deus agebat hic de ſacrificio holocauſtorum, & in holocauſtis

I ſoli boues, & oues offerri debebant, ideo de capris ſubticuit. Ad hoc dicendum eſt, non poſſe ſtare: quoniam infra, quando declaratur regula holocauſtorum, ponitur, quòd aliquis poteſt offerre de ouibus, & capris; non igitur ob hoc ſubticetur de capris. Item, non poteſt ſtare illa reſponſio, cum dicitur quòd Deus agebat hic de holocauſtis: quoniā licet in hoc cap. agat de holocauſtis, in principio tamen eius vniuerſaliter locutus eſt, tam de pacificis victimis, quā de holocauſtis, & de hoſtijs pro peccato. Patet hoc ex punctuatione literæ cum dicitur: Homo qui obtulerit ex vobis hoſtiam Deo, de pecoribus, id eſt de bobus, & ouibus offerens victimas, ſi holocauſtū fuerit, &c. manifeſtum eſt, quòd ſi in principio huius cap. cum dicitur: Homo, qui obtulerit ex vobis hoſtiam, intelligeretur ſolū de holocauſtis, non ſubiungeretur: Si holocauſtum fue-

K rit, ſed tamen hic diſtinguitur, an illa hoſtia ſit holocauſtum, vel non, ideo neceſſe eſt intelligi principium cap. de hoſtia vniuerſaliter ſumpta. Dicendum igitur eſt, quod Deus non expreſſit hic de capris, non tanquam exprimi deberet, ſed quia ſatis, expreſſis ouibus, intelligebātur capræ, & iſte modus loquēdi eſt vulgatus in Sacra Scriptura, quoniā cum ſæpe Deus agat de oblatione boum, ouium, & caprarum, ſolum exprimit armēta, & oues, per armēta ſolos boues intelligens, per oues autem capras etiā deſignat. Sic habetur Deuteron.14.cap. *Offerens victimas*. Signat enim victima aliquid quòd ferro occiditur, & ideo ſi animalia viuentia offerebantur, non ad hoc, quòd Domino immolarentur, ſed ad aliquem alium vſum, non offerebantur victimæ. De hoc Ebrardus ait:

Victima quid ſit.

Victima, quæ cecidit ferro victrice vocatur,
Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.

Si ho-

Si holocauſtum fuerit. Supra loquebatur legiſlator de ſacrificijs vniuerſaliter, non ſe determinans ad aliquam ſpeciem eorum, in iſta parte ponit de eorum diuerſitate, & varijs ritibus.

Notādū literale. In quo aduertendum eſt ſola tria genera ſacrificiorum Sacræ Scripturę tradita fuiſſe, ſ. holocauſtum, & victimas pacificas, & hoſtiam pro peccato, de quibus omnibus ſecundum ritus ſuos tractat legiſlator in hoc Leuitico. De primo in primo, & ſecundo cap. de victima pacifica, in cap. 3. de hoſtijs pro peccato, in 4. 5. & 6. *Holocauſtū quid ſit.* Eſt autem holocauſtum cum aliquod animal maſculini ſexus Deo offerebatur principaliter ad laudem Dei non inducente alia cauſa obligationis, aut petitionis, aut gratiarum actionis, & tunc animalia excoriabantur, & lotis inteſtinis, & capite, & pedibus, vniuerſa comburebantur ſuper altare Dei, ſola pelle animalis manēte, quæ in ius ſacerdotis offerentis cedebat, vt patet infra 7. cap. cum dicitur: Sacerdos, qui holocauſtum obtulerit, habebit pellem eius, nihil autem de carnibus iſtius ſacrificij popularibus offerentibus, aut ſacerdotibus miniſteria agentibus dabatur, cum carnes coram Domino incenderentur, vnde ob hoc holocauſtum in Græco idiomate dictum eſt, ſcilicet, ab ὅλον, quod eſt totum, & καῦμα, quod eſt incendium, quaſi totum incenſum.

Victima pacifica quid. Secundum ſacrificium erat victima pacifica, & iſta licet ad laudē Dei fieret, ſicut omnes cęremoniales actus, cauſa tamen inductiua eius non erat laus Dei, ſed aut alicuius rei petitio, aut gratiarū actio pro ſuſceptis. Pro quo ſciendum eſt, quòd omnia, quæ nos recipimus, à Deo ſuſcipimus, nec aliquid eo inuito habere poſſumus. *Vide ſup quæſt. I.* Si igitur Deus nobis iratus eſt, licet frequenter petierimus, nihil dabit, placatus autem nobis, omnia quæ petimus largitur, aut ſaltem ea, quæ nobis petentibus profutura eſſe cognoſcit: ideo cum aliquid petere volumus, Deum placatum nobis efficere debemus, alioquin enim fruſtra conamur. Et quia ſacrificia pacifica dicuntur à pace, ſcilicet à pace obtinenda: ideo cum aliquis à Deo quidquam petere volebat, victimas pacificas offerebat, vt Deum ſibi ſic placatum efficeret. Cum verò aliquis quæ à Deo petierat, ſuſcepiſſet, pro ſuſceptis in gratiarū actione victimas offerebat. Et quoniam nihil Deus nobis, niſi aliquo modo placatus dediſſet, victimas pacificas, ſ. pro pace habita eas Scriptura appellat. Sunt igitur victimæ pacificæ, aut pro pace habita, aut habēda. Erat autem ritus ſacrificiorum pacificorum, vt animalia illa, ſiue maſculina, ſiue feminina excoriarentur, & tollerentur inde adipes, & aruinæ, & renes, & duo renunculi, qui ſimul comburebantur coram Domino. Sacerdotes autem, qui iſta ſacrificia faciebant, accipiebant pectuſculum, & armum dextrum; omnes autem aliæ carnes, & inteſtina, & pellis animalis in ius offerentium cedebant. De parte, quæ proueniebat Deo, habetur infra 3. cap. de eo autem, quod ad Sacerdotes, & populares offerentes pertinebat, habetur infra 8. cap.

Hoſtia p peccato, & holocauſtum, & victima differunt. Tertium ſacrificium dicitur hoſtia pro peccato, & hoc differt ab holocauſtis, & victimis pacificis, quoniam illa ſpontanea ſunt. Sacrificium autem pro peccato nūquam, aut raro ſpontaneum, ſed propter legem cogentem erat, cum aliquis in aliqua delicta incidiſſet. Hæc autem ſacrificia pro peccato diſtinguebantur quantum ad ritus, quia aliter offerebatur ſacrificiū pro Sacerdote magno, & pro populo toto, aliter autem pro Principe, & perſonis ſingularibus: quoniam ſacrificia facta pro peccato Sacerdotis magni, & totius populi, totaliter cremabantur extra caſtra, & ſolus ſanguis accipiebatur ad liniēdum cornua altaris. In alijs autem ſacrificijs pro perſonis priuatis, & Principe populi non cremabantur ſacrificia extra caſtra. De hoc infra 4. & 5. cap. Aliud etiam obſeruabatur in ſacrificio pro peccato Sacerdotum quorumcūque, & aliud in ſacrificio pro peccato popularium, vt patet infra 6. cap. Sacrificium autem pro delicto, ſimile eſt cū ſacrificio pro peccato. In paucis enim differt, de quo infra 6. cap. Omnia autē alia ſacrificia qualiacumque ſint, reducuntur ad iſta, quod dico propter ſacrificium Agni Paſchalis, & Vitulę Rufæ, quoniam nullum iſtorum propriè erat ſacrificium, cum non obſeruētur in eis mores alicuius ſacrificij.

A Habent tamen aliquam ſimilitudinem cū iſtis tribus generibus ſacrificiorum, quia Agnus Paſchalis reducitur ad ſacrificium pacificarum hoſtiarum, & Vitula Rufa reducitur ad ſacrificium pro peccato. De ritu autem immolationis Agni Paſchalis habetur Exodi 12. cap. & Num. 9. cap. de ritu autem Vitulæ Rufæ habetur Num. 19. Hic autem legiſlator dat ſolum regulam de holocauſtis. *Si holocauſtum fuerit eius oblatio.* Oblatio dicitur, quātum ad offerentem, Holocauſtum verò quantum ad Sacerdotem occidentem, & cremantem. In quo conſiderandum, oblationem dupliciter dici, ſ. generaliter, & tunc omnia, quæ offeruntur ſiue viuentia, ſiue non viuentia, oblationes dicuntur, & ſic omnia genera ſacrificiorū ſunt oblationes. Alio modo accipitur oblatio ſpecialiter, & tunc denotat ſpontaneam dationem rerum non viuentiū. Primus modus accipitur hic in litera, cum dicitur: Si holocauſtū fuerit eius oblatio. B Secundus modus accipitur infra ſecundo cap. cum dicitur: Anima cum obtulerit oblationē ſacrificij Domino: ſimila eius oblatio erit. Hic autem in litera holocauſtum oblatio dicitur, nō quòd de rebus inanimatis fiat, ſed quia quantum ad offerentem, omne ꝙ offertur oblatio eſt. Nec etiam poſſunt diſtingui tria genera ſacrificiorū ex parte offerentis, ſed ex parte Sacerdotis illa cremantis, quia in offerendo non eſt aliqua diuerſitas rituū, quæ requiritur ad diſtinctionem ſacrificiorum, ſed in Sacerdote immolante, & miniſtrante, qui in varijs ſacrificijs varios ritus obſeruat. *Ac de armento.* Non mandat hic Deus de armento offerri ſemper in holocauſtis, quaſi nūquam de gregibus offerri poſſit, ſed quia duo mēbra ſunt holocauſtorum, ſ. aliquando de armentis, & aliquādo de C gregibus, ideo proſequitur hic primo ritum holocauſtorum, quę fiunt de armentis: pòſterius verò de holocauſtis agit, quæ de gregibus fiunt infra. *Quod ſi de pecoribus.* Cōſiderandum autem eſt inter armētum, & greges hoc differre, quia armenta ſemper magna animalia ſignant, vt boues, & camelos: greges autem parua animalia, vt oues, & capras. Cum autem hic dixit de armento eſſe immolādum, de ſolis bobus intellexit, cū nulla alia animalia magna immolabilia ſint. *Maſculum*. Mandat hic Deus ſibi maſculum offerri, quoniam in holocauſtis de quadrupedibus, nunquam aliquid femininum offerebatur. *In quadrupedib. nūquam aliqd femininum offerebatur.*

In quo conſiderādum eſt, quod ſacrificiorum quædam ſpontanea ſunt, quædam coacta. In ſacrificijs ex neceſſitate oportet dari ea, quæ mandat lex. Sunt autem principaliter duo ſacrificia coacta, ſ. ſacrificiū ex voto, & ſacrificium primogenitorum. D In ſacrificijs autem ex voto, nihil erat determinatum, ſed ꝙ aliquis vouiſſet, hoc tenebatur ſoluere, vt patet infra 27. cap. In ſacrificijs autem primogenitorum, ſemper tenebatur offerre maſculum, vt patet Exodi 13. cap. & 34. Cauſa autem huius erat: quia primogenita offerebantur pro liberatione Iſraelitarū de Aegypto, cū occidit Dominus omnia primogenita Aegyptiorū, tam in hominibus, quàm in iumētis, & ſeruauit primogenita Iſraelitarum, vt patet Exodi 13. & quia in occiſione illa ſolum perierunt primogenita maſculina, vt latè declaratum eſt Exodi 34. in primogenitis ſola maſculina offerri decuit.

Sacrificium autē pro peccato ex neceſſitate eſt, in quo non determinatur magis maſculus, quàm femina. Sed in quibuſdam maſculus offertur, in quibuſdam verò femina, vt patet infra 4. & 5. cap. E Erant autem duo ſacrificia voluntaria, ſcilicet Holocauſtum, & Victima pacifica. *Duo erāt ſacrificia voluntaria.* In holocauſto autem ſolus maſculus offerri debebat; In victimis autem pacificis, ſiue femina, ſiue maſculus. De primo patet hic: de ſecundo patet infra 3. cap. Cauſa autem diuerſitatis eſt: quia licet vtrumque ſacrificium ſpontaneum ſit, holocauſtum tamen directè ad laudem Dei eſt. Victima autem pacifica non eſt ita ad laudem Dei, ſed magis ad actionem gratiarū pro pace habita, vel habenda. Et quia Deus cum perfectus ſit, & opera eius perfecta, vt patet Deuteronom. 32. cap. debebat ſibi dari id, quod perfectū erat. Et quia ſexus maſculinus perfectior eſt ſexu feminino, cum femina iuxta Ariſtotel. vir occaſionatus ſit, in his, quæ ad Deum propriè pertinebant, maſculus ſolus dari debebat. *De Generat. animalium c. 3. lib. 2. & c. 6. lib. 4* Hoc autem in Holocauſtis. Sacrificia autem pacifica non erant directè ad Deū, ideo non

non oportebat ſemper maſculos offerri. Et ſi fortè alicui F ratio iſta non placet, dicendum eſt, quòd in quibuſdam præceptis præcipuè in cæremonialibus ratio exactiſſima reddi non poteſt, cum in eis voluntas principis ferentis legem pro ratione ſit: quoniam quod principi placuit, legis habet vigorem. ff. de conſtitut. princip. l. 1. Nec etiam oportet in omnibus, quæ conſtituta ſunt, rationem inquiri, quoniam non omnium, quæ à maioribus tradita ſunt, ratio reddi poteſt, vt habetur ff. de legi. l. non omnium: quia ſi rationes omnium inquirerentur, multa certiſſima ſtatuta deſtruerentur, vt patet eodem tit. l. ſequenti.

Immaculatum. Immaculatus dupliciter dicitur, ſicut macula duo ſignificat. Primo modo immaculatus dicitur, qui non habet varietates colorum, ſed ſincerus ei color eſt, aut purè niger, aut purè albus.

Alio modo immaculatus dicitur, qui caret maculis, id G eſt quibuſdam deformitatibus corporis, vt cæcitate, aut mutilatione membrorum.

Primus modus, ſcilicet diuerſitas in vellere, nō obſtabat quin animalia immolarētur, nec hoc modo Scriptura vocat immaculatum, vt patet Deuteronomij 12. cum dicitur: Occide, & comede iuxta benedictionem Dei tui ſiue immūdum fuerit, hoc eſt maculatum, & debile, ſiue mundum, hoc eſt integrum, & ſine macula, quòd offerri licet. Ecce qualiter vocauit mundum quod integrum eſt, id eſt quod non eſt trūcatum, vel deficiens in aliqua parte corporis.

Animalia munda ad cibum & ad ſacrificium.

Conſiderādum tamen eſt in hoc, quòd aliter accipiebantur animalia eſſe munda ad cibum, & alio modo ad ſacrificium, quoniam ad cibum erant decem ſpecies animalium mundæ, vt patet Deuteronomij 14. cap. Ad ſa- H crificium autem ſolæ tres ſpecies, ſcilicet boum, ouium, & caprarum mundæ erant, ſicut in hoc cap. ſupra determinatum eſt. Rurſus autem ex accidenti animalia maculari poterant, ita quòd non eſſent licita ad immolandum, ad veſcendum tamen licita erant. Maculæ autem, quæ vetebant ſacrificium fieri, habentur infra 22. cap. cum dicitur: Homo, qui obtulerit victimam pacificorum Domino vota ſoluens, vel ſponte offerens tam de bobus, quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt ſic acceptabile, omnis macula non erit in eo, ſi cæcū fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi papulas, aut ſcabiem, vel impetiginem, non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis ſuper altare.

Quæ maculæ impediebant animal ſacrificari.

Erat autem alia macula, ſi animal immolandum haberet abſciſſos teſticulos, vel contritos, de quo eodem ca- I pitulo, dicitur: Omne animal, quod vel contritis, vel tunſis, vel ſectis, ablatiſque teſticulis eſt, non offeretis Domino.

Differebat tamen quātum ad hoc, quia aliquæ maculæ erant, quæ faciebant animalia nō poſſe offerri pro voto, non obſtabat tamen, quin ſpontaneæ offerri poſſent, ſicut amputatio aurium, & caudæ, quoniam ſi aliquis vouiſſet ſe oblaturum vnum animal Domino, non poterat illud offerre amputata cauda, vel auribus. poterat tamen illud in ſacrificium dare, de quo Leuit. 22. c. dicitur, Bouem & ouem, aure & cauda amputatis voluntariè offerre potes, votum autem ex his ſolui non poteſt. Si autem aliquis vellet offerre animal maculatum, nihil merebatur apud Deum. Sic habetur eodem cap. cum dicitur: Si maculam habuerit nō offeretis, nec erit acceptabile. *Of- K feret ad oſtium Tabernaculi*, id eſt, ꝙ ille, qui volebat offerre aliquod animal in holocauſtum, debebat illud portare intra atrium Tabernaculi, circa altare, ad oſtium Tabernaculi.

An offerentes animalia ingrederētur Tabernaculum.

Aliqui autem errant in hoc, exiſtimantes, ꝙ animalia offerebantur Sacerdotibus apud oſtium Tabernaculi, & quòd non intrabant vulgares intra atrium Tabernaculi, ſed falſum eſt: quoniam cum vulgares offerrent victimas pacificas, intrabant intra atrium Tabernaculi, & ibi comedebant partem victimarum ſuarum, ſecūdum quod ſæpè apparet in hoc Leuitico, & in Deut. in quibus mandatur offerentibus, quòd comedant de victimis ſuis coram Domino. Comedere autem de victimis coram Domino, erat, quòd illas comederent coram altari holocauſtorum, oportebat igitur eos illuc intrare.

Item, non eſt aliquod inconueniens, quod vulgares introirent ad oſtium Tabernaculi, quoniam introire Tabernaculum, vulgaribus & Leuitis interdictum erat, ſolis autem Sacerdotibus miniſtrantibus hoc licebat, quòd igitur introirent vſque ad oſtium Tabernaculi populares, cum non eſſet ire intra Tabernaculum, illicitum non erat.

Item conueniebat vulgares introire vſque ad oſtium Tabernaculi, cum ſacrificia offerre deberēt: quia animalia immolanda in altari holocauſtorum cremabantur, illud autem apud oſtium Tabernaculi erat, vt patet Exodi 29. cap. ideo vulgares offerre volentes, vſque illuc animalia ſua deducere debebant, & ibi Sacerdotes eadem ſuſcipiebant.

Cauſa autem, quare ad oſtiū Tabernaculi populares accedere iubebantur, cum oblaturi eſſent, non eſt, quia aliquid ipſi facturi eſſent in Tabernaculo vel in oſtio eiꝰ; ſed quia id, quod populares offerebāt, ad altare holocauſtorum pertinebat, altare autem apud oſtium Tabernaculi eſt, ideo ipſi ad oſtium Tabernaculi accedere iubebantur, vnde cum dicitur: Offeret ad oſtium Tabernaculi, tantum eſt, ac ſi diceretur, offeret apud altare holocauſtorum. *Ad placandum ſibi Dominum*. Hic ponitur, quid proficiāt holocauſta, & dicitur, quòd per ea nobis Deum placamus auertentes iram eius à nobis.

In quo conſiderandum eſt, quòd placare Deum nō eſt finis holocauſtorum: quia holocauſta propriè dantur ad laudem Dei; ſed magis hoſtię pacificę dantur ad placandum Deum, vnde ex hoc dicuntur pacificæ quaſi pro pace datæ; holocauſta tamen cum principaliter ſint ad laudem Dei, dicuntur eſſe ad expiandum, vel placandum Deum, quia ex conſequenti hoc addunt. Nam qui recto animo holocauſta offerebant, vt in hoc Deo laudes impenderēt, Deus propitiatus eis, peccata remittebat, auertens iram ſuam ab eis: Laus igitur Dei in holocauſto per ſe eſt, placatio autem Dei ex conſequenti eſt. Et quando dicitur hic ad placandum, non denotatur cauſa finalis, tanquam ſacrificium iſtud ad placandū Deum præcipuè fiat; ſed denotatur conſecutio, vt cum dicitur, ad placandum ſibi Dominum, id eſt, & placabitur ſibi Dominus. *Ponetque ſuper hoſtiæ caput*. Aliqui dicunt, quòd hic debet dici, ponetque, ita quòd referatur ad Sacerdotem qui debebat ponere manus ſuper animal oblatum. Sed falſum eſt: quia in omnibus alijs ſacrificijs dicitur, quòd ipſe offerens debebat ponere manus ſuper caput animalis. Erat autem modus iſte: quia cum aliquis vulgaris adduceret aliquod animal ad holocauſtum, ducebat vſque ad altare holocauſtorum, & ibi ponens vtramque manum extenſam ſuper caput eius, relinquebat illud Sacerdotibus ad immolandum.

Quare fiebat iſta manuum impoſitio ſuper caput animalis oblati. Quæſt. XV.

QVÆRET aliquis, quare fiebat iſta manuum impoſitio ſuper caput animalis oblati?

Et reſpondetur, ꝙ fiebat propter duo; aut ad alterum eorum, ſ. ad proprietati illius animalis renunciandum, & ad peccata ſua ſuper caput illius imprecandum. De primo dicendum eſt, quòd cum aliquis offerebat animal, erat in poteſtate ipſius; cum verò obtuliſſet, exibat eius poteſtatem, & ad hoc, quòd notaretur offerentem excludere illud animal à iure ſuo, ponebat manus extenſas ſuper caput illius, quaſi illud iam non retineret in rebus, ſed libenter Deo concederet. Eodem modo videtur eſſe in ſeruitutibus, nam cum aliquis ſeruus alterius erat manui eius ſuppoſitus erat, id eſt ſub iure eius cōſtitutus; cum verò in libertatem emittitur, à manu Domini liberatur; ideo qui ſeruilem conditionem exeunt manumiſſi dicuntur, quaſi à manu Domini emiſſi, vt potè, ſi eos dominus in poteſtate ſua tenere nollet, de his, ff. de Iuſtit. & iure, l. manumiſſiones.

Alio modo intelligi poteſt, quòd impoſitio manuum offerentis ſuper caput animalis oblati, erat ad imprecandum pœnas peccatorum ſuorum ſuper caput illius animalis, ſcilicet, quòd ſicut Deus occiſurus erat illum ho-

minem

minem pro peccatis ſuis, ita occideret illud animal loco eius; & in hoc magna erat pietas Dei, quia ſicut ſanguis cuiuſlibet peccantis effundendus eſſet ad ſatisfaciendum Deo, ita recipiebat effuſionem ſanguinis animalis oblati loco ſanguinis humani. Simile autem habetur in precatione peccatorum infra decimoſexto cap. cum enim in die propitiationis deberet Deus facere remiſſionem peccatorum, mādabat, vt Sacerdos magnus acciperet vnum hircum viuentem, & ponebat manus ſuper caput eius confitens peccata populi, & precabatur, vt Deus repeteret pœnas omnium peccatorū Iſrael ab illo animali, ponendo illa ſuper illum hircum; & tunc mittebatur in ſolitudinem. Patet cum dicitur eodem decimoſexto c. tunc offerret hircum viuentem, & poſita vtraque manu ſuper caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius, mittet eum per hominem paratum in deſertum. Cum autem iſtæ duæ expoſitiones ſatis congruant literæ; conuenientior tamen iſta eſt, ſcilicet, ad imprecationem peccatorum manus poni ſuper caput holocauſti. Et patet hoc ex litera, cum ſubiungitur, ponetq. ſub hoſtię caput manus, & acceptabilis erit, atque in expiationē eius proficiet, in quo notatur illam impoſitionē manuum ad peccatorum remiſſionem proficere debere, nihil tamen proficeret, niſi illa impoſitio ad imprecationem peccatorum ſuper caput animalis eſſet: quoniam ſi dicamus, ideo manus imponi, vt proprietati animalis renuncietur, non ex hoc ſequetur expiatio peccatorum; quia renunciare proprietati, non directè agit ad peccatorum expiationem, ſed magis imprecatio ipſa peccatorum.

Dupl. pietas.

Et acceptabilis erit. Hoc referri poteſt ad oblationē, vel ad offerētem, ad oblationem autem refertur, quòd ſupra dicebatur, immolandum eſſe maſculum immaculatum.

Nunc autem ſubiungit, quòd ille maſculus oblatus acceptabilis erit, id eſt, placebit Domino tale ſacrificium, quando fuerint manus poſitæ ſuper caput animalis, hoc autem erat: quia iſta impoſitio manuum erat cæremonia à Deo inſtituta, & cum aliquis obſeruabat eam, obediens Deo, placebat ei ex obedientia, & erat ſacrificium ſic acceptabile.

Si autem non obſeruaretur iſta cęremonia, non erat ſacrificium acceptabile, quia omittebatur ordo à Deo inſtitutus. Aliter poteſt intelligi referēdo hoc ad offerentem, ſcilicet, ꝙ acceptabilis erit, id eſt, ꝙ Deus acceptabit preces eius, cum obſeruauit iſtam impoſitionē manuum imprecando peccata ſua ſuper caput animalis oblati. Erat autem acceptatio Dei: quia, ſicut iſte orabat peccata ſua transferri in caput illius animalis, ita Deus acceptaret, & hoc fiebat, cum offerens manum imponeret imprecando peccata ſua ſuper caput hoſtiæ; quia tunc orabat peccata ſua transferri in illud animal. Si autem non imponeret manus capiti eius, faciens illam imprecationem, non erat acceptabilis, id eſt, non acceptabat Dominus, quòd peccata huius transferrentur in caput hoſtię, cum offerens talia non imprecaretur imponendo manus. *Atque in expiationem eius proficiens*. Id eſt, quòd illa victima proficiebat ad expiationem, id eſt, ad emundationem peccatorum offerentis. Refertur ad ſuperiora, ſcilicet, quòd ſecundum preces offerentis, Deus transferebat pœnas peccatorum ſuorum in caput hoſtiæ, & ſic offerens manebat expiatus à peccatis.

An per ſacrificia Veteris Teſtamenti remitterentur peccata, & in quo Sacramenta Noui ac Veteris Teſtamenti differant, quantum ad efficaciam. Quæſt. XVI.

D. Thom. oppoſitū opinatur in 3. p. q. 69. art. 9. & 10. & q. 70. a. vlt.

CONSIDERANDVM autem eſt in hoc, quòd per ſacrificia Veteris Teſtamenti nō remittebātur peccata, id eſt, non auferebatur culpa: quoniam ablatio culpæ non fit per aliquam operationem Sacramentalem, ſed per ſolam actionem cordis hominis contriti; nam hoc generale eſt in Veteri, & Nouo Teſtamento in omnibus Sacramentis, ꝙ nullum Sacramētum tollere poſſit culpam, niſi accedens ad Sacramentum prius culpa fuerit emundatus. Dico autem hoc, quantum ad adultos: quoniam non eſt aliquod Sacramentum in Nouo Teſtamento, per

A quod adultus mortaliter peccans à culpa emūdari poſſit, niſi conteratur. Cum autem conteritur, tunc à culpa abſolutus eſt, etiam ante perceptionem Sacramentalem. Patet hoc de pęnitentia: nam ſi aliquis non contritus de peccatis, Sacramētum Pęnitentiæ ſuſcipiat, à nullo crimine abſolutus eſt; Si verò conteratur, in ipſa contritione ſine aliqua perceptione Sacramenti iam abſolutus eſt. Hoc idem patet in Baptiſmo: nam ſi aliquis adultus, qui iam ſæpè mortaliter peccauiſſet, baptizaretur, peccatorum veniam non ſuſciperet, niſi contereretur, licet non requireretur, ꝙ pro eis corporalem penitentiam ageret, ſicut qui pęnitentiæ Sacramentum ſuſcipiunt, & ſatisfactio eis pro criminibus ſemper iniungitur. Eſt tamen in hoc differentia, ꝙ licet culpæ peccatorum per contritionem ſoluantur ſine aliqua perceptione Sacramentali, Noui aut Veteris Teſtamenti, in Nouo tamen Teſtamento requiritur propoſitum percipiendi Sacramenta neceſſitatis; in Veteri autem, non, ſcilicet, quòd quamuis aliquis nō baptizatus ſola contritione in mortis articulo ſaluari poſſit, iſta tamen contritio non ſufficiet, niſi cum propoſito Baptiſmatis ſuſcipiendi. Eodem modo, ſi quis de peccato doleret, hoc ſolo abſolutus eſſet, non tamen ille dolor ſufficeret, niſi cū propoſito confitendi eſſet. Sacramentales ergò perceptiones per ſe culpam non diluunt, ſed contritio hoc facit, cōtritio tamen ad perceptionem Sacramentalem referenda eſt. Et tamen Sacramentum Pęnitentiæ extēdit ſe ad culpam, in quātum eſt Sacramentum in propoſito, licet non in actu. In actu quoque prodeſt ad remiſſionem culpæ, ſi aliquis, non exiſtente contritione ſufficiente, aut debita, accedit ad confeſſionem, & ſe ſubijcit clauibus, ex viribus

B

C Sacramenti diſponitur ſæpè, vt habeat perfectam contritionem, & ita remittuntur peccata. In Veteri autem Teſtamento non ſic erat: quoniam dato, quòd aliquis ſolum contereretur, de peccatis dolens, & non proponeret facere aliqua ſacrificia, à peccatorū culpa immunis erat, in quo Sacramēta Noui Teſtamēti magis neceſſaria ſunt, & magis habent naturam Sacramenti quam Sacramēta Veteris Legis. Quicquid tamen illud ſit, culpa directè, & totaliter contritione abſtergitur, & nō perceptione Sacramētali, quoniam ſi Sacramentum ſecundum ſe eſſet neceſſarium ad culpæ abolitionem, impoſſibile eſſet quouis modo culpam aboleri ſine Sacramento, in multis tamen tam ſine Baptiſmali, quàm ſine Pęnitentiali perceptione abſolutio fit à crimine, quando non eſt contemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis Sacramēti perceptionem excludit, vt patet extra, de cleric. non bapt. in cap. 2. & 3. Contritio tamen, quia ſecundum ſe neceſſaria eſt ad peccati deletionem, & ſi aliquando tollatur, impoſſibile eſt culpam deleri; nam quouis modo aliquis ſe habeat, ſiue impeditus, ſiue non; ſiue ſanæ mentis, ſiue non; ſi de peccato non conteritur, impoſſibile eſt aliquatenus culpam dilui, multoties tamen ſine Sacramentali perceptione abſolutio fit de crimine, ergo ſola contritio per ſe neceſſaria eſt ad peccati deletionem. Sacramentalis autem perceptio, habet neceſſitatem indirectā ex ſola lege ad hoc cogente. Huius ſignum eſt: quia contritio ad peccatorum deletionē omni tempore neceſſaria fuit ab ipſo primordio ſęculorum ſine aliqua lege data. Sacramentalis autem perceptio ſolum conueniens, & ſalubris fuit, poſtquam à lege inducta eſt. Ex quo infertur contritionem eſſe de iure naturali in

In Veteri Teſt. ſola contritio peccata delebat.

D

Contritio ſola ad peccati deletionem eſt neceſſaria.

E ipſis principijs rationis practicæ, nullo dicente, aut docente fundatam, Sacramentorum autem perceptionem à ſola lege inductam. Hæc autem de peccatis actualibus dicta ſunt, quoniam originalis peccati macula ſine Sacramenti perceptione non abſtergitur, ſicut in pueris, qui baptizantur, in quibus nulla contritio eſt; & eodem modo erat in eis, qui circumcidebantur in Veteri Teſtamento; quoniam cum in tenerrima ætate iſta Sacramenta ſuſciperent, carentes adhuc actu rationis, conteri non poterāt. Nec etiam dici poteſt, quòd parentes iſtorum paruulorū, aut Eccleſia loco eorum conteratur, quoniam iſti fidem loco paruulorum ſuſcipiunt, de peccato tamen nihil dolent, ſcilicet, quia cum aliquis paruulus baptizandus eſt, parentes ſui, aut illi, qui faciunt eum baptizari, certiſſimè exiſtimant, quòd Baptiſmus ei conferat vitam æternam, ideoque eum baptizari faciūt, quòd ſi fortaſſis in baptiſmate

Sacram. Bapt. vt neceſſariū eſt.

mate exiſtimarent nihil conferri, non eum facerēt baptizari. Eccleſia etiam in hac fide fundata paruulos baptizat, credens per hoc eis futuram vitam æternam.

Si parentes aut adducentes puerũ ad Baptiſmum fidem non habẽt Baptiſmus nihil prodeſt.

Et ſi fortè ex parte Eccleſiæ, aut ex parte eorum, qui puerum faciunt baptizari, iſta fides in vniuerſali, aut in particulari deficeret, Baptiſmus nihil conferret; ſicut qui baptizat intendens ludere, & non Baptizare. Dolendum tamen de peccatis iſtorum paruulorum non eſt, nec Eccleſia dolet, aut parentibus dolendum ſuadet, quamuis maculas originales paruuli naſcentes contraxerint; quoniam pro tali peccato nemini dolendum eſt; quoniam quilibet dolere debet de eo, quod nequiter egit, vt pęniteat eum feciſſe, & nollet aliquatenus hoc egiſſe. De eo tamen quod nos non agimus, ſed nobis totaliter inuoluntarium eſt, nullam nobis occaſionem præſtantibus, conterendum aut plangendum non eſt. Sic etiam G de originali peccato in nobis eſt, quoniam originalis macula à nobis non fit, ſed contrahitur, nec voluntas ad hoc operatur, ſed ſeminalis deriuatio illam cauſat, non igitur paruulis plangendum eſt: quia originaliter peccauerunt, quoniam non ipſi quaſi ex ſe peccauerunt, ſed peccatum in eos deriuatum eſt, ideo rationabiliter ſtatutum eſt, vt ſola Sacramentali perceptione originalis macula deleretur, ſicut in Baptiſmate, & in Circũciſione, quando vires habuit ſalutiferas, ſi tamen in paruulis eſſet aliquod actuale peccatum, de quo ipſi dolere nõ poſſent, neceſſarium eſſet, vt parentes loco eorum pro peccato dolerent, & ſi non dolerent, impoſſibile eſſet per Baptiſmatis Sacramẽtum, aut per Circumciſionem tempore ſuo aliqua peccata fuiſſe deleta: nam ſicut cum aliquis baptizatur, requiritur fides ex parte Eccleſiæ bapti- H zantis, ita ex parte paruuli baptizati, vt proficiat Sacramentum. Si autem Eccleſia crederet nihil conferri in Baptiſmate, & paruulus, vel illi, qui eum baptizandum offerunt, crederent ſe in hoc nihil ſuſcipere, non proficeret ille Baptiſmus. Sic igitur in offerẽtibus puerum ad Baptiſmum requiritur fides, ſine qua impoſſibile eſt Sacramentũ proficere, & requireretur iſta fides in baptizato, ſi ipſe eam habere poſſet, ita eſſet de peccato actuali, ſi quod in paruulo eſſet, de quo perfectè conteri non poſſet, quoniam tunc neceſſarium eſſet parentes, & Eccleſiam loco eius de peccato dolere, alioquin impoſſibile eſſet, vt Baptiſmus quicquam proficeret. Nunc autem de ſacrificijs Veteris Teſtamenti dicendum eſt, ꝙ cum ipſa non ſint digniora, nec æqualiter digna Sacramentis Noui Teſtamenti, quòd cum per Sacramenta Noui Teſtamenti non abo- I leatur directè culpa, ſed per contritionem, multo minus per ſacrificia, & cæremoniales obſeruationes Veteris Teſtamenti aboleri poterit.

Reſponſio ad iit. quæſt.

Cum igitur dicitur hic, quòd holocauſtum proficit ad expiationem offerentis, non eſt hoc intelligendum de emundatione culparum, ſed potius de ablatione pœnarum: vnde ſi aliquis offerebat holocauſtum in mortali peccato exiſtens, ſacrificium illud non erat Deo placabile, ſed potius ex hoc indignabatur Deus, quoniam victimæ ſtultorum abominabiles Deo ſunt, iuxta Salomonem. Et ſic licet Cain obtuliſſet Domino ſacrificium de frugibus ſuis, quia tamen in peccato erat, non acceptabat Dominus oblationem illam, vt habetur Gen. 4. c. cum dicitur: Ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit. Ideo cum aliquis offerre debebat, ſi congruè vellet offer- K re, prius de peccatis dolere debebat, & tunc victimas offerre poterat acceptabiles Domino; Id igitur, quod propter holocauſta expiabatur, non erat aliqua culpa, ſed pęna debita pro culpa, quoniam poſtquam aliquis à culpa abſolutus eſt, adhuc manet ſuſtinenda pęna pro peccato, & ſacrificia illa proficiebant, vel ad ablationem pęnarum inferendarum, aut ad aliquam partem earum.

Prouerb. cap. 15.

In quo Sacramenta Noui ac Veteris Teſtamenti differant, quo ad efficaciam. Quæſt. XVII.

NVNC autem inquiret aliquis, cum non diluatur culpa per Sacramenta Noui, aut Veteris Teſtamenti directè loquendo de culpa actuali, & per ipſa ſacrificia, & cæremoniales obſeruationes peccatorum F pœnæ tollantur, in quo differunt quantum ad efficaciam Sacra Noui, & Veteris Teſtamenti? Nam ſi dicamus hæc differre, quia per Sacra Veteris Teſtamenti culpa non emundatur, per Sacramenta aũt Noui Teſtamenti emundatur, ſtare non poteſt, cum dictum ſit, quòd culpa directè per contritionem, & nõ per aliquid alterum aboletur. Si autem dicamus ea differre, quantum ad ablationẽ pœnarum, ſ. ꝙ per ſacrificia, & oblationes veteris Teſtamenti, pœna peccatorum non tollatur, & per Sacramẽta Noui Teſtamenti remittantur pœnæ peccatorum, falſum eſt: quoniam etiam per ſacrificia Veteris Teſtamẽti idem fit. Ad hoc autem reſpondendum eſt, eſſe magnam differentiam in efficacia Sacramentorum Noui, & Veteris Teſtamenti. Prima eſt, ꝙ licet Sacramenta Noui, & Veteris Teſtamenti directè nõ ſe habeant ad remiſſionem culpæ, ta- G men indirectè Sacramenta noui Teſtamenti ſunt neceſſaria ad culparum abolitionem, ita, ꝙ ſine eorum actuali perceptione, aut ſine propoſito percipiendi, culpa nulla tolli valeat, ſicut ſupra declaratum eſt quantum ad Baptiſmum, & Pœnitentiam. In Veteri autem Teſtamento non ſe habent aliqua Sacramenta aut ſacrificia, vel cæremoniæ ſic ad culpæ remiſſionem, ita, ꝙ ſine eorum actuali ſuſceptione, vel ſuſcipiendi propoſito culpę nõ auferantur, niſi in Circumciſione, ſine qua paruuli moriebãtur in originali macula. Hæc tamen nõ pertinet propriè ad Vetus Teſtamentũ, cũ ante ipſum Teſtamentum tradita ſit.

Prima differentia.

Item differunt in efficacia Sacramenta Noui & Veteris Teſtamenti: quia obſeruationes cæremoniales Veteris Teſtamenti non proficiebant directè ad deletionem pęnæ debitæ pro peccato, tãquam eſſent pars ſatisfactionis, ſed H ſolum ad emũdationem quarundam irregularitatum, & immunditiarum corporalium, quæ arcebant ab introitu, & acceſſu ad Tabernaculum, ſicut ſatis patet per Apoſtolum in epiſtola ad Hebræos. Sacramenta autem noui Teſtamenti, nunquam dantur ad emundationem alicuius corporalis maculæ, aut irregularitatis, ſed ſemper ad tollẽdum directè, vel indirectè aliquam culpam venialem, vel mortalem, aut ad gratiam conferendam, vel exiſtentem augmentandam, ſicut patet cuilibet diſcurrenti per omnia Sacramenta noui Teſtamenti, inquirendo quid in quolibet illorũ conferatur. Itẽ differunt Sacramenta Noui, & veteris Teſtamenti: quia per Sacramẽta noui Teſtamenti ſemper remittitur ex natura Sacramenti pœna debita pro peccato in totũ, aut in partem, & ſic ipſũ Sacrm confert partem ſatisfactionis. Sacra autem, ſiue cæremo- I niales obſeruationes Veteris Teſtamẽti, non faciunt directè ad remiſſionem pœnarũ debitarũ pro peccato, ſed faciũt indirectè, ſ. ꝙ ſi Iſraelitæ non facerent cæremonias, & ſacrificia eis à lege iniuncta, peccatum, & pœnã incurrerent: ſi autem hæc oĩa obſeruarent, nulla eis pęna infligeretur, & ſic tollebatur pœna illa, quam incurrere debebãt ſi non obſeruarent legem, non tñ per iſtas cæremonias, & ſacrificia euadebant pœnas aliquorũ peccatorũ, quæ iam cõmiſiſſent, quaſi eſſent iſtæ cæremoniæ ſatisfactorię peccatorum, aut pars ſatisfactionis, & ſuper hoc proficiebãt: quia obſeruantibus tẽporalis proſperitas proueniebat, & auferebatur gladius hoſtilis, ſic patet infra 18. c. cũ dr: Cuſtodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis, i. ꝙ ſi aliquis compleuerit obſeruationes legales, per eas merebit, vt nõ occidatur à Deo, ſed vt ei vita detur ad K vlterius illas obſeruationes cõplendum. Sic ẽt dicit Apoſtolus ad Rom. 10. Moyſes. n. ſcripſit qm̃ iuſtitiam, quæ ex lege eſt, qui fecerit, hõ viuet i ea, i. p hoc ꝙ aliquis faceret ea, quæ mandabant in lege, merebat, vt ei daretur tps ad magis viuendũ in lege. Itẽ differunt Sacramenta Noui, & Veteris Teſtamẽti: quia Sacramenta Noui Teſtamẽti proficiebant ex intentione eius, qui ſuſcipiebat illa, ſ. ſi erat in charitate; & hoc generale eſt: quia i omni opere, quod ab aliquo exiſtente in charitate efficitur, dirigendo illũ in rectũ finem, meritũ eſt. Sed præter hoc in Sacramẽtis Noui Teſtamẽti erat alia efficacia, quia nõ ſolũ merebatur aliquis ex eo, ꝙ i charitate ſuſcipiebat illa, ſed etiam ex hoc, ꝙ ipſa Sacra ex natura ſua ei aliquid cõferebant, niſi obicem poneret; in Sacramentis aũt, & obſeruationibus cęremonialibus Veteris Teſtamẽti non erat ſic: qm̃ ſolũ conferebant, ſi aliquis illa ex feruore deuotionis efficeret,

alias

Et tamē Tho. nil-lum de ſacrificiis recipit. prima ſecundæ q. 103. art. 2. & melius in 3. parte, q. 62. art. vlt. & q. 70. art. vltimo.

aliàs autem nihil. Sunt autem, & præter hæc aliæ diffe- A rentię in efficacia Sacramē orum, Noui, & Veteris Teſtamenti, de quibus ad præſens non oportet magis dilatare ſermonē. De holocauſtis iſtis, quæ hic ponuntur eſſe ad expiationem, dicendum eſt, quòd non erant ad expiationem culpæ, ſicut ſupra declaratur, nec etiam erant directè ad tollendum pœnam aliquorum peccatorum præteritorum: ſed ſolum proficiebant, inquantum iſte offerens ex deuotione merebatur, & tunc poterat hoc eſſe per accidens ad remiſſionem alicuius pœnæ peccatorum præteritorum, vel ad augmentationem gratiæ, ſed nihil horū per ſe, ex natura holocauſti, aut alterius ſacrificij agebatur. *Immolabitq; vitulum.* Hic ponitur quid fieri deberet animali poſtquam conferretur, & dicitur, ꝙ deberet immolari, id eſt, iugulari, vel occidi, ante hoc tñ ſiue offerens, ſiue ipſi Sacerdotes, qui in hoc magis experti erāt, B inquirere debebant, an animal eſſet cōueniens ad immolandū vel non, cognito autem, ꝙ eſſet conueniens, immolari debebat, dicitur autem: immolabitque vitulum, referendo ad Sacerdotem, & non ad eum, qui offerebat, quoniam laici offerentes, non debebāt aliquid immolare, aut facere quod pertineret ad miniſtrationē Sacerdotalem, quoniam ſi aliquid facerent, morerentur. Etiam Leuitæ ſi acceptarent miniſtrare in eo, quod pertinebat ad Sacerdotes, moriebantur: ideo mandauit Deus Aaron, & filiis eius, vt ipſi ſoli miniſtrarent, & non permitterēt aliquem alium in Sacerdotio miniſtrare, aliàs oriretur magna indignatio Dei ſuper totum populum, quia tunc Leuitæ morerentur attentantes miniſtrare in loco Sacerdotum. Habetur Num. 16. cap. vbi Core, Datan, & Abiron cum 250. viris inſurrexerunt ad miniſtrandum in officio C Sacerdotali, & tunc combuſti ſunt, & terra abſorbuit eos. Quòd autem laici tentātes miniſtrare in officio Sacerdotum morerentur, aut magnam pœnam incurrerent, patet in Rege Ozia, qui aliàs vocabatur Azarias, qui cum accepiſſet thuribulum ad miniſtrandum coram Domino, tāquam Sacerdos, percuſſit eum Dominus lepra in fronte, & fuit leproſus vſque ad mortem ſuā, regnauitq; pro eo filius eius, tanquam ipſe viuens mortuus eſſet, vt habetur 4. Regum 15. cap. Mandatur igitur hic, quòd immolet vitulum, ſcilicet Sacerdos, ad quem pertinet iſta immolatio, & non laicus, qui offerebat, & ponebat manus ſuper caput hoſtiæ, quamuis hic ex contextu litteræ videretur referendum ad ipſum laicum offerentem, cum omnia ponantur in tertia perſona, ſine aliquo expreſſo ſuppoſito, & ſic accipiendum foret, niſi alia loca Scripturæ hoc prohiberent. *Immolauitq; vitulum.* Manda- D tur hic vitulus immolari in holocauſtum, nō quòd liceret ſolum vitulum offerri, ſed quia hic diſtinguebatur, an holocauſtum fieret de armento, an de gregibus: cum autem fieret de armento, ſolus vitulus immolādus erat, quia nō erant alia animalia immolabilia, quæ inter armenta computarentur, niſi boues, & mandatur vitulus, quia licet aliquis de bobus offerret holocauſtū, non deberet bouem ſenem, aut quatuor vel quinque annorum offerre; ſed vitulum, quia tener erat. *Coram Domino,* ſcilicet, iugulandus erat ille vitulus coram Domino. Accipitur hic propriè coram Domino: quia cum Deus vbique ſit, vbicunque aliquid faciamus, coram Deo facimus, quoniam nemo poteſt locorum receſſibus à Deo ſeparari, nec locorum acceſſibus eidē appropinquare; dicitur tamen Deus in ali- E quibus locis ſpecialius eſſe, quàm in aliis, quia ibi facit ſingulares operationes, ſicut Deus ſpecialius eſt in cælo empyreo, vbi eſt gloria Beatorum, quàm in aliis locis, & ſpecialius eſt in hoſtia conſecrata, quàm alibi, ideo cum aliquid agimus in locis illis, in quibus Deus ſpecialius eſt, coram Deo agere dicimur, & ſic quis aliquid agit corā hoſtia cōſecrata, quia ibi ſpecialiter Deus eſt, corā illo illud agere dicit, & quia ſic erat in Sāctuario, ꝙ Deus erat ſpecialiter in Tabernaculo intra Propitiatoriū, & etiam ſuper Altare holocauſtorū, cū ei ibi ſacrificia offertētur, qui aliquid ageret corā Altari holocauſtorū, coram Dño agere diceretur, & quia immolationes fiebāt ad latus altaris apud oſtium Tabernaculi, vt patet infra in littera, qñ aliquis immolabat aliquod animal, corā Deo immolare dicebatur. Si aūt accipiebat largè aliquid corā Do-

Quō corā Deo opera noſtra fieri dicantur.

mino, vbicunque exiſteremus aliquid facientes, corā Deo illud ageremus, ſic dicit Boetius, de Conſolatione, lib. 5. Proſa 5. Magna vobis eſt, ſi diſſimulare non vultis, neceſſitas indicta probitatis, cū ante oculos agitis iudicis cuncta cernētis. *Et offerent filij Aaron Sacerdotis, ſanguinem.* Poſtq̃ iugulatus eſſet vitulus, filij Aaron accipiebant ſanguinem illius in aliquo vaſe, & offerebant Sacerdoti facienti ſacrificia, vt effunderet illum per parietes altaris in circuitu.

Quomodo animalia hac immolabantur. Quæſt. XVIII.

CIRCA hoc quæretur, quō animalia iſta immolabantur, ſi an iugularentur ſuper altare, vel infra. Aliqui putant, quòd animalia iugularētur ſuper parietes altaris, & ſic decurreret ſanguis ſuper altare. Sed hoc ſtare nō poteſt: Primò, quia cum totum altare igne plenum eſſet, non poſſet ponere Sacerdos animal immolabile ſup illud, nec ibidem iugulare, qm̄ combureretur, totumq; ignem altaris diſſiparet quod non conueniebat. Item, ſi ſuper parietes altaris iugulata fuiſſent animalia, fluxiſſet ſāguis ſuper ignem extinguens illum, & accipi non potuiſſet ad liniendū parietes altaris, vel ſi fortaſſis in ipſa iugulatione ſanguis per parietes altaris decurriſſet, non poſſent illum accipere Sacerdotes, vt offerrent ipſi Sacerdoti miniſtranti. hic tñ mandatur, ꝙ filij Aaron offerant ſanguinē ad fundendum per parietes altaris. Itē, quia infrā dicitur, ꝙ animalia deberēt iugulari circa latus Aquilonare altaris. Ad hoc rñdendum eſt, ꝙ nullum aĩal oblatū iugulabatur ſup altare, ſed apud latus altaris, & ibi ponebātur aliqua vaſa, in quæ ſanguis influeret, & tunc accipiebant illa Sacerdotes filij Aaron, & offerebant ipſi Sacerdoti facienti ſacrificia, qui effundebat illum ſanguinem per circuitū altaris.

An ſemper Aaron, vel alij Sacerdotes magni deberent facere ſacrificia, vel aliquando potuerint Sacerdotes minores illa efficere. Quæſt. XIX.

CIRCA hoc autem aliquis quæret, an ſemper Aaron, vel alij Sacerdotes magni deberent facere ſacrificia, vel aliquando poſſent Sacerdotes minores illa efficere? Dicet aliquis, ex hoc ſequi, ꝙ Sacerdos magnus ſēper deberet iſta ſacrificia facere, & nemo alius, quia dicitur hic, ꝙ ſacerdos immolabit vitulum, & filij Aaron, & ſacerdotes minores offerent ſanguinem, & ſic videtur, ꝙ ad ſacerdotes minores ſolum pertineret offerre ſanguinem, & non immolare, vel facere ſacrificium.

Ad hoc reſpondendum eſt, ꝙ miniſteria ſacerdotum erant quatuor. Primum erat, intrare in Sancta Sanctorum ad expiandum in ſanguine, vt hr̄ inf. 16. c. Secundum miniſterium ſacerdotum erat, ꝙ incenderent lucernas cādelabri in Tabernaculo, vt patet Exodi 27. & 30. & inf. 24. Tertium miniſterium erat pertinens ad ſacerdotes, offerre thymiama coram Dño, vt hr̄ Exo. 30. Quarta miniſtratio erat ſacerdotum, facere ſacrificia, vt patet in toto hoc Leuitico. Prima autem miniſtratio, qua erat introire in Sancta Sāctorum pertinebat ad ſolum ſacerdotem magnū, & non poterat aliquis de minoribus ſolum, vel cum eo illuc intrare, vt patet infra 16. cap. & ad Hebr. 9. Alia autem tria miniſteria, non ſolum pertinebant ad ſacerdotē magnum, ſed etiam ad ſacerdotes minores. De incenſione candelarum, ꝙ pertineat ad ſacerdotes minores, habetur Exodi, 27. cum dicitur: Vt ardeat lucerna ſemper in Tabernaculo teſtimonii, & collocabunt eam Aaron, & filii eius. De incenſione thymiamatis habetur infra, 10. cap. quòd pertineat ad minores ſacerdotes, quia filij Aaron, qui erant ſacerdotes minores, acceperunt thuribula ad incendendum thymiama, vt habetur 10. cap. Itē, patet hoc: quia Zacharias pater B. Ioannis Baptiſtæ nō erat de ſacerdotibus magnis, & tñ ipſe obtulit thymiama coram Domino, vt habetur Lucæ 1. cap. Quod autem oblatio victimarū pertineat ad ſacerdotem magnum, & ēt ad minores, patet infra, 7. c. cum dicitur, ꝙ qui obtulerit & adoleuerit ſacrificium, habebit armum dextrū de hoſtia pacificorum. Si autem ſacerdos magnus ſolus dēret offerre, & adolere carnes ſuper altare, non diceretur, quòd armus dexter pertineret ad ſacerdotem, qui offerret victimas: ſed diceretur, quod perti-

Quatuor erant miniſteria Sacerdotum.

Munus proprium Sūmi Sacerdotis

neret ad Sacerdotem magnum, cum nullus alius hoc facere poſſet. Item, inf. 6. c. cum dr̃: Qui obtulerit holocauſtum, habebit pellem eius, ſi autem ſolus Sacerdos ſummus faceret holocauſtũ, diceretur, quod pelles omnium holocauſtorum eſſent Sacerdotis magni eodem modo dr̃ ibidem, ꝙ quicquid in craticula, vel in ſartagine præparatur, ad illum Sacerdotẽ pertinebat, à quo offerebatur; non ſolum ergo Sacerdos magnus faciebat iſta ſacrificia, ſed etiam Sacerdotes minores. Item, quia ſi ſolus Sacerdos magnus iſta debuiſſet facere, non ſufficeret, quia interdum valde multa ſacrificia fiebant, ſicut Salomon obtulit ſemel mille hoſtias, non ergo poterat Sacerdos magnus oẽs illas per ſe facere. Neceſſarium igitur eſt, nõ ſolum ſacrificia fieri per Sacerdotem ſummum, ſed etiam à Sacerdotibus minoribus. Et qñ hic dicitur, ꝙ Sacerdos immolabit vitulum, & ꝙ filij Aaron offerent ſanguinem, G nõ eſt intelligendum, ꝙ ad Summum Sacerdotem ſolum pertinerent ſacrificia, & ad minores, qui vocabantur filij Aaron pertineret ſolũ offerre ſanguinem, ſed ꝙ ad alium Sacerdotem pertinebat ipſa miniſtratio ſacrificiorum in immolando, & adolendo, & ad alios Sacerdotes, qui iſta tunc non facerent, pertinebat, ꝙ offerrent ſanguinem illi Sacerdoti miniſtranti. *Filij Aaron & Sacerdotis*. Vocatur hic Aaron Sacerdos ad differentiam aliorum ſic vocatorum, qui non erant Sacerdotes, & ſic vocatur Aaron Leuita ad differentiam aliorum, qui nõ erant Leuitæ, vt patet Exodi, 7. cap. Vel poteſt vocari Aaron Sacerdos per excellentiam, id eſt, magnus Sacerdos, quia tunc ſolus ipſe erat Summus Sacerdos. Alij autem erant minores Sacerdotes. *Sanguinem eius fundentes per altaris circuitum.* Id eſt, ꝙ iſti Sacerdotes minores, qui offerebant ſanguinem H in vaſis illis, effundebant eum per circuitum altaris, & non Sacerdos qui miniſtrabat faciens ſacrificium.

De modo effuſionis iſtius ſanguinis & cauſa per circuitũ altaris.

Circa quod ſciendum eſt, de modo & cauſa effuſionis iſtius ſanguinis per circuitum altaris. Rabbi Salomon dicit, ꝙ iſte ſanguis non effundebatur per parietes altaris, ſed ſolum tingebantur duo cornua altaris, quæ erant oppoſita per diametrum quadrati, totus alius ſanguis fundebatur in aliquibus foſſis, circa altare. Et quando dicitur in littera, ꝙ erat fundendus ſanguis per circuitum altaris, dicit, ꝙ tingi duo cornua altari oppoſita per diametrum, erat effundi ſanguinem per circuitum altaris.

Sed hoc falſum eſt: quia non ſolũ tingebantur cornua, ſed oportebat ſanguinem effundi per parietes altaris in circuitu, vt patet infra in littera, cum dr̃ de ſacrificio volatilium, ꝙ Sacerdos deberet facere decurrere ſãguinem I ſuper crepidinem altaris, & hoc non erat tingi cornua altaris, ſed effundi ſanguinem. De tinctione cornuum altaris non erat generale in omnibus ſacrificijs, ſed ſolũ erat vſitatum in ſacrificijs pro peccato, vt patet infra 4. & 5. c. in illis quippe ſacrificiis aſſumpto ſanguine in vaſis, accipiebatur aliqua particula eius, qua tingebantur cornua altaris, reliquus autem ſanguis effundebatur p̃ circuitum altaris, & hoc præter ſanguinem, qui introducebatur ad expiandum intra Sancta Sanctorum: & præter ſanguinẽ, qui aliqñ ponebatur ſuper cornua altaris thymiamatum, de quibus infra 4. & 5. c. In aliis autem ſacrificiis ſolum aſpergebatur ſanguis, aut effundebatur p̃ parietes altaris.

Cauſa autem horum eſt: quia omnia ſacrificia: licet nõ directè fierẽt ad remiſſionem peccatorum, tamen aliquo modo proderant in remiſſionem; & quia peccata efficie- K bant nos dignos morte, fundebatur ſanguis animalium ex acceptatione Dei pro ſanguine humano. Et q̃a ſi Deus haberet hoſtem cuius ſanguis funderetur corã ipſo, placaretur, ita ſanguinem animalium, qui ad peccatorũ noſtrorum ablutionẽ proficiebat, in parietibus altaris, quod loco Dei ponitur, aſpergi decebat. Simile autem factum eſt in confirmatione legis, quando initum eſt fœdus inter Deum, & Iſraelitas, quoniam tunc aſperſus eſt ſanguis ſuper Iſraelitas pro dimidia parte ſacrificiorum; alia autem medietas aſpergẽda erat ſuper Deum, qui inibat pactum, ſed quia Deus ſanguinem ſuper ſe ſuſcipere non poterat, cum incorporeus ſit, loco ipſius ſuper altare aſperſus eſt, de quo Exodi 24. cap. In ſacrificiis autem pro peccato, fiebat ſpecialis expiatio peccatorum; & cum iſta ſacrificia ad peccatorum expiationẽ directè fierent, iõ in ſacrificiis pro F peccato, fiebant plures aſperſiones, & tinctiones ſanguinis, quàm in aliis ſacrificiis pacificis, & holocauſtis: nam in holocauſto, & pacifica victima, ſolũ fundebatur ſanguis ſuper parietes altaris: in ſacrificiis verò pro peccato, aliquando ſepties aſpergebatur intra Sancta Sanctorum contra Propitiatoriũ, & tingebantur cornua altaris thymiamatũ, & aliqñ fundebatur ſuper parietes altaris holocauſtorũ, & ad baſim, vt patet infra 4. c. Et quia in aliis nõ fiebat ſpecialis expiatio, ideo non debebãt fieri tot tinctiones, vel aſperſiones. *Per altaris circuitũ.* Sãguis fundebat̃ p̃ circuitũ altaris. i. p̃ parietes altaris in circuitu eius.

Aliqui autem volũt, quod ſolum funderetur in circuitu altaris, & in quibuſdam foueis, quæ erant apud baſim altaris, & non per parietes, ne macularẽtur. Sed hoc non poteſt ſtare: quoniam iſta duo erant neceſſaria aliquando, ſcilicet effundere ſanguinẽ per parietes altaris, & ponere ſanguinem in baſim altaris, vt habetur infra 5. cap. cum dicitur de pullis columbarum, quòd effunderetur ſanguis eorum per parietem altaris partim, & aliud reſiduum eiuſdem poneretur in baſi altaris, cum dicitur: Et aſperget de ſanguine eius per parietem altare, quicquid aũt reliquum fuerit, faciet diſtillare ad fundamentũ eius.

Item, iſta diſtinguuntur: quia alius ſanguis eſt qui ponitur in cornibus, & in parietibus altaris, alius qui fundebatur ad baſim, ſic enim declaratur infra quarto c. cum dicitur, ꝙ deberet de ſanguine vituli afferri intra Sancta Sanctorum ad aſpergendum contra Propitiatorium, & de eodẽ tingenda erat cornua altaris thymiamatum; reliquum autem dicit fundendum eſſe ad baſim altaris, & ſic facit differentiam Scriptura inter fundere ad baſim altaris, & fundere per circuitum eius: quoniam fundere ad baſim, eſt fundere in aliqua ſpecu ad radicem altaris, fundere per circuitum altaris, eſt fundi per parietes altaris, qui ſunt in circuitu altaris.

Quo proijciebatur ſanguis hoſtiarum, quæ quotidiè offerebantur. Quæſt. XX.

HIc autem dubitabit aliquis, in quem locum proijciebatur ſanguis hoſtiarum, quæ quotidiè offerebantur, nam totum mandat, aut ad baſim altaris, aut per parietes facere decurrere; & ſic videbatur, ꝙ ſi ſanguis p̃ planiciem funderetur, totum atrium macularetur, & pedibus ambulantium calcatus veſtes ſordidas efficeret, atque in fœtidam putredinem conuerteretur.

Si fortaſſis diceretur, eſſe ibi aliquam foſſam, in quam ſanguis vniuerſus ſimul deflueret, aut per partes altari diſtillans ad illam cõflueret, ne ſic ambulandum pedes, & veſtes macularentur, non poterit ſtare: quoniam cum frequentes quotidie hoſtiæ offerrentur, neceſſarium erat velociter foſſam illam ſanguine repleri, atque exundare, & per totum Tabernaculi atrium circumquaque defluere, ex quo eadem incõuenientia, quæ prius, ſequerentur; identidem, cum ſanguis ille à multis diebus ibi maneret, neceſſarium erat computreſcere, & ex foſſa illa fœtidum exhalare vaporem, qui circumſtantibus peſtem non paruam inferret.

Non igitur dicendum eſt, aliquem iſtorum modorum fuiſſe, ſiue puteus ibi quiſquam fuerit, ſiue per ſoli planum ſanguis ille deflueret: quoniam ad vtrumque inconueniens ſequebatur, ſed quòd ſanguis ille ſubitò in nihilum conuertebatur, aut inuiſibiliter in materiam aeream exhalaret, aut quicquam aliud inde gigneretur, nec manebat ibi ille ſanguis: quia quocunque modo, incõueniens magnum erat, & hoc ſatis congruebat laudi ſacrificiorum Diuinorum, & ad ſignationem Dei veri, quòd ſanguis ille mox cadens inde efferretur, ſicut quędam alia faciebat, de hoc diximus Exodi 19. & 30. cap. *Quod eſt ante oſtium Tabernaculi.* Ad altare holocauſtorum refertur, quod erat ad oſtium Tabernaculi ad partem Meridianam, & ibi fiebant omnia iſta. *Detractaq; pelle hoſtiæ.* Priuſquam vitulus, aut alia animalia offerebantur, & immolabantur, detrahebantur ſibi pelles, id eſt, excoriabantur.

Animalia quare in altari cum pellibus ſuis non comburebantur.

Quare autem animalia non cõburebãtur in altari cum pellibus ſuis, cauſa erat, quia Deus volebat pro ſe id, quod homines pro cibo ſuo volunt: ſed ad cibum hominũ pel-

lis ani-

lis animalis inepta eſt, ideo nec Deus ſibi hanc in altari comburi volebat. Quod autem Deus vellet in animalibus id, quod nos pro nobis volumus, patet: quia ſicut nos animalia munda volumus, ita, & ipſe animalia mūda volebat, nō quidē quia magis Deo proficeret in immolatione, & ſacrificio ſuo animal immundum, quàm mundum: ſed quia Deus volebat in ſacrificijs ſuis eſſe reuerentiam. Si autem offerrentur ea, quæ eſſent immunda, eſſent contemptibilia ſacrificia Dei, ꝙ Deus fugiebat, vt patet Malach. primo cap. cum dicitur: Ad vos Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis, in quo deſpeximus nomen tuum? offertis ſuper altare meum pollutum panem, & dicitis: in quo polluimus te? in eo ꝙ dicitis, menſa Domini deſpecta eſt. Et ſicut magnis dominis propter eorū reuerentiam tribuuntur aliqua dona valde notabilia, licet eis non proſit magis illa ſic eſſe, quàm aliàs, tamen ſi aliqua immunda tribuerētur, videretur eorum cōtempta auctoritas, ideo ſemper ſibi volunt excellentia offerri. Sic etiam quāuis Deo nihil magis proſit in ſacrificio ſuo animalia maculata quàm immaculata offerri, tñ quia eius contemneretur auctoritas, ſi vilia ſibi offerrentur, ſicut contemnitur auctoritas principium, vult ſacrificia munda eſſe, & in hoc comparat ſe ducibus, & aliis temporalibus dominis, vt habetur Malach. 1. cap. cum dicitur: Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? ſi offeratis claudum, & languidum nonne malum eſt? offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum, & nunc deprecamini vultum Domini, vt miſereatur veſtri. Cum igitur pellis animalis ſit quædam immundicia in animali, non debebat offerri, nec comburi ſuper altare.

Quare in ſacrificio pro peccato comburebatur pellis animalis, fimus, & cornua. Quæſt. XXI.

SED quæret aliquis, quare in ſacrificio pro peccato comburebatur pellis animalis, fimus, & cornua, vt habetur infra 4. c. cum iſta eſſent maximæ immunditiæ.

Ad hoc reſpondendum eſt, quòd in omnibus ſacrificijs mūditia obſeruari debet, & in ſacrificio pro peccato mūditia obſeruatur, ſed iſtud ſacrificium, in quo cōburebantur carnes cū pelle, fimo, & cornibus extra caſtra, non erat totaliter ſacrificium Dei, ſed ex aliqua parte: nam ſanguis eius aſpergebatur intra Sanctuariū, aliquando intra Sancta Sanctorum, & ſuper altare thymiamatum, & aliquando ſuper cornua altaris holocauſtorum, & ad baſim eius, & in hoc ſacrificium erat ſaltem largè dictum, ideo in ſanguine illo aſpergendo, & effundendo mundicia ſeruabatur. De eodem quoque animali immolato accipiebatur tota pinguedo interior, cum renunculis, & comburebatur ſuper altare holocauſtorum, & hoc cum magna mundicia fiebat, quia erat propriè ſacrificium, deinde autem pellis, & carnes, & caput, & pedes, & fimus, & cornua animalis comburebantur extra caſtra, & in hoc non erat munditia, quia ex illa combuſtione fœtor exhalabat. Cetera autem, quæ ante hoc in Sanctuario de hoc animali facta fuerant, ad ſacrificium pertinebant, & ideo munda erāt, ideo dicendū eſt generaliter, ꝙ in ſacrificio pro peccato, ea, quæ fiunt, & cōburuntur in Sāctuario, ad ſacrificiū pertinent, ea aūt quæ extra fiunt, & comburuntur, non pertinēt ad ſacrificiū, ideo non differret, an ibi munditiæ, vel immunditiæ comburantur, quia ad ſacrificium non pertinent. Et ſi dicas, quare igitur carnes illius animalis, cum fimo, pelle, & cornibus extra caſtra comburebantur? Reſpondendum eſt, hoc fieri ad magnam deteſtationem peccatorum, & ſignum huius eſt: quia pro magnis peccatis, ſcilicet pro peccatis Summi Sacerdotis, & totius populi comburebantur ſacrificia totaliter extra caſtra, in minoribus autem peccatis, ſcilicet perſonarum priuatarum, & peccatis principum, non comburebantur ſacrificia extra caſtra, ſed Sacerdotes illa comedebant. De hoc patet infra 4. & 5. c. De ſacrificio vitulæ Rufæ eo modo dicendum eſt, quia licet illa ex mandato Dei combureretur pro aquis luſtrationis, vt patet Numero 19. tamen ſacrificium non erat: quoniam nec aliquid de ſanguine eius aſpergebatur, vel effundebatur in-

A tra Sanctuarium; nec etiam pinguedo eius cremabatur, ſicut in aliis ſacrificijs fieri ſolebat; nec aliquid de carnibus eius ſuper altare holocauſtorum ponebatur, ſed tota cum ſanguine & pinguedine, carnibus, pelle, fimo, pedibus, & cornibus, extra caſtra comburebatur, & ſic nihil in ea ad ſacrificium pertinebat, ideo mirādum non eſt, quòd in ea omnia immunda fierent, cum ibi nihil ad Dei ſacrificium pertineret. Solum autem poterat dici aliquo modo pertinere ad Deum vitula rufa: quia Deus mandabat illam comburi, vt ex cineribus eius fierent aquæ luſtrationis, vt habetur Numeri 19. cap.

Artus in fruſta concident. Poſtquam animal cremādum in altari excoriatum erat, debebat diuidi in plura fruſta, quoniam nō ponebatur ſic totum ſimul, vt arderet in altari, quoniam ſic conuenienter cremari non poſſet, ſed B omnibus partibus conciſis totum quicquid eius erat ſuper ignem altaris ponebatur. *Et ſubijcient in altari ignem.* Hic eſt ordo præpoſterus, quoniam primo debebat poni ignis in altari, quàm ponerentur ibidem carnes: ſubiicere tamen ignem eſt, quando ipſis carnibus poſitis, & ordinatis in altari, ponebatur ignis ſub eis. ſed hoc non erat, quoniam ſic conuenienter fieri non poſſet.

An ponebatur nouiter tūc ignis in altari.

Item ſciendum eſt, quòd non ponebatur tunc nouiter ignis in altari cum holocauſta cremanda erant, ſed ſemper erat ignis in altari, nec vnquam extinguebatur, ſed potius Sacerdos quotidie fouebat ignem illum ſubijciēs ligna, vt habetur infra ſexto capit. cum dicitur: Ignis autem in altari meo ſemper ardebit, quem nutriet Sacerdos ſubijciens mane ligna per ſingulos dies. *Strue lignorum ante poſita.* Hic redit ad ordinem rectum, ſcilicet, C quòd prius ponendus erat ignis, quàm ſacrificia ponerentur deſuper, & illa ligna ordinabantur in magna, vel parua quantitate ſecundum exigentiam imponendorum ſacrificiorum, quoniam aliquando multa, interdum verò pauca poni neceſſe erat. *Et membra, quæ ſunt cæſa deſuper ordinantes.* Cum enim omnia membra animalis diuiſa eſſent, ponebantur ſuper ignem altaris in ordine conuenienti, ita vt ignis illa conuenienter conſumere poſſet. Et ſciendum, quòd carnes illorum holocauſtorum in Altari ſimul ponebantur, nec tamen in eundem cumulum ordinabantur, hoc autem erat, vt ſimul arderent. Nec verò hoc referendum eſt ad omnia holocauſta, ſed ſolū ad illa, quæ fiebant ſpōtanea à populo, quoniam erant quædam, quæ regulariter quotidie fieri debebant, ſcilicet duo, quorum alterum vocatur ſacrificium D matutinum, & aliud ſacrificium veſpertinum, de quibus Exodi 29. & infra 9. cap. & Numeri 28. In iſtis enim quotidianis non ſic ordinabantur carnes, nec cremabantur, ſicut in aliis: quoniam non ponebantur omnia fruſta ſimul, ſed ſucceſſiuè, ita vt holocauſtum illud duraret per totam noctem, & per totum diem, vt habetur infra 6. cap. cum dicitur: Hæc eſt lex holocauſti, cremabitur in altari tota nocte vſque mane. *Caput & cuncta, quæ adhærent iecori.* Hic ponit ea, quæ erant comburenda de animali, quoniam aliquis crederet, cum caput, & pedes animalis inter carnes eius non computentur, non eſſe iſta in altari iure holocauſtorum cremanda. Subdit igitur, quòd caput etiam cremandum eſt. *Et cuncta, quæ adhærent iecori.* Inteſtina enim & ea, quæ iecori adhærent, licet carnes ſint, communi tamen appellatione in- E ter carnes non computantur, ideo mandat illa expreſsè adoleri ſuper altare, tota namq. pinguedo animalis immolati comburi debebat ſuper altare, quia hoc erat potiſſimum, quod Deus volebat in omnibus ſacrificijs, quoniam in quibuſdam ſacrificiis, nihil de ipſis carnibus animalium offerebatur, niſi interior pinguedo, ſicut patet in ſacrificio pro peccato, quoniam vitulus immolabatur, & comburebatur extra caſtra, quoniam tunc ſolum aſpergebatur ſanguis eius coram Propitiatorio, & tingebantur cornua altaris thymiamatum, & reliquus ſanguis effundebatur ad baſim Altaris: carnes autem omnes extra caſtra comburebantur cum pelle, cornibus, & fimo, præter renunculos, & pinguedinem interiorem, quoniam hæc ſuper Altare cremabantur, vt patet infra 4. cap. *Inteſtinis, & pedibus lotis aqua.* Aliæ partes animalis lauandæ non erant, vt in holocauſtum ponerentur, ſed

D'o in Veteri Teſtamento, quotidie fieri debebant.

Quæ ſint de animali comburenda.

ſola inteſtina, quæ ſordibus plena ſunt, & pedes, qui rerum vilium tactu maculati erant, nec ſic debebant pedes ſimpliciter comburi, ſed prius pellis detrahebatur, & carnei vngues, quoniam aliàs viderentur comburi carnes cum pelle, cum tamen prius mandauerit hoſtiæ pellem detrahi. *Adolebitq; ea Sacerdos*. Id eſt, poſtquam omnia iſta eſſent ſuper altare ordinata, Sacerdos debebat ea adolere, i. comburere applicando eis ignem, & ordinando eo modo, quo decebat, ne carnes indecēter cremarentur, ideo dum holocauſtum cremabatur, ſemper Sacerdos aſſiſtere dēbat carnes ordinans. Vnde cum ſacrificium veſpertinum tota nocte cōbureretur, Sacerdos aſſiſtere debebat ad comburēdum illud, ſicut patet infra ſexto cap. Et iſte Sacerdos erat, cui tunc contingebat facere ſacrificium, nam aliquis Sacerdos iugulabat aīal, & ipſe cædebat in fruſta, excoriabat atque ponebat carnes G concisas ſuper altare, alij autem Sacerdotes offerebāt ibi ſanguinem animalis, & iſte ſolus Sacerdos, qui poſuerat partes carnium ſuper altare, dicebatur facere holocauſtum, alij autem non, licet ei miniſtrarent, ſicut patet infra ſexto cap. cum dicitur: Sacerdos, qui offert holocauſti victimam, habebit pellem eius, ibi enim de vno Sacerdote loquitur. Manifeſtum eſt tamen, q multi Sacerdotes erant, qui holocauſtum adminiſtrabant, ſicut patet hic: quia quidam iugulabant, alij autem ſanguinem offerebant. Eo modo patet infra ſeptimo cap. vbi dicitur, quòd Sacerdos, qui offert victimas pacificas, habebit de eis armum dextrum: iſte autem Sacerdos ſolus erat, qui diſponere debebat carnes holocauſtorum ſuper altare, alij autem ad hoc minimè accedebant.

Quis Sacerdos debebat facere ſacrificiū.

In holocauſtum, & ſuauem odorem. Iſta oīa dicebantur H offerri in holocauſtum, qm̄ omnia, quæ in animali erant, comburebantur, nullo penitus relicto, ſicut in alijs ſacrificijs fieri ſolebat: vt patet in pacificis hoſtijs, & victimis pro peccato, quoniam ibi partes quædam cremabātur, & aliæ non, ſicut patet infra 3. & 4. cap. *Et ſuauem odorem Domino*. Id eſt odor exhalans de iſtis carnibus holocauſtorum erat valde ſuauis, & delectabilis Domino.

In quo conſiderandum eſt, q ſi hoc ad litteram accipiatur, falſum eſt, quoniam impoſſibile eſt Deum aliquid odorare, quoniam non hēt potentiam odorandi, vt membra organica aſſignata potentijs ſenſitiuis, quoniam iſta conueniunt ſolis animalibus, vt patet per Ariſtotelem, ſecundo de Anima, & in libro de Sēſu & ſenſato, quoniam eſſe ſenſibile, id eſt ſenſitiuum eſt, per quod animalia ab omnibus alijs rebus differunt; Sacra tamen Scriptura I fingit eum ad modum hominis, & ſicut homines odorātur in rebus quid ſuaue, aut quid fętidum ſit, ita de Deo dicit, q odoretur ſuauitatem odoris carnium holocauſti. Eſt autem iſta deſcriptio ad incitandum corda virorum ad faciendum holocauſta: quoniam cum audirent, quòd Deus delectabatur, & ſuſcipiebat gratis odorem holocauſtorum, incitarentur ad hæc faciendum, cum ſcirent ſe Deo placituros.

Quō intelligatur, quòd Deus aliquid odoret.
Cap. 3. text. 96. &c. Cap. 5.

Eſt tamen conſiderandum, q ſi fortaſſis Deus odoraretur odorem holocauſtorum, non eſt ſibi ille odor ſuauis, quoniam odor carniū combuſtarū eſt valde grauis, & cuilibet animali ſatis cōtrarius, ſicut patet cum aliquando carnes comburuntur, & potiſſimè, quia hic adipes, & tota pinguedo comburebantur, quæ ſolent abominabilem odorem cauſare. Vnde dicendum eſt, Deum, nec in K illo odore delectatum fuiſſe, nec potuiſſe delectari, & ſi fortaſſis odorem perciperet, ille ſibi grauis eſſet, niſi eum à naturali qualitate mutaret.

Credendum tn̄ eſt, q Deus totum fętorem, qui ex illis ſacrificijs exhalabat, aut totaliter abſtulerit, aut in ſuauem odorem conuerterit: quoniam aliàs nullus tantum, & tam quotidianum fętorem tolerare poſſet, præſertim, quia ex hoc Diuina ſacrificia nimis vileſcerent. Nec obſtat ſi aliquis tura apponeret ad fętorem illum remouendū: quoniam nullo modo aliqua turis licet magna quantitas ad tantum fætorem, & tam quotidianū abolendum ſufficeret, de quo latius dictum eſt Exo. 29. & 30. cap.

Quō Sacerdotes poterant tantū & tam quotidianū fœtorem ſacrificiorum tolerare.

Quod ſi de pecoribus oblatio eſt, de ouibus, ſiue de capris holocauſtum, maſculum abſque macula offeret: immolabitq. ad F *latus altaris, quod reſpicit ad Aquilonem, coram Domino; Sanguinem verò illius fundēt ſuper altare filij Aaron per circuitum: diuidentq. membra, caput, & omnia, quæ adhærent iecori: & imponent ſuper ligna, quibus ſubijciendus eſt ignis: inteſtina verò, & pedes, lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit Sacerdos ſuper Altare in holocauſtum, & odorem ſuauiſſimum Domino.*

De rō. diſ. 3. c. 1. in gl. diſt. 1. c. ubi oportet.
De pœnitēn. diſt. 2. c. liberetur.

Quod ſi de pecoribus. Poſuerat ſupra Legiſlator vnā regulam, ſ. qn̄ holocauſtum fiebat de armentis, quis modus teneri deberet in eius ritibus: nunc verò ſecundam ſubijcit, ſ. quis ritus obſeruandus eſſet cum holocauſta de gregibus, ſ. de minoribus animalibus offerēda forent, & iſta regula eadem quaſi eſt in ritibus cum ſuperiori, licet animalia immolata differant. *Quod ſi de pecoribus*. Hic accipit pecora ſtrictè, & non eo modo, quo ſupra in præcedenti cap. huius aſſumpſerat, quoniam ibi boues, & oues, & capras pecora appellabat: hic autem ſola aīalia minora, pecora vocat, ſ. capras, & oues, vnde diſtinguit hic pecora, & armenta ſicut ſolet diſtinguere armenta, & greges: quoniam armenta ſemper magna animalia ſignant, greges autem parua. Et cum dicitur hic, q ſi de pecoribus, idem eſt, ac ſi diceretur, de gregibus. *Si de pecoribus oblatio eſt*. Quamuis pecora in holocauſtum offerrentur: tn̄ non erat iſtud holocauſtum, cum à principio afferebatur, ſed prout ab ipſo offerrente eſt, qui animal viuum offert, oblatio dicitur: prout autem à Sacerdote accipitur, qui animalia immolat & cōburit, holocauſtum eſt. Cum igitur dicitur hic: ſi de pecoribus oblatio eſt, idem eſt, ac ſi dicatur: ſi oblatum fuerit aliquod pecus de paruis, vt ex illo holocauſtum offeratis. *De ouibus, ſiue de capris*. Declarat hic, quid nomine pecorum intelligatur, & dicit ſolum duo, ſcilicet oues, & capras intelligi: quoniam boues, qui etiam pecora nominantur computati ſunt inter armenta: hic autem ſola minora pecora, ſcilicet oues, & capras aſſumi oportet. *Holocauſtum agnum anniculum*. Id eſt ſi oblatio illa de capris, & ouibus fit in holocauſtum, & hoc debet continuari cum tota littera ſuperiori, ſcilicet dicendo: Si de pecoribus oblatio eſt, de ouibus, ſiue capris holocauſtum fiet. Cum dicitur, agnum anniculū, incipit ponere regulam, de quo fieri debeat iſtud ſacrificium, & dicit, quòd ſi de capris, vel de ouibus fuerit holocauſtum, debet accipi agnus anniculus.

Quis ritus obſeruandus erat, cum holocauſta de gregibus offerenda erant.

An ſemper deberet accipi agnus anniculus in holocauſtis. Quæſt. XXII.

NON tamen eſt intelligendum, quòd ſemper acciperetur agnus anniculus, quoniam impoſſibile eſt, quòd cum fiat oblatio de capris, offeratur agnus anniculus, quia neceſſarium eſt tunc hædum offerri. Sed ſic dicitur, quòd debet offerri agnus anniculus referendo ad oblationem, quæ fit de ouibus, ita intelligendum eſt, quòd cum de capris oblatio fiat, offerendus eſt hędus anniculus, id eſt vnius anni. Nec tamen putandum eſt, quòd iſta animalia deberent eſſe præciſè vnius anni, ita, quòd nec haberent aliquos dies vltra, nec citra: quoniam hoc difficilè erat, ſed vocatur agnus anniculus, id eſt non habens perfectum vnum annum, ſed qui eſt in vno anno, & in toto illo anno offerri poterat in holocauſtum, poſtquam cōpleſſet octo dies à natiuitate ſua, ante octauum autem diem offerri nunquam poterat. Sic habetur infra cap. 22. cum dicitur: Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi, de bobus quoq;, & ouibus ſimiliter facies; ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octaua reddes illum mihi. Sic habetur ēt ibidem cū dr̄, bos, ouis, & capra cum genita fuerint, ſeptem diebus erunt ſub vbere matris ſuę: die autem octauo, & deinceps, offerri poterunt Domino. Cauſa autem quare mandetur agnos anniculos offerri, & nō arietes trium, vel quatuor annorum, eſt: quia Deus vult ea, quæ homines præeligunt ſibi. ſ. carnes teneras, præcipuè in fętibus caprarum: ideo mandabat infra annum, vel vſq; ad completionem vnius anni ſibi illa animalia offerri; aliquando tamen in alijs ſacrificijs permittebat arietes, & oues, & capras maturæ ætatis offerri, & hoc quia nō obſeruabantur cæremoniæ ita ſtrictè in alijs

Agnos anniculos quare offerri mandatur.

A ſacrificijs,ſicut in holocauſtis,cum iſta directius tendát in Deũ quam omnia alia, quia alia licet aliquo modo non ſint ad laudem Diuinam, tamen præcipuè ſunt pro aliis cauſis. *Ad latus altaris,quod reſpicit ad Aquilonem.* Hic determinatur locus, in quo ſacrificium illud immolari debebat, & dicitur, quòd erat immolandum ad latus Altaris. Ex quo conuincitur erronea illorum poſitio,qui dicebant debere immolari ſemper animalia ſuper Altare, quin potius apud Altare immolanda erant, & ibi detinebat ſanguis in aliqua vaſa,vt ſic offerri poſſint Sacerdoti ad irrorandũ parietes Altaris,& dicit̃,ꝙ hoc fieri debebat iuxta latus Altaris, quod eſt ad Aquilonẽ,qm̃ Altare holocauſtorum erat in Tabernaculo ad oſtium eius, ad partem Meridianam oſtij,& ſic latus Aquilonare Altaris erat apud oſtium Tabernaculi,& cum animalia immolarentur iuxta latus Aquilonare altaris,iugulabantur

B circa oſtium Tabernaculi. Si verò ad Meridianum latus Altaris iugularẽtur,eſſet iſta immolatio ſeiuncta ab oſtio Tabernaculi:& tñ intentio Legiſlatoris erat,fieri iſtã immolationem ad oſtiũ Tabernaculi, vt videretur fieri coram Domino, qui erat intra Tabernaculum,& præcipuè intra Sancta Sãctorum,ſuper Propitiatorium,& iſta cauſa ſubiungitur immediatè in litera,cũ dr̃: Corã Dño, i.ꝙ iſta immolatio fiebat ad latus Aquilonare Altaris, vt fieret corã Dño.i.corã oſtio Tabernaculi, in quo erat Deus; Qualiter aũt coram Dño fieri dicatur, ſupra declaratum eſt. *Sanguinem verò fundent ſuper Altare.* Sicut in ſuperiori holocauſto accipiebatur ſanguis animalis immolati, vt funderetur per parietes Altaris:ita,& hic accipiebatur,& in omnibus ſacrificiis hoc erat generale, ꝙ ſiue carnes illæ comburerentur in Sanctuario, ſiue non cõburerentur,

C ſemper accipiebatur ſanguis, ſiue ad aſpergendum intra Sancta Sanctorũ corã Propitiatorio; vel ad tãgendũ cornua Altaris thymiamatũ;vel ad fundendum per parietes Altaris holocauſtorum,vt patet hic,& infra 3.& 4.& 5.c. Et in hoc conuincitur error illorũ, qui dicebãt ſolũ in Altari tingi duo cornua eius oppoſita,ſanguine,& reliquum fundi ad baſim Altaris,qm̃ hic dicitur,ꝙ ſanguis fundẽdus erat ſuper Altare,cõſtat tamen,ꝙ tingere cornua,non erat fundere ſanguinẽ ſuper altare,ſed potius linire:ideo neceſſariò dicendum eſt, ꝙ Sacerdotes habentes ſanguinem illum in vaſis,fundebant per parietes altaris. Et cum dicitur hic,ꝙ ſanguis fundendus erat ſuper altare,non eſt intelligendum,ꝙ funderetur intra ipſum altare,quia hoc erat fundere ſanguinẽ ſuper ignem, qui erat in altari, & ſuper carnes in altari poſitas,quoniam totum in altari,aut

D pro maiori parte ignis occupabat,qui tot partes holocauſtorũ voraturus erat. Sed cũ dr̃ ſanguinem ſic effundendũ, intelligendum eſt,ꝙ ſanguis fundebatur per parietes altaris ſolum,& ſic decurrebat vſq; ad baſim. Hoc patet in litera,cum dicitur:Sanguinem verò fundent ſuper altare filij Aaron per circuitum,qm̃ non ſolum dixit ſuper altare,ſed in circuitu.ſ.ſuper ſolos parietes. Cauſa aũt propter quam ſanguis iſte ſuper altare fundebatur, & quò ad expiationem proficiebat,ſupra declarata eſt:hic aũt ſanguis cum flueret per parietes altaris,inquinabat aliquo modo ipſum altare:qm̃ congelabatur in parietibus eius; ſed poſtea Sacerdotes illum ſanguinem concretum mundabãt, abſtergentes ne aliquid maneret. Et hoc idem facilè erat, quia coopertura altaris in parietibus ænea erat,quæ faciliter à qualibet macula abſtergi poteſt,ꝙ aũt mundaretur

E altare,apparet Exod.29.cap.cũ dr̃: Mundabis altare cum immolaueris expiationis hoſtiã,& vnges illud in ſanctificationem. *Filij Aaron.* Mandabatur,ꝙ ſanguis iſte funderetur per filios Aaron;nõ quidẽ quaſi eſſent alij,qui deberẽt,aut poſſent aliquam miniſtrationẽ facere in ſacrificiis præter filios Aarõ:qm̃ ſi aliquis tã de Leuitis q̃ de popularibus hoc attẽtaret, moreretur, vt patet Num.16.& 18.c. Vocãtur tñ filij Aarõ illi Sacerdotes,qui miniſtrabãt principaliter in ſacrificio illo, & qui ſubminiſtrabãt Sacerdoti faciẽti holocauſtũ,& ſic ipſe Sacerdos,qui faciebat holocauſtũ,q̃q̃ eſſet de minoribus Sacerdotibus,quia tñ miniſtrabat principaliter,videbatur habere locũ ſummi Sacerdotis,ſiue Aarõ: alij aũt,qui ſubminiſtrabant ibi videbantur habere locũ minorũ Sacerdotũ;& quia filij Aaron erãt minores Sacerdotes,ideo iſti,qui miniſtrabãt illi Sacerdoti faciendo holocauſtum in offerendo ſanguinẽ,vocabantur conuenienter filij Aaron,quamuis tam iſti, qui ſanguinem offerebãt ſubminiſtrantes,q̃ ille,qui principaliter ſacrificiũ faciebat,eſſẽt eiuſdẽ gradus Sacerdotalis.ſ. ꝙ vtriq; eſſent Sacerdotes minores. Similis modus eſt in Sacerdotibus noſtris,quia cũ ſolemniter Miſſa celebratur, adiuncto Diacono,& Subdiacono, quanquam iſti Sacerdotes ſint habẽtes ordinẽ presbyteralem, ſicut & ipſe,qui Miſſam celebrat, tñ quia adminiſtrant ibi in minori officio,non ſunt ibi tanquam Sacerdotes, ſed in quodam minori gradu. *Per circuitum.* Denotat qualiter ſanguis fundi deberet ſuper altare.ſ.ꝙ non funderetur in medio eius, nec in aliquod latus,ſed in circuitu.ſ. per parietes altaris: ita,vt intra altare nihil flueret,ſed extra per latera altaris. *Diuidentq; membra.* Non ſolũ membra diuidenda erant,

Filij Aaron qui vocentur.

ſed ante hoc erat pellis detrahenda:hic tñ Legiſlator iſta non enumerat,qm̃ in ſuperioribus,cum ageretur de vituli immolatione,enarrata ſunt. Et dr̃ hic,ꝙ diuident mẽbra, qm̃ ſiue hædus,ſiue agnus offerretur,membra eius in partes ſecanda erãt,& ordinanda ſuper ignem eo modo,quo ſupra dictum eſt. *Caput,& omnia quæ adhærent iecori.* Sicut in immolatione vituli offerebantur ſuper altare caput, & pedes,& tota pinguedo:ita in ſacrificio ouiũ,& caprarum caput, & pedes cremabantur; præter hoc ẽt omnia,quæ adhærebant iecori,i.d eſt hepar,& ſplen, & tota pinguedo interior cum renunculis offerri debebat. *Et imponet ſuper ligna.* Id eſt,ꝙ partes iſtorum animalium conciſa poni debebant ſuper quendam cumulum lignorum poſitũ in altari,& erant congruenti ordine aptandæ,vt ſic congruentius vterentur. *Quibus ſubijciendus eſt ignis.* Refertur ad ligna,quibus ignis ſubiectus erat:ordo aũt erat iſte, quia in altari ſemper erat ignis,& cũ fieri deberent ſacrificia, ponebãtur ligna ſuper ignẽ præexiſtentẽ, vt patet infra 6.c. & ſuper illa ligna ponebantur partes animalis cremãdæ. Ordo iſte deſignatur infra 6.c.cum dr̃: Ignis aũt in altari ſemper ardebit,quem nutriet Sacerdos ſubijciẽs mane ligna p ſingulos dies, & impoſito holocauſto deſuper adipes adolebit. Et cum dr̃ hic:quibus ſubijciendus eſt ignis: non eſt intelligendum,ꝙ tunc,qñ holocauſta, aut alia ſacrificia fieri deberent,aducherentur ligna, & nouiter poneretur ignis in altari:quia ignis ſemper erat in altari:patet infra 6.cap.cum dr̃:ignis autem in altari ſemper ardebit,quem nutriet Sacerdos;& poſtea ſubiũgitur:ignis iſte eſt perpetuus,qui nunquam deficiet in altari. Sed dr̃ Quibus ſubijciendus eſt ignis,qm̃ ignis,qui erat in altari ſemper erat infra ipſa ligna, quæ ponebantur, cum fierent holocauſta,& ſic ignis ſubiectus erat. Nec poteſt dici ſubijciendus erat ignis in altari tempore ſacrificiorũ.ſ. præter ignẽ præexiſtẽtem apportaretur alius ignis,in aliquibus lignis incẽſis,qm̃ hoc vetitũ erat:cũ ſolũ ille ignis, qui erat in altari,quẽ Deus miraculosè à principio cauſauerat,ad oẽs vſus Sanctuarij accipi deberet; Sic dr̃ infra 6.cap. Ignis ex eodem altari erit.i.ignis,qui profuit ad facienda ſacrificia,debebat eſſe de ipſo altari, & non debebat aliundè adduci: vnde ſi quiſpiam in aliquod miniſterium Sãctuarij vellet alienum ignem accipere, moriebatur. Sic patet de duobus filiis Aarõ. ſ.Nadab,& Abiu, qui cum vellent miniſtrare coram Domino, accipientes ignem alienum, à Domino combuſti ſunt, vt patet infra. 10.cap. *Inteſtina verò,& pedes lauabunt aqua.* Sicut in immolatione vituli iſta, quæ immunda erant lauabantur antequam in altari cremarentur: ita,& in holocauſto facto de ouibus, & capris, cauſa autem erat, quia inteſtina, & pedes ſordibus plena ſunt: ideo, vt Domino nihil immundum, aut turpe offeratur, lauanda erant: licet in ſacrificio pro peccato, quod comburebatur extra caſtra, non lauabantur inteſtina, vt cremarentur: ſed ſic ſordibus plena cremabantur. Hoc autem erat,quia illa combuſtio non pertinebat ad Diuinum ſacrificium, ſicut ſupra quæſtio.21.declaratum eſt, ideo nihil magis referebat illa immunda comburi,quam lauari, & poſtea comburi: immo conuenientius erat inteſtina illa ſic ſordibus plena cum pelle,& cornibus cõburi,quàm prius emũdari, qm̃ ad maiorem eſſet peccatorum deteſtationem, quàm aliàs ſi mũdarentur,& poſtea cremarentur.ſicut in ſacrificiis,quæ fiebant ad laudẽ Dei,& non pro aliquo peccato.

Notandum literale.

Duo filij Aaron igne combuſti ſunt à Domino & quare.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Oblata omnia adolebit Sacerdos. Dicebatur Sacerdos debere omnia iſta oblata ſibi comburere ſuper altare: qm̄, cum animal ſecabatur in partes, non accipiebat Sacerdos miniſtrans illas partes conciſas ad ponendum in altari, ſed alij Sacerdotes, qui aſtabant ſibi ſubminiſtrantes accipiebant partes illas in aliquibus vaſis, & offerebant illi Sacerdoti, qui principaliter miniſtrabat, faciẽs holocauſtum: ipſe aūt aſſumens illas partes animalis de manibus eorū, imponebat ſuper ligna, quæ erãt in altari, & ſic cremabat. Sic etiam patet de ſanguine, qm̄ ſup. dicebatur, ꝙ filij Aaron. i. Sacerdotes minores, vel ſubminiſtrantes, deberent accipere ſanguinẽ, & fundere ſuper altare, & non ipſe Sacerdos, qui principaliter offerebat: ſed iſti Sacerdotes, qui aſtabant Sacerdoti miniſtranti principaliter, offerebant ei iſta, ſicut Diaconi, & Subdiaconi aſtãt preſbytero, & ſubminiſtrãt ei in quibuſdã ſm leges Eccleſiæ. G Cū aūt dr̄ hic: *Oblata omnia adolebit Sacerdos*, eſt ſenſus, ꝙ Sacerdotes aſtãtes iſti Sacerdoti principaliter miniſtranti, offerebant ſibi oẽs partes cõciſas animalis, & ipſe accipiẽs ab eis iſta oblata, adolebat ſuper altare. *Adolebit Sacerdos*. Non accipitur hic Sacerdos ſpecialiter pro Sacerdote magno, qm̄ non ſolū pertinebat ad ipſum immolatio & miniſtratio omniū ſacrificiorū, ſed etiam ad Sacerdotes minores, ſicut ſupra declaratū eſt. Vocatur aūt hic Sacerdos quilibet, qui miniſtrabat facienti principaliter ipſum ſacrificiū, ſiue eſſet Sacerdos magnus, ſiue de minoribus; vocatur tñ Sacerdos, quaſi ſpecialiter, eo ꝙ diſtinguitur contra omnes alios aſtantes ſibi miniſtrãti, qui quãuis eiuſdem gradus ſacerdotalis eſſent, quia tñ principaliter non miniſtrabant, ſed miniſtranti ſubſeruiebant ſolus alius principaliter miniſtras Sacerdos inter eos vocabatur, quaſi nullus illorū Sacerdos eſſet. *Super Altare in holocauſtum*. i. ꝙ omnes illæ partes cõciſæ animalis imponebantur ſuper altare, vt cremarẽtur, dicebantur aūt poni in holocauſtum. i. ad totalem incenſionem: qm̄ nihil de illis incombuſtū manere debebat, nec aliquã partem illarum carnium Sacerdotes, aut Laici offerentes habituri erant, ſola autem animalis pellis cedebat in ius Sacerdotis miniſtrantis. *Et odorem ſuauiſſimum Domino*. Id eſt, ꝙ iſta, quæ comburebantur in altari, erãt ad ſuauem odorem Dei. ſ. ꝙ Deus delectaretur in illis, non quidem quòd aliqua realis delectatio inde Deo prouenirẽt: qm̄ impoſſibile eſt, vt ſupra. c. præcedenti probatū fuit, potiſſimum cum Deus in ſeipſo delectetur, nec recipiat aliqua gaudia exteriora, qm̄ tunc aliqua perfectio Diuina ab extrinſeco adiaceret; & ſic Deus eſſet in potentia ad illam delectationem ſuſcipiendam, quod eſſet, Deum imperfectum eſſe, quia tunc neceſſariū erat id, quod Deū perficeret, cauſando in eo delectationẽ, perfectius eſſe illo, quod ab omnibus negatur, ideo Ariſt. 12. Meth. cum ponit proprietates primæ intelligentiæ, q̃ nos Deū appellamus, dicit eã eſſe ſummè gaudioſam, & in ſe ipſa delectari. Hic tñ qn̄ dr̄ ordo holocauſtorum erat ſuauiſſimus Dño, non eſt ſenſus, quod aliqua delectatio cauſaretur in Deo ex illis ſacrificiis, ſed ꝙ ipſe acceptabat ea, tãquã eſſent aliqua delectabilia valde, non quidẽ in ſe quicquam habẽtia, pp quod à Deo acceptari deberent, ſed quia ex voluntate, & ardore deuotionis offerentium Deus illa acceptabat.

Quis vocetur hic Sacerdos.

Cap. 6. tex. 29.

Holocauſtum de auibus.

Si autem de auibus, holocauſti oblatio fuerit Domino, de turturibus, & pullis columbæ, offeret eã Sacerdos ad Altare, et retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet ſanguinẽ ſuper crepidinẽ Altaris: veſiculã verò gutturis, et plumas proyciet prope Altare ad Orientalẽ plagã in loco, in quo cineres effundi ſolẽt. Cõfringetq. aſcellas eius, et nõ ſecabit, neq. ferro diuidet eã, & adolebit ſuper Altare, lignis igne ſuppoſito. Holocauſtum eſt, & oblatio ſuauiſſimi odoris Domino.

Si autem de auibus. Hic ponitur tertia regula de modo holocauſtorū, & ſunt holocauſta, quæ pertinent ad volatilia, quoniã ſicut Deus voluit de armentis, & gregibus aliqua ſibi offerri, ſic & de volatilibus aliqua elegit. *Si de auibus holocauſti oblatio fuerit*. Id eſt, ſi fuerit facta aliqua oblatio auium ad faciendum holocauſtum. *De turturibus, & pullis columbæ*. Id eſt, quãdo fuerit facta oblatio volatiliū, nõ poterit offerri aliqua alia auis ab his duabus.

F *Quare de turturibus, ac pullis columbarum ſolum holocauſta Domino fiebant, & non de alys auibus*. Q. XXIII.

QVæret autem aliquis, quare de alijs auibus non fiebant holocauſta Dño? Cui rñderi poteſt, ꝙ cum oĩa ſacrificia veteris legis fierent in quandam figuram futurorum; iuxta illud Apoſtoli, 1. ad Corinth. 10. c. Oĩa in figura contingebant illis: oportebat, vt talia genera auium aſſumerentur ad immolationem, quæ ſignificationi conuenirẽt, quam Legiſlator intendebat inducere; & qm̄ inter aues, quædam ſunt rapaces; nõ laboribus intendentes, ſed viribus, & iniuriis eſcas quærẽtes, ſicut Aquilæ, Struthiones, Accipitres, ac Milui, nõ decuit ex illis ſacrificiū fieri, qm̄ Deus non acceptat ſacrificium de rapina, qm̄ potius quædam animalia iſtorū ſunt, quæ ab Altaribus carnes ſacrificiorum rapiebant: ſicut apud Gentiles ſacrificia fiebant in locis publicis, & ponebãtur inteſtina animaliū ſuper altare: fiebat aūt aliqñ, vt milui deſcendentes veloci impetu ea raperent; vndè bomolochi apud Græcos nuncupantur: & ob hoc dicuntur tanquam raptores inteſtinorum, quod propriè bomolochus ſignat. Quædam aūt ſunt immundæ valdè propter cibos, quos ſumunt, & pp quoſdam actus, ſicut Ciconiæ Aegypti, quæ immiſſo roſtro per poſteriora aluum purgãt. De ſimilibus aūt, qm̄ vilia ſunt, non oportebat aliquid Dño offerri, cum ſibi ſoli non ſolum munda, ſed in extremo mundiſſima offerri oporteret. Quidam aūt ad hoc rñdẽt, dicentes, non immolari alias aues Deo, qm̄ ipſe intendebat vitare idolatriã, ſed quædam auium erant aſſignatæ Diis Gentilium, ideo de ipſis ſacrificia fieri non decebat; H ſicut patet de Aquila, quæ armiger Iouis ab omnib. poetis appellatur, & fulmina in pedibus ferre dr̄, quæ ad Iouem pertinent. Sic patet de Pauonibus, qui Iunoni Deæ conſecrati erant, vt fatua poetarum finxit auctoritas; & in hunc modum de multis alijs auibus; non licuit igitur de his offerri Deo, qm̄ ad Deos Gentilium pertinebant.

Aquila armiger Iouis.

Sed hoc ſtare non valet: qm̄ potius ex oppoſito infertur, ꝙ Deus debuiſſet mãdare oĩa illa genera volatilium ſibi offerri, quæ dijs Gentilium conſecrata erant. Hæc. n. ratio à quibuſdam cõiter redditur, cū quæritur, cur Deus mandauerit immolari ſibi boues, oues, & hircos? Rñdẽt, hoc factum fuiſſe ad euitationem idolatriæ: & qm̄ in Aegypto Iudei viderunt coli inter Deos Apim, bouem, qui erat magnus Deus Aegyptiorum, ne eum putarẽt eſſe Deum, mandauit boues ſibi immolari, & quia ibidem I colebatur Hamon, cuius caput erat habens cornua arietis, reliqua corporis pars humanã prætendebat effigiem, mandauit arietes immolari, ne eos Deos eſſe crederent, Et quia interdum Dæmones, qui ab Aegyptijs colebantur, in hircorum ſpecie apparebant, mandauit quoq; ſibi hircos immolari. Hæc. n. cõis aſſignatio eſt, quare iſtas tres ſpecies pecorum ſibi Deus immolari mandauerit. Cum igitur hæc ad vitandam idololatriam fierent, deberent illæ quoque aues Deo immolari, quas Gentilium fatuitas Dijs ſuis conſecratas; ac per hoc quaſi Diuinas eſſe arbitrata eſt; Et tunc argueretur, ꝙ potius debuiſſent immolari aquilæ, pauones, corui; & noctuę, quoniam iſtę aues Diis conſecratæ erant. ſ. aquilæ Ioui, pauones Iunoni, corui Phebo, noctua Palladi; turtures aūt immolari non debebant, quoniam nulli Deorū apud Gentiles conK ſecratæ videbantur. Item, deficit fundamentum iſtorum, qm̄ dicūt ad euitandam idolatriam nõ deberi immolari Deo volatilia, quæ Dijs Gentilium conſecrata erant: qm̄ tunc columbæ immolari nõ debuiſſent, cum Veneri Deę Gentilium conſecratæ eſſent, ſicut frequenter declarat Ouidius in lib. Metamorphoſeos. Hic tñ mandat Deus offerri pullos columbarum; non igitur ob hanc cauſam hæc volatilia ſola Deo offerri debuerunt. Dicendum igitur, duas eſſe cauſas principales quare Deus hæc ſola volatilia ſibi offerri mãdauerit. Prima eſt, qm̄ Deus volebat in ſacrificiis incitare deuotionem oĩum popularium tam diuitum q̃ pauperū, non debuit igitur conſtituere oblationem in rebus quæ magni valoris eſſent, quoniam tunc pauperes hr̄e non poſſent, nec eum ſic colerent. Et quia ſi Deus mandaſſet aliqua volatilia ſibi offerri, quæ rariſſimè in vſu eſſent in terra promiſſionis, neceſſarium fuiſſet,

Quare iſtas tres ſp̃s pecorũ Deus ſibi immolari mandauerit.

D. auib. diuerſis Dijs conſecratis.

Doct. vera ad quæſitum reſponſio.

vt

vt illa magni precij eſſent, ideo mandauit ſolum ſibi immolari de volatilibus, quæ communiter, & in magna (A) abundantia habebantur in terra promiſsionis, huiuſmodi autem ſunt iſtæ duæ ſpecies volatiliũ, ſ. turtures, & columbæ. Alia ratio eſt: quia ſm ꝙ ſupra preſupponebatur, & aliqualiter inductum eſt, ſacrificia, quæ fiebant in Teſtamento Veteri, erant vt ſigna aliquarũ rerum, quæ erãt in Nouo, & potiſſimum quantum ad ſignificationẽ Chriſti immolandi in cruce; & qm̃ iſtæ duæ aues magis cõueniunt ad ſignificationem Chriſti quam aliæ, ex eo, ꝙ columba, quæ ſine felle eſt, manſuetudinem Chriſti ſignificat, in cuius ore fraus non fuit, ſicut ait Beatus Petrus in prima Canonica, in cap. 3. turtur autem ſignificat Chriſti gemitum in paſſione, qm̃ turtur ſẽper gemit: aliç aũt aues non habent aliam ſignificationem cõformem Chriſto, iõ nõn decuit eas immolari. *De turturibus, & pullis columbæ.* (B)

Quare Deus iuſſerit offerri ſibi turtures, ac pullos columbarum, & non ipſas columbas, vel pullos turturum?
Quæſt. *XXIIII.*

QVÆRET aliquis quare non mandauit Deus offerri turtures, & columbas, vel offerri pullos turturum, & pullos columbarum; ſed iuſſit offerri turtures, & pullos columbarum? Reſpondendum eſt, ꝙ cum Deus in ſacrificijs ſuis magnam reuerentiam haberi vellet, præcepit ea ſibi immolari, qm̃ meliora erãt, & qm̃ in turturibus ipſi turtures maiores meliores ſunt quàm pulli turturum, non pullos turturum, ſed ipſos turtures immolari iuſſit, in columbis autem ipſi pulli columbarum pinguiores, & ſapidiores ſunt quàm columbæ, iõ non co- (C) lumbæ, ſed pulli columbarum offeruntur. *Offeret eã Sacerdos.* Refertur ad oblationem. ſ. ꝙ Sacerdos offerat eam ad altare. i. offerẽt illa oblationẽ volatilium, quam populares fecerunt. Erat aũt modus iſte, quia cum populares adferrent aliqua volatilia, offerebant ea Sacerdoti, Sacerdos aũt ſuſcipiens de manibus eorum, applicabat illa ad altare, & retorquebat capita illorum volatilium, atque rumpebat pelliculã gutturis vngue, faciens diſtillare ſanguinem eorum ſuper parietes altaris. *Offeret eã Sacerdos.* Iſte Sacerdos, qui hic dr̃, erat ille, qui miniſtrabat faciens ſacrificia in altari, ſiue eſſet de Sacerdotibus minoribus, ſiue magnus Sacerdos, qm̃, & ipſi minores Sacerdotes offerebant holocauſta, & faciebant alias miniſtrationes in altari, vt patet ſeq. c. hic tñ Sacerdoti, qui faciebat holocauſtum de volatilibus, non aſtabant aliqui minores Sa- (D) cerdotes ſubminiſtrantes in aliquo, ſicut cum fiebat holocauſtũ de armentis, vel gregibus: qm̃ tunc Sacerdotes alij ſibi aſtantes ſubſeruiebant in duobus; Primò offerentes ſanguinem, & effundentes per parietes altaris; Secundò, accipientes partes cõciſas animalis immolati, & offerentes eas Sacerdoti miniſtranti, vt adoleret ſuper altare. De his duobus hr̃ ſupra in littera. Cũ aũt fiebat holocauſtum de turturibus, aut pullis columbarũ, non ponitur aliquid, in quo poſſent ſubſeruire Sacerdotes minores Sacerdoti principaliter miniſtranti; iõ non oportebat eos ſic adeſſe, ſicut aderant in miniſtratione holocauſtorum de armentis, & gregibus. *Offeret eam Sacerdos ad Altare*, ideſt, ꝙ Sacerdos miniſtrans applicaret iſta volatilia ad altare. ſ. ad parietes altaris, qm̃ ſuper illos ſanguis effundendus erat.

Quomodo volatilia occidi deberẽt quãdo ſacrificabantur.

Et retorto ad collum capite. Hic ponit modus quo volatilia (E) deberent occidi, qñ ſacrificarent, quia non debebant iugulari gladio, aut diuidi in partes diuerſas, vt infra patet, ſed torquebatur caput ad collũ. i. torquebatur in circuitu, vt ſic volatilia morerentur. *Ac rupto vulneris loco*, i. ꝙ non debebat fieri aliquod vulnus gladio, vel aliqua alia re ꝑcutiente, ſed ſolum retorquebatur caput ad collum, & vt ſanguis effluere poſſet, rũpebatur collũ vngue, & ſic ſanguis effluebat, atq; ruptura illa erat loco vulneris. *Decurrere faciet ſanguinem ſuper crepidinem Altaris*, i. poſtquam Sacerdos rupiſſet vngue collum volatilis, debebat ponere ſuper parietem altaris, vt per parietem ipſum ſanguis diſtillaret, & hoc quia in holocauſto volatilium debebat ſanguis ſuper altare effundi, ſicut in oĩbus alijs holocauſtis, quia holocauſta fiebãt ad expiãdum, ſicut patet ſupra cum dr̃: Ponetq; ſuper hoſtiç caput manus, & acceptabi- (A) lis erit, atque in expiationẽ eius proficiens: ſed omnes expiationes ſm legem fiebant in ſanguine. Sic ait Apoſtol. ad Hebr. 9. cum dicitur: Et ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorum, & oĩa penè in ſanguine ſm legem mundantur. Oportebat igitur in hoc holocauſto volatiliũ ad expiationem ſanguinem per altare decurrere. *Super crepidinem Altaris.* Non dixit hic ſuper altare, quaſi ſanguis volatilium intra ipſum altare fundendus eſſet; ſed ſuper crepidinem. ſ. ſuper locum præruptum altaris. ſ. ſuper parietem. Eſt aũt crepido ſummitas alicuius rei prærupta, à qua ad oẽs partes caſus eſt. Simile habetur Exo. 2. cap. cum dicitur: Puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Vocabatur autem crepido aluei aliquis tumor terræ præruptus apud concauitatem fluminis, & ſic in altari vocabatur crepido altitudo parietum altaris, ſiue po- (B) tius ſũmitas altitudinis, qm̃ ab illo loco erat caſus ad omnes partes, cum altare non eſſet planum, ſed cauum, & inane repletum terra non vſque ad ſummitatem parietũ, ſed vſque ad aliquam partem illius, & Sacerdos faciebat fluere ſanguinem ſuper ſummitatem parietũ altaris. *Veſiculam vero gutturis, & plumas proijciet.* Sicut in armentis, & minoribus pecoribus quando immolabatur aliquod tollebatur immundum, ne ſimul cum aliis cremaretur, ſ. pellis, & cornua, & ſordes inteſtinorum: ita in volantibus tollebatur veſicula gutturis, & plumç. De veſicula autem quare tolleretur, cauſa eſt: quia illa erat immunda habẽs intra ſordes, Deus autem nolebat ſordes immolari ſibi.

Crepido quid ſit.

Quare Deus non mandabat excludi inteſtina, ac iecur, in quibus ſunt immundiciæ. *Quæſto XXV.*

(C) SED quæres, quare non mandabat excludi inteſtina, & iecur, in quibus etiam immundiciæ ſunt? Forte reſponderi poterit, ꝙ non poterant illa extrahi ex volatili, quia non debebat ferro aperiri, aut aliqua pars eius ſecari, nec in partes diuidi: loca autem illa ad extractionẽ inteſtinorum ſine aliqua apertione non diuiduntur. Sed hæc non eſt plena cauſa, qm̃ ſicut guttur poterat rumpi ſine ferro, ita, & pars, per quam inteſtina extrahũtur nullo ſecante ferro poterat aperiri, licet non ita decenter. De plumis autem quare eiiciebantur, ne cremarentur in altari cum corpore volatilis? Dicit Rab. Salomon cauſam fuiſſe, quia violatilia ad ſegetes non ſuas plumis volant, vnde eis plumæ rapiendi inſtrumenta ſunt, Deo autem non placent oblationes de rapina. Sed iſta cauſa ficti- (D) cia eſt, qm̃ eodem modo oportet dari aliquã ſpiritualem cãm, quare pelles pecorum, & fimus non cremarentur in altari. Sed dicendũ eſt, Deum voluiſſe in ſacrificiis ea, quç pertinebãt ad ipſa animalia immolata: plumæ tamen ad volatilium carnes non pertinent, nec aliquis eas comedit. Item, quia in ſacrificiis ſuis Deus immunda non recipit; plumæ autem immundum aliquid ſunt, conuenienter ergo iſta à ſacrificiis proiici debuerunt. *Proyciet prope altare ad Orientalem plagam.* Aſſignat locum in quo proiici debebant plumæ, & veſicæ volatilium, & dicit eſſe locum prope altare holocauſtorum intra atrium ad plagã orientalem, id eſt contra partem Orientis: plaga enim regionem ſiue partem mundi ſignificat. Proiiciebantur autem plumæ ad partem Oriẽtalem, quoniam intra atrium erat poſitum Tabernaculum verſus partem occidentalem (E) atrij. Ad oſtium autem Tabernaculi, quod erat verſus partem Orientalem atrij ponebatur altare holocauſtorum, ſicut patet Exod. 26. & 27. & hic. Si igitur proiicerentur plumæ volatilium prope altare holocauſtorum verſus partem Occidentalem, neceſſarium erat, vt proiicerentur prope parietem Tabernaculi inter altare & Tabernaculum, ſed hoc non conueniebat: quia omnis immundicia ſeparari debebat à loco ſancto; & quia Tabernaculum erat pars ſanctior quam atrium, non debebant plumæ, & alia immunda prope Tabernaculi parietem poni, ideo ad Orientalem partem iſta poni decuit, vt ſic ſeparata eſſent à Tabernaculo. *In quo cineres effundi ſolent*, id eſt locus ille, in quo proiiciebantur plumæ, & veſicæ volatilium, erat locus, in quo proiiciebantur cineres, qui de altari accipiebantur. In quo eliditur quorũdam erronea opinio, ſcilicet, ꝙ cum in

Nota hoc dictũ pro q̃õne an habere cõ lumĩarĩa ſit contra conſcientiam.

Plaga quid.

Opi. erronea reſcilitur.

altari holocauſtorum eſſet ignis cæleſtis, omnia cõſumeret, ne relinqueret aliquem cinerem rerum appoſitarum. Sed hic manifeſtè contrarium liquet, quoniam dicitur, ꝙ erat aliquis locus, in quo cineres effunderentur, & loquitur de cineribus altaris, quoniam locus iſte cinerum erat intra atrium. Et non eſt dicendum, ꝙ de foris aliqui cineres apportarentur ponendi intra atrium, cum mandetur, ꝙ nulla contaminatio filiorum Iſrael accederet ad Sanctuarium; & ob hoc Leuitæ ponebantur excubantes in circuitu atrij, ne aliquæ immundiciæ atrio adhærerent, vt habetur Numer. 2. c. Nec etiam dici poteſt, quòd iſti cineres, qui fundebantur intra atrium, erant cineres lignorum, quæ cremabãtur ad adminiſtrationem carnium pacificarum pro popularibus, & Sacerdotibus, quoniam illi cineres non erant ſacri, cum non pertinerent, nec tetigiſſent aliquam rem ſacram, ideo magis dicendum eſt de iſtis, ꝙ proijcerentur extra atrium Cineres igitur, de quibus dicitur hic, erant qui accipiebãtur de altari holocauſtorum, & ſic ſtare non poterit, quod dicebatur, ſcilicet, ꝙ ignis cæleſtis, qui erat in altari, omnia penitus deuoraret, nullum relinquens cinerem. Dicendum autem magis eſt, ꝙ cum in altari eſſet ignis ſempiternus, qui nunquam extinguebatur, & Sacerdotes quotidie ſubijciebant ei ligna, vt patet infra 6. cap. & quotidie fierent multa ſacrificia, quoniam ſaltem duo fiebãt, ſcilicet holocauſtum matutinum, & veſpertinum, quæ ex nulla occaſione ceſſare debebant, vt patet Numer. 28. neceſſe erat multos cineres reſultare: hos autem tollebat Sacerdos de altari, cum videret fore opportunum. ſ. quolibet die ad ſolis ortum, quia tunc mundandum erat altare pro holocauſto, & ponebat intra Sanctuarium in loco mundo. De hoc autem intelligi poteſt, quod dicitur Exodi 29. ſ. mundabis altare, id eſt abſtrahes cinerem ab eo, vbi autem cineres iſti erãt, proijciebantur plumæ volatilium, & veſicæ.

Doct. reſponſio.

Quare hi cineres ſumpti de altari proijciebãtur intra atrium. Quæſt. XXVI.

QVÆRET autem aliquis, quare iſti cineres, qui ſumebantur de altari, proijciebantur intra atrium, quia cum eſſent aliquid immũdum potius foris proijci debuiſſent. Ad hoc reſpondendum eſt, ꝙ cineres iſti, qui de altari ſumebantur, non debebant poni extra Sanctuarium, cum ipſi ad res ſacras pertinerent, id enim quod nullatenus ad res ſacras pertinet, & totaliter profanum eſt, extra Sanctuarium eſſe debebat: cineres autem aliquo modo ſacri erant. Et hoc dupliciter, ſ. quia de rebus ſacris reſoluti erant, & quia res iſtas ſacras attigerãt, quod apparet: quoniam in altari holocauſtorum cremabantur carnes ſacrificiorum, & ipſæ carnes ſacræ erant: non debebant igitur in loco immundo cineres inde effecti poni, quoniam ſicut & ipſæ carnes ſacræ erant, ita & cineres effecti ab ipſis, ſacri erant. Secundò, cineres iſti ſacri erant ex contactu rerum ſacrarum, quoniam in altari holocauſtorum carnes ſacrificiorum ponebantur ſuper ligna, & ex illo contactu ligna ſanctitatem contrahebant, & cineres inde effecti, eodem modo ad res ſacras pertinebant, ꝙ autem ex cõtactu carnium ſacrarum aliquid ſanctum eſſet, apparet infra 6. cap. cum agitur de carnibus ſacrificij pro peccato, & dicitur: Quicquid tetigerit carnes eius, ſãctificabitur, ſi de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa, lauabitur in loco ſancto. Vas autem fictile, in quo cocta eſt, confringetur: quia ſi vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. Non decebat, ergo cineres hos ex duplici cauſa ſanctificatos, immo potius ſanctos, extra atrium cum rebus profanis collocari. De plumis autem & veſiculis volatilium, quæ mandantur poni in loco cinerum, dicendum eſt, quòd non ſolum ponebantur ibi, ſed appoſito igne cremabãtur, vt vſque in cineres reducerentur, ne ſic manentes fœtorem, & horrorem in loco gignerent, & tunc vniuerſa illa cineres erant, ſed tandem iſti cineres extra caſtra proijciebantur in loco mundo, vt dicitur infra 6. cap. & ibi declarabitur. *Confringetq. aſcellas.* Poſtquam volatilia deplumata forent, Sacerdos frangebat alas eorum, conuertens ad poſteriora, quaſi ad torrendum pararet, & ſic imponebat ſuper ignem altaris. Cauſa

F autem quare aſcellæ frangebantur ex fundamento Rab. Sal. dari poſſet, ſcilicet, ideo hoc factum fuiſſe, quoniam volatilia mediantibus alis ad fruges non ſuas deuaſtandas aduolabant, ideo in huius deteſtationem alæ earum frangebantur, ſicut ipſe dixerat, ideo plumas tolli à volatilibus, quia eis mediantibus ad aliena volauerant, ſed ſicut fundamentum improbatum eſt, ita & ratio iſta, quę ex ſimilitudine procedit, pariformiter improbata eſt. Dicendum igitur, non eſſe cauſam literalem, quare aſcellæ volatilium frangerẽtur, ſed eſt quidam apparatus, quem nos in volatilibus torrendis facimus conuertentes ad poſteriora earum, vt ſic aptius torreãtur, quia ſi fortaſſis aliqua ſpecialis cauſa ex his trahi deberet, neceſſarium eſſet eam ad allegoriã, vel ad anagogiam magis reduci quam ad literalem ſignificationem. *Et non ſecabit, nec ferro diuidet eam.*

Quare aſcellæ frãgebãtur. Fictio Rab. Salomon.

G Hic ponitur cęremonia, quæ obſeruari debebat in frangendis aſcellis, quoniam putaret aliquis illas ferro eſſe abſcindendas, aut ſaltem aliquo alio modo à volatili tollendas: dicit neutro modo hoc fieri debere, cum ponit, ꝙ non diuidet eam ferro. i. non præſcindet aſcellas ferro, & quia hoc vetito, adhuc aliquis putaret licitum eſſe aliquo alio modo aſcellas tolli, ſicut erat de gutture volucris, quod ferro quidem ſcindendum non erat: rumpendum tamen vngue erat: hic autem dicit excludendo hoc, quòd etiam nõ ſecabit, ſed permittet in animali illas manere: confringet tamen eas confringendo oſſa, continuatis tamen eiſdem ad reliquas corporis partes.

Caeremonia quæ obſeruabatur in frangendis aſcellis.

Quare volatilium alæ frangebantur, & non ſcindebantur. Quæſt. XXVII.

H ET ſi quæratur de cauſa allegorica, quare in volatilibus non ſcindebantur alæ, ſed frangebantur? Reſpondendum eſt, per volatilia ſignificari homines vitam degentes contemplatiuam: in his autem alæ ſunt, quæ eos in diuerſa ferunt, id eſt quædam naturales paſſiones, ſicut in ceteris hominibus, quæ eos in altitudine contemplationis tranquillos eſſe non ſinunt. Cum autem iſti in ſacrificium ſe offerant holocauſti, ſcilicet, totam vitam ſuam, & actiones Domino commendantes, & pariter offerentes alas illas, i. paſſionalia incitamenta confringere debent ſibi totaliter ſubijciendo ne ferantur in illicita: eas tamen ferro abſcindere, aut totaliter ſecare non debent, quoniam cum homines ſimus, neceſſarium eſt, nobis aliquas ineſſe paſſiones, & qui eas à ſe prorſus abſcindere

Nota. Viri caſti, & cõtemplatiui vacantes.

I vult, humanitatem quoq. cum eis exuere deſiderat, quod quidem in ſacrificio faciendum non eſt, quoniam quãdiu mortales in hac vita mortali ſumus, nos Domino offerentes, mortalitatis conditiones nobis ineſſe, tolerare, & non abſcindere oportet.

Quare Deus mandauerit volatilia in holocauſtum oblata ferro non ſecari. Quæſt. XXVIII.

QVÆRET autem aliquis, quare Deus mandauerit, ꝙ volatilia in holocauſtum oblata ferro non ſecarentur? Cui aliquis reſpondebit, hoc ideo fieri, quoniam ferri ſciſſio hæreticorum ab Eccleſia deſignat abſciſſiones, quod in ſacrificijs Domini eſſe non debet: quoniam qui rectè offerre vult, in nullo prorſus debet ab Eccleſia diſcordare: ideo dicebat Cyprianus, ſacrificia il-

K la, quæ extra Eccleſiam fiunt, penitus immunda eſſe: quia ab eccleſiaſtica vnitate abſciſſa ſunt, nec etiam Deo talia placẽt. Sic dicebat Aug. ſicut videndum eſt, quid offeras, & cui offeras, ita etiam conſiderandum eſt, vbi offeras, quia veri ſacrificij extra Catholicam Eccleſiam nõ eſt locus, ideo dicebat Proſper in lib. Epigrammatum.

Sic tamen, vt norit, qui reddit vota tonanti,
Vnum Diuinis cultibus eſſe locum.

In toto mundo vera Eccleſia præbet, & ſine quo nullum iuſtitiæ meritum. Sed contra hoc obijcietur, quia ſi ideo Deus iuberet in volatilibus non ſcindi alas, quoniam nollet in Eccleſia ſua aliquam fore ſciſſionem; conformiter iubere debuiſſet, vt etiam in alijs ſacrificijs nihil ſcinderetur: hoc tamen falſum eſt, quoniam ſup. in littera, cũ fundaretur regula de ritibus holocauſti, de armento dictum eſt, ꝙ vitulus detracta pelle deberet in fruſta ſecari, & po-

ni ſuper altare. Identidem de holocauſto pecorũ in omnibus, & capris dictum eſt, vt ſupra patet, & in litera. Cum etiam Deus iniret fędus cum Abraam mãdauit ei offerre arietem trinũ, & vaccam trinam, & omnia diuidi per medium iuſſit, parteſq; eorum altrinſecus poni, vt habetur Gen. 15. capit. Dicendum igitur eſt, non mandaſſe Deum ob hãc cauſam de volatilibus nihil ſecari, aut ferro diuidi: ſed notauit duo genera humanæ vitæ per duos modos ſacrificiorum, quoniam qui in holocauſtum ſe offerunt, hi aut vitam contemplatiuam, aut actiuam gerũt. Qui autem actiuæ vitæ laboribus vacantes, ſe tamen Domino toto pectore ſacrant, ei omnes actiones, & affectiones offerendo, de pecoribus, aut armentis holocauſta offerre dicũtur. Sed qui in actiua occupatione ſe in Deum totum ordinans plura Deo donat, de armẽtis ſacrificium holocauſti offert, quoniam armenta in maioribus ſacrificiis ſunt. Qui vero actionibus implicitus ſe Deo totũ offert, hic tñ parua dare poteſt, agnum anniculum, aut hædum anniculum in holocauſtũ offerre dicitur: quoniam iſta de minoribus holocauſtis ſunt. Qui verò penitus omni actiuæ vitæ occupatione ſecluſa ſoli Deo intendentes, eiq. toto pectore inhiantes, ita vt iam cupiant diſſolui, & eſſe cum Chriſto, iuxta Apoſtoli voluntatem, ſi in hymnis, & canticis Deo vacent, holocauſtũ de volatilibus Deo offerunt, quoniam omni prorſus terrenæ actionis occupatione ſublata, toto pectore ſuper aſtra volant. Nũc autem licet vtriq. tam agentes, quam contemplationi vacantes corpus ſuum Deo in holocauſtum præbeant, hi tamen in fruſta diuidi debẽt; alios autem ex nulla parte ſciſſionem pati oportet, quoniam qui de armento, & gregibus holocauſtum Deo offerũt, actiuæ occupationi vacant: hos igitur per plura diſtrahi, atq. in pleraſque diuidi partes ipſius occupatæ vitæ cõditio cogit. Qui verò toto corde anhelantes, omni occupatione ſemota, in ſolum Deum tendunt, eiq; ſoli coniungi deſiderant, nec diuiſi ſunt, nec aliquam eos conuenit ſuſtinere ſciſſuram. Deſignauit aũt Dñs has duas humanæ vitæ conditiones, atque holocauſtorum differentias Luc. 10. cum ad Martham, quæ vitæ actiuæ nimiũ inſiſtebat, locutus eſt, dicens: Martha, Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima: porrò vnum eſt neceſſarium. Nec tamen aliquis putet hunc ritum de non ſecandis auibus, nec aliquatenus ferro ſcindendis à caſu, aut ſine aliqua cauſa introductum fuiſſe, quoniam nulli bi Deus aues offerri iubẽs in fruſta ſecari mãdauit. Nam & ante legis dationem, cum fędus iniret cum Abraam, eique capram, arietem, vaccã, turtures, & pullos columbarum offerre iuſſiſſet, ſubiunxit, ꝙ vaccam, capram, arietemq; diuideret, aues autem prorſus indiuiſas relinqueret, vt dicitur Gen. 15. cap. Hanc igitur allegoricam, aut tropologicam cauſam in his aſſumi oportet cum literalis deficere videtur: licet quidam non iniuſtè hanc literalem aſtruere auderet, cum fortaſſis hoc ſignificare fuerit Legiſlatoris intentio. *Et adolebit ſuper altare.* In omnibus ſacrificiis hoc generale eſt, vt nihil extra altare cremetur, ſed vniuerſa in holocauſtorum altari cõſumantur: & cum Deus hic, aut alibi iubet ſacrificia aliqua ſuper altare adoleri, non deſignat, quod altare illud ſit, quoniam cum vnicum ſit, connotatione diſtinguente non indiget. erat namq. vnicum ſacrificiorũ altare: quoniam in toto Sanctuario nullus alius locus ſacrificiorum erat, nec etiam in tota terra promiſſionis, vt eis, qui tunc rudes erant, in vnitate loci ſacrificiorum vnitas Dei cui ſacrificabatur innoteſceret. Vnde ſi quis conaretur præter illud altare aliud ad facienda ſacrificia cõſtituere, vt hæreticus, prorſus habebatur, atq; tota Iudæorũ turba ſuper eũ ad deletionem impetum factura erat, ſicut patuit in duabus tribubus, & dimidia. ſ. Rubenitis, & Gaaditis, & dimidia tribu Manaſſe, qm̃ cum tranſierũt Iordanem verſus terram ſuam, recedentes à nouem tribubus, & dimidia conſtruxerunt altare miræ magnitudinis apud tumulos Iordanis, quod cum innotuiſſet reliquæ multitudini Iſrael, prouocato corde nouem tribus, & dimidia in bellũ cõtra illas ſe parauerunt, eaſq. deleturæ erant, niſi cauſam quare hoc feciſſent eas excuſaſſet, vt habetur Ioſue 22. *Lignis igne ſuppoſito.* Id eſt, ꝙ in hoc cultu, volatiliũ, ſicut in ceteris holocauſtis ponebantur corpora earum ſuper ligna altaris, A ſub lignis autem ignis ſubiiciẽdus erat. i. iam erat poſitus ſub eis antequam holocauſta fierent. *Holocauſtum eſt, & oblatio ſuauiſſimi odoris Domino.* Hic redditur cauſa ſuperiorũ. ſ. quare illa volatilia deberẽt poni integra ſuper ligna altaris, nullo penitus deiecto præter plumas gutturiſq. veſiculã. q. d. quia hoc holocauſtũ erat, oportebat iſta ſimul poni nullo inde abiecto. Si tñ fuiſſet ſacrificium alterius generis, debuiſſent inde aliquæ partes, aut pro Sacerdotibus, aut pro offerentibus ſeparari. *Et oblatio ſuauiſſimi odoris Domino.* i. ꝙ in iſta oblatione holocauſti Deus ſuauiſſimũ odorabat odorem. Qualiter autem iſta intelligantur ſupra dictũ eſt, vocatur tñ holocauſtũ oblatio ſuauiſſimi odoris, quia licet in omnibus ſacrificiis, quæ ex offerẽtiũ deuotione fiebãt, eſſet Domino odor ſuauiſſimus, in holocauſto tñ erat ſuauiſſimus odor. Diuerſitatis cauſa B eſt, quia holocauſtum ad ſolam Dei laudem fiebat: cetera autem ſacrificia licet generaliter ad Dei laudẽ eſſent, alias tñ ſpeciales cauſas habebant. ſ. hoſtiæ pacificæ pro pace habita vel habenda: victimæ autem pro peccato ad peccatorũ quandã remiſſionẽ. Cũ aũt aliquis ordinat in Deũ ſolũ aliquos actus, abundantius eũ colit, q̃ ſi aliquid faciat in eũ ordinando, & in aliquã aliã cauſam: ſic. n. ait Auguſt. Dñe minus te amat, qui cũ alio te amat. Iuſte igitur in holocauſtis odor ſuauiſſimus erat; in aliis aũt ſacrificiis odor ſuauis, licet aliqñ in aliis ſuauiſſimus dicatur.

Reſponſio. — *Varia hominũ genera in ſacrificiũ ſe Deo offerentia.* — *Nota contra ſchiſmaticos plures Eccleſias cõſtituentes.*

C A. P. II.

A NIMA, *cum obtulerit oblationem ſacrificij Domino, ſimila erit eius oblatio. Fundetq; ſuper eam oleum, & ponet tus, ac deferet ad filios Aaron Sacerdotis: quorum vnus tollet pugillum plenum ſimilæ, & olei, ac totum tus, & ponet memoriale ſuper altare in odorem ſuauiſſimum Domino. Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio, erit Aarõ, & filiorum eius, Sanctum Sanctorum de oblationibus Domini. Cum autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano de ſimila, panes. ſ. abſq. fermento, conſperſos oleo, & lagana azyma oleo lita. Si oblatio tua fuerit de ſartagine, ſimilæ conſperſæ oleo, & abſque fermento, diuides eã minutatim, & fundes ſuper eam oleum. Si autem de craticula fuerit ſacrificium, æquè ſimila oleo conſpergetur, quam offerens Domino trades manibus Sacerdotis. Qui cum obtulerit eam, tollet memoriale de ſacrificio, & adolebit ſuper altare in odorẽ ſuauitatis Domino. Quicquid autem reliquum eſt, erit Aaron, & filiorum eius, Sanctum Sanctorum de oblationibus* C *Domini.* D

Oblatio ſimilæ.

Anima. In ſuperioribus dixerat Legiſlator de ſacrificio rerũ viuentiũ, hic aũt agitur de oblatione rerũ nõ viuentium. ſ. cum offertur farina, aut panes cocti, aut lagana, ſiue aliquid in ſartagine, vel craticula coctum, & facit hic Legiſlator interpoſitionem, qm̃ cum ſupra inceperit dicere de ſacrificiis, quæ fiebãt de carnibus animaliũ tractans de holocauſtis, & nondũ peregiſſet de victimis pacificis, & de ſacrificiis pro peccatis, quæ omnia fiunt in carnibus animaliũ: interſeruit hic de quibuſdã oblationibus, quæ fiũt in ſolis rebus nõ viuẽtibus. ſ. in pane, & in panis materia. Et diuiditur ĩ duas partes: qm̃ primò agitur de oblatione farinę crudæ; ſecũdò de oblatione coctę, *Cum obtuleris.* Iterũ prima in tres, qm̃ primò agit de his, E quæ fiebãt in clibano; ſecũdò de his, q̃ fiebãt in ſartagine, tertiò de his, quæ fiebant in craticula: Secunda ibi: *Cum obtuleris.* Et ibi: *Omnis oblatio.* Tertia ibi: *Si autẽ obtuleris.*

Connexio capituli. — *Diviſio.*

Quare Deus dederit hoc genus oblationis, quod eſt in ſolo pane, & ad quod genus ſacrificiorum pertineat huiuſmodi oblatio. Quæſt. 1.

CIRCA primũ inquirẽdum eſt quare Deus dederit iſtud genus oblationis quod eſt in ſolo pane, & materia eius? Cui rñdendũ eſt, ꝙ cũ omnia ſacrificia fiãt ad incitationẽ mẽtis in Deũ, & Deus intendebat ad ſe accedere omnes tam diuites, q̃ pauperes, ideo oportuit talia ſacrificia dari, ad quæ poſſent oẽs ſufficere, & qm̃ ſacrificia ſupra data fiebant in animalibus, & ad illa aliqñ non ſufficiebãt illi, qui pauperrimi erãt, ideo oportuit dari aliquod ſacrificiũ in quo omnes quãtũcumque pauperes eſſent,

ſent,ſufficerent; huiuſmodi autem fuit ſacrificium,quod F fit in ſola farina,& panibus, vt quilibet etiam in ſuo gradu pauper habeat aliquid, quod offerre poſſit cum panẽ, aut ſarinam habuerit. Eſt autem alia cauſa adhuc potiſſima,quare ponatur hic ſacrificium, quod fit in panibus; & farina: nam ſicut ponuntur ſacrificia,quæ ſunt principalia, ita oportet poni ea, quæ ſunt conſequentia ad iſta ſacriſicia,ſed offerri panes, vel lagana, aut aliquid coctũ in ſartagine,& craticula, ſunt conſequentia ad ſacrificia, quæ fiebant de carnibus animalium, ideo debuerunt hic ſubiungi. Pro quo ſciendum eſt,quod oblationes,de quibus dicitur in iſto cap. dupliciter conſiderantur: quia aut per ſe, vel vt ſunt quædam conſequentia ad ſacrificia de carnibus animalium. Si autem conſiderantur ſecundum ſe ſolum,obſeruabantur in eis iſti ritus,qui hic ponuntur, & ſunt propriè ſacrificia pauperum in defectum aliorũ. G Alio modo conſiderantur, vt ſunt quædam conſequentia ad ſacrificia,quæ fiebant de carnibus animalium: nam in omni ſacrificio animalis,ſiue holocauſto,ſiue victima pacifica,aut in votis,non ſolum offerebãtur ipſæ carnes animalium,ſed etiam oportebat offerri cũ eis aliquam partẽ ſimilæ,quæ farina eſt,& partem vini, & partem olei, vt habetur Numer. 15. cap. cum dicitur: Cum feceritis oblationem Domino in holocauſtum, aut victimam pacificã, vota ſoluentes,vel ſponte offerẽtes munera,aut in ſollẽnitatibus veſtris adolentes odorem ſuauitatis Domino de bobus,ſiue de ouibus,offeret quicunq. immolauerit victimam,ſacrificium ſimile, decimam partem ephi,conſperſæ oleo, quod habeat quartam partem hin; & vinum ad liba fundenda eiuſdem menſuræ. Et ibidẽ ponitur quantum de ſimila,& oleo,& vino,in quolibet ſacrificio offerri deberet: nam differebat quantitas horum ſecundũ varietates animalium immolandorum. Alia autem cauſa H eſt,quare Deus mandauerit farinam,& panes,& ſimilam offerri,quoniam volebat Deus ſacrificium ſuum eſſe,ſicut cibum humanum,& ob hoc vocat altare ſuum,vbi ponũtur ſacrificia,menſam,ſicut vbi ponuntur cibi humani, ſicut patet Malach. 1. cap. cũ dicitur: Menſa Domini polluta eſt. Et ſicut in cibis humanis ad congruam ſuſtentationem corporis non ſufficiunt carnes, ſed neceſſarius eſt panis, & vinum: ita Deus in ſacrificijs ſuis voluit omnia iſta poni, ſed ſi ſolum poſuiſſet ſacrificia holocauſtorum, & pacificarum victimarum, atque hoſtiarum pro peccato,ſolum poſuiſſet carnes in ſacrificijs, oportuit ergo ſubiungi ea,quæ in iſto cap. continentur, in quo de pane, & oleo ſacrificiorum agitur. Alia autem cauſa eſt, quare I Deus mandauerit in ſacrificijs ſuis poni vinum, & panẽ, & fortaſſis hæc eſt potiſſima, ſ. quia Deus volebat de ſacrificijs ſuis ſuſtentare Sacerdotes,vt patet Numer. 18. & Deuteron. 18. in quibus ſegregantur ea, quæ pertinebant ad Sacerdotes de quolibet ſacrificio,& iſta illis dabantur pro ſeruitio quod faciebant Deo, miniſtrando in ſacrificijs. Si tamen non mandauiſſet Deus offerri panem, & vinum, ſolum haberent Sacerdotes partes quaſdam carnium ſacrificiorum, ex quibus ſolis congruè ſuſtentari nõ poterant,debuit igitur offerri panis,& vinum, de quo ſibi partem ſumerent Sacerdotes ad ſuſtentationẽ. Hanc autẽ fuiſſe cauſam huius inſtituti, apparet in hoc cap. quoniam de ſacrificijs factis de pane, maior pars Sacerdotibus cedebat,quam ſuper altare cremaretur.

Huiuſce cap. oblationes dupliciter cõſiderantur.

Circa ea, quæ in hoc cap. de ſacrificijs ſimilæ, & panũ K coctorum ponuntur, aliquis dubitabit,cum nos dicamus tria ſacrificiorum genera fuiſſe,ſ. holocauſtum, victimam pacificam, & hoſtiam pro peccato; ad quod horum triũ generum pertineant oblationes panis, & farinæ, de quibus in hoc cap. Quibus reſponderi poterit,quod ad nullũ horum trium generum pertinent, quoniã in quolibet eorum animalia viuentia offerebantur, vt patet ſupra 1. & infra 3. 4. & 5. cap. hic autem non offeruntur aliqua animalia,ſed ſolum panis,& farina. Item,in omnibus ſacrificijs illorum trium generum obſeruantur aliquæ ſpeciales cæremoniæ,vt patet in præallegato cap. quarum nulla obſeruatur in his oblationibus panis, & farinæ, ſicut obſeruatur in hoc cap.

Oblatio panis, & ſimila ad quodnam ſacrificiorũ genus reducatur.

Ad hoc autem fortaſſe aliquis reſpondebit, quod iſta ſacrificia panis, & farinæ ad Diuinam oblationem non pertinent, ideo non eſt neceſſarium ea reduci ad aliquod trium generum ſacrificiorum: patet autem hoc ex ſimili, ſcilicet in Vitula Ruſa, & in cadauere bouis immolati pro peccato,quod cremabatur extra caſtra: nam Vitula Ruſa cum tota immunditia ſua extra caſtra cremabatur, nec adferebatur de ſanguine eius, aut de adipibus intra Sanctuarium,ſicut in alijs ſacrificijs; nec etiam aliquæ cæremoniæ in ea cremanda obſeruabantur, quæ in alijs ſacrificijs ſeruari ſolebant, ideo ſuperiori cap. q. 24. determinauimus,iſtã Vitulam Ruſam nullo modo pertinuiſſe ad Dei ſacrificia,vel oblationes, niſi inquantum Deus mandabat illam immolari. De boue,qui pro peccato immolatus extra caſtra cremabatur, dicebamus, quod non totaliter ad ſacrificium Dei pertinebat, quoniam licet quãtum ad ſanguinem, qui in Sanctuario partim effundebatur,& partim aſpergebatur, eſſet ſacrificium Dei, tamen quantum ad cadauer,quod extra caſtra cremabatur, non pertinebat ad Diuina ſacrificia; quoniam non cremabatur in loco ſacro,ſicut ea,quæ ſunt verè ſacrificia, nec etiã tollebantur immunditiæ eius, lotis inteſtinis,& pedibus, ſicut in alijs ſacrificijs fiebat,ſed cum inteſtinis, & ſordibus cremabatur; vt patet infra 4. cap. Quantum igitur ad hoc,non poterat vocari ſacrificium Domini. Conformiter dicet aliquis in iſtis oblationibus panis,& farinę eſſe,quia licet à Deo imperatæ ſint, ſicut Vitula Ruſa à Deo cremari iubebatur, & bos immolatus pro peccato à Deo extra caſtra cremari mandabantur: neutrum tamen ſacrificium Domini erat. Ad hoc autem reſpondendum eſt, ſtare non poſſe: quoniam ſicut holocauſtum, & victima pacifica,atque pro peccato,erãt ſacrificia Dei,ita & oblationes panis,& farinæ oblationes Dei vocãtur. Patet hoc in principio huius cap. cum dicitur: Anima cum obtulerit oblationem ſacrificij Domino,ſimila eius oblatio erit. Item in Vitula Ruſa, quæ non erat ſacrificium Domini, & in cadauere bouis immolati pro peccato, non aſſumebatur aliquid inde, vt poneretur ſuper altare Dei, nec in Sanctuarium inferebatur. De cadauere bouis patet infra 4. cap. De Vitula Ruſa patet Numer. 19. De oblationibus autem panis,& farinæ non erat ſic, quoniam aliquæ partes ponebãtur ſuper altare, vt patet hic in littera cũ dicitur: Quorum vnus tollet pugillum plenũ ſimilæ, & olei, ac totum tus, & ponet memoriale ſuper altare. Item de Vitula Ruſa, & cadauere bouis immolati pro peccato, nihil aſſumebant Sacerdotes in partem ſuam,vt comederent,quoniam hæc cum carnibus, pellibus, cornibus,pedibus,inteſtinis,& fimo cremabantur. De boue patet infra 4. cap. & de vitula habetur Numer. 19. de oblatione tamen panis, & farinæ multum cedebat Sacerdotibus, ſ. maior ipſarum pars,vt patet hic in littera: nã cum dictum fuiſſet,quod deberet tolli vnus pugillus ſimilæ,& olei,ad ponendum in altari,ſubiungitur: Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio, erit Aaron, & filiorum eius. Item, quandocunq. aliquid immolabatur, aut pertinebat propriè ad ſacrificium Domini, & ſi illud cremaretur, dicebatur cedere in odorem ſuauem Domini; De boue tamen pro peccato immolato,& de Vitula Ruſa ſic non dicitur, cum iſta potius dicantur ad quendam fetorem pertinere, & cum omnibus immunditijs comburebantur. De oblationibus tamen panis,& farinæ dicitur, quod pertinerent ad odorem ſuauiſſimum Domino,ſicut hic dicitur in littera: Qui cum obtulerit eam,tollet memoriale de ſacrificio, & adolebit ſuper altare in odorem ſuauitatis Domino. Non igitur dici poteſt oblationes panis, & farinæ nõ pertinere ad Deum, quoniam neceſſarium eſt eas eſſe ſacrificia Dei,ſicut omnia alia ſacrificia. Ad huius igitur dubij enodationem conſiderandum eſt, quod oblatio panis, & farinæ,& aliorum,de quibus in hoc cap. dicitur, dupliciter conſiderantur: quoniam aut per ſe aſſumuntur, & tũc dicendum eſt ea eſſe quædam genera oblationis,quæ non pertinent ad holocauſtum, aut victimam pacificam, vel hoſtiam pro peccato,ſed eſt quidam modus oblationis diſtinctus ab illis. Et cum arguitur, quod omnia ſacrificia ſunt tria,vel reducuntur ad ea,reſpondẽdum eſt, oblationes iſtas nec directè pertinere ad ſacrificia illa tria,nec reduci ad illa,& quando diuiditur ſacrificium in tria, verũ eſt,accipiendo pro ſacrificio,quod fit de carnibus animalium,

Auctoris deciſio.

lium, quia tunc neceſſarium eſt, quod omnis immolatio alicuius animalis facta Deo, reducatur ad aliquod iſtorũ trium generum, aut ſit in eis, & tunc non comprehenditur in his tribus generibus oblatio panis, & farinæ, cum non ſit inter carnes animalium. Et verum eſt, quod ſacrificia ſunt tria, non tamen omnia quę offeruntur Deo, pertinent ad ſacrificia, ſed aliquæ ſunt oblationes, & non ſacrificia. Si autem voluerimus diſtinguere oblationem, comprehẽdendo omnia, quæ Deo offerebantur, neceſſarium eſt dici, quod oblationum quatuor ſunt genera, ſ. holocauſtum, & victima pacifica, & hoſtia pro peccato, & oblatio panis & farinæ. Alio modo poſſunt accipi iſtæ oblationes, de quibus dicitur in hoc cap. prout ſunt quædam conſequentię, ſiue partes ſacrificiorum: nam vt habetur Numer. 15. in omnibus holocauſtis, votis, & victimis pacificis, cũ immolabãtur animalia, neceſſarium erat apponi certã partem farinæ, vini, & olei, ſecundum diuerſitatem animaliũ immolandorum, & tunc iſtæ oblationes non erant aliqua pars diſtincta à tribus generibus ſacrificiorum: quoniam neceſſarium erat coincidere cum quolibet illorum, quia in quolibet iſtæ oblationes fiebant, & ſicut non poteſt diſtingui pars contra totum, ita vt ponat in numerum, ſic nõ poſſunt iſtæ oblationes diſtingui ab holocauſtis, & victimis pacificis, & hoſtijs pro peccato, quoniam cuiuſlibet illorum partes ſunt. Et quando quæritur, ad quod genus iſtorum ſacrificiorum pertineant oblationes panis, & farinæ. Reſpondendum eſt, quod non pertinent determinatè ad aliquod genus illorum, cum nõ ſint magis in holocauſtis, quam victimis pacificis, & hoſtijs pro peccato. Sed dicendum eſt, quod cum iſtæ oblationes fiunt in holocauſtis, ſunt holocauſta, aut potius partes holocauſtorũ, cum verò fiũt in victimis pacificis, ſunt partes illarum victimarum: ſi autem fiant in hoſtijs pro peccato, partes erunt illarum hoſtiarum. Et ſic reſpondendum erit ad hoc quæſitum, ſ. ad quod genus ſacrificiorum pertineant iſtæ oblationes, vel an ad aliquod genus pertineãt horum trium. *Anima cum obtulerit*. Nicolaus dicit, quod hic ponitur anima, quia hic agitur de oblatione pauperum, & quando pauperes offerunt aliquid, quia modicum habẽt, videntur offerre totum quod habent, & ſic animam ſuam quoque offerre videntur. Sic dixit Chriſtus de illa vidua paupere, quæ obtulit Domino æra minuta in gazophylacium, de qua teſtimonium protulit, quòd plus omnibus obtuliſſet, vt habetur Luc. cap. 21. Sed hoc ſtare non poteſt; quoniam anima non ſignat hic aliquid ſpeciale, ſed ſolum ſignificat perſonam, ſiue illa ſit diues, ſiue pauper, vt patet infra 5. cap. cum agitur de peccato tã diuitum, quàm pauperum, & dicitur: Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, & iterum in eodem: Anima, quæ tetigerit aliquid immundum; & frequenter in eodẽ cap. Sic & in alijs locis Sacræ Scripturæ dicendum eſt, ꝙ accipitur hic anima pro perſona, vel homine. Sic dicitur de filijs Iacob, quod introierunt in Aegyptum ſeptuaginta animæ, vt habetur Geneſ. 46. Etiam quia iſte modus communis eſt in loquutione vulgari, quoniam vocamus animam ipſum hominem, dicẽtes: Triginta animæ ſunt hic. Inoleuit autem iſta loquutio ex quodam naturali fundamento, quoniam omnia à digniori nominari debent, & cũ homo ex corpore, & anima conſtet, quorũ anima dignior eſt, ſic ab anima rationabile fuit illum nominari. Fortaſſis aliquis dicet, Sacram Scripturam ponere animam pro homine, quia fortè aſtruit Platonicam poſitionem: nam vt Plato vult, homo non eſt aliquod ens compoſitum ex corpore, & anima, ſed ipſa ſola anima per ſe eſt homo, & cũ Plato diffiniuit hominem, non dicit, quod eſt animal ex corpore, & anima rationali conſtans: ſed dicit, quod homo eſt anima in corpore viuens, & ipſum corpus mouens, ac regens, & quãdo loquitur de vnione animæ ad corpus, non dicit animam vniri corpori tanquam formam materiæ, aut perfectionem perfectibili per intrinſecum, aut ꝙ ipſa anima ſit inclinata ad eſſe in corpore, vt ibi tanquam in aliqua parte ſibi connaturali ſpeciei perfectionem reciperet, conſtituendo cum ipſo corpore hominem, & cum corpus vniebatur animæ, non dicebat illud vniri tãquam partem materialem parti formali, à qua eſſe ſpecificum reciperet: ſed dicebat, animam eſſe ens perfectum, conti-

Nicolai expoſitio reprobatur.

Anima p perſona, & ita pars pro toto.

An Sacra Scriptura accipiat hominẽ pro aĩa, ꝙ ſola anima homo ſit, vt Platoni.

Hoĩs diffinitio à Platone aſſignata.

A nens in ſe totam ſubſtantiam ſpeciei humanæ, corpus etiã eſſe ens perfectum continens in ſe totam rationem ſpecificam alterius generis, & cum iſta coniungebantur, non vniebantur duo tanquam perficiens perfectibili, ſed tanq̃ perfectum perfecto, ſicut cum dicimus vniri motorẽ mobili: quorum vtrumq. ſuæ ſpeciei rationem perfectã continet, & neutrum aliquando aliquid eſſentialiter impartitur, ſed ab extrinſeco illud mouet. Ita enim de anima dicebat ipſam corpori vniri, tãquam nautam naui, quoniam nauta ens perfectum eſt, nauis quoque identidem, nauis tamen ſeipſam mouere non poteſt, & neſcit, nauta verò illam mouet. Conformiter dicit de anima, & corpore, quod corpus ens perfectum ſit in ſua ſpecie; ſeipſum tamen mouere nequit, & neſcit, ideo anima ſibi vnitur, vt moueat. Ad hanc autem poſitionem ſequerentur aliqua abſurda;

B Primum eſt, ꝙ iſtud nomen, homo, non ſignificaret nobis aliquod ens per ſe, ſed per accidens, & ꝙ in nullo Prædicamẽto poneretur, & patet hoc: qm̃ per iſtud nomen, homo, nos corpus, & animam intelligimus, ſed cum corpus, & anima ex Platonica poſitione non faciãt vnum ens per ſe, quia vniuntur vt forma materię, ſed faciant ens per accidens, quia aduenit perfectum perfecto, homo igitur, ꝙ iſta duo coniuncta ſignat, nõ ſignat aliquid per ſe, ſed per accidens, & ex hoc ſequitur, ꝙ ex hoc nomine homo non ponatur in aliquo Prædicamento, quia entia per accidẽs, non ponuntur in aliquo Prædicamento, iuxta Ariſtot. doctrinam, ſicut tunica, & veſtis; quia ergo homo calciatus, aut hõ albus, non ponitur in aliquo Prædicamento, quia dicit res duorum Prædicamentorũ ſibi accidentaliter vnitas, ita cũ corpus, & anima ex Platonica poſitione coniun-

C gantur ſibi per accidens, quia vt perfectum perfecto, neceſſe eſt hoc nomen, homo, ꝙ iſta duplicatio ſignificat, nõ poni in aliquo Prædicamento. Item, ſequeretur aliquod inconueniens in contrarium omnium poſitionum, ſ. quod quilibet homo eſſet immortalis, quod patet: quia homo ſolum eſt anima, iuxta poſitionem Platonis, ſed anima rationalis ab omnibus, qui aliquid in vera Philoſophia cognouerũt, immortalis aſſeritur, ergo homo erit immortalis, ꝙ omnes negant, & per ſe falſitas patet. Alia quoque multa incõuenientia ex hoc fundamento induci poſſent, de quibus in præſenti non oportet ſpeculari. Iſtam poſitionẽ tãgit S. Thom. ſuper quæſt. de anima. in prima quęſtione, quæ incipit: An anima ſit forma, & hoc aliquid, & ſuper 3. Sent. diſt. 5. art. qui incipit. An anima ſeparata ſit perſona. Ariſt. autem, & oẽs Peripatetici, & Catholici,

D dicunt animam non eſſe hominem, ſed eſſe partem hominis, & qñ aduenit corpori, non aduenit, vt perfectum perfecto, ſed vt perfectum perfectibili, & vt forma materiæ, quæ ambo ſimul hominem conſtituunt, & non dicit vniri animam corpori ſolum, vt motorem mobili, aſtruẽs, quod Plato vult, ſed animam corpori vniri, vt nautam naui. Sed dicit animam corpori tripliciter vniri, ſ. vt formam materiæ, vt motorem mobili, & finem ei, ꝙ eſt ad finem; vt hr̃ in tertio de Anima. Ex hac autem poſitione non ſequitur aliquod inconueniens de his, quæ ſupra inferebantur ad Platonicam poſitionem. Sic enim tenet Catholica fides cum Ariſt. animã non eſſe hominem, ſed eſſe partem hominis. Et quando hic dicitur: Anima ſi obtulerit, non dicitur tanquam ipſa anima ſit perſona, ſed dicitur accipiendo in modo vulgari partem pro toto. Quòd autem Sacra

E Scriptura cum dicit animam, non accipiat eam, vt ſit perſona, ſed accipiat animã pro corpore, & anima, patet Geneſ. 46. & cum dicitur, quod egreſſæ ſunt de femore Iacob ſeptuaginta animæ, quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptum, conſtat tamen animam nõ egredi de femore alicuius, quoniã non deriuantur animæ à parentibus per propagationem ſeminalem, ſicut deriuatur ſubſtantia corporea; non ergo poterit cõcludi ex aliquo loco Sacræ Scripturæ, ꝙ ipſa teneat intentionem Platonicam quãtum ad propoſitum de anima, ſed potius à contrario, vt hr̃ Geneſ. 2. cum dicitur, ꝙ Deus formauit Adam de limo terræ, & ſic accipitur ibi formatio pro formatione corporis eius, nõ tamen diceretur Deus formaſſe Adã formando corpus, niſi corpus pertineret ad hominem tanquam pars ſubſtantialis. Itẽ quia dicitur in eodẽ cap. ꝙ cum Deus formauerit corpus Adæ ex limo terræ, & inſpirauerit ei in faciem ſpiraculũ vitæ, factus

Anima corpori tripliciter vnitur.

factus eſt Adam in animam viuentem, i. habuit Adam animam viuẽtem, ſi tñ Sacra Scriptura iuxta Platonicam poſitionem diceret animam eſſe ipſum hominẽ, nõ diceret, ꝙ factus eſt Adam in animam viuẽtem, vel ꝙ habuit Adam animam viuentem; ſed factus eſt Adam anima viuens, vel fuit Adam anima viuens, quoniã non dr̃ de anima, ꝙ ipſa habet animam viuentem, ſed ꝙ ipſa eſt anima viuẽs. Idem patet Gen. 3. cap. cum dr̃: donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, quod de Adam dictum eſt. Si igitur Adam eſſet ipſa anima, & corpus, non pertineret ad eum tãquam pars ſubſtantialis, quanquam corpus in puluerẽ ſolueretur, non ẽt diceretur de Adam ꝙ puluis erat, & in puluerem reuerteretur, quoniam anima quæ eſſet Adam, nec ſumpta fuerat ex puluere, nec in puluerem conuertenda

Determinatio.

erat. Ex his autem locis, & pluribus aliis Sacræ Scripturæ apparet eam non accipere hominem pro anima, tãquam ipſa anima ſola homo ſit, ſed ex vtroque compoſitum hominẽ dici. Non ergo Platonicã, ſed Ariſtotelicam Peripateticorũ poſitionem tenet̃ circa modum loquendi de anima.

Litteræ expoſitio.

Anima cum obtulerit oblationem. Hic notat euidenter, ꝙ iſta ſacrificia panis, & farinæ, de quibus hic dr̃, nõ pertinent ad tria genera ſacrificiorum, de quibus ſupra dicebatur, ſed vocatur vniuerſaliter oblationes, quoniam tam ad ipſum offerentem, quam ad ipſum Sacerdotem ſuſcipientem oblationes dicuntur. Patet quia dicitur: cum obtulerit oblationem, quia obtulerit, ponitur quantum ad ipſum, qui offert, & oblationem quãtum ad Sacerdotem qui ſuſcipit. In aliis aũt tribus generibus ſacrificiorum, licet diceretur oblatio quantum ad ipſum offerentem, non tamen quantum ad Sacerdotem; ideo nõ dicebatur, ſi aliquis obtulerit oblationem, ſed ſi aliquis obtulerit holocauſtum, vel ſi obtulerit victimam pacificorum, quoniam ex parte Sacerdotis ſuſcipiẽtis holocauſtum, aut victima pacifica erat: hic autem ex parte vtriuſq; oblatio dr̃, quoniam non de carnibus, ſed in pane, aut farina fit. *Oblationem ſacrificij Domino.* Hic accipitur ſacrificium large, non ſolum pro ſacrificiis, quæ ex carnibus fiunt, ſed etiam pro oblationibus panis, & farinæ: patet, quia ſubiungitur. *Simila erit oblatio eius.* Et ſic ſimila vocatur ſacrificiũ, quod eſt contra modum communem loquendi Scripturæ, quæ ſacrificium de animalibus factum appellat. Poteſt autem aliquis dicere non accipi hic ſacrificium pro ipſa oblatione panis, & farinæ, quia non dr̃ hic: Anima cum obtulerit

Sacrificium ſolum fit de animalibus.

ſacrificium, ſed: anima cum obtulerit oblationem ſacrificij, in quo multum differt̃: nam poterit hic accipi ſacrificium pro ſacrificiis holocauſtorum, victimarum pacificarum, & hoſtiarum pro peccato, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, ſ. ꝙ quãdocunq; offerẽbatur holocauſtum, aut pacifica victima, aut pro peccato, neceſſariũ erat apponi oblationem ſimilæ, vini, & olei, & ſic iſta oblatio non vocaretur ſacrificium, ſed oblatio ſacrificij, i. oblatio, quæ fiebat cum ſacrificio, de his Num. 15. cap. Sed hoc nõ poteſt ſtare: quia Num. 15. ſolum ponitur, ꝙ debeat in quolibet ſacrificiorum de carnibus animalium apponi ſimila, & vinum, & oleum, & de nullo alio agit. Si igitur vocẽtur iſtæ oblationes ſacrificiorum, quia cum ſacrificiis offeruntur, cum aliæ oblationes, quę fiebant de pane, vt de craticula, & de ſartagine, & de clibano, non ponerẽtur cum ſacrificiis carnium; non deberent vocari oblatio ſacrificij; hic tamen in litera vocat eas ſacrificia, vt patet infra. Item, non poteſt ſtare iſta oblatio ſacrificiorum in aliquo, tanquam aliquid quod offeratur cum ſacrificiis, quia etiam vocantur ſacrificia in vino, patet Num. 15. cum dr̃, ꝙ qui obtulerit Domino holocauſtũ, aut victimam pacificam, offerat ſimul ſacrificium ſimilæ cum vino, & oleo: ipſa igitur ſimila vocatur ſacrificium; Idem apparet hic in litera, quia non ſolum oblatio ſimilæ, vini, & olei, vocatur ſacrificium, ſed etiam cum aliquid offertur de ſartagine clibani, & craticula, vt patet hic in littera, cũ dicitur: Qui cũ obtulerit eam, tollet memoriale de ſacrificio, & adolebit ſuper altare: hoc autem referebatur ad oblationem de craticula, & clibanò, & ſartagine, vt patet ex diſcurſu

Simila quid ſit.

litteræ. *Simila eius oblatio erit.* Aliqui voluerunt, ꝙ hic accipiatur ſimila pro pane facto ex farina delicatiſſima. Sed hoc ſtare non poteſt: quia infra ſubiungitur, ꝙ vnus

F de filiis Aaron tolleret pugillum plenum ſimilæ, ſi tamen ſimila eſſet panis, non diceretur, ꝙ tolleret pugillum plenum; ſed ꝙ tolleret vnũ fragmentũ ſimilę. Item quia infra dicitur de ſacrificiis, quæ fiunt in clibano, & craticula, & ſartagine, & diſtinguuntur iſta contra ſacrificium ſimilæ. Si tñ ſimila eſſet panis, nõ poſſet differre ab illis, aut ab altero eorũ, qm̃ ſuppoſito ſimilam eſſe panẽ, neceſſariũ eſſet eã aqua conſperſam fore, & coctam, & tunc aut coqueret̃ in clibano, & ſic non differret à ſacrificiis, quæ fiũt in clibano: ſi aũt coqueretur in craticula, non differret à ſacrificio craticulæ, ſi aũt coqueretur, ſiue frigeretur in ſartagine, non differret à ſacrificiis, quæ in ſartagine fiunt; ſed hic ponitur ſimila tanq̃ differens à ſacrificiis, quæ de clibano, & craticula, atque ſartagine ſunt, ergo neceſſarium eſt ſimilã eſſe farinã, nec cõſperſam aqua, nec igne coctã.

Simila dupliciter capitur.

G Conſiderandũ aũt eſt, ꝙ quamuis ſimila hic, & in aliis locis Scripturæ accipiatur pro farina, tñ ipſa in vſu cõi loquendi dupliciter accipitur, ſ. primo modo, vt eſt farina delicata, quæ aliàs vocatur adeps frumẽti, dę quo ſæpè in Sacra Scriptura ſermo eſt. Alio mõ accipitur ꝓ pane facto ex farina delicatiſſima, & iſto mõ accipit Gregorius ĩ Moralibus, dicens: Ego nutritus in tugurio ruſticano, nũc ſimilã & mella faſtidio, vbi dicit ſe faſtidire panẽ factum ex delicatiſſima farina, & mel poſtq̃ aſſumptus eſt ad Summum Pontificatum. Conſiderandum eſt, ꝙ cũ Deus agat hic de ſacrificiis, quæ ex farina, & pane fiunt, poſuit oẽs modos ſacrificiorũ, quot modi ſunt conficiendi panẽ, vt in omnibus modis panis, & farinæ poſſent hoĩes offerẽdo Deo famulari. Vnde aut conſideratur farina, prout nõ eſt conſperſa, nec igne cocta, aut prout eſt decocta; ſi primo

Farina in ſacrificijs dupliciter conſideratur.

H mõ, eſt primũ genus oblationis, cũ dr̃: Simila; de quo hic ĩ principio huius c. Si aũt farina eſt cocta, tot modi pñt eſſe ſacrificiorũ, quot ſunt modi coquendi farinã: ſunt aũt tres modi farinã conſperſam decoquendi; Primus modus eſt, ꝙ in clibano coquatur, & iſtud eſt 2m genus ſacrificij: Secundus modus eſt, ꝙ coquatur, ſiue frigatur farina in ſartagine, & iſte eſt tertius modus ſacrificij, & vocatur de ſartagine. Tertius modus coquendi, vel potius torrendi farinam conſperſam eſt, ſuper craticula, ſicut carnes conſueuimus torrere: & iſte eſt quartus modus ſacrificiorũ de pane, quæ vocãtur ſacrificia de craticula. Et hæc ſunt, de q̃bus tractat in hoc c. *Simila eius oblatio erit.* Non eſt ſenſus, ꝙ quotieſcũque anima, ſiue homo obtulerit oblationem ſacrificij Dño, debeat offerre ſimilam: qm̃ tunc nunq̃ aliquis offerret ſacrificiũ de clibano, aut ſartagine, aut

I craticula, aut ſaltem iſta ſimul neceſſariò offerret; ſed intelligit̃, ꝙ ſimila erit eius oblatio, i. ꝙ poterit offerre ſimilã, & cum hoc poterit offerre alias oblationes panis, vel nõ offerendo ſimilã offerre de aliis oblationibus. *Funderq; ſuper eam oleum.* Ponit̃ hic cæremonia, q̃ obſeruari debebat ĩ ſimila offerenda: & dicit̃, ꝙ deberet cõſpergi oleo, ſ. ꝙ offerens acciperet illã delicatiſſimã, & effunderet ſuper eã oleũ aſpergẽdo, & tũc ferret ad Sacerdotẽ non cõmiſcendo illã farinam, ſicut commiſcetur ad conficiẽdos panes.

Quare ponebatur oleum in ſimila, quæ offerebatur. Quæſt. II.

QVÆRET autem aliquis, quare ponebatur oleũ in ſimila, quæ offerebatur. Et licet poſſent eſſe aliquæ cãæ allegoricæ, aut tropologicæ reducẽdo oleũ

K ad ſignationẽ pietatis, ſine qua Deus ſacrificia ſibi facta refutat, tñ allegoriis, & tropologiis inſiſtere non inſtitui: magis ergo iſta ad literalem rationẽ quatenus referri poſſunt, reducẽda ſunt. Vnde quia ſupra dicebamus, ꝙ ſacrificium Domini eſt tanquam cibus humanus, & altare ſuũ menſa vocatur; ideo ſicut humanum nutrimentũ non cõſiſtit in vnica re, ſed pluribus conſtat, ita & ſacrificiũ Dei ex pluribus inſtitui debuit. Et ſicut nos in cibis noſtris, ea quæ delicatiora, & ſapidiora ſunt, inquirimus, ita & Deus volebat ſibi eadem offerri, ſicut in prælibatis diffinitũ eſt. Et quia oleum eſt quoddam commune cõdimentũ saporis cauſatiuum, ideo voluit Deus ſibi illud offerri; & ſicut panis coctus cum oleo panibus ſimpliciter coctis ſapidior eſt: ita & farina, quando oleo conſpergitur, gratior eſt. Voluit ergo ſibi Deus oleum in ſacrificiis tanq̃ quoddam ſaporis condimentum apponi. Hoc autem adhuc magis induci-

inducitur, quoniam nihil eſt, quod magis ſit condiuitum, A & ſaporis cauſatiuum, quã ſal, & hoc ſemper Deus in omni ſacrificio apponi iuſſit, vt patet cũ infra dicitur: Quicquid obtuleris ſacrificij ſale condies, nec auferes ſal fœderis Domini Dei tui de ſacrificio tuo: in omni oblatione offeres ſal. *Et tus ponet, atque deferet.* Scilicet, quod cum aliquis offerret ſimilam, deberet eam conſpergere oleo, ſicut dictum eſt: & deinde ponebat tus quantum volebat ſuper illam ſimilam, & ferebat ad Sacerdotes in Sanctuarium. Hic non ponitur quantum turis, aut olei poni deberet in ſacrificio ſimilæ, & dicendum eſt, quod de ture non erat aliqua quantitas determinata, in qua fieret oblatio, ſed quantum vellet offerens: de oleo autẽ ponitur certa menſura Numer. 15. quoniam quando aliquis offerebat ſacrificium de bobus, dabat dimidium menſuræ hin, de oleo: cum verò offerebat ſacrificium de ouibus, & capris, non B offerebat tantum, ſed tertiam partem menſuræ hin: hic autem nihil horum ſignificatur; Ex quo dicendum eſt, ꝙ iſta ſacrificia panis, & farinæ, quæ hic ponuntur, magis pertinent ad oblationem, quę ſolitariè fiebat, quã ad eam, quæ fiebat cum ſacrificijs holocauſtorum, & aliarum victimarum, quoniam in alia determinatur quantitas olei, hic autem non. Etiam quia in alia mandatur apponi vinum certæ menſuræ per ſingula ſacrificia, hic autem nullum. Item, quia in oblationibus, quæ fiebant cum ſacrificijs holocauſtorum, & aliarum victimarum ſolum ponebatur ſimila, quæ eſt farina, hic autem ponuntur panes cocti in clibano, & in ſartagine, & craticula.

Quare tus in oblatione ſimilæ ponebatur. *Quæſt. III.*

QVÆRET autem aliquis, quare ponebatur tus in oblatione ſimilæ? Et reſpondetur, quod non poteſt dici poni illud ad cibum, vel condimẽtum, ſicut dicebamus de oleo; ſed ponebatur ad odorem, quoniam Deus in ſacrificijs ſuis eas cęremonias munditiæ, & excellentiæ ſibi obſeruari mandabat, quæ dominis temporalibus obſeruantur, vt patet Malac. 1. cap. vbi mandat illa animalia ſibi immolari, quæ poſſent conuenienter alicui domino terreno offerri; quæ autem talia eſſent, quæ non gratis acceptarentur, iubet ſibi non offerri; ſed in ducibus temporalibus ſic eſt, quod non ſolum in cibis obſeruãt ſapores, ſed etiam apponuntur ſuaues odores; debuit ergo conformiter in Deo fieri, ſ. vt aliquid boni odoris in ſacrificio ſuo poneretur: huiuſmodi autem eſt tus: ideo poni debuit in ſacrificio. Præterea, tus multum Deo conue- D niebat, quoniam etiam ſecundum Gentilitatis ritum, tura Dijs apponebantur; & hoc genus obſequij ſingularis erat, vt non hominibus, ſed Dijs tura apponerentur: cum igitur in Gentilibus hoc fieret, non iniuſtè hoc Deo fieri debuit. *Deferet ad filios Aaron.* Id eſt, offerens deferre debebat iſtam ſimilam cõſperſam oleo, & impoſito ture ad filios Aaron, quia ipſi miniſtrabant in Sãctuario: & ex hoc cõcluditur, quod ſupra dicebatur, ſcilicet, quod miniſtratio in altari holocauſtorum, nõ ſolum pertineret ad Summum Sacerdotem; ſed etiam ad Sacerdotes minores: nam iſtæ oblationes panis, & ſimilæ, partim ſuper altare cremabantur, & imponebant eas Sacerdotes minores; ſicut ergo quantum ad iſtas oblationes poterant miniſtrare ſuper altare holocauſtorum, ita quantum ad omnia genera ſacrificiorum, quæ fierent de carnibus animalium. *Aaron Sacerdotis.* Vocat hic Aaron Sacerdotem, per differentiã ab alijs, non quia ipſe ſolus Sacerdos eſſet, quia non ſolum ipſe, ſed etiam filij eius in Sacerdotes cõſecrati ſunt; vt patet Exod. 29. & infra 6. & 8. cap. ſed dicitur Sacerdos, quoniã ipſe ſolus Summus Sacerdos erat, alij autem minores. *Quorum vnum tollet pugillum plenum.* Cum offerens deferret ſimilam cum oleo, & ture, veniebat ad Sacerdotes minores, & aliquis eorum ſuſcipiebat illud ſacrificium, quoniam nõ magis differebat, ꝙ vnus offerret, quam ꝙ alius, niſi cum factus eſt ordo inter eos, qui deberent miniſtrare, & quibus temporibus: & quoniã Dauid diſtinxit omnes Sacerdotes in viginti quatuor ſortes, & quælibet illarum ſeruiebat tempore ſuo, vt apparet 1. Paralip. 24. cap. Et tunc cum alicui diuiſioni veniebat ſors, vt miniſtraret certo tempore, ponebatur ſors, quis miniſtraret inter omnes, qui pertinebant ad illam ſortem, ſic patet Luc. 1. cap. vbi dicitur de patre Beati Ioannis, ſ. de Zacharia, ꝙ ſorte miniſtrauerit, & poſuerit incenſum in tẽpore, quo ei Angelus apparuit, cum dicatur: Factum eſt autem cum Sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundum conſuetudinem Sacerdotij, ſorte exiit, vt incenſum poneret. Tempore tamen, quo datæ ſunt iſtę leges ſacrificiorum, non fuit facta talis diſtributio inter Sacerdotes ad miniſtrationem, quia pauci erant: multiplicatis autem illis in magnum numerum, Dauid diuiſit eos in 24. ſortes, vt ſupra dictũ eſt. *Tollet pugillum plenum ſimilæ, & olei.* Licet quis offerens ferret valde magnam quantitatem ſimilæ conſperſæ oleo, non tollebat inde Sacerdos magnam partem ad cremandum ſuper altare, ſed ſolum pugillum plenum inde tollens cremabat ſuper altare: omnia autem alia manebant in cibum pro Sacerdotibus. Et ſic eſt regula, quod quandocunque offerebatur ſimila, nihil magis ponebatur ſup altare de magna oblatione, quam de parua, quoniam de vtraque pugillus plenus tollendus erat. & quando dicitur hic, quod Sacerdos tolleret pugillum plenum ſimilæ, & olei, non eſt ſenſus, ꝙ impleret pugillum ſimila, & deinde poneret oleum ibidem; ſed quod ſimila erat conſperſa oleo, quando offerebatur effuſo oleo ſuper illam, & tunc cum Sacerdos tolleret pugillum plenum ſimilæ, quoniam ipſa cõmixta erat oleo, dicebatur tollere pugillum plenum olei, & ſimilæ. *Ac totum tus.* Id eſt, quod Sacerdotes tollerent de ſimila oblata ſolum vnum pugillum, & tamen tolleret totũ tus, quod offerebatur. Et ponitur hoc, quoniam cum dictum fuerit, ꝙ de ſimila oblata ſolum vnus pugillus tollendus C erat, & ponendus ſuper altare, & reliquum manebat Sacerdotibus, putaret aliquis ſic debere fieri de ture, ꝙ non totum offerretur, ſed pars: dicit tamen totum offerendum eſſe. Et cauſa eſt: quia ſimila poterat proficere, & proficiebat ad cibos Sacerdotum, quia inde ſuſtentabantur; ideo volebat Deus aliquid de ſimila ſibi offerri, & aliquid Sacerdotibus manere, tus autem nullo modo ad Sacerdotum cibos, aut alias neceſſitates proderat, nõ ergo erat aliquid de illo relinquendum Sacerdotibus: potiſſimum, quia tus honorem Diuinum deſignat, de quo nihil Sacerdotibus, ſed totum Deo impendendum erat. *Et ponet memoriale ſuper altare.* Hoc refertur ad pugillum plenum ſimila, quoniam illud ſuper altare poni deberet: & ſic dicitur hic: Ponet memoriale, id eſt, quod Sacerdos ponet illum pugillum plenum ſimila ad memoriale. Eſt autem ſenſus, ꝙ in oblatione facta de ſimila conſperſa oleo, maior pars, & quaſi tota oblatio Sacerdotibus cedebat; vt tamen videretur, ꝙ illa oblatio fiebat Deo, ponebatur pugillum ſimilæ in memoriale, id eſt, in memoriam, vel ſignum, ꝙ illa oblatio fiebat Deo, & ſi non poſita fuiſſet illa particula in memoriale, id eſt, ad ſignum, vel memoriam, quod iſta oblatio fiebat Deo, putaretur ſolum facta eſſe Sacerdotibus. *Super altare in odorem ſuauiſſimum Domino.* Id eſt, quod pugillus ſimilę ponebatur ſuper altare, vt cremaretur ibi; ſicut cremabãtur ſacrificia facta de carnibus, & erat hoc ad ſuauiſſimum odorem Domini, id eſt, quod Deus delectaretur in odore illo ſuauiſſimo. Quomodo autem intelligẽdum ſit odorem ſacrificiorum eſſe ſuauiſſimum, & delectabilem Deo, qui nihil in his rebus delectatur, præcedenti cap. diffinitum eſt. Dicendum E tamen eſt de iſto odore ſimilæ combuſtæ, quod non eſſet ſuauiſſimus, ſed potius fœdus, vel grauis, ſicut apparet, cum comburitur frumentum, aut farina. Refertur tamen iſta ſuauitas ad bonitatem, & deuotionem offerentium, quorum meritis ſacrificia accepta erant. *Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio.* Ecce qualiter vocat hic ſimilam conſperſam oleo, non ſolũ eſſe oblationem ſacrificij, ſed etiã ipſum eſſe ſacrificium, quia dicitur hic, quod reliquum fuerit de ſacrificio, & non poteſt accipi niſi pro ſimila, de qua aſſumebatur pugillus plenus ad ponẽdum in altari, & omnia alia relinquebantur. *Erit Aaron, & filiorum eius.* Id eſt, quod totum, quod relinquebatur de oblatione ſimilæ dempto pugillo eius, qui ponebatur ſuper altare pertinebat ad Aarõ, & filios eius, ſcilicet, quod omnes Sacerdotes partẽ illius ſortirentur. Pro quo ſciendum eſt, quod cum aliquid offerebatur, cuius pars cederet in

Quare dicatur Aaron Sacerdos.

Regula & oblatione ſimilæ.

Quomodo odor farinæ combuſtæ ſit ſuauis.

Quæ pars oblationis cedebat in vſum Sacerdotũ & quorum Sacerdotũ.

tet in ius Sacerdotum, aliquid cedebat inde omnibus Sacerdotibus generaliter, & diuidebatur inter omnes Sacerdotes, alia aũt erant, quæ pertinebant ſpecialiter ad aliquem Sacerdotem miniſtrantem, ſicut patet de pelle holocauſtorum, qm̃ illa pertinebat ad ſolũ Sacerdotem, qui offerebat holocauſtum. Eodem modo patet de armo dextro pacificarũ victimarũ, qui cedebat ĩ ius eius Sacerdotis, qui faciebat victimas pacificas. De pelle holocauſtorum hr̃ infra 6.c. cum dicitur: Sacerdos, qui offert holocauſti victimam habebit pellem eius. De armo dextro ſacrificiorum pacificorum habetur infr. 7.c. cum dr̃: Armus quoq. dexter de pacificorũ hoſtiis cedet in primitias Sacerdotis, qui obtulerit ſanguinem, & adipem filiorum Aaron, ipſe habebit armum dextrum in portionẽ ſuam. Alia autem erant, quæ pertinebant ad omnes Sacerdotes æqualiter, cuiuſmodi erat pectuſculum pacificarum victimarũ, ꝙ æqualiter oĩbus diuidebat', vt patet inf. c.7. cũ dr̃: Pectuſculum aũt erit Aaron, & filiorum eius. Eodem modo in ſacrificiis pro peccato erat, quando veſci ſolitum erat, quoniam ad omnes Sacerdotes, & filios Sacerdotum ſexus maſculini pertinebat comedere de illo ſacrificio, vt habetur infra 6.c. cum dicitur: Omnis maſculus de genere Sacerdotali in loco Sancto veſcetur his carnibus, quoniam Sanctum Sanctorum eſt. Nec valet ſi obiiciatur, ꝙ dicitur in eodem c. Sacerdos qui offert eam, comedet in loco Sancto in atrio Tabernaculi, quoniam non per hoc tollitur ad alios pertinere, quis tamen modus ſit, quo pertineat hoſtia pro peccato ad Sacerdotem, qui eam offert, & quomodo aliis communicetur, infra magis 6. c. declarabitur. Erant etiam alia, quæ pertinebant ad omnes Sacerdotes, ſiue ipſi miniſtrarent, ſiue non, ſcilicet ſimila oblata, & panes, quoniam non ſolum dicitur, ꝙ offerens, ſiue adminiſtrans haberet iſtam partem ſimilæ, ſed ꝙ eſſent Aaronis, & filiorum eius, vt patet hic in litera. Et ſi obiicias, quia infra 6.c. dicitur: Et omne ſacrificium ſimilæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, vel ſartagine præparatur, eius erit Sacerdotis, à quo offertur, ſiue oleo conſperſa, ſiue arida fuerint, quoniam infra dicitur, quomodo diuidẽdæ eſſent iſtæ oblationes inter Sacerdotes tam miniſtrantes, quàm non miniſtrantes, cum dicitur in eodem c. Siue oleo conſperſa, ſiue arida fuerint, cunctis filiis Aaron æqua menſura per ſingulos diuidetur. *Sanctum Sanctorum de oblationibus Domino.* Hoc intelligi poteſt dupliciter, vno modo ꝙ iſta pars ſimilæ relicta pertinebat ad Aaron, & filios eius, & erat Sanctum Sanctorum, id eſt, erat aliquid valde ſanctum pertinens ad Aaron, & filios eius, & vocatur ſanctum, qm̃ non erat iſte cibus, ſicut alii cibi profani, de quibus licebat edere oĩbus hominibus, qm̃ de his cibis, qui offerebantur Domino, vt de ſimila, non licebat edere aliis, niſi Sacerdotibus, & filiis atque filiabus eorum, & ſeruis emptitiis, & vernaculis eorum.

Quibus licebat comedere de partibus ſacrificiorum quæ cedebant Sacerdotibus.

In quo conſiderandum eſt, ꝙ eorum, quæ offerebantur Domino, & cedebant in partem Sacerdotũ, non erat eadem regula quantum ad eos, quibus licebat comedere de illis, ſed in quibuſdã licebat pluribus, in quibuſdam autem paucioribus. Hoc aũt generaliter dicendũ eſt ꝙ nulli extra familiam Sacerdoti licebat de ſanctificatis Dño, qualiacunque illa eſſent, & ſi fortè aliquis comedeſet ſcienter, valdè peccabat, & merebatur mortem. Si aũt per ignorantiam hoc egiſſet, ſoluebat Sacerdoti tm̃, quãtum comediſſet; & ĩſuper partem quintam; vt patet infra 22.cap. Eſt alia regula, ꝙ nulli de familia Sacerdotum licebat comedere de ſanctificatis Dño, niſi ille deſcenderet de genere Sacerdotum, aut eſſet ſeruus emptitius, ſiue vernaculus eorũ: quia iſti pertinebant ad eos. Si aũt eſſet mercenarius, aut inquilinus, comedere nõ poterat, vt patet infra, 22.c. Eſt alia regula, ꝙ ſi filia Sacerdotis nuberet alteri Sacerdoti, poterat veſci ſanctificatis; ſi aũt nuberet alicui non Sacerdoti, non poterat veſci illis: quia iã trãſierat in familiam alienigenarũ. Si tñ illa defuncto marito rediret ad patrem ſuũ Sacerdotẽ, poterat licitè comedere de ſanctificatis, ſicut licebat ei antequã nuberet, de quo infr. 22.c. Eſt alia regula, ꝙ inter ea; quæ cedebãt Sacerdotibus de ſacrificio pro peccato, & de hoſtia pacifica, & de ſimila, & panibus, erat differentia: quoniam aliis licebat comedere de ſacrificio pacifico, & ſimila, quibus nõ licebat

F comedere de ſacrificio pro peccato, de quo infra, 22.c. Et conſiderandum eſt ad hoc, ꝙ eos, quibus licebat comedere de ſanctificatis Domino, oportebat eſſe mundos à lepra, & fluxu ſeminis, & immũditia, quæ cauſatur ex contactu mortui, & ex contactu viri ſemine fluentis, & ex cõtactu alicuius animalis immundi: nãm qui leproſi erant, aut fluxũ ſeminis patiẽtes, donec curarentur, à ſanctificatis abſtinebant: qui aũt immundi erant aliis immunditiis ſupra dictis, lauabant carnẽ ſuam, & erant tota die illa immũdi vſque ad ſolis occaſũ, nec licebat eis de ſanctificatis veſci; cum verò occubuiſſet ſol, poterant licitè comedere: quia iam mundati erant, vt patet infra, 22. cap. Si tamen aliqui haberẽt aliquam deformitatem corporis, quæ macula dicitur, vt eſſe cecum, vel claudũ, vel paruo, vel grandi, & torto naſo, vel fracto pede, vel manu, aut ſi gibbus,

G vel lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiẽ, ſi impetiginem in corpore, vel ſi eſſet hernioſus, licebat eis veſci panibus, & carnibus ſanctificatis, dum tamen nõ accederent ad miniſtrandum ad altare; nec intrarẽt aliquo modo ad miniſtrandum ad altare in Sanctuarium, vt patet infra, 21. cap. Eſt etiam alia regula, quod ſi ſacrificia pro peccato offerrentur, pars illa, quę cederet in ius Sacerdotum, à ſolis maſculis de genere Sacerdotali comedenda erat, vt patet infra, 6. cap. cum dicitur: Omnis maſculus de genere Sacerdotali in loco ſãcto veſcetur his carnibus, quia Sanctum Sanctorum eſt. Si tamen eſſet pars, quę cedebat in ius Sacerdotum de hoſtiis pacificis, vel de ſimila, & panibus oblatis, ab omnibus tam maſculis, quàm feminis de familia Sacerdotis ſecundum cõditiones ſupra dictas comedi licebat. De holocauſtis autem nihil cedebat

H in ius Sacerdotum, quod comedi poſſet, cum omnes carnes, & caput, & pedes, & inteſtina tota cremarẽtur, vt patet præcedẽti cap. ſola autem pellis holocauſti pertinebat ad Sacerdotem offerentem, vt patet infra 7.cap. & iſto mõ accipitur hic Sanctum Sanctorum, id eſt, valdè ſanctũ, ita quòd diſtingueretur iſta oblatio ab aliis in ſanctitate, qm̃ alii cibi profani erant, hæc autem erat ſancta. Hoc modo accipitur infra, 6.cap. cum dicitur, quòd ſacrificiũ pro peccato debeat comedi intra Sanctuariũ, & redditur ibi cauſa, cum habetur, omnis maſculus de Sacerdotali genere in loco ſancto veſcetur his carnibus, quia Sanctum Sanctorum eſt, id eſt, propter hoc debent comedi in loco ſancto, quia ſunt ſanctæ. Alio modo poteſt accipi hic Sanctum Sanctorum, id eſt, ſeparatum; & erit ſenſus, quòd iſta pars ſimilæ eſt Sanctum Sanctorum filiis Aaron de oblationi-

I bus Domini, id eſt, eſt ſeparata pro Aaron, & filiis eius de oblationibus: & iſte modus accipiendi eſt frequentatus in Sacra Scriptura, vt cum dicitur Exodi 13. & 24. cap. Sanctifica mihi omne maſculinũ, quod aperit vuluam; id eſt, ſepara pro me. Sic dicitur Exodi 20. cap. Memento, vt diem Sabbati ſanctifices, id eſt, vt ſepares diẽ Sabbati ad cultum Dei. Et quamuis primus modus intelligendi conueniens ſit, conuenientior tamen eſt iſte ſecundus, quoniã littera hoc innuit, cum dicit: Erit Aaron & filiorum eius Sanctum Sanctorum de oblationibus Domino; id eſt, erit ſeparatum pro Aaron & filiis eius de oblationibus, quæ fiunt Deo. Si autem acciperetur primus modus intelligendi, ſ. quòd iſta oblatio eſſet Sanctum Sanctorum, non oportebat, quòd diceretur Aaron, & filiorũ eius, de oblationibus Domino, quoniam iſta connotatio, de oblationi-

K bus, deſignat quandam ſeparationem. *Cum autem obtulerit.* Hic ponitur modus oblationis eorum, quæ in pane, & farina fiunt. Et iſte eſt de panibus, qui coquuntur in clibano ſimpliciter, vt alii panes non obſeruata cæremonia, preterquam quòd iſti panes erant de ſimila, & nunquam de farina rudi, & quod non habebant fermentum, ſicut ceteri panes, & deinde oleo conſpergebantur.

Secundus modus oblationis ĩ clibano.

Cum autem obtulerit ſacrificium coctum in clibano. Dicit, ſacrificium in clibano, ad differentiam ſimilæ, quæ non erat cocta, & ad differentiam eorum, quæ in ſartagine, & quæ in craticula coquebantur. Vocatur autem iſta oblatio panum, ſacrificium largè ſumptum, ſicut ſupra dicebatur: quia non eſt de carnibus. *De ſimila panes.* Ponitur connotatio, & differentia illorum panum à reliquis panibus communibus, quia cõmuniter poſſunt fieri panes de rudi farina, vel de ſimila, hic autem poterant fieri de ſimila. *Abſque fermento.*

to. Iſta

to. Iſta eſt alia connotatio iſtorum panum à reliquis: quoniam Iudæi veſcebantur communiter panibus fermentatis; quoniam panes azymi ſunt grauis ſaporis,& malæ digeſtionis; ideo vocantur panes afflictionis, vt patet Deuteron. 16. cum dicitur: Non comedes in eo panem fermentatum, ſeptem diebus comedes abſque fermẽto afflictionis panem; quoniam in pauore egreſſus es de Aegypto. Solum igitur comedebant Iſraelitæ panes azymos in aliquibus feſtis, quando eis à Deo mandabatur: aliàs autem ſemper veſcebantur panibus fermentatis: iſti tamen panes, de quibus hic dicitur, ſemper erant azymi, quoniam Deus prohibuerat aliquid fermẽtatum ſibi offerri, vt patet infra, cum dicitur. *Omnis oblatio, quæ offertur Domino abſque fermento fiet, nec quicquam fermenti, ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini.* Quare autem non offeratur Deo aliquid fermentatum, infra dicetur.

Conſiderandum autẽ eſt, quod præter iſtos panes, qui hic ponuntur, alij offerebantur Sacerdotibus, qui nõ pertinebant ad oblationem Domini, & illi erant fermentati, de quibus veſcebantur populares: erat enim conſuetum apud Iudæos, quòd quando in aliqua domo coqueretur panis, acciperetur inde vnus panis ſaltẽ, & offerretur Sacerdotibus; de hoc autem habetur Numer. 15. cum dicitur: Cum veneritis in terram, quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, ſeparabitis primitias Domino de cibis veſtris, ſicut de areis primitias ſeparabitis, ita & de pulmentis dabitis primitiua Domino. Iſti autem panes non offerebantur in altari, quia erant fermentati, ſed dabantur Sacerdotibus in cibum, & hoc erat offerre primitias. De hoc habetur infra, in litera, cum dicitur: Nec quicquam fermenti, aut mellis adolebitur in ſacrificio Domini, primitias tñ eorum offeretis, ac munera: ſuper altare verò non imponentur in odorem ſuauitatis. Panes tamen iſti, de quibus hic dr̃ in littera, non erant fermentati, & offerebantur in altari. *Conſperſos oleo.* Conſpergere ſecundum proprietatem iſtius dictionis duo ſignificare poteſt, vno modo conſpergere, id eſt, aſpergere, & tũc erit ſenſus, ꝙ panes poſtquam cocti eſſent, & exempti è clibano, perfunderẽtur oleo deſuper iactato. Alio modo põt intelligi cõſperſio, id eſt, commixtio, vtpote, ꝙ commiſceretur farina cũ oleo, & ſic dicetur farina conſperſa, quando commixta eſt aqua, ad hoc ꝙ ex ea fiant panes; ſic dr̃ Exod. 12. ꝙ Hebræi tulerunt farinam conſperſam, antequ fermentaretur ligãtes in pallijs, & imponentes ſuper humeros, qñ de Aegypto exierunt. Et ſic accipitur hic, quod erant iſti panes conſperſi oleo, i. ꝙ ideo debebant commiſceri, vt poneretur oleum permixtum, ſicut permiſcetur aqua, & tales panes ſunt, qui apud nos fiunt, interdũ mixto oleo, & vocantur, oſſomogari. Et quia iſti panes delectabiliores ſunt, ideo mãdabat Deus illos panes conſperſos eſſe, id eſt, mixtos cum oleo. *Et lagana azyma.* Erant autem lagana facta in modum panum, ſ. quædam paſta de farina cõſperſa aqua, & coquebatur in aqua, & deinde liniebatur oleo in ſuperficie, nos tñ vulgari nomine lagana vocamus ea, quæ in ſartagine friguntur, hic tamen non accipiuntur ſic, quoniam tunc pertinerent ad ſacrificium, ꝙ fit de ſartagine, de quo infra habetur; hic tamen dicitur, ꝙ iſta lagana magis pertinẽt ad ſacrificium de clibano. *Oleo lita.* Id eſt, ꝙ iſta lagana poſtquam coquerentur in aqua, debebãt perfundi oleo in ſuperficie. *Si oblatio tua fuerit de ſartagine.* Hic ponitur tertius modus oblationis de panibus, qui in ſartagine frigebãtur, accipiebatur nãq. aliqua pars maſſæ, & illa permiſcebatur aqua, & deinde in ſartagine frigebatur in oleo, in magnam & longam, & tenuiſſimã paſtam, et cum perfrixa eſſet, & deſiccata, confringebatur in partes minutas, & fundebatur ſuper eam oleum, & ſic offerebatur. De hac autẽ ponebatur aliquid ſuper altare, vt cremaretur, & reliqua pars cedebat in cibos Sacerdotum. Idem fiebat de panibus, qui in clibano coquebãtur, quod de laganis. *Si autem oblatio tua fuerit in ſartagine.* Id eſt, ſi id ꝙ volueris offerre, frixũ fuerit in ſartagine, ſupple, debet obſeruari modus iſte, qui hic continetur in littera. *Simila conſperſa oleo.* Omnia, quæ offerebãtur Domino in panibus, ſemper eſſe debebant de ſimila, de farina autem rudi nihil Domino offerebatur; cauſa autem eſt, quia ſicut in cibis noſtris nos eligimus ea, quæ

Conſpergere dupliciter ſumitur.

Lagana quid.

Tertius modus oblationis de ſartagine.

Sacrificium de ſartagine.

Domino quam nihil de fa-

A meliora, & delicatiora ſunt, ſic Deus in ſacrificijs ſuis: huiuſmodi autem eſt ſimila, quę eſt delicatiſſima farina, debebat autem hæc eſſe conſperſa oleo, ſ. ꝙ quando permiſceretur ad faciẽdum paſtam, funderetur ibi oleum, ſicut funditur aqua in conſperſione aliarum paſtarum. Non tñ ex hoc ſignatur hãc paſtam totaliter oleo commiſceri debuiſſe, quoniam poterat fortaſſis ibi aliquid de aqua poni. Vnde conſiderandum eſt, ꝙ in ſacrificiis de ſartagine, tripliciter oleum ponebatur. Primò in cõmixtione ipſius farinæ, quæ cõſperſio vocatur; Secundò, in frixione in ſartagine; Tertiò, in perfuſione cum de ſartagine educebantur illæ paſtæ, qm̃ deſuper oleum fundi debebat. *Abſque fermento.* Iſta eſt alia conditio in ſacrificio de ſartagine, & eſt generalis ad omnia ſacrificia, quæ de pane fiebant, qm̃ in nullo eorum fermentum ponebatur, ſecundum ꝙ infra

B dicitur: cauſa autẽ huius infra ſubiungetur. *Diuides eam minutatim.* Id eſt, ꝙ in ſartagine frigebatur quædam paſta, & illa duritiem ex frixione induebat, & ſic diuidi poterat in particulas, & fiebat iſta diuiſio, vt oleum, ꝙ ſuperfunderetur, melius imbibi poſſet apertis poris fractionũ, & vt aliquæ illarum particularum ponerentur ſuper altare, & aliæ relinquerẽtur in cibos Sacerdotum. *Effundes ſuper eam oleum.* Iſta erat tertia perfuſio olei, quando iã paſta frixa in ſartagine diuidebatur, & tunc iam offerenda erat; quare aũt in his oblationibus ponatur oleum, ſupra declaratum eſt. *Sin autem de craticula.* Hic ponitur quartum ſacrificiũ de panibus, & erat iſta oblatio de craticula. Eſt autem craticula ferreum inſtrumẽtum, in quo carnes, aut piſces torrẽtur, in hac autem fiebat ſacrificium, de quo hic. Nemo tamen exiſtimet hoc fuiſſe ſacrificium de car-

C nibus, quia hic dicitur de craticula eſſe, qm̃ etiã ſuper craticulam farina in paſtam redacta decoqui, aut aſſari põt, ſicut facimus ſubcinericios panes, & de his offerebantur partes aliquæ Domino, & quoniam non erant plures modi coquendi, aut conficiendi panes, nõ poſiti fuerunt plures modi faciendi ſacrificia de panibus. *Si autem de craticula ſacrificium.* Vocat hic ſacrificiũ, ſicut in ſuperioribus id, ꝙ de ipſo pane ſolo fiebat largè ſacrificio ſũpto. *Etiam ſimila conſpergetur oleo.* Id eſt, ſicut cum fiebant ſacrificia in ſartagine, illa ſimila de qua fiebãt perfundebatur oleo, ita etiam in ſacrificio de craticula ipſa ſimila, ex qua fiebant illi panes, ęquè, id eſt eo modo, vel equaliter oleo cõſpergebatur. *Quam offerens Domino tradet in manibus Sacerdotis.* Id eſt, cum aliquis vellet offerre ſacrificiũ de craticula, ſolum debebat illud permiſceri oleo, quando efficeretur panis. Deinde cocto pane ſuper craticula, Sacer-

D dotibus portabatur, ponendo in manibus eorum, vt offerrent Domino ſuper altare, & hoc erat ipſum offerentem, ſiue dantem panes offerre Domino, quia offerebat Sacerdoti loco Dei, cum ipſe non poſſet ponere in altari per ſe, quia id vetitum erat. *Qui cum obtulerit eam.* Hoc põt referri vel ad Sacerdotem, vel ad ipſum offerentem laicum ſecundum litteram, quæ ſequitur. Si referatur ad laicum, eſt ſenſus, ꝙ poſtquam offerret laicus oblationem de craticula Sacerdoti, tolleret memoriale inde ad ponendum corã Domino, & tolleret de illo ſacrificio quãdam particulam ad cremandum ſuper altare. Alio modo eſt ſenſus, ꝙ hoc referatur ad Sacerdotem, & tunc dicitur, ꝙ poſtquam Sacerdos offerret illud ſacrificium coram Dño, tolleret inde memoriale, i. acciperet quandam partem illius, ad ponen-

E dum ſuper altare. Modus autem, ꝙ diceretur offerre holocauſtum iſte, huiuſmodi erat, ſ. ꝙ tolleret eam de manibus laici offerentis, & ipſe preſentaret totam eleuando coram altari, & hoc erat offerre, deinde Sacerdos ille accipiens inde quandam particulam, poneret ſuper altare ad cremandum in memoriale Dño, & reliquum de illa oblatione ſibi acciperet. Iſte aũt modus conuenientior eſt, quã ille, qui ſupra aſſignatus eſt: littera enim magis hunc ſignificat, quia iſtæ duæ orationes referuntur ad eundem, ſ. obtulerit eam, & tollet memoriale, cum vtrumque ponatur in tertia perſona, non expreſſo aliquo ſuppoſito. Videtur ergo referẽdum ad idem, cum dicitur: Qui cũ obtulerit eam, i. cum Sacerdos obtulerit eam, eleuando corã Domino totam oblationem, tollet memoriale, i. ipſemet Sacerdos tollet inde particulã ad cremandum in altari, quæ erat in memoriam, vel ſignum, quod eſſet illud ſacrificiũ, vel

rins rudi offerebatur.

Tripliciter oleum ponebatur in ſacrificijs de ſartagine.

Quartus modus oblationis de craticula.

Craticula quid.

vel oblatio facta Domino. *Et adolebit ſuper altare.* Non re- F
fertur hoc ad totam oblationem, quam Sacerdos ſemel eleuare debebat coram altari, totam eam offerens, ſed refertur ad illam particulam, quæ indè tollebatur. Et vocatur memoriale, quoniam hoc ſolum cremabatur coram Domino, & ſic tota oblatio coram Domino offerebatur, non tamen tota coram eo cremabatur, ſed ſolū id, quod memoriale erat. Hoc autem quod hic dicitur de ponendo ſuper altare, nō refertur ſolum ad immediata, ſed ad ſacrificium de craticula, ſed etiam refertur ad omnia ſupra poſita, ſcilicet ad oblationem de clibano, & ſartagine, & craticula, & non fuit de quolibet iſtorum per ſe ſpecialiter dictū, quoniam Sacra Scriptura inſequitur moderatam breuitatem, quoniam ſufficiebat, cum illa tria ſupra dicta ſimilia eſſent, ea ſub vna clauſula concludi ſufficiens erat, nec oportebat de quolibet illorum per ſe hanc iterari orationem. *In odorem* G *ſuauitatis*, id eſt, iſta tria ſacrificia, de quibus hic dicitur, quod ponebantur partes eorum ſuper altare, erant in odorem ſuauitatis, i. multum Deus acceptabat illa. Hoc erat ad ſignandum, quod iſta erant ſacrificia eius: nam nō dicitur hoc de cadauere bouis, quod extra caſtra pro peccato comburebatur, nec de vitula ruſa, quæ cremabatur tota liter, vt inde fierent cineres pro aquis luſtrationis, quoniam de nullo iſtorum erat verum, quod eſſet ſacrificiū Dei, vt ſupra declaratum eſt. *Quicquid autem reliquum eſt, erit Aaron.* Sicut dicebatur ſupra de ſimila, quod cum offerebatur, deberet pugillus plenus tolli, & poni ſuper altare, vt cremaretur, & reliquum, quod ſupererat, cedebat Aaron, & filiis eius, ita in ſacrificio de clibano, & de ſartagine, & craticula, offerebatur quædam particula illorum panum ſuper altare, quod reliquum erat eodem iure relinquebatur Aaron, & fi- H liis eius: quoniam de his generibus oblationum Deus cibari voluit ipſos Sacerdotes. *Aaron, & filiorum eius.* Hoc intelligendum eſt, ſicut ſupra dicebamus de ſimila, quæ cedebat iuri Sacerdotum, quoniam licet vnus Sacerdos ſolus illam coram Domino offerret, nō tamen pertinebat ad eum ſolum; ſed inter omnes alios diuidebatur; ſic patet infra, 6. c. cum dicitur: Siue oleo conſperſa, ſiue arida, cunctis filiis Aaron menſura æqua per ſingulos diuidetur, *Sanctum Sanctorum de oblationibus Domino*, id eſt iſta pars, quæ accipiebatur à Sacerdotibus de ſacrificiis iſtis, erat Sanctum Sanctorum, i. aliquid multum ſeparatum Aaron & filiis eius, id eſt ad ius, & vſus Aaron & filiorum eius: de oblationibus Domino, id eſt de oblationibus factis Deo.

I
Fermentum & mel nō ponūtur in ſacrificio. 37. diſt. c. legimus. Omnia ſacrificia ſale condiuntur. De conſ. diſt. 4. c. ſal.

Omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento fiet, nec quidquam fermenti, ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini. Primitias tantum eorum offeretis ac munera: ſuper altare verò non imponentur in odorem ſuauitatis. Quidquid obtuleris ſacrificii, ſale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione tua offeres ſal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino de ſpicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & confringens in morem farris, & ſic offeres primitias tuas Domino, fundens ſupra oleum, & tus imponens, quia oblatio Domini eſt. De qua adolebit Sacerdos in memoriam muneris partem farris fracti, & olei, ac totum tus.

Oblatio primitiarum.

Omnis *oblatio*. Poſuit ſupra Legiſlator quatuor genera oblationis de panibus, & farina, quæ erant quidam K modi offerendi ſpeciales: hic ponit quaſdā generales conditiones, quæ obſeruantur in omnibus oblationibus, ſcilicet quod nunquam poneretur fermentum, aut mel in aliqua oblatione. *Omnis oblatio*. Refertur hic ad oblationem, quæ erat de panibus, & farina: quoniam in ſacrificiis, quæ erant de carnibus animalium, ſatis liquidum erat, non debere poni mel, aut fermentum, quando tamen aliquis offerebat ſacrificium panis de clibano, aut ſartagine, aut craticula, poterant panes illi eſſe fermentati; ideo vetuit idem de melle, quoniam cum iſti panes linirentur oleo, vt ſupra dictum eſt, poterat aliquis eos ſimiliter melle delinire. Vetuit ergo Deus mel ibi apponi. *Abſque fermento fiet.* Vetat Deus poni fermentum in ſacrificiis ſuis, in quo innuit, neceſſe eſſe omnia, quæ ſibi offeruntur, azyma eſſe.

Quare fermentum tollebatur ab omni oblatione?
Quaſt. IIII.

QVAERET autem aliquis, quare fermentum tollebatur ab omni oblatione? Aliquis reſpondere poterit hoc fieri ad deteſtationem idolatriæ, quoniam aliqui idolatræ offerebant panes fermentatos, ſed hoc nihil valet. quoniam dato quod idolatræ ſic facerent, nō eſt ex hoc ſufficiens ratio, vnde naſcebatur, vt Deus fermentum prohiberet: quoniam multa communia erant ſacrificio Dei, & ſacrificiis Dæmonum, ſcilicet quia Deo boues, & oues offerebantur, dęmonibus autem eadem dabantur, vt patet inquirendo libros rituum Gentilitatis, potiſſimum per Ouidium in libris Faſtorum. Multa quoque alia, vt cæremoniæ, turis impoſitio, & feſtorum obſeruatio, cultui Dei, & Dæmonum communia erant, vt eodem modo patet, non tamen Deus vetuit hæc ſibi fieri, quoniam Dęmonum cultui ſimilia forent. Aliter igitur dicendum eſt, & fortaſſis aliquis reduceret cauſalitatem huius ad ea, quæ ſupra dicebantur de aliis ſacrificiis, ſcilicet quod Deus volebat pro ſacrificiis ea, quæ meliora, & delicatiora erant, ſicut patet de ſimila, & de panibus factis de ſimila, & de turturibus & pullis columbarum; & agnis anniculis, quoniam hæc omnia inter cetera ad cibos conuenientiora erant: hic tamen ſic eſſe non poteſt, quoniam panis fermentatus conuenientior eſt ad vſum ciborum, quoniam ſapidior eſt, & etiam ſtomacho ſalubrior eſt, quia magis digeſtus eſt propter calorem, & ſubtilitatem fermenti digerētis. Signum eſt: quia panes fermētati poſt paululum tēpus antequam coquantur, leuiores ſunt, & exurgētes in maiorem tumorem, quam panes non fermentati, vnde non iniuſtè panes fermentatos vocat Scriptura panes afflictionis, vt patet Deuteron. 16. cap. Dicendum igitur eſt, aliam in hoc eſſe cauſam, & fortè dici poſſet, quod Deus volebat in omnibus oblationibus ſuis nullum fermentum eſſe, vt per hoc recordarentur Iſraelitæ de exitu de Aegypto, in quo comederunt panes non fermentatos; vt patet Exodi 12. Et quoniam Deus volebat Iſraelitas ſemper recordari, quomodo eduxiſſet eos de Aegypto, quia hoc erat maximum beneficiorum temporalium eis præſtitorum, vt habetur Deut. 16. c. cū dicitur: vt memineris diei egreſſionis tuæ de Aegypto, omnibus diebus vitæ tuæ, & quia non videbantur ad hanc quotidianam memoriam ſufficere comedere ſemel in anno azyma ſeptem diebus, vt patet Deut. 16. cap. ſatis conueniens eſt, vt in ſacrificiis panis, quę quotidiana erāt, omne fermentum auferretur, vt ſic eſſet memoria quotidiana exitus de Aegypto. Hoc autem ſatis videtur rationabile: quoniam ſacrificia, & feſtiuitates, quæ fiebant in Veteri Teſtamento, erant ad laudem Dei, & præcipuè in memoriam beneficiorū Iudæis à Deo præſtitorū, & quia hoc. ſ. eduxiſſe de Aegypto maximum inter illa erat, debebat quotidianis ſacrificiis recoli, quādo autem ſollemnitates, & ſacrificia in memoriam aliquorum beneficiorum eſſent, ſatis patet diſcurrenti de quolibet proceſſum Pentateuchi, & præcipuè in Exodo, Leuitico, & Deuteronomio. *Nec quicquam fermenti, ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini.* Vetat etiam hic Deus, mel apponi in ſacrificio ſuo, ſecundum quod vetuit fermentum: & dicit, quod non adolebuntur ſuper altare in ſacrificio eius, nō tamen vetat, quin iſta offerrerentur, & eleuarentur coram altari, & tunc de iſtis nihil cedebat in partem Dei, vt cremaretur ſuper altare, ſed omnia Sacerdotibus proueniebāt. Sic declarat immediatè cum ſubiungitur, primitias tantum eorum offeretis, ac munera, ſuper altare verò non imponentur in odorem ſuauitatis.

Doct. reſpōſio ad quæſitū.

Vide aliā cauſam quæſt. ſequent.

Quare mel prohibuit Deus in ſacrificio. Quaſt. V.

QVAERET autem aliquis, quare mel prohibitū fuerit in ſacrificio Dei? Ad quod quis rndere poſſet, ſicut ſupra dicebāt, hoc prohiberi: quia Dæmonibus ſacrificia mellis offerebantur. Sed hoc nihil, vt ſupra declarauimus, eſt. Reducendum eſt ergo ad aliā cauſam, & non videtur hic aliqua cauſa literalis, ſed magis vē referendum ad quandam tropologiam: & tūc dicendum eſt, mel ſignare dulcedinem in illicitis actibus libidinum,

quos

Senſus literæ.

Ab Eccleſiaſticis, & Dei miniſteriis blãdo & adulatio abeſſe debet.

quos Deus vult longe abeſſe ab his, qui miniſterio ſuo A aſtant. Signat etiam mel dulcedinem verborum in adulantibus, quod Deo valde odibile eſt: ideo à ſacrificijs ſuis longè abeſſe debent. Dicit autẽ Rabbi Sal. nomine mellis, intelligi omnes fructus dulcedinem mellis habentes, quia de his dicit aliquid nõ debere offerri Domino. Huic autem dicendum eſt, ꝙ ſi accipiatur oblatio quantum ad eam, in qua ponebatur, & cremabatur aliquid ſuper altare, verum eſt, ꝙ fructus dulces non offerebantur Domino, & nõ ſolum fructus dulces, immò nulli fructus, quoniam ſupra poſuit Deus, quid ſibi offerri deberet, & cremari, & hoc ſolum eſt in ſacrificijs carnium, & in ſimila, & panibus, & clibano, & ture. Vinum quoque his adijcitur, ꝙ in quolibet ſacrificiorum ponebatur, vt habetur Numer. 15. prætereà hæc offerebatur farina de ſpicis virentibus quãdo torrebantur, & frangebãtur in modum farris, vt patet in- B fra in littera, & infra 23. cap. de alijs autem nihil omninò ponebatur ſuper altare ad cremandum. Si autem accipiatur oblatio pro eo, ꝙ Sacerdotibus dabatur ſine impoſitione aliqua in altari, dicendum eſt, ꝙ omnis fructus poterat offerri: ſic enim Deus conſtituerat, vt quando intrarent Iſraelitæ terram promiſſionis, & plantarent arbores, fructus, qui in primo, ſecundo, & tertio anno prouenirent, tollerentur: nec tamen comederentur, nec offerrerentur. Omnis autem fructus, quem quarto anno arbores protuliſſent Domino offerendus erat, pro cibo Sacerdotum, & quinto anno eſſet licitum veſci de fructibus arborũ omni populo. De hoc infra 19. cap. & tunc non videtur conuenienter ſtare dictum Rabbi Salomonis, qm̃ ſi primo modo accipiatur oblatio, nõ ſolum fructus dulces, ſed etiam ponticos, aut ſtipticos, vel amaros, aut cuiuſcumque ſapo- C ris non licebat offerri, nec erat tunc ſpeciale de dulcibus, & non dulcibus. Si autem accipiatur ſecundo modo oblatio pro eo, quod ſolum Sacerdotibus proueniebat, non ſolum fructus dulces offerri licebat, ſed etiam omnes alios, qm̃ de omnibus arboribus generaliter regula datur infra 19. cap. Nunc autem, ſicut de melle tropologicam tribuimus cauſam, quare non offerretur, poterimus ſimiliter de vetito fermento tropologicam cauſam tribuere, ſ. ꝙ fermentum peccati corruptionem ſignat, iuxta illud Apoſt. 1. Cor. 5. Modicum fermẽtum totam maſſam corrumpit. Corruptionem autem peccatorum Deus lõgè à ſacrificijs ſuis abeſſe vult: non igitur quicquam fermentatum offerendum eſt: magis tamen in his ad litteralem cauſam recurrendum eſt cum haberi poſſit. *Primitias tantum earum offeretis.* Iſta eſt determinatio ſuperiorum præceptorũ. Di- D ctum fuerat nõ debere mel, & fermentum offerri Domino, per quod fortaſſis intelligeretur, nullo modo debere offerri, nec apponẽdum ſuper altare, nec ad hoc, vt Sacerdotibus tribueretur, Deus tamen limitat ad vnum caſum, ſcilicet, ꝙ deberet fieri oblatio de melle, & fermento, non ad hoc, ꝙ poneretur, & cremaretur in altari, ſed ad hoc ꝙ totaliter cederet in ius Sacerdotũ, & dicit eſſe de his primitias offerendas, quæ iſto modo offeruntur; & Primo quantum ad fermentũ, non eſt intelligendum, ꝙ fermentum offeratur, ſed aliquid fermentatum, ſ. panes, aut farina fermentata. Et tunc quando Iudæi coquebant panes in domibus ſuis ad vſus ſuos, qui erant fermentati, mittebãt ad Sacerdotes ſaltem vnum panem, qui dabatur loco primitiarum; qm̃ ille prius dabatur, quam aliquod de eis comederetur. De hoc Num. 15. dicitur: Cum veneritis E in terram, quã dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, ſeparabitis primitias de cibis veſtris, ſicut de areis primitias ſeparabitis, ita & de pulmentis dabitis primitiua Domino. De melle autem ſic primitiæ dabantur, vt cum accipetentur faui mellis de aluearario, dabãtur aliquæ partes mellis Sacerdotibus, antequam reliquum mel ad vſus cõuerterentur humanos, & illud pro primitijs erat, quia ante omnia alia Deo dabatur: nec tamen ponebatur aliquid eius ſuper altare, ſed totũ Sacerdotibus cedebat. *Ac munera.* id eſt, ꝙ de fermento, & melle offerebantur ẽt munera. Diſtinguebãtur munera, & primitiæ, quę de fermentato, & melle offerebantur, quoniam primitiæ panis fermentati erant, qñ aliqui de panibus coctis offerebãtur Domino, antequam de alijs quicquam comederetur: et dr̃ ille panis primitię, quia primus erat antequam alij come-

Improba expoſitio Rabbi Salomon.

Determ. quæſt.

Superiorũ præceptorũ determinatio.

Quomodo munera, & primitiæ de fermẽtato, & melle diſtinguãtur.

derentur. De melle etiam primitiæ dicebantur, quando à principio antequã aliquod de melle pro humanis vſibus ſumeretur, offerebatur pars Deo, munera autem de his dicebantur, vt cum aliquis de panibus fermẽtatis comediſſet, vellet tamen aliquid de illis offerre Sacerdotibus, aut cum mel traductum eſſet ad vſus humanos, & aliquid de illo ad offerendum ſumeretur: iſta enim non poſſunt dici primitiæ, qm̃ iam illa, de quibus offerebãtur primo deducta fuerãt ad vſus humanos. Aliter tamen poſſunt primitiæ, & munera diſtingui, vt primitię vocentur omne, quod melius, & electum eſt de rebus noſtris. Donum autem, vel munus dicitur, quicquid donatur, licet non ſit de optimis, & electis, & de vtroque aliquid Deo dandum erat. Et ſic accipiuntur primitiæ aliquando in Scriptura, vt Exod. 25. cap. vbi Deus iuſſit offerendas ſibi primitias de auro, argento, ferro, ære, & lapidibus precioſis, & Iſraelitæ illud fecerunt Exod. 35. & tamen non poſſent ibi primitiæ dici de rebus primis, i. quæ primo naſcũtur, vel primo veniunt, quia ſic primitię ſolum ſunt in terrę naſcentibus, vt in fructibus, & animalibus: in auro autem & argento, & lapidibus precioſis non poſſunt ſic accipi, ſed primitiæ vocantur id, ꝙ de his rebus optimum, & electũ eſt. Et dicuntur primitiæ de (primus) vt ſignificat, primus, optimum, vel electum. Sic accipitur Tren. 4. cap. Filij Sion incly ti, & amicti auro primo, i. auro puriori, & optimo. Et ſic poſſunt accipi primitię, & diſtinguentur contra munera, vt non ſunt ſic electa. Poteſt etiam dici, ꝙ munera, & primitię non diſtinguuntur, ſed ponuntur pro eodem, et ponitur, &, pro, i. expoſitiuè, ſicut infra dicitur: Si autem obtuleris munus primitiarum, i. primitias, quæ ſunt quoddam munus. *Super altare verò non imponentur in odorem ſuauitatis.* i. de iſtis primitijs, aut muneribus oblatis de melle, & fermentato, nihil ponebatur ad cremandum ſuper altare, ſed totũ cedebat in ius Sacerdotum: cauſa autem horũ ſupra expreſſa eſt. Vnde ſciẽdum, ꝙ ſiue oblatio in altari totaliter cremaretur, ſiue ſola pars eius, non poterat illa oblatio eſſe fermentata, & ꝙ amplius eſt, ſi aliquando de ſimila oblata Dño, cuius pars cremaretur in altari, alię partes cederẽt Sacerdotibus, licet facerẽt panes ex illis, non tamen poterant illos fermentare, qm̃ cum iſta ſimila, quę cedebat iuri Sacerdotum, fuiſſet pars illius ſimilæ, quę Domino oblata eſt, cuius pars in altari combuſta eſt, non debebat fermẽto admiſceri. Hæc cauſa redditur infra 6. c. cum agitur de ſimila cõſperſa oleo, & dr̃: Adolebitq; illud in altari in monimentũ odoris ſuauiſſimi Deo: reliquam aũt partem ſimilæ comedet Aaron cum filijs ſuis, abſq; fermento, & comedet in loco ſancto atrij Tabernaculi; ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Dñi incenſum offertur. *Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale condies.* Hic ponitur aliud genus præceptorum pro omnibus ſacrificijs, & oblationibus, ſ. ꝙ ſemper ponebatur ſal in omnibus ſacrificijs; & referendum eſt hoc non ſolum ad ſacrificia, quę de carnibus fiebant, ſed etiam ad ſacrificia, quę de panibus. Cum enim quiſquam offerret holocauſtũ ſuper ipſas carnes, quæ cremabantur, ponebatur ſal: idem in ſacrificio victimæ pacificæ, idem & in ſacrificijs pro peccato, eodem modo in ſacrificiis de panibus, qm̃ ſi offerreretur ſimila, ſal ei cõmiſcebatur. Si autẽ panes de clibano, vel lagana, aut aliquid de ſartagine, vel craticula offerreret in commixtione, vel conſperſione paſtarum, ex quibus panes conficiebantur, ſal ponebatur, ita, quòd nihil omninò maneret de ſacrificijs, quod ſale non condiretur.

Vnde primitiæ dicantur.

Quare ſal in omnibus ſacrificijs ponebatur. Quæſt. VI.

QVÆRET autem aliquis, quare ſal ponebatur in omnibus ſacrificijs? Et communiter cauſa redditur referendo ad tropologiam, ſcilicet, quod ſignat diſcretionem. Diſcretio autem (quam Philoſophorum more loquentes prudentiam appellamus) omni virtuti viam præbet, omnibuſq; actibus intereſſe debet, quoniam ſine illa virtus moralis nulla eſſe poteſt; & cum illa fuerit, neceſſarium eſt morales virtutes ineſſe, iuxta Ariſtotelis doctrinam, in fine ſexto Ethicorum: ideo noſtra, aut actio, aut loquutio ſine diſcretione eſſe non debet, aliàs qualitercumque fiat, illicita eſt. Sic enim dice-

Reſpõſio ad quæſitum. 1. Ratio eſt tropologica.

bat Apoſt.ad Coloſ.4.cap. Omnis veſter ſermo in gratia, F ſemper ſit ſale conditus, i.in omni locutione prudentia adeſſe debet. Iuſſit ergo ſacrificium ſuum Deus cum ſale ſemper fieri, quoniam ſacriſicia, quæ irrationabilia ſunt Deo diſplicent: quam ob rem admonebat Apoſtolus, ſacrificia corporis noſtri ad Deum rationabilia eſſe debere, ad Rom.12.cum dicitur: Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentẽ, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum, i.omnia obſequia, quæ ad Deum egeritis, ratione diſponantur.

2. Ratio

Alia autem à quibuſdam ratio redditur de ſale, qm̃ ſal à corruptione conſeruat, ſicut patet in carnibus; quæ ſale perfunduntur; quoniam ſic à putredine cõſeruantur: corruptionem autem peccatorum ſacrificio ſuo Deus appropinquare non vult; ideo ſal in omni ſacrificio offerri iuſſit. Hæ tñ tropologicæ cauſæ ſunt, ideo ad G literalem cauſam recurrendum eſt; cũ haberi poteſt.

Literalis ratio quæ ſit.

Vnde ſciendum, cauſam, quare Deus iuſſerit ſal in omni ſacrificio apponi, hãc eſſe, quoniam vt ex prælibatis liquet, ſacrificium Domini tanquam cibus humanus eſt, & altare eius tanquam menſa. Sicut ergo in cibis humanis ponũtur quædam vt materia ciborum, quædam ſunt vt condimenta eorum, ita in ſacriſicio Dei fieri decuit, & qm̃ in cibis noſtris quædam ſunt condimenta generalia, quæ in omnibus apponuntur cibis, quædam verò ad quoſdã ſpecialiter pertinent, ita ergo & in ſactificio Dei futurũ erat: in cibis noſtris generale condimentũ ſal eſt, omnes namque cibi, ſiue in decoctione, ſiue in aſſatione, aut aliàs, ſale perfunduntur prius quam eis veſcamur, vnde & panes ipſi ſine ſale in paſtam non conficiuntur: carniũ quoque decoctio, vt quid ſaporis induat, ſale indiget. Sic igi- H tur in omnibus ſacrificiis Dei tam de ſolis panibus, quam de ſolis carnibus, aut ſimul, ſal ponitur; ideo vniuerſaliter dixit in omni ſacrificio ſal eſſe ponẽdum. Alia autem ſunt condimenta ciborum noſtrorum, quæ nõ ſunt generalia, ſed ſolum ad quædam proſunt, ſicut oleum, quod cũ pani admiſceatur illum ſapidum reddit, in decoctione tamen carnium, oleum non apponitur, quoniam illarum condimentum non eſt. Hoc autem obſeruauit Deus, quoniam in omnibus ſacrificiis, quæ de farina, & pane erant, iuſſit poni oleum, quoniam mandauit ſimilam oleo conſpergi, & panes de clibano oleo cõſperſos eſſe. Laganas quoque oleo litas fore. De his autem, quæ in ſartagine frigebãtur ſatis patet; quoniam triplex olei perfuſio fiebat. In his quoq; panibus, qui in craticula fiebãt, cõſperſio olei erat. De omnibus his patet hic in littera. In ſacrificio tñ car- I nium oleum poni nũquam iuſſit, qm̃ oleum carniũ condimentum non eſt. Hãc igitur oportet pro cauſa aſſignari, quare ſal & oleum in ſacrificiis ponerentur, nec rediro decet ad ſolas tropologicas. Patet autem hanc fuiſſe cauſam ex litera, quia dicitur: Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale condies, id eſt, quodcunque illud ſacrificium fuerit, deberet condiri, & ſaporem recipere à ſale. Condiri propriè ad cauſationem ſaporis pertinet, ad hunc ergo ſaporem ſal poni iubebatur. *Nec auferas ſal fœderis Dei tui.* Hic eſt replicatio eiuſdem ſententiæ, quæ fit in Sacra Scriptura ad magis confirmandum aliquam ſententiam, ſicut Deus ſæpè Prophetis, aut ſomniatoribus idem bis ſignabat, vt maior firmitas rei notaretur. Sic dixit Ioſeph ad Regem Pharaonem, qñ declarauit ei ſomnia duo: & dixit ſecundum pertinere ad id, ad quod primũ, ſed poſi- K ta fuiſſe duo, vt maior firmitas rei venturæ notaretur, cum dicitur: quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinet; ſomnium firmitatis indiciũ eſt, eo q; fiat ſermo Domini, & velocius cõpleatur, vt habetur Gen.41. *Fœderis Dei tui.*

Sal erat ex Dei fœdere.

Sal dicebatur eſſe ex fœdere Dei, id eſt, ex compoſitione, ſ. q; Deus compoſuerat cum Iſrael, vt ei ſemper poneret ſal in ſacrificiis, & ſic omnes aliæ compoſitiones, vel leges, quæ ex pacto quodam inter Deum, & Iſraelitas conuentæ erant, fœdera vocabantur. De hoc patet in tabulis legis, quæ vocantur tabulæ fœderis, quia continebant decem præcepta, quæ erãt fœdera, & ſic tam lex illa, quam Deus per ſe Iſraelitis tribuit, quàm ea, quæ referente Moyſe populo data eſt, fœdera vocantur, vt patet Deuteronomio 29. cum dicitur: Hæc ſunt verba federis, quod præcepit Dominus Moyſi, vt feriret cũ filiis

F Iſrael in terra Moab, præter illud fœdus, quod cum eis pepegit in Oreb. De *ſacrificio tuo*, id eſt, in ſacrificio, quod tu obtuleris. Quodlibet ſacrificium vocatur ſacrificium Dei, & ſacrificium ipſius offerentis dicitur ſacrificium Dei, quia ipſi, & pro ipſo offertur. Dicitur ſacrificium offerentis, quia ab ipſo offertur. *In omni oblatione offeres ſal.* Repetitio frequens ſuperioris ſententiæ eſt ex cauſa iam aſſignata.

Sacrificium. & oblatio quid propriè ſit.

Poſſet tamen hic fortaſſis magis exprimi, quam in ſuperioribus, quoniam oblatio ſecundum ſuam ſignificationem generalior eſt, quoniã ſacrificium propriè pro carnibus oblatis accipitur: oblatio autem tam pro panibus, quam pro carnibus. Cum igitur ſupra iuſſiſſet in omni ſacrificio ponẽdum eſſe ſal, fortaſſe aliquis intelligere ſolum vellet, de ſacrificiis carnium. Quando autem hic dicitur, in omni oblatione ſal ponen- G dum: oportet intelligi tam de carnium, quàm de panum oblatione. *Si autem obtuleris.* Supra agebatur de oblationibus farinæ, & panis, cũ omnia fierent ex ſimila: hic autem ponit modum oblationis farinæ, quando ipſa de ſpicis virentibus fiebat, quoniam iſta non erat ſimila: tunc enim accipiebatur manipulus ſpicarum virentium, quaſi ad maturitatem peruenietium, & comburebatur in Sanctuario, atque grana in hunc modum torrebantur, & exſiccabantur: deinde verò terebatur in mola, & inde rudis farina fiebat, de qua aliquid offerebatur Dño, & aliud cedebat in ius Sacerdotum, ſicut ſupra de ſimila dictum eſt. *Si autem obtuleris munus primitiarum*, id eſt, ſi obtuleris primitias, quæ nõ ſunt decimæ. *Frugum tuarum.* De frugibus exiſtentibus in ſpica.

De modo oblationis ſpicarum. & ritu eius.

Fiebat autem hoc ſolum in feſto Azymorum, quod erat in menſe Martij, vel Apri- H lis, & tempore illo in terra Chanaan, quam poſſidebant Iudæi, quæ erat ſatis calida, erant fruges maturæ, ſcilicet hordeaceæ, & tunc de illis colligebatur, & portabatur ad Sanctuarium, ita quòd quilibet, antequam aliquid acciperet, aut meteret pro ſe, de frugibus hordeaceis; tollebat illum manipulum, & offerebat Sacerdotibus, vt habetur infra, 24. cap. Sed an vnus tãtum manipulus offerretur pro toto Iſraël, vel quilibet de agris ſuis vnum manipulum offerret, dicetur infra, 23. cap. Modus tamen, quomodo iſtæ ſpicæ oblatæ cõuerterentur in ſacrificium, & in vſum Sacerdotalem, ibidem non ponitur, ſed in hoc c. in quo de omnibus cæremoniis panis, aut farinæ oblatæ agitur. Sed verum eſt, quòd aliæ primitiæ ſunt, de quibus principaliter loquitur littera, licet de his poſſet aliqualiter accipi, vt infra declarabitur. Offerebántur etiam in I feſto Pentecoſtes, panes facti de noua farina frugum triticearum, & iſti erant in primitias, nec licebat alicui comedere de noua farina, antequam oblati fuiſſent iſti panes, vt habetur infra, 23. cap. De his tamen non dicitur hic, quoniam ſolum agitur de ſpicis oblatis. *De ſpicis adhuc virentibus.* Intelligendũ eſt de ſpicis hordeaceis, quoniam de hoc iubebatur fieri oblationem in feſto Azymorum, vt patet infra, 23. cap. Si autem id vellet facere de ſpicis triticeis, non videbatur eſſe prohibitum, & tenebatur modus in offerendo, qui hic ponitur. *Adhuc virentibus.* Non eſt intelligendum ſpicas eſſe totaliter virides, quæ offerri deberent: quoniã tempore meſſis hordeaceæ, iſta oblatio fiebat, & iam ſpicæ deuenerant ad maturitatem, cum autem ſpicæ maturæ ſunt, non virides, ſed flauæ, aut albæ ſunt, ſicut dicebat Chriſtus: Aſpicite quo- K niam regiones albæ ſunt ad meſſem, id eſt, iam tẽpus eſt metendi, quia regiones albæ ſunt, vt patet Ioan.4. Sed hic ſpicæ maturæ erant, cum offerebantur, ergo non erãt virides. Dicendum igitur, non accipi propriè virides pro colore illo, ſed magis pro colore flauo, declinante ad imperfectam albedinem. *Torrebis eas igni*, id eſt, iſtas ſpicas aduecti manipuli, comburere debebat offerens. Nec putare debet aliquis, quòd comburi deberent iſtæ ſpicæ ſuper altare holocauſtorum, quoniam quod ibi ſemel ponebatur, cremabatur ad honorem Dei, & non tollebatur aliquid inde ad alios vſus. De his tamen ſpicis aliter fiebat: quoniam cum torrerentur, auferebantur grana, & terebantur in modum farris, vt fieret inde farina, & pars eius cremaretur coram Domino: reliquum autem cederet Sacerdotibus, non igitur cremabantur iſtæ ſpicæ in altari holocauſtorum. Nec etiam exiſtimandum eſt, quòd

Sacer-

Sacerdotes iſtas ſpicas cremarent in Sanctuario, in aliquo igne profano, & non in altari holocauſtorum, & deinde grana excutientes contererent in modum farris, quoniam hic dicitur, quòd qui offerret ſpicas virentes, tolleret eas: deinde contereret in farinam, & poſtea offerret. Non ergo pertinebat iſta combuſtio, & fractio granorum ad Sacerdotes, ſed ad laicos offerentes. Et conſequenter patet, quòd non fiebat combuſtio iſta in Sãctuario, quoniam in Sanctuario laici miniſtrationem nullam habebant. Dicẽdum igitur, hunc fuiſſe modum oblationis, quòd populares tollerent manipulos ſpicarum de agris ſuis, & quilibet in domo ſua combureret illas ſpicas; atque inde grana excuſſa in farinam contereret, fundẽs oleum ſuper illam farinam, ſicut fundebatur ſuper ſimulam cum offerretur, & imponens tus, & hæc ſic ferens Sacerdotibus in Sanctuario offerebat, qui eleuabãt eam coram Domino apud altare, vt eſſet acceptabilis, & partem eius aſſumẽtes, atque ſuper altare incendentes, reliquum ſibi ſumebant; ponentes tamen totum tus ſuper altare. Hæc autem oblatio ab oblatione ſimilæ nihil differre videbatur, niſi quia ſimila farina vetus, ſiue noua erat, hęc autem, de qua hic dicitur, erat facta de ſpicis. Item, quia ſimila erat farina delicata, à partibus furfuris ſeparata: hæc autem, de qua hic dicitur, rudis farina erat, vt infra declarabitur. Iſtæ primitiæ non erant manipulus, qui aliàs offerebatur: quia omnes cæremoniæ circa illũ fiebant per Sacerdotes, licet non cremarentur ſpicæ in altari holocauſtorum, ſed in alio igne profano, qui tamen erat in Sanctuario: primitiæ autem iſtæ ſpicarum, de quibus intelligitur littera, non ferebantur in manipulo à laicis ad Sacerdotes, ſed laicus in domo torrebat ſpicas, & frangebat grana in farinam, & conſperſam eam Sacerdotibus offerebat, & ita accipitur hic littera. *Et confringes in morem farris*. Ad laicum offerentem refertur, & non ad Sacerdotem, ſcilicet, quòd ipſe grana excuſſa de ſpicis combuſtis, cõtereret inter duos lapides molares, aut contereretur, ſicut far conterebatur ad farinam faciendam, licet non poterat ſic perfectè conteri, quoniam iſta grana erant humida, & calida, cum non eſſent ſic perfectè exſiccata. Vnde non poterant in farinam tenuiſſimam redigi, ſed neceſſarium erat redigi in partes groſſas, & qualitercumque, & ſic offerebatur. *Et ſic offeres primitias tuas Domino*. Dicebantur iſtæ primitiæ, quæ primo offerebantur, quàm aliquid aſſumeretur de frugibus illis in vſus humanos.

Duplices erant primitiæ de ſegetibus. Quæſt. VII.

CIRCA iſtas primitias de ſegetibus eſt intelligendum, quod duplices erant primitiæ, quædam erant, quæ dabantur in modum decimarum, ſcilicet, collectis frugibus dabatur in grano certa menſura, vnde ſicut decimæ dabantur collectis frugibus, & trituratis, & erat decima pars vna de decem omnium fructuum, qui dabantur in ius Leuitarum, ita primitiæ erant quædam portio frugum collectarum, & trituratarũ, quæ pars dabatur Sacerdotibus minoribus, Numeri 18. cap. Sed non erat determinata iſta pars, immo vt Hieronymus dicit ſuper Ezechielẽ, & habetur extra, de decim. cap. 1. Qui plus habebant, dabant de quadraginta vnum, qui minus de ſexaginta vnũ. Tales autem primitiæ non offerebantur Deo, vt ponerentur de eis in altari, ſed totaliter dabantur Sacerdotibus, ſicut decimæ totaliter dabantur Leuitis, & nihil de eis cedebat Deo, & de iſtis primitijs non agitur hic. Aliter accipiuntur primitiæ pro muneribus, quæ primo offeruntur ex ſegetibus, & dicendum, quòd iſtæ erant duplices, quædam ex neceſſitate, aliæ ſpontaneæ, ex neceſſitate erant, quæ erant toti populo appoſitæ, & iſtæ erat vnus manipulus ſpicarum, qui à toto populo offerebatur, non eſt enim intelligendum, quòd quilibet de agris ſuis ferret vnum manipulum, quia non eſſet poſſibile, cum eſſet vnicũm tẽplum in tota terra Iudæorum, vbi offerretur, & hoc littera innuit infra 23. cap. Et ille vnus manipulus torrebatur, poſtquam eleuaretur coram Domino à Sacerdotibus, & fiebant cæremoniæ, quæ hic dictæ ſunt, vt redigeretur in farinam. Et iſte manipulus à populo offerebatur Sacerdotibus, & vnus illorum eleuabat illum coram Domino,

A & poſtea nunquam redibat ad manus laicorum. Sed ceteræ cęremoniæ torrendi, & terendi, vel frangendi grana, & conſpergendi farinam fractam à ſolis Sacerdotibus fiebant. Aliæ autem primitiæ ſpontaneæ erant ex frugibus, & iſtę erant, quando poſt feſtum Azymorum, & eleuationem illius manipuli, qui pro toto populo offerebatur volebat quis de ſpicis agrorum ſuorũ offerre Domino oblationem: nam tunc fiebant cæremoniæ, quæ dicuntur hic, & fiebant per laicum offerentem: nam non offerebatur hic aliquis manipulus Domino, qui eleuaretur coram eo, quia ſi ſemel hoc fieret, non rediret poſtea manipulus ille ad manus laicorum, ſed laicus offerre volens, ſumebat de ſpicis, quantum volebat, & torrebat eas igne, & frangebat coſtas, & farinam inde factam conſpergebat oleo, & cum ture offerebat Sacerdotibus. Et iſta eſt cæremonia
B ſola, de qua littera intelligitur; & eſt quartum genus primitiarum de illis, quę infra tangentur. Verum eſt autem, quòd manipulus ſpicarum, qui offerebatur in feſto Azymorum, ſecundum iſtas cæremonias diſponebatur, ſed nõ loquitur Deus hic de illo, ſed ſolum de primitijs quas offerebant ſponte laici, & quilibet per ſe eas offerebat, & huic ſententiæ concordat valdè littera, inquantum dicit: *Si obtuleris munus primitiarum*. id eſt, ſi obtuleris primitias, quæ ſunt munera; quaſi dicat, ſunt quædam primitiæ, quæ non ſunt munera, quia non dantur ſpontè, ſed ex neceſſitate, vel ex lege, ſicut tria genera, quæ infra ponentur, quæſt. 12. ſcilicet, manipulus ſpicarum in feſto Azymorum, & panes in Pentecoſte, & aliæ primitiæ in grano, in feſto Tabernaculorum. Iſtæ ergo vocantur primitiæ, ſimpliciter, & non munera: vocantur autem quædam pri-
C mitiæ ex induſtria. *Si obtuleris munus primitiarum*. id eſt, primitias, quæ ſunt munus. quaſi dicat, aliæ primitiæ non ſunt munus, & ideo non offerabantur, ſed reddebantur, vel ſoluebantur, dabantur quippe Sacerdotibus. Iſtæ autem primitiæ, de quibus hic, nõ dabantur à laicis, etiamſi vellent, quouſque ferretur manipulus in feſto Azymorum. Et ratio eſt: primo, quia Leuit. 18. cap. dicitur, quòd cum acciperetur quicquam ex ſegete, nec inde pultes, aut polenta ſumerentur, aut mãducaretur aliquid, quouſque manipulus iſte offerretur, & nec mitteret quis falcem in ſegetem, & tamẽ hic mittebatur falx, & aliquid faciebat, ideo nõ erat hoc licitum quouſque offerretur manipulus. Secundo, quia manipulus ille à toto populo offerebatur, & nomine totius Iſrael: Iſtæ autem primitiæ, de quibus dictum eſt, offerebantur à priuatis perſonis, ideo non lice-
D bat eis offerre hæc, quouſque pro toto populo oblatus eſſet manipulus, & hoc verum eſſet, etiamſi manipuli multi eſſent, qui offerrentur, ſcilicet, quilibet vnum, de quo dicetur infra, 23. cap.

Ter in anno offerebantur primitiæ per tria feſta. Quæſt. VIII.

VNDE ſciendum eſt, quòd ter in anno primitiæ offerebantur, ſcilicet, in feſto Azymorum, & in feſto Pentecoſtes, & in feſto Tabernaculorum. In feſto Azymorum offerebatur in manipulus frugum combuſtis ſpicis, & redactis in farinam per Sacerdotes, ſicut hic dictũ eſt. In feſto Pentecoſtes offerebantur aliæ primitiæ, quæ erant de panibus, ſcilicet, quòd fierent de noua farina duo
E panes triticei, & quilibet contineret vnam decimam ſimilæ fermentatę, quę coquebatur, & offerebantur duo. De his tamen nihil ponebatur ſuper altare, quia fermentati erant, vt patet infra 23. cap. & de his non agitur hic. Tertium genus primitiarum erat in feſto Tabernaculorum, & tunc offerebantur partes frugum, ſiue triticeę, ſiue hordeaceæ, & de oleo, & vino, & generaliter de omnibus terrę naſcentibus: hę autem primitię ad ſolos Sacerdotes pertinebant, nihilq; ſuper altare offerebatur, de his dicitur Exodi 23. Primitias frugum terrę tuę deferes in domum Domini Dei tui. De his etiam Exodi 34. Hoc autem ſolum genus primitiarum in Eccleſia manet, quod collectis frugibus, & ceteris in terra naſcentibus dantur partes quędam miniſtris Eccleſię, preter ius decimarum: de modo autem ſolutionis iſtarum primitiarũ apud Hebręos, & in Eccleſia dictũ fuit Exod. 23. & 34.

Etiam erat alterum quartum genus, de quo dictum eſt. Cum autem hic dicitur: Sic offeres primitias tuas, ſolum refertur ad primitias primi generis, quæ offerebantur in feſto Azymorum, & maximè ad primitias quarti generis. Quod patet: quia primitiæ, quę offerebantur in feſto Pẽtecoſtes, non conterebantur in modum farris, vt fieret ſimila, & perfunderetur oleo, ſicut hic dicitur, ſed fiebant duo panes, vt habetur infra, 23. cap. Non poteſt etiam intelligi de primitijs, quæ offerebantur in feſto Tabernaculorum, collectis omnibus frugibus, quoniam illæ erant de omnibus terræ naſcentibus, iſtæ autem de quibus hic, erãt ſolum de ſpicis. Item, quia primitiæ, quæ dabantur in feſto Tabernaculorum, totaliter iuri Sacerdotum cedebant, illæ autem, de quibus hic, partim Deo, & partim Sacerdotibus cedebant. *Fundens ſuper ea oleum.* id eſt, quando illa grana ſpicarum combuſtarum, eſſent contrita in mo- G dum farris, deberet fundi oleum ſuper illa, ſicut conſuetũ erat fundi ſuper ſimilam, quæ offerretur. De cauſa autem oblationis olei ſupra dictum eſt. *Et tus imponens.* id eſt, ꝙ ſuper illam farinam, factam de ſpicis, poni debebat tus, ſicut in ſacrificio ſimilæ. Hoc autem ad bonum odorẽ ponebatur. *Quia oblatio Domini eſt.* Hic ſubditur cauſa duorum ſuperiorum, ſ. quare ponebatur oleum in illa farina, & quare tus. Dicit autẽ hoc eſſe, quia erat oblatio Domini, & non oblatio Dei, requirebat ſpecialiter iſta duo, ſ. tus ad bonum odorem, & oleum ad cõdiendum ſaporem. Et quamuis hic dicatur ſolum de oleo, & ture, quod poni deberent in hoc ſacrificio farinæ, tamen etiam intelligendũ eſt de ſale, licet non exprimatur, quoniam in omni ſacrificio ſal offerendum erat, ſicut ſupra præceptum eſt, & ponitur hic cauſalitas, quia oblatio eſt, id eſt, ꝙ ſi non fuiſſet H iſta oblatio facta Deo, non imponeretur in ea oleũ, & tus, vt patet de boue combuſto extra caſtra, & de Vitula Rufa, quoniam in iſtis non ponebatur oleum, vel tus, cum nõ eſſent ſacrificia Domini. *De qua adolebit Sacerdos in memoriam muneris partem farris.* id eſt, quod de illa farina conſperſa oleo, quæ offerebatur Sacerdotibus, deberet ponere Sacerdos vnam partem ſuper altare, vt cremaretur. Vocatur autem Sacerdos hic quilibet, qui offerret corã Domino illam ſimilam aſſumptam, ponendo partem ſuper altare. *In memoriam muneris.* id eſt, ꝙ iſta particula farinæ, quæ ponebatur ſuper altare in memoriam, quod eſſet illa oblatio facta Deo: nam maior pars huius oblationis dabatur Sacerdotibus: ſi autem de illa nihil daretur Deo, neceſſarium erat, vt videretur illam oblationem non pertinere ad Deum. Cum ergo dabatur minima pars, illud I erat in memoriam muneris, i. illud erat in ſignum, vel memoriam, quod iſta farina, quæ offerebatur, in reuerentiam Dei, & munus eius dabatur. *Partem farris fracti, & olei.* Hoc erat quod Sacerdos offerre debebat ſuper altare, ſcilicet, partem farris fracti, id eſt, farinam. Et vocatur far fractum, & non farina, quia non bene erat fractum, ita vt eſſet farina. Huius cauſa erat, quia grana erant tenera, & humida, cum eſſent de ſpicis virentibus, & non poterant bene frangi, ſed in paſtam quandam, & partes groſſas redigi: vnde magis far fractum, quam farina videbatur. *Ac totum tus.* id eſt, ꝙ quando offerebatur iſta farina de granis ſpicarum, cũ ea ſimul tus offerebatur, & licet pars farinæ ſolum Deo traderetur, & pars Sacerdotibus, de ture tamen non erat eadem diuiſio, ſed ſolum Deo dabatur: cauſa autem huius expreſſa eſt.

Ol. & tus, quare ponebantur in farina.

Far fractũ quid vocetur.

De quibus rebus fieri poterat aliqua oblatio Deo, & quæ erant illa, quæ offerebantur Domino, & quæ offerebantur miniſtris, & an eſſet æquale meritum vtrobique. Quæſt. IX.

NVNC autem conſiderandum eſt, quæ erant illa, de quibus aliqua oblatio Deo fieri poſſet, & conſiderandum eſt, quod omnia, quę incendebantur ſuper altare, & quæ cedebant in partem Sacerdotum, vel ea, quæ totaliter Sacerdotibus debebantur, nullo de eis combuſto, ſuper altare Deo offerebantur, quoniam quęcumque aliquis offerret, propter Deũ offerebat. Si autẽ poſtea ipſe Deus, illa miniſtris ſuis dabat, vel pro ſe accipiebat, nihil attinebat ad ipſum offerẽtem. Vnde nihil minus merebatur ille, qui offerebat aliqua, quæ ſolis Sacerdotibus offerenda F erant, ſicut mel, & panem fermentatum, & fructus arborum, quam ille, qui offerebat ea, quæ ſoli Deo debebantur ſicut erat holocauſtum, ꝙ totaliter cremabatur in altari, vel quam ille, qui offerebat ea, quæ partim Domino debebatur, & partim Sacerdotibus, ſicut qui offerret hoſtias pacificas, vel qui offerret panes, aut ſimilam. Hoc autẽ verum eſt, quãtum ad id, quod tenet ſe ex genere actus: nam quantum ad deuotionem offerentium aliter dicẽdum. Et ratio huius eſt: quia illa faciunt ad magis, vel minus mereri, quæ in libertate noſtra ſunt. Quod autem oblationes, quas Deo prompta mẽte obtulimus, ipſe poſtea pro ſe ſuſcipiat, aut miniſtris ſuis poſtea largiatur, præter libertatem noſtram eſt, nec eſt rationabile nos in hoc magis, vel minus mereri, vt puta, ſi aliquis offerret liberaliter alicui domino munus quoddam magnæ excellentiæ, ꝙ in cibo G conſiſteret, & dominus per ſe illo cibo veſceretur; aut traderet miniſtris ſuis ad comedendum, nihil magis offerens munus ſic, quam ſic merebatur, quoniam donum illud meritorium erat ex duobus, ſ. ex liberalitate dantis, & ex magnitudine, ac excellentia ſua: quæ autem poſteriora ſunt, ſ. ꝙ recipiens munus, per ſe ad cibos accipiat, vel ꝙ illud miniſtris ſuis tribuat, nihil faciunt. Patet ergo, quod dicebatur, ſ. ꝙ quidquid offerretur Sacerdotibus, ſiue cremaretur coram Deo, ſiue cederet iuri Sacerdotum; Deo oblatũ eſſe dicebatur. Eſt autem nunc conſiderandum circa ea, quæ offeruntur, quoniam quædam oblatio fit, quæ ad ſolos Sacerdotes pertinet; alia autem eſt, quæ ad Deum, vel totaliter pertinet, vel ſecundum partem. De prima oblatione, quæ ſolis Sacerdotibus cedebat, dicendum eſt, quod nihil erat ꝙ eis offerri non poſſit, ſiue eſſet animal, ſiue eſſet ali- H quid de terræ naſcentibus, ſiue aliquid alterum de rebus poſſeſſis, & ſi eis offerrentur animalia, non erat diſtinguendum in eis, an eſſent munda, vel immũda, ſicut diſtinguebatur in animalibus, quæ offerebantur Deo, quia munditia, vel immunditia ſolum erat per relationem ad ceremonias, quæ fiebant ad Deum; & iſto modo licebat etiã offerri Sacerdotibus panes fermẽtatos, vt patet Numeri 15. De his tamen nõ poterat aliquid poni, aut cremari coram Deo, vt patet hic, cum dicitur: Primitias tantum corã offeretis, ſuper altare verò non imponentur in odorem ſuauitatis. Licebat etiã hoc modo offerre mel, Sacerdotibus, de quo tamẽ Deus vetuerat aliquid poni in ſacrificiis ſuis, vt patet in hoc cap. Et in hunc modum licebat offerri eiſdem omnia, quæ ſunt terræ naſcentia, & omnia alia, quæ poſſideri poſſunt, & in his omnibus merebantur offeren- I tes, quoniam cum aliquid Sacerdotibus offerrẽt, hoc propter Deum faciebant: & tunc accipiendo ſic offerre, non eſt dãda aliqua diſtinctio inter oblationes; quoniam omnia poterant offerri, quæcumque ad vſum humanum aliquo modo proficiunt. Alio modo accipitur, offerre, pro oblatione, quæ fit, & aliquo modo, vel totaliter pertinet ad Deum, ita ꝙ vel totum ſacrificium, vel pars eius incenditur in altari. Et circa iſtam dicendũ eſt, ꝙ ſacrificia Dei erant tanquam cibi humani, quia ſicut in cibis humanis quędã ſunt, quę ſunt principaliter ipſi cibi, aut materia ciborum: alia ſunt, quę ad ipſos cibos acceſſoria ſunt, ſicut cõdimenta ciborum, & iſta nõ ſunt ſacrificia, ſed ſacrificiorum acceſſoria. Et ſciendum eſt, ꝙ iſta ſacrificia cõſiſtunt in duobus, ſ. aut in carnibus, aut in terræ naſcentibus. Si autẽ accipiantur ſacrificia pro carnibus, dicendum eſt & iſta du- K plicia eſſe, ſecundum ꝙ duplices carnes ad ſacrificia conueniebant, ſcilicet, carnes volatilium, & carnes pecorum. Si autem dicamus de carnibus pecorum, dicendum eſt, ꝙ de tribus ſpeciebus pecorum licebat Domino immolari, ſ. de bobus, de arietibus, & capris, ſicut patet ſupra 1. cap. De iſtis omnibus ibi cauſa data eſt, & etiam ibi dictũ eſt, quare non liceret de alijs pecoribus immolari. Si autem accipiantur carnes volatilium, dicendum eſt de duobus ſpeciebus ſolum offerri Domino ſolere, ſcilicet, de columbis, & turturibus, in ſpecie autem turturum offerebantur ipſæ magnę turtures, in ſpecie autem columbarum offerebantur pulli columbarum, & non ipſæ columbæ, vt patet ſupra cap. 1. ibi enim dictũ eſt, quare de iſtis duabus ſpeciebus duntaxat inter volatilia fieret oblatio Dño, & quare de pullis columbarum, & non de columbis maioribus. Apparet igitur, quod in oblatione carnium, ſolum erãt licitæ

Duplex oblatio, quædam ad Dñ. alia ad ſolos Sacerdotes pertinet.

Sacrificia 2 duobus conſiſtunt.

quinque

Quinque ex.... ſpecies animalium. quinque ſpecies,ſ.tres in greſſibilibus, vt puta, bos, aries, & capra,& duę in volatilibus;ſcilicet,columba,& turtur. Si autem ea, quæ Domino offerri poſſent, ſint de terræ naſcentibus,aut illa ſunt principaliter ſacrificia, ad condimenta ſacrificiorum. Si autem ſunt ſacrificia, aut per modum cibi, aut per modum potus, ſi per modum cibi, *Oblatio quadruplex de terra naſcentibus.* ſic sūt ſacrificia de pane,& farina, & iſta dupliciter,quia aut offerebantur in pane confecto, aut in farina nō conſperſa. Si autem offerrentur in pane,ſic ſunt triplicia genera,ſ.panes de clibano,conſperſi oleo cum laganis oleo litis. Secūdum genus eſt de panibus,qui in ſartagine friguntur. Tertium genus eſt de panibus, qui coquuntur in craticula. Si autem fit oblatio in farina non cōſperſa, aut commixta aqua conſperſa rñ oleo,erant duo genera, qm̄ aliqñ fiebat oblatio de farina veteri, quæ vocatur ſimila ſuperfuſo oleo:aliqñ autem oblatio fiebat de farina comminuta ex ſpicis virentibus combuſtis, & fractis. De his omnibus ſex modis,aut quinque,ſi ſtrictius loquamur, ſ. de tribus modis panum,& duobus modis farinæ offerendæ,habetur in hoc cap.Si autem ſacrificium de terræ naſcentibus fit per modum potus,ſic erat oblatio vini, quæ fiebat cum omnibus ſacrificiis carnium, vt habetur Numeri 15.vbi determinatur, quantum in quolibet ſacrificio de vino apponi deberet. Si aūt ea, quæ Dño offerūtur,non ſunt principaliter ſacrificia, ſed ſacrificiorū condimenta, diſtinguendum eſt, aut iſta condimenta erant generalia ad omnia ſacrificia, aut ad quædam ſolum. Si aūt ad omnia ſic erat oblatio ſalis, quod ponebatur cum omni ſacrificio,ſiue carnium,ſiue panum,qm̄ ſal tam panibus,q̄ carnibus condimenta ſaporis præbet. Si autem condimentū ſit ſpeciale ad quædam ſacrificia:dicendum eſt hoc eſſe oleum, quod ſolum eſt condimentū panis, & non carnium,ideo in omnibus ſacrificiis tam panis quàm farinæ,oleum adhibetur:in carnibus aūt nō. De his duobus patet in hoc cap.qm̄ iubetur in omni ſacrificio debere apponi ſal, & cum particulariter agatur de oblationibus panis,in qualibet dicetur ponendum eſſe oleum.Et ſi obiicias,ēt oleum debere poni in ſacrificiis carnium,quia Numeri 15.dr̄,in holocauſtis,& victimis pacificis,& votis debere poni oleum per ſingulos boues, & agnos, aut hircos:iſta aūr carniū ſacrificia ſunt: rñdendum eſt in ſacrificiis carnium ſm ſe, nunquam debere poni oleum: ſi aūt aliqñ ponatur, hoc eſt qn ſacrificium carniū comitatur ſacrificium farinæ, in quo oleum ſemper ponendum eſt,hoc patet Numeri 15.vbi cum ſacrificiis carnium poni iubetur ſimila, cum ſimila autem quædam pars olei. *Quare in ſacrificijs ponatur tus.* Aliud autem eſt quod ad ſacrificia pertinet,tanquam acceſſorium,nec tñ vt condimentum,ſed quoddam odoris ſuſcitatiuum:nam in perfecto conuiuio non ſolum oportet eſſe ſaporem. ſed etiam odoris irritamenta debēt poni,& qm̄ turis odor ſuauis eſt,iuſſit Deus in ſacrificiis ſibi poni. Eſt autem, & alia cauſa, qm̄ tus ſignificat quādam aſcenſionem mentis in Deū, vt ſicut ipſum tus fumum in cæleſtia exhalat, ita & orationem noſtrā in cæleſtia peruenire optemus,dicente Dauid Pſal.139. Dirigatur Domine oratio mea,ſicut incenſum in conſpectu tuo. Cum igitur ſacrificia ex mentis deuotione fuerint,congruit eis tus continere, & ob hoc cum aliquod ſacrificium, non ex deuotione,ſed ex mentis turbatione fiebat, non offerebatur tus,ſicut in oblatione inueſtigandæ zelotypiæ, quam vir faciebat,ſiniſtrum quid ſuſpicās de vxore, de hoc habetur Numeri 5.cap. Item, offerebatur tus in ſacrificiis Dei, quia maximè atteſtabatur perfectionem Deitatis, cum ſolis eis, quos Deos putauit; antiqua hoc obtuliſſet Gentilitas. Patet igitur ex prædictis quid Deo offerre liceret,aſſumendo oblationem,ſiue largè,ſiue ſtrictè ad ſolū Deū,& in toto,vel in parte ei quidqnam offerebat,&c.

CAP. III.

Hoſtia pacificorum. Infra eo. Exod.29. *QVOD ſi hoſtia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre,marem,ſiue feminā, immaculata offeret coram Domino. Ponetq; manum ſuper caput victimæ ſuæ,quæ immolabitur in introitu Tabernaculi teſtimonij, fundentque filij Aaron Sacerdotis*

A *ſanguinem per altaris circuitum. Et offerent de hoſtia pacificorum in oblationem Domino, adipem qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis eſt intrinſecus: duos renes cum adipe,quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis. Adolebuntq; ea ſuper altare in holocauſtum, lignis igne ſuppoſito,in oblationem ſuauiſſimi odoris Domino.Si verò de ouibus fuerit eius oblatio,& pacificorū hoſtia,ſiue maſculum obtulerit,ſiue feminam,immaculata erunt. Si agnum obtulerit coram Domino, ponet manum ſuam ſuper caput victimæ ſuæ, quæ immolabitur in veſtibulo Tabernaculi teſtimonij: fundentq; filij Aaron ſanguinem eius per circuitum altaris.Et offerent de pacificorū hoſtia ſacrificiū Domino,adipē, et caudā totam cum renibus,& pinguedinem,quæ operit ventrem, atq; vniuerſa vitalia, & vtrumq. renunculum cum adipe,qui eſt iuxta ilia,reticulumq; iecoris cum renunculis. Et adolebit ea* B *Sacerdos ſuper altare in pabulū ignis,& oblationis Domini.* *6. diſt.c. non eſt. Supra eo. Infra eo.*

Connexio capituli. QVOD *ſi.* Inceperat legiſlator à principio huius libri agere de ſacrificiorū diuiſione, quæ præcipuè eſt de ſacrificiis,quæ in carnibus conſiſtunt, dixetatq; de ſacrificio holocauſtorū in 1.cap.& cū immediatè ſubiungere debuiſſet de ſacrificiis carniū reſiduis,ſ. pacifica hoſtia,& pro peccato,interpoſuit de cæremoniis oblationū in pane,& farina,c.præcedenti,nūc verò redit ad proſequendū de ſacrificiis carniū, de quibus inceperat tractans in hoc cap.de hoſtia pacifica:Et diuiditur in duas partes: Primò agit de pacifica hoſtia; Secundo,de peccati victima,c.ſeq.Prima in tres ſm ꝙ cōtingit de tribus ſpeciebus animaliū fieri hoſtias.Primò,de bobus;Secūdò,de ouibus; Tertiò de capris. Secūda ibi: *Si vero de* *Diuiſio.* C *ouibus*.Tertia ibi:*Si capra fuerit*.Prima aūt iterum in duo diuiditur; quoniam Primo agit de immolatione animalium;Secundò,de ritu adipum;Secunda ibi:*Omnis adeps.*

Quare victima pacifica non poterat fieri de auibus,ſicut holocauſtum,ſed tantum de tribus generibus animalium greſſibilium, ſcilicet boue, oue, & capra.

Quæſtio I.

CIRCA Primūm conſiderandum eſt, ꝙ ſicut holocauſtum eſt ſacrificium de carnibus, ita & victima pacifica, non poterat tamen fieri victima de tot generibus aīalium,ſicut fiebat holocauſtū,qm̄ holocauſtum fiebat de quinque ſpeciebus animalium,ſcilicet tribus greſſibilibus,& duabus volatilibus,vt patet ſupra 1.cap. Victima autem pacifica ex ſolis tribus greſſibilibus conſtat, D ſcilicet boue,oue,& capra,vt patet in hoc cap.vbi dicitur, quòd ſi aliquis voluerit facere hoſtias pacificas,debet eas facere,aut de bobus,aut de ouibus,aut capris, & ſic nullum aliud oblationis pacificæ relinquitur genus. Dicit aūt Nicolaus cauſam huius eſſe:qm̄ in ſacrificio pacificarum,oportebat quaſdam partes Deo offerri,quaſdam vero Sacerdotibus tribui,alias verò offerentium iuribus cedere, vt patet infra,7. cap. Sed volatilia non diuidebantur, ergo non debebat fieri victima pacifica de volatilibus; hoc aūt probatur Geneſ.15.cap. vbi Deus Abrahæ iuſſit aues non diuidere,ſed vaccam,arietem, & capram. Poſſet aūt adhuc hoc probari ſupra 1.cap.vbi cum cetera animalia diuidi Deus iuſſiſſet,mandauit volatilia non ſecari,nec ferro diuidi. Sed iſta ratio non poteſt ſtare: qm̄ E probationes Nicolai militāt de ſacrificio holocauſtorum, qm̄ verum eſt,ꝙ in holocauſtis volatilia diuidi non debebant,vt patet ſupra 1.c.Et hoc idē fuit in ſacrificio Abrahæ,qm̄ illud ad holocauſtū pertinebat. Nec valet aliquo modo iſte modus arguendi,ſ.Deus mandauit Abrahæ in ſacrificio,quod ei fecit,nō diuidere volatilia, ergo quandocunq; fuerint oblata volatilia, nunquam diuidi debent, quoniam ſic ſequeretur, Deus iuſſit in ſacrificio holocauſtorum omnes carnes bouis, ouis, & capræ cremari ſuper altare, ergo quandocunq; offerantur bos, ouis,& capra,debent totaliter in altari cremari,quoniam hoc falſum eſt: nam in aliis ſacrificiis offeruntur iſta,ſed non totaliter cremantur in altari. De ſacrificio autem Abrahæ ſimiliter dicendum erat, quòd ipſum eſſet in modum holocauſti,& quòd aues non diuiderentur in eo, ſicut non diuiduntur in aliis holocauſtis; non tamen *Nicol.opinio. Improbatur.*

ex hoc ſequeretur,quod in aliis holocauſtis, ſeu ſacrificiis ſi offerrentur volatilia non deberent diuidi, quoniam eodem modo argueretur in aliis ſacrificiis deberi obſeruari omnes cæremonias holocauſtorum. Sed fortaſſis aliquis reſpondebit,ꝙ prædictæ redargutiones non ſtant:quia ſacrificium ꝙ fecit Abraham nõ fuit holocauſtum,ſed ſimpliciter mandatum eſt, ꝙ aues in ſacrificiis nõ diuiderentur. Ad hoc autem dicendum eſt,ſtare nõ poſſe: quoniam præſuppoſito,ꝙ ex cęremonijs ſacrificij Abrahę arguatur obſeruatio in alijs ſacrificijs, inquiremus an ſacrificium quod fecit Abraham, pertinebat ad aliquod genus trium ſacrificiorum,quæ in hoc Leuitico iuſſa ſunt, & tunc cum ex illo arguatur ad alia,neceſſarium eſt, vt ſi ſacrificium Abrahæ fuit holocauſtum, idẽ ritus obſeruetur in omnibus holocauſtis,qui obſeruatus fuit in oblatione Abrahæ. Sed cum Abrahã obtulit illa animalia, diuiſit ea per medium,partes altrinſecus ponęns, vt habetur Geneſ.15. ergo in holocauſtis debent diuidi animalia in duas medietates,& partes altrinſecus poni. Sed id falſum eſt: quoniã in holocauſtis diuiduntur carnes animalium in multas partes, & ponuntur ſuper altare. Si autem fuiſſet oblatio Abrahæ victima pacifica, & ex illa liceret argui ad alias, eodem modo oportebat in hoſtijs pacificis diuidi animalia in duas medietates. Sed & id falſum eſt: quoniam ad minus tres partes fieri oportebat, ſ. quandam partem tribuẽdo Deo,vt apparet hic, aliam verò Sacerdotibus,tertiam demum offerentibus,vt apparet infra 7.cap.& quælibet harum in plures particulas ſecabatur. Si fortè ſacrificium Abrahæ fuiſſet pro peccato, & ex illo argueretur, erat neceſſarium in omnibus ſacrificijs pro peccato teneri modum diuiſionis,quæ fuit in ſacrificio Abrahæ. Sed hoc non ſtat: quoniam quædam ſacrificia pro peccato totaliter comburuntur,in alijs autem aliæ cæremoniæ obſeruãtur,vt patet infra 4. & 5. cap. Si autem diceremus ſacrificium Abrahę non fuiſſe in aliquo genere trium ſacrificiorum legalium,liceret ex illo argui,quod oporteret in omnibus ſacrificiis ſic fieri, ſicut in ſacrificio Abrahæ. Sed adhuc hoc magis falſum eſt: quia tunc neceſſarium erat omnes ritus ſacrificiorum holocauſti,& victimæ pacificę, & hoſtiæ pro peccato eaſdem fuiſſe, conformando ad ſacrificium Abrahæ, quod manifeſtè eſt falſum, vt apparet ex diſcurſu huius Leuitici. Dicendum igitur neceſſariò,ꝙ non licet arguere in aliquo ſacrificio ex cæremonijs, quæ obſeruatę ſunt in ſacrificio Abrahę,non enim valet: Abrahã diuiſit omnia pecora in duas medietates, ergo in omnibus ſacrificijs, vel aliquo omniũ hic modus ſeruari debet, Nec valet: Abraham nõ diuiſit volatilia in ſacrificio ſuo, ergo nec in alijs diuidi debent: quoniam, vt probatum eſt,in nullo ſacrificio obſeruantur ritus,quos Abrahã in ſuo ſacrificio obſeruauit. Errant igitur, & non mediocriter,qui ex ſacrificio Abrahę ad aliqua alia ſacrificia arguendum putant. Dicendum autem, quod licet ſacrificiũ Abrahæ aliqualiter dici poſſet holocauſtum,quia Abrahã totum illud Deo obtulit,non obſeruans pro ſe aliquã partem,ſicut fit in victimis pacificis, nec etiã pro aliquo peccato fiebat hoc ſacrificium: videbatur igitur pertinere ad modum holocauſtorum, non tamen eſt propriè holocauſtum, quia non obſeruantur in eo cæremoniæ holocauſtorum, nec pertinet ad aliquod aliorum duorum generũ ſacrificij: ſed eſt quidam modus ſacrificij differens ab omnibus tribus ſpeciebus ſacrificij legalis. Nec enim aliquod ſacrificium poſtea ſimile in cæremonijs huic factum eſt, nec pro ſimili cauſa, quoniam iſtud factum fuit ad ineundum,& confirmandum fœdus inter Deum,& Abraham, vt patet Geneſ.15. Poſtea verò fuerunt facta ſacrificia ad confirmationem legis datæ,vt patet Exod.24. Non tamen fuerunt conformes ritus, nec totaliter cauſa eadem;quoniam cum Deus iniuit fœdus cum Abraham, fuit hoc de dando poſteritati ſeminis eius terram decem gẽtium,quæ ſunt inter flumen Euphratem, & flumẽ Aegypti,vt patet Geneſ.15. Cum verò iniuit fœdus in monte Sinai cum Iudæis, id factum fuit ad confirmandam legem datam: nõ ergo conuenienter argui poteſt ex ſacrificio Abrahæ, ad aliquod alterum ad ſimilitudinem cæremoniarum, cum nullum poſtea fuerit ſacrificium pro ſimili cauſa, aut eiſdem cæremonijs celebratum; ſi igitur ex vno ſacrificio ad

Falſitas argumẽti Nicolai.

Doct. opi. Sacrificiũ Abrahæ an fuerit holocauſtum.

Deus iniuit fœdus in monte Sinai cũ Iudæis.

F alterum argui liceret,conuenientius argueretur de quolibet ſacrificio ad alterum,quam de ſacrificio Abrahę. Redeundo ergo ad propoſitum, dicendum videtur, ꝙ Deus voluit aues offerri in hoſtias pacificas pro cauſa, quæ ſuperius tangebatur,ſ.quia in victima pacifica quędam pars dabatur Deo,& quædam Sacerdotibus, & quædam offerentibus,vt haberent quid mãducarent, & in quo gauderent epulando,vt patet Deuteron. 12.cap. Et tamen aues, quæ offerebantur,erant paruæ,ſ.turtures, & pulli columbarum, in quibus non poterant tales diuiſiones fieri, & ſi fierent,nihil prodeſſent partes diuiſę propter paruitatem: ſecus in bobus,capris,& ouibus, quia ſunt maiora animalia,ideo non debuerunt aues in victima pacifica offerri,offeruntur autem in holocauſtum,ſupra 1.cap.vbi non diuiduntur,ſed totaliter cremantur Deo ſuper altare;& etiam

G offeruntur pro peccato,& hæc pro pauperibus,qui aliã victimam offerre non poſſunt,infra 5.& 12.cap. Et ibi quoque non diuiduntur: quia hoſtia pro peccato ad Sacerdotem pertinet,& ipſe eam comedere debet,vt patet infra 6. cap. *Quòd ſi hoſtia pacificorum*. Iſtud dependet ex ſuperioribus,& eſt membrum diuiſionis,ſic,cum aliquis facit aliquam magnam diuiſionem,plures ponens particulas ſubdiuiſionum. Incępit autem iſta diuiſio ſupra in principio 1.cap. cum dixit; Homo qui obtulerit hoſtiam de pecoribus,ſi holocauſtum fuerit,&c. id eſt,ſi aliquis vult offerre de pecoribus,aut illud ſacrificium erat holocauſtũ, aut victima pacifica,aut pro peccato; ſi autem fuerit pro peccato, proſecutus fuit legiſlator ſupra iſtud membrũ per aliquas diuiſiones in 1. cap. Nunc redit ad ſecundum membrum,dicens: *Quòd ſi hoſtia pacificorum fuerit*: id eſt, ꝙ ſi

H illud ſacrificium,ꝙ offertur,fuerit pacificum,& iſtam particulam proſequitur in hoc cap. per tres diuiſiones. Vocatur autem hoſtia pacificorum,i. hoſtia pacifica, ſiue quæ ꝓ pace offertur. Eſt autem pax quædam trãquillitas,quę dicit completionem deſiderij; cum igitur aliquis ſortietur aliquid,ꝙ optauerat, in pace erat,i. in completo deſiderio, & ei ſacrificia pacifica conueniebant. Fiebat autem hoc ſacrificium dupliciter,i.aliquando pro pace obtenta, & aliquando pro pace obtinenda; dicebatur autem pro pace obtenta,quandocumq. aliquis ſacrificabat pro bono,quod olim deſiderabat, nunc aũt cum adeptus eſt, quia cũ omnium bonorum elargitio à Diuina prouidentia deſcẽdat, neceſſarium eſt aliquo modo Deum nobis pacificatũ eſſe cum bona,quæ petiuimus prouenerint: Deus namque inuitus aliquid dare neſcit. Aliquando autem ſacrificia ſta

I pro pace obtinenda fiunt, vt cum quis aliquid impetrare cupit,ꝙ ſe niſi per Deum obtinere non poſſe cognoſcat, ꝓ pace ſacrificia offert,ſ.vt ei Deus placetur, & ꝙ petit concedat. Primus autem modus pacificorum ſacrificiorũ gratiarum actio dicitur; Secundus verò petitio. Hi tamen licet ex cauſis differant in cæremoniis, tamen nihil diſtant, idem enim in omnibus ſacrificijs pacificis hic generaliter fieri iubetur. *Quòd ſi hoſtia pacificorum fuerit eius oblatio*. i. ſi ille homo,qui ſponte offert,voluerit offerre hoſtiam pacificam. *Et de bobus voluerit offerre*. Ponit hic legiſlator vnã ſpeciem pacifici ſacrificij, ſ. quando offertur de bobus, & dicitur ſi voluerit offerre de bobus,qm̃ in electione offerẽtis erat,an bouem, an ouem,aut capram offerre mallet: cũ hic tres ſpecies pacifici ſacrificij ponantur, & nõ erat magis obligatus ad vnam,quam ad alteram,ſicut in ſacrificiis

K pro peccato, qm̃ ibi ſecundum diuerſitatem perſonarum peccantium,& peccatorum, erant obligati ad diuerſa ſacrificia,ita vt non poſſent alia præter illa offerri. Sciẽdum autem eſt,ꝙ in hoc ſacrificio pacifico, de quacumq. ſpecie animalis,ſemper erat diuiſio in tres partes, qm̃ quędã pars Deo incendebatur, alia verò Sacerdotibus cedebat, tertia autem ad offerentium iura pertinebat, de quibus aliqualiter patet hic, infra 7.cap. *Marem,ſiue feminam*. Cum aliquis offerebat de bobus, poterat aut vaccam, aut taurũ offerre,in quo differt ſacrificium pacificum ab holocauſto, quoniam in holocauſto, ſolũ maſculus offerebatur, vt patet ſupra 1.cap.Cum dicitur,immolabit vitulũ,maſculum immaculatum offeret, & infra 22. dicitur. Quiſquis illud obtulerit in holocauſtum Domini, vt offeratur per vos, maſculus immaculatus erit.

Quare Deus voluit aues in hoſtias pacificas offerri.

Ritus faciendi ſacrificium pacificũ de bobus.

Pax quid ſit.

Sacrificiũ pacifici erat duplex.

Gratiarũ actio, & Petitio, quid.

De ſacrificio pacifico fiebant tres partes.

Quare

Quare in ſacrificio holocauſti maſculum licebat offerre, in pacifica autem hoſtia femina etiam immolabatur. Quaſt. II.

QVÆRET autem aliquis, quare in ſacrificio holo-
cauſti maſculum licebat offerre, in pacifica au-
tem hoſtia, femina etiam poterat immolari?
Reſpondendum eſt, ꝙ Deus in ſacrificiis ſuis vult ea, quæ
perfectiora ſunt, & quia maſculinus ſexus perfectior eſt,
de maſculis ſibi Deus offerri iubebat. Differt tamen in
hoc: quia ſacrificiorum quædam ſunt, quæ ad Deum di-
rectè pertinent, alia vero non ita directè. In his aũt, quæ
directè Deo offeruntur, ſtrictior modus obſeruatur, quàm
in his, quæ non directè offeruntur, holocauſta autem di-
rectè offeruntur Deo, ſ. ad laudem eius, ideo in his ſtri-
ctior modus ſeruatur, quàm in aliis. Sacrificia autem pa-
cifica non ita directè Deo offeruntur, ideo non obſerua-
tur ita ſtrictus modus, ſicut in holocauſtis. Strictior au-
tem modus in ſacrificiis holocauſtorum, quàm in pacifi-
cis victimis patet in tribus: primò in eo ꝙ omnes carnes
holocauſtorum cremabãtur coram Domino, & nihil in-
de cedebat offerentibus, aut Sacerdotibus miniſtranti-
bus, vt patet ſup. 1. c. In ſacrificiis autem pacificis, maxi-
ma portio carnium oblatarũ cedebat iuri offerẽtiũ, vt pa-
tet infra 7. cap. Secũdus modus ſtrictior in holocauſto eſt,
qm̃ in holocauſto ſolum maſculus offerri debebat de pe-
coribus, vt patet ſupra 1. cap. In pacificis autem tam ma-
ſculum, quam feminam offerri licebat, vt apparet hic: eſ-
ſe autem adſtrictum ad ſolum maſculum offerendũ ſtri-
ctior obſeruantia eſt, quàm poſſe maſclum, vel feminam
offerre. Erat autem differentia tertia ſtrictioris modi in
ſacrificio holocauſti, qm̃ mũditia requirebatur maior in
ſacrificiis holocauſtorum, q̃ in ſacrificiis pacificis. Patet
ergo ex his, quia cũ in ſacrificiis pacificis non eſſet ſtricta
obſeruantia, cum non tenderent directè in Deũ, ſicut ho-
locauſta, non decuit eſſe obligationem ad offerendũ ma-
ſculum, ſicut in holocauſtis. *Immaculatam offeret.* In ſa-
crificiis requirebatur mundicia, & idem vocatur animal
immundum quod maculatum, erat tamen immunditia,
quantũ ad duo: qm̃ quædã animalia erant immunda ad
cibũ, & ſacrificiũ, alia autem erãt immunda ad ſacrificiũ,
& nõ ad cibũ. Eſt autem generale, ꝙ omnia animalia im-
munda ad cibum, erant immũda ad ſacrificium, ſed non
conuertitur regula: qm̃ aliqua erãt ad ſacrificiũ immun-
da, quibus licebat veſci. Vnde ſciendum, ꝙ de pecoribus
erãt Iudæis ad cibos mũdæ decem ſpecies, vt patet Deu-
teronomij 14. cum dicitur: Hoc eſt animal quod come-
dere debetis: bouem, ouem, capram, ceruũ, tragelaphum,
pygargum, orygem, camelopardũ, &c. Alia autem ani-
malia greſſibilia eis comedere non licebat, ad immolan-
dum tamen non erãt omnia iſta mũda, ſed ſolum tria, ſ.
bos, ouis, & capra: præter hæc autem de animalibus greſ-
ſibilibus, nullum Deo offerri licebat, quoniam immun-
da erãt ſecundũ ſpeciem ſuam; in his tñ tribus ſpeciebus
pecorum, adhuc immunditia eſſe poterat ex accidenti, ſ.
ob maculas, & tũc non licebat offerri. De his maculis ha-
betur infra 22. cap. cum dicitur: Omnis macula non erit
in eo, ſi cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi
papulas, aut ſcabiẽ, vel impetiginem non oeretis ea Do-
mino, nec adolebitis ex eis ſuper altare Domino, omne
animal, quod vel contritis, vel tunſis, vel ſectis, ablа-
tiſq. teſticulis eſt, non offeretis Domino. Omnia enim
hæc immunda erant, & præter has immunditias erant
aliæ immunditiæ, ſcilicet, ſi animal quod offerri debe-
bat, erat contaminatum tactu alicuius rei mortuæ, aut in
ſimilibus, quæ pollutionem inferre ſolent. In hac tamen
immunditia erat differentia, quantum ad duas maculas,
ſcilicet quantum ad imputationem auricularum anima-
lis, aut quãtum ad amputationem caudæ: nam amputa-
tio iſtorum membrorum non faciebat animalia eſſe illi-
cita ad offerendum, faciebat tamen ea immunda ad ſol-
uendum votum, vt habetur infra 22. cap. cũ dicitur: Bo-
uem, & ouem, aure & cauda amputatis voluntariè offer-
re potes, votum autem ex his ſolui non poteſt. *Offeret coram Domino.* Hoc refertur ad laicum offerentem. Acci-
piebat enim animal illud, & ferebat ad atrium Taber-
naculi coram altari, vt offerret Sacerdotibus, & ibi dice-

Regula generalis de immũditia animalium.

Decẽ ſpecies pecorũ erant mũda ad cibum, & tres tantum ad ſacrificium.

De differẽtia immunditiæ animalium.

A batur offerre coram Domino, quia offerebat coram altari,
ſiue coram Tabarnaculo, in quo erat Deus. *Ponetq; manum ſuper caput victimæ.* Refertur hoc ad offerentem,
qui ponebat manum ſuper animal, quod immolabat, Sa-
cerdotes autem non ponebant manus ſuper victimam.
Fiebat autem iſta impoſitio manuum ex duplici cauſa, ſ.
ad renunciandum proprietati, quam habebat offerens in
iſto animali, & ad imprecandum pœnas peccatorum ſu-
per illud animal, ſ. ꝙ Deus transferret pœnas, quas infli-
cturus erat offerenti, in caput animalis. De his dictũ fuit
ſupra 1. cap. quæſt. 21. *Quæ immolabitur in introitu Tabernaculi teſtimonij*, id eſt, illa victima pacifica immolaba-
tur, id eſt, iugulabatur in introitu Tabernaculi, id eſt, ad
oſtium Tabernaculi. Nec tamen intelligendum eſt, quòd
aliqua animalia iugularentur in ipſo introitu Taberna-
B li, quoniam iugulabantur apud altare holocauſtorum in
latere eius Aquilonari, vt patet ſupra 1. cap. cum dicitur:
Si de pecoribus fuerit oblatio, offeret ad latus altaris,
quod reſpicit Aquilonem coram Domino. Et quoniam
iſtud latus Aquilonare altaris, erat prope introitum Ta-
bernaculi, dicebatur immolari hoſtia in introitu Taber-
naculi. *Fundentq; filij Aaron Sacerdotis ſanguinem.* Cum
iugulabatur animal ad victimas pacificas, excipiebatur
ſanguis eius in aliqua vaſa, ſ. in crateras, vt poſſet offerri
coram altari, ſic patet Exodi 24. cap. Cum dicitur, quòd
Moyſes accepit ſanguinem holocauſtorum, & victima-
rum in crateras, & partem dimidiam fudit ſuper altare,
aliam verò medietatem fudit ſuper populum aſpergen-
do; in immolatione autem ſacrificiorum, & acceptione
ſanguinis non erat aliqua differentia; quoniam in omni-
C bus ſacrificiis accipiebatur ſanguis ad fundendum ſuper
altare, aut aliud aſpergendum intra Sancta Sanctorum,
ideo neceſſe erat in quolibet ſacrificio accipi ſanguinem
victimarum in crateris, vt inde ſumeretur ad vſum,
quem Deus iuſſiſſet. Iſtũ ſanguinem fundebant filij Aa-
ron, ſcilicet Sacerdotes, qui aſtabant ſubminiſtrantes Sa-
cerdoti, qui principaliter miniſtrabat, in quolibet enim
ſacrificio erat vnus Sacerdos, qui principaliter miniſtra-
bat, & dicebatur facere illud ſacrificium; alij autem Sa-
cerdotes illi aſtantes, ſubminiſtrabant in quibuſdam; vn-
de ille Sacerdos, qui principaliter miniſtrabat, vocabatur
Sacerdos, tanquàm ille ſolus Sacerdos eſſet, alij autem il-
li aſtantes, quanquam Sacerdotes eſſent, tamen Sacerdo-
tes non vocabantur, ſed dicebantur filij Aaron, quaſi mi-
nores Sacerdotes, vel quaſi in minoribus miniſtrantes; il-
D le autem Sacerdos, qui principaliter miniſtrabat, iugula-
bat animal: alij autem aſtantes, ſeu miniſtrantes illi acci-
piebant ſanguinem, qui in crateras defluxerat, & effun-
debant ſuper altare, quoniam illa adminiſtratio erat
minor, ſicut ſe habet Diaconorum ad presbyteros ce-
lebrantes.

Quare in omnibus ſacrificiis erat generale, vt ſanguis ſuper altare funderetur. Quaſt. III.

QVÆRET autem aliquis, quare in omnibus ſacrifi-
ciis hoc erat generale, vt ſanguis funderetur ſuper
altare, ſiue ſuper cornua, ſiue in circuitu, cũ aliæ
cæremoniæ carnium offerendarum, & cremandarum,
non eſſent eædem in omnibus ſacrificiis? Reſpondẽdum
E eſt, quòd licet ſacrificia diuerſas cauſas motiuas ſpecia-
liter haberent: vnum tñ eis cõmune erat, habebant enim
ſacrificia cauſas diuerſas, quia holocauſtum principaliter
erat ad laudem Dei, & hæc erat cauſa ſua ſpecialis: victi-
ma pacifica erat ad aliquid obtinẽdum, vel ad redditio-
nem gratiarum pro obtentis: ſacrificium autem pro pec-
cato, erat ſpecialiter ad tollendam aliquam pœnam pec-
cati, intelligendo eo modo, quo ſupra in primo cap. de-
claratum eſt. Erat tamen in omnibus ſacrificiis hoc com-
mune, ꝙ proficerent ad aliquã expiationẽ peccatorũ, ſiue
ex ſe, ſiue ex offerentis intẽtione, & qm̃ omnis expiatio in
ſanguine fit, ſicut patet infra 17. c. cum dr̃, ꝙ anima carnis
in ſanguine eſt, & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare
meũ expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ
piaculo eſt. Erat igitur valde hoc cõueniẽs, qm̃ peccatum
qdlibet faciebat nos dignos morte, debebat igitr̃ ad rectã

compenſationem tributi vita noſtra pro quolibet peccato ad expiandũ illud, & quia Deus ex benignitate immenſa recipiebat vitam pecoris pro vita hominis,ſ. vt moreretur vnum pecus loco hominis, oportebat vt illud poneretur ad expiãdum coram Deo,in quo erat vita pecoris,ſed vita omnium pecorum,& generaliter omnium animalium, q̃ Sacra Scriptura animã vocat, eſt in ſanguine: ergo oportebat offerri ſanguinem ad expiandum,ſuper altare. Hoc patet infra, 17. cap. Anima enim omnis carnis in ſanguine eſt; vnde dixit Deus filijs Iſrael: Sanguinem vniuerſæ carnis non comedetis, quia anima carnis in ſanguine eſt. De hoc etiam Deuteron.12.cap.dicitur: Hoc ſolum caue, ne ſanguinem comedas,ſanguis eorũ pro anima eſt. Ideo regula generalis erat in Veteri Teſtamento,ꝙ fere omnis expiatio,quæ fieri deberet, in ſanguine celebraretur. Sic ait Apoſtolus ad Hebræos 9. cap. Omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur,& ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorum.Quoniam igitur generale eſt,ꝙ in omnibus ſacrificijs fiat expiatio quędam pro peccato, neceſſe eſt in omnibus ſacrificijs ſanguinem offerri, licet in oblatione carnium non concordent. Modus autẽ oblationis ſanguinis non eſt idem in omnibus ſacrificijs, quoniam in holocauſtis,& victimis pacificis, ſola ſimplex effuſio ſanguinis fiebat ſuper parietes altaris in circuitu; in ſacrificio autem pro peccato, interdum fiebat aſperſio ſanguinis intra Sancta Sanctorum,& delinitio ſuper cornua altaris thymiamatum,in altari quoque holocauſtorũ aliæ cæremoniæ ſeruabantur. Cauſa huius eſt: quoniam licet in omnibus ſacrificijs generale eſſet fieri expiationẽ quandam pro peccato,quia tamen ſacrificium pro peccato directius erat ad peccati expiationem, quã cetera,oportebat aliquas cæremonias in ſanguinis effuſione,& aſperſione in eo ſpecialiter obſeruari. Si autem quæras,quare iſta expiatio in ſanguine fiebat ſuper altare? dicendũ eſt, expiationem hanc fieri ad Deum, ſ. vt in effuſione huius ſanguinis peccata noſtra remiſſa eſſe viderentur corã eo. Sed Deus ſpecialiter repræſentabatur in altari,in quo fiebant ei omnia ſacrificia, ergo in altari debebat fieri ſanguinis expiatio. *Per altaris circuitum.* id eſt,ꝙ ille ſanguis, quem ſumebant Sacerdotes de hoſtia pacifica in crateris, debebat fundi per circuitum altaris. Nec tamen intelligendum eſt,ꝙ deberet fundi extra altare,in circuitu eius, quoniã hoc erat fundi ad baſim altaris, ſed Scriptura Sacra facit differentiam inter fundi ſanguinem in circuitu altaris,& in baſi altaris, quia fundi in circuitu altaris, eſt fundi ſuper altare: fundi autem ad baſim altaris,eſt fundi extra altare,dicitur tamen fundi in circuitu, ne quiſpiã fortaſſis exiſtimaret ſanguinem fundendum intra ipſum altare ſuper ignem, aut carnes ſacrificiorum, ſi diceretur fundẽdus ſanguis ſuper altare, cum autem dicitur in circuitu altaris,intelligi nõ poteſt, quia funderetur intra ipſum altare, ſed per parietes eius, qui dicuntur eſſe in circuitu. Aliquando tamen Scriptura ad notãdum, ꝙ effundi ſanguinem ſuper altare, ſit idem ꝙ effundi per circuitum,dicit ſanguinem fundendum eſſe ſuper altare, vt patet ſupra 1. cap. cum dicitur: Sanguinem verò illius fundent ſuper altare filij Aaron per circuitum. Ecce manifeſtè innuit idem eſſe ſuper altare fundi, & per circuitũ altaris. Idem patet infra 17. cum dicitur: Anima carnis in ſanguine eſt, & ego dedi illum vobis,vt ſuper altare meũ expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit. *Et offerent de hoſtia pacificorum*. Primum quod in omnibus ſacrificijs offerendum erat ad expiandum, erat ſanguis,qui mox vt effuſus eſſet in crateris, per altaris circuitum effundebatur; deinde carnes ſecundum genus ſacrificij illius offerebantur. Cum igitur hic dixerit Deo offerendum ſanguinem, ſubiicit de partibus carnium offerendis. *In oblationem Domino adipem,qui operit vitalia.* De partibus carnium animalis primum ꝙ offerendum erat, oportebat eſſe ipſum adipem,qui eſt pinguedo interior in viſceribus animalis. Circa ꝙ conſiderandũ eſt,ꝙ ſicut diximus generale eſſe in omnibus ſacrificijs offerri debere ſanguinem; ita generale eſt in omnibus ſacrificijs offerri debere adipem Dño, quoniam ſicut ſanguis ad expiationem erat,ita adeps ad ſuauiſſimum odorẽ Domini.Quòd autem in holocauſtis offerretur adeps,patet: quia de eo,ꝙ

Regula generalis in expiationibus.

Duo erãt generalia in omni ſacrificio,ſ.ſanguinis oblatio,& crematio adipum.

F erat in animali,nihil tollebatur, niſi pellis,cornua,& ſordes inteſtinorum: cetera autem cremabantur in altari. In ſacrificio autem pacificorum etiam ponebatur adeps, vt patet hic,licet non ponerentur carnes omnes. In ſacrificio autem pro peccato, cuius carnes à Sacerdotibus comedebantur,offerebatur adeps,vt patet infra 6. cap. In ſacrificio etiam pro peccato, in quo nihil de carnibus offerebatur Domino,nec Sacerdotibus aliquid cedebat,ſed totum cremabatur, etiã offerebatur adeps, & tota pinguedo interior,vt patet infra 4.cap.de bobus,qui offerebantur pro peccato, & comburebantur cum pelle,carnibus, & fimo extra caſtra. Duo ergo hæc generalia erant in omni ſacrificio,qualecũq. eſſet,ſ.ſanguinis oblatio, & crematio adipum; in illo autem ſacrificio,in quo non offerebatur ſanguis,non cremabatur adeps, & è contrario,ſicut patet de

G Vitula Rufa,quę cremabatur extra caſtra,& non ferebatur ſanguis eius ad Sanctuarium,nec adeps, ſed totũ cremabatur extra caſtra, vt patet Numer.19. Ob hoc autem vetuit Deus, ne aliquis comederet de adipibus animalũ immolabilium, & de ſanguine eorum, quoniam volebat adipes ad cremãdum coram ſe in altari, & ſanguinem ad expiandum ſuper altare. Si autem aliquis de his duobus comederet,moriebatur,quia comederat ea,quæ erãt Deo ſpecialiter dicata. De comedentibus adipes habetur in fine iſtius cap. cum dicitur: Omnis adeps Domini erit iure perpetuo in generationibus, & habitaculis veſtris, & ibi etiam ſubijcitur de ſanguine animalium, cũ dicitur: Nec ſanguinem,nec adipem omninò comedetis:in quo innuit iſta duo eſſe ſpecialiter ſeparata. De hoc infra patet etiã 7.cap.cum dicitur: Adipem ouis, bouis,& capræ,non co-

H medetis, ſanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibo tam de auibus,quàm de pecoribus: omnis anima, quæ ederit ſanguinem, peribit de populis ſuis. Ibi etiam de adipe dicitur: Si quis adipem, qui offerri debet in incenſum Domini,comederit,peribit de populo ſuo. Cauſa autem,quare ſanguis non comedebatur,erat, quoniã ſanguis eſt ad expiandum,ſ.determinatus,vt in illo expietur, & eſt loco animæ in omnibus pecoribus, & volucribus. Exprimitur infra 17.cap.& Deuter.12.de hoc plenè. *Qui operit vitalia*. Hic declaratur quis debeat eſſe ille adeps, qui debet comburi. Et ſciendum eſt,quòd tota pinguedo, quæ eſt intra animal non ſit de carnibus eius: exprimit tñ iſtas pinguedines nominibus ſpecialibus,ſicut ſunt plures pinguedines in diuerſis locis determinatis intra viſcera. Vocatur autem pinguedo operiens vitalia quædam pin-

I guedo,quæ eſt apud cor, & apud membra coniuncta; & iſta vocantur vitalia, quia in iſtis cõſiſtit vita:magis enim eſt vita animalis in iſtis membris,quã in alijs; ideo ſi modicum lædãtur iſta membra, neceſſarium eſt animal mori,quod non fit,ſi lædantur alia membra, vt pedes,& manus: illa enim pinguedo apud illa membra latens debebat comburi. Aliqui aũt vocant pinguedinem operiẽtem vitalia,id eſt, operientem inteſtina,vel omaſos, ſe hoc nihil eſt: quoniam hoc modo multa alia membra vocarentur vitalia,quod eſt falſum. Dicendum igitur,vitalia eſſe, ſicut declarauimus. *Et quicquid pinguedinis intrinſecus eſt*. Hoc poteſt intelligi dupliciter: vno modo ꝙ intelligatur hoc vniuerſaliter, ſ.non ſolum pinguedinem operientem vitalia debere cremari, ſed etiam omnem pinguedinem, quæ eſt intra viſcera animalis. Alio modo intelligitur, ꝙ

K non accipiatur vniuerſaliter, ſed ſolum pro pinguedine, quę eſt intra membra vitalia,& hoc conuenientius.Quòd patet ex duobus: primò quia ſupra dixerat, debere comburi pinguedinem operientem membra, & quia aliqua pinguedo eſt etiam intra membra vitalia, oportet illam comburi, ſi enim dixiſſet hic debere comburi pinguedinẽ membrorum vitalium, intelligeretur tam pro operiente, quàm pro ea,quæ intrinſecus eſt, cum tamen dictum fuerit debere comburi pinguedinem,quæ eſt operiens membra vitalia, oportet ſubiungi de ea pinguedine, quæ intra membra vitalia eſt, & niſi forte de illa aliquid exprimeretur,intelligeretur quòd non deberet comburi, quod falſum eſt. Dicendum igitur, hoc debere reduci ad pinguedinem, quæ eſt intra membra vitalia, & non ad omnem pinguedinem generaliter. Item, quia dicitur immediate debere comburi duos renes cum adipe, quo tegun-

Duo erãt in omni ſacrificio

Sanguis quare nõ comedebatur.

Pinguedo vitalium quid.

teguntur ilia, & reticulum iecoris. Si tamen acciperetur hic generaliter quidquid pinguedinis eſt intrinſecus, non ſubiungeretur de reticulo iecoris, nec de pinguedine operiente ilia, quoniam pars non connumeratur contra ſuum totum. Erit ergo intelligenda iſta particula de pinguedine, quæ eſt intra ipſa membra vitalia, ſcilicet inter cor, & præcordia, & membra ſibi coniuncta, quoniã duæ iſtæ pinguedines ſunt in vitalibus, ſcilicet vna, quæ circuit omnia membra vitalia ad modũ reticuli, & per hanc diuiduntur vitalia ab hepate, alia aũt eſt inter ipſa membra vitalia lateris. *Duos renes*, id eſt, oportebat etiam offerri duos renes, id eſt duos renunculos, quoniam iſti ſunt inter pinguedinem operientem ilia. Sciendum autem, quòd renes non propriè ſignificant renunculos, hic tamen accipiuntur impropriè pro renunculis, qui dependent à renibus intra pinguedinem ilium. Aliqui autem volunt, quòd accipiantur hic renes propriè pro lumbis, & ſit ſenſus, quòd deberent etiam duo lumbi educi de animali immolato, vt comburerentur coram Domino, & probant hoc: quoniam infra ſubditur de renunculis, cum dicitur: Et reticulum iecoris cum renunculis. Sed hoc non poteſt ſtare: quoniam littera Hebraica repugnat, ponens hic renunculos, vbi nos renes ponimus. *Cum adipe, quo teguntur ilia.* Ilia vocantur hic lumbi, & ſuper lumbos à parte interiori eſt magna pinguedo, intra quam latent renunculi, & illam oportebat ſeparari ab animali. *Et adoleri ſuper altare, & reticulum iecoris.* Iecur ſecundum ſignificationem, quam vulgariter accipimus, ad volatilia pertinet, & non ad pecora: Eſt autem vas, in quo ſordes recipiuntur. Accipitur autem hic iecur pro hepate, & pinguedo illa, quæ circumdat hepar, comburenda erat ſuper altare. Hæc autem vocatur reticulum, quoniam in modum retis perforati facta eſt, quoniam alicubi denſa, & alicubi diaphana eſt tanquam rete. *Cum renunculis.* Repetit hic de renunculis, quoniam iſti comburi debebant cum tota alia pinguedine, quia intra pinguedinem latebant, & idem ſunt, qui vocantur hic renunculi, & vocabantur ſupra renes: repetuntur tamen hic renunculi, ſicut aliàs fit in Sacra Scriptura. Nec ob hoc oportet dici differre renunculos, & renes, qui hic ponuntur, idem enim ſunt, & comburebantur cum omnibus ſuperioribus pinguedinibus. *Adolebuntq; ea ſuper altare.* Refertur hoc ad Sacerdotes principaliter miniſtrantes, qui iſta cremabant ſuper altare; ad alios autem, qui ibi aſtabant hoc nullatenus pertinebat. Et cum dicitur hic: adolebunt, non eſt intelligendum quòd plures Sacerdotes ſimul miniſtrarent in adolendo iſtas carnes, quoniam vnus faciebat hoc, tamen refertur ad multa ſacrificia, quæ diuerſis temporibus fiebãt, quoniam vnum fiebat ab vno Sacerdote, alterum verò ab altero. *In holocauſtum*, id eſt, quod omnes iſtæ pinguedines cum renunculis deberent cremari in holocauſto. Non tamen eſt intelligendum, quòd eſſet iſta crematio holocauſtũ, quoniam ſacrificium iſtud erat hoſtia pacifica, quod ab holocauſto diſtinguitur, vocatur tamen holocauſtum, quantum ad iſtas pinguedines, quæ comburebantur ſuper altare, licet totum ipſum ſacrificium in ſe nõ eſſet holocauſtum. Ratio huius eſt: quia aliquod ſacrificium vocatur holocauſtum, quando totum comburitur ſuper altare, & quia omnes iſtæ pinguedines cremabantur, nulla earum parte prorſus relicta, vocabatur illa crematio holocauſtum. Ipſum tamen ſacrificium totum, quod non cremabatur ſuper altare, ſed quædã partes Sacerdotibus, & aliæ vulgaribus offerentibus cedebant, vocatur hoſtia pacifica. *Lignis igne ſuppoſito*, id eſt, quando cremarentur ſupradictæ carnes hoſtiarum pacificarũ, debebat poni ignis infra ligna; non quidem quòd in altari tunc nouiter poneretur ignis, quoniam ignis perpetuus erat in altari, nec aliqua occaſione poterat, aut debebat extingui, quoniam Sacerdotes eum continuè fouebant in aurora, lignis appoſitis, vt patet infra 6. cap. Quoniam tamen dicitur hic, quòd deberet ſubiici ignis, intelligitur quòd deberet eſſe iam ſubiectus, antequam ſacrificiorum carnes ponerētur, cum ſemper ſubiectus eſſet: vel poteſt intelligi, quòd deberet ignis ſubiici lignis tempore ſacrificij, quia licet non poneretur nouiter ignis tempore ſacrificij, ponebantur tamen nouiter ligna, cum deberet aliquod ſacrificiũ fie-

Renes quæ ſint propriè.

Iecur quid ſit.

Notandũ litterale.

Ignis in altari perpetuus erat.

A ri, potiſſimè, ſi erat magnum, & ſic incipiebat ille ignis altaris ſubiici lignis, non quidem per aliquam mutationem factam in ſe, ſed per mutationem factam in lignis. *In oblationem ſuauiſſimi odoris Domino*, id eſt, ad oblationem ſuauis odoris. Ponit autem littera duas proprietates iſtorum pacificorum adipum crematorum ſuper altare; Prima, quòd eſſent holocauſtum; Secunda, quòd eſſent oblatio. Quantum ad primum, referuntur iſti adipes ad ſeipſos, ſcilicet, quòd erant holocauſtum, quia omnes adipes cremabantur. Quantum ad ſecundum, referuntur ad Deum, quia in eo quòd cremabantur iſti adipes, erat ſuauis odor Domino, id eſt quòd acceptabat Deus illam cremationem adipum, tanquam ſi eſſet ſuauiſſimi odoris. Hoc autem non ex ſeipſo, quoniam iſta crematio ex ſeipſa magis grauis, & fœtida eſſe debebat, quã ſuauem emit-
B tens odorem, ſicut apparet nobis cum adipes, aut ſeuum alicuius animalis crematur, potiſſimè, ſi illi adipes recentes ſint, vel nõdum perfectè deſiccati, quod fiebat in adipibus, qui Domino cremabantur, quoniam mox, vt de viſceribus pecorum educti forent, cremabantur ſuper altare: Deus tamen faciebat, vt non eſſet aliquis fœtor exhalans ex illis cremationibus, quoniam aliàs ſacrificia ſua contemptibilia fuiſſent. de quo magis dictum fuit Exodi 30. & 29. *Si vero de ouibus.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet, ritus faciendi ſacrificium pacificum de ouibus. Et non ſignat hic ouis ſexum, ſed ſpeciem, quoniam non ſolum ipſa ouis, quæ femina eſt, offerri poteſt in hoſtias pacificas, ſed etiam arietes, & agni, omniaq. pertinentia ad ſpeciem ouis. Et ſciendum eſt, quòd plures obſeruationes fiebant in oblatione ſacrificij pacifici de ouibus, quàm de
C bobus, quoniam plures partes cremabantur in altari de ouibus, quàm de bobus, de quibus nihil cremabatur præter adipes, & renunculos, vt ſupra patuit. In ſacrificio autem pacifico ouium cremabatur cauda, & duo renes, vt patet hic. *Si vero de ouibus fuerit eius oblatio, & pacificorum hoſtias*, id eſt, ſi aliquis voluerit offerre hoſtias pacificas de ouibus. Erat namque in offerentium electione quid offerre mallent, cum iſta ſacrificia totaliter ſpontanea eſſent. *Siue maſculum ſiue feminam.* Sicut ĩ bobus erat in electione offerentis an maſculum, an feminam offerret: ita & in ouibus offerēti eadem manebat libertas. Non fiebat autem ſic in holocauſto: quoniam ſi de ouibus holocauſtum obtuliſſet, cogebatur offerre agnũ anniculum, ſicut ſupra primo capitulo patuit. Cauſa autem diuerſitatis eſt: quia holocauſtum erat ſacrificium magis dire-
D ctum in Deum, ideo maioris obſeruationis erat. Pacifica autem oblatio non erat ita directè in Deum, non igitur erat tanta cæremoniarum aſtrictio. De quo ſup. hoc cap. dictum eſt. Eſt autem præter tres differentias maioris, & minoris diſtinctionis inter holocauſtum, & victimas pacificas ſupra aſſignatas, adhuc alia differentia, ſ. in ætate immolandorum animaliũ, quoniam ſi quis holocauſtum obtuliſſet de bobus, cogebatur offerre vitulum, qui teneræ ætatis eſſet, vt patet ſupra primo cap. Nec poterat bouem trium, aut quatuor annorum offerre. Identidem ſi de ouibus, vel capris aliquis offerret holocauſta, tenebatur agnũ anniculũ, aut hædum anniculum in oblationem dare, vt patet ſupra, primo capitulo: in ſacrificiis autem pacificis, ſi quis bouem offerre vellet, nõ magis vitulum quàm bouem decem annorũ offerre cogebatur: de ouibus autem
E idem erat modus. Cauſa autem obſeruationis huius eſt, quæ ſupra aſſignata fuit. *Immaculata erunt.* Siue cum maſculus, ſiue femina de ouibus offerrentur, immaculata eſſe debebant. Sunt autem maculæ illæ, quæ ſupra declaratæ ſunt, cum diceretur de bobus immaculatis; & habetur de his infra 22. cap. *Si agnum obtulerit coram Domino.* Non dicit hoc tanquam illi, qui de ouibus pacificas victimas facerent, tenerētur agnum anniculum ſemper immolare, quoniam licitum erat eis, quod libitum erat, vt dictum eſt, ſed ponitur de agno anniculo, quia iſta communior erat oblatio: Eedem tamen cæremoniæ obſeruabantur in oblatione pacificarum, cũ eſſent de agno anniculo, aut cũ de arietibus, vel bob. maturę ætatis fieret. *Ponet manum ſuper caput victimæ ſuæ.* Iſta cęremonia generalis erat ad oĩa animalia offerenda, & ad oẽ genus ſacrificiorũ, ſeu holocauſtorũ, ſiue pacificorũ, ſiue pro peccato.

Duæ proprietates pacificorum adipum crematorum ſuper altare.

Ritus faciendi ſacrificiũ pacificũ de ouibus.

Quare

Quare manus offerens imponebat ſuper hoſtiam. Q. IIII.

RATIO autem eſt: quoniam cauſa huius manualis impoſitionis ſubſiſtit in omnibus ſacrificiis: nam vt ſupra primo cap. latius declaratam eſt, duæ ſunt cauſæ huius impoſitionis manualis: Prima autem eſt abrenunciatio proprietatis, quam habebat in animali immolando. Hoc autem ad omnia ſacrificia extendi debebat, quia in omnibus ſacrificiis oportebat abrenunciari proprietati, quam offerens habebat in animali, aliàs non immolaretur. Secunda cauſa, & potiſſima huius manualis impoſitionis erat imprecatio delictorum offerentis ſuper caput animalis oblati: hoc autem identidem ad omnia ſacrificia extendi debebat: quia in omnibus ſacrificiis fiebat aliqualiter expiatio peccatorum, ſicut ſupra primo c. probatum eſt, & ab hoc in omnibus ſacrificiis offerebatur ſanguis ad expiandum. Oportebat igitur in omnibus ſacrificiis imprecationem fieri peccatorum ſuper caput hoſtiæ, quod erat per manuum impoſitionem, ideo oportebat ad omnia ſacrificia manuum impoſitionem fieri. *Ponetq. manum ſuper caput.* Hoc refertur ad ipſum offerentē, & non ad Sacerdotem, quoniam nulla ſupradictarū cauſarum ſubſiſtebat in Sacerdote, propter quā ipſe manum ſuper victimam impoſiturus eſſet. Patet etiam, quia dicitur immediatè, ſuper caput victimæ ſuæ, tamen victima non pertinebat ad Sacerdotem, ſed ad ipſum immolantem. *Victimæ ſuæ.* Refertur ad offerentem, cuius erat iſta victima ſiue oblatio. Vocatur etiam iſta victima Dei, qm̄ offerebatur Deo. Dicebatur etiam iſta victima offerentis, ſecundum quòd pertinebat ad offerentem, anteqnam offerret, vel quia ab ipſo offerebatur. *Quæ immolabitur in veſtibulo Tabernaculi teſtimonij.* Immolare enim iugulare eſt; immolabantur autem iſtæ victimæ in veſtibulo Tabernaculi, id eſt ante aliquod ſpatium quod erat ante oſtium Tabernaculi. Vocatur autem veſtibulum ſecundum Latinam originem, locus, in quo aliqui veſtiuntur, à veſtiendo dictus: hic tamen veſtibulum dicitur quoddam ſpacium, quod erat ante oſtium Tabernaculi, & ſic conſuetum eſt vocari veſtibula domorum noſtrarum, quædam ſpatia relicta ad introitū domorum antè portas: potiſſimum cum illa ſpacia tectum habeant. Hoc autem veſtibulum, de quo hic dicitur, erat locus inter altare, & oſtium Tabernaculi, ſ. totum illud ſpacium intermedium. De hoc autem dicit Propheta: Inter veſtibulum, & altare plorabant Sacerdotes, id eſt in veſtibulo, quod eſt inter altare, & oſtium Tabernaculi. Et patet veritas huius quod dictum eſt, quoniam ſupra primo capitulo dicebatur, quòd deberet victima immolari ad latus Aquilonare altaris: iſtud autem latus erat inter altare, & introitum Tabernaculi. Errant autem in hoc, qui exiſtimabant veſtibulum Tabernaculi eſſe aliquam partem in Tabernaculo, quoniam intra Tabernaculum nulla prorſus fiebat oblatio, aut crematio carnium, nec aliqua banauſa miniſtratio. *Fundentq. filij Aaron ſanguinem.* Iſte ſanguis hoſtiæ pacificæ, ſicut dictum eſt recipiebatur in crateras, & poſtea Sacerdotes fundebant ſanguinem ibi ſumptum per circuitū altaris, & iſti nō erant Sacerdotes principaliter miniſtrātes, ſed Sacerdotes aſtātes, ideo vocantur ſolum filij Aaron, ſicut ſupra dictū eſt. *Per circuitum altaris.* i. per parietes altaris in circuitu eius, ſuper ipſum altare, ſicut declaratum eſt. *Et offerent de pacificorum hoſtia ſacrificium.* Sanguis erat, qui inter omnia primus offerebatur, ſecundum cauſam ſupra aſſignatam, quia illud ſemper erat generale offerre: hic aut ponitur de partibus carnium, quæ cedebant Deo in ſacrificio pacifico: non enim fiebat ſic aliqua diuiſio partium animalis in holocauſto, cum totum cederet Deo: hic autem aliquid Deo, & aliquid offerentibus, & aliquid Sacerdotibus miniſtrantibus cedebat. De partibus autem quæ Deo cedunt, habetur in hoc cap. De his autem, quæ iuribus offerentium cedebant, & Sacerdotum, habetur infra 7. cap. Ponuntur autem hic hoſtia pacifica, & ſacrificium hoſtię pacificæ: vocatur autem hoſtia pacifica, totum ipſum animal, quod in hac victima offerebatur: ſacrificium autem vocatur in hoſtia pacifica id, quod in ipſa hoſtia cremabatur coram Domino. Partes enim in ius Sacerdotum, &

Immolare quid ſit.

Hoſtia pacifica quomodo differt à ſacrificio hoſtiæ pacificæ.

F offerentium venientes, hoſtia quidem pacifica vocantur, ſacrificium autem non: habent enim ſe iſta, vt totum & pars, quia hoſtia eſt totum, ſacrificium verò eiuſdem particula, quod patet ex contextu litteræ, cum dicitur: Offerent de pacificorum hoſtia ſacrificium Domino adipem, & caudam totam; & ſic neceſſarium eſt poni ſacrificium partem hoſtiæ, cū dicatur fieri de hoſtia. Etiam quia ſubditur, quòd ſacrificium ſit adeps, & cauda tota, & cetera pinguedo, quæ ſunt partes hoſtię pacificę. *Adipem & caudam totam.* Adeps enim pinguedinem ſignat, & non quālibet, quoniam quædam pinguedo eſt, quæ cum ipſis carnibus computatur, & eſt pars ipſarum carnium non pinguium, & hæc non vocatur adeps, quoniam tunc cum totus adeps Domino cremari deberet, oportebat totum animal particulatim ſubdiuidi, vt partes pingues à macris
G tollerētur. Hoc tamen falſum eſt: quoniam nec Deus hoc iuſſerat, nec aliquo modo fieri decebat: quoniam nūc manerent omnes carnes animalis inutiliter ſubdiuiſæ vſque ad paruas particulas. Etiam hoc erat contra Dei iuſſa, qm̄ mandabat Deus quaſdam particulas dari Sacerdotibus de ſacrificio pacifico, ſcilicet armum dextrum, & pectuſculum: vt patet infra 7. c. Si enim adeps ſignificaſſet omnem pinguedinem, oportuiſſet etiam partes illas particulatim ſubdiuidi, vt tolleretur inde omnis pinguedo, quo facto, nō cederent iuris Sacerdotum armus dexter, & pectuſculum; alia autem pinguedo erat, quę non erat ipſarum carnium, ſed adhærebat carnibus, & ſine aliqua ſectione carnium ſeparari poterat. Sic apparet in pinguedine, quæ eſt intra viſcera animalium; & iſtæ pinguedines vocantur adipes, & de his agitur hic. Sciendum tn̄, adi-
H pem dupliciter ſumi: vno modo generaliter; pro omni pinguedine exiſtente intra viſcera animalis, & adhærēti carnibus eius; Secūdo modo, ſpecialiter ſumitur pro pinguedine illa, quæ operit lumbos, intra quam renunculi latēt. Hic autem non poteſt ſumi generaliter adeps: quia tunc cum expreſſum foret adipem debere cremari coram Domino, non debebat ſubiungi de adipe operiente vitalia, & operiente ventrem: hic tamen exprimuntur iſta. Dicendū igitur, accipi hic adipem pro pinguedine ſola operiente lumbos cum renunculis, quoniam aliæ interiores pinguedines particulatim exprimuntur. *Et caudam totam cum renibus.* Offerebantur Domino quædam partes carnium in hoſtia pacifica præter adipes, & hoc non erat in omnibus ſacrificiis pacificis, quoniam in immolatione bouis pacifici, & capræ, non tollebantur carnes, ſed ſolum adipes, vt
I patet in hoc cap. & ponuntur duæ partes carnium, quæ comburebantur coram Domino, cū offeretur ſacrificium pacificū. De oue aūt, & ariete, aut agno anniculo, offerebantur tota cauda, & lūbi: ſunt.n. iſta duo mēbra coniuncta, qm̄ vbi cauda deſinit, lumbi incipiunt: extrahebantur iſtæ partes ſimul de animali, & cremabātur, & ponebantur iſtæ duæ, qm̄ iſtæ meliores ac ſapidiores in toto arietis corpore videntur. Vocat autem hic renes ipſos lumbos, ſupra tamen, cum agebatur de boue pacifico, vocauit renes ipſos renunculos, ſed eſt abuſio dictionis contra communem Latinorum loquendi modum. *Et pinguedinem, quæ operit ventrem.* Intra cutem cuiuſlibet pecoris eſt quædam magna pellis continens inteſtina omnia, & illa vocatur venter: huic autem pelli adhærent quædam partes pinguedinis operientis eum, cum pecus aliquate-
K nus pingue eſt: Hanc autem pinguedinem Deus tolli iubet, vt cremetur ſuper altare. Nec tamē de hac ſolum intelligendū eſt, ſed etiam de ea, quæ inter circumfuſos ſibi omaſos latet, quoniam hæc etiam auferebatur, vt cremaretur. *Atque vniuerſa vitalia.* Nō refertur hoc ad verbum ſuperius, ſ. offerent, quia tunc eſſet ſenſus, ꝙ vitalia animalis offerri deberent, ſ. cor, & præcordia, quæ ſunt membra ſibi vnita, & omnia, quę à medicis vitalia membra dicūtur; falſum tamen eſt: quoniam ſoli adipes cremabantur: membra autem vitalia ad adipes non pertinent, ideo referenda eſt iſta particula. ſ. vniuerſa vitalia, ad illud mēbrum immediatum. ſ. operit, & eſt ſenſus, ꝙ ſicut offerebatur pinguedo, quæ operiebat ventrem, ita offerenda erat pinguedo, quæ operiebat vniuerſa vitalia: eſt enim quædam pinguedo tenuis ſuperfuſa cordi, & alijs membris vitalibus, diuidens ab hepate, & aliis membris:

Adeps quid ſit.

Adeps dupliciter accipitur.

Venter quid ſit.

hanc autem offerendam dicit, & non ſolum hanc, ſed etiam pinguedinem, quæ inter præcordia eſt, quamuis hic non exprimatur, quoniam ſupra, cum ageret de boue pacifico, hoc expreſſum eſt, cum dicebatur. Et offerent de hoſtia pacificorum in oblationem Domino adipem, qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis intrinſecus eſt. Sic autem intelligendum eſt hic, quamuis non exprimatur, quoniam Sacra Scriptura in quibuſdam breuitati ſtudẽs, non curat facere frequentes repetitiones, cum aliquid ex ſupra poſitis intelligi queat. *Et vtrumq; renunculum.* Præter hoc iubet renunculos offerri, quoniam iſti intra adipem cõtinentur, & magis ad pinguedinem quàm ad carnes pertinere videntur. *Cum adipe, qui eſt iuxta vitalia*, id eſt oportebat etiam aſſumi adipes exiſtentes circa vitalia. Et poteſt hic intelligi dupliciter de pinguedine, quæ eſt iuxta vitalia, quoniam vno modo poteſt intelligi, ꝙ ſit eiuſdem ſententiæ repetitio, cum ſupra dictum fuerit offerẽdum adipem, qui vitalia tegit, hic autem iterum dicitur; ſimilis modus erat ſupra, cum dicebatur de boue pacifico, qm̃ dictũ fuit offerendos eſſe duos renes: iterum autem ſubdidit, offerendum eſt reticulũ iecoris cum renunculis, & pro eodem ibi renes & renũculi ſumebantur. Alio modo intelligi poteſt, ꝙ non vocentur hic vitalia ea membra, quæ ſupra vitalia vocabantur, ſed generaliter omnia inteſtina vitalia vocentur, quoniam ipſa ad vitam multum conferunt, & tunc erit ſenſus, adolẽdam eſſe pinguedinem, quæ eſt iuxta vitalia, id eſt omnem pinguedinem, quæ coniuncta eſt omaſis. Vtrumq. autem horum ſatis teneri poteſt, quoniam vtrumque eſſe verum neceſſarium eſt: quid tamen illorum littera velit, non plenè patet, ſed forte dici poterit, conuenientius accipi in ſecundo modo, quam in primo: quoniam cum ſupra dixit de pinguedine vitalium, expreſſit de pinguedine operiente vitalia. Hic autem dicit de pinguedine, quæ eſt iuxta vitalia, & ſic non videtur eſſe eadem pinguedo; quoniam aliqua pinguedo eſt, quæ iuxta vitalia eſt, tamen ea nõ operit, quodcumq. tamen horum ponatur, nihil differt. *Reticulumq. iecoris cum renunculis.* Hæc etiam duo in pacificorum hoſtia offerenda erant. Et accipit hic reticulum iecoris, pro quadam pinguedine circumfuſa iecori, & extenſa ſuper illud, cooperiens in modum membranæ reticulatæ. Vocat autem hic iecur, hepar, quoniam iecur ſecundum communem ſignificationem, in ſolis volucribus eſt; tollebatur autem iſta pinguedo, & cremabatur ſuper altare: hepar tamen & vitalia non comburebantur. Renunculi etiam, qui intra adipem latent, comburi debent. Nec coincidunt hic renunculi, & renes, ſicut coincidebant ſupra in boue pacifico, quoniam hic vtrumq. offertur, ſ. renes, qui lumbi ſunt, & renunculi, qui in pinguedine latẽt. *Et adolebit ea Sacerdos.* Refertur hoc ad omnia ſupradicta, ſ. caudam, & renes, cum omnibus pinguedinibus, & renunculis: hæc enim Sacerdos offerebat, ſ. ille, qui miniſtrabat principaliter immolans ſacrificium; quoniam iſte ponebat ea ſuper ignem altaris, & ibi diſponebat ea, vt comburerentur, & ſic ipſe comburere ea dicebatur. *Super altare in pabulum ignis.* id eſt hæc omnia ponebantur ſuper altare in pabulum ignis, id eſt in fomẽtum, vel nutritionem ipſius. Hoc dicit, quoniam ignis iſte ita cibatur in materia appoſita, ſicut animalia in cibis ſumptis: nam ſicut animalia ſine cibo eſſe nequeũt, ita & ignis ſine aliqua materia eſſe non poteſt; ſicut igitur ea, quæ animalibus dantur ne deficiant, cibi vocantur: ita & illa, quæ apponuntur, vt ignis permaneat, eius fomenta, aut pabula dicuntur. Differt tamen; quoniam, licet animalia ad permanendum cibo egeant, poſſunt tamen aliquamdiu ſine cibo manere, nec neceſſariò mors infligitur, cum alicui animali cibus ad aliquantum tempus abſtrahitur: in igne autem econtrario eſt: quoniam etiam in minimo tẽpore ſi dari queat, ſine materia fomenti manere non poteſt.

Quare ignis ſemper alimento indigeat. Queſt. V.

CAVSA autem quare ignis ſemper indigeat alimento, non eſt conditio ipſius ignis conſequens naturam ignis, ſed eſt quędam proprietas ignis extra propriam regionem permanentis: nam ſi naturalis conditio ignis fo-

A ret, vt in materia eſſe deberet, in ſphæra ignis neceſſario poneretur materia, ſed hoc falſum eſt: quoniam ibi ignis purus eſt, cum illa ſphæra ſit locus corporũ ſubtiliſſimorum, qm̃ & leuitas aerea ad tantã ſubtilitatẽ non accedit, vt in ſphæra illa eſſe poſſit. Si tñ daretur aliqua materia ĩ fomentũ ignis in ſphæra ignea, neceſſariũ foret, illã groſſam materiam eſſe, qm̃ in leuiſſimis materiis ignis nõ ſuſtinetur, aut breuiſſimè permanet: in fomentis vero groſſis diutius manet, ſicut in lignis, quæ ſunt ſolidæ & corporeæ ſubſtantiæ, & tunc ſi talem materiam in ſphera ignea poneremus, neceſſarium eſſet illã cadere ad locum põderoſorum, non potẽtem ſe in loco leuiſſimorum corporum conſeruare. Si autem daretur, ꝙ materia illa, quam ignis in ſphæra ſua haberet, eſſet leuis: non poſſet tamen tantæ leuitatis eſſe, quanta ſubſtantia ignis, quoniam iam eſſet in ſpecie ignis, & tunc data hac diſparitate in leuitate ignis, & materiæ eius, ſequeretur neceſſariò, ꝙ materia ignis non poſſet ſtare in loco ſphæræ, ſed deſcenderet ad locum ſibi connaturalem, tunc ſequeretur, ꝙ deſcenderet ignis totus: qui eſt in ſphæra ſua cum materia infra ſphæram igneam: nullo prorſus manente corpore in ſphera illa, quod neceſſario vacuum induceret in vniuerſo, quod toti naturæ repugnat. Conſequentia autem patet: nam ſicut, cum nos hic ignem in materia habemus, ſi aliquis iaceat à turre alta deorſum aliqua ligna ardentia, neceſſarium eſt ignem deorſum ferri conſequenter ligna tanquam materiam, quamuis hoc naturæ ignis repugnet: ita igitur ſi ignis in ſphæra ſua materiã haberet, neceſſarium eſſet, vt illa materia deſcendẽte deorſum, ignis quoq; deſcenderet, quod inconueniens non mediocre eſſet. Item ſi ignis in ſphæra ſua aliquam haberet materiã, aut illa leuis eſſet, & ſubſtantiæ delicatæ, aut ſolidæ, & cõpactæ naturæ. Si verò eam leuem, & tenuem aſſeramus, neceſſariũ eſſet eam breuiter conſumi; ſic patet in igne, qui eſt in ſtupa, & capillis, qui velociſſimè deficit propter materiam deſiccatam, & tunc data tali materia pro fomento ignis in ſphæra ſua, illa breuiter defeciſſet, & iã ignis ſine materia maneret. Si autem eam materiam ſolidam, & compactam aſſeramus, poterat quidem aliquãdiu manere, ſed tanto tempore non manſiſſet, quoniam quęcunq; materia apponatur iſti igni noſtro, nõ poterit permanere per multum tempus; ergo etiam quantumcunq; groſſa & compacta materia foret, quæ pabulum ignis eſſet in ſphæra ſua, neceſſarium eſſet eam iam defeciſſe, & illum ignem ſine materia manere. Item ſequeretur aliud inconueniẽs, quoniam ſi daretur aliqua materia ſolida, aut qualiſcunq; illa eſſet, in qua omnes partes illius ignis in ſphæra ſua fomentarentur, neceſſarium eſſet comburi illam materiam, & reſolui vſq; ad cineres. Aliquam autem aliam reſolutionem vlteriorem eſſe naturaliter impoſſibile eſt, quoniam cinis comburi non poteſt, ſicut in igne noſtro videmus, qui licet ligna comburat, cinerem tamen comburere nullatenus valet. Foret igitur ſic in igne illo manente in ſphæra ſua, ꝙ materiam ſuam vſq; ad cineres reſolueret, vlterius autem reſolutionem facere non poſſet, & tunc illi cineres neceſſariò caderẽt nõ ſubtiliati à calore igneo incluſo in eis, & ſic magna moles cinerum quotidie, & continuè à ſphæra ignis ſuper terram deflueret, ita vt omnia aut occuparet, aut deſiccaret, ſed hoc nullatenus videtur, ergo non poteſt poni aliqua materia, in qua ignis ille ſphæricus fomentetur. Prædicta autem patent: quoniam ſi ignis ille cineres per reſolutionem materiæ cauſaret, cũ in tanta quantitate per totam ſphæram ſuam diffuſus ſit, neceſſarium eſſet, vt in valde magna quantitate continuè cineres fluerent, qui omnia occuparent elementa: &, quod deterius eſt, ille ignis omnem fertilitatem terræ auferret, quoniam ille natura valde calidus & ſiccus eſt, cum ergo caderet ſuper terram, cuius fertilitas fundatur in humido, & calido, neceſſarium eſſet eam penitus deficere. Patet hoc Deuter. 29. vbi cum Deus comminaretur Iudæis ſe ablaturum eis omnem terræ fertilitatem propter peccata illorum, dixit mittendos cineres, & fluere puluerem de cælo vſquequo contererentur, cum ait: Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris. Item, ſequeretur aliud peius inconueniens. ſ. ꝙ ille cinis propter ſuam ſiccitatem, & cali-

B C D E

Eſſe in materia non eſt proprietas ignis.

An elementum ignis in ſphæra ſua habet materiam.

2. Ratio.

dita-

ditatem, cum caderet ſuper ſphæram aeream, totum aerem inficeret, & oẽs attrahentes illum aerem intra præcordia, inficerentur, ac cõſumerentur peſte; quoniam peſtis in hominibus ex aeris ſequitur infectione, hoc tamen non eſt verum. Item, ſequeretur aliud inconueniens, quõ ſi cinis ille de ignea ſphæra fluens caderet ſuper terram, neceſſarium eſſet, vt caderet ſuper homines & pecora, & propter caliditatem illius oporteret, vt cauſarentur in cute omnium animalium veſicæ turgentes, quæ poſtea contracta cum cute rumperentur, carne rubea & deformata prorſus, ac corrupta apparente, quod tamen non fit: non ergo cadunt cineres de ſphæra ignea. Prædicta probantur: quoniam ſic factum eſt in quadam plaga Aegypti: Moyſes namq. iuſſu Dei ſumpſit cineres de camino ignis, & ſparſit coram Pharaone, & factus fuit puluis ſuper homines, & iumenta in tota Aegypto, ex quo veſicæ & vlcera turgentia cauſata ſunt, vt apparet Exodi 9. Ad hoc tamen reſpondebit quiſpiam, dicens non valere conſequentiam, quoniam illa plaga ſupernaturaliter data eſt, ſi autem cineres caderent de ſphæra ignis, naturaliter fluerẽt, ideo non ſequitur idem nocumentum ex vtriſq. cauſari. Huic reſpondendum eſt, non poſſe ſtare: quoniam licet miraculoſum fuerit aliquid in iſta plaga, non tamen tota ipſa penitus miraculoſa fuit, fuit namque miraculum, ꝙ Moyſe ſpargente manus ſuas plenas cineris coram Pharaone, tota terra Aegypti cinere repleretur. Quòd tamen cinis ille poſtea cadẽs ſuper animalia cauſaret in illis præ calore ſuo turgentes veſicas, nullatenus miraculoſum, ſed prorſus naturale erat, ſicut ſi Deus mitteret ignem de cælo ſuper homines ad cremandum eos, ꝙ ille ignis mitteretur de cælo miraculoſum eſſet, ꝙ tamen ille ignis miſſus combureret, ſupernaturale non eſſet, ſed prorſus à natura: nam ſicut nullum miraculum aſſignamus, ꝙ iſte noſter ignis comburat, ita nec aliquod miraculum eſt, cineres calidos ſuper cutem animalium cadentes, veſicas cauſare turgentes. Fuit ergo plaga illa cinerum quantum ad aliquid naturalis, ſic quippe in aliis plagis erat: nam quòd Deus mitteret grandines, & lapides grandes ſuper Aegyptum, miraculum erat, ꝙ illi cadentes terræ naſcentia deſtruerent, & animalia vulnerarent, naturale erat: idem patet de plaga palpabilium tenebrarum, & de ceteris. Dicendum ergo, ꝙ ſi cinis de ſphæra ignea ſuper terram caderet, euitari nequibat quin in animalibus turgentes veſicæ cauſarentur. Item, non poterat poni ignis in materia in ſua ſphæra, quoniam cum ignis, qui in materia, fouetur, ad oppoſitionem materię creſcit, ad ſubtractionem decreſcit, neceſſarium eſſet, vt cum ille ignis ſphæricus ſemper in materiam ſuam ageret, illa diminueretur, diminuta autem illa ignem ſphæricum in minori quantitate continuè eſſe oporteret, & ſic ſequeretur vacuitas aliqua in ſphæra ignea, cum iam ignis non poſſet totam occupare ſphæram, quod inconueniens eſt. Item cum ignis, qui in materia fouetur, materia ſubtracta, aut penitus reſoluta deficiat, & ille ignis à tanto tempore in materiam agat, neceſſarium eſt, vt iam eam penitus conſumpſiſſet, & ipſe totaliter cum ea defeciſſet, nec eſſet aliquis ignis in ſphæra illa, quod magnum inconueniens eſt. Hæ autem illationes neceſſariæ ſunt; niſi fortaſſis dicas, ꝙ Deus ponit ibi aliquos Angelos, qui ſẽper, & vniformiter illi igni miniſtrarent, vt non deficeret, aut augeretur ſtatus illius ignis. Hoc autem ridiculũ eſſet apponere angelos ſic facientes: potiſſimum, quia naturales non concederent aliquã talem miniſtrationem angelorum: ipſi tamen ponũt ſtatum illius ignis perpetuum. Ita inconueniens eſſet ponere aliquam talem miniſtrationem ad conſeruationem ignis eſſe neceſſariam: quoniã tunc defectus eſſet in creatione. ſ. ꝙ aliqua res talis conditionis naturalis creata foret, vt in ſeipſa manere non poſſet, ſed continuo alterius rei adiumento indigeret. Ideo neceſſario dicendum eſt, ignem in ſphæra ſua nullam habere materiam, ſed prorſus in natura ſua ſic manet. Non eſt igitur ex conditione naturali ignis, ꝙ materiam exigat fouentem, cum ſphæricus ille ignis materiam nullam habeat, ſed ignis iſte inferior materiam exigit. Cauſa autem, quare ignis iſte inferior ſine materia eſſe non poſſit, eſt: quoniam ipſe de iſta materia inferiori genitus eſt, ideo ſicut eſſe a materia re-

Ignis in ſphæra ſua nullam hẽt materiã.

F cipit, ita & ſine fomento eius conſeruari non poteſt: quoniam hoc naturale eſt, vt res ex eiſdem generentur, & cõſeruentur: ille autem cæleſtis & ſphæricus ignis, ex materia iſta inferiori nõ gignitur, ideo ſine ea naturaliter ſubſiſtere poteſt, nec diuturnius, aut perfectius manebit ignis ille ſphæricus, ſi materiam habeat, quam ſi nullam prorſus. Si tamen ille ignis ſphæricus in iſtis inferioribus aliquo modo poneretur, non haberet tantum vigorem ad permanendum, quantum in ſua ſphæra habet: quoniam locus connaturalis facit ad conſeruationem rei, ſicut facit ad generationem. Sed nec ex hoc ſequeretur, ꝙ hic exiſtẽs coexigeret aliquam materiam ad permanentiam ſuam, ſicut ignis, qui ex terreſtri materia cõcuſſione genitus eſt; ſed tamen non ſemper maneret hic, ſed manet in ſphæra ſua; quoniam per actionem cõtrariarum qualitatum terræ,

Ignis ſphæricus hic poſitus non haberet tantũ vigorem.

G aquæ & aeris deficere neceſſe eſt. Si tamen poſſet quouis modo ille ignis cæleſtis in iſtis inferioribus poni in aliquo loco, vbi nulla eſſet contraria ei qualitas, permaneret in æternum, nec eſſet in hoc aliquod miraculum. Ignis autem, qui ex materia iſta terreſtri concuſſione elicitus eſt, dato, ꝙ in aliquo loco poneretur, vbi nulla eſſet ei repugnans qualitas, tamen ſi fomentum ſubtraheretur manere impoſſibile eſſet naturaliter, ſicut naturaliter animalia ſine cibo manere diu nequeunt. Eodem modo ſi ignis iſte, qui apud nos ex terreſtri materia gignitur, in ſphæra ignis cæleſtis poneretur, quæ proprius locus & connaturalis igni eſt, non poſſet permanere, ſi materia ei ſubtrahatur, ſed ita ibi periret, ſicut hic deficit. Nec etiam exiſtimandum eſt, quòd cum iſte ignis ſurſum naturaliter feratur, ideo ſurſum ferri, quaſi in ſphæra ignis mane-

H re deſideret, in qua conſeruari poſſit, ſed leuitas ſua naturalis eum ſurſum effert: quoniam loca corporum ſubtilium hic non ſunt. Sed adhuc intelligendum eſt, ꝙ iſtius ignis noſtri non eſt locus proprius ſphæra ignis cæleſtis, exiſtente igne iſto in ea cõditione, in qua exiſtit: quoniam iſte ignis non eſt purus ignis, ſed eſt fumoſus, attrahens partes ſubtiliſſimas, quæ ſunt in materia combuſtibili, & non eſt multum ſubſtantiæ raræ, ſed habet quãdam denſitatem ex conditione partium fumoſarum, quæ, cum ſint de natura terrea, impoſſibile eſt, vt habeãt ſuum gradum leuitatis: ſphæra tamen ignis cæleſtis, eſt locus corporum leuiſſimorum in vltimo gradu, ergo non poſſet iſte ignis noſter ſub iſta conditione, ſub qua nunc eſt, manere in ſphæra ignis cæleſtis, ſed exigeret aliquem locum minoris leuitatis, quemadmodum eſt aliqua pars ſphæræ ae-

Sphæra ignis non eſt locus ignis noſtri.

I reæ, & in illa permanere. Si autem vellet aliquis eum eleuare vltra ad mediam regionem ſphæræ igneæ, faceret contra conditionem leuitatis corporis iſtius. Patet igitur ex ſuperioribus, quò ignis non poteſt ſtare hic ſine materia, quoniam ex materia gignitur, & quò ignis in ſphæra ſua permanet ſine materia, quia nõ eſt excuſſus ex aliqua materia: quidquid igitur huic igni inferiori apponitur, in quo permaneat, cibus eius vocatur, vel pabulum, & quia adeps cremabatur ſuper altare, erat pabulum ignis altaris. Quod autem dictũ eſt de igne in ſphæra, ꝙ materiam non habeat, verum eſt indubitanter, ſed intelligitur de materia extranea, quæ eſt pabulum, & non de materia vitæ intrinſeca, quæ eſt pars: nam omnis ignis habet materiam, cum ſit corpus compoſitum: ignis hic habet materiam intrinſecam, & extrinſecam, quæ eſt fomentũ. Cauſa

K autem vera, quare ignis in ſphæra ſua materiam extrinſecam non habeat, eſt quia eſt in loco naturali: nam res nõ indiget ad manendum, niſi his, quæ ſunt partes naturæ ſuæ, ſicut aqua & terra per materiam & formã, quæ ſunt partes naturæ ſuæ, manent & aliquo extrinſeco non indigent, & ideo videtur, ꝙ ignis, ſi alicubi manere poteſt in principiis naturæ ſuæ, hoc erit in proprio loco, qui eſt ſphæra ſua: ignis autem apud nos non poteſt manere ſine materia, non quaſi indigeat ea ad manẽdum, ſi aliquamdiu maneret, ſed quiá ignis apud nos nũquam manet per quantumcunque breue tempus, ſed ſolum eſt in generari, & hoc eſt in inſtanti, ſed quia continua fit generatio, videtur manere aliquamdiu ignis: nulla tamen pars ignis data eſt, quæ poſſit durare per quantumcunq; breue tempus, & quia non fit generatio, niſi ex alio, eſt neceſſe ſemper appoſitio pabuli, ſed non eſt pabulum ad permanen-

Limitatio concluſionis, ꝙ ignis in ſphæra ſua non hẽt materiam.

Materia ignis intrinſeca & extrinſeca.

tiam

riam ignis geniti, ſed ad continuam generationem ignis nondum geniti: ignis autem iſte nullo modo poteſt poni in ſphæra ignis, quia non eſt niſi in gigni, & mox genitus deficit, nec habet tempus durationis, & tamen ſi ibi poſſet poni iſte ignis genitus, ſine materia maneret, quaſi eſſet in loco naturali: nam ille ignis, qui eſt hic, corrumpitur, & gignitur ex materia, & hoc fit etiam in contiguo ad ſphæram aeris, quia ibi elementa agunt, & patiuntur, & fit generatio & corruptio, aliàs eſſent impaſſibilia, & incorruptibilia ſecundum partes, quod negant omnes Philoſophi, ideo ille ignis generabilis & incorruptibilis eſt, & corrumpitur, & gignitur, & tamen quamdiu manet non indiget materia aliena, & ſi apponeretur non noceret, & quando ex aere gignitur ignis in ſphæra ſua, in confinio non eſt aer materia extrinſeca, vel pabulum ignis, ſed materia intrinſeca, quia deſinit eſſe aer, & materia eius incipit eſſe ſub forma ignis, cum ſit vera generatio naturalis, ſicut in aliis rebus: ille tamen ignis ſphæræ ſi poneretur hic, non poſſet manere, nec cum materia, nec ſine materia, quia non eſt ſuus locus naturalis, licet aliqui contrarium putauerint, ſicut nec iſte noſter ignis manet hic in materia, quia non eſt verum, ꝙ aliqua pars ignis ſignata maneat hic per duo inſtantia quantumcunq; coniuncta, quia ſi poſſet per duo inſtantia, vel paruum tempus manere, poſſet per magnum. Vnde materia non facit hic ad permanendum ignem, ſed ad cõtinuam generationem ignis, & ita dum manet hic ignis per hoc, ꝙ diu continuatur cõtinuatio eius, ideo qui putat aliquam partem ſignatam ignis manere, quãdiu manet materia, in qua eſt, errat: ſi.n. poſſet aliquamdiu manere ignis ſemel genitus in materia, quæ eſt pabulum, poſſet etiam ſine illa aliquamdiu manere, & tamen nec in materia manet, vt dictum eſt. Quod verò dictum eſt de motu iſtius ignis ad ſphæram ignis, verum eſt, ꝙ non eſt ille locus naturalis, quia hic non eſt ignis purus, ſed potius eſt materia ignita, quę alleuiatur per calorem ignis, & illa materia nõ eſt pars ignis, ideo eſt minoris raritatis, ideo ſi ſecundum tale eſſet, competeret, ꝙ locus ille eſſet infra ſphæram ignis. De hac materia plenius dicetur Matth. 25. cap. vbi agetur de inferni igne. Scriptura tamen Sacra ſequitur modum vulgarem loquendi, dicens ligna eſſe pabulum ignis: non per hoc, ꝙ ignis genitus in eis conſeruetur, ſicut in pabulo, ſed ꝙ ex eis gignatur. Putant tamen vulgares ignem verè manere, ideo exteriora vocant pabulum potius quam materiã generationis. *In pabulum ignis.* Hic intelligendum eſt, quòd adipes quando ponebantur ſuper altare, erant pabulum ignis, quia ignis fouebatur in eis; non tamen erant in pabulum ignis, id eſt ad pabulum ignis, ſcilicet, ꝙ ad hoc ponerentur, vt eſſent pabulum ignis, quoniam ligna ſolum ponebantur ad pabulum ignis, vt patet infra 6. cap. cum dicitur: Ignis autem in altari ſemper ardebit, quẽ nutriet Sacerdos ſubiiciens mane ligna per ſingulos dies. *In oblationibus Domino,* id eſt quandocunq; fieret aliqua oblatio Domino ſemper poni debent adipes ſuper altare, ſi autem eſſet aliquod ſacrificium, quod non eſſet ſacrificium Dei, non ponebatur ibi adipes, ſicut patet de vitula rufa, cuius adeps non comburebatur in altari, ſed tota ipſa cremabatur extra caſtra, vt patet Num. 19.

Ignis noſter manet ſolũ per vnicum inſtans.

Hic non habemus ignem purum.

Ligna nõ ſunt pabulũ ignis.

Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam Domino, ponet manum ſuam ſuper caput eius: immolabitq; eam in introitu Tabernaculi teſtimonij. Et fundent filij Aaron ſanguinem eius per altaris circuitum. Tollentq; ex ea in paſtum ignis Dominici adipem, qui operit ventrem, & qui tegit vniuerſa vitalia: duos renunculos cum reticulo, quod eſt ſuper eos iuxta ilia, & aruinam iecoris cum renunculis: adolebitq; ea ſuper altare Sacerdos in alimoniam ignis, & ſuauiſſimi odoris. Omnis adeps Domini erit iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis veſtris, nec ſanguinem, nec adipem omninò comedetis.

Infra eo. *Infra 4.*

Ritus faciendi ſacrificium pacificũ de capris.

Si capra fuerit eius oblatio. Hic ponitur tertia ſpecies pacificorum ſacrificiorum, & fiebat ex capris tam ex maſculis quam ex feminis, tam paruę ætatis, ꝗ magnæ, ſicut ſupra dicebatur de oue, & boue, ꝙ non fiebat differentia in illis quãtum ad ſexum & ætatem in hoſtiis pacificis, ſicut

A in holocauſtis: cauſa autem ſupra poſita fuit. *(Et obtulerit eam Domino.)* ſ. capram cuiuſcunque ſexus, & ætatis, dicebatur eam offerre Domino, quia præſentabat eam Sacerdotibus, vt offerrent immolantes, & cremantes coram Domino, quoniam immolatio, quæ fiebat Sacerdotibus propter Deum fiebat. *Ponet manum ſuam ſuper caput eius.* In omnibus ſacrificiis hoc generale erat, cauſæ autem huius ſupra aſſignatæ ſunt in boue, & oue. *Immolabitq; eam in introitu Tabernaculi.* i. iugulabit eam apud oſtium Tabernaculi. ſ. in latere Aquilonari altaris, quod latus erat apud oſtium Tabernaculi. *Fundent filij Aaron ſanguinem eius.* ſ. ꝙ ſanguis illius animalis fundebatur in iugulatione ſuper crateras quaſdã, & ibi Sacerdotes minores ſubminiſtrantes illi Sacerdoti qui miniſtrabat principaliter, ſumebant ſanguinem, & ipſi fundebant eum ſuper altare B eo modo, quo ſupra dicebatur. *Per altaris circuitum.* i. per parietes altaris, ſuper ipſum altare, quoniam cum fundebatur ſanguis per parietes altaris, non fundebatur in parte inferiori altaris, ſed ſupra, quoniã parietes altaris erant altiores quàm ipſa arula altaris, quoniam planicies quædam intra concauitatem altaris, vſque ad quam altare repletum erat terra, & ſanguis iſte fundebatur ſuper extremitates altitudinis tabulatum altaris, ideo ſupra primo capitulo, cum diceretur de iſta effuſione ſanguinis, dixit debere ſanguinem decurrere ſuper crepidinẽ altaris: crepido tamen ſummitas rei eſt, à qua ad vtramque partem eſt caſus. *Tollentq; ex ea in paſtum.* Hic loquitur de illis, quæ cremari deberent ſuper altare de capra immolata in hoſtias pacificas, & dicitur tollent ex ea, i. ex capra immolata. *In paſtum ignis Dominici.* i. ex capra immolata de- C bebat tolli id, quod ſequitur, & hoc erat in paſtum ignis Dominici. i. ad hoc, ꝙ ignis ille, qui erat in altari, qui vocabatur Dominicus, fomentaretur; ſic dicebatur ſupra ꝙ ponerentur adipes in pabulum ignis, & verum eſt, ꝙ iſta erant in paſtum, quia quando iſta ponebantur in altari, ignis paſcebatur in eis, quia conſeruabatur in eis, ſicut in materia ſua.

Quare ignis altaris vocetur ignis Dominicus. Quæſt. VI.

VOCATVR autem ignis, Dominicus, propter duo: Primò, quia erat pro ſolo Deo. i. ſolum ſeruiebat ad cultum Dei, quoniam in illo igne in altari nihil ponebatur, niſi quod Deo conſecratum erat, vt adoleretur in honorem eius; res autem profanæ, nunquam ibi combure- D bantur; & ſicut aliquæ veſtes vocabantur Diuinæ, quia ad ſolius Dei cultum erant deſtinatæ: ita iſte ignis vocabatur Diuinus, quia ad ſolum cultum Dei proficiebat. Alio modo poteſt dici iſtum ignem eſſe Dominicum, quia à Deo datus eſt: nam quãdo primo poſita ſunt holocauſta ſuper altare, nullo ibi exiſtente igne, Deus miſit ignem de cælo, qui combuſſit omnia illa oblata: manſit autem ille ignis in altari toto tempore quo Iudæi permanſerunt in cæremonijs ſuis, ſ. à tempore, quo in monte Sinai combuſtum eſt primum ſacrificium in eo, vſq; poſt mortem Chriſti, & iſte ignis manebat in altari cum lignis. Et dicunt aliqui, ꝙ dato ꝙ ligna ſepararentur, manebat ille ignis in altari, & quando mouenda erant caſtra per deſertum, excutiebatur totus cinis, & tota terra de altari, manente igne ſolitario, qui inuoluebatur in pannis purpureis intra altare. E Cum iterum caſtra locarentur & Tabernaculum, ponebantur ligna in altari, & rurſus ardebat ille ignis in eis; cũ autem acceſſerunt Iſraelitæ ad terram promiſſionis, manſit iſte ignis in loco, vbi manebat Sanctuarium. Et erat talis conditionis, ꝙ quanquam omnis flamma tranſiret ſuper illum, non extingueretur. Hoc modo manſit iſte ignis vſque ad captiuitatem Babylonicam in altari in templo Salomonis. Cum autem Iudęi tranſmigrare debuerunt in Babylonem, acceperunt iſtum ignem, qui erat in altari, & poſuerunt in puteo, manſitq. ibi 70. annis dum Iſraelitæ fuerunt in terra Babylonis, cum autem reuerſi ſunt in Iudæam, venerunt ad puteum illum ad inquirendum ignẽ, & non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam, quam iuſſit Nehemias Princeps educi, & poſita eſt ſuper ſacrificia, & inde exurrexit magnus ignis comburens ſacrificia, & ligna ſuppoſita ſacrificijs. De hoc habetur 2. Machab. 2. c.

Opin. Iudæorum, quõ manſit iſte ignis inextinctus vſque ad mortem Chriſti.

Dein-

Deū de autem non fuit facta aliqua mutatio Iudæorum de terra ſua, manſitq; ignis iſte in altari, vſquequo manſerunt cæremoniæ Iudæorum poſt mortem Chriſti, donec Ieroſolyma deſtructa eſt. De hoc autem aliquid conuincitur infra 6.cap.cum dicitur:Ignis ex eodem altari erit, id eſt ille ignis quo ſacrificia cremabantur,nō erat genitus in lignis,vel ex lapidibus excuſſus, ſed ex eodem altari erat, ſcilicet à Deo datus: iuſte igitur iſte ignis Dominicus vocabatur. Hoc quod dictum eſt de igne, quòd manebat ſine materia, & portabatur in altari inuolutus pānis purpureis,creditum fuit à Iudæis, & habet aliqualem colorem, ex eo quod dicitur de Nehemiæ temporibus,& poſſet aliqualiter credi,ſed non eſt neceſſe ſic teneri;immo rationabilius videtur, quòd ignis à principio ſupernaturaliter venit ſuper altare in die prima miniſtrationis Aaron, & filiorum eius, infra nono cap. & manſit ibi fomentatus in lignis, cum autem receſſerunt de monte Sinai, non legitur feciſſe cæremonias ſacrificiorum in toto deſerto per quadraginta annos, quouſq. poſt mortē Moyſis trāſito Iordane locatum fuit alicubi Sanctuariū, & inceperunt exerceri cæremoniæ: hoc autem tempore medio portabatur altare holocauſtorum vacuum,& nullus ignis erat in eo,nec ligna, cum autem redierūt ad cæremonias ſacrificiorum in terram Chanaan, cępit eſſe in altari ignis,ſiue iſte rurſus miſſus ſit ſuper ligna poſita,ſiue excuſſus fuerit de lapidibus,aut aliundè ſumptus, & tunc manſit ibi, vſque ad trāſitum in Babylonem per noctem & diem nunquam extinctus. Sed ꝙ etiamſi flumina tranſirent ſuper illum ignem, non extinguerent illum conſequens eſt ad id, quod illi aſſerunt.ſ.ꝙ portabatur in deſerto inuolutus in pannis, vtrumq; autem videtur, ſuperius negatum, Primum quidem miracula duo præſupponebat, vnum eſt, ꝙ apud nos maneat ignis, qui tamen non manet,ſed eſt in continua generatione,quod ſine materia aliena non fit:Si autem ignis, ſine extrinſeca materia detur, non conſiſtit in generari, ſed in permanere, quod ſupra negatum eſt. Aliud eſt miraculum,ꝙ ignis manens inuolutus in veſtibus purpureis,nō lęderet eas:iſta autem non ſunt ſatis credenda:nam cum ſint altiſſima miracula, ſi tale quid fuiſſet,narraſſet illud Scriptura in laudē Dei, & honorem Diuini ſacrificij, tamen non dixit aliquid de hoc,cum tamen quædam minora expreſſerit, ſicut de tribus pueris.quorum veſtes in fornace ignis exuſtę nō ſunt Dan.3.c. Maximè,ſi tanto tempore iſta res duraſſet. Secundum quod dicunt, etiam eſt miraculum, quod ignis non extinguatur ab aquis,ſed viuat inter illas, & hoc accipiunt ex eo,ꝙ manſit iſte ignis abſconditus in puteo. Videtur autem dicendum,ꝙ iſte ignis erat ignis extinguibilis,ſicut videtur,quia erat in continua generatione ex materia, & ſi ceſſarent ligna apponi,extingueretur ignis, & hoc apparet:quia Deus iubebat apponi continuè ligna in altari ad nutriendum iſtum ignem per ſingulos dies,infra 6.cap.& tamen ſi per ſe manere poſſet inuolutus in veſtibus purpureis, non apponerentur ei ligna, & eſſet maior laus Dei.Non ergo poterat manere,ſed extinguebatur nō appoſitis lignis. Quod autem probant de igne inuento in puteo,nihil facit, quia ibi non probatur, ſicut iſti volunt, ꝙ ignis ille non extingueretur in aquis,quia licet in puteo poſitus eſſet, non habebat ille puteus aquam, ſed erat altus,& ſiccus, vt patet 2.Machab.1.c. Secundò, quia ignis non manſit ibi toto illo tempore, ſed extinctus eſt cōſumpta materia,& poſt multum temporis cum Sacerdotes illum quærerent, non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam,& ita ignis defecerat, ſicut quilibet alius, ſed ex illa aqua orantibus Sacerdotibus ſuſcitatus eſt ignis, & illud fuit miraculum:ſed ita potuiſſet ſuſcitari de aqua,quæ nō fuiſſet de illo puteo. *Adipem qui operit ventrem*. iſti ſunt, quæ ſumebantur de capra oblata in victimas pacificas.ſ. adeps,qui operit ventrem.Erat autem iſte adeps quædam pinguedo ſuper ipſam pellem ventris, quæ ſemper ibi eſt quando animal pingue eſt.Hanc autem primò oportebat tolli ab ipſa pelle,vt cremaretur ſuper altare. *Et qui tegit vniuerſa vitalia*. Ponitur hic alia pars pinguedinis, quæ ſumebatur ad cremandum ſuper altare. Erat autem pinguedo operiens omnia vitalia.ſ.omnia membra,quæ ſunt apud ipſum cor,quoniam ſuper ipſa,& ſuper cor eſt quę-

Vltima reſolutio auctoris.

F dam pinguedo cooperiens:hanc autem iubet tolli,& non ſolum eam,quæ erat ſuper vitalia circumdans ea, ſed etiā illa, quæ erat inter ipſa vitalia. *Duos renunculos*. Iubet ēt poni ſuper altare renunculos caprarum,quoniam iſti magis pertinent ad pinguedinem quàm ad carnes.*Cum reticulo, quod eſt ſuper eos iuxta ilia*. Iubet etiam cremari reticulum,id eſt pinguedinem quandam,quæ in modum retis ſuper renunculos eſt.& iſta non eſt propriè reticulum, ſicut illa,quæ circumdat hepar,quoniam eſt magna pinguedo denſata in cumulum,& eſt iuxta ilia,id eſt expenſa eſt, & adhærens ſuper partes lumborum,& ilium. *Et aruinam iecoris*. Dicitur aruina generaliter pinguedo, & vocatur aruina iecoris ea, quæ aliàs vocatur reticulum, quoniam eſt pinguedo ſuperfuſa hepati, in modum retis illud circumdans: hic tñ nomine generali eam aruinam
G vocauit. *Cum renunculis*.i. ēt renunculos: hic ſit repetitio manifeſta ſuperiorum,qm̄ ſup.dixit duos renunculos debere offerri, hic iterum ſubdit de eiſdem renunculis offerendis. *Adolebitq; ea ſuper altare Sacerdos*. i.omnia prædicta deberet Sacerdos ſumere, & offerre ſuper altare ad cremandum; nec dicitur hic, ꝙ filij Aaron adolerent iſta, ſicut dicebatur ſup. ꝙ filij Aaron offerrent ſanguinem ꝑ circuitum altaris, quoniam miniſtratio ſanguinis omnibus Sacerdotibus data erat,& principaliter eis,qui miniſtrabant tanquam minores Sacerdotes ſubminiſtrantes principali Sacerdoti: adolere autem ſuper altare ea, quæ dicta ſunt,erat miniſtratio Sacerdotis principaliter miniſtrantis,ideo cum de hac agitur,non dicitur,ꝙ filij Aaron adolebant, quoniam illi accipiuntur pro ſubminiſtrantibus, ſed ille qui principaliter miniſtrabat. *In alimoniam*
H *ignis*.i.ponebantur iſta ad alendum vel nutriendū ignem, quoniam cum iſta poſita eſſent in igne, fouebatur in eis ignis. *Et ſuauiſſimi odoris*. i. ꝙ ponebantur iſti adipes ad odorem Dei ſuauem,in colendo eū,eo modo,quo dictum eſt ad offerentium deuotionem referendo, quoniam ſecundum ſe,nō erat ille odor ſuauis,ſed potius fętidus, aut grauis. *Omnis adeps Domini erit iure perpetuo*. In iſta parte ponit regulam de adipibus, quoniam ſup. dicebatur, in omnibus ſacrificiis, ꝙ deberent adipes cremari in altari, & quia fortè non putaret aliquis eſſe hoc generale, ſed aliquos caſus eſſe, in quibus nō teneret, ideo data fuit regula,ꝙ nunquam erat aliquod ſacrificium,in quo nó cremaretur adeps: & ſi fortè aliquis vellet comedere adipē, valde peccabat, & merebatur mortem,vt patet infra 7.c. hic aūt cū dicit: Omnis adeps erit Domini, non eſt intel-
I ligendum vniuerſaliter,quoniam ſoli illi adipes erāt Domini, qui Deo ſuper altari cremabantur, ſed multi adipes erant, quos non licebat ad altare offerre, nec cremare,ergo non erant omnes adipes Dei iure perpetuo.Patet hoc; quia animalia iſta,quæ erant immunda ad eſum, non poterant aliquo modo immolari in honorē Dei, nec adipes illorum ad Deum pertinebant. Item,adhūc de animalibus,quæ licebat comedere, quædam erant, quæ non licebat offerri,quoniam decem genera, vel modi animalium erant,quæ Iudæis licebat comedere,vt habetur Deut.14. non tamen licebat omnia iſta immolari, & conſequenter non licebat ſumi adipem de eis, & poni in incenſum coram altari, quoniam non erat magis mūdus adeps, quam ipſæ carnes animalis. Cum ergo de carnibus non liceret offerri,nec etiam licebat de adipibus aliquid cremari.Itē,
K quia infra 7.c. dicitur de adipibus cadauerum morticinorum, & animalium captorum à beſtiis, ꝙ deberet Iudæis ſuccedere ad varios vſus,ergo non licebat de illis aliquid cremari coram Domino, & ſic neceſſariū eſt, ꝙ intelligatur de adipibus ſolum, qui pertinebant ad animalia immolata Domino. *Omnis adeps Domini erit iure perpetuo*. ſ. omnis adeps, qui pertinet ad animalia, quæ immolabantur Deo,erit Domini iure perpetuo.i. ꝙ ſemper pertinebit ad Deum.ſ. ꝙ nullum tempus erit,vel nullus caſus,in quo adeps animalis immolati nō offeratur,& crTemetur coram Domino.Hoc autem dicit ad differentiam carnium ſacrificiorum,quoniam non erat generale in ſacrificiis, ꝙ ſemper carnes darentur Domino,ſed aliquando dabatur pars earum,& aliquando omnes,& aliquando nulla: de adipe autem non erat ſic, quoniam ſemper offerebatur coram Domino. *Iure perpetuo in generationibus veſtris*.

Lex vniuerſalis de adipe cremando.

An ſint adipes pertinentes ad Deum in omnibus adipibus.

Quomodo

Quomodò iſta lex de cremandis adipibus dicitur duraſſe in æternum, & quomodo aliqua lex dicitur æterna. Q. VII.

ISTA æternitas iuris non ſignificat ſimpliciter omne tẽpus, ſed ſolum ſignat tempus illud, in quo cæremoniæ durarent ſacrificiorum: non.n. erant duratura ſacrificia in æternum, quoniam adueniente Euãgelica lege abolenda erant; nec ergo ritus iſte de immolatione & adipibus cremandis poterat ſeruari in æternum. Satis tamen poteſt dici iſta lex æterna, aut ſaltem perpetua, eo modo, quo aliqua lex perpetua dici poteſt: nam leges ſunt directiuæ actuum, & negociorum humanorum. Si igitur aliqua lex detur de aliquo genere actuum humanorum, & permaneat tamdiu, quamdiu permanent illi actus humani, dicitur perpetua: nam dato, ꝙ illi actus aliquo tempore ceſſent, & tunc ex conſequenti ceſſet lex, quæ eſt de B illis actibus: ſi tamen illi actus manerent in æternum, maneret quoque lex eis coæterna facta, & iſto modo nihil magis differt ad eſſe legem æternam, ꝙ illa aliquo tempore ceſſet, quam ꝙ nũquam ceſſet. Si autem ceſſet ſolum ceſſantibus illis actibus, quorum ipſa lex eſt principium directiuum, leges æternas eſſe, poſtquam datæ ſunt, neceſſarium eſt, niſi aboleantur. Abolentur autem tunc aliqua lex, cum in eo genere negocij, cuius ipſa regula erat, alia ponitur ipſi repugnans, ad quod neceſſarium eſt priorem fore abolitam. Si tamen nulla alia lex huic derogans poneretur, etiamſi modicũ tempus maneret, tamen æterna diceretur, quoniam non ipſa deficeret, ſed genus negocij de quo eſt. In hoc autem applicantes ſic dicere poterimus, ꝙ iſta lex de cremandis adipibus ſacrificiorum ſuper altare manſit iure æterno, quoniam ipſa non abolita eſt, C cum nulla ei derogans lex poneretur, ſed cum ipſa ſacrificia, de quibus erat regula directiua abolita ſunt. (Non enim iã ſacrificatur in Nouo Teſtamẽto, ſicut in Veteri.) Impoſſibile eſt ex natura rei obſeruari cæremonias ſacrificiorum in Nouo Teſtamento, ſicut in Veteri. Si tamen ſacrificia manſiſſent in Nouo Teſtamento, quæ in Veteri fieri ſolita erant, manſiſſent quoq; cæremonię & modi ſacrificiorũ, & ſic leges de modis ſacrificiorum eſſent perpetuæ, nunc autem omnia ſacrificia vetera, de quibus iſta lex, & ſimiles datæ erant, ceſſauerunt. Iſtas igitur leges ceſſare neceſſe erat. Quantum ergo ad hoc, dicendum eſt, ꝙ ſuccedente Nouo Teſtamento, abolitæ ſunt leges iubentes fieri ſacrificia, cum Nouum Teſtamentum illa fieri inhibuerit, ideo illæ leges perpetuæ non erant. Legibus tamen de ritu ſacrificiorum non directè repugnatum D eſt, ſed ſolum ceſſauerunt, quia earũ materia abolita fuit, ideo leges hæ perpetuæ fuerunt. Ad hoc autem, vt leges de ritibus ſacrificiorum non eſſent perpetuæ, oportebat, vt manentibus ipſis ſacrificiis, tollerẽtur leges, alijs derogantibus introductis, vt puta manente ſacrificio holocauſtorum, & victimarum pacificarum, ac pro peccato, dictũ fuiſſet, vt nemo adipes illos ſuper altare cremaret, ſed conuerterẽtur ad alios vſus, nulla tamen lex vnquam introducta eſt, dum ſacrificia ipſa permanſerunt, iure igitur æterno iſta lex permanſit. *In cunctis generationibus, & habitaculis veſtris.* i. iſta lex de adipibus cremandis durabit, quamdiu durauerint generationes veſtræ. i. ſuccedẽtes vobis, & erit in cunctis Tabernaculis veſtris. i. obſeruabitur in omnibus domibus veſtris. ſ. ꝙ non eſſet aliqua domus priuilegiata, quæ poſſet offerre ſacrificia, & non cremare E adipes, ſed vel eos comedere, vel ad aliquos vſus reſeruare. In omnibus quidem domibus lex iſta ſeruabatur, ideo dicebatur manere lex iſta iure perpetuo in Tabernaculis omnium Iudæorum. *Nec ſanguinem, nec adipem omninò comedetis.* Hic ponitur præceptũ generale de adipibus, & ſanguine, quoniam ſup. ponebatur ſolũ de adipe, & quoniam iſta ſunt generalia in omnibus ſacrificiis, vt ſemper debeant offerri, ideo iuſſit Deus de neutro eorum ſanguine. ſ. & adipe comedi debere: iubet autem hic Deus duo. ſ. non eſſe comedendum ſanguinem, nec adipẽ. Quantum ad primam de comeſtione ſanguinis, generale erat ꝙ nullus de illo comederet, quoniam ſi quiſquam comederet, mori debebat, vt patet inf. 7. c. cũ dr̄: ſanguinem quoque omnis animalis nõ ſumetis in cibum, tam de auibus, quam de pecoribus, omnis anima, quæ ederit ſangui-

Generale præceptũ de adipibus & ſanguine.

A nem, peribit de populis ſuis, infra etiam 7. c. dicitur, neminem debere comedere ſanguinẽ. ſ. homo quilibet de domo Iſrael, & de aduenis ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eam de populo ſuo, quia anima carnis in ſanguine eſt. Erat autem obſeruandum in ſanguine, quòd cum aliqua animalia iugularentur, ſi illa immolabantur Domino ſanguis pertinebat ad effuſiones, & aſperſiones, quæ fieri deberent in atrio, & intra Tabernaculum, vt patet ſup. 1. c. & hic, & ſeq. nihilq. de ſanguine illo, aut in cibos ſumi poterat, aut conuerti ad alios vſus. Si autem eſſet ſanguis alicuius animalis, quod non immolaretur Domino, aut erat de animalibus, quæ licebat comedi, & offerri, vt de capra, boue, & oue, tunc debebat ſanguis illorum effundi ſuper terram, vt patet Deuter. 12. c. cum dicitur: Hoc ſo- B lum caue, ne ſanguinem comedas, ſed ſuper terram fundes quaſi aquam, vt ſit tibi bene, & filijs tuis poſt te, cum feceris quod placet in conſpectu Domini. Si autem animalia iugularentur, de quibus non licebat offerri, ſed licitus erat eſus carnium illorum, ſicut animalia, quæ venatu, & aucupio accipiebantur, ſanguis eorũ effundendus erat, & cooperiendus terra. nihilq. de illo, aut comedendum, aut in alios vſus reſeruandum. Sic dicitur infra, 17. c. Homo quicunque de filiis Iſrael, ſiue venatione, ſiue aucupio ceperit feram, vel auem, quibus veſci licitum eſt, fundat ſanguinem, & operiet illum terra.

Quare ſanguis, & adeps non comedebantur in Veteri Lege, Quæſt. VIII.

C DE cauſa autem quare ſanguis non comedebatur in Veteri Lege, aliqui dubitant. Et dicendum eſt, hãc eſſe bipartitam: quoniam ſanguis qui pertinebat ad ſacrificia, habebat quandam cauſam ſpecialem, ſanguis autem aliorum animalium non immolatorum alteram habebat. Cauſa enim quare ſanguis animalis immolati coram Domino non deberet comedi, erat, quoniam ſanguis ille erat ad expiandum pro peccatis, ſicut ſupra dictũ eſt. Si autem comederetur, non poterat fieri aliqua expiatio. Quòd autem ſanguis ad expiationem eſſet, habetur ad Hebr. 9. c. cum dicitur: Omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorum. Idem patet infra, 17. c. Quòd autem ex iſta cauſa iuſſiſſet Deus ſanguinem ſacrificiorum non comedi, patet infra, 17. c. cum dicitur: Homo quilibet D de domo Iſrael, ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eam de populo ſuo, quia anima carnis in ſanguine eſt, & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare meum expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit, ideo dixi filijs Iſrael: Omnis anima ex vobis non comedet ſanguinem. Si autem accipiatur ſanguis animalium, quæ non offerebantur, ſed comedebantur. Dicendum eſt, ꝙ non debebat ſanguis iſtorum comedi, quia Deus volebat per hoc incitare Iudæos ad pietatem quandam inter ſe, habentes in alterutrum viſcera pietatis: erudiuit autem illos ad hanc pietatem iubendo fieri quandam pietatis obſeruationem in animalibus, & quoniam anima, & vita pecorum, & vniuerſorum animalium eſt in ſanguine, ſi aliquis comederet ſanguinem, videbatur comedere vitam & animam E ipſius animalis, hoc autem nimis crudele videbatur, quoniam ꝙ aliquis carnes animalium in cibos ſumat, non eſt aliqua crudelitas ipſius, quoniam iam illæ carnes exanimatæ, & prorſus vita carentes ſunt: comedere tamen animam, quæ vita eſt, crudele quid videtur, velut ſi quiſpiam animal viuens morſibus dilaniaret, atque comederet, quod profectò abominãdum naturæ eſt. Et quoniam animam animalis in ſanguine eſſe cõſtat, iuſſit Deus ſanguinem non comedi, ſed humo coòperiri, in quo pietatis cuiuſdam genus exhiberi videbatur, velut cum quis cadauer humanum inferat in ſepulchrũ. Quòd autem iſta fuerit cauſa, ob quam Deus iuſſit ſanguinem non comedi, habetur infra, 16. cap. cum dicitur: Homo de domo Iſrael ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra illum, & diſperdam animam illius de populo ſuo, quia anima carnis in ſanguine eſt, ideò dixi filiis Iſrael;

Leuit. Capit. 17.

omnis anima ex vobis non comedet ſanguinē. Idem pa- F
tet Deuteron.12.cum dicitur:Hoc ſolum caue,ne ſangui-
nem comedas: Sanguis eorum pro anima eſt, & idcirco
non debes animam comedere cum carnibus, vt bene ſit
tibi, & filiis tuis poſt te. Quòd autem Deus iuberet ali-
quam pietatem obſeruari in animalibus brutis,ad erudi-
tionem pietatis in natura humana,patet Deuter.22.c.vbi
dicitur: Vadens per viam, ſi inueniret nidum in arbore,
vel terra, & inueniret matrem incubantem pullis, nō de-
beret accipere matrem & pullos, ſed accipere pullos di-
miſſa matre,aut aſſumpta matre pullos relinquere, & di-
cit ꝙ obſeruantibus hoc,bonum eſſet,& vitæ diuturnitas.

Secunda pars quæ de adipe.

Nunc autem conſiderandum de ſecundo,quod hic po-
nitur.ſ.non comedere adipem; & dicendum eſt,ꝙ nō pa-
tet ſic manifeſtum documentum,ſicut de comeſtione ſan-
guinis;quoniam infra 7. cap. vniuerſaliter fuit mādatum, G
ne quis comederet de ſanguine alicuius animalis, aut vo-
lucris:de adipe autem nō patet ſic: quoniam quamuis di-
catur hic vniuerſaliter, ꝙ non comederetur omninò ali-
cuius animalis adeps, tamen non conſtat, an de animali-
bus immolaticiis ſolum loquebatur, an extēdatur ad ani-
malia omnia alia, quandoquidē nō ſubditur alia regula,
magis ſpecialiter determinans, ſicut de ſanguine diceba-
tur.Et poteſt aliquis dicere,ꝙ ſolum loquebatur hic Deus
de adipe immolatorū, qm̄ ſupra dicebat, ꝙ omnis adeps
Domini eſſet iure perpetuo,& illud probatum eſt intelli-
gi debere de ſolis adipibus animalium immolatorum.Sic
igitur dicetur,ꝙ loquitur hic de ſanguine, & adipe quan-
tum ad ea,quæ immolabātur. Circa hoc an liceret aliquo
modo comedi de adipibus animalium, variæ poſitiones
ſunt:quidam.n.dixerunt,iſtam litteram ſolum debere in- H
telligi de adipibus animalium immolaticiorum. ſ.de bo-
ue, oue, & capra, & hoc ſiue iſta immolarentur, ſiue non
immolarentur.Si autem immolarentur,ſatis manifeſtum
eſt non licere comedi adipes eorum, cum dicatur hic:
Omnis adeps Domini erit iure perpetuo, & infra, 7. cap.
cum dicitur: Si quis adipem, qui offerri debet in incen-
ſum Domini,comederit,peribit de populo ſuo. Etiam ſi
iſta animalia non immolarentur,non licebat comedi adi-
pes eorum, vt patet infra, 7. c. vbi generaliter vetatur oīs
comeſtio adipis bouis, ouis, & capræ, non exprimendo
de immolatis,vel nō immolatis,cum dicitur:Adipem ca-
daueris morticini,& eius animalis,quod à beſtia captum
eſt, habebitis in varios vſus:adipem bouis,ouis, & capræ
non comedetis. De aliis autem adipibus dicunt, ꝙ ſi eſ-
ſent animalium morticinorum,ſiue captarū à beſtiis, ſiue I
illa animalia eſſent boues, oues, & capræ, ſiue eſſent alia
animalia quibus veſci liceret,tamen nō licebat ea immo-
lari,ſed accipiebant illos adipes ad varios vſus,non tn̄ co-
medebant. De hoc infra 7.cap.dicitur: Adipem cadaue-
ris morticini, & eius animalis, quod à beſtia captum eſt,
habebitis in vſus varios. Dicūt tamen,quod ſi eſſent adi-
pes animalium,quibus veſci licebat,nec tamen poterant
immolari,ſi non capta eſſent à beſtiis, aut morticina, po-
terant adipes comedere, quod probāt ex eo quod dicitur
infra,17.c.ſcilicet, ꝙ cum quis acciperet feram de aucu-
pio,aut venatione,comedebat carnes eius prius fuſo ſan-
guine, & ſic omnia, quæ in ipſo animali erant ad cibum
licita videbantur,præter ſanguinem, ergo adipes come-
di licebat in his. Item adhuc probant hoc ex vſu Iudæo-
rum modernorū, quoniam accipiunt adipes animalium, K
quibus licitum eſt veſci, & non immolari, & ex illis co-
medunt,ſi autem ſit adeps ouis,bouis,& capræ,nō come-
dunt. Alij autem è contrario volunt.ſ.quòd non liceret

Opinio dicens adipum comeſtionē eſſe generaliter prohibitam.

comedi adipem alicuius animalis, ſicut nec licebat vllo
modo comedi ſanguinem,quod inducunt ex hac littera:
quoniam hic paria ea fecit, dicens: nec ſanguinem, nec
adipem omnino comederis.i.nullo modo comedetis, &
quando alij probant, quòd licebat comedi adipem ali-
cuius animalis,quoniam de feris captis aucupio, vel ve-
natione ſolum iubebatur ſanguinem proiici,cetera autem
ad eſum permittere videbantur; dicunt quòd hoc nihil
probat de his,quæ Iudæi volunt:quoniam licèt ibi nō ex-
primatur debere dimitti adipem,tamen intelligitur,cum
hic iuſſum ſit generaliter,nullum adipem comedi debe-
re. Nam ex hoc modo arguēti induceretur inconueniens
contra ea, quæ hic dicuntur: ſi enim ideo liceret comedi
adipes animalium non immolādorum,quibus tamen ve-
ſci licitum erat,quia nō expreſſe vetitus fuit infra 7.cap.
eſus adipis,ſequeretur quod cum aliquis occidiſſet ouem,
bouem,aut capram in cibum ſuum,quòd poſſet comede-
re adipem illius, quoniam Deuter.12.dicitur,quod ſi ali-
quis vellet comedere carnes,ſiue erūt maculatæ,ſiue non
maculatæ,poterit occidere, & comedere nulla obſeruata
cæremonia, etiamſi illa animalia eſſent immolaticia,
ſed fieret in eis,ſicut in ceruo,& capra:hoc autem exclu-
di deberet ſolum,quod non comederetur,ſanguis cū car-
nibus. Videtur igitur ex hoc, ꝙ licebat comedi adipem
bouis,ouis,& capræ,quod iſti negant, & manifeſtè repu-
gnat litteræ.infra,7.cap. Cum autem arguunt ex conſue-
tudine modernorum Iudæorum, quòd Iudæi moderni
ſic obſeruāt, vt quorundam animalium adipes comedāt.
Reſpondendum eſt, ex hoc non valere, quoniam Iudæi
moderni multa deſtruxerunt de cæremoniis antiquorum
Iudæorum poſt mortem Chriſti, in quibuſdam relaxan-
tes,in aliis verò reſtringentes; hoc autem tam intentione
repugnandi Chriſtianis in aliquo, quam excæcatione in-
tellectus in exponenda Lege, quoniam cæcitas ex parte
cōtigit in Iſrael,vt ait Apoſtolus ad Rom.11.& hoc non
ſolum in credendo,de quo prædicta auctoritas loquitur,
ſed etiam quantum ad intentionem Sacrarum Scriptura-
rum: quoniam, vt ait Apoſtolus 2.Corin.3.cap.Hebræi
habent vſque hodie obtuſos ſenſus, & velamen, quod
Moyſes ante oculos ſuos ponebat,manet in ipſis in lectio-
ne Veteris Teſtamēti: nam cum legitur Moyſes,velamen
ſuper cor eorum poſitum eſt.Iſti igitur Iudæi non creden-
tes,dicunt nullo modo licere comedi de adipibus aliquo-
rum animalium accipiētes ex hac littera fundamentum.

Iudæi poſt mortem Chriſti multa deſtruxerunt de cæremonijs antiquorum.

Si quis tamen contrariam velit tenere poſitionem, dicet
iſtam litteram intelligi ſolum de adipibus animaliū im-
molandorū:quoniam de illis comedi nihil licebat. Quod
aūt de his intelligatur, patet ex contextu: quoniam ſupra
immediatè dixerat:Omnis adeps Domini erit iure perpe-
tuo; & intelligebatur de illis adipibus animalium, quæ
immolabantur,quos cremari ſuper altari oportebat.Du-
bitatur autem quid horū verius ſit,& fortaſſis dicendum
erit,magis comedere quoſdam adipes à cibo vetitos eſſe,
aliis autem licere veſci,iuxta poſitionem eorum. Nec tn̄
ſuam approbo rationem,qua hoc confirmant.ſ.ꝙ aſſum-
pta aliqua fera de aucupio,vel venatione, deberet sāguis
effundi,& deinde fera comedi,in quo putant omnia,quæ
in fera ſunt,eis ad eſum permitti: nam fortius argueretur
Deut.12.debere etiam adipem bouis, ouis,& capræ co-
medi: quoniam infra.17.cap.cum dicitur debere feram,
qua veſci licitum eſt, comedi, effuſo prius ſanguine, non
dicitur, quòd ſolum deberet ſanguis effundi, & operiri
terra, & tamen Deuteron.12.cum agitur de comeſtione
bouis,ouis,& capræ, & ceterorum animaliū, tam immo-
laticiorum,quam non immolaticiorum, dicitur, ꝙ debe-
rent iugulare,& comedere de illis Iudæi nulla cæremo-
nia obſeruata,niſi quòd ſolum ſanguinem effunderent.&
tn̄ manifeſtum eſt,ꝙ præter ſanguinis effuſionem, adhuc
debebant tolli adipes, qm̄ iuſſum fuerat adipem bouis,
ouis,& capræ non comedi, vt patet infra, 7.cap.ideo illa
lex, quæ erat in Deuter.iubens nihil debere tolli de ani-
mali,niſi ſanguinem, reducenda erat ad iſtam legē, quæ
habetur infra,7.cap. quoniam hæc prior eſt, Nam licet

Volentes tenere licitum eſſe comedere de quibuſdam adipibus quibus argumentis hoc probare debeant.

generale ſit poſterioribus legibus maiorem eſſe vigorem
quam primis,quando cōtrariæ ſunt, ſi tn̄ non ſunt totali-
ter contrariæ, & lex antiquior magis declaret quam lex
poſterior,reducenda eſt lex poſterior ad intellectum legis
antiquioris.Sic patet ff.de legib.l. ſed & poſteriores; vbi
dicit, quòd quamuis priores leges debeant reduci ad po-
ſteriores, tamen etiam poſteriores aliquando reduci de-
bent ad priores; vt priores magis declarent, & hoc niſi
cōtrariæ ſint. Erat autem ſic in iſto caſu: quoniam quam-
uis lex, quæ habetur Deuteron.12. eſſet poſterior ea,quæ
habetur 7.cap. quia tamen iſta magis declarat quam illa,
neceſſarium eſt illam reduci ad intellectum iſtius. Quod
ſi quiſpiam obiiciat, nō debere reduci legem illam Deut.
ad intellectum eius, quæ habetur infra, 7. cap. quoniam
contrariæ ſunt, & in contrarietate legum ſemper debet

Quando lex poſterior remouet priorem.

ſtari

ſtati poſteriori, vt apparet in l. prædicta, ſed & poſteriores, ff. de legib. Reſpondendũ eſt, has leges non eſſe cõtrarias: qm̃ in Sacra Scriptura nihil eſt, quod alteri obuiet: cum in veritate omnia cõſonent, iuxta Ariſt. 1. Ethic. tota aũt Sacra Scriptura ſolidiſſima veritate ſubnixa eſt, nec oportet aliquas duas leges cõtrarias eſſe aſtruere propter quamlibet repugnãtiam, quæ tñ in eis ſuperficialiter appareat: qm̃ ad probandum aliquam legem alteri cõtrariam eſſe, oportet multa, & ſolida argumenta fieri: leuis autem probatio nõ ſufficit ad probandum contrarietatem in legibus, vt patet in prædicta l. ſed & poſteriores, ff. de legib. cum tamen dicitur, niſi contrariæ ſint, id quod multis argumentis appareat, id eſt, ad hoc quòd duæ leges contrariæ iudicẽtur, oportet eſſe multas probationes, & ſolidas, quas vocat lex argumenta: ſic autem non erat hic: quoniam licet inter eam legem de adipibus, quæ habetur infra, 7. cap. & illam, quæ habetur Deuteron. 32. cap. qualiſcumque videatur repugnantia in verbis, non tamen inducitur ſolida probatio contrarietatis.

Volentibus tamen prædictam defendere poſitionem, ſcilicet, quòd liceret quoſdam adipes comedi, arguẽdum eſt ex eo quod habetur infra, 7. c. Nam ſanguis & adeps erant duo, quæ ſe inuariabiliter conſequebantur in ſacrificiis: de ſanguine autem Deus determinatè legem tulit non eſſe comedendum vllatenus ſanguinem, cum dicitur eod. c. Sanguinem quoque omnis animalis nõ ſumetis in cibo, tã de auibus, quàm de pecoribus: omnis anima, quæ ederit ſanguinẽ, peribit de populo ſuo. Si igitur voluiſſet Deus eodẽ modo non licere comedi aliquẽ adipẽ, cum in eod. c. ponat legem de non comedẽdis adipibus, generaliter dixiſſet, nullius animalis adipem omninò comedetis: non tñ ſic tulit legẽ, ſed ait: adipẽ ouis, bouis, & capræ non comedetis, de aliis aũt nihil intulit: & ſic videbatur hos adipes ſolos vetare qui cremandi erant, aut cremari poterant ſuper altare: alios aũt non interdixit. Et cũ ſubditur tñ eadem litera; adipẽ cadaueris morticini & eius animalis, quod à beſtia captũ eſt, habebitis in vſus varios, nihil ad hoc agit: quoniam adipes iſtorum non erant liciti ad cremandum ſuper altare, cum non liceret carnes talium animalium offerre, ideo nec etiam comedere, vt patet Exod. 22. & infra 21. c. Et quia aliquis dubitaret quid fieri deberet de adipibus animalium morticinorum, & captorum à beſtiis, cum non liceret comedere eos, quia non licebat comedere ipſorum animalium carnes, dicitur, quòd acciperent Iudæi illos adipes ad varios vſus, ſcilicet ad faciendas lucernas, & vnctiones; & ſimilia. De animalibus autem, quibus veſci licebat, & non erant immolaticia, non expreſſit aliquam legem, quaſi innuens, quòd liceret eorum adipes comedere: quoniam omnia permiſſa nobis videntur, quæ aliqua lege prohibita non ſunt. Nam ſi Deus voluiſſet non comedi adipes animalium licitorum ad eſum non immolabilium, expreſſiſſet non debere illos comedi, cum expreſſerit nõ debere comedi adipem bouis, ouis, & capræ. Erat enim magna neceſſitas huius legis, quoniam cum Iudæi ſcirent ſibi licitũ eſſe his animalibus veſci, non haberẽt aliquam rationem ſuſpicandi adipes eſſe ad eſum illicitos, niſi lege aliqua caueretur, ſed non cauetur, cum de ſolis bobus, ouibus, & capris lege definitum ſit, ergo adipes horum ad eſum illiciti non ſunt. Confirmatur autem hoc: quoniam cum Deus expreſſit hic de adipe animalis morticini, & capti a beſtia, hoc fuit, quia non licebat comedere iſta animalia, vt patet Exodi 21. & infra 22. cap. & quoniam ſic putaret aliquis horum animalium adipes vetitos eſſe, ideo lege definitum eſt, q̃ Iudæi accipere poſſent horum animalium adipes ad varios vſus. Et quando obiicitur de dicto huius legis, ſcilicet ſanguinem & adipem omninò non comedetis. Reſpondendum eſt, iſtam legem eſſe vniuerſalem ſecundum terminos: non tamen ſm̃ ſignificationem: quoniam iſta coarctatur ex adiuncto alterius ſuperioris, cui connexa eſt, in qua dicitur omnis adeps Domini erit iure perpetuo, quod de adipibus immolatorum animalium duntaxat intelligitur. Sic ergo & iſta vniuerſalitas ad ſolos immolatorũ animalium adipes reſtringẽda eſt. Adhuc tamen præter adipes immolatorum animalium ſunt alij, quibus veſci non licet. ſ. adipes bo-

Neceſſitas huius legis.

A uis, ouis, & capræ, etiam ſi non offerantur: hoc tñ nõ vetatur hac lege, ſed ea, quæ habetur infra, 7. cap. cum dicitur: Adipem ouis bouis & capræ non comedetis. In concluſione igitur dicendum eſt, q̃ non licebat Iudæis comedere, nec accipere ad aliquos vſus adipes illorum animalium, quæ ad eſum ſecundum ſpeciem ſuam illicita erãt: & iſta erant omnia animalia præter decem ſpecies pecorum: de quibus habetur Deuteronomio 14. De adipibus autem animalium harum decem ſpecierum dicendum eſt, quòd aut illa animalia erant bos, ouis, & capra, & tũc ſiue immolarentur Domino, ſiue non, nullo modo licebat veſci illis, vt habetur infra, 7. cap. Si autem eſſent adipes aliorum animalium ſeptem ſpecierum, de quorum carnibus licitum erat veſci, & non immolari, dicendum eſt, quòd aut illa animalia occidebantur ab hominibus, B aut moriebantur per ſe, vel capiebantur à beſtiis, & occidebantur, aut ſaltem vulnerabantur. Si autem per ſe morerentur, aut à beſtiis caperentur, vel vulnerarentur, non licebat comedere adipes illorum, tñ accipiebãt Iudæi ad varios vſus illos adipes. ſ. ad lucernas conficiendas, & vnctiones, vt patet infra 7. cap. Si aũt animalia iſtarũ ſeptem ſpecierum ab homine occiderentur, antequam ab aliqua beſtia prægustata eſſent, licebat comedere adipes illorum, quoniam id nulla lege vetitum erat. Septem autem ſpecies iſtorum animalium, quorũ adipes comedi licitum erat, ſunt hæ, ſcilicet ceruus, caprea, bubalus, tragelaphus, pygargon, ſiue pygargus, orix, Camelopardus.

Veritas, & reſolutio totius quæſtionis. *Deut. 14.*

Quare adipes à cibo prohibiti ſint. Quæſt. IX.

C NVNC autem ſubiiciendũ eſt de cauſis iſtorum; & quidam dicunt prohibitum eſſe comedere adipes, quoniam Gentiles comedebant in ſacrificiis ſuis adipes, ſicut patet Deuteron. 32. cum dicitur: De quorum victimis adipes comedebant: Deus autem vult tollere imitationem ad idololatriam; ideo interdixit cibũ ex adipibus, ſic etiam de ſanguine dicunt, quòd non licet ſanguinem comedere, quia Gentiles quidam eum in ſacrificiis comedebant. Sed in his cauſis nullatenus inſiſtendum eſt; quoniam ſæpè ſupra fuit inductum, quòd non vetabat Deus ea, quæ interdicebat, vt non eſſet ſimilitudo ſuorum ſacrificiorum ad ritus idololatrarum: quoniam ea, quæ potiſſimum ſibi Deus offerri iuſſit à Gentilibus immolantur. Item adhuc patet hoc magis ſpecialiter de ſanguine, quoniam ſi non vetuiſſet ſanguinem comedi, quia eum D Gentiles in ſacrificiis ſuis comedebant, ſolum debuiſſet interdicere ſanguinem animalium immolatorum: in aliis autem, quæ non immolantur, non oportebat ex hac cauſa prohiberi: de omni tamen ſanguine generaliter vetitum eſt, vt patet infra, 7. cap. quoniam etiam quando aliquis ſumebat feras, quæ immolaticia non erant, iubebatur eorum ſanguinem effundi ſuper terram, vt habetur infra, 17. cap. ergo non erat iſta cauſa. Dicendum igitur de ſanguine tam animalium immolatorum Deo, quàm non immolatorum, cibum interdictum eſſe ex cauſis quas ſupra aſſignauimus, quas manifeſtè litera Sacra expreſſit. De adipibus autem dicendum eſt eodem modo, non poſſe hanc cauſam ſubſiſtere: quoniam cum idololatræ in ſacrificiis veſcerentur, debuiſſet Deus duntaxat lege cauere, ne quis oblatorum animalium adipes in cibum E ſumeret, præter hos: tamen vetuit aliorum animaliũ adipes, quoniam nunquam licet ouis, bouis, & capræ adipibus veſci, etiamſi nõ immolentur Deo, vt patet ſupra 7. c. Item, auctoritas illa Deuteron. 32. cap. non inducitur tanquam ratio prohibitionis de ſumẽdis adipibus in cibum, ſed vult innuere diſſimilitudinem ſacrificiorum Diuinorum à ſacrificiis idololatrarum: & notat in duobus, ſcilicet, in adipibus immolatorum animaliũ, & in vino libamentorum: vtraque enim Gentiles in cibum ſumebant, tollentes ea de ſacrificiis Deorum ſuorum, vt notatur eadem auctoritate, cum dicitur: de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Dicẽdum igitur eſt, cauſam prohibitionis de adipibus comedendis dependere ex his, quæ ſuprà declarabamus: quoniam Deus voluit in ſacrificiis ſuis ea, quę potiora & delicatiora ſunt, ſicut nos in cibis noſtris volumus, ſed id quod in ani-

Opinio quorundam.

Cauſa vera prohibitionis de adipibus.

animali tenerius eſt,eſt ipſa pinguedo adipum; ideo vo- F
lebat illã Deus vniuerſaliter in omnibus ſacrificiis. Item, ea, quæ ponebantur ſuper altare,erãt in paſtum ignis Diuini,vt patet ſupra in littera:ſed nihil eſt in animali quod congruentius ſit fomentum ignis,quam ipſi adipes: quoniam de pinguedine adipum lucernæ fiunt, & in vſu noſtro conſeruatur ignis in ſeipſo: ideo de adipibus animalium præcipuè debuit ſibi iubere fieri incenſionem ſuper altare. Sed hoc neceſſariò inducebat,nõ debere illos adipes comedi,quia ſi comederentur, non cremarentur. Inhibitum ergo eſt, ne quiſpiam adipes immolaticiorũ animalium in cibum ſumeret. Sed dicet aliquis, hoc ſtare quantum ad adipes omnium animalium, quæ immolabantur Domino: cum tamen capra, bos, & ouis non immolarentur Domino, quare non licebat comedi adipes?

Quare nõ liceret comedire adipem bouis, ouis, & capra et non immolata.

Ad hoc reſpondendum eſt, quòd iſta tria animalia erant G
immolaticia, & quando immolabãtur omnes adipes dabantur Domino: in reuerentiam ergo huius oblationis mandabat Deus, quòd etiam quando non immolarentur Domino,non comederentur,potiſſimum,quia in hoc tollebatur Iudæis magnum incentiuum ad peccãdum,quoniam ſi aliquando liceret comedere adipes iſtorum animalium, eſſent inclinati Iudæi ad comedendum illos, & quando contingeret eis ſacrificia facere de iſtis animalibus,accideret inclinare illos ad eſum adipum,ex quo aliquando peccatum ſequeretur: fuit igitur conueniens inhibere ſimpliciter,ne talia comederẽtur. Alij autem reddunt talem cauſam,ſcilicet,quòd illa Deo reddere debemus,quæ apud nos potiſſima ſunt,& maximè innuũt aliquam perfectionem. Sic autem erat de ſanguine;quia in ſanguine anima omnis carnis eſt, & de adipe conforme H
eſt: quoniam cauſatur ex abundantia nutrimenti, in quo vita conſeruatur: iuſtum ergo eſt, vt hæc duo tanquam præcipua in animalibus Deo redderentur. Alij autem aſſignant in his aliam cauſam, ſcilicet, ꝙ Deus interdixit eſum adipis,& ſanguinis:quia Deus volebat Iudæos prouocare ad aliquam mutuam pietatem, ne inuicem ſanguinem funderent humanum,& quia hoc aliqualiter induceretur facta inhibitione comeſtionis ſanguinis: inhibuit igitur ſanguinem. Volebat identidem Iudæos ad luxuriam pronos, ad eadem reuocare: & quoniam adipes ſunt pinguedinis cauſatiui,& prouocant libidinem, cum vẽter ſaginatus cito deſpumet in luxuriam, iuſſit adipem non comedi. Sed hæ cauſæ aut nullæ,aut leues ſunt:quoniam inſtantiæ ſupra factæ contra alias poſitiones, militant contra iſtas:& potiſſimum cõtra hanc poſitionem de I
adipe non comedendo: quoniam eodem modo ob vitandam luxuriam omnium adipum inhibuiſſet comeſtionem:quod tamen falſum eſt,vt ſupra deductum fuit. Recurrendum igitur eſt ad eas, quas ſupra aſſignauimus cauſas,quæ ex ipſa littera euidentiſſime patent, &c.

CAP. IIII.

Expiatio peccati per ignorantiam facti.

LOCVTVSQVE *eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael: Anima, quæ peccauerit per ignorantiam,& de vniuerſis mandatis Domini,quæ præcepit vt non fierent,quippiam fecerit:ſi Sacerdos,qui vnctus eſt, peccauerit,delinquere faciens populum, offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum Domino: & adducet illum ad oſtium* K
Tabernaculi teſtimonij coram Domino,ponetq; manum ſuper caput eius, & immolabit eum Domino. Hauriet quoque de ſanguine vituli, inferens illum in Tabernaculum teſtimonij. Cumque intinxerit digitum in ſanguine,aſperget eo ſepties coram Domino contra velum Sanctuarij. Ponetq; de eodem ſanguine ſuper cornua altaris thymiamatis grattiſſimi Domino, quod eſt in Tabernaculo teſtimonij. Omnem autem reliquum ſanguinem fundet in baſim altaris holocauſti in introitu Tabernaculi. Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eum,qui vitalia operit,quam omnia, quæ intrinſecus ſunt: duos renunculos & reticulum,quod eſt ſuper eos iuxta ilia,& adipem iecoris cum renunculis, ſicut offertur de vitulo hoſtiæ pacificorum: & adolebit ea ſuper altare holocauſti. Pellem verò, & omnes carnes cum capite, & pedibus, & inteſtinis, & fimo, & reliquo corpore, efferet extra caſtra in locum mundum,

De vero c.magna, 12.q.4.c. præcipuè. ſupra 1. 3. Infra 104.

vbi cineres effundi ſolent:incenditq; ea ſuper lignorum ſtruem quæ in loco effuſorum cinerum cremabuntur.

LOCVTVSQVE eſt. In ſuperioribus egerat legiſlator de duobus generibus ſacrificiorum. ſ. holocauſtis,& victimis pacificis, hic conſequenter agit de ſacrificiis pro peccato.

Lex de hoſtia pro peccato.

De tribus originibus peccatorum, ſcilicet ex malitia, ex paſſione, & ex negligentia ſiue ignorantia, & quid ſit,vnumquodque eorum, & quare ſic appellentur, & quomodo cenſentur. Quæſt. I.

CIRCA hoc aduertendum eſt, quòd peccatorum diuerſæ ſunt origines: quædam enim peccata sũt, quæ ex malitia oriuntur:alia verò quæ ex paſſione,& impotentia reſiſtendi: alia autem,quæ per ignorantiam, & negligentia fiunt. In hoc aũt aliqui nimis errant,illa peccata ex malitia eſſe arbitrantes,quæ ex mala voluntate & perfecto conſenſu oriuntur. Sed hoc falſum eſt:quoniam hoc modo ſi de peccatis actualibus mortalibus loqueremur, nullum eſſet peccatum, quod per malitiam factum non diceretur; quoniam omne peccatũ actuale voluntarium eſt:& ſi nõ eſt voluntarium,peccatum non eſt:& ceteris paribus peruerſa actio,quæ magis volũtaria eſt,grauius peccatum eſt: quæ verò de voluntario minus habet, de culpa quoq; minus habet. Omnia igitur peccata,quæ nobis mortalia reputantur voluntaria neceſſariò ſunt, & à deliberatione procedũt. Nam de his,quæ per malitiam fiunt,qm̃ volũtaria ac prorſus deliberata ſunt, nemo ambigit. De his autem,quæ per paſſionem ſiue impotẽtiam reſiſtendi fiunt,patet eſſe voluntaria: quoniã tunc aliquis dicitur peccare per paſſionem,quando eſt incontinens,& eſt egreſſiuus ab opinione,iuxta Ariſt. 7. Ethic. c. 2. & tunc antequam adueniat paſſio iudicat ille malum fore id, ad quod paſſio inclinauerit. Cum verò paſſio aduenerit aliqualiter repugnat,ſed parum:inualeſcente autem paſſione,penitus ſuccumbit, & iudicat bonum eſſe agere id, ad quod ſecundum paſſionem inclinatur,& illud eligit. Patet igitur peccantes ex paſſione ſiue ex impotentia reſiſtendi, agere ſm deliberationẽ quandã, & voluntariã in eis eſſe actionẽ. De his aũt,quæ ex negligentia, aut omiſſione in aliquo deliquerint,identidem patet:qm̃ ipſi ſciũt ſe aliquid facturos,& illud facere nõ curant; aut cupidine ocij,aut fuga laboris. Volũt ergo hi malũ,quod agunt, & deliberatè illud agunt. De his aũt, qui ſm ignorantiã agunt,idẽ patet:qm̃ aliqua ignorantia eſt,quæ hominem à peccato excuſat,& in ea nõ oportet aſſignare rationem voluntarij:quia ratio voluntarij neceſſariò meritum, vel demeritum inducit. Aliæ aũt ignorantiæ ſunt, quæ nunquam excuſant à peccato: cũ omnes qualitercunque peccantes per ignorantiam agant,iuxta Ariſt. 3. Ethic. In aliis ẽt,quæ ꝑꝑ ignorãtiam agunt,id eſt, quibus ipſa ignorãtia agendi principiũ quoddam occaſionale eſt; patet ẽt eſſe ibi voluntariũ,non ſic directè, & immediatè ad illũ actũ, quem propter ignorãtiã agere dicimur: eſt tamen ad aliquem aliũ actum, qui præcedit eũ, in quo peccamus, qui magis infra diſſeretur cũ de peccato ex ignorãtia aliquid dicetur. Apparet igitur nullius ſpeciei peccatum actuale eſſe poſſe quod voluntariũ non ſit. Hoc aũt euidentius apparet ex Ariſt. ſententia in principio 3. Ethic. vbi dicit voluntaria ad laudes & vituperia pertinere, inuolũtaria aũt eſſe digna venia,nec aliquatenus puniẽda,cũ inquit: & in voluntariis quidem laudibus,& vituperiis factis;in inuoluntariis aũt venia,quãdoque aũt & miſericordia. Dicendum igitur,non ſic differre peccatum per malitiã ab aliis peccatis,vt ipſum ſolũ volũtarium ſit,atque deliberatum, alia verò ſine deliberãte voluntate fiãt: ſed potius in hoc conſiſtit peccatũ ex malitia,cũ aliquis peccat,& iõ peccat vt alteri malũ agat,& ſi qs alteri inuideat,vt eũ,aut bona eius demoliri conetur:i ſimilib. aũt eodẽ mõ. Peccata aũt, quæ nõ facimus,vt aliis noceam⁹,ſed vt nobis aliquod bonũ acquiramus,ex malitia fieri nõ dicuntur: veluti ſi quis fornicetur, qm̃ venereas paſſiones refrenare non ſufficit; aut repugnando nimis affligitur,aut ſi quis rei familiaris neceſſitate coactus, ad ſubleuandum inopiã, res alterius furto ſubtrahit: qm̃ hic non ideo res alterius ſubtraxit,

Nota ꝙ peccatum propter ignorantiã etiã reducitur ad negligentiam, quia negligis homo ſcire quæ tenetur: ideo non ſunt niſi tres origines peccatorum.

Cap. 1.

Iſta magis declarantur infra q. 6.

Quid ſit propriè peccatum ſecundum malitiã.

vt ej

vt ei noceret, ſed vt ſibiipſi prodeſſet. Et qui cũ aliqua ex paſſione coijt, licet ei infamiã intulerit, non tñ ex malitia egit, quoniam non vt infamaret, ſed vt libidinem expleret, hoc ab eo actũ eſt. Secùs autem ſi quis ad aliquam fœminam ob hoc ſolum carnaliter accederet, vt aut eam, aut parentes eius infamaret: quoniam hoc non ex paſſione, ſed ex malitia factũ eſſe dicitur. Aliter autem & aliqualiter ſtrictius aſſignare poſſumus quid ſit peccatum ex malitia. Et dicendum eſt, quòd iſto modo peccatum ex malitia accipitur ſecundum quòd differt à peccato ſecundum ignorantiam, & à peccato ſecundum paſſionem. Oportet igitur quòd ad hoc, quòd aliquod peccatum ſecundum malitiam factum eſſe dicatur ſit illud ab omni ignorantia ſemotum: nam qui aliquo modo ignorat, in eo in quo ignorat, ſecundum malitiam peccare non poteſt. Differt etiam à peccato per paſſionem facto: ideo oportet, vt cum aliquis ſecundum malitiam peccat, quod non ſit ibi aliquod incitamentum paſſionale, ſed pura voluntas ſecluſa omni ignorantia, & paſſione: ideo danda eſt regula generalis, quòd in peccato ſecundum malitiam ſolum ſunt duo principia, ſcilicet intellectus, & voluntas, & non præcedit aliquid alterum ad mouendum iſta. Si enim aliquis fornicetur ideo, quia vehementi paſſione affligitur: quamquam ibi intellectus & voluntas ſint principia huiuſmodi actus, quoniam iſte & iudicat fornicandum eſſe, & eligit fornicari: tamen non ſunt hæc ſolitaria principia, quoniam alterum præuenit principium, ſcilicet ipſa paſſio commouens intellectũ ad prauè iudicandum, & voluntatem ad malè eligendum: non igitur vocabitur hoc peccatum ſecundum malitiam; quoniam ibi tria principia actus ſunt. In peccato autem ſecundum malitiam ſolum fuit principium intellectus, & voluntas: vt ſi quis aliqua lege coactus, aut poteſtatis iuſſu, vt contra hoſtes pugnet, & timore motus pauefactus aciem deſerens hoſtes fugiat, non ex malitia ſed ex paſſione agit: quoniam hic iam tria principaliter operatiua ſunt, ſcilicet intellectus, voluntas, & timiditas: intellexit enim quid eſſet aciem deſerere, & deſerendam fore indicauit, voluit quoque eam deſerere, & deſeruit: non tamen iſta duo ſolitaria fuere principia. Sed aliud fortius præuenit, ſcilicet timiditas, quæ intellectum ad praue iudicandum illexit, & voluntatem ad male eligendum: non igitur vocabitur hoc peccatum ſecundum malitiam, ſed ex paſſione, quia paſſio primarum fuit principium, & ſic dicendum eſt, quòd in peccato ſecundũ malitiam, duo ſunt principia ſola, ſcilicet intellectus & voluntas. Ex quo ſequitur quòd quamuis omne peccatum voluntarium ſit, nullum tamen ita voluntarium eſt, ſicut peccatum per malitiam: quoniam in peccato ſecundum malitiam, ſolum operatur aliquid per intellectum & voluntatem, vt ſupra dictum eſt: ideo voluntas ibi liberrima eſt. In peccato autem quod eſt ſecundum paſſionem, quamuis intellectus, & voluntas duo principia eius ſint, tñ non ipſa ſolitaria ſunt: ſed paſſio præuenit: quæ aliqualiter turbat, & ſtimulat intellectũ, nec ſinit perfectè iudicari: & quantum intellectus deficit à libertate indicandi; tantũ volũtas deficit à libertate eligendi: quam ob rẽ non erit ita iſte actus deliberatus, quem præceſſit paſſio, ſicut iſte, quem nulla paſſio præceſſit. Sequitur autem ex hoc aliud corollarium ꝙ nullum peccatum ceteris paribus æquale eſt peccato quod eſt ſecundum malitiam; patet hoc: quoniam quanto aliquod peccatum magis voluntarium eſt, tanto magis malum eſt. Sed probatum eſt peccatum per paſſionem, non eſſe ita voluntarium, ſicut peccatum ex malitia. De peccato etiam ſecundum ignorantiam idem patet: quia ignorantia cauſat inuoluntarium ſecundum Ariſt. 3. Ethic. ergo non erat ita liberum ſicut peccatũ quod ex malitia eſt, & conſequenter non erit aliquod peccatum ita malum, ſicut peccatũ per malitiam.

Secundus modus aſſignandi peccatũ ex malitia.

Intellectus & voluntas in peccato ſecundum malitiam ſunt.

Nullum peccatum e[ſt] ita voluntarium ſicut ſ[e]c[undum] per malitiã.

Cap. 1.

Peccatum ſecundum paſſionem quid propriè ſit. Quæſt. II.

De peccato autem ſecundum paſſionem dicendum eſt, quòd non eſt, ſicut aliqui putauerũt exiſtimantes peccatum per paſſionem eſſe, quod à ſola paſſione eſt: nam à ſola paſſione non cauſatur aliquod peccatum, cum omne peccatum ſit voluntarium; id autem quod à ſola

A paſſione eſt, non eſt voluntarium: quoniam voluntarium à voluntate principiatur. Item, patet hoc: quia peccatum eſt actio humana, ſicut actus virtutis, actiones autem humanæ ſunt illæ ſolum, quæ cauſantur à principijs humanis: ſed principia actuum humanorum, & dominatiua eorum, ſunt duo, ſcilicet, intellectus & voluntas, licet ponatur aliud tertium, quod tamen nullum actũ inchoat, iuxta Ariſt. 6. Ethic. 1. c. Sed peccatũ cõceſſũ eſt eſſe humanã actionẽ: ergo per intellectũ erit, aut voluntatem: impoſſibile igitur eſt aliquod peccatum ex ſola paſſione eſſe. Item impoſſibile eſt, ꝙ aliquis homo agat aliquid ex ſola paſſione, ſiue illud peccatũ ſit, ſiue nõ: quoniam cum homo ſit vnum ens per ſe, aut oportet in eo eſſe vnicum principium operatiuum: aut ſi plura ſint, reduci omnia ad vnum primum, quod eſt ſimpliciter principium: nam

B ſi plura principia æquè primo darentur in aliquo homine, nullam inter ſe ſubordinationem habẽtia, vnus homo ſimul, & æqualiter intenderet pluribus operationibus, & eſſet vnus homo multi homines; quæ omnia incõuenientia ſunt: oportet igitur reduci omnia principia ad vnum primum, hoc autem in homine eſt ipſe intellectus; ideo neceſſarium eſt, vt quicquid homo faciat, per intellectum faciat, ſiue bene, ſiue male illud indicet: non ergo erit poſſibile dari in homine aliquam actionem, quæ ſolum ſit à paſſione: quoniam iã illa non eſſet ab intellectu inchoante. Ex quo ſequitur, quòd non vocatur peccatum ſecundum paſſionem id, quod à ſola paſſione eſt, vt quidã imperiti exiſtimabant, cum nihil tale ſit: Sed dicendum eſt, peccatum ſecundum paſſionem eſſe illud, quod quamuis ex intellectu, & voluntate principietur, paſſionem tamen

C habet pro quodam principio: vt ſi quis fornicetur, quia frequenter affligitur, & vehementer à paſſione venerea, iſte iudicat eſſe fornicandum vrgente paſſione venerea, eligit etiam fornicari: & ſic intellectus & voluntas ſunt principia eius. Præter hæc tñ eſt aliud principium, ſ. libido ad hunc actum aut impellens, aut alliciens: & in hoc differt peccatum ſecundum paſſionem, ab eo, quod eſt ſm malitiam: quoniam in peccato quod ſecundum malitiã eſt, intellectus, & voluntas ſola principia ſunt: in peccato autem ſecũdum paſſionem, præter hæc, adhuc paſſio iſta principium eſt. Dicendum etiam, ꝙ peccatum ſm malitiam eſt magis volũtariũ, & peius ipſo peccato quod eſt ſecundum paſſionem: qm̃ quanto aliquid minus impeditur, tanto liberius eſt, ſed in peccato ex malitia nõ eſt aliquod impedimentũ intellectus, & volũtatis in eligen-

D do, & intellectui in iudicando manet. In peccato quidem ſecundũ paſſionẽ hoc non eſt, qm̃ quamuis paſſio nõ cogat intellectũ & voluntatem, nec directè poſſet diminuere illorum libertatem, poteſt tamen diminuere indirectè, inquantum ad inſtantiam paſſionis vrgentis intellectus excæcatur, & prauè iudicat: conſequenter autem voluntas prauam intellectus determinationem peruersè eligit: & ſic non erit æqua libertas in operante ſecundum paſſionẽ, ſicut in eo, qui ſecundũ nullã paſſionẽ operatur.

Quid ſit peccatum ſecũdum paſſionẽ.

Peccatũ ſecũdum paſſionẽ ac ſecundum malitiã differunt.

Quare peccatum ſecundum paſſionem cum in eo ſit voluntas, & intellectus, magis vocetur peccatum ſecũdum paſſionem, quam ſecundum voluntatem, vel intellectum. Q. III.

QVÆRET autem aliquis, cum in peccato ſecundum paſſionem ſit voluntas, & intellectus, tanquã principia quare magis vocetur peccatũ ſecundũ paſ-

E ſionem, q̃ ſecundũ voluntatẽ, vel intellectũ, cũ potius deberet nominari ab intellectu, & volũtate, quia iſta excellentiora principia ſunt? Rñdendum eſt, ꝙ q̃uis in aliqua actione multa principia ſint, non tñ denominantur illi actus ab omnibus illis principiis, aut ab eorũ quolibet indifferẽter, ſed ab eo quod maximè principiũ eſt: illud aũt maximè principiũ eſt, à quo incipit cauſalitas rei, cũ omnia alia principia ab illo virtutẽ ſortiantur, & reſpectu illius principij omnia alia principia ſunt tãquam cauſata: & ob hoc qñ diffinimus efficientem cauſam, dicimus efficiens illud eſſe, à quo primus eſt motus; tanquam id, à quo primus eſt motus, ſolum efficiat principia, alia autem non: & hoc modo dicitur de prima cauſa in tota concatenatione naturæ: quia prima cauſa plus influit in effe-

ctum quàm cauſæ ſecundariæ. Hoc patet ex prima propoſitione libri de cauſis: ſic igitur in quolibet actu habẽte plura principia ſubordinata, illud dicemus eſſe principium, quod primum eſt. Applicantes igitur ad propoſitum, dicemus, ꝙ in peccato ſm paſſionem tria ſunt principia.ſ.intellectus, voluntas, & paſſio: & quamuis intellectus, & voluntas, excellentiora ſint; quia tamen non ſunt iſta priora, ſed paſſio precedit iſta, neceſſarium erit denominari peccatum à paſſione, & non à voluntate, nec ab intellectu. Eſt enim verius & proprius principium in peccato ſm paſſionem ipſa paſſio, quam intellectus, & voluntas: qm̃ ipſa prius mouet, q̃ intellectus & volũtas. Etiã dicendum eſt, ꝙ in peccato ſm paſſionẽ quamuis intellectus & volũtas ſint principia, tñ nõ ſunt principia, niſi ſm ꝙ recipiunt cauſalitatem ab ipſa paſſione: nã ſi paſſio non moueret prima, intellectus, & voluntas non mouerentur. Hoc patet ex ſentẽtia Ariſt. in 7. Ethic. vbi dicit de incontinentibus peccantibus ſm paſſionem, ꝙ iſti ſunt egreſſiui ab opinione.i. antequã paſſio adueniat, iudicãt eſſe agendum ſm inclinationẽ rationis, & ſic eligũt: cum verò paſſio aduenerit, & increuerit, iudicat intellectus, ſicut paſſio inclinauit, & non ſolum recipiunt intellectus & voluntas cauſalitatem à paſſione in his peccatis, ſed & inducuntur ad hoc ꝙ recipiãt: qm̃ cum primò paſſio aduenit, aliqualiter intellectus incontinenti repugnat, cõtraria iudicando: & ſic non aſſentit cauſalitati, quæ eſt ab ipſa paſſione: cũ tamen paſſio magis perſtiterit, vincitur intellectus, & ſic recipit cauſalitatem ad peccatum ſm paſſionem: cuius primum principium eſt ipſa paſſio. Patet igitur ex ſuperioribus, quare paſſio denominet peccatum, quod ſecundũm paſſionem dicitur.

Tria ſũt principia in peccato ſecundum paſſionem.

Tertium peccatum ſecundum negligentiam aut ignorantiam quid ſit. Quæſt. IIII.

ALIVD autem eſt peccatum quod dicitur ſm negligentiam, & iſtud oportet dicere eſſe voluntarium, ſicut alia duo eſſe diximus: nam cum aliquis ex negligẽtia agit, ſcit quid ſit illud, quod agere debet; & ſcit quando omittit, & iudicat omittendum, atque eligit omittere. Reducitur ergo iſtud peccatum aliquo modo ad peccatum, quod eſt ſm paſſionem: nã ſicut ille, qui agit ſm paſſionem, ſcit quid agit, & eligit: tñ hoc non facit, niſi quia paſſio impellit. Hoc autem in peccato ſm negligentiam patet: qm̃ qui negligit, ideo negligit, quia facere ſibi afflictiuum eſt, & iſti vocantur molles ſm Ariſt. in 7. Ethicor. mollities autem quædam paſſio eſt, ſicut incontinentia: qm̃ vtramque Ariſt. ſimul ponit; & ſicut peccant incontinentes per incontinentiã: ita & peccant molles per mollitiem: ſed peccantes per incontinentiam, dicuntur peccare ſm paſſionẽ, ita & peccantes ſm mollitiẽ dicentur ſecundum paſſionem peccare, & ſic peccare ſm mollitiẽ, reducetur ad peccatũ, quod eſt ſm paſſionem & ponimus in peccato ſm negligentiam tria principia, intellectum, voluntatẽ, & paſſionem, ſicut ponebamus in peccato, quod erat ſm paſſionem. Etiam dicẽdum eſt, ꝙ voluntariũ accipitur æqualiter in peccato ſm negligentiã, & in peccato ſm paſſionẽ: qm̃ vtraque reducuntur ad idẽ. Et ex hoc patet, ꝙ ſicut peccatũ ſm paſſionẽ eſt minus volũtarium quã peccatũ ſm malitiam: ita & peccatũ ſm negligentiã, eſt minus voluntarium peccato ſm malitiã, & conſequenter eſt minoris grauitatis, ideo in imponendis pœnis peccatorum, maior imponitur pœna peccato ſecundum malitiam, quam peccato ſecundum negligentiam.

Cap. 7.

Quare peccatum ſecundum negligentiam non vocetur peccatum ſecundum paſſionem. Quæſt. V.

QVAERET autem aliquis, cum peccatum ſm negligentiam reducatur ad peccatum ſm paſſionem, & ſit ſm paſſionem, quare nõ vocetur peccatum ſm paſſionem? Reſpondẽdum eſt, ꝙ peccata ſm paſſionem ſũt illa, quæ fiunt ex cõmotione & inſtigatione paſſionis ad aliquos actus ſuos: eſt enim quælibet paſſio quidam affectus animi, vel motus determinans ſibi aliquod genus actionis, ſicut determinãt ſibi habitus vitioſi & vir-

F tuoſi. Oportet igitur, ꝙ quicunque mouetur ſm aliquam paſſionẽ, moueatur ad actus illius paſſionis; & quoniam negligentia non eſt ſic, quia peccans per negligentiã, non peccat in agendo aliquid, ſed in omittẽdo illud facere; iõ poterit denominari ab aliqua paſſione, quæ ſibi actũ determinat. Iuſtè igitur peccata, quæ in omiſſione fiunt, dicuntur ſm negligentiam, quia illa non dicit aliquẽ actũ, ſed priuationem. Quælibet aũt paſſio aliquem actum ſibi determinat, paſſiones tñ ſunt cauſæ peccatorũ per negligentiam: non ꝙ directè ipſũ negligere, aut dimittere, ſit actus alicuius paſſionis; ſed quia ipſa paſſio inducit nos indirectè ad omittẽdũ id, quod facere debemus. Vt ſi aliquis ſit paſſionatus ſm libidinẽ, actus iſtius paſſionis determinati ſunt.ſ. coire: & quantũ ad hoc nõ cauſatur peccatum ſm negligentiam, ſed peccatum cõmiſſionis, quod
G dr ſm paſſionẽ. Si tñ aliquis propter inſiſtere delectationib. libidinis omittat orare, aut aliq d alterũ facere, ꝙ aliàs facturus eſſet, ſi non haberet illã paſſionẽ, & illud nõ repugnat directè, dicetur tunc peccare per negligentiã, & non per paſſionẽ: quia nõ eſt ibi actus paſſionis. Dicẽdum aũt, ꝙ tã peccantes ſm paſſionẽ, quã ſm negligẽtiã, dicũtur peccare ex aliqua paſſione: peccatum tñ quod eſt ſm paſſionẽ, fit directè ab ipſa paſsione, & eſt actus ipſius paſſionis: peccatum verò quod ſm negligentiam fit, non eſt directè ab ipſa paſsione, nec eſt actus paſsionis.

Paſſiones ſunt cauſa peccatorũ per negligentiam.

Peccãtes per negligentiam peccant indirectè per paſſionem.

Quomodo peccatum ſecundum ignorantiam ſit duplex.ſ. per ignorantiam, & propter ignorantiã: & de ignorantia precedenti et concomitante: & quomodo omne peccatum ſit per ignorantiam: & qualiter cauſatur hac ignorantia. Q. VI.

H DE peccatis autem, quæ ſecundum ignorantiã dñr, vt perfectè inquiramus, an volũtaria, vel inuoluntaria ſint, & de eorum cõditione, eſt præmittendum breuiter quando ignorantia peccatum cauſet. In quo conſiderandum eſt ſm ſententiam Ariſt. in 3. Ethic. ꝙ peccatum ſm ignorantiam eſt duplex: quoddam eſt peccatum per ignorantiam, aliud eſt peccatum propter ignorantiã. Peccatum per ignorantiã dicitur, qñ ipſa ignorantia non ſe habet vel cauſa, vel occaſio actus praui, ſed vt concomitans ipſum actum prauũ: peccatum igitur propter ignorantiam dicitur, cum ipſa ignorantia aut cauſa, aut occaſio peccati eſt: qm̃, propter, inducit habitudinẽ cauſalitatis. De ignorantia aũt, quæ eſt concomitans actũ prauum, de qua dicitur, ꝙ agimus per ignorantiam, dicendum eſt
I ꝙ illa eſt in omni peccato, & impoſsibile eſt aliquod peccatum eſſe, quod non ſit per ignorantiã. Quod patet quoniã in omni peccato, ſm quod ſupra dictũ eſt, intellectus & volũtas ſunt principia, cum peccatum ſit actio humana; ſed peccatum malum eſt; ergo ſi nulla ignorantia in peccante eſſet, totaliter malum eligeret voluntariè. Eligẽdo malum ſub ratione mali: hoc autem impoſsibile eſt, quoniam potentiæ naturaliter feruntur in ſua obiecta, & non eſt poſsibile tranſgredi illa obiecta; ſicut viſiua potentia naturaliter determinata eſt ad lucem, & colorem, & eſt impoſſibile illam habere aliquem actum, niſi circa lucem & colorem; nam viſiua potentia nũquam voces videt, aut odores. De potentia aũt auditiua, & cæteris dicendũ idem eſt: qm̃ quælibet determinata eſt ad ſuum obiectũ, & illud tranſgredi impoſſibile eſt. Sic igitur voluntas eſt, qm̃
K ipſa eſt quædam potentia; oportet igitur eam habere determinationem obiecti, nec poſſe tranſgredi illud obiectum. Et quamuis voluntas potentia libera ſit, non conſiſtit in hoc ſua libertas ꝙ vltra obiectum velle poſſit.ſ. poſſe velle malum: ſed dicitur libertas eius in eo, quod propoſitis partibus obiecti ſui, ideſt, quibuſdam indiuiduis ſubſiſtentibus ſub rõne vniuerſali obiectali, nõ cogitur ſe determinare ad aliquod illorũ, aut ad quodlibet. In aliis aũt potẽtiis hoc ſemper eſt, vt propoſito aliquo indiuiduo ſub rõne cõi obiecti ſui, ſẽper moueatur ad illud, vt ſi potentiæ viſiuæ aliquis apponatur color, qualiſcunque ille ſit, neceſſarium eſt ipſam potẽtiam viſiuam moueri ab illo, etiam ſi nolit. Sic enim ait Auguſt. non eſt in poteſtate noſtra quibus viſis tangamur. De potentia autem intellectiua idem eſt, quoniam propoſito ſibi aliquo intelligibili, neceſſarium eſt circa illud verſari, etiam ſi ſibi triſte ſit,

Cap. 1. Peccatũ ſecũdum ignorantiam eſt duplex.

Ignorantia concomitans quæ.

Impoſſibile eſt voluntatem ferri in malũ cognitum.

Libertas voluntatis nõ eſt vt velle malum.

& ob

& ob hoc vocat Ariſt. intellectum potentiam cæcam: quia A non mouetur niſi ad id, ad quod obiectum mouerit, ſicut cæcus mouetur ad eam partem, verſus quam quiſpiam eum mouerit. Patet ergo libertatem volũtatis non eſſe in hoc ꝙ ipſa liberè poſſet excedere ſuum obiectũ: ſed quia præpoſitis ſibi indiuiduis ſub ratione communi ſui obiecti, non cogitur determinari ad quodlibet, nec ad aliquod illorum. Habet autem voluntas obiectum, & ipſum ponitur eſſe bonũ, vt patet in 2. Metaphyſ. & i principio Ethicorum. Bonum eſt quod omnia appetunt: non ergo poteſt voluntas ferri in aliquid, quod non ſit bonum: quia illud eſt extra naturam obiecti ſui. Tãtum enim inconueniens eſt, quòd voluntas feratur in aliquid vltra bonum, quod eſt ipſum malum, quantum ꝙ ipſa potentia viſiua audiat, & auditiua videat: ſed aliquãdo videmus voluntatẽ malum eligere: ergo neceſſarium eſt dici volũtatem non co- B gnoſcere illud eſſe malum, & eligere illud tanquam bonum: ſed in omni peccato ſic eſt, ꝙ malum eligitur, cũ ipſum peccatum malum ſit: ergo in omni peccato eſt ignorantia. Patet ergo, quòd inducebatur ꝙ hoc, quod eſt agere per ignorantiam in omni peccato eſt: cum in quodlibet peccato neceſſario ſit aliqua ignorantia. Et ſic dicit Ariſt. 3. Ethic. omnis malus eſt ignorãs. i. homo malus dum malum agit ignorans eſt. Sic iſto modo qm̃ licet aliquis actus ſit ſm ſe manifeſtiſſimè malus, ſicut occidere patrem aut parentes, vel ſimilia; cum tamen aliquis agit aliquid iſtorum, videntur ſibi eſſe bona: qm̃ aliqua paſſio inſurgens mouet intellectum excæcãdo circa agibile particulare, vt ait Ariſt. in 6. & 7. Ethic. & tunc intellectus qui ante iudicabat, & ſciebat manifeſtiſſimè malum eſſe occidere patrẽ, iudicat bonũ eſſe patrẽ occidere: & hoc ſiue ſimplici- C ter bonũ, ſiue bonũ ſm iſtud tẽpus. Cæcato aũt intellectu, cum voluntas naturaliter cõſequatur iudiciũ intellectus, non poterit aliquid eligere, niſi quod intellectus eligendum iudicat; & illud malũ eſt: ergo malũ eligimus: ſed illud non eligimus tanquam malum: ſed qm̃ bonum eſſe tunc putamus. De hac autem ignorantia dicendum eſt, ꝙ non tollit volũtariũ: qm̃, cum in omni peccato talis ignorantia ſit, omne peccatum inuoluntarium eſſet, quod falſiſſimũ apparet. Et hoc modo dicimus ipſum peccatum, quod ſit ſm malitiam, eſſe per ignorantiam: qm̃ tunc qñ facere eligimus, bonum illud iudicamus. Magis tñ adhuc eſt iſta ignorãtia in peccato ſm paſſionem, quã in ceteris, quæ ſm malitiam, aut negligẽtiam dicũtur. De iſta ignorantia, quæ eſt concomitans peccatum, dicendum eſt, ꝙ nec aliquo modo tollit peccatũ, nec diminuit: qm̃ cũ om- D ne peccatũ per ignorãtiam fieri neceſſe ſit, omne peccatũ aut diminueretur de rõne peccati, quod non eſt intelligibile, cum non poſſit dari aliquod peccatũ, in quo nulla ſit diminutio: quia illud tunc non eſſet per ignorantiã; aut tolleret totaliter peccatum, quod falſum eſt: non ergo aliquid facit iſta ignorantia ad excuſandũ peccantẽ. De iſta ignorãtia ſolus Ariſt. & alij Philoſophi naturã actionum acutius ſpeculantes, loquuti ſunt: iura tamen humana, & Sacra Scriptura nihil de hac ignorantia dicunt; quoniam ſolum de ea dicunt ꝙ aliquo modo excuſat peccatum, aut quantitatem peccati aliquam: aut ſaltem excuſare poſſe videtur: quod in hoc genere ignorantiæ nullo modo eſt. i. ſi aliqua iura humana, aut Sacra Scriptura dicãt aliquid factum eſſe per ignorantiam, non intelligunt propriè per ignorantiam, ſed dicunt per ignorantiam. i. propter igno- E rantiam. Sic habetur Act. 2. c. Scio ꝙ propter ignorantiam feciſtis vos, & principes veſtri. Alia aũt eſt ignorantia ſecunda, & iſta habet ſe tanquam cauſa, vel occaſio peccati: vt ſi fortaſſis aliquis nollet occidere patrem ſuum, ſed hoſtem: & eum qui pater ſuus erat hoſtem eſſe putauit, atque occidit, habuit ignorantiam quandam: & iſta fuit quædam cauſa, aut occaſio occidendi: quoniam ſi aliquo modo ante actum cognouiſſet illum eſſe patrem ſuum, non occidiſſet. Sic ſi aliquis velit ieiunare in ea die, qua ab Eccleſia conſtitutum eſt, & neſciens quando eſt illa dies, carnibus veſcitur, ignorãtia quædam in hoc eſt: & iſta eſt cauſa quædam huius actus: quoniam cum iſte proponeret ieiunare ea die, qua ab Eccleſia cautum erat, ieiunaſſet: ignorauit tamen, & ob hoc carnes in cibum ſumpſit. Differt autem multum iſta ignorantia à priori: quoniam in

Cap. 2. 1. 8. Cap. 1. et 4. lib. 1.

Omnis peccãs eſt ignorans vir. Cap. 1.

Ex hoc ergo infero corollarium, ꝙ ſi peccater poſt peccatũ ſentiret & iudicaret id, quod iudicat, dũ peccat: omnis peccator eſſet hæreticus. Patet quia dum peccat, ſentit & iudicat fornicationem, ſeu occidere non eſſe peccatũ imò ꝗd bonum: ſi ergo poſt paſſionẽ hoc iudicaret hæreticus eſſet: quia cõtra legem Dei ſentit.

Ignorantia præcedens ꝗd.

ſuperiori quamuis aliquis ſit ignorans quando malũ eligit; & operatur; tamen paulò antequam eligeret non ignorabat: vt qui fornicatur quamuis præſente paſſione iudicet malum nõ eſſe fornicari: tamen antequam paſſio veniret, ſciebat malum eſſe illud: & ſic proclamabat atque proponebat non fornicari; & ob hoc iſti, qui ſic incõtinẽtes ſunt, dicuntur ſm Ariſt. in 7. Ethic. egreſſiui ab opinione. i. quia egrediuntur ab ea ſententia, quam ante tenuerunt: & ex hoc ignorantia illa nõ eſt cauſa, nec habet aliquam rationem ad excuſandum peccatum in toto vel in parte. Iſta autem, de qua nunc dictum eſt, habent cauſalitatem ad actionem, & aliquam radicem ad excuſandum peccatum in toto, vel in parte. Nunc autem dicendum eſt ꝙ agentes ſm iſtam ignorantiam, dicuntur agere propter ignorantiam; quia propter dicit æqualitatẽ, & iſta eſt in hac ignorantia; quoniam illi, qui ſic agunt, agunt quia ignorant, & ſi ſcirent facturi non erant. Conſiderandum autem in hoc eſt quando agere propter ignorantiam tollat peccatum, aut quando non: ſciendum ꝙ qñ aliquis ignorat id, quod ſcire tenebatur quamuis ignoret, nõ tollitur pœna ſeu peccatum; quoniam tunc eſt ignorantia eius ꝙ confert: talis autem ſm Ariſt. in 3. Ethic. non cauſat inuoluntariũ: ideo nõ tollit peccatum, aut actionem eſſe peccatum, quamuis non ita grauiter delinquere videatur qui agit ſine aliqua ignorantia, ſicut ille qui agit cum ignorantia eius, quod ſcire tenebatur: quoniam non eſt vtrobique æquale voluntarium. Aliquando aliquis peccat propter ignorãtiam eius, quod non tenebatur ſcire, nec aliquo modo videbatur opinabile ipſum poſſe ſcire, & in hoc niſi aliquis illicitæ rei operam daret, totaliter excuſaretur. Si autem illicitæ rei operam det, hoc eã indirectè peccare facit: quoniam eſt ibi aliquod voluntarium in malum, licet non directè in id, quod inductum eſt: cauſa tamen hæc per accidens imputatur hic cauſę. In ignorantia autem eius quod confert. i. eius quod aliquis tenetur ſcire, multiplices differentiæ ſunt. ſ. propter ſexum, propter ætatem, propter conuerſationem, & ſic de ſimilibus, in quibus interdũ iſtæ conditiones peccatum tollunt, interdum diminuunt, interdum verò nihil. In ignorãtia autem eius, quod aliquis non tenebatur ſcire, etiam multiplices differentiæ ſunt: vnde diſtinguuntur ſm iura: ignorãtia craſſa, & ignorantia affectata, & ignorantia inuincibilis, & ignorantia probabilis: & quidam alij modi adhuc magis particulares, de quibus vulgares determinationes tam in Iuribus, quam apud Theologos ſunt.

Differentia inter ignorantiã præcedentem & concomitantem. Cap. 2.

Quando ignorantia tollat peccatum.

Eius qd cõfert eſt modus loquendi Ariſtot. 3. Ethic. cap. 1.

Hinc rationem quare peccatũ ꝑ ignorantiam reducitur etiam ad negligentiã. quia eſt negligentia eorum quæ quis ſcire tenetur.

D *Qualiter ignorantia quæ eſt quando quis facit per ignorantiam attineat ad voluntarium. Quæſt. VII.*

NVNC autem quærẽdum eſt qualiter iſta ignorantia, quæ eſt quando aliquis dicitur facere propter ignorantiam, pertineat ad voluntarium. Et reſpondẽdum eſt, ꝙ in actionibus, quæ propter ignorantiam fiunt, quædam ſunt totaliter inuoluntariæ, in quibus nõ eſt aliquod peccatum: & de his inquiri non oportet; aliæ autem ſunt actiones propter ignorantiam, in quibus non excuſatur ratio peccati, licet diminuatur: & in his oportet aſſignare voluntarium: non tamen eſt voluntarium directè, ſed indirectè: quoniam qui propter ignorantiam agit aliquid: ideo illud agit, quia ignorat: ſi autem ſciret, non ageret, & ſic non vult agere ignorans id, quod agit, ſed vult agere aliquid alterum, ad quod ſequitur ignorare. Ex quo apparet, voluntarium eſſe directè ad actum præcedentem, & eſſe indirectè ad actum ſubſequentem, in quo dicũtur peccare propter ignorantiam, vtpotè, ſi aliquis ignorans ea, quæ tenebatur ſcire, peccauit propter illam ignorantiam, ille actus, quem ignorantia fecit, non eſt directè voluntarium: tamen ignorare id, quod ſcire tenebatur fuit voluntarium directè: quoniam iſte non curauit ſcire id, quod tenebatur ſcire. De hoc peccato propter ignorantiã dicendum eſt, ꝙ non eſt ita voluntarium ſicut peccatum per malitiam, & per paſſionem: quoniam quanto volũtas & intellectus minus diſturbantur, tãto liberiores ſunt, & actus elicitus & imperatus voluntariùs eſt. Cum autem aliqualiter intellectus & voluntas aliquibus obſtantibus impediuntur, actus ſui non ſunt perfectè liberi: quoniam intellectus, & voluntas non ex ſeipſis agunt totum quod

agunt,ſed ab aliis aliquo modo aut impelluntur,aut alliciuntur. Sed inter hæc nihil eſt quod magis diſturbet intellectum quàm ignorantia, quæ directè repugnat intellectui, ergo nullum peccatum minus voluntarium erit, quam peccatum propter ignorantiam. Ex hoc autem inducitur inter peccata nullum eſſe minus de grauitate habens quam peccatum propter ignorantiam: nam peccatum eſt malum,cum ſit voluntarium:& quanto magis de voluntario habens, tanto magis de ratione peccati. Sed inter omnia peccata nullum eſt minus volũtarium quàm peccatum propter ignorantiam, vt ſupra inductum eſt: ergò nullum erit minus de grauitate habens.

Peccatũ per ignorãtiã eſt minoris grauitatis.

Cum in peccato quod ſit per ignorantiam, intellectus ignoret, & voluntas neceſſario conſequatur determinationem intellectus, quare peccare dicimur. Quæſt. VIII.

G POSTREMO autem inquirendũ eſt,quoniam aliquis dicet,ꝙ in omni peccato, quod ſit per ignorantiam, quæ eſt concomitans intellectus,fiat ignorans,& neceſſarium ſit voluntatem ſequi determinationem intellectus, quare dicimur peccare quia agimus ea, quæ nullatenus poſſumus euitare,nec eſt vlla libertas volũtati poſt perfectam determinationem intellectus? Reſpondẽdum eſt verum eſſe intellectum fieri ignorãtem in omni peccato, & neceſſarium eſſe voluntatem ſequi determinationẽ intellectus, & ſi nihil aliud præceſſiſſet, non erat poſſibile vllum peccatũ in nobis cauſari, præceſſit tamen aliquid quod fecit illam ignorantiam eſſe volũtariam: nam cum paſſio reſurgit inclinans ad id, quod malũ eſt, aut ipſum H obiectum malũ incipit nobis ex aliqua cauſa bonum videri,ſcit intellectus illud eſſe malum,cum nondum ſit excæcatus, & poterat tunc firmiter iudicare non eſſe illud eligendum: volũtas quoque poterat imperare intellectui bene iudicare circa illum actum: neuter tamen eorũ fecit quod debuit,ſed vterque neglexit permittens ſe à paſſione catenari. Cum autem intellectus à paſſione excæcatus eſt,impoſſibile eſt quòd benè iudicet circa actus illius paſſionis: & quamuis volũtas libera ſit, impoſſibile eſt ꝙ tunc bene eligat. Sic.n.ait Ariſt.7. Ethic.ꝙ aliquod tempus eſt in quo impoſſibile eſt dirigere actionem: hoc eſt cum paſſio inualuerit:nec tamen aliquod inconueniẽs eſt dici,voluntatẽ non poſſe bene eligere pro tunc; quoniam quamuis aliquis homo fortiſſimus ſit,potens alios ſibi ſubiicere: ſi tamen ſemel permiſerit ſe totaliter colligari, I erit ei impoſſibile aliquem ſibi ſubiicere, ſed eum omnibus ſubiectũ eſſe neceſſe erit. Simile autem de intellectu, & voluntate eſt: quoniam cum liberum eis foret quamlibet excludere paſſionem: aut id,per quod ignorantia inducẽda erat,noluerunt illud excludere: ſibi igitur imputandum eſt,tanq̃ ſi nulla ignorantia in peccato intercideret. Ex hoc aũt infertur,ꝙ omne peccatũ qualecunque ſit, ſm originem ſuã eſt peccatũ omiſſionis, quod patet: qm̃ intellectus nunq̃ malè iudicaret, nec volũtas male eligeret, niſi à principio inſurgente paſſione omitteret eam excludere,quod facere tenebantur. Nos tñ cum peccata per cõmiſſionem,& omiſſionem diſtinguimus,non reſpicimus originem peccatorum,ſed id in quo conſummatur actio peccari: & quia q̃uis omne peccatum originẽ accipiat per omiſſionem,cõſummatur tñ per commiſſionem, K & aliquando per omiſſionem; ideo aliqua peccata committendo,& aliqua omittendo facere dicimur. Prædicta vera ſunt,niſi in peccato propter ignorantia: quia ibi nulla omiſſio eſt in ipſo actu, ſed fuit in alio, qui fuit cauſa ignorandi, vt ſupra tactum eſt. Hæc autem de peccato ſecundum malitiam & paſſionem & negligentiam & ignorantiam dicta ſunt quantum ad eorum differentias, & qualiter in eis magis aut minus voluntarium reperiatur: quæ ideo dicta ſunt,qm̃ hic in littera de omnibus iſtis ſpeciebus peccatorum agitur. Circa quod conſiderãdum eſt, ꝙ hic agitur de omnibus iſtis ſpeciebus peccatorum, & diuiditur in tres partes: quoniam Primò agit de peccato per ignorantiam; Secundò,de peccato per paſſionem, vel negligentiam; Tertiò,de peccato per malitiã. Secunda in principio ſequẽtis cap. Tertia circa finem eiuſdem, cũ dicitur: *Locutuſq. eſt Dominus.* Prima diuiditur in tres

Omne peccatum eſt peccatũ omiſſionis ſecũdũ originẽ ſuã.

Diuiſio peccatorũ actualiũ nõ eſt ſecundum originem, ſed ſecũdum id in quo conſummatur peccatum.

F partes ſm ꝙ agitur de ſtatu triplici perſonarum peccantiũ. Primò agitur de peccato Sacerdotis ſummi: Secũdò, de peccato totius populi; Tertiò, de peccato Principis magni. Secũda ibi: *Quia ſi omnis turba.* Tertia ibi: *Si peccauerit princeps.* Circa primũ. *Loquutus eſt Dominus ad Moyſen.* Dicitur Deus loquutus, qm̃ iſta pcepta, de quibus hic agitur in loquutione data ſunt:& nõ in imaginaria,ſed in vera loquutione reali, vt probatũ eſt ſupra in princip. 1.c.

Vbi locutio iſta facta ſit ad Moyſen. Quæſt. IX.

QVÆRET autem aliquis vbi iſta loquutio facta fuerit ad Moyſen? & reſpondendum eſt, ꝙ fuit facta in mõte Sinai,quia omnes leges, quæ dicuntur in hoc Leuitico, datæ ſunt in monte Sinai, vt patet infra G 26.& 27.c. & magis probatum fuit ſupra 1.c. Sed adhuc quæret aliquis magis in ſpeciali, quis fuerit locus determinatus,in quo iſta præcepta data ſunt? Et reſpondetur, in Tabernaculo teſtimonij,in mõte Sinai,& ibi loquebatur Deus ad Moysẽ de Propitiatorio inter Cherubim,aut apud oſtiũ Tabernaculi,iſta,q̃ cõtinẽtur,vt patet ſup.1.c.

An hoc præceptum de ſacrificijs pro peccato, ſit datum cum fuerunt data illa, quæ continentur in principio huius libri vſque huc. Quæſt. X.

QVÆRET autem aliquis,an iſtud præceptũ de ſacrificiis pro peccato, datum fuerit cum fuerunt data præcepta,quæ cõtinentur in principio huius libri vſque huc. Et fortè aliquis dicet,omnia ſuperiora data H fuiſſe Moyſi in vna colloquutione ad Deũ: quia omnia continentur ſub eodem cõtextu:hæc aũt,quæ de peccatis data ſunt,fuerũt alia vice data:quia ponitur hic caput rationis,cũ dr̃. *Loquutuſq. eſt.* Hinc rñdendũ eſt,ꝙ an omnia præcepta,quæ in hoc libro tradũtur,in eadẽ colloquutione,vel in multis tradita fuerint, ex littera conſtare nõ poteſt: argumentũ tñ, quo iſti probare nituntur eſſe data in multis colloquutionibus,nõ tenet: qm̃ iſta capita rationis magis data ſunt ad diſtinguendũ materias q̃ ad mõſtrandũ ipſorũ præceptorũ interpolatas fuiſſe lationes. De hoc tñ quicquid tenere voluerimus, nihil differt. De hoc ſupra 1.cap.dictum eſt. *Ad Moyſen.* Per ſolũ Moyſen Deus loquebatur ad populũ, qm̃ ipſum conſtituerat ſpecialem miniſtrum huius legiſlationis,& nunquam Deus mandauit aliquem ferre legem ad populum,quamuis alij eſſent I Prophetæ viuente ipſo: nam Aaron & Maria ſoror eius Prophetæ erant. De Maria apparet Exo.16. de Aaron colligitur 1. Reg.cap.2. de vtroque autem ſimul colligitur Num.12. nam non dignabatur Deus ad tantum miniſterium aliquem alium præter Moyſen acceptare. *Loquere filijs Iſrael.* Poſtquam Deus in ſecreto loquebatur Moyſi, ipſe recitabat in publico Iudæis leges à Deo datas. Ad iſtam autem recitationem receptarum legum, an omnis populus cõueniret,vel ſoli Principes nomine totius populi,ſupra 1.cap.in principio determinatum eſt. *Anima cum peccauerit per ignorantiam.* Hic agitur de illa ſpecie peccatorum,quæ dicuntur per ignorantiam: & non accipit hic Scriptura propriè peccare per ignorãtiam: qm̃ omne peccatũ, qualecumque illud ſit, & quantumcunque voluntariũ,ſemper eſt per ignorantiã: qñ autem peccat omnis K homo ignorãs eſt ſicut ſupra probatũ eſt: iſta tñ ignorantia non eſt cauſa peccati,nec aliquod excuſat: ideo de hac non loquitur Sacra Scriptura. Et patet hoc manifeſtiſſimè,quoniam leges iſtæ diſtinguũt peccatũ per ignorantiam ab aliis peccatis. Sed accipiendo propriè peccare per ignorantiam ſm ꝙ accipit Ariſt. & ſupra declaratũ eſt, omne peccatũ eſt per ignorantiã: ergo non accipit hic,nec in aliquo loco Sacra Scriptura aut leges humanæ propriè peccare per ignorãtiam, ſed pro eo quòd eſt peccare propter ignorantiam, vt ignorantia eſt cauſa peccati,& patet hoc per ea,quæ ſubiungũtur,ſ.quòd fecerit aliquid de his,quæ Deus mandauit,vt nõ fierẽt: & ſic ignorauit ignorando legem, quoniam tenebatur ſcire illam: & ſic vocatur peccatum per ignorantiam eius quod confert,ſecundũ modũ loquendi Ariſt.in 3.Ethi. leges autem humanæ vocãt iſtam ignorantiam craſſam,qm̃ tenebatur

Quæſt. x.

De peccato propter ignorantiam.

Cap. 2.

iſte peccans ſcire legem. *Anima cum peccauerit.* Accipitur hic aīa pro hoīe, ſm modū loquendi vulgarem, quē ſæpè ſequitur Sacra Scriptura: nec tñ ponit aīam ſolā eſſe hominē iuxta Platonicā poſitionem, de qua latè dictum fuit ſup. in princ. 2. c. Fortè aūt dicet aliquis, hic accipi aīam ꝓ ipſa aīa ſola, qm̄ licet ipſa non ſit perſona, aut hō, tñ actus, qui ponitur hic. ſ. peccare, ſatis pertinet ad ipſam ſolam: ſicut dicimus, ꝙ aīa vult, & deſiderat, & intelligit, & alias actiones ſimiles ei attribuimus. Ad hoc autem reſpōdendum eſt, non poſſe ſtare: qm̄ anima cum eſſet coniuncta corpori, non eſt ens per ſe perfectum & ſubſiſtens, cui reſpondeat aliqua actio, ſed ſolum eſt forma corporis: ideo competit ſibi, vt ipſa non ſit operans, ſed vt ſit principium omnium actionum ipſius cōpoſiti, iuxta Ariſt. ſententiam in 2. de Anima: actiones tamen non competunt partibus indiuiduorum, qm̄ ſunt entia imperfecta: ſed entibus perfectis, quæ ſunt ſuppoſita, aut perſonæ, aut hypoſtaſes. Sic enim ait Ariſt. Ethic. 2. quòd actiones ſunt ſuppoſitorum, ſiue in ſingularibus: anima autem non eſt ſuppoſitum, vel perſona: ideo non poterit ſibi competere ꝙ ipſa agat, ſed ꝙ ſit actionis principium: vnde non poterit ipſa peccare, vel bene agere, ſed erit principiū peccandi, vel benè agendi. Item, patet hoc: qm̄ cum pęnæ rectè diſtribuuntur, debent tenere peccatorum auctores. Sed qñ dantur pęnæ à Legiſlatoribus, & iudicibus, non dantur animæ, ſed ipſi homini: ergo non eſt anima, quæ peccauit, ſed homo, ipſa autem principium fuit peccati. Ad hoc aliquis rñdebit, ex hoc nihil probari: qm̄ qñ Legiſlatores & iudices dant pęnas, quamuis anima ſola peccauerit, tñ ipſi nō poſſunt punire ſolam aīam: tum, quia aīa ſpiritualis eſt, hoīes autem non habent poteſtatem ſuper ea, quæ ſunt purè ſpūalia; qm̄ oēs actiones humanæ fiunt per corporalia inſtrumenta, actio aūt alicuius corporis nō poteſt ſuſcipi in aliquam rem purè ſpiritualem, etiam ſi ipſa res pati velit, quod naturaliter intelligendum eſt. Hoc latè probatum fuit Exo. 23. Item, non poſſunt agere in animam ſolam, quia anima coniuncta eſt corpori, dum homo viuit: ideo non potētes Legiſlatores punire animā, quamuis ipſa peccauerit, puniunt hominem, cuius ipſa pars eſt. Adhuc rñdendum eſt, ꝙ quamuis iudices poſſent punire animam ſolā pro aliquo crimine, tamen eam punire non deberent, ſed ipſum hominē. Hoc patet ex iuſtiſſimis punitionibus à Deo factis: nullus enim ita iuſtè punit ſicut Deus; ſed Deus ī inferno non ſolum pro peccatis punit animam, ſed potius ipſos homines, cum anima fuerit corpori reunita poſt generalem reſurrectionem: ergo nō ſolum anima peccauit, aut verius anima non peccauit, ſed homo eſt, qui peccauit: anima autem non peccauit, ſed fuit peccandi principium. Et cum arguebatur poſſe dici de anima, ꝙ ipſa peccauit, ſicut dicitur ꝙ vult, deſiderat, & intelligit. Reſpondendum eſt ꝙ non propriè dicitur animam velle, aut intelligere, aut deſiderare. Sed ꝙ intellectus ipſius animæ eſt, quo intelligimus, & voluntas eſt qua volumus, & ſic de ceteris: homo autem eſt, qui vult, & qui intelligit, & quem denominant oēs aliæ operationes, quæ in ipſo ſunt, ſicut declarat Ariſt. in 3. de Anima: inquiens in nobis eſſe intellectum poſſibilē, quo eſt omnia fieri: & intellectum agentem quo eſt omnia facere. Ecce enim nō vocauit intellectum eſſe id quod agat, ſed quo aliquis agat. Si tamē dicamus aliquando animam velle, aut intelligere, hoc eſt per abuſum locutionis vulgaris: hæc tñ à ſapientibus dici non debet, licet Sacra Scriptura interdum vtatur his locutionibus. Sic patet ad Galat. c. 5. Spiritus concupiſcit aduerſus carnem, & caro aduerſus ſpiritum: vbi aīę actionem per ſe tribuit, & carni per ſe. Qualiter tamen iſta auctoritas intelligenda ſit Deuter. 12. cap. latè declarabimus. Concludendum eſt ergo, hic non accipi animam pro anima, ſed pro homine: & animam non poſſe peccare, ſed hominem; ipſam verò duntaxat eſſe principium operandi. *De vniuerſis mandatis Domini, quæ præcepit, vt non fierent, quicquam fecerit.* Hic dicitur de peccato, cum aliquis peccat contra aliquam legem, in qua vetabatur aliquid fieri, & nos illud egimus: & ſic Iudæi dicunt quòd intelligatur iſtud mandatum de faciendo iſta ſacrificia quando ſolum peccaremus contra aliquam legem vetantem aliquid fieri. Et dicendum eſt, quod ſi attendantur verba

An aīa ſola peccare poſſit.

Tex. 36.

Cap. 7.

Anima eſt actionis principium.

Obiectionis reſponſio.

Tex. 18.

Aīa non pro anima accipitur, ſed pro homine: & anima peccare nequit.

A iſtius legis, ſolum ipſa loquitur quando agimus contra præcepta negatiua ſiue cæremonialia, ſiue iudicialia, & non cum agitur contra præcepta affirmatiua: neceſſario tamen intelligenda eſt etiam de peccatis contra legem affirmatiuam: nam tunc quando aliquis ageret cōtra aliquod peccatum affirmatiuum, omittēdo illud, & faciendo aliquid alterum, non poneretur ſibi aliqua pęna, nec cogeretur ad ſacrificia hæc. Hoc tamen inconueniens eſt; qm̄ tam præcepta affirmatiua quam negatiua, æqualis obligationis ſunt: & contra quodlibet eorum egiſſe culpa eſt. Ideo in vtriſque pęna imponi debet; tamen non datur aliqua alia regula de ſacrificando, cum aliquis peccauerit contra præcepta affirmatiua: reducenda eſt ergo iſta lex ad vtraque præcepta quanquam de ſolis negatiuis intelligatur. Et iſte eſt modus legum humanarū, quoniam B quando eſt aliqua materia, in qua ſint plures articuli, ſi in vna lege cautum eſt, & non in aliis, & aliæ ſunt ſimiles illi, illa lex ad eos extendenda eſt, vt patet ff. de legib. l. in ſingulis articulis, cum l. ſequenti: ideo ſi aliquis ſic iſtam legem obſeruandam diceret, vt ſolum referretur ad peccata facta contra præcepta negatiua, in aliis non ponens aliquam punitionem, manifeſtū eſt ipſum agere in fraudem iſtius legis: tunc enim in fraudem quis contra legem agit, quando obſeruans verba ipſius legis, agit contra voluntatem legis, vt habetur ff. de legib. in l. contra legem, & in l. fraus. Reducendum igitur eſt, quod intelligatur iſta lex tam de præceptis affirmatiuis, quàm negatiuis.

C *An peccatum per ignorantiam de quo hic, ſit per ignorantiam præceptorum Decalogi.* Quæſt. XI.

CONSIDERANDVM autem eſt quòd quando hic dicitur debere obſeruari cæremonias ſacrificiorū, quæ infra ſequuntur, cum aliquis peccaret per ignorantiam contra ea, quæ in lege Domini ſtatuta erant, non intelligebatur ſi peccaret contra præcepta Decalogi, negatiua, vel affirmatiua; quod patet: quia dicitur hic. Si peccauerit anima per ignorantiā, ſed nullus poterat ignorare præcepta Decalogi, ſi mentis ſuæ compos eſſet, tum quia iſta conſiſtunt in decem verbis, quæ cuilibet ſcire facilè eſt, tum quia vulgatiſſima erant apud omnes, tum & potiſſimum, quia iſta erāt de iure naturali, & ſunt ſcripta in mētibus noſtris, vt patet ad Rom. 2. c. ideo dato, ꝙ nunquam fuiſſent iſta præcepta data à Deo, nullus poterat ea D ignorare. Item, patet, quòd non intelligatur de his, quoniam dicitur hic: Si peccauerit ſacerdos magnus, & ſi peccauerit totus populus, manifeſtū tamen eſt, quòd quamuis aliqua perſona priuata poſſet ignorare iſta præcepta, aut eorū aliquod, non tamen contingeret hoc in Summo ſacerdote, qui vir ſapiens erat; maximè autem, & in toto populo, ſ. ꝙ omnes de populo ignorarent, ergo non eſt intelligendum de his. Item, non poteſt intelligi de iſtis pręceptis; quoniam ponitur hic, ꝙ aliquando populus ignoraret, & ſic faceret contra aliquod de iſtis præceptis; tamen non contingit facere totum populum cōtra aliquod præceptum de iſtis; præcipuè contra negatiua; de quibus principaliter intelligitur iſta lex, ergo non eſt accipienda de præceptis Decalogi. Aſſumptum patet: quia non poterat totus populus vnum hominem occidere, aut E vnum falſum teſtimonium dicere, aut totus populus aliquid furari, vel totus męchari, aut vxorem alicuius & rem concupiſcere, atq; ſi fortaſſis ex natura non repugnet, tamen nunquam factum eſt, nec fieri contingit, non ſunt ergo iſta peccata, quæ populus faceret, de quibus hic dicitur. Item, quia dato, ꝙ per ignorantiam Sacerdos magnus, aut totus populus contra aliquid horum facere poſſet, tamen non poterat mundari per iſtas cæremonias ſacrificiorum, quæ hic ponuntur, iſtæ autem cęremonię imponuntur in pęnam alicuius peccati, cum nulla alia pęna ponatur. Si quis tamen peccaret contra pręcepta Decalogi, cogebatur ſuſtinere aliam pęnam, ſ. interdum pœnam mortis, & interdum aliam, ergo nō poterat applicari iſta lex ad peccantes contra præcepta Decalogi. Aſſumptum patet: quia ſi aliquis peccaret occidens alium, non offerebat ad emundationem ſuam ſacrificium, ſed moriebatur

nulla facta ceremonia,vt patet Numeri 25.& Deuter.19. & ſi quis contra alium falſum deponeret, non offerebat ſacrificia,ſed ſubibat pœnam,quam ille,contra quem deponebat ſubiturus erat, vt patet Deuteron.19. De eo aũt, qui mechabatur patet,ꝙ moriebatur,nec expiabatur per ſacrificia,vt patet infra 20. c.qui autem furabantur ſuſtinebant penas, quæ habentur Exod.22. & ſic in omnibus aliis tranſgreſſionibus præceptorum Decalogi pœnæ determinatę erant,nec aliquis expiabatur à peccato per immolationem ſacrificiorum: hic aũt ſoluuntur pœnæ peccatorum per immolationem ſacrificiorum, ergo non poteſt referri iſta lex ad tranſgreſſionem præceptorum Decalogi.Item,non poteſt intelligi iſta lex de tranſgreſſione præceptorum iudicialium, quoniam præcepta iudicialia poterant dupliciter à Iudæis infringi, ſ. aut à iudicibus, aut à perſonis priuatis, ſi infringerentur à iudicibus, vtpote,quia malè iudicabant,condemnantes aliquem contra legem, ſiue in cauſis merè criminalibus,ſiue in ciuilibus, patiebantur eandem pœnam, quam intulerant ei, quem condemnabant, ſicut nũc fit apud nos, quia iudex, qui malè iudicat,tenetur parti ad omnia damna, nec poterat expiari iudex ab iſto peccato per ſacrificiorũ oblationem,ſed oportebat, vt parti,quam læſerat ſatisfaceret, nec oportebat,tunc aliqua ſacrificia, eſſe ad remiſſionem peccatorum. Si autem tranſgreſſio præceptorum iudicialium eſſet à perſonis ſingularibus patiebantur eaſdem pœnas,quæ legibus illis expreſſæ erant, contra quas peccabant,ſiue de furto,ſiue de percuſſione, ſiue de commodatione,aut virginum defloratione tranſgreſſio eſſet, nec aliquis ſic tranſgrediens expiari poterat à peccato per ſacrificia, ſed cogebatur ſubire pęnas illarum legum iudicialium,quas infregerat. Non igitur poteſt dici intelligi iſtam legem,quando peccatum aliquod per ignorantiam eſſet contra præcepta iudicialia. Dicendum ergo erit,ſolum intelligi hanc legem,quando fiebat tranſgreſſio contra aliqua præcepta cæremonialia, & in his ſtant omnia ſupra dicta, nec ſequitur ad hanc poſitionem aliquod inconueniens, ſicut ſequebatur ponendo hanc legem dari de præceptis Decalogi, aut de præceptis Iudicialibus, in his namq; poterat Sacerdos magnus aliquando errare per ignorantiam, quia præcepta cæremonialia multa erant, & diuerſæ obſeruantiæ, & aliquando poterat Sacerdos magnus errare non faciendo aliquam cæremoniam, quam facere tenebatur, aut contrariam faciendo, vt puta in ſacrificiis, & oblationibus, quæ multas valde cæremonias requirunt: poterat etiam interdum errare totus populus per ignorantiam in cęremonialibus præceptis, quia multæ erant cæremoniæ obſeruandi ſe ab immunditiis,& purgationes rerũ immundarũ. In aliqua aũt iſtarum poterat errare totus populus, de quibus ponitur infra in princ. c.11. vſq; ad 16. & Num.5.& 19.& Deut. 14. Erant quoque multæ cæremoniæ obſeruationum in feſtiuitatibus quinque,quæ directę pertinebant ad populum, & poterat totus populus errare omittendo aliquam iſtarum ex ignorantia,vel in aduertentia; poterant etiam perſonæ priuatæ in his errare, quoniam iſta multa erant, & non poterant eſſe ita cognita,ſicut præcepta Decalogi, aut Iudicialia,etiam quia in præceptis Decalogi,& Iudicialibus aliquo modo apparet ex ipſa natura;in Cæremonialibus autem non ſic apparet ratio debiti, cum magis dependeant ex volũtate cõditoris legis;ideo facilius contra hoc peccari poterat quàm contra alia. Cõſiderandum etiam eſt, ꝙ iſta pęna,quæ hic ponitur, directè conueniebat peccato, quòd fit contra aliquam legem cæremonialem, & non peccatis factis contra præcepta Decalogi, & Iudicialia, nam in præceptis Decalogi offendebatur proximus,vt communiter.ſ.in ſeptem præceptis illorũ, & tũc cum offenſa ei fieret,debebat eidẽ ſatisfactio fieri;ſacrificia aũt fiunt ad Deum; ergo non erat directa ſatisfactio. Cum autem erraretur in aliis præceptis Decalogi faciendo contra Deum tantum,erat peccatum,quod nõ poterat per ſacrificia deleri,ſed mortem merebatur,vt quia ageret contra primum preceptum colendo idola:qm̃ ſiue ille hõ eſſet,ſiue tota ciuitas perire debebat, vt patet Deut. 13. c. aut ſi ageret cõtra obſeruationem Sabbati,quod erat contra Deũ,moriebatur,vt patet Exo.35.& Num.15. In præ-

Doct. ſententia ponens hanc legem datam à legiſlatore.

F ceptis autem Iudicialibus tota offenſio directa fiebat proximo,ideo ſatisfactio ei fieri debebat, nec erat conueniens eum,qui peccaret in proximum,abſolui à crimine ꝑ oblationes, nulla alia pęnali, aut purgatoria ſolutione facta, qm̃ ſic aliquis furaretur,aut occideret alterum,& offerendo ouem, vel bouem, abſolueretur ab omni ſatisfactione, quam facere deberet: hoc nãque pertinebat ad ordinem iniuſtiſſimum,id eo nõ debebat poni talis lex.In cæremonialibus autem valde cõueniebat hoc, quoniam cæremonialia ſunt directè ad Deum,ideo non oportebat pro trãſgreſſione earum fieri proximo aliquam ſatisfactionem, ſed ſolum Deo, & quia non erant iſta tanta peccata propter quæ deberet aliquis mortem ſubire, iubebatur ei, vt faceret aliqua ſacrificia: nam tranſgreſſio iſtorum præceptorum cæremonialium,quæ erat contra Deum, non erat

G ita grauis ſicut idolatria, quæ ad præcepta Decalogi pertinebat:ideo non debebat pro his imponi mors, ſicut imponebatur pro idolatria,& pro violatione Sabbati.Et iuſtum valde erat,vt violatio pręceptorum cæremonialium tolleretur per ſacrificia: nam in cæremonialibus cũ tranſgrediebantur illa, omittebantur aliquæ cæremoniæ, quæ fieri deberent: nullo ergo modo iuſtius ſatisfieri poterat, quam vt loco omiſſarum cæremonialium,aut actuum,fierent aliqua ſacrificia,in quibus obſeruarẽtur cæremoniæ, vt puta ſi aliquis omiſerat aliquas leges immundicię non abſtinendo ab immundicia, aut omiſiſſet aliquas cæremonias in obſeruatione feſtorũ,ſatisfaciebat obſeruando alias cæremonias in oblatione ſacrificiorum; erat igitur iuſtiſſima compenſatio. Patet igitur hanc legem de ſacrificiis pro peccato,datam fuiſſe pro ſolis tranſgreſſionibus

H quæ erant contra præcepta cæremonialia: pro tranſgreſſione autem præceptorum Decalogi,& Iudicialium, non fiebant aliqua ſacrificia, ſed erant determinata quædam genera pœnarum. *Si Sacerdos,qui eſt vnctus peccauerit.* Hic ponitur de ſacrificio, quod fiebat pro peccato Sacerdotis magni:& ponitur diſtinctum ſacrificium in magnitudine hoſtiæ,& cęremoniarum oblationis à Sacrificiis, quæ fiebant pro perſonis ſingularibus, & pro Principe populi,& æquatur ſacrificio,quod fiebat pro peccato totius populi.

Quare peccatum Sacerdotis magni maius erat peccato totius populi,& Principis,ac perſonarum priuatarum. *Q. XII.*

IN, quo ſciendum eſt,ſacrificia poni maiora,ſecundum quod ipſa peccata,pro quibus fiebant,erant maiora;

I accipiendo autem in eodem genere peccati, maius eſt ſemper peccatum Sacerdotis magni quam peccatũ Principis populi, & quàm peccatum totius populi: ideo peccatum ſummi Sacerdotis exigebat maximum ſacrificium excellens alia ſacrificia pro peccato, aut ſaltem æquum maximis ſacrificiis.

Accipitur autem magnitudo peccati dupliciter, ſ. intenſiuè, & extenſiuè. Accipitur magnitudo peccati intenſiuè, ſecundum ꝙ eſt in ſe ipſo magis, aut minus voluntarium, vel ſecundum quòd eſt includens maiorem deformitatem circumſtantiarum, & maiorem, aut minorem ingratitudinem. Dicitur autem peccatum aliquod magis,aut minus malum extenſiuè, ſecundum ꝙ ad plures peccatum illud extenditur, vel ſecundum ꝙ pluribus ex eo damna inferuntur. Ex conſideratione horum li-

K quet, peccatum ſacerdotis magni eſſe maius peccato cuiuſlibet perſonæ priuatæ,peccato Principis,& peccato totius populi; quòd apparet primò,comparando peccatum ſummi ſacerdotis ad peccata perſonarum priuatarum: nam ſi ſummus ſacerdos peccabat contra aliquam legem ſciens,ipſe erat magis ingratus Deo,quàm quęlibet perſona priuata; quia cum in maiori ſtatu conſtitueretur etiam grauius peccabat,quia tenebatur ſe habere honeſtius quã cæteri ſe habere debebant. Si aũt peccaret per ignorantiam ſummus ſacerdos, peccatum eius erat maius intenſiuè quam peccatum perſonæ priuatæ, quia magis tenebatur ſacerdos ſcire legem, quàm perſonæ priuatæ: nã perſonæ priuatæ à ſacerdotibus legẽ inquirere debent,& ipſi ſacerdotes tenentur eis reſpondere.Sicut hr̃ Aggei 2. c.cũ ait: Labia.n. ſacerdotis cuſtodient ſcientiam,& legem de ore eius exquirẽt, quoniam Angelus Domini exercituum eſt.

eſt. Sic.n.mandat Deus per Aggeum in cap.2. quòd debeat lex requiri de ore Sacerdotũm. Et ob hoc Hieron. in Prologo omnium librorũ Scripturæ, qui eſt Epiſtola ad Paulinũ dixit, Sacerdotibus eſſe neceſſariũ habere ſcientiam legis, inquiẽs: Sacer dotis officium eſt interrogatum rñdere de lege. Vulgares autem nõ tenentur ad iſta, ideo cum peccauerint Sacerdotes ex ignorãtia legis, peccatum grauius eſt, quàm ſi vulgares ex ignorantia peccent. Item peccatum Summi Sacerdotis eſt maius extenſiuè, quàm peccatum alicuius perſonæ priuatæ: nam cum Sacerdos magnus peccat, exemplo eius populares ad ſimilia pertrahuntur: ſicut patet in hac littera cum dicitur: Si Sacerdos, qui vnctus eſt, peccauerit, faciens delinquere populum. q.d. quòd cum Sacerdos peccat, facit delinquere. Si autem aliqua perſona priuata delinqueret, non ſequebatur, ꝙ exemplo eius alij ad peccandũ inducerentur, cum non habeat auctoritatẽ magiſterij, aut prælationis: Summus autem Sacerdos eſt totius populi eruditor: ideo cum per omnẽ modum peccatum Sũmi Sacerdotis eſſet grauius peccatis populariũ, oportebat vt pro illo fierent maiora ſacrificia quàm pro peccatis popularium, & ſic obſeruabatur; quoniam pro peccato Summi Sacerdotis offerebatur vitulus, & cremabatur extra caſtra: in peccato autem perſonarum priuatarum offerebatur capra, vt patet in ſequenti cap. Adhuc autem peccatum Summi Sacerdotis erat maius peccato Principis populi intenſiuè, & extenſiuè: patet Primò, quod ſit maius intẽſiuè: quoniam hic agitur de peccato propter ignorantiam; ignorãtia tamen in Sacerdotibus valde eſt fugiẽda, potiſſimè in Summo Sacerdote, quoniam ipſe tenetur ſcire totam legem, & reſpõdere ad omnes quæſtiones legis; & ſic beatus Petrus in Canonica ſua prima cap.3. Eſtote parati reddere rationem omni poſcenti vos de ea fide, & ſpe, quæ in vobis eſt. Quod ad Sacerdotes, & maximè ad Epiſcopos refertur, qui excellentiorem ſapientiæ gradum ceteris habere debent; Rex tamen populi non tenebatur ſcire totam legem, nec omnes quæſtiones legis, ſed ſolum tenebatur ſcire Deuteronomium legis, vt patet Deuter. 17. vbi dicitur, quod cum Rex ſubleuaretur in thronum Regni ſui, faceret ſcribere ſibi Deuteronomium legis, & ſæpè legeret in eo, vt erudiretur timere Deum. Si igitur erraret Rex, ignorans aliquid, quod non erat in Deuteronomio, aut culpa illa nulla erat, aut leuis: Sacerdos autem magnus qualitercunque peccaret ignorans, ſemper erat graue delictum, cũ teneretur omnia ſcire, vt dictum eſt. Patet igitur peccatum Summi Sacerdotis per ignorantiam, eſſe grauius intenſiuè, quam peccatum Principis populi. Item, peccatum Sũmi Sacerdotis erat maius peccato Principis extenſiuè, quia peccãte Sacerdote magno, ad plures extendebatur peccandi occaſio, & exemplum, quàm ſi Princeps peccaret, quoniam vulgus Sacerdotem magnum habet vt Principem in ſpiritualibus, & vt magiſtrum in omni eruditione virtutum: Principem autem non exiſtimat magiſtrum, aut eruditorem in agẽdis: ideo cum Summus Sacerdos errauerit, eius exẽplo ceteri trahuntur, velut quadam imagine bene operandi: Principe autem peccante, nemo propter hoc exemplum peccandi ſumit, niſi fortaſſis ſic Princeps fieri iubeat, aut faciẽtibus fauorem exhibeat: hoc autem, quia populus exiſtimat Principem ſicut & ceteros ignorare.

Peccatũ Summi Sacerdotis erat maius peccato Principis intenſiuè, ac extenſiuè.

Adhuc autem patet de peccato iſto Principis, quod ſit minus peccato Summi Sacerdotis, tàm intenſiuè, quàm extenſiuè, quoniam peccatum illud intenſiuè, & extẽſiuè grauius eſt alio, in quo plurium circumſtãtiarum, & grauiorum tranſgreſſione peccatur, Summus tamen Sacerdos ad plura eſt obligatus in quolibet genere obligationis: ergo cum peccauerit, plures circumſtantiæ inſurgunt, & ſic grauius eſt eius peccatum. harum autem quędam faciunt peccatum intenſius, quædam autem extenſius.

Ex hoc autem ſequitur differentia in oblatione facta pro peccato Summi Sacerdotis, & pro peccato Principis: nam pro peccato Summi Sacerdotis offerebatur vitulus, qui ad maximum ſacrificiũ pertinet, & hoc extra caſtra: in peccato autem Principis hircus immolabatur, nec cremabatur extra caſtra, vt patet infra. Adhuc aũt apparet

A maius eſſe peccatum ſummi Sacerdotis, quam totius populi peccãtis, qm̃ Princeps Sacerdotũ, qui dr̃ ſummus Sacerdos plura tenetur ſcire in lege Dei q̃ omnis populus, cũ omnes de populo ad eũ cõcurrant, inquirẽtes de quæſtionibus legis, vt patet Malach.2. & Aggei 2. Ideo qñ peccat per ignorantiã, grauius delinquit q̃ populus, qm̃ plura ſcire tenetur. Si autem accipiatur peccatum ſummi Sacerdotis extenſiuè, eſt æquale peccato totius populi, nec poteſt eſſe maius: qm̃ non poteſt aliquis exẽplo ſuo plures ad peccatũ inducere, q̃ vt totus populus peccet: ergo non poterit extendi plus peccatũ Sacerdotis ſummi q̃ totius populi; & in hoc æqualia videntur, niſi fortè quis obijciat peccatũ ſummi Sacerdotis eſſe maius extenſiuè peccato totius populi, qm̃ peccante Summo Sacerdote, totus populus cum eo ad peccãdũ inducitur, & ipſe cum B omnibus peccat: peccante autem populo, non inducitur Sacerdos ſummus ad peccandum, quoniam non ſequitur ignorantia ipſius ex ignorantia populi: ſicut ignorantia populi ex ignorantia ſummi Sacerdotis. Patet igitur, peccatum ſummi Sacerdotis eſſe maius peccato populi: quoniam licet ambo ſint æqualia aliquo modo extẽſiuè: peccatum tñ ſummi Sacerdotis eſt maius intenſiuè. Non tñ ponebatur dña in ſacrificio, quod fiebat pro peccato populi, & pro peccato Sacerdotis ſiue in animali quod immolabatur, ſiue in ritu immolandi; nec ponebatur hoſtia maxima pro peccato Sacerdotis, & pro peccato populi, in quo differre poſſent: nã ſi poneretur hoſtia minor pro peccato totius populi; quam pro peccato ſummi Sacerdotis, coincideret peccatũ populi cũ peccato Principis in grauitatis æqualitate, aut cum peccato vnius perC ſonæ priuatæ, & quanquam peccatũ totius populi ſit inter peccatum ſummi Sacerdotis, & peccatum Principis quaſi medium, cum omnia ſint per ignorantiam: magis tamen aſſimilatur peccato ſummi Sacerdotis, q̃ peccato Principis, aut vnius perſonæ priuatæ. *Qui vnctus eſt peccauerit.* ſi peccauerit ſummus Sacerdos: erat enim dña inter Sacerdotem ſummũ, & Sacerdotes minores: quia Sacerdos ſummus in conſecratione ſua recipiebat diuerſas vnctiones, tam in corpore ſuo, q̃ in veſtibus; præcipuè autem in capite, qm̃ fundebatur oleum conſecrationis ſuper caput eius in ſignum poteſtatis, & iſtud oleum fluebat in veſtiſtimenta, vt patet Pſalm. 132. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, quod deſcendit in oram veſtimenti eius: in Sacerdotibus autem minoribus non erat talis vnctio, ſicut declaratum eſt Exo. 29. D Ideo qñ ſit differentia inter Sacerdotem magnum, & minores, ponitur hoc ad cognoſcendum. Et etiam erat quædam vnctio facta in manibus, vt patet infra 21.c. cum dr̃: Pontifex.i. Sacerdos magnus inter fratres ſuos ſuper caput cuius fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius manus in Sacerdotio cõſecratæ ſunt, &c. dr̃ autem hic de Sacerdote qui vnctus eſt; quoniam ſi peccaret aliquis de minoribus Sacerdotibus, non fiebant pro eo ſacrificia, quæ hic ponuntur, ſed alia minora ſicut pro perſonis priuatis. *Delinquere faciens populum.* Iſta littera poterat intelligi dupliciter: vno modo poſſet aliquis dicere intelligi eam, ꝙ Sacerdos eſſet faciens delinquere populum. i. ꝙ ipſe taliter doceret, quòd vellet populum ducere ad errorem; ſed hoc nõ poteſt ſtare: quoniam repugnat litteræ, in qua dr̃, ꝙ peccauerit per ignorãtiam. Item, quoniam ſi iſte vellet E decipere populum præter hoc, quòd non erat ignorans, ſed voluntariè agens, adhuc erat quoddam aliud malum, ſ. ꝙ ipſe hæreticus erat: & tunc non expiarètur his ſacrificiis, ſed debebat lapidari, aut comburi, ſicut patet Deuteronom. 13. de illo, qui dicit aliqua tanquam Prophetica, vt inducat homines ad colendum idola: & de illo qui aliquibus aliis verbis ſolicitat mentes hominum ad colendos Deos alienos, vt habetur Deuteronomio 17. Debet igitur neceſſariò iſta litiera exponi, non quòd Sacerdos velit decipere populum ſua doctrina: ſed quia per ignorantiam aliquid docuit, quod non erat conueniens legi: & tunc poteſt intelligi hoc dupliciter. Vno modo, delinquere faciens populũ, id eſt, quòd ex doctrina ipſius ſummi Sacerdotis totus populus erret, aliquid faciendo contra legem, aut quòd errare poſſit, qm̃ illa doctrina eſt inductiua ad errorem, licet nõ erret. Primus

Peccatũ Sũmi Sacerdotis erat maius, & eſt peccato t. tius populi.

Sacerdos Summus, & minor diff. runt.

mus modus eſt grauior iſtorum, quocumque modo tamen horum duorum dicitur Sacerdos Sũmus faciens delinquere populum & vtroque modo oportebat pro Summo Sacerdote offerri ea, quæ hic iubentur. *Offerret pro peccato vitulum.* id eſt, quia peccauit ignorãdo, & faciens populum delinquere offerat vitulum. Hæc autem oblatio qualiter pro peccato proficiat, an tollatur per eam directè pœna aliqua debita peccato, aut culpa, aut qualiter nobis proſint, ſupra 1. cap. declaratum eſt. *Vitulum immaculatum Domino.* Iuſſit immolari vitulum, quia erat de ſacrificijs maximis, & in peccato maximo, quale erat peccatũ Summi Sacerdotis, talem decebat fieri oblationem.

An poſſit offerre Sacerdos vaccam feminam. Quæſt. XIII.

CONSIDERANDVM etiam eſt, quòd hic non licebat Summo Sacerdoti offerre vaccam feminam, quia ſacrificium pro peccato pęnale erat: ideò nõ dabatur libertas offerenti offerre quod voluiſſet, ſed tenebatur offerre determinatum à lege: ſacrificium autem pacificum non erat pęnale, ſed purè ſpontaneum: ideò erat in libertate offerentis offerre maſculum, aut feminam ſicut voluiſſet; de ſacrificio autem holocauſti, cum ſit ſpontaneum tenebantur offerentes dare ſolum maſculos, vt precedenti cap. dictum eſt. Erat autem vitulus iſte immaculatus, id eſt, quòd non eſſet in eo aliqua immunditia, vel imperfectio faciens illum ineptum ad oblationem. De immunditijs autem, quæ vetabat offerri ſacrificia animalium, infra 22. cap. dicitur. *Et adducet illum ad oſtium Tabernaculi.* id eſt, Sacerdos magnus: quoniam hic peccauerat tanquã vnus de popularibus offerebat pro ſe iſtum vitulum: & adducebat eum ad oſtium tabernaculi, quia ibi ſiebat immolatio. *Ponetq. manus ſuper caput eius.* Sacerdos magnus offerebat hic vitulum, ideo obſeruabat cęremonias, quas populares obſeruabant, ſ. imponendo manus. Cauſa autem, quare manus imponebãtur ſuper caput animalium oblatorum duplex erat, de qua ſupra 1. cap. & pręcedenti cap. dictum eſt, quare in omnibus ſacrificijs obſeruetur. *Immolabitq. eum Domino.* id eſt, iugulabit illum vitulum corã Domino, ſ. coram oſtio Tabernaculi, in quo erat Deus, aut potius Sacerdos faceret iugulare vitulum, quia per ſe non debebat hoc facere.

An Summus Sacerdos, qui offerebat vitulum, faceret cæremonias in ſacrificijs obſeruatas. Quæſt. XIIII.

QVÆRET autem aliquis an Sacerdos magnus qui offerebat iſtum vitulum, iugularet eum, & faceret cæremonias, quæ obſeruabantur in ſacrificijs. Et fortè dicet aliquis, quòd non, quoniam ſolum offerebat, et non immolabat, nec alias cæremonias faciebat, quoniam hoc relinquebatur Sacerdotibus miniſtrantibus; ſed Sacerdos magnus offerebat pro peccato ſuo, ergo non debebat ipſe immolare, nec cæremonias miniſtrantium facere. *Qui facerent cæremonias.* Ad hoc reſpondebit aliquis nõ concludere, quoniam alij offerentes erant vulgares, & ideo non conueniebat eis miniſtrare aliqua in ſacrificijs; Summus autem Sacerdos nõ erat vulgaris, ſed Sacerdos ſicut alij: ergo ipſe poterat miniſtrare immolando, & faciendo alias cæremonias. *Primum argumentum.* Item patet hoc, quoniam littera hoc ſignificat, cum dicat, quod Sacerdos immolaret pro peccato ſuo, & hauriret ſanguinem, & aſpergeret contra velum Sanctuarij, & ſuper cornua altaris thymiamatum, & quod offerret pinguedinem ſuper altare: omnes igitur cæremonię ſacrificij illius dantur hic Summo Sacerdoti, ſicut ipſa oblatio: quod non ſit offerentibus popularibus. & patet hoc ſupra 1. & 3. cap. quoniam quamuis dicatur ibi de ipſo offerente, quod ipſe offerret ſacrificium ſuum: tamen ſubiungitur de alijs cæremonijs quomodo fieri deberẽt per Sacerdotes, cum dicitur: Fundent ſanguinem eius filij Aaron, & quod adoleret Sacerdos adipem ſuper altare: hic autem omnia referuntur ad Sacerdotem magnum offerentem. *Secundum argumentum.*

Tertium argumentum. Item non videbatur aliquod incõueniens, quod Sacerdos magnus offerret pro peccato ſuo, & quod ipſe faceret cæremonias ſacrificij: quoniam ſic habetur infra 16. cap. vbi cum Sacerdos oblaturus eſſet pro peccato totius po-

F puli, primò offerebat ſacrificium pro peccato ſuo, et domus ſuæ, & ipſe faciebat omnes cæremonias, vt patet ibidem: videtur ergo alicui dicendum, quòd Sacerdos magnus offerret hoſtiam pro peccato ſuo, & ipſe cęremonias totius ſacrificij expleret.

Reſpõſio ad quæſitum. Reſpondendum autem eſt, quòd Sacerdos magnus cũ peccaret, vt dicitur hic, & pro peccato ſuo offerret, nõ explebat ipſe cæremonias aliquas ſacrificij, ſed ſolum offerebat ſicut aliquis de vulgaribus, & cauſa eſt: quoniam ſemper differre debebãt offerẽs, & ille cui offerebatur, vel qui oblationes ſuſcipiebat: ſed Sacerdos magnus erat hic offerens, ergo non pertinebat ad eum explere aliquas cæremonias ſacrificij. Ad argumentum primum quando dicebatur, quod verum eſt in alijs offerentibus hoc obſeruari, ſ. vt offerentes ſolum offerrent, & non miniſtrarent ſacrificando: *Ad primum argumentũ.*
G Sacerdos tamen magnus ex quo erat Sacerdos, poterat vtrumque facere.

Reſpondetur, quod non poteſt ſtare, quoniam quamquam Summus Sacerdos ex ordine miniſterii ſui poſſet victimarum cæremonias facere: quia tamen erat hic offerens, pertinebat ad eum offerre ſolum, & non miniſtrare, cum perſona offerentis, & miniſtrantis ſemper differre debeat.

Ad ſecundum argumentũ. Ad argumentum ſecundum cum dicebatur, quòd iſta littera innuit Sacerdotem magnum debere explere iſtas cæremonias. Reſpondetur, quòd quamquam videatur hoc totum referri ad Sacerdotem Summum, quia totum ponitur in tertia perſona, & in eodem contextu; nõ tamen ex hoc ſequitur, quoniam ſimilem modum habet loquendi ſæpè Scriptura, vt patet ſupra 1. cap. cum dicitur de homine volente offerre holocauſtum, quòd offerret ad oſtiũ
H tabernaculi, & immolabit vitulum coram Domino, & ſic patet, quod ſub eodem cõtextu ponatur offerre, & immolare, & ad eandem perſonam referri videatur: tamen non eſt verum, quod offerre ſolum ad offerentem pertinebat, immolatio autem ad ſolum Sacerdotem. Item non ſequitur quod inducebatur, quoniam eodem modo dicitur, infra quod offerret iſtum vitulum extra caſtra, & cremabit eum in loco, vbi ſolent cremari cineres: & tamen manifeſtum eſt, quòd Summus Sacerdos nõ offerebat cadauer vituli extra caſtra, nec comburebat ipſe per ſe, quoniam ſi iſta faceret immundus eſſet, quod non conueniebat Summò Sacerdoti, ſed intelligitur, quod ipſe efferret vitulum extra caſtra, id eſt, quod faceret deferri, & quòd cremaret, id eſt, quòd faceret cremari: ita autem intelligẽdum erit, quod Sacerdos magnus immolaret, id eſt, faceret immo-
I lari, & non immolaret ipſe per ſe: & ſic exponendum eſt de omnibus alijs cæremonijs, quæ videntur referri ad ipſum Summum Sacerdotem. Ad tertium argumentum reſpondetur, quod non poteſt ſtare, quia non eſt aliquo modo ſimile: nam in die expiationis Sacerdos magnus non ſolũ offerebat pro ſe, ſed etiã pro tota domo ſuã, ſcilicet, quod offerebat pro omnibus peccatis in generali, & non offerebat in ſpeciali pro aliquo, quoniam ſi aliqua ſpecialia eſſent, debebat pro eis fieri ſpeciale ſacrificium ſecundũ leges, quæ traduntur hic: ibi tamen fiebat ſolum in generali pro eis, de quibus nõ conſtabat: tamen intelligebat ſe Sacerdos, & domum ſuam eſſe reos, cum Deus ſic iuberet. hic autem fiebat ſacrificium ſpecialiter pro aliquo peccato determinato ipſius Sacerdotis magni: ideo quamquã non eſſet inconueniens eũ explere cæremonias ſacrificio- *Ad tertiũ argumentum.*
K rum pro peccato ſuo, & aliorum: tamen erat inconueniẽs, quod ſacrificium faceret, quando pro peccato ſuo ſolum offerebat: ſic autem erat hic: ergo non debebat Sacerdos magnus facere ſacrificium de quo dicitur hic, ſed alij Sacerdotes. Item quia quando in die expiationis offerebatur ſacrificium pro peccato, offerebatur pro peccatis omnium Iudæorum, quoniã non erat aliquis Iudeus, qui non peccaret iuxta illud Salomonis, 3. Reg. cap. 8. Non eſt homo, qui faciat bonum, & nõ peccet. & iuxta illud 1. Ioan. cap. 1. Si dixerimus, quod peccatum nõ habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: ideo primò fiebat ſacrificium pro omnibus Sacerdotibus: & hoc intelligitur cum dicitur infra 16. c. quod in die expiationis Aarõ, id eſt, Sacerdos magnus offerret primò pro ſe, & pro domo ſua, id eſt, pro omnibus Sacerdotibus minoribus, qui pertinebant ad domum ſuam, id eſt, ad familiam eius, &

deinde iubebatur offerre pro peccato totius populi: nullus erat tunc, qui à peccato mundus eſſe decerneretur, cũ pro peccato omniũ oraretur: ideo ſiue Sacerdos magnus, ſiue aliquis alius ſacrificium faceret, neceſſarium erat, vt ille quoque pro peccato ſuo oraret, cum ille etiam peccauiſſet: ideo tunc conueniens erat Summum Sacerdotem orare, & ſacrificium facere pro peccato ſuo, & omniũ popularium: quoniam non reperiebatur aliquis, qui facere poſſet ſacrificia, quoniam teneretur etiã pro peccato ſuo facere ſacrificia. Hic autem non erat ſimile, quia Sacerdos magnus faciebat oblationem pro peccato aliquo ſpeciali, & alij Sacerdotes minores erant immunes à peccato illo: ideo iuſtius erat, vt ille, qui non peccauerat, faceret ſacrificium pro eo, qui peccauerat: quamquam ille, qui peccauerat miniſtraret: ſic erat hic: non ergo debebat Sacerdos magnus facere cæremonias ſacrificij ſui, ſed alij Sacerdotes. Si tamen contingeret, vt aliquando Sacerdotes in eodem ſpecialiter peccarent, & deberet pro illo peccato ſacrificium fieri: conuenientius erat, vt Sacerdos Summus faceret quàm aliquis alius: nam dato quocunque minorum Sacerdotum ad faciẽdum tale ſacrificium, neceſſarium erat, vt ille pro peccato ſuo ſacrificium faceret, ſicut pro peccato aliorum: & ſic ſacrificia, de quibus hic dicitur, non ſolum offerrentur ab eo, qui peccauerat, ſed etiam ab eodem fierent, & tunc erat ſimilitudo ad ſacrificia, quæ fiũt in die propitiationis, de quibus infra 16. cap. *Immolabitq. eum Domino*. Non refertur hoc ad Sacerdotem magnum, quia ipſe ſolum offerebat, & non immolabat: ſed refertur ad aliquem alium de Sacerdotibus minoribus: vel ſi referatur ad Sacerdotem magnum, intelligẽdum eſt, quòd ipſe immolabit, id eſt, immolari faciet per aliquem alium Sacerdotem iſtum vitulum, quem offerret. *Hauriet quoque de ſanguine vituli*. Hoc refertur ad illum Sacerdotem minorem, qui explebat cæremonias huius ſacrificij: quoniam iſte faciebat fluere ſanguinẽ vituli ſuper crateras, cum eũ immolabat, & de ſanguine illo hauriebat aliquid, id eſt, accipiebat ad introducẽdum intra Tabernaculum, & ponendũ ſuper cornua altaris thymiamatum, *Inferens illum in Tabernaculum teſtimonij*. id eſt, quod illum ſanguinẽ, quem ſumeret Sacerdos, inferret in Tabernaculum, id eſt, introduceret illuc. Nec tamẽ intelligẽdum eſt, quod totum ſanguinem vituli immolati inferret in Tabernaculum, quia dicitur hic: De ſanguine eius; & ſic partem quandam ſignat, & non totum, ſed de ſanguine toto vituli immolati aſſumebatur pars in craterula, & inferebatur in Tabernaculum, vt de ea aſpergeretur, & funderetur ſuper altaris cornua. *Cumq. intinxerit digitum in ſanguinem*. Ex hoc innuitur, ꝙ Sacerdos ferebat ſanguinem illum quãtum ad aliquam eius partem in eius craterula, in qua poſſet intingere digitum mittendo in ſanguinem. *Aſperget eum ſepties coram Domino*. id eſt, quod Sacerdos ſeptem vicibus mitteret digitum in ſanguinem craterulæ, & toties aſpergeret coram Domino in modum aſperſoriæ aquæ.

Quare fieret talis ſanguinis aſperſio pro peccato Summi Sacerdotis. Quæſt. XV.

QVÆRET autem aliquis, quare fieret talis aſperſio ſanguinis pro peccato Summi Sacerdotis. Et reſpõdendum eſt, quod ſanguis in omnibus ſacrificiis fundebatur, aut aſpergebatur, quia ſanguis erat ad expiationem peccatorum, & omnia in lege per ſanguinem mũdabantur, vt patet ad Hebr. 9. cap. & cum in omni ſacrificio fieret quædam expiatio pro peccato, neceſſarium erat, vt ſanguis in omni ſacrificio, aut funderetur, aut aſpergeretur. In ſacrificio tamen pro peccato fiebat ſpecialis expiatio peccatorum, quàm in omnibus aliis, cum directius eſſet pro peccato: alia autem ſecundum accidens: ideo decuit, vt ſpecialiores cæremoniæ obſeruarentur in ſanguine pro peccato, quę nõ obſeruarentur in aliorum ſacrificiorum ſanguine: & tamen adhuc in ſanguine ſacrificij pro peccato differebat, quoniam non fiebant eædem cæremoniæ in ſanguine quantum ad omnia ſacrificia. Nam in ſacrificiis pro peccato Principis, & pro peccato perſonarum priuatarum, non inferebatur ſanguis

A intra Tabernaculum, nec ponebatur ſuper cornua altaris thymiamatum, vt patet infr. in littera, & ſequen. cap. In ſacrificijs autem pro peccato ſummi Sacerdotis, & totius populi, fundebatur ſanguis ſuper cornua altaris thymiamatis, & aſpergebatur coram velo Sanctuarij. Differebat tamen cæremonia ſanguinis in ſacrificio pro peccato perſonarum priuatarum, & Principis, à cæremonijs factis in holocauſtis, & victimis pacificis: quia in quocunq; ſacrificio pro peccato, ponebatur ſanguis ſuper cornua altaris, & fundebatur ad baſim: in ſacrificio autem holocauſtorum, & hoſtiarum pacificarum, nunquam tingebantur cornua altaris. Cauſa autem quare in ſacrificio pro peccato Principis, & perſonarum priuatarum, non ponebatur ſanguis intra Sanctuarium, ſicut in ſacrificio pro peccato ſummi Sacerdotis, & totius populi eſt: quia ſicut ſacrifi-
B cium quodlibet pro peccato quantumcunque paruum eſſet, differebat in cæremonia effuſionis ſanguinis à ſacrificijs quæ non erant pro peccato: ita ſacrificia magna deberent differre in cęremoniis ſanguinis à ſacrificijs factis pro minoribus peccatis, ſed peccatum ſummi Sacerdotis, & peccatum totius populi erant maiora omnibus aliis peccatis, ergo debebat eſſe in eis diuerſus ritus in ſanguine: hoc autem erat, ꝙ in ſanguine pro peccato ſummi Sacerdotis, & totius populi, ſanguis inferretur in Tabernaculum, & aſpergeretur coram velo, atq; tingerentur cornua altaris thymiamatũ: & in ſacrificio pro peccato Principis, & perſonarum priuatarum nõ introducebatur ſanguis intra Sanctuarium Tabernaculi. Hoc autem eodem modo obſeruandum eſt in ipſis carnibus, quoniam vitulus, qui offerebatur pro peccato ſummi ſacerdotis, & to-
C tius populi, cremabatur extra caſtra: & nulla pars de carnibus eius incendebatur ſuper altare, nec comedebatur, vt patet hic, & infra 6. c. de carnibus aũt ſacrificiorũ oblatorum pro peccato Principis, aut perſonarum priuatarum, aliquid cremebatur ſuper altare, & aliquid cedebat Sacerdotibus, vt patet hic, & infr. 6. cap. *Contra velum Sanctuarij*. Id eſt, ꝙ fundendus erat iſte ſanguis aſpergendo digito contra velum, quod pendebat ante Sancta Sanctorum. Nec poteſt hic accipi Sanctuarium pro ipſo Tabernaculo, & velum Sanctuarij pro velo quod pendebat in introitu Tabernaculi; quoniam prius inferendus erat iſte ſanguis in Tabernaculum, quàm aſpergeretur coram velo Sanctuarij. Neceſſariò ergo pro velo quod pendebat ante Sancta Sanctorum, accipitur hic velum Sanctuarij: nam & aliquãdo vocatur velum Templi, vt patet Matth.
D 27. cum dicitur: Velum Templi ſciſſum eſſe in duas partes, à ſummo vſque ad deorſum, quod fuit in paſſione Chriſti.

In ſacrificio pro peccato Principis, ac priuatarũ perſonarum quare nõ ponebatur ſanguis intra Sanctuarium ſicut in ſacrificio pro peccato Summi Sacerdotis, ac totius populi.

Quare ſepties fiebat aſperſio coram velo Sanctuarij. Quæſt. XVI.

QVAERET aliquis, quare ſepties fiebat aſperſio coram velo Sanctuarij? Et dicendum eſt, ꝙ iſta cæremonia erat ad notandum perfectam expiationem, ſeptenarius enim vniuerſitatem ſignificat, quoniam omnia, quæ à Deo facta ſunt, vſque ad ſeptem dies completa ſunt, tota etiam vita noſtra per ſeptem dierum circuitus agitur; vt ergo ſignetur nobis dimitti in ſacrificio pro peccato omnia, quæ in tota vita peccamus, ſepties
E aſperſio ſanguinis fit. Item alio modo quoniam peccata, à quibus nos expiandi ſumus, ſunt ſeptem mortalia peccata, & ideo, vt ab omnibus ſeptem expiati eſſe videamur, ſepties aſperſio ſanguinis fit. Item aſperſio iſta ſanguinis fit ad tollendum omnia peccata, quæ per totam vitam committimus, ſed vita noſtra ſeptem Planetarum motu vegetatur, iuxta Ariſt. in lib. de Generatione, & Corruptione, dicentem, ſecundum acceſſum, & receſſum Solis in circulo obliquo fiunt generationes, & corruptiones in terra: ideo ſepties ad iſtorum ſeptem Planetarum ſignificationem aſperſio fit: primi tamen duo modi conuenientiores ſunt. *Contra velum Sanctuarij*. Ex hoc demonſtrantur errare illi, qui dicunt, ꝙ quando ſacerdos offerebat holocauſtum pro peccato ſummi ſacerdotis, & totius populi, introibat in Sancta Sanctorum, ad aſpergẽdum ſanguinem coram Propitiatorio: nam hic dicitur, ꝙ aſpergebat

Error quorundam.

bat contra velum,ergo dicendum eſt,ꝙ erat extra velum Sanctuarij, & ſic nõ poterat eſſe intra Sãcta Sanctorum. Item,nõ poterat hoc ſtare:quoniam tunc ſequerẽtur duo inconuenientia; Primum eſt, quòd aliquis præter Summum Sacerdotem poſſet intrare in Sancta Sanctorũ; hoc tamen falſum eſt: quia Summus Sacerdos introibat in Sancta Sanctorum, vt patet ad Hebr.9.cap. cum dicitur: In ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine ſanguine,quem offerret pro ſua,& populi ignorantia. Si autem quando ſacrificium offerebatur pro peccato Summi Sacerdotis,aſpergeretur in Sancta Sanctorum, neceſſariũ erat,vt Sacerdotes minores illuc intrarẽt:quoniam, (ſicut ſupra probatum fuit) cum offerebatur ſacrificium pro peccato Summi Sacerdotis,non faciebat ceremonias ipſe Summus Sacerdos,ſed minores: ergo ipſi introibant in Sancta Sanctorum. Secundum inconueniens eſt, quòd ſequebatur Summum Sacerdotem introire plus quam ſemel in Sancta Sanctorum: nam cum multoties fierent ſacriſicia pro peccato populi: aut etiam ſi non multoties fierent, & tamen aliquando fierent, & Sacerdos magnus illa faceret, introiret in Sancta Sanctorum: tamen hoc falſum eſt, quia ſolum ſemel in anno introibat, vt patet infra 16. ad Hebræos,9.cap. *Poneq; de eodem ſanguine ſuper cornua altaris thymiamatis*. Poſtquam Sacerdos aſpergebat ſepties de ſanguine illo contra velum Sanctuarij, accipiebat de eodem ſanguine, & tingebat cornua altaris thymiamatis:erat autem hoc altare intra Tabernaculum teſtimonij:& fiebat iſta tinctio ad expiandum pro peccatis filiorum Iſrael, vt patet Exo.30.c. vbi dicitur, quòd expiaretur ſuper illud in ſanguine pro peccato filiorum Iſrael. Et ſi aliquis arguat,ꝙ Exo.30.c. dr̃,ꝙ ſemel per annum expiaretur in ſanguine ſuper altare thymiamatum:ideo ꝙ non poneretur ibi ſanguis pro peccato,qñ offerretur pro Sacerdote magno, & pro toto populo, & ſic littera iſta ſit contraria illi. Reſpõdendum eſt,ꝙ vetuit Deus fieri ſacrificia aliqua, & ſanguinẽ poni ſuper altare thymiamatũ, ſicut fiebat in altari holocauſtorum:voluit tñ,ꝙ ibi expiaretur ſemel in anno pro peccatis filiorum Iſrael,non quidem,ꝙ excluderẽtur omnes aliæ expiationes in ſanguine,quæ fieri deberent ſuper altare illud, expreſſit tñ de illa expiatione, quia principalior erat,& illa fiebat in die propitiationis. Quòd autem illa lex ſic intelligi debeat,patet ex hoc,quia iſta lex,quæ poſterior eſt,ſic expreſſit:nec tñ ex hoc ſunt contrariæ,ſed limitatur prior per poſteriorem, ſm cõmunem modũ iuris humani,de hoc ff.de legi.l.nõ eſt nouũ. maximè, quia ibi dr̃:Pro peccato filiorum Iſrael;& intelligitur pro peccato omnium,& hoc verum eſt de lege cõmuni;& neceſſaria,ſed accidentaliter poterat ibi ſæpius fieri emũdatio, ſiue peccãte Sacerdote Sũmo,ſiue toto populo.*Gratiſſimi Domino*. Refertur ad altare thymiamatis,quod vocatur gratiſſimũ Domino, quia in eo quotidie offerebatur thymiama quod Deo valde gratum erat,vt patet Exodi 30. *Quod eſt in Tabernaculo teſtimonij*.Determinatur hic locus huius altaris.ſ.ꝙ altare thymiamatis erat intra Tabernaculũ, & ponitur ad differentiam altaris holocauſtorum, quod erat extra Tabernaculum in atrio eius.. Cauſæ aũt pp quas non ponebatur altare holocauſtorum intra Tabernaculum declaratæ ſunt Exod.27.c.Cauſę etiam propter quas decebat altare thymiamatis poni intra Tabernaculũ, aſſignatæ ſunt Exo.30.c. *Omnem autem reliquum ſanguinem*. Hoc dicit,quia qñ Sacerdos aſpergebat in hoc ſacrificio ſepties contra velũ Sanctuarij, & tingebat cornua altaris thymiamatum,non expendebat in hoc totum ſanguinem hoſtiæ immolatæ, ſed particulam eius: ideo ponit hic,quid de reliquo fieri deberet.*Fũdet in baſim altaris holocauſti*.Sanguis erat ad expiationẽ: ideo nũquam fundi debebat extra Sanctuariũ,ſed apud altaria:& quia non decebat totũ fundi intra Tabernaculũ,quia iſta erat miniſtratio banauſa,oportuit,vt ad altare holocauſtorum funderetur:& nõ dicitur hic,ꝙ tingerẽtur cornua altaris holocauſtorum,ſicut tingebantur in ſacrificio pro peccato Principis,& perſonarũ priuatarũ. & ratio eſt:quia iã fuerat facta tinctio in cornibus altaris thymiamatũ. *In introitu Tabernaculi*. Nõ refertur ad ſanguinis effuſionem.ſ.ꝙ funderetur in oſtio Tabernaculi, qm̃ fundendus erat ad F baſim altaris: ſed refert ad altare holocauſtorũ, determinando locum eius: qm̃ dictum fuerat, ꝙ funderetur ſanguis ad baſim altaris holocauſtorũ: nunc ſubdit in introitu Tabernaculi.ſ.ꝙ erat illud altare in introitu Tabernaculi, nec tñ intelligẽdum eſt illud altare fuiſſe in ipſo introitu Tabernaculi,ſed erat apud introitum. *Adipem vituli offeret pro peccato*. Dicto de ſanguine, ſubiungitur hic de oblatione adipum, quoniam generalia erant iſta duo in omnibus ſacrificiis. Dicit autem offerendum eſſe adipem pro peccato, quoniam totum ipſum ſacrificium pro peccato erat: hæc tamen particula magis ad ſacrificium pertinebat, cum aliæ partes non cremarentur in altari,ſed extra caſtra.*Tam eum,qui vitalia operit*. Declaratur hic de pinguedine offerenda,& ponuntur partes eius: erat autem primum quod offerebatur pinguedo, quæ G operit vitalia, id eſt,membra, quæ vocantur vitalia, ſcilicet cor, & præcordia: eſt namq; illis quædam ſuperfuſa pinguedo.*Quàm omnia,quæ intrinſecus ſunt*. Poteſt hoc dupliciter intelligi:vno modo,quòd offerrentur omnia,quę erant intrinſecus, id eſt, quæ erant intra ipſum animal,ſ. omnia viſcera,quod falſum eſt: quoniam omnia iſta cremanda erant extra caſtra, ſolis adipibus eductis; ſed iſta viſcera non pertinent ad adipes. Eſt autem alius ſenſus,in quo dupliciter intelligi poteſt: vno modo, quòd omnia, quæ intrinſecus ſunt,offerri debeant, ſcilicet tota pinguedo,quæ eſt intra viſcera: & hoc verum eſt, quoniam tota illa pinguedo offerebatur, & cremabatur in altari: alio modo intelligebatur,quòd etiam omnia quæ intrinſecus ſunt,id eſt,non ſolum pinguedò,quę ſuper vitalia erat,offerenda erat:ſed etiam ea,quæ intrinſecus ſunt,i. pingue- H do, quæ eſt inter vitalia. Quilibet iſtorũ duorum ſatis litteræ adaptari poſſet, ſed fortè magis ſecundus modus. *Duos renunculos*.Renunculi ſunt intra adipem,ideo magis ad adipes, quàm ad carnes pertinebant, & cum ipſis adipibus cremabantur: & denominatione generali adipum poſſunt etiam comprehendi renunculi. *Et reticulum quod eſt ſupra eos,iuxta ilia*. Iſtud eſt alterũ quod ad adipes ptinet,& hæc eſt maior pinguedo, q̃ in animali reperitur,ſ. ſuper renunculos,& iuxta ilia. Vocatur aũt iſta pinguedo reticulum,i.facta in modum retis, ſed magis hoc pertinet ad pinguedinem,quæ eſt circumdans hepar. Hæc autem, quæ renunculos operit denſior eſt,nec eſt ita reticulata:& dr̃ eſſe iſta iuxta ilia,qm̃ ſuper lumbos poſita eſt,non tanquam pars,ſed tanquam adhærens eis: qm̃ in hoc adipes ab alijs pinguedinibus differunt, quia aliæ pinguedines I ſunt partes carnium: adipes aũt adhærent eis,& non ſunt partes. *Et adipem iecoris cum renunculis*. Adeps iecoris eſt quædam pinguedo circumfuſa hepati, quæ hic vocatur iecur, & illa ſolet vocari reticulum, quia in modum retis facta eſt. Dicit enim cum renunculis eſſe adipem offerendum, quod ad repetitionẽ pertinet:nam ſupra de renunculis dixerat. *Sicut offertur de vitulo hoſtiæ pacificorum*. De hoſtiis pacificis præcedenti c.dictum eſt, vbi ponebantur tres modi ſm tria genera animalium immolandorũ: primum autem genus erat cũ offerebatur vitulus: & ibi poſuit cæremonias, quæ fieri deberent in eo, & iubet ſolos adipes de eo offerendos ſuper altare fore: hic aũt dicit,ꝙ faciendũ eſt ſicut faciebat in vitulo hoſtiæ pacificorum, id eſt, in vitulo,qui offerebatur pro hoſtiis pacificis.

Nec tamen intelligendum eſt,ea,quæ fiebant in vitulo K hoſtiæ pacificorum, debere taliter obſeruari in ſacrificio pro peccato ſimpliciter,ſed quantum ad aliquid: nam in ſacrificio pacifico quædam partes carnium cedebant Sacerdotibus,aliæ autem ipſis offerentibus, in vitulo tamen oblato pro peccato, nullæ carnes comedebantur,ſed omnes comburebantur,vt patet infra 6.cap. Item,quando dicitur hic de vitulo hoſtiæ pacificæ, non intelligitur pertinens ſemper ad vitulos, qm̃ non erat determinatum an boues paruæ ætatis offerri deberent,an magnæ,ſed in electione offerentium erat qualiter offerre voluiſſent. Et quod ſupra dicebatur de ſimilitudine ſacrificij bouis pro peccato, ad vitulum pacificorum, ſolum intelligendum eſt quantũ ad adipes,& non quantũ ad carnes.*Et adolebit ea ſuper altare holocauſti*.i.tota illa pinguedo collecta ex locis ſup.memoratis, ſup altare comburẽda, & hoc cedebat in partem Dñi:de carnibus aũt nihil Deo cedebat,nec offerentibus,

Situs altaris thymiamatis.

Altare thymiamatis, quare vocetur gratiſſimũ.

De adipũ oblatione.

Maior pinguedo in animali.

Adeps iecoris quid ſit.

ferentibus, aut Sacerdotibus, ſed totum cremabatur. *Pellē verò, & oēs carnes*. Ablato adipe, & ſanguine vituli, manebāt adhuc vitulus non excoriatus, & ſic nulla facta alia excoriatione, aut inteſtinorum lotione, cremandus erat.

Quare omnes carnes, & pellis, & alia, quæ in vitulo erant, cremabantur. Quæſt. XVII.

QVÆRET aūt aliquis de hoc, quare omnes carnes, & pellis, & cetera, quæ in vitulo erant, cremabātur. Rab. Sal. & Nicolaus reſpondent hoc fieri ad ſignandum, quod tam ipſum peccatum, quàm omnes circumſtantiæ peccati, cremari, & aboleri debent. Sed hoc non poteſt ſtare: quoniam cum nō ſolum peccatum Summi Sacerdotis, & populi peccatum cum ſuis circumſtantijs fugienda, & abolenda erant, ſed etiam ipſum peccatū Principis populi, & cuiuſlibet perſonæ priuatæ. Sed pro peccato Principis, & perſonarum priuatarū non cremantur totaliter carnes, immo nihil earū extra caſtra crematur, ſicut fiebat de hoc vitulo: ideo ſatis apparet, quod nō fiebat ad hanc ſignificationem. Dicendum igitur, hæc fieri ad demonſtrandum abominationem peccati: quoniam maiora peccata in maiori abominatione haberi debent, ſed nullum peccatū ita magnum eſt ſicut peccatū Summi Sacerdotis, & peccatum totius populi: ideo in his ad abominationem peccati debuerunt cremari omnes carnes, & pellis, & fimus, extra caſtra. In ſacrificiis autem pro peccato Principis, & popularium, non debuerunt ſeruari cæremoniæ quæ tantam abominationem ſignarent. *Cum capite, pedibus, & inteſtinis*. Volebat Deus totum vitulū præter ſanguinem, & adipem cremari extra caſtra, & quia dixerat eſſe cremandas carnes, & pellem, & nomine eorum non intelliguntur omnes partes, aut omnia, quę ſunt in vitulo, ſubiunxerat iſtas duas, ſ. caput, & pedes. *Et inteſtinis, & fimo*. Et etiam debent comburi inteſtina cum fimo, id eſt, cum ſtercore ſuo. Expreſſum autem fuit hoc: quia ſupra in ſacrificio holocauſtorum dictum fuerat debere inteſtina lauari, & poni ſuper altari: ſi autem hic iuſſiſſet inteſtina comburi nihil alterum iubens, aliquis intelligeret debere illa lauari, ſicut fiebat in holocauſtis: iubet tamen cum ſtercore ſuo comburi. Cauſa huius eſt: quia lotio inteſtinorum ad quandā munditiam pertinet, hæc autem obſeruari debet in ſacrificio Dei: ſed carnes illius vituli inquantum offerebantur extra caſtra, non pertinebant ad ſacrificium Dei; ideo non oportebat in eis obſeruari munditiam, ſicut in Diuinis ſacrificiis, immo non erat decens, quod munditia obſeruaretur, ſed, quod magis ſic comburerentur inteſtina quam lota, quia ſic ad maiorem abominationem erant quam ſi aliter cremarētur. *Et reliquo corpore*. id eſt, etiam omnia alia, quæ erant in corpore vituli præter iſta, quę dicta ſunt comburi debebant. *Efferet extra caſtra*. id eſt, vitulus ille immolabatur in Sanctuario, & ibi accipiebatur ſanguis eius, & accipiebantur adipes ſicut ſupra dictum eſt: quibus factis, cum iam non pertineret ille vitulus ad ſacrificium Dei, portabatur extra caſtra, & comburebatur, vt ſupra dictum eſt.

Deus quare iubebat inteſtina cū ſtercore ſuo comburi.

Quare hæc combuſtio extra caſtra fiebat. Quæſt. XVIII.

QVÆRET aliquis quare iſta combuſtio fiebat extra caſtra? Reſpondendum eſt, quod non pertinebat ad ſacrificiū Dei demptis adipe, & ſanguine: ideo in Sanctuario cremari nō debebat, quia ibi ſolum cremabantur ea, quæ pertinebant ad Dei ſacrificium, debebat igitur comburi extra Sanctuarium, non poterat autem intra caſtra comburi, quia ad cremandum hunc vitulū oportebat eligi locū mundum, qui ſeparatus eſſet à ſordibus, & omnibus contaminationibus, cuius modi ſunt loca extra caſtra: nam ibi munditia eſſe poterat, quia erant ſequeſtrata ab humana communicatione, & acceſſu animalium. Motiuum huius patet in littera, cum dicitur: efferet extra caſtra in locum mundum, qui non poterat inueniri in caſtris. Item, huius cauſa poteſt eſſe ad magnam abominationem peccati, quoniam multum fugiendū notabatur eſſe peccatum, cuius ſacrificium non erat dignum comburi in Sanctuario, nec in caſtris, ſed extra caſtra. Alia autem cauſa poteſt eſſe litteralis, licet videatur alicui allegorica, ſed non eſt: quoniam Sacra Scriptura ſic inſtituta eſt, propter illam, ſ. quod vitulus pro peccato totius populi, & Sacerdotis magni cremaretur extra caſtra, vt ſignaretur Chriſtus, qui ꝓ totius populi, id eſt, generis humani peccatis paſſurus erat, & extra caſtra moriturus: nā extra ciuitatem Ieruſalem vbi dicitur Caluariæ locus, paſſus eſt, vt patet Matthæi 27. Hanc cauſam huius cæremoniæ dicit fuiſſe Apoſtolus ad Hebr. 13. cap. cum ait: Quorum enim animalium infertur ſanguis in ſancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra, propter quod, & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt: exeamus ergo ad eum extra caſtra improperium eius portantes. *In locum mundum*. id eſt, ꝙ locus, in quo cremari deberēt partes iſtius vituli, erat mundus, id eſt, ſequeſtratus à ſordibus, & communicatione humana, ne eſſet ibi conculcatio hominum, & iumentorum, ſicut eſt in caſtris. *Vbi cineres effundi ſolent*. id eſt, quod locus ille ad cremandum vitulos pro peccato erat deputatus, in quo cineres effundebantur.

Quare iſta combuſtio fiebat in loco mundo, cum ipſum, quod comburebatur eſſet immundum. Quæſt. XIX.

ALIQVIS autem quæret, quare fiebat iſta combuſtio in loco mundo, cum ipſum, quod comburebatur, erat immūdum, ſicut ſupra patuit, cum dicatur, quod deberent comburi inteſtina cum fimo. Reſpondendum, quod quamquam ille vitulus ſic immundè cremaretur ad horrorem peccatorū, tamen quia de illo datum eſt Deo, ſ. adipes, & ſanguis, aliquo modo pertinebat ad quandam reuerentiam; ideo non debebat rebus profanis commiſceri: nam tunc nō videretur aliquo modo ad res diuinas, aut pertinere, aut pertinuiſſe; iure ergo locus mundus pro hac combuſtione eligi debebat, vt nō acciperent homines aliquid de cineribus illis in conculcatione, quod ad irreuerentiam ſacrificiorum pertineret, quod tamen Deus fugiebat: nam licet ad abominationē extra caſtra talis crematio fieret, nolebat tamen aliquid illorū deſpectui haberi. Sed aliquis arguet contra ea, quæ dicta ſunt, ſcilicet, quod cineres extra caſtra in loco mundo cremationis vituli effundi debebāt, quod refertur neceſſariò ad cineres, qui fuerunt in altari holocauſtorum, quoniam non intelligitur de cineribus ipſius vituli cremati, cū dicatur, quod deberet vitulus cremari in loco, in quo cineres effundi ſolent, ſupra tamen 1. cap. dicebatur, quod cineres effundebantur prope altare ad plagam orientalem; & hoc erat intra Tabernaculi atrium, ergo nō poterant effundi extra caſtra; & ibidem poſitæ ſunt cauſæ quare non poterant, nec debebant cineres fundi extra atrium. Cum autem hic dicitur eſſe cineres fundendos extra caſtra; reſpondendū eſt cineres eſſe duplices, ſcilicet, quoſdam eſſe cineres, qui accipiebantur de altari, & iſti pertinebant ad res ſacras, quoniam fuerunt effecti de carnibus iſtorum ſacrificiorū, aut ſaltem cōtigerant ipſa ſacrificia, quorum vtroque modo ſancti efficiebantur, & hos nō licebat effundi extra caſtra, ſed prope altare holocauſtorum ad plagam orientalem, vt patet ſupra 1. cap. Alij erant cineres in Sanctuario, qui non erant de ipſis rebus ſacris, ſicut cineres effecti de lignis ſuccenſis ad coquendum carnes ſacrificiorum pacificorum, hi autem nullo modo ſacri erant, quoniam nec effecti erant de carnibus ſacrificiorum, nec etiam contigerant ipſa res ſacras, hos autem licebat offerri extra caſtra, & poni in loco mundo, quia in Sanctuario fuerant, & ad quandam reuerentiam pertinebant. De his autem ſecundis cineribus dicitur hic, quod effunderentur extra caſtra; de primis autem dicitur ſupra 1. cap. Alio modo alij reſpondent, quòd omnes cineres ſacrificiorum, & qualitercunque in Sanctuario fuiſſent, efferebantur extra caſtra. Et quando ſupra 1. cap. dicitur: Cineres prope altare ad plagam orientalem, dicunt, quòd cineres, qui accipiebantur de altari primò ponebantur iuxta atriū Tabernaculi, vbi & effundebantur veſiculæ, & plumæ volucrū crematarum coram Deo, & ibi rurſus illi cineres cremabantur vſquequo reſolubiles non eſſent, & tunc nihil ſacrum videbatur in eis permanere, ſed efferebantur extra caſtra, in lo-

Duplices cineres ſacrificiorum.

in locum mundum. Primus tamen ſolutionis modus conuenientior creditus eſt à quibuſdam, ſed falſum eſt: nam cinis, etſi aliquando poneretur iuxta altare ad Orientem, tamen tãdem extra caſtra ferebatur, & faciebat hoc quotidie Sacerdos in matutino, & ibi eos cremabat, vt patet infra 6. cap. *Incenderq. ea ſuper lignorum ſtruem.* id eſt, omnes partes vituli elati extra caſtra, cõburebantur, ponendo eas ſuper ligna incenſa. *Quæ in loco effuſorum cinerum cremabantur.* id eſt, quod vitulus iſte cum omnibus ſuis partibus cremaretur in loco, in quo ſolebant effundi cineres, qui efferebantur ex Sanctuario. Qui autem cineres fuerint hi, ſupra dictum eſt.

Quod ſi omnis turba Iſrael ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mãdatum Domini eſt, & poſtea intellexerit peccatum ſuum, offeret pro peccato ſuo vitulum, adducetq. eũ [G] *ad oſtium Tabernaculi.* [*Supra eo.*] *Et ponent ſeniores populi manus ſuper caput eius coram Domino. Immolatoq. vitulo in conſpectu Domini, inferet Sacerdos, qui vnctus eſt, de ſanguine eius in Tabernaculum teſtimonij, tincto digito aſpergens ſepties contra velum. Ponetq. de eodem ſanguine in cornibus altaris, quod eſt coram Domino in Tabernaculo teſtimonij: reliquum aũt ſanguinem fundet iuxta baſim altaris holocauſtorum, quod eſt in oſtio Tabernaculi teſtimonij.* [*Supra 3. & infra eo.*] *Omnẽ eius adipem tollet, & adolebit ſuper altare: ſic faciẽs, & de hoc vitulo, quõ fecit, & prius. Et rogãte pro eis Sacerdote: propitius erit eis Dominus. Ipſum autem vitulum efferet extra caſtra, atque comburet, ſicut & priorem vitulum, quia eſt pro peccato multitudinis.*

[*Modus ſacrificij pro peccato totius populi.*] *Quod ſi omnis turba.* Hic ponitur ſecundum, ſ. modus ſacrificij pro peccato totius populi, & ponũtur hic [H] cæremoniæ ſicut ſupra ponebantur in ſacrificio facto pro peccato Summi Sacerdotis. *Ignorauerit & per imperitiam fecerit.* id eſt, ſi populus ignoraret aliqua mandata Dei, vtpotè quia in eis imperitus erat, ſ. quòd nunquã ſciuerat, aut fortè aliquando oblitus fuerat, debebat facere, quæ ſequuntur. *Quod contra mandatum Domini eſt.* Sicut ſupra declaratum fuit non poteſt hoc intelligi de præceptis Decalogi, nec etiam de præceptis Iudicialibus, quoniam in his, aut nunquam contingeret totum populum errare, aut ſi contingeret, non faceret hoc per ignorantiam, quoniam non poterant talia ignorari: ſed intelligitur de mandatis cæremonialibus, quoniam in his interdum ex ignorantia, aut ex inaduertentia peccare poterãt, omittendo aliquam cæremoniam, quæ obſeruari deberet ſiue in ſollemnitatibus, ſiue in ſimilibus.

Quando dicebatur peccare tota turba per ignorantiam. Quæſt. XX.

QVÆRET autem aliquis, quando dicebatur peccare tota turba per ignorantiam? Et reſpondetur, quòd tunc tota turba peccat, quando aliqua cæremonia erat, quæ à toto populo ſeruari debebat, & nullus de populo illam obſeruabat, vt ſi omnes reliquiſſent aliquam obſeruãtiam alicuius ſollemnitatis, aut alterius cæremoniæ. Alio modo dicebatur errare tota turba, quando illi, qui principaliores ſunt in populo, & plures peccant, vt ſi maior pars populi erraret omittendo aliquid in aliquo præcepto cæremoniali, quoniam nomine maioris partis populi totus populus continetur. Item, dicebatur pecca- [K] re tota turba, quando omnes illi, qui præerant populo, & rectores, & ſeniores de populo, & viri magnæ auctoritatis ſimul errarent; ſicut enim nomine populi etiam maior pars accipitur, ita & ipſi maiores de populo, aliquãdo populus nominantur, quoniam populum continent eminenter. *Poſtea intellexerit peccatum ſuum.* Siue hoc intellexerit, quia Sacerdos aliquis declarauit eos peccaſſe, ſiue quia aliquis eorum hoc intellexit, tenebantur facere iſta ſacrificia, de quibus hic, & ſi populus cognoſcens ſe peccauiſſe, nollet offerre ea, quæ iuſſa erant, incurrebat magnam irã Dei, & pro hoc magna erat eis euentura calamitas, quia tunc repugnantia erat ex intentione: De hoc patet infra 26. cap. *Offeret pro peccato ſuo vitulum.* Quamuis omnes de populo peccauiſſent, non tamen ſinguli, offerebant aliqua ſacrificia pro peccatis ſuis; ſed pro peccato omnium da- [F] batur vnus vitulus, quoniam iſtud peccatum erat quàſi vnum, ideo debebat ſolui vnicum ſacrificium, quaſi vna perſona peccaſſet. Conſiderandum autem eſt circa dationem pœnarum, quoniam aliter ſe habent leges humanæ, & aliter ſe habet Deus. Dico autem de pœnis, quæ inferuntur vni populo, vel Communitati, nam quantũ ad pœnas, quæ ſingularibus perſonis inferuntur, quando ſingulariter peccant, magis ſimilitudo eſt inter Deum, & leges humanas: nam cũ aliquis totus populus peccat, aut Princeps, qui præſunt, leges humanæ non imponunt pœnam ſingulis de populo tanquam ſingulariter peccauiſſent, ſed aut nullam pœnam imponunt, aut imponunt aliquam pœnam valde generalem, quæ magis ad Communitatem, quam ad ſingulos pertinet: quòd enim Communitati, aut multitudini peccanti interdum lex totaliter parcat, patet [G] extra de cleric. excomm. aut depoſ. miniſtran. cap. latores. [*Lib. 5. Decret.*] vbi ſi peccantes fuerint vltra quadraginta, non imponitur pœna, ſi autem pauciores, puniuntur. Aliquando autem pro aliquo peccato populi imponitur pœna, ſed parua eſt. Idem autem Principes faciunt, qui delinquentes populos etiam ſi criminaliter delinquant, non puniunt capitaliter, ſed in pecunijs; Deus tamen non tenet iſtum modum, ſed ſiue vna perſona priuata peccauerit, ſiue totus populus, ſemper punit peccatum in delinquente. Eſt tamen in hoc differentia; quia aliter punit Deus hic, & aliter in futuro. [*Quæ puniendi modũ Deus ſeruet.*] In præſenti autem, quando punit per legem datam, habet ſe aliquo modo ad legem punitionis legum humanarum, quia ſicut populo peccanti ſecundum leges humanas, aut nulla, aut parua infligitur pœna per leges humanas, ſic & Deus hic cum de peccato totius populi ageret, non po- [H] ſuit pœnam ſingulis de populo, ita vt ſinguli offerre tenerentur, ſed impoſuit eis pœnã, tanquam vni viro mandans offerre vnum vitulũ, ſicut Summus Sacerdos pro ſuo peccato offerebat. Si tamen Deus puniret hic, & non per legem, tunc aliquando punit ipſas Communitates tanquam ſingulares perſonas, & hoc quando peccata valde grauia ſunt, ſicut quinque, ſiue potius quatuor ciuitates Sodomorum, ſimul igne cæleſti deleuit, & deletas ſubuertit, & ſic quilibet de populo ibi paſſus eſt, tanquam ſi vnus homo ſolus pro ſuo peccato puniretur. De hoc Gen. 19. cap. In futuro autem ſæculo vniuerſaliter Deus habet vnũ modum puniendi, quoniam ſiue perſonæ ſingulares, ſiue totus populus peccauerit, quilibet punitur quantùm peccauit, & in hoc nõ diſtinguitur de peccato populi, an ſit paruum, vel magnum, quoniam quantumcunque illud fue- [I] rit, punietur populus pro illo, & quilibet de populo, qui peccauit, hic autem non obſeruat Deus talem modũ, quoniam prius tempus magis emendationis, quàm punitionis eſt. *Adducetq. eum ad oſtium Tabernaculi.* id eſt, tota multitudo Iſraelitarum, quæ peccauerit, faciet pro ſe adduci vnum bouem ad oſtium Tabernaculi, vt ibi pro omnibus immoletur. *Et ponent ſeniores populi manus ſuper caput eius.* Impoſitio manuum generalis erat ad omnia ſacrificia, [*Deus quare iuſſerit ſeniores ſuper caput vituli manũ imponere.*] quoniã duæ cauſæ propter quas fiebat iſta manuum impoſitio, erãt ad omnia ſacrificia, vt declaratum fuit ſupra 1. cap. iuſſit autem Deus, quòd ſeniores manum imponerent, quia cum omnes de populo peccauiſſent, & non poſſent omnes ad oſtium Tabernaculi ponere manus ſuper caput vituli, quia magnæ multitudinis turba erat, ponebant illi ſoli, qui erant principales in populo, & maioris [K] auctoritatis, quoniam hi totum populum eminenter continebant. Nec enim vocabantur ſeniores, qui maioris ętatis in populo erant, [*Qui vocetur ſeniores.*] quoniam tunc quidam valde ruſtici præferrentur viris magnę auctoritatis, cum maiores eſſent ætate, ſed vocabantur ſeniores, qui prudentia, & auctoritate, & honore cęteris maiores erant, & in ætate matura poſiti. *Super caput eius, coram Domino.* id eſt, iſta impoſitio manuum, quę fiebat ſuper caput vituli erat coram Domino, id eſt coram Tabernaculo, in oſtio eius, in quo Deus eſſe dicebatur. *Immolabitq. vitulum in conſpectu Domini.* [*Quare ſolus Summus Sacerdos offerret hoc ſacrificiũ, & nõ minores.*] Iſta immolatio ad Sacerdotes pertinebat, qm̃ populares non poterant aliquas cæremonias ſacrificiorum explere. *Inferet Sacerdos, qui vnctus eſt, ex ſanguine eius in Tabernaculum.* Quãdo fiebat immolatio ꝑ peccato totius populi, nõ faciebat iſtas cæremonias aliquis de minoribus Sacerdotibus, ſed maiores, & illi ſunt, q̃ vocãtur vncti, & de his

dicitur,

dicitur, ꝙ ſoli deberent facere hoc ſacrificium, & non aliquis de Sacerdotibus minoribus. Cauſa eſt: quia ſicut peccatum totius populi valde magnum erat, ita ſummus Sacerdos pro illo ſacrificium offerebat. Fuit etiam alia cauſa, quare ſolus ſummus Sacerdos offerret iſtud ſacrificiũ, quoniam intendebat Sacra Scriptura per hanc immolationem factã pro toto populo, deſignare immolationem Chriſti in cruce, qui paſſus eſt pro toto genere humano; & quoniam Chriſtus ſummus Sacerdos erat, debuit ſummus Sacerdos ſolus pro toto populo ſacrificium immolare. De hoc Apoſtol. ad Hebr. 12. cap. ait: Quorum enim animaliũ infertur ſanguis pro peccato in ſancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra, propter quod, & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. *Tincto digito aſpergens ſepties contra velum.* Sunt intelligẽdæ iſtæ cæremoniæ ſecundum B modum, quem ſupra poſuimus, ſ. ꝙ ſanguis totius vituli immolati funderetur in crateras, cum iugulabatur, & manente cratera apud altare cum ſanguine, aſſumebat de ſanguine illo aliquid modicum in craterula, & inferrebatur in Tabernaculũ, in quam Sacerdos mittebat digitum ſuum intingens, & aſpergebat contra velum Sancti Sanctorum. Quare autem ſepties fieret iſta aſperſio, ſupra declaratũ fuit. *Ponetq. de eodem ſanguine.* id eſt, de ſanguine, quem habebat in craterula, quam intulerat in Tabernaculum, ponebat ſuper cornua altaris. *In cordibus altaris.* Loquitur de altari thymiamatum, cuius cornua tunc ſanguine tingebãtur; altare autem holocauſtorum extra Tabernaculum manebat, & non tingebantur in hoc ſacrificio cornua eius, ſed ſolum cornua altaris thymiamatum, quia nunquam in eo fiebat aliqua immolatio, nec effuſio C ſanguinis, niſi in die propitiationis, vt habetur Exod. 30. c. & quando offerebatur ſacrificium ſummi Sacerdotis, & totius populi, de quibus hic dicitur. *Quod eſt coram Domino in Tabernaculo teſtimonij.* Hic determinatur differentia in ſitu altaris thymiamatum, & holocauſtorũ, & dicitur, ꝙ altare thymiamatum erat intra Tabernaculum; & altare holocauſtorum erat extra, & dicitur eſſe iſtud altare coram Domino, quia erat coram Sancto Sanctorum, in quo erat Deus. *Reliquum autem ſanguinem fundet iuxta baſim altaris holocauſtorum.* Sumebatur de toto ſanguine vituli immolati, quædam particula ad tingendum cornua altaris thymiamatum, & vt aſpergeretur coram velo Sancti Sanctorum, remanebat autem totus alius ſanguis, & ille fundebatur ad baſim altaris holocauſtorum, ex cauſis ſupra aſſignatis, quoniã vtrobiq; fiebat expiatio pro peccato. *Quod eſt in oſtio Tabernaculi teſtimonij.* Refertur ad altare holocauſtorum, quod erat in oſtio Tabernaculi teſtimonij, id eſt, apud oſtium eius. *Omnemq. eius adipem tollet.* Tota pinguedo, quæ intra viſcera vituli erat, ſiue ſuper vitalia, ſiue intra, ſiue reticulum iecoris, ſiue pinguedo ſuper renunculos, & illa, erat cremanda, hic tamen non ponitur ſpecialiter. *Et adolebit ſuper altare.* id eſt, cremabit. Hoc generale erat in omnibus ſacrificiis. *Sic faciet de hoc vitulo, quomodo fecit prius.* Refertur hoc ad cæremonias tollendi adipes de viſceribus vituli immolati pro peccato Sacerdotis ſummi, quia ſicut fiebat in cremando adipem illius, ita fieret in hoc. *Et rogante pro eis Sacerdote.* ſcilicet, Sacerdote magno, quoniam ſolus ſacerdos magnus faciebat iſta ſacrificia, quæ pertinebãt ad peccatum totius populi. *Propitius erit Dominus.* id eſt, quando Sacerdos magnus faciebat ſacrificium pro peccato totius populi, orabat, vt dimitteret ei Deus, & tunc propitiebatur Deus, id eſt, miſerebatur, & non inferebat pœnam, quam populo illaturus erat. Quid proficerent iſta ſacrificia, aut quid delerent ſupra 1. cap. declaratum eſt. *Ipſum autem vitulum efferet extra caſtra.* id eſt, ꝙ ſicut vitulus, qui immolabatur pro ſũmo Sacerdote cremabatur extra caſtra, ita & vitulus, qui cremabatur pro peccato populi. Cauſa autem huius eſt, quam ſupra aſſignauimus, quare combureretur vitulus extra caſtra, qui pro ſummo ſacerdote immolatus erat, atque combuſtus. *Sicut & priorem vitulum.* Refert ſe ad cæremonias ſuperiores, ne cogatur eadem ſæpè repetere: non tamen vocat vitulum ſuperiorem aliquem, qui primo fuiſſet combuſtus pro peccato multitudinis, ſed eum qui combuſtus fuerat pro peccato ſummi Sacerdo-A tis, de quo ſupra dictum eſt. *Quia eſt pro peccato multitudinis.* Hic redditur cauſa, quare combureretur iſte vitulus extra caſtra, & hoc dicit eſſe, quia erat pro peccato multitudinis, id eſt, totius populi, in qua duæ differentiæ notari poſſunt, ſecundum quas iſta cauſalitas reddatur. Prima eſt differentia, quam habet ſacrificium iſtud pro peccato ad holocauſtum, & hoſtiam pacificam, & tũc eſt ſenſus iſtius litteræ, quia pro peccato multitudinis eſt, ideo iſte vitulus cremabatur extra caſtra, quia erat pro peccato multitudinis, quaſi dicat, ſi fuiſſet holocauſtum, aut victima pacifica, non cremaretur extra caſtra, ſed quia erat pro peccato multitudinis, comburebatur extra caſtra. Alia eſt differẽtia huius ſacrificij pro peccato multitudinis, à ſacrificijs pro peccato Principis, aut perſonæ priuatæ, & tũc eſt ſenſus, quia pro peccato multitudinis erat, quaſi dicat, ſi fuiſſet pro peccato Principis, aut alicuius perſonæ priuatæ, non cremaretur extra caſtra, quia tamen erat pro peccato multitudinis, cremabatur extra ea.

Iſte vitulus quare extra caſtra comburebatur.

Si peccauerit Princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur, & poſtea intellexerit peccatum ſuum, offeret hoſtiam coram Domino, hircum de capris immaculatum: ponetq. manum ſuam ſuper caput eius, cumq. immolauerit eum in loco, vbi ſolet mactari holocauſtum coram Domino, quia pro peccato eſt, tinget Sacerdos digitum in ſanguine hoſtiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocauſti, & reliquum fundens ad baſim eius. Adipem vero adolebit ſupra, ſicut in victimis pacificorum fieri ſolet: rogabitq. pro eo Sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei.

De pœn. diſt. 3. c. inter hæc.

Si peccauerit Princeps. Hic ponitur tertium genus ſacrificij pro peccato Principis, & erat, quòd offerebatur pro peccato Principis populi, non erat autem hoc tãtum peccatum, quantum peccatum multitudinis, aut peccatum ſummi Sacerdotis; ideo non offerebatur tale ſacrificiũm pro peccato Principis, ſicut pro peccato ſacerdotis ſummi, & peccato totius populi. Quomodo autem iſta peccata non ſint æqualia, & quæ grauiora ſint, & an extenſiuè, vel intenſiuè, ſupra declaratum eſt.

Modus ſacrificij pro peccato Principis.

Altare thymiamatum, & holocauſtorũ in ſitu differũt.

Quomodo peccatum Principis erat maius peccato cuiuſlibet perſonæ priuatæ extenſiuè. Quæſt. XXI.

FACIT autem adhuc hic differentiam Legiſlator in ſacrificio facto pro peccato Principis, & in ſacrificio D pro peccato cuiuſlibet perſonæ priuatæ, quoniam de peccato perſonarum priuatarum infra agetur. Et ratio huius eſt: quia peccatum Principis eſt maius peccato cuiuſlibet perſonæ ſingularis, niſi ſit ſummus Sacerdos, cuius peccatum maximum eſt, & ille etiam non propriè vocatur perſona priuata, ſed publica, ſicut Rex, qui omnibus præeſt; hoc autem peccatum non eſt maius peccato cuiuſlibet perſonæ priuatæ intenſiuè, ſed extenſiuè. Patet hoc: quia peccatum dicitur eſſe maius intenſiuè, ſecundum ꝙ in eo infringuntur plures circumſtantiæ; ſed poteſt aliquando perſona aliquã priuata infringere plures circumſtantias in actu ſuo, quàm Princeps populi, ideo intenſiuè maius erit peccatum illius perſonæ priuatæ, extẽſiuè tamen peccatum Principis maius eſt, quia illum plures imitantur. Aliqui enim quoniam licitum eſſe putant cum Princeps E illud agat, alij autem vt Principi adulentur, imitantur actum eius, ſic putantes ei ſe magis placere; interdum autem alij hoc imitantur, quia vbi ſic non fecerunt exiſtimãt ſibi indignationem Principis affuturam, & quod deterius eſt, interdum, ꝙ Princeps illicitè agit, vt ius eſſe videatur, pro lege conſtituit. Sic habetur de Semiramide Regina Babyloniorum vxore Regis Nini, quæ mortuo viro ſuo, vt regia poteſtate non careret, ſi filius eius aliam ſibi acciperet in vxorem, ſolicitauit eum, vt eam haberet in vxorem, quod & matris frequentibus monitis atq; adulationibus factum eſt, & vt tantum nefas quouis modo tegi poſſet, lege conſtituit, vt omnibus feminis liceret filios ſuos in matrimonium accipere. De hoc Paulus Oroſius lib. 1. de Ormeſta mundi. Sed hæc iniquiſſima lex infelices habuit exitus, quoniam filius Semiramidis, tãtum facinus abhorrens, matrem, quæ eum in inceſtum perduxerat,

De ſcandalo ſuperiorum.

xerat, iugulauit. De hoc vbi ſupra. Eſt igitur his modis, pluribusq. alijs peccatum Principis maius extenſiuè peccato cuiuſlibet perſonæ priuatæ, quòd verum eſt, quando publicum eſt, aliàs autem minimè. Iuſtè igitur differre debuit ſacrificium pro peccato Principis à ſacrificio pro peccatis perſonarum priuatarum. *Si peccauerit Princeps.* Hoc intelligitur de Rege, vel de alio, qui eſſet magnus Dominus habens ſub poteſtate ſua aliquam prouinciam. *Et fecerit vnum ex pluribus per ignorantiam.* i. ſi fecerit aliquod peccatum per ignorantiam de multis peccatis, quæ fieri poſſunt, vel contra aliquod de præceptis datis in lege, contra quæ aliquis peccare poteſt. Et dicit: Si fecerit vnum ex pluribus, quia quãdo aliquis peccat in vno pręcepto, quantum ad eſſe peccatum, nihil magis differt, ꝙ ſit vnum, quàm ꝙ ſit alterum, quoniam in omnibus peccatum eſt. *Per ignorãtiam.* Loquitur autem hic de peccatis ſecundum ignorantiam, quoniã ſi aliquis peccaſſet ſciens, non imponebatur iſta pęna, ſed alia, vt habetur infr. ſeq. c. maior namque erat iniquitas cum aliquis peccabat per paſsionem, vel cum peccabat per ſuperbiã ſciens. Poterat aũt Princeps pęccare per ignorãtiam, vt ſi eſſet aliqua cęremonia legis, quam non cognoſceret, & non obſeruaret illam: tunc. n. per ignorantiam peccabat, & tenebatur facere iſta, de quibus hic dicitur. *Quod Dei lege prohibetur.* i. ſi fecerat contra vnum de his præceptis, quæ prohibẽtur in lege, id eſt, contra aliquod de præceptis negatiuis, quñ tunc tenebatur facere iſta, quæ hic dicuntur: Non tamen ſolum intelligendum eſt litteram hanc accipi debere de præceptis negatiuis, ſed etiam de affirmatiuis, quoniam æqualis obligationis ſunt, & contra quemcunque peccet, debet puniri ſicut ſupra probatum eſt. *Offeret hoſtiam coram Domino.* id eſt, iſte Princeps faciet pro ſe offerre hoſtiam, & iſta hoſtia dicitur eſſe animal, quod immolabatur, & dicebatur offerri coram Domino, id eſt, corã oſtio Tabernaculi apud altare holocauſtorum, in quo fiebant omnes oblationes & ibi dicebatur eſſe Deus, quoniam intra Tabernaculũ ſpecialiter Deus erat. *Hircum de capris.* Tenebatur offerre Princeps pro peccato ſuo, hircum. Significat hic hircus nomen ſexus, & non ſpeciei, quoniam non poterat offerri capra pro peccato Principis, ſed pro peccato perſonarum priuatarum, ideo ſubiungitur hic de capris, quia capra ſignat hic ſpeciem, & hircus ſignificat ſexum maſculinum. *Immaculatum.* Dicebatur hircus immaculatus, in quo nõ erat aliqua macula de his, quæ habentur infra 22. c. licet ſeruaretur maior mundicia in eis, quæ offerebantur ex neceſsitate, q̃ in his, quæ offerebãtur ſpõtè, vt patet infr. 22. c. *Poneq. manus ſuas ſuper caput eius.* Hoc erat generale in oĩbus ſacrificiis, q offerẽs imponeret manũ. Cauſa aũt ſup. 1. c. expreſſa eſt. *Cumq. immolauerit eum.* Hoc refertur ad Sacerdotem, qñ Princeps ex eo, ꝙ laicus erat, non poterat miniſtrare in aliquo ſacrificio aut ſimili miniſtratione, & ſi fortè miniſtrare vellet, moriebatur, ſicut patet de Rege Azaria, quem B. Matthæus vocat Oziam, qui cum vellet miniſtrare coram Dño, ponens incenſum, percuſſus fuit in fronte, & manſit ſic vſque ad diem mortis ſuæ. De hoc habetur 4. Reg. c. 15. Sacerdotes autem omnia iſta efficiebant. *In loco vbi ſolet mactari holocauſtum.* Iſte erat locus apud oſtium Tabernaculi in latere altaris ad partem Aquilonarem eius, & ibi omnia holocauſta, & alia ſacrificia immolabantur. Denominabatur autem hic à ſacrificiis holocauſtorũ, quoniam iſtud ſacrificium communius erat omnibus aliis, cum quotidię fieret. *Coram Domino.* Supra expoſitum eſt, ſ. coram Tabernaculo, quia ibi ſpecialiter Deus erat. *Quia pro peccato eſt, tinget in ſanguine Sacerdos digitum hoſtiæ pro peccato.* Hic ponitur ritus, qui fiebat in ſanguine iſtius ſacrificij pro peccato Principis, ſcilicet, ꝙ tingeretur digitus Sacerdotis in ſanguine hoſtiæ, ad tingendum cornua altaris holocauſtorũ. Dicit hoc fieri, quia erat ſacrificium pro peccato, q. d. ſi non fuiſſet ſacrificium pro peccato, ſed holocauſtum, aut victima pacifica, nõ tingeretur ſanguine hoſtiæ digitus Sacerdotis ad tingendum cornua altaris, ſed quia erat pro peccato, tingebatur digitus eius in ſanguine ad altaris cornua tingenda. Ponitur hic bis pro peccato, & primo ſignificat cauſalitatem, ſ. ꝙ dẽt tingi digitus in ſanguine hoſtię, quia illa eſt pro peccato. Secũdo determinat

F ſignificationem ipſius hoſtiæ, ſ. quòd ipſa hoſtia erat pro peccato. *Tangens cornua altaris holocauſti.* Non tingebatur hic altare thymiamatũ ſicut tingebatur in ſacrificio pro peccato Summi Sacerdotis, et totius populi, quoniam ibi obſeruabantur plures cæremoniæ quam hic in ſanguine, pro cauſa ſupra aſsignata.

Quomodo in quolibet ſacrificio pro peccato tingebantur cornua altaris. Quæſt. XXII.

ET eſt ſciendum, quòd in quolibet ſacrificio pro peccato tingebantur cornua altaris, ſed differt, quoniam in quibuſdam peccatis tingebatur altare holocauſtorum; & in quibuſdam tingebantur cornua altaris thymiamatũ: in ſacrificijs enim pro peccato Sũmi Sacerdotis, & totius G populi tingebantur cornua altaris thymiamatũ, quia erat illa tinctio ſpecialior; in peccatis autem Principis populi, & perſonarum priuatarum, tingebãtur cornua altaris holocauſtorum: quoniam iſta erant minora peccata, & non fiebat tã ſpecialis tinctio. *Reliquum fundens ad baſim eius.* id eſt, poſtquam Sacerdos intincto digito in ſanguine cõtento in cratera, tingebat cornua altaris, manebat multus ſanguis in cratera, & totus ille fundebatur ad baſim altaris illius, & non fiebat hic, ſicut in holocauſtis, vel hoſtiis pacificis, quia ibi fundebatur ſanguis per circuitum altaris, ſ. ſuper ipſos parietes altaris; in ſacrificio autem pro peccato, nihil fundebatur per circuitum altaris, ſed per cornua, & ad baſim, et hoc, quia in diuerſis ſacrificiis oportebat eſſe diuerſas cæremonias. *Adipem verò adolebit.* Supra ponebatur de ritu ſanguinis, hic ponitur de ritu adi- H pis, & dicitur, quòd adeps adolendus erat ſupra, id eſt, ſupra altare holocauſtorum, quia hoc erat generale in omnibus ſacrificiis. *Sicut in victimis pacificorum fieri ſolet.* Poſuerat ſupra in aliis ſacrificiis de ritu adipis adolendi, & ne hic cogatur ſæpè eadem inutiliter repetere, ſubiungitur, quòd obſeruari deberet ritus in iſto adipe immolando, ſicut in adipibus hoſtiarum pacificarum, quoniam ibi totus adeps cremabatur. *Rogabitq. pro eo, & pro peccato eius, vt dimittatur ei.* ſcilicet, quod cum Sacerdos faceret cæremonias huius ſacrificij pro Principis peccato, rogabit pro eo, & pro peccato eius, & hoc vt dimittatur illi. Erant autem iſtæ duæ orationes, vna quæ fiebat pro peccato Principis, & alia, quæ fiebat pro ipſo Principe. Pro peccato Principis fiebat deprecatio, vt Deus remitteret illud peccatum Principi, nec infligeretur aliqua pęna propter hoc. I Rogare pro ipſo Principe erat, quòd Deus conſeruaret Principem, ne incideret in aliqua peccata, & quòd conſeruaret eum ab infortuniis, & vt erigeretur in virtutem; & proſperitatem. Erãt autem iſta diuerſa, quoniam vnum tendebat ad malum tollendum, alterum ad bonum conſequendum.

Quod ſi peccauerit anima per ignorantiam, de populo terræ, vt faciat quicquam de his, quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognouerit peccatum ſuum, offeret capram immaculatam. Ponetq. manus ſuper caput hoſtiæ, quæ pro peccato eſt, & immolabit eam in loco holocauſti. Tolletq. Sacerdos de ſanguine in digito ſuo, & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius. Omnem autem adipem auferens, ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum, adolebit ſuper alta- K *re in odorem ſuauitatis Domino, rogabitq. pro eo, & dimittetur ei. Sin autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ouem ſcilicet immaculatam, ponet manum ſuper caput eius, & immolabit eam in loco, vbi ſolent cædi holocauſtorum hoſtiæ. Sumetq. Sacerdos de ſanguine eius digito ſuo, & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius. Omnem quoque adipem auferens, ſicut auferri ſolet adeps arietis, qui immolatur pro pacificis, cremabit ſuper altare incenſum Domini, rogabitq. pro eo, & pro peccato eius, & dimittetur ei.*

Supra 3. & ſupra eo. & infra eod.

Sup. 3. & ſup. eod.

Quod ſi peccauerit anima. Supra agebatur de ſacrificio pro peccato Principis, hic agitur de ſacrificio pro peccato cuiuſlibet priuati hominis, & eſt iſtud quartum genus ſacrificiorum pro peccato, quoniam hic obſeruabatur diuerſus ritus in animali immolando, ſecundum quòd erat diuerſum peccatum ab omnibus aliis ſupra poſitis. *Quod*

De ſacrificio pro peccato cuiuslibet priuati hominis.

ſi anima

Anima ſignificat hominem priuatū.

Si anima peccauerit. Hic anima ſignificat hominem, ſicut ſupra 2.cap. dicebatur, & hic in littera. Et non ſolū ſignat hominem, ſed etiam hominem priuatum non habentem aliquam dignitatem, nec excellentiam, propter quam ſit magis quàm homo, & ideo iſti vocantur homines ſolum, illi autem qui in magnis dignitatibus conſtituti ſunt, vt Reges, & alij domini, non ſolum ſunt homines, ſed etiam plus quā homines; qui autem ſunt perſonæ priuatæ, non habentes gradum excellentiæ ſpecialis, homines ſolum ſunt, ideo vocat eos hic animas, nihil magis determinando, ac ſi diceret, ſi peccauerit homo per ignorantiam. *De populo terræ*, id eſt, ſi aliqua anima, vel homo aliquis de populo terræ, id eſt, de popularibus, peccauerit per ignorantiam. In hoc autem quod dixit de populo terræ, deſignauit hoc intelligi de omnibus popularibus non habentibus excellentiam. Et dicitur hic peccare per ignorantiam, ſ. quòd peccaret aliquis de hominibus priuatis contra aliquod præceptum de cæremonialibus, nam non poteſt hoc intelligi de eo, qui ignorauit in præceptis Decalogi, nam hic nō recipitur aliqua ignorātia, nec etiam accipitur de eo, qui peccauit præceptis Iudicialibus, qm̄ ibi eodem modo, nec accipitur talis ignorantia, nec talis purgatio per ſacrificia, ſed eo modo, quo ſupra probatum fuit. *Et fecerit de his, quæ lege Domini prohibentur.* Iſtud præceptum ſecundum radicem litteræ, videtur ſolum intelligi de præceptis negatiuis, quia illa ſolū dicuntur prohibere, affirmatiua autem non prohibent, ſed potius iubent: intelligendū tñ eſt de omnibus, tàm negatiuis quàm affirmatiuis: quoniam in omnibus æqua ratio peccati eſt. Etiam ex littera iſta aliquo modo videtur, ꝙ intelligatur de præceptis affirmatiuis: nā dicitur, ꝙ iſta debet aliquis agere, ſi fecerit aliquid de his, quæ lege Dñi prohibētur, ſed in lege Domini non ſolū prohibetur, ꝙ aliquis agat contra præcepta negatiua, ſed etiam contra præcepta affirmatiua, cū vtrobique peccatum ſit vetitum à lege Dei; ergo qualitercunque homo peccet, ſi eſt perſona priuata, tenetur hac lege. *Atque delinquat, & cognouerit peccatum ſuum.* Hoc quod dicitur hic de delinquendo, vnō modo poteſt intelligi, ꝙ ſit idem cū ſuperiori. ſ. ꝙ faciat aliquid cōtra ea, quæ prohibentur in lege Dei. *Et delinquat*, id eſt, ꝙ illud facere contra legem ſit ipſum delictum, & tunc nihil addit hic delinquere, ſed eſt expoſitio ſuperioris. Alio modo poteſt intelligi delinquere, eſſe aliquid diſtinctum à ſuperioribus, & tunc deſignabūtur hic duo genera peccatorum, ſ. peccatum per commiſſionem, quod eſt directè contra præcepta negatiua, & hoc ſignificatur ſupra, cum dicitur, fecerit quicquam de his, quæ lege Domini prohibentur. Aliud genus peccatorū vetatur hic, ſ. peccatum per omiſſionem, quod eſt cōtra præcepta affirmatiua, & hoc notatur, cum dicitur, delinquat, quoniam delinquere omittere ſignat: & tunc patet quomodo non ſolum agentes contra hanc legem tenentur in præceptis affirmatiuis, & negatiuis offerre ſacrificium quocunque illorum modorum peccauerint. Sed littera magis ſe conformat primo modo, quàm ſecundo, quia non ponitur hic disiunctiua, ſed copulatiua, quæ deſignat iſta duo eſſe ſimul, ſ. facere contra aliquid, quod lege Domini prohibetur, non tamen contingit, ꝙ aliquis in eodem actu peccet contra præcepta affirmatiua & negatiua. *Et cognouerit peccatum ſuum.* Quandocunque cognoſcit, ſiue per ſeipſum, vt quia fortè in lege ſtuduit, ſiue per cognitionem ab altero declaratam, tenetur facere ea, quæ mandātur hic, & ſi deſiſteret facere poſtquam ſciret, peccatum per ignorantiam eſſet tūc peccatum per maliciam. *Offeret capram immaculatam.* In hoc differt ſacrificiū pro peccato cuiuſlibet priuatæ perſonæ à ſacrificio pro peccato Principis; quoniam pro peccato Principis offerebatur maſculus de capris, hic autem iubetur offerri femina, quia dicitur capra. Nec valet ſi aliquis arguat, ꝙ capra, & ouis, & ſimilia nomina, aliqñ ponuntur pro ſexu, & aliqñ pro ſpecie, ita vt poſſit intelligi tam maſculus ꝙ̄ femina. Dicendū eſt, non poſſe hoc ſtare, qm̄ quanquam iſta nomina per ſe poſita non limitarentur ad ſupponēdum pro ſexu, ſed ſtant indifferenter pro ſpecie, tamen hic non poteſt ſtare: quia ex adiuncto fit determinatio ad ſexum, cum dicitur capram immaculatam, capra autem immaculata non

Sacrificium pro peccato cuiuſlibet perſonæ priuatæ differt ab illo pro peccato Principis.

A poteſt poni, niſi pro femella. De maculis autem, quibus carere debeat iſta capra, dictum eſt in ſuperioribus, quoniam æqualis mundicia in omnibus offerendis animalibus obſeruari debeat; ideo de ea habetur infra 22.c. *Ponetq; ſuper caput hoſtiæ, quæ pro peccato eſt, manum.* Hoc refertur ad peccantem, & offerentem animal ad immolandum, qui ponere debebat manū ſuam ſuper caput hoſtiæ, id eſt, ſuper caput animalis quod offerebatur in hoſtiam. De cauſa huius impoſitionis ſupra 1.cap. dictū eſt. *Et immolabit eam in holocauſto.* i. iſta capra debebat immolari, id eſt, iugulari ad hoc, quòd eſſet holocauſtū de ea. Contra hoc arguet aliquis, quoniā ſacrificia pro peccato ſunt diſtincta ſecundum ſpeciem à ſacrificiis holocauſtorum. Quod ergo eſt ſacrificium pro peccato, non eſt holocauſtum, ſed hic dicitur, ꝙ offeretur iſta capra, quæ erat pro

B peccato in holocauſtum. Ad hoc reſpōdetur, ꝙ holocauſtum dupliciter accipitur: vno modo holocauſtum quantum ad ipſum animal, quod offertur: alio modo quantum ad aliquas partes ipſius animalis quæ cremantur. Accipiendo primo modo holocauſtum, differri ſecundū ſpeciem ab holocauſto pacifico, & ſacrificio pro peccato, & tunc non eſt verum, ꝙ capra, de qua hic dicitur, offertur in holocauſtum, ſed ſolum offertur pro peccato, quoniam ſi holocauſtum foret, totum animal combureretur, hic tamen non comburuntur alia præter ea, quæ ponuntur hic, & infra 6.c. aliquid alterum, ſed cetera Sacerdotibus, cedunt, vt patet infra ſexto c. Item ſi holocauſtum eſſet, offeretur ad laudem Dei, & non ſpecialiter pro aliquo peccato, hic tñ fit oblatio pro peccato perſonæ priuatæ, ergo non fit holocauſtum iſto primo modo. Secūdo modo ac-

Holocauſtum dupliciter capitur.

C cipitur holocauſtum quantū ad partes animalis, qm̄ holocauſtū dicitur, qn̄ aliquid totaliter comburitur, ſi igitur aliqua pars animalis acciperetur, & illa totaliter cremaretur, erat holocauſtum quantum ad partem illam, & iſto modo non differt holocauſtum ab aliis ſpeciebus ſacrificiorum, ſed neceſſariū eſt in omni ſacrificio eſſe holocauſtum, cum non ſit aliquod ſacrificium, in quo non crematur aliquid de ipſo animali immolato, & ſic ſacrificium iſtud, quod erat pro peccato, efficiebatur holocauſtum, quia aliqua pars eius, ſ. adeps cremabatur. Et cum dicitur hic. *Et immolabit eam in holocauſto*, refertur ad Sacerdotem, qui ſolus immolare poterat, & non ad ipſos vulgares offerentes. *Tolletq; Sacerdos de ſanguine in digito ſuo.* Cum ex animali immolato defluxiſſet ſanguis in crateras, mittebat Sacerdos digitum in crateram, tingens eū ſanguine,

D vt ſic tingeret cornua altaris. Iſte aūt Sacerdos de quo hic dicitur, poterat eſſe quilibet Sacerdos, ſiue magnus ſiue de minoribus, quoniam hoc indifferens erat: cum tamen pro peccato totius populi offerretur ſacrificiū, ſolus Summus Sacerdos illud faciebat, vt patet ſupra, cum dicitur: Sacerdos, qui vnctus eſt. *Et tangens cornua altaris holocauſti.* Digito tincto in ſanguine Sacerdos tingebat quatuor cornua altaris holocauſtorū, liniens illa & faciēdo ibi aliquas figuras, & non fiebat in hoc ſacrificio tinctio cornuū altaris thymiamatū, quia illud ſolū tingebatur in peccatis magnis, quemadmodū erant peccatū Summi Sacerdotis, & peccatū totius populi; in paruis aūt ſacrificiis ſcilicet, pro peccato Principis, & perſonarum priuatarum, ſolum tingebantur cornua altaris holocauſtorum. Huius cauſa ſupra poſita eſt. *Reliquum fundet ad baſim eius*, id eſt, to-

E tum alium ſanguinē, qui reſtabat in cratera, præter modicum illum, qui in digito tollebatur ad tingendum cornua altaris, debebat fundi ad baſim altaris, id eſt, ad fundamentū eius. Quid autem de ſanguine iſto effuſo, fieret, ne totam domū ſua contagione macularet, aut fœtore, & putredine exhalante inficeret, ſupra 1.c. dictum eſt. *Omnem autem adipem auferet.* ſ. Sacerdos, qui immolabat, debebat excoriare, & eximere omnes adipes, tā eū, qui ſuper vitalia erat, quàm eū qui hepar operiebat, quàm pinguedinem magnā adhærentem iliis, & tegentem renunculos reliquum quoque pinguedinis, quod ſuper ventrē ac ſuper omaſos eſt. *Sicut auferri ſolet de victimis pacificorum.* Datur hic regula breuis de ritu cremādi adipis, ne cogatur hic repetere legiſlator ſæpè idē, & ſicut ſupra ponebatur in victima pacificorū diſtinctè de ritu adipis, ita in omnibus his faciendū eſt, ſicut ibi. *Adolebit ſuper altare in odorem*

Regula de ritu cremādi adipis.

rem ſuauitatis Domino. i.iſte Sacerdos adolebit Dño hunc adipem, vt ſit odor ſuauitatis. Qualiter aũt vocetur ſuauis odor iſte, ſupra 1.cap. declaratum eſt. *Rogabitq. pro eo, & dimittetur ei.* id eſt, quòd Sacerdos faciens ſacrificium pro aliqua perſona priuata, debebat offerre preces Domino pro illa. Et ſic generaliter dicendum eſt in omnibus ſacrificiis pro peccato, ſcilicet, quòd Sacerdotes deprecarentur pro illis, pro quibus ſacrificium offerũt, & hoc vt nõ eueniat aliqua pœna ei, qui peccauit, etiam vt ille conſeruetur, ne amplius peccet, ſicut ſupra rogabatur pro peccato Principis, & pro ipſo Principe; & ſic intelligendum eſt, ꝙ debet rogari pro peccato cuiuſlibet perſonæ priuatæ, & pro ipſa etiam perſona priuata. *Si autem de pecoribus obtulerit victimam.* Hic ponitur alius modus ſacrificij pro peccato, qui nõ diſtinguitur à ſuperioribus, quantum ad perſonam, pro cuius peccato offertur, ſed quãtum ad animal, quod offertur, & erat ſpeciale in ſacrificio pro peccato priuatæ perſonæ, quoniã poterat offerri capra, ſicut ſupra dictum eſt. Hic autem ſubiungitur, quòd etiam poterat offerri ouis. In aliis autem ſacrificiis pro peccato, ſolum offerebatur de vna ſpecie animalis, nec poterat offerri aliquid alterum, ſed in peccato ſummi Sacerdotis, & in peccato totius populi, offerebatur ſolum vitulus & in peccato Principis offerebatur ſolum hircus. In peccato autem perſonarum priuatarum, poterat offerri capra, vel ouis. *Si autem de pecoribus.* Accipiuntur hic pecora pro ſolis ouibus, quod patet: quia ſupra dicebatur, quòd offerretur capra pro peccato, hic autem ſubiungitur, ſi voluerit offerens offerre de pecoribus, id eſt, de ouibus, patet etiam, quia dicitur ouem immaculatam.

In Sacris Litteris pecora tripliciter accipiuntur. Quæſt. XXIII.

CONSIDERANDVM eſt autem, ꝙ in ſacra Scriptura pecora accipiũtur tripliciter. Primo modo pecora pro omnibus animalibus magnis comeſtibilibus, & hoc modo vocantur boues, oues, & capræ, pecora. Sic accipitur ſupra 1.cap. cum dr̃: Homo, qui obtulerit ex vobis hoſtiam Deo de pecoribus, id eſt, de bobus, ouibus, & capris, vt ibi ſubditur. Secundo modo accipiuntur pecora pro ſolis capris & ouibus, & hoc modo accipiuntur ſupra eod.cap. 1. cũ dicitur, ꝙ ſi de pecoribus oblatio eſt, de ouibus, ſiue de capris, & nõ poteſt ibi intelligi aliquid de bobus; cum ſuperius eod.cap. poſitum fuiſſet, & poſtea ſubiungitur aliud membrum de ſolis capris, & ouibus. Tertio modo accipiũtur pecora pro ſolis ouibus, & ſic accipitur hic, cum ſupra dixerit de capris, & hic ſubiunxit de ſolis ouibus. *Victimam pro peccato.* id eſt, ſi voluerit offerre victimam, id eſt, ſacrificium pro peccato de ſolis ouibus. *Ouem, ſcilicet immaculatam.* id eſt, debet offerre ouem immaculatam, & in hoc erat minor aſtrictio in hoc ſacrificio pro peccato perſonarum priuatarum, quàm in aliis, quia poterat peccans, ſiue de ouibus, ſiue de capris offerre. Etiã notatur differentia inter magnitudinem iſtius peccati ab aliis peccatis ſupra enarratis, pro quibus aliquid offerebatur; quoniam in aliis ſemper offerebatur maſculus ſiue vitulus, ſiue hircus, hic autem ſiue de capris, ſiue de ouibus offeretur, ſemper femella offerebatur, quoniam femina minoritatem ſignat, & in minori ſacrificio offertur. Quod autem dicitur debere eſſe ouem immaculatam, accipitur ſecundum illas maculas, quæ habentur infra 22.cap. *Ponet manum ſuper caput eius.* ſcilicet, quòd offerens, quando præſentaret hoſtiam pro peccato Sacerdotibus, ponebat manum ſuper eam ad faciendum ea, quæ dicta ſunt, ſcilicet vt imprecaretur peccatum eius capiti illius animalis, & vt renunciaret proprietati illius. *Et immolabit eam.* ſcilicet ouem, ipſe ſacerdos, quia ſuſcipiebat eam de manu laici offerẽtis. *Vbi ſolent cædi holocauſtorum hoſtiæ.* id eſt, locus immolationis huius ouis erat, vbi ſolebant immolari holocauſta: nõ enim differebat locus immolationis diuerſorum ſacrificiorum, ſed vbi offerebatur vnum, ibi & alterum. Locus autem immolationis holocauſtorum erat in latere Aquilonari altaris holocauſtorũ, ſ. apud oſtium Tabernaculi. *Sumetq. Sacerdos de ſanguine eius digito ſuo.* Idẽ modus cæremoniarũ ſeruatur in ſacrificio iſtius ouis

F ſicut in ſacrificio capræ, & ſic fundebatur ſanguis in crateras, & tingebat Sacerdos ibi digitum ad liniẽdum cornua altaris. *Et tangens cornua altaris holocauſtorum.* Faciẽs aliqua ſigna in cornibus illis liniendo digito ſuo. *Reliquũ fundet ad baſim eius,* id eſt, omnem alium ſanguinem, qui remanebat in cratera, fundebat ſacerdos ad pedes altaris, & tam ille ſanguis, qui liniebatur in cornibus quam ille, qui fundebatur ad baſim, proficiebat ad expiationẽ pro peccato. *Omnem quoque auferens adipem,* id eſt, iugulata, & excoriata oue illa, ſacerdos accipiebat omnem pinguedinem, quæ erat in viſceribus eius, intelligendo de illa pinguedine, quæ eſt adhærens viſceribus, & nõ eſt pars carnium, quæ propriè vocatur adeps. *Sicut auferri ſolet adeps arietis, qui immolabatur pro pacificis,* id eſt, qui immolatur tanquam hoſtia pacifica. Dicitur hic de adipe arie-
G tis pro hoſtia pacifica, non intelligendo, quòd in hoſtiis pacificis ſolũ offerretur aries, quia offerrebatur ẽt bos, & capra: & ẽt accipiendo de genere ouiũ, nõ ſemper offerebatur aries, ſed aliquando offerebatur ouis femella, cum non eſſet maior aſtrictio ad offerẽdum maſculum quam feminam in hoſtiis pacificis, vt patet ſupra præcedent. c. Sed hic accipitur aries non ſolum pro ipſo ariete maſculo, ſed etiam pro oue femella; & eſt ſenſus, debere fieri ſic in adipe ouis pro peccato, ſicut fiebat in adipe arietis pro pacificis, id eſt, in ariete vel oue, quæ offerebatur in hoſtiam pacificam. *Et cremabit ſuper altare incenſum Deo.* Aliquis in hoc errabit intelligens, quòd cum crematur adeps iſtius ſacrificij pro peccato, debeat poni tus ſuper altare; & quòd hic iubeatur, ſed non iubetur hic aliquid tale, ſed eſt ſenſus: Et cremabit ſuper altare incen-

An quando crematur adeps debeat poni tus.

H ſum Domini, id eſt, cremabit illum adipem ſuper altare faciens eſſe incenſum Domini, & ſic eſt ibi exponens, & expoſitum. Vel poteſt intelligi, cremabit ſuper altare incenſum Domini, id eſt, cremabat iſtum adipem, tanquam ſi cremaret incenſum Domini. Sed primus ſenſus eſt, quem littera facit. *Rogabitq; pro eo, & pro peccato eius,* id eſt, quòd ſacerdos recipiens oblationem ab aliquo offerente, pro peccato ſuo, tenetur rogare pro peccato illius offerentis, & pro ipſo offerente. Vnde ſi quis de ſacerdotibus recipiat eleemoſynam aliquam in modum oblationis, vt roget pro peccato alicuius, tenetur ex iure Diuino rogare ſpecialiter pro illo; quod ſi non facit, peccat mortaliter, & valde grauiter, quoniam peccat contra ius naturale, cũ ſit ibi cauſata quædã obligatio per modum appoſitũ in datione rei, cũ dicitur: do tibi hoc, vt ores Deũ

Sacerdos recipiens eleemoſynam tenetur orare pro benefactore.

I pro me. Si autem illud infringat, agit contra iuſtum conuentum inter partes, quod eſt agere contra ius naturale, nam cũ quis agit contra ea, quæ ſunt determinata à principiis ipſius rationis practicæ, etiam nulla lege exiſtente, contra ius naturale agere dicitur, quia ius naturale ſecundum Ariſt. in 5. Ethic. eſt quod dependet ex principiis rationis practicæ, in quo differt aliter vel aliter fieri, etiam antequam de hoc lege aliqua caueatur. Sic autem eſt de conuentis iuſtis inter partes; quoniam ratio dictat debere illud obſeruari, etiam nulla lege exiſtẽte; immo leges poſitæ ex hoc vigorem aſſumpſerunt; nam etiam ſecundum leges humanas omnes obligationes, & contractus aſſumpſerunt originem ex iure gentium, præter paucas obligationes, quæ inductæ ſunt à iure poſitiuo. De hoc ff. de iuſt. & iure, l. ex hoc iure. Ius autem gentium eſt apud Legi-

Ius naturale quid ſit. Cap. 7.

K ſtas, quod apud Ariſtotelem pars quædam potiſſima naturalis iuris eſt. Obligationes igitur de iure naturali ſunt, & ſic faciens contra obligationes inductas inter partes, ſine aliqua lege, agit contra ius naturale, huiuſmodi aũt eſt hic in eo, qui recepit oblationẽ, vt oraret pro peccatis alicuius, & nõ orauit, innata eſt obligatio quædã naturalis, cũ ẽt ibi ſit quidã contractus innominatus per modũ illũ appoſitũ; cum ergo contra fecerit, peccat contra ius naturale. Itẽ, peccat contra ius Diuinũ, qm̃ iure Diuino dicitur hic, vt ſacerdotes orent Deũ pro peccatis illorũ, pro quibus oblationes accipiunt, cũ ergo contra faciant, infringut ius Diuinum. Quomodo aũt ſacerdotes teneantur orare pro peccatis mortuorũ, & vnde obligẽtur, magis declaratum eſt Exodi 29. *Rogabitq; pro eo, & pro peccato eius.* Duæ orationes erãt hic, ſ. vna pro ipſo offerente, & alia pro peccato eius, pro offerente erat deprecatio, vt Deus eriperet eũ

ab

ab aduerſitatibus huius ſæculi, & conſeruaret ne incideret in alia peccata, propter quæ mereretur aliàs pęnas; deprecatio autem, quæ fiebat pro peccato offerentis erat, vt Deus remitteret peccatum illius, nec imputaret ei ad aliquam pęnam, ac ſi nunquam peccauiſſet. *Et dimittetur ei.* ſcilicet remittetur peccanti pęna, cũ hic fierent duæ orationes, & quælibet earum proficeret, neceſſarium erat, vt cuilibet earum correſponderet aliquis effectus, hic tamen ſolum ponitur vnus effectus. ſ. remiſſio pęnæ ipſius peccati, quod pertinebat ad ſecũdam orationem. De prima autem oratione, ſ. pro ipſa perſona priuata, non ponitur hic effectus. Sed intelligendum eſt, quòd aliquid conſequeretur offerens per illam oblationem, ſ. ꝙ non tantum eſſet pronus ad peccandum, & à multis eum Deus aduerſitatibus liberaret, nec permitteret ita tentari ſicut eos, qui iſta ſacrificia nunquam offerebant. Secundæ autem orationis B effectus ponitur, ſcilicet, quòd peccatum remitteretur, ita quòd non daretur aliqua pęna in præſenti pro illo peccato, ſicut aliàs fortè infligenda foret.

D. duob. effectibus orationis pro peccato.

An ex deuotione offerentium tolleretur pœna peccatorum. Quæſt. XXIIII.

VTRVM autem pro pœna correſpondenti iſti peccato, pro quo offerebatur ſacrificium deberet peccans tolerare aliquid in purgatorio, aut in præſenti ſæculo ſatisfacere? Reſpondendum eſt, ꝙ iſta ſacrificia Veteris Teſtamenti ex ſeipſis etiam ad deletiones pœnarum non ſufficiebant, nec proderant, ſed ex deuotione offerentium; & tunc ſi offerens deuotè offerret, propter deuotionem illam merebatur, vt tolleretur pęna debita peccato, C aut in toto, aut in parte. & etiam ſi deuotio magna foret, tota pœna abolita erat, & interdũ plus merebatur quam deletionem pęnæ: ſi autem deuotio tepida eſſet, fortè non merebatur totam penæ deletionẽ, ſed eius quandam particulam. Si tamen iſta ſacrificia in ſeipſis accipiantur, non habebant aliquem vigorem, vt per ea remitteretur aliqua pars pęnæ debitæ peccato, & in hoc differunt ſacrificia Veteris Teſtamẽti à Sacramentis, vel ſacrificiis Noui Teſtamenti, quoniam ad Sacramenta Noui Teſtamenti contritio requiritur, & deuotio, & in his ipſa deuotio, & contritio naturaliter ex ſeipſis ſine aliqua Sacramentali operatione ſunt promeritoriæ remittendæ culpæ, & delendæ pęnæ, ſiue in totum, ſiue in partem, & in hoc non eſt differentia Nouæ legis à ſtatu Veteris Teſtamenti, & à tempore legis naturalis, quoniam in earum qualibet mere- D batur aliquam culpam totaliter deleri, pęnam autem vel in totum, vel in partẽ. Sed in hoc differunt, quoniam Sacramenta Noui Teſtamenti ex ſeipſis habent quandam virtutem delendi penas, etiam præter id, quod per contritionem meremur, nam in Sacramento pœnitentiæ ex contritione, quæ de iure naturali eſt, culpa nobis deletur, ex auctoritate vero clauium, quæ per miniſterium Eccleſiæ ſunt, id eſt Chriſti conferentis eas Eccleſiæ, deletur nobis aliqua pars pęnæ debitæ peccatis. Quod autem per contritionem præter deletionem ipſius culpæ multum, aut parum de ipſa pœna deleatur, nõ eſt ex hoc virtute, quam Chriſtus contulerit Sacramento Pœnitentiæ à ſe inſtituto, ſed ex conditione contritionis, quæ ſemper hunc vigorem habuit. Cum ergo dicitur hic, quod orante Sacerdote pro ipſo offerente, remitteretur ei, non intelligitur, quòd E remitteretur ex conditione ſacrificiorum, ſed quòd offerens deuotè illud offerebat, & quia merita orationis Sacerdotalis ad remiſsionem multum valebant, cum frequenter orationibus vnius alius totaliter à pęna ſoluatur.

Sacrificia Veteris, ac Noui Teſtamenti differũt.

Per contritionẽ tollitur culpa, pœna vero per virtutem clauium. & etiam per contritionem.

CAP. V.

22. q. 6. ſi quis ſe uictus. & item q. 1.

SI *peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, teſtiſque fuerit, quòd aut ipſe vidit, aut conſcius eſt niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam. Anima, quæ tetigerit aliquid immundum, ſiue quod occiſum à beſtia eſt, aut per ſe mortuum, aut quodlibet aliud reptile, & oblita fuerit immunditiæ ſuæ, rea eſt, & deliquit, & ſi tetigerit quicquam de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem, qua pol-* A *lui ſolet, oblitaq; cognouerit poſtea, ſubiacebit delicto. Anima, quæ iurauerit, & protulerit labijs ſuis, vt vel malè quid faceret, vel bene, & id ipſum iuramento, & ſermone firmauerit, oblitaq; poſtea intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnam, ſiue capram, orabitq; pro ea Sacerdos, & pro peccatis eius: ſin autem non poterit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum Domino, vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum, dabitq; eos Sacerdoti: qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus abrumpatur. Et aſperget de ſanguine eius parietem altaris. Quicquid autem reliquum fuerit, faciet diſtillare ad fundamentum eius, quia pro peccato eſt. Alterum verò in holocauſtum adolebit, vt fieri ſolet: rogabat pro eo Sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quod ſi non* B *quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato ſuo ſimilæ partem ephi decimam. Non mittet in eam oleum, nec turis aliquid imponet. quia pro peccato eſt. Tradetq; eam Sacerdoti: qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit ſuper altare in monumentum eius, qui obtulerit, rogans pro illo, & expians, reliquam verò partem ipſe habebit in munere.*

Deut. 18. Luc. 2.

SI *peccauerit.* Diuiſo ſupra peccato in quatuor partes, ſcilicet in pecccatum per malitiã, & per paſſionem, & per negligentiam atque ignorãtiam, & lege poſita de peccatis per ignorantiam, hic conſequenter agitur de ſacrificiis peccatorum per paſſionem & negligentiam. Et diuiditur in duo; quoniam Primò agitur de peccatis ſecundum paſsionem & negligentiam; Secundò de pecca- C tis per malitiam in principio ſeq. cap. Prima in duas: quoniam Primò agitur de peccatis, quæ accidunt in conuentu hominum; Secundò, de peccatis in abuſu ſacrorum. Secunda ibi: *Anima ſi præuaricans.* Prima in tres, ſecũdum quòd accidunt communiter tres præuaricationes in humana communicatione. Secunda ibi: *Anima quæ tetigerit.* Tertia ibi: *Anima quæ iurauerit.* Circa primum. *Si peccauerit anima,* id eſt, ſi peccauerit aliquis homo. Conſuetum eſt in Sacra Scriptura animam pro homine ſumi, & intelligitur de quolibet homine ſumi, qualiſcunque dignitatis, aut ſtatus ſit.

De peccatis quæ accidunt in cõuentu hominum.

An diſtinguãtur ſacrificia in peccantibus ex malitia, vel negligentia per qualitates perſonarum, ſicut in ſacrificijs pro peccato, vel ex genere peccatorum. Quæſt. I.

CONSIDERANDVM autem eſt quoniam in ſuperiori cap. quando agebatur de peccato per ignorantiam diſtincta ſunt ſacrificia perſonarum offerẽtium, ita quòd ſecundum diuerſos gradus perſonarum acciperentur diuerſa animalia immolanda. Hic autem non fit aliqua diſtinctio in perſonis offerentibus pro peccato ſuo, cum ex paſsione, aut negligentia, vel malitia peccauerint: nam ſiue Sacerdos magnus, ſiue totus populus, ſiue Princeps, ſiue perſona priuata peccauerit, non ponitur diſtinctio ſacrificiorum. Cauſa autem huius eſt: quoniam ſacrificium ponitur maius, vel minus pro aliquo peccato ſecundum quòd peccatum illud maius aut minus eſt, & quia peccata ſecundum ignorantiam determinata ſunt ſecundũ magnitudinẽ, & paruitatem in diuerſis perſonis, ideo ſemper fuerunt determinata diuerſa genera animalium E immolandorũ ſecundũ diuerſitatem peccantiũ. In ſacrificiis autem, quæ pro peccatis ex paſsione, & malitia fiunt, non eſt eadẽ determinatio ſecundũ magnitudinem & paruitatem; ideo non ſunt diſtincta diuerſa ſacrificia, ſed eadem omnib. perſonis offerenda imponuntur. Et vt clarius dicatur, eſt ſenſus, ꝙ in peccato per ignorantiã, ſemper eſt manifeſtum, quòd peccatũ Sũmi Sacerdotis, & peccatum totius populi eſt maius peccato Principis, & peccato cuiuſlibet perſonæ priuatæ, ideo ſemper determinatũ erat, ꝙ ſacrificiũ pro peccato Sũmi Sacerdotis, & peccato totius populi eſſet maius ſacrificio pro peccato Principis, & perſonarũ priuatarũ: nam pro Sũmo Sacerdote peccante vitulus offerebatur; pro peccato autem populi idem, in peccato autem Principis hircus offerebatur: in peccato autem perſonæ priuatæ capra, aut ouis. De his præced. c.

Peccatũ per ignorantiam Sũmi Sacerdotis & populi eſt maius peccato Principis. & perſonarum priuatarũ.

In peccatis autem ſecundum paſſionem, negligentia, aut malitiam non conſtat iſta diuerſitas ſemper determinata, quoniam interdum peccatum perſonæ priuatæ eſt maius peccato Principis, & peccato Summi Sacerdotis. Interdum etiam peccatũ Principis eſt maius quàm peccatum Summi Sacerdotis, & minus, quam peccatum perſonæ priuatæ, ideo non poterat hic dari determinata diuerſitas in animalibus offerendis, ſed datus fuit idem obligationis modus. Hæc autem probantur, quoniam quandocunque Summus Sacerdos peccat per ignorantiam, peccatũ ſuum eſt maius peccato totius populi, & peccato Principis, & peccato perſonarũ priuatarum; cuius ratio eſt: quia Summus Sacerdos tenetur plura ſcire in lege Dei, quàm omnes de populo, & quàm ipſe Princeps, & plus qualibet perſona priuata, vt probatum fuit præcedenti cap. peccatum etiam totius populi ſecundum ignorãtiam erat maius peccato cuiuſlibet perſonæ priuatæ, ex cauſa aſſignata præcedenti capit. In peccatis autem ſecundũ malitiam, non ſtat diſtinctio iſta ſemper ſic determinata, quoniam interdum peccatũ perſonæ priuatæ ſm malitiam eſt maius peccato Principis, & Summi Sacerdotis, quia in opere maioris mali peccat, vt ſi Sacerdos magnus peccet, ex malitia in aliquo peccato paruo, & perſona priuata peccet ex malitia in aliquo opere valde magno, erũt enim hæc peccata diſparia: vel ſi in eodem genere peccati Summus Sacerdos, & aliqua priuata perſona peccent, & priuata perſona ex maiori feratur malitia quàm Sacerdos magnus: nam tunc neceſſarium erit Summi Sacerdotis peccatum minus eſſe peccato perſonæ priuatæ: non ergo debuerunt diſtingui hic diuerſa animalia immolanda ſecundũ differentiam perſonarum peccantium, ſicut præced. c. diſtinguebantur. Item alia cauſa eſt; quoniam licet contingat ſm ignorantiam peccare Summũ Sacerdotem, & totum populũ, & Principem, atque quemlibet de perſonis priuatis; non contingit tñ quantum ad omnes iſtos euenire peccatum ſm paſſionem, aut ſecundum malitiam, aut ſi poſſibile eſſet euenire ſm naturam, rariſſimè tñ eueniet. Nam populus totus nunquam ſimul peccat per paſſionem, ſicut peccat vna perſona priuata, nec eodem modo per malitiam, aut per negligentiam: peccat tñ per ignorantiam ſicut præced. c. declaratum fuit. Nõ ergo debuit poni hic diuerſitas determinata animalium immolandorum, ſed eadem pro omnibus poni debuerunt. *Si peccauerit anima.* i. ſi peccauerit homo, ſiue ſit Sacerdos magnus, ſiue Princeps, ſiue perſona priuata, qm̃ omnibus nõ diſpar iudiciũ eſt: & nõ accipitur hic anima pro homine, qui ſolum homo eſt, i. qui non habet aliquam dignitatem vltra eſſe hominẽ, ſed pro omnibus, ſiue homines ſolum ſint, ſiue habeant aliquid vltra hoĩem. *Et audierit vocem iurantis.* Hic agitur de peccato ſm paſſionem, qđ tñ verius eſt ſm malitiã, & conſiſtit in hoc, ſi aliquis vidit, aut audiuit aliquam, rem, pro qua in teſtimonium ducitur, & inquiſitus à iudice, non vult reſpondere, totum, quod vidit, aut audiuit, & ſi iuret alicui de partib. peccat, & dẽt ſibi imponi in pœnam, ꝙ faciat ſacrificium, de quo infra dicetur.

Summus Sacerdos in lege Dei plura ſcire tenetur.

Cum quis in teſtem producitur, an ita peccet ſubticendo veritatem, ſicut exprimendo falſitatem. Quaſt. 11.

CIRCA quod conſiderandum eſt, ꝙ in iudicio ſubticere veritatem cũ aliquis in teſtem productus eſt, ita peccatum eſt, ſicut falſitatem exprimere: quia æquale damnũ ex vtroq; inducitur: nam etiam ſi interdũ maius damnũ in exprimendo falſitatem eueniret, tñ quãdoq; in ſubticendo veritatem æqualia ſubſequuntur mala, vt ſi quis in cauſa criminali in teſtẽ producatur, & cõtra eum falsè deponat, expreſſio iſta falſitatis mortis illatiua eſt, ſed rurſus ſi aliquis alterum capitaliter accuſauerit, & ad talionẽ ſe inſcripſerit, & reus iuſtè accuſetur, & teſtis productus, quo actor intentionẽ ſuã probaturus erat, veritatẽ ſubticeat, faciet, vt accuſator capitaliter puniatur. Quid igitur differt, ꝙ aliquis veritatem ſubticẽdo accuſatorem iniuſtè puniri capitaliter faciat, an ꝙ falſitatẽ exprimẽdo faciat iniuſtè accuſatum puniri? Nihil quidem differt. Subticere igitur veritatem in iudicio, par peccatũ eſt ei, quod eſt falſitatem exprimere. Hic aũt dicitur de eo, qui

F adductus in teſtem, veritatem ſubticuit, & per hoc nocuit producenti eum in teſtem. Et dicitur hoc peccatum ſm aliquos eſſe per paſſionem, quoniam qui veritatem in iudicio ſubticet, aut propter amorẽ alicuius fecit, vt ei prodeſſet, aut propter odium alterius; vt ei noceret, amor autem & odium paſſiones ſunt; ideo qui propter iſta veritatem ſubticet, per paſſionem peccare dicitur. Sed nec iſte modus valde conueniens eſt: quoniam hoc modo omnia peccata noſtra per paſſionẽ facta eſſe dicerentur, qm̃ quotieſcũque peccauerimus, aliquid ſimile his nobis eſt, quod nos ad agendum mouet, quo conceſſo, non relinqueretur aliquid ſm quod per malitiam peccare diceremur; diſtinguitur tamen peccatum per malitiam ab aliis. Conſiderandũ ergo eſt, ꝙ non dicimur peccare per paſſionẽ quotieſcunque aliqua paſſio in peccato noſtro interuenit, aut G ipſum actũ præcedit, hoc autem falſum eſt: qm̃ tunc cum peccatum per malitiam à peccato ſecundum paſſionem diſtinguatur, ſolum eſſet peccatum per malitiam, quod per intellectum, & voluntatem nulla alia affectione interueniente ſit. Sed hoc non poteſt ſtare: quoniam intellectus & voluntas, ſecundum ſeipſa, nũquam inclinarentur ad peccandũ, cum intellectus, & ratio ſemper ad optima ſint, iuxta Ariſt. in 9. Ethic. Dicendum ergo eſt nullum peccatum eſſe in nobis, niſi id per ignorantiam fiat, præter illa, quæ cum aliquali motu partis affectiuæ fiũt; & ſic dicendum eſt, generaliter eſſe peccatum fieri cum aliquali paſſione, niſi id quod ſecundum ignorãtiam eſt; non tamen vocantur peccata, ſecundum paſſionem omnia, quæ per aliquam paſſionem fiunt, ſed illa, quæ per paſſionem fortiter commouentem explentur. Vnde com- H muniter duas paſſiones ponimus, quæ fortes, & impetuoſæ ſunt, ſ. iram, & delectationem: delectationem autem dico ſiue eam, quæ in tactu, ſiue eam, quæ in guſtu eſt, hæc enim fortiter impellunt & commouent, ita vt videatur nobis aliqualis velut inducta neceſſitas, ideo cum aliquis per has duas paſſionales affectiones agit, per paſſionem agere dicitur; & cum hæ duæ ſint, duo ſunt genera peccatorum, quæ per paſſionem fiũt. ſ. quædam per iram, & alia per libidinẽ, & intemperãtiam ciborum, cetera autem licet per quoſdam affectus paſſionales fiant, non tñ dicuntur peccata ſecundum paſſionem; & ideo cum aliquis cupiditate pecuniarũ malum agit, nõ dicitur eſſe peccatum ſecundũ paſſionem, quanquam cupiditas ipſa paſſio quædam ſit. Etiam peccata illa, quæ per paſſionem facta eſſe dicuntur, ſunt per aliquos motus paſſionales, qui actuali- I ter inſurgunt, & impedientes non permittunt rectam rationem perfectè deliberare, & ſecundum hoc diminitur aliqualiter grauitas peccati. Si tñ ſint aliquæ paſſiones, quæ non ſint motus ſubito inſurgẽtes, ſed inueteratæ ſint, & quietæ, qui per eas agit, non dicitur peccare ſecundum paſſionem, ſed magis ſecundũ malitiã. Vnde quia odium paſſio eſt, & tamen inueterata eſt, qui per odium aliquid egerit, non dicitur agere ſecundum paſſionem, ſed p malitiam. Ira autem eſt quidã motus ſubito factus per commotionem ſanguinis: vnde, qui ſm iram peccat, per paſſionem agere dicitur. Ratio autem diuerſitatis eſt: quoniam iræ motus ſubitus, & violentus eſt, odiũ verò eſt aliquid quietum, ex antiquo manens. Cõformiter autem dicendũ eſt de eo, qui amore, qui ſm libidinem, & de eo, qui cupiditate poſſidẽdarum rerũ malum aliquod agit, quia K iſte non agit per motum aliquem in eo nouiter inſurgentem, ſed per aliquid quietum, & manens, nam libido interdum ſurgit, interdum reſidet: cupiditas autem æqualiter immanet, ideo, qui malũ aliquod agit cupiditate ductus poſſidendarum rerũ, non per paſſionem, ſed per malitiam agere dicitur; ideo generaliter dicẽdum eſt, quòd quãuis in omni peccato fiat aliqua paſſio, tñ non vocãtur omnia peccata ſm paſſionẽ, ſed ea ſolũ, quæ aut per iram, aut per delectationem tactus, & guſtus fiunt. Cum ergò dicitur hic, ꝙ ille, qui adductus in teſtem ſubticuit veritatem in iudicio, amore ductus, vt alicui proficeret, aut odio illectus, vt alteri noceret, ꝙ agit, ſm paſſionem nõ poteſt ſtare: ſed dicendum eſt, eũ facere ſecundũ malitiam, & ſic principiũ huius cap. de illis agit qui peccãt ſecũdũ malitiam: deinde aũt de his, qui ſecundum negligentiam peccant. *Et audieris vocem iurantis.* i. audierit à iudice mãdante ſibi

Quid ſit per paſſionẽ peccare.

In omni peccato præcedit aliqua paſſio, niſi in peccato præter ignorantiam.

Qui per odiũ aliquid, ſecundum malitiam agit. qui vero per iram, ſecundum paſſionem agit.

re ſibi, q ipſe iuret: nam non poteſt intelligi, q ipſe audiuerit aliquem alium iurãtem, cum dicatur, q ipſe debeat eſſe teſtis, iuramentũ autem ad teſtes pertinet, & ideo littera Hebraica hic clarior eſt quæ dicit: *Et audierit vocem iuramenti*, id eſt, ſi audierit anima iſtam vocem iuramenti, id eſt, audiuerit vocem iudicis, in qua iudex mandet ſibi iurare. Alio modo intelligi poteſt iſta littera, q accipiatur ſicut iacet, ſ. ſi audierit vocem iurãtis. Et erit caſus iſte, aliquis vidit duos contendentes ſuper aliqua re, & vnus eorum iurauit alteri ſe daturum aliquam pecuniam, qui cum dare nolit, accuſatur ab alio, cum quo contractus factus erat iuramẽto firmatus, & allegatur ab eo, quòd iſte iurauerit ſe daturum: tunc ſi iſte neget, & producatur in teſtem ille, qui audiuit, & deponat ſuper aliqua parte negocij, & nolit deponere ſuper iuramento, nec ſuper tota veritate cauſæ, peccat, & nocet ei, à quo in teſtem producitur, & dẽt facere ſacrificia, de quib. infra dicetur, & tũc applicatur littera. *Si peccauerit anima, & audierit vocẽ iurantis.* id eſt, ſi aliquis homo audiuit vocem iurãtis, id eſt, quomodo vnus de contrahentibus iuramento firmauit ſe aliquid alteri daturũ, & poſtea in teſtem productus non vult reuelare, & per hoc peccauerit, portabit iniquitatem ſuam. Et ſciẽdũ, quòd hic eſt ordo commutatus, quoniam Primò deberet dici, ſi anima audierit vocem iurantis, teſtiſq. fuerit, quòd ipſe audierit, aut conſcius eſt, niſi indicauerit, peccauit, & ſic deberet hic in fine poni, peccauerit, & non à principio: quoniam primo aliquis audiuit, & in iudicio productus veritatem celat, quam peccet. *Teſtiſq. fuerit, quòd ipſe vidit, aut conſcius eſt.* Hoc poterat intelligi dupliciter: vno modo, teſtiſq. fuerit, id eſt, ſi fuerit inductus in teſtem. Alio modo teſtiſq. fuerit, id eſt, quòd iſte poteſt eſſe teſtis in cauſa, ſcilicet, quia cognoſcit veritatem cauſæ, & iſte ſecundus modus eſt ſenſus litteræ, ſcilicet, teſtiſq. fuerit, quod ipſe vidit, aut conſcius eſt, id eſt, quòd iſta anima audiuit vocem alicuius iurãtis in faciendo aliquem contractum: & ex hoc teſtis eſt. i. poteſt eſſe teſtis, vel deponere in cauſa hac. Et ſubiungitur quomodo iſte poſſit eſſe teſtis, & dicitur, q ipſe vidit aut conſcius eſt. i. ideo iſte poteſt eſſe teſtis, quia vidit. ſ. quia vidit factum illud, vel conſcius eſt. i. cognoſcit aliquo alio modo quam per viſum, qui modus ſit ſufficiens ad inducendum probationem. *Niſi indicauerit.* Hoc eſt verum in iudicio, qm ſi in teſtem producatur, & veritatem occultet, ita peccat, ſicut ille, qui falſitatem exprimit, vt ſupra probatum eſt. Extra iudicium tamen non peccat aliquis in non indicando veritatem: quia tunc teneretur aliquis omnia quæ fieri vidit alteri denunciare, quod abſurdum eſt. Hoc aũt verũ eſt, niſi aliqui per aliquã legẽ cogantur, vt cum viderint talia, vel talia fieri, denũciẽt prælato, aut alicui alteri: qm tunc quamuis extra iudiciũ ſit, ſi veritatẽ non reuelaret peccati reus eſſet; hic tamen ſolum de iudicio dr, qñ in teſtem aliquis productus eſt, & veritatem indicare non vult. *Portabit iniquitatem ſuam.* id eſt, iſte, qui inquiſitus veritatem ſubticuerit, portabit iniquitatẽ ſuã. i. tolerabit pęnam pro illo peccato quod agit in ſubticendo veritatem. Hic autem ponitur portare, pro ſuſtinere, quoniam qui aliquid portat, ſuper ſe illud tenet, & ſic portare iniquitatẽ dr, qui pęnas pro iniquitate ſuper ſe recipit.

An ſubticentibus veritatem in iudicio, pœna imponenda ſit, vel poſſit hoc deleri per ſacrificia. Quæſt. 111.

CONSIDERANDVM autem q quamuis hic ponatur de iſto qui peccat non declarando veritatem cum in teſtem producitur: tamen non ponitur aliqua pęna eius, nec ſacrificium quòd facere deberet pro illa culpa, ſed ſolum dicitur, q portabit iniquitatem ſuã. i. q. ſuſtinebit pęnã pro iniquitate ſua. Et in hoc poteſt dari duplex intellectus: vno modo q dicamus iſtũ, qui ſic peccauit, nõ expiari per aliqua ſacrificia, ſicut eos, qui per ignorantiã aliquid fecerunt, aut per negligentiã; ſed iſte puniatur alio modo. ſ. q ſi cognitũ eſt iudici, q iſte veritatẽ occultat, puniat eum pęna falſi teſtis: falſis teſtibus aũt imponebatur pęna talionis, vt patet Deut. 19. cap. Sic igitur iſte, qui veritatem occultabat. Et hoc modo videtur dici Num. 15. qm cum ponantur aliqua ſacrificia pro illis, qui

Primus intellectus, & in hoc reſidet auctor.

A peccauerunt per ignorantiã, ſubiungitur de eo, qui peccauit per ſuperbiam, & dr: Anima verò, quæ per ſuperbiam, aliqd peccati cõmiſerit, ſiue ciuis, ſiue peregrinus ſit, qm aduerſus Dñm rebellauit, peribit de populo ſuo. Et ſic innuitur, q peccantibus ex malitia nõ pateat aliqua expiatio per ſacrificia, ſed debẽt ſuſcipere pęnas, quas meruere ſm iudicium humanum, vel diuinum. Alio modo intelligi poteſt q hic nõ ponatur aliquod ſacrificiũ quod facere deberet iſte, qui veritatem occultabat in iudicio: tñ intelligitur, q debet facere iſta ſacrificia: de quibus infra dicitur: & hoc fortè, quia Scriptura Sacra non vult idem repetere: & cum infra dictura eſſet, noluit hic dicere. Et etiam poterit hoc probari: qm in caſu, qui immediatè exprimitur. ſ. de illo homine, qui tetigit aliquid immũdum, vt morticinum, vel reptile, & ſimilia, in quibus homines B coinquinari poſſunt, non ponitur de illo aliquod ſacrificium: & tñ intelligit q debet facere ſacrificia, de quibus infra: qm non poteſt dici, q pro hoc peccato immunditiæ aliquis deberet mori, aut pati aliam pęnam corporalem, ſiue qualitercunque temporalem, ſed ſolum ſacrificia, quæ propriè erant ad emundationes talium irregularitatum corporalium, ſicut ait Apoſtolus ad Hebr. 5. cap. Ergo ſic in iſto caſu, quamuis non exprimatur aliquid, quod fieri deberet in ſacrificiis, per quod expietur per illas ceremonias ſacrificiorũ, de quibus infra. Itẽ patet, q hoc peccatũ per ſacrificia expiari poſſit: nã alia peccata grauiora per ſacrificia expiantur, ſicut patet infra 6. cap. vbi agitur de peccato, quod eſt per malitiam. ſ. contempto Deo, & dato aliquo damno, vel facta fraude proximo: & tamen per ſacrificia illa peccata delentur, vt habetur ibidem. Item, ſi C non deberet aliquod ſacrificium poni pro iſto peccato de ſubticẽte veritatem in iudicio; fruſtra hic poneretur, quoniam hic agitur de diuerſitate ſacrificiorum ad expiationem peccatorũ, fruſtra igitur poneretur peccatum illud, quod nullo ſacrificio expiandum erat: vr igitur, q q.ᷓ hic non exprimatur modus ſacrificij pro peccato iſto, tamen ſit ſacrificium expiatiuũ huius, illud quod infra ponitur. Dicendum aũt eſt ſm veritatẽ, q qñ aliquis audiens, vel videns aliquos facientes cõtractus, & iurantes in eiſdem, ſi produceretur in teſtem, & veritatem ſubticeret, erat ei imponenda pœna à iudice, quæ eſt pœna falſi teſtis, ſicut ſi falſitatem expreſſiſſet, & non poterat expiari hoc peccatũ per aliquod ſacrificiũ, ſed tolerando pœnã inflictam à lege. Et hoc eſt quod dicitur in littera. ſ. *Portabit iniquitatem ſuam.* i. cum ſic deliquerit, nõ fiet pro eo aliquod ſa- D crificium, ſed ſuſtinebit pœnam, quam meretur ſiue corporalem, ſiue pecuniariam: nã hoc generale eſt, quoniam illa peccata, quæ erant directè contra proximũ, nunquam expiabantur per aliquod ſacrificiũ, ſed ſatisfactione facta proximo: quia aliàs aliquis occideret alterum, aut percuteret, aut res eius furto ſubtraheret, & oblato aliquo ſacrificio expiaretur, nec teneretur ad aliquam ſatisfactionem proximo faciendam: hæc namque iniquiſſima lex eſſet. In his igitur peccatis, quæ contra proximũ directè ſunt, nunquam fiebat expiatio per ſacrificia, ſed per tolerationem pœnarum. Illorum aũt peccatorum, quæ contra Deũ fiebant, quædam erant, quæ non poterant per ſacrificia expiari, vt quia magna peccata erant, ſicut peccatum idololatriæ, & violationis Sabbati; quoniã in his peccans, moriebatur. De idololatria patet Deut. 13. & 17. c. de viola- E tione Sabbati patet Exo. 35. c. & Num. 15. Hoc aũt peccatum, de quo hic dicitur, erat directè in proximum, ideo nullo ſacrificio expiandũ erat, ſed ſola toleratione pœnæ: peccatum aũt quod eſt in Deũ ſolum, & nõ eſt valde magnum, per ſacrificium aboleri poterat: ſicut cum fiebat violatio alicuius cæremoniæ obſeruandæ, ſiue cũ aliquod peccatum partim erat contra Deũ, & partim contra proximum. Pro ea parte qua contra proximum erat, ſatisfactione delebatur: inquantum verò contra Deum erat per aliqua ſacrificia tollebatur, ſicut patet ſequent. cap. Nunc autem ſecundum hæc reſpõderi poteſt ad quatuor argumenta, quæ pro contraria parte fiebant. Ad primum, qñ dicebatur, quòd quamuis non exprimeretur hic aliquod ſacrificium debere fieri, tamen ſubintelligitur, quia noluit hic Scriptura ponere, cum infra poſitura eſſet, ne cogatur idẽ ſæpè repetere. Et dicẽdũ eſt nõ poſſe hæc exponi ſic

Prima ratio. *Secunda ratio.* *Tertia ratio.* *Quarta ratio.* *Determinatio auctoris.* *Nullum peccatum quod eſt cõtra proximum, ſacrificio delebatur, ſed pœnis, & ſatisfactionibus.* *In idololatria, ac Sabbati violatione peccãs moriebatur.* *Ad primam rationem.*

Sacra Scriptura vellet euitare frequentem repetitionem F
eiuſdem rei,& ob hoc pluribus caſibus poſitis ſubiungat pro omnibus illis eaſdem cæremonias,nõ debuiſſet ſic facere;ſed hic in iſto primo caſu poſuiſſet ſacrificium illud, quod fieri debebat, & cum ſubiungeret alios caſus, non repeteret quod ſemel dictum erat,ſed referret illos ad ſupradictas cæremonias:ſicut patet præcedenti cap.vbi primò cum ponerentur completæ cæremoniæ ſacrificij pro peccato Summi Sacerdotis,& deinde ageretur de ſacrificio pro peccato populi, referuntur cæremoniæ huius ad cæremonias ſacrificij ſuperioris. Identidem, cum in eodem cap. fieret mentio de crematione adipis in ſacrificio pro peccato Principis,& pro peccato perſonarum priuatarum,fit remiſſio ad cæremonias ſacrificiorum pacificorum; hic autem non fit ſic: quoniam ponuntur duo caſus, in quibus nullum ſacrificium ſubiungitur, & deinde G
in tertio apponitur ſacrificium: ergo non eſt intelligendum, ꝙ peccatum, de quo hic in principio dicitur, expietur per ſacrificiũ,de quo agitur infra.

Ad ſecundam rationem.

Ad ſecundũ reſpondendũ eſt,cũ dr̃, ꝙ in caſu inferiori immediato non ponitur aliquod ſacrificium quod fieri deberet pro illo peccato,& tamen manifeſtum eſt,ꝙ illud expiari debeat per ſacrificium,& nõ per aliquam pœnam temporalem: ergo ſic erit in iſto caſu;& dicendum eſt,nõ tenere illud argumentum propter duo. Primò, quia iſta duo peccata non ſunt ſimilia: nam peccatum,de quo hic agitur, eſt peccatum ex malitia, & in proximũ,ideo indiget temporali ſatisfactione,aut punitione; peccatũ autem,de quo in caſu ſequenti,non eſt ex malitia, ſed ex quadam negligentia: & illud eſt non contra proximũ, ſed contra quaſdam cæremonias munditiæ à lege poſitas:ideo in illo rationabile H
erat,ꝙ fieret expiatio per aliquod ſacrificium:licet nõ ponatur;in hoc autem nõ eſt rationabile expiari per ſacrificia,quoniam diſſimiles caſus ſunt,ſed oportet eſſe per pœnam temporalem. Alio modo poteſt reſponderi ad hoc.ſ. ꝙ non debet fieri ſacrificium ad expiandum peccatum,de quo hic:& debeat fieri ad expiandum ſacrificium de peccato,de quo infra: nam in iſto caſu aſſignatur pœna temporalis,cum dicitur: Portabit iniquitatẽ ſuam.i.tolerabit pœnam pro iniquitate,quam fecit; in ſequenti autem caſu declaratur,ꝙ debeat fieri expiatio per ſacrificia, cum dicitur: Subiacebit delicto.i.anima, quæ peccauerit taliter ſe contaminando, ſubiacebit delicto.i.erit ſubiecta, vel obligata ad pœnam pro delicto. Ponuntur autem pro delicto pœnæ in obſeruatione aliquarum cæremoniarum legalium in ſacrificiis, ſicut patet infra ſequen.c.ergo cum I
dicatur aliquis ſubiectus delicto, nihil aliud eſt dicere, q̃ vt dicamus eum obligatum ad faciendũ cæremonias pro delicto;ꝙ autem aliquis portet iniquitatem ſuam, longe aliud eſt.

Ad tertiam rationem.

Ad tertium argumentum,quãdo ſupra dicebatur,ꝙ maius peccatũ eſt illud, quod fit per malitiã quam quod fit per paſſionẽ;ſed peccatũ per malitiam expiatur per ſacrificia,vt patet ſeq.cap.ergo & peccatũ per paſſionem,de quo hic. Dicẽdum eſt,iſtã cõparationem nõ procedere propter duo:

Hæc comparatio non procedit.

Prima ratio.

Primum,qm̃ iſtud peccatum,de quo hic dr̃,nõ vocatur propriè per paſſionẽ,ſed ſm malitiam, ſicut ſupra probatum fuit: ideo oportet argui de peccato ſm paſſionem ad peccatũ ſm malitiã.

Secunda ratio.

Secũdò,quia qñ dr̃ peccatũ per malitiã expiare per ſacrificia, non eſt verum ſimpliciter:ſed diſtinguendũ eſt:quia ille,qui peccat per malitiam, aut peccat contra Deũ, aut cõtra proximum: K
ſi contra Deum peccet nolens obedire legi, ſed contemnẽs Deum directe,nõ poterat expiari per aliquod ſacrificium, nec Deus dabat pro talibus peccatis aliquas legales expiationes, ſed oportebat vt ille qui taliter peccaret, moreretur;ſicut patet Num.15.cum dr̃:Anima verò,quæ per ſuperbiam aliquid peccati commiſerit, qm̃ aduerſus Dñm rebellis fuit,peribit de populo ſuo. Verbum.n.Domini contempſit.i. præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur,& portabit iniquitatem ſuam. Si autem aliquis contra Deum peccet, & nõ ex ſuperbia, ſed ex ignorantia,aut negligentia, & hoc in quibuſdam cæremoniis legis, expiatio fiebat per ſacrificia. Cum autem aliquis peccaſſet contra proximum,quia in peccato iſto includebatur etiam peccatum contra Deum, cum feciſſet contra legem à Deo datam,aliquando iubebat Deus,vt fieret ſatisfactio ipſi proximo, & fieret ſacrificium Deo pro peccato,quod hic cõtra ipſum erat:aliqñ autem ſolũ iubebat fieri temporalem ſatisfactionem ipſi proximo, vel legi, non imperans ſibi aliqua ſacrificia fieri. De primo patet exemplum ſequenti cap.vbi agitur de illis, qui ſcienter negant proximo ſuo aliquod depoſitum, vel aliquid ab eo extorquent;aut calumniam faciunt;& tunc iubetur,vt ei cui facta eſt iniuria,vel damnũ,reſtituatur quod ablatum eſt, & inſuper quinta pars; & quia iſtud peccatum etiam tendit contra Deum, iubetur, vt peccans offerat arietem Domino. De ſecundo patet hic exemplum; quia peccatum erat contra proximum directè, cum læderetur, eo ꝙ teſtis nolebat deponere veritatem in cauſa eius; & etiam erat contra Deum; ſolum tamen imponitur pœna temporalis.ſ.vt portet iniquitatem ſuam.i.quòd puniatur ſm legem, & nihil offert.

Ad quartam rationem.

Ad quartum arg.qñ dicebatur hic agi de expiatione peccatorũ per ſacrificia, & hic ponitur peccatũ ſubticentis veritatem;ergo oportet dare aliquam expiationẽ ſacrificij pro illo, alioquin ſuperfluum videbitur.Dicendum,ꝙ quamuis ponantur hic diuerſi ritus ſacrificiorum ad expiationes peccatorũ: tñ hoc peccatum,de quo hic,non ponitur,vt aliqua expiatio fiat pro illo,ſed ſolum,vt tollatur dubium: qm̃ cùm hic dicatur de multis peccatis quomodo per ſacrificia expientur, crederet aliquis hoc poſſe fieri in omnibus peccatis, quod erat valdè iniuſtum:ideo dr̃,ꝙ nõ fieri aliqua ſacrificia pro eo, ſed qui taliter egerit,portabit iniquitatem ſuam,non impoſito aliquo legali expiatiuo. Concluditur igitur, ꝙ iſte caſus de ſubticente veritatem in iudicio,non debet referri ad caſus inferiores,in quibus aliquod ſacrificium fit,ſed ſolum ponitur ad diſtinguendum ab aliis, ſcilicet, quòd in eo nullum ſacrificium fiat,ſed imponatur pœna temporalis.

De peccato ſecundum negligentiam & quid ſit illud.

Anima,quæ tetigerit. Hic agitur de peccatis ſecundum negligentiam:& vocantur peccata ſm negligẽtiam hic,qñ aliquis peccat, & non curat expiare peccatum, & poſtea recordatur peccati ſui; qm̃ tunc debet fieri quod hic dicitur; & quia iſtud peccatum eſt contra quaſdam cæremonias legis,& propter hoc ꝙ nõ eſt valde magnum: non imponitur vt peccans portet iniquitatem ſuam, ſicut ſupra,ſed quòd expietur per aliqua ſacrificia. *Anima,quæ tetigerit aliquid immundum.* Iudæi erant populus Dei, & populus ſanctus,ideo iuſſerat Deus,vt abſtinerent ab omni immũditia,& ſic vetabat multa animalia comedi,tam de auibus,quam de pecoribus, vt patet infra, 11.c. & non ſolum in cibo hoc faciebat,ſed etiam in tactu;quoniam ſi

Quæ erãt immũda, per quorũ contactũ homines efficiebãtur immundi.

aliquis tangeret aliquod morticinium, aut cadauer illorum animalium quæ ad eſum vetita erant, immundus erat, vt patet infra, 11.cap.& ſi quis tetigiſſet leproſum, aut ipſe leproſus eſſet,immundus erat,vt infra 14.c.Idem de viris fluxum ſeminis patientibus,& de tãgẽtibus eos, & lectum eorum,& loca,in quibus ſediſſent,& de mulieribus patientibus fluxũ ſanguinis,& de mulieribus menſtruatis, & de tangentibus omnia iſta, erat enim per hoc immundus,vt patet infra 15.cap.& de tangentibus cadauera hominum mortuorum,aut oſſa ſparſa in agro,aut ſepulchra,vel intrantibus in domos, in quibus aliquis mortuus exiſteret: quoniam in omnibus his cauſabatur immunditia, vt patet Num.19. & cum incidebat homo in iſtas immunditias, debebat obſeruare leges purificationum,de quibus infra,12.& 18.cap.& Num.5.& 19.quòd ſi fortè aliquis non obſeruaret iſtas cæremonias, & obliuiſceretur peccati ſui, deinde recordaretur eius, tenebatur hac lege.

Immundum duplex eſt.

Aliquid immundum. Poteſt accipi immundum largè, ſcilicet pro omni, quod aliquo modo immundum eſt, & iſto modo dicendum eſt ea, quæ ſequuntur, eſſe exempla huius, ſcilicet particulæ contentæ ſub immundo vniuerſaliter dicto. Alio modo poteſt accipi immundum pro eo, quod totaliter & ſecundum ſe immundum eſt. *Siue quod occiſum a beſtia eſt.* Animalia enim, quæ occidebantur à beſtiis quamquam aliàs mũda eſſent, tñ efficiebantur ſic immunda, & non licebat veſci carnibus eorũ, vt patet Exod.22.c.etiam patet infra 22.c. & non ſolũ nõ licebat comedere iſtas carnes animalium occiſorum à beſtiis,ſed etiam non licebat tangere,& hoc, dato ꝙ illa animalia ſecũdum ſpeciem ſuam eſſent munda,vt bos,capra,ouis,ceruus,bubalus,& ſimilia. *Aut per ſe mortuum.*

mortuum. Animalia quoque quæ per ſe moriebantur co- A medere non licebat: quoniam infecta erant: nec ẽt tangere illa licebat: quocunque enim modo incurrebatur immunditia, vt patet infra, 11. cap. & ibi ponitur expiatio pro hoc. *Aut quodlibet aliud reptile*. Omnia reptilia immunda erant, nullumq; eorum licebat comedi, nec tangi, vt patet infra 11. cap. cum dicitur: Omne quod reptat ſuper terram, abominabile erit, nec aſſumetur in cibum: nolite cõtaminare animas veſtras, ne tangatis quicquam eorum, ne immundi ſitis. *Et oblita fuerit immunditiæ ſuæ*, id eſt, ſi aliquis tetigit iſta, quæ dicta ſunt, aut eorum aliquod; & per hoc incidit in immunditiam, nec immediatè curauit expiari, & poſtea oblitus eſt immunditiæ: ſi iterũ recordetur, tenetur ad pœnam delicti. *Rea eſt, & deliquit*. id eſt, anima iſta quæ ſic ſe contaminauit, rea eſt. ſ. quia contaminata eſt: etiam ſi nunquam oblita fuiſſet iniqui- B tatis ſ. a; & dicitur, ꝙ deliquit, inquantũ omiſit ſe expiare eo tẽpore, quo expiari poterat: & ſic ſunt duo. ſ. ream eſſe, & delinquere: quorum alterum refertur ad peccatum ipſum, qñ fit ſimpliciter: & eſt teneri ad pœnam: alterũ. ſ. delinquere, eſt ſolum omittere tẽpus expiationis, qm̃ in his immũditiis tenebatur aliquis immediatè expiari per regulas datas: & ſi non expiabatur, in hoc peccabat, & erat alterum peccatum ſuper ipſum, quod erat primo peccauiſſe: vnde ſi aliquis peccaret in his contaminationibus, & immediatè expiaretur, reus erat, ſed nõ delinquebat: qui autem non immediatè expiabatur, reus erat, & delinquebat: & ob hoc magis tenebatur aliquis, cũ reus erat, & delinquebat quam cũ ſolum reus eſſet: nam ſi ſolũ immunditiæ reus eſſet, expiabatur per cineres luſtrationis, aut p quaſdam ablutiones factas in aquis: de quibus infra, 11. C 14. & 15. cap. & Num. 19. Si reus eſſet aliquis immũditię, & delinqueret, non expiabatur, illis ablutionibus, ſed delicto ſubiacebat, vt hic dicitur, id eſt, tenebatur facere ſacrificium pro delicto, de quo ſeq. cap. *Et ſi tetigerit quicquam de immunditia hominis*. Tangendo immunditiã hominis efficiebatur aliquis immundus: erat aũt immunditia hominis ſtercus, quod nemo contingere deberet: & ſi contigiſſet, debebat expiari quibuſdam ablutionibus, de quibus Num. 19. & ne homines contaminarentur in his, iubebatur vt haberent locum extra caſtra ad purgãda ſecreta naturæ, vt patet Deut. 23. Alio modo accipitur immunditia hominis pro omni illo, in quo homo immũdus eſſe ſolet, ſicut fluxus ſeminis; ſiue in coitu, ſiue alias: hic autem accipitur de omni immunditia hominis generaliter comprehendendo. *Iuxta omnem impuritatem qua pollui* D *ſolet*, id eſt, ſi tetigerit aliquam immunditiam de omnibus illis in quibus homines pollui ſolent. Cõſiderandum aũt eſt hic, ꝙ ſolum agitur expreſſe de immũditia, quam aliquis incurrit tangendo, ſed non ſolum intelligendum eſt de hac, ſed etiam de aliis immũditiis: nam ſi aliquis ex eo ꝙ tangebat hominem fluxum ſeminis patientem, aut mulierem menſtruatam, immundus erat, & ſi omitteret expiationẽ, tenebatur hac lege, & multo tenebatur ille, qui talem fluxum patiebatur, & ipſamet mulier menſtruata: lex tñ expreſſe loquuta fuit hic de immunditiis, quæ cauſantur per contactũ: qm̃ iſtæ ſunt minimæ immunditiæ: & cũ imponatur his pœna, à fortiori intelligitur aliis maioribus pœna impoſita. *Oblitaq; cognouerit*, id eſt, ſi cognouerit ſe incidiſſe in illam immunditiam, poſtquam oblita eſt ſe peccaſſe, erit quod ſequitur. *Subiacebit delicto*, i. iſta E anima, quæ ſic commaculata eſt, non tenebitur ad expiationem, quæ fiebat pro iſtis immũditiis, ſi immediate expiabatur; ſed ſubiacebat delicto, id eſt, tenebatur ad pœnam, quæ datur pro delicto. Pœna autem pro delictis, eſt quædam ſacrificiorum oblatio, de qua ſeq. cap. nec intelligitur hic delictũ largè pro omni peccato, quia tunc non erat aliqua certa pœna impoſita, ſed delictũ dĩ à delinquẽdo. i. omittẽdo, ſ. qñ aliquis omittebat facere expiationem pro peccato, ad quã immediatè faciẽdã tenebatur. *Anima quæ iurauerit*. Hic ponitur alius caſus, i quo hoĩes ſolẽt communiter peccare. ſ. cũ aliqs iurat ex impetu alicuius paſſionis, ſe aliquod malũ facturũ, & poſtea nõ cõpleuerit, & fuerit oblitus illius iuramẽti, atque poſtea recordatus, tenebitur ad pœnã illius legis. *Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis ſuis*, i. ſi aliqs loquutus fuerit, & illud iuramẽto

Quid ſit ream eſſe, ac delinquere.

Si aliquis incideret in immũditiã, & non ſe expiarẽt, quid faciendum erat.

Pœna pro delictis quid ſit.

Caſus in quo homines communiter peccare aſſolent.

firmauerit, vt faceret aliquid de eo, quod infra dicitur. Et dicitur protulerit labiis: quoniam ſi aliquis in corde ſuo horum aliquid propoſuit, & non fecit, nec tamen illud ore protulit, non tenebitur hac lege: quoniam neceſſaria eſt verborum expreſſio.

Si aliquis intra ſe Deo aliquid promiſit, etiam ſi verbis non proferat, eſt obligatus: non tamen proximo, niſi verbis proferat. Quæſt. IIII.

SED ad hoc aduertendũ eſt, qm̃ aliud eſt cum aliquid apud proximos agimus, & aliud cum apud Deum. Si autem apud proximos agamus, cum eis intẽtio noſtra, niſi per verba plenè patere non poteſt, non tenebimur niſi locuti fuerimus: vnde ſi aliquis apud ſe determinauit pro- B ximo ſuo ſe aliquid donaturum, non tamen verbo illi expreſſit, non tenebitur aliquid dare: ſi tamen verbo coram illo protuliſſet, teneretur. Apud Deum autem aliud eſt: quoniam ita Deo intẽtio noſtra cognita eſt, ſicut ipſa verba: & cum verba data ſint ad interpretationem eorũ, quæ concepimus iuxta Ariſtot. in 1. Perihermenias, cum ait: Sũt ea, quæ ſunt in voce, earum quæ in anima paſſionum notæ: quando de voluntate conſtiterit, ſuperuacuum eſt ad verba recurrere: ſed Deo voluntas noſtra pleniſſimè patet: ergo non attendet verba, ſed ex ipſa plena mentis deliberatione nos obligatos, aut non obligatos iudicabit. Quare cum aliquis apud ſe determinauerit aliquid ad Deum ſe facturum, ita tenetur, ac ſi verbo protuliſſet: vt ſi quis intra ſe vouerit ieiunaturum, aut religionem intraturum, nullo verbo expreſſo, tenebitur Deo ad intrãdum C religionem, vel ieiunandum; quod ſi non fecerit, infringit votum: nec oportet, vt aliquid verbo proferatur. In foro tamen iudiciali etiã de his, quæ in ſola mente concipiuntur nulla iudicatur obligatio fore: non quidem quia neget in ſolo actu interiori obligationem poſſe cauſari, ſed quia non poteſt ſibi conſtare de illa iudicialiter. Si tamen in foro pœnitentiali aliquis de ſe confiteatur, quòd intra ſe vouerit ſe religionem intraturum, aut aliquid alterum facturum, iudicabitur teneri ad illud. Hic autem dicitur, oportere eſſe probationem verbalem. Et hoc propter duo: Primò, quia quæ hic iurantur ad proximum pertinent; Secundò, quia licet magis ad Deum pertinerent: tamen agitur hic de impoſitione pœnali, quæ quia odioſa eſt, reſtringitur. *Vt vel male quod faceret vel bene*, id eſt, ꝙ iſta anima, quæ iurauerit promiſit ſe facturam aliquod D bonum vel malum. Iudæi autem dicũt hoc intelligi cum aliquis iurauit ſe facturum aliquod malũ, ſcilicet ſibi ipſi promittendo macerare carnem ſuam; ieiunans atque vigilans: quoniam tunc ſi non compleuerit, tenetur hac lege. Alii dicunt, quòd intelligitur hoc de malo quod alicui alteri infligendum eſſet, ſcilicet, quia iurauit aliquem occidere, vel percutere, aut ſimilia alia infligere: quoniam tunc non tenetur illa facere, ſed obligatur ad ſacrificium, de quo hic. Sed iſta non eſt plena expoſitio: quoniam non ſolum dicitur hic de eo, qui iurauit ſe facturum malum, ſed etiam ſi iurauerit ſe facere bonum: in his tamen expoſitionibus ſolum dicitur de eo, qui iurauit malum facere. Vnde ſciendum eſt, iſtam litteram intelligi poſſe dupliciter: aut de his, quæ ad Deum pertinẽt, & ad proximum: aut de his, quæ ad ſolũ proximum. E Si aũt accipiatur de his, quæ ad Deum pertinent, eſt notũ: vt ſi quis aliquid promiſit ſe facturum Deo, & illud iuramento firmauit, tunc intelligi poteſt dupliciter: qm̃ aut iſte, qui ſic iurauit erat ſanæ mentis, & deliberato animo egit, aut cum quodam impetu motus eſt. Si primo modo votum emiſerit, obligabitur illud cõplere: & tunc quamuis immediatè non compleat, & obliuiſcatur, & iterum recordetur, non tolletur ob hoc obligatio cauſata in voto, ſed ſemper tenebitur illud adimplere. Poſſet tamen iſta littera ad hunc caſum applicari. ſ. ꝙ iſte, qui ſic vouit, & oblitus eſt, quando recordatus fuerit, tenebitur complere votũ ſuum: quia tamen eo tempore, quo impleturus erat, non impleuit, tenebitur de negligentia: & vltra completionem voti, à qua nunquã ſoluitur, tenebitur offerre ſacrificium pro negligentia omiſſionis. Alio modo accipi poteſt, quod iſte qui iurauit & emiſit votum, fecit motus

Cap. 1.

Expoſitio auctoris.

Si quis impetu motus aliquid iurauit, D. offerre non tenebitur ad illud.

quoniam impetu paſſionali; & tunc non obligatur voto,
quia iuramentum nunquam ligat niſi deliberantem: id
eſt, quamuis iſte obliuiſcatur, & poſtea recordetur huius
iuramenti, non tenebitur ad cõpletionem voti, quia nul-
lum fuit: ſed quia incautè iurauit, tenetur ad offerendum
ſacrificium ſm quòd hic dicitur. Si autem iſtæ loquutio-
nes & iuramenta fiant ad proximũ, tunc aut aliquis pro-
miſit alicui ſe quicquam daturum, & iurauit, alteri obli-
gatio cauſata eſt: ſi iſte non reddat & poſtea obliuiſcatur
promiſſi, iterumq; recordetur promiſſi, non tenebitur ſo-
lum ad iſtud ſacrificium, ſed obligatur ſoluere ſemper id
quod promiſit; quoniam obligatio illa non perditur, q̄q̄
ſolutio differatur. Si autem aliquis aliquo impetu mo-
tus promiſit proximo ſuo aliquid ſe donaturum, nec ta-
men alius obligationem ſuſcepit, & iſte non complet
& obliuiſcitur, atque poſtea recordatur iuramenti, non
tenebitur complere promiſſum; ſed quia incautè iurauit,
tenetur offerre Domino ſacrificium. Idem autem ſi ali-
quis dixit ſe malum facturum proximo ſuo, & illud iu-
ramento firmauit; quoniam tunc ſiue deliberatè, ſiue ex
paſſione agat, nunquam tenebitur ad completionem vo-
ti, quia inhoneſtum eſt; ſed quia peccauit ſic iurans, tene-
bitur ad ſacrificium: de hoc hic. Iſtæ enim ſunt cõmunes
regulæ in iure, quòd ſi quis iracundiæ calore motus, aut
alia paſſione, non deliberatè aliquid ſe facturum iurauit,
non ligatur iuramento, ſed tenetur agere pœnitentiam,
quia ſic iurauit: nec tamen ex hoc periurus dicitur: quia
iuramentum illud non habuit vires obligandi. Si autem
aliquid illicitum iuretur, & illud etiam deliberatè fiat,
non tenebitur, nec debet iurans illud complere: immò ſi
compleret peccaret, debet tamen pœnitere quòd ſic iura-
uerit; & hic poteſt dici iurans magis periurus quàm in ca-
ſu ſuperiori; nã licet hoc quod hic promittitur tenendum
nõ ſit, tñ iurãs quantũ ex ſe fuit, obligatus eſt, quia delibe-
rato animo iurauit. *Et non fecerit.* Si aliquis aliquid bo-
num vel malũ iuraſſet, & feciſſet, q̄q̄ aliqñ in hoc bonum
ageret, & aliquando malum tñ non tenebatur per hanc
legem ſi tñ non cõpleſſet, tenebatur ad legem. *Et idipſum
iuramento firmauerit.* Hoc autem exprimitur, qm̄ ſi aliquis
promiſiſſet aliquid, & nõ iuraſſet quãquam nõ cõpleret,
nõ tenebatur hac lege; niſi forte illud eſſet aliquid, in quo
cauſaretur obligatio: qm̄ tũc ſine iuramẽto tenebatur ip-
ſe qui ſpoponderat cõplere: hic tñ cũ imponitur iſta pœ-
na ſacrificij, non imponitur ob hoc, niſi quia iuramentum
contemptum eſt, in quo Diuina atteſtatio fit: & ex hoc
Deus aliquo modo contẽni videtur, ſi verba promiſſionis
obligationẽ aliquã cauſent, vel non, nihil attinet ad iſtam
pœnam. *Oblitaq; poſtea intellexerit delictum ſuum.* i. ſi ali-
quis ſic iurans, oblitus fuerit iuramenti ſui, & non fecerit
aliquam ſatisfactionem pro eo. Et dicitur intellexerit de-
lictũ ſuum, & non peccatum, qm̄ peccatum eſt cũ aliquis
illicitè iurat. Quòd autem immediatè nõ ſatisfecerit ſed

Delictum quid ſit.

obliuiſcatur, omiſſio quædam eſt, quæ vocatur delictum;
& pro hac ſatisfaciendum ſibi erat; & q̄uis ſolum dicatur
hic de delicto, tamen non ſolum imponebatur iſta pęna
faciẽdi ſacrificium pro delicto, ſcilicet, quia omiſerat im-
mediatè pro illicito iuramento ſatisfacere, ſed etiam pro
peccato erat; nam vtrũque hic aboleri videbatur, ſ. quòd
illicitè iurauerit, & ꝙ omiſit immediatè ſatisfacere. *Agat
pœnitentiam de peccato.* Iſta eſt pęna præter ſacrificium. ſ.
quòd illicitè iurans ageret penitentiam. i. doleret, quia il-
licitè iurauit, quod eſt penitentiam agere. Et ſi fortè vel-
let aliquam facere ſatisfactionem, ieiunãdo, aut alterum
quid faciendo: & ſi non præmitteretur iſta penitẽtia, quæ
erat in dolendo pro peccato, non valebat aliquod ſacrifi-
cium: quoniam, ſicut ſæpè ſupra dictum eſt, ſacrificia
veteris Teſtamenti non proficiebant ex ſeipſis, ſed ex de-
uotione offerentium: & quia ſi non præmitteretur peni-
tentia pro peccato, non erat aliqua deuotio, non poterat
proficere ipſum ſacrificium. Et quanquam in alijs ſacrifi-
cijs quæ pro peccato fiunt non dicatur ꝙ debet penitere,
ſed ꝙ offerat aliquod ſacrificium, tamen intelligitur ꝙ

Sine pœnitentia peccatũ nullũ aboleri poteſt.

debet penitere; nam ſine penitentia peccatum nullũ abo-
leri poteſt. Quod verum eſt de his, quæ ſunt verè pec-
cata; ſecus autem cum aliquis incidebat ſine culpa ſua
in aliquas immunditias, de quibus ſupra dictum eſt;

F & habetur infra, 11. 14. & 15. c. & Num. 19. quoniam tũc
quamuis deberent fieri expiationes, ſicut in eiſdem cap.
continetur; tamen non oportebat ꝙ ipſe, qui expiabatur,
doleret quaſi pro peccato, quoniam peccatum non erat:
immò aliquando peccatũ erat, niſi aliquis ſubiret iſtas im-
munditias. Quod patet quia accedere ad mortuum, vel
intrare in domum eius, aut aſtare funeri, & exequijs im-
munditia quædam erat: qui in eam incidiſſet, tenebatur
expiari, vt patet infra 21. & magis Numer. 19. tamen ſi
aliquis accederet ad cadauera, vt illa ſepeliret, merebatur
in hoc: & tñ incidebat in immunditiam, à qua debebat
expiari per aquas luſtrationis, vt patet Numer. 19. c. & ſi
aliquis moreretur, filij eius, & vxor tenebantur aſtare fu-
neri, & miniſtrare in illis. Quod ſi non facerent, peccabãt:
& tñ faciendo incidebant in immunditiam, à qua oporte-
G bat eos aquis luſtrationis purgari: cum tamen iſti purga-
rentur, non debebant dolere tanquam pro peccato, ſed
magis gaudere, quòd per illam immunditiam feciſſent
aliquod bonum opus, ſecundum quod vere mererentur.
Hic autem erat verè peccatum, ſ. ꝙ aliquis iurauiſſet in-
cautè, aut illicitè; ideo debebat pro illo dolere, alioquin
non remitteretur per ſacrificia. *Et offerant de gregibus agnã
ſiue capram.* Iſta offerebantur pro remiſſione aliquali pę-
næ, qm ipſa culpa deleta erat per penitentiam. Et dicitur
offerre de gregibus, qm̄ greges ſolũ deſignant aĩalia par-
ua. ſ. capras, & oues; armẽta autem animalia magna dñr. ſ.
boues, & cameli, ideo in hoc ſacrificio non poterat offerri
bos, ſed ſolum agna, aut capra. Dr̃ autem agna, qñ eſt in
parua ætate: in quo notatur, non poſſe offerentes tribuere
ouem, quæ eſſet magnæ ætatis: de capra aũt ſecus erat: q̄a
H ponitur capra; in qua non determinatur aliqua certitudo
ætatis. *Orabitq; pro eo Sacerdos, & pro peccatis ſuis.* Hoc ge-
nerale erat, vt ſacerdotes facientes ſacrificia orarent pro
illis, quorum ſacrificia offerebant: & ponuntur duæ ora-
tiones, ſ. orare pro ipſo peccãte, & orare pro peccatis: ora-
re aũt pro peccante, erat ꝙ Deus conſeruaret eũ, ne incide-
ret in alia peccata, & ꝙ conſeruaretur in proſperis. Orare
aũt pro peccato, eſt orare, vt ipſa peccata ſoluãtur quantũ
ad pęnam, ne Deus infligat aliquod malum peccanti ꝓ
illa. *Si autem non potuerit offerre pecus.* Deus prouidit neceſ-
ſitati hominum; & quia peccatum de quo hic dr̃ per iura-
mentum incautum, vel illicitum, eſt cõe ad omnes hoĩes,
debuit poni aliquod ſacrificium, quod oẽs homines face-
re poſſent; ſed non poterãt oẽs offerre pecora, ideo datum
fuit aliud ſacrificiũ minoris pretij in volatilibus. *Offerat
I duos turtures, vel pullos colũbarum Domino.* Mandabat Deus
hæc volatilia offerri; quia nulla alia licebat offerri, ſicut
ſup. 1. cap. declaratum eſt. Et mandabantur offerri duo
pulli columbarum, & non duæ columbæ, quia meliores
ſunt quàm columbæ: & turtures mandabantur offerri, &
non pulli turturũ, quia meliores ſunt turtures, quàm pul-
li earum. Cauſa eſt: quia columbæ libidini vacant: ideo in
parua ætate qñ pulli ſunt, & non vacant libidini, pingues
ſunt, & ſapidi; cum vero maiores fuerint, præ abundantia
libidinis, nec ita ſapidæ, nec pingues carnes earum ſunt;
in turturibus autem è contrario euenit, quia non vacant
libidini, ideo pinguiores turtures quàm pulli eorum ſunt.
Vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum. Nõ offereban-
tur iſta duo volatilia pro eadem cauſa, ſed vnum offere-
batur in ſacrificium holocauſti, quod eſt directè pro lau-
K de Dei; alterum autem volatile erat pro peccato; & diffe-
rebant iſta volatilia quantum ad ritus immolationis ſuæ,
& totius ſacrificij; vnde pro cæremonijs volatilis pro pec-
cato ſubditur hic regula, pro cæremonijs autem alterius
quod pro peccato offerebatur, non datur aliqua regula;
quia ſupra 1. cap. de hoc dictum eſt, & cum hic iuſſerit
Deus offerri duo volatilia, non dixit ſimpliciter ꝙ offer-
rentur duo volatilia, ſed ꝙ offerrentur vnum pro peccato,
& alterum in holocauſtum, cuius diſtinctionis cauſa fuit
propter diuerſitatē rituum; quoniam non idem modus
ſeruandus erat in vtroque. *Dabitq. eos Sacerdoti.* id eſt, of-
ferens tollet duos pullos columbarum, aut duos turtures,
& offeret eos Sacerdoti apud oſtium Tabernaculi, vbi
offerri ſolebant alia ſacrificia. *Qui primum offerens pro pec-
cato.* i. Sacerdos debebat offerre iſta duo volatilia, ſed pri-
mu debebat facere cęremonias illius volatilis, quod erat

Quando quis non tenebatur pœnitere ſeu dolere.

Duæ orationes in ſacrificio fiebant.

Quare iubetur offerri duo pulli & non duæ columbæ.

pro

pro peccato, deinde cæremonias illius quod erat in holocauſtum. Cauſa huius eſt: quia holocauſta fiunt ad laudem Dei, & quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, teſtante Sacra Scriptura, decebat, vt prius alicui peccatum dimiſſum eſſet, quam faceret holocauſta, vt ſic acceptabilia forent, & quia peccatum totaliter dimiſſum non erat, donec offerretur ſacrificium pro eo, nõ licebat offerri holocauſtum ante ſacrificium pro peccato, ſed potius econtrario. *Retorquebit caput eius ad pennulas.* Hic ponitur modus de effuſione ſanguinis ipſius volatilis pro peccato: nã vt ſæpè dictum eſt, in omni ſacrificio ſanguis offerri debebat: & dicitur quod non deberet volatile iugulari ferro, aut aliquo modo ſecari, ſed retorqueri caput eius ad collum, vt ita moreretur, atque ſanguis flueret. Nec tamen ponũtur hic omnes cæremoniæ in effundendo ſanguinem volatilis, ſed refertur ad ea, quæ dicta ſunt ſup. 1. cap. Nam

Modus de effuſione ſanguinis ipſius volatilis pro peccato.

B obſeruatis ſolis his cæremoniis, quæ hic ponuntur, nõ poterat conuenienter effundi ſanguis volatilium, ſed oportebat, vt retorto collo ad pennulas, rumperetur vulneris locus, ſ. quod ſecaretur vngue pellicula gutturis, & ſic ſanguis efflueret, ſicut ponebatur ſupra 1. c. ita vt collo adhęreat, & non penitus abrumpatur. Traditur inde quomodo deberet ſanguis effundi: nam cum dictum fuerit, quòd deberet retorqueri caput volatilis ad pennulas, id eſt, ad alas, putaret aliquis tamdiu debere retorqueri quouſque efflueret, & ſic collum à capite ſecaretur. Dicit autem, quòd quamuis torqueatur caput, tamen debet ita leuiter torqueri, vt collo adhæreat, id eſt, vt maneat caput contiguum collo, & non penitus abrumpatur, id eſt, vt non per nimiam retorſionem cutis colli abrumpatur. *Et aſperget de ſanguine eius parietem altaris.* Ponitur hic modus expiationis in ſanguine volatilis pro peccato: & in hoc iam differt

Modus expiationis in ſanguine volatilis pro peccato.

C iſtud ſacrificium ab holocauſto: quoniam in holocauſto rupto vulneris loco in collo volatilis, diſtillabat totus ſanguis ſuper crepidinem altaris, id eſt, ſuper ſummitatẽ parietis altaris, vt patet ſupra 1. cap. hic autem aliquæ guttæ ſanguinis conſparguntur ſuper parietem altaris: reliquus vero fluit ad baſim altaris. Cauſa huius eſt: quia in omnibus ſacrificiis pro peccato, cum ſpecialiter fiat expiatio peccatorum, debent ſpeciales cęremonię obſeruari in ſanguine: & ſic debuit cæremonia effuſionis huius ſanguinis differe ab effuſione ſanguinis huius holocauſti; & ſic in ceteris ſacrificijs pro peccato tingebantur cornua altaris, & aſpergebatur reliquus ſanguis ad baſim eius: ita hic loco intinctionis digiti in ſanguine, & tinctionis cornuum altaris, fiebat aſperſio quædã ad parietem, & deinde fun-

D debatur reliquus ſanguis ad baſim. *Quidquid autem reliquum fuerit, faciet diſtillare ad fundamentum eius.* id eſt, præter paucas guttas ſanguinis, quæ ſpargebantur ad parietem altaris, reliquus ſanguis fundebatur in fundamento altaris, id eſt, ad pedes eius. *Qui pro peccato eſt.* Hic redditur cauſa, quare iſtæ cæremoniæ ſic obſeruarentur: & dicitur hoc fuiſſe, quia pro peccato fiebant, quaſi diceret ſacrificium pro peccato requirit ſibi iſtas cæremonias: ſi tamen holocauſtum eſſet, nõ ſic fieret de ſanguine, ſed ſicut dictum fuit ſupra 1. cap. hic autem dictum fuit de cęremonia huius volatilis pro peccato, quantum ad ſanguinis effuſionem, & non quantum ad cæremonias carnium: quoniam de his dicitur ſequenti cap. quod omnis hoſtia, quæ pro peccato eſſet, ſine delicto deberet comedi à Sa-

E cerdotibus, niſi eſſet bos immolatus pro peccato, de quo nihil comedebatur, ſed omnia, quæ in eo erant cremabantur extra caſtra. Sic de volatili, qui pro peccato immolabatur, dicendum eſt, quod Sacerdotes illum comederent, & nulla pars carnium daretur Deo. *Alterum verò adolebit in holocauſtum.* Expleta ſanguinis effuſione primi volatilis in altari, fiebant cæremoniæ ſecundi volatilis, quod in holocauſtum erat, ſ. quod funderetur ſanguis eius ſuper crepidinem altaris, & carnes totaliter cremarentur ablatis plumis, & veſicula gutturis, vt habetur ſupra 1. cap. *Vt fieri ſolet.* Tollit hic dubium quoniam iuſſerat Deus offerri vnum iſtorum volatilium in holocauſtum: & quia offerebatur hic holocauſtum cum ſacrificio pro peccato, putaret aliquis, quod deberent mutari cæremoniæ holocauſti, quæ fieri conſuetæ erant, de quibus ſupra 1. cap. ideo reſpondetur, quod nihil mutabatur ſicut fieri ſolet. *Quia ſi*

Duplex oblatio.

A *non quiuerit manus eius offerre duos turtures.* Aliquando contingebat ita pauperem eſſe offerentem, quod non poſſet offerre turtures, nec pullos columbarum: ideo ſubditur hic quid facere deberet: quod ſi non quiuerit manus eius duos offerre turtures, id eſt, ſi nõ potuerit ipſe offerens offerre duos turtures, vel duos pullos columbarum. *Offeret pro peccato ſuo ſimilæ partem ephi decimam.* Iſta oblatio, quę erat de pane farinæ, erat omnibus aliis oblationibus facilior: quoniam quilibet poſſet habere farinam: pecora tamen, & volucres non poſſent omnes ſemper habere. Ephi eſt quædam menſura rerum aridarum, ſ. ſeminũ, ſicut erat hin menſura rerum liquidarum, ſ. vini & olei, ſicut patet Numeri 15. vbi mẽſuratur ſimila per menſuram, quæ vocatur ephi: & vinum & oleum, per menſuram quæ dicitur hin. Hæc autem menſura erat ſatis magna, & conti-

Ephi quid ſit.

B nebat in ſe decem menſuras minores, quarũ quælibet vocatur gomor, vt patet Exod. 16. cum dicitur. Gomor aũt decima pars eſt ephi: & cum hic dicitur, quod non potens offerre turtures, offeret de ſimila decimam partem ephi: tantum eſt ac ſi diceret: offerat vnum gomor de ſimila. Erat autem gomor tantæ quantitatis menſura, quantam aliquis poſſet quotidie in pane comedere, aut farinæ delicatiſſimæ, quod patet: quia Exod. 15. cum daretur menſura de excipiendo Manna, dictum fuit, quòd acciperetur gomor per ſingula capita, id eſt, quòd pro quolibet homine acciperetur vnum gomor, & tantum poterat quilibet quotidie comedere.

Gomor quid ſit.

Nunquid hæc ſimila eſſet farina, vel panis. Quæſt. V.

C CIRCA hoc dubitabit aliquis de iſta ſimila, an eſſet farina, vel panis: quoniam aliquando ſimila ſignificat farinam tenuiſſimam, aliquando autem ſignificat panem iam confectum: quod ſignificet panem, patet ex dicto Gregorij, cum ait: ego nutritus in tugurio ruſticano, nunc ſimilam, & mella faſtidio. Dubitaretur igitur ab aliquo, qualiter hic ſumeretur: & reſpondendum eſt, accipi ſimilam pro farina, & non pro pane iam confecto, quod patet: quia hic dicitur, quòd dabit decimam partem ſimilæ ephi, ergo illa ſimila menſurabatur in ephi: ſed panes iam cocti nõ poſſunt menſurari in ephi, nec in aliqua alia menſura, ſed magis ponderantur: ergo accipitur hic pro farina. Item, patet hoc: quia dicitur, quod Sacerdos accipiet pugillum ex illa plenum, & cremabit ſuper altare; ſed manifeſtum eſt, quòd de pane cocto non poteſt ſumi pugillus plenus, ſed aliqua fragmina, ergo accipitur

D pro farina. *Non mittet oleum in illam.* id eſt, quando obtulerit iſtam farinam de ſimila, non ponet in ea oleum, & dicitur hoc, quoniam aliàs cum aliquis ſolebat offerre ſimilam, ponebat cum ea oleum, fundẽs ſuper eam aliquas guttas olei, vel totam eã perfundens: ſicut fit in commixtione aquæ ad farinam. De hoc patet ſupra, 2. cap. vbi dicitur, quòd cum ſimila offerretur, deberet conſpergi oleo, & ſuperponi tus; ideo iubet Deus hic tollens dubium, ne ponatur oleum in ipſa ſimila.

Quare non ponebatur oleum in iſta ſimila quæ offerebatur. Quæſt. VI.

E QVÆRET aliquis, quare non ponebatur oleum in iſta ſimila, quæ offerebatur? Rab. Salom. reſpõdet, quòd oleum decorat ea, in quibus ponitur, cùm color ſuus ſit nitidus, & cum ſimila oleo perfunditur, nitidior atque pulchrior eſt, Deus autem nõ vult in ſacrificio pro peccato eſſe hanc pulchritudinem; ideo vetuit offerri oleum cum ſimila. Alio modo reſponderi poſſet, quòd Deus fecit hoc ad diſtinguendum ritus ſacrificiorum, & quia cum offerebatur per ſe ſimila, vel cũ dabatur in holocauſtum, aut in ſacrificio pacifico, ponebatur oleum in ea: ideo hic non debuit poni oleum. Aliam cauſam aſſignant Doctores noſtri, quoniam oleum in Sacra Scriptura ſignificat pietatem Dei, ſecundum quã remiſſio fit peccatorum: & quia peccatores licet pœnituerint non debent eſſe ſecuri de remiſſione ſibi facta, ſed potius timere; ideo oleum, quod pietatem ſignat, ibi poni non debuit. Si aũt aliquis contra hoc arguat eſſe contra fidem Catholicam,

quia

An ille, q de peccatis ſuis dolebat, debeat eſſe certus de remiſſione vel dubitare.

quia quacũque hora ingemuerit peccator, Deus remittet ei peccata: ſi ergo aliquis ingemiſcat,& tamen nõ credat, aut ſaltẽ dubitet,an peccata ſibi remiſſa ſint,detrahit contritioni, per quam non credit infallibiliter peccata aboleri,detrahit etiam bonitati Dei, quoniam non credit tantã eſſe bonitatem Dei,vt eo dolente,Deus ei immediatè peccata remittat. Reſpondendum eſt,quòd non eſt ſecurum de remiſſione peccati,quamuis aliquis contritus fuerit,nõ repugnat fidei Catholicæ,nec quidquam detrahit contritioni,aut Diuinæ bonitati: nam ille,qui non eſt ſecurus de remiſſione peccatorum poſtquam contritus eſt, non dicit contritionem non ſufficere ad remiſſionem peccatorũ plenariè, nec bonitatem Dei diminuit: ſed confitetur Deum tantæ bonitatis eſſe,vt nobis gementibus ignoſcat,& contritionem dicit tantæ virtutis eſſe, vt per eam omnia vitia plenè abſtergantur.Dubitat tamen,an ipſe plenariam ha- G buerit contritionem,vt deberet fieri remiſſio peccatorum, vel an poſuerit obicem gratiæ Dei: igitur non eſſe ſecurũ de peccatorum remiſſione poſt contritionem, nõ pertinet ad diffidentiam, ſed ad humilitatem, cum iſte ſe æſtimet Deo non perfectè paruiſſe;aut dubitet,an aliquem poſuerit obicem. Igitur ſecuritas de remiſſione, non eſt valde laudabilis, quoniam videtur pertinere ad quandam præſumptionẽ, ſed melius eſt ſubditum eſſe in timore, & etiã dubitare an propter imperfectionem ſuam Deus gratiam remiſſionis perfectè non apposuerit; & iſta dubietas gratiam non tollit, nec meritum diminuit, ſed potius adauget. *Nec turis aliquid imponet*. Conſuetum erat,quando ſimila offerebatur,poni tus, vt patet ſupra,2.cap. Crederet igitur aliquis ſic debere fieri hic: & tollitur dubium,cum dicitur,quod nihil de ture poneretur. Cauſa huius eſt ſe- H cundum Rab.Sal.quod tus odoriferum eſt:peccati autem odor bonus non eſt,ideo in ſacrificio pro peccato, tus poni non debebat. Alia cauſa eſt ſecundum quod ſupra dicebatur,ad differentiam aliorum ſacrificiorum: quoniam in aliis cũ ſimila ponitur tus: ideo hic non debuit poni. Alio modo dici poteſt,quod tus,quia boni odoris eſt, ſignificat Diuinam acceptationem: peccatum autem,pro quo ſacrificium fit,non eſt Deo acceptum,ſed abominabile;vel qui ſacrificium pro peccato offert,nõ debet ſecurus eſſe de acceptatione,ſicut in aliis ſacrificiis. Hæ quidem aliquales rationes ſunt,nec tamen totaliter concludunt, quoniam ſi ob hoc Deus vetuiſſet poni tus,quia odoriferum eſt, & ſignificat Diuinam acceptationem: non vocauiſſet ſacrificium pro peccato odorem ſuauitatis: dixit tamen in ſacrificio pro peccato eſſe ſibi odorem ſuauitatis,vt patet præce- I denti cap. ergò non ob hoc vetitum fuit tus. Et ſic dicendum eſt,quod quamuis iſtæ cauſæ ſint,tamen non ſunt totaliter: nam in ipſis cæremoniis non poteſt dari plena ratio, cum voluntas legiſlatoris ponitur pro ratione habeatur. *Quia pro peccato eſt*. Iſta eſt cauſa ſuperiorum, ſcilicet,quare non ponebatur tus, nec oleum; & dicitur quod hoc eſt,quia iſtud ſacrificium pro peccato determinat ſibi iſtas cæremonias: ideo cum pro peccato offeratur, nõ debet poni tus,nec oleum. *Tradetq. eam Sacerdoti*. id eſt, iſtã ſimilam non conſperſam oleo, deferet offerens ad atrium Tabernaculi in oſtio eius,& ibi dabit eam Sacerdoti. *Qui plenum ex ea pugillum hauriens*. id eſt, Sacerdos mittet manum ſuam in vas illud,in quo farina portatur, & accipiet pugillum plenum: hanc autem partem cremabat coram Domino, reliquum autem remanebat pro Sacerdotibus K in cibos. *Cremabit ſuper altare*. id eſt,ponet Sacerdos illam particulam farinę ſuper altare holocauſtorum, vt comburatur. *In monumentum eius,qui obtulerit*. id eſt,in memoriã eius, qui obtulerit,ſcilicet, offerentis.q.d. ideo ponebatur iſta farina paucula ſuper altare, vt Deus recordaretur offerentis: nam pro reliqua parte farinæ, quæ remanebat Sacerdotibus non dicebatur Deus recordari offerentium, cum illa pars non ad Deum,ſed ad Sacerdotes pertineret. Hoc autem quod ſuper altare ponebatur, ad Deũ ſpecialiter pertinebat. Monimentum aut memoria dicitur,quaſi mouens mentem: ſicut aliquarum rerum recordamur per quædam ſigna apposita. *Rogans pro illo,& expians*.i. Sacerdos quando impoſuerit illam particulam ſuper altare de ſimila,rogabit pro offerente, & expiabit.i.per iſtam oblationem & cremationem peccatum auferebatur, quod erat ex- F piari. *Reliquam verò partem habebit in munere*.i. totum illud de decima parte ſimilæ ephi, præter pugillum cedebat Sacerdotibus: hoc autem pro munere.i. dabatur ſibi pro labore,vel miniſtratione, quę exercebant in Sanctuario: & iſto modo omnes aliæ partes aliorum ſacrificiorum, quæ dabantur eis,erant pro miniſtratione,& labore: quoniam nullam aliam partem habebant Sacerdotes in poſſeſſione Iſraelitarum,vt patet Num.18.c.& Deuter.18.c.

Quare nihil de ture ponebatur in ſacrificio pro peccato.

In cæremoniis non poteſt dari ratio plena.

Monimentũ unde dictum.

Expiatio non ſeruantis cæremonias

Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen dicens: Anima ſi præuaricans cæremonias per errorem in his,quæ Domino ſunt ſanctificata peccauerit, offeret pro delicto ſuo arietem immaculatum de gregibus,qui emi poteſt duobus ſiclis,iuxta põdus Sanctuarij: ipſumq. quod intulit damni reſtituet, & quintam partem ponet ſupra, tradens Sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens G arietem,& dimittetur ei. Anima quæ peccauerit per ignorantiam,feceritq. vnum ex his,quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam, offeret arietem immaculatum de gregibus Sacerdoti, iuxta menſuram æſtimationemq. peccati: qui orabit pro eo,quia neſciens fecerit: & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in Dominum.

De peccatis committentibus in abuſu ſacrorũ.

Locutuſq. eſt Dominus. Hic loquitur de peccatis, quæ contingunt in abuſu ſacrorum,ſ. quod homines laici tractent res ſacras,ad quas eis accedere non licet. Erant enim quædam ſacra,quibus non debebant Sacerdotes vti,nec laici: & hoc erat in thymiamate, quod fiebat ad cremandum coram Domino: & in oleo vnctionis,quod erat ad conſecrandum Sacerdotes, & vngendum Sãctuarium cum rebus ſuis.Si autem aliquis his rebus vteretur ad ſeipſum,& H hoc ſciens faceret, moriebatur, ſicut patet Exodi 30.cap. Si autem hoc per errorem feciſſet, non moriebatur, ſed debebat facere aliqua ſacrificia,de quibus hic:& hoc tam Sacerdos,quàm laicus: quoniam vtrique vetitus erat vſus thymiamatis,& olei vnctionis.Et quamuis iſta littera clarè non videatur de hoc loqui; tamen reducendum eſt ad literam cum pro illo errore aliqua pœna imponi debeat. Aliqui autem dicũt hoc intelligi de decimis,& primitiis, ſcilicet, ſi aliquis vſurparet ſibi aliquam partem de decimis,& primitiis:quoniam iſta erant Sacerdotibus ſpecialiter obligata:& qui de illis aliquam partem ſibi retinuiſſet,peccabat,& tenebatur eam reſtituere,& inſuper quintam:& pro peccato ſacrificium faciebat. Sed hoc non totaliter conuenit:quoniam hic dicitur de his,quæ ſanctificata ſunt: ſed decimæ & primitiæ non erant ſanctificata, I cum apud ipſos vulgares tenerentur. Sed referendum eſt magis ad alia, ſcilicet, quod quædam res ſacræ erant, quibus abuti poterant vulgares, ſcilicet, quædam partes ſacrificiorum, quæ cedebant Sacerdotibus ſolis, ſicut in peccatorum ſacrificio,& in ſacrificiis pacificis; de illis autem ſi vulgares comederent,& hoc facerent ſcienter;valde peccabant, & moriebantur. Si autem facerent per ignorantiam,reſtituebant quantum comederant,vt ſatisfacerent Sacerdotibus,vt patet infra 22. cap.cum dicitur: Omnis alienigena comedendi ex eis non habeat poteſtatem: qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comederit, & dabit Sacerdoti. Præter hoc autem hic ponitur alia pœna pro iſto peccato.ſ.quòd offeratur ſacrificium. Eſt autem peccatum cum vulgares comedunt de partibus ſacrificiorum: quia per K hoc ſacrificia contaminantur, & dehoneſtantur, vt patet infra 22.c.cum dicitur: Nec contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael,quæ offerunt Domino: ne fortè ſuſtineant iniquitatem delicti ſui cum ſanctificata comederint. *Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen*. Hic eſt caput orationis: quoniam ſupra dicebatur de his, quæ pertinebãt ad peccata in vſu hominum, hic autem de abuſu ſacrificiorum: ideo ponitur hic *Locutuſq. eſt*, tanquam caput orationis: & non ponebatur hoc in aliis caſibus ſuperioribus. Si quis dicat quòd hic eſt interpolatio orationis.ſ. quòd ea, quæ ſupra dicta ſunt, fuerint ſemel dicta: ea autem, quæ hic ſubiunguntur fuerunt dicta Moyſi alia vice, non erit de hoc curandum: quoniam ſupra 1.cap.q.4. de hoc diffinitum eſt. *Anima ſi præuaricans cæremonias*. Animam hominem vocat,ſicut ſupra declaratum eſt. Præuaricare cæremonias, eſt peruertere morem ſacrorum datum in lege,

vt ſi

Præuaricare cæremonias quid ſit.

vt ſi lex diffiniat certam partem ſacrificij pertinere ad Sa- A cerdotem,& illam ſibi laicus vſurpet, prævaricatur cæremonias; vel ſi de holocauſto, de quo nihil pertinebat ad laicum, ipſe aliquam particulam ſumeret, præuaricatio cæremoniarum erat. Et quanquam dicatur aliquis præuaricari ceremonias quandocumque contra aliquam legem ceremonialem agit: hic tamen preciſè accipitur, cum aliquis agit côtra leges ſacrificiorum, quibus diſtinguuntur aliquæ partes pro Sacerdotibus, aut Deo, & illas ſibi vulgares vſurpant, quod patet: quia infra dicitur, quòd iſti ſic peccantes, reſtituant damnum, & quintam inſuper partem. Sed in obſeruationibus cæremonialibus in quibus nihil accipitur, nô poteſt reſtitui damnum: ſicut ſi aliquis infringeret Sabbatum, vel non obſeruaret alias ſollemnitates: ergo ſolum intelligitur de præuaricatione cæremonialium ſacrificiorum: maximè, quia littera dicit B in his, quæ Domino ſanctificata ſunt: tamen non poteſt aliquis accipere res ſanctificatas, niſi ſint partes ſacrificiorum, aut ſimilia. *Per errorem*. Sicut in ſimilibus imponebantur ſacrificia his, qui per ignorantiam aut negligentiam faciebant, ita hic eis qui per errorem, quod ad ignorantiam pertinet: nam ſi aliquis præuaricaretur has cæremonias ſciens, ſcilicet obſeruare nolens, mortem merebatur, & ponebatur aliquod ſacrificium expiatiuum pro his. De hoc Numer. 15. cap. Anima quæ per ſuperbiam aliquod peccatum commiſerit, quoniam aduerſus Dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo: verbû enim Domini contempſit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem ſuam. Sic videtur infra 22. cap. vbi ponitur de comedentibus ſanctificata, ſi laici ſint: quoniam ſi neſciant, reſtituent damnum, & quintam C partem: ſi autem aliàs, portabunt iniquitatem delicti ſui; & ſic videtur, quod tunc non imponitur aliquod ſacrificium faciendum, ſed mors infligitur. *In his, quæ ſunt Domino ſanctificata peccauerit*. id eſt, in ſacrificiis, ſiue in animalibus, de quibus ſunt facta ſacrificia: quoniam illa iam Deo ſanctificata ſunt, & ab humanis vſibus ſequeſtrata. Vſurpare ſibi igitur aliquid de illis, ſacrilegium eſt: ſicut ſi laici contenderent celebrare ſollemnia miſſarum, ſicut Sacerdotes. Alio modo accipiuntur ſanctificata Deo, pro his quæ ſunt in decimis, & primitiis, ſecundum quòd hic dicebatur. Item, poteſt aſſumi pro abuſu thymiamatis; vel olei vnctionis: ſed magis ad ſacrificia pertinent, vt ſupra declaratum eſt. *Offeret pro delicto ſuo arietem*. Non accipitur hic delictum ipſum malum quod Sacerdotibus eueniebat, cum aliquis de laicis vſurpabat partes ſacrificiorum: quoniam pro hoc ſoluebat tantum, & quintam D partem inſuper: ſed pro ipſo malo quod eſt auſu vſurpandi ſibi res ſacras: quoniam præter malum quod intulit adhuc in culpa fuit: hæc autem culpa ad Deum ſolû refertur: & fiebat, vt ille, qui tranſgreſſus fuerat cæremonias legis vſurpâdo ſibi aliqua ſacra, faceret alias cæremonias, offerendo ſacrificia. *Arietem immaculatum de gregibus*. Quare autem deberet eſſe aries immaculatus, habetur infra 22. cap. vbi enarrantur omnes immunditiæ potentes impedire ſacrificia. Dicitur eſſe aries de gregibus, quoniam greges ad parua animalia pertinent, vt capras, oues, & porcos: armenta verò ad magna, vt boues, & camelos.

Pretium arietis offerendi pro peccato.

Qui emi poteſt duobus ſiclis. Hic determinatur pretiû arietis offerendi pro peccato: quoniam aliquis ſciens ſe ad hoc E teneri, vellet offerre aliquê arietem valde parui pretij. ſ. paruum aut macilentum: iubet ergo Deus quod ille ſit certi valoris. ſ. duorum ſiclorum, aut quaſi. Ex quo innuitur, ſiclum eſſe monetam non valde magni pretij, quoniam in terra promiſſionis valebat communiter aries vnus de mediocribus duos ſiclos, & in terra illa erat maxima copia animalium minorû gregatim paſcentium: ergo non erant ibi magni valoris, ſed valebat aries vnus duos ſiclos: ergo paruum erat pretium ſiclorum. *Iuxta pondus Sanctuarij*.

Duplices erant ſicli apud Iudæos.

Determinatur hic certitudo ſiclorû: duplices namq. ſicli erant apud Iudæos. ſ. ſicli ſecundum pondus Sanctuarii, & ſicli ſecundum pondus vulgare, ſiclus .n. Sanctuarij maior erat, & de hoc iubetur hic ſolui: nam oîa, quæ ad Sanctuariû pertinebât ſi in pecunia ſoluerentur, ſemper æſtimanda erant ſiclis Sanctuarij: ex quo patet, ſiclos eſſe monetam auream, vel argêteam, qm in pondere accipiebatur. Aliæ aût monetæ characteribus diſtinguebantur: Pretia tamen eorum pondere non æquantur: moneta autem argentea & aurea nô ſolum charactere vera eſſe conuincitur, ſed etiam pondere: ad valorê autem eius vtrumque inſpicitur: cuius cauſa eſt, quoniam moneta aurea & argentea non ſolum habet valorem ab imponente characterem, ſed etiam ex conditione materiæ, quia à nobis cômuniter æſtimatur etiamſi characterem nullum habeat. De ſiclo autem quod pondere menſuraretur, habetur infra, 27. cap. cum dicitur: ſiclus 20. obolos continet. *Ipſumq. quod intulit damnum reſtituet*. Tunc enim pro peccato conuenienter ſatisfit, cum pro omnibus, quæ in peccato ſunt ſatisfactio imponitur: & quia in hoc peccato erant duo. ſ. peruerſitas & damnum, ideo pro vtroque ſatisfieri debebat: peruerſitas autem erat dupliciter; quoniam quædam erat ad Deum, & alia ad proximum; ideo imponûtur hic tres pęnæ. ſ. vna pro damno, & alia pro peruerſitate in Sacerdote. Pro damno imponitur contra paſſum. ſ. æqualitas in ſolutione: ita vt quantum damni intulerit, tantumdem reſtituat: vt ſi quis quartam partem arietis ſanctificati ſibi vſurpaſſet, quartam partem arietis reddebat. Pro peruerſitate facta in Deum imponitur ſacrificium. Pro peruerſitate facta in Sacerdotê imponitur quinta pars rei, quæ vſurpata fuerat ſuper ipſum ęquale, quod reſtituitur. De offenſa & peruerſitate in Deû, manifeſtum eſt, quòd in hoc peccato ſit: & hoc ex duplici capite: Primò, quia Deus condiderat leges has de ſacrificiis; cum igitur aliquis contra aliquam earum faceret; Deo offenſionê offerebat, cuius vilipendebat præcepta. Secundò, erat offenſio Dei in hac præuaricatione cæremoniarum: quoniam in his, quæ ſanctificata erant Deo, vel Sacerdotibus, vulgares partes non habebant, qm ad Deum & Sacerdotes pertinebant; & cum hęc per oblationem Deo factam ſanctificationem accipiebant, qui illi ſanctificata vſurpabat, Deum offendebat à quo ſanctificatio cauſabatur. De præuaricatione autem quę in Sacerdotes erat auferendo eis partem ſacrificiorum, quæ eis debebatur, ſatis manifeſtum eſt. Nam cum quis bona alterius rapit, dupliciter eum lædit: Primò, quia damnum infert, cum res eius diminuat; Secûdò, quia quandam offenſam facit, eo quod audet contrectare res alienas Domino non iubente: ideo pro vtroque pœna imponi debet: & ſic leges humanæ iuſtæ quando loquuntur de ſatisfactione, quæ in furto eſt, nunquam ponunt ſolam æqualitatem rei ablatæ reſtituendam: ſed etiam aliquid vltra: quoniam reſtitutio æqualitatis ad ſatisfactionê damni pertinet: pro offenſione igitur illata in contrectando res alienas domino non iubente, ſed inuito, debet poni aliqua alia pęna ſupra æqualitatem. In Sacerdotibus autem huiuſmodi erat: qm cum ſibi aliquid de ſanctificatis, quod eorum iuri cederet, auferebatur, lædebâtur dupliciter. ſ. in damno rei ablatæ, quoniam tantum bona eorû diminuebantur quanta erat res ablata. Secundo lædebantur, quia res eorû inuitis eis contrectabantur à laicis. Pro Primo igitur imponebatur hic reſtitutio æqualitatis; pro Secûdo autem iniungitur inſuper ſolutio quintæ partis rei. Sed adhuc dicet aliquis iſta conuenienter ſe habere cum laici abſtulerût aliquod de ſanctificatis, quæ ad Sacerdotem pertinebât: ſed quid dicendû erat cum ea, quæ ablata ſunt cedebant ſolo iuri Dei: vt ſi forte eſſet holocauſtum, aut tolleretur aliquid de adipibus, quoniam in his, omnia ad Deum pertinent? Reſpondendum eſt, quod etiam hic eodem modo conuenit iſta triplex pęna. Primo enim conuenit ſatisfactio damni, quoniam ſiue de his, quæ Sacerdotum iuribus cedunt, ſiue de his, quæ ad Deû pertinent, aliquid ablatum ſit, ſemper erat tantum damnum, quanta erat ipſa res ablata. Item, ſi hæc, quæ à laicis tollebantur ad Deum ſolum pertinerent: adhuc erat ibi offenſio Dei, quoniam ipſe condiderat legê & repugnando legi repugnabatur ipſi: ideo ob hoc debebat imponi aliqua pœna: & iſta erat quòd ſolueretur vnus aries Deo in ſacrificium. Etiam iſta, quæ ſanctificata erant, à Deo ſanctificabantur; vſurpando igitur quæ ipſi ſanctificata erant, peccatum erat: & coincidit cum ſuperiori, ſcilicet quòd teneretur ſoluere peccans vnum arietem. Præter hanc aût habitudinem generalem Dei ad ſacrificia, erat quædâ habitudo ſpecialior ad ipſas partes ſacrificiorum

In peccato ſunt peruerſitas, & damnû, ideo imponuntur tres pœnæ.

Laici abstrectis ſanctificatis offendebant dupliciter Sacerdotes.

Pœna propter offenſionem Dei redditis à laicis ablatis.

ipſius

ipſius Dei: nam ſecundum quod comparatur Deus ad ſacrificia, vt legiſlator in eis, & vt ab ipſo omnia ſanctificata erant, erat generalis habitudo: quoniam non ſolum ipſe legem dederat de partibus ſacrificiorum, quæ ad ipſum pertinebant: ſed etiam de partibus illis, quæ iuri Sacerdotum & ipſorum offerentium cedebant. Etiam ſanctificatio in his ſacrificiis tam ad partes ſpectantes ad Deum, quàm ad partes pertinẽtes ad Sacerdotes, à Deo cauſabatur. Erat tamen quædam habitudo ſpecialis Dei ad partes illas ſacrificiorum, quæ iuri ſuo cedebant: nam ad eas comparatur, vt perſona priuata ſicut comparatur Sacerdos ad partes ipſi debebantur: ideo præter offenſam illã in abuſu ſacrificiorum, quæ erat Dei inquantum ipſe habebat generalem habitudinẽ ad res ſanctificatas, erat iſta offenſio inquantum erat perſona priuata cui deberentur ſpecialiter iſtæ partes, ideo ſicut pro illa offenſione dabatur ſupra aries in ſacrificium: ita & pro hac erat danda quinta pars rei ablatæ ſuper æqualitatem. *Ipſumq. quod intulit damni reſtituet.* Siue illud damnum ſit in rebus ſanctificatis, quæ ad Deum ſolum pertinent, ſiue in partibus, quæ debentur Sacerdotibus. *Et quintam partem ponet ſupra.* Iſta quinta pars dabatur pro offenſione, quæ erat facta ipſi ad quem pertinebant hæc quæ ablata ſunt, ſiue Sacerdos eſſet, ſiue Deus.

Quomodo iſta quinta pars ſolueretur. *Quæſt. VII.*

DE hac quinta parte aliquis quæret quomodo ſolueretur? Et reſpondendum eſt, quod ſi iſta pars ablata pertinebat ad Sacerdotes, leue eſt ſcire quomodo quinta pars ſolueretur: quoniam ipſa quinta pars, quæ ſoluebatur ſolis Sacerdotibus ſoluenda erat: & tunc ſiue ſolueretur in materia illa, in qua ablata fuerat, ſiue non, non erat magna difficultas, vt pote ſi fuiſſet aliquis aries pro hoſtia pacifica immolatus, de quo debebantur Sacerdoti duæ particulæ, armus dexter, & pectuſculum eleuationis. Si autem de his laicus abſtuliſſet aliquam partem, vt quia forte abſtuliſſet pectuſculum arietis, tenebatur reddere quintam partem pectuſculi, & ipſum pectuſculũ inſuper; vel poterat hæc ſolutio fieri in pecunia, æſtimando quantum pectuſculum, & quinta pars valeret. Si autem illud quod ablatum erat ad ſolum Deum pertinebat, difficilius erat facere ſolutionem: nam non videbatur poſſe fieri in eadem materia, vt ſi quis per errorem comedisſet de adipibus, qui coram Deo cremari debebant, quoniam tunc non poterat tantundem de adipibus, cũ quinta parte inſuper ſoluere, quoniam omnes adipes, qui immolari poterant, iure cedebant in partẽ Domini, & ſic illos cremando, non fiebat aliqua ſolutio, cũ lex obligaſſet ad cremandum adipes Domino, vt patet ſupra, 3. cap. cum dicitur: Omnis adeps Domini erit iure perpetuo. Identidẽ ſi abſtuliſſet laicus aliquid de holocauſti carnibus, & comediſſet per ignorantiam, tenebatur quintam partem reſtituere, & tamen non poterat reſtituere cõuenienter in eadem materia, quia non poterat Domino offerri, neque aliquod genus ſacrificij particula alicuius animalis, ſed oportebat totum ipſum animal offerri, quia difficile erat, vt pro centeſima parte animalis totum animal offerretur. Dicendũ ergo, quod ſanctificata à laicis vſurpata, ad Deum pertinebant, & non debebant tradi in eadem ſpecie, ad hoc, ꝙ Deo offerrentur, ſed ſoluebantur in pecunia, & illa ad Sacerdotum iura pertinebat, quod aliqualiter patet ex littera, cum dicitur: ipſumq. quod intulit damni reſtituet, & quintam inſuper partem tradẽs Sacerdoti, & non dicitur de eis, quæ offerentur Domino: ſolum enim Domino aries offerebatur. *Qui rogabit pro eo offerens arietem.* id eſt, Sacerdos ſuſcipiet de manu offerentis arietem, & immolabit, & faciens cæremonias eius, rogabit pro offerente. *Et dimittetur ei.* id eſt, Deus remittet pœnam quã daturus erat ei, qui per errorem comederat ſanctificata propter deuotionem ipſius offerentis, & propter preces Sacerdotis. *Anima, quæ peccauerit per ignorantiam.* Hic agitur de alio caſu, in quo homines peccabant, & hoc circa ſacra. Et aliqui dicunt, quod hoc erat in abuſu decimarum, vt ſi aliquis de laicis partem decimarum ſibi retineret, quoniam tunc ſi feciſſet hoc per ignorantiam tenebatur reus hac lege. Sed

Determ. quæſt.

De peccãte in trãſgreſſione cæremonialis alicuius legis.

F hoc non videtur conuenienter dictum: quoniam decimæ antequam tranſirent in poteſtatem Sacerdotum, & Leuitarum, non erant ſacræ, ideo non contrectabant res ſacras, qui eas detinebat, ſed ſolum inferebat damnum Sacerdotibus, & Leuitis, quibus iſte dare tenebatur. Sed præter hoc non videtur intelligi poſſe de decimis, quoniam qui decimas retinet, cum ſit obligatus ad illas ſoluendas, non ſolum teneretur offerre arietem, ſecundum quod hic dicitur, ſed teneretur reſtituere quantum apud ſe detinuiſſet de illis, ſicut dicebatur ſupra, de his, qui comedebant ſanctificata, quod tenerentur reſtituere damnum, & quintam inſuper partem; hic tamen non dicitur de reſtitutione alicuius rei, ſed ſolum de oblatione arietis. Et ſi fortè aliquis vellet intelligere de retentione decimarum, & primitiarum, diuidet illam litteram, quæ infra habetur, cum dici-
G tur: offeret arietem immaculatum de gregibus, iuxta mẽſuram æſtimationemq. peccati, id eſt, ſoluet arietem, & dabit iuxta menſuram peccati, ſcilicet, tantum quantũ de decimis, aut primitiis ſibi retinuerit. Sed adhuc non videtur conuenienter dici, quoniam ſi hic ageretur de peccato in ablationem, vel retentionẽ alicuius partis primitiarum vel decimarum, non ſolum iuberetur reſtitui æſtimationem, ſed etiam aliquid vltra, ſicut ſupra dicebatur de illo, qui vſurpauit res ſanctificatas, quod ſolueret damnum, & quintam partem inſuper. Dicendum igitur eſt, intelligi iſtam legem de eo, qui peccabat in tranſgreſſione cæremoniæ alicuius legis, in qua nihil tollebatur, nec erat neceſſaria reſtitutio, ſed ſolũ erat tranſgreſſio alicuius obſeruantiæ, & tunc pro peccato iſto offerendus erat aries, & nihil aliud dandum. *Anima quæ peccauerit.* id eſt, cum ali-
H quis homo quicumque ille ſit peccauerit. *Feceritq. vnum ex his, quæ lege Domini prohibentur.* id eſt, ſi peccauerit trãſgrediens aliquam cæremoniã, de qua iubetur in lege Domini, quod fieret, & non facta eſt, vel alia contraria facta eſt, ſi hæc per ignorantiam facta eſt, tenebitur hac lege. Qui autem per ſuperbiam contempto Deo quantulamcũque cæremoniam tranſgrederetur moriebatur, vt patet Numer. 15. cap. *Et peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam.* id eſt, & iſta anima exiſtens rea peccati, id eſt, obligata ad aliquam pœnam propter peccatum, quod commiſerat, ſi poſtea intelliget peccatum ſuum aliquo modo, ſiue per ſe ipſam, ſiue alio docente, tenebitur ad ea, quæ in hac lege dicuntur. *Offeret arietem immaculatum de gregibus Sacerdoti.* Hic non ponitur, ſicut ſupra quantitas precij arietis offerendi, vt aliqui putarunt, & tamen ponitur, quia dici-
I tur infra iuxta menſuram, æſtimationemq. peccati, id eſt, quod deberet eſſe ille aries in tanto valore, & æſtimatione, ſicut requirebatur in ariete immolando pro peccato: dicitur hic arietem immaculatum, quoniam generale eſt, quod in omnibus ſacrificiis ſolum animalia immunda offerrentur. De immunditiis habetur infra, 22. cap. *Iuxta menſuram æſtimationemq. peccati.* Aliqui exponunt, quod deberet eſſe illud ſacrificium ſecundum æſtimationẽ peccati, id eſt, ſecundum magnitudinem eius. Sed hoc non poteſt ſtare: quoniam illud peccatum, pro quo fieret iſta immolatio, aut eſſet peccatum, in quo deberet fieri reſtitutio aliqua, aut non. Si autem eſſet tale, in quo deberet fieri reſtitutio, quæritur an iſte aries, qui offerendus erat computaretur in partem reſtitutionis, aut non: ſi dicas nõ computari, ſicut in caſu ſuperiori, in quo reſtituitur dam-
K num addita quinta parte, & aries pro peccato, nõ poteſt ſtare: quoniam hic dicitur, quod deberet offerri aries iuxta menſuram æſtimationemq. peccati, in quo neceſſarium eſt, vt aries tota ſatisfactio ſit, aut in partem ſatisfactionis computetur. Conceſſo autem, quod debeat computari aries in ſatisfactione, non poteſt ſtare iſte ſenſus: quia cum dicatur hic offerri iuxta menſuram, & æſtimationem peccati; ſi aliquo modo ſatisfactio facienda minoris valoris eſſet quam vnus aries, non poſſet offerri aries, ſed falſum eſt, cum iubeatur hic arietem offerri. Si autem eſſet ſatisfactio magnæ quãtitatis, vt quia detinuiſſet ſibi magnam partem decimarum, aut primitiarum, teneretur offerre multos arietes quouſque accederetur ad quantitatem ſatisfactionis faciendæ, ita vt interdum contingeret offerri 20. arietes. Sed hoc non conſonat litteræ, cum littera ſolum iubeat offerri arietem. Item hoc adhuc conceſſo, erat

An deberet offerri aries p peccato iuxta æſtimationẽ & menſuram peccati.

magnum

magnum inconueniens, qm̃ primitiæ, & decimæ ad intra ſacerdotum totaliter pertinent: hr̃ Numer. 17. c. Si igitur aliquis retinens ſibi magnam partem decimarum, teneretur poſtea illam offerre Deo in arietibus; lęderentur Sacerdotes, quia id quod illis debebatur, tollebatur ab eis, & dabatur Deo, quod non erat conueniens: quoniam eodem modo aliquis furaretur aut publica latrocinia exerceret, & offerendo Domino aliquod, remitterentur ei peccata latrocinij, nulla prorſus reſtitutione facta rerum eis, quibus ablatæ fuerant, quod magnam inconuenientiam facit in lege. Ad hoc autem aliquis reſpondebit, ꝙ quãuis decimæ ſoluerentur in arietibus offerendo Domino pro peccato retinentis eas, tamen nõ lædebantur Sacerdotes, quoniam ſicut aliàs habituri eſſent eas ita & haberent in ſacrificiis pro peccato, quoniam totum ipſum ſacrificium pro peccato à Sacerdotibus comedebatur, vt patet ſequẽ. cap. demptis ſolis adipibus. Ad hoc reſpõdendũ eſt, iſtam pręcedentem reſponſionem procedere ex erroneo fundamento: exiſtimant enim decimas Sacerdotibus debere de his: quod tamen falſum eſt: quoniam Sacerdotes nihil de decimis habebant, ſed ad Leuitas pertinebant, qui decimam decimæ ſuæ ſoli Sacerdoti magno tribuebant, vt habetur Num. 18. cap. Item, quamuis decimæ ſolis ſacerdotum iuri cederent, tamen fraudarentur per iſtum modum ſolutionis in ſacrificiis pro peccato, quoniam maioris vtilitatis erat accipere viginti arietes viuentes, loco decimarum, quàm accipere viginti arietes mortuos in ſacrificiis pro peccato, quoniam viuentes arietes prodeſſe poterant ad gregem ampliandũ & fętus generãdos, tonſionesq. lanarũ, atq. alias vtilitates, ad quas mortui nil proderãt, maximè, quia de arietib. pro peccato immolatis nõ licebat comedere, niſi ſolis maſculis de genere Sacerdotali, vt patet ſeq. cap. de his autem arietibus, qui decimarum loco aſſũpti eſſent, licebat Sacerdotibus facere, quod vellent: non ergo erat iuſtum, ea, quæ de decimis, aut primitijs à laicis retenta forent, ſolui, conuertẽdo in arietes offerendos pro peccato. Si autem dicas, ꝙ imponebatur iſta pœna iuxta menſuram peccati in illis peccatis, in quibus non fiebat vlla reſtitutio, non poteſt ſtare: quoniam tunc non poſſet ſciri, quod erat peccatum, cuius æſtimatio & menſura eſſet offerre vnum arietem, niſi poneretur expreſsè, quod nulla lex fecit, & dato, ꝙ ſignaretur illud peccatum, cuius æſtimatio eſſet vnius arietis, tamen neſciretur de aliis quantum æſtimari deberent, an duobus, vel tribus, vel quinque arietibus, quamuis pateat nobis interdum exceſſus in delictis, tamen non patet determinatus exceſſus eorum, ideo diſtinguere neſciremus in ſingulis peccatis, quot arietes offerri deberent, niſi lex hoc determinaret, quod non facit. Ideo dicendum, non poſſe intelligi ꝙ offerretur aries iuxta æſtimationẽ peccati. i. ꝙ ſm, ꝙ peccatum eſt maius, vel minus, ita plures, aut pauciores arietes offerendos. Sed dicendum eſt in hac littera ſolum deſignari precium arietis offerendi, cum dicitur: *Iuxta menſuram æſtimationemq; peccati*: i. ꝙ tantus erit valor iſtius arietis, qui offertur, quanta æſtimatio, vel menſura poſita in ariete pro peccato, nam ſupra dicebatur, quòd aries, qui offerretur pro peccato, deberet valere duos ſiclos: hic autem dicitur, quòd illa æſtimatio tenenda eſt. *Qui orabit pro eo*. ſ. ſacerdos offerens arietem, orabit pro illo offerente. ſ. ꝙ orabit pro eo, & pro peccato ſuo, ſecundum modum, quem ſupra declarauimus. *Quia neſciens fecerit*. Poteſt hic teneri, quia, cauſaliter. ſ. ꝙ ideo rogat ſacerdos pro peccato iſtius, quia neſciens fecit. q. d. ſi feciſſet ſciens, non rogaret pro eo, quia illud erat orare pro eo, qui per ſuperbiam peccabat, huic autem non erat aliqua expiatio in ſacrificiis, ſed moriebatur, vt patet Num. 15. cap. nam feciſſe per ignorantiam valde prodeſt ad remiſſionem peccati. Et ſic ait Apoſtolus ad Galat. 2. c. Miſericordiam merui, qm̃ ignorans feci. Alio modo poteſt accipi, quia, non cauſaliter, & tũc refertur ad formam orationis. ſ. ꝙ ſacerdos quãdo oraret, deberet Deo dicere: Dominè remitte iſti, quia ignorãs fecit. Melius tamen refertur ad primum modum, ſicut patet in littera ſequẽti, cum dicitur; quia per errorem deliquit in Domino. *Et dimittetur ei*. ſ. quòd cum ſacerdos orauerit pro peccato, iſtius offerentis, Deus remittet ei pęnam, nec infliget aliquid, ſicut aliàs inflicturus fuiſſet. *Qua per errorem deliquit in Domino*.

Decimæ non pertinebãt ad Sacerdotes, ſed Leuitas.

Doct. ſententia.

Deus quare peccata pro quibus fiunt oblationes remittat. Quæſt. VIII.

HIc ponitur cauſa, quare Deus remittat peccata, pro quibus fiunt oblationes. ſ. quia illa per errorem facta ſunt, quod autem per errorem factum eſt, non eſt voluntarium, ſed vocatur inuoluntarium per ignorantiam, iuxta Ariſt. 3. Ethicorum: in inuoluntarijs autem pęna nõ imponitur, nec laus, ſed interdum venia, interdum autem miſericordia digna ſunt iuxta eundem, in 1. cap. 3. Ethicorum. Nec tamen in hoc innuitur, quòd peccata, quæ ſunt per malitiam, non remittantur à Deo; quoniam qualiacunque & quantacunq; facinora fuerint, ad vnicum gemitum omnia delebuntur teſte Ezechiel. cap. 3. peccata tamen, quæ per ignorantiam fiunt, leuius remittuntur, cum non habeant in ſe tantam grauitatem peccati: nullum tamen penitus peccatum irremiſſibile eſt: plura quidem in infinitum peccata Deus remittere poteſt quàm totus mundus, cum dęmonibus facere poſſent, & ſi illa actualiter eſſent, vnico gemitu omnia delerentur.

Infinita peccata Deus põt remittere.

Nec valet ſi dicas, obiiciens de eo quod habetur Matthæi 12. ſcilicet. Si aliquis peccauerit in Patrem, remittetur ei, ſi autem peccauerit in Spiritum Sanctum, nec in hoc ſæculo, nec in futuro remittetur ei: quoniam peccatum in Spiritum ſanctum ſi valde propriè aſſumatur, excludit omnem contritionem, & dolorem de peccatis, & iſtud eſt vnicum. ſ. finalis impęnitentia: nam tunc impoſſibile eſt, quòd remittatur, quia ſine dolore nulla fit remiſſio peccatorum, ſed ille, qui finaliter ſinę pœnitentia diem claudit, dolorem nullum habuit de commiſſis, ergo impoſſibile eſt, quòd ſibi peccata remittantur. Hæc autem finalis impęnitentia propriè vocatur peccatum in Spiritum ſanctum: non quidem, quòd aliquod peccatum ſit contra Spiritum ſanctum, quod non ſit contra Filium, & contra Patrem, cum hæ tres perſonæ vnica ſubſtantia indiuidualis (vt ita loquamur) ſint & natura: ſed dicitur peccatum in Spiritum ſanctum ſecũdum attributionem, quoniam quædam perfectiones ſunt attributales in Diuinis, quæ quanquam in ſingulis perſonis Diuinis, & in ipſa eſſentia ſint, cuidam tamen perſonæ attribuuntur, & non reliquis, ſicut potentia Patri attribuitur, & non aliis, quoniam ipſe eſt potentia Filij, & Spiritus ſancti Sapientia autem Filio attribuitur, & non Patri, nec Spiritui ſancto, quoniam ipſe vtriuſque ſapientia eſt, quo ſe Pater cognoſcit, & Spiritus ſanctus. Bonitas autem Spiritui ſancto attribuitur, & non Patri, nec Filio; quoniam ipſe eſt, per quem Pater & Filius ſe amant. Cum ergo aliquis repugnat Deo faciens per impotentiam, dicitur peccare in Patrem cui potentia attribuitur. Cum autem per ignorãtiam peccat, cõtra Filium peccare dicitur, cui datur ſapiẽtia in Diuinis. Si aũt per puram malitiam peccet, dicitur peccare in Spiritum ſanctũ, quia contra bonitatẽ, quæ ei attribuitur agit, & qm̃ nulla maior malitia eſt, quã diminuere Diuinam bonitatem iudicando non eſſe in Deo tantam bonitatem, vt pęnitentibus & pro remiſſione exorantibus gratis remittere velit, ideo qui ſic æſtimat, peccat in Spiritum ſanctum. Sed adhuc iſtud peccatum in Spiritum ſanctum non eſt conſummatum, niſi per totam vitã hanc poſitionem quiſpiam tenuerit, & in ea diem clauſerit: ſuper hanc aũt maior malitia eſſe non poteſt, nec directius repugnans bonitati Diuinæ, q̃ Spiritui ſancto attribuitur, ideo de hoc peccato verum eſt, ꝙ peccanti in Spiritũ ſanctum nunquam remittetur in hoc ſęculo, nec in futuro: qm̃ illam malitiam tenuit in hoc ſęculo, & in futuro non dolens de peccatis, ita vt exiſtimaret ex immenſitate Diuinæ largitatis ſibi remittẽda fore. Et ſi de hoc intelligantur verba Chriſti Matthæi 12. c. deberẽt iacere ad litteram ſine aliqua expoſitione, quoniam qui ſic in Spiritum ſanctum peccat, impoſſibile eſt, ꝙ remiſſionẽ accipiat. Chriſtus tamen non loquebatur de hoc præcisè ibidem, quoniam dixit, quòd blaſphemans peccabant in Spiritum ſanctum, & ideo non remittitur.

Peccatũ in Spiritum ſanctũ quid ſit.

Quo peccatum in Spiritum ſanctum dicatur irremiſſibile.

Non põt eſſe maior malitia et repugnãtia Spiritui ſancto q̃ finalis impœnitentia.

Quomodo

Quomodo peccata in Spiritumſanctum ſint remiſſibilia. Quæſt. IX.

PRo quo ſciendum, quod accipiendo peccata in Spiritum ſanctum, quæ fiunt ex pura malitia, & directè repugnant bonitati Diuinæ, tamen non ſunt conſummata peccata, ideo licet difficulter remittantur, tamen remitti poſſunt, & multoties remittuntur, ſicut eſt blaſphemia in Deum, quoniam iſta pura malitia eſt Deo maledicere, qui bonitas pura eſt. Sic etiam eſt inuidentia charitatis fraternæ, vt ſi aliquis inuideret fratri ſuo, quia habet charitatem, & vellet quod Deus nō diligeret eum, quoniam valde directè repugnat charitati Diuinæ, quę iſta bona communicat. Idem autem eſt de impugnatione veritatis cognitæ, vt ſi aliquis pertinaciter repugnat alicui veritati, quam cognoſcit, potiſſimum cum illa veritas eſt circa ea, G quæ ad fidem pertinent. Sic etiam ſunt quædam alia peccata, quę maiorem repugnantiam ad bonitatem Diuinam habent quàm ea, quæ communiter fiunt. De his autem peccatis in Spiritum ſanctum cum non ſint conſummata per finalem impęnitentiam, aut deſperationem, dicendū eſt, quod quamuis difficulter remiſſibilia ſint, tamen remittuntur. Si autem conſummentur iſta peccata per deſperationem, & finalem impęnitentiam, non eſt poſſibile ea remitti. Accipiēdo igitur ſtrictiſſimè, nullus eſt in peccato contra Spiritum ſanctū, niſi quando mortuus eſt, aut moritur: nam antequam moriatur, cum facultas liberi arbitrij ei inſit, poterit de peccatis dolere, & tunc ceſſabit finalis impęnitentia, & fiet plena remiſſio.

Solum eſt aliquis propriè loquendo in peccato in Spiritum ſanctum quando mortuus eſt, vel moritur.

Cum autem Chriſtus dixit, quod qui peccat in Spiritū ſanctum, nec in hoc ſæculo, nec in futuro remittetur ei, H intellexit non ſolum de peccato propriiſſimè in Spiritum ſanctum, ſed etiam de peccato in Spiritum ſanctum largius dicto, & tunc eſt ſenſus, quod qui peccat in Spiritum ſanctum, non recipiet remiſſionem in hoc ſæculo, nec in futuro, id eſt, difficilius ei remittetur quam aliis, qui aliter peccant. Circa quod conſiderandum eſt, quod cum dicitur peccatum in Spiritum ſanctum difficilius remitti quàm cetera peccata, non eſt intelligendum hoc ex parte Dei, ſed ex parte noſtra. Nam ſi ex parte Dei difficilius remitterentur peccata in Spiritum ſanctū quàm alia peccata, cum in aliis peccatis fiat remiſſio, quandocūque homo conteritur, non fieret remiſſio in peccatis in Spiritum ſanctum, quando aliquis ſolū ſemel contereretur, ſed oporteret multotiens conteri, & dolere. In hoc autem magna inconuenientia ſunt; Primò, quia tunc non ſtaret dictum I 18. cap. Ezechiel. ſ. Quacumque hora conuerſus fuerit homo à via ſua mala, & gemuerit, peccati non memor ero; & tamen ſi peccata in Spiritum ſanctum non delerentur per primam cōtritionem, daretur hora, in qua homo conuerteretur à via ſua mala, & tamen Deus adhuc recordaretur peccati, & non remitteret, donec ſequerentur iteratę contritiones. Item ſi hoc exiſteret, daretur magnum inconueniens contra ordinationē Dei, ſ. quod homine agente quantum in ſe eſt, non poſſet habere remiſſionem peccatorum, ad quod ſequeretur nos à Deo injuſte damnari. Quod probatur: ponamus enim aliquem blaſphemaſſe Deum, aut inuidiſſe charitati fraternæ, & immediatè de hoc contritum fuiſſe, & cito poſt hoc moreretur, manifeſtum eſt, quod iſte non poterat vlterius agere, quia quamdiu viuebat tamdiu de peccato dolebat, & tamen iſte non K ſaluabatur, quia ex præſumptione hac oportebat iſtū habere multas iteratas cōtritiones, & dolores, ad hoc, vt peccatum illud remitteretur, quas habere non potuit morte præuentus: magna igitur in hoc eſſet Dei iniuſtitia, cum nobis de peccato quantum poſſemus dolentibus, non remitteret. Item, ſequeretur Deum non eſſe maximum bonum, quia remittere iniurias ad bonitatē remittentis pertinet; ad maximam igitur bonitatem remittentis pertinet remiſſio omnium iniuriarum, & tunc ſicut ad bonitatem magnam pertinet cito remittere iniurias, ita ad maximam bonitatem pertinebit citiſſimè eas remittere, ſed Deo maximam bonitatem attribuimus, ergo ad ipſum pertinet cicitiſſime iniurias remittere; ſed ſi aliqua peccata eſſent, quæ dolentibus nobis, & humiliter pro remiſſione exorantibus, Deus in primo actu non remitteret, non eſſet remiſ- F ſio citiſſima, ergo neceſſarium eſt, quod ad primum actum contritionis, qui in nobis fuerit, Deus remittat omnia peccata quæcumque habuerimus, & ſic dicendum eſt, quod peccata in Spiritum ſanctum non requirunt plures actus cōtritionis, & ſæpius iteratos dolores ad remiſſionē quàm omnia alia peccata. Vnde danda eſt regula, quod peccatum nullum eſt, etiamſi minimum ſit, quod poſſit deleri, niſi per vnum actum contritionis ad minus, & non eſt aliquod peccatum, etiamſi maximum ſit, quod ad ſui remiſſionem requirat pluſquam vnum actum contritionis. Ex quo inducitur, quod Deus æquè velociter omnia peccata remittit, ſiue magna, ſiue parua ſint, nec oportet morari plus in vno, quam in altero. Patet igitur quod intendebamus, ſ. quod non remittuntur difficilius peccata, quæ ſunt in Spiritum ſanctum, quam peccata quæcumq; alia, quantum eſt ex parte Dei. Sed cum dicitur communiter à Sacris Scriptoribus exponentibus verba Chriſti, quod difficilius remittuntur peccata in Spiritum ſanctum quā alia: dicendum eſt hoc intelligi ex parte noſtra, ſ. quod cū quis peccat in Spiritum ſanctum, difficilius mouetur ad cōtritionem, & ad ſupplicandum Deo pro remiſſione peccatorum, quam ſi feciſſet alia parua peccata: nam peccatū diminuit facultatem noſtri liberi arbitrij, licet eam in totū tollere non poſſit: ſcilicet, quod cum aliquis mortaliter peccat, cauſatur in eo quædam grauitas, quæ impedit, ne poſſit moueri ita faciliter ad bonum, ſicut ſi non haberet aliquod peccatum, & tunc neceſſarium eſt, vt quantocūq; vnum peccatum in altero maius fuerit: tantò in eo maiorem grauitatem cauſet impedientem, ne in bonum moueatur. Et cum peccatum in Spiritum ſanctum ſit de maximis peccatis, neceſſarium eſt, vt maiorem grauitatē cauſet in peccato, & ſic difficilius poterit moueri ad contritionem quam qui alio modo peccant. Et quamuis gratia Dei pulſatiua, quę ſemper hominem tangit, continuè impellat ad contritionem, cū tamen fuerit in homine maxima grauitas cauſata, qualis eſt in peccatis contra Spiritum ſanctum, non mouebit eum faciliter gratia pulſatiua Dei, ſicut ſi incurriſſet paruam grauitatem propter alia peccata: & hoc eſt propter quod dicitur, quod peccatum in Spiritum ſanctū difficilius remittitur, ſcilicet, quia tardius nos ad orandū pro eius remiſſione mouemur. Et hoc ſatis conuenienter dictum eſt: qm̄ ſicut Deus ad remiſſionem agit, ita & nos: nam ſicut peccatū nunquam poſſet remitti, niſi Deus remitteret, ita nunquam poſſet remitti, niſi nos ad orandum, & dolendū pro eius remiſſione moueremur; ſed I ſi Deus tardè peccatum in Spiritum ſanctum remitteret, diceretur illud eſſe difficulter remiſſibile: ita ſi nos cito ad dolendū pro hoc peccato, ſicut in ceteris moueri non poſſemus, diceretur hoc peccatum difficulter remiſſibile. Et iſtam difficultatem remiſſionis Chriſtus Matth. 12. dixit eſſe irremiſſibilitatē. Patet ergo, quod ſupra dicebamus, ſ. quod omnia peccata tam per ignorantiam, quàm per malitiam, vel quocūq; alio modo perpetrata, remiſſibilia ſint, ſi dolor illorū adſit. Et auctoritates Scripturæ Sacræ, quæ videntur dicere peccata per ignorātiam eſſe remiſſibilia: peccata autem per malitiam non remitti, non ſunt ſic intelligenda, ſed eſt ſenſus, quod peccata per ignorantiā faciliter ſunt remiſſibilia, intelligendo, vt ſupra dictum eſt: peccata autem per malitiam difficulter remittūtur, & ſic intelligitur hic littera, cum dicitur: & remittetur ei, quia K per errorem deliquit in Domino, id eſt, quamuis quocūq; modo peccatū remitteretur, & tamen facilius remittitur iſti, qui peccauit per errorem, id eſt, per ignorantiam, ſic ēt intelligitur dictum Apoſtoli ad Galat. 5. c. Miſericordiam merui, quia ignorans feci, id eſt, quanquam Deus remitteret mihi perſequenti Eccleſiam, etiamſi ex malitia feciſſem, tamen facilius remiſit, quia ex ignorantia feci.

Ad nullius peccati remiſ-

Sicut ad quæcumque plures actus contritionis, ſed vnus tantum.

Deus & parua & magna peccata æquè velociter remittit.

CAP. VI.

LOcutusq; *eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Anima quæ peccauerit, & contempto Domino, negauerit proximo ſuo depoſitum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorſerit, aut calumniam fecerit, ſiue rem perditam inuenerit, & inficians inſuper peierauerit, & quodlibet*

Explicatio peccati contra proximum.

aliud

Aliud ex pluribus fecerit, in quibus ſolent peccare homines, coniuncta delicti, reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam inſuper partem domino, cui damnum intulerat. Pro peccato autem ſuo offeret arietem immaculatū de grege, & dabit eum Sacerdoti iuxta æſtimationem, menſuramq. delicti: qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro ſingulis, quæ faciendo peccauit.

LOCVTVSQ. eſt Dominus ad Moyſen. Hic incipit capitulum ſecūndum quoſdam, ſed ſecūdum veritatem incipit infra. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen.* Vbi agitur de ſacrificijs quotidianis. Hic autem cum ſuperius tractauerit Legiſlator de peccato ſecundum ignorantiam, agit de peccato ſecundum malitiam.

De quo peccato hic agatur ſpecialiter. Quæſt. X.

De pecca to ſecun dum ma litiam.

NEC tamen intelligendum eſt, quod hic ſolum agatur de peccato ſecundū malitiam, & ſupra non ageretur de eodem, quoniam ſi illud peccatum, quod erat ſupra, ſubticēdo veritatem in iudicio, dicatur peccatum ſecundum paſſionem, quod eſt propter amorem, vel odium: eodem modo dicetur iſtud, de quo hic agitur, eſſe peccatum ſecundum paſſionem, quoniam quicumque proximo ſuo depoſitum non reddit, aut quicumque calumniatur, aut aliquid extorquet, ideo facit, quia cupiditas rerū vtilium illum mouet, hæc autem cupiditas paſſio quædā eſt. Si autem dicamus, quod iſtud peccatū, de quo hic agitur, ſit ſecundum puram malitiam: ita peccatum, de quo ſupra agitur, ſcilicet, proximo ſubticere veritatē in iudicio, peccatum ſecundum malitiam eſt, vt cum verè loquamur C dicemus illud peccatum, quod erat in ſubticenda veritate eſſe ſecundum malitiam, & hoc de quo hic dicitur eſſe ſecundum malitiā. *Anima, quæ peccauerit, & contempto Deo negauerit proximo ſuo depoſitum.* Iſta littera non propriè aſſumitur ſecundum quod ipſa ſignat: nam cum hic ponatur copulatiua, ſignificantur copulari duo actus, ita quod alius actus ſit peccare, & alius ſit negare depoſitum; hoc tamen falſum eſt: quoniam ſolum eſt hic vnum peccatū, ſcilicet, negare depoſitum, ideo illa copulatiua, &, non eſt aſſumenda in vim copulatiuæ, ſed aſſumenda eſt tāquam expoſitiua, vt dicamus: anima, quæ peccauerit, & contempto Deo, &c. id eſt, anima, quæ peccauerit, & contempto Deo, id eſt, & peccando contempſit Deum, & depoſitum negauit: ita quod nihil aliud ſit peccare quam negare depoſitum proximo. *Et contempto Deo.* Ponitur iſta particu- D la ad deſignationem grauis culpæ in negante depoſitum, quoniam ſignificatur quòd iſte, qui depoſitum accepit, nō accepit præſentibus teſtibus, quibus probari poſſit depoſitum, ſed ſolus erat Deus, qui iſta videret: negando ergo depoſitum repugnabatur Deo, qui teſtis erat: nam ſicut ſi preſentibus teſtibus aliquis recepiſſet depoſitum, & negaret, contemneret teſtes: ita qui ſolo Deo præſente aliquid recepit, & negat, Deum cōtemnit, ideo quamuis in omnibus aliis peccatis Deus contēnatur, ſpecialiter tamen contemnitur, cum veritas rerum eo ſolo præſente geſtarum, negatur, quoniam ſicut ſi deponens res ſuas penes aliū teſtes haberet præſentes, cōfideret quod propter illos teſtes non negaretur ſibi depoſitum: ita cum aliquis quidpiam penes alium depoſuerit ſolo Deo præſente, confidit, quòd propter reuerentiam præſentiæ Diuinæ depoſitarius eru- E beſcet depoſitum inficiari, & ſic iuſta cauſa querelæ eſt ad Deum quandocūque aliquis alteri depoſitum dedit ſeruandum, & poſtea negat. De hoc ponit quaſdam exclamationes Iuuenalis in Satyra, quæ incipit.

Exemplo quodcunque malo committitur ipſi.

Sic etiam apud alios poetas modus eſt, vt quotieſcumque inter aliquas perſonas aliqua facta narrentur, quæ altera earum pars propter abſentiam teſtium diffitetur, fit exclamatio ad omnes Deos tam ſuperos quàm inferos. *Negauerit proximo ſuo depoſitum.* Hoc quidem magnum peccatum eſt, quoniam contra ius naturale eſt, quod Legiſtæ ius gentium vocant: nam ſicut depoſitiones fieri penes aliquem de iure naturali eſt: ita depoſitum reddi ab eodem iure prouenit: illud aūt inficiari naturali repugnat æquitati. *Quod fidei eius creditum fuerat.* i. q̄ commendatū fuerat in bona fide eius. ſ. quòd fideliter cuſtodiret, & fideliter reduceret ad depoſitorem, cū peteretur. Poteſt etiam intelligi, quia erat creditum fidei illius depoſitoris, i. q̄ nō ſolum dimiſit in bona fide illius ad conſeruandum, ſed etiam nullis teſtibus præſentibus ei tribuit, confidens bonæ fidei illius. ſ. credens, quòd non negaret. *Vel vi aliquid extorſerit,* i. ſi aliquis peccauerit in extorquendo aliquas res ab alio palam, eo inuito, quoniam hoc ad rapinam vel latrocinia pertinet, hoc rurſus magnum peccatū eſt. *Aut calumniam fecerit.* Calumniari dicitur aliquis dupliciter, aut cum quiſquam alteri quod indebitum eſt, per fraudes extorquet, aut cum facit fraudulenter aliquid alteri debitum eſſe, quod aliàs non deberetur. De Primo ſatis patet exemplum cum multæ fraudes communiter fiunt; de Secundo eſt exemplum, vt ſi aliqua lex pęnalis ſit, & aliquis B non incideret in illam, ſed alius ab intentione inſidiatur ei, & laborat vt inducat ad faciendum cōtra illam legem, vt recipiat ab eo pœnā legis, calumniari dicitur: quoniam iſte, qui incidebat in pęnam iſtius legis, tenebatur ad ſoluendum eam: tamen calumnia erat inquantum alius inducebat eum ad peccandum contra aliam legem, & ideo non poterat recipere licitè pecuniā pęnæ iſtius legis, ideo ſi recipiſſet, quocunq; modo reſtituere tenebatur. *Siue rem perditam inuenerit, & inficiās ſuper peierauerit.* Iſte eſt alius caſus, in quo homo peccat per malitiam. ſ. ſi aliquis inueniat magnam pecuniam, & dominus inquirens ab eo, an inuenerit, non recipit iſto negante ſe inueniſſe, & cum poſtea ſuper hoc in ius deducatur, iurat ſe nō inueniſſe: hæc enim magna peccata ſunt. Tunc autem debet facere ea, quæ hic ſequuntur. Sed cum hic dicitur, cum aliquis inuenerit pecuniam, & negauerit, & poſtea iurauerit, nō eſt intelligēdum, quòd ſolum teneatur ad ea, quæ hic dicuntur, quando iſta omnia facit: nam dato quòd aliquando non iuret; ſi tamen aliquid inuenerit & negauerit, vel inuenerit & non negauit, quia non fuit ab eo inquiſitum an inueniſſet, tenebitur facere ea, quæ hic dicuntur: magis tamen peccat ſi inuenerit, & negauerit, & iuramento firmauerit. *Et quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus peccare ſolent homines.* i. ſi non ſolum fecerit iſta, ſed aliquod de aliis peccatis, quæ poſſunt homines facere, in quibus communiter peccant. Et ponitur iſta clauſula generalis, quia non poterat Legiſlator comprehendere hic omnes modos peccatorum: ſunt enim valde multi, ſicut ait Virgilius in 6. Aeneidos

Calūniari quid ſit.

Peccata enarrari non poſſunt propter ſui multitudinem ſecūdum ſpeciem.

Non mihi ſi lingua centum ſint, oraq. centum:
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

Non poterat ergo Legiſlator hic illa enarrare, ſed ſub generali clauſula poſuit.

Sciendum autem, quòd cum hic Legiſlator dicit, quòd in omnib. peccatis, in quibus homines peccare ſolent, debeat fieri quod hic dicitur, non eſt intelligendum ſimpliciter quantum ad omnia peccata: nam manifeſtum eſt, q̄ quamuis homines peccare ſoleant in peccatis ſecundum ignorantiam, tamen pro illis non debet fieri id quo infra dicitur, cum hoc ſit in peccatis quæ fiunt ex malitia. Item adhuc in peccatis, quæ hominibus ſciētibus fiunt, non tenet vniuerſaliter iſta regula, quoniam ſi peccata ſint erga Deum qualiacumque illa ſint, ſiue ſint contra præcepta tria Decalogi, ſiue contra alia præcepta cæremonialia, nō E ponitur pęna, quæ hic. Quod patet: quia in præceptis Decalogi ſi aliquis contra illa ſciens ageret, moreretur: De colendo Deos alienos patet Deuteron. 13. & 17. cap. de Blaſphemia, quæ eſt contra ſecundum præceptum, patet infra, 24. cap. vbi lapidatur blaſphemus. De violatione Sabbati, quæ erat contra tertium, patet Numer. 15. cap. vbi lapidatur vir colligens ligna in Sabbato. De peccatis autem, quæ fiebant contra præcepta cæremonialia, ſi fierent per ſuperbiam infligebatur mors, vt patet Num. 15. hic tamen nō infligebatur mors. Item in peccatis, de quibus hic dicitur, fiebat reſtitutio aliquorū damnorum, ſed in peccatis, quæ fiunt contra Deum non fit reſtitutio aliquorum damnorum, niſi cum quis de ſanctificatis comederit, vt ſupra in littera dictum eſt, ergo non poteſt intelligi de peccatis, quæ ſiunt contra Deum. Dicendum igitur, debere intelligi iſtam Clauſulā de ſolis peccatis, quæ

fiunt

ſunt contra proximum, ſed tamen nō eſt intelligendum generaliter, ꝙ in omnibus peccatis, quæ ſunt contra proximum teneatur iſta regula. Sed diſtinguendum eſt, ꝙ peccatorum, quæ in proximo ſunt, quædam conſiſtunt in ſola affectione: quædam verò in actu exteriori: in primis autem, vt cum aliquis proponebat nocere proximo, vel habebat eum exoſum, & nihil vltra ageret, tunc quanquam Deum offenderet, & ei teneretur, proximum tamen non lædebat, ideo nō tenebatur ei ad aliquid agendum, vel reſtituendum. Ex quo infertur intelligi hanc regulam de his peccatis: quoniam in his, de quibus hic, fit reſtitutio: in peccatis tamen in ſolo actu interiori conſiſtentibus, non fit aliqua reſtitutio. Amplius autem eorum peccatorū, quæ ſunt in actu exteriori, quædam ſunt in ſola voce, quædam autem in rebus: de primis vt maledicere proximo, detrahere, infamare. Et de his dicēdum eſt, ꝙ hæc regula non teneatur de eis, quoniam in omnibus, de quibus hic fit reſtitutio, debet eſſe damnum, in verbali autem offenſione non fit aliquod damnum, ſecundum quod reſtitutio fieri poſſet, quanquam ſi aliquis in verbis iniuriatus contra alium ageret actione iniuriarum ad condemnationem in pecuniis ſecundum leges humanas, iniurians ad aliquam pecuniæ ſummam condemnabitur; apud Hebræos autem tales leges non erant, quia non fuerat ipſis perfecta legiſlatio aſſignata, circa contractus, & actiones humanas, ſicut legibus humanis poſtea diſtinctum eſt. Etiam quia dato, ꝙ apud eos eſſent actiones iniuriarum, tamen nō poteſt intelligi littera iſta de tali actione, cum agatur de damnificante, vel ſubtrahentes res. Eorum aūt peccatorū, quæ conſiſtunt in rebus, quædam ſunt, quæ pertinent ad ipſas perſonas, quædam aūt ad res perſonarum: ad perſonas aūt pertinent peccata hæc. ſ. percuſſio, & vulneratio, vt ſcilicet, ꝙ aliquis occidat aliquem, aut filium eius, vel vxorem, & in iſtis nō tenetur hæc lex, quoniam ibi non fit aliqua reſtitutio, ſicut hic fieri iubetur. Item, quoniam in ſimilibus nihil eſt, quod reſtitui poſſit, etiam ſi aliquis reſtituere vellet, ſed tenendæ ſunt leges, quæ habentur Exodi 21. c. de percuſſo, & vulnerato. Et ſi obiicias, quòd in percuſſo non moriente fit ſolutio expenſarum, non tenet iſtud argumentum, qm̄ iſta non eſt propria reſtitutio, cū nihil ablatum fuerit, ſed eſt aliquid datū in pœnam. Sunt aūt alia peccata, quæ conſiſtunt circa perſonas coniunctas, vt cū aliquis adulteriū cōmittat cum vxore alterius, & in hoc nō debebat fieri aliqua reſtitutio, cum nihil tale eſſet, ſed magis adulter & adultera morerentur, vt patet infra 20. c. Alij erāt actus circa res perſonarū. ſ. ꝙ aliquis ſubtraheret bona alterius, aut quouis modo eū in bonis ſuis damnificaret; & in his eſt propriè inferre damnum, & competit reſtitutio directè. Huiuſmodi ſunt exēpla, quæ ponuntur in littera. ſ. ſi aliquis depoſitū negauerit, ſi quis per violētiā, aut per calumniam aliquid extorſerit, vel rem perditā inuenerit & infitiatus fuerit: in his. n. omnibus res alicuius diminuitur quod eſt propriè damnū, & cū Deus poſuerit hic vniuerſalē Clauſulam, dicens, hoc debere fieri in omnibus, in quibus homines peccare ſolent: ſolum reducendum eſt ad peccata contra proximū, in quibus res eius deperdūtur. Sed præter exēpla, quæ hic ponūtur, multa alia ſunt, vtputa ſi iudex contra aliquē malè iudicauit in pecuniis condemnando, quod de condemnato non conſtat: tenebitur ipſe iudex reſtituere hæc, & facere ſacrificium de hoc. Itē, ſi aliquis occultè ouem, aut bouem occidit, aut debilitauit, tenebitur ad ea, de quibus hic. Item, ſi precario, vel commodato aliquid recepit, & poſtea infitiatus fuerit, tenebitur ſicut in caſu ſuperiori de negante depoſitum. Multi alij ſimiles caſus ſunt, in quibus homines aduerſus proximum peccare ſolent, & teētur vt rei hac lege. *Conuicta delicti.* ſ. ꝙ ille, qui ſic peccat in aliquo ſuperiorum debet conuinci iudicialiter de illo, de quo hic dr̄ ad hoc, ꝙ ſoluat. Sed iſta littera non videtur conueniēter poſita: quoniā in littera Hebraica non habetur iſta Clauſula, ſed videtur introducta per errorem Scriptorum, qui reperientes interlineares gloſſas, & neſciētes diſtinguere inter textum, & gloſſam fortè propter concordiā & identitatem ſententiæ, ea quæ interlinearia erant, textui miſcuerunt. Sed magis dicendum eſt, ꝙ iſta particula nō vi-

Diſtinctio peccatorum, quæ in proximo ſūt.

In peccatis in ſolo actu interiori conſiſtentibus non fit reſtitutio.

In littera noſtra vitio ſcriptorū eſt addita vna particula, hic, ſcilicet, conuicta delicti.

F deatur debere hic poni. Nam quandocunque aliquis in iudicio conuincitur, contra eum purè iudicialiter agitur, ideo cum illius actionis damnum vel vtilitas ad proximū ſpectet, præciſè cōdemnatio fieri debebat ad proximum, & non ad Deum: hic tamen condemnatur peccans in ſacrificiis. Item, nō poteſt ſtare: quoniam ſi aliquis reſpiciat eas leges, quæ habētur de diſceptatione iudiciali in Exodo, & in libris Numerorum, & Deuteronom. & hic, nunquam reperiet, ꝙ in aliqua earū mandetur fieri condemnatio alicuius litigatorum ad aliqua ſacrificia Dei, ſed hic fit condemnatio, ergo nō tenet lex iſta in ordine iudiciario, vbi aliquis conuinci debeat. Item, ſi aliquis conuinci deberet de violentia illata rebus, aut fraude, aut periurio ſuper res, non ſolum condemnaretur ad condemnationem rerum. i. ſolutionem, cum quinta parte, ſed inter- G dum in duplo, aliquando in quadruplo, & quintuplo: nūquam vero minus quam in duplo, vt patet Exodi 22. c. hic tn̄ non imponitur duplum, ergo non videtur agi iudicialiter, vt aliquis condemnetur. Sed dicendum eſt, iſtam legem tenere cum aliquis depoſitum negauit, aut aliquid violenter, vel per calumniam extorſit, & ſic de ſimilibus, & apud ſe conteritur de iniquè cōmiſſis, & vult proximo ſatisfacere, tunc tenētur hac lege; & quamuis teneretur iſte ad maiorem ſolutionē, ſi iudicialiter ageretur, quia tn̄ peccans ſponte ad ſatisfaciendum cōuertitur, ſolum imponitur ſimplum, & quinta pars. *Reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere integra.* i. debet reſtituere omnia, quæ voluit tenere iniuſtè de bonis proximi ſui. Et non eſt intelligēdū, ꝙ ſi aliquis concupiuit rem proximi ſui, & illam per fraudem, vel aliàs obtinere voluit, ꝙ teneatur tm̄ H proximo reſtituere, quantū voluit accipere de bonis eius: nā iſtud eſt peccatum in ſolo actu interiori, & pro his non tenemur proximis ad aliquid, ſed eſt ſenſus, ꝙ aliquis acceperit de bonis proximi ſui iniquè, & illa tenuit aliquādiu, & voluit obtinere. i. determinabat pro ſe illa tenere, tanq̄ ſua, & tunc cum redierit ad cor, pœnitens de eo quod egit, reddet vniuerſa, quæ voluit obtinere. i. quæ aliqn̄ tenuit, & voluit ſemper tenere. Sciendum eſt, ꝙ iſta lex non ſolum imponitur, cum quiſquam accepit de bonis proximi ſui, & aliquid apud ſe tenet, ſed etiam cum bona eius læſit, aut diminuit, apud ſe nihil tenens, vt ſi occidit bouē eius, vel ouem, aut commodato, vel precario recipiens illum perdidit, qm̄ licet tunc nihil maneat apud iſtū damnificatorem, quia tn̄ ille, cuius res læſa eſt, ita damnificatur re perdita, ſicut ſi apud damnificatorem permaneret, I tenebitur ſēper inferens damnum tm̄ illi reſtituere, quantum aut tenet, aut diminuit. *Omnia quæ per fraudem voluit obtinere.* Non eſt intelligēdum iſtam legem teneri ſolum quantum ad ea, quæ per fraudem obtenta ſunt, aut obtineri cupiebantur: nam in lege hac exprimitur de eo, qui per violentiam aliquid extorſit. Ea etiam quæ clam dn̄o inuito auferuntur, hac cōprehenduntur lege: illa tn̄ non dicuntur per fraudem, ſed furto abſtracta, ſed intelligēdum eſt fraudem non accipi hic, propriè, ſed largè, vt includit oēm illicitū modū acquiſitionis, & ſic violētia, rapinæ, & latrocinia fraudis nomine continentur. *Et quintam inſuper partem domino, cui damnum intulerat.* Duo ſoluūtur hic ei cui res ablata eſt. ſ. æqualitas rei, & quinta inſuper pars: æqualitas ſoluitur pro damno illato in abſtractione rei, quinta aūt pars pro offenſa datur, vel ſaltē in partē dam- K ni illati domino, propter abſentiam rei ſuæ, ſed in his mitius iudicatur, quā ſi iudicialiter ageretur. *Pro peccato autem ſuo offeret arietem immaculatum.* Dicitur hic offerre arietem pro peccato in eo, ꝙ iſte accipiēs res proximi ſui, offenderat Deum infringens leges eius, & vt ſatisfaceret, imponebatur ei quòd offerret arietem.

Quare cum aliquis condemnatur reus alicuius peccati, non imponebatur ſemper, quòd faceret aliquod ſacrificium. Q. XI.

QVÆRET aliquis, cum in omni peccato fiat Deo offenſio, quare, cum aliquis cōdemnabatur reus alicuius peccati, non imponebatur ſemper, ꝙ faceret aliquod ſacrificium? Nam cum aliquis in iudicio condemnaretur, nunquam imponebatur aliqua pœna in offerendo, quamuis peccata, de quibus cōtra aliquē iudicialiter agitur, interdū maiora ſint q̄ ea, quæ aliq̄s ſpon-

tè

tè confitetur extra iudicium. Reſpõdendũ eſt, ꝙ pęna debet imponi ſecundũ genus fori, in quo agitur. erãt.n. duo fora. ſ. iudicium Diuinũ, & temporale, ſicut nunc diſtinguimus forum conſcientiæ, & forum cõtentioſum. In his autem pro iiſdem delictis non eædem pœnæ dantur: nam aliter punietur qui conuincitur, aut ſpontè confiteatur occidiſſe hominem coram iudice, quam qui id Sacerdoti in confeſſione protulerit; & generaliter quantum ad omnes actus, ſunt diuerſa genera pœnarum in diuerſis foris. Sic etiam erat in Veteri Teſtamẽto, qm̃ cum iudicialiter agebatur, pertinebat ad temporalem iuriſdictionem, cum verò aliquis ſpontè proximo ſuo confiteretur, ꝙ ei nocuerat, pertinebat ad forum Diuinum, ideo nõ debebant poni eadem genera pœnarum, ſed in Diuino foro ponebantur pœnæ partim ſpirituales, partim temporales. ſ. ꝙ peccans inquantum proximum læſerat, ſatisfaceret, & aliquam pœnam ſpiritualem ſubiret, hæc autem erat in exhibitione alicuius ſacrificij; In iuriſdictione autem purè temporali debebant imponi pœnæ purè temporales, ideo nunquam ſacrificiũ imponi debuit, ſed purè pœna pecuniaria, aut corporalis. *Offeret pro peccato ſuo arietem*. In hoc videtur innui, ꝙ iſte ſubtrahens res alienas vi, aut fraude, ſolũ peccaret in Deũ, & non in proximum, quia iubetur pro peccato offerre arietem: conſtat tñ arietis oblationem non ad proximum, ſed ad Deum ſolũ pertinere. Reſpondum eſt, ꝙ non ſolum aliquis peccat in Deum, ſed etiam peccat in proximũ, quoniam omnis actus, qui deordinatus eſt per carentiam debitarum circumſtantiarum, peccatum eſt, ſed contingit hunc actũ ad Deum eſſe, ſicut ad proximũ, ergo nõ ſolũ dicetur aliquis peccare in Deum, ſed etiam aliquando in proximum, & cum hic iſte actus dirigatur in proximum, quia ei res ſubtrahuntur, peccatũ erit in proximum. Sed dicendum eſt Scripturam accepiſſe hic propriè peccatum: nam licet actio illa, quæ peccatum eſt, interdum contra proximum ſit, non tñ eſt contra eum inquantum peccatum eſt: nam in actione conſiderãtur duo; Primum eſt, carentia debitarum circumſtantiarũ, ad quas tenebatur peccans ex lege Dei. Secundum eſt, quædam offenſio proueniens ex illa actione, quæ aliqñ damnũ eſt, aliqñ aũt iniuria. Actio aũt peccati quãtum ad Primum, vocatur propriè peccatum vel culpa: quãtum verò ad ſm, vocatur offenſa, aut damnũ, vel iniuria. Nũc aũt conſtat actionẽ peccati primo modo nihil attinere ad proximũ, qm̃ ſiue actus noſter circumſtantiis careat, ſiue eas habeat, ad proximum nihil pertinet, dummodo iniuria vel damnum inde non ſequatur; nec imputat illam priuationẽ circumſtãtiarum ad aliquam pęnam. Secundum autem quod eſt iniuria, vel damnũ, ad eum directè pertinet, & qm̃ iſto ſecundo modo non dicitur actio eſſe peccatum, ſed primo modo, ideo peccatum nõ eſt in proximum, ſed offenſio, damnum, vel iniuria, & quia primus modus, qui eſt carere debitis circumſtantiis à Deo cõſideratur, & imputatur nobis ad pęnã, dicetur peccatum ad ſolum Deũ pertinere, & hoc ſatis diſtinxit hic littera ponens damnum ad proximum, & peccatum ad Deũ, cum dicitur: Reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere integra, & quintam inſuper partẽ domino, cui damnum intulerat. *Pro peccato autem ſuo offeret arietem immaculatum de grege*. Aries ſemper de grege eſt, licet de gregibus non accipiatur, qm̃ ad minora animalia pertinet, in quibus greges aſſignãtur. Dicitur autem immaculatus, quia non debet in eo eſſe aliqua macula, quæ impediat eum offerri, de quibus infra 22. c. *Et dabit eum Sacerdoti*. ſ. ꝙ peccans daret iſtum arietem Sacerdoti. Nec tamen intelligitur, ꝙ daret ei ad cõuertendum in vſus ſuos, ſed vt Domino immolaret pro peccato. *Iuxta æſtimationem menſuramq; delicti*. De hoc dicendum eſt, ꝙ exponi debet ſicut in ſuperiori lege eandẽ particulã expoſuimus: nã nõ poteſt dici, ꝙ offerri debeat iſte aries iuxta æſtimationem peccat. i. ſm magnitudinem peccati, qm̃ æſtimatio magnitudinis peccati iã facta erat, cum ſoluebatur patienti damnum tantum quantum eidem illatum fuerat, & inſuper quinta pars: nũc autem ſolum manebat, vt Deo aries offerretur, ergo non debebat in hoc fieri aliqua menſura, vel æſtimatio peccati: nam omnia inconuenientia, quæ in ſuperiori particula propoſitæ legis proponebantur, ſequerentur

Duo in peccati actione cõſiderãtur.

A hic, & adhuc fortius quàm ibi, quia hic facta fuit proximo æſtimatio damni & ſoluta, ibi autem nihil, ergo non manebat alia menſura, vel æſtimatio facienda. Dicẽdum ergo, quòd intelligitur hoc de valore arietis. ſ. quòd iſte aries, qui offerri debebat, deberet tantæ menſuræ, & æſtimationis eſſe, in quanta iubentur offerri arietes pro peccato, ſ. quòd quilibet illorum deberet valere duos ſiclos, vt patet ſupra, nec poterat aliquis arietem minoris valoris offerre. *Qui rogabit pro eo coram Domino*, id eſt, ſacerdos accipiens iſtum arietem de manu peccantis, orabit pro eo, quando immolabit arietẽ coram Dño. ſ. corã oſtio Tabernaculi, & explebit alias cæremonias. *Et dimittetur illi*, ideſt, quia ſacerdos rogabat pro iſto, & ipſe deuotè offerebat, remittebatur pęna debita pro peccato. *Pro ſingulis, quæ faciendo peccauit*, i. quòd iſte, qui peccauerat & B offerebat arietem, recipiebat remiſſionem omnium illorum, in quibus peccauerat. Et ponitur hoc ad tollendum dubium, quoniam ponebantur ſupra aliqui caſus, in quibus erant multiplicia peccata, ſicut in illo, qui depoſitum negauerat, & poſtea iurauerat ſe non recepiſſe: ibi enim duo peccata erant: etiam de illo, qui rem perditam inueniebat, & inueniſſe negabat, & poſt hæc non inueniſſe iurabat. Erant.n. ibi tria peccata, ideo quando aliquis offerret ſacrificium, quod hic iubetur, & remitteretur ei peccatum, exiſtimaret ſolum ſibi remitti vnum peccatũ manentibus aliis, ideo dicitur, in littera, quòd ſingula, quæ peccauit remittuntur. i. ſi circa illos actus, in quibus peccauit, erant tria vel quatuor peccata, omnia illa remittebantur. Nec tamen ex hac littera intelligendum eſt, ꝙ qñ aliquis offerret ſacrificium in his caſibus, de quibus hic, & C in ſimilibus, ꝙ tollerẽtur omnia peccata huius. Sed ſolum eſt ſenſus, ꝙ tollebantur omnia peccata, quæ attinebant ad illam materiam, in qua peccabat, non autem peccata, quæ aliàs egiſſet, quia pro illis alia erat remiſſio.

Quæ peccata tollebãtur ꝑ huiuſmodi ſacrificia.

Locutuſq; eſt Dominum ad Moyſen, dicens: Præcipe Aaron, & filijs eius: Hæc eſt lex holocauſti: cremabitur in altari tota nocte vſque mane: ignis ex eodem altari erit. Veſtietur tunica ſacerdos & feminalibus lineis: tolletq; cineres, quos vorãs ignis exuſſit, & ponens iuxta altare, ſpoliabitur prioribus veſtimentis, indutuſq; alijs efferet eos extra caſtra, & in loco mũdiſſimo vſque ad fauillam conſumi faciet. Ignis autem in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubjiciens ligna mane per ſingulos dies, & impoſito holocauſto, deſuper adipes adolebit pacificorum: ignis eſt iſte perpetuus, qui nunquam deficiet D *in altari.*

De conſe. diſt. 1. c. 1.

Ignis in altari ſẽper ardebit.

De celeb. miſſ. c. fin.

Locutuſq; eſt. In ſuperioribus legiſlator poſuerat normam de ſacrificiis, quæ fiebant interpolatè, hic ſubdit de his, quæ fiebant continuè, ſcilicet de holocauſtis quibuſdam in mane & veſpere, & diuiditur in duas partes: quoniam Primò, agitur de ritu horum holocauſtorum; Secundò, de cæremoniis ſacrificij pacificorum, ſequẽti cap. Prima in duas, quoniam Primò agitur de ſacrificiis holocauſtorum in animalibus; Secundò, de eorum libamentis cæremonialibus; ſecunda ibi: *Hæc eſt lex pacifici*. Secunda in duas: quia Primò agitur de libamento; Secundò, de ſacrificio ꝓ peccato; Secũda ibi: *Locutus eſt Dominus*. Secũda in duas: Primò agitur de ſacrificio ꝓ peccato Sacerdotũ; Secũdo, de ritu ſacrificij ꝓ peccato vulgarium; Secũda E ibi: *Locutus eſt autem*. Secunda in duas, quoniã Primò agitur de cæremoniis ſacrificiorum pro peccato; Secundò, ponuntur quædam regulæ de his, quæ veniebant in Sacerdotum partem; Secunda ibi: *Ad Sacerdotem*. Circa primum. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen*. Hic ponitur iſtud caput rationis, vt fiat interpolatio à ſuperioribus: quoniã hic non agitur de eis, de quibus ſupra dicebatur, ſed tranſitur ad alia. *Præcipe Aaron, & filijs eius*.

De ritu horum holocauſtorum.

Quare iubetur hic loqui ad Aaron, & filios eius, & non ad filios Iſrael. Quæſt. 1.

IN aliis quando Deus loquebatur ad Moyſen dicebat ei, quòd loqueretur ad filios Iſrael, hic autem dicitur, quòd loquatur ad Aaron, & filios eius. Ratio diuerſitatis eſt: quia in legibus, quæ dabantur, quædam pertinebant ad totum populum, quædam autem ad ſolos

ſacerdotes. Cum autem lex aliqua pertineret ad totũ po- F pulum, dicebat Deus Moyſi: Loquere filiis Iſrael. Cũ verò lex pertinebat ad ſolos ſacerdotes, dicebatur Moyſi, quòd loqueretur ad Aaron, & filios eius. Et quia lex iſta, quæ hic datur de holocauſtis iugis ſacrificij, ad ſolos ſacerdotes pertinebat, iuſſit vt ſolis eis loqueretur, & non iuſſit vt loqueretur ad totam tribum Leui: quoniam in tribu Leui præter familiam ſacerdotũ, quæ vocabatur familia Amramitarum, erant aliæ tres familiæ, de quibus diximus in prologo huius libri. Ad has aũt tres familias nihil pertinebat de oblatione, & cæremoniis ſacrificiorũ: quoniam iſti Leuitæ vocabantur; ad eos autem qui Sacerdotes erãt, pertinebat omnia iſta facere, ideo non dixit hic Deus loquere ad totam tribum Leui, quoniam ſolum pertinebat ad ſacerdotes, qui erant filij Aaron: non eſt enim intelligendum, quòd nomine filiorum Aaron, accipiantur om- G nes Leuitæ, ſed ſoli ſacerdotes, qui erant filij Aaron. Aliqui autem dicunt, quòd Deus iuſſit Moyſi, vt loqueretur Aaron, & filiis eius: quià holocauſta, de quibus hic dicitur, pertinebant ad eos, ſcilicet, quia ipſi de expenſis ſuis facerent quotidie holocauſtum matutinum, & veſpertinum. Sed hoc falſum eſt: quoniam cum iſta ſacrificia fierent pro Communitate, non erat iuſtum, vt ſacerdotum ſoluerentur expenſis, ſed quòd magis ipſa Communitas ſolueret. Item, patet hoc: quia Exodi 30. c. cum agitur de numeratione populi, dicitur, ꝙ quilibet tranſiens ad nomen, ſolueret dimidiũ ſiclum, & iſta pecunia cõuertebatur in vſus Sanctuarij, ſed vſus præcipuus Sanctuarij erat in oblatione iugis ſacrificij matutini, & veſpertini, ergò ad expenſas horũ ſacrificiorũ conuertebatur, & nõ offerebant Sacerdotes precium eorum animalium offerendo- H rum. *Hæc eſt lex holocauſti*. Non eſt intelligendũ, ꝙ loquatur hic Deus volẽs dare regulam ſimpliciter de holocauſtis, qm̃ iam de eis regulã tribuit ſupra, 1. c. ſed hic loquitur de ſolis holocauſtis iugibus, ſ. veſpertino, & matutino, qm̃ licet in immolando, & offerendo haberent eandem legem cum omnibus aliis, tamen in crematione non erat idem modus, ſicut hic patet: ideo de hoc ſolo datur hic regula, & non datur de modo immolationis, & effuſionis ſanguinis, & aſperſionis ſanguinis, & locationis carnium ſuper altare: quoniam hæc omnia tenebantur, ſicut ſupra primo cap. dicebatur. *Cremabitur in altari tota nocte vſque mane*. Loquitur hic de ſacrificio holocauſti veſpertini: quoniam quotidie iubebat ſibi Deus fieri duo holocauſta, vnum in mane: & aliud in veſpere: de hoc Numer. 28. cũ dicitur: Hæc ſunt ſacrificia, quæ offerre debetis: agnos I anniculos immaculatos duos quotidie in holocauſtum ſempiternum, vnum offeretis mane & alterum ad veſperum. Hic autem non datur regula de modo cremationis ſacrificij matutini, ſed veſpertini, cum dicatur, quòd tota nocte; de matutino autem nihil dicit: quia illud cremabatur ſecundum cõſuetudinem aliorum holocauſtorum, ſcilicet, quòd ponebantur omnes partes holocauſti ſimul ſuper altare, & ſic cremabantur, ſicut patet ſupra, primo cap. iſta autem crematio velociter fiebat, cum omnes partes ſimul ponerentur: illa autem, quæ fiebat in ſacrificio veſpertino, non erat ita velox crematio, quoniam durabat per totam noctem, ideo oportebat, vt partes ſucceſſiuè ponerentur ad cremandum ſuper altare, alioquin ſimul poſitis, non poterat per totam noctem durare ſacrificium. Ad hoc igitur oportebat aliquem de ſacerdotibus aſtare K per noctem vigilando in Sanctuario, vt ſucceſſiuè poneret in altari partes holocauſti, & diſponeret illas. Durabat autem iſtud holocauſtum per noctem integram, qm̃ ponebatur ante ſolis occaſum, & durabat vſque ad ſolis ortum, quod patet ex littera cum dicitur: Cremabitur tota nocte, vſque ad mane. *Ignis ex eodem altari erit*. Hic ponitur ritus circa ignem, quo cremabantur holocauſta: nam non debebat apponi aliquis ignis alienus ad cremãdum ſacrificia, ſed erat ille ignis ex altari, id eſt, ibi natus, & nõ cauſatus ex aliqua materia mõ naturali, ſed Deus ad honorãdũ ſacrificia ſua, vt diſtinguerẽtur à ſacrificiis aliarũ Gẽtiũ, fecit deſcendere ignẽ de cęlo, & cremare ſacrificia illa, atque ibidẽ manere in perpetuũ: nã poſtea ille ignis nunquam ceſſauit de altari. Et quanquã moueretur altare per diuerſas manſiones; tamen ibi manebat ignis ſine

Deus non iuſſit loqui ad totam tribum Leui, ſed ad Sacerdotes ſolum.

De veſpertino, ac matutino holocauſto.

De crematione matutini, & veſpertini ſacrificij.

Ritus circa ignẽ quo cremabantur holocauſta.

aliqua materia, quæ eſſet fomentum eius, inuolutus panno rubeo, & cum rurſus altare collocandum erat, ponebantur ligna & cremabantur ſacrificia. Manſit autem iſte ignis apud Iudæos ad ſacrificiorum cremationem vſquequo poſt mortem Chriſti templum, & omnia quæ erãt in eo Ieroſolymis deſtructa ſunt per Romanos, per eum modum quem poſuimus ſupra, 3. cap. *Veſtietur tunica Sacerdos, & feminalibus lineis*. Hic ponitur de ritu Sacerdotis in efferendo cineres extra Sanctuarium, & dicitur quòd debebat eſſe iſte Sacerdos indutus tunica, & feminalibus. Iſte ſacerdos, de quo hic dicitur, non erat ſacerdos magnus, ſed quilibet alius hoc facere poterat, cum iſta eſſet miniſtratio infimæ dignitatis, & videtur pertinere ad banauſas, vocatur autem hic tunica Sacerdotis vnum de ornamentis eius, de quibus habetur Exodi 28.

Ritus ſacerdotis in oblatione cinerũ extra Sanctuariũ.

Quæ erant feminalia Sacerdotum. Quæſt. II.

PONVNTVR autem hic duo ornamenta, ſcilicet, feminalia, & tunica. Feminalia autem erat prima veſtis, & non erat aliquod miniſterium; quod ſine illis fieret, quia ad honeſtatem magnam pertinebant, & erat hoc minimum ornamentum, quod non ſolum ad miniſtrationem rerum ſacrarum pertinebat, ſed etiam quilibet homo honeſtè ſe habens illis ſemper vti debebat. Hæc autem feminalia, de quibus hic dicitur, non erant illa, de quibus Sacerdotes in aliis profanis operationibus, & ad quotidianum vſum vtebantur, ſed feminalia ſacra computabantur inter ornamenta ſacerdotalia, & quibus ſolum vtebantur ſacerdotes, cum in ſacris miniſtrarent. Erat ſecunda veſtis horum ornamentorũ tunica, & iſta erat quędam veſtis facta de lino, & ſtricta, pertinens tam ad Sacerdotes minores quàm ad magnum, & habebat ſm̃ locum in veſtibus Sacerdotalibus. Hæc duo ſola ornamenta Sacerdotes accipiebant, cum cineres efferre deberent ex loco ſacro. *Tolletq. cineres quos vorans ignis exuſſit*. Quotidie ſacerdotes accipiebant cineres de altari, & effundere debebãt extra caſtra, qm̃ cremabãtur multa ligna & ſacrificia in altari, quæ faciebant cinerem magnæ quantitatis, & niſi exportatæ fuiſſent foras, altare repletum fuiſſet, & effluxiſſent cineres, ita vt non potuiſſent conuenienter aptari ſacrificia in altari. Ad efferendos aũt hos cineres, Sacerdotes primo induebant feminalia, deinde tunicã lineam, & accedentes ad altare, aſſumebant lebetes, in quibus ſuſcipiebant cineres, & tunc deponebant illos cineres apud altare in lebetibus, & exuebant veſtes ſacras, quas induerant, vt exirent extra Sanctuarium ſine veſtibus ſacris, & accipientes lebetes cineribus plenos, ferebãt in locũ mundum extra caſtra, & ibi effundebant. *Quos vorans ignis exuſſit*. Ignis dicitur vorare, eo ꝙ omnia, quæ ei apponũtur conſumit, tanq̃ ſi voraret: nos. n. & cetera animalia vorare dicimur, qñ aliquid tranſglutimus mittẽtes ad ſtomachũ, & de illo iam nihil apparet: ita ignis cum oĩa ſibi appoſita deſtruat, quaſi in nihilum redigens vorare dr̃. *Et ponens iuxta altare, expoliabitur prioribus veſtimentis*. Aſſumebat Sacerdos antequam accederet ad altare ablaturus cineres veſtes ſuas ſacras, ſ. feminalia & lineam tunicam, & hoc, quia accedere ad altare, erat quædam ſacra miniſtratio: ſacræ aũt miniſtrationes ſine veſtibus Sacerdotalibus fieri nunquam debebant, & tñ nõ efferebat hos cineres extra caſtra Sacerdos indutus his veſtibus ſacris: quia extra loca ſancta non licebat vti veſtibus ſanctis, præcipuè, cum iſta miniſtratio iam non eſſet ſancta: nam licet quantũ ad hoc, ꝙ erat accedere ad altare, & ſumere inde cineres, miniſtratio erat ſacra: tñ quantum ad hoc, ꝙ erat efferre eos extra caſtra, miniſtratio erat banauſa, ideo non dẽbat Sacerdos vti veſtibus ſacris, cum hoc faceret; & ob hoc, cum aſſũpſiſſet cineres ex altari, deponebat eos in lebete apud altare, & exuebat veſtes illas ſacras, relinquens eas in Sanctuario, & exibat extra caſtra indutus veſtib. ſuis vulgaribus. *Induetúrq. aliis, extra caſtra efferet eos. i.* Sacerdos relinquet veſtes ſacras, quas aſſumpſerat, & accipiens alias, ſ. vulgares, quib. ipſe ſẽper vti ſolet, ibit extra caſtra effuſurus cineres. *Et in loco mundiſſimo vſq; ad fauillam conſumi faceret*. Poſtq̃ ſacerdos tuliſſet cineres extra caſtra, cremabat eos ibi, reſoluẽs vſq; ad vltimum in quod reſolui poſ-

ſent.

Tunica quid.

Ignis quare vorare dicatur.

Extra loca ſancta non licebat veſtibus ſacris vti.

ſent, & hoc erat conſumere eos vſque ad fauillam, id eſt, A vt non maneret ibi aliqua pars materiæ combuſtibilis,ſed ſola fauilla, quæ erat purus cinis.

Quare cineres efferebantur extra caſtra, & cremabantur in loco mundo vſque ad fauillam. Quæſt. 111.

CIRCA hoc Primò inquirendum eſt, quare cineres efferebantur extra caſtra? Cui reſpondendũ eſt hoc factum fuiſſe propter duo; Primò, quia niſi exportatæ fuiſſent,impediebant.Secundò,quia ad res ſacras non attinebãt. Quantum ad primum,patet:quoniam cum multi quotidie cineres reficerentur de lignis holocauſtorũ,& de carnibus, oportebat vt magnum cumulum facerẽt,ita vt totum altare paucis diebus replerent, & ſuperabundarent cadentes in pauimentum, & omnia polluentes, nec B ſacrificia congruè aptari permittentes. Quòd ſi fortaſſis aliquis diceret,debere illos tolli ab altari, & poni in Sanctuario in aliquo loco ſeparato, non poteſt ſtare: quoniam cũ multi cineres quotidie in altari holocauſtorum ex combuſtis lignis & ſacrificiis efficerentur,ſi poſiti fuiſſent in aliquo loco intra Sanctuarium, & nunquam inde elati, neceſſarium fuiſſet repleri Sanctuarium cinere, & deturpari: oportet igitur, vt dicatur aliquando cineres efferri debuiſſe ex ſanctuario, & aſportari extra caſtra.

Secunda cauſa, propter quàm cineres efferebantur extra caſtra,erat, quia cineres ad res ſacras non pertinebãt: nam carnes ſacrificiorum ſacræ erant, cum autem ſolutæ eſſent in cineres, nec ſacræ erant,nec aliquid erant, ideo ſuperfluum erat cineres illos non pertinẽtes ad res ſacras, in Sãctuario cuſtodiri,ſed extra caſtra collocari decebat. C *Quare iubebatur cineres in loco mundo effundi.* Sed adhuc quæritur, quare iubebatur, ꝙ in loco mundo effunderentur? Reſpondendum eſt, hoc factum fuiſſe ad reuerentiam cultus Diuini:nam omnia,quę ad Deum colendum pertinent,aut pertinuerunt quandoque,debẽt haberi in maiori reuerẽtia,quam res profanæ: cineres aũt iſti,quanquã nunc ad res ſacras nõ pertinerẽt,tñ de rebus ſacris effecti fuerant,eaſq; contigerant, ideo debebãt haberi in maiori reuerentia,quã res vulgares. Quamobrem decuit, vt in loco mundo ponerentur, ne viderentur eſſe tanquam cineres vulgares,quibus nullus dabatur honor, & ne mixti rebus profanis, in vilipendiũ conculcarentur, quod aliqualiter redundabat in cõtemptũ cultus Diuini. Cum verò iſti cineres in loco mũdo poſiti eſſent,non conculcabantur,nec vilipendi poterant. *Quare iubebantur cineres iſti comburi vſque ad fauillam.* Sed adhuc quæret aliquis,quare iubebatur cineres iſti comburi vſque ad fauillam? D Cui reſpõdetur,hoc factũ fuiſſe quia niſi cineres comburerentur perfectè vſque ad fauillã,contingeret,ibi eſſe aliquam rem ſacram,vt aliqua partẽ oſſium animalis non combuſtorum, & iſta ad res ſacras pertinebant; aut eſſe aliquam partem lignorũ non reſolutorũ,& iſta identidem ſacra erant,quia res ſacras contigerant. Si aũt ſoluerentur vſque ad fauillam,agente igne in illa,dicebãtur non manere ibi aliqua ſacra,quare decuit vt omnia, quæ offerebantur de Sanctuario vſque ad cineres cremarentur. *Poſitio cæremoniarum de igne.* *Ignis autem in altari ſemper ardebit.* Hic conuertitur legiſlator ad ponendum cæremonias de igne, quem dixerat eſſe ex ipſo altari. Dicitur aũt,ꝙ iſte ignis ſemper ardebit in altari holocauſtorum,ſ.ꝙ ſacerdotes apponerent illi fomentũ,vt ſemper arderet,ignis quippe ſemper continuatur, & creſcit in maius appoſitis fomentis, ſicut ait E *Tex.40. & 41.* Ariſtot.2.de anima. Iſte tamen ignis ſemper manebit in altari,dato,ꝙ nõ ponerentur aliqua ligna, ſicut cum portabatur de loco ad locum inuolutus panno rubeo intra altaris concauitatem, cum mouebãtur caſtra,nec poterat extingui aliquibus influentibus in eum, ſ.aqua, vel aere. Et poteſt intelligi propoſitio iſta dupliciter, ſ.indicatiuè, & imperatiuè. Si intelligatur modo indicatiuo, eſt quædam prænunciatio futurorum, in qua Deus declarat Iudæis,ꝙ ignis ille,q in altari erat,nullo caſu extingui poterat,ſed ad omnem euentum eſſet manſurus. Si autem intelligatur imperatiuè,eſt ſenſus,ignis in altari ſemper ardebit, i.mando vobis, vt faciatis ignem ſemper ardere in altari. Iſte ſecundus ſenſus eſt,quem intẽdit litera,quod patet ex adiũcto,ſ. ꝙ ſacerdos nutriet illum ignem apponens ligna. *Quem nutriet Sacerdos.* Quãuis ille ignis poſſet

manere ſine lignis, ſicut declaratum eſt, tamen iubebat Deus ligna poni,vt in eis conuenientius maneret. Et iſta lignorũ appoſitio vocatur nutritio, qm̃ ſicut animalia cibis nutriuntur,& cibis ablatis deficiunt,ita ignis nutritur appoſitis lignis, & aliis fomentis, & illis ablatis deficit. *De quo Sacerdote intelligitur, ꝙ debebat nutrire ignem.* Cum autem dr̃ hic de Sacerdote, ꝙ combureret iſtos cineres, & ꝙ ſubiiceret ligna, & ꝙ nutriret ignem, non eſt intelligendũ de Sacerdote magno, quamuis ponatur hic Sacerdos ſine aliqua alia connotatione:ſed intelligẽdum eſt de illo Sacerdote,qui faciebat holocauſta, quicunque ille eſſet;nam,ſicut ſupra dictũ eſt,oportebat ſaltem adeſſe vnũ Sacerdotem in qualibet nocte ad cremandũ holocauſtũ per totam ipſam noctem, & iſte in aurora efferret cineres extra caſtra,ſicut ſupra dictũ eſt,& ponebat ligna ad faciẽdum illud holocauſtum, quod vocatur holocauſtum matutinũ. *Subiiciens mane ligna per ſingulos dies.* Dicit Ioſephus,ꝙ ſolum apponebãt quotidie duo ligna parua, *Author ſibimet aduerſatur hic, & cap.1. quæſt.6.* quia dr̃ hic,ꝙ apponerentur ligna,& hoc erat,vt obſeruaretur præceptum:nam ſine appoſitione lignorum ignis ille conſeruari poterat,ſicut ſupra dictũ eſt. De hoc autem quod dicit Ioſephus,ſ.ignem illũ potuiſſe conſeruari,ſine lignorũ appoſitione,verũ eſt,qm̃ ſic conſeruabatur,quando mouebantur caſtra,& manebat ignis abſcõditus in velamento rubeo intra altare.De hoc autem,quod dicit ſolum duo parua ligna apponi quotidie in altari,ad impletionem præcepti,non videtur eſſe verum: quoniam ſupra cap.1.dicebatur, ꝙ cum deberet fieri holocauſtum, Primo ponebatur ſtrues lignorũ, & ſuper illam ordinabantur omnes partes holocauſti, ſed manifeſtum eſt, quòd ſtrues lignorum non poteſt dici de duobus paruis lignis, ſed oportet eſſe multa,& potiſſimum quia dicitur,ꝙ omnes partes holocauſti deberent ordinari,& ſimul poni ſuper illa ligna,ſed manifeſtum eſt, ꝙ cum vnus aries ſecaretur in fruſta,non poterant omnes partes eius cum capite,& pedibus poni ſuper duo ligna parua,præſertim cum fieret holocauſtũ de vitulo,quia ille diuiſus in partes non poſſet ordinari ſimul ſuper duo ligna, ſed valde multa exigebat. Item,patet hoc: quoniam ſi quotidie ſola duo parua ligna ſuper altare ponerentur, paucis lignis opus eſſet ad vſus Sanctuarij, & ſic non deberent inſtitui multi,qui ligna ſcinderent, & portarent ad Sanctuarium, & tamen multi ad hoc erant ordinati, ergo multis lignis opus erat ad vſus Tabernaculi & altaris. Patet hoc:quoniam quando Ioſue deprehendit fraudẽ Gabaonitarum, & aliarum Ciuitatũ, ita quòd dolo feciſſent pacem cum Iudæis, dicentes ſe eſſe de terra longinqua, ſubiecit eos ex cõſenſu totius populi Iſrael ſeruituti perpetuæ,vt portarent aquas:& ſcinderẽt ligna ad vſus Sanctuarij, vt patet Ioſue 9. cap. Tamen manifeſtum eſt, quòd ſi paucis lignis indiguiſſet Sanctuarij miniſtratio, non ſtatueretur tanta multitudo populi ad cædenda, & portanda ligna. *Per ſingulos dies,* id eſt,in quolibet die in aurora ponerentur ligna in altari,ad faciendum ſacrificium holocauſtorum, & aliorum ſacrificiorum, ſi fortè fieri contingeret. *Et impoſito holocauſto deſuper.* Debebat poni prius ſtrues lignorum, & ſuper illam collocabantur ipſorum holocauſtorum carnes, & ſi fortaſſis contingeret eadem die multa ſacrificia fieri, primum quod erat inter omnia iſta, oportebat eſſe ipſum holocauſtum, quod vocabatur ſacrificium matutinum;poſt hæc fiebant omnia alia ſacrificia, quæ vltro populares offerre vellent, & iſta poterant durare vſque ad noctem, tunc autem offerebatur ſacrificium quod vocabatur veſpertinum, & iſtud durabat vſque ad auroram,cõburendo ſucceſſiuè,ſicut ſupra dictum eſt. Et iterũ in mane poſt ortũ Solis, Sacerdos accipiebat cineres ex altari,efferens eos extra caſtra,& ponebat ligna in altari ad faciẽdũ holocauſtũ,ſicut ſupra narratũ eſt, & ſic iterum continuabantur in eodem die ſacrificia, incipiendo à ſacrificio matutino, vſque ad veſpertinum: & quamquam multa ſacrificia quotidie fierent, primum tñ inter omnia erat ſacrificium matutinum,& vltimum erat ſacrificium veſpertinũ, & ob hoc vocabantur iſta ſacrificia ſic. *Quis modus eſſe deberet in cremationibus.* *Deſuper adipes adolebit pacificorum.* Hic notat quis modus deberet eſſe in cremationibus, quæ fiebant ſuper altare,& dicendum,ꝙ erat generale quotidie offerri holocauſta,& poni ſuper altare:offerri autem hoſtias pacifi-

quæ fiebant ſuper altare.

cas,vel pro peccato,non erat generale,ſed interdũ fiebat, interdũ verò non,& tñ datur regula de iſtis ſacrificiis pacificis,ſ.qñ fierent, ꝙ primo ordinaretur ſtrues lignorum ſuper altare,& imponerentur ſuper eã omnes carnes holocauſti, & tunc ſi eſſent aliquæ hoſtiæ pacificæ, accipiebãtur adipes earũ, & illi ponebãtur ſup carnes ſacrificiorũ,vt ibi cremarentur. Dicit autem hic de adipibus ſacrificiorum pro pacificis exprimẽdo aliquod alterum, quoniam non erat idem modus in hoſtia pacifica,& in holocauſto:in holocauſto quidem omnia cremabantur,in pacificis autem non. Nec tamen intelligendum eſt,ꝙ de ſacrificiis pacificis ſolum cremarentur adipes, qm etiam cremabãtur renes,vt patet ſupra 3.cap. Et in quibuſdam ſacrificiis aliæ partes,vt ibidem;hic tñ ſolum facit mẽtionem de adipibus, quia hoc erat principale in ſacrificiis pacificis. *Ignis iſte eſt perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.* Loquitur de igne altaris holocauſtorum,qui ſemper erat in eo, & dicitur hoc, ne putaretur, ꝙ ſolum deberet eſſe ignis in altari,quando fierent ſacrificia, & poſtea extingueretur,ſicut fit in noſtris operationibus ciborum: & in hoc dat intelligi nõ debere nouiter apponi ignẽ,quando fierent ſacrificia, quoniam iam ibi debebat præexiſtere,ſed nouiter apponebãtur ligna. Et dicitur hoc ad duo, vno modo dicitur exhortando ipſos Sacerdotes,ſ.ignis perpetuus erit, qui nunquam deficiet in altari, i.faciatis, ꝙ iſte ignis ſit perpetuus, & nunquam deficiat in altari, quod adaptatur ad id, quod ſuperius dicebatur, ſcilicet, quem nutriet Sacerdos ſubiiciens ligna mane per ſingulos dies. Alio modo poteſt dici hoc, ad notandum conditionem iſtius ignis,ſcilicet,quòd iſte ignis non erat extinguibilis, ſed ſemper manebat in altari in perpetuum, quod verum eſt eo modo,quo ſupra declarauimus.

Ignis altaris holocauſtorum erat perpetuus.

Vide ſuperius c. 3. quæſt. 6.

Hæc eſt lex ſacrificij, & libamentorum, quæ offerent filij Aaron coram Domino,& coram altari. Tollet Sacerdos pugillum ſimilæ, quæ conſperſa eſt oleo,& totum tus,quod ſuper ſimilam poſitum eſt: adolebitq; illud in altari in monimentum odoris ſuauiſſimi Domino: reliquam autem partem ſimilæ comedet Aaron cum filijs ſuis,abſque fermento,& comedet in loco ſancto atrij Tabernaculi. Ideo autem non fermentabitur,quia pars eius in Domini offertur incenſum. Sanctum Sanctorum erit ſicut pro peccato,atque delicto. Mares tantum ſtirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac ſempiternum erit in generationibus veſtris de ſacrifiijs Domini. Omnis,qui tetigerit illa, ſanctificabitur.

Hæc eſt lex ſacrificij. In iſta parte ponit legiſlator ritus libamentorum,quæ fiebant in ſacrificiis,& libamentis.

De libaminibus quæ fiebant cum ſacrificiis, carnium,& quid in eis obſeruari deberet. Quæſt. IIII.

IN quo notandum eſt, ꝙ cum ipſis ſacrificiis carnium fiebãt quædam aliæ oblationes in pane,& oleo,& ture, & iſtorum quædam vocantur libamenta, vel libamina,alia vocantur ſacrificia, illud enim, quod de pane fiebat,erat ſacrificium,ſic enim vocatur ſacrificium de ſimila,ſupra 2.cap.& Numeri 15. Oblatio autem vini,& olei vocatur libamen,vel libamentum,quoniam libamen à libando, vel delibando dicitur, delibare autem bibere eſt, ideo illa, quæ ſunt humida,delibari dicũtur,ſicut vinum, & oleum,quæ autem ſicca ſunt,non delibantur, nec vocantur libamina. De his autem libamentis, & ſacrificiis panis conſiderandũ eſt, ꝙ aliquando offerebantur per ſe, ita ꝙ offerretur ſimila,vel panes de clibano,& lagana,aut aliquid de craticula,vel ſartagine. Et cum ea offerebatur oleum,& tus,ſicut patet ſupra 2.cap. Aliquando accipiebantur iſta libamina,& ſacrificia, prout offerebantur pro ſacrificiis carnium,& de his habetur Numeri 15. Quomodocunq; autem iſta aſſumantur debebant ſumi, & comedi,ſecũdum legem,quæ hic traditur, in qua ponitur quid ad Deum pertineat, & quid ad Sacerdotes, *Hæc eſt lex ſacrificij,& libamentorum eius*, id eſt, iſta eſt lex de oblatione panis,quæ vocatur ſacrificium,& de oblatione vini,& olei, quæ vocantur libamenta. *Quæ offerent filij Aaron.* Dicuntur filij Aaron offerre libamenta, & ſacrificia, non quod

Ritus ſacrificiorũ ac libamentorũ.

F iſti offerrent iſta pro ſeipſis, ſed quod accipiebant ea ab offerentibus laicis, & præſentabant coram altari, & hoc erat offerre. *Coram Domino,& coram altari.* Idem erat offerre coram Domino, & coram altari; quia in altari erat Deus,ſed expreſſit hic iſta ad magis declarandũ quoniam offerre coram altari,erat,quia ipſi filij Aaron accipiebant à laicis iſta ſacrificia,& libamenta,& præſentabant ea coram altari ad cremandum aliquid de eis. Erat hoc offerre coram Domino,inquãtum fiebat iſta oblatio coram oſtio Tabernaculi, in quo erat Deus. *Tollet ſacerdos pugillum ſimilæ.* Hic ponitur quid deberent accipere Sacerdotes de ſimila illa,in ius ſuũ,& quid Deo cedebat. Pro quo conſiderãdum eſt,quòd iſta ſimila, quæ offerebatur cum oleo, aut offerebatur per ſe, aut cum ſacrificiis carnis: ſi offerebatur cum ſacrificiis carnis,erat determinata menſura,
G in qua offerri debebat, quoniam alia menſura offerebatur in bobus, & alia in ouibus, vt patet Numeri 15. cap. ſi autem ſimila per ſe offerretur, non erat determinata quantitas, ſed offerebat quantum vellet offerens, & quocunque modo ſe iſta haberent, erat regula generalis, quòd nunquam deberet ſumi pro ſacrificiis Dei de ſimila, vt cremaretur ſuper altare, niſi vnus pugillus: reliquum autem cedebat iuri Sacerdotum. Superiora ſunt vera, niſi in ſacrificio pro peccato eius, qui per errorem deliquerat in rebus ſacris, quoniam ſi non poſſet offerre agnam, nec capram, nec turtures, aut pullos columbarum,offerebat decimã partem ſimilæ ephi, & nihil aliud cum ea,vt patet præcedenti cap. *Quæ conſperſa eſt oleo.* Dicitur ſimila conſperſa oleo, quando permiſcebatur ipſi oleum,ſicut ſolet aqua farinæ permiſceri,& iſta conſperſio
H olei generalis erat,quoniam nũquam offerebatur, niſi oleo conſperſa, vt patet ſupra 2.cap.vbi declaratum eſt, iſta tamen aſperſio non fiebat in ſacrificio pro peccato, quoniam mandatur præcedenti cap. offerri ſimilam non conſperſam oleo,nec habentem tus. *Et totum tus quod ſuper ſimilam poſitum eſt*, id eſt, debebat accipi ad cremandum ſuper altare totum tus, quod erat oblatum ſuper ipſam ſimilam; erat enim modus offerendi iſte, vt ſimila conſpergeretur oleo, & poſita in aliquo vaſe, ferretur ad Sanctuarium ad offerendum, & ſuper illam ſimilam poneretur tus in aliquo vaſculo, vel papyro: & cum Sacerdos acciperet de manu offerentis ſimilam,tollebat tus, & ponebat totum ſuper altare ad cremandum,de ſimila autem ſolum tollebat vnum pugillum,ſicut dictum eſt. Et ponitur, quòd tolleretur totum tus, quoniam putaret
I aliquis,quòd ſicut ſimila non tollebatur tota ad cremandum, ſed eius particula, ita de ture aliquid tolleretur, & non totum:expreſſit igitur Deus totum debere tolli. Cauſa autem quare totum tus tollebatur, & non tota ſimila, duplex eſt: Prima,quia ſimila pertinebat ad alimenta Sacerdotum: nolebat igitur Deus eam ſibi totam ſumere, vt aliquid in Sacerdotũ cibos remaneret: tus autem non pertinet aliquo modo ad alimenta Sacerdotum,ideo non erat conueniens, ꝙ aliquid eius pro Sacerdotibus maneret. Secunda cauſa eſt: quia tus directè pertinebat ad Deum,cum ſignet Deitatem: ſimila autem non pertinet ſpecialiter ad Deum magis,quàm aliæ res,ideò iuſtũ erat aliquid de ſimila Sacerdotibus remanere, & non aliquid de ture. Quamuis hic agatur de ſimila offerenda, tñ non agitur de ea,q̃ offerebatur in ſacrificio ꝓ peccato: nã hic
K dr de ſimila cõſperſa oleo, cui imponebatur tus,tñ in ſimila ꝓ peccato nullũ tus, nec oleũ ponebatur,vt patet præced.c. *Adolebitq; illud in altari.* Hoc refertur ad pugillum ſimilæ,quẽ tollebat Sacerdos de ſimila oblata, & ad tus, quod imponebatur, quia iſta duo cremari debebãt in altari. *In monimentum odoris ſuauiſſimi Domino.* iſta pars ſimilæ, & tus ponebatur ad memoriam offerentis coram Dño,ſ.vt eſſet recordatio iſtius corã Deo, propter illud,qđ adolebat in altari,& erat ẽt in ſuauiſſimum odorem Dño, quia proficiebat, vt ex iſta cõbuſtione exhalaret odor ſuauis. Vel dicitur in monimẽtum odoris ſuauiſſimi,id eſt,in memoriam odoris ſuauiſſimi. Quõ autem iſte odor diceretur ſuauiſſimus,ſupra 1.c. declaratum eſt. *Reliquã autem partem ſimilæ comedet Aaron cũ filijs ſuis.* Ponitur hic de eo, quod cedebat ſacerdotibus,& erat totũ illud,quod delinquebatur de ſimila oblata, præter pugillũ,qui ponebatur ſuper

Regula generalis de ſimila.

Totũ tus quare tollebatur, & nõ tota ſimila.

Nomine Aaron intelliguntur Sacerdotes maiores, nomine filiorum eius, intelliguntur minores.

ſuper altare, & dicebatur pertinere ad Aaron, & filios A eius, id eſt, ad omnes ſacerdotes, tam ad maiorem, quàm ad minorem: quoniam nomine Aaron, intelliguntur ſacerdotes maiores futuri poſt eum, & nomine filiorũ eius, omnes minores ſacerdotes accipiũtur; ad hos autem omnes pertinebat iſta ſimila oblata, quia diuidebatur inter omnes æqualiter, non magis ad vnum, quàm ad alterum pertinens. Sic patet in fine huius cap. cum dicitur: Eius erit ſacerdotis, à quo offertur ſiue oleo conſperſa, ſiue arida fuerit cunctis filiis Aaron, menſura æqua per ſingulos diuidetur. Alia autem erant, quæ cedebant Aaron, & filiis eius, tamen non cedebant æqualiter, nec diuidebantur inter eos, ſed alicui eorum ſpecialiter cedebat, ſicut pellis holocauſti erat illius ſacerdotis, à quo fiebat holocauſtum, vt patet infra in littera; & armus dexter de hoſtiis pacificorum, cedebat iuri ſacerdotis offerentis, vt patet infra 7. cap. *Abſque fermento.* Dicitur hic, quòd illa ſimila, quæ offerebatur, & comedebatur à ſacerdotibus, deberet comedi abſque fermento. Pro quo ſciendum eſt, quòd cum offerebatur ſimila, non erat fermentata, quoniam erat farina ſimplex, & nunquam fermentatur farina, quouſque ſit commixta aqua. Et ẽt quia iuſſerat Dominus ſupra 2. cap. De melle, & fermentatis nihil offerri ſibi, ideo non poterat offerri ſimila fermentata, ſed cũ ſacerdotes eam ſuſciperent, faciebant ex ea panes commiſcentes aqua, ſicut aliàs ſolent panes confici ex farina, & ſicut alios panes vulgares fermentabant, & comedebant, ita putauiſſent licere ſibi fermentare panes, quos facerent ex hac ſimila. Inducerentur aũt ad fermentandum, quoniam panes fermentati ſapidiores, & ſaniores ſunt panibus non fermentatis, cum panes non fermentati ſint graues indigeſtionem cauſantes, cũ digeſtio cauſetur ex fermento, ideo ſunt nociui ſtomacho, & mali ſaporis, & cum difficultate aſſumũtur in cibum; quamobrem Sacra Scriptura vocat eos panes afflictionis, vt patet Deuter. 16. c. Deſiderabant igitur ſacerdotes magis comedere panes ex ſimila fermentatos, quam azymos. Vetuit igitur Deus ex hoc fieri de ſimila panes fermentatos, cuius cauſa in littera ſubditur, quia dicitur, quod iſta ſimila cedens ſacerdotibus erat pars illius totius ſimilæ, quæ oblata fuerat Domino, & quia illa ſine fermento oblata eſt, decuit vt hæc quoque minimè fermentaretur. *Et comedet in loco ſancto atrij Tabernaculi.* Cum determinauerit qualiter deberet iſta ſimila comedi, hic ſubdit vbi debuerit comedi, & dicit, quod in loco ſancto atrij Tabernaculi, ibi enim ſacerdotes conſpergebant hanc ſimilam in modum alterius farinæ communis, & faciebant panes ex ea, atque ibidem coquebantur, nec licebat ſacerdoti de illis panibus efferre aliquid foras extra Sanctuarium ad comedendum, ſed intra atrium Tabernaculi comedebatur.

De oblatione ſimilæ.

Panes fermentati ſapidiores ſunt alijs.

Quis deberet comedere de panibus, qui cedebant iuri Sacerdotum, & de ceteris quæ pertinebant ad eos.
Quæſt. V.

NVNC autem ſciendum eſt, quis deberet comedere de iſtis panibus. Et ſciendum eſt, quod ea, quæ ſanctificata erant, pertinebant ad ſacerdotes, & ipſi comedebãt ea, & qui erant in familia eorum. Sed in hoc diſtinguendum eſt: quia quidam erant de ſacerdotum genere, qui erant maculati, vel grandi, vel paruo, vel torto naſo, vel E habẽtes impetiginem, vel albuginem in oculo, vel iugem ſcabiem, aut pedem, vel manũ fractos habebant, aut erãt cæci, vel claudi, vel hernioſi, & his non licebat offerre ſacrificia, nec accedere ad aliquam aliam adminiſtrationem, licebat tamen eis comedere de rebus ſanctificatis, niſi aliquid aliud obſtaret. Sed adhuc diſtinguendum eſt ad omnes alios, qui erant de genere ſacerdotum, quia aut erant contaminati aliqua pollutione per tactum, vt ſi tetigerant aliquem mortuum, vel reptile, aut mulierẽ menſtruatam, aut virum fluxum ſeminis patiẽtem, aut leproſum, vel aliquid aliud, aut ipſi habebant aliquid horum, & tunc non licebat eis comedere de ſanctificatis, quouſque mundi eſſent, vt patet infra 22. cap. Si autem mundi erant, aut ſacrificia illa erant pro peccato, aut pro aliis oblationibus; ſi pro peccato eſſent, ſoli maſculi de genere ſacerdotali comedere debebant de illis, vt patet infra in littera; ſi autem eſſent aliæ res ſanctificatæ, licitum erat omnibus deſcendentibus de genere ſacerdotum, tam maſculis quam feminis comedere de illis, etiam licebat ipſis ſeruis empticiis Iudæorum comedere de eiſdem, vt patet infra 22. cap. Si tamen filia alicuius ſacerdotis eſſet, quæ accepiſſet virum alterius tribus, non poterat comedere de ſanctificatis, quoniam illa iam tranſiuerat ad aliã tribum, cum ſequeretur leges viri. Si tamen defuncto viro ad domum patris reuerteretur, licebat ei comedere de ſanctificatis, ſicut licuerat cum eſſet in puellari ætate. De his infra 22. cap. Et omnes iſti de progenie ſacerdotum cum comederent iſtas res ſanctificatas, conueniebant in Sanctuarium, vt ibi comederent, quoniam non licebat extra Sanctuarium illa efferre ſicut patet in littera. *Ideo au-* B *tem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incenſum.* Hic reddit cauſã eius, quod ſupra dixerat, ſ. quare non fermentetur iſta pars, quæ cedebat Sacerdotibus de ſimila, & rñdetur hoc eſſe, quia pars eius oblata eſt in ſacrificiũ, & eſt ſenſus, quod non poterat offerri in ſacrificiũ ſimila fermentata: cum ergo iſta, quæ cedebant ſacerdotibus, eſſet pars illius totius, quæ oblata fuerat Domino, nõ debebat fermentari, quoniam debent partes iura totius ſequi, ſed totũ fermentatum non erat, ergo nec partes fermentari debebant. Hic autem dicitur, quod iſta ſimila nõ fermentabatur, quia pars eius fuerat oblata in ſacrificiũ Domini. Non eſt tamen intelligendum, referendo ad iſtam ſimilam, quam comedebant ſacerdotes, quoniam nulla pars iſtius fuerat Domino oblata, ſed refertur ad illam totam, quæ oblata fuerat ſacerdotibus, de qua pugillus poſitus C fuerat coram Domino, & reliqua pars fuit in partem ſacerdotum cedens. Etiam quoniam non poterat iſta ſimila cedens iuri Sacerdotum aliquid conſequi, ſed ſolum comparabatur ad illam partem ſimilæ, quæ offerebatur, quoniam cum iſtæ ſic ſe haberent, quod neutra eſſet pars alterius, nec aliquo modo à ſeipſis dependerẽt (niſi fortè aliquid eſſet, quod communicaretur his duobus) non poterat vnum alterius iura conſequi: fuit aũt id, in quo duæ partes communicabant ipſa tota ſimila, quæ oblata fuit primò Sacerdotibus, quæ in duas partes diuiſa erat, & ab illa oportuit, vt illæ duæ partes legem traherent, & ſicut illa non erant fermentata, ita nec debuit aliqua pars eius fermẽtari, quanquam iſta ſimila tota ideo vetita erat fermentari, quoniã pars eius in altari cremanda erat: nam ſi ſolum ſacerdotib. cedere debuiſſet, poterat eſſe fermenta- D ta, cum ipſis liceret veſci panibus fermentatis, & his offerebantur primitiæ fermentatorum, vt patet ſupra 2. cap. Offerebantur etiam panes fermentati, cum nouiter cocti eſſent, vt patet Numeri 15. Facit autem hic Deus aliquã reuerentiã exhiberi ſacrificio ſuo: nã quanquam id, quod ſacerdotibus cedit, non ſit ſacrificiũ, quia tamen fuit pars eius, quod Domino oblatum eſt, decuit vt non fermentetur, ſicut nec totum ipſum ſacrificium. *Sanctum Sãctorum erit, ſicut pro peccato, atque delicto;* id eſt, iſta pars ſimilæ, quæ ſacerdotibus proueniebat de ſacrificiis Domini, erit Sanctum Sanctorum, i. erit multũ ſeparata pro ſacerdotibus, vt ad nullum aliũ poſſit pertinere, niſi ad eos. Et accipitur ſanctum, id eſt, ſeparatũ, & ſic eſt modus cõmunis Sacræ Scripturæ, vt cũ dicitur: Requies Sabbati ſanctificata eſt Domino, id eſt, ſeparata eſt pro Deo, vt patet Exodi 16. Et ſanctifica mihi omne maſculinum, quod aperit vuluam, id eſt, ſepara pro me omnem primogenitum maſculinum. Iſte modus accipiendi ẽt erat ſupra, vt patet ſupra 2. c. cum dixit: Partes ſimilæ eſſe ſeparatas in ius ſacerdotem, & dixit: Sanctum Sãctorum erit Aaron, & filiis eius de oblationibus Domini, id eſt, ſeparatum erit hoc pro Aaron, & pro filiis eius. *Sicut pro peccato, atque delicto.* Eſt ſenſus, quod cum offerretur ſimila in ſacrificiis pro peccato, pars eius cedere debebat iuri ſacerdotum: ita etiam cum offerretur pro delicto. Et fit differentia inter peccatum, & delictum, atque oblationes pro peccato, & delicto, quoniam peccatum eſt id, in quo aliquando quis agebat contra legem Domini, & hoc ſciens egit, quoniã tunc erat quidam modus malitiæ, ſicut in negante depoſitũ, aut ſubtrahente vi, aut clàm, de quo in fine præcedentis cap. Alia autem, quæ aliquis agebat in legem Dei, cum omitteret id, quod

Genus Sacerdotum erat multiplex.

Simila ad Sacerdotes attinẽs quare nõ fermentabatur.

Sanctum quid ſibi velit in Sacris litteris.

Peccatũ ac delictum differunt.

quod iubebatur fieri, & hoc ex ignorantia, vel incidiſſet F per errorem in aliquam immunditiam, quoniam in his, & ſimilibus delictum dicebatur, quoniam non ſpontè, aut ex malitia, ſed errore, vel inaduertentia factum erat, quod delinquere dicitur. In vtroque autem offerebantur ſacrificia, ſicut præcedenti cap. dictum eſt. Et cum his ponebatur ſimila, & aliquando ſolitaria, ſiue illa pro peccato eſſent, ſiue pro delicto: idem ius erat: qm̃ pars iſtius ſimilæ ſemper Sacerdotibus cedebat. Nec ſolum intelligendum eſt hoc in ſacrificiis pro peccato, & delicto, qm̃ ẽt cum offerretur ſimila in holocauſtis, & in pacificis hoſtiis pars eius cedebat ſacerdotibus, cum ſolum pugillus vnus offerri deberet ſuper altare. Quod autem in holocauſtis, & pacificis hoſtiis offerretur ſimila, habetur Numeri 15. cap. Adhuc autem non ſolum ſimila, quæ cum ſacrificiis carnium, partim offerebatur Sacerdotum iuri G cedere debebat, ſed etiam ſimila, quæ ſine carnibus offerebatur, vt cum offerret ſimilam ſolam, vel panes de clibano, aut lagana, aut aliquid de craticula, vel ſartagine, vt patet ſup. 2. c. *Mares tantum ſtirpis Aaron, comedent illud.* Hoc refertur ad ſimilam, de qua nunc dicebatur; ſcilicet, ꝙ hæc pertinebat ad cibum ſacerdotum, tamen non licebat omnibus de genere ſacerdotali comedere de illa: feminis namque hoc non licebat. Et ſciendum eſt, quòd non ponitur hic generaliter lex de omnibus partibus ſimilæ cedentibus ſacerdotibus, ſed de ſolis illis, quæ pro peccato, aut delicto offerebantur, vt in littera patet. Nam hic erat ſpeciale quoddam, vt ad ſolos maſculos pertineret: in omnibus autem aliis, ſiue de partibus carnium, ſiue de panibus cedentibus in ſacerdotum iura, omnibus tamen tam maſculis, quàm feminis de genere ſacerdotali H comedere licebat. Et ſicut in his partibus ſacrificiorum pro peccato, & delicto, non licebat feminis comedere, ita nec licebat ſeruis empticiis ſacerdotum, quamuis mares eſſent, cum dicatur: Mares tantum ſtirpis Aaron comedent illud, ſerui tamen non erant de ſtirpe Aaron. *Legitimum, ac ſempiternum erit in generationibus veſtris de ſacrificijs Domini.* Refertur ad omnia ſuperiora, ſcilicet, quòd ſacerdotes accipiant partem ſimilæ oblatæ pro peccato, & delicto, & quòd eam nõ fermentent, & quòd ſoli maſculi de genere Aaron comederent de illis. Erit legitimum ſempiternum, id eſt, erit lex, quæ obſeruabitur in æternum inter me, & vos: & hoc in generationibus veſtris, id eſt, quamdiu durauerint generationes veſtrę. Hoc autem ſanius intelligendum eſt: nam non ſemper quãdiu durarent generationes Hebræorum, duraturi erant iſti I ritus, cum nunc Hebræi durent, nec tamen ritus ſunt huiuſmodi in eis, ſed intelligendum eſt in tempore, in quo duraret Vetus teſtamentum, quoniam tunc ſolum licitum erat his ſacrificiis vti, poſtea verò nequaquam. *De ſacrificijs Domini.* Hoc non eſt intelligendum, quantum ad omnia ſacrificia, quia non ſeruabatur iſte modus in omnibus ſacrificiis: nam in quibuſdam ſimila oblata, non ſolum à maribus, ſed etiam à feminis comedebatur; ſed refertur ad ſacrificia Domini, quæ ſunt pro peccato, & pro delicto, in his enim ſolis iſta lex obſeruabatur. *Omnis, qui tetigerit illa, ſanctificabitur.* Iſta littera poteſt intelligi dupliciter: vno modo, quòd illi, qui tractare deberent, & tangere iſta ſanctificata ad cibum ſuum, ſanctificabuntur, id eſt, quòd deberent ſanctificari, vel mundari, antequàm tangant, aliàs illicitè tangerent: vnde ſi K aliquis quouis modo contaminatus eſſet per contactum alicuius rei immundæ, aut aliàs, non licebat ei comedere de ſanctificatis, ſicut patet infra 22. c. Et tunc ponitur iſta littera imperatiuè, ſ. Omnis, qui tetigerit, ſanctificabitur, i. mando ꝙ omnes, qui tangere debuerint iſta ſanctificata, prius emundentur. Alio modo poteſt intelligi iſta littera indicatiuè, & tunc declarat Deus proprietates rerum ſanctificatarum. ſ. ꝙ omnis, qui tetigerit illa, ſanctificabitur, i. quicunque homo acceſſerit ad iſtas res ſanctificatas, per hoc ipſe quoque ſanctificabitur. Inducitur autem hoc aliquo modo, vt per ea, quæ infra dicuntur, ſ. ꝙ ſi ſacrificium pro peccato coqueretur in aliqua olla ænea, defricanda erat, vt patet infra in littera, hoc tamen non fiebat propter aliquid alterum, niſi quia ex contactu illarum rerum ſacrarũ ſanctificabatur id, quod contingebat illa. Sic aũt videbatur poſſe referri ad viros, qui ſanctificarentur per contactum illarum carnium ſacrarum. Sed non tamen eſt ſenſus iſte: non. n. oportebat, vt omne, quod tangeret ipſas res ſacras, ſanctificaretur: qm̃ tunc beſtia tangens res ſanctificatas, ſancta fuiſſet, quod abſurdum eſt; nec ẽt aliæ res contingentes carnem ſacrificiorum efficiebantur ex hoc ſacræ, vt patet Aggæi 2. c. cũ dicitur: Si tulerit homo carnem ſanctificatam in orã veſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panẽ, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, nunquid ſanctificabitur? Rñdentes ſacerdotes dixerunt, non. Inducitur ergo non ſanctificari quaſlibet res ex contactu rerum ſacrarum. Cum dicitur de olla fictili, & ænea confricandis, aut confringendis, dicendum eſt, non fieri hoc propter ſolum contactum alicuius ſanctificati, ſed quia ẽt G ibi maneret aliquid de carnibus, aut ſucco ſanctificatis, & in olla ænea, quæ poterat plenè defricari, quodlibet de re ſacra adhærens abſtergendum erat, in fictili autem qm̃ non poterat defricari plenè, ne rediret ad profanos vſus habens aliquod ſanctificatum, confringenda erat. Dicendum igitur, ſenſum huius litteræ eſſe primum, ſ. quòd omnis, qui tangere deberet iſta ſacra, primo mundaretur.

Quid pertineret ad ſacerdotes maſculos.

Locutusq. eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Hæc eſt oblatio Aaron, & filiorum eius, quam offerre debent Domino in die vnctionis ſuæ. Decimam partem ephi offerent ſimilæ in ſacrificio ſempiterno, medium eius mane, & medium eius veſpere, quæ in ſartagine oleo conſperſa frigetur. Offeret autem eam calidam in odorem ſuauiſſimum Domino Sacerdos, qui iure patri ſucceſſerit, & tota cremabitur in altari. Omne enim ſacrificium Sacerdotum igne conſumetur, nec quiſquam comedet ex eo. Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere Aaron, & filijs eius: Iſta eſt lex hoſtiæ pro peccato: in loco vbi offertur holocauſtum, immolabitur coram Domino. Sanctum Sanctorum eſt. Sacerdos qui offeret, comedet eam in loco ſancto, in atrio Tabernaculi. Quidquid tetigerit carnes eius, ſanctificabitur. Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa, lauabitur in loco ſancto. Vas autem fictile, in quo cocta eſt, confringetur. Quod ſi vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aquâ. Omnis maſculus de genere Sacerdotali veſcetur de carnibus eius, quia Sanctum Sanctorum eſt. Hoſtia enim, quæ cæditur pro peccato, cuius ſanguis infertur in Tabernaculum teſtimonij ad expiandum, in Sanctuario non comedetur, ſed comburetur igni.

Oblatio in vnctione Sacerdotum. — *Hoſtia pro peccato.* — *Inf. 22. 15.*

Locutusq. eſt Dominus ad Moyſen. Hic agitur de ſacri- I ficiis ſacerdotum, ſcilicet, de his, quæ offerebant ſacerdotes pro ſeipſis, in conſecratione ſua. Et conſiderandum eſt, quòd datur hic lex de ſacrificiis, quæ fieri deberent ſpecialiter in conſecratione Aaron, & filiorum eius, quoniam iam de eis dictum fuerat Exo. 29. Etiam quia hic in littera innuitur, debere hoc magis intelligi de ſucceſſoribus Aaron cũ dicitur: Sacerdos qui iure patri ſucceſſerit, offeret eam calidam; ſed ſolum ponitur hic quædam lex de modo oblationis, quæ fieri deberet in vnctionibus omnium Sacerdotũ. *Hæc eſt oblatio Aaron, & filiorum eius.* Non intelligitur hic de ſacrificiis carnium, quas offerre deberent iſti Sacerdotes in conſecratione ſua, ſed de ſolis ſacrificiis ſimilæ; quod patet: quoniam non fit hic mentio, niſi de ſola ſimila; in qua fiebat propriè oblatio, in carnibus autem magis ſacrificium, quàm oblatio erat. K Cauſa autem quare de ſolo ſacrificio ſimilæ agatur, & nõ de carnibus, eſt: quia de ſacrificio carnium plenè dictum fuerat Exo. 29. cap. De oblatione autem ſimilæ non fuerat facta plena expreſſio, ideo decuit hic interponi, quod patet: quoniam Exo. 29. cap. non exprimuntur omnia quę hic. Item fuit alia cauſa: quoniam hic inceperat dicere de ritu ſimilæ offerendæ pro laicis, ideo ſubiungit de ſimila offerenda pro Sacerdotibus. *Hæc eſt oblatio Aaron, & filiorum eius, quam offerre debent Domino in die vnctionis ſuæ.* Non eſt intelligendum, quòd pro vnctione ipſius Aaron, & filiorum eius hæc regula detur: quoniam prius ipſi conſecrati erant, quàm darentur iſtæ leges, vt probatum fuit ſupra in principio 1. cap. Sed dicitur Aaron, & filiorum eius, id eſt, omnium Sacerdotum magnorum, & minorum, omnes enim hac lege obſeruata conſecrabantur. Iſte modus patet ſæpè ex ſuperioribus,

De ſacrificijs Sacerdotũ.

& etiam

& etiam infra: nam cũ agatur de iuribus cedentibus Sacerdotibus, dicitur: Hoc erit Aaron, & filiorum eius, id eſt, Sacerdotis magni, & minorum. Ponuntur ibi perſonæ pro dignitatib. perſonarum. *In die vnctionis ſuæ.* Sollemnitas vnctionis Aaron, & filiorum eius, & conſequẽter omnium Sacerdotum magnorũ, durabat per ſeptem dies, vt patet Exo. 29. cum dicitur: Septem diebus cõſecrabis manus eorũ, & vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies ad expiãdum. In omnibus autem iſtis ſeptem diebus fiebant aliquæ miniſtrationes, & oblationes pro Sacerdotum conſecratione, dies tamen conſecrationis, vel vnctionis principaliter vocatur ipſe dies primus, in quo iſta fiebant. Et cum hic dicitur, ꝙ iſta offerri deberent in die vnctionis Aarõ, & filiorũ eius, intelligi poteſt de prima die, quæ ſpecialiter vocatur dies vnctionis, ſatis tamen poteſt reduci ad omnes ſeptem dies conſecrationis, ſ. ꝙ in quolibet illorum offerrentur ea, quæ hic dicuntur, cum in quolibet eorum fieret conſecratio quædam in Sacerdotibus ipſis, & alia aliqua oblatio pro eis, vt patet Exodi 29. cap.

Quomodo textus iſte intelligi debeat. Quæſt. VI.

DICITVR hic, ꝙ iſta oblatio erat Aaron, & filiorũ eius, i. Sacerdotis magni, & minorum, in die, qua vngerentur; propter quod aliquis dubitaret, an intelligi deberet, quando Sacerdotes magni ſolum conſecrabãtur cum Sacerdotibus minoribus, vel cum conſecrabãtur Sacerdotes magni per ſe, & minores per ſe: nam ſi iſta littera intelligatur, vt illa copulatiua; &, teneatur de copulato extremo, erit ſenſus, ꝙ iſta ſacrificia obſeruabãtur, qñ Sacerdotes magni cum minoribus ſimul conſecrabantur, & ſi Sacerdos magnus per ſe conſecraretur, aut minores per ſe, nõ obſeruaretur idem. Quod ſi teneatur iſta dictio, &, copulatiuè, erit ſenſus, ꝙ ſiue Sacerdotes magni cũ minoribus conſecrarentur, ſiue magni per ſe, & minores per ſe, ſemper teneretur iſta regula oblationum. Et dicẽdum eſt hunc ſm ſenſum eſſe verum: nam cum contingebat ſemper conſecrari ſimul Sacerdotes magnos, & minores, ſic fuit factũ in conſecratione Aaron, & filiorũ eius, quæ fuit prima cõſecratio, ideo cũ contingeret aliquẽ Sacerdotem magnũ ſolum debere cõſecrari, obſeruabatur iſte ritus. Et ſi contingeret minores Sacerdotes per ſe cõſecrari, eodem modo iſte ritus ſeruandus erat, quamuis quantũ ad quædã alia differebat ſollemnitas conſecrationis Summi Sacerdotis, & ſollemnitas in minoribus, ſ. quantũ ad veſtes, quæ diuerſæ, erant, & quantum ad conſecrationes varias. De his omnibus dictum fuit Exod. 23. & dicetur infra 8. cap. *Decimam partem ephi offerent ſimilæ in ſacrifico ſempiterno.* Loquitur hic de ſimila, quæ offerenda erat in cõſecratione Sacerdotum, & differebat iſta cæremonia à cæremoniis omnium aliarum oblationum de ſimila, cum in aliis aliquid daretur Sacerdotibus, & aliquid cremaretur, hic autem totum cremabatur, & dicitur ꝙ offerrent Sacerdotes decimam partem ephi de ſimila, in die conſecrationis ſuæ, & erat hoc vnum gomor, quia non ſolum totũ offerebatur, ſed quædam eius pars in mane, & quædam in veſpere, vt patet infra. *In ſacrificio ſempiterno.* Non eſt intelligendũ, ꝙ iſtud ſacrificium de ſimila fieret quotidie à Sacerdotibus: & duraret in æternum, ſed dicitur in ſacrificium ſempiternum, i. ꝙ ſemper quandocunque aliquis Sacerdos cõſecraretur, obſeruarẽtur iſtæ cæremoniæ. *Medium eius mane, & medium eius veſpere.* Deſignantur tempora oblationis, quoniam qualibet die conſecrationis Sacerdotalis offerebatur decima pars ſimilæ ephi, ſed accipiebatur dimidium, vt offerretur in ſacrificium matutinum. *Quæ in ſartagine oleo conſperſa frigetur.* Deſignat conditionem ſimilæ offerendæ: nam aliquando offerebatur in farina ſolum conſperſa oleo, aliquando autem in panibus coctis in clibano, aliquando in laganis, aliquando in ſartagine frigebatur, interdũ vero in craticula. De his modis habetur ſupra 2. cap. De quibus determinatur hic vnus modus, ſ. ꝙ in ſartagine frigeretur. Pro quo ſciendum eſt, quòd iſta ſimila, quæ in ſartagine frigebatur erat cõſperſa oleo, & ſuſcipiebat tres conſperſiones, quarum prima erat quando ipſa farina commiſcebatur, ſicut cum aſpergitur aqua. Secunda conſperſio erat, qñ ponebatur in ſar-

Tempora oblationis.

Simila, quæ in ſartagine frigebatur.

A tagine, & ibi frigebatur in oleo. Tertia conſperſio erat, poſtquam educta erat ſimila de ſartagine, & effundebatur ſuper eam oleum. De his tribus habetur ſupra 2. cap. cùm dicitur: Si oblatio tua fuerit de ſartagine ſimilæ conſperſæ oleo, & abſque fermento, diuides eam minutim, & fundes deſuper oleum. Fiebat autem iſto modo, quoniam quando farina non erat conſperſa, fundebatur ſuper eam oleum, & commiſcebatur in paſtam habentem multum de humore, & tunc ponebatur in ſartagine habente oleum, atque ibidem frigebatur. Cum vero inde educta foret, quia ampla erat, comminuebatur in partes, vt patet ſupra 2. cap. *Offeret autem eam calidam in odorem ſuauitatis Domino.* Refertur ad ſimilam in ſartagine frixam, quam offerre debebat ſacerdos ſuper altare in odorem ſuauitatis. Et pertinebat iſta oblatio ad Sacerdotes,
B qui conſecrabant, & dicitur quòd deberent eam offerre calidam, quoniam intra atrium Tabernaculi commiſcebatur iſta ſimila, & frigebatur, & cum de ſartagine educeretur, iterum oleo perfuſa, atque calida ponebatur ſuper altare, vt cremaretur. Si autem iſta ſimila deberet commiſceri, & frigi extra Sanctuarium, & confrigi oleo, non poterat conuenienter duci in Sanctuarium, ita vt calida poneretur ſuper altare.

An Sacerdotes minores ſolum in die octauo offerent ſimilam. Quæſtio. VII.

DE hoc autem dicit Rabbi Salom. ꝙ fiebat ſolum in die octauo, in quo Sacerdotes iam conſecrati exiſtentes, poterant miniſtrare, ſed ante hoc miniſtrabãt; di-
C cit autem ꝙ in illa octaua die Sacerdotes minores obtulerũt ſimilam conſperſam oleo, & Sacerdos magnus obtulit adipes ſecundum genus miniſterij ſui. Sed hoc non poteſt ſtare, quantũ ad primum qñ dicitur, ꝙ ſolum offerebatur in die octauo: nam repugnat litteræ, quia hic dr̃, ꝙ offerebatur iſta ſimila in die cõſecrationis; durabat aũt conſecratio per ſeptem dies, neceſſarium igitur erat, quòd fieret iſta oblatio, aut in prima die, quæ vocabatur principaliter conſecrationis dies, aut in quolibet aliorum ſeptem dierum, in quibus etiam fiebat conſecratio: Dies autem octauus totaliter erat, extra omnem ſollemnitatem conſecrationis, non poteſt igitur intelligi de illo die: tunc enim Sacerdotes non conſecrabantur, ſed cõſecrati erant. Item patet, quòd iſta oblatio ſimilæ magis intelligatur de diebus ſeptem conſecrationis, quàm de die octauo.
D Nam Exodi 29. cũ poneretur ritus ſacrificij in ſeptẽ diebus conſecrationis, dicitur de ſimila conſpergenda oleo, ergo pertinebat ad dies ſeptem conſecrationis. Itẽ, quando obiicitur, quòd in octauo die ſolum iſta offerent, quia tunc ſolum poterant miniſtrare cum conſecrati eſſent, dicendum eſt hoc non procedere, quia aut ille, qui in die conſecrationis ſuæ offerebat ſimilam, erat Sacerdos magnus, aut minor. Si autem in magnum Sacerdotem conſecraretur, poterat offerre quæcunque ſacrificia, quoniam iam Sacerdos minor fuerat. Si autem eſſet minor Sacerdos, etiam poterat facere iſta ſacrificia, cum factæ eſſent in eo eodem die quædam cæremoniæ conſecrationis. Item erat Rabbi Salom. cum dicit, quòd in die octauo Sacerdotes minores offerebant ſimilam, quoniam manifeſtum eſt qualibet die conſecrationis ſolum potuiſſe in
E aurora offerri dimidium gomor ſimilæ, & in veſpere tantundem, vt patet hic in littera, non poterant igitur omnes Sacerdotes ſimul hoc offerre. Item errat, cum dicit, ꝙ ipſi Sacerdotes minores ſoli offerebant ſimilam, & Sacerdos magnus adipem: quoniam de Sacerdote magno dicitur hic in littera, quòd offerret eam calidam in odorem ſuauiſſimum Domino: quare non poteſt ſtare vllatenus poſitio Rabbi Salomon. Dicendum ergo eſt, ꝙ iſta oblatio de ſimila, fiebat in prima die, & in aliis ſex ſubſequentibus ab eo, qui conſecrabatur, ſiue Sacerdos magnus, ſiue minor eſſet, hic tamen ſolum fit mentio de Sacerdote magno, quoniam agitur principaliter de conſecratione iſtius, & cum iſte conſecraretur, & alij Sacerdotes minores cum eo, pertinebat oblatio ſimilæ ad iſtum, ſicut hic dicitur. Si tamen Sacerdos conſecraretur, ipſe ſimilã offerebat, cũ ſolus cõſecrabatur. *In odorem ſuauiſſimũ Domino.*

Error Rabbi Salomon.

Doct. opi.

Qualiter autem odor ſacrificiorum Domino eſſet ſuauis, ſupra primo,& tertio cap.declaratum eſt. *Sacerdos qui iure patri ſucceſſerit*.id eſt,Sacerdos magnus,qui legitimè ſuccederet patri ſuo;offerebat iſtam ſimilam. Iſte namq; Sacerdos magnus ſuſcipiebat à patre ſuo hæreditariè veſtes pontificales, & in eis conſecrabatur per ſeptem dies, & miniſtrabat.De hoc dicitur Exodi 29.cap.Veſtem autem ſanctam,qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum, vt vngantur, & conſecrentur manus eorum, ſeptem diebus vtetur illa, qui Pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filiis eius,

An in Sacerdotibus magnis primogeniti ſuccedebant parentibus, Quæſt. VIII.

SVCCEDEBAT autem in filiis Sacerdotis magni,ipſe primogenitus in pontificatu, niſi aliquid in eo eſſet propter quod ad Sacerdotium inhabilitaretur,vt ſi haberet aliquam maculam,ſ.ſi eſſet cęcus,aut claudus,vel paruo,aut grãdi,& torto naſo,aut fracto pede, vel manu,aut ſi gibbus,vel lippus,aut albuginem habens in oculo,vel ſi iugem ſcabiem, vel impetiginem, vel ſi eſſet herniosus: quodlibet enim horum impediebat, ne aliquis Sacerdos eſſe poſſet,& nullo modo adminiſtrandum accederet,ſed ſolum comederet de ſanctificatis, vt patet inf.21.cap. Si aũt horum nihil impediret,oportebat primogenitum ſuccedere in pontificatu,& iſta erat iuridica ſucceſſio. Quòd ſi minor, aut non primogenitus aſpiraret ad ſummũ Pontificatum, iniuſta ſucceſſio erat. Conſiderandum autem, ꝙ in Sacerdotibus magnis valdè iuſtum erat,vt filij parentibus ſuccederent: nam in dignitatibus ſæcularibus (niſi ſint dignitates eligibiles) filij parentibus ſuccedunt, cum ſunt de legitimo matrimonio procreati,ſed in Sacerdotibus ſummis,ſic erat, quòd vxores licitè ducebant, & legitimos liberos procreabant:cõueniebat igitur,vt filij parentibus ſuccederent in Pontificatu. Quòd ſi autem obijciatur,quòd Sanctuarium Dei,iure hæreditario poſsideri non debeat. Reſpondendum eſt,in Eccleſia non eſſe iuſtam cauſam ſucceſsionis: nam Sacerdotes ſecundum Eccleſiæ inſtituta vxores ducere non poſſunt, quare quaſcunque ex eis procreatas proles illegitimas fore neceſſe eſt:illegitimis autem ſucceſsio non competit, quoniam etiam in ipſis dignitatibus ſæcularibus illegitimi repelluntur, quanto validius in Eccleſia id fieri debet? nulla igitur in Eccleſia Dei ſucceſsio hæreditaria eſſe poteſt:quoniam legitimam nullo modo prolem ibidem eſſe neceſſe eſt:ſecus autem erat in Veteri Teſtamento, vbi Sacerdotibus licitũ erat,immò quaſi neceſſarium vxores accipere,ideo proles legitimæ eſſe poterant, quare & ad ſucceſsionem habiles eſſe cenſebantur. Nunc autem conſiderandum eſt, quòd cũ permitteretur,& lege ſancitũ eſſet in Veteri Teſtamento parentibus filios ſuccedere,iuſtius erat,vt primogeniti ſuccederent,quàm minores: nam ſicut in ſæcularibus dignitatibus hoc generaliter obſeruatur,vt ſucceſsio ſoli primogenito debeatur, in hæreditate quoque paterna idem vt plurimum eſt, ſic debuit in ſucceſsione in Pontificatu fieri,vt primogenitus ſuccederet. A ſæculis enim hoc fuit, & quadam ipſius naturæ ratione dictante factum eſt, vt primogeniti in ſucceſsione paterna, & habitudine ad patrem viuentem potiora mererentur. In Sacerdotibus ergo magnis ſic erat,vt filij primogeniti,Patre mortuo in Pontifices ſumerẽtur,ſic enim mortuo Aaron, Eleazarus primogenitus eius,Pontifex vnctus eſt: mortuo autem Eleazaro, ſuum Pontificatum aſſumpſit Phinees filius eius, vt habetur Machab.2.cap. De Eleazaro autem habetur Numeri 20.cap. Si autem contingeret Sacerdotem magnum decedere ſine liberis, illi qui ei propinquiores cognatione erant, vt fratres,aut alij conſequentes ad Sacerdotium ſumebantur, quamquam de hoc in littera nihil agatur; ſed neceſſarium erat dici,ſicut in aliis ſucceſsionibus communibus, mutabantur aliquando lineæ ſucceſsionum iſtorum Pontificum: nam cum eſſet Sacerdos ſummus Heli, mortui ſunt filij eius, & fecit Dominus, ne aliquis ſuccederet ei, ſed trãſlatum fuit Sacerdotium ad domum Sadoc,& Abjathar,ſicut habetur 1.Regum 2.cap. Tempore autem, quo Romani prǽſidebant paulo ante ad-

In eccleſia filij non ſuccedunt parentibus clericis.

Fallit hoc vt in ſuperioribus Hiſpaniarũ, vbi minor natu ſuccedit, & non primogenitus.

F uentum Chriſti, Sacerdotia mutabantur, quoniam à regibus finitimis accipiebant Sacerdotia venalia, vt habetur in libro 1. & 2. Machab. Romani quoq; duces aliquando pręciis datis,Sacerdotes magnos inſtituerunt, & depoſuerunt, vt patet per Ioſephum in libris Antiquitatum. Sed hæc ad conſequentiam trahenda non ſunt, quoniam omni ſubuerſo iure fiebant, & tales ſucceſſiones reprobat Deus, quia rectè non fiunt. Hic autem dicitur de Sacerdote, qui ſucceſſerat patri ſuo, quòd debet facere iſta ſacrificia. Nec tamen exprimit, an ille Sacerdos magnus, aut de minoribus eſſe debeat,ſatis tamen conſtat,ꝙ diceretur ſolum de Sacerdote magno,quia dicitur de Sacerdote,qui ſuccedebat patri ſuo,ſed non dicitur ſpecialiter de aliquo Sacerdote,ꝙ patri ſuo ſuccederet,niſi de Sacerdote magno: ad eum igitur iſta iure referenda ſunt:
G nam in aliis Sacerdotibus minoribus non fiebat aliqua differentia, quin omnes patribus ſuccederent, ita vt ſicut patres erant Sacerdotes,ſic & filij eorum. Item dicitur hic de Sacerdote, qui ritè ſuccedebat, in quo innuitur aliquẽ Sacerdotem eſſe poſſe, qui ritè non ſuccederet, ſed hoc in Sacerdotibus minoribus impoſſibile eſt, cũ omnes æqualiter in Sacerdotio ſuccedant,ergo non eſt intelligendum de iſtis,ſed ſolum de Sacerdote magno. Item non poterat propriè dici, ꝙ Sacerdotes minores alicui ſuccederent: nam ſuccedere,eſt in aliquo iure ſpeciali alicuius eo deficiente locum habere, ſed Sacerdotes minores non ſuccedebant,quantum ad aliqua iura ſpecialia, ſed ſolum erãt Sacerdotes, ergo non intelligitur de eis; Sacerdos autem magnus dicitur ſuccedere propriè, quia ſummus Pontificatus erat aliqua ſpecialis dignitas, quam aliqui de filiis
H parentibus mortuis aſſumebant. Item, non poteſt hoc intelligi de minoribus Sacerdotibus, quia tunc non diceretur Sacerdos, qui iure patri ſucceſſerit, ſed diceretur Sacerdotes in plurali, quoniam Sacerdotes minores plures erant,ſed intelligit de ſummo Pontifice, qui vnicus erat. *Et tota cremabitur in altari*. Ad ſimilam de qua ſupra dicebatur, refertur, quoniam iſta tota cremari debebat in altari, & in hoc differt ab aliis oblationibus de ſimila,factis pro aliis cauſis, quoniam in omnibus illis aſſumebatur pugillus, & cremabatur ſuper altare, ſiue eſſet de ſartagine, vel craticula, aut laganis, vel panibus de clibano, quædam horum particula cremabatur ſuper altare: reliquum verò Sacerdotibus iuri cedebat,hic autem nihil cedebat eis, quoniam iſtæ oblationes pro eis fiebant.

Iudæorũ ſacerdotia paulo ante tempora aduentus Chriſti erant venalia.

I *Quare cremabatur totum ſacrificium Sacerdotum de ſimila, & nihil cedebat alicui,ſicut in aliis. Quæſt. IX.*

QVÆRET autem aliquis, quare cremabatur totum ſacrificium Sacerdotum de ſimila,& cum pro aliis offerretur non totum cremabatur? Aliquis reſpondebit ideo hoc factum fuiſſe, quoniam alia ſacrificia fiebant pro popularibus, & ipſi Sacerdotes erant, quibus iſta offerebantur,ideo pars horum relinquebatur,vt in ius Sacerdotum cederet. In hac autem ſimila,de qua hic dicitur,non erat ſic:quoniam ipſa offerebatur pro Sacerdotibus;& non erant ipſi quibus offerebatur, ſed pro quibus offerebatur, ideo ſicut vulgaribus non licebat comedere de his,quæ offerebant; ita nec licebat Sacerdotibus, Sed contra hoc obiicitur, quoniam ipſis Sacerdotibus licebat
K comedere de ſacrificiis, quæ pro ſe offerebantur, vt patet Exo.29. vbi dicitur,ꝙ panes,quos obtulerãt ipſi Sacerdotes,comedebantur ab eis in Sanctuario,& partes carnium cuiuſdam arietis immolati. Item,falſum eſt,quod præſupponebatur,ſcilicet ꝙ nõ liceret popularibus comedere de ſacrificiis,quæ obtuliſſent:nam in ſacrificiis pacificis quędam pars ſacrificiorum, & maxima cedebat iuri offerentium,vt patet ſequenti c.& Deut.12.& 16.c.vbi dicitur,ꝙ Iſraelitæ coram Deo epularentur de carnibus ſacrificiorum ſuorum,non eſt igitur hoc verum. Sed reſpondẽdum eſt,ꝙ Sacerdotes non poterant comedere de hac ſimila,q̃ offerebant, poterant tamen de quibuſdã aliis; nec eſt maior ratio in ſacerdotibus offerẽtibus pro ſe,q̃ in popularibus eodem modo offerentibus: erat namq; generale,ꝙ ſi popularis offerret holocauſtũ,nihil de illo comedere poſſet, & ſi ſacrificiũ ꝓ peccato obtuliſſet, nihil ſibi cedebat.

Reſponſ. auctoris.

Si tamen offerret hoſtiam pacificam, licebat ſibi quaſdam A eius partes comedere: de ſimila autem nunquam exprimitur licuiſſe popularibus, vt aliquid comederent, cũ offerrent. Ita igitur de Sacerdotibus dicendum eſt, cũ ipſi pro ſe offerunt, vt in conſecratione ſua; nam tunc popularium vice funguntur. Quamobrem, cum ipſi holocauſtum pro ſe offerebant, nihil inde eorum iuri cedebat: cum verò ſacrificiũ pro peccato, nihil quoque ei cedebat, ſed totum cremabatur; cum autem obtuliſſent victimas pacificas, quædam eis inde pars cedebat, ſicut popularibus cedere ſolitum erat. De his patet Exod. 29. Vbi cum ponantur tria genera ſacrificiorum, de primo genere, quod pro peccato eſt, nihil Aaron, & filijs eius dari iuſſum eſt, ſed totum cremabatur, vt patet ibidem; ſacrificium autem ſecundum, ſcilicet holocauſtum, non cedebat eis, quantũ ad aliquid, ſed cremabatur totus aries. De ſecundo autem B ariete, qui ibidem eſſe ponitur in hoſtias pacificas, dabantur Aaron, & filiis eius partes, quas comederent in Sanctuario. De ſimila autem nihil eis cedebat, ſicut nec vulgaribus de oblata ſimila veſci licitum erat; in quo pleniſſimè patet, quare Sacerdotes de quibuſdam eorum; quæ offerunt, non ſumant partes in cibum, de aliis autem ſic. *Et tota cremabitur in altari*. id eſt, ſimila illa, quæ offertur in mane, ſiue in veſpere cõburi debebat ſuper altare nullo penitus relicto eis: nam ſicut in oblatione popularium non licebat eis comedere quicquam de ſimila oblata, ita nec licuiſſet Sacerdotibus, cum pro ſe offerebant, & tunc cum nulli poſſent cedere illæ partes, quæ non cremarentur, iubebatur, vt tota ſimila, quæ pro Sacerdotibus offerebatur, cremaretur in altari. *Omne enim ſacrificium Sacerdotum igne conſumetur*. Refert ſe ad ſuperiora, ſ. quòd cum C non liceret Sacerdotibus comedere de ſimila, quam offerebant oportebat, vt eam totam cremarent.

Tria genera ſacrificiorum.

An aliquando licuerit Sacerdotibus comedere de ſacrificijs, quæ offerebant pro ſe, vel deberent ſemper totaliter cremari. *Quæſt.* *X.*

ET cum dicitur: Omne ſacrificium Sacerdotum igne conſumetur, non refertur ad omnia ſacrificia: nã ſacrificia, quę offerebantur à Sacerdotibus pro ſeipſis in hoſtias pacificas, non cremabantur totaliter, ſed quædam eis partes cedebant, quas ipſi comedebant in loco ſancto, vt patet de ariete conſecrationis ſuæ, qui erat in victimas pacificas: nam carnes huius ipſi Sacerdotes coquebant in Sanctuario, & comedebant tempore cõſecrationis, vt pa- D tet Exod. 29. cum dicitur: Arietem autem conſecrationis tolles, & coques carnes eius in loco ſancto, quibus veſcetur Aaron, & filij eius. Idem quoque eſt de panibus, quos offerebant in caniſtro, cũ dicatur ibidem: Panes quoque, qui ſunt in caniſtro in veſtibulo Tabernaculi teſtimonij, comedẽt, vt ſit placabile ſacrificium, vt ſanctificentur offerentium manus. Item, cum Sacerdotes laicorum vice fungantur cum pro ſeipſis offerunt, non debebant magis à ſacris ſeparari, quàm laici, ſed laicis licitũ erat de hoſtiis pacificis, quas offerrẽt partem comedere, idem igitur Sacerdotibus ius eſſet, & ſic non cremaretur omne quod Sacerdotes offerebant, ſed aliquid de illo proueniebat eis. Et cum dicitur hic omne ſacrificium, nomine ſacrificij nõ intelliguntur ſacrificia, quæ fiebant de carnibus, ſed ſacrificia de pane, quoniam ſimila oblata vocabatur ſacrificiũ, E vt patet ſupra 2. cap. vbi dicitur ſacrificium ſimilæ. Idem patet Numeri 15. cap. Hic quoque ſic habetur, cum ſupra dictum fuit: Hæc eſt lex ſacrificij, & libamentorum eius; & vocatur ſacrificium ſimila, libamenta autem ea, quæ cũ ſimila offeruntur, & ſic refertur hic ad ſolam ſimilam: nã cum dictum fuerat ſupra, quod Sacerdos offerret ſimilã calidam in altari, & tota cremabitur, ſubiungitur ſententia vniuerſalis, ſcilicet, quod omne ſacrificium Sacerdotũ, id eſt, omnis oblatio de ſimila, quæ pro eis fit qualitercunque, & quomodocunque fiat igne conſumetur. Nicolaus autem dicit, quod omnia ſacrificia Sacerdotũ cremabantur in igne, & inducit ex ſuperioribus dicens, quòd ſimila oblata pro Sacerdotibus tota cremabatur, & non ſolum ſimila, ſed etiam omnia ſacrificia, quæ pro Sacerdotibus offerebantur, cum dicatur: Omne ſacrificium Sacerdotũ igne conſumetur, ſed Nicolaus in hoc decipitur: quoniã, vt ſupra probatum eſt, carnes ſacrificiorum oblatorũ pro Sacerdotibus, non cremabantur totaliter, ſed cedebãt iuri eorum. Deceptionis autem occaſio ei fuit, quod non potuerit bene capere ſignificatum huius termini ſacrificiũ, quod frequẽtiſſimè nullam carnis oblationem ſignat, ſed aliquid de pane, vt patet ſupra 2. cap. & Numeri 15. cap. & hic cum dicatur de lege ſacrificij, & libamentorum, & de ſacrificio ſimilæ, in quibus manifeſtum eſt impoſſibile eſſe accipi ſacrificium pro carnibus alicuius animalis immolati, ſed pro pane ſolum. Putauit autẽ Nicolaus, quod ſacrificium ſemper ſumeretur pro carnibus animalium: vnde & in hoc ſatis deceptus fuit. *Nec quiſquam comedet ex eo.* id eſt, nullus comedet de ſacrificio oblato pro Sacerdotibus, ſcilicet, de ſimila, quoniam cum non liceret ipſiſmet Sacerdotibus comedere de hac ſimila, cum eam pro ſe offerrent, multo minus poterant aliqui alij eam comedere, cum non fungerentur officio Sacerdotum, nulli ergo comedendi eam ſimilam ius erat. *Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen.* Hic agitur de ritibus, & iuribus hoſtiæ pro peccato, & pro delicto, ſcilicet, quid de illa ad Sacerdotes pertineret, & quid ad Deũ, & ponitur hic, locutus eſt, tanquam orationis caput, cũ de alia materia agatur hic, quiã ſupra actum ſit. *Loquere Aaron, & filijs eius.* Aliquando in legibus datis iubebat Deus, vt loqueretur Moyſes filiis Iſrael, & aliquando iubebat vt loqueretur Aaron, & filiis eius: nam ſi lex ad totum populum pertinebat, dicebatur quod Moyſes loqueretur filiis Iſrael: ſi verò pertineret ad ſolos Sacerdotes, dicebatur quod loqueretur Moyſes Aaron, & filiis eius. Hoc autem, quod hic dicitur, ad ſolos Sacerdotes pertinet, ſcilicet, de ſacrificio pro peccato, & delicto agere. Nam quamquam ipſi ſoli non offerrent ſacrificium pro peccato, & delicto, quoniam potius iſta vulgares faciebant, tamen pertinebat ad Sacerdotes, inquantum ipſi ſoli miniſtrabant in eo, & ad eos dumtaxat pertinebat ſumere partes de carnibus eius; & hoc exprimitur hic in littera, cum agatur de partibus cedentibus iuri Dei, & de partibus quas conſequebantur Sacerdotes. *Iſta eſt lex hoſtiæ pro peccato.* Non agitur hic de ſacrificiis pro peccato Sacerdotum, ſed potius de ſacrificiis pro peccatò ſæcularium; nam ſacrificia pro peccatis Sacerdotum incenſa totaliter cremabantur, vt patet Exod. 29. vbi cum agitur de ſacrificio pro peccato Sacerdotum, in cõſecratione ſua iubetur, vt totaliter cremetur extra caſtra; hic autem dicitur quaſdam partes ſacrificij pro peccato iuri cedere Sacerdotum; non eſt igitur hoc intelligendum de ſacrificio pro peccato Sacerdotum, ſed popularium. *Iſta eſt lex hoſtiæ pro peccato.* Non eſt intelligendum, quod ponatur hic lex hoſtiæ pro peccato, ſcilicet, pro quibus peccatis offerri debeat, vel de quibus pecoribus, quoniam de hoc ſupra 4. & 5. cap. dictum eſt, ſed intelligitur poni hic legem hoſtię pro peccato, quantum ad locum immolationis, & comeſtionis, & quantum ad iura eorum, quibus cedebat. *In loco vbi offertur holocauſtum coram Domino.* Tollit hic dubium, putaret namque aliquis, ſicut ſunt diuerſa genera ſacrificiorum, ita eſſe diuerſa loca immolationis eorum. Sed reſpondetur, hoc non ſtare: quin potius vbi holocauſtũ immolatur, ibi debent ſacrificia iſta immolari, animalia aũt tradita in holocauſtum immolabãtur ad partem Septentrionalem altaris holocauſtorum circa oſtium Tabernaculi, vt habetur ſupra 1. cap. & ibidem omnia alia animalia in quodcunq; genus ſacrificij oblata offerri deberent, dicitur autem de loco holocauſti, eo quod iſtud ſacrificiũ erat communis, cum quotidie fieret, & ob hoc notius, poterantq. per ipſum omnia alia cognoſci. Dicitur autẽ immolari coram Domino, quoniã in oſtio Tabernaculi fiebat immolatio, in quo erat ſpecialiter Deus. *Quia Sanctum Sanctorum eſt*. id eſt, valde Sanctus: Sanctum enim aliquãdo ſignificat aliquid ſeparatum ab aliis, ſicut dicebatur ſupra de ſimila cedente in ius Sacerdotum, Sanctum Sanctorum erit Aaron, & filijs eius, id eſt, quòd illę partes eſſent ſeparatæ Aaron, & filiis eius. Hic autem accipitur ſanctum aliter, quoniam nõ poteſt dici ſeparatum, ſed vocatur ſanctum, id eſt, applicatum ad Deum, & tunc redditur hic cauſa ſuperiorum, cum dictum ſit, quòd offerretur hoſtia pro peccato in loco, in quo offertur holocauſtũ. Huius

Nic. opin. confutatur.

De ritib. & iuribus hoſtiæ pro peccato, ac pro delicto.

Quid ſignificat Sanctum.

Huius autem cauſam dicit eſſe, quia Sanctum Sanctorum eſt, id eſt, quia valde ſanctũ eſt, quaſi dicat, iuſtum eſt offerri, & immolari hoſtiam pro peccato in loco, in quo immolatur holocauſtum, quia ſicut holocauſtum ſanctũ eſt, ita & ſacrificium pro peccato ſanctum eſt. *Sacerdos qui offert eam comedet eam in loco Sancto*. Ponitur hic ad quem deberet pertinere hoſtia pro peccato, & dicitur, quod pertinerent carnes eius ad Sacerdotes, qui offerrent illã. Non tamen eſt intelligẽdum, quod tota hoſtia pro peccato Sacerdotibus cederet: quoniam adipes eius ſemper dabantur Domino, ſicut adipes omnium aliorum ſacrificiorum, vt patet ſupra 3. cap. ſ. Omnis adeps Domini erit iure perpetuo. Cremabatur etiam cauda animalis cum partibus, quæ adhærebant lumbis: nam ſic in ſacrificio pro delicto offertur, vt patet infra, ſed ſacrificij pro delicto, & pro peccato eadẽ lex imponitur: ergo deberet de hoſtia pro peccato tolli cauda cum aliis partibus carnium, quæ adhærẽt lumbis, vt cremaretur coram Domino: Dicitur autem, ꝙ Sacerdos comedet eam, id eſt, partes iſtius hoſtiæ, quæ ei cedebant. Nam totum, quod in ipſa hoſtia pro peccato erat, tam pellis, quàm carnes, Sacerdotibus cedebat, preter adipes, renunculos, & caudam. *Sacerdos qui offert eam comedet*. In hoc videtur innui ad ſolum Sacerdotem offerẽtem, & explentem cæremonias hoſtiæ pro peccato pertinere carnes: ſic enim in quibuſdam aliis fiebat: nam Sacerdos, qui obtuliſſet holocauſtum, habebat pellem eius, vt patet infra, & Sacerdos qui obtuliſſet hoſtiam pacificã accipiebat armum dextrum, vt patet ſequenti cap. ita autem, & hic videbitur. Sed fortè dicendum erit, quod non pertineret iſta hoſtia pro peccato ad ſolum Sacerdotem, qui offerret eam, ſed etiam ad omnes Sacerdotes; quoniã dicitur infra: Omnis maſculus de genere Sacerdotali veſcetur carnibus eius. Dicet autem aliquis hoc non tenere, ſed potius ad ſolum Sacerdotem offerẽtem pertinere: qm̃ dicitur, quod deberet comedi iſta hoſtia in loco Sancto, non enim poterant omnes Sacerdotes ſimul conuenire ad comedendum eam in loco ſancto, videtur igitur ad ſolum Sacerdotem, qui offerret hoc pertinere. Sed non ſtat iſtud argumentum: quoniam eodem modo nullum ius eſſet de ſacrificiis, quod omnibus ſacerdotibus conueniret, quoniã omnia ſacrificia comedebantur in loco ſacro, ſicut patet hic, & ſequenti cap. tamen aliqua erant, quæ omnibus Sacerdotibus conueniebant, ſicut patet infra de ſimila oblata, de qua dicitur, quod diuideretur equaliter inter omnes filios Aaron. Dicendum tamen eſt, his non obſtantibus, ꝙ hoſtia pro peccato ad ſolum Sacerdotem offerentem pertinebat, & nullus alius de Sacerdotibus in ea ius aliquod habere poterat, ſicut hic dicitur: Sed Sacerdos, qui offert eam comedet, id eſt, ad ſolum Sacerdotem, qui offerebat, pertinebat comedere eam: ſi enim non eſſet hic ſenſus, nihil ſpeciale operaretur iſta clauſula: ſed deberet dici, quod hoſtia pro peccato cedebat iuri Sacerdotũ: dicitur tamen ſpecialiter, ꝙ cedat iuri Sacerdotis offerentis, ergo oportebat vt ad eum ſolum pertineret. Item quia dicitur infra de hoſtia pro delicto ad Sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit, ſed manifeſtum eſt, quod ſi ad omnes Sacerdotes indifferenter pertineret iſtud ius, non diceretur ſpecialiter pertinere ad Sacerdotem, qui eam offerret, ergo oportet dicere pertinuiſſe iſtam hoſtiam pro peccato ad ſolum Sacerdotem offerentem. Cum autem obiicitur de eo, ꝙ habetur infra, ſ. quod omnis maſculus de genere Sacerdotali comedet eam in loco Sancto, non eſt intelligendum, ꝙ ad omnes pertineret Sacerdotes, ſed ſolum ad eos, qui erant de genere iſtius Sacerdotis offerentis, et ſic quamuis intelligeretur de omnibus Sacerdotibus, & omnibus deſcendentibus de genere eorũ, tamen non erat ſenſus, quod iis cuiuſlibet hoſtiæ pro peccato pertineret ad omnes Sacerdotes, ſed magis erat ſenſus, ꝙ licitũ erat omnibus maſculis de genere Sacerdotali comedere de hoſtiis pro peccato, & non ad aliquem alium de alio genere, nec ad aliquam feminam Sacerdotalis generis, & tunc ſatis ſtat, ꝙ quamuis omnibus maſculis de genere Sacerdotali licitũ eſſet comedere de hoſtiis pro peccato, tamen non poterãt omnes comedere de qualibet hoſtia ꝓ peccato, ſed de ea, quæ eorum iuri cedebat, ſ. quando ipſi, aut eorum parentes offerrent, & complerent cæremonias pro peccato. *In*

Ad quē hoſtia pro peccato ꝑtinere debeat.

Determinatio authoris.

F *loco Sancto atrij Tabernaculi*. Cum eſſent iſta ſacrificia ſacra in omnibus, debebat obſeruari in eis reuerentia quædam, & hæc erat, vt à perſonis ſacris comederentur, vt patet infra, & etiam in loco ſacro, ſ. in loco Tabernaculi, vt hic dicitur: non enim erat licitum Sacerdotibus comedere intra Tabernaculum, quia ille locus ſanctior erat, ſed ſolum in Tabernaculi atrio, ibi etiam ſoliti erant comedere populares, cum offerrent hoſtias pacificas, vt patet Deuteron. 12. & 16. cap. *Quicquid tetigerit carnes eius ſanctificabitur*.

Quomodo per contactum rei ſanctificatæ, res contrahebant munditiam. Quæſt. XI.

ALIQVI referunt hoc ad Sacerdotes tangentes iſta G ſacrificia, quoniam eis ſanctificatio, id eſt, munditia ineſſe debebat; quamobrem, ſi aliquis eorum quouis modo immundus fuiſſet, nõ erat ei ius de ſanctificatis comedere, vt habetur infra 22. cap. Sed iſta ſolutio non conuenit: quoniam tunc non diceretur in littera: Quicquid tetigerit carnes eius: ſed, quicunque tetigerit: quoniam iſte tactus ſolum pertinebat ad homines, cum nihil aliud ſit, ꝙ mundari debeat, aut poſſit ad tangendũ res ſacras, niſi homo. Cum igitur in neutro protulerit, de inanimatis rebus, & non de homine intelligi debebit: nam aliàs maſculinè proferri debuiſſet. Item patet in ſequenti, cum dicitur: Si tetigerit veſtis carnem ſanctificatam, ꝙ deberet lauari, & ſi in olla coqueretur, deberet interdum abſtergi, & interdum frangi, ſed hic non fit mentio de homine, ergo nõ eſt ſenſus, ꝙ quicunq; tãgeret rem ſacram, deberet ante ſan- H ctificari, id eſt, eſſe mundus, quanquam hoc verum ſit, intelligitur tamen, ꝙ illa res, quæ contingeret res ſacras hoc ipſo ſanctificabatur, id eſt, contrahebat inde aliquid, ſm̃ ꝙ dicebatur ſanctificata, cum ante ſanctificata non eſſet. Nec tamen intelligendum eſt, ꝙ iſtæ res, quæ per tactum alicuius carnis ſanctæ ſanctificabantur, efficerentur ita ſanctæ, ꝙ iam nequaquã liceret eas conuerti ad vſum humanum: ſed ſolum dicebantur ſanctæ, i. contrahentes quandam qualitatem, ſm̃ quã dicerentur ſanctæ, ꝙ ante eis nõ inerat, ꝙ patet cum dicitur infra de veſte, ꝙ ſi tangeret carnem ſanctam, deberet lauari: ſi autem ipſa totaliter ſanctificaretur, non potuiſſet conuerti ad vſus humanos, ſicut nõ licebat conuertere carnes ſacras, aut veſtes ſanctas in profanos vſus. Idem de olla ænea patet, cum in ea coquerentur carnes pro peccato, abſtergebatur namque, & ſic iterũ I humanis actionibus conueniebat. Sed dicẽdum eſt, quòd conſecratio iſta, quam acquirebat res inanimata per contactũ alicuius carnis ſanctæ erat imperfecta. Pro quo danda eſt regula, ꝙ res per applicationem ad Diuinum cultũ contrahebãt perfectam ſanctificationem, res tamen, quæ contrahebant ſanctificationem per contactum rerum ſacrarum non contrahebant perfectam ſanctificationem. Prima pars patet: quoniã ſi aliqua res immolaretur Deo, illa non poterat conuerti ad vſus profanos, ſed vel cremabatur coram Domino, vel comedebatur à Sacerdotibus. Eodem modo veſtes illæ, quæ applicabantur ad miniſtrationem Diuinam, vt veſtes pontificales Aaron, & filiorum eius, non poterant conuerti vllo modo ad vſus humanos. Idem patet de vaſis ſanctæ miniſtrationis: nam non licebat miniſtrare in eis, niſi coram Domino: hęc autem per- K fecta ſanctificatio erat. Vocatur autem imperfecta ſanctificatio, quando aliqua res cõtrahebat aliquam ſanctificationem, nõ tamen propter hoc vſibus humanis ſubtrahebatur, ſicut patet de veſte, quæ ſanctificabatur per contactum rerum ſacrarum: nam illa conuerti poterat ad vſus humanos, tamen aliquo tempore ſanctificata erat, in quo illicitũ erat conuerti illam ad vſus humanos, ſ. antequam lauaretur: nam poſtquam veſtis contigiſſet carnes ſacras, erat ſanctificata vſquequo lauaretur, & eo tẽpore vſibus humanis applicanda non erat: identidem autem de olla ænea, in qua coquebantur carnes ſacrificij pro peccato: nã illa ſanctificata erat toto tempore, quo non eſſet defricata, & tũc nefas erat in ea aliquid de vulgaribus cibis coquere, aut eam ad quamuis laicalem trãsferre adminiſtrationẽ. Cũ verò defricata eſſet, iã nõ manebat ei vlla ſãctificatio, ſed licebat eam ad quoſlibet humanos cõuertere vſus.

Quomodo res ſãctificentur.

Vaſa ſictilia ſi tangerentur à reb. ſacris, debebãt frãgi, vaſa vero ænea non, vt infra.

Ex his

A Ex his patet ſecunda particula præpoſitæ quæſtionis, ſcilicet quòd res, quæ contrahebant ſanctificationẽ per contactum rerum ſacrarum, non contrahebant plenam ſanctificationem. Patet fundamentum huius: nam veſtis, quę contingeret carnes ſacras non abſtrahebatur ſimpliciter ab vſibus humanis, ſed ſolum vſquequo lauaretur. De olla autem ænea identidem erat, quoniam aliquando ius erat eam humanis adminiſtrationibus applicari, ſcilicet cum defricata foret, iſtæ autem vocantur ſanctificationes imperfectæ, quia non ſimpliciter, ſed ad paruum tempus ſanctificabantur. *Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa, lauabitur.* Sanguis hoſtiæ pro peccato, & omnium aliarum hoſtiarum ſacerdotis erat, quoniam in omnibus ſacrificiis ſanguis offerebatur ad expiandum, ſicut adipes comburi generale erat, ideo quodcunque tangeret ſanguinem ſacrificij pro peccato, contingebat aliquam rem B ſacram, ex cuius cõtactu neceſſarium erat ſanctificari ipſam rem contingentem, & ob hoc lauabatur. Et nõ ſolum intelligendum eſt ſi aliquid contigiſſet ſanguinem ſacrificiorum, ſed etiam ſi contigiſſet carnes ſacras, qñ erãt coctæ, vel cum eſſent in olla, eodem enim modo vtraq; ſacra erant. Et quanquam hic non exprimatur, tamen exprimitur Aggæi 2.c. cum dicitur: Interroga ſacerdotes legem, dicens: ſi tulerit homo carnem ſanctificatam in ora veſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panem, aut fermentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, nunquid ſanctificabitur? Reſpondentes ſacerdotes, dixerunt non. In quo innuitur veſtem ſanctificatam fuiſſe ex tactu carnium ſacrarum. Item ſciendum eſt, ꝙ quamuis cõtingentes immediatè res ſacras ſanctificabãtur, tamen ſi ipſę C res ſanctificatę per contactum iterum tangerent alias res, non ſanctificabatur illæ res, quoniam ſic proceſſus fuiſſet in infinitum in ſanctificatione rerum per contactũ, & neſciretur quid deberet abſtergi, vel confringi propter ſanctificationem, quod non conuenit. Conſiderãdum autem eſt, ꝙ per contactum rerum ſacrarum id quod contingebat eas, ſacrum efficiebatur, ſed non erat hoc generale, quoniam aliquando contingendo res ſacras, nulla inducebatur ſanctificatio in re tãgente, ſicut ſi aliqua res tangeret pellem ipſius animalis immolati, aut ſi tangeret altare holocauſtorũ, vel aliquod de vaſis ſacræ adminiſtrationis: nam ſi veſtis humana, vel aliquod vas pertinẽs ad miniſtrationes profanas tangeret ipſum altare holocauſtorum, vel aliam rem ſacram in Sanctuario, non ex hoc contrahebatur aliqua ſanctificatio in veſte, aut vaſe, ſed D nulla præcedẽte lotione rurſus humanis vſibus applicanda erat. Si tamen veſtis, vel aliqua res pertinẽs ad humanas, & profanas miniſtrationes ſanguine ſacro aſpergeretur, aut contingeret carnes ſacras cum coctæ eſſent in olla, ſanctificationem ex hoc contrahebant. Pro quo danda eſt regula, ꝙ ſi res ſacra, quæ contingeretur talis erat, vt per contactum aliqua eius pars adhæreret rei tangenti, oportebat rem contingentem ſanctificari, & ob hoc aut lauari, aut confringi: ſi autem res ſacra, quę contingeretur per contactum non adhæreret aliqualiter rei tangẽti, non contrahebat res tangens aliquam ſanctificationem, nec oportebat eam confringi, aut lauari; ideo cum aliqua res contingeret altare holocauſtorum, aut veſtes ſacras Põntificis, vel Sacerdotum minorum, quoniam illæ non erant talis conditionis, vt per contactum adhæreret aliqualiter E pars illorum rei tangenti, non acquirebat res contingẽs aliquam ſanctificationem. Cum autem aliquid aſperſum eſſet de ſanguine hoſtiarum, adhęrebat ipſe ſanguis totus veſti, & ſi carnes coctas tetigiſſet veſtis, adhærebat aliqua carnium, aut humoris earum pars veſti, ideo oportebat ipſis res contingentes cõſequi aliquam ſanctificationem, & ob hoc lauari, aut confringi. Patet enim de veſte in cuius ora carnes ſanctificatæ adhæſerant, vt habetur Aggæi 2. cap. & quanquam de carnibus & ſanguine idem ius foret, tamen potior cauſa in ſanguine erat: nam cum ſanguis totus eſſet humor, tenacius adhærebat, & totus veſti, aut alteri rei: carnes autem ſacræ, quanquam in decoctione haberent humiditatem aliquam, & de earum ſubſtantia partes teneræ in humores ſoluerentur: quia tamen ſolidioris naturæ ſunt, non poterant ita contingi, & cohęrere, ſicut in humore ſanguineo patet. Item quanquam

De ſanguine, & carnibus cuiuſlibet hoſtiæ, quomodo per cõtactum ipſorum res tangens efficiebatur ſancta.

In rebus ſacris, quæ adhærere poterant tangenti, ea ſabatur ſanctificatio, cum tangerentur.

A hic de ſanguine hoſtiæ pro peccato dicatur, de omnibus ſacrificiis idem erat, cum ſubſiſteret eadem ratio legis, ſcilicet, quòd ſanguis ille in omnibus ſacrificiis ſacer erat. Vnde oportebat res inde, aut perfuſas, aut aſperſas quandam contrahere ſanctitatem, ſed non fuit expreſſum de ceteris ſacrificiis: quoniam ſatis exiſtimauit Legiſlator hanc regulam ad aliam extendi debere, notum eſſe. De carnibus quoque idem ius fuiſſe patet: nam ſicut ollæ, in quibus coquebantur ſacrificia pro peccato, non poterant ad vſus humanos, niſi prius lotæ forent, conuerti; ita & in vaſis, in quibus coquerentur carnes ſacrificiorum pacificorum. De veſte quoque idem eſt: nam ſicut veſtis contingens carnes coctas ſacrificij pro peccato, lauanda erat; ita & ſi contigiſſet carnes pacificarum hoſtiarum. *Lauabitur in loco ſancto.* id eſt, quòd veſtis iſta B perfuſa ſanguine, cum lauaretur, non erat extra Sanctuarium lauanda, cuius cauſa erat: quia cum lauaretur veſtis, humor ſanguineus ibi exiſtens humori aqueo commixtus defluebat, vnde illicitum erat in loco immundo ſacrum illum humorem ſanguineum fundi: locus autem iſte ſacer, in quo lotio fieri debebat, erat atrium Tabernaculi: nam intra Tabernaculum non fiebat aliqua talis miniſtratio, cum munda foret, atrium autem locus ſacer vocabatur. *Vas autem fictile, in quo cocta fuerit, confringetur.* Vaſa fictilia vocantur vaſa teſtea de luto facta, & dicuntur fictilia à fingendo, quia fingere eſt opus figulorum, vnde ipſi à fingendo nomina ſumpſerunt: fictilia autem vaſa per fictionem figulorum fabricantur. Iſta autem confringenda erant cum in eis coquerentur carnes ſacrificiorum, cuius cauſa eſt, quoniam per cõtactum illum ali- C quæ partes teneræ ipſarum carnium in humores reſolutæ vaſis adhęſere fictilibus, propter quod humanæ miniſtrationi illicita erant quouſque omne, quod eis ſacrum adhæſerat ablatũ fuiſſet, ſed à vaſis fictilibus auferri quidquid eis in carnium decoctione adhæſerãt difficillimum erat, tum, quia vaſa fictilia partes aliquas poroſas habent, quæ in decoctione ſua igne agente cauſatæ ſunt: illas verò liquidus ac tenuis intrat humor de ſubſtantia carnium reſolutus, à quibus defricatione nulla auferri poteſt, tum, quia ſi quiſquam ea valide defricare conaretur, citius ea perfringeret, quàm defricaret; cum teſtea materia, & fictilis robur paruum habeat, & ad fortem defricationẽ confringi neceſſe ſit. Oportuit ergo ꝙ illa vaſa fictilia cõfringerentur, ne quouis modo amplius humanis ſeruirẽt miniſtrationibus. Cum verò confringerentur iſta vaſa, dicen- D dum eſt non ea in quolibet loco effundi, ſed in loco mundo extra caſtra; quoniam iſta aliquid ſacrum ſibi retinere videbantur, propter quod inter res immundas conculcari non debent, ſed in loco mundo à profanis contaminationibus ſequeſtrari. Simile patet de cineribus altaris, illi namque cum effunderentur extra caſtra, in loco mundo ponebantur, quia ad res ſacras pertinuerant. De hoc ſupra 4. & 5. cap. *Quòd ſi vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua.* Iſta lotio æneorum vaſorum in atrio Tabernaculi fieri debuiſſe videtur: quoniam ſicut cum veſtis ſanguine aſperſa lauanda foret, in atrio Tabernaculi lauabatur, vt in locum mundum ſacer ille ſanguineus humor deflueret, ita & cum vas æneum lauandum, atque defricandum foret, oportebat, vt intra atrium Tabernaculi hoc fieret, vt humor de carnibus reſolutus æneo adhærens vaſi, aut E particulæ quædam tenues inde elicitæ, quæ de carnibus fuerant, in locum mundum decurrerent. Cauſa autem, quare vaſa ænea non confringebantur, cum in eis ſacrarum carnium fuiſſet facta decoctio, eſt: quia ideò vaſa fictilia confringebantur, quia non poterant inde partes ſacrarum carnium totaliter abſtergi, in vaſis autem æneis poterat plena fieri abſterſio, ideo non oportebat confringi; nam cauſæ illæ, quæ in fictilibus ponebantur vaſis, ꝑ quas perfectè defricari non potuiſſent, in vaſis æneis non conſiſtunt. Prima quidem, quoniam licet vaſa propter ignem decoquentem poroſitates quaſdam aſſequantur, in vaſis tamen æneis poroſitas nulla eſt, ſed potius partes ſibi compactiſſimæ, & materia valde ſolida, & terſa, propter quod æra polita naturæ ſpecularis ſunt. Secunda etiã cauſa in his non conſiſtit: nam quamquam vaſa fictilia, & vniuerſaliter omnis materia fictilis magnam non ſuſtineret

Vaſa fictilia quid, & vnde ſint.

Quare vaſa fictilia confringebantur.

Quo loco æneorum vaſorum lotio fieri debebat.

Aenea vaſa quare nõ confringebantur.

ret defricationem ex infirmitate ſua; vaſa tñ ænea ſolida valde ſunt, ideo qualitercunque defricentur, non pereunt ſicut fictilia; nõ igitur fuit conueniens vaſa metallina cõfringi, ſicut fictilia, cum in eis ſacrorum carnium decoctio facta fuiſſet. Sciendum autem eſt, quod id quod hic dicitur de vaſis æneis, de omnibus vaſis metallinis intelligendum fore: eædem namque cauſæ, propter quas vaſa ænea non confringuntur, ſubſiſtunt in omnibus metallinis vaſis: quamuis igitur non exprimatur, de eis littera intelligenda eſt. Poteſt autem & aliter dici, quod vaſa ænea non dicuntur hic ſpecialiter vaſa alicuius metalli condiſtincti ad alia metalla, ſed accipitur generaliter vas æneum pro quocunque metallino vaſe, quod dependet ex ſignificatione huius nominis æs, quod aliquando quoddam ſpeciale metallum deſignat: interdum autem omnia metalla æra vocantur, vnde conuertuntur iſta duo, ſ. æs, & metallum, & G tũc lex iſta generaliter ponetur de omnibus metallinis vaſis. *Omnis maſculus de genere Sacerdotali veſcetur carnibus eius.* Hic ponit regula de his, quibus licitum erat comedere de carnibus ſacrificiorum. Et quãquam hic nihil aliud exprimatur, tamen intelligẽdum eſt, quod ille, qui comedere deberet de carnibus ſacrificij huius, mundus eſſet: immundus enim non licebat comedere aliquam rem ſanctificatam, neque eã tangere, ſiue Sacerdos eſſent, ſiue alij quicunque, vt patet infra 22. cap. iſta tamen regula nõ diſtinguit perſonarũ conditiones, ſed ipſas perſonas. Quantum autem ad conditionem perſonarum, refertur ad eam legem, quæ habetur infra 21. & 22. cap. ponitur hic autem aliquod ſpeciale in carnibus ſacrificij pro peccato: nam cũ aliquæ partes ſacrificiorum pacificorum, aut de oblata ſimila Sacerdotibus cedebant, licitum erat omnibus de genere Sacerdotali, ſiue maſculis, ſiue fœminis illis veſci, dũ tamen mundi eſſent; idem quoque licebat ſeruis emptitiis Hebræorum Sacerdotum, vt patet infra 22. cap. hic autẽ ſolis maſculis carnibus ſacris ſacrificij pro peccato veſci licitum eſt, quoniam ſpeciale aliquid erat in ſacrificio pro peccato, & pro pacificis hoſtiis. In hoſtia namque pacifica ius erat Sacerdoti aliquid comedere; ad laicos quoque aliquæ partes pertinebant quibus veſcebantur, ideo omnibus de familia Sacerdotum ius quoque eſſe videbatur, vt de partibus illis ſacrificiorum pacificorum deguſtarẽt; in ſacrificio autem pro peccato, nõ licebat quicquam laico offerenti ad comedendum cõtingere, vnde ex parte Sacerdotũ aliquod ſpeciale eſſe debebat, ſ. vt ſoli maſculi de genere Sacerdotum comederent: filiabus autem eorum hoc nõ liceret, nec etiam ſeruis emptitiis maſculini ſexus, quibus aliis partibus ſacrificiorum veſci ius erat. Sciendũ autẽ, quod ſicut in carnibus ſacrificij pro peccato, aliquid ſpeciale erat, quod ſolis maſculis deguſtare liceret, ita & in ſimila oblata pro peccato ſancitum erat, vt ſolis maſculis de genere Sacerdotũ ea veſci liceret, vt habetur infra, cum dicitur: Mares tantum ſtirpis Aaron comedẽt illud. *Quia Sanctum Sanctorum eſt.* Redditur cauſa ſuperiorum, ſcilicet, quod non liceret aliis deguſtare carnes ſacras, niſi maſculis de genere Sacerdotum, quia Sanctæ Sanctorum ſunt, id eſt, quia ſunt multum ſanctæ; & quamuis carnes ſanctas fœminis de ſtirpe Sacerdotum, & ſeruis emptitiis deguſtare liceret; tamen non licet deguſtare carnes Sanctas Sanctorum, i. eſt valde ſeparatũ, quaſi dicat, aliæ carnes ſacræ, vt in hoſtiis pacificis ſeparatæ ſunt, ſ. à vulgariũ deguſtatione, & non ab his, qui ſunt de familia Sacerdotum, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, ſiue ſerui emptitij, carnes tamen ſacrificij pro peccato non ſolum ſanctæ ſunt, id eſt, ſeparatæ, ſed Sanctæ Sanctorum, i. valde ſeparatæ, ideo nõ licet etiam omnibus de Sacerdotũ familia illis veſci. *Hoſtia enim quæ caditur pro peccato.* Hic agitur de alio genere ſacrificij pro peccato, de quo nullatenus cuiquam hominum deguſtare licebat, ſed totaliter igne cremandũ erat, & iſtud ſacrificium pro peccato erat, quod offerebatur in conſecratione Sacerdotum, vt patet Exod. 29. cap. & pro peccato Sacerdotis magni, vt patet ſupra 4. cap. & pro peccato totius populi, vt patet ſupra eodem 4. cap. In hoc autem non obſeruabantur cæremoniæ, quæ in aliis, ſ. quod aliqua pars cremaretur ante Deum, & alia daretur Sacerdotibus: quoniam totum, quod in ipſo animali erat, præter adipes, cremabatur extra caſtra. *Hoſtia enim quæ pro*

Quibus licitũ erat de ſacrificiorũ carnibus comedere.

Redditio cauſæ ſuperiorum.

F *peccato caditur.* id eſt, quæ occiditur pro peccato totius populi, & Sacerdotis magni ſolius, & in cõſecratione Sacerdotũ, quoniam pro aliis peccatis non occidebatur tale ſacrificiũ quale hic. *Cuius ſanguis infertur in Tabernaculum teſtimonij.* Hic ponitur differentia huius ſacrificij ab omnibus aliis, quoniã in nullo alio ſacrificio pro peccato offerebatur ſanguis intra Tabernaculum niſi in iſto; quoniam in reliquis fundebatur ſanguis ad baſim altaris holocauſtorum, & tingebantur cornua eius: in hoc autem, quod hic dicitur, inferebatur ſanguis intra Tabernaculũ, & aſpergebatur ſepties contra velum Sancti Sanctorum, & tingebantur cornua altaris thymiamatum, quod erat intra Sanctuariũ, vt patet ſupra 4. cap. dicitur autem hic, quod infertur ſanguis in Tabernaculũ teſtimonij, ad differentiam ſanguinis, qui inferebatur intra Sancta Sanctorum: nam in die expiationis ſemel per annum Sacerdos magnus inferebat ſanguinem in Sancta Sãctorum, vt patet infra 16. cap. hic autem non inferebatur intra Sancta Sanctorum, ſed ſolum intra Sanctuarium. *Ad expiandum in Sanctuario.* id eſt, quod iſte ſanguis inferebatur intra Tabernaculum, vt expiaretur intra illud. Erat autem iſta expiatio quædam peccatorum expurgatio, quæ fiebat per cæremonias quaſdam factas in ſanguine, vnde aſperſio ſeptenaria, quæ fiebat contra velum Sancti Sanctorum, & delinitio cornuum altaris erant expiationes pro peccato in Sanctuario, id eſt, in Tabernaculo, accipiendo ſtrictè Sanctuarium, quoniam omnes expiationes fiebant in Sanctuario, tamen non fiebant omnes in Tabernaculo, ſed rariſſimè in Tabernaculo fiebant. *Non comedetur, ſed comburetur igni.* Quare autem non comederentur iſtæ carnes, H & quare cremarentur totaliter igne extra caſtra, ſupra 4. cap. dictum fuit.

Expiatio quid ſit.

CAP. VII.

HÆC *quoque eſt lex hoſtiæ pro delicto, Sancta Sanctorum eſt: idcirco vbi immolabitur holocauſtũ, mactabitur, & victima pro delicto, ſanguis eius per gyrũ altaris fundetur. Offeretur ex ea caudam, & adipem, qui operit vitalia: duos renunculos, & pinguedinem, quæ iuxta ilia eſt, reticulumq. iecoris cum renunculis. Et adolebit ea Sacerdos ſuper altare: incenſum eſt Domini pro delicto. Omnis maſculus de Sacerdotali genere, in loco ſancto veſcetur his carnibus: quia Sanctum Sanctorum eſt. Sicut pro peccato offertur* I *hoſtia, ita & pro delicto: vtriuſque hoſtiæ lex vna erit: ad Sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit. Sacerdos, qui offert holocauſti victimam, habebit pellem eius. Et omne ſacrificium ſimilæ, quod coquitur in clibano, & quidquid in craticula, vel in ſartagine præparatur, eius erit Sacerdotis, a quo offertur, ſiue oleo conſperſa, ſiue arida fuerit, cunctis filijs Aaron menſura æqua per ſingulos diuidetur.*

De ritu ſacrificiorum pro delicto.

HAEC *quoque eſt lex hoſtiæ pro delicto.* Supra agebatur de ſacrificio pro peccato, hic autem agitur de ritu ſacrificiorum pro delicto.

Quomodo peccatum, ac delictum differant, & ſacrificia pro peccato, & pro delicto. Quæſt. XII.

K DICVNTVR autem ſacrificia pro delicto differre à ſacrificiis pro peccato, ſecundum quod peccatum, & delictum differunt. Eſt autẽ differentia inter iſta; quoniam peccatum conſiſtit in commiſſione, ſiue voluntaria, ſiue per ignorantiam: delictum autem conſiſtit in omiſſione: vnde peccatum eſt cum aliquis agit cõtra aliquam legem poſitam, delictum verò cum omittit facere, quod lex mandauit fieri. Etiam delictum dicitur, quando aliquis peccauit per commiſſionem, & debuiſſet immediatè ſecundum aliqua præcepta poſita in lege mundari, & nõ curauit mundari, quia tunc non ſolum peccatũ eſt in hoc, quod fuit cõtra aliquam legem factum, ſed etiam in hoc, quod iſte omiſit illo tempore mundari, quo mundandus erat. De vtroque genere delicti patent exẽpla præcedenti cap. & ſic dicitur ibidẽ de illo, qui tetigit aliquid immundum, & non curans ſe expiare, oblitus fuit immunditiæ

ſuæ,

ſuæ, deinde recordatus eſt, dicitur, quòd ſubiacebit delicto, & pro his delictis ſacrificia offerenda erant, ſicut hic dicitur. Et quia modicum differt peccatum à delicto; pauca, aut nulla differentia eſt in ritibus ſacrificij pro peccato, & ſacrificij pro delicto: ſubiunxit tamen Legiſlator de ſacrificio pro delicto, ne illud prætermittens dubitandi cauſam impenderet. *Sancta Sanctorum eſt.* id eſt, multum ſancta, vel multum ſegregata à profanis rebus; ſicut dicebatur ſupra de hoſtia pro peccato, quòd Sancta Sanctorū eſt: æqua enim ſibi ſunt ſacrificia pro peccato, & pro delicto: ideo ſicut in ſacrificijs pro peccato non erat licitum alicui veſci carnibus ſanctificatis, niſi maſculis de genere Sacerdotali, vt ſupra declaratum eſt, ita, & hic eiſdem ſolis licet. Patet: quia quanquam hoc hic non exprimatur, tamē ſubiungitur infra generaliter, quòd eadem lex eſſet hoſtiæ pro peccato, & pro delicto. Omnia igitur, quæ hic B non exprimuntur, debent trahi ad ſimilitudinem illius quod ſupra dictum eſt de ſacrificio pro peccato. *Idcirco vbi immolabitur holocauſtum mactabitur victima pro delicto.* Ponitur hic locus, in quo victima pro peccato erat iugulāda: & dicitur, quòd in loco vbi holocauſtum iugulabatur, & redditur cauſa ex ſuperioribus, quia dicebatur ſupra, quod iſta victima pro delicto, Sancta Sanctorum eſt, i. multum ſancta: iam debebat iugulari in loco, in quo holocauſtum iugulabatur. q. d. quod ſi victima pro peccato fuiſſet aliquid profanum, non iugularetur in loco vbi iugulabatur holocauſtum; quia tamen erat Sancta Sanctorum, id eſt, multum ſancta, cōueniens erat, vt immolaretur in loco, in quo immolabatur holocauſtum. *Sanguis eius per gyrum altaris fundetur.* Quāquam non eſſet aliqua differentia inter hoſtiam pro peccato, & pro delicto, quantum ad carniū C cæremonias, erat tamen quantum ad expiationem, quæ fiebat in ſanguine: nā in ſacrificijs pro peccato, quando cremabatur totum cadauer animalis extra caſtra, ſanguis aſpergebatur intra Tabernaculum ante velum, & tingebantur cornua altaris thymiamatum; & reliquus ſanguis fundebatur ad baſim altaris holocauſtorum, vt patet ſupra 4. cap. in aliis autem ſacrificiis pro peccato, ſanguis fundebatur ad baſim altaris holocauſtorum, & tingebātur cornua eius, vt patet eod. cap. In ſacrificio autem pro delicto, vt hic dicitur, fundebatur ſanguis per gyrū altaris, id eſt, ſuper parietes altaris per circuitū eius, in quo habebat aliquid ſimile ſacrificium pro delicto, cūm ſacrificio holocauſtorum, & victimarum pacificarum: nam in illis ſanguis fundebatur ſuper parietes altaris per circuitum, vt patet ſupra 1. & 3. capitibus.

Quo in loco victima pro delicto erat iugulanda.

Quare erat differentia inter hæc, in effuſione ſanguinis.
Quæſt. XIII.

CAVSA autem quare non fiebat ſimul expiatio in ſacrificio pro peccato, & in ſacrificio pro delicto, cū vtrumq; videatur pro peccato, fortaſſis alicui dubia erit. Et dicendum, quod non debuit poni eadem cęremonia in ſanguine vtriuſq; ſacrificij, quoniam per ſanguinē fit expiatio peccatorum ſecundum legem, vt habetur ad Hebr. 9. cap. & quia ad diuerſa peccata oportet fieri diuerſas expiationes, conueniens fuit, vt ſecundum diuerſitatem peccatorum, ita fieret diuerſitas expiationis: propter quod cum in ſacrificio pro peccato ſpecialius fiat expiatio quam in omnibus aliis ſacrificiis, poſitæ fuerunt ſpeciales cæremoniæ in aſperſione ſanguinis in ſacrificio pro peccato, & in alijs ſacrificiis: nam in aliis ſemper ſuper parietes altaris funditur ſanguis, in ſacrificio aūt pro peccato fiūt tinctiones cornuum altaris, & quædam aliæ aſperſiones: & ruſſus, qm̄ peccatū Summi Sacerdotis, & totius populi ſunt maiora peccatis perſonarū priuatarū, fiunt ſpeciales quædam cęremonię in aſperſione ſanguinis in ſacrificiis factis pro illis peccatis, quā in aliis ſacrificiis. Nam in his aſpergebatur ſanguis corām velo Sancti Sanctorum, & coram altari thymiamatum: in aliis autem ſolum fiebant expiationes ſuper altare holocauſtorum. Quoniam igitur peccatum, & delictum inæqualia ſunt, quia peccatum ſecundum ſe magis eſt, quā delictum, oportuit, vt diſtingueretur iſtorum quantitas in expiatione facta in ſanguine. Et cum maius ſit peccatum, quam delictum, debuerunt fieri plu-

A res cæremoniæ in ſanguine ſacrificij pro peccato, quàm in ſanguine ſacrificij pro delicto, propter quod reductum fuit ſacrificium pro delicto ad modos expiationis ſanguinis in aliis ſacrificiis. *Sanguis eius per gyrum altaris fundetur.* Non vocatur gyrus altaris baſis, vel fundamentum altaris, ſed ſummitas parietum, & in illo gyro ſuper ſummitates tabularum altaris, quæ ſunt in circuitu, vel in gyro altaris, fundebatur ſanguis. *Offerent ex ea caudā.* Iſtud ſolum erat, quod de carnibus ipſius hoſtiæ pro delicto offerebatur Domino: omnia namque alia, quæ in carnibus computantur, cedebant iuri Sacerdotum, ſicut erat in hoſtia pro peccato, vt patet infra. *Et adipem, qui operit vitalia.* Adeps operiens vitalia, eſt quędam pinguedo exiſtens ſuper cor, & præcordia, quæ ſunt membra ſibi coniuncta. Eſt etiam quædam pinguedo inter ipſa membra vitalia, B & iſta ſeparabatur de mēbris illis, & cremabatur coram Domino. Vocātur autem iſta membra vitalia ex eo, quod in eis præcipuè conſiſtit virtus: nam quamuis anima, ſecundum quòd forma ſit eſſentialiter vnita toti corpori, & non magis determinet ſibi vnam partem, quam aliam, nec magis vni eſſe, quam cęteris tribuat iuxta Ariſt. in 3. de Anima: tamen ſecundum quod anima vnitur corpori, vt motor quibuſdam partibus magis communicat virtutem ſuam, quam aliis, & iſtæ ſunt illæ, in quibus potior totius corporis motus apparet, & à quibus ceteræ corporis partes influxam virtutem trahunt: & quoniam animalia viuere dicuntur ſecundum quandam virtutem influxam corpori ab anima, illa membra, in quibus principalius iſta virtus apparet, membra vitalia nunc vocantur: huiuſmodi autem eſt cor, & præcordia, quoniam in his principa- C lior mouentis aīæ virtus apparet. *Duos renunculos, & pinguedinem, quæ iuxta ilia eſt.* Generale erat, quod in omnibus ſacrificiis tota pinguedo Deo offerretur, quæ nomine adipis comprehenditur, ſiue de illis ſacrificiis aliquæ carnes cremarentur coram Deo, ſiue nō: renunculi autem quāuis propriè adipes non ſint, quoniam tamen inter adipes nutriuntur, magis ad naturam adipum, quàm carnium pertinent. Nomine igitur adipum, dato quod non exprimeretur, renunculi intelligebantur; ideo in omnibus ſacrificiis cremabantur; pinguedo autem, quæ iuxta ilia eſt, dicitur eſſe maxima pinguedo intra viſcera animalis, & eſt adhærēs lumbis, in qua teguntur renunculi, & hæc aliquando vocatur reticulum, quamquam propriè non ſit. *Reticulumq. iecoris cum renunculis.* Reticulum iecoris dicitur eſſe quædam pinguedo, quæ eſt ſuper hepar; & vocatur reticulū, D quoniam ad modum retis facta eſt: vocatur autem hic non propriè iecur ipſum hepar; quoniam in quadrupedibus non aſſignamus iecur, ſed in volatilibus: hic tamen frequentiſſimè accipitur iecur, & ſumitur pro hepate. Iſtud reticulum iecoris cremabatur cum alia pinguedine interiori, ipſum autem hepar, & cor, & membra vitalia omnia, nō cremabantur, niſi fortè eſſet holocauſtum, aut pro peccato, & cremaretur extra caſtra; quia iſta non ad pinguedinem, ſed ad carnes pertinent. *Cum renunculis.* id eſt, etiam renunculi cremabantur. Iſta eſt repetitio ſuperiorum, quoniam ſupra dictum eſt de ipſis renunculis, quòd cremarentur, ſed modus Sacræ Scripturæ eſt aliqua interdum repetere. *Adolebit ea Sacerdos ſuper altare.* Refertur ad omnia ſuperiora, quæ vocantur adipes: quoniam ipſa cremanda erant ſuper altare. *Incenſum eſt Domini pro* E *delicto.* id eſt, omnia ſuperiora debebant incendi corā Domino pro peccato, & poteſt eſſe ſenſus, quòd ſit cauſa ſuperiorum, quia dictum fuit adolebit ea ſuper altare. Hic redditur cauſa, ſcilicet, incenſum eſt Domini, id eſt, ideo debent iſta cremari ſuper altare, quia incenſum Domini ſunt pro peccato. Dicitur autem incēſum non tus, ſed aliquid ad incēdendum ordinatum, & ſic erant adipes, qui ad ſacrificia ſeparati erant. Et dicitur pro delicto, quoniā cum expiaretur delictum, oportebat iſta incendi. *Omnis maſculus de Sacerdotali genere in loco Sācto veſcetur his carnibus.* Hic ponitur perſona, ad quam pertinet carnes iſtorum ſacrificiorum, & dicitur, quòd pertinebant ad Sacerdotes, & ſolum ad maſculos; nec tamen intelligēdum eſt ad eos ſolos, qui iam Sacerdotes erant, hoc pertinuiſſe, ſed ad omnes etiam filios ſacerdotum, quantumcumque paruæ ætatis, & non cōſecratos in Sacerdotes, nec miniſtrantes

Gyrus altaris quid ſit.

Quæ ſint membra vitalia.

Iecur quandoque pro hepate ſumitur.

tes

tes: feminis autem de Sacerdotali genere degustare de his carnibus ius non erat, nec etiam ſeruis empticiis, quibus aliàs licebat veſci rebus ſanctificatis. Cauſa autem quare hoc fuerit, ſupra expreſſa eſt. Et cũ hic dicitur, ꝙ omnis maſculus de genere Sacerdotali comedit de his carnibus, non eſt ſenſus, quòd de carnibus cuiuſlibet hoſtiæ pro peccato comederent omnes Sacerdotes, aut quòd de qualibet eius pars eis cederet, quoniam ſupra probatum eſt, & etiam infra habetur in littera, quod victima pro peccato pertinebat ad illum Sacerdotem, qui immolabat eam. Sed eſt ſenſus, quòd omnis maſculus de genere ſacerdotali comederet de his carnibus, id eſt, quòd licitum erat eis comedere, de his, tamen non conueniebat, vt de qualibet comederent, ſed ſolum de illa, quam ipſe Sacerdos immolaret, quoniam ipſa ad illum, & ad omnes de familia eius pertinebat, & ſic cuilibet maſculo de genere Sacerdotali de his carnibus veſci licitum erat, quoniam ſi ille, cui iure cedebat, cuilibet maſculo de genere Sacerdotali tribueret eas deguſtandas, licitè vorarent: ſi tamen tribuere vellet alicui feminæ de familia ſua, vel alterius Sacerdotis eas deguſtandas tradere, non licebat: idem quoque ſi alicui empticio ſeruo illas comedendas appoſuiſſet, quoniam minimè licebat, ſed ſolis maſculis de genere Sacerdotali. Alio modo poteſt hoc intelligi, ꝙ omnibus maſculis de genere Sacerdotali licitum erat veſci his carnibus, quoniam quamquam ſimul non contingeret illos omnes nõ habere ius ad aliquas carnes oblatas pro peccato; ſucceſſiuè tamen omnibus licebat; quoniam nunc licebat Sacerdoti immolãti, & toti familiæ eius deguſtare carnes illas pro peccato, & erant eis debitæ: deinde conueniebant aliæ carnes oblatę pro peccato alteri Sacerdoti, & familiæ eius, & ſic ſucceſſiuè veniebat, vt omnibus maſculis de genere Sacerdotali contingeret ius eſſe ad carnes pro peccato; & ponitur hic regula eadẽ, quæ erat in ſacrificio pro peccato, ſicut habetur infra. *In loco Sancto veſcetur his carnibus*. Determinatur locus ad eſum iſtarum carnium oblatarum, ſ. ꝙ in loco Sancto, id eſt, in atrio Tabernaculi comederentur, & tũc tota familia maſculorũ ſacerdotis illius, qui immolabat illud ſacrificium conueniebat ad atrium Tabernaculi, & ibi comedebant: nõ enim licebat extra atrium efferre has carnes, quoniam non erant profanæ: nam ſi de ſacrificiis pacificis, quæ minus pertinebant ad res ſacras, cum liceret vulgaribus de illis aliquid comedere, ſancitum erat vt intra Tabernaculi atrium comederentur, cum dicerentur comedi coram Domino, à fortiori inſtitui debuit, vt carnes ſacrificij pro peccato, atque delicto intra Sanctuarium comederentur.

Quare comederetur ſacrificiũ pro peccato intra Sãctuariũ.

Quia Sanctum Sanctorum eſt. Hic redditur cauſa, quare comederetur ſacrificium pro peccato intra Sanctuarium: & dicitur; quia erat Sanctum Sanctorum, i. quia erat valde ſanctum, ſi autem non fuiſſet aliquid ſanctum, ſed ad res profanas pertinens, non comederetur intra Sanctuarium. *Sicut pro peccato offertur hoſtia, ita & pro delicto*. Supra dixeramus peccatum, & delictum, quaſi ad idem pertinere; ideo cæremoniæ ſacrificiorum ipſorum ſimiles eſſe debuerunt, & ſic datur regula hic, ꝙ ſicut offertur hoſtia pro peccato, ita & pro delicto, i. eadem obſeruantia cæremonialis erit in vtriſq;, quod patet ex ſuperioribus, quoniam in nullo diſſonant, niſi in ſanguinis effundendi modo. *Vtriuſque hoſtia lex vna erit*. Hic diffinitur vniuerſaliter, ꝙ eadem regula erit de ſacrificio pro peccato, & pro delicto, ex quo infertur ꝙ omnia, quæ non ſunt expreſſa de cæremoniis ſacrificij pro delicto, debent fieri ſicut in ſacrificio pro peccato, & iſte eſt conueniens modus decurtandi ſententias, ne cogatur de ſingulis idem repetere. *Ad Sacerdotem, qui eam obtulerit pertinebit*.

Quatuor regulæ de ritibus ſacrificiorum diſtinguentes iura Sacerdotum. Quæſt. XIIII.

HIc ponuntur quatuor regulæ de ritibus ſacrificiorum diſtinguentes iura Sacerdotum; & prima eſt de iure huius ſacrificij pro peccato, ad quem pertineant carnes eius, & dicitur, ꝙ pertinent ad Sacerdotem, qui offert illud. Offerre autem ſacrificium pro peccato dupliciter fit: primo modo, ꝙ detur aliquod animal ad immo-

F landum, & iſtud pertinebat ad vulgares. Secundo modo dicitur aliquis offerre, i. facere cæremonias in animali oblato, ſ. immolare illud coram Domino, & excoriare, atque adipes ex omnium viſcerum parte collectos ſuper altare cremare; & iſta oblatio ſolis ſacerdotibus conueniebat, quoniam ipſi miniſtrabant ſoli in Sanctuario: qui autem primo modo offerebant, ſ. dantes animal ad immolandum, nihil iuris habebant in carnibus illius animalis: vnde ſi aliquis ſacerdotum peccaſſet per ignorãtiam, aut aliàs, ita vt offerre teneretur animal ad immolandum ſecundum datas ſup. leges, ipſe nihil inde habebat, ſed alij ſacerdotes, qui immolabant, & explebant cæremonias illius ſacrificij, in carnes ius habebant: qui autem obtuliſſet, nihil conſequebatur, cum non competeret ei per ſe cæremonias facere, cum pro eius peccato immolaretur. Di-
G citur iſta hoſtia pertinere ad ſacerdotem, qui eam immolabat, quoniam iuri ſuo, & familiæ eius cedebat; aliorũm autem nemini inde aliquid aſſumere conueniebat. Et dicitur hic de iſta hoſtia referendo ad id, quod immediatum erat, ſ. ad hoſtiam pro delicto; intelligendum tamen eſt, idem eſſe de hoſtia pro peccato: nam vtriuſque lex vnica erat, vt ſupra dicitur: etiam ſup. ponebatur de carnibus hoſtię pro peccato, quomodo ad ipſum ſacerdotem miniſtrantem pertinerent. *Sacerdos, qui offert holocauſti victimam*. Hic ponitur ſecunda regula de pertinentibus ad ius ſacerdotum, & tãgit materiam holocauſtorum, ſ. quid de ipſo holocauſto ad ſacerdotes pertineret, & dicitur, ꝙ ſacerdos, qui expleret cæremonias ſacrificij pro holocauſto, haberet pro iure pellem eius; in quo innuitur, ꝙ nihil vlterius de ſacrificiis holocauſtorum pertinebat ad ſacer- *2. Regula.*
H dotes. Nam holocauſtum, vt nominis origo prodit, totum incenſum dicitur: eo ꝙ omnes carnes eius incendantur: nam vt dicebatur ſup. 1. cap. immolato animali pro holocauſto, ſanguis eius fundebatur per gyrum altaris ſuper parietes ad expiandum, ꝙ ad alia ſacrificia generale eſt, deinde autem detracta pelle animalis, adipes vniuerſi, qui intra viſcera erant, in vnum collecti ſuper altare cremabantur: poſt autem vniuerſa animalis membra cædebantur in fruſta, & ponebantur ſuper altare ad cremandum. De capite quoque, & pedibus idem erat. Inteſtina verò quoniam ſordibus plena ſunt, lauabãtur, & cum ceteris ſuper altare ponebantur cremanda: poſt hæc aũt nihil de animali reliquum erat, niſi pellis, quæ iuri Sacerdotis offerentis cedere hic iubetur. *Habebit pellem eius*. In iſto ſacrificio holocauſtorum, quia nihil aliud erat quod *Holocauſtũ quid ſit.*
I Sacerdotibus cedere poſſet, ipſa pellis cedere iuſſa eſt: laicis autem offerentibus nihil prorſus cedebat de holocauſto; in quo inquirẽdum eſt, ꝙ in ſacrificio holocauſtorum Sacerdoti nihil pręter pellem cedebat, laicis autem nihil. In ſacrificio autem pro peccato, diuerſum erat: quoniam ſi eſſet ſacrificium pro peccato ſummi Sacerdotis, & pro peccato totius populi, nihil cedebat iuri offerentis, nihil quoque iuri laicorum, aut Sacerdotis impẽdentium animal ad immolandum, quoniam omnes carnes eius cum pelle, & fimo extra caſtra cremabantur, vt patet ſup. 4. c. Si autem eſſet ſacrificium pro peccato, vel delicto aliarũ perſonarum, ipſis quidem laicis offerentibus nihil prorſus cedebat: Sacerdotibus autem explentibus cæremonias ſacrificiorum cedebant omnes carnes animalis, & pellis, cum Deo ſolum adipes, & cauda tribueretur ad creman-
K dum: in ſacrificiis autem pacificis, diuerſum ab his erat, quoniam Deo aliquid cedebat: Sacerdotibus quoque, & laicis offerentibus: nam Deo adipes dabantur, vt patet ſup. 3. cap. Sacerdotibus verò armus dexter, & pectuſculum: laicis autem omnia alia, tam carnes, quàm pellis cedebant; igitur pelles holocauſtorum, & ſacrificiorum pro peccato, ad Sacerdotẽ, pelles autem pacificarum hoſtiarum ad laicos offerentes pertinebant: idem in Sacerdote ſi pro ſe offerret pacificas hoſtias. *Et omne ſacrificium ſimilæ, quod coquitur in clibano*. Hic ponitur tertia Regula de ſimila oblata, ad quem pertineret; & dicitur, ꝙ pertineret ad ſacerdotem; qui offerebat eam: nam ſicut contingebat offerri ſacrificium carnium, ita & de ſimila: ideo de vtriſque regula danda erat, & dicitur, quòd ſacerdotes habebant ſibi omne ſacrificium de ſimila: quod non eſt intelligendum ſic, vt iacet: ſed referendum eſt ad ſuperiora: *3. Regula.*

quoniam

quoniam ſacrificium de ſimila conſperſa oleo, ſi eſſet in A conſecratione Sacerdotum non comedebat aliquis de illo, ſed cremabatur, vt patet ſupra in littera. Si autem eſſet ſimila oblata à laicis, quomodocũque offerretur, accipiebatur vnus pugillus eius, & ponebatur ſuper altare ad cremandum: reliquum autem cedebat iuri Sacerdotum. Et cum hic dicitur, quod omne ſacrificium de ſimila pertineret ad Sacerdotes, intelligendum eſt detracto illo pugillo, qui cremabatur ſuper altare. Et cum dicitur: omne ſacrificium ſimilæ refertur ad quatuor ſpecies offerendi panem, quoniã omnibus illis quatuor modis offerebatur, & cedebat aliquid Sacerdotibus. *Et omne ſacrificium ſimilæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, vel in ſartagine præparatur.* Hic vult littera ponere quatuor modos panis offerendi.

Quatuor modis panis offerebatur.

Primus modus erat in ſimila, quæ erat pura farina, & cõſpargebatur oleo, & ſic offerebatur. B Secundus modus erat in panibus confectis de ſimila ſine fermẽto, in clibano coctis, & de laganis azymis oleo litis. Tertius modus erat de ſimila, quæ frigebatur in ſartagine. Quartus modus de ſimila, quæ coquebatur in craticula. In omnibus namq; his aliquid Sacerdotibus cedebat cum offerrentur. De his ſupra 2. cap. *Eius erit Sacerdotis, à quo offertur.* id eſt, quod tota iſta ſimila quocunque horum quatuor modorum offeratur, pertinebat ad Sacerdotem offerentem: ſubintelligendo ſemper, vt aliqua particula inde tolleretur ad cremandum corã Domino: nam ſicut in ſimila conſperſa tollebatur pugillus ad cremandum: ita, & in panibus oblatis de clibano, & laganis aliqua frangebatur particula, & ponebatur ſuper altare. In ſimila quoque, quæ in ſartagine frigebatur, cum minutatim diuideretur, vt ſupra 2. cap. dicitur, aliqua particula C cremabatur. in ſimila quoque de craticula idem eſt. *Siue oleo conſperſa, ſiue arida fuerint.* Diffinitur generaliter, vt qualitercuque ſimila offerretur cederet iuri Sacerdotum, & dicitur ſiue arida, ſiue conſperſa fuerit, quia ſimila aliquando offerebatur conſperſa oleo, & aliquando arida, ſ. ſine oleo. In primo modo oblationis ſimilæ, quando offerebatur pura farina, conſpergebatur oleo; in tertio autẽ modo cum de ſartagine ſimila offerretur, cõſperſio fiebat in oleo, & triplex quidem. In quarto modo cum de craticula aliquid offerretur identidem oleo conſpergebatur. In ſecundo modo cum offerebantur panes de clibano, nõ fiebat conſperſio in oleo, ſed ſicci offerebantur, niſi fortè cum eis lagana ponerentur: quoniã iſta ſemper erant oleo lita, vt patet ſupra 2. cap. *Cunctis filijs Aaron.*

4. Regula.

Hic ponitur quarta Regula, & vltima de iure Sacerdotũ, & eſt de ha- D bitudine mutua inter ſeipſos, ſ. quomodo diuiderẽtur iſta ſacrificia: nam dicebatur ſupra, ſiue in ſacrificiis ſimilæ, ſiue in ſacrificiis carnium, quod ille Sacerdos, qui offerret illa, haberet in partem ſuam; & quia poſſet ex hoc oriri diſſidiũ inter Sacerdotes propter cupiditatem lucri, quilibet enim vellet ſacrificia facere, vt ſibi ſoli rerũ lucrum cederet. Deus igitur diſpoſuit quomodo iſta fierent, ſcilicet, quod diuiderẽtur æqualiter per Sacerdotes, ita quod vnus offerret vna die vnũ ſacrificium pro peccato, & alius altera die, & ſic ſucceſſiuè quantum ad omnes, & hoc modo æquarentur, quantum ad prouentus ſacrificiorum pro peccato. In ſacrificiis autem pro delicto, eodẽ modo erat. De illis verò ſacrificiis, quæ erant in holocauſtum, ſic diffiniebatur, vt vnus Sacerdos, vna die faceret, & haberet pellem eius: alius autem alia die, & eodem modo pellis ei ce- E debat: ſic autẽ de omnibus aliis Sacerdotibus fiebat ſucceſſiuè, & ſic ęquabantur in iure holocauſtorum. De pacificis autẽ ſacrificiis fiebat eodem modo, vt offerens vnus eſſet vna die, & alius alia. Hoc modo habita æqualitate in iure oblationum, non ſequebatur aliquod diſſidium, & murmur Sacerdotum. Aliqui autem errauerunt circa iſtã litteram exiſtimantes, ꝙ hic iuberetur diuidi ſimila oblata inter filios omnes Aaron æqualiter, ita quod quotidie quidquid de ſimila oblatum fuiſſet diuidendum foret inter omnes, ſiue ſecũdum æqualitatem Arithmeticam, ſiue ſecundum æqualitatem Geometricam. Sed hoc non poteſt ſtare: cum ſupra dicatur, quamlibet illarum oblationum ad illum Sacerdotem pertinuiſſe, qui offerret eã: potiſſimum, quia non videbatur eſſe aliquis modus conueniens, quo diuidi poſſent iſta ſacrificia quotidie. Dicendũ igitur eſt, quod hic ponitur regula de diuiſione æquali miniſtrationis ſacrificiorum, vt inde æqualiter Sacerdotes oblationum iura conſequerentur. *Cunctis filijs Aaron.* Dicit autem hic fieri diuiſionis æqualitatem inter filios Aaron, id eſt, inter Sacerdotes minores: quoniam ipſe Aaron non ſuſcipiebat æqualitatem partitionis cũ aliis, licet quędam iura maiora omnibus aliis haberet cũ pontifex eſſet, quod eodem modo aliis pontificibus cedebat. *Menſura æqua per ſingulos diuidetur.* id eſt, æqualis miniſtratio in omnibus Sacerdotibus minoribus eſſe debebat, nec permittebatur alicui plus miniſtrare, quam ceteris, quoniam conſequebatur potiora iura, quam alij, & ſi ille volebat abundantius, & pluries offerre ſacrificia, quam alij, non faciebat hoc, vt Deo obſequeretur, ſed vt aliquid inde lucraretur, vt habetur Malac. 1. cap. cum dicitur: Quis eſt in vobis, qui claudat oſtia mea, & incendat altare meum gratuito? Ne igitur cauſaretur aliqua diſſenſio propter velle ſacrificare, ſeu propter iura inde conſequentia, ſtatuebatur certus ordo, ſecundũ quẽ Sacerdotes ſacrificare deberent.

Hoſtia pacificorum.

Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum, quæ offertur Domino. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes abſque fermento conſperſos oleo, & lagana azyma uncta oleo, coctamq. ſimilam, & collyridas olei admixtione conſperſas: panes quoque fermentatos cum hoſtia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis, ex quibus vnus pro primitijs offertur Domino, & erit Sacerdotis, qui fundet hoſtiæ ſanguinem. Cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquam vſque mane. Si voto, vel ſponte quiſpiam obtulerit hoſtiam, eadem ſimiliter edetur die: ſed & ſi quid in craſtinum remanſerit, veſci licitum eſt: quidquid autem tertius inuenerit dies, ignis abſumet. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcumque anima tali ſe edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, ſed comburetur igni: qui fuerit mundus, veſcetur ex ea. Anima polluta, quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, quæ oblata eſt Domino, peribit de populis ſuis. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, ſiue omnis rei, quæ polluere poteſt, & comederit de huiuſcemodi carnibus, interibit de populis ſuis.

Hæc eſt lex. Superius actum eſt de ritu ſacrificiorũ pro peccato. Conſequenter agitur de ſacrificio pacifico, in quo terminatur totus ſacrificiorum ritus, quantum ad iura Sacerdotum, & offerẽtium, & Dei. Diuiditur autem in duas partes, quoniam Primò agitur de hoſtia pacificorum; Secundò, fit quædam recapitulatio ritus, qui obſeruatus eſt in conſecratione Sacerdotum ſequenti cap. Prima in tres: quoniam Primò determinatur offerendi vſus; Secundò, oblationis modus; Tertio de conſecratione Sacerdotali ponitur quidam epilogus. Secunda ibi: *Locutuſq. eſt Dominus.* Tertia ibi: *Hæc eſt unctio.* Prima in duas: quoniam in Prima ponitur ipſius vſus ſacrificandi determinatè, ſecundo ſubditur ex parte rei comeſtibilis alia connotatio. Secunda ibi: *Caro quæ aliquid tetigerit.* Circa Primum de ipſis ſacrificiis pacificis dicendum eſt, quòd ſint in tertio genere ſacrificiorum; quare autem vocentur ſacrificia pro parte dictum fuit ſupra 3. capite.

De oblatione ſacrificij pacificorum, à quibus offerebatur. Quæſt. I.

SCIENDVM autem eſt, quod iſta ſacrificia aliquando offerebantur à Sacerdotibus, & aliquando à popularibus, non quidem quantum ad miniſtrationem, quia iſta nunquam competebat vulgaribus: ſed ad hoc, quod tribuerent animal immolãdum, & patet hoc ex cauſis ſacrificiorum pacificorum: nam iſta aut pro pace habita, aut habenda offerebantur, & interdum tanquam ad petitiones, interdum autem ad gratiarum actiones. Iſtæ autem duæ cauſæ æqualiter in Sacerdotibus, & laicis ſubſiſtunt; ideo vtriſque licebat pacificas hoſtias offerre. *Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum, quæ offerretur Domino.* id eſt, omnia iſta, quæ hic ponuntur, pertinent ad directiones ſacrificij pacificorum. Quod autem dicitur, iſtud ſacrificium offerri Domino, generale eſt; nullum namque ſacrificium

licitum

licitum erat, niſi Deo fieret. *Si pro gratiarum actione fieret* F
oblatio. Hic ſolum agitur de ſacrificiis pacificis. Sed di-

Sacrificia pacifica ſunt duplicia.

ſtinguuntur iſta: quoniam quædam ſunt pacifica pro gra-
tiarum actione; alia autem ad petitiones alicuius rei, &
iſta ſunt ſecundum duos ſtatus: nam pacificum à pace di-
citur, quia pro ipſa pace offertur: vnde contingit aliquan-
do quod aliquis exoret aliqua à Deo recipere, quæ nō po-
teſt habere, niſi ipſo pacificato, tunc ſi ſacrificium offerat,
vt Deus ſibi pacificus ſit ad gratis petita cōcedendum, ſa-
crificium pro pace habenda eſſe dicitur, & iſtud aliquan-
do votum dicitur: vt ſi quis ſpondeat ſe oblaturum Deo
hoſtias pacificas, ſi ei quod petit, conceſſerit. Aliquando
autem aliquis, quæ petierat aſſequutus eſt; ſi pro hac aſ-
ſecutione victimam offerre velit, illa pacifica dicitur, quo-
niam pro pace habita eſt: nam niſi Deus cum iſto pacem
habuiſſet, nequiuiſſet vllatenus accipere, quod aſſequutus G
eſt, & vocatur iſtud ſacrificium pro gratiarum actione:
quoniam ibi Deo gratias referimus, quia quod cupieba-
mus petentes aſſequi, elargitus eſt. In aliis autem duobus
modis ſunt diuerſi ritus ſacrificiorum, cum ſint diuerſæ
oblationes: liberior namque eſt oblatio pro gratiarum
actione, quam ea, quę votiua eſt pro futura impetratione.
Agitur autem hic de illa, quæ eſt pro gratiarum actione:
de alia autem infra dicitur. *Offerent panes abſque fermen-
to*. Iſti pertinent ad ſecundum modum oblationis ſimilæ,
ſcilicet, quod fierent de ſimila panes in clibano cocti, &
offerebātur cum carnibus, de quibus poſtea dicetur. *Abſ-
que fermento conſperſos oleo*. Iſti panes debebant eſſe abſque
fermento: quoniam non offerebatur Domino aliquid fer-
mentatum, ad hoc, vt cremaretur ſuper altare: nam mel
& fermentum nunquam offerebātur, vt patet ſupra 2.cap. H
dabatur tamen aliquid fermentatū Sacerdotibus pro ip-
ſis, vt non offerrent illud ſuper altare, vt patet de panibus
coctis, quos iubebat Deus tradi Sacerdotibus in primitias
pulmentorum, vt patet Num. 15. Iſti panes cōſpergeban-
tur oleo in ſua commixtione, ſicut commiſceri ſolēt aqua:
non tamen intelligendum eſt, quod poſt decoctionē fun-
deretur ſuper eos oleum. *Et lagana azyma vncta oleo*. Iſta

Lagana azyma et panes in clibano cocti differebant.

etiam lagana pertinebant ad ſecundum modum oblatio-
nis ſimilæ, vt patet ſupra 2.cap. Sed differebant à panibus
coctis in clibano; quoniam illi ſolum erant conſperſi oleo
in ſua commixtione: ſed non fundebatur ſuper eos, cum
cocti eſſent: ſuper lagana autem cum facta erant oleum
fundebatur: ideo dicuntur vncta oleo, quæ aliàs dicuntur
oleo lita, vtrumque enim ad ſuperficiem pertinet; vnde
Scriptura diſtinguit inter iſta, vocans quædam oleo con-
ſperſa, alia autem vncta oleo, vel oleo lita: nam conſperſio
ad interiora eſt cum farina permiſcetur oleo, vngere, vel
linire ad ſuperficiem ſolum ſpectat, & non ad aliquā per-
mixtionem. De laganis autem quid ſint, ſupra 2.cap. di-
ctum eſt. Vocantur autem azyma, quia non licebat ea fer-
mentari, cum Domino offerenda eſſent ſuper altare. Alij
tamen azymi panes hic offerri iubentur, vt patet infra. *Co-
ctamque ſimilam*. Iſtud eſt aliud genus oblationis de pa-
ne, ſcilicet, quod acciperetur ſimila commixta in paſtam,
& non ſolidata in panes, & poneretur in craticula, vbi co-
quebatur. Et fortè alicui videbitur hoc ridiculum, cum
diſtinguatur ſimila cocta à panibus coctis: nā nihil aliud
eſt de farina cocta, quam panis coctus. Sed dicendum eſt,
quod iſta differunt ſecūdum diuerſos modos decoctionis:
nam panes vocantur, qui in clibano decocti erant. Simila
autem cocta vocatur paſta de ſimila conſperſa, quæ poſtea
in craticula coquebatur, & hoc pertinebat ad quartā ſpe-

Collyrida quid ſit.

ciem decoctionis, & oblationis ſimilæ. *Et collyridas olei
admixtione conſperſas*. Hic ponitur aliud genus ſimilæ obla-
tæ, quæ vocatur collyrida. Fiebant autem iſto modo col-
lyridæ, vt ſimila conſpergeretur oleo, & fierent quędā pe-
tacia longa, & ſubtilia, quæ poſtea in ſartagine frigeban-
tur, & iterum cum de ſartagine educta eſſent, oleo con-
ſpergebantur. Pertinent autem iſtæ collyridæ ad tertium
modum oblatæ ſimilæ, ſcilicet, ad ea, quæ frigebantur in
ſartagine, vt patet ſupra 2. cap. Vocantur iſtæ collyridæ
conſperſæ admixtione olei: quoniam cum ipſæ conſper-
gebantur, in commixtione ſua ponebatur oleum, &
quamuis de ſimila cocta, & collyridis non dicatur, quòd
eſſent azymæ: tamen intelligendum eſt eas ſine fermen-
to fuiſſe: nihil namque fermentatum offerebatur, vt ſu-
pra dictum eſt.

Quatuor genera oblationū ſimilæ.

Sciendum autem, quòd cum quatuor ſint genera of-
ferendi ſimilam, vt patet ſupra 2. capite, tres illorum mo-
dorum offerendi erant in ſacrificio pacifico, & ponuntur
hic iſti modi in littera: nam cum dicitur de panibus azy-
mis, & laganis offerendis, ponuntur ea, quæ ſecundum
modum pertinent: cum autem dicitur de ſimila cocta, in-
telligitur quartus modus, ſcilicet ſacrificium de craticula,
cum dicitur collyridas conſperſione olei mixtas, pertinet
ad tertium modum, ſcilicet, ad ea, quæ in ſartagine frige-
bantur. *Panes quoque fermentatos*. Præter panes azymos,
qui ſupra ponebantur, iubentur hic offerri alij fermenta-
ti. Propter quod aliquis obiiciebat, non debere offerri pa-
nes fermentatos, cum dicatur ſupra 2.cap. Fermentum, &
mel non eſſe offerenda. Reſpondendum eſt ſecundum ꝙ
hic patet in littera, ſcilicet, quòd non licebat offerre panes
fermentatos ad ponendum ſuper altare; ſed bene licebat
offerre Sacerdotibus ad comedendum: hic autem ſic in-
telligendum eſt, quoniam offeruntur iſti panes azymi ad
hoc populares comederent de illis, quando offerrent iſtas
hoſtias pacificas: nam pars illarum cedebat eis, vt patet
infra. Hanc comedere debebant in Sāctuario, & cum hac
comederent panes fermentatos. Alij autem, qui azymi
erant dabantur, vt de eis aliquid poſſet poni ſuper altare
ad cremandum. *Cum hoſtia gratiæ, quæ immolatur pro pa-
cificis*. i. iſtis panes fermētati offerentur cum hoſtia pacifi-

Hoſtia hic quare gratiæ hoſtia vocetur.

ca. Vocatur autem iſta hoſtia gratiæ, quoniam pro gratia-
rum actione offerebatur, vt ſupra dicebatur. & dicitur eſ-
ſe pro pacificis, id eſt, pro pace obtenta, ſicut ſupra decla-
ratur. Et iſta duo ad idem pertinent, ſcilicet eſſe hoſtiam
pro gratia, & pro pacificis; nam hoſtia pro his eſſe dice-
batur, quia erat pro gratiarum actione de pace habita.
Ex quibus vnus pro primitiis offertur Domino. Secundum

Littera Latina expoſita.

iſtam litteram refertur ad panes fermentatos, de quibus
hic immediatè dicebatur. Erat autem de his duabus vnus
panis Domino in primitiis, id eſt, quòd daretur prius iſte
panis Domino, antequam comederentur alij panes: iſte
tamen non offerebatur ſuper altare: quoniam non licebat
aliquid fermentatum poni ſuper altare, vt patet ſup. 2. c.
ſed dabatur Sacerdoti, vt ipſe comederet. ſic patet hic cū
dicitur. Et erit Sacerdotis. i. pertinebit ad ius Sacerdotis
offerentis. In Hebræo dicitur. *Ex omnibus vnus*. Diuerſus

Littera Hebræa expoſita.

ſenſus iſte ab illo, quem facit littera noſtra: nam cum lit-
tera noſtra dicat: Ex quibus vnus pro primitiis offertur
I Domino; refertur ſolum ad panes fermentatos, de quibus
immediatè dicebatur: hic tamen ſecundum litteram He-
bræam refertur ad omnes panes ſuperiores, cum dicatur:
Ex omnibus vnus, id eſt, quòd de qualibet ſpecie oblato-
rum panum daretur vnus in primitias Domino. Sed litte-
ra iſta debet intelligi ſecundum litteram noſtram. Et q̃q̃
dicatur ex omnibus vnus, tamen non debet intelligi de
omnibus modis oblati panis, ſed ſolum de fermentatis: &
tunc eſt ſenſus, quod offerebatur ex omnibus vnius, id eſt,
quamuis multi panes offerrentur, de omnibus tamen illis
ſolum vnus offerebatur. Et patet; quia nō poſſet aliter in-
telligi; quoniam cum dicatur ex omnibus vnus, neceſſa-
rium eſt hoc ad panes referri; ſed in ſimila oblata, quæ
erat cocta, & in collyridis oleo conſperſis, non erant pa-
nes, ergo non poterat dici quòd de eis vnus offerretur.
K Item, non poteſt hoc ſtare; qm̄ cum dicatur ex omnibus
vnus, oportet id ad quod refertur ad pluralitatem ſe ha-
bere; ſed non datur hoc in ſimila, quia non dicitur, quòd
eſſent plures ſimilæ coctæ, ſed ſolum ſimila cocta, ergo nō
poteſt intelligi de hac ex omnibus vnus. Item, non poteſt
hoc ſtare; quoniam dicitur, ꝙ deberet offerre vnus ex om-
nibus, & ille traderetur Sacerdoti, ſed non conuenit quan
tum ad panes azymos, & ſimilam coctam, & collyridas,
quoniam hic quod dabatur de eis Deo, non cedebat tota-
liter iuri ſacerdotum, ſed pars eius cremabatur ſuper al-
tare, & pars dabatur Sacerdoti; hoc autem de quo hic di-
citur, ſignificatur ad Sacerdotem totum pertinere.

Item, quoniam dicitur hunc panem, qui Domino offe-
rebatur, dari in primitias, quod manifeſtè notat pertinere
ad panes fermentatos; nam de fermento dicebatur dari
primitia, de non fermentatis autem fiebat propriè obla-

tio,

tio, vt patet ſupra, ſecundo capite, cum dicitur: Omnis oblatio, quæ offertur Domino abſque fermento erit, nec quidquam ferměti, ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini; primitias tamen eorum offeretis ac munera. Sed hic dicitur hunc panem offerendum eſſe in primitias, ergo iſte panis de fermentatis erat. Hæc autem inſpiciens Hieronym. acutiſſimus Bibliarum tranſlator, ſententiam Hebraicæ litteræ nō mutauit, ſed aperiori quodam modo conſcripſit, dicens: Ex quibus vnus pro primitiis offertur Domino: quoniam ſic nullum dubium eſt referri hoc ad ſolos panes fermentatos. Cum autem ſecundum litteram Hebraicam dicitur, ex omnibus vnus, neceſſariò reducendum eſt ad panes ſolos fermentatos, cum ipſa littera ſecundum ſe ambigua ſit.

Et erit Sacerdotis, qui fundet hoſtiæ ſanguinem. Ad ſacerdotes, qui faciebāt ſacrificia pertinebant iura illorum, & quia ille, qui offerebat ſanguinem hoſtiæ pacificæ, explebat omnes cæremonias huius ſacrificij, ergo debebantur ei iſte panis, & alia iura huius ſacrificij. De aſperſione autem ſanguinis in ſacrificio pro peccato, qualiter fieret, declaratum fuit ſupra tertio capite, quòd funderetur per circuitum parietis altaris.

Ritus de comeſtione carniū ſacrificij.

Cuius carnes eadem comedentur die. Ponit hic ritum de comeſtione carnium huius ſacrificij, nam in ſacrificio pro peccato ſolum offerebantur adipes animalis, & ſi eſſet ſacrificium de oue, vel ariete, offerretur cauda, vel renes, vt patet ſupra tertio cap. Manebant igitur omnes carnes comedēdæ, vel ipſis ſacerdotibus, vel popularibus: quædam namque partes popularibus, & aliæ ſacerdotibus cedebāt, & in his oportebat, vt quilibet comederet partes ſuas die, qua offerretur, nec poterat dimittere eas.

Nec remanebit ex eis quidquam vſque mane. Non enim poterat aliquid de illis carnibus reponi ad comedendum ad alteram diem, ſed in eadem comedendæ penitus erāt. Et ſi fortè aliquid de eis incomeſtum maneret, comburi debebat, ne maneret in altera die, ſicut mandatur infra de carnibus pacificis ſpontaneis, vel votiuis. Sed in hoc differt: quoniam carnes ſacrificij pacifici pro gratiarum actione, de quibus hic dicitur, debebāt eadem die comedi, nec poterant quouis modo manere in ſequētem diem. Carnes autem ſacrificij pacifici ſpontanei, vel votiui poterant manere in ſecundo die. Si autem ad tertium relinquerentur, iam cremandæ erant, vt patet ſupra. *Si voto vel ſponte quiſpiam obtulerit.*

Secundus modus hoſtiæ pacificorum. *Quæſt. II.*

HIc agitur de ſecundo modo hoſtiæ pacificorum, quæ eſt pro pace habenda, ſiue ad petitiones, & vocatur hoſtia votiua, vel ſpōtanea, nam illa hoſtia, quam aliquis offerebat ad aliquid impetrandum, aut erat ſimpliciter oblata cum intentione, vt Deus ipſum offerentem acceptaret ad conferendum ei, quod deſiderabat, aut fiebat cū aliqua appoſita obligatione. Illæ namque, quæ fiebant primo modo, erant ante ipſam aſſecutionem rei, & ſimpliciter dicebantur ad conſequendum, vel obtinendum. Eæ autem quæ fiebant ſecundo modo, fiebant cum quodam voto, ſcilicet, quòd offerens dicebat: ego voueo offerre Deo hoſtiam pacificam, ſi conceſſerit mihi aſſequi iſtam rem, quam deſidero, & completiò huius veniebat, poſt ipſam aſſecutionem rei, non tamen dicebatur eſſe pro gratiarum actione, ſed factum fuiſſe ex voto. Vnde iſti duo modi primi diſtinguebantur, quia vnus dicebatur ſpontaneus, ſecundus dicebatur votiuus, quoniam primus ſine conditione erat, ſecundus autem cum adiecta conditione.

Conſiderandum autem cum hic dicit, quòd ſi aliquis obtulerit hoſtiam pacificam ſponte, vel ex voto, nam non intelligitur votum ad hoſtias pacificas, immo nec ad aliquod alterum genus propriè ſacrificiorum: quia cum aliquod animal voueretur, tenebatur vouens illud ſine aliqua commutatione dare, vt patet infra vigeſimoſeptimo capite. & illud non cedebatur in holocauſtū, nec pro peccato, nec in hoſtias pacificas, ſed totaliter ad ius ſacerdotū pertinebat, ſicut ea, quæ ex decimis, & primitiis proueniebāt, ita quòd nihil inde Deo daretur, vt patet Num. decimo octauo capite: Omne quod ex voto reddiderint fi-

A lij Iſrael, tuum erit. Non igitur poteſt intelligi, quod iſta oblatio votiua eſſet propriè ſumpto voto.

Votū dupliciter fieri pōt.

Sed dicendum, quòd animal voueri poterat dupliciter, aut ſimpliciter, aut cum expreſſione alicuius connotationis, aut modi, verbi gratia, aliud eſt ſi aliquis dicat, voueo vnum bouem Deo, aliud ſi dicat, voueo bouem, vel ouem in holocauſtum, nam primo modo eſt ſimpliciter votum; ſecundo autem modo non eſt ſimpliciter votum, quamuis vocetur oblatio votiua. Nam cum dicitur: voueo Deo bouem, non erat faciendum aliquod ſacrificiū ex eo, pro ipſo offerente, ſed cedebat totaliter ille bos iuri Sacerdotis; & ſic intelligitur, quod dicitur Numeri 18. cap. Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael, tuum erit. In hoc igitur voto non fit pacifica oblatio, ſicut dicitur hic. Si autem fieret votum animalis cum cōnotatione, ſcilicet, quòd diceretur: B voueo animal iſtud in holocauſtum, non erat iam animal pertinens ad ius Sacerdotum, ſed compleri debebat ritus ſacrificij, ad quod faciendum offerens vouiſſet: nam ſi diceret voueo bouem ad holocauſtum, ibi oportebat holocauſtorum teneri ritum, & cederent Sacerdotibus iura, quæ ex ſolis holocauſtis prouenire ſolita erant. Si verò dixiſſet vouens, voueo iſtud animal ad hoſtias pacificas: oportebat, vt in eo ritus pacificarum hoſtiarum teneretur, & prouenirent Deo partes ſuæ. Sacerdoti autem ſimiliter, & ipſi laico ex voto offerenti, ſicut in aliis ſacrificiis pacificis fieri ſolitum erat. Et ſic intelligitur hic, vt fieret oblatio votiua, & in ea liceret vouenti comedere de carnibus animalis immolati, cum eſſet hoſtia pacifica. Hoc autem modo erat votum indeterminatum ad holocauſtum, & victimam pacificam, & hoſtiam pro pecca- C to, ſed determinatio fiebat per expreſſionem verborum offerentis.

Eadem ſimiliter edetur die. id eſt, ſicut in hoſtia pacifica pro gratiarum actione iubebatur, vt eodē die carnes ederentur, ita & in hoſtia votiua, vel ſpontanea pacifica, quāquam in iſta, de qua nunc, obſeruatio laxior eſt, quantum ad ritum comedendi, vt patet immediatè.

Sed & ſi quid in craſtinum remanſerit veſci licitum eſt. Honeſtum erat, vt comederentur carnes hoſtiæ pacificæ votiuæ, vel ſpōtaneæ eadem die, qua offerebatur victima. Si tamen maneret aliqua pars comedenda ad ſecundum diem, adhuc licitum erat veſci. *Quidquid autem tertius inuenerit dies ignis conſumet.* Quamuis in hac victima pacifica votiua, pręter conditionem aliarum victimarum pacificarū, permitteretur comedi in ſecundo die ex indulgen- D tia quadam, in die tamē tertio, etiamſi pars eius maneret, comedenda non erat, ſed comburebatur igne. Fiebat autem iſta combuſtio, ne ea quæ ſanctificata erant Deo, perirent per immunditiam, vt patet: quia ſi non comederentur in die tertio, nec eſſet vlterius ius comedendi illa, oportebat, vel vt daretur canibus, aut aliis feris, quod erat in contemptum diuini ſacrificij, aut maneret in putredinem conuertenda, quod identidem ad vilipēdium Diuini cultus pertinebat. Cum verò in die tertia cremarentur carnes iſtæ reſiduæ, non vilipendebatur ſacrificium, cum ea combuſtio, quæ in igne fiebat, ad Diuinum ſacrificium rurſus pertinere videretur.

Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit. Cum iuſſum foret ſolis primo, & ſecundo diebus licere veſci carnibus ſanctificatis, pœna erat ei, qui in tertium E diem aliquid de eis ad comedendum reſeruaret, atque comederet. Et ponuntur duæ pœnæ, ſ. quòd ſacrificium non proſit, & quòd faciens ob hoc pœnam incurrat.

Irrita fiet eius oblatio, nec proderit offerenti. Iſta erat prima pœna, vt oblatio irrita diceretur, id eſt, vana; nam vanum illud eſt, quod in ſe nihil continet. Sic enim eſt de rebus, quæ ſuo fine carent; nam cum quis tendat in finem, totum bonum ſuum finis ipſe eſt. Si autem eam fine ſuo fruſtrari contingat, toto bono ſuo fruſtratur, ac penitus nihil habere dicitur, quod eſt eſſe vanum, vel irritū. Quare propriè dicitur illas actiones vanas eſſe, quæ finem ſuū non conſequuntur. In hoſtia autem pacifica, vt in die tertio comederetur, ſic erat, quòd carebat effectu, qui eam comediſſet, & propter hoc incurrebat peccatum, fiebat, namque hoſtia pacifica, de qua hic, ad aliquid conſequendum; ſed cum aliquis die tertio comederet de

Vanum quid ſit.

illa, Deus iratus ei non concedebat quod petebatur, & hoc erat quod intendebat hoſtia pacifica. Et ſi præter hoc ipſe offerens propter deuotionem, quam habuiſſet in offerendo aliquid apud Deum meruiſſet, & in gratia eius exiſteret, per hoc malum, quod in lege Dei fiebat, perdebatur Diuina acceptatio ad ipſum offerentem.

Conſiderandum autem eſt, quòd iſta, quæ hic dicūtur non debent taliter intelligi; nam ea, quæ priora ſunt non tolluntur per poſteriora, ſcilicet, quòd ſi aliquis nunc per bonum actum aliquid meruerit, quamuis poſt aliquos dies peccaturus ſit, non tollitur quin iſte pro bono actu nunc apud Deum mereatur, & aliquid ab eo aſſequatur: nam hoc non conceſſo ſequeretur, ꝙ nos nūquam aliquid mereremur, & ideo quamuis nos nunc ſecundum charitatem operaremur dirigentes in Deum actiones noſtras; G quia tamen aliquo tēpore peccabimus, etiam ſi poſt multos annos illud ſit, tūc nō mereremur aliquid apud Deum nec eſſemus in gratia eius, quod abſurdiſſimū eſt, & contra omnem Catholicam poſitionem: eo namque tempore, quo aliquis in Deum corde ſyncero fertur, in gratia eius eſt, & apud eum meretur. Sic etiam in ſacrificio pacificorum; nam cum aliquis offerebat hoſtias pacificas prima die, qua offerebat, immò etiam cum offerre proponeret, apud Deum merebatur ex deuotionis fundamento. Si autem poſtea die tertio comederet de carnibus hoſtiæ pacificorū, nō tollebatur, quin ipſe à principio meruiſſet, quamuis nunc peccaret, cum poſteriora non poſſent tollere priora, & ſic non fuit prorſus irrita, aut ſuperuacua oblatio eius, qui die tertio comedit de carnibus pacificorum, quoniam à principio meruit antequàm peccaret. Sed eſt ſenſus, quòd oblatio irrita fiet, id eſt, ꝙ iſte, H qui obtulit perdidit iam gratiam, quam apud Deū aſſequutus fuerat; cum deuotè primo obtulit, & impeditur effectus, ad quem erat oblatio, ideo à principio oblatio non fuit irrita, quoniam promeruit, quod intendebat: ſed poſtea per peccatum ſuperueniens tollitur meritum præcedens, & ſic oblatio illa eſt labor inutilis, quoniam offerens depauperatur, & nihil aſſequitur.

Si aliquis comederet de carnibus hoſtiæ tertio die nō tollebatur quin à principio aliquid meruiſſet.

Quin potius quæcūque anima tali ſe edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. Hic ponitur alia pœna, ſcilicet, ꝙ præter damnū, quod aliquis ſuſtinebat in eo, quòd oblatio ſua irrita erat, adhuc incidebat in pęnam, quòd eſſet præuaricator legis, & pro hoc puniretur tanquam præuaricator. Dicitur autem, qui ſe tali contaminauerit edulio, id eſt, cibo; quoniam edulium ab edendo dicitur. Hic erat contaminatio: nam ſicut ſi quiſpiam aliquod immundum comediſſet, erat contaminatus, ita cum comeſtio hoſtiæ pacificorum, die tertio eſſet à lege prohibita, qui taliter comederet; per hoc maculatus eſſe videbatur. *Præuaricationis rea erit*, id eſt, anima iſta, vel homo, qui talem cibum ſumeret, eſſet reus præuaricationis, i. obligatus ad pęnam præuaricationis, ſiue pro præuaricatione; aut dicitur rea præuaricationis, id eſt, damnata de præuaricatione. Hic autem nō exprimitur vlterior pęna. Sciendum tamen eſt, quod ille, qui talia faceret in cōtemptum legis Dei, moriebatur, vt patet infra 19. capite cum dicitur: Si quis poſt biduū comederit de hoſtia pacificorum, profanus erit, & impietatis reus, portabitq; iniquitatem ſuam, quia Sanctum Domini polluit, & peribit de populo ſuo. *Caro, quæ aliquid tetigerit.* Hic deſcribitur vſus rei comeſtibilis ex parte ipſius hoſtiæ, quæ immolatur, & ex parte eorum, qui illa veſci deberent, & Primo, de ipſa hoſtia nam ſi oblatum fuiſſet aliquod animal, & poſt conſecrationem, & immolationem ſuam partes carnium, quæ Sacerdotibus cedebāt, aut vulgaribus, aliquo modo pollui contingeret, non comedebantur.

Deſcriptio vſus rei comeſtibilis.

Pro quo ſciendum eſt, aliter iudicari de carnibus, quæ comedebantur in vſu vulgari, & aliter de carnibus ſacrificiorum: nam ſi carnes excoriatæ ad vſus vulgares aliquo modo polluerentur per aliquem contactum, non vetabantur propter hoc comedi, cum de illis nihil exprimatur, ſed de carnibus in ſacrificium oblatis hoc intelligitur. Quod ſi aliquis dicat, iſtam litteram, nihil magis expreſſiſſe de carnibus profanis, quàm de carnibus ſanctificatis? Reſpondendum eſt, ſatis patere ex littera, quòd debeat intelligi de ſanctificatis, cum dica- F tur immediatè, qui fuerit mundus veſcetur ex ea, ſed in carnibus ad vſus vulgares, non ſolum erat licitum mundis deguſtare; ſed etiam immundis, vt habetur Deuteronomij duodecimo cap. cū dicitur, de comeſtione carnium vulgarium, ſcilicet, quòd mundus, & immundus in commune veſcentur, id eſt, quòd non magis differt, quòd ſit homo mundus ad comedendum, quàm immundus. In carnibus autem ſacrificiorum dicendum eſt, quòd ſi contingeret ea aliquo caſu pollui, antequam explerentur cæremoniæ ſacrificiorum, aut antequam ab illis, quibus in ius cedebant, comederentur, pollui contingeret, non debebant cremari in ſacrificium, nec comedi à Sacerdotibus, vel offerentibus, vt puta, ſi poſtquam detracta eſſet pellis carnium holocauſti, & carnes cederentur in fruſta, contingeret ipſas carnes aliquo contactu pollui, non cremabantur ſuper altare.

Et ſi aliquis obiiciat, quòd de hoc nihil hic exprimit; reſpondendum eſt, quòd cum hic caueatur, ne quis comedat de carnibus ſanctificatis, erat illicitum in altari cremari; nam maior mūditia obſeruanda erat in his, quæ Deo cremabantur, quàm in his, quæ à Sacerdotibus comedebantur, ſed has carnes ſic contaminatas oportebat comburi igne, nec apponi in holocauſto Domini.

Obiectionis reſponſio.

Sed dicet aliquis; quomodo hoc ſtare poterit? nā totum animal; cum mundum eſſet, in holocauſtum cremabatur. Si igitur quando immundum eſſet, ſcilicet, quòd carnes eius ex accidenti fuiſſent contaminatæ, deberent igne cremari, nihil inter mundas carnes, & immundas differret.

Dicendum eſt, quòd cum cōtingeret alicuius holocauſti carnes contactu alicuius rei immundæ pollui, non debebant cremari ſuper altare igne ſacro, ſed cremabantur quodam igne alieno, & illud non erat holocauſtum, nec aliquod ſacrificium: ſed fiebat iſta crematio, vt non conuerterentur iſtæ carnes ad profanos vſus. Debebat autem fieri iſta combuſtio in loco ſacro, ſcilicet in atrio, cum iſtæ carnes ad res ſanctificatas pertinerent, quia ſemel oblatæ fuerant. Si autem extra atrium Tabernaculi cremarentur, totaliter viderentur ad profanos vſus pertinere. Cineres autem huius combuſtionis extra caſtra efferebantur, atque ponebantur in loco mundo, vbi conſueuerant poni alij cineres, qui de altari efferebantur. Si aūt carnes iſtæ, quæ polluebantur, eſſent victimarum pacificarum, aut polluebātur poſt detractionem pellis, antequam aliquid Domino de adipibus cremaretur, aut poſtquam cremarentur adipes. I Si verò ante adipū cremationem hoc contingeret, non offerebatur de illis aliquid Domino ſuper altare ad cremandum, nec Sacerdotibus, aut popularibus comedere licitum erat, ſed cremabantur quodam igne alieno intra atriū Tabernaculi, & ferebantur cineres extra caſtra, ſicut de carnibus holocauſti ſupra dicebatur.

Si autem poſtquam cremarentur adipes, contingeret carnes animalis pollui, non comedebant Sacerdotes partem, quæ eis cedebat de hoſtia pacifica, nec offerentes, eam, quæ iuri eorum cedebat, ſed cremabantur igne, ſicut hic dicitur.

An carnes ſanctificatæ deberent dari alijs, quibus licebat mundis, & immundis veſci. Quæſt. III.

K SED dicet aliquis, cum iſtæ carnes ſanctificatæ eſſent factæ immundæ per contactum, & non liceret eas comedere Sacerdotibus, nec laicis offerentibus, an deberent dari alijs vulgaribus, quibus licebat mundis, & immundis veſci?

Reſpondendum eſt, quòd ſi iſtæ carnes, quæ per cōtactum cōtaminatæ eſſent, fuiſſent occiſæ ad vſus vulgares, non impediuiſſet illa immunditia leuis ſuperueniens earum comeſtionem: in rebus tamen ſanctificatis; in quibus maior debebat obſeruari munditia, non licebat eis veſci. Quia tñ iſtæ carnes ꝑ hoc, ꝙ ſemel Deo ſanctificatæ eſſent acquiſierāt quandā ſanctitatē, non cōtingebat eas cōuerti ad vulgares vſus ſine Diuini cultus præiudicio, nō igitur debebāt tradi comedendæ vulgaribus, ſicut dicebatur ſupra de carnibus hoſtiæ pacificæ reſeruatis in tertiū diem quarum iam nemini eſus licitus erat, ne contemnerētur.

Si au-

Si autem eſſet ſacrificium pro peccato, diſtinguendum eſt eo modo, quo ſupra: quoniam ſi ante immolationem adipum carnes immundæ cederentur, nec adipes offerri licebat, nec carnes à ſacerdotibus in quorum ius cedebat comedi: ſed fiebat crematio earũ eo modo, quo ſupra dicebatur. Si autem poſt crematos adipes carnes immundæ redditæ fuiſſent, ſacerdotibus non licebat comedere illas, ſed cremabãtur igne. Hoc autem fallit in ſacrificio Summi ſacerdotis, & totius populi: nam ſi iſto caſu ante adipes crematos carnes immundæ factæ fuiſſent, nõ poterat fieri ſacrificium de illo animali.

Si autem poſt crematos adipes hoc contigiſſet, nihil magis differebat carnes immundas, quàm mundas eſſe: nam cum pelle, & fimo vniuerſa extra caſtra cremanda erant, in quo non requirebatur aliqua munditia, cum talis cremationis modus banauſus eſſet.

Quid ſi contigiſſet animal fieri immundum dum portaretur ad ſacrificandum. Quæſt. IIII.

SED quæret aliquis, quid ſi contigiſſet animal fieri immundum, dum portaretur ad ſacrificandum?

Reſpondendum eſt, quòd ſacerdotes antequam reciperent animal ad immolandũ, inquirebant de eius munditia, vel immunditia, quòd ſi immundum illud reperiſſent, reiiciebant ne offerretur; Si autem immundum erat poſt ipſam ſuſceptionem à ſacerdotibus factam, vtpote, quia intra ipſum atrium Tabernaculi contingeret illud fieri immundum aliquo caſu, etiam non offerebatur, dato, quòd iam ſacerdos illud vellet gladio iugulare, & iſte qui offerebat animal, recipiebat illud ad ſe, trãsferre potens in quoslibet vſus, & aliud loco illius offerebat. Si ex voto oblatio fuiſſet, nec illi primo animali, quod offerendum tractum erat vſque ad altare holocauſtorum, acquiſita fuiſſet aliqua ſanctificatio, propter quam in vſus humanos conuerti non poſſet: ita licebat illud ad quoslibet conuertere vſus, ac ſi nunquam fuiſſet oblatum. Secus autem cum animal iugulatũ fuiſſet, & immediatè ſanctificationẽ contraxiſſet, quo dato, ꝙ poſtea pollueretur, non poterat conuerti ad vſus humanos. Hic autem Deus dedit legem pro aliquibus cauſis; nam contingebat interdum, vt partes illas ſacrificiorum, quæ cedebant iuri ſacerdotum de hoſtiis pacificis, aut pro peccato, antequam coquerentur, aut poſt decoctionem aliquo caſu immundæ fierẽt, tunc nõ licebat comedi illas, nec transferri ad alios vſus vulgarium, ſed cremari igne debebant, vt ſupra diffinitum eſt. Idem quoque ſi contingeret immũditia in partibus carnium, quæ cedebant iuri vulgarium, cum offerrent hoſtias pacificas.

Non comedetur, ſcilicet ab aliquo vulgari, vel ſacerdote, nec alicui beſtiæ ad comedendum dabatur, nec ad aliquem vſum transferendum erat.

Sed comburetur igni, ſcilicet igne alieno, & non igne altaris, quoniam igne altaris, qui ſacer erat, nihil niſi ſacrũ, & mundum cremabatur; & ſicut præuaricatio legis erat, aliquod ſacrificium cremari aliquo igne, niſi igne altaris, & qui hoc faceret, mortem incurrebat, vt patet de Nadab, & Abiu, qui obtulerunt ignem alienum, & combuſti ſunt coram Domino, vt patet infra 10. c. ita qui vellet cremare aliquid immundum ſuper altare holocauſtorum, cremaretur à Deo: ſed ſicut ſacra igne ſacro cremabãtur, ita & profana igne profano cremanda tradebantur.

Hoſtia pacifica ad quos pertinebat.

Qui fuerit mundus veſcetur ex ea. Hoc refertur ad hoſtiam pacificam, quæ munda erat: quia ſolis mundis licebat ea veſci. Cedebat autem hoſtia pacifica, partim ſacerdotibus, partim popularibus, & omnes debebãt eſſe mundi. De ſacerdotibus autem manifeſtum eſt, quòd non licebat eis veſci carnibus pacificis, vel aliorum ſacrificiorum, cum immundi eſſent, vt patet infra 22. capite, cum dicitur: Homo de ſemine Aaron, qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis, non veſcetur de his, quæ ſanctificata ſunt mihi, donec ſanetur, qui tetigerit immundum ſuper mortuo, & ex quo egreditur ſemen quaſi coitus, & qui tangit reptile, & quod quodlibet immundũ, cuius tactus eſt ſordidus, immundus erit vſque ad veſperum, & non veſcetur his, quæ ſanctificata ſunt mihi, ſed cum la-

A uerit carnem ſuam aqua, & occubuerit Sol, tunc mundatus, veſcetur de ſanctificatis, quia cibus illius eſt. Quod ſi aliquis de ſtirpe ſacerdotum ſciẽs ſe in aliquo pollutum, comederet de rebus ſanctificatis, moriebatur, vt patet infra 22. capite. Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea, quæ conſecrata ſunt, & obtulerunt filij Iſrael Domino, in quo eſt immunditia: peribit coram Domino. De laicis autem offerentibus identidem erat, quoniam nõ licebat eis comedere de carnibus pacificarum hoſtiarum, quæ eis iure cedebant, niſi mũdi eſſent: ideo quamuis cum quiſpiam offerret hoſtiam pacificam, licitum erat ei, & toti familiæ ſuæ manducare. Si tamen aliquis eorum immundus eſſet, non admittebatur ad comedendum de his carnibus, & ſi comedere tentaret, incurrebat mortem, ſicut fuit dictum de ſacerdotibus. B Eadem quippe vtriſque lex in hoc erat. Si autem ipſe dominus familiæ immundus eſſet, non ſolum illicitum erat ei comedere de carnibus pacificis, ſed etiam non licebat ei offerre: quoniam ad offerendum debebat introire in Sanctuarium, quòd hominibus immundis nefas erat.

Libri aliqui habebant hic, quòd qui immundus eſt, veſcetur ex ea. Sed hoc nullo modo poteſt ſtare: quoniam contradicit litteræ ſequenti, ſcilicet, anima polluta, quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, peribit de populis ſuis: ſed fuit per imperitiam ſcriptorum, cum in hoc facilis eſſet error. In Hebræo enim habetur ſic.

Solis mũdis carnes pacificorum licitè erant.

Omnis mundus veſcetur ex ea. In quo innuitur carnes pacificorum omnibus fuiſſe licitas, dũ tamen mundi fuiſſent. De ſacerdotibus autem ſatis notum eſt; quoniã vnus C poterat alteri tribuere partem ſacrificiorum, quæ eorum iuri cedebat: De laicis autem patet etiam: quia cum offerrent ſacrificia pacifica, tota domus eorum, tam filij quàm filiæ, & famuli, & ancillæ de ſacrificiis comedebant; præter hoc autem iubebat Deus, vt ad cibos illos vocarẽtur Leuitæ pauperes, & alij laici egeni, & inopes, vt habetur Deuter. 12. c. & magis 16. capite, cum dicitur: Oblationẽ ſpõtaneam, offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui, & epulaberis coram Domino, tu, & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla, & Leuites, qui eſt intra portas tuas, & aduena, atque pupillus, & vidua, qui morantur vobiſcum. Sicut autem omnes iſtos ex miſericordia vocari Deus iubebat ad cibũ de hoſtiis pacificis, ita ipſe qui offerebat, poterat vocare amicos ſuos diuites, & quoſcunque vellet, dum tamen mundi eſſent. D Munditia autem, quæ requirebatur in laicis, erat illa, quæ obſeruabatur in ſacerdotibus, de qua habetur infra 22. capite.

Pœna comedentium carnes pacificas cũ immũdi eſſent.

Anima polluta, quæ ederit de carnibus pacificorum. Hic ponitur pœna comedentium carnes pacificas, cum immundi eſſent, & accipitur hic anima pro homine, ſicut in Sacra Scriptura ſolitum eſt, & ſupra declaratum fuit, & dicitur, quòd iſta anima peribit de populis ſuis, id eſt, ꝙ morietur. In quo conſiderandum eſt, quòd ille, qui comedebat de carnibus pacificæ hoſtiæ exiſtens immũdus, aut ſciebat ſe immundum, aut non: ſi neſciebat ſe immũdum, vtpote, quia aliàs inciderat in immunditiam, & oblitus erat eius, nec vnquam fuerat expiatus, & poſt carnium pacificarum eſum recoleret ſe immundum eſſe, non peribat, de populis ſuis, ſed tenebatur reus delicti, ſicut habetur E ſupra, quinto capite, & obligabatur offerre hoſtiam pro delicto ſuo, ſicut habetur præcedenti capite. Si autem comedens carnes pacificorum ſciuiſſet ſe immundum eſſe, & comediſſet, incurrebat mortem. Et de his dicitur hic, ꝙ peribit de populis ſuis: nam in eis qui taliter peccabãt, nõ recipiebatur aliqua expiatio, ſed moriebantur, quia per ſuperbiam egerant, vt patet Numeri 15. capite.

Peribit de populis ſuis. Perire autem de populo, mori eſt: nam tunc aliquis de populo perit, quando nec in populo eſt, nec eſſe poteſt, huiuſmodi autem in morientibus eſt.

Quomodo Deus puniret legis trãſgreſſores, non per iudices, ſed per ſe ipſum in hoc mundo.

Sciendum tamen, quòd non iubebat Deus hic, vt iudices populi occiderent illos, quos ſcirent comediſſe de carnibus pacificis, cum immundi eſſent: ſed prænũciat, quòd morerentur, ſcilicet, quòd ipſe Deus occidet illos tradens manibus beſtiarum, vel oſtium, vel in alia inopinata pericu-

pericula, ſicut Deus punire malos ſolitus eſt: nam omnia talia quæ nobis inferuntur, potiſſimum illa, quæ non fiūt hominum voluntate, à Deo nobis eueniunt, vt ſi aliquando domus cadens hominem opprimat, aut in aliquas terræ voragines prolabatur, aut altiſſimo maris gurgite demerſus ſit, multa quoque inenarrabilia huiuſmodi diſcrimina: omnia enim à Deo ſunt, & vniuerſa ipſo agēte proueniunt, ſicut habetur Amos, 3. capite. Non eſt malum in Ciuitate, quod Deus nō faciat. Sic etiam Exodi 21. capite, vbi de homine à caſu occiſo agitur, dicitur: Deus tradidit illum in manus eius, id eſt, Deus fecit, quòd ille homo occideretur. Cum igitur aliquis contempta lege Dei pollutus exiſtens, comederet de carnibus pacificis, Deus faciebat illum perire de populis ſuis, tradens illum in aliquod genus periculi, ita vt moreretur.

Perire de populis, ac occidere in Sacris litteris differunt.

Eſt autem intelligendum, quòd multum differt cū dicitur in Sacra Scriptura, peribit de populis, aut cum dicitur, occidetur, vel occidatur, quanquam vtrūque mortem deſignet: Nam cum dicitur, peribit de populis ſuis, deſignatur, ꝙ homo ille, qui peccauit, morietur, tamen nō occidetur à iudicibus, ſed Deus tradet illum in aliquod genus mortis, ſicut de Nadab, & Abiu, qui cum obtuliſſent ignem alienum, perierunt de populis ſuis, non tamen per ſententiam iudicis, ſed cremante illos Deo, vt patet infra decimo capite. Cum autem dicitur in aliqua lege, occidetur, vel occidatur, pertinet iſta pœnæ inflictio ad iudices, vt patet de violatione Sabbati, cum dicitur Exodi, trigeſimoquinto capite, ſeptimus dies erit vobis ſāctus, Sabbatum, & requies Domini, qui fecerit opus in eo, occidetur. Iſta autem occiſio à iudicibus inferebatur, vt patet Numeri, decimoquinto capite, vbi dicitur de illo viro, qui colligebat ligna in Sabbato, & à toto populo lapidatus eſt.

De varietate immunditiarum.

Et qui tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti. Hic ſuperaddit de alia immunditia. Et hoc poteſt intelligi dupliciter: vno modo, quod ſupra poſita fuerat regula de polluto comedente vniuerſaliter, hic autem applicatur ad particulare, cū dicitur de tangente immunditiam hominis, vel iumēti. Alio modo poteſt intelligi, quòd iſtæ ſint duæ regulæ de diuerſis immunditiis, ſcilicet, quòd quædam ſunt immunditię, quas homo incurrit ab intrinſeco, aliæ autem ſunt, quas incurrit per contactum.

Primus modus eſt, vt ſi aliquis ſit leproſus, aut fluxum ſeminis patiens, aut aliqua mulier ſit menſtruata, aut ſanguinis fluxus extra tempora menſtruorum ei acciderit: quoniam hæ immunditiæ ex contactu non ſunt. Aliæ autem erant per cōtactum, vt ſi aliquis pollueretur tangendo cadauer, aut reptile, aut animalia morticina, aut mulierem menſtruatam, aut virum fluxum ſeminis patiētem & ſic de ceteris, quorum tactus immūdus eſt. Iſtæ autem non ſunt æquales immūditiæ, quoniam ea, quæ ab intrinſeco eſt, maior eſt; quę autem ab extra eſt per contactum, minor eſt; ideo de eis ponūtur duæ regulæ hic, quarum ea quæ ſupra ponebatur, erat de pollutione ab intra: iſta autem, quæ hic eſt, de pollutione ab extra, & ſic ponūtur diſtinctæ regulę. De his infra 20. c. de prima dicitur: Homo de ſemine Aaron, qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis, non veſcetur de his, quæ ſanctificata ſunt donec ſanetur. De ſecunda pollutione ponitur alia regula, ſcilicet, qui tetigerit immundum ſuper mortuo, &c.

Qui tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti. Hic accipitur immunditia hominis pro ſtercore humano, & immunditia iumenti pro ſtercore iumentorum, quanquam in homine aliæ immunditiæ præter has ſint vt ſi fluxum ſeminis patiatur, quoniam taugēs illum, aut lectum eius, aut veſtes, aut ſcabellum, in quo ſediſſent, immūdus erat, vt patet infra 15. capite. In iumento autem, dū viuit, nulla alia immūditia eſt: nam tangere illud non cauſat immunditiam, ſed tactus reptilium, vt patet infra, 11. & 22. Accipitur aūt hic immunditia hominis pro ſolo ſtercore, & immunditia iumenti pro eodem: nam aliæ immunditiæ ſub vniuerſali clauſula, quæ adiungitur, ſumuntur.

Siue omnis rei, quæ polluere poteſt, id eſt, ſi tetigerit aliquis quamcunque rem, cuius tactus ſordidus eſt, cauſans in homine immunditiam. De his autem rebus habetur ſupra, quinto cap. & magis infra, 11. 14. 15. & 22. *Et come-*
F *derit ex huiuſcemodi carnibus, interibit de populis ſuis.* Intelligitur ſi volens, & ſciēs egiſſet: nam qui ignorat ſe immundum eſſe, non peribat de populis ſuis, ſed tenebatur offerre ſacrificium pro delicto, ſicut ſupra diximus.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael: Adipem ouis, & bouis, & capræ, non comedetis. Adipem cadaueris morticini, & eius animalis, quod à beſtia captum eſt, habebitis in varios vſus. Si quis adipem, qui offerri debet in incensū Domini, comederit, peribit de populo ſuo. Sanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibo, tam de auibus, quàm de pecoribus. Omnis anima, quæ ederit ſanguinem, peribit de populis ſuis. Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicēs: Loquere filijs Iſrael, dicens: Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat ſimul, & ſacrificiū, id eſt, libamenta
G *eius. Tenebit manibus adipem hoſtiæ, & pectuſculum: cumq; ambo oblata Domino conſecrauerit, tradet Sacerdoti, qui adolebit adipem ſuper altare: pectuſculum autem erit Aaron, & filiorum eius. Armus quoque dexter de pacificorum hoſtijs cedet in primitias Sacerdotis. Qui obtulerit ſanguinem, & adipem filiorum Aaron, ipſe habebit, & armum dextrum in portione ſua. Pectuſculum enim eleuationis, & armum ſeparationis tuli à filijs Iſrael de hoſtijs eorum pacificis, & dedi Aaron Sacerdoti, & filijs eius lege perpetua, ab omni populo Iſrael. Hæc eſt vnctio Aaron, & filiorum eius, in cæremonijs Domini, die quo obtulit eos Moyſes, vt Sacerdotio fungerentur, & quæ præcepit eis dari Dominus à filijs Iſrael religione perpetua in generationibus ſuis. Iſta eſt lex holocauſti, & ſacrificij pro peccato, atque delicto, & pro conſecratione, & pacificorum victimis, quam cōſtituit Dominus Moyſi in monte Sinai, quan-*
H *do mandauit filijs Iſrael, vt offerrent oblationes ſuas Domino in deſerto Sinai.*

Supra 3. 30. diſt. c. ſi quis. in c. 17. Sanguinē Hebræi edere non poſſunt, nec adipem.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen. Hic ponitur ſecundum principale huius cap. ſcilicet, offerendi modus. *Loquere filijs Iſrael.* Hic iuſſit Deus Moyſen loqui ad filios Iſrael, id eſt, ad totum populum: & non dixit, ꝙ loqueretur ad Aaron & filios eius, ſicut ſupra aliquando dixerat; & cauſa eſt: quia leges, quæ aliquando ſupra dabātur, ad ſolos ſacerdotes pertinebant, ideo ipſis ſolis ferendæ erāt, nec oportebat ad hoc cōgregari Iſraelitas, iſta tamen lex de qua dicitur hic, pertinebat ad omnes de populo, quia hic dicitur de non comedendo adipes. Hoc autem erat, in quo quilibet de populo errare poſſet. *Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis.* De comeſtione autem adi-
I pum, quos adipes liceret comedere, & qui vetiti eſſent, dictum fuit latè ſupra, 3. cap.

Modus offerendi ſacrificio pacifico.

Adipes erant duplices, & qui erant prohibiti, & qui non. Q. V.

SED hic in ſumma colligendum eſt, quòd adipes, aut erant aliquorum animalium, quæ ſcundum legem eſui conueniebant, aut aliquorum, quæ non conueniebant eſui: ſi autem fuiſſent adipes aliquorum animalium immundorum, non licebat comedere illos, ſicut nec licebat comedere ipſas animaliū carnes; nec permiſſum erat, vt eis ad diuerſa miniſteria vterentur, quia talia animalia, nec ad aliquem vſum occidenda erant, nec etiam ſi occiderentur, poſtea tangi debebant. Si autem fuiſſent animalia, quibus veſci ius erat, iſta ſunt in decem ſpecie-
K bus, ſicut habetur Deuteronomij 14. capite, & iſtorum quædam ad ſacrificium conuenientia erant, & quædam non: nam tres ſpecies, ſcilicet bos, ouis, & capræ ad ſacrificiū conueniebant, cetera autem immunda erant. De his autem, quæ erant immolabilia dicendum eſt, quòd nunquam comederentur eorum adipes, ſiue ipſa animalia immolarentur Deo, ſiue non; & de hoc dicitur hic: Adipem bouis, ouis, & capræ, nō comedetis. Si autem fuiſſent animalia de aliis ſeptem ſpeciebus, quibus veſci ius erat, dicendum eſt, quòd aut illa occidebantur ab hominibus, aut occidebantur à beſtiis, vel vulnerabantur ad mortem, ſi à beſtiis occiderentur, aut vulnerarentur, non licebat comedere adipes illorum, ſed excipiebantur ad varios vſus, ſcilicet ad faciendas lucernas, & ad componendas vnctiones, & de hoc dicitur hic: Adipem cadaueris morticini, & eius animalis, ꝙ à beſtia captum eſt,
habe-

habebitis in varios vſus. Si autem iſta animalia non eſſent A capta à beſtiis, ſed ab hominibus occiderentur, licitum erat comedere adipes illorum cum non reperiretur prohibitum.

Quare ouis, bouis, & capræ adipem comedi vetabatur.

Sed quæret aliquis, quare vetabatur comedi adipem ouis, bouis, & capræ? Reſpondendum eſt, quòd inter animalia greſſibilia iſta ſola erant immolabilia; & quia de immolationibus præcipuè Deus volebat adipes, cum iuberet illos ſemper offerri, & diceba illum odorem ſibi eſſe ſuauiſſimum, ideo non conueniebat, vt aliquis de illis adipibus comederet.

Sed aliquis dicet, hoc ſatis ſtare, cum immolabatur aliquod animal Domino; quia tunc debebat adipes cremari ſuper altare: ſi verò non offerebatur animal, ſed ab hominibus comedebatur, non videtur quare debuerit vetari eſus illius. Reſpondendum eſt, quod hoc fiebat ad reue- B rentiam Diuini ſacrificij: nam ſicut, cum offerebantur iſta tria animalia Domino, volebat Deus ſibi ſemper adipem offerri, & nulli vnquam licebat de illo comedere, quamquam fas eſſet comedere aliquando de carnibus immolatis, ſicut in hoſtiis pacificis, & pro peccato; ita volebat, vt cum à nobis iſta animalia comederentur, manerent adipes, tanquam aliquid ſacrũ ad quod non eſſet ius accedere, & hoc pertinebat ad magnam reuerentiam cultus Diuini. *Adipem cadaueris morticini.* Ponit hic regulam de quibuſdam adipibus, quibus non licebat veſci, nec tñ propter ſus ad vſus hoĩum cõuertẽdos vetabantur; & iſti ſunt adipes animalium mundorum ad eſum, & immundorum ad ſacrificiũ, & iſtorum erant ſeptem ſpecies, ſ. bubalus, ceruus, capra, tragelaphus, pygargus, oryx, & camelopardus: nam in horum cum à nobis occiderentur, licitum erat veſci carnibus, & adipibus. Ponit tamen hic regulam, cum iſta animalia à beſtiis occidebantur, ſ. quæ lacerabantur: nam tunc non licebat comedere eorum adipes, nec etiam carnes, quæ alias licitũ erat comedere. De hoc Exodi 22. Viri ſancti eritis mihi, carnem, quæ à beſtiis prægustata fuerit, nõ comedetis. Idem infra 22. capite. *Adipem cadaueris morticini*: vocatur cadauer morticinum, quod per ſe moritur, nullo occidẽte, vnde dicitur morticinum, quaſi mortuum cadens. Eſſe autem morticinum, faciebat animalia eſſe illicita ad cibum, & ad immolationem, vt patet infra 11. c. & ſic illud animal, cuius carnes, & adipes, aliàs ad vſum humanum pertinebãt, propter eſſe morticinum ab eiſdem ſecluditur. *Et eius animalis, quod à beſtia captum eſt*, id eſt, quando capiebantur animalia à beſtiis, ſiue in venatione, vt ſi canes apprehenderent ceruũ, vel capram; D vel ſi ab aliqua fera laceraretur animal, quod comedi licebat, & capi. Non ſolum ſignat hic, quod animal occidatur, & laceretur à feris, ſed etiam quod capiatur ab eis, & non occidatur, ſed homo poſtea occidat, vt ſi canes curſu ceruum apprehendentes, eum morſibus laniaſſent, & non occiſo eo ſuperueniente homine captus occideretur, tunc etiam non licebat comedere de carnibus eius, aut adipibus: quoniam illa caro à beſtiis prægustata erat; carnes autem prægustatæ à beſtiis, non erant licitæ ad eſum, vt habetur Exodi 22. cap. tunc enim caro prægustata à beſtiis dicitur, cum aliquid de carnibus, aut pelle à beſtiis morſibus diſtrahitur, ſicut cũ canes leporem apprehenderint, aut capream, vel ceruum, quoniam aliquid de carnibus morſu dilaniantes euellunt. *Habebitis in vſus varios*, id eſt, quòd adipes iſtorum morticinorum anima- E lium, & captorum à beſtiis non erant vſui ad eſum, ſed ad alios vſus, & vtilitates humanas, vt ad lucernas, & vnctiones, & confectiones alias. *Si quis adipem, qui offerri debet in incenſum Domini, comederit.* Replicatur hic regula ſuperior de non comedendis adipibus bouis, capræ, & ouis, & hoc vt ſubiungatur pœna, ſcilicet, ꝙ moreretur, qui talia faceret. Et dicitur hoc ſolum de adipe, qui adolẽdus erat, qui ſoli erant tres adipes triũ animalium ſæpe dictorum, cum alios adipes non diceret offerre. Et non intelligitur ſolum de his adipibus, quando animalium carnes offerebantur Domino in aliquo ſacrificio, ſed cum ad vſus humanos conuerterentur: quoniam dicitur, adipem, qui offerri debet, id eſt, adipem, qui licitus eſt offerri. Et hoc pertinet ſemper ad omnes adipes boum, ouium, & caprarum: nam quamuis non ſemper iſti adipes offerantur,

Regula de adipibus quibus veſci non licebat.

Cadauer morticinum quid ſit.

ſemper tamen ad oblationem liciti erant.

Et ſciendum, quòd licet ſimpliciter prohibeatur eſus adipum iſtorum trium animaliũ, maius tamen peccatum erat ſi comederentur adipes, cum ipſa animalia Domino offerebantur, quàm cum nõ offerebantur: nam per ipſam oblationem totum quod eſt in ipſo animali, quandã ſanctificationem acquirebat. *Si quis adipem qui offerri debet*, id eſt, qui offerri licitus erat, quamuis non eſſet neceſſarium illa offerri, ſecundum quod deſignat iſtud verbum debet. *In incenſum Domini*, id eſt, ad incendendum coram Domino ſuper altare. *Comederit.* Siue per ſe comederit, ſiue tradiderit alicui animali, ad comedendum, par enim in vtroque peccatum erat. *Peribit de populo ſuo.* Perire de populo, mori eſt, ſed hoc non per aliquod mandatum, aut iuriſdictionem humanam, ſed per Diuinam voluntatem, ſcilicet, quòd Deus conijceret iſtum hominem in periculũ, vt moreretur, ſecundum ꝙ ſupra dictum eſt. Nec ponitur ibi iſta clauſula, vt per hoc iudices Hebræorũ aliquid facerent: nam dato, ꝙ eis conſtaret aliquẽ comediſſe adipes immolandorum animaliũ, non inferebant ei aliquam pœnam: ſed Deo ſoli hæc vltio ſeruabatur: ponitur tamen ad terrorem, & prouidentiam futurorum, vt omnes ſcirẽt ſuper ſe Diuinã indignationem, ac mortem aduenturam, ſi talia auderent; & ob hoc timore ducti ab illicitis abſtinerent. *Sanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibo, tam de auibus, quam de pecoribus.* Hic ponitur regula de ſanguine non comedendo: iſta enim duo ſemper ſe cõſequebantur, ſ. ſanguis, & adeps, ita, vt cuiuſcunque animalis ſanguis Domino offerretur, adipem quoque offerri neceſſe eſſet. Et ponitur hic regula vniuerſalis de ſanguine, C ſcilicet, quòd nullo modo liceret ſanguinem comedere, nec ſit aliqua diffinitio ſicut in adipe, quare autem ſanguis nõ comederetur ſatis latè ſupra, 3. cap. declaratũ eſt.

Perire de populo quid.

Regula de ſanguine non comedendo.

An ſanguis piſcium, & locuſtarum poſſet comedi. Quæſt. VI.

DICIT autem Rabbi Salomon, quòd licitum erat Iudæis comedere ſanguinem piſciũ & locuſtarum, quoniam de eis non fit mentio hic, cum dicatur infra, tam de auibus, quàm de pecoribus; ſed hoc non valdè conuenit: quoniam hic dictum eſt, ſanguinem omnis animalis non comedetis. Sed in generalitate animalium comprehenduntur etiam piſces, & locuſtæ.

Item, quia ratio prohibitionis ſanguinis, ita eſt in piſcibus, & locuſtis, ſicut in omnibus aliis animalibus, quoniam dicitur infra 9 decimoſeptimo capite: Anima carnis in ſanguine eſt: erit igitur anima piſcium, & locuſtarum in ſanguine, ſicut anima reliquorum animalium. Item, quia eodem decimoſeptimo capite, vniuerſaliter iubetur, non comedi ſanguinem, non igitur intelligeretur de quibuſdam animalibus potius, quam de aliis.

Et ſi aliquis obiiciat, quòd infra 17. cap. dicitur: Sanguinem vniuerſæ carnis non comedetis; in quo ſolum vr prohibita comeſtio in ſanguine animalis greſſibilis, & volatilis, in piſcibus autem nõ: quia carnem non habẽt. Hoc ſalſum eſt: quoniam piſces, ſecundum Sacrã Scripturã caro appellãtur, vt habetur 1. ad Corinth. 15. c. cum dicitur: Non omnis caro eadem caro, ſed alia quidem hominum, alia autem pecorum, alia autem volucrũ, alia autem piſcium. Dicendũ igitur, ſanguinẽ piſciũ, & locuſtarũ, non eſſe comedendũ, ſicut nec omniũ aliorũ animaliũ. Et quoniam dicitur, ꝙ hic immediatè, tam de auibus, quàm de pecoribus, nihil probat; quoniam ibi non dicitur in ſolis auibus, & pecoribus, non eſſe comedendum ſanguinem; ſed ponuntur iſta tanquam exempla; Cum autem aliqua exempla ponuntur, non oportet, vt illa ſufficienter habeant naturam regulæ vniuerſalis; & ſicut dixit iſta, ita poſuiſſet ponere & alia. Et etiam ſi velimus extendere ſignificationẽ iſtorũ terminorũ, non erit prohibitus ſanguis omniũ quadrupedum, cũ ſolum ponantur hic aues, & pecora, pecora autem non ſignant omnia quadrupedia, quoniam ſerpentes, & leones, & ſimilia noĩe pecorũ non cõprehendunt. *Omnis anima, quæ ederit ſanguinem, peribit de populis ſuis.* Supra poſita fuerat regula prohibens, hic ſubiicitur pœna retrahens, ſcilicet, ꝙ comedentes ſanguinem morerentur. Ex hoc etiam videtur, quod ſupra dicebatur, ſcilicet, quòd omnis ſanguis

Piſces ſunt carnes.

Pœna animaliũ comedentiũ ſanguinem.

generaliter prohibitus foret, cum dicatur: Omnis anima, F quæ ederit ſanguinem, nihil excipiens. *Peribit de populis ſuis.* Sicut pro comeſtione adipum vetitorum peribat aliquis de populis ſuis, ita per comeſtionem ſanguinis, nam vtrumque æqualiter ſacrum erat, & æqualiter ad Dei cultum applicabatur. Erat autem magna indignatio Dei contra eum, qui ſanguinem comediſſet, ſicut habetur infra 17. cap. cum dicitur: Homo quilibet de domo Iſrael, & de aduenis, qui peregrinatur inter vos, ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eum de populo ſuo, quia anima carnis in ſanguine eſt. Quomodo autem Deus faciat perire aliquem de populis ſuis ſupra dictum eſt. *Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen dicens.* Hic ſuperadditur alia regula de ritu ſacrificiorum pacificorum; in qua agitur de eo quod offerentes dare debent, & de eo quod Sacerdotes pro ſuo G iure habere debebant. *Loquere filijs Iſrael.* Iubet Deus vt loquatur ad filios Iſrael, quoniam iſta lex ad Iſraelitas omnes pertinebat, cum omnibus liceret offerre hoſtias pacificas, ſicut in principio huius capit. declaratum eſt, immò, potius pertinebat ad Iſraelitas quàm ad Sacerdotes, cum magis Iſraelitæ offerrent, quàm ſacerdotes. *Qui offert victimam pacificorum.* Hoc intelligendum eſt vniuerſaliter de omnibus victimis pacificis, tam de illis, quæ dicuntur pro gratiarum actione, quàm de illis, quæ ſunt ad petitiones, & vocantur ſpontaneæ, vel votiuæ.

Regula de ritu ſacrificiorum pacificorũ.

Offerat ſimul & ſacrificium. Vocatur hic ſacrificium non ipſum animal viuens, nec mortuum, quoniam hoc vocatur victima, & ſi acciperetur ſacrificium pro ipſo animali mortuo, vel viuente, non diceretur, quòd qui offert victimã, offerat & ſacrificium, quoniam vtrumque idem H eſſet: ſed ponuntur iſta hic tanquam duo. Dicendum igitur, quòd accipitur ſacrificium pro ipſis panibus de ſimila, qui offerebantur: nam ſimila ſacrificium dicitur, vt habetur ſupra 2. cap. & Numeri 15. & exponitur hic iſtud nomen cum dicitur.

Offerat ſimul ſacrificium, id eſt, libamenta eius. Dicit enim idem eſſe ſacrificium, & libamenta, & totum hoc ſiue ſacrificium, ſiue libamentũ accipitur pro illis panibus azymis de ſimila, & pro laganis oleo litis, & pro collyridis conſperſis oleo, & pro ſimila cocta: oĩa. n. iſta erant acceſſoria in ſacrificio pacifico ad ipſas carnes animalis oblatas.

Quo hic accipiatur ſacrificium.

Communiter tamen accipitur aliter iſtud nomen, ſcilicet, quod ſacrificium dicatur eſſe de rebus viuentibus, ſcilicet de animalibus immolaticiis, oblatio fit de rebus aridis, vt de pane, & farina: libamentum autem, vel libamen de rebus liquidis, vt de vino, & oleo, & tamen non accipitur iſtud nomen oblatio inter hæc: Sacrificiũ ſignat ipſam ſimilam oblatam, & omnia, quæ de pane fiunt, vt patet ſupra 2. capite, libamentum autem ad res liquidas pertinet. Hic tamen libamentum non propriè accipitur, cum pro ipſo pane oblato ſumatur, niſi dicamus hoc fieri, quia illi panes ſunt conſperſi oleo: oleum autem libamentum eſt. Erat autem vinum aliud libamentum, vt patet Numeri 15. cap. de quo non exprimitur hic.

Intelligendum tamen eſt, quòd ſimul offeratur: non enim licebat holocauſtum, & victimas pacificas offerre ſine ſacrificio ſimilæ, & oleo, & vino, tanquam libamentis, vt habetur Numeri, 15. capite. hic autem datur regula de eorum concomitantibus, ſcilicet, quòd qui offert victimam pacificorum, offerat ſimul & ſacrificium, id eſt, qui- K cunque obtulerit aliquod animal in hoſtias pacificas non offerat illud ſolum, ſed offerat cum eo ſacrificium libamentorum, id eſt, offerat panes, qui vocantur hic ſacrificium, aut libamentum. Et dicitur, offerat libamenta eius, id eſt, libamenta, quæ ſunt debita huic victimæ, quaſi dicat, quòd aliqua libamenta ſunt ſpecialiter debita iſti pacificæ victimæ, & ſunt diuerſitates panum factorum de ſimila, de quibus ſupra dicitur in littera. *Tenebit manibus adipem, & pectuſculum.* Hoc refertur ad ipſum offerentem, qui deberet ſuper manus ſuas ponere adipem hoſtię pacificorum, & pectuſculum eius, & eleuare coram Domino. Et patet: quia iſta ſententia eſt ſuſpenſiua ex ſuperioribus, & refertur tota ad laicum offerentem:

Sed dicet aliquis hoc non poſſe ſtare, quoniam ad laicum ſolum pertinebat tribuere ipſum animal immolandum, & libamẽtum cum eo, eleuare autem carnes coram Domino, & adipes cæremonia quædam Sacerdotalis videtur, ſicut in aliis ſacrificiis patet. Ad ea verò, quæ Sacerdotalis officij, aut dignitatis erant laici nullatenus ſe ingerebant, quoniam morerentur.

Sed dicendum eſt, ꝙ hoc adhuc de laico intelligitur, nam littera ſequens hoc declarat, ſcilicet: Cumque ambo oblata Domino conſecrauerit, tradet Sacerdoti, qui adolebit adipem ſuper altare. Ex quo neceſſario apparet, ꝙ antequam laicus tribueret Sacerdoti iſta, debebat ea coram Domino eleuare, quod erat offerre, & conſecrare. Et cum obiicis iſta eſſe Sacerdotalis miniſterij: Reſpondendum eſt, quòd in aliis ſacrificiis, quæ ſunt ſtrictioris obſeruationis, iſtæ cæremoniæ ad ſolum Sacerdotem pertinebant, victima autem pacifica laxioris eſt obſeruationis, ideo non videtur irrationabile, vt id quod in aliis ſacrificiis ad ſolum Sacerdotem pertinebat, in hoc ſacrificio ad laicos etiam extendatur, quod magis demonſtratur; nam in aliis ſacrificiis laicorum nemini de carnibus ſanctificatis quidquam deguſtare licebat, quòd ſi deguſtaſſet, mortem merebatur: in hoſtia tamen pacifica magna pars carnium conſecratarum iuri laicorum offerentium cedebat. Non eſt igitur abſonum aliquid quoq; de cæremoniis, quæ aliàs ad ſolos Sacerdotes pertinebant, ad laicos hic extendi. Modus autem, per quem iſta fiebant iſte eſt: nam primò ipſe offerens laicus præſentabat animal ſacerdotibus intra ſanctuarium cum libamentis ſuis, ſacerdotes autem ex more perſcrutantes, an illud animal ad immolandum aptum eſſet ſuſcipiebant de manibus eorum, & coram altari immolabant, ipſi quoque pellem H detrahebant, & vniuerſos adipes de viſceribus colligebãt, atque carnes in fruſta, ſicut iuſſum erat, ſecabant, & accipiebant pectuſculum animalis occiſi, & adipes eius ponebant ſuper manus laici offerentis, & ipſe eleuabat coram Domino iſtas partes, quæ eleuatio dicitur conſecratio. Poſt hæc autem tradebat Sacerdoti pectuſculum, & adipes, quos manibus ſuis ſuſceperat, qui adolebat illos ſuper altare, totus autem iſte modus ſatis ex littera colligitur, quamquam ipſa breuiter ponat. *Tenebit manibus adipem hoſtiæ, & pectuſculum.* id eſt, ipſe Sacerdos dabit laico iſtas partes, ſcilicet adipem, & pectuſculum, & ipſe tenebit eas ſuper manum ſuam. *Cumq; ambo oblata Domino conſecrauerit.* Refertur ad ipſum laicum, qui eleuans coram Domino iſta, dicebatur ea cõſecrare, & offerre; offerebat autem ex eo, ꝙ præſentabat ad hoc, quòd Domino cremaretur. Dicebatur autem conſecrare, eo quòd per illam eleuationem pertinebant illæ partes eleuatæ ad Dominum ſpecialiter, quod ſignificat conſecratio. *Tradet Sacerdoti.* i. I poſtquam laicus eleuauerat coram Domino iſtas particulas, tradebat eas Sacerdoti, ſcilicet illi Sacerdoti, qui faciebat cæremonias huius pacificæ hoſtiæ: nam, vt dictum eſt ſupra, 6. cap. miniſtratio ſacrificiorum erat diſtributa per ipſos Sacerdotes, vt vnus vna die miniſtraret, & alius alia, vt ſic partes æquales cederent eis de iuribus ſacrificiorum, & tradebat laicus ſacerdoti illas partes, quoniam poſtquam coram Domino eleuaſſet eas, non manebant vllæ cæremoniæ, quę per ipſum expleri deberent, ſed omnia Sacerdotalis officij iam erant. *Qui adolebit adipes ſuper altare.* Iſta erat miniſtratio propriè Sacerdotalis, quoniam accedere ad altare nulli præterquam ipſis Sacerdotibus licebat, & ibi offerebatur adeps, quoniam de omnibus ſacrificiis adeps pertinebat ad Dominum, vt patet ſupra, 3. capite, ſcilicet, omnis adeps Domini erit iure perpetuo. *Pectuſculum autem erit Aaron, & filiorum eius.*

An pectuſculum, & armus hoſtiarum pacificorum, pertineret ſimul ad Sacerdotem immolantem. Quaſt. VII.

ALIQVI in iſta littera errauerunt, quia hic dicitur, ꝙ pectuſculum de hoſtia pacificorum pertineret ad Aaron, & filios eius, & poſtea ſubiungitur de armo dextro hoſtiæ pacificorum, quòd pertineat ad ipſum Sacerdotem miniſtrantem, vnde exiſtimauerunt pectuſculum diuidi inter Sacerdotem magnũ, & minores: armum autem ſpecialiter pertinuiſſe ad Sacerdotẽ illum, qui miniſtrabat. Sed hoc falſum eſt: quoniã quidquid de hoſtiis pacificorum iuri ſacerdotum cederet ei totaliter, qui miniſtraſſet

niſtraſſet in ſacrificio illo cedebat, & non fiebat aliqua diuiſio inter eum, & alios, ſicut ſupra eſt dictum in fine præcedentis cap. quoniam iſta non fuiſſet conueniens diuiſio. Sed inter Sacerdotes diuidebãtur dies ad miniſtrandum, & ipſa ſacrificia, & quicunque Sacerdos in aliquo ſacrificio miniſtraſſet, omnia iura illius conſequebatur. Sed pectuſculum, & armus dexter de hoſtia pacificorum cedebant iuri Sacerdotum, ſicut hic patet. Neceſſarium igitur eſt, vt vtrumque ad miniſtrantem Sacerdotem pertineat. Et quando dicitur hic, ꝙ pectuſculum erit Aaron, & filiorum eius, non eſt ſenſus, ꝙ deberet quodlibet pectuſculum hoſtiæ pacificæ diuidi inter Aaron, & filios eius: ſed illud ꝙ pertinebat ad illos ex conuentione, quoniam ad vnum pertinebat vna die, quando miniſtraſſet, & ad alterũ altera die miniſtrationis ſuæ. De armo quoque dextro idem dici poteſt, ſ. ꝙ erit Aaron, & filiorum eius, i. quòd pertinebat ad eos, non ad omnes ſimul, ſed ad illum, qui de eis miniſtrauerit, ideo non eſt differentia aliqua in ſententia, quamquam verba litteræ videantur hic veriè prolata: nam ſicut dixit, quod armus dexter de hoſtia pacificorum erat Sacerdotis qui expleuiſſet iſtud ſacrificium, ita potuiſſet dicere, quòd pectuſculum eſſet illius Sacerdotis, qui miniſtraſſet in illo ſacrificio.

Sed quæres, quare dicatur hic pectuſculum erit Aaron, & filiorum eius. Et dicendum, ꝙ refertur ad ſuperiora: nam dictum fuerat, ꝙ laicus teneret manu ſua pectuſculum, & adipem eleuando coram Domino ſecundum modum, quem ponit Rab. Salom. ſ. Sacerdos poneret manus ſuas ſub manibus laici offerentis, & impoſitis adipibus, & pectuſculo, eleuaret Sacerdos manus laici ad quatuor partes mundi eleuando, & deprimẽdo, vt ſignaret Deum eſſe omnium quatuor mundi plagarum Dominum. Cum ergo hæc duo eleuarẽtur coram Domino, & per hoc conſecrata eſſent, vt in littera dicitur, & adeps eleuatus cremaretur, crederet etiam aliquis pectuſculum quoque cremãdum, quia vtrunque coram Domino eleuabatur, ideo ad hanc ambiguitatem tollendam ſubditur in littera: Pectuſculum aũt erit Aaron, & filiorum eius, i. quamuis pectuſculum eleuetur coram Domino, ſicut adipes, tamen non cremabitur, ſed erit Aaron, & filiorum eius, i. cedet eis in iura. Intelligẽdo autem non, ꝙ eſſet Aaron, & filiorum eius, quoniam hoc non conuenit, ſicut ſupra probatum eſt, ſed pertinebat ad illum Sacerdotem, qui offerebat, & miniſtrabat coram Domino. Dicitur tamen Aaron, & filiorum eius, quia cuilibet eorum cedere poterat, licet non omnibus cederet ſimul, ſed ſucceſſiuè, ſ. vni vna die, & alij altera. *Armus quoque dexter de pacificorum hoſtijs.* Hic etiam probatur, quod ſupra dicebamus, ſ. quòd tam pectuſculũ, quàm armus pertineret ad Sacerdotem, cum dicitur: Armus quoque, q. d. armus etiam pertinebit ad ſacerdotem. Sed non poteſt dici iſta dictio, quæ additionem ſignat, niſi ſuperiora ad hoc pertinere intelligantur: oportet igitur, quòd ſicut armus ad Sacerdotem miniſtrãtem pertinet, ita & pectuſculum pertineat, & ſi aliquid alterum eſſet, quod iuri cederet Sacerdotum, illud itidem Sacerdoti miniſtranti dandum erat. Dicitur armus dexter, ſpatula dextra animalis: iſtæ enim duæ partes, ſ. pectuſculum, & armus dexter, pertinebãt ad ius Sacerdotum in hoſtiis pacificis, cum ſubditur: Cedet in primitias Sacerdotis, id eſt, etiam armus dexter, ſicut & pectuſculum pertinebit ad ius Sacerdotis miniſtrantis. Dicitur autem non ſolum ei in ius cedere, ſed etiam in primitias, quoniam primitiæ illud dicitur, quod de aliqua re primo ſumitur, ſed de hoſtia pacifica cuius maior pars ad laicos offerentes pertinebat, iſta duo dabantur ſacerdoti, antequam aliquid inde laici ſumerent pro ſeipſis.

Quare de iſta hoſtia pacifica duæ partes, ſcilicet armus, & pectuſculum, ad Aaron, & eius filios pertinebant potius quam aliæ partes. Quæſt. VIII.

QVÆRET aliquis, quare de iſta hoſtia pacifica pertinebant hæ duæ partes ad Aaron, & ad filios eius. Cui reſpondendum eſt, hoc ex duplici cauſa factum fuiſſe. Primò, quia Deus aliqua ſacrificia ſibi ſpe-

A cialiſſimè elegerat, alia autem non ita ſpecialiter, quod autem erat ſpecialiter electum, holocauſtum dicitur: & in hoc omnia ad Deum pertinebant nulla eius parte, aut Sacerdotibus, aut laicis proueniente. Alia erant ſacrificia, quæ non ita ſpecialiter elegerat, ſcilicet ſacrificium pro peccato, & ſacrificium pacificarum hoſtiarum: ideo in his duobus non debuit Deus accipere ſibi omnes partes, ſed aliquid aliis relinquere. Alioquin omnia hæc ſpecialiter electa viderentur: ideo in ſacrificio pro peccato Sacerdotibus ius dedit: in ſacrificio autem pacificarum hoſtiarum quaſdam particulas Sacerdotibus, alias autem laicis contulit. Vnde hæ duæ particulæ, ſcilicet armus dexter, & pectuſculum, in Sacerdotis iura peruenerunt. Et ſi quærat aliquis, quare Deus elegerit ſibi ſpecialiter holocauſtum, alia autem ſacrificia non æquè ſpecialiter.

Quare Deus ſibi ſpecialiter holocauſtum elegerit.

B Reſpondendum eſt, hoc rationabiliter factum fuiſſe, qm̃ illa ſacrificia Deus ſpecialiter acceptare debuit, quæ propter ipſum ſpecialiter fiebant: ſed inter ſacrificia ipſum holocauſtum in Deum ſpecialiter dirigitur; magis ergo illud acceptare debuit. Quòd apparet; quoniam quamquam in omni ſacrificio iſta duo vniuerſaliter reperiantur, ſcilicet laus Dei, & expiatio pro peccato, vt patuit ſupra 1. cap. tamen in quibuſdam laus Dei eſt principalior, & expiatio eſt cauſa ſecundaria: in aliis vero expiatio peccatorum, aut aliqua alia cauſa eſt ſpecialiter mouens, laus verò Dei ſolum vniuerſaliter mouet: propter quod neceſſarium eſt, vt illa ſacrificia magis in Deum directa ſint acceptabiliora eidem, quæ primò in laudem eius tendunt, ſecundariò autem ad alias cauſas. Sic etiam eſt de holocauſto, quòd ipſum eſt principaliter ad Diuinã lau-
C dem, ſecundariò autem, ad quandam expiationem proficit; vt declaratum fuit ſupra 1. cap. Hoſtia autem, quæ pro peccato dicitur, habet pro cauſa ſpeciali, & principaliter mouente ipſam expiationem peccati, quare & ab ea pro peccato dicitur. Pro cauſa autem vniuerſali habet ipſam Diuinam laudem in eo, quòd eſt quidam cæremonialis actus in diuinam proficiens laudem aliqualiter: hoſtia autem pacifica pro cauſa ſpeciali, & principaliter motiua habet ipſam gratiarum actionem pro ſuſceptis beneficiis, aut deſiderium pacificandi Deum ſibi, ad aliquid impetrandum; vt in principio huius cap. dictum eſt, & ſupra 3. cap. Cauſa autem vniuerſalis huius ſacrificij eſt quoddam diuinum obſequium: ſicut omnes alij cæremoniales actus in lege mandati ad diuinum cultum proficiunt. Inducitur ergo ex ſuperioribus holocauſtum directius eſſe
D in Deum, quàm omnia alia ſacrificia, & ob hoc neceſſarium eſt, vt ipſum ſit magis acceptabile Deo. Ex quo infertur quod dicebamus, ſcilicet, quòd Deus rationabiliter debuit tollere pro ſe omnes partes ſacrificij holocauſti, & non debuit accipere omnes partes ſacrificij pro peccato, nec hoſtiæ pacificorum, vnde illæ, quæ reſtarent, neceſſarium erat, vt aut in ius Sacerdotum, aut laicorum cederent: inter quas de ſacrificio pacifico iſtæ duæ particulæ, ſcilicet pectuſculum, & armus dexter Sacerdotibus cedebant.

Holocauſtum directius eſt in Deum alijs ſacrificijs.

Secunda cauſa quare iſta in ius Sacerdotum cederent eſt: quoniam Sacerdotes cultui Diuino vacabant, alia officia, & partes poſſeſſionem non habentes inter filios Iſrael, ideo decebat, vt Deus cui totaliter ex iuſſu ſuo vacabant, eos faceret in neceſſariis ad vitam humanã abun-
E dare. Sic habetur Numer. 18. cap. & Deuter. 18. vbi Deus dixit ſe iſta iura dediſſe Sacerdotibus pro miniſterio, quod coram eo exercent, cum non habeant aliquid aliud inter filios Iſrael, & quoniam Sacerdotes indigebant carnibus ad quotidianum eſum, dedit eis in ius has duas particulas de hoſtia pacificarum.

Quare Deus has duas particulas ſpecialius Sacerdotibus contulerit. Quæſt. IX.

SED quæret nunc aliquis, quare Deus iſtas duas particulas ſpecialius Sacerdotibus contulerit, & non crura animalium, vel alias partes.

Reſpondendum eſt ad hoc, non eſſe aliquam ſpecialem rationem: ideo nec poſſe eſſe, ſed ſolam Legiſlatoris volun-

voluntatem: nã in quibuſdam determinatiſſimam rõnem reddi non ſolum non contingit, ſed etiam non eſt poſſibile:nã ſi in omnibus ratio redderetur,aut ſaltem reddi poſſet,nihil voluntati Legiſlatoris concederetur: ſed oportet,vt interdum ea,quæ à Legiſlatore volita ſunt,legis obtineant firmitatem; ſic habetur ff.de conſtit.princ.l.1.Vnde ſi fortè aliquis vellet hic dare ſpecialem rationẽ, quare iſtæ duæ particulæ Sacerdotum iuri ceſſerunt, cum Deus potuiſſet mãdare eis tribui crura,aut lumbos, aut armum ſiniſtrum hoſtiæ pacificorum,oporteret, vt de his quoque rationem redderet; & ſic ratio in eadem re eſſet ad oppoſita,ſcilicet, quòd redderetur ratio quare iſtæ partes Sacerdotibus cederent, & rurſus redderetur ratio, quare non iſtæ, ſed aliæ illis cedere deberent, quod impoſſibile eſt. Quia ſi forte dicas, debere dari rationẽ, quare Deus iſtas partes ſpecialiter conceſſerit Sacerdotibus,& non alias,& ſi iuſſiſſet,alias partes dari, quòd nõ oportebat dari rationem, ſequeretur, quòd has ſolas rationabiliter Deus dare potuiſſet,& nullas alias. Sed hoc falſum eſt: quoniam ſicut has,ita & ceteras dari iuſſiſſe potuiſſet. In legibus autem humanis identidem ſe habet: quoniam quædã ſunt, in quibus nec ratio redditur,nec vllatenus reddi poteſt,ſicut cum aſſignantur 10.anni ad præſcribendum inter præſentes, & 20. inter abſentes: ita potuiſſent poni 9. vel 11. ad præſcribendum inter præſentes: nec eſt potior ratio, quare 10. ponantur quam 9. Idem de vicenaria præſcriptione inter abſentes: quoniam ita potuiſſet poni præſcriptio 25.annorum,aut pauciorum. Sic etiam de vſucapionibus,& de ceteris eſt. Non eſt igitur conandum alicui in talibus reddere rationem. *Qui obtulerit ſanguinem,& adipem filiorum Aaron,ipſe habebit armum dextrum*. Iſta duo de ſacrificiis pacificis ſolum Deo offerebãtur, ſcilicet,ſanguis,& adeps,cetera vero Sacerdotibus, & laicis cedebãt: niſi cum quis obtuliſſet pacificam hoſtiam de ouibus, qm̃ tũc renes quoque offerendi erant;vt patet ſupra 3.Qui igitur de Sacerdotibus offerebat ſanguinem, & adipem, faciebat omnes cæremonias huius ſacrificij, & ad eum pertinebat iſtud ius armi, & pectuſculi. *Ipſe habebit armum dextrum in portione ſua*. id eſt, quòd ad iſtum Sacerdotem ſolum qui miniſtrabat pertinebat iſte armus, & non diuidebatur inter omnes Sacerdotes. De pectuſculo autem, idem probatum eſt ſupra. *Pectuſculum enim eleuationis, & armum ſeparationis,tuli à filijs Iſrael*. Hic dicit Deus, quòd iſtas duas partes tulit à filiis Iſrael de ſacrificiis ſuis pacificis, & dedit Aaron, & filiis eius: dicitur autem tollere, quoniam tota oblatio pacifica præter adipes, & ſanguinẽ ad ipſos laicos offerentes pertinebat. & quoniam Deus ſeparauit has particulas in ius Sacerdotũ, dicebatur eas tollere ab Iſraelitis. *Pectuſculum eleuationis*. Vocatur pectuſculum iſtud eleuationis, quoniam eleuabatur coram Domino cum adipe: nam poſtquã hoſtia pacifica cęderetur, & detracta pelle adipes tollerentur,ſumebatur pectuſculum cũ adipibus, & ponebatur ſuper manus laici offerentis, quas Sacerdos mouebat ad omnes ſex partes poſitionis,ſcilicet,ante & retro,dextrorſum & ſiniſtrorſum, ſurſũ & deorſum. Hæc enim ſunt ſex partes poſitionis,& quicquid rerum eſt,in his ſex partibus eſt; & ob hoc fiebat eleuatio, vt videretur factum ſacrificium in reuerentiam illius,qui omnibus dominabatur. Armus autem dexter nõ eleuabatur corã Domino: ideo non vocabatur armus eleuationis, ſicut pectuſculum eleuationis. *Et armum ſeparationis*. Dicitur armus ſeparationis, quia ſeparabatur à Deo à reliquis partibus hoſtiæ pacificæ, vt cederet in ius Sacerdotum. *A filijs Iſrael de hoſtijs eorum pacificis*. id eſt, iſtæ duæ partes ablatæ ſunt à filiis Iſrael, quoniam ad eorum iura pertinere videbãtur, cum tota hoſtia pacifica eis cederet,pręter adipes,& ſanguinem:vocat hic filios Iſrael non vniuerſaliter omnes, qui deſcenderunt de genere Iacob,qui alio nomine appellatur Iſrael, vt habetur Geneſ. 22. & 25.cap. ſed ſoli illi,qui erant de genere eius, & non erant Sacerdotes: quoniam diſtinguuntur hic filij Iſrael, & Aaron,& filij eius,qui erant de tribu Leuitica, cum dicatur: Tuli à filiis Iſrael,& dedi Aaron, & filiis eius. *De hoſtijs eorum pacificis*. Dicuntur hoſtiæ pacificæ filiorum Iſrael,quoniam ipſi offerebant eas. Vel dicuntur eorum, quia ad eos pertinebant,ſcilicet, quòd deberent cedere in

Quid ſit eleuationis pectuſculum.

Armus ſeparationis.

F ius eorum, niſi Deus ab eis auferens Sacerdotibus contuliſſet. *Et dedi Aaron,& filijs eius*. id eſt,quòd iſtæ duæ partes cedebãt iuri Sacerdotum, qui ſunt Aaron,& filij eius, ſcilicet,Sacerdos magnus,& Sacerdotes minores. Ex hoc etiã clarè probatur,quod ſupra dicebamus, ſcilicet, quòd non ſolum pertineret armus dexter ad Sacerdotem offerẽtem,& miniſtrantem hoſtiam pacificam, ſed etiam pectuſculum: quoniam quamuis ſupra diceretur de pectuſculo,quòd erat traditum Aaron,& filiis eius, & de armo dextro,quòd cederet in primitias Sacerdotis miniſtrantis, non tamen poteſt intelligi,quòd iſtæ duę particulę hoſtię pacificæ ad diuerſos referantur,& pertineant:cum hic eodem modo dicatur de ambobus, quòd Deus dedit pectuſculum,& armũ dextrum Aaron, & filiis eius: ergo oportet,vel,quòd ambæ particulæ diuidantur inter omnes Sa-
G cerdotes, vel quòd ambæ ad ſolũ Sacerdotem miniſtrantem pertineant, quod patet: quoniam de vtroque eadem ſententia datur; ſed armus dexter non poteſt pertinere ad omnes Sacerdotes, ſed ſolum ad eum, qui offert iſtud ſacrificium: cum dicatur ſupra,quòd armus dexter cedet in portionem Sacerdotis offerentis ſanguinem, & adipem: ergo tam pectuſculum, quàm armus dexter ad Sacerdotem offerentem ſolum pertinebant. *Lege perpetua*. id eſt, quòd iſtud ius recipiendi partes ſacrificiorum pertineret ſemper ad Sacerdotes in hoſtiis pacificis, nec aliquis debeat vllatenus illud obſeruandum infringere. Vnde ſi aliquis aſſumeret ſibi interdum de hoſtiis pacificis armũ dextrum,aut pectuſculum, aut partes aliquas iſtorum, ſi illud ex ſuperbia ſciens ageret, moriebatur, nec poterat aliqua expiatione purgari;ſic habetur Numeri 15.cap. Si
H autem ex ignorãtia aliquis comediſſet de his duabus partibus, quæ Sacerdotibus cedebant, reddebat tantundem Sacerdoti, & inſuper partem quintam, vt patet ſupra 5. & infra 22.cap. cum dicitur: Qui comederit de ſanctificatis per ignorãtiam,addet quintam partem de eo, quod comederit. Offerebat etiam inſuper pro peccato ſuo arietem, vt patet ſupra 5.cap. Dicitur hoc durare lege perpetua: non quidem, vt ad ſemper duret: ſed quòd tamdiu hoc durauit, quamdiu ſacrificia permanſerunt, ſcilicet vſquequo Iudæi de Ieroſolimis per Romanos bello capti, expulſi ſunt: tunc enim omnes cæremoniæ ſacrificiorum ceſſauerunt,cum ſolum liceret eas celebrari in loco,quem elegiſſet Dominus ad ponendum ibi nomen ſuũ: ita vt eſſet ibi Tabernaculum, & Sacerdotum congregatio. De hoc Deuteronom. 12. *Ab omni populo Iſrael*. id
I eſt, hoc ſuſcipere debent Aaron, & filij eius ab omni populo Iſrael, de ſacrificiis pacificis, ita,quòd quotieſcunque aliquis Iſraelitarum offerret hoſtiam pacificam, cedebant Aaron, & filiis eius iſtæ duæ particulæ. De his autem particulis, quare ſpecialiter à Deo darentur, magis quam aliæ particulæ, dictum eſt ſupra, quòd non poterat reddi ratio. Nicolaus tamen dicit,ideo armum dextrum conſueuiſſe tolli ab Iſraelitis,& dari filiis Aaron, ne præberetur popularibus occaſio faciendi quaſdam cæremonias idololatrarum: nam dicit idololatras obſeruare aliquas cæremonias in ſpatulis animalium: quod ſi permiſſum fuiſſet vulgaribus, ipſi fortè obſeruaſſent illa maleficia. Idem dicit de pectuſculo, quòd in oſſibus pectuſculi fiebant quædam incantationes, quæ vt totaliter tollerentur à popularibus, iuſſit Deus cedere duas has par-
K ticulas in ius Sacerdotum. Sed hoc non exiſtit,nec habet apparentiam: quoniam eodem modo debuiſſet interdici, ne aliquis de popularibus acciperet ſibi armum dextrum, nec pectuſculum alicuius animalis: cum eodem modo in quolibet animali ſiue conſecrato Deo, ſiue non, poſſet fieri iſta maleficorum obſeruatio. Sed hoc falſum eſt: quoniam licebat popularibus comedere pectuſculum, & armum de omnibus animalibus mundis, quando non immolabantur Domino, etiam ſi eſſent animalia immolaticia, vt patet Deuteron. 12. Si autem dicas, quòd iſtæ obſeruationes maleficorum ſolum fiebant in animalibus oblatis Deo, ideo ſolum debuerunt prohiberi popularibus pectuſculum, & armus animalium immolatorum conſecratorum. Dicendum etiam, hoc non poſſe ſtare; nam dato, quod non acciperent vulgares pectuſculum, & armum in partem ſuam, tamen poterãt habere

Opin. Nicol. quare armus dexter,et pectuſculũ dabantur Sacerdotibus.

oſſa

oſſa iſtarum duarum partium poſtquam Sacerdotes comediſſent illas:& in eis fieri potuiſſet maleficium. Item, ſi popularibus magna maleficiorum eſſet cupiditas, poſſent ipſi offerre, & immolare dæmonibus hoſtias: ſicut idololatrę faciebant, & in ſpatulis, & pectuſculis eorum facere potuiſſent iſta maleficia:non eſt igitur aliqua talis cauſa reddenda. Sed dicendum eſt,ſicut ſupra determinatum fuit. *Hæc eſt vnctio Aaron, & filiorum eius.* Hic ponitur omnium ſupradictorum epilogus. Iſta littera vſque ad principium 8.cap. variè intelligitur à quibuſdam:quidam namque faciunt eam eſſet epilogum iſtorum omnium ſupra poſitorum à principio huius libri vſque huc. Alij autem dicunt, eam eſſe quandam breuem præfationem, aut prologum ad ea, quæ in ſequenti cap. dicenda ſunt:& iſti ſecundi ſic probant: quoniam ſequenti c. agitur de conſecratione Aaron, & filiorum eius in ſpeciali, B ponendo ſingula,quæ facta ſunt: hic autem ponitur tanquam eius titulus in vniuerſali loquendo,ſcilicet, hæc eſt vnctio Aaron,& filiorum eius. Sed hoc non poteſt ſtare: quoniam hic dicitur,quòd agitur de his,quæ dari debent Sacerdotibus à filiis Iſrael,& tamen iſta non habentur in ſequenti cap. cum ſolum agatur ibi de conſecratione ſacerdotum, ad quam ipſi populares nihil intendebant. Etiam quia dicitur hic fieri de ſacrificio pro delicto, & pro peccato, & de cæremoniis holocauſtorum, & pacificarum hoſtiarum:ſed de his non agitur ſequenti cap. Dicendum eſt igitur, quòd iſte eſt epilogus præcedentium, & eſt ſenſus, quòd in iſto Leuitico intendebat Deus agere de cæremoniis Iſraelitarum ad ipſum, inter quas principalis cæremonia erat in oblationibus, & ſacrificiis, de quibus à principio libri vſque nunc tractauit,conſummato C autem hic tractatu iſto,volens Legiſlator ſe ad alia cōuertere,epilogat ea,quæ ſupra dicta ſunt: non tamen epilogat eo ordine,quo ſupra enarrabantur: nam primo dicit de vnctione Aaron, & filiorū eius:Primò tamen enarratum eſt de cęremoniis holocauſtorum:ſed hoc nō multum refert. *Hæc eſt vnctio Aaron, & filiorum eius in cæremonijs Domini*, id eſt, iſtæ ſunt cæremoniæ,quæ obſeruatæ ſunt ad Deum in conſecratione Aaron,quando conſecraretur: pauca tamen ibi narrata ſunt, ſed latius Exodi 29. & ſequenti cap. *Hæc eſt vnctio Aaron, & filiorum eius.* ſcilicet ſummi ſacerdotis, & minorum, quia non ſolum per illum ritum conſecratus fuit Aaron cum filiis ſuis, ſed ēt omnes alij ſacerdotes futuri conſecrari debebant: ſic iubetur Exodi 29. *In cæremonijs Domini.* Cæremoniæ quæ obſeruabantur in cōſecratione ſacerdotum, dicuntur cæ- D remoniæ Domini,quia obſeruabātur propter mandatum Domini, vel in cultum eius, & ſic omnes cæremoniæ legales vocantur cæremoniæ Domini,quia iſtas duas habitudines ad Deum habent. *Die quo obtulit eos Moyſes, vt ſacerdotio fungerentur*, id eſt, iſtæ cæremoniæ, quæ ſupra poſitæ fuerunt in vnctione Aaron,& filiorum eius,in die, in quo obtulit eos Moyſes coram Domino, vt efficerentur ſacerdotes. Dicitur autem Moyſes obtuliſſe Aaron,& filios eius, quia ipſi non acceſſerunt ad oſtium Sanctuarij petētes ſe ordinari in Sacerdotes,quoniam tunc viderentur ambitioſi eſſe honoris, & cupidi redditum, propter quod abiiciendi erant,cum ſe ingererent,& ſic in die illa conſecrationis accepit Moyſes Aaron,& filios eius,& duxit eos ad oſtium Tabernaculi præſentans eos Domino, vt ſic viderentur ipſi nō ſe ingeſſiſſe,ſed alterius iuſſu fuiſ- E ſe ductos;ſic dicitur Exodi 29. cap.& Aaron ac filios eius applicabis ad oſtium Tabernaculi: & hoc offerre erat. *Vt ſacerdotio fungerentur.* Ideo obtulit Moyſes Aaron,& filios eius, vt ſic conſecrarentur in Sacerdotes, & poſſent fungi miniſterio Sacerdotali. Nam priuſquam Aaron, & filij eius conſecrati eſſent,non erat eis ius fungendi officio Sacerdotali:ſicut nemo poteſt conſecrari ante quam in presbyterum ordinatus ſit. *Et quæ præcepit eis dari à filijs Iſrael*, id eſt, iſta ſunt, quæ iuſſit Deus,vt reciperent ſacerdotes ab Iſraelitis, continentur autem hæc ſub præcedenti c.& in hoc:nam præcedenti c.dicitur,quātum de holocauſto Iſraelitarum ſacerdotibus cederet,ſcilicet,ſola pellis, & quid de ſacrificio pro peccato atque pro delicto iiſdem cedebat, ſcilicet omnia, quæ erant in ipſo animali præter adipes,& ſanguinem, & caudam. Docuit ēt

Doct. opinio.

A quid de ſimila oblata,& panibus in ſartagine,& craticula,ac laganis habituri eſſent de oblationibus Iſraelitarū. De hoc 2.& 6.cap. Docuit etiam,qualiter de pacifico ſacrificio armum dextrum,& pectuſculum habituri erāt, & quid de libamentis eius.De hoc in iſto cap. *Religione perpetua*, id eſt,obſeruatione perpetua. Religio propriè dicitur aliqua cæremonialis obſeruatio in ſolum Deum tendēs, cum autem ad proximos aliquas cæremonias obſeruamus religionis actus nō ſunt: & ob hoc iſtæ leges ſacrificiorum religio dicuntur, cum ad Dei cultum cæremonialiter extendantur;Sic etiam,& fides Chriſtiana cū obſeruationibus ſuis religio dicitur, quia ipſa ſecundum ſe ad Deum eſt, & ob hoc quidam modi ſpeciales viuendi quorūdam Chriſtianorum, qui ſtrictiorem ceteris vitam elegerunt, religiones appellantur, ſicut in Monachis, & B Fratribus eſt. Dicitur hic, religione perpetua, quia iſta obſeruantia de iuribus ſacerdotalibus exhibēdis, ad ſemper erat. *In generationibus veſtris.* Idem ſignat quod ſuperior clauſula,ſcilicet, quòd obſeruarentur iſta iura Sacerdotum in omnibus generationibus Hebræorum, ſcilicet vt illæ durarent, quod intelligendum eſt non quamdiu Hebræi durarent viuentes,ſed quamdiu durarent ſacrificia offerentes: nunc quippe viuunt, ſed nec ſacrificia offerunt,ideo ſacerdotibus nulla iura cedunt,ſed quamdiu ſacrificia durauerunt,eis iura ſua illæſa ſeruata ſunt. *Iſta eſt lex holocauſti*, id eſt, iſta lex, quæ ſupra poſita fuit, eſt quæ debet obſeruari in omnibus holocauſtis; fuit autem poſita hæc lex ſupra 1.cap. *Et ſacrificij pro peccato*, id eſt, iſta eſt lex ſacrificij pro peccato, quæ debet obſeruari in omnibus ſacrificiis pro peccato,de qua dictum fuit ſupra C 3.& 5.cap. in quarto de illis peccatis, quæ ſunt per ignorantiam:in quinto de illis,quæ ſunt per negligentiam,aut aliquam malitiam. *Atque delicto*, id eſt,iſta eſt lex ſacrificij pro delicto: alia enim ſūt delicta,& alia peccata,ſicut declaratum fuit ſupra 5.capite, & alia ſacrificia offeruntur pro delicto, & alia pro peccato, ſicut aliæ cæremoniæ fiunt in his quantum ad aliquid, quàm in illis, quæ pro peccato. De his habetur ſupra,6.c. *Et pro conſecratione*, id eſt,iſta eſt lex quantum ad ea,quæ dabantur in conſecratione Aaron,& filiorum eius,& aliorum ſacerdotum maiorum,atquē minorum. De his habetur præcedenti cap. *Et pacificorum victimis*, id eſt, iſta lex de victimis pacificis, ſcilicet, qualiter fieri debeant, & quid ſacerdotibus inde cedat.De hoc habetur ſupra,3.cap.quantum ad cæremonias ſacrificij,& partem,quæ Deo debebatur habetur ſu- D pra,3.cap.quantum ad partes, quæ ſacerdotibus cedebāt habetur in iſto cap. *Quam conſtituit Dominus Moyſi.* Ad legem refertur,quam dederat Dominus Moyſi:nam ſicut aliæ leges cæremoniales, & iudiciales datæ fuerunt à Deo per Moyſen, ita, & leges iſtæ de ſacrificiis datæ ſunt populo, & ſacerdotibus à Deo per Moyſen: quoniam, vt dictum fuit in principio primi cap. iſta dicebantur primo Moyſi à Deo in Tabernaculo teſtimonij, deinde ipſe referebat ea ad totum populum,vel ad ſacerdotes ſolos, ſecundum quòd Dominus in qualibet lege iuſſiſſet: nam in quibuſdam dicitur, quòd loqueretur Moyſes ad filios Iſrael, in alijs autem, quod loqueretur ad Aaron, & filios eius. *In monte Sinai.* Omnes leges, quæ in toto iſto libro datæ ſunt, fuerunt ordinatæ in monte Sinai, quia ibi fixa erant caſtra filiorum Iſrael; quoniam Deus E iſta inſtituit, vt habetur infra, 26. & 27. cap. *Quando mandauit filijs Iſrael, vt offerrent oblationes ſuas Domino in deſerto Sinai*, id eſt, iſtæ leges datæ ſunt in monte Sinai, quando primo Deus mandauit Iſraelitis, vt offerrent ſibi aliqua ſacrificia. Et hoc in monte Sinai. Nam ante illam manſionem Deus nihil mandauerat Iſraelitis ſibi ſacrificare,quod fuit in ipſa conſecratione Aaron,& filiorū eius: nam ante hoc non iuſſerat ipſe alia, quanquam iſta facta fuerant,ſ.holocauſta,& pacificæ hoſtiæ in cōfirmatione legis, vt habetur Exod.24. nam de ſacrificiis quæ facta ſunt in conſecratione Aaron, & filiorum eius, habetur mandatum Exod.29. de ſacrificiis tamen quæ facta ſunt in confirmatione legis, non eſt aliquis locus in Sacra Scriptura,vbi Deus illa fieri mādauerit. Etiā mandauit Deus in monte Sinai modos ſacrificādi Iſraelitarum: nā omnes leges,quæ habētur de ſacrificiis,ibi tra-

Religio quid ſit.

Cur religioſorum ordines Religiones appellentur, & monachi religioſi.

Lex ſacrificij pro peccato, ac pro delicto.

In monte Sinai datæ fuerūt iſtæ leges.

ditæ

Quare vocetur deſertũ Sinai.

ditæ ſunt. *In deſerto Sinai*. Aliquando vocat Sinai deſertum,& aliquando montem,& vtrumque eſt;nam vocatur mons: quia locus altus eſt, vocatur autem deſertum, quia nulla hominum ibi habitatio erat, ſed magnæ Arabicæ ſolitudines: nam & Exod.3.cap. dictum eſt, quòd mons Sinai erat in partibus interioribus deſerti.

CAP. VIII.

Num.17. 21. diſt. cap.1.50. diſt. c. ſi poſt. 1.q.1.c.in ſcripturis, 26.diſt.c. ecce.

De conſecr. diſt.1. c.1.

LOCVTVSQVE *eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Tolle Aaron cum filijs ſuis, veſteſque eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato duos arietes, caniſtrum cum azymis, & congregabis omnem cœtum Iſrael ad oſtium Tabernaculi. Congregataq; omni turba ante fores Tabernaculi, ait: Iſte eſt ſermo, quem iuſſit Dominus fieri. Statimque obtulit Aaron, & filios eius. Fecit Moyſes, vt Dominus imperauerat. Cumq; lauiſſet eos, veſtiuit Pontificem ſubucula linea, accingens eum baltheo, & induens eum tunica hyacinthina, & deſuper humorale impoſuit, quod aſtringens cingulo, aptauit Rationali, in quo erat doctrina, & veritas. Cidari quoque texit caput: & ſuper eam, contra frontem, poſuit laminam auream conſecratam in ſanctificatione, ſicut præceperat ei Dominus. Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit Tabernaculum cum omni ſupellectili ſua. Cumq; ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, vnxit illud, & omnia vaſa eius, labrumq; cum baſi ſua ſanctificauit oleo. Quod fundens ſuper caput Aaron, vnxit eum, & conſecrauit.*

Tractatus de cõſecratione Sacerdotum.

LOCVTVSQVE. In iſto libro intendebat Legiſlator tradere modos cæremoniarum, quæ ad Deum ſunt, inter quæ principalis eſt ſacrificiorum oblatio: ideo illa expleta incipit hic alias cæremonias pertractare: & poſt ipſa ſacrificia agitur de perſonis offerentibus ſacrificia. Et hoc erat dupliciter, quoniam quidam offerebant ſacrificia ratione miniſterij: alij autem ratione religionis, & fidei. Primi ſunt Sacerdotes, quibus ex miniſterio Sacerdotali offerre competit; Secũdi autem populares, quibus ex religione, & ratione fidei offerre conuenit. Agitur autem de diſpoſitione omnium iſtorum ad offerendum. De diſpoſitione vulgarium habetur infra, 11.& vltra: de diſpoſitione autem Sacerdotum habetur hic. Et diuiditur in tres partes, quoniam Primò ponitur conſecrationis ritus; Secundò, cõſecratorum vſus; Tertiò eorundem caſus; Secunda in principio noni capit. tertia in 14. Prima in quatuor partes, Primò ponitur neceſſariorum ad conſecrationem propoſitio; Secundò conſecrationis executio: Tertiò, quæ ad ſolum Pontificem pertinebant patratio; Quartò ad ea, quæ communia ſunt ſummo Sacerdoti, & minoribus, fit quædam reuerſio. Secunda ibi: *Statimque*. Tertia ibi: *Filios quoque eius*. Quarta ibi: *Obtulit, & vitulum pro peccato*. Circa Primum dicitur. *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen dicens*. Ponitur hic iſtud tanquam caput orationis: quoniam iam incipit hic alius tractatus diſtinctus à ſuperiori: nam cum debeat hic agi de executione ſacrificiorum, cuius leges ſupra poſitæ fuerant, oportuit, quòd poneret de titulo, quem habebant Sacerdotes ad miniſtrandum: hoc autem erat, quia erant conſecrati, vt Sacerdotio fungerentur: ideo exprimitur hic modus, quo iſta conſecratio facta eſt.

Ritus cõſecrationis Aarõ, & filiorum eius.

Quare lex de conſecratione Aaron, & filiorum eius ponatur hic per recapitulationem. Quæſt. 1.

ET ſciendum, quòd non ponitur hic modus conſecrationis Aaron, & filiorum eius, tanquam nouiter hic traderetur regula ad conſecrandum eos poſt ea, quæ dicta ſunt ſupra: nam lex conſecrationis data fuit Exo.29. nunc autem fit recapitulatio: nam ſi hic fieret conſequentis ordinis collocatio oporteret, vt poſt leges, quæ ſupra poſitæ ſunt, traderetur regula de conſecratione Aaron, & filiorum eius, & quòd poſt omnia illa fuiſſent iſti conſecrati; Sed falſum eſt, vt declarauimus ſupra cap.1. nam conſecratio Sacerdotum inchoata eſt prima die, qua erectum fuit Tabernaculum: iſtæ autem leges ſacrificiorum datæ

F ſunt in ipſo Tabernaculo, vt patet ſupra 1.capite, & ſic neceſſarium eſt quòd poſtquam inchoauit Sacerdotum conſecratio, fuerint datæ iſtæ leges; hic tamen fit recapitulatio, quæ eſt quandocunque aliquid deſcribitur fieri poſtquam factum eſt, & non tenetur ordo naturalis: fuit tamen ſatis conueniens cauſa ad faciendum iſtam recapitulationem, quia in hoc libro tradebatur doctrina omnium cæremoniarum tam in ſacrificio, quàm præter ſacrificia: & quia conſecratio Sacerdotum potiſſimum pertinebat ad ſacrificia, poſt ipſum tractatum de ſacrificiis adiunctus fuit hic ritus de conſecratione Sacerdotum. *Tolle Aaron cum filijs ſuis*. Hoc refertur ad ea, quæ præmittebantur in Sacerdotum conſecratione: nam cum ipſi deberent cõſecrari in Sanctuario, oportebat, vel quòd ipſi venirent ad petendam conſecrationem, vel quòd aliquis

G eos duceret ad conſecrandum. Hic autem ponitur qualiter iuſſu Dei Moyſes tulit illos ad conſecrandum; & hoc fuit conuenientiſſimum: nam non decebat, vt Aaron, & filij eius peterent Sacerdotium: nam Sacerdotium dicit quandam dignitatem, & honorem; & redditus: ſi autem aliquis iſta peteret eſſet ambitioſus, & nõ ſe haberet conuenienter in prælatione ſua, ſed nos non permittimus dominari hominem, ſed rationem, id eſt, non permittimus, quòd homo dominetur iuxta deſideria ſua, ſed ſecundum rationem, vt ait Ariſtot.5. Ethicor. ergo ille, qui dignitatem petit indignus eſt, & merito repellendus. In dignitatibus quoque ſecularibus hoc obſeruatur, vt qui in dignitatem ſe cõſtitui petit, ad dignitatem nullam admittatur, vnde & aliquæ leges aliquorum populorum valde iuſtæ habent, vt eo ipſo quòd pro aliquo ad dignitatem

Aarõ, & filij eius non petiuerunt ſe conſecrari in Sacerdotes.

Qui petit honorem quantumcunque dignus meretur effici inhabilis.

H fuerit rogatum, fiat inhabilis ad illam: nec quantumcunque aliàs dignus ſit, ad illam recipi poſſit, cum non proficiendi, ſed præſidendi animo eam ambire videatur. Erat igitur valde iniuſtum, quod Aaron, & filij eius appeterẽt Sacerdotium, cum quandam dignitatem, & honorem dicat, ac redditus: hæc autem optanda non ſunt, multo autem fortius petẽda non erũt; ſi autem Aaron, & filij eius, iſta petiiſſent inhabiles reddebantur: Deus autem nolebat iſtos eſſe inhabiles, ideo iuſſit, vt Moyſes illos duceret ad conſecrandum, & ipſum mãdatum Dei fuit eis cauſa iuſta ad recipiendum Sacerdotij dignitatem. Sic habetur ad Hebræ.5.cap. cum dicitur: Nemo ſibi indifferẽter honorem ſumat, ſed qui vocatus eſt à Deo tanquam Aaron. Et quamquàm ibi dicat Apoſtolus ſolum de Aaron, quia erat principalis, tamen intelligitur etiã de omnibus aliis

I filiis eius, cum hic iubeat Deus vocari filios Aaron, ſicut & ipſum Aaron. Fuerunt autem quatuor filij Aaron, qui cum ipſo conſecrati ſunt, ſcilicet, Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar, vt habetur Exodi 29. *Veſtes eorum, & vnctionis oleum*. Iubebat Deus, quòd Moyſes deferret iſta ad Sanctuarium, vbi conſecrari debebãt, filij Aaron cum patre: nam in conſecratione induebantur Sacerdotes minores veſtimentis ſuis, ſcilicet feminalibus, & tunica byſſina, & baltheo, ac cidari. Summus Sacerdos induebatur omnibus decem veſtibus ſuis, ſcilicet, his quatuor ſupradictis, & tunica hyacinthina, & Rationali, ac ſuperhumerali, & cingulo, ac lamina aurea, & thiara hyacinthina. De his omnibus habetur Exo.29.cap. deferendæ igitur erant veſtes iſtæ Sacerdotum ad oſtium Tabernaculi, vt Sacerdotes induti illis, cõſecrarentur. Iubetur etiam deferri oleum

Decẽ veſtibus Sũmus Sacerdos induebatur.

K vnctionis. Iſtud erat aliquid compoſitum ex pluribus ſpeciebus mixto oleo oliuarum, & fiebat compoſitio illa liquida, ita vt aliqualiter fluere poſſet, De modo autem huius compoſitionis habetur Exodi 30.c. Erat enim iſtud oleum ad vngendum Aaron, & filios eius, & veſtes eorum & ipſum Tabernaculum cum vaſis. Erat autem ſacratiſſimum, adeo quidem vt nulli hominum liceret conuertere illud in vſus ſuos. De hoc infra in littera, & Exodi 30.c. *Vitulum pro peccato*, id eſt, quòd deberet ducere Moyſes ad oſtium Tabernaculi vnum vitulũ, qui immolaretur pro peccato Sacerdotum; iſte vitulus dabatur de expenſis Sacerdotum: quoniam iſta conſecratio ad eos pertinebat, & non ad populum: ideo quamuis in aliis ſacrificis offerrentur expenſæ à populo, quia ipſa ſacrificia dabãtur pro populo: tamen hic ſolum offerebatur expenſarum copia ab Aaron, & filiis eius. *Duos arietes*. Offerebantur iſti duo

arietes,

arietes, vt vnus eſſet ad hoſtias pacificas, & alius in holocauſtum: nam in Sacra ſacerdotum vnctione, omne genus ſacrificiorum erat, ſcilicet, tam pro peccato, quàm in holocauſtum, quàm ad victimas pacificas. De ritu autem immolationis horū habetur Exodi 29. & ibi ponitur cauſa, quare iſta ſacrificia fierent. De hoc etiam habetur infra, in littera, & pertinent iſta ſacrificia ad primū diem conſecrationis ſacerdotum. In aliis autem diebus, an iſta fierent, non exprimitur, ſed habetur Exodi 29. quòd in illis ſeptem diebus quotidie fieret conſecratio, & immolatio vituli pro peccato, cum dicitur: Septem diebus conſecrabis manus eorum, & vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies ad expiandum. *Caniſtrū cum azymis.* Iubebat etiam Deus in hac prima die adferi panes azymos, & cruſtulam abſque fermēto, oleo aſperſam, & lagana azyma oleo lita. Omnia autem hæc de triticea ſimila fiebāt, B quæ poſita in holocauſto offerebantur coram altari holocauſtorum, vt patet Exodi 29. *Et congregabis omnem cœtum filiorum Iſrael ad oſtium Tabernaculi.*

Hæc ſacrificia quare fierent.

De tribus cauſis quare omnes Iudæi vocati fuerint, quando Aaron & filij eius conſecrati fuerunt. Quæſt. 11.

CVm fieri debuit cōſecratio Aaron, & filiorum eius publica eſſe debuit: ad quam omnis cętus filiorum Iſrael vocari debuit, quia proficiebat ad multa. Primò, quia iſta conſecratio, quæ magnę ſollemnitatis erat, fieret cum honore; quod non contingeret, niſi congregarentur filij Iſrael ad videndum illam, & honorandum. Secundò, facta fuit congregatio, vt viderēt omnes Iſraelitæ Aaron, & filios eius, antequam conſecrarentur, vt ſi fortè aliquis C obiicere vellet aliqua crimina illorū, propter quæ à conſecratione repellerentur. Sic enim fit cùm matrimonia copulari debent, quòd publicè contractus fiat, vt ſi fortè aliquis velit obiicere vinculum cōſanguinitatis, vel aliud impedimentum propter quod impediatur contractus. Tertiò fieri debuit iſta congregatio Iſraelitarū, quoniam Aaron, & filij eius in conſecratione acquirebāt quendam honorem ſuper populum, & iuriſdictionem quandam, cum deberent diſtinguere, & iudicare inter cauſam, & cauſam, ſanguinem, & ſanguinem, lepram, & lepram, atque arbitrari quid mundum, & immundum eſſet; vt habetur Deuteron. 17. cap. & extra, qui filij ſint legit. cap. per venerabilem. Conſequebātur etiam ſacerdotes ſuper populum redditus quoſdam, cum reciperent primitias, & partes decimarum, & vota, atque ſacrificiorum partes; D multa quoque alia iura, de quibus habetur Numeri 18. c. Conueniens ergo erat, vt populus, cui præficiebantur ſacerdotes per conſecrationem ſuā, & à quo recepturi erant iura, vocarentur ad cōſecrationem ſacerdotum, per quam tota iſta poteſtas tribuebatur, & ſic viderentur conſentire illi conſecrationi, & iuriſdictioni ſacerdotum in ipſos, quā ex hac conſecratione conſequebantur, ne poſtea eſſet occaſio aliquibus Iſraelitis ad repugnādum Aaron, & filiis conſecratis: nam cum publicum fieret, erat ibi cuilibet ius opponendi contra illam conſecrationem. Si autem ſubticeret, conſenſiſſe videbatur, nec manebat ei ius poſtea obiiciendi aliquid in conſecrationem: nam ſi iſta cōſecratio publicè facta non fuiſſet, inconuenientia multa ſequi potuiſſent: cum Core, & Dathan, & Abiron, atque alij complices eorum inſurrexerint contra Aaron, Moyſen, & E filios Aaron, dicentes, quòd ipſi vſurpaſſent ſibi dominium ſuper totum populum, & poſtea perierūt, cum quidam igne cōbuſti fuerint, alios autem terra abſorbuerit, vt patet Num. 16. cap. quāto magis inſurgere potuiſſent, atque coloratam occaſionem habuiſſent, ſi conſecratio iſta facta fuiſſet, nullo vocato? Debuit ergo vocari totus cętus filiorum Iſrael. Item, quando aliqua, quæ honeſta ſunt fiunt, non erubeſcimus illa in publico facere, cū verò illa in tenebris agimus ex hoc ipſo illa de iniquitate ſuſpecta reddimus: nam qui malè agit, odit lucem, iuxta dictum Ioannis. cap. 3. & habetur extra, de offic. deleg. c. conſuluit. Sic etiam Iob ait: Oculus adulteri obſeruat caliginem, & dicit quis me videbit? Si autem iſta conſecratio in tenebris, aut nullo vidente facta fuiſſet, ex hoc ipſo dabatur occaſio præſumendi ipſam aliquid turpitu-

Quæ occulte fiūt ſuſpecta ſunt.

Cap. 24.

A dinis, vel fraudis cōtinere: Deus autem voluit tollere omnes iſtas ſuſpiciones, ideo iuſſit congregata multitudine Iſrael hanc celebrari conſecrationem. *Ad oſtium Tabernaculi.* Intrauerūt iſti Iſraelitæ vocati à Moyſe intra atriū conuenientes ad oſtium Tabernaculi: quoniam ibi apud altare iſta conſecratio fieri debebat, vt ipſi eam viderent. Nec tamen intelligendum eſt omnes Iſraelitas conueniſſe intra atrium ad oſtium Tabernaculi; nam non poſſet ibi capi tota illa multitudo cum eſſet vltra mille millia virorum; immò vltra ter mille millia computatis omnibus Leuitis, & viris aliarum tribuum, & Aegyptiis, qui aſcenderunt cum ipſis, & hoc tam ſenibus quàm iuuenibus, quos Scriptura magnæ multitudinis eſſe ait: ſed aliqui intrauerunt intra Sanctuarium atrij, ſcilicet digniores totius populi, & ceteri, qui capi potuerunt interius: reliqua autem multitudo circumfuſa manſit in atrio Tabernaculi: nam per cortinas reticulatas, quæ erant in atrij gyro videre poterant, qui exterius manebant. *Fecit Moyſes, vt Dominus imperarat.* Ad omnia ſuperiora refertur iſtud cap. quòd adduxit Aaron, & filios eius ad oſtium Tabernaculi, veſtes eorum, & oleum vnctionis, & vitulum ad offerendum pro peccato, & duos arietes, & caniſtrum Azymorum cum panibus: vocauitq; vniuerſum cętum filiorum Iſrael ad videndum conſecrationem. *Congregataq; omni turba ante fores Tabernaculi, ait.* Non eſt intelligendum, vt ſupra dicebamus, omnem Iſraelitarum turbam intra atrium conueniſſe, cum non caperet, ſed quidam interius, alij verò exterius circumfuſi manebant, omnes tamen congregati dicebantur ad fores Tabernaculi; quia in circuitu eius circumfuſi erant ſinguli prout appropinquare valebant. *Iſte eſt ſermo, quem Dominus iuſſit fieri.* Dicit Ioſephus, quòd populus volebat facere Moyſen ſacerdotem magnum, cum ipſe cūctis melior videretur: Sed ipſe animauit eos, vt aſſumerent Aaron, dicens ſe eſſe multum occupatū circa Domini colloquutionem, nec vacare poſſe omnibus miniſteriis ſacerdotalibus Sanctuarij: Aaron autem conuenienter hoc facere poſſet: quoniam nulla erat occupatione impeditus. Item ſuadebat hoc, dicens, ꝙ Dominus iudicauerat ad hoc cōuenientiorem eſſe Aaron, quàm Moyſen: ideo dicit Moyſes. *Iſte eſt ſermo, quem iuſſit Dominus fieri*, id eſt, hoc eſt quod Dominus mādauit, ſcilicet Aaron, & filios eius præfici in ſacerdotes, ideo nolite me inquietare in ſacerdotē aſſumere volentes. *Iſte eſt ſermo, quem Dominus iuſſit fieri.* Non accipitur hic propriè ſermo, quoniam ſermo nō fit, nec iubet Deus eum fieri. Sed accipitur ſermo pro ipſa re facta, ſcilicet iſte eſt ſermo, quem iuſſit Dominus fieri, id eſt, iſta eſt res, vel opus quod Dominus fieri mandauit; & ſic accipitur multoties in Sacra Scriptura; vt verbum dicatur ipſa res, quæ fit. Sic habetur 1. Reg. 3. cap. Ego faciam verbum in Iſrael, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius, id eſt, ego faciam rem mirabilem, quā omnes audientes ſtupebūt. Sic etiam dicitur 2. Reg. 1. cap. quod eſt verbum, quod factum eſt in caſtris. *Statimque.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet, operis executio, & diuiditur in quatuor partes, quoniam Primò ponuntur ea, quæ erant communia Aaron, & filiis eius, circa eorum conſecrationem. Secundò, ea, quæ pertinebant ad ſolum Pontificem. Tertiò, ea, quæ ad ſolos minores Sacerdotes pertinebant. Quartò, deſignantur ea, quæ communia erant. Secunda ibi: *Veſtiuit.* Tertia ibi: *Filios quoque eius.* Quarta ibi: *Obtulit & Vitulum.* Circa primum. *Statimq; obtulit Aaron, & filios eius.* Antequam Moyſes vocaret totam multitudinem Iſraelitarum, nihil fecerat in conſecratione Aaron, & filiorum eius. Cum autem vniuerſus populus congregatus fuiſſet, præſentauit illos coram oſtio Tabernaculi: erat enim iſta præſentatio aliquid præcedens, & diſpoſitiuum ad conſecrationem. *Cum lauiſſet eos*, id eſt, Moyſes lauit Aaron, & filios eius, nec tamen dicitur hic an lauerit manus, vel pedes, vel an totum corpus lauerit: nā cum deberent miniſtrare quotidie lauabant manus ſuas, & pedes in labro æneo: nec vllam miniſtrationem, non præmiſſa hac lotione, facere poterant, vt patet Exo. 30. cap. intelligendum tamen magis eſt, quòd Moyſes lauerit Aaron, & filios eius in toto corpore, cum Scriptura non dicat hic, quòd lauit manus, aut pedes eorum: ſed ſimplici-

An omnes Iſraelitæ intrauerint intra atriū tempore conſecrationis.

Sermo capitur ſæpe & verbum pro re facta.

Operis executio, ac eius diuiſio.

Cū Aaron & filij eius conſecrari vellet, lauerunt manus, & pedes, & totum corpus.

pliciter, quòd lauit eos; quæ lotio totum denominare videtur, & videtur eſſe ad hoc ratio ſecūdum tropologiam: nam lotio ſignificat ſordium abſterſionem; qui autem ad Sacerdotium aſſumitur, ab omnibus inquinamentis mundus eſſe debet: vt ergo omnibus veteris vitæ conuerſationibus, & erroribus, qui in Sacerdotes aſſumebantur abrenunciaſſe viderentur, toto corpore lauandi erant: in quotidianis autem miniſtrationibus non lauabantur toto corpore, ſed in manibus, & pedibus dumtaxat: nam qui ſemel ad Sacerdotium aſſumptus erat, ab omnibus prioris vitæ actibus iam receſſerat, nec quotidie ſibi recedendum erat: quare nec toto corpore ad huius ſignificationem lauandus erat: ſufficiens namque erat, ſi manibus, & pedibus lauaretur.

Duplex cauſa lotionis Moyſi erga Aaron, & eius filios facta. Quæſt. III.

CAVSA autem huius lotionis duplex erat, ſcilicet, ſecundum litteram, & ſecundum tropologiam: quantum ad litteram ratio erat: quoniam his duabus partibus corporis Sacerdos ſacra contingebat, ſcilicet, manibus, & pedibus; Manibus quidem, quoniam hoſtias immolabat, pelles detrahebat, carnes in fruſta ſecabat, adipes quoque & vniuerſa, quæ de carnibus in ius Domini cedebant, cremanda altari imponebat: alia quoque huiuſmodi, quę ad ſimilem miniſtrationem pertinebant, manibus contractabat. Pedes autem lauari debebant, quoniam Sacerdos miniſtrans ſacrum Tabernaculi, & atrij pauimentum illis contingebat: nam cum Sacerdos miniſtrare ad altare holocauſtorum accedebat, vbi locus ſanctus erat, ingrediebatur etiam intra ipſum Tabernaculum quotidie ad cōponendum lucernas in mane, & veſpere, vt arderent corā Domino. Sic habetur Exod. 27. cap. & infra, 24. cap. ingrediebantur etiam in illud, vt offerrent quotidie in mane, & in veſpere thymiama coram Domino, vt patet Exodi 30. cap. cum dicitur: Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron ſuaue flagrans mane, quando componet lucernas, incendet illud, & quando collocat eas ad veſperum, vret thymiama ſempiternum. Hæc autem loca ſacratiſſima erant. Nec videtur, quòd Sacerdotes illa tangerent pedibus calciatis, ſed ſoluebant calciamenta de pedibus ſuis cum illuc accederent. Sic patet Exodi 3. cap. cum Deus locutus fuit Moyſi de rubo, qui ardebat, & non comburebatur, & ait: Solue calciamenta de pedibus tuis, locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt. Cum ergo Tabernaculum eſſet terra valde ſancta, nō licebat à Sacerdotibus tangi, niſi pedibus nudis, & tunc cū pedes eſſent aliqualiter immundi ex profanatarum rerum conculcatione, oportebat vt lauarentur ad contingendum loca ſacra. Secunda cauſa huius eſt ſecundum tropologiam: nam ablutio iſtarum partiū ſignificat aliquid, quod Sacerdotibus ſemper conuenit, & eſt quoddam diſpoſitiuum ad omnem miniſtrationem manuum: namque ablutio munditiam in operibus ſignat, per manus autem omnis operatio fit, cum manus dicatur organum organorum, vt ait Ariſtot. 2. de Anima. & quia ad omnem miniſtrationem munditia operum requiritur, conueniebat manus lauari; pedes autem affectiones ſignant: nam ſicut pedibus in aliqua tendimus; ita, & affectionibus in bona aut mala progredimur. Ad Diuinam autem operationem non ſolum miniſtrationes, ſed etiam affectiones mundas eſſe oportet; pedibus igitur ac manibus lotis Sacerdotes miniſtrare debebant; hoc aūt ad quotidianam pertinebat miniſtrationem. In prima autem cum conſecrari debuerunt totum corpus lauatum eſt ex cauſa ſupra poſita. Iſta lotio fieri debebat intra Sanctuarium, ſcilicet, inter altare, & oſtiū Tabernaculi, quoniam ibi erat labrum æneum, in quo aqua fundebatur ad lotionem Sacerdotum, vt patet Exod. 30. *Veſtiuit Pontificē.*

Sacerdotes Tabernaculum depoſitis calciamētis ingrediebātur, & quare.

De part. aialium Cap. 10.

Veſtes Summi Sacerdotis, quæ erant 10. quomodo appellarentur. Quæſt. IIII.

HIC ponitur ſecundum, quod pertinebat ad ſolum Summum Sacerdotem, & erat de veſtimentis eius qualiter eum Moyſes induit, in quibus, nec nimis immo-

F randum eſt: cum de his dictum fuerit Exodi 29. cap. *Veſtiuit Pontificem.* ſcilicet, Aaron; ipſe namque ſolus in Pontificem, ſcilicet, Sacerdotem magnum aſſumptus erat, filij autem eius in Sacerdotes minores. *Subucula linea.* Subucula dicitur eſſe quædam veſtis linea byſſina, quam accipiebant Sacerdotes, tam Pontifex, quàm minores: & vocatur Exodi 28. cap. linea ſtricta, vel byſſina veſtis: hanc autem accipiebat primo Sacerdos. Nec tamen intelligendum eſt, quod ante hoc nullum Sacerdotale ornamētum haberent: nam ante omnia quilibet Sacerdos habeat feminalia linea, quæ ſacra erant pertingētia vſque ad renes: nemo enim ſine his miniſtrare debebat; alioquin moreretur, vt patet Exodi 28. cap. Erat autem ordo iſte, vt Sacerdos introiens in Sanctuarium deponeret calciamenta dē pedibus ſuis, ſi qua gerebat, & lauaret pedes ac manus;
G deinde depoſitis femoralibus, q̄ in vſus eius ſemper erant, ſumebat feminalia ſacra, quæ erant in Sanctuario: poſt hac autem induebat ſubuculam ſiue veſtem lineā de qua hic dicitur. *Accingens eum Baltheo.* id eſt, iſta tunica cingebatur baltheo ſuperpoſito. Eſt autem baltheum, ſecundum quoſdam, dimidia veſtis, proueniēs à zona vſque ad pedes, cooperiens hominem per gyrum. Sed hoc multis rationibus falſum eſſe Exodi 28. cap. conuicimus. Secundum Ioſephum baltheus eſt quodam cingulum latitudine quatuor digitorum factū ex auro, & purpura, & hyacintho, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta, eratq; ad cingēdum Sacerdotem; quod hic apparet, cum dicitur: Accingens eum baltheo, id eſt, quòd iſta tunica ſtringebatur ne laxa flueret, & corpori Sacerdotis non coaptaretur. Id autem, quo ſtringebatur erat baltheus. *Et induens tunica hya-*
H *cinthina.* id eſt, induit Moyſes Aaron tunicam hyacinthinam. Erat autem tunica hyacinthina, quæ vocatur Exodi 28. cap. tota hyacinthina facta de ſola hyacintho, ſcilicet, de filis cęleſtis coloris, ſiue azurini, qui alias hyacinthinus dicitur. Et iſta veſtis habebat in extremitate ſua per gyrū tintinnabula aurea, & mala punica de filis facta, atque ad ſolum ſummum Sacerdotem pertinebat, vt patet Exodi 28. cap. Quid autem iſta veſtis ſignificaret, & quare eā aſſumeret Sacerdos magnus, & non minores, eod. cap. latè dictum eſt. *Et deſuper humerale impoſuit.* Superhumerale erat quædam veſtis ſolius Sacerdotis magni, & iſta non operiebat totum corpus, ſed erat quadrangula, altera parte longior habēs aperturam per quam Sacerdos magnus caput immittebat, atque pendebat à parte poſteriori vſque ad zonam, tegens Sacerdotis ſcapulas: in parte autem an-
I teriori pendebat identidem vſque ad zonam habens quoque foramen magnum in pectore quadratum ad magnitudinem vnius palmi, in quo ponebatur Rationale, quod erat in magnitudine palmi vnius, vt cum eodem ligaretur catenulis, & vncinis, & vitta hyacinthina. Habebat autem iſtud humerale latitudinem, ita vt ſuper humeros pendēs tegeret illos: habebat etiam condylos in partibus laterū, vt poſſet pars parti per condylos cohærere, & vnum latus illius ſub vno brachio Sacerdotis per condylos ligabatur. Aliud autē latus alio modo ſub altero brachio Sacerdotis ſimili condylorum nexu cohærebat. Cuius figuram aliquis aſſumere poterit, ſi diploidem mediam acciperet pertingentem ſolum vſque ad zonam, quæ non habebat manicas, nec in anteriori parte dimidij pectoris condylorum nexu cohæreret; ſed ſub vtroque laterum vnam haberet
K condylaturam. Hoc autem ornamentum pontificale ſuperhumerale dicitur, quia ſuper humeros poſitum pēdebat in parte anteriori, & poſteriori vſque ad zonam. Vocatur autem aliquando ephod, quod ei nomen in Hebræo eſt. Erat autem iſtud ornamentum factum de auro, & hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta, quod habebat in duabus ſummitatibus ſuis ſuper humeros Sacerdotis duos lapides onychinos, in quorum quolibet erant ſculpta ſex nomina filiorum Iſrael. De figura autē huius ſuperhumeralis, & variis diſpoſitionibus circa illud, & de cauſa quare factū fuerit, atque miniſteria eius Exodi 28. cap. dictum eſt. *Quod adſtringens cingulo aptauit Rationali.* id eſt, Moyſes ſtrinxit illud ſuperhumerale cingulo quodā, & compoſuit Rationale ipſo ſuperhumerali, vt decenti habitudine cohærerent. In hoc autem apparet veritas poſitionis Ioſephi, qui præter baltheū poſuit aliud cingu-

Subucula quid ſit.

Sacerdos quomodo in Sanctuarium introibat.

Baltheū quid ſit.

Tunica hyacinthina quid ſit.

Superhumerale quid ſit.

Superhumerale. & ephod idem.

An omnia ornamẽta Sacerdotis magni eſſent 9. vel 10.

cingulum, ita vt eſſent 10. ornamenta Sacerdotis magni. A Quod Rabbi Abraham, Aben, Ezra, & Rabbi Salomon negant: nam ſupra dicebatur tunicam eſſe iungendã baltheo; hic autem dicit ſuperhumerale iungendum cũ cingulo; & ſic diſtinguuntur balthæus & cingulum. Dicit hic Rationali coniungi ſuperhumerale. In quo ſciendum rationale eſſe vnũ de ornamentis ſummi Sacerdotis: erat enim paruum magnitudinẽ habens palmi vnius, & figuræ quadratæ atque duplicatũ, ſcilicet, vt pannus ſimplex non eſſet, erat autem factum ex filis auri, & hyacintho, purpura, coccoq. bis tincto, & byſſo retorta pulchra varietate compoſitum, in quo ponebantur 12. lapides precioſi diuerſarum ſpecierum in quatuor verſibus; habebantq. iſti 12. lapides nomina 12. filiorum Iſrael. In primo verſu erant tres lapides tria nomina continentes, in ſecundo totidem, in tertio, ac quarto totidem. Habebat autem iſtud Ratio- B nale quatuor angulos, ſiue quatuor anulos aureos, qui correſpõdebant aliis quatuor anulis aureis ex oppoſito in ſuperhumerali; habebat etiam catenulas aureas, & vncinos, & in apertura quadrata vnius palmi, quæ erat in Sacerdotis pectore in ipſo ſuperhumerali ponebatur Rationale claudens illam aperturam, ita vt illa veſtis continuata ſuperhumerale, & rationale viderentur. Colligabantur autem mutuo ductis hyacinthinis vittis per quatuor anulos aureos Rationalis, & totidẽ ex aduerſo poſitos in ipſo ſuperhumerali; faciebant quoque ad iſtud catenulæ aureæ cum vncinis ſuis duo iſta ornamenta copulantes. Et hanc vocat hic littera aptationem ſuperhumeralis cũ Rationali. Vocatur autem iſtud ornamentum Rationale: quia iuſſerat Deus, vt Aaron portaret in pectore ſuo rationem, vel iudicium filiorum Iſrael. Secundum Hebræos C tamẽ vocatur pectorale, quia ſuper Sacerdotis pectus ponebatur. De materia autem, & figura huius Rationalis, & de myſterio eius, & cauſa, quare factũ fuerit, abundantius dictum fuit Exodi 38. cap. tam in littera, quàm in cõmento.

De colligatione quã habebat ſuper humerale cum Rationali.

Quod adſtringens cingulo aptauit Rationali. Non eſt autem intelligendum, quòd ſuperhumerale, & Rationale inter ſe ſtringerentur cingulo: quoniam vt habetur Exodi 28. cap. colligabantur mutuo per quatuor anulos exiſtentes in vtroque, ductis per eos vittis hyacinthinis, & per catenulas, & vncinos aureos. Erat autem iſta colligatio perpetua, vt nunquam ſuperhumerale ſegregaretur à Rationali, ſed quicunque vnum ſumeret, alterum quoque acciperet. Refertur tamen hic ſtringere ad ſolum ſuperhumerale, quod ſuper Sacerdotis humeros exiſtens pẽdebat in anteriori parte vſque ad zonam, & in poſteriori eodem D modo, quod ſi non ſtringeretur ad corpus Sacerdotis aliquo cingulo, laxum flueret, & ineptè corpori Sacerdotis cohæreret. Et hoc ſatis exprimit littera, cum dicit, quòd ſtringens cingulo, id eſt, ſuperhumerale ſtrinxit cingulo colligans illud corpori. Cum autem ſubiungitur: Aptauit Rationali: ad illud pertinet, ſcilicet, quod coniunxit Rationale ſuperhumerali per illas ligaturas, quæ habentur Exodi 28. cap.

Doctrina ac veritas in Rationali quare dicatur.

In quo erat doctrina, & veritas. Dicitur autem doctrina, & veritas in Rationali: quia ſecundum quoſdam erant in duplicitate eius quædam laminæ aureæ ſculptæ nominibus Dei, in quibus ad inquiſitionem de rebus ambiguis veritas patefiebat. An iſtæ laminæ eſſent factæ ad modum aſtrolabiorum, vt vult Rabbi Abraham, Aben, Ezra. & an ex figura iſtarum laminarum aſſumpſerint Gentiles modum aſtrolabiorum ſuorũ E Exodi 28. cap. latè dictum eſt. Dicendum tamen iudicium, & veritatem Rationalis eſſe: quia fulgor lapidum Rationalis monſtrabat veritates inquiſitarum rerum, ſicut Ioſephus ait. Quo autem tempore ceſſauerit fulgor iſtorum lapidum, & duorum onychinorum exiſtentium in ſuperhumerali Exodi 28. cap. dictum eſt. Vel dicendum, doctrinam, vel veritatem eſſe in Rationali, quia appoſito Rationali reſpondebat Deus ad inquiſitiones factas à Sacerdote, de quo habetur 1. Regum 23. cap. De his autem quæſtionibus, an proponerentur in ſcripto, vel in voce, Exodi 28. cap. dictum eſt. Dicebatur autem hoc eſſe doctrina, & veritas, quoniam per hoc manifeſtabatur veritas rerum, tanquam per doctrinam.

Vrim, & Tumim quid.

In Hebræo autem habetur. *Vrim, & tumim.* id eſt, luces, & integritates, quod in littera noſtra ſignatur per doctrinam, & veritatem, & eſt congruens adaptatio: nam lux manifeſtatiua eſt rerum, ſic & doctrina manifeſtatiua eſt veritatum: & ſicut integritas, vel perfectio totalitatem dicit, ita, & veritas integritatem quandam habet: nam ſicut bonum ſecundum Dionyſium conſtat ex integra cauſa, malum verò ex defectibus ſingularibus, ita, & verum integritatem quandam exigit, falſum autem ex quibuſlibet defectibus eſt. De his autem omnibus latiſſimè dictum eſt Exodi 28. cap.

Cidaris quid eſſet.

Cidari quoque texi caput. Iſtud eſt aliud ornamentum, quod pertinebat, tam ad Sacerdotes minores, quàm ad Sacerdotẽ magnum. Erat autem cidaris quoddam ornamentum capitis de byſſo factum, & rotundum ad modum cucuſæ, vel birreti, & acuebatur in conum ſuper caput, ita vt non plenè rotundum eſſet: hoc autem ſolum portabant minores Sacerdotes: maiores autem por- B tabant iſtam cidarim, & deſuper illam mitram hyacinthinã. *Et ſuper eam contra frontem poſuit laminam auream.* Iſta lamina aurea erat quoddam pertinens ad ſummum Sacerdotem; & erat in hunc modum facta, vt eſſet de auro puriſſimo, atque non eſſet penitus circumdans caput, ſed à parte frontis exiſtens perueniebat vſque ad vtramq; aurem: erat in modum ſemicirculi cuiuſdam, & poſtea religabatur vitta hyacinthina ad mitram hyacinthinam, vt teneri poſſet ſemper in fronte Sacerdotis: erat autem in ea ſcriptum hoc, ſcilicet Sanctitas Domini. Hanc enim gerebat ſemper Sacerdos magnus, cum miniſtraret corã Domino, vt habetur Exodi 28. cap. Dicebatur iſta eſſe ſuper cidarim, quia cidaris cooperiebat quandam partem frontis Sacerdotis, & ſuper cidarim ponebatur lamina aurea, ne immediatè cohæreret fronti: quoniam non poterat eſ- C ſe conueniens habitudo, ſi lamina immediatè copularetur fronti: nam durum ſuper durum non conuenienter ſedet. Dicebatur eſſe contra frontem: quia non erat penitus lamina ſuper frontem, ſed ſuper aliquam partem capillorum, & tangebat cooperiens aliquid de fronte Sacerdotis.

Quare dicatur lamina conſecrata.

Conſecratam in ſanctificationem. Dicitur iſta lamina conſecrata, quoniam ipſa fuerat lita oleo vnctionis, ſicut cetera vtenſilia Sanctuarij, & Sacerdotales veſtes. Dicitur in ſanctificationem: id eſt, ad ſanctificationem, ſcilicet, quia iſta lamina ſolum erat in fronte Sacerdotis ad vſus ſanctos; quando appareret coram Domino: aliàs autem nunquam eam gerebat in fronte. Vel dicitur lamina conſecrata in conſecrationem, vel ſanctificationem, id eſt, lamina deſignata ad ſolos vſus ſanctificationis, & ſic eſt verum de qualibet veſte Sacerdotali, quia illa erat con- D ſecrata in ſanctificatione, id eſt, ordinata ad hoc, quòd in ea fierent vſus ſancti. *Sicut præceperat ei Dominus.* id eſt, Moyſes veſtiuit Aaron omnibus veſtibus Sacerdotalibus, quæ ſupra poſitæ ſunt, quia ſupra ſic ei mandauerat Dominus.

Non ponuntur hic oẽs decem veſtes Sacerdotales ſed tantum 8.

Sed intelligendum eſt, ꝙ non ponuntur hic omnes veſtes Sacerdotales, quoniam ipſæ erant 10. ſcilicet feminalia, & linea ſtricta, & baltheus, tunica hyacinthina, cingulum, Rationale, ſuperhumerale, lamina aurea, cidaris, & mitra hyacinthina, de quibus habetur Exo. 28. cap. hic autem ſola octo exprimuntur, & ſubijciuntur duo, ſcilicet feminalia, & tiara hyacinthina: & quamquam hic non expreſſerit Scriptura, tamen Deus iuſſit, vt indueretur omnibus his veſtibus, cum dicatur, quòd omnes veſtes Sacerdotales deberet habere in conſecratione ſua Sacerdos. *Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit Tabernaculum.* E Quale autem eſſet iſtud oleum vnctionis, habetur Exo. 30. cap. tollebat autem Moyſes iſtud oleum ad vngẽdum Aaron, & filios eius, & veſtes eorum, ſicut infra patet.

Oleũ vnctionis.

Vocatur autem oleum vnctionis, id eſt, dicatum ad vnctionem faciendam in Tabernaculo, & vaſis eius, & hoc ad differentiam alterius cuiuſlibet olei: nam oleum ſimplex de arboribus. ad iſtam vnctionem non proficiebat cum ſolum eſſet; erat enim iſtud oleum in modum vnguenti craſſum, quia ex materia ſolida factum erat. *Quo liniuit Tabernaculum cum omni ſupellectili ſua.* Moyſes liniuit Tabernaculum, & vaſa eius, tingens iſto oleo vnctionis, quõ iſta erant ad ſpecialem cultum Dei, propter quod debebat fieri in eis aliqua cæremonia, propter quam à profanis vſibus ſegregata Diuino cultui manciparentur; & hoc erat in vnctione olei: quia nulla alia res vngenda erat, nec ad aliquos humanos vſus applicabatur, vt habetur Exo. 30.

Exo.30.cap. vnde qui tale vnguentum conficeret, aut confectum ad alios vſus applicaret, moriebatur. Non eſt autem intelligẽdum, quòd totum Tabernaculum hoc oleo ſancto linitum eſſet, quoniam quantitas illa, quæ ponitur Exo.30. cap. non ſufficeret etiam ad partem centeſimam, nec trecenteſimam Sanctuarij. Vnde aliquis dicet, quòd hic non facta fuit litura in Tabernaculo, & rebus eius, ſed quædam aſperſio guttatim facta ſuper ipſum Tabernaculum. Sed etiam hoc non poteſt ſtare: quia littera dicit, quòd Moyſes liniuit Tabernaculum: linire aũt ab aſpergendo multum diſtinguitur; aſperſio namque ſine contactu ad rem, quæ aſpergitur eſt, litura verò per contactum eſt: ideo dicẽdum eſt, quòd Moyſes linebat Sanctuarium cum ſupellectilibus, quia intingebat digitum in vnguento illo, aut aliquid alterum, & linebat aliquid in partibus ipſius Sanctuarij, faciendo aliquas figuras, ſicut moris eſt
G in Eccleſiarum noſtrarum conſecratione, quæ per oleum ſanctum fit: nam non linitur tota ipſa Eccleſia, ſed in quibuſdam angulis cruces fiũt, & quædam ſpeciales vnctiones. *Cum omni ſupellectili ſua.* Vocatur ſupellex Sanctuarij quodcunque vas, aut inſtrumẽtum ad aliquam miniſtrationem determinatum in Sanctuario, ſicut Arca fœderis, & Propitiatorium, & Altare thymiamatis, & Candelabrum ac Menſa propoſitionis, & Altare holocauſtorum, & cetera in hunc modum, de quibus inf. dicitur. In iſtis autem ſupellectilibus fiebat aliquo modo vnctio, & aliquo modo aſperſio, vt patet de altari holocauſtorum, de quo immediatè dicitur. *Cumque ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus.* Omnia vaſa Sanctuarij Moyſes liniuit, & ſanctificauit, ſed in altari holocauſtorum fecit aliquid ſpeciale, quia liniuit illud, & aſperſit: Primò namque aſper-
H ſit illud ſeptem vicibus, ſ. accipiens de oleo illo vnctionis in digito ſuo, & aſpergens ſepties contra ipſum altare; vel accipiebat aliquod aliud aſperſorium, & intingens illud in oleo vnctionis aſpergebat ſepties contra ipſum altare, ita tamen, ne guttæ illius in terram fluerent, quoniã Sanctæ Sanctorum ſunt. Sed magis dicendum videtur, quòd mittens digitum in vnguentum illud, aſpergeret ipſos parietes altaris, ſicut dicebatur ſupra 4. cap. de Sacerdote aſpergente ſanguinem contra velum Sanctuarij, qui digito immiſſo in ſanguine, aſpergebat. Hæc.n. aſperſio fiebat per ſeptem dies, ita, ꝙ quotidie iteraretur, vt habetur Exo.29. cum dicitur: Mundabiſq; altare cum immolaueris expiationis hoſtiã, & vnges illud in ſanctificationem, ſeptem diebus expiabis altare, & ſanctificabis.

Quid ſit ſupellex ſanctuarij.

I

Altare quare ſepties aſpergebatur. Quæſt. V.

CAVSA antem, quare aſpergebatur altare ſepties, erat ad expiationem: nam in nullo alio vtenſili Sanctuarij hoc fiebat: erat enim expiatio in ſolo altari, cum in illo funderetur ſanguis, in quo expiatio fiebat. Et quãuis tunc non eſſet factum aliquod peccatum, nec eſſet coinquinatum altare propter aliquas iniquitates filiorum Iſrael, tamen diſponebatur per iſtas aſperſiones, vt eſſet aptum ad faciendum in eo expiationem: Quod patet: quia quando fiebat expiatio pro peccato, iſta in ſanguine erat, vt ait Apoſtolus ad Hebr.9.cap. Omnia penè ſecundum legem in ſanguine mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorum: nunc aũt non aſper-
K gebatur ſanguis contra altare, ſed oleum: ideo non fiebat expiatio pro aliquo peccato, ſed ſicut cetera vtenſilia diſponebantur ad vſus ſanctos per conſecrationem in oleo; ita & altare diſponebatur, vt in eo fieret expiatio pro peccato in ſeptenaria olei aſperſione: fiebat tamen ſepties iſta aſperſio, vt ſignaretur, quòd altare illud diſponebatur, vt in eo fieret expiatio pro omnibus peccatis, quæ ſeptenario numero comprehenduntur, cum ſeptenarius rerum deſignet vniuerſitatem. Vel fiebat ſeptenaria aſperſio, vt in illa ſeptem peccata mortalia expiarentur; vel vt quidquid in tota vita peccamus, quæ per ſeptem dierum circulum trahitur, ibi remitterentur. Poſtquam verò iſta ſpecialis aſperſio ſeptenaria fiebat in Altari, linebatur ſicut cetera linebãtur: & hoc notatur, cum ſubditur: Cum aſperſiſſet altare, ſeptem vicibus vnxit illud: vnctio.n. lenimentum ſignat: maximè, quia poſt aſperſionem vnctio

F facta eſt, & notantur hic iſta duo differre, cum dicitur.

Cumq. ſanctificans aſperſiſſet altare. Eſt ſenſus, ꝙ Moyſes ſimul aſpergebat altare, & linebat illud; quoniam nihil aliud erat ſanctificatio altaris, quàm aſperſio facta in eo. Dicebatur tamen ſanctificatio, id eſt, applicatio ad cultum Dei, quoniam per aſperſionem iſtam applicabantur iſtæ res ad Dei cultum.

Altaris ſanctificatio quid ſit.

Vnxit illud, & omnia vaſa eius. id eſt, vnxit Altare holocauſtorum, faciendo in eo aliquas lituras: vnxit etiam vaſa ſua conſimiliter faciendo aliquas tincturas in eis. Dicuntur autem vaſa altaris holocauſtorum: lebetes, & forcipes, & ignium receptacula, & fuſcinulæ, vt habetur Exod.27. Præter hæc autem, & vncini erant, vt habetur Exod.38.cap. Lebetes autem dicuntur quædam vaſa ampla ad recipiendos cineres, & efferendos extra caſtra. Forcipes ſunt tenaculæ ad tenendum carbones, & diſponendum in igne, ne Sacerdotes cogerentur eos manibus ſuis tractare. Fuſcinulæ ſunt inſtrumenta ampla ferrea, quæ nos ad vſus carnium in olla diſponendarum accipimus. Vncinus dicitur eſſe quoddam inſtrumentum ferreum ad extrahendum carnes de olla. Ignium receptacula ſunt quædam vaſa, in quibus recipiebantur carbones ardentes de altari holocauſtorum, & portabantur ad Altare thymiamatum, vt ibi cremaretur incenſum. In his omnibus fiebant quædam lituræ cum oleo vnctionis, per quas conſecrabantur omnia inſtrumenta Domino: & hoc erat vngere omnia vaſa Altaris.

Quæ erãt vaſa altaris & de eorum vſu.

Vncinus quid ſit.

Labrum quid ſit.

Labrumq. cum baſi ſua ſanctificauit oleo. Iſtud erat aliud vas ad vſus Sanctuarij, & erat in atrio eius apud Altare holocauſtorum: erat autem factum iſtud labrũ, vt quod-
H dam vas quantitatis capacis, in quo ponebatur aqua: & erat factum de laminis æneis, quod fundabatur ſuper quendam ſtipitem, & fiebant in eo quidam aluei, ſeu canales, per quos aqua defluere poſſet ad lauandum pedes Sacerdotum, & manus, & erat poſitum in alto, ne cogerentur Sacerdotes inclinare manus ſuas ad pauimentum, cum lauarentur. Defluebat autem iſta aqua per canales ipſius labri in quoddam vas capacioris quantitatis, quod in pauimento: & ſuper hoc innitebatur pes, ſiue ſtipes ipſius labri, & ideo vocatur iſtud vas baſis, id eſt, fundamentum labri ænei. Erat autem poſitum iſtud vas ad pedes labri, propter duo: Primò, ne cum aqua efflueret de labro per canales ad lauandum manus Sacerdotum, cadens in pauimentum totam domum in lutum verteret, & contaminaret.

Baſis quare ad labri pedes poſita erat.

I Secundò, propter lotionem pedum Sacerdotum: nam Sacerdotes cum miniſtrarent, debebant lauare pedes, & manus, vt habetur Exodi 30.cap.

Si enim non eſſet aliquod vas in pauimento, in quo pedes ponerent, lotio congruenter fieri non poſſet. Oportuit igitur eſſe baſim labri ænei, in quam aqua deflueret. De figura autem huius labri ænei, & baſis ſuæ latè diximus Exodi 30.cap. hoc autem labrum ſanctificatum erat per oleum, quia factæ fuerant in eo quædam lituræ, per quas applicabatur ad vſus ſanctos.

Quod fundens ſuper caput Aaron, vnxit eum, & conſecrauit. id eſt, Moyſes accepit oleum vnctionis in aliquo vaſo, & effudit ſuper caput Aaron, non faciendo aliquas lituras, ſed ſimpliciter faciendo effluere ſuper caput eius: & cum in ſatis magna quantitate fuiſſet oleum effuſum
K ſuper illud, decurrebat in barbam, & in veſtes, vſque ad partes inferiores veſtium: vt habetur Pſalmo 132. Sicut vnguentum in capite eius, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, quod deſcendit in oram veſtimenti eius. Per iſtam vnctionem Aaron fuit cõſecratus in Summum Sacerdotem, quod patet cum dicitur: hic vnxit eum, & conſecrauit, id eſt, vngendo conſecrauit.

Per quã vnctioné Aaron fuerit cõſecratus.

Nam licet omnes aliæ cæremoniæ ſeptem dierum facerent ad conſecrationem Summi Sacerdotis: tamen id propter quod ipſe potiſſimũm conſecrabatur; erat effuſio olei ſuper caput eius. Et in hoc differt Sacerdos magnus à Sacerdotibus minoribus: quoniam alij non conſecrabantur fuſo oleo ſuper caput eorum, ſed factis quibuſdam vnctionibus in ſanguine ſacrificij, admixto oleo, aſpergendo ſuper eos, & veſtes eorum.

Et quãdo ſacra Sriptura vult facere differentiam inter

Sum-

Summum Sacerdotem, & alios minores, dicit Summum Sacerdotem eſſe vnctum oleo, quaſi alij vncti non ſint, vt patet ſupra 4.cap.cum dicitur: Si Sacerdos, qui eſt vnctus, peccauerit, ſcilicet, Sacerdos magnus. & infra 21.cap. dicitur, Pōtifex, id eſt, Sacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius manus in Sacerdotio conſecratæ ſunt, &c. Quamuis autē Aaron fuerit conſecratus in manibus, ſicut in capite: tamen ſolum dicitur hic de conſecratione capitis; cuius cauſa eſt, quoniam quamquam manus conſecratæ fuerint, non fuerunt conſecratæ per effuſionem olei ſuper illas, ſed per quandam tinctionem de ſanguine in pollicibus manuum, & pedum, vt patet infra.

Quo differat conſecratio Sūmi Sacerdotis à minoribus.

Filios quoque eius oblatos veſtiuit tunicis lineis, & cinxit balteis, impoſuitq. mitras, vt iuſſerat Dominus. Obtulit & vitulum pro peccato. Cumq; ſuper caput eius poſuiſſet Aaron, & filij eius manus ſuas, immolauit eum hauriens ſanguinem, & tincto digito, tetigit cornua Altaris per gyrum. Quo expiato, & ſanctificato, fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta eius. Adipem verò qui erat ſuper vitalia, & reticulum iecoris, duoſq. renunculos, cum aruinulis ſuis adoleuit ſuper altare: vitulum cum pelle, & carnibus, & fimo, cremans extra caſtra, ſicut præceperat Dominus. Obtulit & arietem in holocauſtum: ſuper cuius caput cum impoſuiſſent Aaron, & filij eius manus ſuas, immolauit eum, & fudit ſanguinem eius per circuitum altaris. Ipſumq. arietem in fruſta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis prius inteſtinis & pedibus: totumq. ſimul arietem incendit ſuper Altare, eo quòd eſſet holocauſtum ſuauiſſimi odoris Domino: ſicut præceperat ei. Obtulit & arietem ſecundum, in conſecratione Sacerdotum: poſueruntq. ſuper caput eius Aaron, & filij eius manus ſuas. Quem cum immolaſſet Moyſes, ſumens de ſanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ ſimiliter, & pedis. Obtulit & filios Aaron. Cumq; de ſanguine arietis immolati tetigiſſet extremum auriculæ ſingulorum dextræ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit ſuper Altare per circuitum. Adipem verò, & caudam, omnemq; pinguedinem, quæ operit inteſtina, reticulumq. iecoris, & duos renes cum adipibus ſuis, & armo dextro ſeparauit. Tollens autem de canistro azymorum quod erat coram Domino, panem abſque fermento, & collyridam conſperſam oleo, laganumq. poſuit ſuper adipes, & armum dextrum, tradens ſimul omnia Aaron, & filijs eius. Qui poſtquam leuauerunt ea coram Domino, rurſum ſuſcepta de manibus eorum, adoleuit ſuper Altare holocauſti, eo quòd conſecrationis eſſet oblatio, in odorem ſuauitatis, ſacrificij Domino. Tulitq. pectuſculum eleuans illud coram Domino, de ariete conſecrationis in partem ſuam, ſicut præceperat ei Dominus.

Attinentia ad minorū Sacerdotū conſecrationem.

Filios quoque eius. Hic ponuntur ea, quæ pertinent ſpecialiter ad conſecrationem minorum Sacerdotum: quāuis enim tam maiores, quàm minores Sacerdotes conſecrarentur, tamen non erat eadem conſecratio vtrorumq; & ratio erat: quoniam ſicut differebāt Sacerdotes in gradu, ita oportebat differre in modo conſecrationis. Erat etiam differentia in veſtibus, quoniam aliæ veſtes pertinebant ad Summum Sacerdotem, alię ad minores, quoniam Sacerdotes Summi habebant decem ornamenta: minores autem ſolū quatuor. *Filios quoque eius oblatos conſecrauit.* id eſt, Moyſes obtulit minores coram oſtio Tabernaculi, & conſecrauit eos: conſecratio autem in hoc modo quę infra ſequitur, erat. *Veſtiuitq. tunicis lineis.*

Quæ erant ornamenta minorum Sacerdotum. Quæſt. VI.

PRIMVM ornamentum quod hic impoſuit fuit tunica linea: quid autem iſta tunica linea ſit, ſupra dictum eſt. Sed ſciendum, quòd non erat iſtud primum ornamentum, quòd Sacerdotes minores induebant, Primo namque feminalia linea accipiebant, vt patet Exodi 28. nulla namque ſine eis miniſtratio fieri poterat, ſed ſubticuit hic: quoniam appoſitis alijs veſtibus maioribus minores ſemper intelliguntur. *Et cinxit balteis.* Balteus qui eſt cingulū quoddam factum de filis quinque colorū, ſicut ſupra dictum eſt, erat ad cingēdum tunicam lineam; ne laxa flueret, & ineptè Sacerdotis corpori cohæreret: ſuper iſtā tunicam lineam, non habebant Sacerdotes minores aliam tunicam: ſicut ſi quis indueret albam Sacerdotalem ſtringens illam cingulo, & nihil vltra poneret. Sacerdotes autem magni ſuper tunicam lineam habebant tunicam totā hyacinthinam: velut cum Sacerdotes ſuper albam imponunt caſulam diuina officia celebraturi. *Impoſuitq. mitras vt iuſſerat Dominus.* Mitra Sacerdotum minorum eſt, quę aliàs vocari ſolet cidaris in formam rotundam, & acutam in conum, factam de byſſo ſicut ſupra dictum eſt. Eſt autem hoc ornamētum velut ſi quis faciebat birretum de lino, & acuat illud ſuper caput. Differunt autem iſtæ mitræ à mitris Sacerdotalibus; quoniam illę erant totæ hyacinthinæ, iſta autem erat linea, & aliæ erant altæ, iſta autem erat quaſi rotunda in modum birreti.

Mitra Sacerdotū minorū, quid ſit, & quo differat à mitra maioris Sacerdotis.

Vt iuſſerat Dominus. id eſt, Moyſes induit Sacerdotes minores veſtibus eis deſtinatis, ſicut Deus mandauerat: erant autem veſtes Sacerdotum minorum quatuor, ſcilicet feminalia linea, & tunica, & balteus, & cidaris.

Obtulit, & vitulum pro peccato. Iſta ſunt quæ pertinent ad ſollemnitatem conſecrationis tam Sacerdotum maiorum, quàm minorum, ſcilicet, oblationes, de quibus hic ſubditur; nam nihil magis iſta ſacrificia pertinebant ad conſecrationem Sacerdotum maiorum, quàm minorum. Erant autem tria ſacrificia, ſcilicet, pro peccato, & in holocauſtum, & in hoſtia pacifica; de iſtis autem omnibus ponitur hic, & primò de ſacrificio ꝓ peccato vitulus oblatus eſt. Quare autem magis vitulus pro peccato Sacerdotum oblatus fuerit quàm aliquod aliud animal Exodi 29. cap. dictum eſt: *Cumq; ſuper caput eius poſuiſſent Aaron, & filij eius manus ſuas.* id eſt, ſuper iſtum vitulum, quē debuit immolare Aaron, & filij eius, impoſuerunt manum: erant enim quinque, & quilibet manum imponebat, & ſi fortè mille conſecrarentur, oportebat quemlibet eorum manus imponere ſuper vitulum.

Et ſi obiicias de vitulo, qui offerebatur pro peccato totius populi; nam ſuper illum ſoli ſeniores populi manum imponebant, etiamſi non ſolum pro peccato illorum, ſed pro peccato totius populi victima offerretur, quoniam illi perſonam totius populi repræſentabant: ita, & in Sacerdotibus conſecrandis fieri debuiſſe videbatur, vt aliquis qui maior eſſet, aliorum vicem gerēs, pro omnibus manus imponeret: vt ſi ſolus Aaron, qui maior erat, & in Sacerdotem ſummum conſecrandus erat, hoc ageret.

Obiectio tollitur.

Reſpondendum eſt, non eſſe idem in ſacrificio pro peccato Sacerdotum: nam cum offertur ſacrificium pro toto populo, non oportet, quòd offeratur ſpecialiter pro quolibet de populo: nam non omnes de populo peccant quandocunq; populus dicitur peccare, ideo non oportet, vt omnes manum ponant ſuper ſacrificium tanquam omnium culpa expianda ſit. Si tamen quandocunq; populus dicitur peccare, omnes de populo peccarent nullo prorſus manente: oportebat vt ſinguli de populo ſpecialiter ſuper caput hoſtiæ manus ponerent. Sic etiam in Sacerdotibus erat, quoniam cum ipſi conſecrandi erant, pro peccato cuiuſlibet eorum offerebatur ſacrificium: nam quamquam non offerretur hic pro aliquo ſpeciali peccato, tamen certum erat quemlibet de Sacerdotibus aliquādo peccauiſſe; ideo pro quolibet ſpecialiter expiandū erat, & ſic quilibet eorum manus deberet imponere. Cauſa autem quare fiebat impoſitio manuum ſuper capita omnium hoſtiarum, duplex erat, quæ habita fuit ſupra 1. & 3. cap. *Immolauit eum.* id eſt, iugulauit iſtum vitulum; Id refertur ad Moyſen; quoniam ipſe faciebat omnia iſta ſacrificia in ſeptem diebus cōſecrationis, Sacerdotes autem nihil adhuc miniſtrabant: nam poteſtas miniſtrandi concedebatur in eis per conſecrationem. Conſecratio autem ſeptem diebus durabat, vt patet infra in littera, ideo in omnibus iſtis non poterant Sacerdotes aliquid miniſtrare, ſed Moyſes expleuit cæremonias omnium iſtorum ſeptem dierū, quibus finitis Aaron, & filij eius miniſtrare cęperunt, vt patet ſequenti cap. cum dicitur: Et facta octaua die, vocauit Moyſes Aaron, & filios, & iuſſit, quòd immolarent victimas, ſicut ibi habetur. Moyſes autem in omnibus iſtis ſeptem diebus expleuit cæremonias ſacrificiorum pacificorum,

ſum, quoniam ipſe Sacerdotes ipſos conſecrabat, & non erat ipſe Sacerdos magnus, aut minor, ſed Deus illi ad hoc poteſtatem tribuerat, quoniam erat Sacerdos vnctus oleo inuiſibili. Cum autem iſti conſecrati eſſent, & miniſtrare cœpiſſent non licuit ei miniſtrare, cum ipſe antea in defectum aliorum miniſtraret: tunc autem alij, qui miniſtrarent, legitimè ſubrogati erant.

Hauriens ſanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris, i. Moyſes hauſit de ſanguine illius vituli, quoniã cum iugularetur, effluxit ſanguis eius in crateras, ſicut in aliis ſacrificiis ſolitum erat, & inde extraxit modicum de ſanguine digito ad tingendum cornua altaris. Non eſt autem iſtud altare thymiamatum, ſed holocauſtorum: nam non fuit facta aliqua aſperſio vel tinctio altaris thymiamatum nunc, nec fiebat aliqua aſperſio contra velum templi Sancti Sanctorum, ſicut in quibuſdam aliis ſacrificiis fiebat.

Quare non fiebat eadem obſequatio cæremoniarum in ſacrificio pro conſecratione Sacerdotum, ſicut in ſacrificio pro peccato Sacerdotis magni. Quæſt. VII.

QVÆRET autem aliquis, quare non fiebat tunc obſeruatio earundem cæremoniarum, quæ obſeruabantur in ſacrificiis pro peccato Sacerdotis magni, vt patet ſupra 4. capite: nam ibi dicitur, quòd Sacerdos tingeret cornua altaris thymiamatum de ſanguine illo, & aſpergeret ſepties contra velum Templi Sancti Sanctorum: hic autem ſolum dicitur, quòd tingerentur cornua altaris holocauſtorum.

Reſpondendum eſt, quòd ſecundum peccatorum inæqualitatem ita fiebat diuerſitas in cæremoniis ſanguinis: nam in ſanguine ſacrificiorum fiebat ſemper expiatio, vt habetur infra 17. cap. cum dicitur: Anima carnis in ſanguine eſt, & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare meũ expietis pro animabus veſtris: & ſanguis pro animæ piaculo ſit. Simile habetur ad Hebræos 9. cap. & quia ſecundum quantitatem peccatorum oportebat eſſe maiorem, vel minorem expiationem, oportebat, quòd in ſanguine diuerſæ cæremoniæ ſeruarentur. Sic aũt erat in iſtis duabus oblationibus: nam quamuis nunc offerretur pro peccato ſacerdotum, & ſupra 4. cap. dicatur de oblatione pro peccato Summi Sacerdotis: tamen non erat æquale peccatum, quoniam illic offerebatur pro aliquo ſpeciali peccato, cum Sacerdos magnus peccaſſet per ignorantiam faciens delinquere populum: hic autem non agitur de expiatione pro aliquo peccato ſpeciali: ſed ſi cognitum erat, quòd Sacerdotes aliquando peccaſſent, offerebatur pro eis ſacrificium, maior autem expiatio neceſſaria erat, cum fieret pro aliquo peccato determinato, quàm cum fieret in generali, ideo non debebat hic eſſe tanta obſeruatio in cæremoniis ſanguinis ſicut ibi: differentia autem in hoc eſſe debebat, vt inferretur ſanguis in Tabernaculum ad aſpergendum coram velo Sancti Sanctorum, & ad tingendum cornua altaris thymiamatum, cum fiebat expiatio pro aliquo peccato determinato. Cum autem fiebat in generali, non pro aliquibus ſpecialibus peccatis, non debebat inferri ſanguis in Tabernaculum ad aſpergendum contra velum, & tingẽdum cornua altaris.

Obiectio remouetur. Sed obiicies, quare in die expiationis fiebat expiatio peccatorum, & nõ expiabatur ſpecialiter pro aliquo peccato, ſed pro omnibus peccatis quæcunque illa eſſent, & tamen Sacerdos inferebat ſanguinem vituli immolati pro peccato in Tabernaculo, & etiam intra Sancta Sanctorum, vt aſpergeret ſepties coram Propitiatorio, vt habetur infra 16. capite.

Reſpondendum eſt, quòd ibi fiebat ſacrificiũ pro peccato totius populi, & omnium Sacerdotum, tam Pontificis, quàm minorum Sacerdotum, nulla autem poterat eſſe maior expiatio quàm iſta, ideo conueniebat, vt ſpecialiſſimæ ceremoniæ in ea ſeruarentur: hoc autem erat, vt inferretur ſanguis in Sancta Sanctorum. Hoc etiam fiebat, quia ſpecialis remiſſio peccatorum fiebat in die propitiationis, cum illa dies à Deo ſtatuta eſſet duntaxat ad peccatorum expiationem.

Aliquis autem fortaſſis reſpondebit nullum eſſe argu-

F mentum, quòd fiebat de expiatione pro peccato Sacerdotum, de qua habetur ſupra, cap. 4. nam ibi ſolũ fiebat expiatio pro peccato ſummi Sacerdotis, hic autem fit pro conſecratione tam maiorum, quàm minorum Sacerdotũ. Sed in hoc nulla reſponſio eſt, quin potius contrarium ſequitur: nam hic offerebatur pro peccato ſummi Sacerdotis, & minorum, cum omnes conſecrarentur, ſupra autem 4. cap. offerebatur ſolum pro peccato ſummi Sacerdotis: maius autem peccatum erat ſummi Sacerdotis, & minorum ſacerdotum ſimul, quàm peccatum ſolius ſummi ſacerdotis: ideo in eo maius expiatio neceſſaria erat; ſic plures cæremoniæ debebant obſeruari hic, quàm ſupra, 4. c. quod ex oppoſito accidit: ideo iſti nihil ſentiunt. Sed dicendum eſt, vt ſupra dicebatur. *Tetigit cornua altaris per gyrum*. i. Moyſes intinxit digitum in ſanguine, & tetigit

G quatuor cornua altaris, faciendo in quolibet eorum vnam lituram, ſicut fiebat in aliis communibus expiationibus. Dicebatur autem eſſe iſta tinctio per gyrum, quoniã cornua altaris, quæ tingebantur, erant in circuitu altaris, ſcilicet, per quatuor latera eius. *Quo expiato, & ſanctificato, fudit reliquum ſanguinem*. id eſt, Moyſes ſanctificauit, & expiauit altare, contingendo cornua eius ſanguine. Et non erat hæc propriè expiatio: quoniam iſtud altare nondum fuerat aliquod ſacrum, quod per peccatũ filiorum Iſrael cõtaminari potuiſſet. Sed dicitur de altari thymiamatum, quòd illud expiatur à ſordibus filiorum Iſrael, vt infra 16. cap. cum dicitur, vt aſpergat ex regione oraculi, & expiet Sanctuarium ab immunditiis filiorũ Iſrael, & à præuaricationibus eorum, cunctiſque peccatis. Si autem iſtud altare holocauſtorum longe ante hoc fuiſſet ad Diuinum *Quo expiaretur altare antequã fieret in eo aliqd ſacrificium.*

H cultum applicatum, poterat contaminari per iniquitates filiorum Iſrael, & debuiſſet expiari, ſed nunc nouiter ad Dei cultũ applicabatur: ideo exponi poteſt, quo expiato, id eſt, facta expiatione pro peccato, in illo, & hoc verum eſt: quoniam, cum tũc offerretur pro peccato ſacerdotum, fiebat expiatio pro illo, vel poterat hic accipi expiatio pro ipſa ſanctificatione: nam altare, antequam fieret in eo illa expiatio, non erat conueniens ad miniſtrandum: per illam autem conueniens effectum eſt. Tunc iſta duo ad idem pertinent, ſcilicet expiare, & ſanctificare, ita, quòd nihil aliud fuit expiationem fieri in altari, quàm ipſum ſanctificari, id eſt, applicari ad cultum Diuinum. *Fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta eius*. i. totus ſanguis præter modicum illum, qui ſumptus fuit ad tangẽdum cornua altaris, fuit effuſus ad pedes altaris: hoc. n. generale erat in omni-

I bus ſacrificiis pro peccato. *Adipem verò, qui erat ſuper vitalia*. Ponitur hic de crematione omnium adipum iſtius vituli immolati: nam quamquam pro peccato offerretur, & cremarentur carnes eius extra caſtra: adipes tamen coram Domino cremabantur ſuper altare, & hoc generale erat in omnibus ſacrificiis: nam qualitercunque iſta offerrentur, adipes ad Dominum pertinebant. Vocatur autem hic adeps operiens vitalia pinguedo, quæ erat ſuper membra, quæ vocantur vitalia, vt cor, & illi coniuncta: eſt enim ſuper iſta quædam pinguedo ſeiungens illa ab omnibus aliis membris. Et ſciendum, quòd quandocunque iubetur adeps alicuius ſacrificij Domino offerri, intelligendum eſt de omnibus adipibus, qui ſunt intra viſcera animalis: & ſiue illi exprimantur facta mentione de quolibet, vel ſolum dicatur in vniuerſali, aut ſi fortè exprima- *Crematio omniũ adipum huius vituli immolati.*

K tur ſolum vna pars adipum, ſemper tamen intelligendum eſt de omnibus adipibus: quoniam ſupra 3. cap. dictũ fuerat omnis adeps Domini erit iure perpetuo. Et ſup. 7. cap. iubebatur, ne quis comederet de adipe, qui offerri debebat: neceſſarium igitur erat, vt in omnibus hoſtiis totus adeps Domino offerretur, quamquam non offerri mandetur expreſsè, niſi de vna particula: ideo nihil magis differt quòd in his exprimatur totus adeps quàm quod aliqua pars. *Et reticulum iecoris*. Iſta eſt quædam pars adipum, & vocatur reticulum, quædam quaſi pellicula pinguedinis ſuperfuſa hepati, quod hic vocatur iecur. Et dicitur reticulum, quia in modum retis perforata eſt: vocatur autem hic iecur ipſum hepar, quoniam iecur non eſt in quadrupedibus, ſed in ſolis volatilibus.

Duoſque renunculos. id eſt, etiam obtulit Moyſes cũ iſta pinguedine duos renũculos, quoniam cum ipſi intra pinguedi-

quedlu... ſint, ad eam pertinere videntur. *Cum aruinulis* A *ſuis.* Aruinula diminutiuum eſt de aruina. Significat antem aruina pinguedinem, quæ non eſt pars carnium, ſicut de adipe dicitur. Dicuntur autem aruinulæ renūculorum partes pinguedinis exiſtentes ſuper ipſos renunculos. Iſtæ enim aruinæ cum ipſis renunculis cremabantur. *Adolebit ſuper altare,* id eſt, omnia iſta comburebātur, quoniam de iſto ſacrificio vituli nihil aliud ad Deum pertinebat. *Vitulum cum pelle, carnibus, & fimo cremans extra caſtra.* Quādocunque vitulus offerebatur pro peccato, cremabantur carnes eius extra caſtra, quamquam nō fuerit ſic data regula ſupra 6. capite, ſed quòd hoſtia cuius ſanguis inferretur in Sanctuarium, non comederetur, ſed cremaretur igne. De ſanguine autem huius nihil extra Sanctuarium elatum fuerat, ſed totus fuit fuſus ad baſim altaris holocauſtorum præter modicum, de quo altaris cornua tincta fuerant.

Aruina quid ſit.

Quare Deus extra caſtra comburi iuſſerit vitulum oblatū in conſecratione Sacerdotū.

Iuſſit autem Deus cōburi iſtum vitulum extra caſtra, quoniam voluit facere aliquam differētiam inter ſacrificium pro peccato Sacerdotum, & ſacrificium pro peccato popularium. In ſacrificiis autem pro peccato ſæcularium, qui erāt perſonæ priuatæ, carnes non comburebantur extra caſtra: hic autem voluit, quòd cremarētur. Erat etiam adhuc alia ratio: quoniam ſi iſtæ carnes pro peccato non cremarentur extra caſtra, pertinebant ad Sacerdotes, vt patet ſupra 6. capite, cum dicatur hoſtia pro peccato, & pro delicto ad Sacerdotum iura pertinere, ſed Sacerdotes non poterant nunc aliquid tanquam Sacerdotes percipere: ideo non debuit cedere eis, ſed cremari extra caſtra.

Si autem obiicias, quòd Sacerdotes quando conſecrabantur, comedebant de carnibus ſanctificatis, ſcilicet de ariete pacifico, vt habetur Exod. 29. cap. & infra in littera.

Reſpondendum eſt, non eſſe idem ius de hoſtiis pacificis, & de hoſtiis pro peccato, quoniam hoſtiæ pro peccato cum cederent Sacerdotibus cedebant eis, quaſi Sacerdotibus ex iure ſuo Sacerdotali: ideo non poterant accipere aliquid de his hoſtiis, niſi cum eſſent Sacerdotes. Sed ante expletam conſecrationem, quæ durauit per ſeptem dies, non fuerunt Sacerdotes, ergo non potuerunt eis cedere hoſtiæ pro peccato, quæ tanquam Sacerdotibus eueniunt. Partes autem hoſtiarum pacificarum non eueniūt aliquibus quàm Sacerdotibus, quoniam populares non comedunt de hoſtiis pacificis, cum eas obtulerint: nam tota hoſtia pacifica præter adipes, qui coram Domino cremabantur, & pectuſculum, & armum dextrum, quæ Sacerdotibus cedebant, erant ipſorum laicorū offerentium. Sic autem Aaron, & filij eius comedentes in conſecratione ſua de carnibus pacificarum hoſtiarum, nō functi ſunt officio Sacerdotali, ſed ſi fuere iure laicorum: quod adhuc patet: quoniam de hoſtia pacifica tollebatur in ius Sacerdotum pectuſculum, & armus dexter, vt patet præcedenti capite. Sic autem factum eſt hic: quoniam de ariete pacifico, quem pro ſe Sacerdotes obtulerunt, iuſſit Deus, vt Moyſes, qui conſecrabat Aaron, & filios eius, acciperet pectuſculum, vt habetur Exodi 29. capite cum dicitur: Sumeſq; pectuſculum de ariete, quo initiatus eſt Aaron, & ſanctificabis illud eleuatum coram Domino, & cedet in partem tuam. Si autem Aaron, & filij eius comedentes carnes ſacrificiorum hoſtiarum pacificarum in conſecratione ſua fungerentur iure Sacerdotum, totam victimam comediſſent præter adipes, qui Domino cedebant. Sed comederunt partes, quas laici in his ſacrificiis comedunt, non comederunt ergo iure Sacerdotali. Patet igitur, quòd non debuit aliqua pars vituli immolati pro peccato Sacerdotum comedi, ſed comburi extra caſtra, & hoc cum pelle, & fimo, & cornibus cæteriſque, quæ alias in boue pro peccato immolato cremanbantur. *Sicut præceperat Dominus.* In omnibus ponitur, ſicut præceperat Dominus, vt non videatur Moyſes feciſſe iſta ex corde ſuo. *Obtulit, & arietem in holocauſtum.* Hic ponitur ſecundum genus ſacrificij, quod fiebat in Sacerdotū conſecratione, & erat holocauſtum, in quo obſeruabantur omnes leges, quas in aliis holocauſtis obſeruari ſolitum erat. *Super cuius caput cum poſuiſſent Aaron, & filij eius*

Secundum ſacrificiū erat holocauſti in conſecratione Sacerdotum.

manus ſuas. Primò fuerunt expletæ cæremoniæ vituli pro peccato, ſcilicet, quòd immolaretur, & funderetur ſanguis apud altare, & cremarentur carnes extra caſtra; deinde obtulerunt Aaron, & filij eius arietem primum coram Domino imponentes ſinguli manus ſuas ſuper caput eius, quem Moyſes ſuſcepit de manibus eorum, & immolauit. Quare autem imponerentur manus ſuper caput huius arietis ex eiſdem cauſis fit, ex quibus in omnibus aliis ſacrificiis. Quare autem Aaron, & omnes filij eius manus imponerent, ſupra de vitulo declaratum eſt. Cum autem dicitur hic, obtulit arietem, ad Moyſen refertur: nam cum Aaron, & filij eius impoſuiſſent manus ſuper caput huius arietis, ſuſcepit eum Moyſes, & præſentauit coram altari ad immolandum: hæc autem præſentatio dicitur oblatio. *Immolauit eum*, ſcilicet Moyſes; quo- B niam alij nondum erant Sacerdotes, nec poterant aliquatenus miniſtrare.

Quæretur autem, quomodo Moyſes potuit conſecrare iſtos Sacerdotes cum ipſe non eſſet Pontifex, nec Sacerdos minor, ſed ſimplex Leuita.

Quæretur etiam, quomodo Sacerdotes minores, & maiores poſt tempora Moyſi conſecrati fuerint.

Quæretur tandem de conſecratione Eleazari ſecundi Pontificis Hebræorum: & an obſeruatæ ſint illæ omnes cæremoniæ conſecrationis? De his omnibus latè diſſeruimus Exodi 29. *Et fudit ſanguinem eius per circuitum altaris holocauſtorum.* Nam iſte aries erat pro peccato immolatus: & in ſacrificiis holocauſtorum, non inferebatur ſanguis intra Tabernaculum, vt aſpergeretur coram velo Sancti Sanctorum, vel vt tingerentur cornua altaris thymiama- C tum, nec etiam tingebantur de hoc ſanguine cornua altaris holocauſtorum. Nam tinctio cornuum ad ſacrificium pro peccato ptinebat; ſed ſimpliciter fundebatur ſanguis totus ſuper parietes altaris, in circuitu eius, & ita fluebat ad baſim altaris. *Ipſumq; arietem in fruſta concidens.* id eſt, Moyſes diuiſit totum illum arietem in partes, quoniā poſt immolationem primò detraxit pellem eius, & deinde diuiſit in partes, ſecundum diuerſas membrorum ſectiones: nam non debebant poni integræ carnes holocauſti, ſuper altare, vt patet ſupra primo cap. In iſto ariete non fit mentio de adipibus cremādis ſicut ſupra in vitulo; & cauſa eſt, quoniam quamuis in iſto, ſicut in ceteris, cremarentur adipes ſuper altare: tamen non ita patebat de aliis, ſicut de hoc: nam iſtud erat holocauſtum: in holocauſto autem omnes partes animalis præter pellem cremaban- D tur iuxta ſignificationem huius nominis holocauſti: ideo ſatis innoteſcebat adipes comburi debere. In vitulo autem pro peccato, de quo ſuprà dicebatur, omnes carnes cremabantur extra caſtra: ideo ſic aliquatenus dubitari non poſſet, an adipes extra caſtra cremarentur: ideo ibi expreſſit de adipibus hic autem nihil. *Caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni.* Exprimuntur hic partes, & vocantur artus omnes partes carnis, & apponitur præter hoc caput, quoniam non comprehenditur nomine carnium. Dicitur etiam de adipe, non quidem exprimēdo partes eius ex cauſa ſupradicta, ſed generaliter adipem nominauit: hæc autem omnia ſuper altare cremata ſunt. *Lotis prius inteſtinis & pedibus.* Inteſtina, quæ ſunt omaſi in ſacrificio holocauſti cremabantur; ſed auferebatur totus fimus per eorum lotionem: quoniā coram Domino non oportebat E aliquid immundum, vel banauſum offerri: pedes etiam lauabantur, quoniam immundi erant conculcando ſordes. Nec ſolum quidem exiſtimandum eſt pedes debuiſſe lauari ad cremādum, ſed etiam primò detrahebatur pellis eorum, & vngulæ, quoniam pellis ad naturam carnis non pertinet, vngula autem de natura cornea ſunt.

Hoc in ariete quare de adipibus cremandis non fiat mentio.

Totumq; ſimul arietem incendit ſuper altare. Repetitio ſuperiorum eſt, ſcilicet, quòd totus aries diuiſus in partes, cremaretur ſuper altare. *Eo quòd eſſet holocauſtum ſuauiſſimi odoris Domino.* Redditur cauſa ſuperioris dicti, ſcilicet, quare cremaretur totus aries ſuper altare, nulla parte cedente in ius offerentis, vel Sacerdotum. Et dicitur hoc eſſe, quia erat holocauſtum, i. q. in nullo alio ſacrificio fieret, & tamen quia iſtud holocauſtum erat, debebat in eo fieri, cum ſignificatio huius nominis holocauſtum ſic expoſcat. *Sicut præceperat ei.* i. ſicut pceperat Deus Moyſi,

ſum, quoniam ipſe Sacerdotes ipſos conſecrabat, & non erat ipſe Sacerdos magnus, aut minor, ſed Deus illi ad hoc poteſtatem tribuerat, quoniam erat Sacerdos vnctus oleo inuiſibili. Cum autem iſti conſecrati eſſent, & miniſtrare cœpiſſent non licuit ei miniſtrare, cum ipſe antea in defectum aliorum miniſtraret: tunc autem alij, qui miniſtrarent, legitimè ſubrogati erant.

Hauriens ſanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris, i. Moyſes hauſit de ſanguine illius vituli, quoniã cum iugularetur, effluxit ſanguis eius in crateras, ſicut in aliis ſacrificiis ſolitum erat, & inde extraxit modicum de ſanguine digito ad tingendum cornua altaris. Non eſt autem iſtud altare thymiamatum, ſed holocauſtorum: nam non fuit facta aliqua aſperſio vel tinctio altaris thymiamatum nunc, nec fiebat aliqua aſperſio contra velum templi Sancti Sanctorum, ſicut in quibuſdam aliis ſacrificiis fiebat.

Quare non fiebat eadem obſeruatio cæremoniarum in ſacrificio pro conſecratione Sacerdotum, ſicut in ſacrificio pro peccato Sacerdotis magni. Quæſt. VII.

QVÆRET autem aliquis, quare non fiebat tunc obſeruatio earundem cæremoniarum, quæ obſeruabantur in ſacrificiis pro peccato Sacerdotis magni, vt patet ſupra 4. capite: nam ibi dicitur, quòd Sacerdos tingeret cornua altaris thymiamatum de ſanguine illo, & aſpergeret ſepties contra velum Templi Sancti Sanctorum: hic autem ſolum dicitur, quòd tingerentur cornuà altaris holocauſtorum.

Reſpondendum eſt, quòd ſecundum peccatorum inæqualitatem ita fiebat diuerſitas in cæremoniis ſanguinis: nam in ſanguine ſacrificiorum fiebat ſemper expiatio, vt habetur infra 17. cap. cum dicitur: Anima carnis in ſanguine eſt, & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare meũ expietis pro animabus veſtris: & ſanguis pro anima piaculo ſit. Simile habetur ad Hebræos 9. cap. & quia ſecundum quantitatem peccatorum oportebat eſſe maiorem, vel minorem expiationem, oportebat, quòd in ſanguine diuerſæ cæremoniæ ſeruarentur. Sic aũt erat in iſtis duabus oblationibus: nam quamuis nunc offerretur pro peccato ſacerdotum, & ſupra 4. cap. dicatur de oblatione pro peccato Summi Sacerdotis: tamen non erat æquale peccatum, quoniam illic offerebatur pro aliquo ſpeciali peccato, cum Sacerdos magnus peccaſſet per ignorantiam faciens delinquere populum: hic autem non agitur de expiatione pro aliquo peccato ſpeciali: ſed ſi cognitum erat, quòd Sacerdotes aliquando peccaſſent, offerebatur pro eis ſacrificium, maior autem expiatio neceſſaria erat, cum fieret pro aliquo peccato determinato, quàm cum fieret in generali, ideo non debebat hic eſſe tanta obſeruatio in cæremoniis ſanguinis ſicut ibi: differentia autem in hoc eſſe debebat, vt inferretur ſanguis in Tabernaculum ad aſpergendum coram velo Sancti Sanctorum, & ad tingendum cornua altaris thymiamatum, cum fiebat expiatio pro aliquo peccato determinato. Cum autem fiebat in generali, non pro aliquibus ſpecialibus peccatis, non debebat inferri ſanguis in Tabernaculum ad aſpergendum contra velum, & tingẽdum cornua altaris.

Obiectio remouetur. Sed obiicies, quare in die expiationis fiebat expiatio peccatorum, & nõ expiabatur ſpecialiter pro aliquo peccato, ſed pro omnibus peccatis quæcunque illa eſſent, & tamen Sacerdos inferebat ſanguinem vituli immolati pro peccato in Tabernaculo, & etiam intra Sancta Sanctorum, vt aſpergeret ſepties coram Propitiatorio, vt habetur infra 16. capite.

Reſpondendum eſt, quòd ibi fiebat ſacrificiũ pro peccato totius populi, & omnium Sacerdotum, tam Pontificis, quàm minorum Sacerdotum, nulla autem poterat eſſe maior expiatio quàm iſta, ideo conueniebat, vt ſpecialiſſimæ ceremoniæ in ea ſeruarentur: hoc autem erat, vt inferretur ſanguis in Sancta Sanctorum. Hoc etiam fiebat, quia ſpecialis remiſſio peccatorum fiebat in die propitiationis, cum illa dies à Deo ſtatuta eſſet duntaxat ad peccatorum expiationem.

Aliquis autem fortaſſis reſpondebit nullum eſſe argu- F mentum, quòd fiebat de expiatione pro peccato Sacerdotum, de qua habetur ſupra, cap. 4. nam ibi ſolũ fiebat expiatio pro peccato ſummi Sacerdotis, hic autem fit pro conſecratione tam maiorum, quàm minorum Sacerdotũ. Sed in hoc nulla reſponſio eſt, quin potius contrarium ſequitur: nam hic offerebatur pro peccato ſummi Sacerdotis, & minorum, cum omnes conſecrarentur, ſupra autem 4. cap. offerebatur ſolum pro peccato ſummi Sacerdotis: maius autem peccatum erat ſummi Sacerdotis, & minorum ſacerdotum ſimul, quàm peccatum ſolius ſummi ſacerdotis: ideo in eo maius expiatio neceſſaria erat; ſic plures cæremoniæ debebant obſeruari hic, quàm ſupra, 4. c. quod ex oppoſito accidit: ideo iſti nihil ſentiunt. Sed dicendum eſt, vt ſupra dicebatur. *Tetigit cornua altaris per gyrum*, i. Moyſes intinxit digitum in ſanguine, & tetigit G quatuor cornua altaris, faciendo in quolibet eorum vnam lituram, ſicut fiebat in aliis communibus expiationibus. Dicebatur autem eſſe iſta tinctio per gyrum, quoniã cornua altaris, quæ tingebantur, erant in circuitu altaris, ſcilicet, per quatuor latera eius. *Quo expiato, & ſanctificato, fudit reliquum ſanguinem*, id eſt, Moyſes ſanctificauit, & expiauit altare, contingendo cornua eius ſanguine. Et non erat hæc propriè expiatio: quoniam iſtud altare nondum fuerat aliquod ſacrum, quod per peccatũ filiorum Iſrael cõtaminari potuiſſet. Sed dicitur de altari thymiamatum, quòd illud expiatur à ſordibus filiorum Iſrael, vt infra 16. cap. cum dicitur, vt aſpergat ex regione oraculi, & expiet Sanctuarium ab immunditiis filiorũ Iſrael, & à præuaricationibus eorum, cunctiſque peccatis. Si autem iſtud altare holocauſtorum longe ante hoc fuiſſet ad Diuinum H cultum applicatum, poterat contaminari per iniquitates filiorum Iſrael, & debuiſſet expiari, ſed nunc nouiter ad Dei cultũ applicabatur: ideo exponi poteſt, quo expiato, id eſt, facta expiatione pro peccato, in illo, & hoc verum eſt: quoniam, cum tũc offerretur pro peccato ſacerdotum, fiebat expiatio pro illo, vel poterat hic accipi expiatio pro ipſa ſanctificatione: nam altare, antequam fieret in eo illa expiatio, non erat conueniens ad miniſtrandum: per illam autem conueniens effectum eſt. Tunc iſta duo ad idem pertinent, ſcilicet expiare, & ſanctificare, ita, quòd nihil aliud fuit expiationem fieri in altari, quàm ipſum ſanctificari, id eſt, applicari ad cultum Diuinum. *Fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta eius*, i. totus ſanguis præter modicum illum, qui ſumptus fuit ad tangẽdum cornua altaris, fuit effuſus ad pedes altaris: hoc. n. generale erat in omnibus ſacrificiis pro peccato. *Adipem verò, qui erat ſuper vitalia*. Ponitur hic de crematione omnium adipum iſtius vituli immolati: nam quamquam pro peccato offerretur, & cremarentur carnes eius extra caſtra: adipes tamen coram Domino cremabantur ſuper altare, & hoc generale erat in omnibus ſacrificiis: nam qualitercumque iſta offerrentur, adipes ad Dominum pertinebant. Vocatur autem hic adeps operiens vitalia pinguedo, quæ erat ſuper membra, quæ vocantur vitalia, vt cor, & illi coniuncta: eſt enim ſuper iſta quædam pinguedo ſeiungens illa ab omnibus aliis membris. Et ſciendum, quòd quandocunque iubetur adeps alicuius ſacrificij Domino offerri, intelligendum eſt de omnibus adipibus, qui ſunt intra viſcera animalis: & ſiue illi exprimantur facta mentione de quolibet, vel ſolum dicatur in vniuerſali, aut ſi fortè exprima- K tur ſolum vna pars adipum, ſemper tamen intelligendum eſt de omnibus adipibus: quoniam ſupra 3. cap. dictũ fuerat omnis adeps Domini erit iure perpetuo. Et ſup. 7. cap. iubebatur, ne quis comederet de adipe, qui offerri debebat: neceſſarium igitur erat, vt in omnibus hoſtiis totus adeps Domino offerretur, quamquam non offerri mandetur expreſsè, niſi de vna particula: ideo nihil magis diſfert quòd in his exprimatur totus adeps quàm quod aliqua pars. *Et reticulum iecoris*. Iſta eſt quædam pars adipum, & vocatur reticulum, quædam quaſi pellicula pinguedinis ſuperfuſa hepati, quod hic vocatur iecur. Et dicitur reticulum, quia in modum retis perforata eſt: vocatur autem hic iecur ipſum hepar, quoniam iecur non eſt in quadrupedibus, ſed in ſolis volatilibus.

Quo expiatur altare antequã fieret in eo aliqđ ſacrificium.

Crematio omniũ adipum huius vituli immolati.

Duoſque renunculos. id eſt, etiam obtulit Moyſes cũ iſta pinguedine duos renũculos, quoniam cum ipſi intra pinguedi-

Aruina quid ſit.

guedinem ſunt, ad eam pertinere videntur. *Cum aruinulis ſuis.* Aruinula diminutiuum eſt de aruina. Significat autem aruina pinguedinem, quæ non eſt pars carnium, ſicut de adipe dicitur. Dicuntur autem aruinulæ renũculorum partes pinguedinis exiſtentes ſuper ipſos renunculos. Iſtæ enim aruinæ cum ipſis renunculis cremabantur. *Adolebit ſuper altare*, id eſt, omnia iſta comburebãtur, quoniam de iſto ſacrificio vituli nihil aliud ad Deum pertinebat. *Vitulum cum pelle, carnibus, & fimo cremans extra caſtra.* Quãdocunque vitulus offerebatur pro peccato, cremabantur carnes eius extra caſtra, quamquam nõ fuerit ſic data regula ſupra 6. capite, ſed quòd hoſtia cuius ſanguis inferretur in Sanctuarium, non comederetur, ſed cremaretur igne. De ſanguine autem huius nihil extra Sanctuarium elatum fuerat, ſed totus fuit fuſus ad baſim altaris holocauſtorum præter modicum, de quo altaris cornua tincta fuerant.

Quare Deus extra caſtra comburi iuſſerit vitulum oblatũ in conſecratione Sacerdotũ.

Iuſſit autem Deus cõburi iſtum vitulum extra caſtra, quoniam voluit facere aliquam differẽtiam inter ſacrificium pro peccato Sacerdotum, & ſacrificium pro peccato popularium. In ſacrificiis autem pro peccato ſæcularium, qui erãt perſonæ priuatæ, carnes non comburebantur extra caſtra: hic autem voluit, quòd cremaretur. Erat etiam adhuc alia ratio: quoniam ſi iſtæ carnes pro peccato non cremarentur extra caſtra, pertinebant ad Sacerdotes, vt patet ſuprà 6. capite, cum dicatur hoſtia pro peccato, & pro delicto ad Sacerdotum iura pertinere, ſed Sacerdotes non poterant nunc aliquid tanquam Sacerdotes percipere: ideo non debuit cedere eis, ſed cremari extra caſtra.

Si autem obiicias, quòd Sacerdotes quando conſecrabantur, comedebant de carnibus ſanctificatis, ſcilicet de ariete pacifico, vt habetur Exod. 29. cap. & infra in littera.

Reſpondendum eſt, non eſſe idem ius de hoſtiis pacificis, & de hoſtiis pro peccato, quoniam hoſtiæ pro peccato cum cederent Sacerdotibus cedebant eis, quaſi Sacerdotibus ex iure ſuo Sacerdotali: ideo non poterant accipere aliquid de his hoſtiis, niſi cum eſſent Sacerdotes. Sed ante expletam conſecrationem, quæ durauit per ſeptem dies, non fuerunt Sacerdotes, ergo non potuerunt eis cedere hoſtiæ pro peccato, quæ tanquam Sacerdotibus eueniunt. Partes autem hoſtiarum pacificarum non eueniunt aliquibus quàm Sacerdotibus, quoniam populares non comedunt de hoſtiis pacificis, cum eas obtulerint: nam tota hoſtia pacifica præter adipes, qui coram Domino cremabantur, & pectuſculum, & armum dextrum, quæ Sacerdotibus cedebant, erant ipſorum laicorũ offerentium. Sic autem Aaron, & filij eius comedentes in conſecratione ſua de carnibus pacificarum hoſtiarum, nõ functi ſunt officio Sacerdotali, ſed ſi fuere iure laicorum: quod adhuc patet: quoniam de hoſtia pacifica tollebatur in ius Sacerdotum pectuſculum; & armus dexter, vt patet præcedenti capite. Sic autem factum eſt hic: quoniam de ariete pacifico, quem pro ſe Sacerdotes obtulerunt, iuſſit Deus, vt Moyſes, qui conſecrabat Aaron, & filios eius, acciperet pectuſculum, vt habetur Exodi 29. capite cum dicitur: Sumeſq; pectuſculum de ariete, quo initiatus eſt Aaron, & ſanctificabis illud eleuatum coram Domino, & cedet in partem tuam. Si autem Aaron, & filij eius comedentes carnes ſacrificiorum hoſtiarum pacificarum in conſecratione ſua fungerentur iure Sacerdotum, totam victimam comediſſent præter adipes, qui Domino cedebant. Sed comederunt partes, quas laici in his ſacrificiis comedunt, non comederunt ergo iure Sacerdotali. Patet igitur, quòd non debuit aliqua pars vituli immolati pro peccato Sacerdotum comedi, ſed comburi extra caſtra, & hoc cum pelle, & fimo, & cornibus ceteriſque, quæ alias in boue pro peccato immolato cremanbantur. *Sicut præceperat Dominus.* In omnibus ponitur, ſicut præceperat Dominus, vt non videatur Moyſes feciſſe iſta ex corde ſuo. *Obtulit, & arietem in holocauſtum.* Hic ponitur ſecundum genus ſacrificij, quod fiebat in Sacerdotũ conſecratione, & erat holocauſtum, in quo obſeruabantur omnes leges, quas in aliis holocauſtis obſeruari ſolitum erat. *Super cuius caput cum poſuiſſent Aaron, & filij eius*

Secũdum ſacrificiũ erat holocauſti in conſecratione Sacerdotum.

A *manus ſuas.* Primò fuerunt expletæ cæremoniæ vituli pro peccato, ſcilicet, quòd immolaretur, & funderetur ſanguis apud altare, & cremarentur carnes extra caſtra; deinde obtulerunt Aaron, & filij eius arietem primum coram Domino imponentes ſinguli manus ſuas ſuper caput eius, quem Moyſes ſuſcepit de manibus eorum, & immolauit. Quare autem imponerentur manus ſuper caput huius arietis ex eiſdem cauſis fit, ex quibus in omnibus aliis ſacrificiis. Quare autem Aaron, & omnes filij eius manus imponerent, ſupra de vitulo declaratum eſt. Cum autem dicitur hic, obtulit arietem, ad Moyſen refertur: nam cum Aaron, & filij eius impoſuiſſent manus ſuper caput huius arietis, ſuſcepit eum Moyſes, & præſentauit coram altari ad immolandum: hæc autem præſentatio dicitur oblatio. *Immolauit eum.* ſcilicet Moyſes; quoniam B alij nondum erant Sacerdotes, nec poterant aliquatenus miniſtrare.

Quæretur autem, quomodo Moyſes potuit conſecrare iſtos Sacerdotes cum ipſe non eſſet Pontifex, nec Sacerdos minor, ſed ſimplex Leuita?

Quæretur etiam, quomodo Sacerdotes minores, & maiores poſt tempora Moyſi conſecrati fuerint.

Quæretur tandem de conſecratione Eleazari ſecundi Pontificis Hebræorum: & an obſeruatæ ſint illæ omnes cæremoniæ conſecrationis? De his omnibus latè diſſeruimus Exodi 29. *Et fudit ſanguinem eius per circuitum altaris holocauſtorum.* Nam iſte aries erat pro peccato immolatus: & in ſacrificiis holocauſtorum, non inferebatur ſanguis intra Tabernaculum; vt aſpergeretur coram velo Sancti Sanctorum, vel vt tingerentur cornua altaris thymiama- C tum, nec etiam tingebantur de hoc ſanguine cornua altaris holocauſtorum. Nam tinctio cornuum ad ſacrificium pro peccato ptinebat; ſed ſimpliciter fundebatur ſanguis totus ſuper parietes altaris, in circuitu eius, & ita fluebat ad baſim altaris. *Ipſumq. arietem in fruſta concidens.* id eſt, Moyſes diuiſit totum illum arietem in partes, quoniã poſt immolationem primò detraxit pellem eius, & deinde diuiſit in partes, ſecundum diuerſas membrorum ſectiones: nam non debebant poni integræ carnes holocauſti, ſuper altare, vt patet ſupra primo cap. In iſto ariete non fit mentio de adipibus cremãdis ſicut ſupra in vitulo; & cauſa eſt, quoniam quamuis in iſto, ſicut in ceteris, cremarentur adipes ſuper altare: tamen non ita patebat de aliis, ſicut de hoc: nam iſtud erat holocauſtum: in holocauſto autem omnes partes animalis præter pellem cremaban- D tur iuxta ſignificationem huius nominis holocauſtũ: ideo ſatis innoteſcebat adipes comburi debere. In vitulo autem pro peccato, de quo ſuprà dicebatur, omnes carnes cremabantur extra caſtra: ideo ſic aliquatenus dubitari non poſſet, an adipes extra caſtra cremarentur: ideo ibi expreſſit de adipibus hic autem nihil. *Caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni.* Exprimuntur hic partes, & vocantur artus omnes partes carnis, & apponitur pręter hoc caput, quoniam non comprehenditur nomine carnium. Dicitur etiam de adipe, non quidem exprimẽdo partes eius ex cauſa ſupradicta, ſed generaliter adipem nominauit: hæc autem omnia ſuper altare cremata ſunt. *Lotis prius inteſtinis & pedibus.* Inteſtina, quæ ſunt omaſi in ſacrificio holocauſti cremabantur; ſed auferebatur totus fimus per eorum lotionem: quoniã coram Domino non oportebat E aliquid immundum, vel banauſum offerri; pedes etiam lauabantur, quoniam immundi erant conculcando ſordes. Nec ſolum quidem exiſtimandum eſt pedes debuiſſe lauari ad cremãdum, ſed etiam primo detrahebatur pellis eorum, & vngulæ; quoniam pellis ad naturam carnis non pertinet, vngulæ autem de natura cornea ſunt.

Hoc in ariete quare de adipibus cremandis non fiat mentio.

Totumq. ſimul arietem incendit ſuper altare. Repetitio ſuperiorum eſt, ſcilicet, quòd totus aries diuiſus in partes, cremaretur ſuper altare. *Eo quòd eſſet holocauſtum ſuauiſſimi odoris Domino.* Redditur cauſa ſuperioris dicti, ſcilicet, quare cremaretur totus aries ſuper altare, nulla parte cedente in ius offerentis, vel Sacerdotum. Et dicitur hoc eſſe, quia erat holocauſtum, i. q; in nullo alio ſacrificio fieret, & tamen quia iſtud holocauſtum erat, debebat in eo fieri, cum ſignificatio huius nominis holocauſtum ſic expoſcat. *Sicut præceperat ei.* i. ſicut pceperat Deus Moyſi,

quod additur ex cauſa ſupra appoſita, ſcilicet, ne videatur P Moyſes iſta voluiſſe obſeruare ex corde ſuo. *Obtulit, & arietem ſecundum*. Hic agitur de tertio genere ſacrificij, quod erat in conſecratione Sacerdotum, & erat hoſtia pacifica: offerebatur autem vnus aries, & obſeruabantur in eo omnes cæremoniæ, quæ in ceteris ſacrificiis pacificis. Et dicitur obtulit arietem, ſcilicet Moyſes, quoniam ipſe accepit illum de manibus Aaron, & filiorum eius, & præſentauit coram altari ad immolandum, & hoc erat offerri. Dicitur autem iſte aries ſecundus, quoniam alius aries fuerat primo oblatus ante eum, ſcilicet aries holocauſti, & expleto vſu cæremoniarum illius arietis holocauſti, inceperunt cæremoniæ huius arietis in hoſtia pacifica. *In conſecratione Sacerdotum*. Dicitur fuiſſe iſte aries in conſecratione Sacerdotum, i. ad hoc, quòd conſecrarentur Sacerdotes. Erat autem cõſecratio Sacerdotum per vnctio- G nem quandam, & aſperſionem quandam, & iſta fiebat de ſanguine huius arietis: quoniam tollebat Moyſes in digito ſuo de ſanguine huius arietis, & tangebat extremitatem auriculæ dexteræ cuiuſlibet Sacerdotis, & pollicem manus dextræ, & pedis dextri. Præter hoc autem fiebant aſperſiones quædam, tàm ſuper Sacerdotem magnum, quàm ſuper minores de iſto ſanguine, commixto illi oleo vnctionis. De ſanguine vituli nihil ad hoc ſumebatur, cum totus funderetur ad baſim altaris præter modicum illius quo altaris cornua tingebantur. De ſanguine autem arietis primi, identidem nihil ſumebatur ad hoc, ſed totum per circuitum altaris fundebatur. Rectè igitur dicitur, quòd iſte ſanguis erat ad cõſecrandum.

Hoſtia pacifica.

Aliqui autem accipiunt, ꝙ iſte aries erat in cõſecratione Sacerdotum, i. quòd offerebatur in ſollemnitate cõſe- H crationis Sacerdotum. Sed hoc nihil eſt, quoniam eodem modo offerebatur vitulus pro peccato, in ſollẽnitate conſecrationis Sacerdotum; idem etiam de ariete, qui offerebatur in holocauſtum: Sed de nullo iſtorum dicitur, quod offerretur in cõſecratione Sacerdotũ, niſi de ſecũdo ariete, ideo exponendum eſt, vt ſupra diximus. *Poſueruntq; ſuper caput eius Aaron, & filij eius manus ſuas*. Cum offerrent Aaron, & filij eius iſtum ſm arietem pacificarum hoſtiarum, impoſuerunt ſinguli manus ſuas ſuper caput eius, & tunc ſuſcepit Moyſes ab eis: quoniam ante impoſitionem manuum offerentis ſuper caput victimæ ſuæ, non licebat Sacerdoti accipere illam ad immolãdum. Huius autem impoſitionis cauſæ ſunt, quæ in aliis aſſignabantur ſacrificiis. *Quem cum immolaſſet Moyſes*. i. Moyſes accepit hunc arietem; & immolauit eum, qm omnium ſacrificiorũ cæ- I remonias ipſe expleturus eſſet, cum nullus alius eſſet, qui hoc facere poſſet nondum Sacerdotibus conſecratis. *Sumens de ſanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron*. Erat fuſus ſanguis huius arietis in cratera, ſicut in aliis ſacrificiis fiebat, & ibi intingebat Moyſes digitum ſuum, vt tangeret extremitatem auriculæ dextræ Aaron. Tria autem hic ſanguine tingebãtur, ſ. auricula dextra, & pollex manus dextræ, & pollex pedis dextri. Cauſa autem horum eſt: quia Sacerdotes applicabãtur ad miniſtrationem Diuinam, ideo debebat in eis aliquid apparere, per quod viderentur applicati ad cultũ Dei: & ſicut vaſa Sanctuarij linebantur oleo vnctionis, ad hoc, quòd applicarentur ad cultum Dei, ita in Sacerdotibus aliqua conſecratio, vel litura fieri debebat, & iſta erat in ſanguine: quoniam per ſanguinem ſanctificatio fit, & expiatio pecca- K torum, vt habetur ad Hebræos 9. capite.

Quare magis tres iſtæ particulæ, ſcilicet auris, & pollices in manu, & pede Sacerdotis linebantur, quàm aliqua alia. Quæſt. VIII.

QVÆRET aliquis quare magis iſtæ tres particulæ in corpore Sacerdotis linebantur, quã aliquæ aliæ. Reſpondendum eſt, ꝙ in agentib. ſm rationem omnia, quæ ſunt ad finem proportionantur ſecundũ conditionem ipſius finis. Sed partes aliquæ Sacerdotum tingebantur ad hoc vt illi applicarentur ad cultũ Dei, ſicut ſupra dictum eſt, oportebat igitur, quòd tales particulæ ſanguine tingerentur, ſecundũ quas potior applicatio ad cultum Dei eſt, ſed inter omnes partes Sacerdotis non eſt aliqua, quæ magis conueniat ad cultum Dei, quàm iſtæ tres, quas nominauimus; conueniebat igitur, vt iſtæ tres conſecrarentur, quod apparet, quoniam homo applicatur ad cultum Dei per duo, ſ. obediendo mandatis eius, & illa opere complendo. Obedire autem mandatis Dei in voluntate eſt, ſecundum quam alicui aſſentimus eligendo, vel non eligendo. Sed quia voluntas non eſt aliquid corporeũ, quod tingi poſſit, ideo oportuit, vt aliqua alia pars corporis tingeretur, quæ maiorem haberet approximationem ad intellectum, & voluntatem: nihil autem tale eſt in corpore præter auditum, quoniam ea, quæ nobis præcipiuntur per ſolum auditum recipimus. Vnde obedire quaſi obaudire dicitur, ab audiendo deriuatum: vt ergo viderentur Sacerdotes applicati cultui Diuino, quantum ad hoc, quod erat obedire mãdatis Diuinis conueniebat, vt auriculæ eorum ſanguine tingerentur.

Secundum autem, in quo Sacerdotes diuino cultui applicandi erant, erat mandata Dei complere. Completio autem pertinet ad partes executiuas, hæ autem duæ ſunt, ſcilicet manus, quibus aliquid operamur, & pedes, quibus ad aliquid operandum tendimus. Omnis autem Sacerdotum miniſtratio tam in ſacrificando, quam thymiama incendendo, & candelas diſponendo, & panes propoſitionis in menſa collocãdo, ad manus pertinebat: ideo manus ſanguine tingendæ erant. Pedes verò, licet directè ad miniſtrationem non pertineant, quia tamen ad miniſtrationem accedere non poſſumus, niſi illuc pedibus gradiamur, conueniens etiam fuit in pedibus aliquam fieri Sacerdotalem miniſtrationem. Patet igitur, quare hæ tres particulæ tingebantur. In toto autem corpore Sacerdotis nullæ aliæ partes erãt, quæ ad miniſterium Diuini cultus ita applicarentur, nullas igitur præter has decuit ſanguine tingi.

Adhuc autem quæret aliquis, cum aures, & pollices manuum, & pedum ſanguine tingerentur, quare magis tingebantur aures dextræ, & pollices dextri, quàm ſiniſtri?

Quare potius aures dextræ, et pollices tingebantur, quàm ſiniſtri.

Cui reſpondendum eſt, in quibuſdam plenè cauſam reddi non poſſe, cum purè cæremonialia ſint, & ſi fortaſſis ſic reſponderetur, hic non eſſet error. Sed dicendum videtur, hoc factum fuiſſe propter maiorem reuerẽtiam: nam cum opera Dei perfecta ſint, vt habetur Deuteron. 32. capite, oportet; vt in eis, quæ ad Deum ſunt, quæ perfectiora in nobis ſunt, apponantur: ſed dextrum in omnibus animalibus perfectius eſt, & à parte dextra in omnib. rebus motus cauſatur, quoniam, & in ipſo cælo pars dextra nobilior eſt, decuit vt in ſacrificiorum conſecratione ea, quæ dextra ſunt apponerentur, tam in auribus, quàm in pollicibus. *Tetigit extremum auriculæ Aaron*. Non tetigit totam autem, quoniam cum hoc fieret ad ſolam cæremoniam, & ſignificationem, & iſta ſanguinis tinctio ſecundum ſe, non proficeret ad aliquid naturaliter efficiẽdum, tamen ſufficiebat tantum totam aurem tingi, quantum particulam eius: *Et pollicem manus eius dextræ ſimiliter, & pedis*. Has duas particulas tetigit liniens ſanguine illo, qui effuſus fuerat de ariete pacifico.

Et ſi dicatur, quare non fuit totus pes dexter ſanguine tinctus, eodem modo de manu dextera, cum tota manus ad miniſtrationem pertineat, & totus pes.

Reſpondendum eſt ſicut ſupra dicebatur de extremitate auriculæ, ſcilicet, quòd iſta tinctio ſanguinis non erat naturaliter efficax alicuius, quòd in Sacerdotibus induci deberet, ſed ſolum propter quãdam ſignificationem. Si enim naturaliter ſanguinis tinctio aliquid efficeret, maior tinctio magis efficeret, & maxima maximè ageret, iuxta regulam Ariſtot. 2. Topicorum. ſi ſimpliciter ad ſimpliciter, & magis ac maximè; ſed iſta tinctio naturaliter nihil faciebat, niſi inquantum erat quædam cæremonia ſignificatiua, ideo nihil magis proderat totam manum tingere, quàm vnum digitum. De pede quoque idem eſt.

Cap. 4.

Quæret autem adhuc aliquis, cum digiti vnius tinctio ſufficeret ad cõſecrationem, quare magis tingebatur pollex, ꝙ aliquis alius digitus? nam eadem ſignificatio teneretur quocunque digito intincto quã ſi pollex intingatur. Cui aliquis poterit reſpõdere, in his voluntatem Legiſlatoris eſſe cauſam, cum ſint purè cæremonialia, cum autem aliquod præceptum totaliter ſpirituale eſt, hẽt cauſam maniſeſtiſ-

Quare tingebatur potius pollex quàm aliquis alius digitus.

niſeſtiſſimam. Si verò partim cæremoniale, & partim morale ſit; pro ea parte, qua morale eſt, manifeſtam cauſam habet: pro ea verò, qua cæremoniale eſt, modicam habet cauſam. Si autem præceptum puriſſimè cæremoniale ſit, nullam habet cauſam, ſed Legiſlatoris voluntas ei pro cauſa eſt.

Sed adhuc reſpõderi poteſt, in hoc præcepto aliquam cauſam eſſe, quare magis pollices, quam alij digiti conſecrarentur: nam vt dictũ fuit ſupra, Deo perfectiora reddenda ſunt: ſed inter digitos pollex perfectior eſt ceteris; hunc igitur decuit conſecrari. Hũc autem aliis perfectiorem eſſe, nomen ſuum demonſtrat. Nam pollex à pollendo dicitur, id eſt, excellendo, & ſic pollex alios digitos excellit. Patet etiã ex motu, quia principiũ motus omnium digitorum in pollice eſt, principium autem motus ceteris excellentius eſt. Patet etiam hoc, ex vtilitate eius: nam tantum vtilis eſt nobis digitus iſte, ſicut omnes alij quatuor, & ipſe dimidium manus noſtræ eſſe videtur. Patet hoc etiam ex robore, quoniam digitus eſt ceteris robuſtior. Hunc ergo iſte conſecrari decuit, & non aliquem aliorum.

Dignitas pollicis.

Sciendũ tamen, ꝙ quamuis ſolus digitus pollex, ſ. tingeretur, tñ per hanc tinctionem tota manus conſecrata eſſe dicebatur, & nõ ſolum manus dextra, cuius pollex tingebatur, ſed etiam vtraq; manus, vt patet infra 21. cap. cũ dr. Pontifex, id eſt, Sacerdos magnus inter fratres ſuos, ſuper caput cuius fuſum eſt vnctionis oleũ, & cuius manus in Sacerdotio conſecratæ ſunt: ecce enim manus conſecratas dicit, cum tñ vnicus digitus ſanguine tinctus fuerit. *Obtulit, & filios Aaron*, id eſt, primo Moyſes fecit cæremonias tinctionis in Aaron, quàm in filiis eius, quoniam ipſe tam ex dignitate Põtificatus, quam aſſumebat, quàm ex ætate, & paternitate aliis excellentior erat. Poſt ipſum autem applicuit filios eius ad tingendum eos ſanguine, & hoc eſt quod dicitur: *Obtulit & filios Aaron*. i. applicuit eos coram Domino, ad tingendum eos ſanguine; & iſta oblatio eſt alia ab ea, quæ ſupra dicitur: ſtatimque obtulit Aaron, & filios eius, quoniam ibi obtulit tàm patrem, quàm filios, non ad tingendum eos ſanguine, ſed ad lauandũ, quæ erat prima diſpoſitio cõmunis ad conſecrationem: nunc autem iterum obtulit eos, ſigillatim complens in quolibet eorum cæremonias tinctionis ſanguinis; ideo poſtquam ibi poſuit de præſentatione Aaron ad tingendum eum ſanguine, hic agitur de oblatione filiorum eius. *Cumq; de ſanguine arietis immolati tetigiſſet extremum auriculæ ingulorum dextræ*. id eſt, Moyſes tetigit extremitates auricularum filiorum Aaron ad conſecrandum eos, ſicut in patre tetigerat. Et eadem cauſa eſt quare hic tetigerit extremitatẽ auriculæ, ſicut, & in Aaron tetigerat. *Et pollices manus, ac pedis dextri*. i. etiam tetigit in quolibet filiorum Aaron pollicem manus dextræ, & pollicẽ dextri pedis: eadem namque in filiis Aaron fiebant, quãtum ad tinctionem ſanguinis, quæ in aliis Sacerdotibus magnis, vt in Aaron: nam quamquam differret Aaron in conſecratione ſua, quia ipſe vngebatur oleo Sancto in capite, & non Sacerdotes minores: tamen quantum ad tinctionem ſanguinis, eadem illis erat. *Reliquum fundit ſuper altare per circuitum*, id eſt, reliquum ſanguinem illius arietis immolati; nam de ſanguine arietis immolati pro hoſtiis pacificis accepit Moyſes in digito ſuo, ad conſecrandum aures, & pollices Aaron, & filiorum eius: totum autem de ſanguine, quod remanſit præter illam conſecrationẽ, fudit Moyſes per circuitum altaris. Non dicitur hic, quòd Moyſes fuderit ad baſim altaris; & ratio eſt: quoniam ſanguis, qui ad baſim altaris funditur, eſt pro peccato: iſte aũt quem nunc fudit Moyſes, nõ erat pro peccato, ſed in hoſtias pacificas: ideo tenebatur eadem lex in eo, quæ in aliis ſacrificiis pacificis, & holocauſtis, ſcilicet, quòd funderetur ſanguis ſuper altare in circuitu. *Adipem verò, & caudam*. Hic ponitur de ritu circa carnes illius animalis, cum dictum fuerit de ſanguine: & iubetur, quòd adeps offerretur Domino de illo ariete pacifico, quoniã hoc ad omnia ſacrificia generale erat: iuſſit etiam caudam cremari, quamquam in aliis pacificis hoſtiis ſoli adipes cremarentur. Cauſa autem eſt: quia ſupra 3. cap. vbi agebatur de ritu pacificarum hoſtiarum; dictum erat, cũ offerretur bos,

Tincta vna parte totius. totũ tingebatur. & conſecrabatur.

Ritus circa carnes arietis pacifici obſeruatus.

A aut capra, debere ſolos adipes cremari; cũ verò de ouibus pacifica hoſtia fieret, cremabatur totus adeps, & cauda. Hoc autem huiuſmodi fuit, qm̃ pacifica hoſtia de ariete facta eſt. *Omnemq. pinguedinẽ, quæ operit inteſtina*. Pinguedo operiens inteſtina duplex eſt, quædam, quæ eſt intra cutem ſuper ventriculum adhærẽs pelliculæ vẽtris in ſuperficie; alia aũt eſt, quæ intermixta, & circũligata omãtis, quæ inteſtina dicũtur: hãc aũt iubet hic cremari. *Reticulumq; iecoris*. Iſta quædam alia pinguedo eſt, quæ eſt ſuper hepar circumfuſa, cooperiẽs illud in modum retis. *Et duos renes cum adipibus ſuis*. Dicuntur aũt renes ad adipes pertinere, & cum ipſis cremari in quolibet ſacrificio, adipes etiam ſui cremantur, & dicuntur adipes renum pinguedo, quæ eſt ſuper lumbos ac ilia, in qua latẽt renes. *Et armo dextro ſeparauit*, i. omnia ſuperiora cum ipſo armo B dextro ſeparauit Moyſes ad hoc, ꝙ cremarentur coram Domino. Et fuit hic aliquid ſpecialius, quàm in aliis ſacrificiis pacificis; nam in aliis ſolum adipes cremabantur, armus verò dexter cum ipſo pectuſculo de ſacrificiis pacificorum ad Sacerdotem pertinebat. Sed hic factum fuit hoc, quoniam Aaron, & filij eius nondum erant Sacerdotes, & non poterant habere aliquid de iuribus Sacerdotalibus, ſed comedebant de carnibus pacificis ſicut Laici. Moyſes quoque quamuis conſecraret Sacerdotes, tamen non erat ipſe Sacerdos: ideo volebat Deus, vt ei integra iura Sacerdotalia cederent: Sacerdotibus autem quando immolabant hoſtias pacificas, cedebant in ius armus dexter, & pectuſculũ: Moyſi autem ſolum dari Deus voluit pectuſculum in partem ſuam, vt habetur Exo. 29. & hic infra. Et quoniam armus dexter, qui aliàs pertine- C ret ad partem Sacerdotum immolantium, nunquam poterat comedi à vulgaribus, & Aaron, & filij eius fungebantur hic lege laicorum, ideo non poterant comedere: & ſic manebat, vt cremaretur coram Domino: in nullo tamen alio ſacrificio pacifico hoc aliquando factum erat. *Tollens autem de caniſtro azymorum quod erat coram Domino, panem abſque fermento*. Hic adduntur libamenta, & oblationes factæ cum ſacrificiis. Dixerat enim Deus præcedenti capite, quòd cum offerret aliquis pacificas hoſtias, offerret ſimul panes azymos, & collyridas, & coctã ſimilam, & lagana: ideo in ſacrificio iſto pacifico, quod obtulerunt Sacerdotes conſecrandi, poſita fuerunt iſta, ſcilicet panes azymi, & cruſtula abſque fermento oleo aſperſa, & lagana azyma oleo lita, vt habetur Exo. 29. capite. De his autem quædam cremabantur ſuper altare, quædã autem D comedenda relinquebantur Sacerdotibus: iſta autem omnia erant in caniſtro, quoniam in eo fuerant deportata ad Sanctuarium, & dicebantur eſſe coram Domino, quando poſita fuerant coram altari, in quo erat Deus. *Panem abſque fermento*. Quia multi erant panes azymi, qui offerebantur: de eis tamen ſolum vnus oblatus eſt, alij verò manebant pro Sacerdotibus, & ſic dicitur Exod. 29. capite, debere ſuper altare cremari totam panis vnius. *Et collyridam conſperſam oleo*. Offerebatur ſuper altare etiam vna collyrida ad cremandũ. Nec. n. plures oblatæ fuerant; & iſta collyrida eſt quidam panis valde tenuis, & extẽtus in longũ, poſtea aũt oleo frixus, & vocatur cruſtula, vt habetur Exod. 29. qm̃ præ ſubtilitate ſui magis cruſta, quàm panis eſſe videbatur. Dicitur aſperſa oleo, quoniam ipſa farina, ex qua fiebat oleo permiſcebatur, vt in paſtam for- E maretur: deinde iterũ in oleo frigebatur; tertiò aũt poſt frixionẽ ipſam oleo aſpergebatur ſuperfuſo, qm̃ ad craticulæ ſimilã pertinebat, q̃ trinã ſuſcipiebat olei vnctionẽ. *Laganumq; poſuit ſuper adipes*. Omnia iſta poſuit Moyſes ſuper adipes ſacrificij, ſcilicet panem azymum, & collyridam, & lagna. Vocãtur autem lagana quædam paſtæ ex farina, & aqua cõmixtæ: deinde verò in ſartaginæ frixæ. *Super adipes, & armum dextrum*. i. panes iſti fuerũt ſuper adipes ordinati, & ſuper ipſum armum dextrũ, qui oblatus fuit hic ad cremãdũ corã Dño ex cauſa ſupra aſſignata. *Tradens ſimul omnia Aaron, & filijs eius*. Fiebat. n. iſte ritus in omnibus hoſtiis pacificis, vt Sacerdos extractos adipes de viſceribus animalis cum partibus libamentorum, ſ. cum panibus azymis poneret ſuper manus laici offerentis, & ipſe laicus eleuabat illa coram Domino ſurſum, & deorſum, dextrorsũ, & ſiniſtrorsũ ad ſex mũdi po-

Duplex eſt pinguedo inteſtina operiens.

Oblationes cum ſacrificijs factæ.

Collyrida quid ſit.

Lagana quid ſint.

ſitiones propter cauſam aſſignatam præcedenti cap. Cum autem hic teneretur eadem habitudo, ſ. quia Aaron, & filij eius offerrēt hoſtias pacificas, debuit obſeruari iſte modus in eis, ſ. quòd Moyſes extraheret adipes de viſceribus arietis pacifici, & eos ſeparās cum armo dextro ponet ſuper manus Aaron, & filiorum eius, & ſuper hæc panem azymum, & collyridam, & lagana, & ipſi eleuabant iſta coram Domino, tāquam laici. Deinde autem Moyſes aſſumens illa de manibus eorum, cremabat ſuper altare. *Qui poſtquam leuauerunt ea coram Domino*. id eſt, ꝙ Aaron, & filij eius leuauerunt in manibus corā Domino iſtos adipes, & libamenta cum armo dextro. Sed dices, quō Aaron, & filij eius poterant hoc leuare coram Domino, quoniam ad vnum videbatur hoc pertinere? Reſpondendum eſt, ꝙ Aaron, & filij eius poſuerunt ſimul manus ſub omnibus illis, & ſimul eleuauerunt coram Domino vnica eleuatione. Alio modo dici poteſt, quòd quilibet illorum per ſe omnia eleuauit, ſ. primo ipſe Aaron manibus ſuppoſitis eleuauit, deinde quilibet filiorum eius ſecundum ordinem natiuitatis, & hoc magis videtur verum. *Rurſum ſuſcepta de manibus eorum, adoleuit ſuper altare holocauſti*. id eſt, iterum aſſumpſit Moyſes iſta omnia de manibus Sacerdotum, & cremauit ſuper altare. Dicitur autem, quòd iterum ſuſcepit, quaſi dicat, quòd prius Moyſes tenuit iſta in manibus ſuis cum extraxit adipes de viſceribus arietis pacifici, & cum ſumpſit in manu ſua panes, & lagana, & hæc omnia tradidit ſacerdotibus. Iterum autem Sacerdotes tradiderunt Moyſi, & ſic dicebatur rurſus ſuſcipere, & in iſta ſecunda vice combuſſit hæc ſuper altare. *Eo quòd conſecrationis eſſet oblatio*. id eſt, ideo combuſſit iſta Moyſes ſuper altare, quia pertinebant ad conſecrationem ſacerdotum, & iſta cauſa redditur: quoniam aliquis dubitaret, quare omnia iſta combuſta ſint, nā debuiſſet inde aliqua pars cedere Aaron, & filiis eius. ſ. armus dexter; ſed non ceſſit, quoniā combuſtus eſt. Huius autem cauſa redditur: quia pro conſecratione erat iſta oblatio, id eſt, quòd ſpecialiter iſtæ particulæ fuerant oblatæ ad ritum, vel ſollemnitatem conſecrationis Aaron, & filiorum eius. *In odorem ſuauitatis, ſacrificij Domino*. id eſt, iſta cōbuſta ſunt, vt eſſet odor ſuauiſſimus Domino de ſacrificio illo, quoniam quod non comburebatur non faciebat in odorem Domini. *Tulitq. pectuſculum eleuans illud coram Domino*. Hic ponitur id quod cedebat Moyſi, tanquam in ius ſacerdotale: nam ſi Moyſes fuiſſet Sacerdos, ceſſiſſet ei de iſto ſacrificio pacifico pectuſculum, & armus dexter, non tamen erat ſacerdos, ſed ſimplex Leuita: ideo noluit ei Deus totaliter cedere ſacerdotalia iura, ſed partē eorum tribuit, ſ. pectuſculum, & partem abſtulit, ſ. armum dextrum. Hoc autem pectuſculum Moyſes dicitur abſtuliſſe, ſ. diuidens illud à ceteris carnibus hoſtiæ pacificæ, nam hoſtia pacifica ad offerentem laicum pertinebat, cum autem aliquid inde cederet in ſacerdotum iura, dicebatur auferri de hoſtia pacifica, & ſic Moyſes abſtulit. Dicitur etiam, ꝙ eleuauit coram Domino, quoniam in omnibus aliis ſacrificiis pacificis ſacerdos eleuabat pectuſculū coram Domino, & habebat illud in partem ſuam, ideo vocatur pectuſculum eleuationis, vt patet præcedenti capite, hoc autem non eleuabatur ab Aaron, & filiis eius, ſicut adipes, & armus dexter, & lagana, cum collyrida, & pane azymo, quoniam offerentes laici ſolum eleuabant coram Domino ea, quæ deberent comburi ſuper altare, vt patet in aliis ſacrificiis pacificis, quoniam laici offerētes ſolum eleuabant adipes coram Domino, & partem libamentorum, vt patet præcedenti capite, quoniam illa cremabantur, armum verò dextrum, & pectuſculum ſuſcipiebat ſacerdos in partem ſuam, ideo non offerebat, nec eleuabat ea ſæcularis offerens coram Dn̄o; ſic ēt factum fuit hic: nam pectuſculum cedebat in ius Moyſi ſacrificia faciens, ideo non eleuauit ea Aaron coram Domino, nec filij eius, ſed ipſe Moyſes; armum autem dextrum qui tunc comburi debebat, eleuauit Aaron, & filij eius. *De ariete conſecrationis*. Iſte aries, de quo oblatū fuit pectuſculum vocabatur aries conſecrationis, quia de ſanguine eius conſecratę fuerunt manus, & pedes, & auriculæ ſacerdotum; ſanguis autem vituli, & alterius arietis, ad hoc non fuerunt, ideo non dicitur vitulus in conſecrationem, ſed pro

Quid ad Moyſen attinebat tanquam ſacerdotale ius.

F peccato, & alius aries non dicitur conſecrationis, ſed holocauſti. *In partem ſuam*. id eſt, tulit Moyſes iſtud pectuſculum in partem ſuam, ſ. quia ipſe comedit, & non ceſſit ex eo quicquam Deo, nec Aaron, & filiis eius.

Nec tamen ex hoc intelligendum eſt, ꝙ ſolus Moyſes illud comedere teneretur, quoniā poterat cuilibet de familia ſua de illo aliquid deguſtandum tradere: nam ſicut erat in ſacerdotibus, quod de partibus hoſtiarum, quæ eis cedebant comedebant filij eorum, & filiæ, & ſerui emptitij illorum, ita cum Moyſi hoc pectuſculum, tanquam ſacerdoti miniſtranti ceſſiſſet, ius ei erat cuilibet de familia ſua aliquid de illo tradere deguſtandum. De his infra 22. cap. *Sicut præceperat ei Dominus*, id eſt, quòd Deus mandauerat Moyſi aſſumere pectuſculum illud in partem ſuam, ſic habetur Exodi 29. cum dicitur: Sumeſq; pectuſculum de ariete, quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabiſque illud eleuatum coram Domino, & cedet in partem eius. G

Notandum literale.

Aſſumenſq; vnguentum, & ſanguinem, qui erat in altari, aſperſit ſuper Aaron, & veſtimēta eius, & ſuper filios illius, ac veſtes eorum. Cumq; ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo, præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores Tabernaculi, & ibi comedite eas. Panes quoque conſecrationis edite, qui poſiti ſunt in caniſtro, ſicut præcepit mihi Dominus, dicens: Aaron, & filij eius comedent eos: quicquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis abſumet. De oſtio quoque Tabernaculi non exibitis ſeptem diebus, vſque ad diem quo complebitur tempus conſecrationis veſtræ. Septem enim diebus finitur conſecratio: ſicut in præſentiarum factum eſt, vt ritus H *ſacrificij compleretur. Die ac nocte manebitis in Tabernaculo obſeruantes cuſtodias Domini: ne moriamini: ſic enim mihi præceptum eſt. Feceruntq. Aaron, & filij eius cuncta, quæ locutus eſt Dominus per manum Moyſi.*

Aſſumenſq; vnguentum, & ſanguinem, qui erat in altari. Hic ponitur alia cæremonia, quæ fiebat ad conſecrationem Aaron, & filiorum eius, ſ. ꝙ aſpergerentur ipſi, & veſtes eius oleo vnctionis mixto ſanguine: nam poſtquam Moyſes tinxit auriculas dexteras, & pollices manuum, ac pedum dextrorum Aaron, & filiorum eius, reſeruauit ſanguinem illius arietis, quia in aliqua cratera ſuper altare miſcuit aliquam partem illius ſanguinis vnctionis oleo, & de illo aſperſit ſuper Aaron, & filios eius, & veſtes eorum. I

Alia cæremonia conſecrationis Aaron, & filiorum eius.

De quatuor differentijs, quæ erant inter vnctionem Summi ſacerdotis, & Sacerdotum minorum. Quaeſt. IX.

DIFFERT autem iſta à ſuperiori tinctione, quæ fiebat in ſanguine; & Primò illa erat tinctio in ſolo ſanguine arietis pacifici, hæc autem erat in ſanguine mixto oleo vnctionis. Secundò, differt: quoniam ſuperior erat tinctio, quæ fiebat per aliquas lituras, ſ. ꝙ Moyſes mittebat manum ſuam in ſanguinem, & intincto digito, tangebat aliquas partes carnis ſacerdotum, hæc autem, de qua hic dicitur, nō eſt tinctio, ſed aſperſio: nō enim Moyſes adiungebat manum ſuam ad carnem ſacerdotum, ſed à longe ſanguinem cum oleo aſpergebat. Tertiò, differūt iſta, quoniam ſuperior tinctio fiebat ſuper aliquas partes determinatas Sacerdotum, ſ. ſuper extremitatem auricularum dextrarum, & pollices manuum, ac dextrorum pedum: hæc autem de qua hic, non fiebat ſuper aliquas partes determinatas corporis ſacerdotum, ſed ſuper ipſos ſacerdotes. Quartò, differūt iſta: quia ſuperior tinctio fiebat ſuper nudam carnem ſacerdotū, ſ. ſuper aures, & pollices hæc autem fiebat ſuper ipſos ſacerdotes, & veſtes eorum, ſicut hic apparet. *Aſſumenſq; vnguentum & ſanguinem*. Nō eſt intelligēdū, ꝙ Moyſes aſſumpſerit, quodlibet iſtorū per ſe, & ſic ſigillatim effuderit, ſed iſta iam permixta erāt in aliquo vaſe, & inde Moyſes hauriēs aſpergebat ſuper Aaron, & filios eius, & veſtes eorum. *Qui erat in altari*. Refertur ad ſāguinē, qui erat ī altari holocauſtorū, iā mixtus oleo vnctionis, & tenebatur in aliqua cratera, vt inde hauriri poſſet. *Aſperſit ſuper Aaron, et veſtimēta eius, & ſup filios illius, ac veſtes eorum*. Erāt veſtiti hic ſacerdotes veſti- K

bus

bus ſui miniſterij, quemadmodum ſi tunc miniſtraturi eſſent, & ita generaliter fit in omnibus ordinationibus Eccleſiæ: nam quilibet ſuſcipiens aliquem ordinem, tunc indutus eſt veſtibus illis, quæ pertinent ad miniſtrationem ſuam, & tunc Moyſes aſperſit ſanguinem ſuper eos mixtum cum oleo vnctionis.

Quare iterum fuerit facta hæc ſanguinis, & olei vnctionis aſperſio ſuper caput Aaron, ac filiorum eius. Quæſt. X.

SED quæret aliquis, cum Aaron, & filij eius, ante hoc fuerint cõſecrati in ſanguine, tinctis auriculis dextris, & pollicibus manuum, & pedum; quare iterum fuerit hic facta aſperſio ſanguinis, & olei vnctionis ſuper caput ipſorum?

Quare ꝑ plures tinctiones nõ inducebantur plures cõſecrationes.

In quo conſideranda ſunt duo: Primum, quòd quamuis fierent diuerſæ tinctiones, & aſperſiones in oleo, & ſanguine ſuper Aaron, & filios eius; non inducebantur plures conſecrationes, aut ſanctificationes, ſed vna erat conſecratio, & vnica ſanctificatio: nam ſi plures inductæ fuiſſent ſanctificationes, & conſecrationes, cum per quamlibet conſecrationem Sacerdotalem efficiatur aliquis ſacerdos, per plures conſecrationes fuiſſet aliquis multoties Sacerdos effectus, velut ſi quis Diaconalem, aut Sacerdotalem ordinem multoties aſſumpſiſſet; hoc autem inconueniens valde eſt: quoniam magnæ iniquitatis rei ſunt, qui multoties eundem ordinem aſſumpſerint. Non igitur per has plures tinctiones, & aſperſiones in ſanguine, & oleo vnctionis, inducebantur plures conſecrationes; ſed vnica; iſtæ tamen plures tinctiones, & aſperſiones, erant cæremoniales actus ipſius conſecrationis, & complebatur conſecratio in omnibus his. Satis igitur conueniens eſt, ad vnicam conſecrationem plures actus fieri tinctionum, & aſperſionum in ſanguine; cum non ex quolibet conſecratio inducatur, ſed ex omnibus ſimul, ideo cum quæritur; quare plures tinctiones, & aſperſiones factæ fuerint non ideo quæritur tanquam credatur ex quolibet illarum perfici conſecrationem, ſed cum videatur, quòd quælibet earum ſufficeret ad conſecrationem, quæritur, quare plures factæ ſint.

Neceſſarium fuit plures tinctiones fieri in cõſecratione Sacerdotum.

Secundum vero eſt, quòd opportunum fuit fieri plures aſperſiones, & tinctiones ad conſecrationem Aaron, & filiorum eius, cuius forſitan aliquis cauſam credet, quia ſupra fuerat facta tinctio in ſanguine ſolo, ſed non decebat ſacerdotes ſolo ſanguine tingi, cum oleum vnctionis propter eos principaliter factum extiterit, ideo oportebat ſecundam ſubſequi tinctionem, quæ in oleo vnctionis in ſanguine fieret. Sed hoc nihil eſt; quoniam ſi ob hoc repetita eſſet iſta ſanguinis effuſio ſuper Sacerdotes, vt cum eo quoque oleum funderetur, potuiſſet à principio aſpergi ſuper eos oleum vnctionis cum ſanguine, & non fieret tinctio in ſolo ſanguine, quæ ſupra facta enarratur. Sed aliter dicendum eſt, quòd conueniebat iſtas duas tinctiones fieri, quoniam per primam tinctionem, quæ erat in ſolo ſanguine, Sacerdotes ſoli conſecrabantur, per ſecũdam autem tinctionem, quæ erat in oleo, & ſanguine principaliter veſtes Sacerdotales ſanctificabantur, quoniam ſuper Sacerdotes, & veſtes eorum fiebat iſta aſperſio.

Sed tunc dices, cum veſtes deberent ſanctificari ad faciendum miniſterium, quare non ſanctificabantur aſperſo ſanguine, vel oleo ſuper eas, quando Sacerdos non eſſet indutus illis, ſicut cetera vtenſilia Sanctuarij ſine aliqua applicatione ad Sacerdotes conſecrabantur?

Reſpondendum eſt, quòd veſtes Sacerdotales, & reliqua vaſa, ac vtenſilia Sanctuarij conſecrabantur, vt applicarentur ad cultum Dei, debebant igitur hoc modo conſecrari, quo magis applicari viderentur ad Diuinum cultum. Veſtes autem Sacerdotales per ſe ad diuinũ cultum non applicabantur, ſed ſecũdum ꝙ Sacerdotes eis induebantur, debebant ergo conſecrari, cum Sacerdotes illis induti eſſent. Secundum, propter quod oportebat repeti ſanguinis effuſionem ſuper Sacerdotes erat; quoniam Sacerdotes in ſeipſis conſecrati eſſe debent, i. quod ablato omni miniſterio, & omnibus veſtibus Sacerdotalibus, Sacerdos maneat diſpoſitus, & potens miniſtrare, ſicut dicimus de ſacerdotibus noſtris, quibus quamuis ſint ſeiuncti

A ab omni miniſterio, & veſtibus Sacerdotalibus; & etiam habitu clericali, maneret character ordinis impreſſus, quo potentes ſunt miniſtrare. Hoc autem videbatur deſignare in Aaron, & filiis eius tinctio in ſanguine ſolo in auricula, & pollicibus, cum non fieret ad veſtes Sacerdotales, ſed ad ipſum Sacerdotem. Conueniebat etiam, vt Sacerdos haberet aliquam diſpoſitionem ad miniſtrandum, ſecundum quam iam eſt magis propinquus miniſtrationi, & quantum ad hoc debebat fieri in eo aliqua conſecratio, prout eſt in veſtibus ſuis, quia tunc ipſæ veſtes, cũ Sacerdote ſpecialiter ad Diuinum miniſterium applicãtur, & ſic decuit duas in quolibet Sacerdote fieri tinctiones, vel aſperſiones, de quibus hic dictũ eſt. Conſiderandum autem eſt, ꝙ nõ eædẽ fiebant vnctiones in Sacerdote magno, & minoribus; in minoribus quippe duæ fiebant vn-

De minorum, ac magnorũ Sacerdotum vnctionibus, & in quo differant.

B ctiones, quarũ prima erat tinctio, ſecũda autem aſperſio. Prima fiebat in ſolo ſanguine ſuper extremitates auricularum, & pollicum dextrorum; Secũda autem in ſanguine, & oleo vnctionis ſuper Sacerdotes, cum veſtibus eorũ. In Sacerdote aũt magno, fiebant tres vnctiones; Prima erat effuſio ſolius olei vnctionis ſuper caput eius; quod fluebat in barbã, & veſtes eius, de qua primo dictum eſt. Erãt ẽt aliæ duæ vnctiones, quarum altera fiebat in ſolo ſanguine ſuper aurem, & pollices manus, & pedis dextri Sũmi Sacerdotis. Alia autem erat in oleo vnctionis mixto ſanguine, & fiebat ſuper Sacerdotẽ, & veſtes eius. Prima vnctio erat propria Sũmi Sacerdotis; Secunda autem tam Summo Sacerdoti, quàm minoribus communis erat: idem de tertia, ideo prima ponebatur ad differentiam Summi Sacerdotis ab aliis Sacerdotibus, vt ſicut in gra-

Epiſcopi quomodo vngãtur.

C du Sacerdotij differebant, ita & in modo conſecrationis differrent. Sic ẽt obſeruat Eccleſia, vt aliæ vnctiones ſiãt in conſecratione Epiſcoporum, quàm in ordinatione Sacerdotum. Patet autem iſtã vnctionẽ factam fuiſſe ad differentiã Summi Sacerdotis ab aliis: nam ideo in capite eſt facta, aliæ aũt vnctiones nõ fiunt in capite, quod propriè cõuenit ſummo Sacerdoti, nam caput poteſtatẽ deſignat; vnctio igitur in capite, deſignabat ẽt poteſtatẽ; hæc aũt apud ſummum Sacerdotẽ eſt. In minoribus aũt ſacerdotibus magis miniſterium, quàm poteſtas ineſt; ꝙ ſi aliqua eſt, illa à Sacerdote magno deriuatur. Hoc etiam patet in Eccleſia introductum eſſe; nam cum omnes Epiſcopi conſecrantur in capite vnguntur: Sacerdotes autem in ſolis manibus: ſic enim habetur extra, de Sacramento vnctionis; cap. vnico, hoc autem fit, quoniam in Epiſcopis

Vnctio regũ quare in capite fit.

D poteſtas eſt, in Sacerdotibus autem miniſterium. Hoc etiam in Regibus videtur iure Diuino, introductum, quoniam in lege veteri iubebat Deus Reges vngi in capite, oleo ſancto, vt patet de Saule. 1. Regũ, 9. c. & 10. vbi vnxit eum Samuel Propheta, effundens ſuper illum lenticulam olei. Idem etiam de Dauid, qui vnctus fuit in Bethlehem, vt habetur 1. Regum 16. cap. Sic quoque de aliis Regibus factum eſt, ex eo, quòd poteſtas totius populi apud Reges erat, & ipſi à populo multa iura ſuſcipiebant. Sic patet 1. Regum, 8. cap. *Cumque ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo*, id eſt, Moyſes aſperſit ſanguinem cum oleo ſuper Sacerdotes, & hoc erat ſanctificare eos. Dicitur autem ſanctificaſſe in veſtitu ſuo, id eſt, cum veſtitu, ſ. ꝙ cum aſperſit Moyſes Sacerdotes oleo vnctionis, & ſanguine, erant induti veſtibus ſuis, quoniam ſuper eos, &

E veſtes eorum fuſus eſt ſanguis. Iſta autem fuſio dicebatur ſanctificatio: quia erat quædam applicatio ad cultum Dei. *Præcepit eis, dicens: coquite carnes ante fores Tabernaculi*, id eſt, Moyſes mandauit Aaron, & filiis eius iſta, quæ ſequuntur, poſtquam ſanctificauit eos in veſtitu ſuo, ſ. ꝙ coquerent carnes, & comederent. Loquitur autem hic Moyſes de carnibus arietis pacifici: nam carnes vituli prorſus cremabantur extra caſtra, vt dictum eſt, ideo de eis nihil Domino, nec Sacerdotibus cedebat; de ariete autem primo, qui offerebatur in holocauſtum, nihil Sacerdotibus cedebat, quoniam omnes carnes eius, & inteſtina, & adipes igne vorabantur, vt ſupra patet. Solæ igitur arietis pacifici carnes erant, quas Sacerdotibus comedere licitum erat, & de quibus hic agitur, tota namque arietis caro cedebat Aarõ, & filiis eius præter adipes, & armum dextrum, quæ coram Dño cremabantur, & pectuſculum,

quod ceſſit in partẽ Moyſi pro miniſterio,quod faciebat, ideo illas reſiduas carnes coquere, ac comedere debebãt.*Coquite carnes ante fores Tabernaculi*. Iuſſit ante fores Tabernaculi carnes iſtas comedi,quia erant ſanctæ, & non licebat eas efferri extra Sanctuarium,& erat locus,in quo coquebãtur apud altare holocauſtorum, & apud fores Tabernaculi, cum ipſum altare apud Tabernaculi oſtiũ eſſet. De carnibus iſtis,& alijs pacificis, quæ coquebantur in Sanctuario à plebeis offerentibus,an coquerentur in aliquibus vaſis pertinentibus ad Sanctuarium, vel ipſi,qui iſtas carnes coquebant,efferrent extra Sanctuariũ vaſa profana dictũ fuit Exo.27.c.& hſ 1.Reg.2.c.Cũ aũt dr̃ carnes iſtas coquẽdas eſſe ante fores Tabernaculi, non eſt ob hoc intelligendum,ꝙ acciperetur ignis de altari ad cremandum,& coquẽdum;quoniam ignis ille ſacer erat, & ſolum ſeruire debebat ad Dei cultũ,cremando ea, quæ ponebantur ſuper altare; & ſic qui voluiſſet accipere de igne altaris ad coquendum iſta,peccabat, & vorabatur à Dño: nam ſicut qui ad diuinũ miniſterium alium ignem aſſumebat,quàm ignem altaris, peccabat, & à Dño vorabatur,ita & qui de illo igne altaris,ad aliũ vſum,quàm ad Diuinũ miniſterium aſſumeret,cremabatur à Deo.Simile namque in vtroque eſt. *Et ibi comedite eas*,id eſt,ꝙ Sacerdotes iſtas carnes comederẽt intra Sanctuarium apud fores Tabernaculi:non enim licebat eis extra Sanctuarium illas comedere,cuius cauſa duplex erat. Prima,quia carnes ſacræ erant,& nõn licebat illas in locis profanis deguſtari. Secũda,quoniam dato,quòd eſſent illæ carnes profanæ,non poſſent Sacerdotes tempore conſecrationis ſuæ ilias deguſtare; quoniam non licebat eis extra Sanctuarium exire ſeptem diebus,quibus durabat iſta cõſecratio, vt patet infra.*Panes quoque conſecrationis edite*.Iuſſit Deus, ꝙ Sacerdotes in cõſecratione ſua,cum carnibus ſacris veſcerentur panibus ſacris. Erãt autem panes ſacri,quos attulerant in caniſtro offerendos Domino: erant etiam panes azymi,& collyrida,& lagana.De collyrida autem nihil Sacerdotes comedebant, quoniam cremabatur ſuper altare cum adipibus. De laganis autem fortè etiam aliquis dicet, nihil relinqui Sacerdotibus, quoniam omnia cremabantur ſuper altare,cũ dicatur hic,ꝙ poſuit panem, & collyridam,& lagana ſuper adipes,& armũ dextrũ, & combuſſit omnia coram Dño.Alij aũt dicent,ꝙ aliqua lagana remanebat Sacerdotibus, qm̃ non omnia cremata erãt, ſed vnum ſicut dicitur Exo.29.c. laganum de caniſtro azymorum,id eſt,ꝙ illud crematetur cum adipibus. Magis tamen dicendum eſt,ꝙ omnia lagana cremarẽtur, cum dicatur hic,quòd etiam lagana cũ adipibus ſumpſit Moyſes de manu Aaron, & filiorum eius,& cremauit ſuper altare. Sic igitur diffiniẽdum eſt,ꝙ de cruſtula de laganis ſolum fuit facta miniſtratio Deo,nullo remanente Sacerdotibus. Manſerunt autem panes azymi, quoniam multi panes oblati ſunt in caniſtro, vt patet Exodi 29.capite,& hic,de omnibus tamen illis iuſſum eſt offerri vnũ, vt habetur hic,& Exo.29.c.dicitur,ꝙ offerretur torta panis vnius.Reliqui igitur panes,qui remanebãt, Sacerdotibus cedebant, vt veſcerentur illis in die conſecrationis; & panes iſti panes cõſecrationis vocantur largè:quoniam pertinebant ad ſollemnitatem cõſecrationis:& ſic omnes carnes animalium oblatorũ in cõſecratione Sacerdotum, poterant vocari carnes conſecrationis; quoniam tamen ſpecialius de illis loquitur Scriptura, ſolum vocauit carnes arietis pacifici,carnes conſecrationis,vt patet ſupra in littera.*Qui poſiti ſunt in caniſtro*, id eſt, quòd panes iſti conſecrationis,quibus veſci debebant, qui conſecrabantur in Sacerdotes,reſeruati erant in caniſtro coram altari, nam in illo caniſtro deportata fuerant oĩa facta de ſimila, quæ Deus iuſſerat,& de illis aſſumpta fuerant collyrida,& lagana,vt cremarẽtur corã Dño,cum vno pane azymo: ceteri autem panes manebant in caniſtro,& de his poterãt comedere Sacerdotes cum carnibus ſacris. *Sicut præcepit mihi Dominus,dicens: Aaron,& filij eius comedent eos*,id eſt, ꝙ Aaron,& filij eius comederet de iſtis panibus, quia ſic mandauerat Dominus ipſi Moyſi,quod dicit,vt nõ videatur loqui de corde ſuo. *Quicquid autem reliquum fuerit de carne,& panibus,ignis abſumet*,id eſt,quòd ſi maneret aliqua pars de iſtis panibus,vel carnibus,ꝙ̃ nõ poſſent comedere Aaron,& filij eius,cremaretur igne. Hoc autem, ꝙ iſti panes ſacri, & carnes in eadem die,qua offerebantur comedi debebant,& ſi aliquid remaneret in craſtinũ,non erat comedendum, ſed cremabatur igne, patet: qm̃ in nullis carnibus ſacrificiorũ licebat eas relinquere comedendas ad alterum diem oblationis,ſed in ipſa die comedebantur,præterquam ſi offerrẽtur hoſtiæ pacificæ ſpontaneæ, vel pro voto, in omnibus autem aliis carnibus hoſtiarum pacificarum, & ſacrificiorum pro peccato, in eadem die comedi oportebat. Hic autem iſtæ carnes erant hoſtiæ pacificæ; tamen non erant ſpontaneæ,nec votiuæ, ſed cogebantur Sacerdotes dare illas ex lege conſecrationis, cum iuſſum eſſet in conſecratione ſemper offerri debere hoſtias pacificas, ideo neceſſe erat, vt iſtæ carnes eadem, qua immolabantur, die comederentur, & ſi aliquid de eis remaneret, ignis conſumeret.

An ſumeretur ignis de altari ad coquendum carnes.

Illas carnes extra Sanctuarium ſacerdotibus comedere non licebat propter duo.

De quibus panibus oblatis licebat ſacerdotibus comedere.

F G

Quare comburebatur igne pars carnium,& panum non comeſtorum die oblationis ſuæ. *Quæſt.* *XI.*

QVÆRET aũt aliquis, quare cõburebatur igne pars carniũ, & panũ non comeſtorũ die oblationis ſuæ. Et reſpondendum eſt, ꝙ non licebat veſci his carnibus, vel panibus in aliqua die poſt oblationem, qm̃ qui ſic veſceretur illis, faceret irritã oblationem ſuam, vt habetur præcedenti cap.& infra 19.c.& præter hoc eſſet reus iniquitatis magnæ:oportebat ergo,ꝙ vel illæ carnes, vel panes traderentur alicui beſtiæ in cibum,vel putredini relinquerentur aut conſumerentur igne,ſed dare eas in cibum alicui beſtiæ valde vergebat in diſpendium cultus Diuini,cũ Deus valde ex hoc vilipenderetur:ꝙ etiam panes,& carnes putredini dimitterentur,erat idetidem magna iniuria Diuini cultus,cum res putridas abominemur, atque beſtiis calcandas tradamus; reſtabat igitur,vt igne cremarẽtur ea,quæ comedi nõ poterant,qm̃ ſic nullũ vilipẽdiũ Diuini cultus erat,qm̃ potius videbantur iſtæ carnes redire in ſacrificiũ Domini;qm̃ ea,quæ ſibi ſpecialiter Deus ſumebat, faciebat cremari ſuper altari, hæ autem reſiduæ carnes,cum cremarentur,videbantur rurſus redire in Diuinum cultum, ideo conueniens erat eas cremari.

H

Quo igne illæ carnes cremarentur. *Quæſt.* *XII.*

SED quæret aliquis, quo igne illæ carnes cremarẽtur. Reſpondendum eſt, ꝙ non poterant cremari in igne altaris holocauſtorum; quoniam ea,quæ ibi cremabantur carnes erant,quæ pertinebant ad vnum de tribus generibus ſacrificiorum: ſed hic nõ potuit iſta caro cõbuſta ptinere ad aliquẽ cibũ trium generum,ergo non erat cremanda ſuper altare,qm̃ non erat hic holocauſtũ, cum in holocauſto carnes totius animalis cremarentur,hic autem non cremabatur aliquod totum animal: ergo nõ eſt holocauſtum. Eodem modo nõ poteſt vocari hoſtia pacifica,quia de illa nihil cremabatur Deo præter adipes & caudam, cum eſſet victima de ouibus.Iſtæ aũt carnes non erãt adipes,nec cauda de arietibus;ergo non erat hoſtia pacifica, nec ẽt hoſtia pro peccato, vel pro delicto: qm̃ non fiebat pro aliquo peccato. Etiam quia in ſacrificiis pro peccato ſolum carnes cedebant Sacerdotibus,adipes aũt Deo, vt patet ſup.6.hic aũt cremabantur carnes reſiduæ; ergo nõ erat hoſtia pro peccato.Itẽ nihil,quod ab homine in partem cibi ſumeretur,Deo cõſecrabatur, qm̃ iam homo deuorauerat partẽ illius, & per hoc conuerterat in vſus humanos, ea autem, quæ cremabantur ſuper altare,ad Deũ purè pertinebãt: ſed iſtæ carnes reſiduæ relictæ fuerãt de cibis Sacerdotum,ergo non poterant cremari ſup altare.

I K

Sed dicendum eſt,ꝙ cremabantur iſtę carnes,& panes aliquo igne profano excitato in Sanctuario de foris, ſicut fiebat in decoctione carnium pacificarum:qm̃ non ſumebatur de igne altaris,ſed de igne plebeio. Cum aũt comburerentur iſtæ carnes & panes relicti,fiebat combuſtio in Sanctuario: quoniam quamuis iſtæ carnes non cremarentur in altari, tamen aliquo modo pertinebant ad res ſacras,cum eſſent de ariete illo, qui coram Domino immolatus fuerat.Facta aũt combuſtione efferebantur iſtæ carnes ſolutæ in cineres extra caſtra ad locum mundum,vbi conſue-

Determinatio auctoris.

conſueuerant poni alij cineres altaris. *De oſtio quoque Tabernaculi non exibitis ſeptem diebus.* Hic ponitur præceptum Sacerdotibus conſecrandis de manendo in Sanctuario, & iubetur, vt per ſeptem dies manerent in Sanctuario; quoniam durabat conſecratio his ſeptem diebus, & tunc non licebat Sacerdotibus exire de Sanctuario, ne diſtraherentur ad alios actus profanos, cum deberent eſſe multũ attenti Deo his diebus conſecrationis ſuæ. Præcipuè autem, quoniam ſi exirent Sanctuarium, & conuerterentur ad vſus profanos, aut in re, aut loquutione contingeret eos parum operari, quod valde fugiẽdum erat in cõſecrandis. Ex quo patet, quod Sacerdotes his diebus, quibus conſecrabantur, non accedebant ad vxores ſuas: nam non exibant per ſeptem dies ex Sanctuario; in eo autem talis actus cõiugalis non licebat. Dicitur autem hic quod nõ exirent de Sanctuario, id eſt, de oſtio Tabernaculi, accipiendo largè Tabernaculum pro toto Sanctuario, nam nõ poteſt intelligi ſi ſumatur hic Tabernaculũ ſtrictè; quoniam exibant extra Tabernaculũ; ideo non erant in eo, ſed foris in atrio; quoniam dicitur ſupra, quod coquebant carnes apud fores Tabernaculi, & ibi comedebant eas. Sed manifeſtũ eſt, quòd non intelligitur hoc eſſe intra Tabernaculũ; quoniam ibi nulla talis fiebat ignis accẽſio, quoniam ignis eleuatus cortinas Tabernaculi, quæ valde pulchræ erant, cremaſſet, aut ſaltem fumus exhalãs omninò cremaret, ſeu inficeret, & cũctam Tabernaculi pulchritudinẽ verteret in fuſcas, atque fumoſas imagines. Et iſta fuit cauſa, quare altare holocauſtorum nõ fuit poſitum intra Tabernaculum, ne cuncta, aut combureret, aut fuſca redderet, vt declarauimus Exo. 27. coquebant ergo Aaron, & filij eius carnes in atrio Tabernaculi, & comedebant eas ibi, ibidemque manebant; ideo cum hic dicitur, non debuiſſe illos exire de oſtio Tabernaculi, intelligendum eſt, quòd non exirent de atrio Tabernaculi.

Præceptum factum Sacerdotibus cõſecrandis de manendo in Sanctuario.

Quare dicebatur, quòd ſtarent Aaron, & eius filij intra Sanctuarium in his ſeptem diebus. *Quæſt. XIII.*

SED quæret aliquis, quare dicebatur, quod ſtarẽt Aaron, & filij eius intra Sanctuarium in his ſeptem diebus, cum ex hoc videatur ſequi aliquid contra munditiam ipſius Sanctuarij, nam oportebat in his ſeptem diebus Sacerdotes ad requiſita naturæ procedere, quæ totaliter repugnabãt munditia Sanctuarij, cũ etiam iſte; qui illa tetigiſſet, & lauaretur non poſſet intrare Sãctuarium, vſquequo mundus eſſet. ſ. poſt ſolis occaſum, vt habetur infra 11. cap. & ſupra 7. cap. Aliquis fortaſſis reſpondebit, quòd Sacerdotes hoc facere poterant in atrio Tabernaculi, quoniam ibi locus amplus vacabat. Sed hoc nullo modo ſtare poterat: cum etiam in ipſum atrium Tabernaculi nullus introire poſſet, niſi mundus eſſet, ſed iſta magna immunditia eſt, ergo nullatenus fieri id poterat in Sãctuario. Item patet, quoniam maiorem munditiam requirebat Sanctuarium, quàm ipſa caſtra, ſed in caſtris non licebat alicui vẽtrem releuare, ſed ad requiſita naturæ excũdũ erat extra caſtra, ergo multo minus hoc fas eſſet in Sanctuario. Itẽ cũ aliquis extra caſtra ventrem reuelaſſet, pro tãta immũditia, qualis reputabatur humanũ ſtercus, iubebatur ne relinqueretur ſoli expoſitũ ſtercus, ſed prius aliquis foderet in terra, & deinde operiret id quo releuatus erat, i. humanũ ſtercus, ne ſolarem ſplendorem offenderet. Si igitur tanta hæc erat immunditia, vt nullo modo extra caſtra in aperto permitti liceret quanto magis illicitum fuiſſet hoc in Sanctuario fieri? De his duobus habetur Deuteron. 23. cap. cum dicitur: Habebis locum extra caſtra, ad quem egrediaris ad requiſita naturæ, gerẽs paxillum in balteo, cumque ſederis, fodies per circuitũ, & egeſta humo operies, quo releuatus es (Dominus enim Deus tuus ambulat in medio caſtrorum.) Non ergo dici poteſt, quòd Sacerdotes intra Sanctuarium in atrio ventrem releuarent,

Sed reſpondendum eſt, Sacerdotes habuiſſe in Sãctuario vaſa huius immundi miniſterij, in quibus recipi poterant ſordes eorũ, & efferri extra caſtra, ſicut Deus iuſſerat, nec in hoc fieri videbatur aliqua immũditia, potiſſimum cum iſti ex mandato Diuino ad perſiſtendum ſeptiduo in Tabernaculo cogerentur. Aliqui. n. dicunt, quòd poterant

Doct. reſpon. ad quæſitũ.

A exire ſacerdotes extra Sanctuarium ad ſecreta naturæ; tamen non conuenit: cum in littera caueatur, ne nocte, aut die exirent Sãctuarium. *Vſque ad diem, quo implebitur tempus conſecrationis veſtræ.* id eſt, ſemper manebitis in Sanctuario, quouſque conſecratio veſtra finita ſit. Durabat autem conſecratio per ſeptem dies, id eſt, quòd in omnibus illis diebus fiebant cæremoniæ ad ſacerdotum conſecrationem tam in oblationibus, quàm in expiationibus altaris, & non erat perfectè conſecratus ſacerdos, donec tranſegiſſent ſeptem dies iſtarum cæremoniarum: nam nõ poterant in aliquo horum dierum miniſtrare, quod pertinebat ad ſacerdotem iam conſecratum.

Et dicendum eſt de hac conſecratione, quòd ipſa inducebat quandam poteſtatem in conſecrato, per quam ius eſſet ei miniſtrare, quod ante non licebat. Iſta autem po-
B teſtas, vel erat character, ſicut in quibuſdam Sacramẽtorum noſtrorum, & in omnib. ordinibus inducitur, aut aliquid ſimile characteri, qualiter aũt poteſtatem iſtam nominauerimus nihil differt, quoniam ipſa cõditionem characteris ſequitur, quia ſicut character aliquid indelebile eſt, & qui ſemel ſecundum characterem aliquid factus eſt, impoſſibile eſt, quod perdat illud, ſicut per characterem Baptiſmalem aliquis ſuſcipit eſſe Chriſtianum: ideo impoſſibile eſt, quod aliquo tempore ſit non Chriſtianus, etiam ſi in inferno ſit: quoniam adhuc ibi anima Baptiſmalẽ characterem retinet. Idẽ etiam eſt de Diaconatus, aut Presbyterij, quoniam qui ſuſcipit hos ordines, indelebiliter eos habet, nec vnquam perdere poterit, ideo vbicũq; ſit, ſemper Diaconus, aut Presbyter erit. Si aũt erat de iſta poteſtate ſacerdotum Veteris Teſtamenti ad miniſtrandum: nam poſtquam ſe-
C mel conſecrati erant, in æternum manebat eis miniſtrandi poteſtas. Et tamen in ſacerdotibus Veteris Teſtamenti non erat aliquis character, vt declarabitur Matth. 3. c. ſed tamen per conſecrationem dabatur eis quædam poteſtas miniſtrãdi, quæ ſemper eis manebat. Nec ob id, quod aliquando impediatur iſta poteſtas alicuius ſuperioris mandato, ſicut eſt in depoſitis, & degradatis, perditur: quoniã quamquam eis non liceat miniſtrare, habent tñ characterem omnium ordinum, ideo ſi aliquos depoſitos, & ſollemniter degradatos contingeret Eccleſiæ reconciliari, ad miniſtrandum in ordinibus, quibus ante miniſtrabant, non oporteret, vt iterum ordinarentur, ſed quod eis permitteretur miniſtrare, ſicut prius: ergo ordines manſerunt indelebiliter iſtis degradatis, alioquin oporteret, vt ſi rurſus ad miniſtrandum reciperentur, iterũ à principio ordina-
D rentur, hoc aũt falſum eſt. Iſta aũt poteſtas miniſtrandi non dabatur ſacerdotibus cõſecratis in Veteri Teſtamento ante octauum diẽ, ideo oẽs iſtæ cæremoniæ præcedentes dicebantur eſſe iſtius conſecrationis, & non poterat aliquis de ſacerdotibus conſecratis ante octauum diem miniſtrare, quamquam ſi miniſtraret, miniſtratio facta erat, ſed miniſtrans peccabat, in quibuſdam tñ miniſteriis noui Teſtamenti, qui non eſt ordinatus, ẽt ſi miniſtrat, nihil efficit, ſicut in conficientibus Euchariſtiam: nullus. n. hoc facit, niſi presbyterij ordinem ſumpſerit. *Septem. n. diebus finitur conſecratio.* i. ſeptem diebus durat cæremonia conſecrationis. *Sicut in præſentiarum factum eſt.* i. ſicut nunc factum eſt. in præſentiarum, vna dictio eſt, & eſt aduerbium temporis deſignans idem, quod nunc, vel in præſenti, & ſunt iſta verba Moyſi, ſ. quod ritus cõſecrationis quando-
E cunque fuerit ſemper durabit ſeptem diebus, ſicut nunc factum eſt, ſ. in conſecratione Aaron, & filiorum eius. *Vt ritus ſacrificij compleretur.* Accipitur ſacrificij ritus, id eſt, ritus conſecrationis, quoniam non erat aliquod ſacrificiũ, quod his ſeptem diebus duraret, cum quodlibet vna die expleretur; ſed conſecratio ſeptem diebus durabat, & vocatur ipſa ſacrificium, quaſi ſacrum factum, quia in ipſa conſecratione aliquid ſacrum efficiebatur, ſcilicet inducebatur poteſtas miniſtrandi in rebus ſacris. *Die ac nocte manebitis in Tabernaculo.* Ad iſtos ſeptem dies refertur, in quibus manendum erat illis iugiter in Sanctuario: & accipitur hic Tabernaculum largè, pro toto Sanctuario, nam non ſtabat Aaron cum filiis eius intra Tabernaculum, ſed in atrio eius, ſicut ſupra probatũ eſt. Dicitur aũt hic, quod manerent die, & nocte in Sanctuario, quoniam fortè crederent iſti Sacerdotes, quod quamuis per diem nõ liceret eis

Quid cõferebat conſecratio conſecrato.

Character ſemper manet & in inferno.

Degradatus & depoſitus hãt characterẽ.

Sacrificij ritus quid ſit.

exire extra Sanctuariũ, ne viderentur ab aliis hominibus, & haberent locum ad peccandũ in ſiſtentes humanis colloquiis, per noctem autem putarent hoc ſibi licere, qm̃ nõ erat tunc aliqua occaſio ad peccandum, cum non viderentur ab aliis hominibus, ſed vtriuſque temporis exitus interdicitur, vt totaliter ſeparati eſſent à profanis, ſiue ſint rem, ſiue ſecundum apparẽtiam. *Obſeruantes cuſtodias Domini.* i. tenentes cuſtodiam ſeptem dierum, quam vobis mandauit Dominus. *Ne moriamini.* Comminatur eis mortem ſi contrarium fecerint, putaret namq; aliquis de Sacerdotibus, qui conſecrabantur, ꝙ infringere iſtud præceptum de permanendo ſeptem diebus in Sanctuario aliqd paruum erat, & qui tranſgrederetur impunitus eſſet; ne autem hoc exiſtimantes audeant illas cuſtodias infringere, prædixit, quòd morerentur, ſi infringerent. Nã in quibuſdam aliis, quæ fortaſſis alicui parua viderentur, Deus mortem inducebat, ſicut in Sacerdotibus nouiter conſecratis, qui aſſumpſerunt ignem alienum, vt offerrẽt coram Domino, & egreſſus ignis à Domino deuorauit eos, vt patet infra 10. cap. *Sic enim mihi præceptum eſt:* Iſta ſunt verba Moyſi commonentis ſacerdotes, vt obſeruent cuſtodias Domini per ſeptem dies, dicens, quòd ſic Deus ei mandauit, ideo ſi aliquis contra iſta egiſſet, moriebatur.

Nonnullorum opinio te res litteram.

De quadam moralitate ſignificata per ſeptem dies, quibus recludebantur Sacerdotes conſecrandi. Quæſt. XIIII.

QVAMQVAM autem non fuerit, nec exiſtat intentio allegoriis, aut tropologiis, aut alicui alij ſenſui præterquam litterali intendere, breuiter tamen iſtorum ſeptem dierum tropologicam interpretationem apponendam duxi. Sacerdos enim nouiter conſecratus ſeptem diebus recludi debebat in cuſtodiis Domini, octauã aũt die miniſtrare: qm̃ ſeptem ſunt, à quibus Pontifices, & alij Sacerdotes conſecrati abſtinere debent, ſ. prolixitas dormitionis, voluptas commeſſationis, inutilitas actionis, multiplicitas diſtractionis, vanitas confabulationis, varietas fictionis, vilitas affectionis; à quibus ſeptẽ cum ſe recludentes abſtraxerint, octaua die, i. poſt hæc miniſtrare poſſunt Domino, ea quæ cap. ſequenti dicuntur, ſ. rigorem pœnitentiæ, & auſteritatis, quæ ſignatur per vitulum pro peccato extra caſtra combuſtum, vigorem patiẽtiæ, & ſoliditatis, quæ deſignantur per vitulum oblatũ in holocauſtum; decorem innocẽtiæ, & ſimplicitatis, quæ ſignantur ꝑ agnum anniculum, laborem induſtriæ, & ſedulitatis per bouem, ſplendorem prouidẽtiæ, & perſpicacitatis, p arietem pro pacificis, nitorem conſcientiæ, & puritatis, per ſimilam, dulcorem lætitiæ, & ſuauitatis per oleum, quo conſperſa eſt. *Feceruntq. Aaron & filij eius cuncta quæ locutus eſt Dominus.* Refertur ad ſuperiora, ſ. ad oblationem Sacrificiorum, & ad cuſtodiam ſeptem dierum in Sanctuario, qm̃ nemo eorũ inde egreſſus eſt in ipſis ſeptẽ diebus. *Per manum Moyſi.* i. quòd Deus mandauit iſta fieri per manum Moyſi: Non eſt autem intelligendum, ꝙ mandauiſſet per manum Moyſi; qm̃ hoc nullo modo eſt opinabile, nec quiſquam concipiet, cum manus nõ ſit organum expreſſiuum, & interpretatiuum ſicut lingua. Sed eſt ſenſus, ꝙ locutus fuit Deus iſta per manũ, i. per ipſum Moyſen. ſ. quia Moyſes erat miniſter Dei ad iſtas locutiones, & ſic communiter loquimur, dicentes: omnia iſta fient per manum veſtram, id eſt, expedientur per vos, nam cum ipſa manus ſit organum organorum, iuxta Ariſt. 2. de Anima. omnes operationes noſtras manui attribuimus, & ſic locutio aliquando dicitur fieri per manum, & eſt locutio iſta frequens in ſacra Scriptura.

Per manum loqui quid ſignetur.

De partibus animalium. lib. 4. c. 10.

CAP. IX.

FACTO *autem octauo die, vocauit Moyſes Aaron & filios eius, ac maiores natu Iſrael, dixitq. ad Aaron: Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocauſtum, vtrumque immaculatum, & offer illos coram Domino. Et ad filios Iſrael loqueris: Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque agnum anniculos, & ſine macula in holo-* F *cauſtum, bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in ſacrificio ſingulorum ſimilam conſperſam oleo offerentes. Hodie enim Dominus apparebit vobis.*

8. diſt. c. cũ ita, 31. q. 1. c. ſi quis.

FActo autem. In ſuperioribus dictum fuit de poteſtatis traditione, hic conſequenter agitur de prima ipſius executione, quoniam ſupra dicebatur de cõſecratione ſacerdotum, in qua tribuebatur poteſtas ad miniſtrandum, hic autem dicitur, quomodo ſacerdotes inceperint miniſtrare poſt conſecrationem ſuam, ſ. in die octauo. Et diuiditur in duas partes; quoniam Primò ponitur miniſtrationis Sacerdotalis primus vſus; Secundò adiungitur ipſorum miniſtrantium ſubitus occaſus, ſequenti. c. Prima in tres, ſecundum ꝙ hic ponuntur tria: Primò ponitur diuina iuſſio; Secundò, eiuſdem executio; Tertiò, à Deo facta approbatio. Secunda ibi: *Tulerunt ergo.* Tertia ibi: *Apparuitq. gloria Domini.* G Circa primum. *Facto autem octauo die.* In ſeptem diebus ſuperioribus Sacerdotes obſeruauerant ritum conſecrationis ſuæ, & in nullo horum poterant miniſtrare, quia nondum erat cõpleta conſecratio, per quam inducebatur poteſtas miniſtrandi, ideo in nullo illorum ſeptem dierum miniſtrare poterant, completa aũt conſecratione, iuſſit Dominus, vt miniſtrarent, quoniam ob hoc conſecrati fuerant, vt miniſtrarent. Prima autem dies poſt completam miniſtrationem fuit dies octaua, in qua iuſſit Deus, vt ſacerdotes inciperent miniſtrare, & ſecundum ꝙ fuerat magna ſollemnitas facta die prima, qua conſecratio inchoata eſt, conuocato toto populo, ita & in prima die miniſtrationis conſecratorũ ſacerdotum fuit facta magna celebritas conuenientibus omnibus filiis Iſrael, vt patet infra. H

Miniſtrationis Sacerdotalis primus vſus.

Qua die incœperunt miniſtrare Sacerdotes conſecrati, ſcilicet, an in principio anni ſecundi exitus de Ægypto; vel poſt. Quæſt. I.

DIcit autem, quòd die octaua fuit facta iſta noua miniſtratio, de qua dubitatur, qua die, ſ. an fuerit in principio anni ſecundi exitus de Ægypto, vel poſt: nam ante non potuit, cum non eſſet factum Sanctuarium, in quo conſecratio ſacerdotum fieri debebat, vt patet Exodi 40. cap. Rabbi Salom. dicit, quòd prima die, menſis primi, anni ſecundi exitus de Ægypto, incœperunt miniſtrare ſacerdotes, cuius motiuum eſt, quoniam oblatio Principum duodecim tribuum Iſrael, cœpit die primo menſis primi, anni ſecundi exitus de Ægypto; quoniam incepit in die, quo erectum eſt Tabernaculum, vt habetur Num. 7. cap. iſte tamen dies, erat dies primus, anni ſecundi exitus de Ægypto, vt habetur Exodi 40. c. & tamen quando iſti Principes inceperũt offerre, videtur ꝙ Aaron erat iam cõſecratus, vt ipſe faceret omnia ſacrificia, quæ Principes obtulerunt, ſed Aaron non poterat miniſtrare vſque ad octauam diem, quia illa erat prima dies poſt conſecrationem; ergo videtur, ꝙ ad minus iſtã dies octaua conſecrationis fuerit prima dies, menſis primi, anni ſecundi exitus de Ægypto. Aliquis autem fortaſſis obiiciet contra Rabbi Salom. ꝙ ipſe includat contradictionem in verbis ſuis ad litteram hanc, quoniam dicit, ꝙ dies octauus fuit dies prima, menſis primi; hoc autem manifeſtè falſum eſt. Reſpondetur, quòd hoc nihil eſt: quoniam non computatur hic octaua dies à principio menſis, vel anni, cum hic nihil dictum fuerit de anno, vel menſe, ſed dicitur octaua dies computando à principio conſecrationis. Fuit. n. facta conſecratio per ſeptem dies, vt patet præcedenti cap. dies aũt ſequens poſt conſecrationẽ, erat dies octaua, in qua Deus iuſſit iſta fieri, nec tñ ob hoc tollitur, quin iſta octaua dies ſit prima dies anni ſecundi, quoniã potuit conſecratio ſacerdotum incipere ſeptem diebus ante finẽ anni primi, & tunc octaua dies ſuccedens in ordine, eſſet prima dies anni ſecundi; & ſic nihil obſtat hoc poſitioni Rabbi Salomon. Sed adhuc dicendum eſt, non poſſe ſtare poſitionem Rabbi Salom. qm̃ conſecratio ſacerdotum facta fuit in Sanctuario, cum dicatur præcedenti c. ꝙ quando volebat Deus conſecrari Aaron, & filios eius, iuſſit vt applicarẽtur ad oſtium Tabernaculi, ergo iam Tabernaculum fabricatũ fuerat. Item iuſſit, vt ſeptẽ diebus cõſecrationis manerent I K

Opi. Rab Sal. expeditur.

nerent intra Sanctuariũ: ſi autem octaua dies, de qua hic dicitur, eſt prima dies, menſis primi, anni ſecundi exitus de Aegypto, neceſſarium eſſet, vt per ſeptem dies ante ad minus eleuatum fuiſſet Tabernaculum, ſed ipſum eleuatũ eſt in prima die, menſis primi, anni ſecundi, ergo non potuit eſſe iſta dies octaua, prima dies, menſis primi, anni ſecundi; ſed ad plus fuit octaua dies menſis primi, anni ſecundi; quoniam conſecratio Sacerdotum, non potuit incipere ante primam diem, anni ſecundi, cum in eadẽ die, primo erectum fuerit Tabernaculum, & tũc ſi eadem die incepiſſet octaua dies à primordio cõſecrationis, erit octaua dies, menſis primi, anni ſecundi. Si aũt conſecratiò Sacerdotalis non cœperit prima die, anni ſecundi, iſta dies octaua, de qua hic dicitur, erit poſt octauam diem, menſis primi, anni ſecundi, quamquam nõ determinetur quantũ poſtea fuerit. Sed dicendum eſt, ꝙ iſta octaua dies, de qua hic dicitur, fuit octaua dies, menſis primi anni ſecundi ab exitu de Aegypto, qm̄ eadem die incœpit conſecratio, ſicut dictum fuit ſupra 1. c. & Exodi 40. cap. Ad fundamentum autem Rab. Sal: ſatis patet ſolutio: qm̄ ipſe intendit, quòd Aaron erat conſecratus, & poterat miniſtrare, quando Principes tribuum obtulerunt ſacrificia, ꝙ incępit prima die menſis primi, quando erectum eſt Tabernaculũ: hoc enim manifeſtè repugnat litteræ huic, & præcedentis cap. nam cum Sacerdotes fuerint cõſecrati in Sanctuario, & Principes obtulerunt incipientes à prima die erectionis Tabernaculi, neceſſariũ erat, vt Sacerdotes non eſſent tunc conſecrati, ſed potuerunt ipſi conſecrati eſſe in die octaua, quando obtulit Gamaliel Princeps filiorum Manaſſe, qui fuit octauus in Principibus offerentibus, & obtulit octaua die, vt patet Num. 7. cap. huius autem oblationem potuerunt Sacerdotes conſecrati ſuſcipere, & miniſtrare facientes ſacrificiũ. In oblationibus autem aliorum ſeptẽ Principum præcedentium, nõ potuerunt Sacerdotes miniſtrare, quia nondum conſecrati erant. Et cum dr̃, quòd oportebat Sacerdotes cõſecratos eſſe ad faciendum omnia ſacrificia, quæ Principes obtulerunt, nõ ſtat: qm̄ Moyſes potuit facere iſta ſacrificia, ſicut fecit ſacrificia in conſecratione Sacerdotum, nam in ſeptem diebus conſecrationis, nemo ex Sacerdotibus miniſtrauit, cum nondũ eſſent conſecrati, ſed ſolus Moyſes faciebat hęc, & ipſe recipiebat iura Sacerdotalia, vt patet præcedenti cap. & Exodi 29. vbi dr̃, quòd ſuſcepit Moyſes in partem ſuam pectuſculum de ariete conſecrationis, qui oblatus erat in hoſtias pacificas. Etiam ſatis innuitur ex littera Num. 7. cap. quod Moyſes fecerit ſacrificia oblata à Principibus, quoniã ibi loquitur Deus ad eum, ꝙ ſuſcipiat boues, & plauſtra, quę obtulerũt Principes, & ibi ſubiicitur, quomodo ipſe ſuſcepit. Si enim conſecratus fuiſſet Aaron, & filij eius, nullo modo Moyſes illa ſacrificia feciſſet, aut de manibus Principum offerentium ſuſcepiſſet, quoniam hoc Aaron, & filij eius feciſſent ſicut poſt conſecrationem eorum, nũquam aliquando legitur, ꝙ Moyſes miniſtrationes Sacerdotales exercuerit. De his autem adhuc dicetur Num. 7. cap. *Vocauit Moyſes Aaron, & filios eius.* Dicitur autem Moyſes vocauit Aarõ, & filios eius, qm̄ debebat eis notificare aliquid ex parte Dei, ſ. ꝙ facerent ſacrificia, de quibus habetur immediatè. Vel poteſt dici, quòd vocauerit eos, qm̄ iam non erant congregati, ſicut ante. In præcedentibus enim ſeptem diebus fuerant in Sanctuario nõ exeuntes inde per diem, nec per noctem, iuxta Domini iuſſionem, vt patet præcedenti cap. ideo cum Moyſes eis aliquid loqui vellet, non oportebat, quòd eos inquireret, quia in Sãctuario inueniſſet: in octaua aũt die erat finita conſecratio, & ipſi poterant ire extra Sanctuarium, & ſic fortaſſis factum eſt, ſ. ꝙ iſti exirent extra Sanctuarium, & cum Moyſes vellet iſta, quæ ſequuntur, dicere, vocauit eos, ſicut ipſos populares vocauit. Quidquid tamen ſit, ſiue in Sanctuario manſerint, ſiue ex eo exierint, non multum refert, quoniam quocunque modo vocari poterant. *Ac maiores natu Iſrael.* id eſt, vocauit etiam Moyſes illos, qui erant de maiori genere, & excellentiores. Poteſt autem aliquis dici maior natu dupliciter, ſ. quod ſenior eſt & ætate magis prouectus, aut quia generoſior eſt, & vterque modus ſatis conuenit ſignificationi huius nominis, quoniam ſenior dicitur maior natu, quia à pluribus diebus natus eſt, dicitur etiam generoſior maior

Gamaliel princeps filiorum Manaſſe.

Aliquis dicitur maior natu dupliciter.

A natu, quia de maioribus natalibus, ſiue proſapia ortus eſt, vterque autem modus ſatis eſt frequentatus in Sacra Scriptura. Cauſa autem, quare Deus fecerit vocari maiores natu Iſrael in iſta octaua die, fuit duplex. Prima, ad honorandũ Aaron, & filios eius: nam ſicut in die prima conſecrationis ſuę fuit honoratus Aaron à toto populo conuenientе, vt habetur præcedenti cap. ita & in prima die, qua miniſtrauit debuit honorari: nam magna celebritas, & exultatio erat in prima die miniſtrationis Sũmi Sacerdotis, & filiorum ſuorum, quamquam eis poſtea in fletum & amaritudinem verſa fuerit combuſtis à Domino duobus filiis eius, ſ. Nadab, & Abiu, vt patet ſeq. cap. Sic etiã apud nos in vſu eſt, vt magna celebritas fiat cum aliquis nouiter Miſſam cantat, populus autem ad iſtum honorem, & celebritatem rationabiliter debuit conuenire, quoniam Aaron illorum pontifex erat.

Fit celebritas dũ primo aliquis Miſſam cantat. quia ſic & factũ eſt in veteri lege.

B Secunda ratio quare cõuocatus fuerit populus, eſt, quia offerre debebat pro ſe holocauſtũ, & hoſtiam pro peccato vt patet infra, & ſolui debebat illud ſacrificium expenſis populi, ideo ad hoc neceſſarium erat, vt vocaretur. *Dixitq. ad Aaron.* Non dixit iſta ad populum: quoniam hæc, quæ immediatè ponuntur, ad populũ non pertinebant, ſed ad Aaron, quia hic dicitur de ſacrificio, quod ipſe pro ſe oblaturus erat, poſtea autem dicetur de ſacrificio populi. Et quamquam Deus vocari iuſſerit Aarõ, & filios eius, & eos Moyſes vocauerit, tamen non locutus fuit, niſi ad Aaron, cuius ratio eſt: quia ipſe caput erat filiorum ſuorum. *Tolle de armento vitulum.* Iuſſit Deus, vt offerret Aaron vitulum ad offerendum pro ſeipſo, ſ. pro peccato ſuo, & filiorũ ſuorum, & dicit debere hunc offerri de armento, nõ quidem,

C quòd eſſet neceſſitas præcepti adducere de armento, quoniam poterat quemcunq; adducere, ſed dicitur de armento, quoniam vitulus quicunq; ad armentum pertinet, cum vitulus ſit de maioribus animalibus, quæ armenta vocantur, minora autem ad greges pertinent, *Pro peccato.* id eſt, duces hunc vitulum ad offerendum pro peccato.

Quare iuſſerit hic Deus Aaron pro peccato ſuo vitulum offerre. Quæſt. 11.

SED quæret aliquis, quomodo iuſſerit hic Deus Aaron offerret vitulum pro peccato ſuo, cum in die conſecrationis obtuliſſet, vt patet præcedenti cap. Fortè aliquis dicet, quòd fiebat iſta oblatio pro peccatis, quę Aaron, & filij eius fecerant poſt diem primam conſecrationis. Nam

D quamquam ſacrificium factũ pro peccato, die prima conſecrationis ſuffeciſſet ad expiationem pro omnibus peccatis, quæ fuerant patrata ante conſecrationem Aaron, & filiorum eius ab eis: tamen oportebat aliud ſacrificium pro peccato eſſe, ad tollẽdum ea, in quibus poſt primum diem conſecrationis peccauerant. Et ſi aliquis dicat, ꝙ Aaron, & filij eius, non peccabant in his ſeptem diebus conſecrationis ſuę, cum recluſi eſſent in Sanctuario, nec vacarent profanis actibus, vt patet præcedenti capite.

Reſpondendum eſt, non ſufficienter in his argui: quoniam quamquam nõ peccarent Aaron, & filij eius in actibus popularis conuerſationis in his ſeptem diebus, cum à populo ſequeſtrati eſſent; tamen peccare poterant in quibuſdam alijs vocalibus, atquę realibus, vt liquet intuenti; pro his igitur conueniens erat offerri aliqua ſacrificia. Sed

E non poteſt iſtud ſtare: quoniam preſupponit falſum, ſcilicet, quòd inter primam diem cõſecrationis, in qua fuit facta oblatio pro peccato, & vltimam diem excluſiuè, quæ eſt iſta octaua, nõ fuit oblata aliqua hoſtia ꝓ peccato Sacerdotum. Sed falſum eſt: qm̄ in quolibet horum ſeptem dierum offerebatur vitulus pro peccato, vt patet Exod. 29. cap. cum dicitur: Septem diebus conſecrabis manus eorũ, & vitulũ pro peccato offeres per ſingulos dies, ad expiandum, non igitur dici poteſt, quòd offerretur iſtud ſacrificiũ pro peccato, de quo hic, pro peccatis Sacerdotum, quæ geſſiſſent inter primum diem conſecrationis, & octauum, cum quotidie fieret expiatio. Etiã quia ſi fieret iſtud ſacrificiũ pro ſolis peccatis, quæ feciſſent Sacerdotes inter primũ diem conſecrationis, & octauũ, fieret ꝓ aliquibus peccatis determinatis. Sed hoc non ſtat: quin potius dicendum eſt, ꝙ non fieret pro determinatis; quia tũc exprimerentur

rentur hic, ſed vniuerſaliter, non reſpiciendo ad aliquod ſcilicet pro omnibus, quæ facta fuiſſent: ſic enim fiebat ſacrificium pro peccato, quod factum eſt in prima die conſecrationis, nã illud non fiebat ſpecialiter pro aliquo peccato, ſed pro omnibus, quæ feciſſent Aaron, & filij eius à principio.

Deciſio quæſt.

Dicendum igitur eſt, quòd iſtud ſacrificium pro peccato, non fuit mandatum ſpecialiter fieri pro aliquo peccato, nec etiam generaliter pro peccatis, quæ feciſſent Aaron, & filij eius, in ſeptem vel octo diebus, vel in aliqua parte temporis determinata; ſed fiebat ſacrificium iſtud pro peccato ſimpliciter: quoniam quanquam Deus remittat peccata, nos tamen de remiſſione illa ſecuri eſſe non debemus, ſed continuè pro peccatorum noſtrorũ exorare remiſſione. Vnde, & laudabile eſt, quòd quamuis aliquis de peccatis ſemel conteratur, & confiteatur, iniunctamque peragat pœnitentiam, frequentius poſt hæc pro peccatis illis dolens à Deo remiſſionem imploret, nec tamen in hoc Diuinæ bonitati quidquam ſubtrahimus, nec ei quouis modo derogamus, quoniã certi ſumus, quòd niſi obicem poſuerimus indulgentiam peccatorum, quam expoſcimus obtinebimus. De qua certitudine, vel incertitudine veniæ in peccantibus, an licita ſit, vel vituperabilis, latè dictum eſt ſupra, 5. cap. Sacrificia autem huiuſmodi ſunt, quoniam ipſa ſunt quædam expiationes pro peccato; ideo crebro facienda ſunt, ne nobis certam remiſſionem delictorum promittere videamur: qui enim ſemel tantum pro peccato offerens amplius offerre recuſat, certam ſibi delictorum, pro quibus obtulit, remiſſionẽ ſpondet; aut ſi non ſpondet, pro eis, quæ remiſſa eſſe dubitat, offerre negligit. Iuſtum igitur eſt, vt pro peccato ſæpius offeramus, ne in præſumptæ remiſſionis incidamus crimen. Hoc autem Deus innuere vult, cum ſæpè ſacrificia pro peccatis offerenda iubet. *Et arietem in holocauſtum.* Iſta duo ſacrificia pro ſe ſacerdotes offerre iubebat Dominus, & erant de expenſis ipſorum ſacerdotum debebat autem in holocauſto obſeruari lex, quæ in aliis holocauſtis, de qua ſupra 1. cap. *Vtrumque immaculatum.* Quamuis hic non exprimeretur, tamen ſic intelligendum erat, nihil namque, quod immũdum erat, aut maculatum, Domino offerri licebat. Munditia autem requiſita in his animalibus erat, quòd ipſa eſſent licita ad eſum, nam de his, quæ non licebat comedere, nũquam offerri ius erat: propter hoc autem reiiciebatur immunditia illa, quæ habetur infra 22. c. De his autem animalibus, quæ infra ponũtur immolanda, quanquam non exprimatur, ꝙ deberent eſſe immaculata, tamen ſubintelligendum eſt. *Et offer illos coram Domino,* ſcilicet vitulũ, & arietem; nam quamuis non ſimul explerentur cæremoniæ horum duorũ ſacrificiorum, tamen ſimul offerebantur coram Domino, id eſt, præſentabantur coram altari holocauſtorum iſta duo animalia, & poſt hæc immolabatur vnum, & explebãtur cæremoniæ eius: deinde autem reliquum. *Et ad filios Iſrael loqueris.*

Quare iuſſerit Deus, ꝙ Aaron loqueretur ad Iſraelitas in 8. die, & non Moyſes.

Nam loquebatur hic Moyſes ad Iſraelitas, ſicut ante loqui cõſueuerat, ſed iuſſit Dominus vt alloqueretur Aaron, cuius cauſa eſt, quoniam hic loquebatur de oblatione ſacrificiorum: Aaron autem erat iã effectus dominus ſacrificiorum, cum eſſet Summus Pontifex, Moyſes verò nihil in his poterat, quoniam erat ſimplex Leuita, & ceſſauerat miniſterium eius, quod geſſerat in defectum non exiſtentium ſacerdotum. Ante iſtã autem octauam diem Aaron, nihil vnquam locutus eſt Iſraelitis iubens, quoniam nõdum fuerat factus eorum Pontifex, per quem mandandi auctoritatem acciperet. Prima igitur iuſſio, quam ad Iſraelitas fecit iſta fuit: quoniam ante hoc ſacerdos non erat, nunc autem primo Summi ſacerdotis dignitatem aſſecutus erat. Sed dicet aliquis, quid differt, quòd Aaron loqueretur ad Iſraelitas, cum tamen Moyſes iuberet ipſi Aaron? potuiſſet ergo immediatè mandare ipſis Iſraelitis. Reſpondendum eſt, quòd auctoritas mandandi quantum ad ſacrificia, non manebat iam penes Moyſen, ſed penes Aaron, cum ipſe eſſet ſacerdos magnus, & ideo directè non poterat Moyſes iubere aliquid de ſacrificiis Iſraelitis, ſed iuberet hoc Aaron. Et cũ dr̃, ꝙ Moyſes iubebat hic aliquid Aaron, nõ eſt intelligẽdũ, ꝙ hoc iuberet, tanq̃ Moyſes, ſed tanquam Propheta referẽs

F ea, quæ à Domino dicebantur; & hoc modo maior erat propheta quolibet alio homine, cum gereret perſonam Dei. Si tamen aliàs loqueretur Moyſes, non poterat aliquid iubere Aaron, & ſic manebat ſemper, quod Aaron deberet loqui ad populum, & non Moyſes, vt iam videretur ipſe habere auctoritatem mãdandi. *Tollite hircum pro peccato.*

Quare Deus finita conſecratione, & nõ in principio conſecrationis iuſſit offerri hircum pro peccato.

Poſt ſacrificium, quod fiebat pro Sacerdotibus, ponitur hic ſacrificiũ quod fiebat pro ſæcularibus, & iuſſit Deus fieri hoc ſacrificium pro popularibus, & non iuſſit ſupra in principio conſecrationis Aaron. Cuius cauſa eſt; quoniam ſupra ſolum agebatur de diſpoſitione Sacerdotum ad miniſtrandum, & non agebatur de executione miniſtrationis, ad diſpoſitionem autem Sacerdotis, requirebatur ſacrificium, ideo illud ſolum fieri ſufficiebat; nũc autem iam agitur de ipſis Sacerdotibus miniſtrare potentibus, & miniſtrationem exercentibus, & quoniam miniſtratio Sacerdotalis nõ fuerit introducta propter illos Sacerdotes, ſed magis propter totũ populum, ideo in principio executionis Sacerdotalis miniſterij conueniens fuit, vt ipſi populares pro ſe hoſtias offerendas darent; & quoniã in deſerto quamdiu ibi Iſraelitæ manſerunt, non fuit executio ſacrificiorum, cum non fuerit aliqua diſpoſitio, tã ex parte continui motus, quàm ex parte defectus eorum, quę neceſſaria erant ad ſacrificia, tamẽ in principio miniſtrationis, quæ fuit in mõte Sinai, debuit eſſe pro popularibus facta oblatio. Et quoniam de omnibus generibus ſacrificiorum offerendis acceperant Sacerdotes poteſtatẽ, & hoc propter populum; conueniens erat, quòd de omnibus illis generibus ſacrificiorum, nunc pro popularibus offerretur, & ſic factum eſt, ſecundum quòd patet infra.

G

H

Quare cum mandetur hic offerri pro peccato populi, iubetur hircum offerri. Quæſt. III.

IVSSIT autem offerri hircum pro peccato, de quo aliquis fortaſſis inquiret, quare cum mandetur hic offerri pro peccato populi, iubetur offerri hircus: nã pro peccato populi debebat vitulus offerri, ſicut patet ſupra 4. cap. vbi dicitur, quod ſi totus populus peccaret, debebat offerri vitulus. Aliquis reſpondebit ad hoc, quod ſupra 4. cap. agitur de peccato populi, quoniã illud erat propter ignorantiam, hic autem agitur de peccatis, quæ alio modo fiebãt, vtpote, ſecundum malitiam, vel per paſſionem. Ad hoc autem reſpondendum eſt, quod non poteſt ſtare; quoniam ſicut contingit aliquando peccare totũ populum per ignorantiam, non contingit ita peccare per malitiam, aut per paſſionẽ, & ſi fortè poſſibile hoc eſſet, rariſſimè tamen id contingeret, ideo de hoc lex nõ ponitur, ſed magis ea, quæ ſunt peccata totius populi, dicuntur eſſe per ignorantiam, ideo quando hic dicitur offerendum eſſe hircum pro peccato populi, videtur dici pro peccato ſecundum ignorantiam. Item, dato, quòd populus totus aliquando dicatur peccare per paſſionem, & aliquando per ignorantiam; tamen quia peccatum per paſſionem maius eſt, quam id ꝙ patratur ſecũdum ignorantiam, & idem etiam fit de peccato ſecundum malitiam: ideo neceſſarium erat, vt darentur maiores pœnæ in peccato ſecundum malitiã, vel paſſionem, quàm in peccato ſecundum ignorãtiam, ſed ſupra 4. cap. pro peccato ſecundum ignorantiam totius populi, mandabatur, quod offerretur hircus, ergo in peccato per paſſionem, & malitiam mãdabitur, quod offeratur maius, quàm hircus: contrarium tamen apparet hic, cum ſupra 4. cap. iubeatur offerri vitulus, & hic iubeatur offerri hircus. Item, quoniam in peccatis per malitiam non dabantur pœnæ iſtorum ſacrificiorum, ſed qui peccaret, occidebatur, ſicut apparet Numeri 15. cap. ſcilicet, anima, quæ per ſuperbiam aliquid egerit, peribit de populis ſuis.

I

K

Reſpõſio ad quæſtionem.

Dicendum igitur eſt, quod hic mandauit Deus offerri hircũ pro peccato populi, non quidem pro aliquo peccato ſpeciali, ſed generaliter pro omnibus peccatis eius; cum autem fiebant oblationes pro peccatis indeterminatis, non fiebat tanta aſtrictio, quanta cũ offerretur pro aliquo peccato determinato. Supra autem 4. cap. cum iubetur offerri vitulus pro peccato populi, quamuis illud, quia per ignorantiã erat, minus erat omnibus aliis, quia tamen erat peccatum determinatũ, fiebat maior conſtrictio in ſacrificio, quam

quam cum eſſet peccatū indeterminatum, hic antè fiebat A ſacrificium pro peccato populi, quod erat indeterminatū; ideo debuit offerri hircus, qui erat minor hoſtia, & nō vitulus. *Et vitulum atque agnum anniculos & ſine macula in holocauſtum*. Ponitur hic ſecundum genus ſacrificij, quod deberet facere populus. ſ. holocauſtum, & pro hoc iubebatur offerri duo animalia, ſ. vitulus, & agnus anniculus. Cauſa huius eſſe poteſt: quia populus eſt maior quodam homine, ideo ſacrificium ſuum debebat eſſe excellentius ſacrificio cuiuſlibet alterius hominis; alij autem offerebant vnum animal, populus autem offerebat duo. Et non eſt intelligendum, ꝙ in hac die, qua Deus iuſſit offerri à populo iſta ſacrificia, ſolum offerrentur hæc, quoniam præter hæc offerebatur iuge ſacrificiū, ſ. agnus anniculus in aurora, & agnus anniculus in veſpere, nam quæcunque ſacrificia fierent, ſemper iſta duo regularia erant, ſicut hr̄ B Exod. 29. & hic, & Num. 28. c. fiebant etiam alia ſacrificia à popularibus. Nam iſta fuit octaua dies à principio conſecrationis ſacerdotum, & oblationis principum. 12. filiorum Iſrael: quilibet enim ſua die obtulit, & in hac octaua die obtulit Gamaliel Princeps filiorum Manaſſe, bouem vnum, & arietem vnum, & agnū anniculum in holocauſtum, & hircum pro pecccato, & in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque agnos anniculos quinque. De hoc habetur Num. 8. c. fuit igitur maior oblatio Principis, qui obtulit in hac octaua die, quàm oblatio populi in eadem die, fuit tamen oblatio populi ex neceſſitate impoſita, oblatio autem principum fuit voluntaria; in neceſſariis autem Deus non vult grauare nimis, in ſpontaneis verò poteſt homo ſeipſum, quantū voluerit premere. Dicuntur autem iſta duo animalia eſſe C ſine macula, quoniam oportebat in illis obſeruari munditiam, ſicut in omnibus aliis; quę autem iſta ſit, habetur infra 22. c. *Bouem & arietem pro pacificis*. Hic ponitur tertium genus ſacrificij, quoniam de quolibet offerre iubebatur populus, vt plena eſſet oblatio eius; potiſſimū, quia iſta erat prima oblatio, quam populus faciebat: in hac autem iuſſum eſt, vt populus offerret Domino animalia, ſicut in præcedenti. Cauſa autem iſtius duplicitatis oblationis eadem eſt quæ in ſuperioribus. *Et immolate eos coram Domino*. Verba ſunt Aaron loquentis ad totam plebem, & tunc eſt ſenſus, immolate eas coram Domino. i. adducite ad me, vt immolem coram Domino, quoniam laicis non licebat facere aliquam immolationem, ꝙ ſi feciſſent, morerentur, vt patet Numer. 1. c. & 18. vel incurreret aliquam plagam perpetuam, & miſerabilem, quod D fuit in Rege Ozia, qui aliter vocabatur Azarias, qui cum vellet explere miniſteria ſacerdotum, ſumpto thuribulo & prunis, percuſſus fuit à Domino lepra in fronte, & māſit ſic vſq; ad diem mortis ſuæ, vt habetur 4. Reg. 15. cap. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ iſta ſint verba Moyſi ad Aaron: dicebat enim Moyſes ad Aaron, ꝙ diceret filiis Iſrael, vt tollerent hircum pro peccato, &c. & tunc dicitur; Et immolate eos coram Domino, i. tu, & filij tui, immolate coram Domino. Et fit hic conuerſio ad Aaron & filios eius, qui debebāt facere iſta ſacrificia; & loquitur ad eos, dicens hoc; quoniam ante tempus iſtud nūquam Aaron, & filij eius immolauerant aliquid, quoniam prius nō erat eis data poteſtas miniſtrandi. Et ſi fortè nunc non dixiſſet eis Moyſes, quòd immolarent coram Domino, putaſſent, quòd ſicut Moyſes antea ſolitus erat facere iſta ſacrificia, E ita nunc facere deberet, & ipſi nihil facerent. Mandauit igitur Moyſes, ꝙ ipſi immolarent. *Coram Domino*. i. ꝙ iſta immolatio fieret coram altari holocauſtorum, ſiue coram oſtio Tabernaculi, in quorum vtroque Deus eſſe dicebatur; nam fiebat omnis immolatio coram oſtio Tabernaculi, quod erat ad latus Aquilonare altaris, vt habetur ſupra 1. c. & 3. & 4. *In ſacrificio ſingulorum ſimilam conſperſam oleo offerentes*, id eſt, cum quolibet illorum animalium offerretur ſacrificium de ſimila. Vocatur autem hic ſimila, farina oblata, & ipſa dicebatur ſacrificium, ſicut patet ſup. 2. c. & Numer. 15. c. quamuis ſacrificiū propriè de animalibus, & non de pane ſit. Et ponitur hic, in, pro vel, ſeu ad, id eſt, ꝙ ſimila offerretur in ſacrificio ſingulorum, id eſt, pro pacifico ſingulorum ſacrificio, vel tāquam ſacrificium, ſiue ad ſacrificium. Et non eſt hic ſacrificium ipſum animal, ſed ſimila oblata; & eſt ſenſus, quòd in ſacrificio ſingulorum offerretur ſimila, id eſt, cum quolibet iſtorum animalium daretur aliqua pars ſimilæ & ſic cum hirco pro peccato dabatur ſimila, & cum vitulo pro holocauſto, alia pars ſimilæ cum ariete: alia etiam pars cum agno anniculo, vt habetur Num. 15. cap. vbi de menſuris iſtorum agitur, ſcilicet quantum cum vitulo, & quantum cum hirco, & quantum cum ariete, & agno anniculo daretur: hic autem non ponitur menſura, quoniam refertur ad ea, quæ ibi dicuntur. Et ſciendum, ꝙ non ſolum in iſtis ſacrificiis offerebatur ſimila, ſed etiam vinum, & oleum: vinum enim in omnibus ſacrificiis offerebatur, tāquam libamentum, vt habetur Numer. 15. cap. Quare autem iſta offerebantur cum ſacrificiis, cauſæ redditæ ſunt ſupra 2. c. dicitur autem ſimila iſta conſperſa oleo: quia erat farina non cocta, & fundebatur ſuper eam oleum, ſicut cum farina permiſcetur aqua. De iſta autem ſimila cedebat pars Deo. ſ. quātum caperet ſacerdos in pugillo, reliqua autem cedebat iuri ſacerdotum, ſicut habetur ſup. 2. cap. & Numeri 15. c. *Hodie enim Dominus apparebit vobis*. Iſta eſt quædam prænunciatio facta Aaron & filiis eius, de igne, qui apparuit in altari: nam quādo ſacrificia poſuerunt in altare, excitatus fuit ignis de lignis, qui ibi non erat. Vel melius, venit ignis ſuper ligna & combuſſit ſacrificium. Hæc autem erat gloria Domini: quoniā Dominus demonſtrabat in hoc magnitudinem ſuam, & virtutem, faciens venire ignem ſuper ſacrificia; erat enim iſta operatio miraculoſa: omnes autem miraculoſæ actiones valde laudabiles ſunt. Quomodo autem iſte ignis venerit ſuper ſacrificia, & combuſſerit ea, & an ſemper ibi fuiſſet, vel nunc nouiter veniſſet, magis infra declarabitur.

Quare in holocauſto pro peccato populi iuſſit Deus offerre duo animalia.

Verba Aaron loquentis ad totā plebem.

Prænunciatio facta Aaron & filijs eius de igne qui viſus eſt in altari.

Quare Moyſes prænunciauerit Sacerdotibus, & popularibus, quòd gloria Domini appari tura erat in ſacrificijs; & quomodo aliquando naturaliter appareant faculæ veri ignis apud patibula, & in cœmiterijs, & in nauibus, & de modo cauſationis iſtarum flammarum. *Quæſt.* IIII.

PRÆNVNCIABAT autem hoc Moyſes Aaron, & etiam cunctis Iſraelitis propter duo; Primò, vt ipſi ſcirent illud à Deo proceſſiſſe, quoniam ſi non dictū fuiſſet de igne illo appariturо, & voraturo ſacrificia, cū is excitatus fuiſſet, dubitare potuiſſet, an à Deo excitatus fuiſſet, vel à caſu. Poterant nāq; aliqui interpretari illud fuiſſe factum ex aliqua cauſa naturali, quoniam interdum ignis ſic naturaliter gignitur, & eſt impreſſio meteorica ſecundum Ariſt. & hoc fit ex actione contrariarum qualitatū, vt cum eſt aliqua ſubſtantia pinguis, & leuis & citò inflammabilis, habens in ſe incorporatum calorem, ſi circumdetur à frigido conſtringente, & agente per antiperiſtaſim, inflammabitur illa ſubſtantia, & erit verus ignis. Sic aliquando fit apud patibula & in cęmiteriis, & ſuper naues, quoniam interdum videtur aliquibus; ꝙ ſint ibi faculæ ignis ardentis, nihil tamen eſt aliud, niſi ſubſtātia pinguis, & leuis cito inflammabilis per actionem frigidi circumſtantis, & ideo iſta fiunt per noctem ſolū: per diem autem nunquam fiunt tales appariтiones, quoniam propter radios ſolis incidentes & reflexos ſuper terram aer caleſit, & non poteſt circumdari ſubſtantia illa à frigido aereo, vt per antiperiſtaſim inflammetur. Vnde iſta fiunt apud patibula: quia de cadaueribus ſuſpenſis pinguedo quædam fluit cū corpus reſoluitur, quæ ad furcarū baſim cadit, cum autem radij ſolis calefecerint partes illas propinquas patibulis, per actionem ſuam ſubtiliando, eleuāt pinguedinem illam aliquantulum in aerem, & incorporat calor in illa pinguedine, cum nullum ſit maius fomētum, & conuenientius calori, quam pinguedo. Quod patet: quoniam de pinguedine ſepi, & olei, lucernas facimus, in quibus ignis fouetur, ſuperueniente autem frigore noctis, calor ille, qui erat in pinguedine illa incorporatus in ſe recluditur, & fugiēs à frigore circumſtāti in ſe multum coniungitur, & fortificatur per antiperiſtaſim, ita, ꝙ per magnam vim inductam in ipſo calore, incipit inflammari, & ardet, atq; videtur eſſe lucerna: propter quod aliqui exiſtimant miraculum eſſe factum, & ꝙ Deus ibi ardentes faculas poſuerit, ſed ex natura ipſa fit, tanquam ſi ignis

Lib. 1. Meteor. c. 5. & 6.

Super ſepulchra mortuorum quare noctu quaſi facula ardentes videantur.

ignis ligna cremaret. In cœmiteriis autem videtur hoc modo interdum accidere, vt appareant per noctem ſupra ſepulchra mortuorum quaſi faculæ ardentes, quod fit, quoniam calor ſolis penetrat vſq; ad ipſa cadauera in humo recondita, quæ cum ſint pinguia, diſſoluitur de eis quædam ſubtilis pinguedo, hæc autem agēte ſole, & ſubtiliante, eleuatur, & aſcendit per poroſas partes ſepulchri vſquequo eleuetur ſuper terræ ſuperficiem, & conſiſtat in aere, exiſtente autem incorporato calore ſolis in pinguedine illa, ac ſuperueniente frigore noctis, circundatur, & coanguſtatur calor in materia illa recluſus, & per antiperiſtaſim fortificatur, ita vt potens ſit materiam illam inflammare, & inflammatur, atq; apparet ibi facula ardēs, ita vt interdum valde magna appareat, ſecūdum magnitudinem materiæ inflammabilis, aliquādo autem parua eſt propter materiæ paruitatem, & aliquando vna apparet, & aliquando multæ, vt ſi contingat illā pinguedinem inflammabilem in multas partes diuiſam eſſe; ſi autem tota coniuncta ſit, vna ardens facula apparebit. Eſt autem commune in his apparitionibus ardentium facularum, q[uod] nunquam videantur multum eleuatæ à terra, ſed quaſi in ſuperficie terræ, cuius cauſa eſt; quoniam quāuis pinguedo illa inflammabilis per calorē ſolis incorporatum eleuetur, adueniente tamen frigore, & humiditate noctis, condenſatur illa materia, & grauior effecta, cadit vſque ad terræ ſuperficiem, & ibi apparet. Sunt autem aliæ proprietates harum ardētium facularum; Prima, q[uod] iſtæ nunquam apparent per diem, ſed per noctem, quoniam per diem licet ſint radij ſolis incorporati illi materiæ, & eleuent eam, tamen nō eſt aliquod frigidum in aere circumſtans, quod comprimendo calorem recluſum in pinguedine illa, fortificet eū per antiperiſtaſim, & faciat inflammationem per diem exiſtentibus radiis ſolis ſuper terram, per propinquis terræ caleſit incidētia & reflexionem radiorum ſolarium. Secunda proprietas ardentium facularum eſt, q[uod] nunquam apparent tempore frigido hiemis, aut pluuiarum magnarum, ſed tempore veris, aut magis tempore æſtatis, cuius cauſa eſt: quoniam ad hoc, q[uod] iſtæ inflammationes fiant, requiritur, q[uod] ſit calor ſolaris eleuās pinguedinem illam de abſcondito ſepulchrorum, & incorporatus illi materiæ inflammabili, deinde frigidum circumſtans quod comprimat illam materiam, tempore autem hiemis magnæ, & valde frigidæ, iſta duo non ſunt: nam etſi magnum frigus in aere ſit potens circumſtando inflammare quamlibet talem materiam, non eſt tamen calor diurnus & eleuans: nam ad hoc q[uod] pinguedo recondita in ſepulturis eleuetur à calore ſolis, atque educatur ſupra terram per tenuiſſimas terræ aperturas, non qualiſcumq; calor ſufficit, ſed ſatis magnus. In hieme autē hoc non eſt: quoniam quamuis radij ſolis in hieme incidāt ſuper terram, incidentia tamen valde obliqua eſt, cum ſol modicum eleuetur, & reflexio radiorum valde debilis in vigore eſt, nec potens penetrare vſq; ad abſcondita ſepulchrorum, & ſi aliquando penetret, nō tamen eſt tantus, vt ſufficiat educere pinguedinem reconditam, ideo non fit in magna hieme: in æſtate autem hoc conuenienter fit: nam incidentia radiorum ſolarium multum directa eſt, eleuato ſole quaſi ad perpendicularem. Reflexio quoque radiorum fortis eſt, ideo fit penetratio vſque ad viſcera terræ, & ſufficiens eſt calor ille ad educendam pinguedinem reconditam in ſepulchris: per noctem autem quanquam frigus magnum non ſit, eſt tamen quodcunque, & hoc ſufficit ad inflammationem conſtringendo, & fortificando materiam illam per antiperiſtaſim; ideo tunc tales inflammationes euenient. Tertia proprietas ardētium facularum eſt, q[uod] nō fiunt tempore magnarum pluuiarum, cum terra aquis cooperta eſt, cuius cauſa duplex eſt: Prima, quoniam aqua frigida nō permittit radios ſolis multum penetrare in viſcera terræ, vt pinguedo illa educi poſſit. Secunda cauſa eſt; quoniam cum materia illa educitur de viſceribus terræ, neceſſarium eſt poros terræ eſſe apertos, aqua autem exiſtens ſupra ſuperficiem terræ, terram compactam eſſe facit, & poros eius obſtruit, ita vt nullus aditus pateat materiæ inflammabili exire volenti. Quarta proprietas, q[uod] iſtæ faculæ ardentes non poſſunt fieri ſuper quælibet ſepulchra quorumlibet mortuorum, ſed ſuper

Proprietates facularum ardētiū ſuper ſepulchra mortuorum.

Quare calor ſolis in hieme eſt paruæ actiuitatis.

F ſepulchra illorū, qui aliqualiter pingues & carnoſi ſūt, & ſi aliqd cadauer in terra recōditum fuerit valdè debilitatum, ita vt ſolis oſſibus cutis adhærere videatur, non fient ſuper tale ſepulchrum faculæ ardentes: quoniam ibi deficit materia inflammabilis, quæ eſt pinguedo ſubtilis reſoluta de cadauere, in qua ſolaris calor fomentatur: ibi namq; ſolum eſt materia quaſi terrea, quæ cum reſoluta fuerit, aut ſoluetur in fumos tenues & ſiccos, aut in partes terreas, quorum neutrum inflammabile eſt, non manente ibi pinguedine, quæ eſt ignis fomentum. Fit igitur iſta inflammatio facularum maximè ſuper ſepulchra iuuenum, qui cum pingues & carnoſi ſint, habent materiam inflammabilem, quæ cum reſoluta fuerit, & eleuata per calorem ſolis, ſicut ſupra dictum eſt, inflammabitur, & apparebit facula ardens ſuper ſepulchrum. Ex quo ſe-

G quitur Corollarium, q[uod] iſtæ faculæ ardentes maximè apparent tēpore magnæ peſtis. Et etiam tunc frequenter apparent, cuius cauſa eſt: quoniam tunc ita contingit mori iuuenes, & adhuc potius quam ſenes, qui carnoſi ſunt, & pingues: potiſſimè quia ægritudo illa velociter homines morte conficit, ita vt corpora eorum, nondū reſoluta ſint, ſed poſtea in ſepulchris condita reſoluantur. Vnde eſt ibi multitudo & magnitudo materię cōbuſtibilis, ita vt multæ faculæ apparere poſſint, quod verum eſt, ſi peſtes iſtæ vernali, aut æſtiuo tempore acciderint. Ex quo rude vulgus maiorem admirationis cauſam habet: quoniam, cum coanguſtante morte attonitum ſit, admiratur iſta, credens à Deo eſſe, & eo magis timet: quoniā in maiori peſte hæc eueniunt. Exiſtimat enim iſta futurorum maiorum ſigna eſſe, vnde grandi timore concutitur, ſed hæc ipſa ſola na-

H tura facit. Apparent quoq; ſæpiſſime in magnis peſtibus iſtæ ardentes facule; quoniam multa tunc cadauera terra conduntur, ex quibus plurimas materiæ inflammabilis partes exhalare neceſſe eſt. Quinta proprietas ardentium facularum eſt, q[uod] non in quibuſlibet ſepulchris apparere poſſunt, ſed in eis, in quibus à paruo tpe cadauera cōdita ſunt: in illis aūt, in quibus poſt annum, vel duos annos, aut plures cadauera ſepulta ſunt apparere non poſſunt, cuius cauſa eſt: quoniam iſta inflammatio fit de pinguedine reſoluta à cadaueribus fluente: iſta autem breui tempore conſumitur. Cum autem aliquantum ſepultorum cadauerum tempus tranſierit, tota materia inflāmabilis, ac tenera reſoluta ac penitus conſumpta eſt: vnde nihil manet quo inflammationes ardentium facularum fieri poſſint.

I Fit igitur iſta apparitio dumtaxat in ſepulchris, in quibus cadauera recenter tumulata ſunt. Adhuc autem in nauibus iſtas ardentes faculas apparere contingit: nā ibi multæ pinguedines ex variis, & immūdis rerum commixtionibus reſoluuntur, quæ cum aliqualiter reſeruētur incorporato calore ſolis frequenter circumſtante frigore noctis incenduntur. Vnde interdum apparet vna facula, interdum vero plures, quod ignari naturalium cauſarū nautæ, ad quoddam alterum pertinere exiſtimant, miraculum eſſe arbitrantes. Nec tamen ex hoc diffiteri volo, interdum nautis faculas ardentes cælitus apparere: tanquā ſi eis in extrema vitę deſperatione locatis, colliſarum procellarum remedium aliquis de ſuperis allaturus eueniret. Iſtæ autem inflammationes cum naturaliter eueniunt, paruo durare tempore neceſſe eſt: nam nec per duas, aut

K tres horas, nec per vnam tales ardentes faculę permanēt: nam cito apparentes velociter etiam deficiunt, cuius cauſa eſt: quoniā tamdiu ignis durat, quamdiu materia combuſtibilis permanet, ſed pinguedo illa, exilis ac delicata materia eſt, ideo non poteſt diutius ſuſtinere: velut ſi quis ſtupis flammas appoſuerit, ignis ille quaſi ad momētum perdurabit, non potente materia illa diuturnam igni fomentationem præbere. Eſt aūt, & aliud in his ardentibus faculis, q[uod] ignis ille ad comburendum efficax nō eſt: vnde ſi quis ei manū apponeret, quaſi nullatenus læderetur, cuius cauſa eſt, q[uonia]m ignis in calore intēſior eſt, ſ[ecundu]m q[uod] ſolidiorem atq; compactiorē materiā h[abe]t, quo fit, vt ignis in ferro ardentior ſit quam in ligno. In lignis aūt adhuc differenter ignis eſt: q[uonia]m ardētior in iunipero, & ilice, ac quercubus, q[uam] in materia pinea eſt, quod euenit ex diuerſa ſoliditate lignorū. In oībus aūt lignis ignis ardētior eſt, q[uam] i ſtipulis: i ſtipulis aūt adhuc calidior q[uam] in ſtupis, vel capillis,

Faculæ ardentes ſuper ſepulchra mortuorum tempore magnæ peſtis maximè videntur.

In nauibus ardentes faculæ videntur, & an ſemper naturaliter accidat, vel per miraculum, & in quo diſtinguatur.

Quando cognoſcatur in nauibus, q[uod] iſtæ faculæ naturaliter accidant, vel per miraculum.

quæ

quę omnia ex diuerſa materiæ cõbuſtibilis ſoliditate pueniũt; ſed pinguedo illa de cadaueribus reſoluta, atque in aeré eleuata, delicatiſſimæ materię eſt, plus adhuc quã ſtipulæ vel capilli: neceſſariũ igitur eſt, vt debilior ſit ignis, ſic in faculis ardentibus, quam ſi quis ſtuppas exhauſerit, & ſic quãquam aliquis manum, aut pedem illi appoſuerit igni, æqualiter calefiet, ſed non lædetur. Ex hoc autẽ corollariè inducitur, ꝙ ſi in die octaua, de qua in hoc cap. dicitur, apparuiſſet ignis ſuper ſacrificia, & combuſſiſſet ea, neceſſariò inducebatur, illum ignem non eſſe aliquam meteoricam impreſſionem, quæ facula ardens dicitur, ſed à Deo factum fuiſſe credendum eſt. Quod patet: quoniã, vt dictum eſt, ignis ardẽtium facularum valde debilis eſt, & non ſufficit aliquid inflammare, niſi ſit debiliſſimum; quod autem carnes poſitæ ſuper altare, & ligna ſacrificij ſubito cremarẽtur, ad ignem valde ardentem pertinebat; exiſtimandum igitur erat, à Deo illam inflammationem cauſatam fuiſſe: quia tamen vulgus rude rerũ cauſas perfectè non inſpicit, arbitrari poſſet, illam inflammationem naturaliter eueniſſe, ſicut olim ipſi vidiſſe potuiſſent ardentes faculas ſola natura agente cauſatas. Conueniens ergo fuit prænunciari iſtam inflammationem miraculosè eueniſſe, vt à Deo proceſſiſſe crederetur.

Cauſa ſecũda cur Deus præmoneri voluit futurum ignẽ in ſacrificio.

Secũda huius cauſa eſt, vt Sacerdotes intelligerent iſtã inflammationem factam fuiſſe ad acceptandum eorũ ſacrificium: nam quamquam ipſi viderent carnes ſacrificij ſubito inflammari, & hoc à Deo factum arbitrarentur: plenè tamen non crederent hoc ad acceptionem ſacrificij eorum factum fuiſſe, cum autem prędiceretur eis, quòd in eadem die monſtraret eis Dominus gloriam ſuam, ſatis innoteſcebat, quòd ad acceptionem oblatorum ſacrificiorum hoc feciſſet.

De præn. dic. c. quæ pertinet.

Tulerunt ergo cuncta quę iuſſerat Moyſes ad oſtium Tabernaculi: vbi cum omnis multitudo aſtaret, ait Moyſes: Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius. Et dixit ad Aaron: Accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocauſtum, & deprecare pro te & pro populo. Cumq; mactaueris hoſtiam populi, ora pro eo, ſicut præcepit Dominus. Statimq; Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato ſuo: cuius ſanguinem obtulerunt ei filij ſui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit reſiduum ad baſim eius. Adipemq. & renunculos, ac reticulum iecoris, quę ſunt pro peccato, adoleuit ſuper altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi: carnes verò & pellem eius extra caſtra combuſſit igni. Immolauit & holocauſti victimam: obtuleruntq. ei filij ſui ſanguinem eius, quem fudit per altaris circuitum. Ipſam etiam hoſtiam in fruſta conciſam, cum capite & membris ſingulis obtulerunt. Quæ omnia ſuper altare cremauit igni, lotis aqua prius inteſtinis & pedibus. Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum: expiatoq. altari, fecit holocauſtũ, addens in ſacrificio libamenta, quę pariter offeruntur, & adolẽs ea ſuper altare, abſque cæremonijs holocauſti matutini. Immolauit & bouem, atque arietem, hoſtias pacificas populi: obtuleruntq. ei filij ſui ſanguinem, quem fudit ſuper altare in circuitum. Adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculoſq. cum adipibus ſuis, & reticulum iecoris poſuerunt ſuper pectora. Cumq; cremati eſſent adipes ſuper altare, pectora eorum, & armos dextros ſeparauit Aaron, eleuans corã Domino ſicut præceperat Moyſes. Et extendens manus ad populum, benedixit ei. Sicq. completis hoſtijs pro peccato, & holocauſtis, & pacificis, deſcendit. Ingreſſi autem Moyſes, & Aaron in Tabernaculum teſtimonij, & deinceps egreſſi benedixerunt populo. Apparuitq. gloria Domini omni multitudini: & ecce egreſſus ignis à Domino, deuorauit holocauſtum, & adipes qui erant ſuper altare. Quod cum vidiſſent turbæ, laudauerunt Dominum, ruentes in facies ſuas.

Tulerunt ergo cuncta quę iuſſerat Moyſes. Refertur ad ea, quę mandauit Moyſes offerri à Sacerdotibus, & ad ea, quæ iuſſit Aaron offerre popularibus: omnia namque allata ſunt & oblata. Dicitur tamen quod allata ſunt omnia, quæ iuſſit Moyſes, quoniã tam ea, quæ à populo oblata ſunt, quàm ea, quæ à Sacerdotibus Moyſes offerri iuſſit, ſed ipſe immediatè mãdauit ea, quæ à Sacerdotibus oblata ſunt; ea vero, quæ à populo data ſunt, mediante Aaron

A dixit: fuit namque Aaron loquutus ad populum, vt ſupra dictum eſt, & non Moyſes. *Ad oſtium Tabernaculi.* id eſt, tulerunt omnia ſupradicta ad oſtium Tabernaculi; quoniam ibi offerebantur omnia animalia, & immolabãtur: & cum offerentes aliquid in ſacrificium offerre vellent, ad oſtium Tabernaculi præſentabant. *Vbi cum omnis multitudo aſtaret, ait Moyſes.* Congregatus fuit populus ferens animalia offerenda pro ſe, quæ iuſſerat Deus, & ſtetit ad oſtium Tabernaculi, vbi Moyſes loquutus fuit ad eos iſta, quæ ſequuntur. Dicitur autem quòd omnis multitudo conuenit ad oſtium Tabernaculi, ſupra tamen dicit, quòd loqueretur Aaron ad filios Iſrael, ſcilicet, ad maiores natu, id eſt, ad eos, qui erant nobiliores, & excellentiores in populo. Cui reſpondendum eſt, quòd ad iſta ſacrificia cõuenit tota multitudo Iſraelitarum. Huius cauſa eſt: quo-B niam iſta ſacrificia erant pro toto populo. Erant etiã prima quæ pro ipſis oblata ſunt, vnde valde rationabile erat, totum populum ad hoc conuenire. Cum autem dicitur, quòd maiores natu vocati ſunt, non ex hoc tollitur totum populum vocatum fuiſſe: nam nomine Principum, vel maiorum populi, interdum intelligitur totus populus, & nomine totius populi ſoli ſeniores intelliguntur, & nobiliores in populo, ſicut patet Exodi 12. cap. cũ in principio eius dicat Deus ad Moyſen, & ad Aaron. Loquimini ad vniuerſum cętum filiorum Iſrael. Et poſt hoc circa mediũ eiuſdem cap. dicitur: Vocauit Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael, ipſe tamen compleuit, quæ iuſſerat Dominus. Nomine igitur populi, vel vniuerſi cętus, Deus ſolos ſeniores populi intellexit. Dicitur autem hic, quòd omnis multitudo filiorum Iſrael ſtetit ad oſtium Tabernacu-C li, quod non eſt ſic intelligendum: quoniam non poterat omnis populus recipi intra atrium, vt poſſet ſtare ad atriũ Tabernaculi, ſed introibant in atrium, qui capiebantur, reliqua autem turba circumfuſa manebat atrio, vt inde aliquid videret per cortinas reticulatas. *Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus.* id eſt, iſta eſt res, quam Dominus fieri iuſſit. Accipitur enim hic ſermo pro ipſa re, ſicut frequenter accipitur in Sacra Scriptura, & declaratum fuit in præcedenti.

Quare Moyſes loquutus fuerit hic ad plebem de ſacrificiorum immolatione, cum hoc videatur pertinere ad Aaron. Quæſt. V.

D QVÆRET autem aliquis, quare Moyſes loquutus fuerit hic ad plebem de ſacrificiorum immolatione, cum iſta ad Sacerdotem magnum pertineãt, qui ſacrificiorum Princeps erat, Moyſes autem non erat Sacerdos magnus, nec de minoribus, ſed ſimplex Leuita. Reſpondendum eſt, quòd conſecrato Aaron, nullum ius manebat Moyſi dicendi aliquid de ſacrificiis: hic tamen cum de illis dixit, non dixit tanquam ius habens ex aliqua prælatione, ſed tanquam nuncius Dei, quoniam Propheta erat: & ea, quæ à Deo dicebantur, referebat. Sed dicet aliquis, quomodo dicitur ſupra, quòd Aaron loqueretur ad filios Iſrael, & hic dicitur, quòd Moyſes loquutus eſt? Aliquis dicet, quòd Moyſes loquutus fuit, & non Aaron, quod littera videtur velle. Sed dicendum, quòd non ſtat: quia dicitur in littera, quòd dixit Moyſes ad Aaron: ad filios Iſrael loqueris: tollite hircum, &c. Aliquis dicet, quòd E Moyſes dixit ad Aaron, quòd loqueretur ad filios Iſrael, tamen poſtea ſuperueniente aliqua cauſa, non factum eſt, ſed loquutus fuit Moyſes. Sed dicendum, quòd iſtud non ſtat: quia cum iſta mandauit Moyſes à Deo inſpiratus, nõ fruſtrarentur, ita, quod ſuperueniente noua cauſa, nõ implerentur: quia hoc pertinet ad humana cõſilia, quæ ſunt incerta rebus nouis ſuperuenientibus. Item, quia ſi hoc mandatum fuiſſet, & poſtea non fuiſſet factum, Moyſes non ſcripſiſſet illud hic: cũ ea, quæ in hoc libro ſunt, multo prius facta fuerint, quam ſcripta; & tamen ſcripſit illud Moyſes, ergo factũ eſt. Ideo dicendum, quod vterque loquutus eſt, ſ. Moyſes, & Aaron, & non loquuti fuerunt idẽ, ſed eſt ordo, quod Aaron loquutus fuit prius, & deinde Moyſes, fuit autẽ Aaron loquutus ea, quę dixit Moyſes ei, ſcilicet, ꝙ diceret filiis Iſrael: tollite hircum pro peccato, & vitulũ, &c. & hoc dixit Aaron ſenioribus, vel Iſraelitis

Deciſio quæſtionis.

Digitized by Google

litis cõgregatis,& tunc nihil loquebatur Moyſes,& Iſraelitę audientes obedierunt ipſi Aaron,facientes quod dixerat,vt dicitur in littera,ſ. tulerũt ergo cuncta,&c. poſt hoc autẽ allatis omnibus illis,& præſente multitudine loquutus eſt Moyſes,dicens: Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus: facite,& apparebit vobis gloria eius. Sed dicetur, cum Aaron loquutus eſſet, ad quid Moyſes etiam loquutus eſt? quia ſufficiebat alterum eorum loqui,cum eadem ſit res,quam dixerunt. Reſpondendum,quod fuit conueniens,ꝙ vterque loqueretur: de Aarõ patet: quia ipſe erat factus Summus Sacerdos,& ad eum pertinebat mandare ſuper ſacrificiis,ideo conueniens erat,ꝙ ipſe mandaret nũc populo quid oblaturus eſſet. Secũdò,vt acciperet aliquando Aaron auctoritatem iubendi: nam conſecratus erat ad magnam dignitatem; in qua imperare debebat, ad ꝙ requiritur auctoritas quædam,& veneratio: nunquã autem ante hoc Aaron mandauerat quicquam: quia nondũ erat conſecratus: nunc verò in principio noui Sacerdotij, debuit illi Deus dare magnam auctoritatem iubendi, vt poſtea ei populus obediret,& ideo voluit, ꝙ congregato populo deberet Aaron loqui de ſacrificiis, quod ad ipsũ ſpectabat. De Moyſe autem fuit conueniens,ꝙ loqueretur ẽt nunc ad populum,& hoc ad cõfirmationem verbi Aaron. Nam ante hoc nõ conſueuerat Aaron loqui ad populum, & aliquis putaret,ꝙ fortè Aaron loquebatur iſta ex corde ſuo,vt ſibi dominium vſurparet, aut aliquid lucri faceret, ideo vt non eſſet dubium de ſermone eius, debuit Moyſes poſtea loqui ad confirmationem verbi Aaron: quia tunc nõ dubitaretur de eo, cum Moyſes eſſet à toto populo cognitus,vt Propheta Domini. Et iſta fuit cauſa, quare debuit loqui Aarõ ante Moyſen, quia ſi prius loquutus fuiſſet ipſe Moyſes, non fuiſſet poſtea conueniens ſermo Aaron; cum ex verbo Moyſi ſufficienter populus admoneretur ad faciendum hoc,ꝙ agendum erat. Item,quia ſi poſtea loquutus fuiſſet Aaron, non fuiſſet certus eius ſermo, cum non ſequutus fuiſſet verbum Moyſi ad confirmationem. Sed adhuc obijcietur, ꝙ Aaron nihil loquutus fuerit; quia ſi aliquid loquutus fuiſſet, id illud fuiſſet,ſ. Tollite hircum pro peccato,&c. quia hoc eſt, ꝙ ei iuſſit loqui Moyſes,vt dicitur in littera,ꝙ dixit Moyſes ad Aaron: Ad filios Iſrael loqueris,tollite hircum pro peccato,&c. & tamen illa verba non dixit Aaron ad populum,ſed Moyſes: quia dicitur ſtatim: Tulerũt ergo cuncta quæ iuſſit Moyſes,ad oſtiũ Tabernaculi; & ſic non iuſſerat illud Aaron, ſed Moyſes. Dicendum, ꝙ verè illa loquutus eſt Aaron, & tamẽ dr̃,quod iuſſerat illa Moyſes propter tria: Primò, quia Moyſes dixerat ipſi Aaron,ꝙ diceret hæc populo, & quia Aaron dixit illa iubẽte Moyſe,videtur ꝙ Moyſes illa dixerit: quia is agit, cuius nomine aliquid agitur. Secundò,quia fortè poſtquã illa dixit Aaron, repetiuit ea Moyſes,vt ea verbo ſuo confirmaret,& quia populus potius iſta egit,quia dixit illa Moyſes,quàm quia dixerat illa Aaron, dicitur ꝙ tulerũt, quod iuſſerat Moyſes. Tertiò,poteſt intelligi,& fortè melius, quod Aaron dixit iſta ad populũ, & Moyſes nõ dixit illa,nec repetiuit, ſed dicitur quod tulerunt ea,quæ iuſſerat Moyſes: non quidem quòd iuſſerat ipſe populo,ſed quòd iuſſerat ad Aaron,vt ipſe Aaron diceret ea populo iubendo. *Facite & apparebit vobis gloria eius.* Verba ſunt Moyſi commonentis populum ad faciendum ſacriſicia,& dicit,facite: id eſt, offerte iſta ſacriſicia, quæ vobis præcepta ſunt à Deo, & apparebit vobis gloria eius, iſt eſt, apparebit magnitudo, & laus ſua mittendo ignem miraculosè ad ſacrificiorum combuſtionem. *Et dixit ad Aaron: Accede ad altare.* ſcilicet,loquebatur Moyſes ad totum populum,& ad ipſum Aaron. Hic autem ad ſolum Aaron loquitur: habet enim Aaron vicem duorũ, ſcilicet,offerentis, & immolantis, vt enim ſacrificia offert tanquam popularis reputatur, cum ad laicos offerre pertineat. Hocq; apparet: quoniam ita iuſſit Aaron, vt offeret,ſicut popularibus. Secundò, Aaron gerit perſonã immolantis,& in hoc Sacerdos reputatur, cũ aũt Aaron offerentis vicem gerit, loquitur ad eum Moyſes in cõmunitate aliorum popularium, nomine non expreſſo: cum verò gerit perſonam immolantis,loquitur ad eum ſingulariter, ſicut habetur hic,cum dicitur: *Et dixit ad Aaron: Accede ad altare, & immola pro peccato tuo.* Ad altare accedere

Aaron quare ante Moyſẽ loqui debuerit.

F iuſſit: quoniam apud altare omnes immolationes fiebant, ſcilicet ad latus Aquilonare holocauſtorum, vt patet ſupra, primo cap. Et cum Aaron immolaturus eſſet pro ſe, & pro populo, primo pro peccato ſuo immolare iuſſus eſt. Cuius cauſa eſt: quoniam ipſe rogaturus erat pro remiſſione peccati populi,cum offerret ſacrificium pro peccato populi,vt patet infra in littera, ſed non admittitur aliquis rogans pro alio,niſi ipſe mundus ſit,ideo oportebat ſacerdotem primo à peccatis mundum eſſe,& reconciliandum Deo offerendo ſacrificia pro peccato ſuo, vt poſtea ſacrificia agens pro peccatis populi exaudiretur,quoniam ſcimus quod peccatores Deus nõ exaudit, vt habetur Ioan. 9. cap. Alia autem cauſa eſt,quare prius offerret ſacrificiũ pro peccato;quam alia ſacrificia: nam ad hoc,quòd ſacrificia noſtra Deo grata,& acceptabilia ſint, oportet quan-G dam diſpoſitionem in nobis præcedere: erat autem ſacrificium pro peccato tanquam quædam diſpoſitio in ipſo immolante,vt cetera ſacrificia,quæ ſequebantur acceptabilia eſſent,ideo præponi debuit aliis, quoniam vt ait Salomon; iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui. Sacrificia autem pro peccato ſunt, quædam atteſtationes reales, tãquam ſi verbotenus proteſtaremur nos peccatores eſſe, & ſicut ſi verbaliter atque ex corde nos peccatores confiteamur,peccatorum remiſſio fit: ita, cum ſacrificia pro peccato offeruntur, ſi ad hoc cordis conſonantia habeatur,peccata remittũtur. *Offer holocauſtum.* Iſtud erat aliud ſacrificium, quod iubebat Deus tunc offerri, & offerebatur poſt ſacrificiũ pro peccato, ex cauſis ſupra aſſignatis. *Et deprecare pro te, & pro populo*, ſcilicet, quod quãdo Aaron immolaret,& faceret cæremonias ſacrificij pro H peccato, rogabat faciens aliquas orationes, vt dimitteretur peccatum eius, & peccatum populi: fiebant namque iſtæ orationes, de quibus nunc dicitur, cum Aaron offerret ſacrificium pro peccato ſuo, & holocauſtum pro ſe: nam offerebat Aaron duo holocauſta, & duo ſacrificia pro peccato,ſcilicet vnum pro ſe,& aliud pro populo: primo tamen faciebat cæremonias ſacrificij pro peccato ſuo, & holocauſti ſui;deinde autem pro populo vtrumque faciebat, vt patet in littera.

Aaron quare primo pro ſuo peccato immolare acceperit mandatum.

Cumque mactaueris hoſtiam populi, ora pro eis, ſicut præcepit Dominus. Poſt oblationem & cęremonias ſacrificij pro peccato,& holocauſti pro ſacerdote, offerebat Aaron pro populo hoſtias, ſicut infra habetur, & iſtæ vocantur hoſtiæ populi, quia populus illas offerebat, & tunc orabat Aaron ſpecialiter pro populo, & non pro ſe: in ſacrificio I autem, quòd faciebat pro ſe,orabat tam pro ſe,quàm pro populo; Hoc dicit Moyſes præceptum eſſe à Deo, vt faciendo cæremonias oraret. *Statimq; Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato ſuo.* Hic ponitur executio: nam cum iſta,quæ ſupra dicta ſunt,loqueretur Moyſes ad Iſraelitas,omnia,quæ iuſſerat,parata erant,ideo nihil reſtabat,niſi ipſa immolatio ſacrificiorum, ideo dicitur ꝙ ſtatim acceſſit ad altare, & obtulit. *Immolauit vitulum pro peccato ſuo.* Sic enim iuſſerat Deus, vt vitulum immolaret: dicitur autem hic pro peccato immolaſſe ſuo, non quidem ꝙ ſolum immolaret pro peccato ſuo, quia ẽt immolabat pro peccato aliorum ſacerdotum, ſed accipitur generaliter peccatum ſuum pro peccato ſuo, vel ſuorum. *Cuius ſanguinem obtulerunt ei filij ſui.* Aaron iugulauit vitulum pro peccato, & ipſe expleuit cæremonias eius, K cum autem iugularet, defluxit ſanguis in crateram magnam, quæ appoſita erat, quam filij eius aſſumpſerunt, & præſentauerunt ei apud altare exiſtenti, de quo hauriens Aaron, tinxit digito ſuo cornua altaris, reliquum fundens ad baſim eius. Hoc autem dicebatur offerre ſanguinem,& pertinebat ad Sacerdotes minores iſtud miniſterium, quia erat parua miniſtratio. *In quo tingens digitum, tetigit cornua altaris.* Cum filij Aaron pręſentaſſent ei ſanguinem, ipſe immiſit digitum in crateram ſanguinis, atque ibi tingens tetigit cornua altaris. Non eſt autem ex hoc intelligẽdum, quòd filij Aaron ſolum poſſent offerre ſanguinem, quoniam ipſi poterant principaliter miniſtrare in altari immolantes,& adolentes adipes,ſicut in ſuperioribus declaratum eſt: tamen hic fungebãtur iſti filij Aaron miniſterio minori, quaſi non eſſent ſacerdotes. Sicut ſe habent Diaconi aut Subdiaconi ad Presbyteros

teros celebrātes, & ita poterat eſſe de ipſis ad ſeipſos, quia quidam Sacerdos de minoribus offerrebat principaliter ſacrificia, & alij ſubminiſtrabant ei. Cauſa autem quare tingebantur cornua altaris eſt: quia iſtud ſacrificium erat pro peccato, & in omnibus illis generale erat, ꝙ tingerentur cornua altaris, ſiue enim ſanguis ſacrificij inferretur intra Tabernaculum, ſiue nō, ſemper tingebantur cornua altaris: quoniā aliquando tingebantur cornua altaris holocauſtorum, & aliquando cornua altaris thymiamatum. Quare autem in ſacrificiis pro peccato iſtæ tinctiones fierēt, declaratum fuit ſupra 1. cap. & 4. *Et fudit reſiduum ad baſim eius.* id eſt, omnem alium ſanguinem, qui ſuperfuit præter eum, quo tincta ſunt cornua altaris, effudit Aaron ad baſim illius; quod intelligitur de ipſo altari holocauſtorum: nam ad baſim altaris thymiamatum nullus vnquam fundebatur ſanguis. B

Quare non inferebatur ſanguis vituli immolati pro peccato, ad aſpergendum coram velo Sancti Sanctorum, &c. Quæſt. VI.

QVÆRET autem aliquis, cum carnes iſtius vituli immolati pro peccato cremarentur extra caſtra, quare non inferebatur ſanguis eius ad aſpergendum coram velo Sancti Sāctorum, & ſuper cornua altaris thymiamatum? Cui reſpondendū eſt, ꝙ expiationes pro peccato fiebāt in ſanguine, & quanto aliquod peccatū maius erat, expiatio fieri debebat maior: eſſe autem maiores, vel minores expiationes, prouenit ex pluralitate ceremoniarū factarum in ſanguine, oportebat igitur, vt tunc pauciores cæremoniæ fierent: qm̄ peccatum minus eſſet; cum verò C magnum, maiores erant cæremoniæ. Et qm̄ peccatum Sacerdotum maius eſt peccato laicorum ceteris paribus: pro peccato Sacerdotum offeruntur maiora ſacrificia, ſ. ſacrificium in vitulo: pro laicis autem in oue, vel hirco. Rurſus autem cum peccata determinata ſunt, maior expiatio fieri debet, q̄ cum generaliter pro peccatis offertur, ideo plures cæremoniæ in ſanguine obſeruari debent, cū fit expiatio pro peccato determinato, q̄ cum pro peccato in generali; ſed cum pro peccatis determinatis offerebatur ſacrificium, ſi eſſet peccatū Sacerdotis magni, vel totius populi, inferebatur ſanguis ad aſpergendum ſepties corā velo Sāctis Sanctorum, ergo cum fieret pro peccatis iſtorum ſacrificium indeterminatè, non erant tot cæremoniæ obſeruandæ in ſanguine, ſ. ꝙ inferretur ad aſpergendum coram velo Sancti Sanctorū, & ꝙ tingerentur cornua altaris D thymiamatum, ſed ſufficiebat, ꝙ tingerentur cornua altaris holocauſtorū, ſicut in aliis ſacrificiis pro peccato.

Sacerdotū peccatū cæteris paribus maius eſt peccato laicorū.

Adipemq. & renunculos. Hic ponitur quid erat cremandum de boue immolato ad altarē pro peccato, & dicitur ꝙ erant cremandi adipes, & renunculi; & non ponitur hic adeps generaliter, quanquam iſtud nomen adeps, generaliter ſignificet omnes adipes; quod patet: quia infra ponitur expreſſio ſpecialis facta de aliquibus partibus adipum, cum dr̄ reticulum iecoris, qm̄ reticulum quedam pars adipum eſt. Dicitur etiam, ꝙ offerebantur renunculi ad cremandum, qm̄ iſti ad adipes etiam pertinent. *Ac reticulum iecoris.* id eſt, etiam offerebatur pinguedo illa circumfuſa hepati, quæ vocatur reticulum, qm̄ in modum retis facta eſt, & ſupra adeps ſignificat omnē pinguedinem, quę eſt intra viſcera animalis, præter reticulum, ꝙ expreſsè ponitur. De E cauſa autem, quare adipes cremabantur in omnibus ſacrificiis, dictū fuit ſupra 1. & 3. cap. *Quæ ſunt pro peccato.* id eſt, iſti adipes & renunculi erant pro peccato, ſ. ad cremādum pro peccato, quoniam nihil aliud de iſto vitulo immolato præter adipes, & renunculos cremabatur, & non dicuntur iſta eſſe pro peccato tanquam ad ſolum ſacrificiū pro peccato pertineret crematio adipum, quoniā in omnibus ſacrificiis hoc fiebat, vt patet ſupra 3. cap. cum dicitur: omnis adeps Domini erit iure perpetuo; ſed dicitur quod iſta ſunt pro peccato, id eſt, ꝙ iſta ſolū offeruntur & cremātur pro peccato. *Adoleuit ſuper altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi.* Adolere autem cremare eſt, & omnia iſta ſupradicta cremabantur, quia Dominus ſic iuſſerat Moyſi, cum loqueretur ei de iſtis ſacrificiis. Addit autem Moyſes iſtā Clauſulam, ne videatur de corde ſuo aliquid finxiſſe. *Car-*

Quid de boue immolato ad altare pro peccato cremādū erat.

A *nes verò, & pellem eius, extra caſtra combuſſit igni.* Hoc generale erat, vt omnis vitulus, qui pro peccato offerretur, cremaretur extra caſtra, nec aliquis comedebat de carnibus eius; in aliis autē ſacrificiis pro peccato, carnes cedebant iuri Sacerdotum, vt habetur ſup. 6. cap. Cauſa autem quare cremabatur vitulus extra caſtra, dictum fuit ſupra 4. cap. *Immolauit, & holocauſti victimam.* Hic ponitur ſecundū ſacrificium, quod fecit Aaron pro ſe, & domo ſua, ſ. holocauſtū, et iſta duo facta ſunt antequam fieret aliquod de ſacrificiis pro populo: erat enim iſtud animal aries, vt habetur ſupra, & ipſe Aaron immolauit illū coram altari: fuerunt autem obſeruatæ in eo cæremoniæ, quæ intra habentur, quæ in aliis holocauſtis obſeruari ſolent.

Quare Aaron faciebat ſacrificia explens cæremonias. Quæſt. VII.

SED quæret aliquis, quare Aaron faciebat ſacrificia explens cæremonias, cum ſemper offerens & immolās diſtingui debeāt, vt alius ſit qui immolat, & alius pro quo immolatur: hoc autem patet ex eis, quæ habentur ſupra 4. cap. Nam cū agatur ibi de ſacrificio pro peccato Summi Sacerdotis, non immolat ipſe, nec explet cæremonias, ſed alius illud agit. Reſpondetur, quod conueniens valde eſt, vt offerens & immolans ſemper diſtinguantur, cum diſtingui poſſunt, cum autem repugnat obſeruari talē diſtinctionem, non obſeruatur ibi differentia offerentis, & immolantis, cum popularibus immolare non liceat. Cum verò offertur victima à Sacerdotibus, quanquam ille, qui offert, immolare poteſt: tamen obſeruatur differentia immolantis, & offerentis; ita, ꝙ vnus Sacerdos offerēs tradat victimam ſuam alteri Sacerdoti, qui eius cæremonias expleat. Hic autem non obſeruatur; quia cum Aaron offerat pro peccato ſuo, ipſe tamen cæremonias explet. Cauſa eſt quoniam non poteſt obſeruari hic differētia immolantis & offerentis; quoniā iſtud ſacrificium offerebatur pro peccato omnium Sacerdotū, & ſic nullus erat, pro quo hic non offerretur, ideo quicunque de Sacerdotibus immolaret, & expleret cęremonias huius ſacrificij, neceſſariū fuiſſet, vt pro ſe immolaret, atque eſſet eadem perſona offerentis & immolantis: quo exiſtente conuenientius erat, vt ipſe Aaron hoc faceret, quàm aliquis alius, quia ipſe excellentior cunctis erat. Etiam quia nunc miniſtratio noua incipiebat. Cum autem obiicitur de eo, quod habetur ſupra, 4. cap. ſ. quod peccante Sūmo Sacerdote non offerebat ipſe pro ſe ſacrificium, ſed alij Sacerdotes. Reſpondendum eſt, ꝙ ibi alia cauſa ſubſiſtit: nam ibi offerebatur pro ſolo peccato Summi Sacerdotis, ideo conueniens erat, vt alij minores Sacerdotes, qui in hoc non peccauerant, offerrent pro illo, explentes cæremonias. Hic autem indifferenter offerebatur pro peccato omniū Sacerdotum, ideo neceſſarium erat, vt eadem eſſet perſona offerentis & immolātis. *Obtuleruntq. ei filij ſui ſanguinem eius.* Loquitur hic de holocauſto arietis, quem iugulauerat Aaron. Filij autem ſui accipientes ſanguinem eius in crateras obtulerunt Aaron patri ſuo, & ipſe intinxit ibi digitum ſuum. Dicuntur autem obtuliſſe: quoniam oblatio illa nihil aliud erat, niſi præſentare ſanguinem coram altari. *Quem fudit per altaris circuitum.* ſcilicet, ꝙ Aaron fudit hunc ſanguinem, qui manſit in crateris per circuitum altaris nō tingens cornua altaris, nec fundens ad baſim, ſicut in ſacrificio pro peccato fiebat, cuius cauſa eſt, quia iſtud erat holocauſtum; in holocauſtis autem non fiebat tinctio in cornibus altaris, ſed ſimpliciter fundebatur ſanguis per gyrū, ſ. ſuper ſummitates parietum altaris. *Ipſam etiam hoſtiam in fruſta conciſam.* id eſt, aries iſte, qui vocatur hoſtia, quod nomen generale eſt ad omnia ſacriſicia, fuit conciſus in multas partes, in omnibus enim holocauſtis hoc fiebat, vt habetur ſupra 1. cap. quod corpus animalis diuideretur in partes, & ipſæ poneretur ſuper altare. *Cum capite & membris ſingulis obtulerunt.* id eſt, filij Aaron obtulerunt oēs partes iſtius arietis ſuper altare, quoniam iſta miniſtratio ſatis pertinebat ad eos, qui non gerebant vicem Sacerdotis, cremare autem ſuper altare ad ſolum ipſum Sacerdotē miniſtrantem pertinebat, & nō ad ſubminiſtrantes ipſi, ideo quamuis hic dicatur de filiis Aaron, quod obtulerūt partes iſtas

conciſas

conciſas ad cremandum, nõ tamen dicitur, ꝙ ipſi cremauerũt eas, ſed ꝙ Aaron cremauit, cum ſubditur infra, qui omnia ſuper altare cremauit igni, quod ad vnum ſolum ſacerdotem pertinet, ſ. ad Aaron. Fuit autem modus iſte, ꝙ Aaron iugulauit arietem illum, qui oblatus eſt, in holocauſtum, cuius ſanguis fluxit in crateram: poſuitq; ſeipſum Aaron apud altare, tunc filij ſui accipientes crateram ſanguinis, præſentauerunt ei tanquam ſubminiſtrantes, quam ipſe de manibus eorum ſumens, fudit totum ſanguinem per circuitum altaris: poſt hoc filii Aaron detraxerunt pellem arietis, & in fruſtra vniuerſas conciderunt carnes, pedes, & inteſtina lauantes, quæ vniuerſa Aaron exiſtenti apud altare obtulerunt: ipſe autem de manibus eorum partes illas ſuſcipiens cremauit ſuper altare. *Quæ omnia ſuper altare cremauit igni*, ſcilicet Aaron accepit omnes partes carnium arietis, & poſuit ſuper altare cremandas, quoniam iſta miniſtratio ad eum pertinebat. Quomodo autem Aaron iſta cremauit? Dicendum eſt, ꝙ poſuit Moyſes iſtas partes carnium ſuper altare, diſponens ignem, vt conuenientius cremarentur, ꝙ dicebatur cremare eas: nã ille homo alium cremare dicitur, qui in eum ignem iacit. *Lotis prius inteſtinis, & pedibus*. Iſtæ partes cremabantur, ſicut aliæ, & ſimul ponebantur cum eis ſuper altare, in cumulum. Sed quia ſordes continebant inteſtina, & pedes per contactum ſordidarum rerũ immundi erant, lauabantur, & deinde cum aliis cremabantur. Caput etiam animalis cremabatur in holocauſtum, cum excoriatum eſſet, & non connumeratur inter carnes, ſed pedes, & inteſtina, & caput per ſe ponuntur, vt habetur ſup. 1. cap. poſtquam expreſſe fuerunt omnes partes carnium. Hic tamen non nominauit Moyſes caput, quia ſolum exprimere voluit ea, quæ lauabantur ad cremandum, & iſta erant duo. ſ. inteſtina, & pedes, caput autem quia immundum non eſt, non lauatur ad cremandum ſuper altare. *Et pro peccato populi offerens mactauit hircum*. Supra egit de ſacrificiis, quæ obtulit pro ſe & Aaron: Hic agitur de eis, quæ obtulit pro populo: quanquam nõ omnia, quæ pro ſe Aaron oblaturus erat, adhuc obtulerat: nam hoſtias pacificas pro ſe offerre iuſſus eſt, vt patet ſupra in littera, nõdum tamen pro ſe iſta obtulit, ſed ſolum ſacrificium pro peccato, & in holocauſtum: deinde cum obtuliſſet pro populo hoſtiam pro peccato, & in holocauſtum, obtulit victimas pacificas pro ſe.

De oblationibus pro populo.

Quare Aaron potius pro ſeipſo prius obtulit, quàm pro populo. *Quæſt.* VIII.

QVÆRET aliquis quare prius obtulit Aaron pro ſe ipſo, quam pro toto populo, cum totus populus honoratior ſit, quàm Aaron? Reſpondendum eſt, ꝙ Aaron obtulit pro toto populo, & optabat vt ea, quæ pro populo faciebat Deo accepta eſſent, & quoniam ea, quæ ad Deum nos facimus, accepta non ſunt, niſi cum diſpoſiti ſumus, præcipuè cum pro alio oramus, aut aliquid agimus, ideo debuit Aaron diſponi ad faciendum ſacrificia populi: iſta autem diſpoſitio fuit in ſacrificiis, quę pro ſe obtulit: nam per hæc Deo acceptus fiebat, & tunc reductus in gratiam Dei, acceptabiliter pro toto populo potuit orare: decuit igitur, vt ſacrificia primo pro ſe Aaron faceret, quàm pro toto populo.

Quare prius obtulerit ſacrificium pro peccato populi Aaron, quam holocauſtum populi. *Quæſt.* IX.

QVÆRET autem aliquis, quare prius obtulerit ſacrificium pro peccato populi Aaron, quam holocauſtum populi. Et reſponderi debet eodem modo, quo ſupra reſpondebatur in ſacrificio pro peccato Aaron, & holocauſto eius: nam ſicut Aaron Deo offenſus erat, ita & populus in Deum peccauerat, & ſicut dicitur, quod Aaron, immo pro ſe offerebat ſacrificium pro peccato, proteſtans ſe in hoc realiter eſſe peccatorem, vt à Deo ſic exaudiretur, ſic & pro populo facere debuit, vt prius eum confiteretur peccatorem, offerendo pro illo ſacrificium pro peccato, & implorans miſericordiam, vt ſic reconciliatione facta holocauſtum populi Deo acceptum

F eſſet. Obtulit autem hic Aaron hircum pro peccato populi, cuius quæ cauſa fuerit ſupra declaratum eſt. *Expiatoq; altari, fecit holocauſtum*. i. Aarõ expiauit altare, & poſt hoc obtulit holocauſtum: expiatio altaris refertur ad ſacrificium pro peccato, quoniam de ſanguine ſacrificij pro peccato expiabatur altare, tingendo cornua altaris ſanguine, & fundendo ad baſim, & quanquam in omnibus ſacrificiis fieret expiatio: tamen hic ſpecialiter dicebatur fieri expiatio: quoniam hoc ſacrificium erat ſpecialiter ad tollendum peccatum: facta autem iſta expiatione in ſanguine obtulit holocauſtum. Et ſciendum eſt, ꝙ quando hic dicitur expiato altari, ꝙ immediate fecerit holocauſtum, non eſt ſic intelligendum: quoniam tunc de illo hirco, qui oblatus eſt pro peccato populi nihil Deo proueniret, niſi ſanguis. Sed hoc falſum eſt, quoniam in om-
G nibus ſacrificiis adipes ad Dominum pertinebant, ſicut habetur ſupra 4. cap. omnis adeps Domini erit iure perpetuo. Dicendum eſt, ꝙ in ſacrificio iſto pro peccato populi expiatum fuit altare de ſanguine tingendo cornua altaris, deinde fundendo reliquũ ad baſim poſt hoc educebantur omnes adipes hirci cum renunculis, & cremabantur ſuper altare: omnes autem carnes & pelles cedebant iuri ſacerdotis offerentis, vt habetur ſupra 6. cap. hic tamen de hoc nihil dixit, quia ſufficiens regula data fuerat de hoc 6. cap. *Addens in ſacrificio libamenta*. Et obtulit Aaron ſuper altare libamenta, quæ ſacrificia dicuntur ſuper iſtas carnes, quæ ad cremandũ ponebantur: hic enim dixit offerendum eſſe ſacrificium, & non expreſſit nomen animalis. Intelligendum eſt, quòd erant duo animalia. ſ. vitulus & agnus anniculus, ſicut ſupra dicitur. Cum his
H autem dicit eſſe oblata libamenta; Vocauit autem libamenta & ſacrificia partem ſimilæ, & olei, & vini, quæ datur cum quolibet horum animalium: nam cũ vitulo dabatur quarta pars menſuræ hin de vino, & tantundem de oleo: de ſimila autem dabantur tres decimæ conſperſæ illo oleo ſupradicto. Cum autem offerretur agnus anniculus, dabatur decima pars ſimilæ ephi, conſperſa oleo continente quartam partẽ menſuræ hin, & vinum eiuſdem menſuræ, vt patet Num. 15. cap. Et de iſta ſimila ſolum cremabatur ſuper altare vnus pugillus, cętera autem cedebat iuri Sacerdotis offerentis, vt habetur ſup. 2. & 6. c. De menſura autem ſimilæ, & olei, & vini in his ſacrificiis, hic non exprimitur: quoniam omnia iſta referũtur ad omnia quæ habentur Numer. 15. cap. vbi de hoc ponitur regula ſpecialiter. *Addens in ſacrificio libamenta*, id eſt, nõ
I ſolum obtulit carnes iſtorum holocauſtorum, ſed etiam adiunxit libamenta in ſacrificio, id eſt, libamenta, quæ ſunt ſacrificia: pro eodem enim ſupponũtur hic libamenta, & ſacrificia, ſcilicet pro illa parte ſimilæ, & olei, & vini, quæ dabantur cum carnibus oblatis. Iſta autem vocantur libamenta, ex eo quòd liquida ſunt, quoniam libamentum à libando dicitur, quod eſt bibere, vel deguſtare: oleum autem & vinum liquida ſunt. Sacrificia dñr propterea ꝙ ſunt ſicca, vt ſimila. *Quæ pariter offeruntur*. i. offerentur libamenta, quæ ſolent ſimul offerri, cum carnibus ſacrificiorum. Hæc aũt ſunt partes illæ ſimilæ, vini, & olei, quæ in ſacrificiis apponi iubentur: de quibus Num. 15. c. Ex hoc autem ſequitur ꝙ ea, quæ in hoc c. recitantur, non eodem modo à Deo dicta ſunt Moyſi, quo hic habentur, qm̃ ſi ſic dixiſſet, cum hic non exprimantur illa, quæ de
K vino, & oleo, & ſimila erant, neſciret Moyſes quantũ, vel quid oblatum eſſet de his, ideo neceſſariũ eſt intelligi, ꝙ iſta regula, quæ habetur Num. 15. cap. de ſimila, & oleo, & vino offerendis tradita fuerit Moyſi ante hoc; ſed non ponitur hic, qm̃ Sacra Scriptura non obſeruat in hoc ordinem naturalem, ſed artificialem, qm̃ ſi ordo naturalis obſeruaretur, oporteret multotiens eandem repeti, & inculcari multis imperfectis narrationibus factis. Quanquam ergo illa regula de libamentis pertineret ad oblationes iſtas, tamen non poſuit eam hic, ſed reſeruauit ad librum Numerorum. *Et adolens ea ſuper altare*, id eſt, cremauit iſta ſacrificia libamentorum, cũ holocauſto & adipibus ſacrificij pro peccato, ſuper altare holocauſtorum. *Abſque cæremonijs holocauſti matutini*, id eſt, quòd per iſtas oblationes, quæ fiebant in hac octaua die, non impediretur ſacrificium matutinum, & veſpertinum. Erant enim duo

Quid ſint libamenta.

Libamentum quid ſignificet.

De quibus ſacrificiis, quæ continue offerri debebant.

duo ſacrificia, quæ omni die offerri debebant,& ex nulla cauſa ceſſabant,& vocabantur iugia. Erat vnum ſacrificium, quod vocabatur matutinum & offerebatur in aurora, cum oriretur ſol, in quo offerebatur agnus anniculus in holocauſtum,& cum eo decima pars ephi ſimilæ, habens quartam partem hin, de oleo, & tantundem de vino. In veſpere autem offerebatur aliud ſacrificium holocauſti, quod vocabatur veſpertinum, à tempore denominatum, in quo offerebatur agnus anniculus,& tantũdem de ſimila,& oleo,& vino, quãtum in ſacrificio matutino; in Sabbato autem duplicabatur ſacrificium, quoniam offerebantur in mane pro ſacrificio matutino duo agni anniculi cum duabus decimis ephi ſimilæ,& cum duabus hin de oleo, ad conſpergẽdam ſimilam,& vocabatur hoc ſacrificium matutinum. In veſpere autem offerebantur alij duo agni anniculi, cum eadem menſura ſimilæ, vini, & olei. Et vocabatur hoc ſacrificium veſpertinum Sabbati. Habebant ſe iſta duo ſacrificia ſic: quoniam ſacrificium matutinum fiebat hoc modo, vt Sacerdos ſurgeret ad ortum ſolis,& indutus veſtibus ſanctis, accipiebat cineres de altari holocauſtorum, emundans illud, quos ponebat in lebete apud altare,& rurſus exutus veſtibus ſacris, efferebat cineres iſtos extra caſtra in locum mundum ad hoc deſtinatum,& ibi comburebat illos vſque ad fauillam, & erat iſte ritus perpetuus quotidie. Poſt hoc autem Sacerdos veniens ad Sanctuarium ponebat ligna ſuper altare,& immolato agno anniculo, ſanguinem eius fundebat per gyrum altaris. Deinde conciſas carnes, ſuper altare ad cremandum ponebat,& ſic conſummabatur ritus ſacrificij matutini, vt habetur ſupra, 6. cap. Sacrificium autem veſpertinum à tempore dicebatur; quoniam fiebat in veſpere, quia poſt ſolis occaſum fiebat,& immolabatur tunc agnus anniculus effuſo ſanguine eius per gyrum altaris: carnes autem conciſas ponebat Sacerdos ſuper altare, ſed non eo modo, quo fiebat in ſacrificio matutino: nam in ſacrificio matutino carnes conciſæ holocauſti ponebantur ſimul ſuper ſtruem lignorum, & ardebant ſimul: in ſacrificio autem veſpertino non ponebantur omnes carnes ſimul, ſed ſucceſſiuè, ita, vt combuſtio illarum duraret per totam noctem; vnde ſacerdos manebat per totã noctem apud altare vigilans,& complens holocauſtum, apponẽs particulas ſucceſſiuè, quod durabat vſque ad auroram orto ſole, cum iterum ſuſcipiendum erat ſacrificium matutinum: de his omnibus habetur ſupra 6. cap. Hæc duo ſacrificia ſic ſe habebant, ꝙ matutinum prius erat omnibus. Sacrificium autem veſpertinum erat poſterius. Inter hæc autem explebantur cæremoniæ omniũ ſacrificiorum aliorum,& alia erant quaſi accidentalia: veſpertinum autem, & matutinum erant pertinentia ad quotidianum. Nec ex aliqua cauſa illa tolli contingebat, quanquã aliqua die mille hoſtias ſimiles offerri cõtingeret. Sic autem factum eſt hic: nam cum in hac die octauo iuſſiſſet Deus offerre populum, & Sacerdotes: putaret fortaſſis Moyſes debere ceſſare ſacrificium matutinum, cum hic offerrent ſacrificiũ agni anniculi Sacerdotes in holocauſtum. Dicit tamen, quod hæc omnia debebant eſſe abſque cæremoniis holocauſti matutini, id eſt, quòd prius fieret holocauſtũ matutinũ, deinde omnia ſacrificia iuſſa explere Sacerdotibus pro ſe, & pro populo. Et quamuis Moyſes ſolum expreſſerit hic de ſacrificio matutino, intelligi tamen debuit de ſacrificio veſpertino: nam quanquam fierent prædicta ſacrificia,& pleraque alia, nunquam tamen ſacrificium veſpertinũ omittendum erat: expreſſit tamen de ſacrificio matutino, quoniam de hoc fuit rationabilis dubitandi cauſa,& non de veſpertino: nam ſatis apparebat ſacrificium matutinum, aut veſpertinum nunquam ceſſatura, niſi alia ſimilia eis ſpontaneè à populo, vel Sacerdotibus offerrentur. Cum autem alia ſimilia offerebãtur, adhuc pendebat in dubio, an pro his ceſſare deberent matutinum, ac veſpertinum ſacrificium. De veſpertino autem dubitãdi origo nulla extitit, quoniam in veſpere non erat aliquid offerendum de his, quæ Deus iuſſerat hic offerri à Sacerdotibus populo,& ſic nihil erat, per quod tolleretur per ſacrificium veſpertinũ; maius autem de ſacrificio matutino dubitandi motiuum erat, quoniam omnia iſta, quæ hic offerri iuſſa ſunt oblata ſunt in

De ordine totius miniſtrationis Sacerdotalis per diem & noctem.

A aurora, inter quæ aliquid erat, quod totaliter erat ſimile ſacrificio matutino. ſ. oblatio agni anniculi pro holocauſto ſacerdotum. De cæremoniis igitur matutini ſacrificij ſolum expreſſit. *Immolauit & bouem, atque arietem, hoſtias pacificas populi*, id eſt, Aaron iugulauit arietem, & bouem pro hoſtiis pacificis populi: iſta namq; duo animalia pro ſacrificiis pacificis populi offerre Deus iuſſerat, Aaron autem iugulauit ea, ſicut in ceteris facere ſolitus erat. Dicit autem iſtas fuiſſe hoſtias pacificas, quoniam ita populus obtulit hic bouem, & arietem, ſm cæremonias pacificarum hoſtiarum, ſicut offerunt populares pro ſe ſigillatim hoſtias pacificas. De his aũt ſm legem pacificarum hoſtiarũ aliquid datum eſt Deo, aliquid aũt ſacerdotibus cedebat, cetera verò popularibus tradita ſunt: vnde de illis carnibus comedit populus, omnis quæ eis cedebant:
B nam ſicut cum aliquis de populo ſpecialiter obtuliſſet hoſtias pacificas, ipſe,& omnes de familia,& ceteri, quos ipſe conuocare voluiſſet, comedebant de carnibus illis, quæ in ius cedebant eorũ, ita & hic, cum aries,& vitulus in pacificas hoſtias oblati eſſent à populo, carnes eorum cedere debebant toti populo: ita vt oẽs populares de carnibus illis comederent, vel quibus hoc contigiſſet. *Obtuleruntq; ei filij ſui ſanguinem*. Hic ponitur de ritu ſacrificiorum pacificorum populi; & dicitur, ꝙ filij Aaron obtulerunt ſanguinem, ſcilicet, ꝙ ipſi acceperũt crateram ſanguinis harum hoſtiarum præſentantes Aaron, quam de manibus eorum ipſe ſumens, fudit ſicut ſolitus erat. *Quem fudit ſuper altare in circuitum*, ſcilicet, quòd fudit ſanguinẽ iſtum ſuper ſũmitates parietũ altaris, & fluebat ad baſim eius. *Adipem autem bouis*. Ponitur hic de his, quæ cedebãt Deo
C de hoſtiis pacificis populi,& dicit de boue tollendum eſſe adipem, qm̃ hoc ad omne ſacrificium generale erat; nec enim de bobus pacificis aliud tollebatur, niſi adipes, & renunculi, vt patet ſupra tertio cap. *Et caudam arietis*. De ariete pacifico loquitur, de quo cedebat Deo cauda ad cremandum ſuper altare,& erat magis ſpeciale, quam in aliis pacificis ſacrificiis: nam cum offerretur bos, aut capra, in hoſtias pacificas, ſoli adipes, & renunculi cremabantur. Cum verò offerretur ouis, aut aliquid pertinẽs ad ſpeciem eius, adipes,& renunculi, vt cauda offerebantur, patet eod. cap. *Renunculoſq; cum adipibus ſuis*. Hoc pertinet tam ad vitulum, quàm ad arietem, quoniam de vtroque renunculi & adipes cremabantur, cum eſſet pacifica hoſtia. *Et reticulum iecoris*. Quædam pars pinguedinis eſt fuſa ſuper iecur animalis, & hæc in omnibus ſacrificiis ad
D Deum pertinebat. *Poſuerunt ſuper pectora*. Hic eſt æquiuocatio ſaltem apparens pro eis, qui ignorant, ſcilicet, quoniam aliqui putant, quod hic accipiantur pectora pro pectorib. ſacerdotum, ſ. ꝙ ipſi eleuarẽt adipem coram Dño, ſicut in aliis pacificis holocauſtis fieri ſolitũ erat, & in iſta eleuatione ponerent ſuper pectora ſua, qm̃ eleuabant manus ſuper pectora,& ſuper caput. Sed iſte ſenſus nõ poteſt ſtare, qm̃ immediatè ſubiũgitur ibi, quò ſacerdotes ſeparauerũt ſibi pectora,& armos dextros. Sed manifeſtũ eſt, ꝙ ibi pectora accipiuntur pro pectoribus immolatorum animalium. Sic aũt dicendum eſt hic, ꝙ Aaron,& filij eius poſuerunt adipes ſuper pectora. i. ſeparauerunt de quolibet animali pacifico pectuſculum, quod eorum iuri cedebat, & ſuper illa pectora poſuerunt adipes, quos de animalibus immolatis extraxerant. Nec tamen ex hoc in-
E telligendum eſt, ꝙ pectora iſtorum animalium pacificorum, ſepararentur ad cremandum coram Domino, ſicut adipes ſeparabantur, qm̃ pectuſculum cum armo dextro, de omnibus victimis pacificis ſacerdotes accipiebant, vt patet ſup. 7. c. præſertim, cum hic in littera ſubiiciatur, ꝙ ſeparauerunt ſibi ſacerdotes pectora,& armos dextros de illis animalibus immolatis. *Cumq; cremati eſſent adipes ſuper altare*. Refert hoc ad adipes iſtorum duorum animalium pacificorum, quorum adipes cremati ſunt ſuper altare. Et quamuis omnes adipes ſupradictorum ſacrificiorum cremarentur: tñ hic ſolum intelligitur de adipibus ſacrificiorũ pacificorũ, cum de illis immediatè dictũ fuerit. Et ſciendum eſt, ꝙ iſta ponuntur hic per anticipationem de combuſtione adipum,& etiam ea quæ ſup. dicuntur de combuſtione holocauſtorum ſacerdotũ,& popularium,& de adipibus ſacrificiorũ pro pctõ,& pro pacificis.

Ritus ſacrificiorũ pacificorum populi.

Nam quanquam de ſingulis dictũ ſit, ꝙ cremata fuerint: tamen dicitur, ꝙ cremata fuerant, quoniam omnia iſta cremata ſunt ab igne, quem Deus ſuſcitauit, & combuſſit omnia, quæ erant in altari. De hoc autem igne nondum dictum eſt, ſed infra habetur: non erant adhuc igitur iſta cremata: potiſſimum cum infra dicatur, quòd egreſſus ignis à Domino deuorauit holocauſtum, & adipes, qui erant ſuper altare, ſed non erat aliud holocauſtum, quàm iſta duo, de quibus ſupra dictum eſt, ſcilicet, holocauſtum pro ſacerdotibus, & holocauſtum pro popularibus. Igitur aut neutrum eorum combuſtum erat, aut ſaltem vnum manebat, cum infra dicatur, ꝙ combuſtum erat holocauſtum ab igne exeunte de altari. Sed ſupra dicitur ſpecialiter de quolibet eorum, ꝙ combuſtum fuerit, ergo ibi fit anticipatio, & ſic etiam eſt hic: quoniã dicitur, ꝙ cremati fuerunt adipes: tamen infra dicitur, ꝙ ignis egreſſus à G Domino combuſſit illos. *Pectora eorum, & armos dextros ſeparauit Aaron.* Refertur hoc ad ſola iſta duo animalia pacifica, de quibus hic dictum eſt: nam in aliis non ſeparabantur pectora, & armi, cum hoc ſolum pertineret ad ſacrificia pacifica. Dicitur autem ſeparauiſſe iſtas duas partes, quoniam omnes carnes victimæ pacificorũ ad offerentes pertinent, à quibus iſtæ duæ particulæ ſeparantur, vt in iura Sacerdotum cedant. *Eleuans coram Domino, ſicut præceperat Moyſes.* i. Aarõ eleuauit iſtas duas particulas coram Domino. i. coram altari, in quo dabat quendam modum oblationis. Nam iſte particulę ipſi cedebãt, & quia de eis nihil cremabatur coram Domino, eleuabat eas, vt iſta eleuatio eſſet quidã cultus impenſus Deo; vel dicebatur hoc eſſe tanquam in redditionem gratiarum, qm̃ ſacerdotes accipiebant iſta iura Deo dante illis. Cũ ergo H reciperent, deberent gratias agere Deo, eleuantes illas particulas. Hoc autem dicitur præcepiſſe Moyſes, qm̃ ipſe omnia, quæ de ſacrificiis hic ponuntur, Aaron ex parte Dei referebat. *Et extendens manus ad populum, benedixit ei.* De Aaron hoc dr̃; nam Aaron Pontifex erat, & ſacrificia faciebat, ideo benedicere populo ad ipſum pertinebat, nec in præſentia eius ius erat Moyſi benedicere populo.

An in temporalibus Moyſes maior fuerit Aaron vel econtra. Quæſt. X.

SCIENDVM autem, ꝙ in temporalibus Moyſes maior erat Aaron, quoniam ipſe totum populum iudicabat, vt habetur Exodi 18. cap. & iubebat populo ea, quæ facere debebat. In ſpiritualibus tamen Aaron ſimpliciter maior erat Moyſe: nam Aaron Pontifex erat, Moyſes aũt vnus de ſimplicibus Leuitis. Et etiam quia Aaron directè hēbat ius miniſtrandi: Moyſes aũt ſolum habebat hoc in defectum Sacerdotum; non tñ competebat ſibi ex aliquo ordine. Et ſi dicas ꝙ Moyſes erat maior Aaron, qm̃ iubebat ei facere iſta ſacrificia, & quæcũque faceret. Reſpondendum eſt ex hoc non inferri, qm̃ nõ iubebat iſta Moyſes ideo, quaſi auctoritatem iubendi haberet ex aliqua prælatione, aut ordine, ſed quia Dei nuncius erat, referēs ea, quæ Deus iuſſiſſet: vnde non propriè dicitur ꝙ Moyſes iuberet, ſed quòd iuſſa fieri enarraret. Si aũt obiicias adhuc maiorem eſſe Moyſen ipſo Aaron, qm̃ Moyſes conſecrauit Aaron. Rñdendum eſt, ex hoc nõ induci: nã ideo Moyſes conſecrauit Aaron, quia non erat aliquis ſummus ſacerdos, qui eum conſecrare poſſet, ideo nec etiam minores tunc, quippe tam ipſe Pontifex quàm minores Sacerdotes conſecrati ſunt, & tamen ad hoc iſta conſequentia non valet, iſte conſecrat illum: ergo eſt maior ipſo. Nam Papa conſecratur à Cardinali Epiſcopo Hoſtienſi, qui minor eſt illo, & poſt conſecrationem ſuam imperat ipſi conſecranti. Sic etiam de ſummis ſacerdotibus in Veteri Teſtamento factum eſt: nam præter conſecrationem Aaron, quæ facta eſt per Moyſen, qui non erat ſacerdos, & præter cõſecrationem Eleazari, quæ ſine aliquibus cæremoniis facta eſt, ſicut latè induximus Exo. 19. cap. omnes cõſecrationes poſteriores ſummorum Sacerdotum factæ ſunt a minoribus ſacerdotibus, non igitur Moyſes maior erat, quoniam conſecrauit Aaron, ſed maior erat Aaron, & quia vt ait Apoſt. ad Hebr. 7. c. ſemper minor à maiori benedicitur, decuit vt benedictio ſuper populum ab

Sæpe maiores conſecrantur à minoribus.

Aaron fieret, & non à Moyſe. Fuit autem iſta benedictio facta per extenſionem manuum fortè eas dilatando ſuper populum: nam ſicut ſacerdos in die expiationis ponēbat manus ſuas ſuper hircum emiſſarium, imprecans delicta vniuerſi populi ſuper caput eius, & offerentes quandocunque tradebant hoſtiã Sacerdotibus ponebant manus ſuper caput eius, ad imprecandum peccata ſua ſuper illam, ita & cum Sacerdos benediceret populo extendebat manum ſuper populum ad imprecandum bona populo: nam benedicere quod ad homines pertinet, nihil aliud eſt quàm bona imprecari.

Sacerdos quõ modo benedicebat populum.

Quomodo benedictio aliquando pertineat ad Deum, aliquando ad homines. Quæſt. XI.

PRO quo ſciendum eſt, quòd in ſcriptura Sacra benedicere aliquando pertinet ad Deũ, aliquãdo ad homines reſpectu aliorum inferiorum, aliquãdo ad homines inferiores reſpectu ſuperiorum. Quod autem inferiores benedicant maiores, patet de Iacob, qui benedixit Pharaoni, cum tamen Pharao Rex eſſet; vt habetur Gen. 47. c. cum dicitur: Poſt hæc introduxit Ioſeph patrē ſuum ad Regem, & ſtatuit eum coram eo, qui benedicens illi interrogatus ab eo. Et in eod. cap. dicitur: Et benedicto Rege egreſſus eſt foras. Sic etiam nos frequenter Deo benedicimus, cum ſcriptura dicat. Benedicam Dominum in omni tempore: & alibi: Benedicamus Patrem & filium cum Sancto ſpiritu: & alibi: Benedic anima mea Domino. & in Cantico trium puerorum intra clibanum in igne ludentium, omnes creaturæ ad benedicendum Deo, inducuntur, cum dicitur: Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. eiuſdem Cantici verba de quibus Danielis 3. cap. & iſto modo benedicere nihil aliud eſt niſi bona optare, & alicui precari: quamquam ad hoc benedicentes ex auctoritate ſua, aut eis tradita conferendi poteſtatem eorum, quæ precãtur, nullam habeant. Vnde cum Regibus benedicimus, nihil aliud eſt niſi precari, ꝙ Deus adaugeat Regnum eorũ, & gloriam ampliorem tribuat, & quòd thronus eorum maneat in æternum. Sic autem aliis hominibus maioribus nobis benedicimus, cuilibet felicia precantes iuxta ſtatum, & conditionem ſuã: cum etiam Deo benedicimus bona illi precamur, vt cum dicimus: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c. & cum in hymnis noſtris canimus. Sit ſalus Deo, decus atque virtus, & ſimilia. Iſte modus benedicendi habetur Apocal. 7. cap. cũ dicitur: Benedictio, & claritas, & gratiarum actio, &c. Hoc tñ intereſt inter benedictionem, qua Deo benedicimus, & benedictionem, qua hominibus benedicimus: nam cum hominibus benedicimus, eis bona precamur, quæ non habēt, cum vero Deo benedicimus nullum bonum ei precamur, quod ei non inſit: nam ſi gloriam precamur, glorioſus eſt; ſi perpetuitatem, æternus eſt; ſi verò infinitatem, immenſus eſt quoque, nihil igitur nos ei precari poſſumus, quòd in eo perfectius non ſit, quàm nos precemur.

Pſal. 33.

Pſ. 102.

Dan. c. 3.

Benedictio qua Deo benedicimus, & qua hominibus differunt.

Ad quid Deo benedicamus ei bona precantes, cum habeat eminenter omnia bona, quæ nos ei precamur. Q. XII.

SED inquiret tunc aliquis, ad quid Deo benedicimus ei bona precantes, ſi ea, quæ nos precamur ei iam abundantiora quàm nos exoptamus inſunt? Cui reſpõdendum eſt, multum nos mereri, cum Deo benedicimus, ſi K hoc ex animo protulerimus: nam cum Deus iuxta ſententiam Dauid bonorum noſtrorum non indigeat, affectiones tñ noſtras, aut potius ſynceras electiones vehementer exoptat, ac expoſcit, quas cum ad eum integras, vt nobis poſſibile eſt direxerimus, valde apud Deũ promeremur. Deus. n. honeſtiſſimis amicis iniuſtior non eſt, ſed ipſi ſecundum electionem virtuoſam ſibi inuicem gratificantur, Deus igitur nos ſibi per ſynceras, & intenſas in eũ boni affectiones valde acceptauit. De amicis aũt honeſtiſſimis hoc liquet: nã quanquam vtiles, & delectabiles amici, qui perfectam ac permanentem amicitiã non habent, ſinerũ æqualitatē beneficia cõmenſurant. ſ. vt bene excepti benefactorib. tñ reddant, quantum ab eis adiuti fuerint: illi

iiii tamen qui honeſtiſſimi amici ſunt,quibus perfecta,ac dinturna amicitia ineſt,non ſecundū æqualitatem beneficia commenſurant, (æqualitatem autem dico in rebus) ſed ex electione, ac ſynceri cordis electione æquale, vel inæquale in beneficiis commenſurant; vnde ſi quis magnum ſecundum res beneficium ſuſcepit, & beneficiatori amico non æqua ſm res acceptas impenderit, ſed tamen æquam affectionem ad retribuendum amico,atque ei bona procurandum habuerit, rebus non ſuppetentibus ad æqualitatem quantitatis retribuendam,non inæquale beneficiū retribuiſſe dicetur, ſed æquale atque interdū maius:nam inter honeſtiſſimos amicorū, non inſpicitur quid dederis,ſed quo animo dederis. Poteſt.n.quiſquam in rebus quidem amico magna contuliſſe,beneficiū tamen feciſſe nullum, quoniam benefactoris affectio defuit. Si quis autem in rebus quidem parua,ad animi autem affectionem magna contulerit amico, laudabile beneficium impendiſſe dicitur:in moralibus enim nō ad res ipſas,ſed ad electionem attēditur,quoniam principalis iſta eſt. De quo Ariſtot.Ethicor.lib.8.dicit: In his autem,quæ ſecundum virtutem accuſationes quidem non ſunt,mēſuræ autem aſſimulatur operantis electio: virtutis enim, & moris in electione principale. Eandem autem ſententiā Ariſt. ponit Ethic.lib.9.& explicatius,cum ait: In quibus autem non fit propter confeſſionem miniſtrationis, hi quidem propter ſeipſos aūt dantes dictum eſt: quoniam inaccuſabiles:talis enim ſecundum virtutem amicitia, & retributionem faciendam ſecundum electionem:hoc enim amici & virtutis,ſic autem videtur,& Philoſophiam communicantibus: non enim ad pecunias dignitas menſuratur; pretiumq; æquiponderans non vtique fiet, quemadmodum ad Deos,& parentibus cōtingens. Sicut igitur amici honeſtiſſimi acceptant ea, quæ ab amicis ſecundū electionem æqualia redduntur: quamquam in rebus magna inæqualitas ſit,ita & Deus acceptabit affectionē noſtram de bono ſuo,tanquam ei æqualia; nec aliquo modo proportionabilia in rebus repēdere poſſibile eſt. Hoc autem potiſſimum, quoniam Deus amicus noſter eſſe dicitur, vt ipſe confeſſus eſt Ioan.15.cap. Vos amici mei eſtis,ſi feceritis quæ ego præcipio vobis,&c.& in eodem dicitur:Vos amicos dixi,quia omnia,quæ audiui à Patre meo,nota feci vobis. Hoc quoque Ariſtot.ſententia cōfirmatur Ethicor.lib.8.cum dicitur:eſt autem ad parentes quidem amicitia,& hominibus ad Deos,vt ad bonum ſuperexcellens: ſicut ergo interdum amicis retribuere æquale ſecundum rem eſt impoſſibile, quodcunque tamen rependatur acceptant,ita & Deus acceptabit nos diligentes bona eius: quamquam nihil efficere poſſibile ſit. Hæc eſt ſententia Ariſt. Ethic. lib.8.cum dicitur: poſſibile enim amicitia requirit: quod enim ſecundū dignitatem nec eſt in omnibus,quemadmodum & in his,qui ad Deos honoribus, & parentes: nullus enim ſecundum dignitatem aliquando vtique retribuet: in potentia autem famulans probus eſſe videtur. Deus igitur valde acceptabile habet benedictionem noſtram,cum ei benedicemus precātes ei bona:quoniam quamquam ei in hoc nihil proficiamus; noſtram tamen ſinceram affectionem impēdimus.Alia autem benedictio eſt qua vtuntur maiores ad minores, & iſta eſt, quæ regulariter benedictio vocatur,de qua Apoſtolus ad Hebr.6.cap.ait:ſine vlla autem contradictione, quod minus eſt à meliore benedicitur. In hac autem benedictione ſicut in ſuperiori maiores minoribus bona imprecantur,vt cum dicitur:Benedicat vos Pater,& Filius,& Spiritus ſanctus,& ſimilia, quæ Epiſcopi & Sacerdotes benedicentes nobis imprecantur. Sciendū autem eſt,ꝙ quamquam iſta benedictio ſit minoribus à maioribus data,virtutem tamen efficiendi non habet, quod patet: qm̄ Deus ſolus eſt, qui efficit: cum in eo tota efficiendi virtus conſiſtet,homines verò ſolum optant.Quod apparet etiam ex forma benedictionis: nam cum prælati ſubditis benedicunt,non concedentis,ſed precantis vicem habēt.Sed adhuc in hoc inquirendum eſt,cum benedictio iſta, quæ eſt minoribus à maioribus data, medium teneat inter benedictionem,quæ eſt minorum ad maiores,& inter benedictionem,quæ eſt Dei ad homines, inquirendum eſt,quomodo ab eis differat. Et dicendum quod benedictio iſta,

Inter amicos honeſtiſſimos non quid dederis inſpicitur, ſed quo animo. *Cap. 13.* *Cap. 1.* *Cap. 14.* *Cap. vlt.* *Quæ ſit benedictio qua vtuntur maiores ad minores.*

A differt à benedictione,quæ eſt minorum ad maiores,quoniam cum minores maioribus benedicunt,nihil conferūt, quia homines ſunt: nihil etiam ex auctoritate habent, vt benedicere poſſint,quoniam gradus ſuperioritatis auctoritatem quandam confert:cum autem maiores minoribus benedicunt,quamquam nihil conferant de eo, quod ipſi precantur,benedicendi tamen auctoritatem habent:quoniam qui prælati ſunt,eis ex ordine,aut gradu attributum eſt, vt aliis benedicere poſſint. Confert autem aliquid iſta benedictio,quamquam nihil de eo,quòd precatur,& hoc quia Deus voluit, vt ex auctoritate ſuperioritatis aliquid conferretur,ſicut patet in benedictione Epiſcopali, quam recipientes à peccatis venialibus abſoluuntur, benedictio autem Sacerdotalis,quamquam minor ſit,aliquid tamen prodeſt: differt autem iſta benedictio, qua maiores be- B nedicunt minoribus à benedictione, qua Deus nos benedicit:nā benedicere Dei,aliquod bonū conferre eſt: benedicere aūt, quod homines faciūt,etiam maiores reſpectu minorum ſolum eſt precari bonum illis, vel inuocare bonum ſuper eos,quibus benedicunt:hæc differentia clarè habetur Num.6. cap.cum dicitur: inuocabunt nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis, q.d. Sacerdotes benedicentes nihil faciunt, niſi inuocare nomen meum,ego tamen ſum,qui benedico.

Benedictio Epiſcopi à peccatis venialibus abſoluit.

Alia eſt benedictio qua Deus benedicit homines, de qua ſæpè in Sacra Scriptura, vt cum dicitur: Benedicat nos Dominus Deus noſter: & alibi: Benedixiſti Domine terram tuam.Multa autem ſimilia ſunt,& iſta eſt benedictio perfecta,quoniam non ſolum exprimit,ſed etiam efficit: immò non exprimit,ſed cauſat, & hoc à Sacra Scri- C ptura propriè benedictio appellatur:ſic habetur Num.5. cap.cum dicitur: Inuocabunt nomen meum ſuper filios Iſrael,& ego benedicam eis,quaſi dicat,non ſunt ipſi, qui benedicunt, ſed ego. Si tamen benedictio propriè ſecundum nominis originem attendatur, pertinet propriè ad homines inter ſeipſos, ſiue à maioribus ad minores,ſiue è contra:hominibus etiam ad Deū hoc pertinet: Deo tn̄ ad homines nō conuenit. Nam benedicere bona dicere,vel loqui eſt,quod homines ad ſeipſos & ad Deū faciūt:Deus tamen hominibus non benedicit,ſed benefacit:vnde non benedictio,ſed benefactio magis appellari meretur;Scriptura tn̄ interdū vocabulorū origines non obſeruat. Fiebat igitur iſta benedictio Aaron ad populū extendendo manum ſuper eum ad comprecationem bonorum, quoniam quamquam Pontifex eſſet,bona conferre non pote- D rat,ſed cōprecari. Vel dicebatur Aaron extēdiſſe manus ſuas fortè eleuando eas ad Deum,vt inde ſuper populum benedictio proueniret. Sed hoc fortè non multū videbitur veriſimile: qm̄ tunc non dixiſſet,quòd extēdit manus Aaron, ſed quòd eleuauit eas: in hoc tamen non multum refert,quoniam aliquando eleuatio extenſio dicitur, vt patet Exod.9.& 10.cap.cum dicitur; Extende manum tuam in cælum, & eiſdem cap.iſta loquutio frequētatur: extendere tamen ibi eleuare eſt. Vel fortè dici poteſt, ꝙ Moyſes extendit manus ſuas ad faciendum aliqua ſigna ſuper populum, ſicut Epiſcopi, & Sacerdotes ſimplices, cum benedicunt, faciunt ſignum crucis ſuper populum, inuocantes Diuinam benedictionem per iſtam ſignificationem: ſic etiam potuit eſſe in Veteri Teſtamento aliqua figura, quam facerent ſuper populum Sacerdotes, cum E eum benedicerent.

Pſal. 66. *Pſal. 84.* *Benedicere quid ſignificet propriè.*

Quando Aaron benedicebat populum, quibus verbis vtebatur. Quæſt. XIII.

SED adhuc quæret aliquis de forma huius benedictionis: quomodo, aut quid proferebat Aaron ſuper populū,cum eum benedicebat. Fortè aliquis dicet quòd nihil proferebat, ſed ſolum extendebat manum, cum hic nihil exprimatur. Sed hoc falſum eſt: quoniam benedicere,bona dicere,vel comprecari eſt.Item ſi ſolum manus extenderet Aaron ſuper populū,nihil aliud exprimendo, fuiſſet hoc aliud valde indecēs, & imperfectum nihil rationabile proferens, aut ſignificans: quod non conueniebat. Item ex littera patet, quòd aliquid dicebatur: quoniam hic dicitur,quòd Aaron extendit manus,& benedixit:ergo benedicere diſtinctum eſt à manuum extenſione.

Reſpondendum eſt igitur, quòd Aaron benedicēs populo aliquid proferebat, forma autem verborū prolatorum ſuper populum offerentem eſt illa, quæ habetur Numer. 6.cap.cum dicitur: Loquere Aaron & filiis eius:ſic benedicetis filiis Iſrael,& dicetis eis:Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te:oſtēdat Dominus faciem ſuam tibi,& miſereatur tui: conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.Iſtam benedictionem dedit Aaron populo finitis ſacrificiis, cum iam ipſe omnes cæremonias expleuiſſet, ſicut patet immediatè, cum dicitur: ſicq. completis hoſtiis pro peccato, & holocauſtis pacificis,deſcendit.Et iſte eſt modus vſitatus,vt ſacerdotes expletis miſſarum cæremoniis,aſtantem ſibi populum benedicant.Epiſcopi quoque,quando Diuinis officiis aſtant,completis illis,populo benedicant; quod valde conueniens eſt magis in expletione celebritatum,quàm in exordiis earum fieri: nam expletis cæremoniis cultus Diuini, populus in propria remeat: vt ergo gaudentes recedere poſſint, tunc eis potius quàm à principio danda eſt. *Sicq. completis hoſtijs pro peccato, & holocauſtis, & pacificis,deſcendit*.i. poſtquam Aaron expleuit oēs cæremonias tam ſacrificiorū pro peccato, q̄ holocauſtorum, & quàm pacificarū victimarum, deſcendit de altari: quoniam finitis iſtis,non erat aliquid propter quod ſacerdos ad altare ſtare deberet. Dicitur autem ꝙ Aaron expleuit iſta ſacrificia,antequam deſcenderet ab altari; qđ quidem intelligendum eſt, quantum ad immolationem,quam ipſe faciebat,& quantum ad poſitionem adipum & carnium ſuper altare,non tñ ſimpliciter: qm̄ non erant totaliter expleta iſta ſacrificia, cum nondum eſſent cremata,quia non deſcēderat adhuc ignis de cælo ad cremandū hæc. Dicebantur tñ expleta quantum ad ipſum ſacerdotem,quia poſtq̄ ipſe fecerat oīa,quę ſupra dicta ſunt,nihil ſibi peragēdum reſtabat:ad ignem enim reliqua pertinebant; & quia Aaron immolabat ſacrificia pro peccato,& victimas pacificas;atq; holocauſta, nihil ſibi faciendū remanebat,ſed totū quod ſuper erat pficiendū ad ignem pertinebat; & ſic dicebatur expleuiſſe iſtas cæremonias. Dr̄ aūt ꝙ deſcendit de altari Aaron expletis his:qm̄ altare erat in loco eminenti,& cū aliquis ab altari diſcederet deſcendere dicebatur. Quòd ſi aliquis obiiciat non potuiſſe Aaron deſcendere ab altari,quia ad altare non poterat aſcendere: ergo nec poterat inde deſcendere,qđ patet Exod.20.cap.ſ.Non aſcendes ad altare meū per gradus.Cui rn̄dendum eſt ꝙ quamuis non aſcenderetur altare per gradus, non tñ vetuit ſimpliciter non aſcendere ad altare, ideo poterat eſſe aſcenſus alio modo q̄ per gradus, vt ſi eſſet aſcenſus continuus terræ ſine gradibus.Vel aliter dici pōt,ꝙ q̄uis non eſſet aſcenſus aliquis ad altare,tñ qñ Sacerdos miniſtrabat,quia altare erat aliqualiter altum, ponebatur quoddam ſcabellum ſub pedib.Sacerdotis.Cum aūt compleſſet miniſteria ſua,deſcēdebat inde. Sed quid horum ſit verum,fortè nō patet;ſed magis dicendum eſt, ꝙ eſſet quidā aſcenſus continuus, q̄ ꝙ poneretur aliquod ſcabellum ſub pedib.ſacerdotis,qm̄ altare nō erat magnæ altitudinis, ita vt ſcabello indigeret. Erat namq. altare trium cubitorum in altitudine,vt hr̄ Exo.27.c.ad tres aūt cubitos nemo ſcabello indigeret, niſi ſtatura puſillus eſſet. *Ingreſſi aūt Moyſes & Aaron in Tabernaculum teſtimonij*.i. poſtquam compleuit Aaron ſacrificiū ſuper altare,& inde deſcendit,ipſe, & Moyſes introierunt in Tabernaculum: nam ante erant in atrio, in quo ſacrificia fiebāt; quia altare holocauſtorū extra Tabernaculū eſt ad oſtiū eius, vt patet ferè in omnibus præcedentibus cap. hic aūt non ponitur ad quid ingreſſi ſint Moyſes,& Aaron intra Tabernaculū. Sed dicendū eſt, ꝙ ingreſſi ſunt ad orandū;nā Deus dixerat,ꝙ monſtraret eis gloriam ſuam, quæ conſiſtebat in igne emittendo ad cremanda ſacrificia;& qm̄ Aaron impleuerat miniſteriū ſuum,& non miſerat Deus adhuc ignē ad cremanda ſacrificia, introierunt ad orandū pro igne mittendo. *Et deinceps egreſſi benedixerunt populo*.i. poſtquā intrauerunt Sanctuariū,orauerunt,& exierūt inde ad populum. Dicitur autem quòd benedixerunt populo in exitu ſuo. Poteſt autem accipi dupliciter iſta benedictio: vno modo, quod ſit comprecatio quædam alicuius futuri boni, ſicut comprecantur homines inuicem. Alio modo quòd ſit benedictio id eſt,

Forma verborū benedictionis à Deo datæ.

Quare Epiſcopus in fine miſſæ benedicat.

Quõ potuit Aaron deſcēdere de altari cum non eſſēt gradus.

F prænunciatio de aliquo bono euenturo,& iſto modo pertinet benedictio ad Prophetas; quoniam bonum aliquod nobis ex Deo prænunciant: bonum autem,quod iſti prænunciabāt,eſt, ꝙ Deus cito demonſtraret eis gloriā ſuam. *Apparuitq. gloria Domini omni multitudini*.Quæ autem ſit iſta gloria Domini, ſubiungitur immediatè, cum dicitur: Et ecce ignis egreſſus à Domino, deuorauit holocauſtum & adipes. Dicebatur autem hæc eſſe gloria Domini;quoniam ignis excitatus fuit,qui ibi nullo modo erat,& combuſſit victimas & ligna: hoc. n. ſupernaturale erat; ideo gloriam Domini demonſtrabat.Dicit autem quòd apparuit omni multitudini:quoniam omnes erant conuenientes ad miniſterium illud, quidam intra Tabernaculum Sanctuarij,alij autem in circuitu eius,omnes tamen videbant ea,quæ fiebant,ſecundum modos ſupra aſſignatos,ſ. G quia cortinæ atrij erant reticulatæ.Fuit autem rationabile,quòd appareret iſtud miraculum toti populo, propter duo,ſcilicet,propter Deum,& propter populum: propter Deum quidem, quoniam miraculum iſtud fiebat ad laudem Dei,quod patet,cum dicitur: Apparebat gloria Domini: ſed maior gloria erat, quòd omnes de populo hæc viderent, quam quòd aliqui ſolum, ideo debuit apparere toti multitudini. Secunda cauſa eſt,propter ipſum populum: nam populus confirmabatur in cultu Dei,& in credulitate eius per factum miraculū. Si autem quibuſdam de populo apparuiſſet iſtud miraculum, quibuſdā ſolum confirmatio facta fuiſſet; vt ergo in omnibus conſummaretur cultus Dei,& in maiori reuerentia haberetur,voluit Deus monſtrare coram toto populo. Patet hoc ex his,quæ ſequuntur: qm̄ cum populus vidiſſet iſtud miraculū, ruerunt H in facies ſuas, laudantes Deum. Ruere autem in facies, ad magnam reuerentiam pertinet: potiſſimum cum dicatur ibi,ꝙ laudauerunt Dominum. *Et ecce egreſſus ignis à Domino* i.exiuit ignis ad cremandum ſacrificia.Non eſt intelligendum ꝙ iſta egreſſio ignis ſit aliud à gloria Domini apparente: quoniam in idem redeunt, ſed eſt expoſitio: quoniam indiceretur ſolum, quòd apparuit gloria Domini, non intelligeretur quid eſſet illa gloria Domini: & ſubiungitur,quòd iſta fuit,quia fuit egreſſus ignis à Domino, & deuorauit ſacrificia. Dicitur aūt egreſſus ignis, qm̄ non præerat ibi ante.Dicitur autem egreſſus à Dno.i. egreſſus,Dñō faciente.q.d.Deus ſolus facere potuit quòd ille ignis inſurgeret ad cremanda ſacrificia. Sed aliquis intelligeret, quòd hic dicitur ignis egreſſus à Domino,i. ignis egreſſus de loco, in quo erat Deus.ſ. de altari vbi I erat ſpecialiter Deus. Dicendum tamen,quòd non poteſt ſic intelligi: nam quamuis ſeq.cap.poſſit intelligi,ꝙ ignis egreſſus eſt à Deo ad cremandum Nadab, & Abiu, quia tunc erat ignis in altari,& poterat inde exire, tamen nunc non poteſt intelligi, quòd egrederetur à Domino.i.ab altari, quoniam non erat tunc in altari:nam ſi in altari præfuiſſet,non fuiſſet aliquod miraculum, ꝙ cremarentur ſacrificia, vel diceremus, quod quotidie eſſet miraculum, cum comburerentur ſacrificia exiſtēte igne in altari,quod nemo concedit,nec eſt concedendum.

Quõ gloria Domini apparuerit.

Quare Deus oſtendit hic eius gloriam,mittendo ignem ad cremanda ſacrificia, & de ſtatu & conditione illius ignis perpetui. Quæſt. XIIII.

K QVÆRET autem aliquis, quare Deus demonſtrauit hic gloriam ſuam mittendo ignem ad cremandā ſacrificia? Reſpondēdum eſt,duas eſſe cauſas.ſ. propter Aaron,& propter populum: Primò quidem propter Aaron:nam fuerat Aaron conſecratus in ſummū Sacerdotem,cuius actus principalis erat facere ſacrificia, & quia nunc nouiter incipiebat miniſtrare, decuit, vt Deus demonſtraret aliquid, pp quod intelligerentur ſacrificia eſſe accepta Deo,& ꝙ non erat fruſtratorius iſte labor, & expenſæ maneſt:impendebat.n. Aaron totam vitā ſuam in vſu ſacrificiorū. Si ergo iſta non eſſent vtilia,nec alicuius reuerentiæ, in vanum conſumebat dies ſuos: ſed hoc non decebat, ideo monſtrauit Deus iſta ſacrificia eſſe magnæ vtilitatis,inquantū ipſe acceptabat ea. Sed tunc argues,ꝙ eodem modo deberet in conſecratione cuiuſlibet Sacerdotis magni monſtrari tale miraculū, vt appareret miniſterium eſſe charū Deo:ſed hoc falſum eſt;nā non legitur in

con-

conſecratione, aut miniſtratione alicuius alterius Sacerdotis ignem apparuiſſe ad cremandum ſacrificia. Cui rñdendum eſt, non eſſe neceſſarium, nec valde conueniens, vt in conſecratione cuiuslibet Sacerdotis magni veniret ignis de cælo ad cremandum ſacrificia: nam non fiebat principaliter emiſſio ignis cremãtis ſacrificia à Deo propter approbationem perſonæ conſecratæ & miniſtrantis; ſed magis propter ipſum miniſterium ſacrificij. A principio autem qñ Aaron miniſtrare incæpit, nondũ fuerat aliquis Summus Sacerdos, nec minor, qui ſacrificia feciſſet; ideo vt videretur miniſteriũ iſtud à Deo approbatum, debuit in ſua origine aliquo miraculo confirmari, quod fuit veniente igne à Dño ad cremandũ ſacrificia conſecrato, & miniſtrante Aaron. Cum autem alij Sacerdotes conſecrabantur, erat iam confirmatum Sacerdotale miniſterium à principio in Aaron, ideo non oportebat vt iterum approbaretur in eis facto aliquo miraculo. Sic autem eſt de miraculis factis in lege noua, nã à principio in Eccleſia primitiua ipſi, qui conuertebantur, faciebãt miracula, & in ipſa ſua conuerſione apparebant aliqua ſigna, & ſuper ipſos qui baptizabantur apparebat Spiritus ſanctus, deſcendens in colũbæ ſpecie. De hoc autem habentur aliqua in Actis Apoſtolorum. Nunc autem miracula nõ fiũt in conuerſis, nec Spiritus ſanctus deſcendere videtur ſuper baptizatos, ſicut tũc videbatur. Cauſa iſtius eſt, qm̃ in principio non erat fides Euangelica conſolidata in mentibus credentium, ſicut nũc, & pauci in Chriſtum credebant, vt ergo haberetur aliquid, per quod conuerteretur gens ad Chriſtũ, perſuaſa eis Euãgelica fide cõueniẽs fuit dari miracula, cũ non eſſet aliquod aliud per quod veritas huius doctrinæ cõprobari poſſet: nam humana traditione, aut aliquo ſpeculatiuo documẽto comprobari non potuit, cum articuli fidei non ſint demõſtrabiles, quidam enim, quia nõ habent alteram cauſam niſi voluntatẽ Diuinam, vt quòd Deus creauerit mundum, & quòd nos redemerit. Alij autem quamquam non dependant ex voluntate Dei, nec alicuius alterius: non tñ habent aliquam cauſam à priori, per quã demonſtrentur: ſicut ꝙ eſt Deus trinus & vnus; & ꝙ genuit filiũ. Solo igitur miraculo iſta comprobari potuerunt, ac ſic comprobanda fuerunt. In primitiua ergo eccleſia fuerunt iſta neceſſaria ad introducendam fidem Euangelij, nunc autem, quia ſufficienter introducta eſt, non oportet miracula vlla eſſe. Sed adhuc dicet aliquis, ſi iſta inflammatio, quæ erat à Deo, fuit facta ſolum ad approbationem ſacrificiorum, & miniſterij, non oportebat, vt aliquo modo fieret propter Aarõ, ſed ſolum propter populares, quia ſacrificia eorum erãt; vel ſi fieret etiam propter Aaron, non fieret pro eo, inquãtum erat Sacerdos, ſed inquantum erat vnus de popularibus, offerens hic ſacrificia, ſicut ceteri. Dictum tamen eſt, quòd iſta inflammatio facta eſt à Deo propter Aaron, & propter populares. Huic reſpondendũ eſt, ꝙ iſta inflammatio aliquo modo fuit facta propter Aaron, nõ tamen inquantum erat ſingularis perſona, nec ad confirmandũ ſpecialiter ſacrificia ab eo oblata, ſed ad confirmandum in eo ordinem, & miniſterium Sacerdotale: nam nunquam ante fuerat aliquis ſummus Sacerdos, nec habuerat aliquis talem adminiſtrationem, vt ordinatus in ſacerdotem; vt ergo ordo ſacerdotalis, & miniſterium eius approbatum eſſet, conueniens erat fieri aliquam inflammationem, ad probandũ miniſteriũ illud: vnde ibi non fuit facta principaliter approbatio perſonæ Aaron; ſed magis approbatio miniſterij, & ordinis ſacerdotalis; cum autem alij cõſecrabantur in ſummos ſacerdotes, non videbatur vlla neceſſitas huius miraculoſæ inflammationis ſacrificiorum, quoniam iam approbatio facta fuerat in Aaron. Secũda cauſa propter quam fuit facta iſta miraculoſa inflammatio, eſt propter populum: nã populus Iſraelitarum ante nunquam ſacrificia fecerat, quaſi ex iuſſu Dei: qm̃ cũ in monte Sinai facta ſunt ſacrificia ad confirmationem legis datæ, & effuſus fuit ſanguis ſuper populum, nõ videtur ſpecialiter illud à Deo iuſſum fuiſſe; ſed illud fecit Moyſes ad modum fœderis confirmandi, vt habetur Exodi 24.c. Nunc autem, quia populus primum ſacrificium faciebat ex ſpeciali iuſſu Dei, datis legibus de ſacrificando, vt populus intelligeret illa ſacrificia eſſe aliquid Deo gratum,

Quare in Eccleſia primitiua fiebãt miracula, & nũc nulla fiũt

A conueniens erat fieri aliquam miraculoſam inflammationem ſacrificiorum: ſic enim fiebat vt totus populus vberius incitaretur ad hanc religionem cultus Diuini in ſacrificiis.

An hæc ſacrificia cremarentur igne de cælo demiſſo vel alio igne. Quæſt. XV.

QVÆRET autem aliquis, quomodo dicatur hic apparuiſſe gloriam Domini, & exiuiſſe ignẽ ad cremanda ſacrificia à Deo: nam videtur, quòd iſte ignis ante fuerat, quod patet: qm̃ in ſeptem diebus prioribus conſecrationis Sacerdotũ facta ſunt ſacrificia: de prima die habetur præcedenti cap. de omnibus aliis ſex habetur Exodi 29. cap. quòd quotidie immolaretur vitulus
B pro peccato: potiſſimum cum in quolibet illorum ſeptem dierum videantur facta omnia ſacrificia, quæ fiebant in prima die, tunc aũt quæretur, an iſta ſacrificia cremarentur igne de cælo miſſo, aut aliquo igne vulgari? nõ eſt autem credendũ illa fuiſſe cremata profano igne: qm̃ tunc ſacrificia conſecrationis Aaron, & filiorum eius, eſſent imperfectiora omnibus ſacrificiis, quæ poſtea facta ſunt: cum omnia poſteriora cremata fuerint ab illo igne cæleſti, manente in altari, vt quibuſdam videtur: hoc autem non eſt dicendum; ideo ignis cæleſtis præfuerat in ſeptem diebus prioribus ad cremandũ ſacrificia in cõſecratione Aaron, & tunc quæritur, an ignis ille quotidie mitteretur à Deo cælitus, an poſtquã ſemper fuiſſet miſſus, maneret ſemper in altari. Quocunque autem modo dicatur, non videtur fuiſſe factũ hic aliquod ſpeciale miraculũ, propter quod
C diceretur apparuiſſe gloria Domini, & populus in facies ruiſſe laudantes Deum: nam ſi quotidie ignis de cælo mitteretur, cum hoc idem factum fuiſſet in hac die octaua nihil à prioribus differebat. Si autem dicamus ignem diuinum in prima die fuiſſe miſſum, & manſiſſe poſtea in altari religione perpetua, non erat eodem modo miraculum combuſtionis huius: quoniam appoſitis carnibus in altari, immediatè cremabantur quæ ponebantur. Item ſatis apparet, ꝙ iſte ignis à principio fuerat in altari: nã cum Deus traderet ſupra 6.c. leges holocauſtorum cremandorum, quod videtur fuiſſe à principio omnium ſacrificiorum, dixit, ꝙ ignis in altari, quo ſacrificia cremãda erant, eſſet ex eodẽ altari, i. quòd non apponeretur aliquis ignis extraneus; ergo à principio fuit ignis ſacer in altari, quo cremarentur ſacrificia, & non videbitur aliquis modus,
D per quem gloria Dei in hac octaua die apparuerit.

Ad hoc reſpondendum eſt, quòd ſacrificia, quæ fecit Moyſes in conſecratione Sacerdotum à prima die vſque ad octauum, fuerũt cremata ſacro igne, qui fuit prima die ſacrificiorum de cælo datus, quamquam de hoc non fiat tam celebris mentio, ſicut ibi, cum agitur de crematione ſacrificij Sacerdotum, & popularium. Et videtur de iſto igne, qui in prima die datus eſt, haberi teſtimonium Exodi 29.c. vbi, cum diceretur de ſacrificiis, quæ fieri debebant in prima die conſecrationis Aaron, & filiorum eius, ſubiungitur: & ſanctificabitur altare in gloria mea, i. apparebit gloria mea ſuper altare, quod ad ignem apparentem pertinet: nam non poteſt hoc dici de conſecratione altaris; ſicut cæterarum rerum Sanctuarij, quæ erat per ſanguinem: quoniam de illo immediatè ſubditur: Sãctifi-
E cabo & Tabernaculum teſtimonij cum altari, & Aaron cum filiis ſuis; vt ſacerdotio fungantur mihi.

Quomodo diceretur Dei gloriam ſuper altare apparuiſſe ad cremanda ſacrificia in octaua die. Quæſt. XVI.

HOC autem conſtito inquiretur, quis fuerit modus, per quem diceretur apparuiſſe gloriam Domini ſuper altare ad cremanda ſacrificia in octaua die, cum ante ibi fuerit? Reſpondendum eſt, quòd quamquam ignis, qui à Deo datus eſt in prima die conſecrationis Aaron, remanſerit: tamen non cremauit ipſe ſacrificia, ſed alius ignis, qui de cælo nouiter deſcendit; nec tamen defecit ignis, qui erat in altari, aut extinctus fuit: quoniam iſte erat perpetuus; ſic habetur ſupra ſexto cap. cum dicitur: Ignis autem in altari ſemper

ardebit, quem nutriet Sacerdos ſubiiciens mane ligna per ſingulos dies, ignis iſte ſit perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Sed dicendum, quòd ſacerdotes abſtulerunt illum ignem de altari, & videtur fuiſſe modus iſte oblationis, ſcilicet quòd Deus volebat iſta octaua die mõſtrare ſpecialiter gloriam ſuam coram omni populo, ad eius conſolationem, & incitationem ad cæremonias cultus; & quòd ſi ille ignis, qui in altari erat, cremaret iſta ſacrificia, nõ videbatur eſſe aliquod miraculum, cum iſte perſtitiſſet à ſeptem prioribus diebus, & foueretur lignis ſuppoſitis in altari, vt habetur ſupra 6.cap. Voluit ergo Deus quòd Sacerdotes tollerent ignem de altari, & ſupponerent ligna, & carnes ſacrificiorum quæ nullo modo incendi poterant, niſi igne à Deo miſſo, & nunc aſpiciente toto populo, venit ignis ſuper ligna, & combuſſit ſacrificia, cum lignis. Similis modus inflammationis & apparitionis gloriæ Domini habetur 3.Regum 18.cap. cum agitur de ſacrificio, quod fecit Elias ſuper montem Carmeli coram Sacerdotibus Baal. Nam poſito ſacrificio ſuper altare de lapidibus, fecit aquam multam ſuperfundi carnibus, & altari, vt difficilior fieret ſubſequens incẽſio: hoc autem tribus vicibus fecit, deinde autem inuocato nomine Domini, venit ignis ſuper ſacrificium, & combuſſit ſacrificium, & altare, & aquam, & puluerem terræ.

Quomodo tolli potuit ignis de altari holocauſtorum quin ibi deficeret. Quæſt. XVII.

SED adhuc quæret aliquis, quomodo potuit tolli ignis de altari holocauſtorum, quin ibi deficeret? Reſpondendum eſt, hunc eſſe modum: Sacerdotes namque quotidie in aurora, cum deberet immolari holocauſtum, tollebant cineres de altari, induti veſtibus ſacris, & ponebãt eos apud altare in aliquo lebete, & deinde relictis veſtibus ſacris, efferebant eos extra caſtra; ſic igitur auferebãt tunc Sacerdotes ligna, quæ erant in altari, & omnes prunas, ponentes in lebetibus apud altare: & hoc factum eſt in aurora diei ad ortum ſolis, tempore quo ſolebant cineres auferri de altari, ſcilicet inter conſummationem ſacrificij veſpertini, & principium ſacrificij matutini, & tunc fuerunt poſita ligna non incenſa ſuper altare, & deſuper ſacrificiorum carnes, & adipes, ita, vt nullatenus cremari poſſent illa ſacrificia, niſi igne de cælo miſſo. Sic autem factum eſt, quando apparuit gloria Domini toti populo, & ignis egreſſus à Domino, id eſt, à Deo concitatus, & ſuccenſus, deuorauit carnes, adipes, & ligna: poſt hoc autem ligna ardentia & prunæ, quæ fuerant ablatæ de altari, relatæ ſunt ad altare, cum prioribus lignis: ita vt iam eſſet vnicus ignis ſacrificia vorans. Et non potuit iſte deficere, ſicut habetur ſupra 6.cap. ſcilicet, quòd eſſet ignis perpetuus, & nunquam deficeret in altari.

Concluſio quæſt. præcedentium. An opinio communis Doctorum tam Catholicorum, quàm Hebræorum de qua ſupra, ſit vera. Quæſt. XVIII.

HÆC autem, quæ dicta ſunt in præcedentibus quatuor quæſtionibus, tenentur communiter, & ſunt ſatis veriſimilia, & intentio eorum ſtat in hoc, quòd ſacrificia Sacerdotum in Veteri Teſtamento ſemper combuſta fuerunt igne cæleſti, & quòd ille ignis ſemper durauit in altari, & non poterat extingui aquis, etiamſi flumina inciderent in illum, & quòd non indigebat nutrimẽto, quia ſine illo ſeruaretur à Deo miraculosè: & tamen volebat Deus, quòd ſacerdos nutriret illum ſubiiciens ligna per ſingulos dies. Prædicta videntur adiuuari ex duobus; Primò, quia hic habetur, quòd ignis egreſſus à Domino, cõbuſſit ſacrificia. Secundò, quod Sacerdotes tempore trãſlationis in Babylonem, abſconderunt ignem in puteo, & poſt multos annos in puteo tempore Neemiæ inuenta ibi fecit aqua craſſa ex qua excitatus fuit ignis, 2. Machab. 1.c. & ita dicunt, quòd ignis iſte, nunquam extinguebatur. Etiam quando portabatur altare, & totum Tabernaculum de loco ad locum per deſertum; ſed volunt quòd portabatur ille ignis abſconditus ſine lignis inter veſtimenta purpurea, quæ erant opertimenta altaris, Num. 4.c.

F & ita dicunt, quòd ſicut iſtud ſacrificium nunc crematum eſt igne Diuino, ita & omnia poſt iſtud, quia ſemper ille ignis idem manſit, & quia non volunt minoris dignitatis fuiſſe ſacrificia, quæ facta fuerunt in ſeptem diebus conſecrationis Sacerdotum: dicunt illa quoque cremata fuiſſe cæleſti igne, & tamen ꝙ de illo non dicitur, quia illa ſacrificia non fiebant præſente populo, & ita non viderunt an ille ignis fuiſſet Diuinus. Nunc verò quia congregato populo, facta ſunt huius octaui diei ſacrificia, deſcendit ignis à Domino videntibus illis. & ita volunt quòd nullũ vnquam ſacrificium fuerit Deo ritè factum, quod nõ fuerit crematum igne Diuino cælitus demiſſo. De his tactum eſt ſupra 6.cap. Dicendum tamen, ꝙ hæc licet à multis teneantur, non videntur eſſe omninò vera, nec ex ſacra Scriptura iſta communicãtur, ſed veritas videtur fuiſſe, ꝙ omnia (*Veritas aucthoris.*) **G** ſacrificia facta ante octauum diẽ, qui fuit primus dies miniſtrationis Aaron, cremabantur igne naturali ſuſcitato de lignis, & non miſſo à Deo: licet ille ignis erat in altari holocauſtorum, & non alibi; & indicabatur ignis ille ſacer, quia erat ad cremandas res ſacras, & erat in loco ſacro, & non liceret in alio loco, vel igne cremari ſacrificia, quod ſi fieret, periret faciens, ſicut fuit de Nadab, & Abiu ſequenti cap. Die autem octaua, voluit Deus ſpeciale miraculum facere, ad oſtendendum dignitatẽ ſacrificiorum ſuorum, ſ. quòd miſit ignem Diuinum, qui cremaret ſacrificia, & poſtea hoc non eſt factum, niſi aliquando multum ſpecialiter, & non in Sanctuario, ſed foris, vt cum deſcendit ignis de cælo, ſuper ſacrificia, quæ fecit Elias in monte Carmelo, 3.Regum 18. Et dicendum de iſto igne, quòd non continuatus fuerit, vt maneret ſemper in alta- **H** ri, nec per ſe, nec cum nutrimento, ſed extinctus fuit; & poſt multa tempora ſubrogatus eſt ei alius ignis naturalis, qui ex lignis ſuſcitatus eſt. Et hoc patet: quia iſta ſacrificia facta fuerunt in conſecratione ſacerdotum in deſerto Sinai, in principio anni ſecundi ab exitu de Ægypto, vt dictum eſt præcedenti cap. & in iſto, & poſtea in quadraginta annis, quibus peregrinati fuerunt Iſraelitæ in deſerto, non fuerunt facta ſacrificia: tum, quia non habebant de quo facerent, cum eſſent in terra, in qua non erat homo, Hierem. 2.c. & ſic non erat aliquid de neceſſariis ad ſacrificia: tum, & præcipuè, propter motum, & caſtrametationem incertam, quia quacũque hora moueretur columna, quæ erat ſuper Tabernaculum, ſiue per diem; ſiue per noctem, mouebant Iſraelitæ caſtra, Numeri 9.cap. & Exo. 40. & ideo neſcirent an poſſent complere ſacrificia, pro- **I** pter quòd nec inchoabant illa. Et hoc apparet, maximè cum circumciſio erat Iudæis magis neceſſaria, quàm omnia cæremonialia & iudicialia legis, cum fuerit prius data, ſcilicet Abrahæ, & cum multa aſtrictione ſeruãdi eam Geneſ. 17.cap. & tamen circumciſionem non ſeruauerunt Iſraelitæ in deſerto, quia nullus eorum, qui nati ſunt in deſerto, per quadraginta annos, circumciſus eſt, ſed poſt tranſitum Iordanis omnes circumciſi ſunt in Galgala, Ioſue 5.c. & hoc fuit propter incertitudinem motus in deſerto, vt ibi colligitur. Ergo, ex eadem ratione non fiebãt ſacrificia aliqua in deſerto. Hoc etiam ſignificauit Moyſes Deuter. 12.c. dicens, ꝙ in deſerto non ſeruabantur præcepta legis, ſed quilibet faciebat quod ſibi placebat, & quòd quando venirent in terram, quam promiſerat Deus, obſeruarent ibi omnia, & facerent ibi ſacrificium in loco quem (*In deſerto nõ fuerunt facta ſacrificia.*) **K** Deus elegiſſet; & ſic apparet, quod in deſerto per quadraginta annos non facta fuerunt ſacrificia, ſed poſtea in terra Chanaan, & conſequenter toto illo tempore non erat ignis in altari, nec ligna: quia fruſtra iſtud fuiſſet, cũ certum eſſet, quòd non debebant offerri nec cremari aliqua ſacrificia; & ideo fuiſſet altare vacuum ſine igne, & conſequẽter, quando moueretur de loco ad locum, non inuolueretur ignis in opertimentis purpureis, cum nullus ignis portandus eſſet, & iſte fuit modus per totam viam deſerti. In terra autem Chanaan locauerunt Sanctuarium primò in Galgalis, deinde in Silo, Ioſue 18.cap. & ibi iam fiebãt ſacrificia ſecundum legem; ſed ignis non deſcendebat tunc de cælo, ſed excuſſo igne de lapidibus, incenſa ſunt ligna in altari, & tunc continuatus eſt ibi ignis per appoſitionem lignorum, quamdiu manſit in Silo Sãctuarium: cum autem tranſlatum eſt in Nobe, & poſtea in Gabaon,

& deinde

& deinde in Ieruſalem in templum Salomonis, transfe- A rebatur altare vacuum igne & lignis, & ita extinguebatur ille ignis, qui poſtea ſuſcitabatur de nouo in loco, vbi locaretur altare, & ibi cõtinuabatur ignis per iugem appoſitionem lignorum: iſte fuit ſtatus illius ignis. Hoc modo planè ponuntur omnia, & ſine miraculo, & ſatisfacimus Scripturæ, quæ non cogit nos ad aliquid aliud. Cum autem dicebatur quòd ille ignis erat Diuinus, quo cremabantur omnia ſacrificia, & ꝙ non poterat extingui aquis, neque indigebat alimento. Videretur rem non ſatis rationalem dici. Primò, quod aſſeritur aliquid quod ex Scripturis non habetur, talia ſunt leuia. Secundò, quia ponitur miraculum ſine neceſſitate, quod inter ſapientes erroneum eſt. Tertiò, quia aſtruitur aliquid contra naturam ſine cauſa, ſcilicet, ꝙ ignis poſſet manere ſine nutrimento, & quòd non extingueretur irruentibus in eum fluminibus. B Quartò, quia ponuntur multa ſuperuacua, ſcilicet portare ignem abſconditum inter veſtes purpureas, & quòd non læderentur veſtes, quod etiam miraculum eſt. Quintò, quia motiua talia aſſerent non ſunt conuenientia: nã dicunt illum ignem ſemper durare, & non poſſe extingui, nec indigere nutrimento: quia dicitur ſupra 6. cap. Ignis iſte eſt perpetuus, qui nunquam deficiet in altari, & tñ nõ dicitur hoc indicatiuè, quaſi dicatur, ꝙ ille ignis ex ſua natura eſſet perpetuus, ſed ponitur imperatiuè, ſcilicet, quòd Sacerdotes facerent illum eſſe perpetuum per continuam appoſitionem lignorum, & apparet quòd iſte ſit ſenſus, quia dicitur ibi: Ignis in altari ſemper erit: quẽ nutriet ſacerdos ſubiiciens ligna manè per ſingulos dies. Ex hoc etiam apparet irrationabile eſſe quod dicũt, id eſt, quòd poſſet ille ignis ſine nutrimento manere: quia C tunc Deus ad quid cum tanta diligentia eũ foueri iuberet, apponendo quotidie ligna, & faciẽdo tot expenſas in lignorum cæſores & portitores? nam ad hoc Gabaonitæ ſeparati ſunt, Ioſue nono cap. & ſecundo Regum 21. maximè: quia ſi poſſet manere ille ignis ſine nutrimentis, iuberet eum Dñs ſic manere, quia maior laus eius eſſet, & maior honor, & dignitas ſacrificiorum ſuorũ. Quòd verò dicunt, non extingui illum ignẽ ab aqua, per id, quod habetur ſupra 2. Machabæorum primo cap. non eſt conueniens probatio: quia ibi non dicitur, ꝙ ignis qui abſconditus fuit remanſit in puteo, ſed ꝙ nõ inuenerunt ibi ignem, ſed aquam craſſam, & illã hauſerunt, quæ non erat ignis, & poſtea cum ligna & ſacrificia perfuſa eſſent aqua illa, orante Neemia accenſus eſt iſte ignis. Et ſic non erat ibi ignis, ſed miraculosè per orationem Neemiæ ſuſcitatus D eſt: immò, ex illo loco magis apparet contra eos, qui dicũt hunc ignẽ eſſe inextinguibilem, quia periit in puteo, cum non inuentus fuerit ibi ignis, ſed aqua craſſa. Quòd verò dicunt, quòd portabatur ille ignis de loco ad locum motis caſtris inter veſtes purpureas; non dicunt moti ab aliquã Scriptura, nec quaſi ſit conueniens dici: ſed quia eſt eis neceſſarium: cum enim aſſerant illum ignem ſemel à Deo miſſum fuiſſe perpetuum, neceſſe erat, quòd portaretur a Iudæis de loco ad locum, in quo multæ difficultates ſunt: etiam quia oportebat tunc foueri lignis per ſingulos dies cum Deus ita iuſſerit. Dicendum ergo ſicut ſupra, quòd iſta falſa ſunt: immo ille ignis non manſit niſi diebus conſecrationis ſacerdotum in monte Sinai. Statim autem permiſſus eſt extingui non appoſitis lignis, & portatum fuit altare vacuum ſine igne per omnes manſiones E deſerti. Cum autem dicunt, quòd etiam in ſeptem diebus conſecrationis fuerit ignis à Deo datus: dicendum, ꝙ hoc falſum eſt: ſed fuit ignis naturalis, quia nihil tale Scriptura dicit; nam ſi talia miracula & tam grandia accidiſſent, Scriptura non tacuiſſet illa: & motiuum nõ eſt conueniens, ſcilicet ne ſacrificia illorum ſeptem dierum eſſent minoris dignitatis, quàm cetera, quia talia fuerunt omnia alia: nunquam enim cremata ſunt in templo igne cæleſti ſacrificia, niſi bis: ſemel in die prima miniſtrationis Aaron: & iterum tempore Neemiæ, ſecundo Machabæorum primo cap. ideo falſa videntur iſta, & tenendum eſt quod diximus. *Et ecce egreſſus ignis a Domino*, id eſt, quòd Deus cauſauit quendam ignem ad cremanda ſacrificia, qui dicitur egreſſus ab illo, quoniam ipſe ſolus illum fecit. *Deuorauit holocauſtum, & adipes qui erant ſuper altare*. In

Ad argumentum communis opinionis reſponſio.

Miracula non ſunt ponenda ſine neceſſitate.

Hac de re vide ſuperius c. 3. q. 6. & cap. 6. q. 1.

hoc autem ſciendum eſt, quod omnia ſacrificia, quæ ſupra Aaron feciſſe enarratur, ſimul combuſta ſunt, & ipſa vocantur hic holocauſtum, & adipes. Erãt autem iſta ſacrificia à populo, & à Sacerdotibus oblata: nam Sacerdotes obtulerunt arietem in holocauſtum, & vitulum pro peccato: populus autem obtulit hircum pro peccato, & vitulum atque agnum anniculum in holocauſtum, & bouem & arietem in pacificas hoſtias. Hæc autem comprehenduntur nomine adipum, & holocauſti: nam aries oblatus à ſacerdotibus holocauſtum erat, & agnus anniculus, & vitulus pro popularibus immolati, holocauſtum dicebantur: & iſta tria animalia holocauſti nomine aſſumuntur, tanquam vnum eſſet holocauſtum. Obtulit etiam populus pro peccato hircum, de quo nihil Deo cedebat præter adipes: carnes autem, & pellis ſacerdotum iuri cedebant. Obtulit etiam populus bouem & arietem, in victimas pacificas, de quibus nihil Deo cedebat præter adipes cum arietis cauda, vt patet ſupra 3. cap. Obtulit ẽt Aaron ſacrificium pro peccato, ſcilicet vitulũ, de quo nihil Deo cedebat, præter adipes: carnes nãque extra caſtra crematę erant. Pertinebãt ergo ſacrificia pro peccato ſacerdotum, & pro peccato populi ad ſolos adipes; quoniam de eis nihil præter adipes oblatum eſt, vt patet ex prædictis. Dicitur autem ignis ille combuſſiſſe hæc omnia, quoniam erãt ſimul poſita ſuper altare: nam holocauſtum pro peccato ſacerdotum poſitum eſt ſuper altare in ipſis lignis: & ſuper illud locati ſunt adipes ſacrificij pro peccatis ſacerdotum: deinde locatæ ſunt carnes holocauſti populi, & adipes victimarum pacificarum, atq; ſacrificij pro peccato: omnia enim in vnum aggerem ſuper altare locata ſũt: & tunc ignis egreſſus à Domino, omnia iſta ſimul combuſſit. Et quanquam ſacrificia pro ſacerdotibus fuerint facta priuſquã ſacrificia pro popularibus: non tamen fuerunt prius combuſta, ſed vtraque ſimul, ignis à Deo miſſus exuſſit. *Quod cum vidiſſent turba, laudauerunt Dominum*, id eſt, poſtquam populus vidit iſtud mirabile, quod acciderat in emiſſione ignis à Deo, & crematione ſacrificiorum: & ſciens quoniam hoc à Deo erat, laudauit Dominum pro impenſo beneficio, quòd voluerit eis monſtrare gloriam ſuam, acceptãs eorum ſacrificia. Sic etiam quaſi factum eſt ſecundo Machab. 1. vbi cum tempore Neemiæ inquirerent Iudæi ignem, quem reliquerant in puteo quodam euntes in Babylonem, reperierunt aquam craſſam, quam cum appoſuiſſent ſuper ſacrificia, & altare, incẽſus eſt ignis cremans ſacrificia. *Ruentes in facies ſuas*, id eſt, viſo tanto miraculo, corruerũt ante Dominum ſuper facies ſuas, ſcilicet ponentes os ſuper terram. Sciẽdum autem, ꝙ hoc poterat dupliciter euenire, vel ex timore, aut ex reuerentia magna: ex timore autem: vt cum aliquãdo nos aliqua terribilia videntes viribus deſtituti collabimur: ſed hoc ad malum quoddam pertinere videtur nobis in pœnam inflictum. Alio modo ruere in faciem, dicitur eſſe ex reuerentia; vt cum Deus ad aliquem loquitur, & ipſe ex reuerentia ſe inclinat corã eo, ſicut apparet de Abraham, vt habetur Geneſ. 17. cap. cum Deus dixit ei, quod multiplicaret ſemen eius vehementer nimis: cecidit Abraham pronus in faciem ſuam. Simile habetur Geneſ. 18. cap. & multoties alibi: turbæ autem, quæ hic ruerunt in facies ſuas, non id fecerunt ex timore: quoniam non videbatur inferendum eis in hoc aliquod malum. Item, quoniam populares præcognouerant deſcenſurum iſtum ignem de cælo ad cremandũ ſacrificia, quia ſupra dixerat eis Moyſes: Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus, facite & apparebit vobis. Ex hoc igitur exiſtẽtes ſecuri de gloria Domini apparitura, non poterant timere cum appareret. Item, quia hic dicitur, quòd turbæ videntes iſtud ſignum factum à Deo, laudauerunt Dominum, ruentes in facies ſuas: ſed manifeſtum eſt, quòd ſi ex timore Deum laudare debuiſſent, & corruerent in terram, corruiſſent quidem certiſſimè, ſed laudare non potuiſſent, quoniam laus attentionem exigit, quæ in attonitis eſſe non poteſt. Dicendum ergò, quòd populus ruit in facies ſuas ex reuerentia, non ex timore.

Ruere in faciẽ duplici de cauſa fit.

CAP. X.

Infra 6. Num. 3. 3.26.

ARREPTISQVE Nadab, & Abiu filij Aaron turibulis, poſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offerentes coram Domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat. Egreſſuſq; ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino. Dixitq; Moyſes ad Aaron: Hoc eſt quod locutus eſt Dominus: Sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron. Vocatis autem Moyſes Miſaele, & Eliſaphan filijs Oziel patrui Aaron, ait ad eos: Ite & tollite fratres veſtros de conſpectu Sanctuarij, & aſportate extra caſtra. Confeſtimq; pergentes, tulerunt eos ſicut iacebant, veſtitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt ſibi fuerat imperatum.

Pſ. 105.

Filij Aaron occiduntur.

ARREPTISQVE. Dicto de Sacerdotum conſecratione, & officij adminiſtratione, agitur de quorundam Sacerdotum perditione, ſcilicet de Nadab, & Abiu morte, & tanguntur tria; Primò, euētus combuſtionis; Secundò, actus correctionis; Tertiò, in ſacrificiis defectus comeſtionis. Secunda ibi: *Dixitq; Moyſes.* Tertia ibi; *Locutuſq; eſt.*

Quomodo miniſtratio thymiamatis fuerit conceſſa duobus filijs Aaron, & quare combuſti fuerint. Quæſt. I.

CIRCA Primum ad euidentiam eorum, quæ in hoc cap. continentur, ſciendum eſt, ꝙ iſta dies octaua, de qua in præcedenti cap. dicitur fuit prima dies, in qua Sacerdotes conſecrati miniſtrauerunt: nã per dies ſeptem precedentes durauerat conſecrationis ritus. In iſta autem octaua die, Aaron miniſtrauit faciens omnia ſacrificia: filios autem eius, (qui ẽt conſecrati erant in Sacerdotes) decebat, vt aliqua miniſteria facerent: vnde præced. cap. dicitur, quòd filij Aaron obtulerunt ei ſanguinem hoſtiarum apud altare: obtulerunt quoque carnes conciſas ad diſponendum in altari ſuper lignorum ſtruem; alia quoque miniſteria eiſdem relicta ſunt. Et quia cremare thymiama ſuper altare thymiamatũ, & diſponere lucernas erat miniſtratio quotidiana, ſemel in aurora, & ſemel ad veſperũ, vt habetur Exodi 30. cap. fuit iſta miniſtratio tradita filiis Aaron in eadem die, & quia iſta miniſtratio erat aliquantæ dignitatis, fuit conceſſa maioribus filiis Aaron, ſcilicet Nadab, & Abiu. duo autem minores, ſ. Eleazar, & Ithamar non miniſtrauerũt, ideo illi duo primi ſolum combuſti ſunt, cum erraſſent in miniſtrando.

Quare agatur hic de Nadab, & Abiu Sacerdotum perditione. Quæſt. II.

FVIT autem iſte caſus hic poſitus, quamuis non pertineat directè ad legem ſacrificiorum. Sunt tñ duæ cauſæ propter quas hic ponitur. Prima fuit, quoniã iſtud fuit incidens eadem die, in quo facta ſunt ea, quæ enarrantur præcedenti capite. Etiam fuit in illis de quorum conſecratione ſupra actũ eſt: fuit etiam aliquo modo pertinens ad ritum ſacrificiorum quanquam indirectè: cum hic dicatur, quòd Sacerdotes iſti combuſti ſunt, quia obtulerunt ignem alienum: ex quo inſurgit quoddam documentum affirmatiuum, ſcilicet, quòd in ſanctuario debet ſolum miniſtrari in igne ſacro, qui eſt ſuper altare holocauſtorum, nullo profano igne appoſito.

Secunda cauſa huius eſt: quoniam Deus volebat mouere Iſraelitas ad cultum ſuum, & erant mouendi per timorem, quia erant viri imperfecti; ideo conueniẽs fuit enarrare hic aliquem caſum, & magnam pœnam inflictam peccantibus, vt ſic audientes timerent, & à ſimilibus erroribus abſtinerẽt: verba namque enarratiua inflictarum pœnarum, audientibus timorem incutiunt, vt habetur 1. Regum 3. cap. cum dicitur: Ego faciam verbum, & quicunque audierit tinnient ambæ aures eius. Enarratio autem iſtius horrendæ pęnæ inflictæ ſacerdotibus malè miniſtrantibus, omnes poſteros ad cuſtodiam diligentem cæremoniarum Dei poſſet incitare. Decens ergo fuit, vt poneretur hic iſta percuſſio.

F *Arreptiſq; Nadab, & Abiu filij Aaron turibulis*, id eſt; Nadab & Abiu filij Aaron arripuerunt turibula: iſti enim acceperunt illa ad miniſtrandum.

Pro quo ſciendum eſt, quòd miniſterium quoddam erat perpetuum in altari thymiamatũ, ſcilicet, quòd quotidie incenderetur thymiama ſuper altare in mane, & in veſpere, vt habetur Exodi trigeſimo cap. fiebat autem hoc modo, ſ. ꝙ in altari holocauſtorum erant quinque genera vaſorum, ſ. lebetes, & fuſcinulæ, & vncini, & forcipes, & ignium receptacula; de quibus omnibus dictũ fuit Exodi 27. & 38. c. omnia aũt iſta quatuor vtenſilia, pertinebãt ad vſus altaris holocauſtorum; quintum autem eorum, ſcilicet ignium receptaculum pertinebat ad altare thymiamatũ: nam nullus vſus eius erat in altari holocauſtorum, ideo pendebat iſtud receptaculum ignis de cornibus al-

G taris holocauſtorum inter cetera vaſa. Et quamquam dicamus vnum receptaculum ignis: tamen plura erant, qm̃ etiam ipſa litera Exodi 27. cap. dicit eſſe ignium receptacula: vnde plura ſunt. Erãt autem iſta ignium receptacula quædam vaſa ænea capacia, & concaua ad ponendum prunas: Sacerdotes autem in aurora accipiebant turibula iſta, ſiue ignium receptacula, & ponebant in eis prunas de altari holocauſtorum, atque thymiama: & inferentes imponebant altari thymiamatum; cumque exuſtum fuiſſet thymiama, reducebatur illud vas ablatum de altari thymiamatum cum cineribus ſuis, ad altare holocauſtorum: ibiq; conſeruabatur vſque ad veſperum, vt iterum ſimilis fieret miniſtratio. Erat nãque in qualibet die miniſtratio hæc ad mane, & ad veſperum, vt habetur Exodi trigeſimo cap. Iſta autem vaſa, in quibus fiebat hæc mini-

Quid ignĩũ receptacula ſint.

H ſtratio, quoniam ſuſcipiebatur in eis tus, turibula vocabantur; de quibus hic dicitur, quòd arripuerunt turibula Nadab, & Abiu, & poſuerunt deſuper incenſum. Dicitur autem hic arreptis, quoniam arripere quãdam impetuoſitatem ſignificat: ſic habetur Geneſ. trigeſimo quarto, cum dicitur: Arreptis duo Iacob filij Simeon, & Leui fratres Dinæ, gladiis, ingreſſi ſunt vrbem: ibi. n. impetus irati hominis ad pugnam deſignatur. Sic etiam Exodi 32. cap. dicitur: Arripiens vitulum, quem fecerãt, combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, vbi etiam impetus valde irati hominis deſignatur: quoniam Moyſes magna indignatione permotus, contriuit vitulum, & combuſſit. Hic autem dicuntur iſti arripuiſſe, quoniam per quendam contemptum, ſiue per paſſionem fecerunt: vnde in hoc fuit quædam pars culpæ eorum; vt comburi mererentur. De

Turibulũ vnde ſit dictum.

I hoc tamen magis infra dicetur: nam vt quidam volunt, iſti ebrij erant cum miniſtrarent: impetus autem ebrietatis turbulento motu, atque incompoſito homines trahit. Quidquid autem ſit, iſti videntur ex aliquo impetu, vel cum irreuerentia turibula aſſumpſiſſe, quod hic arripere ſignat: *Nadab & Abiu filij Aaron.* Præter hos erant alij duo filij Eleazar, & Ithamar: iſti tamen non miniſtrauerunt offerentes incenſum, cuius cauſa eſt: quoniam miniſterium iſtud erat magni honoris, ideo tribui debebat viris magis honoratis: ſic autem Nadab, & Abiu, cum eſſent maiores natu filij Aaron. Item patet eos fuiſſe honorabiliores: quoniam cum Deus iuſſiſſet aſcendere Aaron & ſeptuaginta ſeniores cum Moyſe ad montem Sinai, mandauit quoque vt aſcenderent illuc Nadab, & Abiu: nõ tñ aſcenderũt alij duo minores filij, ſ. Eleazar, & Ithamar, vt

Eleazar & Ithamar filij Aaron quare nõ offerebãt incẽſum.

K habetur Exodi 24. cap. cum dicitur: Moyſi quoque dixit aſcende ad Dominum tuum & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta ſeniores Iſrael, & adorabitis procul.

Impoſuerunt ignem, & incenſum deſuper. i. acceperunt iſti duo turibula duo, q̃ pẽdebãt de cornibus altaris holocauſtorũ: & ſuper illa poſuerũt prunas, q̃ nõ erãt de igne altaris holocauſtorum, ſed de igne profano, & deſuper poſuerũt incẽſum, vt introducerẽt ad cremãdũ corã Dño in altare thymiamatũ. Erat aũt iſtud altare thymiamatũ intra Tabernaculũ, vt habetur Exodi 30. cap. incenſum aũt, de quo hic dicitur, non erat ſimplex incenſum, ꝙ tus appellatur, ſed erat alterius modi, ſcilicet compoſitum ex multis ſpeciebus, habetur Exodi 30. cap. de cuius compoſitione ibi agitur. *Offerentes coram Domino ignem alienum.* ſcilicet, quòd iſti duo Sacerdotes offerebant coram Domino de igne alieno. Nec tamen intelligendum eſt,

quod

quod ipſi iam eſſent offerentes ignem alienum, quando à Domino combuſti ſunt: nam miniſtratio iſta fiebat in altari thymiamatum, quod erat intra Tabernaculum; iſti autem Sacerdotes cõbuſti ſunt coram altari holocauſtorum; nam inde exiuit ignis à Domino, qui combuſſit eos, ſed dicuntur iſti offerentes ignem alienum, nõ quòd eum actualiter offerrent, ſed quòd iam in turibulis poſuerant offerre parantes, niſi morte præoccupati fuiſſent. Fuerunt autem à Domino combuſti antequam offerrent. Dicitur, quòd iſti offerebant ignem alienum, quoniam ad omnes miniſtrationes erat ignis ſacer, ipſi autem ignem profanũ aſſumpſerũt, quod quidem ſatis magnum peccatum erat, & contemptus Dei, ſicut ſi quis Deo animalia immunda obtuliſſet.

Quomodo Sacerdotes iſti poterant ignem alienum coram Domino offerre. Quæſt. III.

SED quæret aliquis, quomodo Sacerdotes iſti poterant offerre ignem alienum coram Domino: nam erant in atrio Tabernaculi, in hoc autem non videbatur eſſe aliquis ignis alienus.

Reſpondendum eſt, ꝙ in atrio Tabernaculi erat ignis ſacer, qui dicitur ignis in altari, erat etiam ignis profanus, & iſte erat, qui conueniebat ad coquendum carnes ſacrificiorum pro peccato, & victimas pacificas: nam vt patuit ſupra 8. cap. in omnibus illis diebus, quibus fuit conſecratio facta, manebãt Sacerdotes in atrio Tabernaculi, & ibi coquebant carnes apud oſtium Tabernaculi. Sed hoc manifeſtum eſt, quòd nõ erat ſuper altare, ſic autem in ſacrificiis pro peccato patet: nam intra Sancta Sanctorum Sa- C cerdotes coquebant carnes illas, & comedebant, vt habetur ſupra, 6. cap. de hoc ergo igne, qui erat in Sanctuario, poterant Nadab, & Abiu accipere ad offerendum coram Domino. Sed dicet aliquis, quòd forte illa die non erat ibi ille ignis profanus; ideo non videtur, vnde potuiſſent accipere ignem alienum. Cui reſpondendum eſt, quod in hac octaua die, in qua Nadab, & Abiu combuſti ſunt, & obtulerunt ignem alienum, erat ignis profanus in Sanctuario: nam neceſſarius erat ea die ad ſacrificiorum carnes coquendum, quæ cedebant Sacerdotibus: nam ea die Sacerdotes habuerũt partes victimarum pacificarum populi, ſ. de agno anniculo, & de boue: habuerunt etiam totum hircũ pro peccato, qui cedebat eis in iura ſua, vt patet infra, cum dicatur, ꝙ Moyſes conqueſtus eſt de Aaron reperiens hircum pro peccato combuſtum, quare nõ come- D diſſent illum. Ad has igitur carnes ſacrificiorum coquendas neceſſarium eſt, vt eadem die fuiſſet ibi ignis profanus, de quo Nadab, & Abiu aſſumpſerunt.

Quomodo Nadab, & Abiu ad ignem alienum offerendum moti fuerint. Quæſt. IIII.

SED adhuc quæret aliquis, quod fuerit motiuum iſtorum ad offerendum ignem alienum, cum haberent ibi ignem altaris, de quo poterant offerre. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fecerunt turbati mente propter ebrietatem, vt volunt Iudæi: non poterant ergo diſcernere quid eis agendum eſſet, an de igne ſacro, vel profano offerrent; ſed de hac ebrietate an fuerit in Sacerdotibus infra dicetur. Poterat autem forte fieri ex contemptu cæremoniarum Diuinarũ E nõ curantes an de ſacro, vel profano offerrent, nihil in hoc exiſtimantes differre; poterat quoque fieri ex quadã inaduertentia cæremoniarum, & ad hoc ſuffragabatur, quòd iſti noui erant in miniſtrando, nunquã enim ante hoc miniſtrauerãt, quia vt dictum fuit ſupra, iſta erat octaua dies à principio conſecrationis, in qua ipſi miniſtrare incęperunt, non mirum igitur ſi indocti adhuc erant, & hæc videtur eſſe conuenientior ratio atque motiuum ipſorum. *Quod eis præceptum non erat*. id eſt, non fuerat eis mandatum, quod offerrent de igne alieno, ſed de eo, qui erat in altari, quamquã vbi hoc mandatum fuerit, nõ ſatis patet, quia tamen hic dicitur, quod eis non mandatum fuit offerre de igne alieno; ſatis manifeſtum fuit, quòd alibi mandatum fuerit etſi non exprimatur.

Secundum tamen eſt, quòd ſecundum veritatem huius A litteræ non inferebatur, quòd Deus iuſtè occiderit Nadab, & Abiu, quoniam dicitur, quòd nõ præcepit eis Dominus offerre de igne alieno, ex hoc tamen non ſequitur, quòd peccauerint, ſi obtulerunt, quoniam quamuis Deus non præcepit Sacerdotibus offerre de igne alieno, tamen non ex hoc obligabantur ad non offerendum de igne alieno, ſed cum vetuiſſet, nam id quod non poſitũ eſt in lege, nihil obligat, & ſic ſi Deus nõ iuſſiſſet, de quo igne offerrent coram ipſo in altari thymiamatum, ſed ſimpliciter protuliſſet, quòd offerrent ignem, & incenſum ſuper altare thymiamatum, quamuis offerrent de igne alieno, non peccarent, erat namque eis indifferens offerre, de quo vellent; ſed eſt ſenſus, quòd Deus non præceperit Sacerdotibus offerre de igne alieno, id eſt, ꝙ vetuit offerri de illo. *Egreſſuſq. ignis à Domino deuorauit eos*. id eſt, Deus miſit ignem, B qui cremaret iſtos Sacerdotes, erat autẽ iſte ignis, qui erat ſuper altare holocauſtorum, & dicebatur egredi à Domino, id eſt, ab altari, in quo erat Deus, vel egredi ab eo, quoniam Deus illũ egredi faciebat: nam naturaliter non poterat ille ignis egredi in tranſuerſum ad cremandum illos duos Sacerdotes: eſt enim motus ignis naturalis ſurſum ad locum leuitatis, motus autem iſte fuit lateralis, potiſſimum, quoniam directe fuit iſte ignis egreſſus cõtra Sacerdotes iſtos, & non ad aliquam aliam partem Sanctuarij.

Fuit autem iſte modus ſic factus, Sacerdotes enim acceperũt prunas in turibulis de igne alieno, qui cum intraturi eſſent per oſtium Tabernaculi ad ponendum turibula ſuper altare thymiamatum, egreſſus eſt ignis ab altari, quod erat prope oſtium Tabernaculi, & deuorauit Sacerdotes, ſic videtur in littera infra cum dicitur: Ite, & tollite fratres veſtros de conſpectu Sanctuarij, & aſportate extra caſtra. Et ſic dicitur, quòd iſti erant mortui iacentes in conſpectu Sanctuarij. Vocat autem Sanctuarium ipſum Tabernaculum: non enim poteſt accipi pro atrio, & toto Sanctuario, quia tunc iacerent iſti extra atrium ad hoc, ꝙ eſſent in conſpectu Sanctuarij, ſed falſum eſt. Dicuntur ergo fuiſſe in conſpectu Sanctuarij, id eſt, ante oſtium Tabernaculi. Fuit autem iuſtè factum, vt iſti cremarentur ab igne, qui erat in altari: nam per quę quis peccat, in his torqueri debet: hi autẽ peccauerunt in igne altaris, ergo debebant puniri in igne altaris. Hoc autem patet: quoniam iſti debebant ſuſcipere de igne altaris ad cremandum incenſum coram Domino, & acceperũt autem de igne alieno, ideo debuit ignis altaris eos punire. Sic enim puniuit, quoniam egreſſus eſt ab altari ignis, & cremauit Sacerdotes.

Modus egreſſionis ignis.

Quare iſti Sacerdotes puniti fuerint igne.

Quare Deus Nadab, & Abiu Sacerdotes cremauerit, & propter quid alienum ignem acceperunt. Quæſt. V.

CIRCA hoc autem aliquis inquiret, quæ fuit cauſa quare Deus cremauerit iſtos Sacerdotes? In quo aliqui reſpondent, quod fuerunt cremati propter malum, ꝙ fecerunt in monte Synai, quando viderunt Dominum, & comederunt atque biberunt, vt habetur Exodi 24. nã dicit ibi Rabbi Salom. quòd omnes illi, qui viderũt ibi Dominum, & comederunt, atque biberunt, peccauerunt, & per hoc punitiones in eis factæ ſunt: punitionem autem dicũt factam in Nadab, & Abiu, quando cremati ſunt hic. De ſenioribus autẽ ſeptuaginta, & de omnibus aliis dicit alibi fuiſſe factas punitiones. De hoc tamen an iſti peccauerint videndo Deum, & poſtea comedendo, latè dictum eſt Exodi 24. cap. & concluſum, quod non peccauerunt; quamquam tamen daretur, quod peccaſſent, nõ ſequebatur, quod propter hoc puniti ſunt hic; nam hic exprimitur cauſa ſpecialis, propter quam puniti ſunt, ſ. quia ignẽ alienum obtulerunt: non igitur poteſt ſtare, quod fuerunt combuſti, niſi quia obtulerunt ignem alienum; & iſta eſt poſitio communis, & eſt neceſſaria ſecundum litteram. Quomodo tamen iſti alienũ ignem obtulerint, multi dubitant. Dicit autem Rabbi Salomon, & Rabbi Moyſ. & Rabbi Simeon, quod iſti erant ebrij; ideo neſcierunt quid offerrent, ſicut ebrius in luce titubat. Quod fundant per id, quod habetur in principio litteræ, ſ. arreptis Nadab, & Abiu turibulis, poſuerunt deſuper incenſum, arripere autem impetuoſitatem quandam, & paſſionem perturbatæ mentis

Dubium multorũ Iudæorũ.

mentis notat, quod ebrietati ſatis conuenit. Secundò probant, quia infra habetur præceptum Domini, ne Sacerdotes bibant vinum, aut aliquid, quod inebriare poteſt eo tempore, quo miniſtrant, vt habeant ſcientiam diſcernendi, ſed hoc immediatè ponitur poſt iſtorum interitum; videtur igitur ob hoc dictum, quod iſti inebriati fuerint, & ob hoc non habuerint vim diſcernendi de bono, & malo, & igne ſacro, & non ſacro. Sed non multum videtur, quod iſti inebriati eſſent. Primò, quia tunc erat ſatis diluculo, ſcilicet, quando iſti venerunt ad Sanctuariũ ad miniſtrandum coram patre ſuo, quoniam neceſſarium eſt, quòd iſti veniſſent ad cæremonias ſacrificij matutini. Sacrificium autem iſtud fiebat in ortu ſolis. De hoc patet: quia præcedenti cap. dictum fuerat, quod iſtæ cæremoniæ ſacrificiorum deberent fieri abſque cæremoniis matutini ſacrificij, ſed cum ſoli quatuor eſſent filij Aaron Sacerdotes, & ipſe Aaron cũ eis, non videtur poſſe fieri, quòd aliquis eorum veniret ſine aliis: præcipuè, quia iſti venerunt omnes ſimul ad iſta ſacrificia, cum Moyſes vocauerit tam patrẽ, quàm filios: quia ergo diluculo venerant, non videtur, ꝙ iam ebrij eſſent, cum homines alicuius honoris, vel bonitatis, etiã ſi aliquando inebrientur, non tamen diluculo inebriari ſoliti ſunt. Sic igitur non eſſent in aurora Nadab, & Abiu ebrij, cum veniſſent ad Sanctuarium. Et iſta conueniens ratio eſt: nam ſimili ratione vtitur Beatus Petrus in Actis Apoſtolorum cap. 2. cum Hebræi dicerent Apoſtolis, quòd ebrij eſſent, quando loquebãtur variis linguis aduenientе ſuper eos Spiritu Sancto: non enim, ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia. Si igitur dici poterat rationabiliter in argumentatione, ꝙ Apoſtoli non erant ebrij, nec erat veriſimile eos eſſe ebrios; quia tũc erat hora diei tertia, ſic & diſſimilius veritati erat iſtos eſſe ebrios, cum venerint ad miniſtrandum in Sanctuarium in hora prima diei, ſ. ad ortum ſolis. Item, non eſt ſatis conueniens, quòd iſti eo tempore ebrij eſſent: quoniam iſta erat prima dies, in qua miniſtraturi erant in Sanctuario, & hoc eis prædictum fuerat: non ergo conueniens erat dici iſtos eſſe ebrios: nam dato quod iſti viri viliſſimi eſſent, cũ tamen ſcirent iſtam eſſe primam diem miniſtrationis ſuæ, & totum populum illuc congregandum, ſaltem honoris quodam permoti deſiderio attente ſe habere corã toto populo laborarent, ne in deriſum ab hominibus haberentur. Item ſi iſti propter ebrietatem feciſſent, cum iſtud vitium valde turpe ſit, increpaſſet Deus iſtorum prauitatem, poſtquam mortui ſunt, ſed de hoc nihil habetur, ergo non eſt veriſimile. Item, ſi iſti ita ebrij eſſent, vt neſcirent quis eſſet ignis ſacer, vel ignis profanus, aut de quo igne ſibi ſumendum erat, eſſet in eis magna mentis perturbatio, hanc autem exterioribus indiciis ſatis facile colligi erat, ſicut in hominibus, qui valde ebrij ſunt, ebrietates ſigna faciliter deprehenduntur; deprehendiſſet igitur Moyſes, vel Aaron, aut Eleazar, vel Ithamar ebrietatẽ Nadab, & Abiu, & tunc vetuiſſent eis ne miniſtrarent; hoc tamen non factum eſt, ergo non videtur, quod fuiſſent ebrij. Item, prius filij Aaron obtulerũt ſanguinem victimarum Aaron exiſtenti apud altare, & excoriauerunt pecora immolata, atque conciderunt in fruſta partes ipſas ſuper altare offerentes Aaron, hanc autẽ miniſtrationem, vel iſti ſoli fecerunt, vel ipſi principaliter, quoniam maiores filij Aaron erant, & in omnibus ſacrificiis principaliores eſſe debebant. Si autẽ hi ebrij fuiſſent, apparuiſſet in his miniſtrationibus, quia difficiliores erant, quàm accipere ignem, ſed non apparuit, ergo non erant ebrij. Dicendum autem eſt, quòd hi non acceperunt ignem alienum, quaſi mente perturbati propter ebrietatem, quoniam (vt dictum eſt) non erat veriſimile eſſe in illis tunc. Sed fecerunt hoc ex contemptu quodã, vel, quod veriſimilius eſt, fecerunt hoc ex quadam inaduertentia, & ignorantia: nã hoc facile ſatis erat, quia iſti noui in miniſtratione erant, cum nunquam ante miniſtraſſent: incipientibus autem aliquam miniſtrationẽ, facile eſt errores contingere, nec poſſunt ita cautè operari ſicut illi, qui ex habitu operantur, nec erat difficile eos ignorare ea, quæ dicta fuerant ſibi de offerendo ignem ſacrum ſuper altare, quoniam incipientes aliquas res nouiter exequi, frequenter ſtupefiunt propter non habere habitum, qui hominem habilitat, & agit, vt faciliter operentur, vt patet per Ariſt. 2. Ethicorum. Cõtingit igitur multoties, vt illi, qui noua opera incipiunt, etiam circa quædam notiſſima perturbentur, & errent. Quicquid tamen fuerit, oportet, quòd hic acciderit aliquã negligentia: aliàs enim non puniti fuiſſent vltimo ſupplicio. Ad rationes autem Rabbi Salomonis ſatis facilè reſpondetur. Ad primam cum dicitur, quòd hic ponitur arripere, quod ſignat quandam impetuoſitatem. Dicẽdum eſt, ꝙ quamuis ſecundum vim huius dictionis, impetus quidam deſignetur, tamen in Sacra Scriptura non ſemper obſeruatur proprietas vocũ, ſicut in pleriſque patet locis, ſic hic quoque non fuiſſe ſeruatam proprietatem vocis dici poteſt: potiſſimum cum littera Hebraica, à qua arguendum eſt, non faciat aliquam differentiam hic in virtute huius dictionis, ſed ſimpliciter capere, vel ſumere dixit, tranſlator autem noſter arripere poſuit, quod ex virtute Latini idiomatis impetum quendam ſignat, non tamen ſemper vocum proprietas obſeruatur, vt dictum eſt.

Quòd Nadab, & Abiu Sacerdotes non fuiſſent ebrij.

Propter quid Nadab, & Abiu alienum ignem acceperint.

Ad argumenta Iudæorũ. Ad primum.

Ad aliam rationem, cũ dicitur, quòd hic Deus ſubiunxit, ne ſacerdotes vinum biberent, non ſufficienter inducitur, quod dictum fuerit hoc, quoniam Nadab, & Abiu ebrietate turbati errauerint in miniſtrando, ſed eſt quædam præſumptio multum remota, quæ ſatis tollitur etiam de iure, per aliam præſumptionem fortiorem. Cum igitur ſolidior ex præcedentibus præſumptio inducatur, hæc ſatis aboletur.

Ad ſecũdum.

An mors Nadab, & Abiu iuſtè inflicta fuerit. Et quare pœnæ inflictæ à Deo maiores ſint, quàm pœnæ inflictæ à legiſlatoribus. Quæſt. VI.

NVNC autem inquirendum eſt de iſta morte Nadab, & Abiu, an iuſtè inflicta fuerit: quoniam fortaſſis alicui videbitur pro paruo delicto vltima illa fuiſſe illata ſupplicia.

Ad ꝙ dicendum eſt, iſtam mortem ſatis iuſtè illatam fuiſſe: nam tunc aliquis iuſtè puniri dicitur, quando culpa maior eſt, quàm pœna, aut ſaltem æquantur, ita vt culpæ grauitas à pœnæ quantitate non excedatur. Sed hic fuit illata pena minor adhuc quàm culpa, ergo mors iſta iuſtè illata eſt. Quod apparet: quoniam pro quolibet peccato mortali quantumcunque illud paruum ſit, infernalis pœna debita eſt; ſic etiam infligitur, ſed ipſa maior eſt, quàm quælibet pœna temporalis, etiam quam omnes infligerentur ſimul; ergo pro quocunque peccato mortali mors temporalis iuſtè infligitur, quantumcunque illud paruum ſit. Nos tamen in his fortè admiramur, quoniam reſpicimus conditionem legalium pœnarum: in legibus namque humanis, nũquam capitalis pena imponitur, niſi pro maximis criminibus; Cũ ergo nos videamus aliqua peccata, quæ ad maxima pertinere non videntur, exiſtimamus iniuſtam fieri punitionem, ſi pro illis temporalis mors infligatur. Sed in hoc conſiderandum eſt non fieri cõuenientem comparationem in inflictione penarum de legibus humanis ad leges Diuinas; & hoc propter tria. Primò, quoniam leges humanæ puniunt ad corrigẽdum, Deus autem in ſtatu moriẽtium, magis punit ad cruciandum, vel vlciſcendum. Quod patet; quoniam illi, qui in inferno ſunt puniũtur, non vt emendentur, ſed, vt in æternum crucientur. Aliquis autem arguet de his, qui in purgatorio ſunt, quoniam à Deo puniuntur, tamen nõ æternaliter cruciantur, ideo dicitur ad corrigendum, non ad vlciſcendum factum. Reſpondendum eſt, eos, qui in purgatorio ſunt, non puniri ad emendationem, ſed vltionem, quoniam ſoli illi puniuntur, vt corrigantur, qui mali eſſe poſſunt, illi tamen qui in purgatorio ſunt, non poſſunt eſſe mali, quia iam non ſunt in ſtatu merendi, nec demerendi, ſed in ſtatu recipiendi præmium pro merito, vel demerito, & pertinent ad confirmatos in gratia, ſicut illi, qui ſunt in Paradiſo, ergo non poterunt peccare, nec propter aliquam emendationem puniẽtur, ſed propter vltionem. Item punitio ad correctionem ſolum datur illis, qui mali ſunt, vt boni fiant, ſed illi qui ſunt in purgatorio mali non ſunt, ergo non punientur ad correctionem. Patet antecedens, quoniam ſi alij quam mali punirentur ad correctionem, diceremus bonos puniri, & ſic contingeret eos, qui

Triplici de cauſa non fit in pœnarum inflictione de legibus humanis ad Diuinas conueniens comparatio.

An illi qui ſunt in purgatorio puniantur ad vltionem, vel ad emendationem.

in

in vita æterna ſunt,& boni ſunt puniri, hoc tamen falſum eſt. Quòd autem illi, qui ſunt in Purgatorio boni ſint, manifeſtum eſt, quoniam in charitate deceſſerunt, nullus.n. in purgatorio eſt, aut eſſe poteſt, qui non in charitate deceſſerit, huiuſmodi autem omnes boni ſunt. Neceſſarium igitur eſt, vt punitio illa non ad emendationem, ſed ad vltionem ſit. Eſt autem hoc modo ad vltionem, quoniam iſti, qui in purgatorio ſunt, peccauerunt, & quamquam Deus eis veniam dederit petētibus, manſit tñ pro peccato expiandum aliquid; & qm̃ hoc in vita homo in ſe non vltus eſt, Deus in eum poſt mortem vlciſcitur. Eſt igitur generale, quòd omnes pœnæ inflictæ hominibus à Deo in ſtatu morientium, ſunt ad vltionem, & non ad emendationem, quoniam poſt mortem emendatio nulla, ſed cruciatio, aut gloriatio reſtat. In punitionibus aũt legum humanarum dicendum eſt, ꝙ omnes infligātur propter correctionem, non.n. intendit Legiſlator homines deſtruere, ſed eos ad communionem politicam bonos efficere, iſta enim tam legum, quàm Legiſlatorum intentio eſt, vt ciues boni efficiantur. Sic enim ait Ariſtot. Ethic. lib. 1. dicens: Intentio Legiſlatoris eſt facere ciues bonos, & obauditores legum, ideo non oportet, vt pœnæ, quæ infligūtur, maiores ſint, q̃ vt ad correctionem ſufficiant. Ad hanc autem non requiritur tanta ſeueritas quanta ad ipſum directam vltionē. Sed adhuc argues, ꝙ non ſint oēs inflictiones pœnarum legaliũ ad emendationē, ſed quædã ſint ad vltionem, quod apparet in eis, qui ob maleficia ſua vltimo plectuntur ſupplicio: nam in eis correctionis nulla ratio haberi poteſt, cum non ſuperuiuant. Reſpondendum eſt, ꝙ in his à Legiſlatoribus pęnæ infliguntur ad correctionem: nam etſi iſtos, qui vltimo affliguntur cruciatu, corrigi non contingat, quoniam iam non ſunt, corriguntur tamen omnes manentes metu pęnarum inflictarum his, quod Reſpublica intendit inducere, ſatis enim eſt, vt hi, qui peſtilentes ſunt, politicam communicationem valdè diſturbantes ab ea extirpētur, & ceteris per hoc ciuibus, in quibus ad bonum ſpes eſt, correctio ſuperueniat. Cum igitur conſtet omnes pœnas à lege inflictas directè ad correctionem dari, ad vltionem autem nullam, pęnas quoque quæ à Deo in ſtatu morientium infliguntur directè omnes ad vltionem eſſe, ad emendationem autem nequaquam, neceſſarium erit, vt maiores ſint pęnæ, quas Deus peccantibus in ſtatu morientium infligit, quàm illæ, quæ à legibus humanis inferuntur, cum ad emendationem non oporteat eſſe tantam rigoris ſeueritatem, quãta in vltione exigenda requiritur. Nam vltio totalem vitiorum punitionem, & extirpationem dicit, correctio autem ſolum in futurum cauet, ſcilicet non curans quòd crimina facta fuerint, ſed ſolicitè agens, ne in futuro ſimilia quis agat. Vltio autem directè futurum non reſpicit, ſed quare peccatum ſit præteritorum malorum, pęnas expetit. Secunda cauſa, propter quam non debet eſſe comparatio inflictarum pęnarum à lege humana ad inflictiones pęnarum, ſecundum Diuinum arbitrium, eſt, quoniam pęnæ cum iuſtè inferuntur, iuxta commenſurationem culparum fiunt, ſed in humana conditione apud Legiſlatores non reperiuntur tantæ pœnarum diuerſitates, ſi pro peccatis quibuſlibet ea, quæ quis meruit, infligerentur, quod contingit reperiri in punitionibus à Deo factis, ergo maiores debent eſſe punitiones à Deo inflictæ in ſtatu morientium ſaltem, cuius in viuentibus interdum inchoatur modus, quàm eas, quæ à legumlatoribus inferuntur, quod apertius dicitur: Oportet enim ſi iuſtè pœnas imponimus peccatis, vt ſecundum diuerſitatem inæqualitatis, ita pœnarum diuerſitatē in magnitudine applicemus, ſed in communicatione humana ſunt variæ communicatorum ſpecies, in quãtitate differentes, oportet ergo pœnas in quantitate differre, ſic vt maxima pœna pro ſolis maximis peccatis detur, media pro mediis, & ſic de ceteris. Sed in humana communicatione maior pœna eſſe nõ poteſt, quàm mortis inflictio, quamquam in modo inferẽdi plurimum diſtet, ergo non debet dari mortis cruciatus, niſi pro maximis delictis; alia autem, quæ minora ſunt, & quæcumque minima, quamquam fortaſſis ſecundum ſeipſa mortem infligendam expeterent, quia tamen illa pœnarum ciuilium maxima eſt, quæ pro maximis delictis dumtaxat infligi debeat, minorem exigunt pęnam, ergo oportet pro his minorem decerni cruciatũ, cum iſta maximis peccatis æqualia non ſint. In punitionibus autem à Deo factis, quanquam hoc generale ſit, quòd ſecũdum diuerſitatem magnitudinis culpæ, pœnæ diuerſa inflictio ſit, tamen pęnæ diſtinctiores ſunt, quàm apud leges humanas, quoniam legiſlatores quãquam aliquando velint vitia æqua punire menſura, eis tamen poſſibile non eſt, vt ſi quis hominem occiderit, lege humana occidendus eſt, ſi autem decem millia virorũ interemerit, ſolus quoq; occiditur. Huius tamen peccatum decies millies peccato alterius, qui vnum tantum virum occidit, maius eſſe neceſſarium eſt: ad iuſtam ergo pęnarum diſtributionem conueniebat, vt huic decies millies maior infligatur pęna, ſed hoc apud legiſlatores reperiri impoſſibile eſt, quoniam cum mortem intulerint, nihil amplius quid agant habēt: ſic enim ait Chriſtus Matth. 10. cap. quòd homines corpus occidere poſſunt, & amplius nihil agere: Deus tamen adhuc præter iſta habet alias inflictiones pęnarum: nam ipſe decies millies maiorem infligit pęnam ei, qui decem millia virorum occiderit, quam ei, qui vnum tantum: habet enim Deus tot genera pęnarum, quot ſunt diuerſitates peccatorum, quoniam leges humanæ hominem mortalem exiſtentem pęnis afficiunt, & ob hoc mortem vltimum ſuppliciũ vocant: quoniam poſt hoc homo, in quem legiſlatores poſſunt, non manet, Deus autem ipſam animam ſeparatam punit infernalibus, vel purgatoriis mancipatam ſuppliciis, aut ipſum hominem affliget poſt reſurrectionem. Horum autem vtrũque incorruptibile eſt; ideo quantacunque in eis ſeueritas exerceri poteſt, præſertim cum tota ipſa rerum natura Deo iubenti obediat, & cum in punitionem noſtram eam mutare voluerit, ad hoc tota conuertetur. Sic habetur Sapien. 5. cap. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Et iterum. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturã in vltionem inimicorum. Poteſt igitur Deus omnia ſupplicia hominibus peccatoribus infligere, quæ agentibus elementis, & tota rerum natura produci poſſunt. Præter hoc autem ea, quæ apud legiſlatores, & iudices pęnarum eſt maxima, apud Deum minima eſt; ideo nec ad quãtitatem minimæ pœnæ accedit: nam apud legiſlatores pęnarum maxima mortis inflictio eſt, ſed apud Deum minima pęnarum hac valde maior eſt; quoniam pro minimo peccato mortali Deus æternam infligit pęnam, ſed hæc incomparabiliter morti temporali maior eſt, quantum tempus ab æternitate diſtat. ſed adhuc iſta æterna mors pęnarum maxima apud Deum non eſt; quoniam præter ipſam æternitatem cruciatus habet aliud, quod agat: nam etſi ſupra æternitatem, aut perpetuitatem à parte poſt, nihil, quod addatur ſecundum durationem, eſſe poteſt, ad intenſionem tamen pęnarum multum addi poteſt: nam poterit aliqua pęna in viginti gradibus cruciatus eſſe, alia autem in decē millibus, & vtramque æternam eſſe contingit, velut ſi duo ignes eſſent, vnus intenſiuè ardens, & alius remiſſe calidus, vterque tamen poneretur eſſe æternus. In his autem, quanquam quilibet in æternum cruciare poſſit, vnus tamen quam alius acerbius cruciaret: nequaquam igitur humanarum pęnarum à lege inflictarũ ad eas, quæ à Deo infliguntur, collatio vlla æqualitatis eſſe poterit. Tertia cauſa, propter quam pęnæ inflictæ à legibus humanis nõ æquantur inflictionibus pęnarum à Deo factis, eſt: quoniam pęna æqualiter debet culpæ correſpondere, ſed maximum, quòd à iudicibus, & legislatoribus puniendũ eſt, minus eſt minimo peccato pro quo Deus pęnam infligit, oportet ergò minimam pœnæ inflictionem, & pro minimo peccato à Deo factam maiorem eſſe omnibus pœnis, quæ pro maximis peccatis à Legiſlatoribus infliguntur; nec tamen in hoc quiſquam exiſtimet nos diſtinguere voluiſſe peccata, pro quibus à Deo pęna infligitur, & ea, quæ à Legiſlatoribus punienda cõmittuntur: nam quodcunq; peccatum à Legiſlatore puniẽdum eſt, à Deo quoque puniri debet, quanquam non conuertantur conſequentiæ, ſ. vt quodcunq; à Deo puniendum ſit, Legislatoribus punire liceat: multa namque vitia ſunt, quorum apud Legislatores pœna nulla eſt, vt de his, quæ in ſola cõceptione ſunt præter omnem exteriorem actum; de quibuſdam ēt, quæ in

Margin letters beside the text: A, B, C, D, E.

Marginal notes: Cap. 14. — *Minima pœnarũ apud Deũ collata morientibus eſt maior maxima pœna, quam legiſlatores infligũt.*

in actu exteriori conſiſtunt,quia tamen in proximum,aut
in Rempublicam non militant,de his nulla datur ſeueri-
tas,apud Deum autem nihil iniquè factum impunitum
labitur. Cauſa autem huius eſt: quoniam qualitercunq;
quis peccet,in Deum peccat,quoniam ipſe omnis iuſti, &
bonitatis eſt origo,cum autem peccamus, non ſemper in
Rempublicam,aut in proximos iniquè agimus. Non igi-
tur ſemper nobis peccantibus aliqua pœnæ ſeueritas à Le-
giſlatore infligenda eſt. Quod latius adhuc apparet:quo-
niam Deus totius boni auctor, & origo eſt: qualitercunq;
igitur cõtra bonitatem quis agat,in Deum militat,& quia
in omni peccato contra bonum agitur,neceſſarium eſt, vt
in omni peccato Deo quandam offenſionem irrogemus;
cum igitur omnium peccatorum, quantumcunq; paruorũ
vltorem eſſe ius eſt. Nunc autem conſiderandum eſt,quod
minima peccatorum,quæ in Deum fiunt,maximis pecca-
tis,quæ contra Legiſlatores fiunt, maiora ſunt. Quod ap-
paret: nam leges poſitę ſunt,vt directiuæ communicatio-
num Politicarum; attendunt igitur principaliter publicã
vtilitatem,& ſtatum, & conſequenter concernunt vtilita-
tes,& iura priuatorum. Solum igitur aliquis tantum pec-
cat contra leges humanas, quanta offenſio ſtatui publico,
aut iuribus perſonarum priuatarum illata eſt. Maxima aũt
offenſio,quæ in Rempublicam eſt, aut in ſtatum priuato-
rum,eſt illa, quæ maximo cruciatu ſecũdum leges huma-
nas vindicanda eſt: in Deum autem peccatum tantum eſt,
quãta offenſio ei irrogatur, ſed minima offenſio in Deum
maior eſt,quàm quęlibet in Rempublicam,cum Deus in-
finitum bonum ſit, & quæcũque offenſio ei irrogetur inæ-
ſtimabiliter magna eſt; Reſpublica autem, vel quælibet
priuata perſona,bonum quoddam paruum eſt, ideo quæ-
cunque ei offenſio irrogetur, valde magna eſſe non poteſt.
Sic etiam apud leges humanas in eodem actu ſecundum
perſonarum inęqualitatem maior,aut minor iniuria infli-
gitur: maius enim valde peccatum, & iniuria eſt, ſi quis
Regem percuſſerit, aut iudicem pro Tribunali exiſtentẽ,
quàm ſi ruſticum quempiam verberauerit. Vnde ſecun-
dum Ariſtot. 5. Ethicorum,nõ oportet eſſe in his iuſtitiam
per contrapaſſum: nam ſi quis Regem percuſſerit,non ſo-
lum repercutiendus, ſed occidendus eſt. Si Rex aliquem
percuſſerit,non oportet,vt repercutiatur, non enim æqua-
litas in his eſſet, ſed magis proculdubio Regi irrogaretur
offenſio,cum repercuteretur,quàm ipſe inferebat,cũ prior
aliquem percuſſiſſet. De his autem latiſſimè Exodi 21.
ventilatum eſt. Sic enim inter Deum,& Rempublicã con-
ſtat: quoniam cum Deus à quolibet bono tam publico,
quàm priuato in infinitum diſtet,neceſſarium eſt, vt quæ-
libet in eũ irrogata iniuria,maior ſit,quàm quælibet, quæ
alicui alteri infligatur. Iuſtum ergo eſt,quod pro minima
offenſione,ſecundum quod in Deum eſt,ſeuerior exercea-
tur vindicta quam pro maxima, quæ in quemlibet alterũ
fieri poteſt: patet ergo,quòd intendebatur,ſ.inter punitio-
nes à Deo inflictas, & eas, quæ humana lege irrogantur,
nullam ſimilitudinis eſſe æqualitatem. Adhuc aũt præter
hoc dicendum eſt, ex hoc falli eos, qui æſtimant pœnas à
Deo inflictas æquari debere punitionibus à lege humana
datis,cum videamus aliquãdo Deum in quibuſdam acer-
bius punire, quàm leges humanæ punirent: Nam ſi iſta
offenſio,pro qua Deus hic mortem inflixit,à lege humana
punienda foret, tantæ ſeueritatis non fuiſſet. Dicendum
autem eſt præter hoc iſtam pœnam iuſtè inflictam fuiſſe:
nam pro minoribus peccatis aliæ pœnæ iuſte inflictæ iu-
dicantur. Conſtat enim peccatum originale minus eſſe
quolibet actuali peccato, cum originale inuoluntariũ con
trahatur, omnia autem actualia voluntaria ſunt: pro ori-
ginali tamen peccato infligitur mors æterna conſiſtens in
priuatione Diuinæ viſionis, quæ maior eſt quolibet tẽpo-
rali cruciatu,& illam pœnam iuſtè illatam eſſe aſſerimus;
cũ ergo pro peccato,quantumcũque paruo actuali mors à
Deo inflicta fuerit, iuſtam fuiſſe inflictionem cenſendum
eſt. Adhuc autem mitius,& quaſi legalius ſecundum hu-
manorum iurium conditionem in his loquentibus dicen-
dum erit,quoniam peccatum iſtorum Nadab, & Abiu, in
oblatione ignis alieni,aut fuit ex cõtemptu directè, aut ex
negligentia magna,aut qualitercunque, vel ex quadam
ignorantia. Qualitercunque autem in his dicatur,pecca-

Minima peccata, q in Deũ fiũt,ſunt maxima maximis peccatis, quæ fiunt in Rempub.

Cap. 5.

Reſpõdet ad formã q̃ſtionis. Peccatũ originale minus eſt quolibet peccato actuali.

F tum iſtud morte dignum erat: nam ſi ex ſuperbia,& con-
temptu directè factum erat,nulli dubium eſt,quin morte,
aut quodlibet aliud morte ſeuerius iſti mererentur: nam,
vt de Deo taceamus, etiã ſi quis Principis mandata dire-
ctè contempſerit, ſecũdum leges humanas,& Diuinas ex-
tremo ſupplicio afficiendus eſt: quãto magis ergo in Deo
hoc erit,cum multo grauius ſit æternam,quam temporalẽ
lædere maieſtatem,vt habetur extra,de hæret.c.vergentis.
Si autem ex negligentia magna hoc in Deum fuiſſe com-
miſſum dicatur, eodem modo morte puniendũ erit: quo-
niam magna negligentia induſtria quædam patrãdi mali
videtur, quia ſecundum leges humanas lata culpa in qui-
buſdam dolo comparatur: qui igitur ſic circa ea,quæ Dei
ſunt,cõtemnendum putaret, ſatis morte dignus videretur
dicente Propheta. Maledictus,qui agit opus Domini ne-
G gligenter: Nam & in Principibus temporalibus hoc eſſe
iuſtum videtur, vt ſi quis miniſtrorum ſuorũ ex valde ma-
gna negligentia contra præcepta domini in miniſtratione
eius errauerit, aut morte, aut quodam valde magno ſup-
plicio dignus ſit. Quanto autem differentius iſta in Deo
reperiri debeant,nulli dubium eſt. Mortem igitur iſti non
indignam paſſi ſunt, ſi ex magna negligentia in miniſtra-
tione domini contra eius præcepta errauerunt. Si autem
dicatur hoc ex parua negligentia accidiſſe, aut ex ignoran
tia quadam, adhuc mors iſtorum non indigna fuit: nam
ſicut in miniſtratione Principum valde magna negligen-
tiã morte punienda eſt; ita & in miniſtratione Dei parua
quælibet morte punietur: nam inter Deum, & Principes,
cum infinita diſtantia ſit,quæcunque offenſio,etiamſi ma-
xima fuerit illata Principibus minor eſt,minima qualibet
H offenſione,quæ in Deum irrogatur,vt ex prælibatis patet.
Sicut igitur pro valde magna offenſione negligẽtiæ facta
in Principem mors infligitur,ita pro parua negligentia in
miniſtratione diuina mors iuſta infligetur. Si autem iſti
dicantur ex quadam feciſſe ignorantia, adhuc culpa ſatis
graui nõ carent: quoniam in his,quæ ad Deum erant,de-
buiſſent diligenter valde ſe habere, ita vt nihil omitterent
eorum, quæ dicebantur: cum tamen iſtis dictum fuerit,
debere offerre de igne ſacro, ſatis videtur iſta ignorãtia in
eis craſſa,nec videbantur habere aliquid, quod eam in eis
quaſi ineuitabiliter induceret. A peccato igitur non excu-
ſantur, iuxta Ariſtot. 3. Ethic. Concluſio igitur ex prædi-
ctis patet,mortem,quæ Nadab,& Abiu inflicta fuit, iuſtè
fuiſſe irrogatam.

I *Dato quòd Nadab, & Abiu meriti fuiſſent mortem, an con-*
ueniens fuit quòd Deus ſic illis illam infligeret.

Quæſt. VII.

NVNC autem poſt prædicta inquirendum eſt,an de-
cuerit mortem iſtam Nadab,& Abiu infligi? Nam
quod ipſa iuſta fuerit, dubium nullum eſt, cum ex præli-
batis demonſtratũ ſit;nec tamen ſemper omnia,quæ mor-
te digna ſunt, Deus morte punit: ſic enim nihil iã in vni-
uerſo maneret de humano genere, quoniam cũ quotidie
in aliquo Deum offendamus, quotidie moriendum eſſet,
Deus tamen non ſemper homines morte punit, quãquam
perire digni ſint; ſed cum decet hoc ſolum agit. Non tã-
men ſemper expedit, vt eos, qui morte digni ſunt, Deus
morte afficiat, non irrationabiliter igitur quæri poteſt, an
K decuiſſet Nadab,& Abiu morte puniri, quãquam eos di-
gnos morte ambigendum eſſe nullatenus. Cui reſponden-
dum eſt,valde decuiſſe,vt pro iſto peccato in errore mini-
ſtrationis Nadab, & Abiu morerentur, quamquam alia
maiora peccata à Deo in præſenti impunita relinquantur.
Fundamentũ huius eſt: quoniam Deus nouiter nunc tra-
diderat ſacrificiorũ miniſtrationem, & Sacerdotalẽ gra-
dum: in his autem volebat Iudæos ei magnam reuerentiã
exhibere: & quoniam illi ad iſta nimis imperfecti erant,
expediebat,vt pœnarum comminationibus,& inflictioni-
bus ad bonum traherentur, & quoniam ſi à principio tra-
ditæ miniſtrationis contemnentes, atque in ea delinquen-
tes nõ puniuiſſet, omnes alij ipſum contemnendum puta-
rent: decuit ergo vt in principus traditæ miniſtrationis
Sacerdotalis magnæ delinquentium exercerentur vindi-
ctæ,& amplius puniendum erat paruum etiam peccatum
in prin-

in principiis miniſtrationis, quam magnam cum iam miniſtratio vſitata fuerit: paruus namque in principio contemptus, maioris mali occaſio eſt, quàm magnus in rerum ſucceſſu & perſecutione.

Ob hoc igitur multũ à principio in qualibet operatione attendendũ eſſe Ariſt. noſter admonuit, dicens non modicum differre ex pueritia iuuenem ſic, quàm ſic aſſueſcere: nam in primordiis, quoniam ſuſceptiuum tenerum eſt, conueniens ſuſceptio dici poteſt: tractu autẽ temporis induratur, nec ita conuenienter ſuſcipitur diſciplina. Deus autem hoc ſemper obſeruauit in cuiuſlibet rei principiis. Sic enim naſcente mundo factum eſt: quoniã cum in prima ætate homines ad malum vniuerſaliter declinaſſent, induxit Deus aquas diluuij ſuper terram, quæ non ſolum peccatores delerent, ſed etiam omnia animantia tollerent ſuper faciem terræ. Magnum certè hoc fuit ſeueritatis indicium, ꝙ poſterorum memoriam nunquam effugeret in principio naſcẽtis ſæculi inflictum ſupplicium: poſtea tamen alia æquè mala in orbe facta ſunt, aut fortè maiora omnibus hominibus ad idololatriam declinãtibus, nec tamen vniuerſale diluuium, aut aliquã generalis pœna inflicta eſt: cuius cauſa eſt, quoniam tunc orbis, vt puer erat, & facilius corrigibilis: nunc autem viro, & adhuc ſene ſucceſſiuè facto, & penè ad extremum ſenium deducto, diſciplinam conuenienter ſuſcipere non poteſt; ideo nec decẽs eſt vniuerſalem ei pro peccatis cladem infligi. Sic quoque in exordiis Eccleſiæ primitiuæ factum eſt, vt in eis, qui ad fidem conuertebantur, delicta magna ſeueritate punirentur, vt poſteris in exemplum eſſet: nam Ananias, & Saphira vxor eius, cum ſolum Beato Petro mentiti fuiſſent corã ipſo mortui corruerunt, occultãtes quandam partem precij agri venditi; vt habetur Act. 5. cap. Poſtea tamen quãquam multa mendacia in Chriſtianis reperiantur, non tamen ita ſeuerè vindicantur: quoniam non expedit nunc, vt in principio naſcentis Eccleſiæ, ita acriter delicta punire. Idem etiam modus in principio naſcentis Sacerdotij in Lege veteri eſſe debuit, vt qui in miniſtratione delinquerent, grauibus afficerentur pœnis, delictorum ſuorum punitorum poſteris magna exempla daturi, procedente aũt miniſtratione, non ita grauiter oportuit fieri punitionem: ſed Nadab, & Abiu fuerunt, qui primo in miniſtratione deliquerunt: oportuit igitur, vt ipſi grauiſſimè punirẽtur.

Lib. 2. Ethic. c. 3.

Prima peccata in qualibet lege valde puniũtur, ut poſteris detur exẽplum, & ſcandalum, & occaſio.

Cur Deus peccata olim diluuio puniuerit, & nunc verò etiã maiora non ita grauiter puniat.

Amplius autem, quoniam inter omnes cęremonias, quę ad Deum fiebant, nulla tantæ auctoritatis, nec ita in Deũ directa erat, ſicut iſta, quæ conſiſtit in ritibus ſacrificiorũ: vnde qui in hac errauerit, grauius puniri debet. Nadab autem, & Abiu ita fecerunt: decuit igitur illos morte puniri. *Egreſſuſq. ignis à Domino, deuorauit eos.* id eſt, exiuit ignis de altari, & combuſſit iſtos Sacerdotes. Dicitur autẽ deuoraſſe eos, quoniã occidit illos: nec tamen propriè accipitur hic deuorare: pertinet namque deuorare ad animalia, quæ cibos acceptos tranſglutiunt: ignis autem ſecũdum metaphoram dicitur deuorare, eo ꝙ conſumit ea, quæ cremat, reſoluendo penitus in aliam ſpeciem, ſ. vſque in cineres. Hic tñ non poteſt dici hoc modo, ꝙ ignis deuorauerit Nadab, & Abiu, qm̃ non conſumpſit eos, ſed occidit, nihil de eis cremãs, nec capillos, nec ẽt tenuiſſimas veſtes. erant nãque induti tunicis lineis ſacris, & adhuc iſtæ non combuſtæ ſunt. Et patet cum dr̃ infra: Ite, & tollite fratres veſtros de cõſpectu Sanctuarij, & poſtea ſequitur: Tulerunt eos, ſicut iacebãt veſtitos lineis tunicis, ergo nec lineæ tunicæ crematæ fuerunt. Ad hoc autẽ poſſet aliquis dicere, ꝙ tunicæ lineæ non combuſtæ ſunt, tamen combuſta ſunt corpora Sacerdotum interius, ſicut dicitur de centum octoginta quinque millibus Aſſyriorum, qui venerũt cum Sennacherib, qui vniuerſi ab Angelo combuſti ſunt verſis corporibus in cineres, arma tamen & veſtes (vt fertur) ſine vlla læſione manſerunt; de quibus hr̃ 4. Reg. 19. & Iſai. 28. cap. Ad hoc autem dicendum eſt, quòd nõ fuit factum, ſicut in Sacerdotibus: nam ſicut veſtes eorum non fuerunt combuſtæ, ita nec corpora, vt patet infra, cum dicitur: Tollite fratres veſtros de conſpectu Domini; & tamen ſi combuſta fuiſſent corpora eorum, non potuiſſet dici, quod tollerent fratres ſuos, quia iam nihil de fratribus reſtitiſſet. Item quia dicitur immediatè: Tulerunt eos ſicut erant veſtita lineis tunicis de conſpectu Domini:

Ignis occidit Nadab, & Abiu nihil in eis nec capillum quidem comburens.

A ſi autem fuiſſent combuſtã corpora eorum, nõ diceretur, ꝙ tollerent eos; ſed vt tollerent veſtes eorum, aut cineres reſolutos de cadaueribus eorum. Dicendum ergo, ꝙ ignis non deuorauit eos, ita ꝙ ipſos conſumpſiſſet in cineres reducendo, ſed ſolum occidit illos, quia fortè penetrauit vſque ad viſcera eorum, ſicut fulmina penetrant occidendo, nihil tamen comburendo, quod fit ex ſubtilitate illius ignis pertranſeuntis materias poroſas ſine vlla cõfractione, aut combuſtione. Ignis igitur ille, qui in altari erat, naturæ valde ſubtilis erat, cũ à Deo ſpecialiter cauſatus eſſet; ideo præter conditionem aliorum ignium poterat occidere, nihil cremando, faciendo virtutem ſuam, vſque ad præcordia penetrare: præcipuè quoniam iſte motus ignis à Deo ſpecialiter fuit, vt ſupra dictum eſt, quoniam ipſe naturaliter ad hoc moueri non poterat. *Et mortui ſũt* B *coram Domino.* id eſt, iſti duo Nadab, & Abiu, mortui ſũt igne cremãte eos, & hoc coram Domino, id eſt, corã oſtio Tabernaculi: tunc enim ingrediebantur in Sanctuarium, & ignis egreſſus de altari, occidit illos, ibique manſerunt iacẽtes veſtiti, ſicut erant, vt hr̃ infra. *Dixitq; Moyſes ad Aaron.* Hic ponitur quid ſuper mortẽ ſacerdotũ factum ſit, & eſt ſecundum, ſ. correctionis actus, & diuiditur in duo: quoniam Primò ponitur correctio Moyſi; Secũdò ponitur correctio Dei, ibi: *Dixitq; Dominus.* Hic autem in principio videns Moyſes periiſſe eos, qui miniſtrauerant in turibulis de filiis Aaron, volens conſolare Aaron patrem ipſorum, dixit hæc à Domino prænunciata fuiſſe, vt mitius toleraret Aaron, quod acciderat. *Hoc eſt quod locutus eſt Dominus,* id eſt, iſtud quod vides, ſcilicet, quòd filij tui mortui ſint, à Domino dictum fuerat, quaſi dicat, non C intelligas illud caſu eueniſſe. Ex hoc enim Aaron mitius toleraret; ſciens, quòd Deus illos occidere voluiſſet propter ea qđ non eſſet eorum perfectè munda miniſtratio. *Et ſanctificabor in his, qui appropinquant mihi,* id eſt, Deus dixit, quod iſte ſanctificaretur in eis, qui appropinquant ſibi, id eſt in ſacerdotibus, qui maximè accedunt ad Dominum per miniſtrationem. Et eſt ſenſus duplex: vno modo ſanctificabor in his, qui appropinquant mihi, id eſt, ego volo apparere mundus, vel ſanctus in his, qui appropinquant mihi, id eſt, in ſacerdotibus, quaſi dicat, ego volo ꝙ omnes ſacerdotes, qui mihi miniſtrant intelligant me eſſe ſanctum, & mundum, & ob hoc, ꝙ ipſi ſanctæ & mundè exerceant miniſtrationes meas: & quia iſti nõ mũdè exercuerunt miniſtrationem meam, iuſtè comburi debuerunt. Alio modo eſt ſenſus; ꝙ Deus ſanctificabitur in his, qui D appropinquãt ſibi, id eſt, apparebit ſanctus, vel mirabilis, aut terribilis in his, qui appropinquant ſibi, ſ. in ſacerdotibus. Intendit enim ꝙ Deus punit peccata, & in puniendo apparet nobis mirabilis, & iuſtus, in quo à nobis glorificari dicitur: ſed non facit ipſe, ſicut Principes terreni: qm̃ quãuis aliquo modo appareant mirabiles puniendo eos, qui ad illos non pertinẽt: tamen cum deliquerint illi, qui eis ſpecialiter adhærent non puniunt eos in hoc fauorem obſeruantes. Deus tamen dicit ſe ſic non facturum, quoniam glorificabitur, aut ſanctificabitur in his, qui appropinquãt ſibi, id eſt, etiam puniet pro peccatis illos, qui ſũt ſibi coniuncti, ſicut eos, qui nullo modo accedunt. In quo monſtrat ſe iudicem iuſtum eſſe, nullatenus aliquid, fauore addito, agentem. *Et in conſpectu omnis populo glorificabor,* id eſt, ego volo apparere glorioſus coram toto populo E puniendo eos, qui mihi appropinquant, cum deliquerint. Apparet etiam glorioſus Deus coram populo in eo, quòd per punitionem hanc ipſi arceantur à ſimilibus perpetrandis, atque ab omni alia offenſione. Et cum dicit hic Moyſes, quòd Deus dixerat: Sanctificabor in his, qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor, non apparet hic vbi dictum fuerit. Sed aliqui volunt, ꝙ iſta ſint verba Dei, quæ habentur Exod. 29. cum dicitur: Et ſanctificabitur altare in gloria mea, & ſanctificabo Tabernaculum cum altari. Hoc tamen ad aliud longe diſtans refertur, quoniam ſanctificatio altaris in gloria Domini pertinet ad ignem, qui à Domino miſſus eſt ſuper altare, ſanctificatio autem Sanctuarij & Sacerdotum pertinet ad cõſecrationem factam in ſanguine, & in oleo vnctionis, ſicut ibidem declaratum eſt. Dicendum ergo, ꝙ quamuis notum ſit Deum hoc dixiſſe, vbi tamen dixerit

Quam mundi eſſe debeant ſacerdotes.

non

non apparet. *Quod audiens tacuit Aaron*, id eſt, cum Aaron audiuit verba Moyſi, patienter ſuſtinuit ea quæ Dominus fecerat, comburendo filios eius, quia Moyſes iuſtam ei mortis eorum cauſam dedit, ſcilicet, quòd Dominus prædixiſſet ea, quæ dicta ſunt. *Vocatis autem Moyſes Miſaele, & Eliſapham.* Cum enim mortui fuiſſent iſti ſacerdotes in Sanctuario, non decebat eos ibi mortuos permanere, cum non liceret eos ibi ſepeliri, ſicut nunc in Eccleſia ſacerdotes ſepeliuntur, de quo infra magis dicetur. Vocauit ergo aliquos ex Leuitis, qui efferrent corpora iſtorum extra caſtra, & iſti fuerunt duo. ſ. Miſael, & Eliſapham viri honorabiles ex Leuitis, de familia Caathitarum: erant enim iſti multum attinentes ad Aaron; ideo eis potius iuſſit, quòd efferrent extra caſtra iſtos ſacerdotes mortuos, quàm aliquibus aliis.

Ad quos attinebat executio funeris Nadab, & Abiu. Quæſt. VIII.

SED aliquis quæret, cum eſſent alij magis attinentes in cognatione his duobus ſacerdotib⁹ mortuis, quare non extulerunt illos extra caſtra, ſed Eliſapham, & Miſael: patet enim quod dicitur: nam Aaron erat pater Nadab, & Abiu, Eleazar autem, & Ithamar erant fratres eorum: magis ergo ad hos pertinere debuiſſet complere exequias illorum, quam aliquibus aliis. Reſpondendum eſt, ꝙ de iure communi magis ad hos pertinebat funeris executio, atque cæremoniæ plangendi, quam ad aliquem alium: repugnabat tamen illis ex conditione, & ſtatu perſonarum. Nam Aaron erat Summus ſacerdos, nullus autem de Summis ſacerdotibus poterat facere exequias alicuius mortui, vel adſtare funeri, vel tangere cadauer, vt habetur infra 21. cap. cum dicitur: Pontifex, i. Sacerdos maximus, inter fratres ſuos caput ſuum non diſcooperiet, & veſtimenta nõ ſcindet, & ad omnem mortuum nõ ingredietur omninò: ſuper patre quoque ſuo, & matre nõ contaminabitur, nec egredietur de Sanctis: ſacerdotes autem minores, ſ. Eleazar, & Ithamar fratres Nadab, & Abiu, ſatis poterant facere exequias horum mortuorum, ſed repugnabat eis tunc ex conditione ſtatus, & temporis: nam ſi non fuiſſet tunc tempus conſecrationis nouæ ipſorum, potuiſſent facere exequias funerum fratrum ſuorũ. Sic habetur infra 22. cap. cum dicitur: Ne contaminetur ſacerdos in mortibus ciuium ſuorum, niſi tantum in conſanguineis, atq; propinquis, id eſt, ſuper patrem, & matrem, & filium, & filiam, fratrem quoque, & ſororem virginem: Videtur igitur, ꝙ licitum erat vniuerſaliter ſacerdotibus minoribus intereſſe mortibus, & funeribus fratrũ ſuorum: nunc autem non licebat, quoniam non erat magnum tempus, quo conſecrati fuerant: nam tũc erat octaua dies à principio conſecrationis eorum, & etiam in die præcedenti, ſ. ſeptima conſecrati fuerant: nam in quolibet horum ſeptem dierũ iterabatur conſecratio ſacerdotum, vt habetur Exodi 29. & iſta cauſa redditur infra, cum loquitur Moyſes ad Aaron, & Eleazar, & Ithamar: Capita nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne forte moriamini: oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos, ſ. ꝙ nunc nouiter ſuper vos fuit ſuſum oleum. *Filiꝫ Oziel patrui Aaron*, id eſt, ꝙ iſti duo, ſ. Eliſapham, & Miſael erant filij Oziel. Erat autem Oziel patruus Aaron, i. ꝙ erat frater patris eius Amram erat pater Aaron, & ipſe habebat fratrem, qui dicebatur Oziel, vt habetur Exo. 6. cap. cum dicitur: Filij Caath, Amram, & Iſuar, & Hebrõ, & Oziel. Poſtea autem ſubiungitur, ꝙ Amram accepit vxorem Iocabed, quæ peperit ei Aaron, & Moyſen, *Ite & tollite fratres veſtros de conſpectu Sanctuarij*, id eſt, accipite corpora Nadab, & Abiu mortuorum de conſpectu altaris. Dixit autem iſtos eſſe fratres eorum, quia erant de eadẽ cognatione, cum eſſent cognati Aaron in ſecundo gradu: frater aũt cognationis nomen eſt, & non ſemper ſignificat eos, qui immediatè ab eodem patre geniti ſunt. Dicitur aũt, ꝙ tulerunt eos de cõſpectu Sanctuarij, id eſt ante faciẽ Tabernaculi in oſtio eius: nam mortui ſunt in oſtio Tabernaculi: cum enim irent, vt intrarent ad offerendum thymiama intra Tabernaculum, egreſſus fuit ignis de altari, & combuſti ſunt, corrueruntq. ante oſtium Tabernaculi,

Oziel quid ſit, & Amram.

F & de loco ipſo tulerunt eos Miſael, & Eliſapham. Neutrum autem tuliſſent de conſpectu Sanctuarij, quia accipitur Sanctuarium ſtrictè pro ſolo Tabernaculo: nã non poteſt accipi pro toto Sanctuario: tũc enim eſſet ſenſus, ꝙ iacebant in cõſpectu Sanctuarij, id eſt, ante Sanctuarium, ſcilicet atrium. Hoc tamen falſum eſt: quoniam intra atrium mortui ſunt coram oſtio Tabernaculi. *Et aſportate eos extra caſtra.* Iuſſit, vt portarent eos extra caſtra, quia non licebat illos ſepeliri intra Sanctuarium.

Iudæi, & Gentiles in quibus locis ſepeliebantur. Quæſt. IX.

NVNC ſæculo hoc noſtro intra Eccleſiam, & in cæmiteriis Eccleſiarum ſacerdotes, & alij Chriſtiani ſepeliuntur: tempore autem Veteris Teſtamenti, non ſe- G pelieba tur aliquis intra Sãctuarium, quoniam ipſa cadauera hominũ quædam contaminatiua erãt, & qui illa tetigiſſet, niſi prius mundatus fuiſſet aquis luſtrationis, & quicunque accederet ad domum, in qua aliquis mortuus fuerat, vel iret ad plangendum eum, immundus erat, & non poterat tangere Sanctuarium, vel intrare in illud, donec luſtraretur aquis, vt habetur Num. 19. quomodo igitur permitteretur, vt aliquis intra Sanctuarium ſepeliretur? erat enim cauſa huius obſeruatio ipſius cæremonialis munditiæ. Dicitur etiam ꝙ iſti aſportarentur extra caſtra, id eſt, quòd non ſepelirentur in caſtris inter domos habitationũ. Cauſa aũt huius erat duplex. Prima qm̃ ipſa cadauera reſoluuntur in peſtiferas exhalationes, inficientes aerem, ex quibus frequenter peſtes inducuntur. Quod patet: quoniam manere inter monumenta cadauerũ no- H uiter ſepultorum, peſtem inducit, ſi autem in caſtris ſepelirentur, fortaſſis aerem inficerent, & nocumẽtum viuentibus irrogarent. Decuit igitur magis eos ſepeliri extra caſtra, quam in caſtris: quoniã extra caſtra exiſtentia, nullam peſtem inferrent. Secunda cauſa eſt: quoniam ſepulchra hominum habentur in quadam veneratione, quoniam ibi caro humana cõdita eſt, vnde in legibus humanis loca ipſa ſepulchrorum ſacra nominantur, & ſiquis in aliquem fundum aliquod cadauer ſepeliendum intuliſſet, locus ſacer efficiebatur, & non licebat applicare illum fundum ad vſus humanos. Si autem ſepulchra hominum intra caſtra fuiſſent, neceſſe foret omnia caſtra eſſe ſacra propter contactũ cadauerum, quod non licebat: quoniam tunc nemini fas eſſet aliquid agere in caſtris, quod ad miniſtrationes immundas pertineret, cum iſta iam loca ſa- I cra eſſent, ſed hoc erat impoſſibile. Sequebatur etiam ex oppoſito, quòd loca ſepulchrorum non eſſent loca ſacra, quia in locis ſacris non fiunt banauſæ miniſtrationes: cum ob hoc ſacra dicantur, quia ab omni communicatione ſequeſtrata eſſe debeant, ſed in caſtris neceſſarium erat fieri omnes miniſtrationes banauſas, cum ſine eis non poſſit eſſe conuictus humanus. Etiam oporteret ſepulchra conculcari pedibus hominum, & iumentorũ, & ſuper ea immunditias ſtercorũ, & alias abominationes fieri, quæ omnem reuerentiam ſacrorum locorum excludũt. Extra caſtra autem in locis ſeparatis hæc non contingunt, cum ibi conuictus humanus nullus ſit, & ſi aliquando ibi aliquas miniſtrationes commaculatiuas reuerentiæ locorum fieri nobis vtile eſſet, tamen eas non facimus, quia ſcimus loca illa ſacra. Poſſumus quoque euitare illas miniſtrationes, K cum maneant nobis alia loca, in quibus fiant, ſi tamen intra caſtra ſepulchrorum locus eſſet, non ſic faciliter contingeret poſſe nos excuſare miniſtrationes, quas in locis ſacris facere debeamus: fuit ergo rationabilius ſepulchra extra caſtra fieri, quam in caſtris.

Apud Gentiles autem idem fuit modus, quoniã in templis Deorum ſuorum neminem ſepeliebant, nec in vrbib⁹ quoque, ſed in locis ſeparatis ab vrbibus, ſcilicet in montium cacuminibus, & in fundis ſuis: eligebat enim quilibet aliquem fundum de ſuis in ſepulchrum ſuum, & ſuorum, & ibi ſepeliebatur tota cognatio eius quod patet ex hiſtoriis Gentilium. Patet ẽt in Ephron Etheo, qui vẽdidit Abrahæ ſepulchrum ſuum, ſcilicet ſpeluncam duplicem, cum agro, & arborib⁹, quę erat extra ciuitatẽ Hebron, quę alio nomine vocatur Arbe. Poſtea aũt Abraham, & poſteri eius ibi ſepulti ſũt, ſcilicet Sara vxor eius, Iſaac, Rebecca,

Quibus in locis Gentiles cadauera ſepeliebant.

ca,

eá, Iacob, & Lia. De his habetur Geneſ. 23. cap. & 49. ex eiſdem autem cauſis Gentiles ſepeliebant cadauera extra vrbes, ex quibus Iudæi, vt ſupra tactũ eſt, ſcilicet, propter locorum ſanctificationem, vt ſepulchra ſacra eſſent, & vt cadauera peſtiferis exhalationibus vrbium loca non inficerent. Erat tamen apud Gentiles alius ritus cadauerum: nam cum aliquis moreretur, non condebatur humo, ſicut apud Iudæos moris erat, & apud Chriſtianos ſemper eſt in vſu: ſed cremabatur cadauer vſquequo perfectè in cineres redigeretur: quos deinde in ſepulchra condebant, ſicut cadauera condimus. Erat autem hoc, vt tolleretur omnis infectiua exhalationum multitudo, quę ex cadaueribus inſurgens viuentibus peſtem inferret. Cum autem cremarentur, nihil tale remanebat, cum ignis inquinamẽtorum, & putridarum ſubſtãtiarum depuratiuus ſit. Apud Chriſtianos autem ritus iſte valde diſſonãs à prioribus ſæculis eſt: nam ex quo Eccleſiæ primitiuæ tempus incępit, cadauera nunquam combuſta ſunt, ſed humata. Etiã non extra vrbes, & opida, ſed intra Eccleſiarũ loca, & in adiacentibus locis, ſ. cæmiteriis tumulãtur, in quo nihil de antiquis ſeruatur. Primò quidem, quoniam non tenetur munditia illa, quæ obſeruabatur in Sanctuario Veteris Teſtamenti, ſ. vt intra illud nullum cadauer tumularetur, & quod amplius eſt, nec aliquis, qui cadauera tetigiſſet, aut cadauerum loca Sanctuarium intrare poterat, niſi prius aquis luſtrationis expiaretur, vt habetur Num. 19. cap. Non ſeruatur etiam incolumitas populorum, quoniam cum cadauera intra habitationum loca tumulantur in vrbibus ex multitudine cadauerum ſepultorum frequenter infectò aere peſtis quædam generatur, ita vt ipſi mortui viuentes occidant. Non ſeruatur etiam ſanctitas loci, quoniam etſi intra Eccleſiam locus ſacer ſit, tamen in cæmiteriis nõ poteſt tolli, quin humanę miniſtrationes fiant, & animalium pertranſitiones, atque conculcationes, quæ ſanctitati loci non modicum detrahunt. Ad primum autem de munditia, quæ obſeruatur in Sanctuario Veteris Teſtamenti, & nunc non obſeruatur in Eccleſia noſtra, reſpondendũ eſt, non oportuiſſe ſeruari iſtam munditiam in Eccleſia fidelium; quoniam ſecundum veritatem, cadauera tumulata ſepulchrorum loca non inficiunt, niſi referatur ad peſtiferas exhalationes, quæ interdũ inde proueniunt, ſed ex ſola opinione noſtra ſepulchrorum loca immunda iudicantur, quoniam potius ſacra ſunt, & quadam reuerentia digna. Vnde non immerito antiquitas illa ſacra eſſe decreuit: in Veteri tamen Teſtamẽto decebat obſeruari quaſdam cæremonias munditiarum, quæ quanquam ſecundum ſe nõ tollerent aliquas immunditias, cum illæ immunditiæ non eſſent, vt plangere mortuum, & accedere ad domum eius, aut tangere vaſa illius, tamen conueniens erat, quod iſta & pleraque alia obſeruarentur ad reuerẽtiam cultus Diuini. Nam cæremoniæ ſacrificiorum, & quæcunque Sacramenta dicantur in Veteri Teſtamento, illa in ſe nihil ſolum continebant effectiuum ſalutis, vt igitur non contẽnerentur, appoſuit Deus multas cæremonias reuerentiæ, ſ. quod illi, qui accedere deberent ad ſacra Veteris Teſtamenti, deberẽt eſſe mundati ab omnibus etiam paruis immunditiis. Cum autem videret populus tantam diſpoſitionem neceſſariam eſſe ad accedendum ad ſacra, exiſtimabat illa eſſe valde magnæ reuerentiæ, & reuerebatur, ac timebat: hoc autem volebat Deus in eis inducere: nam ſi non timerent, & reuerenter valde cæremonias eius, omnia contemnerentur; ideo mandabat Deus, vt Iſraelitæ timerent cæremonias eius, & Sanctuarium, vt habetur infra 26. cap. cum dicitur: Ego ſum Dominus Deus veſter: cuſtodite Sabbata mea, & pauete ad Sanctuarium meum. In Nouo autem Teſtamento non decuit ſic fieri, propter duo; Primò, quoniam ipſa Sacramenta Noui Teſtamenti, & aliæ cæremoniæ ex ſe ſanctificationem quandam magnam habent, & ſunt verè effectiua ſalutis noſtrę, atque ex ſe habent reuerentiam; ideo non oportet, vt ab exteriori tantus eis reuerentiæ impendatur cultus. Sic enim in natura ipſa videtur: ea enim, quæ naturaliter pulchra ſunt, per ſe ſola ſplendorem dant, nullo exterius quęſito colore, quod ſi tamen eis naturalis defuerit decor, vt luceant, neceſſe eſt quoſdam adiungi fucos: ſic enim & in Sacra Scriptura, & ceteris authenticis, atque in poematibus ſpecula-

Ritus cremandorũ cadauerũ apud Gentiles.

In locis ſacris cadauera ſepeliunt Chriſtiani.

Quo reſpondetur ad rationes propter quas Iudæi ſepeliebant mortuos extra vrbes.

A mur. Nam Sacra Scriptura ex firmitudine veritatis, & ipſarum rerũ dignitate, de quibus ſermonem agit, auctoritatem ſortitur, ita vt colorum rhetoricorum mẽdicatis floribus minimè egeat per ſe ſatis lucens. Poemata autem quoniam in ſeipſis in ſuperficie ſaltẽ nullius veritatis ſoliditate firmata ſunt, vt aliquid auditu dignum eſſe mereantur, mendicatis coloribus, & artificioſo ingenio hoc efficiunt. Sic autem in Nouo, & Veteri Teſtamento res ſe habet: quoniam ipſa, quæ in Nouo Teſtamento ſunt, quoniam ex ſeipſis dignitatem, atque auctoritatem ſolidã habent, non oportet vt per exteriorum cæremoniarum multiplicitates inutiles eis reuerentia mendicetur. Sacra autem Veteris Teſtamenti, quoniam ex ſeipſis horum nihil habent, neceſſe eſt, vt ſi quandam reuerentiam aſſequi debeant, multiplicium cæremoniarũ apparatu hoc eis proueniat. B Factum eſt igitur, vt Veteri Teſtamento multiplicitas obſeruationum ad munditiam conuenerit: ſtatũ autem Noui Teſtamenti hoc neceſſarium nullatenus fuerit. Ad alia autem duo, propter quæ apud Gentiles, & Iudæos cadauera extra caſtra ſepeliebantur, ſcilicet, propter mundificationem caſtrorum ab infectiuis exhalationibus, & vt loca ſacra ſepulchrorum eſſent ſemota ab omni fæce banauſarum operationum, reſpondendum eſt. Ad primum quidem, quoniam etſi aliqua incõuenientia ex tumulatione cadauerum in eccleſiis, & cęmiteriis occurrerint, maius bonum eſt, quod ex hoc ſepeliendi modo cõſequitur, quàm quod inde prouenit damnum: totus enim ſtatus Chriſtianorũ futuræ in nobis vitæ poſt reſurrectionem imago quædam, & via eſt; ideo potius lucra animarum, quàm corporum curat: cadauera autem in eccleſiis, C ac cęmiteriis ſepeliri intra vrbium loca nimis ad animarũ ſalutem confert. Nam cum nos pia affectione ad Diuina miniſteria Eccleſias frequentamus, obiiciuntur oculis noſtris primogenitorum noſtrorum, ac propinquorum ſepulchra, pro quibus quoniã eos tenera affectione dileximus, ad orandum commouemur, orare autem pro mortuis ſacrum valde eſt. Sic habetur 2. Machab. cap. 6. Sacrum ac religioſum eſt orare pro mortuis, vt à peccatis ſoluantur. Si charorum noſtrorũ ſepulchra oculis noſtris obiecta nõ eſſent, frequenter illorũ obliti pro eis non oraremus. Contulit igitur valde, vt mortuorum ſepulchra ibi eſſent, vbi nos potius ad orandum conuenire debemus: nullus autem ad hoc locus accommodatior eſſe potuit, ſicut Eccleſiæ, in quibus ad ſacra audienda conuenimus; valde igitur conueniens fuit, vt in Eccleſiis, atque adiacentibus cęmiteriis D humarentur. Ad aliud autem, quod de ſanctitate ſepulchrorum dicebatur, ſatis patet reſponſio: quoniam quantum ad id, in quo propriè conſiſtit ſanctitas, magis cęmiteria noſtra ſacra ſunt, quàm ſepulchra antiquorum: nam ſicut loca Eccleſiarum benedicta ſunt à fundatoribus, ita & cæmiteriorum loca, potiſſimum cũ eis, qui in cæmiteriis ſepeliũtur, quædam pœnarum pars auctoritate maiorum remitti dicatur. Nunquam autem hoc Gentilium ſepulchra meruere, & ſi fortaſſis à conculcatione hominum, & iumentorum cæmiteria noſtra non ita ſequeſtrata ſunt, ſicut Gentiliũ quondam ſepulchra; melius tamen nobis eſt, ea coram oculis noſtris cõculcari, quam vt in remotiſſimis exiſtentia locis mentem noſtrã ad defunctorum pietatem promoueant: iuſtiſſimè igitur factum eſt, vt ſepulchrorũ noſtrorum loca, non vt olim Gentilibus, aut Iudæis extra E caſtra ſepelire vſitatũ erat, conſtituta ſint, ſed in eccleſiis, atque in adiacentibus locis, quæ cæmiteria appellantur, locarentur. *Confeſtimq. pergentes tulerunt eos.* i. iſti duo Miſael, & Eliſaphan ad mandatum Moyſi extulerũt illos de conſpectu Sanctuarij. *Tulerunt eos ſicut iacebant veſtitos lineis tunicis.* i. q. Sacerdotes iſti Nadab, & Abiu cũ veſtibus ſuis mortui ciciderũt, & iſti Eliſaphan, & Miſael ſic acceperunt eos, & extulerunt extra caſtra cum veſtibus. Iacebant enim iſti cum veſtibus, quoniam quanquam ignis eos occidiſſet, non tamen combuſſerat corpora eorum, nec capillos, nec veſtes, ſed omnia integra remanſerant, eis ſolis peremptis. Modus autem huius ſupra dictus eſt, ſ. quod fuerint combuſti, & occiſi, ſicut homines occiduntur igne fulminis; quoniam quanquam fulgur occidat, non tamen corpora, nec veſtes in cineres ſoluit.

Sacra Scriptura nõ indiget coloribus rhetoricis, nec ſubditur regulis Donati. vide Gregoriũ in prolog. Moraliũ.

Solutio ad duas vltimas rõnes Iudæorũ, & Gentiliũ.

Eccleſia mater noſtra curas lucra animarũ & nõ corporum.

Quare

Quare Nadab, & Abiu non fuerint incinerati ab igne, ſaltem ex aliqua parte, ſicuti qui cremantur, in cineres reſoluuntur. Quæſt. X.

QVÆRET autem aliquis, quare Nadab, & Abiu nõ incinerati fuerint ab igne, ſicut ceteri, qui cremantur, in cineres reſoluuntur? Ad hoc aliquis reſpondebit, hoc fuiſſe ex conditione illius ignis: nam ille ignis erat multũ ſpiritualis, quia erat à Deo datus, vt apparet præcedenti cap. Ideo pertrãſibat corpora nihil cremans, ſed ſolum occidens, & hoc quia nihil igni reſiſtebat propter ſubtilitatem eius; ſi autem aliquid reſiſteret, cremaret illud. Sic patet de igne fulminis, quoniam ſi tetigerit fulmen enſem poſitum in vagina, enſem quidem reſoluit in cineres, vaginam tamen nihil lædit; cuius cauſa eſt, quoniam vagina, quia materiæ pelliceæ eſt poroſa eſt, G ideo ignis ille, qui valde ſubtilis eſt, penetrat poroſitates illas nihil comburens. quoniam nihil reſiſtens habet, enſis autem compactiſſimæ materię eſt, ideo cum fulminis impetus tranſire non poteſt, cum nulla in eo poroſitas ſit, reſiſtit ergo fulmini, quare neceſſarium eſt, vt ab eo diſſoluatur in cineres. Idem autem in burſa, quæ à fulmine tangitur, apparet, quoniam ipſa quidem non læditur, materia tamen metallina, ſiue aurea, ſiue argentea, vel qualiſcunque ſit, liquefiet, atque in cineres reſoluetur. De igne autẽ noſtro, qui groſſior, atque materialior eſt, ex hoc impotentior eſt. Contrarium enim videmus: nam vaginam quidem exurit, enſem tamen nõ incinerat. De burſa etiam & monetà identidem patet. Sic igitur de illo igne arbitrantur quidam, quod non potuiſſet comburere corpora Sacerdotum, nec veſtes, quoniam iſta tanquam nihil con- H ſiſtentia penetraret. Sed hoc quidem nequaquam ſubſiſtit: Primò, quoniam quamuis ignis iſte à Deo miſſus fuerit, tamen res teneras, & quantumcunque poroſas cremabat: ad hoc namque traditus fuerat, non vt duriſſima, ſicut lapides, & ferrum incineraret, ſed vt ea, quæ mollia erant, aut ſatis poroſa, quod apparet de carnibus, & adipibus, quæ cremabantur ſuper altare: nã ibi adipes, & carnes, & inteſtina, cum ipſis lignis cremabantur; quod patet: quoniam quotidie tollebantur cineres de altari, ſicut habetur ſupra 6. cap. Non igitur erant meliores carnes Sacerdotum, vt cremari non poſſent. Poterant ergo cremari, ſicut carnes, quæ in altari adolebantur. Item, probatur hoc ex alia radice, quoniam ignis iſte comburens Nadab, & Abiu, non egit naturaliter, ſed à Deo motus, quod apparet: quia motus ignis non eſt in dextrum, & ſiniſtrum, I ſed in ſurſum: fuit tamen hic iſte ignis lateraliter ad cremandum Sacerdotes diſpoſitus, erat ergo ſupra naturam. Sicut igitur concedimus ſupranaturaliter ignem iſtũ combuſſiſſe Nadab, & Abiu, ita conuenienter dicere poterimus, ꝙ nõ fuit hic obſeruata cõditio eius, ſed quod quanquam moneretur ad agendum ſecundum naturam ſuam, ſcilicet, vt pertranſiret corpora illa, & non cremaret, quia tamen ibi mouebatur ſpecialiter à Deo, oportebat ꝙ ageret vt inſtrumentum Diuinæ iuſtitiæ, ideo ſicut Deus volebat ita ignis ille agebat. Vnde quod non fuerint incinerati iſti Sacerdotes, qui cõbuſti ſunt, non poteſt dici, quod ex conditione illius ignis euenerit, cum iam ille non ageret ſecundum conditionem ſuam, ſed ſecundum ꝙ à Deo mouebatur.

Determinatio quæſtionis.

Dicendum igitur eſt, quod iſte ignis cremando illos Sacerdotes, non egit ſecundum naturam ſuam, vt K ſuperius probatum eſt, ſed egit ſecũdum voluntatem Dei mouentis. Et dato, quod ignis ille à Deo fuiſſet motus lateraliter contra conditionem ſuam, tamen ſi ſecũdum naturam ſuam agere permiſſum fuiſſet, aut nõ occidiſſet, aut aliquam eorum partem cremaſſet, Deus tamen hoc egit, vt habetur infra, cum dicitur: Fratres veſtri, & omnis domus Iſrael plangãt incendium, quod Dominus ſuſcitauit: ita & modum agendi ipſe dedit, ſ. quod occideret, & non exureret.

Quare Deus hos Sacerdotes ſic cremari fecerit.

Sed quæres, quare Deus fecit, quod iſti Sacerdotes cremarentur, nõ tamen exurerentur, nec veſtes eorum? Reſpondendum eſt, quod Deus dat punitiones ſecundum peccatorum diuerſitates; & quoniam ſi peccatum iſtud Nadab, & Abiu fuiſſet valde magnum, debebant totaliter deſtrui, quia tamen non fuit valde magnum, non decuit, vt totaliter conſumerentur. In quo ſciendum eſt, quod F quantum ad eum, qui moritur æquale ſit, ꝙ poſt mortem incineretur, vel ꝙ illæſus permaneat, quantum ad eos tamen, qui superſunt, & occiſionem vident, multum differt: nam inæqualis pœna eſt, ꝙ aliquis ſimpliciter occidatur, vel ꝙ poſt occiſionem cadaueri eius multa inferantur opprobria, vt ſi quis pro aliquo ſcelere vi legum ſimpliciter occidatur, non inducitur tanta pœna, velut ſi occidi iuberetur, & poſt mortem corpus eius per terram trahatur ſuper lutum, & ſordes, & hoc inhumatum feris, ac volatilibus lacerandum relinquatur. Hanc enim viuentes magnam exiſtimant pœnam eo quod naturam humanam valde dehoneſtet: & leges quoque illam pro valde magna culpa infligunt. Sic igitur apud Deum eſt; quoniam quamuis aliquos ad aliorum terrorẽ pro ſuis occidat ſceleribus, ſi tamen ſcelera illa magna ſint, præter mortem aliquid alterum infliget, ſi autem peccatum illud paruum fuerit, mortem ſolam infligit. Hoc namq; patet exemplis Sacræ Scripturæ. Core enim, Dathan, & Abiron, & alij quoque qui cum eis per conſpirationem contra Aaron, & Moyſen inſurrexerunt, quoniam repugnantes Domino ex propoſito erant, occidit illos Deus, & præter hoc à terra abſorpti ſunt, plurimi quoque ex eis concremati fuerunt, vt habetur Numeri 16. cap. illi autem, qui modicum peccant, nec directè ex intentione in Deum agũt, quanquam à Deo occidantur, præter occiſionem tamen nullum eis ſuperadditur malum. Sic patet de Propheta Domini, qui erat ſanctus, & iuſtus, miſſusq; eſt à Deo cõtra Regem Ieroboam, vt prædiceret quandam deſtructionem: mandatumq; illi eſt, ne comederet in loco ipſo, poſtea autem deceptus à quodam alio Propheta idololatrarum, comedit, & bibit, propter quod Dominus ei prædixit, ꝙ in ſepulchris patrum ſuorum non ſepeliretur; vnde cum pergeret in itinere ſuo, occurrens leo occidit eum, nec tamen lacerauit, aut comedit carnes eius, nec aſinum ipſius tetigit, imò quaſi à Deo miſſus, manſit apud cadauer conſeruans illud, ne aliquæ feræ illud lacerarent, manſitq; ibi quouſque venirẽt filij Prophetæ illius, qui ſeduxerat eum & deportarent eum in ſepulchrum; quibus nec etiam leo iſte nocuit. De hoc autem viro cõſtat, ꝙ vir bonus fuiſſet, quoniam Scriptura Sacra ſemper eum vocat virum Dei: Deus tamen, quia aliqualiter in eũ deliquit, ad terrorem aliorum Prophetarum, occidit eum, nec tamen magnę ſeueritatis in illo iudicia exercuit, poſt mortem malum nullum inferens, quoniam peccatum eius nõ adeo graue fuerat. Sic etiam de Nadab, & Abiu factum fuit, quoniam I ipſi, quia peccauerunt, à Deo occiſi ſunt, quoniam ſic decebat in primordio naſcentis ſacerdotij delicta in adminiſtratione admiſſa ſeuerè vindicare, vt poſteris incuſſo timore, quæ ad Deũ erant, diligentiſſimè exercerent, poſt mortem tamen nullum iſtis graue inflixit iudicium, vt ex eo notum eſſet, peccatum iſtorum, valde graue non fuiſſe.

Notent noſtri Sacerdotes, & Dei miniſtri, qua cautius ob- ſeruẽt ceremonias ſuas.

Sunt igitur iſti occiſi, ſed eorum nihil crematum eſt, nec etiam ipſæ tunicæ lineæ deſuper exiſtentes, quas comburere facilè ſatis erat. *Sicut iacebant veſtitos lineis tunicis.* Extulerunt iſtos duos Sacerdotes mortuos extra caſtra, cum tunicis ſuis. Pro quo ſciendum eſt, quòd iſti duo ſacerdotes tunc acceſſerant ad miniſtrandum, miniſtrabant autem in veſtimentis ſacerdotalibus, quoniam aliter indutus miniſtrare illicitum erat; veſtes autem ſacerdotales iſtorum quatuor erant, quia fungebantur officio ſacerdo- K tum minorum, ſcilicet feminalia linea, tunica byſſina, & balteus, atque cidaris, his enim quatuor induti erant ad conſecrationem ſuam, vt habetur Exo. 29. cap. & ſupra 8. cap. In his quoque miniſtrauerant, quæ etiam indumenta quatuor cum mortui eſſent habebãt, quia nullum eorum ignis exuſſerat, & cũ omnib. his exportati fuerũt Nadab, & Abiu extra caſtra. Fit autem mentio ſolum de tunicis lineis, quoniam iſtæ erant veſtes perfectæ, cidaris autem, & balteus, & linea feminalia non ſunt veſtes, ſed quaſi veſtium partes, aut aliquid ad veſtes acceſſorium, ideo non oportuit exprimi illa, quoniam cum dicatur ꝙ iſti ſacerdotes habebant tunicas lineas, ſatis intelligitur ꝙ haberẽt balteum, & feminalia, & cidarim, iſta enim ad miniſtrationem neceſſariò requirebantur, ideo cum veſtes, ſeu tunicas lineas ſacerdotes haberent, ſatis de aliis acceſſoriis intelligi dabatur.

An ſit conueniens, quòd miniſtri Eccleſiæ mortui ſepeliantur in veſtibus ſui ordinis, & an ſic fiebat in Veteri Teſtamento. Quæſt. XI.

SCIENDVM autem, quòd iſti ſacerdotes exportati fuerunt ex Sãctuario, cum omnibus his veſtibus, quas tunc habebãt cum mortui fuiſſent, & in eiſdẽ ſepulti fuerunt extra caſtra: nam ſi cum eis non ſepulti, fuiſſent iiſdem exuti in Sanctuario, & delati ad ſepulturam induti veſtibus profanis: quod tamen; falſum eſt; quia in littera dicitur, ꝙ exportauerunt eos veſtitos lineis tunicis, ſicut iacebant, in quo Deus voluit monſtrare, ſacerdotes cum veſtibus ſacerdotalibus ſepeliendos eſſe, quoniã hos iuſſit ſic ſepeliri. Et id rationabile eſt, quoniam ſicut laici morientes, vulgaribus veſtibus induuntur, ita & ſacerdotes in morte, ſui miniſterij inſignia ſecum deferant, & ob hoc in Eccleſia vſitatum eſt, vt cum aliqui ſacerdotes ſepeliuntur, cum veſtibus cõuenientibus ſuo miniſterio tumulentur. Sed fortaſſis aliquis dicet, ideo ſepultos fuiſſe Nadab, & Abiu, in veſtibus ſacris, qm̃ ſic fieri debuiſſet, nec illud Deus iuberet, ſed quia iſtæ veſtes pollutæ erãt, & inhabiles iã effectæ ad miniſtrationem, qm̃ in eis ſacerdotes mortui fuerant; nam cum aliquis moriebatur, non ſolum veſtes, quibus indutus erat, immundę fiebant, ſed ẽt tota ipſa domus, & ipſa vaſa, quæ intra domũ erant, vt habetur Num. 19. c. Quãto rationabilius igitur eſt veſtes illas quibus tunc induti fuerant ſacerdotes, qñ mortui fuerunt, ex contactu cadauerũ pollutas fuiſſe, non igitur licebat in eis miniſtrare Deo, & ob hoc conueniebat, vt cũ ipſis cadaueribus humarentur. Ad hoc reſpondendũ eſt, non poſſe hoc cõſiſtere; Primò, qm̃ iſtę veſtes ĩ morte Nadab, & Abiu pollui non potuerũt, nihil enim aliquatenus immundum tetigerunt, ibi enim ignis egreſſus à Dño, tetigit veſtes illas, & ſacerdotes, quos occidit, nec tñ in hoc pollui potuerunt, qm̃ ignis ille ſacer erat, & nihil eius contactu polluebatur, ſed potius ea, quæ ignis ille tetigiſſet, ſacra effici conueniebat. Itẽ, nõ potuerunt pollui veſtes iſtæ contactu cadauerum Nadab, & Abiu: nã ſi iſti ambo, aut illato vulnere concidiſſent, pollui veſtes eorum ſatis conuenienter diceretur, quia tamen Deus illos miraculosè occidere voluit, non videtur, ꝙ debuiſſent ob hoc eorum contaminari veſtes. Item, non videtur aliquo modo eas fuiſſe contaminatas: nam, cum aliquis moritur, nõ ſolum veſtes eius contaminatæ ſunt, ſed etiam ea, quę ſunt in domo, vt habetur Numeri 19. cap. Et omnes qui ingrediuntur tentorium, vel domum, in qua aliquis mortuus iacet, immundi ſunt. Si igitur in morte ſacerdotum iſtorum fuiſſent veſtes pollutæ, non ſolum ipſæ veſtes, ſed etiam omnia, quæ in Sanctuario erant polluta fuiſſent, ſcilicet, altaria, & vaſa, & candelabrum, & menſa, & cetera vtenſilia. Sed hoc falſum eſt: ergo non debet dici, quòd etiam fuerint veſtes pollutæ. Patet hoc: quoniam ſi Sanctuarium fuiſſet pollutum, & ea, quæ intra illud erant, nõ potuiſſet fieri aliqua miniſtratio in Sanctuario vſque ad ſeptem dies, vt habetur Numeri 19. cap. cum dicitur: Omnes qui ingrediuntur tentorium, in quo aliquis homo moritur, & vniuerſa vaſa, quæ ibi ſunt, polluta erunt ſeptem diebus. Si ergo pollutum fuiſſet Sanctuarium per ſeptem dies, ceſſaſſet miniſtratio in eo, quod falſum eſt: quoniam non habetur, ꝙ aliqua die ceſſauerit, ſed omnibus diebus facta ſunt ſacrificia, ergo non fuerũt veſtes pollutæ. Item, ſi fortè Sãctuarium, & ea quæ intus erant aliqua immunditia deturpata fuiſſent, aut pollutione propter mortem Nadab, & Abiu, non potuiſſet eſſe mundum, donec mundificaretur per aquas luſtrationis, ſed hoc falſum eſt: ergo non fuit contaminatum. Patet antecedens, per ea quæ habentur Numeri 19. cum dicitur: Tollentq; de cineribus combuſtionis, atque peccati, & mittẽt ſuper aquas viuas, in quibus cũ homo mundus tinxerit hyſſopum, aſperget ex eo omne tentorium, & cunctam ſupellectilem, & homines huiuſcemodi contagione pollutos: talis autem aſperſio non fuit facta ſuper Sanctuarium, aut res eius, ergo non fuit pollutũ, nõ igitur poteſt dici, ꝙ veſtes ſacerdotum fuerint pollutæ, ideo, quãquam poſtquam mortui fuerunt, exuti fuiſſent veſtibus illis, mãſiſſent ipſæ ſine aliqua contaminatione, conuenientes ad miniſtrãdum. Item

A etiam ſi daretur, ꝙ iſtæ veſtes fuiſſent pollutæ, poterant mundari aqua luſtrationis, ſicut Num. 19. cap. habetur, & tunc fuiſſent conuenientes ad miniſtrãdum ſicut ante, ſed non manſerunt, ergo nõ videtur ꝙ hac de cauſa ſacerdotes tumulati fuerint cũ veſtibus. ſ. ꝙ ipſæ immundæ erant, & ineptæ miniſterio, ſed ꝙ conueniens erat ſacerdotes cũ ſuis veſtibus ſepeliri. Sed in hoc conſiderandum eſt, ꝙ ſiue dicamus, ꝙ ſacerdotes ſepeliebãtur in veſtibus ſuis generaliter, ſiue non, tamen de Summo ſacerdote dicendum eſt, quòd non ſepeliebatur cum veſtibus ſuis, in quibus miniſtraſſet. Sic habetur de Aaron, qui quando mortuus eſt ſuper verticem montis Hor, exutus fuit veſtibus ſuis, & indutus fuit eis Eleazarus filius eius, vt habetur Num. 20. cap. Sed fortè aliquis dicet, ꝙ in Aaron ſpeciale factum eſt, ſ. quòd filius eius, corã eo indutus eſt veſtibus eius; vt ipſe lætaretur videns filium ſuum ſuccedere ſibi in Summo ſacerdotio; ſed in aliis non factum eſt ſic, quin potius quilibet ſepeliebatur cũ veſtibus miniſtrationis ſuæ. Sed hoc falſum eſt: quoniã vt habetur Exodi 29. c. Filij Aaron debebant ſucceſſiuè indui veſte, qua induebatur ipſe Aarõ, & filij filiorũ eius, & ſic in æternũ in omnibus ſacerdotibus, cũ dicatur. Veſtem ſanctã Aaron, qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum, vt vngantur in ea, & conſecrentur manus eorum, ſeptem diebus vtetur illa, qui Pontifex pro eo fuerit cõſtitutus, i. de filiis eius. Simile habetur ſupra 6. cap. Dicendum ergo eſt, ꝙ Summi ſacerdotes non ſepeliebãtur in veſtibus in quibus miniſtrabant. An verò alij ſacerdotes minores in veſtibus ſuis ſepelirentur, non conſtat. De his tamen duobus notum eſt, quòd ipſi in veſtibus ſacerdotalibus, ſicut mortui fuerunt, tumulati fuerunt. *Et eiecerunt foras, vt ſibi fuerat imperatum*, id eſt, iſti duo, ſcilicet Miſael, & Eliſaphan exportarunt iſtos ſacerdotes ex Sanctuario, tumulantes eos extra caſtra, quia ſic præceperat eis Moyſes.

Summus ſacerdos quomodo ſepeliebatur.

Locutuſq; eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius: Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne forte moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres veſtri, & omnis domus Iſrael plangant incendium, quod Dominus ſuſcitauit: vos autem non egrediemini fores Tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moyſi. Dixitq; Dominus ad Aaron: Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis, tu, & filij tui, quando intratis in Tabernaculum teſtimonij, ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras. Et vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum, & profanum, inter pollutum, & mundum: doceatiſq; filios Iſrael omnia legitima mea, quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi.

Sacerdotes non prohibentur ſuper funera contaminari.

Sacerdotes ſacrificaturi vinũ non bibãt, vt ſciant bene iudicare.

Locutuſq; eſt Moyſes ad Aaron. Hic ponitur correctio Moyſi, quæ erat cautela quædam, vt ſacerdotes non morerentur, quoniam cum mortui fuiſſent duo filij Aaron, forte fratres voluiſſent exire ad plangendum illos, & faciendum exequias funeris. Datur autem hic cautela quædam, ne exeant, qm̃ exeuntes morerentur. *Ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius.* Ad hos tres locutus eſt: qm̃ hi ſoli tres relicti erant de ſacerdotibus cõbuſtis aliis duobus. *Capita veſtra nolite nudare.* Iſtæ ſunt cæremoniæ plangentium funera charorum ſuorũ, ſ. ſcindere veſtes, & nudare caput. Dicit aũt nudare caput, radere capillos, qm̃ ſicut veſtes corporis nuditatẽ tegunt, ita & capilli tegunt capitis nuditatẽ; cum aũt aliquis capillos abraſerit caput nudare dicitur, quod illicitum erat ſacerdotibus, & nõ ſolum tunc, cum noniter cõſecrati fuiſſent, ſed ẽt omni tempore: nam & ipſis vulgaribus illicitũ erat depilare ſe ſuper mortuo, quamuis eis liceret alia exhibere mœroris indicia in exequiis mortuorum, vt habetur Deut. 14. Cum dr̃: Nõ vos incidetis, nec facietis caluicium ſuper mortuo, quoniam populus ſanctus es Domino: Dicitur autem facere caluicium ſuper mortuo ille, qui tollit partẽ priorum capillorum in capite ſuo. *Et veſtimenta nolite ſcindere.* Hoc etiam ſacerdotibus illicitum erat, quãquam popularibus licuiſſet: nã modus erat antiqs ẽt ipſis Iudæis, cũ aliqs moriebatur, vel ĩ magni doloris expreſſione, ſcindere veſtes;

Cæremonia plangentium charorũ ſuorum funera.

Antiqua conſuetudo in ſciſſione veſtium.

K ſic

ſic habetur 2. Regum, cap. 1. De homine illo, qui venit de caſtris Iſrael ſciſſa veſte, & aſperſus caput puluere, ſic etiam in pœnitentiam alicuius delicti, ad ſignificandam magnam contritionem, cõſuetum erat Iudæis veſtes ſcindere, ſic habetur Ioelis 2. cap. cum dicitur; Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, in quo innuitur, quòd ad exprimendum tantum dolorem, quantum ipſi ibi expreſſuri erant, conſueti erant veſtes ſcindere; ſic quoque ipſis cõſuetum erat, cum audirent aliquam blaſphemiam magnam Dei, propter quam dolendum erat, ſcindere veſtes, ſic habetur Matth. 26. cap. de Summo Sacerdote, qui cum audiſſet Ieſum dixiſſe ſe videndum à dextris Dei, ſcidit veſtimenta ſua dicens: blaſphemauit. Hoc autem quanquam doloris expreſſiuum eſſet, non licebat tamen Sacerdotibus illud agere: quia Sacerdotes ceteris honeſtiores eſſe debent, & maiorem demonſtrare tranquillitatem in opere ſuo, ſcindere autem veſtes, ex quodam valde turbulento, atque furioſo motu animi eſt. Item, Sacerdotibus non conuenit ſcindere veſtes, nec monſtrare ſigna magni doloris in morte propinquorum ſuorum, quoniam quanquam eis dolendum ſit, nõ tamen valde multum, aliis autem magis dolendum eſt. Cuius cauſa eſt: quoniam illi amariſſimè dolent de morte charorum ſuorum, cum eos ſibi in æternum ablatos putent: alij tamen qui exiſtimant aliquando ſe cum illis ſociandos, & hoc in meliori ſtatu, non ita acerbè & intensè lugent, quia non eſt illis plorandum, tanquam pro morientibus, ſed tanquam pro peregrinantibus, & nũc quidem à nobis recedentibus, ſed aliquando redituris. Item, illi plorant vſque ad extremam amaritudinem pro mortuis, qui eos, quos aliquando dilexerunt, totaliter defeciſſe putãt, qui tamen ſciunt, aut credunt eos non totaliter periiſſe, ſed in melius commutatos, pro his non amarè lugent, ſed naturæ compaſſionem impendunt. Hæc autem dependent ex eo, quòd homines credunt reſurrectionem mortuorum, aut de ea dubitant: quia qui mortuos reſurrecturos putant, pro eis valde lugendum non exiſtimant; qui autem totaliter eos defeciſſe credunt, hi amariſſimo dolore mortuos proſequuntur. Et ob hoc Apoſtolus increpabat Theſſalonicenſes, quoniam exceſſiuè pro morte charorum triſtabantur, in quo videbantur non habere ſpem reſurrectionis eorum. De hoc ad Theſſalonicenſes 1. cap. 4. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent, quaſi dicat, quòd illi, qui nõ habent ſpem reſurrectionis, multum pro morientibus contriſtantur, & ſic ſubdit infra: Itaque conſolamini in verbis iſtis, quaſi dicat, iſta verba, quæ ſunt de reſurrectione mortuorum, ſunt ad magnam conſolationem veſtram. Sacerdotibus autem certior debet eſſe ſpes reſurrectionis, quã omnibus aliis, quoniam ipſi clarius cognoſcunt veritatem Sacræ Scripturæ, quàm omnes alij, iuxta illud Malach. 2. cap. Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem exquirẽt ex ore eius, quoniam Angelus Domini exercituum eſt. Cum igitur Sacerdotibus ſit certior cognitio de reſurrectione, debet minori triſtitia in charorum morte affici; & quia veſtes ſcindere quoddam magnæ triſtitiæ ſignum eſt, Sacerdotibus non conueniebat hoc facere: potiſſimum autem Summo Sacerdoti, qui erat caput omnium, & cui clarior cognitio omnibus aliis ineſſe debebat, & per hoc certior ſpes de reſurrectione ei affutura erat, ideo ceteris Sacerdotibus prohibitum erat, vt non contaminarentur in morte aliquorum plangendo, aut faciendo aliquas exequias funeris, niſi in patre, matre, fratre, & ſorore virgine, vt habetur infra, 21. cap. De Sacerdote autem magno dictum eſt, quòd in morte nullius contaminari deberet, nec etiam in morte patris, vt habetur in eodem cap. Nicolaus autem dicit, quòd cauſa prohibitionis in Sacerdotibus, de concomitando funera, & faciendo cæremonias exequiarum, fuit ad tollendum morem idololatrarum, quoniam Sacerdotes idolorum vtebantur in ritibus, & maleficiis ſuis, oſſibus, & carnibus mortuorum, vt autem ab his maleficiis Sacerdotes Dei immunes eſſent, noluit Deus eos intereſſe exequiis mortuorum. Sed iſtud nullam habet apparentiam; quoniam dicere omnia introducta eſſe in cæremoniis Dei, ad euitandos Gentilium ritus, defectus quidam magnus ſingularium cauſarum eſt. Et deficit iſtud

Sacerdotibus non conuenit monſtrare ſigna magni doloris in morte charorum.

Nicolai opinio reijcitur.

F dictum in duobus: Primò, quia non inducit quod intendit: nam quanquam Sacerdotes non comitentur funera, & interſint exequias mortuorum, nec plangentium cæremonias expleant, non tolletur inde quin ritibus idololatrarum vtantur, ſi velint vti aſſumptis carnibus, vel oſſibus mortuorum; & econtrario, dato quod Sacerdotes funeri aſtent, & plangant, ceteros complentes ritus, non ex hoc magis apti ſunt, vel inclinati ad maleficos ritus idololatrarum, quos fieri dicit aſſumptis carnibus, vel oſſibus mortuorum, quàm aliàs. Hoc namque aliquam poſſet ſoliditatem habere, ſi eius cadaueris, quod comitantur, aut plangunt, carnes, vel oſſa accepturi eſſent, ſed hoc nullus facit, nihil igitur magis differt funeribus intereſſe, vt aliquis vtatur carnibus, vel oſſibus mortuorum in cæremoniis ſuis, vt à quibuſdam aſſeritur, quàm quòd non interſit. G Secundò deficit dictum iſtud, quoniam falſum eſt: nam hoc apud Hebræos quoſdam ſatis ignaros ortum habuit, qui cæremoniarum Gentilium inſcij, quod ſibi dicendum videbatur, confingebant. Sic enim Rabbi Salomon multa per imperitiam confinxit. Sequitur iſtos Nicolaus, vnde & cum eis deficere cogitur. Cauſam igitur huius prohibitionis, de non exeundo ad funera, nequaquam eſſe hanc, ſed eam quam ſupra aſſignauimus, patet.

Quare Moyſes interdixerit Aaron, & Eleazar, & Ithamar plangentibus, exequias facere filiorum & fratrum, cum quibuſdam eorum hoc liceat. Quaſt. XII.

NVNC autem quæret aliquis, quare Moyſes H interdixerit Aaron, & Eleazar, & Ithamar, plangentibus, exequias facere, cum quibuſdam eorum hoc liceat? Nam quanquam Summo Sacerdoti, ſuper mortuo ſe contaminare fas non ſit, ſiue ille pater, ſiue mater ſit, & fortius de omnibus aliis, vt habetur infra 21. cap. Minoribus tamen Sacerdotibus, hoc non vniuerſaliter interdictum erat. Nam in mortibus patrum, & matrum, fratrum, & ſororum virginum, contaminare ſe in planctibus, & ceteris funerum exequiis, ius erat, vt habetur infra, 21. cap. Sic autem hic erat, quoniam Nadab, & Abiu, fratres erant Eleazar, & Ithamar. Licebat ergo eis eorum funera comitari, quanquam non eſſet licitum Aaron patri eorum, qui Pontifex erat. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd Aaron non licebat ſimpliciter aliquo tempore mortuorũ exequiis intereſſe, aut illorũ funera comitari, ideo quan- I quam iſti duo filij eius, multo poſt tempore morerentur, non erat ei ius eorum aſtare funeri, nec plangentium ritus explere. De Eleazar, & Ithamar, fratribus eorum, dicendum eſt, quoniam nunc non licuit eis, quia erant nouiter conſecrati, licuiſſet tamen alio tempore. Multa namque propter recentem conſecrationẽ vitari debebant, quæ poſtea facere licebat; nunc autem filij Aaron nouiter conſecrati fuerant, quoniam præcedenti die ante mortem Nadab, & Abiu, completa fecerat conſecratio eorum, ſic enim infra expreſſit Moyſes cauſam huius prohibitionis, dicens: Oleum quippe ſanctæ vnctionis, ſuper vos eſt, id eſt, nunc nouiter oleum ſanctum fuit ſuper vos aſperſum. Non licebat igitur, vt in morte aliquorum pollueretur; errant tamen illi, qui exiſtimant ſimpliciter interdictũ eſſe Sacerdotibus Veteris Teſtamenti mortuos K plangere, aut plangentibus intereſſe, quoniam infra 21. c. permiſſum eſt. *Ne fortè moriamini.* id eſt, ſi capita veſtra nudaueritis, aut veſtimenta ſcideritis, ſiue cetera alia gentium cæremonialia impenderitis, fortè moriemini. Nec tamen ſic ſub dubio intelligendum eſt, quoniam ſi dicenti Moyſi, non obtemperantes ad exequias Nadab, & Abiu exiuiſſent, certiſſimè mortui fuiſſent, quia iſte eſt modus loquendi in Sacra Scriptura, vt aliquando fortè, & fortaſſis, in manifeſtiſſimis apponantur. *Et ſuper omnem cœtum oriatur indignatio.* id eſt, ſi vos exibitis ad plangendum mortuos, non ſolum moriemini, ſed etiam populus percutietur; & hoc quia fortè populares in hoc eis non repugnarent, vel quia propter peccata Sacerdotum, tanquam prælatorum, populus quoque puniendus erat, ſicut pro peccato Principis, populus interdum punitur. Sic habetur de Dauid, numerante populum, quo-

Pro peccato Sacerdotũ ſæpe punitur populus, & econtra.

quoniam propter hoc peccatum magna pars populi, peſte cõſumpta eſt, vt habetur 2. Regum,cap.vltimo.Ideo, quando de peccato ſacerdotum hic agitur, & in aliis libris,non ſolum dicitur,quòd ipſi punientur,ſed etiã orietur indignatio ſuper totum populum, vt habetur Num. 1.cap.& 18.vbi dicitur:Si ſacerdotes,& Leuitæ nõ cuſtodierint caſtrametationes ſuas in circuitu Tabernaculi, & ſi ſacerdotes nõ obſeruauerint cultũ Tabernaculi pro ſeipſis ſolis,ipſi ſoli peribunt,& ſuper totum populum indignatio orietur;cum autem peccãt populares, eodem modo videtur retorquendum peccatum eſſe in ſacerdotes, ſi propter eorum negligẽtiam peccant, quoniam Deus poſuit ſacerdotes, tanquam ſpeculatores, vt videant, quid alij agunt,& malum,vel bonum denuncient,quòd ſi non denunciauerint, ipſi quoque cum aliis peccatoribus morientur, vt habetur Ezechielis 3. cap. cum dicitur: Filij hominis,ſpeculatorem dedi te domui Iſrael,& audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me, ſi dicente me ad impium,morte morieris,non annunciaueris ei, neque locutus fueris,vt auertatur à via ſua impia, & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, & ſanguinem eius de manu tua requiram; Hinc ſi fortè ſacerdos exhortaretur populum, vt à malo recederet, populus autem totaliter repugnaret, ſacerdos ab omni culpa immunis erat, ſic enim dicitur in eodem cap. Ezechielis. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia, ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti. *Fratres veſtri,& omnis domus Iſrael plangant*. Hic ponit Moyſes rationem dicti ſui, ſiue eius quoddam fulcimentum: nam cum dictum ſit, quòd Aaron, & filij eius, non exirent ad plangendum Nadab, & Abiu, videbatur eſſe quoddam irrationabile valde,quoniam tunc manerent indeplorati, & non factis exequiis,duo illi ſacerdotes mortui,quod irrationabile erat: nam nulli ſepulchri honor denegandus eſt. Reſpondet ad hoc Moyſes, quòd ipſi non debeant exire, ſed exibunt alij ad plangendum, ſcilicet omnes de cognatione Aaron, præter ipſum, & filios eius, & omnes alios de Iſrael. Vocat autem hic fratres eius, qui pertinent ad cognationem Aaron, ſcilicet, ad tribum Leuiticam, de quibus erant Miſael, & Eliſaphan, ad quos pertinebat ex generis propinquitate, exequias mortuorum Nadab, & Abiu explere; & hi duo extulerunt eos extra caſtra: ad omnem autem domum Iſrael, ſcilicet ad omnes, qui erant in duodecim tribubus, quæ vocantur domus Iſrael, pertinebat plangere mortem iſtorum ſacerdotum, quoniam iſti quodammodo erant prælati populi, cum eſſent vncti in ſacerdotes;ad ſubditos autem pertinet prælatorum ſuorum funera honorare. *Plangant incendium, quod Dominus ſuſcitauit*, id eſt, iſti plangant ſuper Nadab, & Abiu, quia Dominus ſuſcitauit incẽdium, cremando eos. Debent autem iſti plangere incendium illud, quoniam quanquam ipſi ſciant Deum inflixiſſe mortem illam agentem à propoſito, tamen dolere debent, quod illi miſerabiles perierint, ſic enim pro parentibus, & charis lugemus. Nam etſi nobis cognitum ſit, Deum voluiſſe illos occidere, pietatis tamen viſcera neganda non ſunt. Quinimmò, ſi aliquis funera patris, aut fratrum deplorare nollet, nec eis quicquam condolere, quoniam nouit à Deo mortem illatam fuiſſe, valde in hoc peccat, non enim aliquis Deo repugnat,quia mortem aliquibus ab eo inflictam deplorat: nam non ideo pro morientibus lugemus, tanquam factum Dei improbemus, aſſerentes, aut opinantes Deum in hoc male egiſſe, velut de hoſtibus dicere ſoliti ſumus, ſed eorum, qui defecerunt, miſeriam deploramus. Nec enim ideo lugemus,quoniam mors à Deo inflicta eſt,ſed quoniam iſti miſerabiles, hoc à Deo meruerunt, vt eis mors, aut alia tormenta inferrentur. Licitum ergo eſt pro mortuis plorare, ita vt in hoc naturæ pietatis viſcera impendamus, conuenit tñ ne tanquam de penitus deficiẽtibus deſperemus, quoniam hoc ſpem reſurrectionis abrogat. *Quod Dominus ſuſcitauit*. Deus dicitur ſuſcitaſſe iſtud incendium, quoniam ignis ille non naturaliter,ſed eo mouente ſacerdotes occidit, vt in prioribus probatum eſt. *Vos autem non egrediemini fores Tabernaculi*. Sed magis in atrio eius, quinimmo nunquam in Tabernaculo iſti manebant,niſi cum illud ad miniſtrandum introirent,quod breuiter efficiebatur, ſcilicet cremando thymiama ſuper altare thymiamatum,& diſponendo lucernas in candelabro,& panes in menſa propoſitionis ordinãdo,reliquo autem tempore intra atrio manebant,vt probatum fuit ſupra 8.& 9. cap. Iubet autem Moyſes,vt Aaron,& filij eius,non egrederentur extra fores Tabernaculi,non quidem tanquam illicitum eis fuiſſet exire die illa extra Sanctuarium,quoniam ſolum vetitum erat eis exire Sãctuarium in ſeptem diebus conſecrationis ſuæ, iſti aũt iam tranſierant, quoniam erat octauus dies,ſed iuſſit ne exirẽt extra fores Tabernaculi, ſcilicet, ad plangendum funus defunctorum, quoniam quanquam non eſſent tunc in Sãctuario,ſed extra,in tentoriis ſuis,non licuiſſet eis exire ad plangendum cadauera,cum nouiter cõſecrati fuiſſent. *Alioquin peribitis*,id eſt, moriemini certiſſimè, quia dehoneſtatis in vobis ſacram Deo vnctionem in morte aliquorum vos cõtaminantes. Hic patet, quod ſupra dicebatur, ſcilicet quòd non ponitur, fortè,dubitatiuè,cum dicitur: Ne fortè moriamini: nam hic ponitur affirmatiuè, ſcilicet alioquin peribitis. Oportet igitur reduci illam ſentẽtiam ſuperiorem ad iſtam, ſcilicet quòd fortè nullam ibi dubitationem inducat. *Oleum quippe ſanctæ vnctionis ſuper vos eſt*. Hic redditur cauſa, quare iſti nõ deberent exire ad plangenda funera, ſcilicet, quia in eis erat oleum vnctionis; nec hoc tamen ſic intelligendum eſt:quoniam ſi ideo non poſſent aliqua funera deplorare, quia ſuper eos oleũ vnctionis erat, nullo tempore deplorare poſſent, quoniam ſemper erant vncti oleo ſacro quouſque morerentur: ſed eſt ſenſus: Oleum ſanctæ vnctionis ſuper vos eſt, id eſt, oleum ſanctum nouiter ſuper vos aſperſum eſt, & in reuerentiam huius nouæ conſecrationis,ab omnibus inquinamentis abſtinere debebant. Dicitur autem hic, quòd oleum vnctionis eſt ſuper iſtos ſacerdotes, quod intelligendum eſt non per effuſionem, ſed per aſperſionem: nam ſolus Aaron erat, ſuper cuius caput oleum vnctionis effuſum fuerat, vt probatum eſt ſupra 8. cap. & habetur infra 21. cap. Super alios verò ſacerdotes minores, nõ effundebatur oleum vnctionis per ſe, nec etiam aſpergebatur, ſed fiebat quædam commixtio olei vnctionis cum ſanguine, & de illa accipiens Moyſes aſperſit ſuper Aaron, & veſtes eius, & ſuper filios eius, & veſtes eorum, vt habetur Exodi 29. cap. & ſupra 8. cap. dicitur, Iſtud oleum ſanctæ vnctionis, quia ex eo ſolum vngebantur res ſacræ, ſcilicet Tabernaculum, vaſa, ſacerdotes, & veſtes eorum. *Qui fecit omnia iuxta præceptum Moyſi*. Ad Aaron refertur, qui fecit iuxta præceptum Moyſi, ſcilicet, non exeundo de Sanctuario, nec plangendo filios ſuos mortuos, & quanquam Moyſes iſta locutus fuiſſet ad Aaron, & filios eius, tamen ſolum dicitur hic de Aaron, quòd fecit præceptum Moyſi, de filiis nihil exprimens, quoniam cum ipſe eſſet caput filiorum ſuorum,ipſo obediente præcepto Moyſi,ſatis notum erat, quòd filij obedirent; non oportuit ergo exprimi de filiis Aaron, ꝙ compleuerint præceptum Moyſi.

A | B | C | D

Ad quid Deus ſacerdotes poſuerit. — *Licitum eſt pro mortuis plorare.* — *Quare Aaron, & Eleazar, & Ithamar, non debebant exire ad funera plangenda.*

An Nadab, & Abiu, ſalui facti fuerint vel condemnati ſint. Quæſt. XIII.

E NVNC autem inquirendum eſt de ſtatu Nadab, & Abiu, ſcilicet, an ſalui facti fuerint vel condemnati ſint. Aliquis autem reſpondebit eos condemnatos eſſe; quoniam peccauerunt contra Dominum,& ab eo ſic amariſſimè occiſi fuerunt. Sed ad hoc dicendum eſt, hoc ſufficienter non probari:quoniam ſi Nadab,& Abiu peccauerũt, ſatis etiam ob id peccatum puniti fuere, vt patet in eorum morte. Peccatum aũt nõ valde magnum fuit,vt ex ſuperioribus declaratũ eſt, ideo mors illa ſufficere debuiſſet, ita vt nihil eis poſt illam mortẽ pro peccatis præteritis luendum maneret. Hæc namque eſt iuſtiſſimi Dei conditio,vt cum aliquẽ pro peccato ſemel punierit, aliam punitionem non repetat,iuxta illud Num. 1. cap. Non indicabit Dominus bis in id ipſum, vel ſecundum aliam tranſlationem. Non inſurget duplex tribulatio. Semel ergo iſtis ꝓ peccatis ſuis, tẽporali morte tolerata, nõ mane-

ret aliquid in poſterum eluendum. Sed dicet aliquis, quòd fortè iſta pęna non ſufficeret, ideo quòd in perpetuum adhuc eis pœna maneat. Sed hoc non videtur poſſe ſtare: Primò, quoniam pęna temporalis, & æterna (maximè quando datur ea, quæ in temporalibus potiſſima eſt) nunquã pro eodem delicto dantur, ſed ad aliud, & aliud, ſed iſtis pro peccato ſuo inflicta eſt pęna temporalis: ergo non debebat infligi æterna. Si autem obiicias, quòd aliqui in æternum perituri, hic incipiunt pęnas ſuas, ſicut Sancti Doctores dicunt de Pharaone, qui mortuus eſt in Mari Rubro, vt habetur Exodi 14. cap. & de Antiocho ſacrilego, de quo habetur 2. Machabæorum, cap. 9. & de Herode gerenti ſe tanquam Deum, de quo Actuum 12. cap. Reſpondendum eſt, quòd illis non fuerunt datæ pęnæ temporales, & æternæ pro eiſdem culpis, ſed ad aliud, & aliud, quoniam temporaliter puniti ſunt, quia temporaliter peccauerunt: in æternum autem cruciantur, quia morientes, malorum ſuorum non pœnituerunt. In his autem non videtur aliquid tale eſſe, ideo ſuffecit illis temporaliter mori, nec oportet, vt putentur æternaliter periiſſe. Item patet hoc: quoniam quandoque aliqua pœna pro peccato alicui hic infligetur, & ſi illa non ſufficiat, adiicitur alia pœna, non quidem in inferno, ſed in igne purgatorio, ſicut in pœnitentibus patet, qui ſi non compleāt hic pro peccatis ſatisfactionem, in futuro ſæculo in igne purgatorio vſque ad completionem cruciantur, infernali tamen nullus carceri mancipatur; ſed iſti puniti ſunt hic pro peccato, quod in Deum egerant: vel ergo punitio illa ſufficiens fuit, aut non; ſi ſufficiens fuit, nihil in futuro ſæculo, nec etiam in ipſo igne purgatorio patientur, ſi autem ſufficiens pœna non fuit, quia tamen hic incœpta eſt, non in inferno, ſed in purgatorio igne complenda erat, non ergo dici poterit ex hoc Nadab, & Abiu, æternaliter periiſſe. Item, ſi Nadab, & Abiu, dicantur ſufficientem perſtuliſſe pœnam pro peccato, tamen quia in peccato mortui ſunt, æternaliter perierunt, ſtare non poteſt: quoniam ſi in peccato mortui fuiſſent, Moyſes quaſi ex ore Domini non mandaſſet illos ſepeliri, & plãgi ſuper eos, ſed iuſſit vtrumque, vt ſupra patet, ergo non videntur periiſſe æternaliter. Item, dato, quòd Deus iuſſiſſet iſtos ſepeliri, ſi in peccato mortui fuiſſent, tamen non iuſſiſſet cum veſtibus Sacerdotalibus tumulari, ſed potius tanquam male meritos & reprobos omni ſacerdotali honore priuari, ſed non ſic factum fuit, ergo non videtur quòd æternaliter perierint. Item, ſi iſti in peccato mortui, infernali mancipati ſedi fuiſſent, non ſolum Deus eis iſta inflixiſſet, ſed & eos exuſſiſſet, ſicut ignis eos naturaliter exuſturus fuiſſet, ſed fecit ſolum eos mori, non tamen ab igne comburi, atque in cineres diſſolui, ſicut aliis ab igne pereuntibus aſſolet euenire, ergo non perierunt æternaliter: ſed iſta pena, quæ eis moriendo inflicta eſt, pro eorum peccato ſuffecit: nam etſi non ſuffeciſſet, non ſolum mortui, ſed incinerati etiam ab igne fuiſſent, & alia eis illata fuiſſent grauiora, ſicut patet de Dathan, Abiron, & Core, qui non ſolum morte perierunt, ſed etiam eos terra abſorbuit, plurimis quoque eorum combuſtis, vt habetur Numeri 16. c. Quando enim mors ſola ſufficit, nihil aliud præter mortem infligitur, immo, & auferuntur quædam grauitates, quæ aliàs mortem conſequi ſolent, ſicut patet de Propheta Domini, qui ex eo ꝙ comedit, & bibit in loco, in quo Deus vetuerat, quia tamen peccatum eius paruum erat, non lacerauit leo carnes eius, nec illius aſinum tetigit, quin potius conſeruauit apud cadauer manens, quouſque aliqui tumulaturi venirent, ne ſuperuenientes aliæ feræ lacerarent illud, vt habetur 4. Regum 14. cap. De hoc etiam conſtat quòd non perierit æternaliter, cum etiam poſt mortem Sacra Scriptura, eum virum Dei appellet. Sic etiam de Nadab, & Abiu, dici poteſt: quod & ipſi æternaliter non perierint, quia quamquam mors eis inflicta fuerit tamen præter mortem nihil actum videtur: aliud enim effici potuiſſet, ſi iſtorum culpa id exigiſſet. Aliquis autem fortaſſis dicet, quòd Nadab, & Abiu, æquam pœnam culpæ ſuæ pertulerunt, æternaliter tamen perierunt, quoniam in peccato mortali defecerunt, patet autem hoc; quoniam cum ipſi peccauiſſent, & tunc à morte præoccupati eſſent nec in ipſa vllum ſpa-

Pœna tẽporalis, et æterna non dantur pro eodem delicto.

Quid ſit aliquos æternaliter damnatos hic incipere pœnas ſuas.

F tium datum fuerit in quo conteri potuiſſent, vt ſic æternam mortem effugerent, vnde quamquã pœna, quam pertulerunt, culpæ ſuæ æqua eſſet, quia tamen per contritionem culpa abolita non eſt, neceſſarium fuit, eos æternis mancipatos pœnis fuiſſe. Ad hoc reſpondendum eſt, ꝙ quamquã ſubitanea morte præuẽti fuerint, in ipſo tamen vel minimo mortis ſpatio cõteri potuerunt, cõtritio namque diuturnas moras nõ exigit, ſed indiuiſibile quoddam eſt, quamquam igitur in ipſo actu peccati, morte præoccuparẽtur; potuerunt tamen in ipſa minimi temporis particula, ſufficienter de peccato conteri, & per hoc ab æterna ſuperuentura ira liberari. Simile enim factum, narrat Beatus Bernardus. 2. lib. Speculi Virginalis, de clerico, qui amore impudico cuiuſdam monialis ſtimulatus, dor-
G mitorium earum latenter intrauit, & ſuper lectum ſanctimonialis, dum ipſa matutinis laudibus inſiſteret, ipſe accubans à dæmone præfocatus eſt. De quo dicit ibi Beatus Bernardus, quòd poſtea reuelatione compertum eſt animam illius ad perennis vitæ gaudia trãſiſſe, ille. n. quamquam in ipſo actu peccati, ſuper lectum accubans ſanctimonialis ſuffocaretur à dæmone, tamen in ipſo ſubitaneo ſuffocationis actu, de male cæptis dolens, peccatorũ ſuorum veniam habere promeruit. Tantum igitur iſtis duobus Sacerdotibus filiis Aaron relictum fuit, vt conteri poſſent, quantum huic, quia dæmone ſuffocatus eſt: ſed iſti contritionis locus fuit, ſic igitur de Nadab, & Abiu, diffinire licet, ꝙ conteri potuerunt, atque contriti fuerint. Aliquis autem forſitan dicere poterit, ꝙ Nadab, & Abiu, tempus habuerunt ſatis magnum ad conterendũ de pec-
H cato, etiam antequam cremarentur, quoniam peccatũ ipſorum fuit accipiendo ignem alienum, & ſupponendo turibulis ad incendendum coram Domino, ſed inter ipſam appoſitionem, & combuſtionem eorum, tempus aliquod interceſſit, quoniam ipſi acceperunt ignem profanum de loco, in quo coquebantur carnes pacificorum ſacrificiorum, deinde ipſis venientibus, vt intrarent Tabernaculum ad ponendum thymiama ſuper altare thymiamatum, egreſſus eſt ignis de altari holocauſtorum, quod eſt apud oſtium Tabernaculi, & ibi combuſti ſunt: in tempore ergo medio inter acceptionem ignis profani, & cremationem ipſam, conteri potuerunt, etiam ante mortem, in quo tempore liberius erat eis dolere de peccato, quàm cum ab igne vocarentur. Sed dicendum eſt, quod iſti non contriti fuerunt, antequàm ab igne cremarentur,
I ſed in ipſa mortis inflictione, quæ etiam ſi ſubitanea erat, tamen quia aliquantulum durauit contriti ſunt, quod patet: quoniam quando aliquis conteritur, peccatum deſerit, ſed iſti vſque ad mortis inflictionem in ipſo peccati actu fuerunt, ergo nunquam contriti ſunt, vſquequo mors eis infligebatur. Secunda pars antecedẽtis apparet, quoniam peccatum iſtorum erat offerre ignem alienum coram Domino, hoc autem non ſolum conſiſtebat in hoc quòd acciperent profanum ignem, põnentes in turibulis, ſed etiam in apportatione ignis ad altare thymiamatum, & impoſitione ſuper ipſum altare. Quodcunque igitur horum facerent, dicebantur eſſe in actu peccati, ſicut de illo, qui fornicatur, ſi ſemel deliberat fornicandum eſſe, & incipit tendere ad locum illum, in quo fornicabitur, & poſtea fornicatur: quomodocunque eum
K mors præoccupet à tempore illo, quo fornicare deliberauit, vſquequo fornicationis actu fruatur, ſiue in ipſa mentis deliberatione, ſiue in itinere, quo ad fornicandum pergit, ſiue cum fornicationi inſiſtit, à morte præoccupatus, in ipſo actu peccati eſſe dicetur, ſi tamen, poſtquàm fornicari deſierit, eum mors inuadat, in peccato à morte præoccupari, dicitur, ſed non in actu peccati, quoniam iam actus tranſit, ſola macula, & reatu manentibus. De Nadab autem, & Abiu, ſic fuit; quoniam in toto tempore illo, quod fuit, ex quo alienum ignem turibulis impoſuerũt, vſque ad ipſam actualem mortis inflictionem, ſemper in peccato manſerunt: nam tunc ad ponendum turibula, cum igne profano ſuper altare properabant, ſed hoc actus peccati erat, & ob hoc non deſtiterunt, quouſque illos inflicta occupauit mors, ergo in toto iſto tempore non conterebantur, ſed tunc de peccato doluerunt, cum actum peccati dimittere incæperunt, quod fuit in ipſa

Cõtritio poteſt fieri in inſtanti.

Nemo poteſt dolere de peccato, cum in illo permaneat.

in ipſa mortis inflictione, tunc enim, quia ſic egerant, doluerunt. Solum igitur dici poteſt, quòd Nadab, & Abiu de peccato contriti ſunt in mortis inflictione, & non aliquo tempore ante. Item, ea, quæ ſupra poſita ſunt, adhuc magis probantur: quoniam ſi iſti in peccato ſuo mortui fuiſſent, Deus exercuiſſet in eis grauiorem vltionem, ſed non exercuit, quoniam etiam veſtes eorum intactas reliquit, ergo nō mortui ſunt in peccato, hoc patet: quoniam ſicut Propheta ille Domini à leone occiſus eſt, quia tamen in peccato mortuus non fuit, ſed ſemper vir Dei dicitur, carnes eius à leone laceratæ non fuerūt, ita & in Nadab, & Abiu, factum eſt: quoniam veſtes eorum ab igne crematæ non fuerunt, nec incinerata corpora, ergo videtur, quòd in peccato mortui non fuerint. Sed aliquis contra hoc arguet, quoniam ſic in Aſſyrijs factum eſt, cum enim occidiſſet Angelus centum octoginta, & quinque millia, veſtes eorum, & arma ab igne illæſa manſerunt, eorum corporibus incineratis, conſtat tamen, quòd iſti nequiſſimi fuerint, & in peccato mortui, veſtes tamen illorum illæſæ manſerunt, non ergo arguitur ſufficienter Nadab, & Abiu, etiam æternaliter non periiſſe, quoniam veſtes eorum combuſtæ non fuerunt. Ad hoc eſt reſpondendendum, quòd non eſt ſimile de morte Aſſyriorum, & Nadab, & Abiu, quoniam quamuis Aſſyriorum veſtes, & arma, illæſa manſerint, corpora tamen in ſignum malitiæ ipſorum intra veſtes, & arma incinerata fuere; in ſacerdotibus autem iſtis non ſic accidit: nam ſicut veſtes eorum ab igne illæſæ manſerunt, ita & corpora eorum cremata non fuerunt, quod ſignum erat Deum noluiſſe eos grauibus pœnis afficere. Item, cum veſtes, & arma Aſſyriorum morientibus ipſis, illæſa manſerunt, non ad aliquam eorum probationem factum eſt, ſed vt Iudæi inde arma, & veſtes illas conſequerentur, magnum enim precium erat in veſtibus, & armis centum, & octoginta quinque millium virorum, præcipuè cum Iudæi valde indigerent armis ad defenſionem ab hoſtibus faciēdam. In his autem ſacerdotibus morientibus non ſic factum fuit: quoniam non relictæ ſunt veſtes eorum ad aliquam futuram vtilitatem, cū in eis ſepulti fuerint, ſed magis ad demonſtrandum excellentiam Dei punientis, qui eos vſque in id ſolum punire voluit, quantum promeriti erant. De morte autem Nadab, & Abiu, hoc ſentiendum eſt, ꝙ ipſi merito præuaricationis illius in offerendo ignē alienum mortui ſint, atque in ipſa mortis inflictione, de peccato dolentes ab æternis cruciatibus liberati ſint, & quòd iſta mors tantæ pęnalitatis fuerit, quantum eorum præuaricatio merebatur, & quòd nō fuerint cremata corpora eorum, nec veſtes, quoniam ad quendam gradum ſupplicij attinebant. Voluit autem Deus hoc non inferri, ne quantitatem præuaricationis eorum, inflicta pęna tranſcenderet, in quo, & eos in bono fuiſſe approbauit. Eſt autem, & adhuc aliud in morte Nadab, & Abiu, quoniam quamuis igne exurente, combuſti fuerint, ſatis tamen probabiliter dicendum eſt, eos nō ſuſtinuiſſe valde magnum dolorem in illa combuſtione, ſicut aliis hominibus euenire ſolet, & hoc ſatis facile, atque ſolitum Deo eſt: nam in ipſis inferni ſuppliciis, omnes ab eodem exurūtur igne, ſed quidam grauiſſimos, alij autem minores perferunt cruciatus. Sic quoque eſt futurū de igne conflagrationis, qui ante diem iudicij adueniet, aut vt verius dicamus, in ipſo die iudicij purgaturus omnia elemēta, & omnia animalia, atque ipſos homines combuſturus, vt ſic ad iudicium præparatio quædam ſit. De hoc Beatus Petrus in Canonica ſua 2. c. 3. conſtat tamen, quòd in illa conflagratione non omnes æqualiter punientur, quoniam illi, qui valde boni ſunt, & ſupplicia non merentur, iniuſtè valde tanto premerentur cruciatu. Item quia iniuſtum valde erat, æqualem menſuram dolorum bonis, & nequiſſimis eſſe, præſertim in tempore illo, in quo ipſa æterna ſupplicia, aut æterna beatitudo incipiet. Dicunt ergo omnes Sancti Doctores, & ſic neceſſarium eſt, ſecundum Dei iuſtitiam iudicantis, vt illi qui valde boni ſunt, in conflagratione vniuerſali acerrimos dolores exurentis ignis non ſentient, ſed quaſi ſopore detenti, mortem ipſam deguſtabunt. De aliis autem hominibus dicendum eſt, quòd illius conflagrationis, & mortis inæquales patientur dolores, gradualiter

4. Reg. 19.

Quid de Nadab, & Abiu damnatione, vel ſalutione tenendum ſit.

Nadab, & Abiu non ſenſerūt magnum dolorem in igne.

A differentes, ſicut ipſa peccatorum ſuorum onera inæqualia ſunt. Sic ergo de Nadab, & Abiu, dicendum eſt, quòd in hac quæ inflicta eis eſt morte, non acerrimè cruciati ſint, quia non valde multū peccauerant, quod manifeſtatur: qm̄ in hoc cruciatu eorū corpora incinerata non ſunt. *Dixit quoque Dominus ad Aaron.* Hic ponitur correctio Dei ad Aarō, & eſt quoddam præceptum directiuum ſacerdotum, quantum ad magnam temperantiam, quæ obſeruanda eſt tempore miniſtrationis, ſ. ꝙ vinum nō bibant, & iſta locutus fuit Dominus per ſe ad Aaron, & non mediante Moyſe, ſicut in quibuſdam aliis locis fieri ſolebat. Nam cum Deus loquitur ad Aarō mediante Moyſe, dicitur: Locutus eſt Dominus ad Moyſen: Loquere ad Aaron, &c. ſed hic non dicitur, ꝙ Moyſes loqueretur ad Aaron, ſed per ſe locutus eſt cum dicatur: Dixit Dominus
B ad Aaron. Ex hoc autem inducitur, ꝙ Aaron fuerit Propheta, quia illi Prophetæ dicebantur, quibus Deus loquebatur, in hoc autem ſic factum eſt, qm̄ hic patet ꝙ locutus fuerit ei, & Num. 12. c. dicitur, ꝙ Deus locutus eſt ad Mariam, & Aaron in oſtio Tabernaculi. Declarat hoc De⁹ 1. Regum, cap. 2. ꝙ ad Aaron locutus fuerit, & ꝙ eū aſſumpſerit in ſacerdotem, cum dicitur: Nunquid nō aperte reuelatus ſum domui patris tui, cum eſſet in Aegypto in domo Pharaonis, & elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael, mihi in ſacerdotem? *Vinum, & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis.* Iſtud eſt documentum ad Aaron, & filios eius pro tēpore miniſtrationis ſuæ. Ex hoc aliqui dicūt, ꝙ Nadab, & Abiu, mortui ſunt ꝑ ebrietatē, quia hic ſubiungitur, ne ſacerdotes, cum miniſtrant vinum bibant. Sed hoc ſupra ſatis ventilatum eſt, & dicendum eſt, non eſſe hanc
C ſufficientem probationem, quia iſta incidentaliter poſita ſunt, ſicut interdum conſueuerunt multa alia præcepta incidentaliter poni ad hiſtoriam. Et ſatis conuenienter fuit poſitum hic iſtud præceptum, quāquam Nadab, & Abiu, non fuerint mortui in ebrietate, quia hic incipit miniſtratio ſacerdotum. Decuit ergo poni iſta præcepta, quæ eis conuenientia erant. Erat aūt valde conueniēs hoc præceptum de non bibendo vinum tempore miniſtrationis, ideo ſatis opportunum fuit inſeri hic, ad hāc ſacerdotum cremationē. Dicitur aūt, ꝙ non debent bibere vinum ſacerdotes, aut aliquid quod inebriare poteſt tēpore miniſtrationis, eſt aūt intentio, vt nihil ſumerēt, quo inebriati perderēt actum diſcernēdi, & quia nihil eſt, quod magis ad hoc efficiat, q̄ vinum, expreſſum fuit ſpecialiter vinum. Sunt aūt alia præter vinum, quæ inebriant, ſicut ſi-
D cera, & ceruiſia, quædam quoque confectiones ſunt, quæ inebriatiuam vim habent. Ab omnibus iſtis debebant ſacerdotes abſtinere, quia eadē cauſa erat in omnibus, cū dr̄ hic, ꝙ nō biberēt ſacerdotes aliquid quod inebriare poſſet. Eodem modo intelligendum eſt de comeſtione, ſi aliquid eſt quod comeditur, quod ebrietatē faciat, ſūt enim aliqui cibi, qui comeſti hominē ſenſibus priuant, ac ſi penitus ebrius eſſet; ſic eſt fructus palmarū Aegyptiarum, qm̄ ſi accipiantur iſti fructus, antequam matureſcāt, cum linguæ apponūtur ſitim tollunt, ſi autem, poſtquam maturi ſint, comedantur, cauſant ebrietatem, & hoc Solinus in Polihiſtor. cap. de Aegypto ait: Palma Aegyptia ſi prius quam maturuit, decerpatur, guſtata, arcet ſitim: nā ſi matura ſumatur, ſenſum intercipit, greſſum præpedit, linguā retardat, obſeſſiſq; officiis mentis, & corporis, vitiū ebrie-
E tatis imitatur. Sicut ergo ſacerdotes euitare debant in bibēdo omne, quod inebriare poteſt, ita & in comedendo, ſi aliquid inebriare poſſet, ideo nō debebant comedere fructum Aegyptiarum palmarum, cum maturus eſt, dicitur tamen, ne bibāt aliquid quod inebriare poteſt, qm̄ ebrietas frequentius cauſatur in bibendo, quam in comedēdo. *Non bibetis tu, & filij tui, quando intratis Tabernaculum teſtimonij.* Hoc præceptū dabatur Aaron, & omnibus poſteris eius: quia nulli eorum licebat comedere aliquid quod inebriare poſſet, vel bibere, & hoc erat ſolum in tēporib⁹, quibus miniſtrabant in Sanctuario: nam aliis temporibus licitum erat comedere, & bibere, quicquid vellent, ſicut aliis hominibus licebat. Arguet ex hoc aliquis, quòd nunquam liceret ſacerdotibus bibere vinum, aut deguſtare aliquid inebriatiuum, quoniam miniſtratio fiebat in Sanctuario, omni tempore, eis aūt non licebat bibere vinum,

Aaron Propheta fuit.

Præter vinum alia ſunt, quæ inebriant.

Sacerdos paucis diebus tenebatur abſtinere à vino.

cum miniſtrarent, ergo nunquam deberẽt bibere vinum. Ad hoc reſpõdetur, quòd ſacerdotibus interdictum erat, ſolum bibere vinum, cum miniſtrarent, hoc autem modicum tempus erat, quoniam non miniſtrabant omnes ſacerdotes quotidie, immo nec poterant miniſtrare, quoniam ſacerdotes valde multi erant, locus autem, in quo miniſtrabatur erat vnus, ſcilicet ſolum ipſum Sanctuarium, quod fecit Moyſes in deſerto, & poſtea templum Salomonis, in quo poſitum fuit Tabernaculum, quod Moyſes fecerat in deſerto, & quia illi ſacerdotes erant valde multi, diuiſi ſunt in vigintiquatuor partes, quæ vocantur vigintiquatuor ſacerdotes, & hoc tempore Dauid, habetur 1. Paralipomenon 24. cap. Iſti autem ſic miniſtrabant, vt illi qui erant in vna ſorte, miniſtrarent vno tempore, & qui in alia ſorte, miniſtrabant alio tempore, & cum eſſent vigintiquatuor ſortes, diuidebatur annus in vi- G gintiquatuor partes, & quælibet ſors miniſtrabat in particula ſua, dum autem illi, qui erant in vna ſorte, miniſtrarent, omnes de aliis ſortibus, poterant bibere vinum, & facere omnia alia, quæ alij homines faciunt, & rurſus omnes, qui ſunt in ſorte illa, cui competit miniſtratio, non miniſtrant, ſed ſolum aliqui eorum, & fiebat iſto modo, quoniam, cum quælibet ſors iſtarum vigintiquatuor eſſet ſatis magna, quando proueniebat illa miniſtratio, mittebatur ſors inter omnes ſacerdotes, qui erant in illa ſorte, vel diſtributione, & cui ſors eueniſſet, ille erat miniſtrãs.

De diuiſione Sacerdotũ ad miniſtrãdum.

Sic apparet Luc. 1. cap. cum dicitur de Zacharia, patre Beati Ioannis Baptiſtæ, quòd ipſe erat ſacerdos de vice Abia, quæ erat ſeptima ſors, & poſtea dicitur; factum eſt autem cum ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundum cõſuetudinem ſacerdotij, ſorte exiit, H vt incenſum poneret. & ſic innuitur ibi, ꝙ erat conſuetudo inter ſacerdotes, quòd ſorte diuideretur, quis eorum miniſtraret. Et tunc quando miniſtratio fieret in aliqua ſorte ſacerdotum, ille ſolus, cui ſuper quem caderet ſors miniſtrãdi, abſtinebat à vino, & ab omni alio, quod inebriare poteſt. Ceteri aũt liberè poterant bibere quicquid vellent, atque comedere, & ſic non accidebat cuilibet ſacerdoti in eodem anno, quod multis diebus abſtineret à vino, ſed fortè abſtinebat vno, vel duobus, aut ſatis paucis, & aliquando eſſe poterat, quòd alicui ſacerdoti non eueniret in vno anno, vel in duobus, quòd abſtineret à vino, quoniam ſortes raro eueniebant, ideo ſatis apparet, quomodo ſacerdotes, vt plurimum bibebant vinum, & modicum tempus erat, in quo abſtinere deberẽt. Sed dicet aliquis, ꝙ hoc fuit verum poſt tempora Dauid Regis, quo- I niam tunc factæ ſunt omnes diuiſiones ſacerdotum in vigintiquatuor partes, & diuiſiones Leuitarum in cantores, & ianitores, & alia officia, vt habetur 1. Paralipomenon cap. 23. & 4. & 5. Ante Dauid aũt non erant factæ iſtę diuiſiones, ideo videtur ꝙ ſacerdotes omnes, ſimul miniſtrabant, & omnes ſimul tunc à vino abſtinebant. Adhuc dicendũ eſt, ꝙ ante tẽpora Dauid quanquã non eſſent factæ certæ diſtributiones, ſicut ipſe fecit in vigintiquatuor partes, tñ non oẽs ſimul miniſtrabant, ſed aliqui vna die, aliqui aũt alia, vt habetur ex his, quæ diximus ſupra 6. c. Ideo tunc ſacerdos, qui illa die miniſtraret, nõ poterat vino vti, aut aliis potionibus inebriationis, omnes tñ alij ſacerdotes poterant vinum, & quicquid vellẽt bibere, ideo ſemper manet, ꝙ ſacerdotibus non eſſet ſẽper vetitũ bibere vinũ: nã maiori tempore cuilibet eorũ licebat, q̃ illicitũ K eſſet. *Quando intratis Tabernaculũ teſtimonij.* Per hoc ſignat miniſtrationem, ſ. ꝙ non biberent vinũ, qñ miniſtrarent. Dicitur tñ hic de miniſtratione, quę fiebat in Tabernaculo teſtimonij, non enim de ea ſola, quæ ibi fiebat, ſed de omni miniſtratione, quæ erat intra Sãctuariũ, ſiue eſſet in atrio, ſiue intra Tabernaculũ: Nam ſicut illicitum erat bibere vinũ, aut aliquid inebriatiuum ſacerdoti, cum intraret ad miniſtrãdum extra Tabernaculum, ita illicitũ erat cũ intraret ad miniſtrandũ intra atriũ ſolũ ſuper altare. Nã ſi ſolũ vetitũ eſſet bibere vinum ſacerdoti, qñ intraret intra Sanctuariũ, non eſſet prohibitum bibere, cum ſacrificaret in altari holocauſtorũ, quia illud non erat miniſtraret intra Tabernaculũ, ſed hoc falſum eſt: qm̃ potiſſima miniſtratio totius Sãctuarij erat in ſacrificãdo: ergo q ſacrificarẽt deberent multũ à vino abſtinere: ideo dicen-

Sanctuarij Tabernaculum eſt duplex.

F dum eſt, quòd capitur hic Tabernaculum teſtimonij largè, pro tota ipſa domo Sanctuarij, ſic enim accipitur ſupra in littera, cum dicitur: Non exibitis fores Tabernaculi, alioquin peribitis, tamen ibi probatum eſt, ꝙ intelligatur de toto Sanctuario. Alio modo poteſt dici, quòd accipiatur hic Tabernaculum teſtimonij propriè, ſ. quòd ſolũ eſſet vetitum bibere vinum quãdo Sacerdos intraret in Tabernaculum Sanctuarij, ſed tunc iſta coincidunt: quia ad eoſdem pertinet Sacerdotes: nam illi qui miniſtrabant intra Tabernaculum, miniſtrabant extra in atrio; ideo ſiue dicatur de miniſtratione quę erat in Tabernaculo, ſiue de illa, quæ erat in atrio eius, nõ differt: quoniam iſtæ duæ ſe conſequuntur, & qui miniſtrabat in vna, miniſtrabat in alia; ſufficienter ergo dictum eſt, ꝙ abſtinerent à vino cũ intrarent in Tabernaculum teſtimonij: quoniam per hoc intelliguntur omnes miniſtrationes, quæ erant in toto Sãctuario. Erãt autem quatuor in toto Sanctuario miniſtrationes. Prima erat in atrio Tabernaculi, in ſacrificiis diuerſorum generum ſuper altare holocauſtorum. Secunda miniſtratio erat in menſa propoſitionis, quia ponebantur ibi panes duodecim in memoriã duodecim filiorũ Iſrael, vt habetur infra 24. cap. Tertia miniſtratio erat in Cãdelabro, ſ. ꝙ quotidie Sacerdotes in aurora, & in veſpere incendebant, & diſponebant lucernas, vt habetur Exodi 27. cap. & infra 24. cap. Quarta miniſtratio erat in altari thymiamatum, ſecundũ quam Sacerdotes quotidie in aurora cremabant thymiama, & in veſpere iterũ, vt habetur Exodi 30. cap. Iſtarum aũt quatuor miniſtrationum tres erant quotidianæ, vna autem non. Prima enim, quæ eſt in oblatione ſacrificiorũ quotidiana erat, qm̃ quotidie offerebatur vnus agnus anniculus in aurora, ꝙ vocatur ſacrificium matutinũ, & alius agnus anniculus in veſpere, ꝙ vocatur ſacrificium veſpertinum. Hæc autem ex nulla cauſa omittebantur, vt patet Num. 28. cap. ideo vocatur iſtud iuge ſacrificium. Alia miniſtratio, quæ erat in candelabro quotidiana erat: nam quotidie in aurora, & in veſpere Sacerdos diſponebat lucernas in candelabro, quaſdam extinguens, & alias incendens. De hoc Exodi 27. & 30. cap. Alia miniſtratio, quæ erat in altari thymiamatum, quotidiana erat: nã quotidie in mane, & in veſpere cremabatur, vt habetur Exod. 30. cap. Vltima harum miniſtrationũ non erat quotidiana, ſ. diſpoſitio panum ſuper Menſam Propoſitionis: nã non ponebantur quotidie panes ſuper menſam, ſed per dies Sabbati, accipiebãtur enim 12. panes, & illi ponebantur ſuper Menſam Propoſitionis recentes in Sabbato, manebantq. ibi vſque ad alterum Sabbatum, & tunc auferebantur priores duodecim, & ponebãtur alij duodecim recentes. Sic erat cultus iſte perpetuus in filiis Iſrael. De hoc habetur infra, 24. cap. ad has aũt miniſtrationes ingrediebãtur Sacerdotes in Tabernaculum fœderis, vel in ipſum atrium. *Ne moriamini.* id eſt, non bibatis vinũ, vel aliquid inebriatiuũ diebus miniſtrationis veſtræ, qm̃ moriemini; hoc erat, quia ſi Sacerdotes imperio Diuino repugnabãt, & Deus occideret illos, ſicut ſupra dr̃ occidiſſe Nadab, & Abiu, quãquam nõ ex cãuſa factæ ebrietatis, ſed ex aliqua altera, vt ſupra declaratum eſt, ſed in hoc nihil refert, quia quomodocũque peccarent contra præceptum Dñi, morerentur. *Quia præceptum eſt ſempiternum.* id eſt, ritum iſtũ de non bibendo vinũ, vel aliquid inebriatiuum temporibus miniſtrationis, ideo obſeruare debetis, quia præceptum eſt ſempiternum. Nec debet tamen intelligi, ꝙ Deus poneret hoc pro cauſa obſeruationis: nam tunc eſſet ſenſus, quod tunc ob hoc Deus mandabat abſtineri à vino temporibus miniſtrationis Sacerdotalis, quia hoc erat præceptũ ſempiternum, & ſic antequam Deus hoc daret eſſe præceptũ. Falſum tamen eſt, ideo non ponit ibi, quia, tanquam redditiuũ cauſæ, ſed magis tanquam expoſitiuum, ſ. quia pręceptum ſempiternum eſt, id eſt, & iſte ritus de non bibendo vinũ erit præceptũ ad ſemper. Vel poteſt intelligi pro cauſa, ſ. nõ bibatis, ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt, id eſt, illud non eſt temporale, vel ad vnam diẽ obligans tantum, ſed ſempiternum eſt, id eſt, obligans ad ſemper, licet non ex ſemper, ideo quandocũque contra feceritis, ſemper peccabitis, quia ſemper manet obligatio ad obſeruationem huius præcepti, cum ſit ſempiternum. *In generationes veſtras.* id eſt, tamdiu durabit iſte ritus ab-

ſtinendi à vino tempore miniſtrationis ſacerdotalis, quã diu durauerint generationes veſtræ. *Vt habeatis ſcientiam diſcernendi.* Iſta eſt cauſa, propter quam Deus iubebat Sacerdotibus abſtinere à vino, ſ. vt haberent ſcientiam diſcernendi, i. haberent libertatem in iudicãdo, & non impedirentur à vino, aut ab alio, quod inebriatiuum eſt. Vinum autem ſecundum ſe, non tollit ſcientiam diſcernendi, vel vſum diſcretionis, ſed ſolum cum immoderatè bibitur, nam ſi ſumatur in debita quantitate, potius confert quàm lædit. Vetatur tamen hic vinum totaliter, & non in aliqua parte, quoniam ſi daretur facultas Sacerdotibus, ꝙ biberent vinum tempore miniſtrationis ſuæ, difficilè eſſet eis tolli, quin aliquando biberent immoderatè. Cum aũt nullo modo bibunt, facilè eſt non excedere, eſt.n. hoc de his, quæ euitantur, non tanquam mala, ſed tanquã periculoſi; ſic.n. iuramentum fugere iubemur, non quidem quĩ ipſum malum ſit, ſed qm̃ ex frequenti iuratione periurium induci ſolitum eſt, iuxta illud: Vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non recedet à domo eius plaga: ſic.n. dicit Apoſtolus: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, non quidem, ꝙ ipſum malum ſit, ſed quia ex eius frequẽti potatione, luxuria inducitur. De his extra, de iureiurando cap. & ſi Chriſtus, dicitur.n. vinum, vel aliud inebriatiuum tollere ſcientiam diſcernendi, non quidem ſcientiam, quæ eſt ipſe habitus, quoniam hæc per ebrietatem non ceſſat, ſed ſcientiam vocat ipſum actum ſciendi, aut actualiter ſpeculandi, vel diſcernendi, cuius cauſa eſt, quoniam vinum bibitum reſoluitur in magnam partem fumorum; qui aſcendunt à ſtomacho ad cerebrum; & cum fuerint in magna quantitate totam cellulã phantaſticam replent, & perturbant indiſponentes ſpecies, quę ibi ſunt, quo facto neceſſarium eſt tolli omnem actualem ſpeculationem. Cuius cauſa eſt; quoniam quamuis intellectus non ſit aliqua potentia vtens organo in ſuo actu, nec conſequens corporis complexionem, præſuppoſit tamen ad actum ſuum, actum organorum, & actus quorũdam organorum præſupponit iam extitiſſe, aliorum autem organorum actus præſupponit exiſtere. Sic etiam eſt de actu potentiæ phantaſticæ: nam tũc oportet, vt aliquis actualiter ſe conuertat ſuper phantaſmata, cum debet intelligere actualiter, iuxta illud Ariſtot. in 3. de Anima. Oportet intelligentem phantaſmatã ſpeculari, id eſt, ꝙ ille, qui actualiter intelligit, debet habere actualem conuerſionem, & ſpeculationem ſuper phantaſmata, iſtæ tamen ſpecies phantaſticæ ſunt nimis indiſpoſitæ, & valde læſæ repleta cellula phantaſtica fumis inſurgentibus ex reſolutione vini, ideo cum aliquis ebrius eſt, impoſſibile eſt, ꝙ aliquid intelligat, vel parum, & diſtortè valde, ideo ſtatus ebrietatis ei, qui vult attingere aliquem gradum in ſpeculationibus, valde repugnans eſt. Ob hoc autem cum Salomon loqueretur de vanitatibus Eccleſiaſtici cap. 2. de deſiderio ſciendi ſubiunxit: Abſtinui carnem meam à vino, vt animam meam transferrem ad ſapientiam. In quo videtur, quòd ablatio vini ad ſpeculationem facit, nõ quidem, quòd directè vinum ſpeculationẽ tollat, ſed per accidens, cum in magna quantitate bibitum eſt. *Inter ſanctum, & profanum.* Inter pollutum, & mundum, in quibus Sacerdotes diſtinguere debebant cum miniſtrabant, ſcilicet quid eſſet ſanctum, & quid profanum. Dicitur enim aliquid Sãctum, quia ad vſum Dei applicatum eſt, quod ſanctificare eſt, vocatur autem profanum id quod ſequeſtratum eſt à rebus ſacris, vel poteſt fieri in eo aliqua miniſtratio coram Domino, vnde profanum dicitur, quaſi procul à fano, id eſt, ſeparatum à Sanctuario. & hoc eſt diſtinguere, quę ſunt vaſa ſancta, in quibus licet miniſtrare, & quæ ſunt profana, in quibus non licet, vel quis eſt ignis ſacer, quo miniſtrationes Sanctuarij fieri debent, & quis eſt profanus, qui illas tangere non debet. In hoc autem errauerũt Nadab, & Abiu, qm̃ non iudicauerunt inter ſanctum, & profanum, id eſt, non fecerunt aliquam differentiam inter ignem ſacrum, vel non ſacrũ, an oporteret magis vti hoc, quàm illo ad miniſtrationes Sanctuarij. Etiam debebant ipſi diſtinguere inter mundum, & immundum, ſcilicet, quid erat mundum ad offerendum, & quid immundum, quod potiſſimè fit in animalibus, quorum quædam ad immolationem immunda erãt, alia autem minimè, & hoc ſiue ſecundum immũditiam, quæ accipitur ex parte ſpeciei, ſiue ſecũdum eam, quæ eſt ex aliquo caſu, vel ex aliqua conditione indiuidui, omnia namque debet reſpicere Sacerdos miniſtrans, vt nihil immundum offerat. Etiam accipitur hoc in pane, vino, & oleo, in quibus ad hoc, ꝙ offerantur, oportet eſſe munditiam, de qua iudicare ad Sacerdotes, qui ea ab offerentibus recipiunt, pertinebat: Si autem illi ebrij fuiſſent, non poſſent iudicare in his, quod mundum, vel immundum eſſet hoc autem dicebat Deus neceſſaria eſſe diſcretioni Sacerdotum, quod verum eſt pro tempore, quo miniſtrabant, alia tñ tempora erant, in quibus requirebatur alia prudentia, ſicut diſtinguere inter cauſam & cauſam, & ſanguinem & ſanguinem, lepram & lepram; quoniam ad Sacerdotes iudicantes iſta pertinebant, vt habetur Deuteron. 17. cap. cum dicitur: Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & lepram, & iudicium videris intra portas tuas variari, ſurge, & aſcende ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tẽpore, quæreſque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Neceſſaria igitur erat in Sacerdotibus alia diſpoſitio præter eam, quæ hic ponitur, ſed illa erat ad iudicandum in cauſis hominum, iſta autem, de qua hic, erat ad diſcernendum in miniſtratione Diuina, ideo ad aliam diſcretionem non ponitur, quod ſacerdotes debeant abſtinere à vino, in ea tamen, quæ eſt Sacerdotalem miniſtrationẽ, iubebatur abſtineri à vino; cuius cauſa duplex eſt. Prima, quia periculoſior, & maior offenſio eſt, cum aliquis peccat in diuina miniſtratione, quàm ſi peccaret in iudicio humano, ideo cautius fieri oportet, circa diuinam miniſtrationem, quàm circa actus humanos, & litigia diffinienda. Secunda cauſa eſt; qm̃ ſi ſacerdotibus vetitum eſſet bibere vinũ omni tẽpore quo iudicant, eſſet ſatis magna difficultas, cum iudicium quotidianũ ſit, & ſic deberent quotidie abſtinere à vino. Si tñ in miniſtrationib. Sacerdotalib. ſolum abſtinerẽt, illud leue eſſet, quia cuilibet ſacerdoti pauci dies miniſtrationis in toto anno cedebant. *Doceatiſq. filios Iſrael oĩa legitima mea,* i. debetis habere diſcretionẽ, vt poſſitis docere filios Iſrael ea, quæ pertinent ad legem. Et non vocantur hic legitima oĩa, quæ in lege ſunt, ſed ſolum ea, quæ cæremonialia ſunt, & vocantur purè legalia, ſiue cæremonialia, nam lex propriè conſiſtit in eo, quod à Legiſlatore eſt per eius poteſtatem deriuatũ, & hoc magis conuenit ad illa præcepta, quæ præter voluntatem Legiſlatoris, non videntur habere aliam cauſam, alia autem præcepta, quæ rationem habere videntur, cum dependeant ex principijs intellectus practici, magis videntur eſſe à natura, quàm à Legiſlatore, ideo non vocantur ita propriè leges. Sic autem accipit hic legitima ſua, id eſt, leges cæremoniales de rebus offerendis, & ritibus oblationum. Hæc enim pertinebant ſpecialiter ad ſacerdotes miniſtrantes: debebant enim erudire filios Iſrael, quid deberent offerre, & quando, & qualiter, & de ſollemnitatibus, & modo obſeruationum; alia autem præcepta, quæ erant iudicialia, & ea quæ moralia erant, non pertinebant directè ad ſacerdotes miniſtrãtes, ſed magis ad eos, qui erant quaſi prædicatores inter illos. Erat enim Iudæis ſolitum per Sabbata in Synagogis ſuis prædicantes audire, qui docebant de lege, quantum ad omnia. De hoc habetur Lucæ 4. cap. & aliqualiter colligitur Actuum 14. c. Sacerdotes tñ de quibus hic dicitur, ſolum miniſtrabant, ideo pertinebat ad eos ſolos docere Iſraelitas in eis, quæ ad illas miniſtrationes attinebant. *Quæ locutus eſt Dominus ad eos per manũ Moyſi.* i. doceatis filios Iſrael, omnia quæ locutus fuit Deus ad illos, ſ. omnia præcepta cæremonialia, & hoc per manum Moyſi, id eſt, per Moyſen. Et eſt ſenſus, ꝙ Deus protulit oĩa præcepta cæremonialia ad filios Iſrael, & hoc non immediatè, ſed per Moyſen, vt apparet in hoc Leuitico, cũ ſæpiſſimè dicatur: Locutus eſt Dominus ad Moyſen: Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos. Per ſe autem Deus non fuit locutus Iſrael, niſi ſuper montem Sinai, cum dedit præcepta Decalogi. Dicitur autem loqui per manum Moyſi, id eſt, per Moyſen, quia per manum non fit aliqua locutio, cum non ſit organum formatiuum vocis, aut expreſſiuum, dicitur tamen per manum Moyſi,

Sacerdotes aliqua re à vino abſtinere imperantur. *Vinum ſi ſumatur moderatè potius confert q̃ obeſt.* *Quo vinum tollat actũ ſcientiæ quamuis non ſcientiam.* *Tex. 30. & 39.* *Sacerdotes diſtinguere debebãt inter ſanctum, & profanũ. Quid eſt ſanum et quid profanum.* *Iudicare de offerẽdis, & in cauſis, pertinebat ad Sacerdotes.* *In quo lex conſiſtat.* *Munus prædicationis & apud Hebræos exercebatur.*

De partibus animalium libro 4. c. 10.

Moyſi, id eſt, per os, ponitur autem manus pro omnibus organis: quia ipſa eſt organum organorum, iuxta Ariſt. 3. de Anima.

31. diſt. c. tenere ibi, quia & alia. 82. diſt. c. propoſuiſti. & c. plurimas. 32. q. 4. c. recurrat.

De pę. diſt. 5. c. inter hæc hircũ. 1. & fi. in gl.

Locutusq; eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius, qui erant reſidui: Tollite ſacrificium, quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud abſque fermento iuxta altare, quia Sanctum Sanctorum eſt. Comedetis autem in loco ſancto: quod datum eſt tibi & filijs tuis, de oblationibus Domini, ſicut præceptum eſt mihi. Pectuſculum quoque quod oblatum eſt, & armum, qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſſimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum. Tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtijs ſalutaribus filiorum Iſrael: eo quod armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerint coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, ſicut præcepit Dominus. Inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cum quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratusq; contra Eleazar, & Ithamar filios Aaron, qui remanſerant, ait: Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ Sancta Sanctorum eſt, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini, præſertim cum de ſanguine illius non ſit illatum intra Sancta, & comedere debueritis eam in Sanctuario, ſicut præceptum eſt mihi? Reſpondit Aaron: Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coram Domino: mihi autem accidit quod vides. Quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cæremonijs mente lugubri? Quod cum audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.

Locutusq; eſt Moyſes. Hic deſcribitur tertium principale, ſ. defectus comeſtionis. Et diuiditur in duo, quoniam Primò agitur de comeſtionis retardatione; Secundò, de eius totali omiſſione; Secunda ibi: *Inter hæc hircum.* Circa primum dicitur hic. *Locutusq; eſt Moyſes ad Aaron, & Eleazar, & Ithamar.* Ad hos tres locutus eſt, quoniam hi ſoli ſacerdotes erant, alijs duobus iam mortuis. *Filios eius, qui erant reſidui,* id eſt, quamuis filij Aarō eſſent quatuor: tamen de illis iam ſoli duo reſidui eſſent, ſ. Eleazar, & Ithamar, quoniam alij duo, ſcilicet Nadab, & Abiu mortui erant. *Tollite ſacrificium, quod remanſit de oblatione Domini.* Hic Moyſes conuocat ſacerdotes ad comedendum illas partes ſacrificiorum, quæ eis cedebant, & dicitur, ꝙ tollant ſacrificium, quod remãſit de oblatione Domini, id eſt, multa animalia Deo oblata ſunt, & illorum quædam cremata ſunt ſm ſe tota, ſicut animalia, quæ in holocauſto ſacerdotum, & in holocauſto totius populi data ſunt: alia autem ſecundum partem cremata ſunt, ſicut animalia pro hoſtiis pacificis, & pro peccato populi. De omnibus his animalibus accipiebant ſacerdotes, & aliquid cedebat Domino; nam de hoſtiis pacificis pectuſculum, & armus dexter cedebant iuri ſacerdotum. De hoſtia autem pro peccato populi, omnes carnes iuri ſacerdotum cedebant; & quia iſta omnia Domino oblata fuerant, & cedebant iſtæ partes iuri ſacerdotum, dicebantur eis relictæ de oblatione Domini: habebant enim ſacerdotes hic partem de tribus animalibus, ſcilicet de boue, ariete pacifico, qui oblati fuerant à populo, & de hirco pro peccato populi, de boue, & oue habebant armum dextrum, & pectuſculum, vt habetur ſupra 7. cap. de hirco pro peccato, habebant omnes carnes, & pellem, vt habetur ſupra 6. c. ideo hæc omnia comedere debebant. Cum autem dicitur hic, ꝙ tollerent id quod remanebat de oblatione Domini; non eſt ſenſus, ꝙ iſtud manſiſſet quaſi ex obliuione non combuſtum, vel quia nō potuit comburi, aut ex aliqua alia occaſione: ſed ꝙ iſtud remanebat eis de oblatione Domini, i. cedebat iuribus eorum de oblatione, ſicut Domino cedebant partes ſuę, quę coram eo cremabantur. *Et comedite illud abſque fermento,* i. partes ſacrificiorum coquebant ſacerdotes intra atrium Tabernaculi, & ibi comedebant eas, quanquam in hoc differentia erat, quoniam de pectuſculo, & armo, quæ cedebant de hoſtiis pacificis, licebat ſacerdotibus, & omnibus de familia ſua comedere, iuxta ea, quæ declarauimus ſupra 6. c. & colligitur in littera infra, 22. cap. De carnibus autem hoſtiarum pro peccato, non licebat comedere omnibus de familia ſacerdotum, ſed ſolis maſculis de ge- F nere ſacerdotali, vt habetur ſupra 6. cap. dicitur autem, ꝙ deberent comedere iſtas partes ſacrificiorum abſque fermento, quoniam erant ſpecialia iſta ſacrificia.

Comeſtionis retardatio.

An erat neceſſarium ſacerdotes azymos panes comedere? Quæſt. XIIII.

PRo quo ſciendum eſt, ꝙ ſacerdotibus non incumbebat ex neceſſitate comedere panes azymos, cum partibus ſacrificiorum; nam & panes fermentatos comedere poterant, ideo illos, non azymos comedebant. Sic habetur ſupra, 7. cap. vbi Deus iuſſit eos, qui offerrent hoſtiam pacificam, offerre ſimul fermentatos panes, & de illis dicebat cedere vnum ſacerdoti: Comedebat igitur fermentatos panes. Cum autem dicitur hic, ꝙ comederent partes G illas ſacrificiorum cum azymis, ſiue abſque fermento, poteſt dupliciter intelligi: vno modo, ꝙ hoc referatur ad ſimilam, quæ eis cedebat, nam in quolibet horum ſacrificiorum offerebatur certa pars ſimilæ, vt habetur Num. 15. c. & de illo ſolum tollebat ſacerdos pugillum, atque ponebat ſuper altare, reliquum autem cedebat iuri eius, vt ſupra, 2. c. De iſtis autem partibus, quæ cedebãt iuri ſacerdotum de ſimila diffinitum erat, vt comederent ſine fermento, qm̃ illa erat pars ſimilæ, quæ oblata eſt Domino, & pars eius fuerat cremata ſuper altare, vt habetur ſup. 6. c. & quia cũ his ſacrificiis, quæ obtulerat populus, fuerant datæ partes ſimilæ, de illis ceſſit maxima pars ſacerdotibus, quam comedere debebant abſque fermento. Poteſt igitur intelligi de iſta ſimila, ſ. ꝙ Deus mandauiſſet ſacerdotibus, vt cum partibus ſacrificiorum, quæ illis H cedebant de oblatione populi, comederent ſimilam oblatam à populo ſine fermento. Alio modo intelligi poteſt, ꝙ Deus iuſſerit ſacerdotibus comedere aliquos panes non fermentatos cũ iſtis partibus ſacrificiorum, & quanquam aliàs liceret eis comedere panem fermẽtatum cum ſacrificiis, tamen Deus iuſſit, ꝙ hic comederent ſine fermento, quia erat aliquid ſpeciale in his ſacrificiis. *Iuxta altare.* i. ꝙ deberent comedi iſtæ carnes cum panibus, circa altare holocauſtorum. Nam mandatum erat, ꝙ coquerẽtur carnes ſacræ iuxta altare, & poſtea ibidem comederentur, quia non licebat eas efferri ex Sanctuario; *Quia Sanctum Sanctorum eſt.* Iſta eſt cauſa ſuperiorum, & poteſt referri ad quodlibet duorum ſupradictorum, ſ. cum dr̃, ꝙ comederentur iſtæ carnes ſine fermento, vel ꝙ comederentur iuxta altare. Si aũt ad primum referatur, eſt ſenſus, ꝙ ideo I comedi debebant iſtæ carnes ſine fermento, quia Sãctum Sanctorum ſunt, i. quia ſunt multum ſanctæ, & debent in eis obſeruari plures cæremoniæ, quam in aliis carnibus vulgaribus. Si referatur ad ſecundum eſt ſenſus, ꝙ comederent iſtas carnes iuxta altare, quia Sanctum Sanctorum eſt, i. quia iſtæ carnes ſunt multum ſanctæ per cõſecrationem factam Deo, non debebant comedi in quolibet loco, ſed ſolum circa altare. *Comedetis autem in loco ſancto: quod datum eſt tibi & filijs tuis, de oblationibus Domini.* Repetitio ſententiæ ſuperioris eſt, ſed nec eſt inutilis, quoniam ſupra fuit facta determinatio ſpecialiter de carnibus his, quas ſacerdotes acciperent in hac die prima miniſtrationis ſuæ, hic autem ſubditur generalis ſententia de omnibus carnibus, & panibus, quæ cedũt ſacerdotibus ex oblationibus factis ad Deum, quoniam illa omnia deberent K comedere in loco ſancto, ſ. apud altare holocauſtorũ. Dicit hic, quod datum eſt tibi, & filiis tuis, quoniam omnia, quæ ſeparauerat Deus de ſacrificiis pertinebant ad ſacerdotem Summum, & minores. *Sicut præceptum eſt mihi,* id eſt, iſta facies, qm̃ ſic mandauit mihi Deus, vt faceretis. Dicit hoc Moyſes, qm̃ omnia præcepta, quæ dabantur de ritu ſacerdotali ipſi Moyſi, primo dicebantur à Deo: deinde ipſe referebat Aaron, vt ſatis patet ex ſuperioribus. *Pectuſculum quoque quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſſimo.* Hic ponitur quædam declaratio ſuperiorum, & nō eſt additio, quamuis littera videatur hoc ſignare, cum dicat: Pectuſculum quoque; quia iſta dictio, quoque, additio eſt, non poteſt tamen hic eſſe additio, quia ſupra dictum fuit, quod omnia, quæ darentur Aaron, & filiis eius, comederent in loco ſancto: hic autem dicitur, quod pectuſculum, & armus dexter

Repetitio ſuperiorũ haud inutilis.

Superiorũ declaratio quędam.

dexter comedátur in loco mundiſſimo, tamen pectuſculũ, & armus dexter erant de eis, quæ dabantur Sacerdotibus de oblationibus Domini: ponuntur tamen hic iſta ad exponendum, ne tamen fruſtra ſint, quoniam ex hoc fit differentia de his partibus duabus ad omnia alia, quæ cedebant Sacerdotibus de ſacrificiis Domini, erat namque regula, ſecũdum quod ſupra poſuimus de carnibus, quæ cedebant iuri Sacerdotũ: quia ſi illæ eſſent de carnibus pacificarum hoſtiarum, licitum erat Sacerdotibus, & omnibus de familia eorum veſci illis. Si autem eſſent carnes de ſacrificiis pro peccato, ſolis maſculis de genere Sacerdotali veſci illis licitum erat, ſicut habetur ſupra 6. cap. iſtam autem differentiã vult aſſignare hic Deus, ponens pectuſculum, & armum dextrum, quæ de ſacrificiis pacificis cedebant, & poſtea ſubiungit, quod de hoc comedent filij, & filiæ ſuæ. *Pectuſculum quoque quod oblatum eſt.* id eſt, etiam pectuſculũ, & armus dexter, quæ cedunt vobis, comedentur in loco ſacro. dicit autem pectuſculum eſſe oblatum, & non armum; Quamquam in hoc aliquis ibi obiiciet, ꝙ vtrumque oblatum ſit, nam totum animal coram Deo offerebatur, oblato autem animali neceſſariũ erat, tam pectuſculum, quàm armum dextrum, & cetera, quæ in animali eſſent, oblata eſſe. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd duæ erant oblationes, in quolibet animali, quod Domino offerebatur. Prima oblatio erat, quia ipſum animal totum offerebatur Domino, & hoc erat cum præſentabatur corã Domino viuens apud altare, & ſuſcipiebant illud Sacerdotes, & in hac oblatione dicebatur offerri ipſum animal, & non aliqua pars eius, ita quod non poſſemus dicere eſſe oblatum pectuſculum, vel armum dextrum, aut aliquid alterum. Secunda oblatio erat, quia ſpecialiter offerebantur aliquæ partes animalis, & iſto modo dicebamus offerri adipes ſacrificiorum, quoniam ipſi ſemper offerebantur ſuper altare, & cremabantur; & quantum ad hunc modũ pectuſculum dicebatur oblatũ eſſe, quia quamuis non cremaretur in altari, in oblatione hoſtiarum pacificarum, tamen fiebant quædam cæremoniæ in ipſo, ſ. quod Sacerdos eximeret adipes animalis immolati in hoſtias pacificas, & ſepararet ipſum pectuſculum animalis vtrumque imponens ſuper manus laici offerẽtis, qui eleuabat iſta duo coram Domino ſurſum, & deorſum, ante & retro, dextrorſũ, & ſiniſtrorſum, & tunc accipiebat Sacerdos iſta de manu laici, & cremabat adipes ſuper altare, pectuſculum autem ſibi reſeruabat, vt habetur ſupra, 7. cap. De armo autem dextro animalis non fiebat ſic, nec de aliqua alia parte, ideo pectuſculum ſpecialiter eleuatũ dicebatur, & oblatũ coram Domino. Sed hoc non erat in omnibus ſacrificiis, nam in hoſtiis pro peccato, nihil tale erat, nec in holocauſtis, ſed in ſolis pacificis, ideo in aliis nõ dicebatur pectuſculum oblatum. *Et armum qui ſeparatus eſt.* Dicit armum ſeparatum, quia de omnibus hoſtiis pacificis ille ſeparabatur in ius Sacerdotum cũ pectuſculo, vt habetur ſupra, 7. cap. & vocatur iſte armus aliquando armus ſeparationis, ex cauſa ſupradicta, vt patet ſupra, 7. cap. cum dicitur: Pectuſculum enim eleuationis, & armum ſeparationis tuli à filiis Iſrael de hoſtiis eorũ pacificis. *Edetis in loco mundiſſimo.* Vocatur locus mundiſſimus apud altare holocauſtorum, quia ille locus erat ſequeſtratus ab omni immunditia vulgari, cum eſſet locus ſacer, & quantum ad hoc, ꝙ comederentur armus, & pectuſculum in loco mũdiſſimo, nihil differebat ab omnibus aliis carnibus ſacrificiorum, E quia omnes in eodẽ loco comedebantur, nec propter hoc appoſitum fuit hic, ſed propter differentiam perſonarum comedentium, ſicut habetur immediatè. *Tu & filij tui, ac filiæ tuæ tecum*, id eſt, omnes iſtæ perſonæ poterunt comedere de pectuſculo & armo.

In quolibet animali oblato fiebãt duplices oblationes.

Locus mũdiſſimus apud altare holocauſtorũ, quare diceretur,

Quibus licebat comedere de partibus ſacrificiorum. Quæſt. XV.

CIRCA hoc autem quibus perſonis comedere liceat de carnibus ſacrificiorum, & quid in eis requiratur, vt licitè comedãt ſatis declarauimus ſupra, 6. cap. Sed breuiter dicendum eſt, quod ad hoc, vt aliquis licitè comederet de partibus ſacrificiorum, quæ cedebant iuri Sacerdotum, oportebat, vt mundus eſſet, quæ autem immunditiæ A ſint, à quibus cauere deberet, habetur infra, 22. cap. Qualiter autem ab illis emundari deberet, habetur eod. cap. & Num. 19. Deinde autem diſtinguendum eſt ad perſonas, quibus licebat comedere de partibus ſacrificiorũ, quæ cedebant Sacerdotibus. Et dicendum, quod de holocauſtis nullæ carnes cedebant iuri Sacerdotum, quoniam omnes cremabantur coram Domino, ſic enim holocauſtum dicitur, quaſi totum combuſtum. Manebant autem duo ſacrificia de quibus Sacerdotes partes habere poterant, ſ. ſacrificium pacificum, & pro peccato. De ſacrificio autem pacifico cedebat ſolum pectuſculum, & armus dexter, vt habetur ſupra, 7. cap. de ſacrificio autem pro peccato, omnes carnes pertinebãt ad Sacerdos, niſi eſſet ſacrificiorum pro peccato, cuius carnes cremarentur extra caſtra. In ſacrificio autem pro delicto, eadẽ lex erat, præterquam quòd B offerebatur, & cremabatur coram Domino cauda eius, vt patet ſupra, 6. cap. De his autem ſacrificijs pro peccato, vel pro delicto, eſt regula generalis, quod ſolis maſculis de genere Sacerdotali licebat veſci illis, vt habetur ſupra, 6. cap. Si autem eſſent partes ſacrificiorum pacificorum, tam filij, quàm filiæ Sacerdotum comedere poterant, ⁊ vt habetur hic. Præter hoc etiam licitum erat ſeruis empticiis, & vernaculis Sacerdotum veſci illis, vt habetur infra, 22. cap. Inquilini autem & mercenarij, atque omnes alienigenæ non habebãt ius comedendi de his, vt habetur infra, eod. 22. cap. Et cum hic dicitur, quòd licitũ erat filiis, & filiabus Aaron, & aliorum Sacerdotum, comedere de pectuſculo, & armo dextro hoſtiarum pacificarum, intelligendum eſt, cum illæ filiæ non fuiſſent traditæ in vxores viris alterius tribus, quàm Leuitarum: nam tunc non lice- C bat eis comedere de ſanctificatis: quia cum vxor ſortiatur familiam viri, talis femina non dicebatur iam de familia Sacerdotum, ſed de aliqua alia. Non licebat ergo ei, quod licebat aliis feminis de genere Sacerdotũ, vt habetur infra 22. cap. Si tamen mortuo viro, iſta femina rediiſſet in domum patris ſui Sacerdotis, ius erat ei comedere de carnibus ſanctificatis, ſicut à principio, cũ puella eſſet, licuerat, vt habetur infra, 22. cap. Nulli autem de Leuitis, tam viro, quàm feminæ licebat comedere de ſanctificatis, quia non erant de familia Sacerdotum. *Tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtijs ſalutaribus filiorum Iſrael.* Hic datur ius Sacerdotibus ad accipiendum iſtas carnes hoſtiarum pacificarum, cum dicitur, quod iſta ſunt repoſita ſibi, & filiis ſuis, & loquitur de armo, & pectuſculo, de quibus immediatè dixerat. Cum autem dicitur, quòd iſta ſunt reſer- D uata Aaron, & filiis eius, poteſt intelligi dupliciter: ⁊ vno modo, quod dicantur hic liberi Aaron, tam filij, quã filiæ eius, & erit ſenſus, ꝙ Aaron, & filiis, & filiabus eius reſeruatæ ſunt iſtæ partes, vt comedãt eas, qm̃ omnibus illis comedere licet, ſicut ſupra immediatè dictũ eſt, ſ. edetis tu, & filij tui, & filiæ tuæ tecum. Alio modo intelligi poteſt, quod ſolum nomine liberorum intelligantur filij Aaron maſculi, qui in ſacrificiis miniſtrant, & tunc eſt ſenſus, ꝙ iſta ſunt reſeruata Aaron, & filiis eius, ita, quod cedunt eis in ius, qm̃ nullus habebat ius percipiẽdi iſta, niſi Sacerdos miniſtrans. Et quamquam ẽt filiabus Aaron, & poſterorũ eius licitum eſſet comedere de his carnibus ſacris, tamen nullus habebat ius ad percipiendum iſtas carnes, niſi ille, qui miniſtrabat, & iſte erat Aaron, & filij eius facti Sacerdotes, & hunc ſenſum intelligit hic littera; quamquam ſi ponatur ſenſus ſuperior, non repugnabit. *De hoſtijs ſalutaribus filiorum Iſrael.* id eſt, quod iſtæ partes, quæ hic dicuntur eſſe ſeparatæ pro iure Sacerdotum, erant de hoſtiis ſalutaribus, id eſt, de hoſtiis pacificis: vocantur autẽ hoſtiæ pacificæ ſalutares, quoniam ſalutares à ſalute dicuntur, & ſic dicuntur ſalutares, quoniam pro ſalute habita, vel habenda offerebantur. Sic autẽ de pacificis hoſtiis dicimus, quoniã ipſæ ſunt pro pace habenda, vel pro habita, id eſt, vt nobis pacificetur, vel quia iam pacificatus eſt. Fiunt autem potiſſimum iſtæ hoſtiæ pacificæ pro ſalute impetranda, vel cũ aliquis ſalutem impetraſſet, illas offerebat, nihil ergo refert vocare iſtas hoſtias pacificas, vel ſalutares: ad idem enim vtrumque pertinet. *Eo quod armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerint coram Domino.* id eſt, datur hic cauſa, quare iſta duo pertinerẽt ad Sacerdotes de hoſtia pacificorum, & redditur cauſa, ſcilicet;

Ius Sacerdotib. datũ ad accipiendas carnes hoſtiarũ pacificarũ.

Quare hoſtiæ pacificæ vocẽtur ſalutares.

quòd

quòd iſta eleuauerunt coram Domino,ideo cedent Sacerdotum. F

An cauſa q̃ dr̃ in textu ſit cõueniens.

Sed aliquis dicet,quòd non videtur hic dati cauſa eius, quod propoſitum eſt: nam dictum eſt, iſta duo, ſcilicet, pectuſculum, & armum dextrum, pertinere ad Sacerdotes de hoſtia pacifica, & dicitur hoc eſſe,quia adipes, & armus dexter,& pectuſculum eleuabantur coram Domino, ſed hoc nihil attinere videtur.

Reſpondendum eſt, quòd iſta eſt conueniens cauſalitas ſuperiorum:nam hoc eſt generale fundamentũ in hoſtia pacifica,quod tota hoſtia pacifica pertinebat ad offerentes laicos, & ideo quidquid tolleretur de illa hoſtia, dicebatur auferri ipſis vulgaribus: tanquam de ſuo tolleretur.Sic habetur ſupra,7.cap.cum dicitur: Pectuſculum enim eleuationis,& armũ ſeparationis,tuli à filiis Iſrael, de hoſtiis eorũ pacificis, & dedi Aarõ Sacerdoti, ac filiis G eius. Cum ergo iſta hoſtia pertineret ad laicos offerentes,quamquam ipſa offerretur Domino, quoniam immolata erat,per illam tamen generalem immolationem, atque oblationem,nihil conſequebatur Deus,nec Sacerdotes,niſi ſpecialiter applicaretur eis quædam alia cæremoniali oblatione,per quam videretur ius Deo,vel Sacerdotibus acquiſitum: & quia in hoſtia pacifica non fiebat hoc,niſi in adipibus, & pectuſculo, & armo dextro, ideo iſta tria pertinebãt ſolum ad Deum,& Sacerdotes de hoſtia pacifica. Et cum dicitur hic, quod pectuſculum,& armus dexter pertinerent ad Sacerdotes, quia eleuauerũt armum dextrum, & adipem, & pectuſculum ipſi populares coram Domino,cõueniens cauſalitas redditur: nam de tota hoſtia pacifica per oblatioñe generalẽ nihil pertinebat ad Deum,vel Sacerdotes,niſi aliqua ſpecialis applicatio poſtea fieret. Sed iſta tria,ſcilicet adipes, armus H dexter, & pectuſculum,fuerunt eleuata ſpecialiter coram Domino per manus ipſorum offerentium,ergo iſta ei ſpecialiter applicabantur, non autem applicata fuiſſent,niſi eleuata fuiſſent coram Domino. Et quamquam iſta tria per eleuationem ſpecialem coram Domino pertinebãt ad Deum, tamen Deus non faciebat illa cremari coram ſe, ſed ſolum adipes, tradẽs alia duo Sacerdotibus in partem eorum, vt habetur ſupra,7.capite.

Quomodo dicitur hic,quòd adipes,& dexter armus, & pectuſculum coram Domino eleuabantur. Quæſt. XVI.

SED adhuc quæret aliquis,quomodo dicitur hic quod adipes,& armus dexter,& pectuſculum eleuebantur I coram Domino, cum ſupra,7.cap.dicatur ſolum de adipibus,& de pectuſculo? Forte aliquis reſpondebit, quòd iſta tria eleuabantur, & iſtud argumentum nullum eſt: quoniam aliquando Sacra Scriptura omittit aliqua in vno loco,quæ ſuppler in alio,ſicut in duobus libris Paralipom.recitantur ea,quæ omiſſa fuerant in Geneſi,& Iudicibus,& quatuor libris Regũ. Idem autem eſt de duobus libris Machabæorum, quoniam liber ſecundus nihil aliud continet,niſi ſuppletiones eorum, quæ in primo libro omiſſa fuerant. Sic etiam hic, quamquam ſupra,7. cap.ſolum fuerit poſitum de adipibus, & pectuſculo, q eleuarentur coram Domino, tamen hic ſuppletur de armo dextro, quod etiam eleuaretur coram Domino. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd adipes, & pectuſculũ eleuabantur coram Domino ſolum, & ſic ponitur ſupra 7.c. K Cum autem dicitur, quòd non valet argumentum, quòd potuerunt omitti ſupra,7.cap.ea quæ hic ſupplentur. Dicendum eſt, quòd non fuit factum per aliquam omiſſionem; quoniam ſi ibi expreſſo de adipibus, & pectuſculo per omiſſionem ſubticeretur de armo dextro, non diceretur ſpecialiter de his duobus, quòd hæc cõſecrata ſunt. Dicitur tamen de his ſolis expreſſo numero, ergo hæc ſola duo oblata ſunt,quod patet cum dicitur: Tenebit manibus adipem hoſtiæ,& pectuſculum,cumq; ambo oblata Domino conſecrauerit,tradet Sacerdoti: & ſic dicitur, quòd ambo conſecrabantur,& ſic ſola duo erant,nec poterat ibi intelligi omiſſio facta, quia tunc non exprimeretur numerus dicendo: Cumque ambo oblata Domino conſecrauerit,ſed diceretur ſine numero.Cumq; illa oblata cõſecrauerit:ambo.n.dici nõ poteſt,niſi de duobus ſolis.

Item patet adhuc, quòd ſolum pectuſculum cum adipibus eleuatum eſt, & non armus dexter, quod patet ex nomine eius, nam Sacra Scriptura vocat pectuſculũ eleuationis, & armum ſeparationis, vt habetur ſupra,7.c.ſi tamen ambo eleuata fuiſſent, nullum eorum diceretur pectuſculum eleuationis,vel armus eleuationis, aut ambo ſic nominarentur, ſcilicet pectuſculum eleuationis, & armus eleuationis,ſed ſic nominatur pectuſculum, & non armus, ergo videtur, quòd ſolum pectuſculum eleuatum fuerit.

Si autem obiicias,quòd ſupra,7.c.dicitur pectuſculum eleuationis,& non armus,quia ibi ſolum expreſſum eſt de pectuſculo,q eleuaretur,& nõ de armo: hic tamen exprimitur, quòd armus eleuatus eſt, ſicut adipes & pectuſculum,ergo vocari poterit armus eleuationis. Reſpondendum eſt,non ſtare hoc:quoniam ſicut ſupra,7.cap.dicebatur eſſe pectuſculum eleuationis,& non armus,ita hic ponitur aliquid,quod ſignat ſpecialiter illud eſſe pectuſculum eleuatum,& non armum,cum ſupra dicatur: Pectuſculum quoque, quod oblatum eſt,& armum,qui ſeparatus eſt,& ſic dicitur ſpecialiter pectuſculum oblatũ,quod non dicitur de armo: oblatum autem eſſe, & eleuatum, idem eſt ſicut patet ſupra, 7.cap.cum dicitur: Adipes & pectuſculum eleuari, & per hoc offerri. Ideo dicendum eſt,quòd ſola illa duo,ſ.pectuſculũ, & adipes, eleuabantur in manibus laicorum offerentium, armus autem non. Sed cum hic dicitur,quòd armus,& pectuſculum,& adipes eleuati ſunt coram Domino. Reſpondendum eſt, q iſta eleuatio armi non erat cum eleuatione adipum, & pectuſculi,nec ſub ſimilibus cæremoniis,ſed erat quædam alia eleuatio ſimplex,& per ſe ſine cæremoniis, & quantum ad hoc omnia tria eleuata ſunt, ſed non eadem,nec ſimili eleuatione. *Eo quòd armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari,eleuauerunt coram Domino.* Dicitur hic de adipibus, q cremantur ſuper altare,quoniam cũ omnia iſta tria per eleuationẽ ſpecialiter applicarentur Deo, non videbatur eſſe,q aliquid iſtorum pertineret ad Sacerdotes,ſed omnia ad Deum; exprimitur tamen, q iſti adipes cremabantur in altari ad ſignandum, quod quamuis omnes iſtæ tres res ad Deum pertinerent, ſoli tamen adipes erant,qui cremabantur,pectuſculo, & armo cedentibus in iura Sacerdotum. *Et pertineant ad te,& ad filios tuos lege perpetua.* i.iſta duo,ſ.armus,& pectuſculum, pertinebunt ad Aaron,& filios eius,de hoſtiis pacificis. Vocantur autem hic filij Aaron, non omnes maſculi de genere Aaron,ſed ſoli illi, qui erant Sacerdotes, quoniam pertinere ius aliquod dicit. Nullum tamen ius erat percipiendi iſtas partes ſacrificiorum filiis Aaron, non Sacerdotibus,cum dicatur ſupra,7.c.q armus dexter,& pectuſculũ de pacificorum hoſtiis cedebãt iuri Sacerdotis, qui offerebat ſanguinem, & faciebat ſacrificium pacificũ, dicebantur pertinere lege perpetuã, qm̃ quamdiu durarẽt iſta ſacrificia,duraret iſta lex de particulis duabus quæ cedebãt Sacerdotibus. *Sicut præcepit Dominus.* ſ.q haberent Sacerdotes iſtas partes, vt habetur ſupra, 7.c.vbi dicit præceptum eſt. *Inter hæc,hircum,qui oblatus fuerat pro peccato,cum quæreret Moyſes,exuſtũ reperit.* Hic agitur de totali omiſſione comeſtionis,ſcilicet,q non comediſſent hircum pro peccato, quem comedere debebant, ſed reliquerunt in igne, & combuſtus eſt. In hoc autem Sacerdotes ſatis grauiter peccabant,& puniendi fuiſſent,vnde Moyſes eos increpat, ſicut infra patet. Fuerunt autem liberati à pœna, quia propter magnam turbationem Nadab, & Abiu non fecerunt, ſicut facere debebant, non potentes aduertere.

De adipibus qui ſuper altare cremantur.

Comeſtionis totalis omiſſio.

Quis hircus erat iſte, quem offerebat hic Aaron, &c. Quæſt. XVII.

QVÆRETVR, quis hircus erat iſte, quem offerebat hic Aaron, & quem comedere debebat ipſe cum filiis ſuis.Rab.Salom.dicit,quod erant tres hirci illa die immolati, & comeſtio cuiuſlibet pertinebat ad Sacerdotes; dicit namq; quòd vnus hircus fuit immolatus à Naaſon Principe tribus Iuda, quia iſta erat prima dies oblationis Principum,& in prima die obtulit Naaſon

Prin-

Princeps filiorum Iuda, & præter alia ſacrificia obtulit A vnum hircum pro peccato,vt habetur Num.7.c.Dicit autem fuiſſe ſecundum hircum, quia ille erat primus dies menſis,in hoc autem offerebantur multa ſacrificia,cũ quibus offerebatur vnus hircus pro peccato,vt habetur Num. 28.cap. Tertius hircus erat pro ſollemnitate conſecrationis,& iſtam dicit octauam fuiſſe diem conſecrationis Sacerdotum. Sed iſta ſtare non poſſunt: Quantum ad primum,in quo dr̃,ꝙ obtulit Naaſon filius Aminadab,Princeps filiorũ Iuda,hircũ vnũ in die iſta,& ꝙ iſta fuit prima dies oblationis Principum, falſum eſt; nam Principes incœperunt offerre prima die,qua erectum fuit Tabernaculũ,vt hr̃ Num.7.c.in principio,ſed iſta dies, quæ hic dicitur,non fuit prima dies erectiones Tabernaculi; ergo non incœpit in hac die oblatio Principum, nec conſequenter obtulit Naaſon. Hoc patet: quia iſta erat octaua dies à B principio conſecrationis Sacerdotum,ſed prima dies,qua fuit incœpta conſecrationis Sacerdotum,erat poſt erectionem Tabernaculi,ergo dies iſta octaua conſecrationis Sacerdotum ad minus erat 8. dies poſt erectionem Tabernaculi. Antecedens patet,quia qn̄ incœperunt Sacerdotes conſecrari,adducti ſunt ad oſtiũ Tabernaculi, vt hr̃ Exodi 29.c.& ſupra 8.c.ergo iam erat Tabernaculũ: ſatis ergo patet,ꝙ in iſta 8.die nõ obtulit ſacrificiũ Naaſon Princeps filiorũ Iuda,qui erat primus in Principibus; ſed magis dicendum eſt, ꝙ obtulit Gamaliel Princeps filiorum Manaſſe, cuius oblatio fuit in octaua die, vt hr̃ Num.7.c. Secundũ aũt,quod dicit Rab.Sal.etiam nõ poteſt iſta re,ſ. ꝙ offerretur ſecundus hircus pro ſollemnitate primi diei menſis,quia iſta dies,in qua cœpit miniſtrare Aaron, fuit prima dies menſis:nam neceſſarium erat dici,ꝙ iſta fuerit C dies ad minus octaui menſis,cum facta ſunt iſta ſacrificia, quod patet: quia Tabernaculũ erectum eſt in prima die, menſis primi,anni ſecundi,& ita fuit octauus dies à principio cõſecrationis Sacerdotum, ergo cum fuerit incœpta miniſtratio,& cõſecratio erecto Tabernaculo oportebat, ꝙ ad minus octo dies tranſijſſent poſt erectionem Tabernaculi,& cũ erectio Tabernaculi fuerit in prima die menſis,neceſſarium eſſet, vt poſt principium menſis ad minus octo dies tranſierint vſq; ad iſtam diem,in qua Aaron miniſtrauit,& combuſti ſunt Nadab,& Abiu: ergo non fuit iſta prima dies menſis,nec fuit oblatus hircus pro ſollemnitate Kalendarum, ſicut dicit Rab.Sal. Similiter autem non poteſt ſtare tertiũ dictum Rab.Sal.ſ.ꝙ fuerit oblatus tertius hircus pro ſollemnitate conſecrationis Sacerdotũ; nam iſta erat octaua dies à principio conſecrationis;finie- D batur autem conſecratio in ſeptem diebus,vt hr̃ Exod.29. ſic & ſupra 8.c.de oſtio Tabernaculi non exibitis ſeptem diebus vſque ad diem, quo implebitur tempus conſecrationis veſtræ: ſeptem.n.diebus finitur conſecratio, nõ igitur poterat fieri in octaua die aliquod ſacrificium, ad ſollemnitatẽ conſecrationis,nullatenus ergo dictũ Rab.Sal. tenet. *Determi. quæſiti.* Sed dicendũ eſt, ꝙ iſta fuit dies octaua,menſis primi, anni ſecundi ab exitu de Aegypto, ſicut probauimus ſupra præced.cap. in principio, & in hac die non obtulit Naaſon,nec fuerũt oblati tres hirci pro peccato:ſed duo,ſ. vnus hircus, quẽ obtulit pro peccato Gamaliel Princeps filiorum Manaſſe,cum oblatio fuit in iſta die,& alius hircus,quem obtulerunt filij Iſrael, ſ.tota multitudo, & non erat hoc ad ſollemnitatem conſecrationis ſacerdotũ, quia illa finita fuerat in ſeptima die, ſed fuit oblatus ad inci- E piendum cæremonias oblationum,quia ante hoc ſacerdotes nunquam miniſtrabant,cum non eſſent conſecrati,nũc autem incœperunt miniſtrare, & populus debuit offerre, ſecundum ea,quæ declarata ſunt præced.c. *Dubium ſolluitur.* Sed dicet aliquis, quomodo dr̃ hic, ꝙ Moyſes inquirebat hircum pro peccato;& reperit cõbuſtum,cum duo eſſent hirci,qui eadem die immolati fuerant? Reſponderi poteſt dupliciter: vno modo,ꝙ Sacerdotes acceperũt vnum illorum hircorũ,& fecerũt de eo ſm̃ cæremonias debitas, alium autem præ turbatione reliquerunt in incendio, & combuſtus eſt, & hunc inquirebat nunc Moyſes. Alio modo dici poteſt, quòd vtrumque hircum reliquerunt ſacerdotes in incendio,& vterq; combuſtus eſt, ſed hic accipit ſingulare pro plurali, dicens, quòd quæſiuit Moyſes hircum,id eſt, hircos,ſed infra ponitur veritas. *Inter hæc,hircũ,qui oblatus fuerat pro peccato, cum quæreret Moyſes.*i. dum iſta fierent, ꝙ loquebatur Moyſes ad Aaron de partibus, quæ cedebant eis ex ſacrificio,& iubebat eas comedi; Incipit etiam quærere hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cuius ratio eſt:quia ſicut armus dexter,& pectuſculum,de quibus ſupra loquebatur Moyſes ad Aaron, pertinebant ad ſacerdotes,vt comederent illa,ita hoſtia pro peccato erat ad cibos Sacerdotum, ſicut habetur ſupra, 6.cap.& hic ideo ſi iuſſerat,quòd comederẽt pectuſculum, & armum de hoſtiis pacificis, voluit iubere, vt comederent hircum, qui erat oblatus pro peccato, & cum quæreret illum inuenit combuſtum. *Doct. ſententia de hirco iſto oblato.* De iſto hirco dicendum, quòd erat hircus oblatus pro peccato populi, & à tota ipſa multitudine,& erat vnus hircus, & quando diximus ſupra, ꝙ poterat intelligi iſta combuſtio hirci de ambobus hircis, quamuis exprimatur hircus ſingulariter, vel ꝙ poteſt intelligi, ꝙ vnus hircus oblatus fuiſſet ſecundum cæremonias conuenientes,& alius fuit combuſtus contra cæremonias imperatas à Domino, quamquam autem hoc ſatis conſiſtere poſſit, magis eſt dicendum, ꝙ ibi loquatur de vno hirco, & quòd ille eſſet hircus oblatus à populo. Et apparet in hoc quia dicitur,quòd dum quæreret hircum reperit eum combuſtum, de vno igitur dici videbatur maximè, quia relatiuum ſingulariter poſitum eſt, nam quamquam nomina ſubſtãtiua aliquando ponãtur ſingulariter, & ſignificent pluralitatem, tamen ſi ponuntur cum relatiuis ſuis ſingulariter prolatis,non ita poſſunt ſignificare pluralitatem,& hoc ſuppoſito,dicẽdum eſt,ꝙ iſte erat hircus oblatus à populo,quod apparet Primò, quia dicitur hic: hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, nihil magis exprimens. Si autem fuiſſet hoc dictũ de hirco oblato pro peccato Gamalielis, Principis filiorum Manaſſe, cuius fuit oblatio in octaua die; non diceretur ſimpliciter ſacrificium pro peccato, ſed pro peccato Gamalielis, aut aliàs: hic tamen vniuerſaliter Scriptura locuta eſt,ergo videtur, quòd loquatur de hirco oblato pro peccato populi, quod peccatum eſt generale. Item patet hoc magis, quoniam præcedenti cap.iuſſerat Deus, quòd offerret populus pro ſe hircum pro peccato, & agnum anniculum, & vitulum in holocauſtum,& bouem,& arietem in hoſtias pacificas. De carnibus autem holocauſtorum dictum fuit præcedenti c.ſcilicet, quòd ignis exuſſit omnia illa de partibus,quæ cedebant Aaron, & filiis eius,de hoſtiis pacificis populi, ſcilicet de ariete, & boue dictum fuit in hoc cap. ſcilicet, quòd comederet Aaron,& filij eius armum,& pectuſculum de hoſtiis pacificis, quia eis conſecrata erant, ſolum ergo manet ſacrificium pro peccato populi, de quo nondum dixerat Moyſes: hic autem dicit de hirco oblato pro peccato; ergo videtur, ꝙ debet intelligi ſolum de hirco oblato pro populo, & non de hirco oblato à Gamaliele Principe filiorum Manaſſe. Item, patet hoc euidentius: quonim infra dicitur.Cur non comediſtis hoſtiã pro peccato,quæ data eſt vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis,& rogetis pro ea in conſpectu Domini? Videtur ergo,ꝙ pro multitudine oblata fuerat iſta hoſtia pro peccato, quæ erat hircus. De hirco autem oblato pro peccatò Gamalielis Principis filiorũ Manaſſe, & de reliqua oblatione eius dicendum eſt, ꝙ non fuit ſimul oblata cum ſacrificiis populi,ſed quamquam eadem die fuit oblata,tamen non eodem tempore, vnde in ea omnes cæremoniæ rectè factæ ſunt, ideo non dicitur de aliquo hirco combuſto in oblatione illa, nec de aliquo alio peruerſè facto contra cæremonias. *Exuſtum reperit.*i. Moyſes cum inquireret hircum pro peccato,reperit, quòd fuerat exuſtus.

Quomodo potuit eſſe exuſtus hircus oblatus pro peccato. Quæſt. XVIII.

SED dicet aliquis, quomodo potuit eſſe exuſtus hircus oblatus pro peccato? Nam ſi debuiſſet poni totus hircus ſuper ignem, & deinde auferri totus, vel aliqua pars eius,& Sacerdotes viderent mortẽ Nadab,& Abiu, perturbati mente, poterãt relinquere ſuper ignẽ, & ſic cremaretur,tñ non videbatur poſſe fieri:quoniam ſuper ignem altaris nõ debebat apponi tota hoſtia pro peccato,ideo nec aliquid eius, niſi adipes, ideo poſitis adipib. ſuper altare

quamuis

quamuis Sacerdotes turbati concurreret ad mortem Nadab,& Abiu, tamen nõ cremarentur carnes hirci pro peccato,ſed ſolum adipes qui manebant ſuper altare. Ad hoc reſponderi poteſt dupliciter: vno modo, quòd iſti Sacerdotes ponebant ſuper altare adipes hoſtiæ pro peccato, & cum audirent,aut potius viderent mortẽ Nadab,& Abiu, turbati mente,non reſpexerunt quid facerent, & cum deberent ſolos adipes ponere, poſuerunt quoque carnes, & cum rediit Moyſes, inuenit eas combuſtas apud altare. Hoc tamque ſatis videtur rationabile, ſed aliquo modo repugnat eis,quæ habentur præcedenti cap. ſcilicet,quod holocauſtum,& adipes aliorum ſacrificiorum ſimul poſiti fuerant ſuper altare: & egreſſus ignis à Domino deuorauit ea ſimul. Cum igitur adipes ſacrificij pro peccato fuerint poſiti ſuper altare antequam ignis eſſet in altari,& ante mortem Nadab,& Abiu, non videtur poſſe ſubſiſtere id quod dictum eſt,ſcilicet, quod cum deberent ponere ſolos adipes,poſuerunt adipes,& carnes ſimul, & combuſtæ ſunt: quoniam hoc præſupponit carnes iſtas,& adipes fuiſſe in altari poſitas,poſtquam ignis incenſus eſt. Sed id falſum eſt: quoniam prius fuerunt omnes adipes in altari, & carnes holocauſtorum, antequam veniret ignis immiſſus à Domino,vt patet præced.cap. Alio modo,& conuenientius intelligendũ eſt, quod iſti Sacerdotes reliquerunt carnes hirci pro peccato,in igne profano, & combuſtæ ſunt. Erat autem modus, quia carnes ſacrificiorum pro peccato debebant coqui in Sanctuario in igne profano in vaſis fictilibus,vel æneis,ſicut patet ſupra,6.cap. Sacerdotes autem turbati morte Nadab,& Abiu, reliquerũt carnes illas apud ignem profanum, & combuſtæ ſunt totaliter,debuiſſent tamen eas coquere, vt ipſi comederent. Si enim iſti non fuiſſent turbati, nõ reliquiſſent carnes,ita vt cremati fuiſſent; & hæc fuit quædam excuſatio eorum, Aaron tamen aliter videtur reſpondiſſe, cum dicat infra: Quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cæremoniis mente lugubri? in quo videtur innuere,quòd ipſe voluntariè eam combuſſit, quia non poterat eam comedere, cum eſſet in triſtitia magna; ſed hoc magis reducẽdum eſt ad ſenſum,quod diximus, ſcilicet,quod ex perturbatione factum ſit, & tamen dato, quòd manſiſſet illa hoſtia, non poterant eam comedere conuenienter Aaron, & filij eius,quia tunc inerat eis triſtitia magna,& non poterant comedere cum gaudio,ſicut conueniens erat in cæremoniis Domini. *Iratuſq. contra Eleazar, & Ithamar filios Aaron.qui remanſerant.* Moyſes erat princeps cæremoniarum,cum per eum dediſſet Deus illas Sacerdotibus, & quia vidit, quod contra ritum cæremoniarum Sacerdotalium ipſi reliquerunt comburi carnes hirci pro peccato, vel voluntariè combuſſerunt,iratus fuit valde contra eos, quoniam merebantur mortem ſicut Nadab,& Abiu, quia ſicut illi facientes contra cæremonias oblationum,mortui ſunt,ita & iſti fecerunt contra cæremonias cremando hircum pro peccato.

1. Reſponſio.

2. Reſponſio.

An Deus voluerit occidere Nadab, & Abiu pro peccato, in monte Sinai. Quæſt. XIX.

ET dicit Rab. Salom. quod Deus voluit occidere Aaron,& filios eius hic pro peccato vituli, & cum rogaſſet pro eis Moyſes,liberati ſunt, vt habetur Deuter.9.cap. cum dicitur: Aduerſus quoque Aaron vehementer iratus, voluit eũ conterere, ſed pro illo ſimiliter deprecatus ſum. Sed hoc non poteſt ſtare: quoniã illud dictum fuit,quando Aaron fabricauit vitulũ, & Deus voluit eum deſtruere,& tamen precibus Moyſi liberatus eſt; nunc autem nihil tale exiſtebat,propter quod deberent occidi iſti Sacerdotes,niſi alia noua cauſa inſurgeret. Ideo dicendum eſt, quod iſti merebantur mortem trãſgrediendo cæremonias Sacerdotales, tamen Deus non occidit illos, quia habuerunt aliquam cauſam excuſatiuam. De Nadab, & Abiu non fuit ſic: quoniam licet ipſi non valde grauiter peccauerint, quia tamen non habuerunt aliquam rationabilem præcedentem perturbationem,quæ eos excuſaret, mortui ſunt. Alij autem Sacerdotes ſuperſtites videbantur habere aliquã cauſam excuſatiuam, ſ. perturbationem magnã quæ prouenerat ex morte Nadab,& Abiu, ideo non occiſi

F ſunt. *Iratuſq. contra Eleazar,& Ithamar.* Non dicitur, quod iratus fuit Moyſes contra Aaron directè: nam quamquam ipſe reprehendens Eleazar, & Ithamar, reprehendebat quoque Aaron,cum ad omnes pertineret iſte error, tamen directè locutus fuit Moyſes ſolum cõtra Eleazar, & Ithamar. Cauſa eſt: quia Moyſes vidit Aaron nimis afflictum eſſe de morte duorum filiorum ſuorum, ideo noluit eum vlterius contriſtare. Contra Eleazar autem, & Ithamar conuerti in iram rationabilius erat. *Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco Sancto?* Aaron,& filij eius debebãt ſecundum ritum cæremoniarum Sacerdotalium comedere carnes ſacrificij pro peccato, & non comederunt, quia exuſtæ fuerant, ideo iuſtam cauſam iraſcendi habuit contra eos Moyſes. Nec enim dixit Moyſes: quare combuſſiſtis,aut comburi permiſiſtis hircum pro peccato? ſed di-
G xit,quare non comediſtis? Cauſa eſt: quia voluit Moyſes arguere Eleazar,& Ithamar in eo, in quo verè peccatum erat,quia eorum peccatũ conſiſtebat in hoc, quod non comederint carnes pro peccato,quas comedere tenebantur: arguit enim quod non comediſſent carnes, dicens: Quare non comediſtis hoſtiam pro peccato, comburere autem hoſtiam illam non erat peccatum ſecundum ſe, niſi ſecundum quod tollebatur pro hoc, ne poſſent comedere illam Sacerdotes. *In loco ſancto*, ſcilicet, apud altare holocauſtorum; ibi enim locus erat, in quo omnes hoſtiæ,& carnes debitæ Sacerdotibus comedebantur, ſic patet ſupra,cum dicitur,Comedetis autem in loco ſancto, quod datum eſt tibi,& filiis tuis. *Quæ Sancta Sanctorum eſt.* Hoc eſt cauſæ redditiuum eius,quod dictum eſt,ſcilicet, quod debuiſſent comedere Sacerdotes hoſtiã pro peccato, quia
H erat Sancta Sanctorum,id eſt,quia erat valde ſancta, & ob hoc non debebant omittere eam ſine cæremoniis ſuis. *Data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis.* id eſt,iſta hoſtia pro peccato, quam vos comedere reliquiſtis, data eſt vobis,vt oretis pro peccato multitudinis, quaſi accipiendo illud ſuper vos, quod eſt portare iniquitatem alterius: ſic enim omnes Sacerdotes aliquid oblatum recipientes, ſuper ſe portant iniquitatem eorum, qui obtulerũt,vt habetur Exodi 28. cap. & dicuntur Sacerdotes comedere peccata illorum,qui obtulerunt, cum comedant eorum oblationes pro peccatis datas; vt habetur Amos 4.cap.ſcilicet, peccata populi mei comedent; ex hoc enim concluditur, quod ſupra dicebamus,ſcilicet,quòd iſte hircus,qui combuſtus eſt,fuerat oblatus pro peccato populi, cum dicatur hic,quod data eſt iſta hoſtia, vt iſti Sacerdotes portarent
I iniquitatem multitudinis,& orarent pro ea. *Et rogetis pro ea in conſpectu Domini.* Cum enim Sacerdotes iſti reciperent hoſtias à popularibus, quas in vſus ſuos conuertebãt, tenebãtur eis naturaliter ad aliquid. potiſſimum cum iſtæ oblationes fuiſſent datæ cum modo appoſito, ſcilicet, vt orarent Sacerdotes pro offerentibus. Et quamquam iſte modus non exprimeretur ab offerentibus, ſemper tamen ſubintelligendus erat cum ſit de lege oblationum, & à ſacra Scriptura exprimatur. Dicitur autem,quòd rogarent in cõſpectu Domini, ſcilicet,coram altari, & oſtio Tabernaculi,in quo erat Deus. Refertur autem hoc ad tempus oblationis, quia cum Sacerdotes reciperẽt oblationem de manu laicorum ante oſtium Tabernaculi, tenebantur ibi immediatè orare pro eis,dum explebant cæremonias iſtorum duorum ſacrificiorum, & niſi orarent ibi immediatè
K pro eis, peccabant mortaliter, quia determinabatur eis à lege certus locus ad orandum, velut ſi alicui determinatur dies aliqua ad recitandum, ſicut nunc fit in ordinatis ad ſacros ordines, & in beneficiatis,vbi determinatur, quod quotidie recitent horas canonicas, in quacunque autẽ die omiſerint recitationem omnium horarũ, vel alicuius ipſarum,peccant mortaliter, quoniam in qualibet die ſpecialiter recitare obligati ſunt. Sic etiam in his Sacerdotibus erat aſſignatio loci, & temporis ad orandum pro offerentibus hoſtias,ſcilicet,tunc, quando offerrent, & in loco oblationis,ſcilicet,in conſpectu Domini. Tunc ergo omittentes peccabant mortaliter. *Præſertim cum de ſanguine illius non ſit illatum intra Sancta.* id eſt, vos debuiſtis comedere iſtam hoſtiam pro peccato, quia non fuit illatus ſanguis eius intra Sanctuariũ Tabernaculi,quaſi dicat,ſi fuiſſet deportatus ſanguis intra Tabernaculum, non debuiſſent

Redditio cauſæ ſuperioris.

vbi, & quando Sacerdotes tenebantur orare pro laicis.

ſent comedi carnes illius hoſtiæ,quia tamen non fuit illatus ſanguis intra Sancta,debebāt comedi carnes. Eſt enim regula ſup.6.cap.de hoſtia pro peccato, quòd aut ſanguis illius inferebatur intra Tabernaculum, aut non,ſi inferebatur intra Tabernaculum, nullus debebat comedere de illis carnibus, ſed cremabantur extra caſtra, ſi autem non inferretur ſanguis intra Tabernaculum, ſed liniretur cornua altaris holocauſtorū, comedebantur carnes illæ à Sacerdotibus. Horum cauſæ ſupra 4.& 6.cap.aſſignatæ ſunt: hic autem non fuit illatum de ſanguine huius hoſtiæ pro peccato intra Tabernaculum,quia fuit oblatus hircus. De ſanguine autem hircorū, nunquam inferebatur intra Tabernaculum; hic autē hircus oblatus eſt, ideo non debuit inferri ſanguis in Tabernaculum. Nec valet,ſi obiicias de ſanguine hirci, quo tingebātur cornua altaris thymiamatum in die propitiationis,vt habetur infra, 16.cap. Altare tamen thymiamatum intra Sanctuariū Tabernaculi erat. Reſpondendum eſt,ꝙ ſanguis hirci, nunquam ſolus ferebatur intra Sanctuarium Tabernaculi, ſed quando ferebatur cum ſanguine vituli,& ſic erat in die propitiationis, vt habetur infra, 16. cap. Sanguis autē vituli per ſe offerri poterat quotidie,& inferri in Tabernaculum. Sciendum autem,ꝙ iſta dictio (præſertim) quę hic habetur,non habet aliquam vim:nam tunc eſſet ſenſus,ꝙ de carnibus hoſtiæ pacificæ licebat comedere ſemper Sacerdotibus,præcipuè cum eſſet hoſtia, cuius ſanguis non eſſet illatus intra Sanctuarium. Sed hoc falſum eſt: qm̄ de carnibus hoſtiæ, cuius ſanguis illatus eſt intra Sanctuariū,nō poterat quicquam comedi,de hoſtia autem ſola, cuius ſanguis non inferebatur intra Sanctuarium carnes comedebātur,ſed iſta dictio (præſertim) ſignificat idem quod maximè,& tenetur ſemper comparatiuè,ideo nō poteſt ſtare hic in vi ſua, quia tūc ſignificaretur, ꝙ poterat comedi caro hoſtiæ pro peccato,cuius ſanguis inferebatur in Tabernaculum,& ē caro illius, cuius ſanguis non inferebatur, ſed falſum eſt. Dicendum ergo,ꝙ non habet hic iſta dictio aliquam vim, ſed ponitur ac ſi non poneretur. *Et comedere eam debueritis in Sanctuario,ſicut præceptum eſt mihi*. id eſt,ex cauſis ſupra poſitis tenebantur Sacerdotes comedere iſtam hoſtiā, quia ſic Dominus præceperat Moyſi. Cum autem dr̄ hic, ꝙ debuerunt comedere,neceſſitatem importat: nam ſi nō obligati fuiſſent Sacerdotes ad comedēdum iſtam hoſtiā, non peccaſſent omittēdo eam comedere, nec Moyſes iratus fuiſſet eis, peccauerunt tamen; vnde etiam dicendum eſt, quod nō poterant iſti Sacerdotes dare partes ſacrificij pro peccato eorum iuri cedentes alicui alteri,ipſi namque cū ſolis maſculis ſtirpis ſuæ comedere poterant,vt habetur ſupra,6.cap. Cum autē dicitur ſupra, ꝙ de ſanguine iſtius non fuit illatum intra Sancta, non eſt intelligendum de Sancta Sanctorum,ſed de Tabernaculo, nam intra Sācta Sanctorum non inferebatur ſanguis vllo tempore, niſi in die propitiationis,in quo fiebat ſpecialis expiatio, vt habetur infra, 16. cap. in aliis autem diebus quandocunque offerebatur vitulus pro peccato, inferebatur ſanguis intra Tabernaculum ad aſpergendum coram velo Sancti Sanctorum, & tingendum cornua altaris thymiamatum, & nunquam intra Sancta Sanctorum ſanguis inferebatur, vt habetur ſupra 4.& 6.cap. *Reſpondit Aaron*. Quamuis Aaron videret,quod Moyſes inueheretur contra filios,& non contra eum, quia tamen ille actus, pro quo inuehebatur æquè tangebat Aarō,ſicut filios eius,videbatur ipſe reprehendi,ſicut & alij;ideo reſpondit pro ſe,& filiis ſuis. *Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coram Domino; mihi autem accidit quod vides*. id eſt, reſpondit Aaron, dicens,hodie fuit oblata hoſtia pro peccato,quaſi dicat,& ego tenebar complere cęremonias horum,mihi tamen accidit,quod vides, id eſt, mihi accidit mors duorum filiorum, ideo quamuis tenerer iſta facere, tamen non potui. Dicitur hic,quod oblata eſt victima pro peccato, & holocauſtum; non quidem, quod iſta duo ſolum oblata eſſent, quoniam fuerat etiam oblatum ſacrificium pacificum, vt patet ſupra, 9.cap. vbi dicitur, quod obtulit populus bouem, & arietem: non fecit tamen mentionem de hoſtia pacifica: quia expreſſa hoſtia pro peccato, ſatis intelligebatur hoſtia pacifica, præcipuè cum referatur hoc ad ſuperiora, ſupra autem de omnibus iſtis ſacrificiis dictū eſt,

Regula de hoſtia pro peccato.

A Etiam non facit mentionem de hoſtia pacifica, quoniam arguebatur ſupra contra filios Aaron, quòd peccauiſſent in cæremoniis ſacrificij,& quia non peccauerant in ſacrificio pacifico, ſed ſolum in ſacrificio pro peccato, dimittentes comburi hircum,non oportuit, quòd mentio fieret de hoſtia pacifica. *Mihi autem accidit quod vides*. id eſt, verum eſt, ꝙ ego, & filij mei errauimus in cæremoniis huius ſacrificij,tamen non oportet,quòd nos exprimamus tibi cauſam,propter quam excuſemur, quoniam tu vides quid acciderit mihi, id eſt, tu vides quomodo duo filij mei mortui ſint,& quomodo fuerit iſta mors ſufficiēs cauſa perturbationis meæ, vt non poſſem explere, qualiter oportebat, cæremonias.

Nicolaus autem aliter intelligit,ſcilicet,quòd Aarō reſponderet his pro filiis ſuis,dicens: mihi accidit quod vides,i.iſte error,qui factus eſt in cōbuſtione hirci pro peccato,mihi accidit, id eſt, ego feci, ideo non debet inuehi contra filios meos,ſed contra me. Sed iſte ſenſus non conuenit propter duo:Primò,quia dicitur:mihi accidit quod vides, accidere autem eſt de his quæ nobis nihil agētibus eueniūt,quæ à quadam alia cauſa fiant,& ſicut in his non eſt peccatum,nec bene agere,cum ex nobis cauſam nō ſuſcipiant,ergo videtur,ꝙ illud,de quo hic loquitur Aaron, dicens,ꝙ ſibi acciderit,non fuit omiſſio comeſtionis hirci, qm̄ illa ab illis fieri dici deberet,& nō ipſis accidere,quia ad hoc ipſi cauſalitatem tribuerunt, deberet ergo dicere Aaron, quòd ſi hoc intenderet, à me autem quid factum ſit vides;vel quid ego fecerim vides,& non dixit mihi autem,quid acciderit vides. Referendum eſt igitur hoc ad aliquid,quod propriè accideret; tale aūt erat,quòd mortui fuiſſent duo filij Aaron, quoniam hoc propriè accidere videbatur,cum ab ipſo non haberet aliquam cauſalitatem,ſed à Deo,qui eſt agens intrinſecum.Secundò,nō poteſt ſtare:quia non concordat litteræ inferiori, cū dicitur, quomodo potui comedere eam, aut placere Deo in cæremoniis mēte lugubri? Illa littera dependet ex hac,& tū ſi intelligatur iſta de errore, quem fecit Aaron omittendo comburi hircum pro peccato; nihil iſta littera ſignat. Si enim dicit Aaron, iſte error, qui factus eſt in omittendo comeſtionem hirci,mihi accidit,id eſt, à me factū eſt, id quod ſequitur,ſ.quomodo potui placere Deo in cæremoniis mente lugubri? non poteſt conſtare, quia iſtud præſupponit aliquem caſum triſtem,ſuper quem quæſtio fit. Neceſſariò igitur referēda eſt iſta littera ad mortem Nadab,& Abiu,vt dicatur:mihi autem quid acciderit vides, id eſt,tu vides,quomodo mortui fuerunt duo filij mei. Et tūc ſequitur cōuenienter,quomodo potui comedere eam, aut placere Deo in cæremoniis mente lugubri, cū mortui fuiſſent duo filij mei,qualiter delectari poteram, aut exequi cæremonias ſacrificiorū cū fletu? Tertiò,adhuc argui poteſt,ꝙ non eſt conueniens illa expoſitio,quia etiam non concordat illi litteræ inferiori,cum dicitur. Quod cū audiſſet Moyſes recepit ſatisfactionem, i. quando audiuit ea, quæ locutus fuit Aaron, recepit ſatisfactionem nihil vltra increpās;oportet ergo,ꝙ illud,quod locutus fuit Aaron,tale eſſet,de quo deberet Moyſes contentari.Si autem exponatur ſecundum Nicolaum,ſ.mihi accidit,quod vides,i. iſte error qui accidit nō fuit à filiis meis,ſed à me, non cōuenit:quia ex hoc Moyſes reciperet ſatisfactionem: quia in hoc non dabatur aliqua cauſa excuſatiua peccati ſui. Oportet ergo,ꝙ exponatur aliter,vt ſit conueniens ſatisfactio,& hoc eſt exponēdo,ſicut diximus,ſ.mihi autem accidit,quod vides,id eſt,tu vides, quomodo ſunt mortui duo filij mei, ideo non eſt admirandum, ꝙ ego omiſerim cæremonias. Et videns Moyſes,ꝙ iuſtè loqueretur Aaron, recepit ſatisfactionem. *Quomodo potui comedere eam*. ſ.hoſtiam pro peccato. Videtur Aaron in hoc declarare ſe voluntariè permiſiſſe cremari hircum, quia dicit, quomodo potui comedere eam, q. d. iſtud erat iuſtum, ꝙ ego non comederem eam,ſed potius cremarem,quia non poteram placere Deo in tanta cordis amaritudine. Si aūt propter voluntatē Aaron combuſtum fuiſſet, non debebat dicere, quomodo potui comedere eam, aut placere Deo. Sed dixiſſet non potui complere cæremonias iſta ſuperueniente mihi filiorum meorum morte, alioquin compleuiſſem. Dicendum eſt, quòd Aaron non reſpondit ſe omiſiſſe hoc

Nicolai expoſitio improbatur.

Doct. litteræ expoſitio.

hoc voluntariè, ſed ꝙ non potuit illud complere: nam ſi ipſe voluntariè hoc omiſiſſet, quaſi diceret, quòd non eſſet conueniens eum comedere hoſtiam illam, cum haberet mentem lugubrem, peccaſſet voluntariè, & mortem meritus fuiſſet, ſed fuit liberatus à morte, ergo videtur, quòd non ſe excuſauit ſic, ſed potius dicens ſe non potuiſſe complere, quia fuerat perturbatus; quod probatur: nam ſi reſpondiſſet Aaron non compleuiſſe cæremonias hoſtiæ pro peccato, quia erat in magna amaritudine, & ꝙ propter hoc non eſſet conueniens illa facere, eodem modo feciſſet de partibus hoſtiarum pacificarum, ſ. de armo dextro, & pectuſculo, quoniã mente lugubri non poſſet Deo placere in hoc, ſed compleuit cæremonias hoſtiæ pacificorũ comedendo carnes illas, cum non accuſetur de non comeſtione illarum carnium, ſicut accuſatur de hoſtia pro peccato non comeſta, ergo non omiſit comeſtionem carnium pro peccato, tanquam videretur ei, ꝙ non poſſet Deo placere mente lugubri, ſed omiſit, quia perturbatus duorum filiorum ſuorum ſubitanea morte, non potuit complere, quod voluerat, & ſic applicatur littera, ſ. quomodo potui comedere eam, i. quamuis ego vellem, quomodo poſſem comedere iſtam hoſtiam pro peccato, quaſi dicat, non potui, quia tantum eram triſtitia abſorptus, ꝙ attendere nequiui ad cæremonias hoſtiæ pro peccato. *Aut placere Deo in cæremonijs mente lugubri?* id eſt, quomodo ego potui placere Deo complendo cæremonias eius cum haberem mentem lugubrem, id eſt, abſorptam triſtitia? Poteſt intelligi duob. modis iſta littera. Vno modo, quomodo potui placere Deo in cæremoniis mente lugubri, id eſt, cum ego haberem tantam amaritudinem in corde meo, etiam ſi comediſſem hoſtiam pro peccato, non poteram Deo placere, ideo omiſi illam comedere.

An illi qui ſunt triſtes placeant Deo in cæremonijs.
Quæſt. XX.

ET verũ eſt, quòd illi, qui in amaritudine cordis ſunt, non placent Deo in cæremoniis, quia Deus hominem hilarem vult in operibus ſuis, iuxta Apoſtolorum, vnde res Diuinæ non debent applicari ad fletum. Sic habetur Deuter. 26. cap. cum dicitur: Non comedi ex eis in luctu meo, nec ſeparaui ea in qualibet immunditia, nec expendi in eis quidquam in re funebri; & loquitur ibi de primitiis, quæ Domino offeruntur, de quibus nihil applicari debebat ad luctum, vel ad exequias mortuorũ. Et quamquam hoc verum ſit, ꝙ non placet homo Deo in cæremoniis mente lugubri, tamen Aaron non reſpondit ob hoc ſe reliquiſſe iſtam hoſtiam pro peccato, quòd habebat mentem lugubrem, nam quamquam Deo non placeret, ſicut ſi hilaris attenderet cæremonias eius, tamen debebat illam comedere, quia tenebatur ad hoc. Alio modo intelligitur iſta littera, non potui Deo placere, &c. id eſt, quod quamuis ego vellem placere Deo in cæremoniis, ſ. complendo cæremonias ab eo imperatas, tamen non potui, quia impediuit me mens lugubris; & ſic quamquam æquum eſſet me comediſſe hoſtiam, & placuiſſe Deo, tamen non potui propter mentem lugubrem, id eſt, quia mens mea triſtata erat, & triſtitia me fecit nihil intelligere in eo, quod facere debebam. *Placere Deo in cæremonijs.* Dicitur aliquis placere Deo in cæremoniis, inquantum agit ea, quæ Deus iubet, Aaron autem placere debebat in cæremoniis, id eſt, in cæremoniis iſtius hoſtiæ pro peccato, qm̃ vna de cæremoniis erat, quòd ſacerdotes comederent totam hoſtiam pro peccato, præter adipes, qui coram Domino cremabantur; hanc autem cæremoniam non expleuit Aaron, cum dimiſerit hircum comburi, & in hoc diſplicebat Deo, ſicut in qualibet alia omiſſa cærimonia. *Quod cum audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.* i. cũ Moyſes audiuit rationabilem cauſam, quam propoſuit Aaron recepit ſatisfactionem, nõ arguens vltra eum: & hoc quia cum Aaron tanta pertuliſſet mala, tamen patiẽter reſpondit, & humiliter. Item, quamquam Aaron non reſpondiſſet valde rationabiliter, tamen Moyſes hic tolerare debebat, cũ videret eum tantis oppreſſum anguſtiis, quoniam afflictis afflictio addenda non eſt. Item, quamuis Aaron propter aliquod malum corrigendus foret, tunc tamen

Quid ſit Deo placere in cæremonijs.

F corrigendus non erat, ſed differenda erat correctio, ſicut in hominibus paſſionatis: in patientibus, namq; magnos dolores parua onera magna videntur, propter hebetudinem rationis paſſionibus commotæ; ſicut in paſſionatis magni motus rationem impediunt, nec ſinunt perfectè iudicare.

CAP. XI.

LOCVTVSQVE *eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens: Dicite filijs Iſrael: Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ: Omne quod habet diuiſam vngulam & ruminat in pecoribus, comedetis.* G *Quidquid autem ruminat quidem, & habet vngulam, ſed non diuidit eam, ſicut camelus & cetera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. Chærogryllus qui ruminat, vngulamq; non diuidit, immundus eſt: Lepus quoque: nam & ipſe ruminat, ſed vngulam non diuidit. Et ſus: qui cum vngulam diuidat, non ruminat. Horum carnibus non veſcemini, nec cadauera contingetis, quia immunda ſunt vobis.*

Animalia terreſtria, quæ comedi poſſint. Leuit. 14

32. q. 2. c. nuptias, in 11. gloſ.

LOCVTVSQVE. In ſuperioribus dicto de qualitate Sacerdotũ, hic agitur de ritu, & diſpoſitione aliorum. Continuatur namque hic de offerentibus: iſti autem ſunt duplicis generis, ſcilicet quidam ex miniſterio, & ordine, alij autem ex ſola fidei profeſſione. Primo modo ſacerdotes offerunt, quia eis miniſtratio offerenda ex ordine conuenit. Secundo modo offerunt populares, quoniam H ipſis quamquam non cõueniat aliquis miniſtrationis gradus, quoniam tamen vnius Dei fidem habebãt, in cultum eius offerebant. Superius autem dictum eſt de ſola diſpoſitione Sacerdotum miniſtrantium: hic autem agitur de quadam diſpoſitione communi tam Sacerdotum quàm vulgarium: & agitur de quadam munditia, quæ requirebatur in omnibus offerentibus, ſine qua nec aliquid offerre Deo, nec ad Sanctuarium accedere permittebatur. Et diuiditur in duas partes: quoniam Primo agitur de conſeruatione munditiæ; Secundò, agitur de ordinatione vitæ infra 17. cap. Sciendum autem eſt, quòd munditia conſideratur in duobus; Primò, ſecundum ꝙ aliquis vitat, ne incurrat immunditiam; Secundò, cum ab ea immunditia, quæ iam eſt, purgatio inducitur, & hoc ſiue quantum ad omnes perſonas, ſiue quantum ad aliquas. Et ſic diuiditur I in duo, quoniam Primò agitur de purgatione aliquarum perſonarum ſingulariter; Secundò, agitur de expiatione totius populi vniuerſaliter, ſcilicet, de illa expiatione, quæ fit pro toto populo in die propitiationis. De ſecunda infra 17. capite. Prima in duas: quoniam Primò agitur de illa immunditia, quæ prouenit ab extrinſeco; Secundò, de illa, quæ ab intrinſeco cauſata eſt; Secunda ibi, 12. c. Iterum, prima in duas, quoniam Primò oſtenditur, quid debeat mundum, vel immundum iudicari; Secundò, præcipitur immundum quod licet euitari; Secunda ibi: *Nolite contaminare.* Iterum prima in duas: quoniam Primò agitur de immunditia cauſata ex greſſibilibus, & volatilibus; Secundò, de immunditia cauſata ex reptilibus; Secũda ibi: *Omne quod reptat.* Prima in duas; quoniam primò vetãtur K ſupradicta per cõparationem ad eſum; Secundò per comparationem ad tactum, quoniam in vtroque immunditia eſt; Secunda ibi: *Quidquid ex volucribus.* Prima diuiditur in tres partes: quoniam Primò agitur de munditia, & immunditia circa greſſibilia; Secundò, circa aquatilia; Tertiò, circa volatilia; Secunda ibi. *Hæc ſunt, quæ gignuntur in aquis.* Tertia ibi: *Hæc ſunt, quæ de auibus.* Prima in duas, quia Primò ponitur quædam generalis admonitio; Secundò, ponitur ſpecialis eruditio; Secunda ibi: *Hæc ſunt animalia.* Circa primum dicitur. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron.* Iſta locutio fuit facta poſtquam Aaron fuit conſecratus in Sacerdotem. Et fuit valde conueniens iſtam eruditionem tradi poſt datum Sacerdotium: quoniam Sacerdotium datum eſt ad offerẽdum, oblationes autem ab immundis fieri non debebant: ideo decuit, vt immediatè darentur regulæ de munditia, & immunditia, vt ſciretur quid offerentes euitare deberent, vt eorum

Offerentes ſunt duplicis generis.

Munditia in duobus conſideratur.

rum

rum hoſtiæ eſſent acceptabiles; in prima autem oblatione quæ fuit facta à populo iuſſu Dei, non fuerunt obſeruata iſta, quoniam tunc non erat data aliqua regula de munditia, & immunditia.

Quare Deus locutus hic fuerit ad Moyſen, & Aaron ſimul. Quæſt. I.

QVÆRET autem aliquis cum in omnibus ſuperioribus Deus ad Moyſen loqueretur, quare locutus fuerit hic Moyſen, & Aaron ſimul. Cui reſponderi poteſt, quòd ea, quæ hic iubentur, ad Moyſen, & Aaron pertinebant: ad Moyſen quidem tãquam ad Prophetam, ad Aaron autem tãquam ad Sacerdotem: quia Deus ſemper loquebatur iſti alicui Prophetæ, & Moyſes habebat hic locum Prophetæ, quæcunque locutio fieret ſemper fiebat per Moyſen, niſi rariſſimè, cum contingeret, quòd loqueretur ad ſolum Aaron, vt patet præcedenti capite, cum dedit ei legem, ne Sacerdotes biberent quid inebriatiuum tempore miniſtrationis ſuæ, aliàs autem ſemper ad Moyſen ſolum, vel cum alio locutio fit. Quod autem aliquando ad Aaron fiat locutio, cum ipſo Moyſe erat; quia ea, quæ dicebantur, ad Aaron pertinebant ratione miniſterij ſui. Sic etiam erat de his, quæ infra ſubduntur, ſcilicet de his, per quæ homo fiebat immundus, vel mundatus: nam ad ſolum Summum Sacerdotem pertinebat iudicare de his, & ad alios minores, ſcilicet, an aliquid mundum, vel immundum foret. Sic habetur præcedenti cap. Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis, tu, & filij tui, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum, & profanum; inter pollutum, & mundum. Sic etiam patet eſſe infra 14. cap. de leproſis, ſcilicet, quòd ad Sacerdotem pertinebat inquirere, an domus eſſet leproſa, vel munda; & ſic de veſte, & de homine, & qui iudicaretur à Sacerdote eſſe immundus, habebatur tanquam pollutus; qui autem mundus iudicaretur inter mundos recipiebatur. Conueniebat ergo, vt iſta dicerentur Aaron, quamquam hoc non conuertatur: quia interdum aliqua, quæ videbantur pertinere ad Aaron, non dicebantur ei, ſed ſoli Moyſi, vt patet infra 14. & 16. cap. Dicet aliquis, quare cum ea, quæ ſupra poſita ſunt, eſſent de ſacrificiis, & pertinerent ad Aarõ, nullum eorum dictum fuerit Aaron, ſed omnia ſolum Moyſi? Reſpondetur, quòd quamuis ea, quæ ſupra dicta ſunt, pertinerent ad ritus ſacrificiorum: tamen cum illa dicta ſunt, Moyſes erat Propheta: ſed Aaron nondum erat Sacerdos, ideo nihil poterat ei attinere ratione Sacerdotij. Nunc autem Aaron nouiter Sacerdos effectus eſt; ideo iam ei competebat aliquid ratione miniſterij, propter quod Deus ſibi loqui deberet. *Dicite filijs Iſrael.* Ambo loqui iubebantur, ſcilicet Moyſes, & Aaron: non tamen loquebantur ambo ad populum, ſed vnus eorum, quoniam ſi ambo loquuti fuiſſent, aut ſimul loquuti fuiſſent, aut vnus poſt alterum, ſi autem ambo ſimul, vnus alterum impediuiſſet, & vnus ſuperfluus fuiſſet: ſi autem ſucceſſiuè loquuti fuiſſent, vnus quæ alius dixerat, repetiiſſet, ſed nullum horum conueniebat, ſed dicebat Deus illis, quòd dicerent iſta filiis Iſrael, ſcilicet, quòd vnus eorum diceret, & alius dicenti aſſentiret, tanquam ſi verba amborum ore proferrentur.

Dubium tertium.

Nunquid Moyſes, vel Aaron loqueretur hic, pronuncians hæc populo. Quæſt. II.

SED quæret aliquis, quis eorum loqueretur hic, Moyſes an Aaron, pronuncians hæc populo. Aliquis forte reſpondebit, quòd Aaron iſta loqueretur: & hoc quoniam Aaron conſueuerat eſſe proferens loco Moyſi, cum in Ægypto loquerentur ad Pharaonem, vt habetur Exo. 4. cap. cum dicitur: Frater tuus Leuites ipſe loquetur pro te ad populum, & tu eris ei in eis, quæ ad Deum pertinent, ſic etiam habetur Exod. 7. cap. cum dicitur: Ego conſtitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus: tu loqueris ei omnia, quæ mandabo tibi, ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Iſrael. Aliquis autem dicet contra hoc, ſcilicet, quòd non loqueretur nunc

Prima ratio.

A Aaron, ſed Moyſes: quoniam ea, quæ habentur in Exodo ſunt de locutione, quæ fiebat ad Pharaonem, in qua loquebatur Aaron, quoniam Moyſes impeditæ linguæ erat, vt habetur Exo. 4. cap. & coram Rege requirebatur homo eloquens ne contemneretur: ſecus autem coram populo, cum dicitur: Aaron frater tuus Leuites ſcio, quòd eloquẽs ſit, & ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuũ. Non ſolum igitur loquebatur Aaron ad Pharaonem pro Moyſe, ſed etiam coram toto populo. Item, ſi Aaron cum nullam habebat dignitatem Summi Sacerdotij loquebatur ad populum pro Moyſe, quanto magis debuiſſet hic loqui, cum iam haberet auctoritatem Sũmi ſacerdotij? Sed videtur dicendum, quòd Aaron non loqueretur hic, ſed Moyſes, quoniam ipſe erat Propheta Domini, & interpres, atque legifer. Nec valet cum arguitur, ꝙ Aaron lo-

Secunda ratio.

Reſponſio ad primam rationem.

B quebatur pro Moyſe ad Pharaonem, & populum Iſraeliticum in Ægypto: nam ad Pharaonem ſatis rationabile erat, ꝙ loqueretur Aaron, & non Moyſes, quoniam Moyſes erat impeditæ linguæ, vt habetur Exo. cap. 4. & legatio Dei non bene reciperetur, ſi homo balbus, vel impeditæ linguæ eam proponeret, vt habetur Exo. cap. 4. ad populum quoque Iſraeliticum non decuit, vt Moyſes à principio loqueretur, quia cum ipſe eloquens non eſſet, & populus nõdum recepiſſet eum cum aliqua reuerentia, non eſſet conueniens locutiõ eius ad populum, ideo loquebatur Aaron, ſed poſtquam Moyſes per prodigia, & oſtenta apud Iſraelitas clarus extitit, etiam ſi impeditæ linguæ eſſet, tamen recipiebatur verbum eius cum magna reuerentia: ideo poſt exitum de Ægypto nunquam legitur in toto libro Exodi, vel in iſto Leuitici, quòd loqueretur Aa-

C ron pro Moyſe, ſed loquebatur ipſe Moyſes. Sic igitur hic eſſe debuit, quòd non loqueretur Aaron loco Moyſi, ſed per ſe Moyſes. Cum autem obiicitur, ꝙ Aaron erat magnę dignitatis, quia erat Sacerdos magnus, & pertinebat ad eũ loqui, ſicut ad Moyſen. Reſpondetur, ꝙ quamuis competeret Aaron proponere iſta coram populo, quia erat ſummus Sacerdos, magis tamen competebat Moyſi, quia erat Propheta Dei, & magis propinquus ei. Dicendum ergo eſt, probabile videri Moyſen iſta fuiſſe locutum ad populum, & Aaron tanquam conſentientem ſibi aſtitiſſe. *Cuſtodite omnia, quæ dixi vobis.* Iſta ſunt prima verba, quæ loqui debebãt Moyſes, & Aaron ad populum, & eſt quędam admonitio, & epilogus præcedentium, & quædam eruditio futurorum, ſcilicet, quòd diligenter obſeruarent ea, quæ eis dicta fuerant. *Vt ſim veſter Deus.* i. oportet vt

Ad ſecundam rationem.

D faciatis omnia, quæ ego mãdaui vobis, ſi vultis, quòd ego ſim Deus veſter, quaſi dicat, aliter non ero Deus veſter. Contra hoc aliquis arguet, ꝙ Deus non poſſet dici Deus Hebræorum, vel alterius gentis, quoniam ille dicitur alicuius eſſe, qui dicitur ſecundum relationem quandã: hæc autem non competunt niſi nominibus relatiuis; Deus autem nomen abſolutum eſt. Item, dato, ꝙ Deus nomen relatiuum eſſet, ſicut iſtud nomen Dominus, non diceretur Deus alicuius gentis, ſed omnium: ſicut non dicitur Dominus ſpecialiter aliquorum hominum, ſed totius mundi. Deus igitur dicetur omnium: nam Deus ſecundum eſſentiam ſuam Deus eſt, & quia eſſentia ſua non magis refertur ad vnam gentem, quàm ad alteram, non poteſt magis dici Deus vnius gentis quàm alterius. Reſpondendum eſt, ꝙ Deus ſecundum ſe, nomen abſolutum eſt; & dato, ꝙ

An Deus Hebræorum vel alterius gẽtis dici nequeat.

E diceretur ſecundum relationem, non magis diceretur ad vnam gentem, quàm ad alias. Accipiuntur tamen in Deo, quidam modi ſpeciales, ſecundum quos poteſt referri ad vnam gentem, & non ad alteram: & vna gẽs poteſt referri in Deum, & non alia. Accipiendo enim Deum ſecundum ſe, neceſſarium eſt, vt ipſe ſit Deus omnium gentium, quia nullus Deus eſt in omnibus gentibus, niſi ipſe. Neceſſarium quoque eſt, vt omnes gentes ſint eius: nec eſt nobis liberum, ꝙ nos ſimus illius Dei, nec etiam ipſi Deo liberum eſt, vt ſit Deus noſter, ſed nobis neceſſarium eſt, vt ſimus eius, & ipſi neceſſarium eſt vt ſit Deus noſter. Alio modo accipitur Deus per comparationem ad aliquam gentem: Dei namque eſt, vt benefaciat; cum igitur Deus alicui genti ſpecialiter benefacit, dicitur eſſe Deus illius gentis, quia illi, & non aliis ſic benefecit. Dicitur etiam aliquis populus ſpecialiter habere aliquem ſibi in Deum,

quo-

Neceſſarium eſt D. eo quòd ſit Deus noſter, & nobis ſimus populus eius.

quoniam ad homines hoc pertinet, vt Deum colant. Cum autem aliquæ gentes ſunt, quæ ſpecialius colunt Deum, quàm aliæ, dicuntur habere ſpecialiter illum in Deum. & hoc modo dicebatur Deus accipere Iſraelitas in populũ, quia eis ſpecialius benefaciebat quàm aliis gentibus, & Iſraelitæ dicebantur accipere illum in Deum ſpecialiter, quoniam illum debebãt ſpecialius, quàm aliæ gentes colere. Similia habentur in multis locis veteri Teſtamenti, & patet infra 26. cap. cum Deus dixiſſet de bonis, quæ facturus erat Iudæis, ſi colerent eum, ſubiunxit: ponam Tabernaculum meum in medio veſtri, & non abiiciet vos anima mea: ambulabo inter vos, & ero veſter Deus, voſque eritis mihi populus. In hoc autem ſecundo modo liberum erat hominibus accipere Deum ſibi, & Deo liberum erat, quòd Deus eſſet ſpecialiter alicuius gentis. De Deo patet, qui dixit ſe accepturum Iſraelitas in populum ſi mandata eius obſeruarent, vt habetur Exo. 19. cap. cum dicitur: Si ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra, & vos eritis mihi in Regnum Sacerdotale, & gens ſancta: idem habetur Deuteron. 7. cap. Liberum quoque erat hoc modo hominibus accipere ſibi Deum: quoniam nihil aliud eſt aliquam gentem accipere ſibi Deum ſpecialiter, niſi facere aliquas cæremonias cultus ad illum Deum, quas non faciebant aliæ gentes, & ad quas non erat naturalis obligatio, ideo poterat aliquis vouere, quòd acciperet aliquem in Deum, quamuis ſecundum naturam nobis Deus vnus, & communis eſt. Sic vouit Iacob, quòd ſi Deus daret ei omnia neceſſaria, & reduceret illum in domum patris ſui, acciperet eum in Deum, vt habetur Gen. 28. cap. cum dicitur: Vouit etiam votum dicens: ſi fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ambulabo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtes ad induendum, reuerſuſq. fuero proſperè in domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iſte, quem erexi, vocabitur domus Dei; cunctorumq. quæ dederis mihi, decimas, & hoſtias offeram tibi. Sic etiam dicitur hic, vt ſim Deus veſter, id eſt, ſi vultis, quòd ego ſim ſpecialiter Deus veſter, magis quàm aliarum gentium, vobis ſpecialiter benefaciendo, obſeruate ea, quæ ſcripſi vobis, & tunc eritis populus meus, & ego Deus veſter. *Hæc ſunt animalia, quæ comedere debetis.* Intendebat Deus conſeruare Hebræos in diſpoſitione munditiæ, & quia quædam animalia ſunt per cuius contactum, & eſum homines incurrunt immunditiam, vetuit Deus illa comedere dans certam regulam de his, quæ comedi licet: vnde non licebat Iudæis aliquod animal comedere tam de volatilibus quàm de greſſibilibus præter ea, de quibus exprimitur hic ſpecialiter, vel generaliter. Et dicitur hic de animalibus comedẽdis, non quidem, quòd ſolum vetetur comeſtio, ſed etiam tactus in quibuſdam, vt patet infra, ſed exprimitur comedere quod maius erat. *De cunctis animalibus terræ.* Accipiuntur hic animãtia generaliter pro omnibus, tã aquatilibus, quàm greſſibilibus, & volatilibus: quoniam de omnibus infra regulæ apponuntur. Quamuis aliquis dicet ſolum hic intelligi de animalibus greſſibilibus; quoniam dicitur de cunctis animãtibus terræ; ſola autem greſſibilia ſunt animantia terræ, quia ipſa in terra ſunt. aliorum autem alia aerem peruolant, alia aquarum incolatum habent. Sed dicendum eſt, quòd vocantur omnia animantia terræ, quia quæcunque ſint ad terram pertinent: de greſſibilibus autem nihil dicere attinet, de volatilibus autem ſatis manifeſtum eſt, quòd ad terram pertinent, cum de terra ſuſcipiant alimenta, & in terris habitent: quamquam aliquando aerem peruolent. Piſces quoque licet in aqua ſint de terra ſunt, & eorum nutrimenta potiſſime ad terram, pertinent: omnia igitur hæc quodammodo animantia terræ vocantur.

Animantia terra, quæ ſunt.

Quare Deus Iudæis animalia multa comedere vetuerit. Quæſt. 111.

CIRCA hæc autem quæret aliquis, quare Deus vetuerit Iudæis multa animalia comedere? Cui reſpõdendũ eſt, hoc pertinere ad cæremonias Dei, & eſſe huius

F duas cauſas, vnam generalem, & alteram ſpecialem. In generali autem cauſa eſt, quia Deus volebat iſtum populum ſibi ad cultum applicare, vt eum in magna reuerentia tenerent: ideo dedit eis cæremonias multas; ſecundum quas ſpecialius ei reuerentiam impenderent, & cultu eius deſeruirent. Pro quo ſciendum, quòd homines principaliter ordinãtur in Deum per virtutem, quæ latria dicitur: eſt autem latria virtus quædam, qua Deo debitũ impendimus famulatum; ideo omnes actus quicunque illi ſint, quos ad Deum ſolum dirigimus, tanquam ei famulatum quendam debentes, actus latriæ appellantur. Sic autem erat de omnibus cæremoniis Hebræorum, quoniam ipſæ erant quædam obſeruationes propter Deum ſolum, ideo quotieſcunque Iudæi inſiſterent his cæremoniis, Deum colebant: quoniam omnes iſti actus latriæ ſunt, & potiſ-

Quid eſt latria.

G ſimum, quia iſtæ cæremoniæ à Deo ordinatæ erant, & ſic quanto aliquis populus plures cæremonias haberet, tanto plus Deum colebat. Quaſcunque igitur cæremonias obſeruari in Deum, & propter Deum conueniens erat, niſi illæ inhoneſtæ eſſent in ſeipſis, vel aliquid inhoneſtum, aut malæ opinionis præſupponerent: & ſicut Deus dederat Iudæis multas cæremonias in ſacrificiis: ita quoq; circa animalium eſum, & tactum dedit, vt ſic eum abundantius colerent: præcipuè quia ea, quæ erant in Lege Veteri, non habebant aliquam ſecundum ſe dignitatem, & reuerentiam, ideo decuit ad hoc, quòd eſſent in honore, multas cæremonias circa illa obſeruari; ſic namque manifeſtum eſt de omnibus, quæ apud nos ſunt; qm̃ cũ apud aliquam rem multas cæremonias obſeruamus, eam magno honore dignam dicimus, aut per hoc dignam eſſe arbitramur. In

H Lege autem Noua non oportuit eſſe tot cæremonias ex cauſis ſupra declaratis præcedenti c. vnde iſtá multitudo obſeruationum legalium in principio Euangelicæ regulæ in Eccleſia primitiua excluſa eſt, cum quæſtio verteretur, an deberent diſtingui cibi, ſicut in Veteri Teſtamento, & determinatum eſt communi Apoſtolorum conſenſu, nihil horum iam debere obſeruari, vt habetur Act. 15. c. Cauſa autem in ſpeciali huius eſt: quia Deus volebat populum Hebræorum magis incontaminatum ſibi efficere, vt iſte populus ſingulariter ſuper omnes populos munditia polleret, cum ex ipſo Chriſtus ſecundum carnem naſciturus eſſet: Gentiles autem quidam valde immundi erant in cibis ſuis, & animalium tactibus, ideo vetuit Deus Iudæis de quibuſdam animalibus, ne ea comederent, nec contingerent, quoniam illa immunda erant. De immunditia au-

In Lege Noua nõ opus fuit tot eſſe cæremonias.

I tem, & conuenienti ordinatione harum cæremoniarum Iudæi in ceteras gentes poterant gloriari, quòd nulla gens tam mundas, & honeſtas cæremonias haberet. Et de hoc gloriandum eſſe Moyſes admonuit totum Iſraeliticum populum, cum in Deuteronomio legem repetere inchoaret, dicens: Hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc, dicant: en populus ſapiens, & intelligens, gens magna, nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris: quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat cæremonias iuſtaq, iudicia, & vniuerſam legem quam ego proponam hodie? Sciendum tamen radicem huius eſſe cultum diuinum, qui fiebat in Tabernaculo, & in atrio eius in ſacrificiis, & aliis cæremoniis: hunc

K Deus volebat in magna reputatione teneri, ideo propter hunc faciebat homines à multis abſtinere, vt digni haberentur accedere ad cultum illum; vel ſaltem tangere ipſum Sanctuarium: quod patet: nam omnes iſtæ immunditiæ, quæ contrahebantur in tactu, vel eſu animalium immundorum, ſolum arcebant hominem à miniſtratione, & oblatione ſacrificiorum, & introitu Sanctuarij: non tamen excludebatur ab aliquo alio actu, nec à communicatione popularium: aliæ autem erant immunditiæ, quæ excludebant à communicatione hominum, ſicut lepra, vt habetur infra 13. & 14. ſed hoc etiam apud alias gentes eſt: quia cum lepra ſit morbus contagioſus, & infectiuus aliorũ, debet excludi à ceterorũ cõmunione, qui talẽ patitur labem: & ſic obſeruatur ab omnibus populis, Extra de coniug. lepros. cap. 1. Sed de immunditiis, quæ contrahebantur in contactu, & eſu animalium immundorum, ſolum erat

ſtatu-

ſtatutū,vt arcerentur homines ab introitu, & acceſſu Sanctuarij,vt patet hic, & Num.19.cap. & in multis aliis locis: ergo ſolum erat iſta obſeruatio munditiæ, in animalibus propter reuerentiam cultus Diuini in ſacrificiis,& ceteris,quæ fiunt in Sanctuario. Quoniam autem dictum eſt iſta animalia,quæ hic vetantur propter immunditiam vetita eſſe: conſiderandum eſt,quomodo in animalibus iſtis munditia reperiatur. Et ſciendum eſt,quòd immunditia eſt duplex,quædā eſt ſpiritualis, quæ propriè vocatur immunditia: alia eſt immunditia corporalis, quæ dicitur eſſe immunditia ſecundum quid. Prima immunditia,quæ eſt ſpiritualis,in animalibus brutis nullo modo eſſe poteſt: quoniam iſta immūditia nihil aliud eſt, niſi quædam peccati macula:in brutis autem peccatum nullum eſſe poteſt, quia peccatum principiatur per actionem liberi arbitrij, quæ conſiſtit in voluntate, & intellectu: in brutis autem horum duorum nullum eſt, & ideo poſſibile non eſt in eis peccatum eſſe. Eſt tamen indirectè in eis peccatum, ſecundum quòd aliquis cum eis perpetrat peccatum, & in eis permanet macula illa,ſicut eſt de animalibus illis, quibus homines abutuntur ad coitum,qui cōtra naturam eſt, qm̄ de his iubetur, quòd ipſa animalia cum hominibus lapidentur,vt habetur infra 20.cap. Alia autem eſt immunditia quædam, quæ quamquam nō ſit ſpiritualis aſſimilatur tamen ſpirituali, vt cum idololatræ faciunt aliquas cæremonias abominabiles in quibuſdam animalibus: nā aliquando vetabat Deus hæc propter immunditias, quas in illis idololatræ exercebant. Alia autem eſt corporalis immunditia, & iſta eſt duplex, quoniam quædam eſt ſubiectiuè in animalibus, ſcilicet, quòd ipſa animalia immūda ſunt: alia autem eſt in eis effectiuè,ſcilicet,quòd quamuis in ſe immunditiam non contineant, in comedentibus tamen quandam immunditiā cauſant. Primo modo dicuntur eſſe immunda animalia, quæ venenoſa ſunt, vt omnia reptilia: nam ſi comedantur mortis illatiua ſunt: & non ſolum cibus eorum,ſed etiam tactus immundus eſt, atque periculoſus: quoniam quædam eorū tangendo occidunt, ſicut coluber,& vipera in morſu, quædam etiam ſolo viſu interimunt, ſicut de baſiliſco generale eſt. De his autem conueniens valde erat, quòd populus Hebræorum ſeruaret cæremonias non comedendo ea nec tangendo, ſed ſolū ſecundum ordinationem in cultu Diuino. Sed etiam ſecundū ſeipſos in cultu Diuino naturaliter hoc conueniens erat, & debuiſſent obſeruare. Alia etiam animalia ſunt immunda ſubiectiuè,quoniā ex immundis valdè nutriuntur cibis,cuiuſmodi porci ſunt, qui in ſtercoribus, & luto ceteriſq. immunditiis nutriuntur, nec eſt aliquod animal, quod inter greſſibilia ſic immūnditias,vt porcus amet. Inter volatilia autem vpupa ei aſſimilatur, quoniam inter ſtercora viuit,vnde generaliter tanquam pro immundiſſimo porcum dicunt. Vetuit igitur Deus Iudæis porcum edere. Alia autem animalia immunda ſunt, quoniam in loco immūdo habitant ſicut talpæ, & mures,vtrique enim ſub terra,aut ſemper,aut communiter viuunt, vnde ex his locis quendam horrorem trahunt,& fętorem, talia igitur etiam vetari decuit. Dicuntur autem alia animalia immunda eſſe effectiuè,ſcilicet, quod quamuis in ſeipſis immunditiam non habeant, tamen cauſant eam in comedentibus; vt quia ſunt malæ complexionis in ſuperabundanti humiditate, aut ſiccitate, & ſic de ceteris, propter quæ omnia etiam ipſi corpori humano nociua ſunt. Aliqua autem animalia omnibus iſtis modis immunda ſunt, ſicut ſerpentes, & bufones, nam venenum continent, & immundis nutriuntur cibis, atque in locis immundis habitant, nam etſi nihil aliud eſſet,niſi quòd reptilia ſint, ſufficienter immunda ſunt, quoniam neceſſe eſt ea, quæ per terram ſerpunt, contrahere ex terra fętorem quendam propter fumoſitates peſſimas, atque indigeſtas in eis incorporatas, quo fit, vt omnia iſta reptilia humiditatem quandam viſcoſam, & fętidam intra viſcera habeant, & in cute demonſtrent. In piſcibus autem eodem modo dicendum eſt; quoniam eorum piſcium, qui hic vetantur, multi valde immundi ſunt,& mali nutrimenti, ita vt magis ſanum ſit ab eis abſtinere, quàm illis veſci. De his tamen dicit Nicolaus fuiſſe prohibitionē factā, quia idololatræ vtebantur his in miniſterijs ſuis; ſed de hoc rarū eſt.

Duplex eſt immūditia. *Duplex eſt corporalis immūditia.* *Vpupa inter ſtercora viuit.* *De piſcibus quibuſdā nō comedendis quare bonum ſit.*

A Veritatem quoque huius declarauimus ſupra 1.cap. cum quærebatur, quare non offerrentur piſces Domino, ſicut animalia greſſibilia, & volatilia. De volatilibus autem quare quædam vetentur eædem cauſæ ſunt, quæ in quadrupedibus: nam quædam volatilia immunda ſunt propter locū, & nutrimentum,ſicut vpupę,quæ inter ſtercora humana nidum faciunt frequenter, & illis veſcuntur, in ſepulchris quoque mortuorum ſæpe morantur; quædam autem propter cibos immunda ſunt ſicut ciconiæ,quæ ſerpentes comedunt. De veſpertilionibus, & noctuis, & lucifugis, atque bubonibus eadem ferè cauſa videtur, immundis namque aluntur nutrimentis. Aliæ autem volucres ſunt, quæ ex diſtēperie cōplexionis ad cibum diſconuenientes ſunt, ſicut eſt generaliter de omnibus volucribus rapacibus,quæ vngues aduncos,& roſtrum recuruum B habent, ſicut Aquilæ, accipitres, & aſturcones,& ſic de ſimilibus, ita vt generaliter dici poſſit, omnia animalia tam in volatilibus, quàm in greſſibilibus, & aquatilibus, quæ Iudæis prohibebantur diſconuenientis nutrimenti eſſe pro corpore humano. Sunt autem præter hæc quædam aliæ rationes myſticæ ſecundum tropologiam, aut allegoriā, propter quas prohibitio iſta fieri debeat, ſignificant enim quædam horum animalium vitia, quæ in vſu noſtro,& cunctis actionibus vitanda ſunt,ſicut porcus,qui in vniuerſis ſe inuoluit ſterquiliniis atque cœnoſis, & fętidis locis,luxuriæ immunditiam,& fętorem ſignat, vnde in ſignificatione euitandæ luxuriæ ipſe quoque vitandus eſt. Sic etiam lepus timiditatem ſignat,& inaniam: camelus autem propter gibbum, quem habet ſignificat ſuperbiæ tumorem,aquila autem,& omnia rapacia volatilia C prædones homines imitantur; ſic etiam de ceteris applicari poteſt,ſed tropologiis, aut allegoriis inſiſtere non inſtitui, ſolo litteræ ſenſu contentus.

Nota cauſas allegoricas quare iſta animalia prohibeātur de quibus latius dicitur in Geneſi.

Quare Deus non vetuerit animalia, quæ naturaliter mala, & peſtifera erant in Nouo Teſtamento ſicut in Veteri. Quæſt. IIII.

SED nunc aliquis quæret, cum in his animalibus, quæ hic vetantur, quædam prohibeantur ad maiorem reuerentiam ſacrificiorum, & cultus Diuini in Veteri Teſtamento, quædam autem, quoniam ſecundum naturam mala ſunt, & ſaluti humanæ contraria, ſicut in animalibus venenoſis, quare Deus non vetuit ea, quæ naturaliter mala,& peſtifera erant in Nouo Teſtamento? nam quòd D ea,quæ ad ſolum cultum Diuinum in Veteri Teſtamento pertinebant,non præciperentur in Nouo,ſatis rationabile erat,cum iſta cæremonialia ſint,& pertinentia ſpecialiter ad illum ſtatum,ea tamen,quæ naturalia erant ſiue bona, ſiue mala,in Nouo Teſtamento manſerunt,ſicut patet de præceptis Decalogi,quæ qm̄ naturalia ſunt,manſerunt in Nouo Teſtamento. Reſpondendum eſt, ꝙ iſtorum animalium,quæ hic vetantur,quædam prohibentur propter cauſam reuerentiæ cæremoniarum Veteris Teſtamenti, ſcilicet,ſacrificiorum,& cum non manſerint ſacrificia,nec manere debuerunt cæremoniæ iſtæ diſponentes ad illa; quædam autem animalia vetabantur,quia mala erant ſecundum naturam,& præter hæc immunditiam quandam cauſabāt tollentem,& diminuentem de cultu Dei. De his autem dicendum eſt,ꝙ inquantum vetabantur,vt indiſponentia cultum Dei,& tollentia reuerentiam eius,non de-E buit fieri prohibitio in Nouo Teſtamento, cum ceſſauerit ille cultus. Inquantum autem iſta nociua erant ſecūdum naturam, & non debuerunt vetari in Nouo Teſtamento, quoniam lex ſpiritualis eſt,& de ſpiritu curans,vt ait Apoſtolus ad Rom.7.cap.de corporibus autem nihil,ideo non debuerunt hic ſcribi in Nouo Teſtamento regulæ corporum ſeruandorum, quoniam hæc ad medicos pertinent, ſed regulæ, curandorum animorū, quæ propriè ad legem pertinent. Itē cum iſta naturaliter nobis mala ſint, & ſaluti obuiantia, quam nos naturaliter potiſſimo deſiderio conſeruare ſtudemus, noſipſi nullo admonente operam dabimus,vt ab eis caueamus, lex autem non datur de his, ad quæ nos inclinamur, ſed de his, quæ fugimus,ideo lex nō eſt poſita iuſto,ſed peccatori, vt hr̄ 1.ad Timo.1.c.boni namque ad bonum inclinantur, mali vero nequaquā.

Reſponſio ad quæſitū. *Lex Euāgelica nō curat de corpore, ſed de anima.* *Lex peccatori poſita eſt, nō iuſto.*

Etiam diligere debemus noſipſos ex charitate magis quã proximos, de dilectione tamen proximorũ lex poſita eſt, de dilectione autem, quæ ad noſipſos eſt, nihil ſtatutũ eſt, quia ad diligendum noſipſos naturaliter inclinamur, ad proximum autem non ſic, ſed ſecundum naturam conſeruandæ ſalutis cura in omnibus mortalibus præcipua eſt, vt ait Boetius de Conſolatione lib. 3. proſa 4. non ergo debuit poni regula, quòd ſalutem noſtram conſeruaremus. Cum autem obiicitur, quòd ea, quę naturalia erant in Veteri Teſtamento, debuerunt manere in Nouo ſicut manſerunt præcepta Decalogi, & alia ſimilia. Reſpondendum eſt, quòd naturalia, quæ dirigebant hominem in Deum, manere debuerunt, ea tamen, quæ hominem ad ſalutem noſtram ordinabant, præcisè non oportebat, vt ſcriberentur, quia corporalia ſunt, & homo ad ipſa maximè inclinatus eſt. De præceptis aũt Decalogi, quæ naturalia ſunt, non eſt ſic: nam ipſa non ſunt ad directionem corporis, ſed animorum. Etiam non dabantur de his, ad quæ homines naturaliter inclinantur, ſed potius quædam ipſorũ ſunt, contra quæ homines magnam habent inclinationẽ, ſicut ad furari, mœchari, & concupiſcere res alterius, aut vxorem illius. Sed dices quare in Veteri Teſtamento præceptum eſt, quòd non comederentur iſta, quæ naturaliter mala ſunt ſecundum corpus? Reſpondendum eſt dupliciter; Primo modo, q̇ in Veteri Teſtamento quamquam prohiberentur iſta, quæ naturaliter mala erant, nõ tamen vetabantur ex hoc, quòd corpori mala erant, ſed quia erãt immunda, & tollebant reuerentiam cultus Diuini, cultus autem Diuinus ad corpora non pertinet, ſed ad animam. Alio modo poteſt reſponderi, quòd in Nouo Teſtamento non eſt ſimile de Veteri Teſtamento, ideo ſatis conueniẽs eſt, quòd in Veteri Teſtamentum prohiberentur aliqua, quæ ad ſanitatem pertinebant, in Nouo autem non; cuius cauſa eſt: quia Vetus Teſtamentum quamquam principaliter eſſet ad animarum ſalutem, tamen adhuc pręter hoc, intendebatur ibi quidã bonus ſtatus temporalis gentis Iudaicæ, cum iſta Lex Vetus non ſit data vniuerſaliter, ſed pertineat ad directiones ſpeciales huius politiæ Iudaicæ, quod apparet: quia in hoc Teſtamento Veteri datæ ſunt leges, quæ ſunt purè morales, & tangunt habitudinẽ proximi ad proximum, ſcilicet, qualiter ſatisfactio ad proximum facienda ſit, cum ei iniuria illata eſt, aut damnũ datum. Determinatur etiam de iuſtis, & iniuſtis, quæ accidunt in contractibus humanis, de quibus habetur Exodi 21. & 22. hæ tamen puræ ſunt leges humanæ, quia de nullis aliis humana ſtatuta determinant. Dicendum eſt ergo de Veteri Teſtamento, quòd nõ ſolum in Deum ordinat, ſed etiam quandam vtilitatẽ ſtatus politici gentis Iudæorum concernebat, in Nouo Teſtamento nihil tale eſt, quia non eſt ipſum directio alicuius ſpecialis politiæ ſicut Vetus Teſtamentũ, ſed omnes gentes æqualiter reſpicit, vnde mandauit Chriſtus, quòd Apoſtoli irent per vniuerſas gẽtes, & prædicarent eis Euangelium, vt habetur Matth. 28. cap. & Mar. 16. Vetus tamen Teſtamentum ſolis Iſraelitis datum eſt in monte Sinai, vt habetur Exodi 19. cap. reſpicit ergo Nouum Teſtamentum ſolam animæ ſalutem, ideo non dantur in eo aliqua præcepta iudicialia, quæ aliquando contingant ſolam proximorum vtilitatem, & eorum habitudinem inter ſe, ſed quæcũque dicuntur ad ſpiritum pertinent, non igitur debuerunt dari in Nouo Teſtamento aliquæ regulæ de ſalute corporum, ſicut dabantur in Veteri, quia Nouum Teſtamentũ nullius ſtatus politici vtilitatem concernit, Vetus autem Teſtamentũ præter cultum Dei, reſpiciebat vtilitatem Iudaicæ politiæ, & ob hoc non data ſunt in Nouo Teſtamento præcepta iudicialia, quæ ſolam proximorum vtilitatem concernerent, immò nec dari potuerunt conuenienter præcepta ſpecialia iudiciorũ circa contractus, & alia in Nouo Teſtamento, quia ipſum erat generale ad omnes gẽtes, omnibus autem gentibus non ſunt eadem iuſta, nec iniuſta, nec debebant vetari, aut præcipi eadem, Vetus autem Teſtamentum erat ad quandam ſpecialem politiam, ideo bene conueniebat ibi identitas legum ad forenſes diſceptationes, & communicationes actuum propter eſſe eiſdem idem iuſtum, & iniuſtum in operatione. *Omne quod habet diuiſam vngulam.* Hic ponitur quædam regula generalis de

Quare ſ Vet. Teſtamento præceptũ eſt nõ comedi animalia, q̃ naturaliter mala ſunt ſecundum corpus.

Lex Iudaica dirigebat homines nõ ſolum in Deum, ſed in ſtatum politicum.

Vetus Teſtamentum ſolis Iſraelitis in monte Sinai datum eſt.

Quare in Nouo Teſtamento non ſunt data præcepta iudicialia ſicut in Veteri.

F animalibus quadrupedibus, quomodo dicantur eſſe munda, vel immunda. In quo ſciendum eſt, quòd quædam animalia erant immunda ſecundũ ſpeciem, ita, quòd nullum de illis licebat comedere, alia autem erant immunda à caſu, ſcilicet, quòd quamuis ſecundũ ſpeciem ſuam munda eſſent, tamen per aliquod accidens polluebantur, ita, quòd non liceret comedi illa. De animalibus autem, quæ ſunt immunda ſecundum ſpeciem, determinatur in hoc cap. nã de illis ſpeciebus, in quibus animalia hic immunda dicuntur, non licet aliquod eorum comedi, nec tangi cadauera eorum; dicuntur autem ſecundũ accidens immunda animalia illa, quæ ſecundũ ſpeciem munda ſunt, tamen à beſtiis lacerantur, aut occiduntur, vel aliquo modo prægustantur, nullatenus namque huiuſmodi carne comedere licebat, ſicut habetur Exodi, 22. cap. cum dici-
G tur: Viri ſancti eritis mihi, carnem, quæ à beſtiis lacerata, aut prægustata fuerit, non comedetis. Item habetur infra, 22. cap. loquendo autem de animalibus, quæ ſunt munda ſecundum ſpeciem, datur hic regula quantum ad greſſibilia, quę vocantur pecora, ſcilicet, quòd omne animal ruminans, & vngulam findens mundum erat; quod autem nullum horum habet, vel ſi habet alterum, caret alio mundum non erat.

Regula ſ animalibus quadrupedibus, quõ munda, vel immunda eſſe dicatur.

Animalia, quæ non ruminant, quare vtentur in cibum. Quaſt. V.

CAVSA autem quare dicitur, quòd animalia debebant ruminare, eſt: nam ruminare in animalibus eſt ſignum bonæ complexionis, & mundæ, Iudæi autem im-
H munditiam euitare debebant, decebat ergo, vt animalia munda comederent: quòd enim ruminare ſit cauſa bonæ complexionis, & ſignum eius, apparet, quoniam animalia ex cibis nutriuntur: cum autem cibi illi conuenienter digeruntur, ſunt cauſa bonæ complexionis in animali. Si autem malè digerantur, animalia morbida ſunt, vel eorũ carnes nõ ſunt cibo noſtro ita conuenientes, ruminare nãque ſecundo digerere eſt: prius enim animalia eſcas acceptas in ore quodammodo terunt, & ad digeſtionẽ faciendam in ſtomacho diſponũt, ſed quia velociter paſcunt cibos quaſi integros ad viſcera tranſmittentes, vt conueniens digeſtio fiat, ad os reuocant cum à ſumendis cibis ceſſauerint, & ibi rurſus ſuſceptas eſcas cõminuunt in paruas particulas, & ſic digeſtio in ſtomacho perfecta, & facilis celebratur, vocatis illis ad ſtomachum: vnde animalia rumi-
I nantia bis cibos terunt, bis vorant, bis digerunt, ſecundum tamen in omnibus his tribus duplicatis perfectum eſt. Animalia autem, quæ non ruminant, cum velociter quaſi ex impetu quodam cibos ſumant, eos in ore non terunt: vnde ſic quaſi integri ad viſcera tranſmittuntur, quo fit, vt inconuenientius digerantur, quia magis digeſtioni repugnant, cum ipſa confractio, quæ in ore animalium fit, quędam digeſtio imperfecta ſit, nõ erunt ergo carnes animalium non ruminantium ita bonæ complexionis, nec ſani nutrimenti pro corporibus humanis, ſicut ipſa animalia ruminantia. Cauſa autem, quare iubebatur, vt pecus vngulam finderet, eſt, quia hoc bonam complexionem notat in pecoribus, pecora namque, & generaliter cuncta animalia, quæ ſunt naturæ multum ſiccæ; alimento diſconueniunt, ea quoque, quæ ſunt magnæ humiditatis, cuius
K cauſa eſt, quia bonitas complexionis in mediocritate conſeruatur, extrema autem bonitati complexionis diſconueniunt: huiuſmodi autem ſignum eſt vngulæ fiſſio, nam animalia, quæ valde magnæ humiditatis ſunt, vngulas non habent, ſed carnes quaſdam papuloſas loco vngularum, & ibi quaſdam vngulas aduncas in modum vncinorum, quæ non vocantur hic vngulæ. Et iſta animalia, ſi pecora ſint, propter humiditatem indiſtemperatam ad cibos inconuenientia ſunt, animalia autem, quæ vngulas habent non diuiſas ſicut equi, & aſini, magnæ ſiccitatis ſunt, & demonſtrant vngulæ eorum ſolidatæ iuxta duriciem lapidis, & magnæ exiſtentes, animalia autem, quæ vngulam diuiſam habent, non habent eam ita magnam, nec calloſam, ſicut apparet in bobus, ouibus, & capris. Callorum autem magnitudo duriciem magnam ſignat, cum & ipſi duricies quædam ſint; animalia autem, quæ

Animalia ruminantia ſunt bonæ complexionis.

Quare iubebatur, vt pecus vngulam findẽs ſa meretur.

quæ vngulam findunt, inter hæc media ſunt, quoniam nõ ſunt valde magnæ humiditatis ſicut ea, quæ nullam vngulam habent, qm̃ vngulæ qualeſcunque ſint, ex duricie quadam proueniunt, nec tamen iſta animalia valde magnæ diſtemperatæ ſiccitatis ſunt, cum vngulam diuiſam habeant, diuiſio namque propter quãdam teneritudinem fit: vnde videmus generaliter, quòd illa animalia, quæ vngulam diuiſam habent, eam ſatis paruam, & non nimis duram habent; & illa animalia, quæ habent vngulam indiuiſam, eam valde magnam habẽt, ac valde duram. Recte igitur dictum eſt, ad eligẽda pecora bonæ complexionis, ꝙ accipiantur illa, quæ ruminãt, & vngulam diuiſam habent. *Omne quod habet diuiſam vngulam, & ruminat in pecoribus comedetis.* Dicitur autem hic de pecoribus, nõ ad differentiam, ꝙ hoc quod eſt habere vngulas, & ruminare ad ſolas pecora pertineat.

Hic quare de pecoribus ſermo habetur.

B Vocantur aũt pecora ſimpliciter in ſacra Scriptura vno modo pro ſolis animalibus, quæ comeſtibilia ſunt in quadrupedibus, & ſic accipitur in hoc Leuitico, & ferè in omnibus quinque libris Moyſi, & iſto modo diſtinguuntur pecora contra iumenta, quæ ſunt animalia manſueta ad humanum adiutoriũ, vt equi, aſini, & cameli, & diſtinguuntur contra beſtias, quæ dicuntur eſſe animalia fera. Alio modo accipiuntur pecora largè, pro omnibus quadrupedibus, & etiam iſte modus aliquando eſt in ſacra Scriptura, hic autem accipitur primo modo pro animalibus comeſtibilibus. *Quidquid autem ruminat, & habet vngulam, ſed non diuidit eam.* Hic ponitur alia regula, quæ eſt per oppoſitum ad ſuperiorẽ, illa namque dabatur cum duabus conditionibus, ſ. de ruminendo, & findendo vngulam: quidquid autem ab ambobus, vel ab altero eorum deficeret, non erat licitum ad eſum;

C ponit autem hic de illis, quæ ruminant, & vngulam habent, ſed eam non diuidunt, quoniam iſta immunda ſunt. Cauſa huius eſt, quoniam talia animalia ſunt diſtemperatæ complexionis, ſcilicet, nimis ſicca, quod ſignat continuitas vngularum, & magnitudo calloſa, ideo quamquam iſta animalia cibos digerant, cum dicantur ruminare, tamen naturæ valde ſiccæ ſunt, propter continuitatem vngularum, & ſoliditatem. *Sicut camelus, &c.* Camelum dicit nõ comedendum, quoniam immũdus eſt, cum vngulam non diuidat quamuis ruminet. Hæc autem indiuiſio vngulæ in camelo magnam ſoliditatem facit, non enim eſſent ita robuſti ſi vngulas diuiſas haberent: neceſſe eſt enim ceteris paribus animalia, quæ vngulas indiuiſas, & calloſiores habent, aliis fortiora eſſe: quia cum innitantur pedibus ad onera ſupportanda, ſi vngulæ diuiſæ ſint, non eſt tanta ſo-

D liditas in pedibus, ſicut cum vngula indiuiſa eſt. Etiam quia animalia, quæ in pedibus vngulas diuiſas habent, facilius lęduntur per diuiſiones vngularum, quàm ea, quę vngulas integras habent, nihil namque ſubintrare poteſt per id, quod indiuiſum eſt, ſicut ſubintrat per diuiſionem vngularum. Sunt autem carnes cameli indiſpoſitæ ad cibum, & mali ſaporis, atque mali nutrimenti ſunt; quia eſt in eis diſtemperata ſiccitas, quod apparet: quia vngulas valde ſolidas habent, & non diuiſas, indiuiſio autem vngularum magnam atteſtatur ſiccitatem, ſicut eſt de carnibus equinis, & aſinorum, quæ mali nutrimenti ſunt, & ſaporis, non conuenientes corpori humano.

Camelus non erat comedendus.

Sicut camelus, &c. id eſt, camelus non comedetur, & omnia alia, quæ ſimilia ſunt, ſcilicet, quæ ruminant, & habent vngulam indiuiſam.

E De his enim pauca reperiuntur animalia, quandocunque tamen reperiebantur, non licebat ea comedere Iudæis. Erant autem in terra illa Iudæorum iſta animalia magis quam in terra hac, quoniam terra illa calidior eſt, & poſſunt ibi eſſe plures ſpecies animalium, quę in calore fouentur, quæ non ſunt in terra iſta declinante ad extremitatem mundi Aquilonarem. Quod patet in leonibus, & camelis, cameleopardalis, & tragelaphis, atque origibus, de quibus habentur multa in terra promiſſionis, & datur lex de illis Deuteronom. 14. cap. hic autem non ſunt. *Non comedetis illud, & inter immunda reputabitis.* ſcilicet, quòd non comedantur cameli, & ſimilia, quæ ruminant, & vngulas non diuidunt, ſed reputantur inter immunda: non tamen inter immunda ſimpliciter, ſed inter ea, quæ ſunt immunda ad eſum, qm̃ non erat illicitum tangere camelum, & ſimilia animalia; licebat namque

A ſuper illa ſedere, & eis onera imponere, ſic etiam de equis eſt, & aſinis, quoniam iſta computãtur inter animalia immunda, & tamen tangebant eos Iudæi licitè aſcendentes ſuper eos, ſed dicuntur iſta animalia immunda quantum ad eſum, quia nõ licebat illa comedere. Etiã erant immunda poſtquam eſſent mortua, quoniam nemo debebat contingere illa, vt infra patet. *Cœrogryllus, qui ruminat, vngulamq. non diuidit, immundus eſt.* Ponuntur hic alia exempla huius regulę, fuerat namque ſuprapoſita regula, ꝙ ea, quæ ruminant, & non habent vngulam diuiſam, ſunt illicita, dicitur autem ſic eſſe de cœrogryllo, quoniam ipſe ruminat ſicut boues, oues, & capræ, tamen non diuidit vngulam.

Cœrogryllus quid ſit, an ericius, vel cuniculus. Quæſt. VI.

B DICVNT autem expoſitores noſtri quidã, quòd cœrogryllus eſt ericius, quod eſt animal ſpinoſum. Sed magis videtur accipiendo pro cuniculo, qui videtur pertinere ad genus leporum: nam de ericio dicere nihil attinebat, pro quocumque tamen eorum conſtat, quòd non debet comedi à Iudæis. Aliquis autem dicet, quòd accipiatur hic cœrogryllus pro ericio, quia dicitur in littera, quòd cœrogryllus ruminat, ſed vngulam non diuidit: cœrogryllus tamen ſi pro cuniculo ſumatur, vngulam diuidit: nã plures adhuc quàm duas vngulas in pede habet, videtur ergo, quòd accipiatur cęrogryllus pro ericio. Reſpondẽdum eſt, hoc nihil agere: quoniam ſi ex hoc arguatur, eodem modo militat contra ericium, ſicut contra cuniculum, nam ericius quoque vngulam diuiſam habet,

C cum in quolibet pede plures habeat aculeos, qui vngulæ dicuntur, ideo nihil in hoc magis inducitur cęrogryllum eſſe ericium, quàm cuniculum. Sed aliquis quæret, quomodo ergo dicitur de cœrogryllo quomodocunque accipiatur, ꝙ vngulam non diuidat: nam non ſolum vngula diuiſa eſt, ſed etiam in plures partes diuiditur, cum cœrogryllus plures habeat vngulas. Reſpõdetur, quòd hoc argumentum procedit per ignorãtiam ſignificati huius nominis vngula: non enim vocatur vngula quilibet aculeus ex oſſe factus, qui in manibus, vel pedibus eſt, quos nos vocamus vngues recuruos, in quibuſdam greſſibilibus, & volatilibus, ſicut in animalibus, & omnibus auibus rapacibus, & in canib. & murilegis, ſed vocatur vngula quædam latitudo cornea continens totam baſim pedis animalis, & illa aliquando in duas partes diuiſa eſt, ſicut in

Vngula quid ſit.

D bobus, ouibus, & capris, & aliquando continua eſt, ſicut in aſinis, equis, & camelis. De animalibus autem habentibus talem magnitudinem ſubſtantiæ corneæ in pedibus, dicimus, quòd vngulas diuiſas habent, vel quòd eas non diuidunt. De cœrogryllis autem, & canibus, & murilegis non dicitur, quod non habent vngulas, quia non habent baſes pedum corneas, ſed carneas, & papuloſas, ideo dici non poteſt, ꝙ vngulas aliquo modo habent, & ſic cærogryllus ruminat, ſed vngulam nõ diuidit, quoniam vngulam nullam habet; ſic quoque de canibus eſt. Sunt autem cærogrylli immundi, quia non licebat eos comedere. Non dicitur autem hic aliquid de canibus, & murilegis, equis, & aſinis, an munda ſint ad cibum, vel non: ſatis. n. patebat ex prima regula poſita, quòd iſta immunda eſſent, quoniam nec vngulam diuidunt, nec ruminant.

E De cœrogryllis autem; & camelis, & leporibus, & ſuibus dicitur, ꝙ immunda ſunt, quoniam quamuis ex prima regula excluderentur ne ad eſum licita eſſent, tamen quia habent vnam conditionem illius regulæ, ſcilicet quia ruminant, dubitaret aliquis de illis an licitum eſſet comedere illa, de aſinis autem, & equis, & canibus, quia nullam conditionem ſuperioris regulæ habent, nemo dubitaret, quin excludi debeant, ideo non poſitum eſt aliquid de illis. *Lepus quoque, nam & ipſe ruminat, ſed vngulam non diuidit.* Dicitur etiam, quòd lepus immundus eſt, quantum ad eſum, quia caret vna conditione regulæ, ſcilicet, quòd non diuidit vngulam, ruminat namque lepus, ſicut boues, & capræ, & hoc ſignum bonæ digeſtionis ciborum eſt, & ipſæ carnes eorum boni nutrimenti ſunt, ſed non diuidunt vngulam, nam quamuis alicui videatur, quòd lepores habeant multas vngulas, vngulam tamen non

habent, quoniam non eſt in eis aliqua ſubſtantia cornea, vel oſſea tegens totam baſim pedum, quæ hic vocatur vngula: ſed ſolum ſunt quidam vngues adunci in partibus illis pedum carnoſis, atque papuloſis. *Et ſus, qui vngulam diuidat, non ruminat.* Sunt enim Sues immundi ad cibum Iudæorum, quoniam non ruminant, quamquam vngulas findant: habent enim porci vngulas diuiſas, quemadmodum oues, & capræ, ſed tamen non ruminant, vt boues, & capræ, ideo non poteſt eſſe conueniens digeſtio in porcis, ſicut in bobus, & ouibus, propter non ruminare. Habent porci contrarium eis, quæ ſupra dicebantur, nam chœrogryllus, & camelus, & lepus, immundi ſunt, quoniam cum ruminent vngulam non findunt: porcus autem econtrario vngularum patitur diuiſionem, ſed nequaquam ruminat. *Horum carnibus non veſcemini.* Generaliter omnia iſta animalia erant illicita ad eſum, nec aliquis poterat ea occidere ad comedendum, & ſub iſtis intelliguntur omnia alia, ſcilicet, ſerpentes & bufones, & ſimilia: quia illa nec ruminant, nec vngulas diuiſas habent; Poteſt tamen aliquis dicere, quod non vetentur ſerpentes hac lege. Et fortè ſatis conuenienter dicetur, nam ſupra dictum eſt: Hæc ſunt animalia, quæ comedere non debetis, & dicitur: Omne quod diuiſam habet vngulam, & ruminat in pecoribus comedetis. Excluſit autem per hoc ſolum pecora, quæ non diuidunt vngulam, nec ruminant; ſerpentes tamen, & bufones inter pecora non computantur. Sed dicet aliquis, vbi ergo excluduntur à cibo ſerpentes, bufones, & ſimilia? Reſpondetur, quòd infra iſta prohibentur, cum dicitur: Omne quod reptat ſuper terram abominabile erit, nec aſſumetur in cibum: quidquid ſuper pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes ſiue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile eſt. in hoc enim omnia reptilia, & quicunque ſerpentes prohibentur. *Nec cadauera contingetis, quia immunda ſunt vobis.* Cum enim iſta animalia ſupradicta moriebantur, aut aliquis homo occidebat iſta, non licebat ei tangere ea, in animalibus autem, quæ erant munda, ſcilicet, in boue, & oue, & ſimilibus, licebat tangere cadauera: nam aliàs nunquam potuiſſent Iudæi comedere aliquod animal, niſi tangerent cadauer eius, poſtquã mortuum eſſet, prius namque aliquis tangit cadauer, quã carnes comedat. Niſi forte dicamus, comedi carnes quaſdam animalium viuentibus ipſis animalibus, ſed hoc nullatenus licebat, ergo neceſſarium erat tangi cadauera iſtorum animalium. Patet quod dicitur: quoniam Geneſ. 9. cap. habetur. Carnem cum ſanguine non comedetis: comedere tamen partes animaliũ viuentium eſt comedere carnem cum ſanguine, quoniam illæ partes adhuc ſanguine plenæ ſunt. Sciendum tamen adhuc eſt, quòd quamuis liceret tangi cadauera animalium mundorum, poſt mortem tamen nõ licebat contingi morticina eorum: eſt namque differentia inter mortuum, & morticinum, quoniam mortuum eſt animal, quod ab homine occiditur ad comedendum, vel ad alium vſum. Morticinum dicitur cadauer animalis quod per ſe mortuum eſt morbo quodam, vel languore, vel ſi aliquod animal occiſum fuerit à beſtia, vel ab aliquo homine, & reliquum fuerit mortuum per aliquos dies, & poſtea aliquis homo inuenerit illud cadauer, diceretur eſſe morticinum quantum ad illum hominem. Et ſecundum hoc dicendum eſt, quòd in animalibus, quæ mũda ſunt, licebat tangere cadauera ipſorum, quando mortua erant, tamen non quando erant morticina, vt ſi aliquis homo occiderit bouem, & poſtea cadauer tetigerit, non polluetur, ſi tamen bos, vel ouis, vel capra per ſe morerentur, non licebat tangere cadauera illorum alicui. De animalibus autem immundis, vt de equo, & aſino, non licebat tangere illa mortua, nec morticina, id eſt, ſiue homo occiderit illa, ſiue per ſe morerentur, quoniam illa erant totaliter immunda, & cum non pertinerent carnes eorum ad cibum, nulla cauſa erat, quare homines deberẽt cadauera illorum poſt mortem tangere, ſecus autem de carnibus animalium mundorum, quoniam poſt mortem comedimus illas, ideo tunc tangi licebat.

Sues immũdi ſũt ad cibum Iudæorũ.

Notandi ſerpentes prohibentur in cibum.

Licebat tãgere cadauera animaliũ mundorũ ſed non morticina.

Ex hoc autem concluditur, quod dicebamus ſupra, 7.c. ſcilicet. Adipem cadaueris morticini, & eius animalis, quod à beſtia captum eſt, habebitis in vſus varios, quòd

Bonus intellectus ad text. ſupra c.7.

F intelligatur de animalibus mundis, quæ comedi licebat, ſed magis de hoc dictum eſt ſupra, 3.cap. nam ſi intelligeretur de animalibus, quibus non erat licitum veſci, cũ non poſſent accipi adipes eorum ſine hoc, quòd tangantur cadauera, cum & ipſi adipes cadauerum partes ſint, neceſſe erat, vt immundi efficerentur, qui adipes illos ſuſciperẽt, Deus tamen nõ daret aliquam regulam, per quam homines efficerentur immundi. Dicendũ ergo videtur, quòd iſti adipes intelliguntur de adipibus animalium, quibus aliàs veſci licitum erat.

An præceptum de non tangendis cadaueribus ſolum datum fuerit Sacerdotibus. Quæſt. VII.

G DICIT autem Rabbi Salom. quòd iſtud præceptum de non contingẽdo cadauera animalium ſolum datum fuit Sacerdotibus, quod declarat per id, quod habetur infra, 21.cap. vbi dicitur de Sacerdotibus. Non contaminetur Sacerdos in mortibus ciuium ſuorum. Sed hoc nihil eſt: quoniam iſtud dictum repugnat principio huius cap. cum dicitur: Dicite filiis Iſrael, hæc ſunt animalia, quæ comedere debetis, ergo filiis Iſrael iſta proponenda erant, & non ſolis Sacerdotibus, quoniam iſta cauſabant munditiam, vel immunditiam, quæ non ſolum euitari debebat à Sacerdotibus, ſed etiã à popularibus. Item Rabbi Salom. valde delirat in iſtis: quoniam text. quem aſſumit non ſignificat aliquid eorum, quæ ipſe vult: nam infra, 21.cap. ſolũ agitur de prohibitione Sacerdotũ, nec exeant ad funera aliquorum hominum, niſi valde propinquorũ, non tamen dicitur, quòd non debeant immundi eſſe tan- H gendo cadauera, quoniam hoc vniuerſaliter iubetur hic omnibus. *Quia immunda ſunt vobis.* id eſt, iſta ſupradicta, quæ non ruminant, & vngulam findunt, quando mortua fuerint non tangetis, quia immunda ſunt, ſcilicet, quantum ad eſum, & quantum ad tactum.

Hæc ſunt quæ gignuntur in aquis, & veſci licitum eſt. Omne quod habet pinnulas, & ſquamas, tam in mari quam in fluminibus & ſtagnis, comedetis. Quidquid autem pinnulas & ſquamas nõ habet eorum quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis, execrandumq. erit, carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis. Cuncta quæ non habent pinnulas & ſquamas in aquis, polluta erunt.

Piſces, qui comedi ab Iſraelitis poterant.

Hæc etiam ſunt, quæ gignuntur in aquis. Supra poſuit I Legiſlator regulam de munditia, & immunditia animalium greſſibilium, hic ponit de munditia, & immunditia aquatilium, cum dicit: *Hæc ſunt quæ gignuntur in aquis, & veſci licitum eſt.* Non determinat in ſpeciali aliqua genera piſcium, ſicut ſupra expreſſit de quibuſdam quadrupedibus, & infra expreſſit de volatilibus, ſed ponitur regula vniuerſalis, ſicut ſupra à principio poſita fuit de greſſibilibus. *Omne quod habet pinnulas & ſquamas.* Hic ponuntur duæ conditiones piſcium, quibus veſci licebat, ſcilicet, quòd haberent pinnulas, & ſquamas.

Quare piſces ad cibum debebant habere pinnulas, & ſquamas. Quæſt. VIII.

FVNDAMENTVM huius eſt in generali, quia Deus K volebat Iudæis dare animalia in cibos, quæ eſſent boni nutrimenti, & ideo quia in piſcibus non inuenitur bonitas complexionis ad cibos humanæ naturæ, niſi has duas conditiones habeant, appoſuit iſta duo.

Sciendum tamen eſt, quòd quamquam illa animalia, ſiue in quadrupedibus, ſiue in volatilibus, ſiue in piſcibus, quæ Iudæis prohibentur ſint, vt communiter malæ cõplexionis, & non conferant in cibis corpori humano, tamen aliquando proficiunt, ſicut patet de carnibus ſuillis: communiter enim illæ carnes nociuæ ſũt propter conditionẽ multum phlegmaticam, ſed in quibuſdam temporibus cibis humanis ſatis conuenit, ſicut in menſibus calidæ, & ſiccæ complexionis, nam humore ſuo temporis diſtemperiem temperat. Aliqua etiam de aliis animalibus, hominibus conuenientia ſunt, quamquam prohibita eſſent; cuius cauſa eſt: quia complexionum varietas eſt, & ſe-

Caro porci, quo tẽpore ſana ſit, vt in æſtate.

cundum

eandum hoc ſanum in cibis neceſſarium eſt multipliciter ſumi: lex tamen non curat de his, quæ particulariter quibuſdam conferunt ad ſalutem, vel bonam temperiem, ſed de his, quæ vt communiter proſunt.

Cauſa quare in piſcibus dictum fuerit debere eſſe ſquamas, & pinnulas, vt licitum eſſet illis veſci in ſpeciali, eſt, quia Deus volebat tradere Iudæis, piſces boni nutrimenti in cibos. Sunt autem piſces, vt cõmuniter nociui idq; propter ſuperabundantiam humiditatis indigeſtæ, cum ſint de complexione aquatica, quæ declinat ad extremitatem humiditatis, bona autem complexio conſiſtit in mediocri habitudine: ſic etiam eſt de humana complexione, & quia cibi alicuius animalis proportionaliter talem qualitatem cauſant in re cibata, quales ipſi ſunt, cum aliqui cibi magnæ humiditatis ab homine ſumantur, cauſant in eo diſtemperatam humiditatem. De piſcibus autem, vt communiter ſic eſt: quoniam multum humidi à complexione ſunt, cum in aquis nutriãtur, & gignantur, atq; ibidem cibos ſumant, quia ergo nocent cibi de piſcibus propter eſſe valde humidæ complexionis, illi qui fuerint magis ſiccæ complexionis melioris nutrimenti ſunt, quoniam magis accedũt ad medium ſiue temperiem. Ex quo ſequitur id, quod communiter videtur, ſ. quòd piſces deſiccati, & ſali conditi, ſaniores ſunt piſcibus recenter eductis de mari, aut fluminibus, cum in eis ſit magis digeſta ſuperflua, & nociua humiditas. Sed in omnibus piſcibus ſic eſt; quòd illi qui habent ſquamas, & pinnulas complexionis ſiccioris, & magis temperatæ ſunt, qui autem nullum horum habent inconuenientem, & diſtemperatam complexionem habent, cum multum declinent ad humiditatem phlegmaticam. Sic.n. eſt de anguillis, & polypis, qui nec ſquamas habent, nec pinnulas, & videntur habere humiditatem indigeſtam, & per hoc nociui ſunt. Pinnulæ autem, & ſquamæ ſunt de natura ſiccitatis; ideo cũ in piſcibus naſcantur, atteſtantur in eis quandam ſiccitatem, ſecundum quam recedunt ab extrema, & diſtemperata humiditate ſecundum quam piſces nociui ſunt. Patet aũt hoc, qm̃ pinnulæ, & ſquamæ duræ ſunt, & lucidæ, quod atteſtatur in eis ſiccitatem. Nam durum ex magna compactione partium denſatarum excluſis partibus tenerius eſt, nam in materia tenera denſitas magna eſſe nõ poteſt. Idem patet ex natura lucis, quæ eſt in ſquamis, & pinnulis piſcium: iſta namque interdum per noctem lucem emittunt, ſed hoc non eſſet in eis, ſi illa corpora non eſſent terſa, & denſa: non enim poſſet emittere radios, ſed denſitas, & terſum eſſe proueniunt ex duricie, & ſiccitate quadam: ergo oportet piſces habentes pinnulas, & ſquamas, habere aliquem gradum ſiccitatis ſuper alios piſces, qui iſta non habẽt. Patet etiam hoc ex tactu: quoniam ipſi piſces, qui nec ſquamas, nec pinnulas habent, ſunt valde molles in tactu, ita vt videatur homo ſibi tangere quandam puram humiditatem. Piſces autem habentes ſquamas, & pinnulas, non ſunt ita molles in tactu, etiam demptis ſquamis, quæ aſperæ ſunt, quoniam carnes eorum denſiores ſunt, & magis in ſe ſpiſſæ, quod adhuc notat albedo ſubſtantiæ eorum interius, quæ non eſt ſic in piſcibus naturæ valde humidæ, & mollis, illud igitur genus piſcium quod nec ſquamas, nec pinnulas habet, tenet vltimum gradum humiditatis inter omnes piſces; illud verò quod habet pinnulas, ſed non ſquamas, non eſt tam humidæ complexionis, ſicut illud quod vtroque caret, tamen adhuc nociuum eſt, quia pauca ſiccitas in eo exiſtens, non poteſt contemperare excedentem humiditatem, vt bonæ complexionis ad cibos ſint. Quod autem ſquamas, & pinnulas habet, temperatæ complexionis eſt, qm̃ eſt maioris ſiccitatis. Nec tñ ex hoc eſt inconuenientis cibi, cum nunquam accedant piſces ad debitam temperiem humiditatis, ſicut eſt in quadrupedibus, qm̃ piſces quantumcunque ſicci ſint, de natura aquæ ſunt, ideo cum homines volunt tollere eis, ne noceant, ſale condiunt, & deſiccant: ſic.n. exceſſiua tollitur humiditas. *Omne quod habet pinnulas & ſquamas.* Pinnulæ dicuntur alæ piſcium, quibus natant, quemadmodũ aues, quibus alis in aerem ſubleuãtur, ſunt autem pinnulæ piſcium in duobus locis. ſ. in cauda piſcium, & in lateribus, illa namque extenſio, & connexio virgularum oſſearum in cauda piſcium ala, ſiue pinnulæ dicuntur: dicuntur autem pinnulæ ad ſimilitudinem pẽnarũ in volatilibus, qm̃ illud agit in piſcibus illa cõtextio virgularũ oſſearum, quod facit in auibus pluma, & pennæ magnæ, quibus ſubuehuntur. Dicuntur autem pinnulæ à pinim, quod eſt acutum, quoniam ipſe pinnæ piſcium acutæ ſunt. Squamæ dicuntur quædam cruſtæ lucentes ſuper cutem piſcium extenſæ, & totum corpus ipſorum piſcium contegentes. *Tam in mari quàm in fluminibus & ſtagnis comedetis*, id eſt, vbicunque reperiantur iſti piſces habẽtes ſquamas, & pinnulas comedi licitũ eſt, reperiuntur autem in mari, & fluminibus, atque ſtagnis, in omnibus.n. congregationibus aquarum piſces eſſe poſſunt, ideo poſuit hic omnem modum congregationis aquarum, vbicunque enim multa aqua ſit, neceſſe eſt, vel vt ſit ſalſa, aut dulcis, ſi autem ſalſedinem habet, mare appellatur: ſi autem dulcis eſt, aut fluit, aut ſtat, ſi fluit fluuius vocatur; nec differt ſi quis in flumina, aut torrentes hoc diuidat, quoniam cum torrentes fluant, flumina dicuntur, quamquam aliqui diſtinguant flumina eſſe, quæ perpetuam aquarum defluxionem habent, torrentes autem illos eſſe dicũt, qui cum ad tempus fluant, in tempore fluere deſinunt: ſi autem aquæ ſtent, lacunæ aut ſtagna dicuntur, vnde ſtagna quaſi ſtans amnis.

De origine autem fontium dicendum eſt, quòd magis ad flumina, quàm ad ſtagna reducitur: nam fontes fluminum capita ſunt. De puteis autem dicendum, quod pertinent ad genus ſtagnorum, quoniam in eis aqua ſtãs eſt, quamquam ſi propriè loquamur putei ſtagna non ſunt, cum in ſtagnis origo fontalis nõ ſit, in puteis autem aquæ oriuntur; cum in ſtagnis, aut ex fluminibus, aut ex fluuiis congregentur. *Quidquid autem pinnulas aut ſquamas non habet.* Hic ponit regulam contrariam negatiuam, ſcilicet, quòd ſi ſint piſces aliqui non habentes ſquamas, nec pinnulas, non licet illis veſci ex cauſa ſuprapoſita, ſcilicet, quòd diſtemperatæ valde complexionis ſint propter excedentem humiditatem. Idem, ſi piſces ſint, qui pinnulas habeant, & non ſquamas, quoniam eodem modo licitum eſt veſci illis, cum iubeatur de animalibus habentibus ſquamas, & pinnulas ſolum cibos ſumi.

Eorum quæ in aquis mouentur & viuunt. Per iſta duo dat intelligere piſces: quoniam nihil eſt, quod in aquis moueatur, & viuat, niſi piſces: dicũtur enim moueri in aquis, quoniam eas natando perambulant, viuunt autem in eis, quia in illis ſemper manent, nec ſine aqua piſcibus vita ſeruari poteſt, cuius cauſa eſt: quoniam ſicut aer connaturalis eſt homini, vt ſemper attrahat, & retrahat, in ſpirando, & reſpirando, ita quòd ſine illo viuere non poſſit; & ſi ad modicum ſtringantur guttura eius, ita, quòd aer ſubintrare non poſſit; morietur, cuius ſola cauſa eſt defectus ſubintrationis aeris, & iſta eſt cauſa mortis in eis, qui ſuſpenduntur, quoniam dolor, qui ſequitur ex compreſſione gutturis non eſt tantus, qui ſufficiat ad mortem inducendam, cum alios ſæpiſſimẽ acriores perferamus dolores, ex hoc mortem non incurrentes. Eadem autem mortis cauſa eſt in eis, quorum guttura manu, vel qualibet alia re ſtringente comprimuntur, nam quaſi nulla inflicta pœna mortem patiuntur. Idem autem de eis, qui in fluminibus ſuffocantur: ideo enim iſti moriuntur, quia aqua ſubintrans inſpirationẽ, & reſpirationem aeris intercludit. Piſces aũt eodẽ modo ſe habẽt ad aquas, ſicut animalia quadrupedia, & volatilia ad aerẽ, ideo ſi ad modicũ ſaltẽ manſerint extra aquas, moriuntur. Piſces igitur in aquis viuũt, homines autem, & quadrupedia, atque volucres interdum in aquis mouentur, ſed in eis non viuunt, quoniam non eſt ſibi cõnaturalis regio, ſed ad aerẽ pertinent, arbores aũt, & herbæ in aquis viuunt, quoniã multæ de arboribus, & herbis intra aquas radices habent, & ſic ibi viuũt, cũ omnia plantatiua vitam habere dicantur, ſm Ariſto. 2. de anima, tñ nõ mouentur in aquis, qm̃ oĩa plantatiua in terram demerguntur, atq; ibi radicata manent, ſoli igitur piſces ſunt; quibus vtrumque eorũ conuenit. ſ. q viuant, & moueãtur in aquis. *Abominabile vobis, execrandumq; erit*, id eſt, iſti piſces, qui non habent ſquamas, nec pinnulas, vel ſi habent pinnulas, ſquamis carent, ſunt abominabiles, & execrandi, quia deberent Iudæi abhorrere illos tanquam aliquid valde immundũ, & fœtidum:

De natura piſciũ.

Piſces conditi ſale ſunt ſaniores piſcibus recenter captis ex marinis aquis.

Pinnulæ quid ſit.

De varijs locis aquarum tam fluentiũ quã ſtantium.

Qui ſuſpenduntur, vel ſuffocantur, & qui aquis pereunt parum dolorem ſentiunt.

abominabile autem, & execrandum, deteſtationem notant, ſed abominabile ſolum ſignificat quædam motū interiorem in viſceribus, ſecūdum quem deteſtamur aliquē cibum, & videtur nobis eſſe valde malus, vt ſi fætidus vel putridus eſſet, & moueret viſcera noſtra ad horrorē quendam. Execrandum autem dicitur id, quod non ſolū abominamur, & deteſtamur, ſed etiam maledicimus illud, & fugimus: vnde execratio ad maiora mala eſt, quàm abominatio, quãquam abominatio propriè pertineat ad cōmotionem quādam viſcerum, propter cibos valde malos, aut propter aliquam rem fætidam conturbantem potentiam olfactiuam noſtram; execratio autem eſt aliquid cōmune tam ad cibos, & fetores cōmouentes viſcera noſtra, quæ ſunt purè corporalia, quã ad ea, quæ ſpiritualia ſunt, ſcilicet, ad odium quoddam de actionibus humanis valde turpibus, ideo eos, qui ritus aliquos nefandos circa cultū idolorum exercebant, execrandos appellamus. *Carnes eorum non comedetis.* Loquitur Scriptura de piſcibus non habentibus ſquamas, nec pinnulas, vel de nō habentibus alterum eorum: immundi enim ſunt, & non ſunt comedendæ carnes eorum. Vocat autem hic carnes generalius quã nos communiter aſſumamus, dicens piſces habere carnes, quoniam omnem ſubſtantiam corpoream, quæ mouetur, & ſentit, carnem habere dicit, hoc modo habetur in aliis locis Sacræ Scripturæ. Sic enim ait Apoſt. 1. ad Corint. 15. cap. cum inquit. Non omnis caro eadē caro, ſed alia quidem hominum, alia autem pecorum, alia autem volucrū, alia autem piſcium. Nos tamen ſolum in pecoribus, & volatilibus carnem ponimus, in piſcibus autem nō, quoniam ad aquaticam complexionem pertinent, quæ tollit carniū vigorem, & nomen. *Et morticina vitabitis.* id eſt, ſicut non licet comedere iſtos piſces, ita nec debent tangi cadauera eorum, quoniam immundum non ſolum ad eſum, ſed etiã ad tactum eſt. Dicuntur autem morticina horum quandocunque iſti piſces mortui reperiantur: nam tunc tangi non licet à Iudæis, cum tamen viuunt iſta animalia, nō eſt illicitum ea tangere, ſicut ſupra dicebatur de equis, aſinis, & camelis, quæ ſunt immunda animalia, & cum mortua ſunt, illicitum eſt tangere, cum tamen viuunt, tangi poſſunt, cū vtantur eis Iudæi ad ſua miniſteria. In his tamen piſcibus immundis, nō exiſtebat eadem cauſa, qm̄ cameli, aſini, & equi ad miniſteria noſtra, cum viuunt, neceſſarij ſunt, ideo Iudęis non erat illicitum tangere illa, cum viuerent. In piſcibus autem nulla erat neceſſitas tangendi illos, ſi comedi non debebant; quoniam ad nullas miniſtrationes pertinebant. Et ob hoc vitabant ea tangere tam viuentia, quàm mortua. *Cuncta quæ non habent pennulas & ſquamas in aquis, polluta erunt.* Hic ponitur ſuperiorum repetitio, & concluſio, ſcilicet, quòd qualecunque illud genus piſcis ſit, quod nō habeat ſimul ſquamas, & pinnulas, immundū eſt, vnde ſi alterum ſine altero habeat immundum quoque eſt, & vocantur iſta polluta, id eſt, immunda ad eſum, & ad tactum. Cauſæ autem ſupra aſſignatæ ſunt: ſed iſta dictio, pollutum, non propriè conuenit his, quoniã pollutum dicitur, ſecundū quandam paſſionem, ſcilicet, quod ab altero polluitur. Iſta autem, quæ ſecundum ſpeciem immunda ſunt, ab alio non polluūtur, ſed ſecundum ſeipſa immunditiam habent. Dicuntur tamen magis propriè immunda, quoniam immundum eſt, quod immunditiam habet, ſiue illam ab intrinſeco, ſiue ab extrinſeco habeat, polluta autem conuenienter dicuntur ea, quæ ex accidenti contaminantur, quoniam illa ab altero pollutionem recipiunt, ſed in his interdum non obſeruatur hæc differentia.

Execrandum, & abominabile quid ſit. — *Piſcesq[ue] ſunt carnes.*

Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis: Aquilam, & Gryphem, & Haliæum, & Miluum ac Vulturem iuxta genus ſuum, et omne coruini generis in ſimilitudinem ſuam, Struthionem, & Noctuam, & Larum, & Accipitrem iuxta genus ſuum: Bubonem, & Mergulum, & Ibin, & Cygnum, & Onocrotalum, & Porphyrionem, Herodionem, & Charadrion iuxta genus ſuum, Vpupam quoque, & Veſpertilionem. Omne de volucribus quod graditur ſuper quattuor pedes, abominabile erit vobis. Quidquid autem ambulat quidem ſuper quattuor pedes, ſed habet longiora retro crura, per quæ ſalit ſuper terram, comedere debetis, vt eſt Bruchus F *in genere ſuo, & Attacus atque Ophiomachus, ac Locuſta, ſingula iuxta genus ſuum.*

Aues non comedendæ.

Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis. Hic ponit Legiſlator immunditiam, quæ reperitur in auibus. Non ponitur hic aliqua regula generalis de cōmunibus, ad diſtinguendam munditiam, vel immunditiã in volatilibus, ſicut ponebatur regula ad cognoſcēdum de quadrupedibus, ſcilicet, quòd haberent vngulam diuiſam, & ruminarent, & de piſcibus, quòd haberent ſquamas, & pinnulas, ſed ſolum exprimuntur hic volatilia, quibus veſci non licet: omnibus autem aliis deguſtatio conueniens eſt: quãquam hic ponatur quædã regula generalis, ſcilicet, quòd omnia volatilia, quæ quattuor habēt pedes immūda ſunt, niſi poſteriores pedes longiores ſint ad ſaliendum, & non G ad ambulandum. Hæc tamen regula de rariſſimis volatilibus eſt, quoniam pauca volatilia quattuor pedes habent. De ceteris autem, quæ ſunt nobis communia, regula non ponitur, ſed exprimuntur hic multa, quibus veſci licitum non eſt, ex quo videtur, quòd omnia alia, quæ non ſunt prohibita permittuntur.

Immunditia in auibus reperta.

Iudæorum regula de munditia, & immunditia volatilium. Quæſt. VIIII.

IVDÆI autem vulgariter quandam regulam de munditia, & immunditia volatilium tradunt, ſcilicet, illas volucres eſſe mundas, quæ iocur habeant, & quendã aculeum ad modum vnguis in medio vtriuſque cruris, ſicut apparet in gallis, & gallinis, & hoc vulgariter ſperon vo- H catur. Sed huic regulæ non multum inſiſto. Alia autem regula poteſt elici ex particularibus, quæ hic ponūtur, ſcilicet, quòd non liceat comedi volucres rapaces, quę de venatione viuunt, quod patet; quia ponit hic littera plurima de volatilibus rapacibus, & in quolibet eorum dicit eſſe vitanda iſta volatilia, & omnia, quæ ſunt iuxta genus ſuū, id eſt, omnia, quæ ſimilia ſunt; in quo ſatis omnia volatilia rapacia concluduntur: ſunt enim omnia iſta immunda ad cibum, quoniã nec ſunt bonæ complexionis ad nutrimentum corporis humani, ſicut enim dictum eſt temperatiſſima complexio mediocritatem requirit inter calidum, & frigidum, ſiccum, & humidum. Quod aūt ad alterutram partem declinat, temperatum non eſt, & ſicut ipſa animalia in ſe diſtemperatæ complexionis ſunt, cum declinant ad vnam extremitatem, ita ſi in nutrimentum ſumantur, I diſtemperantiam cauſant in ipſa re cibata. Sic autem eſt de omnibus volatilibus rapacibus; quoniam illa complexionis multum ſiccæ ſunt, non igitur conuenient ad cibos, quod apparet, quia aues rapaces nimis plumoſæ ſunt, quod fit ex nimia digeſtione, donec reducatur cibus in materiam illam plumoſam.

Sperons.

Animalia rapacia calida, & ſicca cōplexionis ſūt, q[uod] atteſtatur plumoſitas, & nigredo carnis eorum, & paucitas carnium, & fœtoris albedo.

Item patet quoniam carnes in volatilibus rapacibus paucæ ſunt, habent autem ſubſtantiam multum neruoſam, fit enim in eis paucitas carnium ex magno calore omnia deuorante, fit autem neruoſitas in eis ex duricie ciborum digeſtorum, quoniam nerui ad duriciem magnam pertinent. Item apparet iſtas volucres eſſe calidas, quia cum deplumentur carnes earum nigræ ſunt. Cauſatur autem nigredo ex calore abſumente partes teneras, & humidas, ex quibus cauſatur candor quidam, quamuis K interdum per accidens ſequatur contrarium ex quadam alia cauſa, vt cum ipſa ligna, quę nigra ſunt, & efficiuntur inde cineres albi, vel cum lapides cremantur, & calx inde alba fit; in animalibus autem volatilibus, quæ non ſunt rapacia, reperiuntur magis carnes albæ, quia non ſunt complexionis ita calidæ, & ſiccæ, ſicut patet in anſeribus, & gallinis. Item apparet caliditas iſtorum complexionum volatilium in ſtercoribus, quoniam ſtercora eorum alba ſunt, cauſa huius eſt: quia ſolo phlegmate perfunduntur manente toto humore cholerico ad digeſtionem faciendam, cholera autem naturæ calidæ eſt. In aliis autem non reperitur ſtercus ita album, ſed magis declinans ad quendam alium colorem, quia in eis non perfunduntur ſtercora totaliter phlegmate, ſed magis cholera, & ſic manet intra illa abundantia phlegmatis, quod ad temperantiam humiditatis, & caloris facit.

Stercus volatiliū quare ſit album.

In qua cognoſcitur aiū calidæ & ſiccæ cōplexionis.

facit. Item apparet hoc in omnibus aliis animalibus, quoniam quanto aliquod animal calidius eſt, tanto ſtercora illius albiora ſunt, quia phlegma, quòd humidum eſt, cum ſtercoribus emittitur relicta cholera, quæ calida eſt, erunt ergo multum calida. Animalia verò, quæ ſtercora viridia, aut crocei coloris emittunt, non ſunt naturæ multum calidæ, quia choleram cum ſtercore emittūt, quia calor ille croceus in ſtercore inductus eſt ab humore cholerico, manet ergo multum de phlegmate excluſa ſemper cholera in ſtercore, & ſic erunt animalia iſta temperata in calido, & humido manente intra illa phlegmate, quod humidum eſt.

Animalia, quæ ſtercora alba emittunt voraciora ſunt. Apparet autem adhuc iſtud, quòd omnia animalia, quæ ſtercora alba emittunt, ceteris paribus pro quantitate ſui corporis voraciora ſunt, quā alia animalia, cuius cauſa eſt, quia calor facit ad digeſtionem, in eis autem multum B de calore manet exiſtente ſemper humore cholerico, qui calidus eſt, & excluſo phlegmate, quod humidū eſt. Apparet autem hoc in canibus, qui pro magnitudine corporis ſuis magis quam equi, vel aſini comedunt; emittunt enim ſtercora alba, quod non faciunt equi, & aſini. Apparet igitur ex his volatilia rapacia nimis naturæ calidæ eſſe, & propter magnā caliditatem ſunt magnæ digeſtionis, & ob id ſunt magnæ rapacitatis, non igitur conueniūt iſta animalia ad cibum. *Et vitanda ſunt vobis*. id eſt, iſta, quæ infra habentur de volatilibus debent vitari à Iudæis tam in cibo, quàm in tactu poſtquam mortua ſunt. poſſent tamen tangere plumas eorum poſtquàm ſeparatæ eſſent à corporibus ipſorum volatilium mortuorum, vel viuorum, quoniam plumæ nec cadauera ſunt, nec cadauerum partes computantur. *Aquilam*. id eſt, non eſt comedenda C aquila, nec tangendum cadauer eius, cum mortua fuerit, cuius cauſa eſt, quia data eſt in ſuperioribus regula, ſcilicet, quia eſt de volatilibus rapacibus, & eſt diſtemperatæ complexionis, propter magnū calorem, ſicut in omnibus rapacibus volantibus: Aquila enim auis cognita eſt, ideo eam notificare non oportet, de proprietatibus tamen naturalibus eius, & omnium volatilium, atque quadrupedū aliorumq. animalium, quæ in hoc capite nominantur, in fine huius capitis, aliquid, quamquam breuiter diſſeretur.

Aquila quare ſit non comedi, nec tangi licebat.

Gryphus quid ſit. *Et Gryphem*. Gryphus, vel gryphes, quoniam in ſecunda, vel tertia declinatione reperitur, eſt animal biforme, ita, vt ex capite, & alis Aquila videatur, ex reliquo autem corpore Leo eſt, quattuor pedes habet, volat in aere, & currit in terra pedibus ſatis velociter motis, equis infeſtiſſimus eſt, ſed tantæ eſt magnitudinis, vt equum cum equite in aera D ſubuehat. Interdum autem magnos boues vnguibus in aerem tollit. *Et Haliætum*. Haliætus Falco eſt, & eſt auis regia. Alij volunt, quòd Haliætus ſit parua auis rapacitati paruarum auium ſtudens; vt ait Petrus de Riga in Aurora.

Haliætus quid ſit.

Obtinet exiguas Haliætus in corpore vires.
Sunt aues minimæ præda cibuſque ſibi.

Haliætus tamen vulgariter, eſmerion, dicitur. De his, quare comedi non debeant, ſatis patet: quoniam mali nutrimenti ſunt, cum ſint naturæ valde calidæ, & ſiccæ. *Et Miluum*. Auis cognita eſt, quæ cum ſatis corporis ſit, animoſitates tamen paruas habet, ſolis rapiēdis pullis inhiās, aut viſceribus animalium mortuorum, & quoniam auis prædatiua eſt, ſatis notum eſt, quare mali nutrimenti ſit, & etiam auis immunda eſt, quoniam quibuſdā ſordibus paE ſcitur, vt patet cum omaſos, & inteſtina quorumlibet pecorum rapuerit. *Ac Vulturem*. De Vulture eadem cauſa, quare non comedatur eſt, quæ in ſuperioribus: nimis enim terreſtris eſt, eſt autem auis cognita, & à volatu ſuo nomen accipit. vnde vultur, quaſi volans tardè dicitur ſecundum Iſidor. Etymol. lib. 12. *Iuxta genus ſuum*, id eſt, non ſolum ipſi Vultures immundi erunt ad cibum, ſed etiam omnia animalia, quæ ad genus ſuum pertinent, vt ſi ſint aliqua animalia ſimilia Vulturibus, quamquam Vultures nō nominentur. *Et omne Coruini generis in ſimilitudinem ſuam*. id eſt, corui, & omnia, quæ coruis ſimilia ſunt, vel ad genus coruorum pertinēt, vitanda ſunt in cibo, & tactu, quoniam immunda ſunt: Pertinent autem ad genus coruorū cornices, quæ quamquam corui non vocentur; ad illos tamen pertinent. Et dicitur, quòd pertinent ad genus cor-

Miluus quid ſit.

Cap. 7.

uorum, nō quidem, quòd ſint de ſpecie coruorum, quoniā in duabus ſpeciebus corui, & cornices collocātur, ſed pertinent ad aliquem modum coruorum, ideo dicuntur pertinere ad genus illorum. Etiam in coruis multæ ſpecies ſunt, quoniam aliqui vocantur corui marini, quoniam in fluctibus frequenter manent, & vt communiter ibi ſunt, & hi ſunt albi. Alij autem ſunt nigri, quos terrenos coruos vocamus, & iſti ad eſum carnium valde inhiant. Rectè autem dixit hic, & omne coruini generis in ſimilitudinem ſuam, quoniam non dixit omne coruini generis: aliqua enim ad coruos ſimilitudinem habent, quæ in coruorum genere non ſunt, ſicut cornices; *Struthionem*. Dicitur enim Struthio quædam auis, quæ abſurdè auis dicitur: nā cum alas habeat à terra ſe tollere nequit in aerē, ſicut cæteræ aues ſubleuātur, ſed ſemper pedibus graditur, quemadmodū de omnibus volatilibus contrarium ſemper reperitur, ita vt videatur huic incompoſitè alas appoſuiſſe natura cum earum nunquam fungatur officio, eſt enim ſubſtantiæ nimis ponderoſæ, ideo quamuis alas habeat, volare tamen nequit, & vocatur vulgariter abeſtrus.

Struthio.

An iſtæ aues ſint prohibitæ, quia vtebantur eis gentiles ad maleficia, & auguria. Quæſt. X.

De his auibus quidam dicunt non licitum eſſe eas comedere quoniam dæmonibus immolabantur, & quia in eis idolatræ auguria exercebānt: hanc cauſam tangit Nicolaus, & approbat, & videtur eam accepiſſe à Iudæis, qui neſcientes cæremoniarum ſuarum aliquam cauſam dare, quibuſdam vaniloquiis miſcent omnia vitandæ idololatriæ cæremonialia tribuentes.

Sed hoc ſtare nequit propter duo. Primò quia iſta falſa ſunt, ſcilicet, quòd dæmonibus aues ſupradictæ immolarentur, quia ſi legantur antiqui libri de ritu Gentilium, ſcilicet, liber Marci Varronis de ritu ſacrorum, & liber Ouidij de Faſtis, in quo de ſingulis feſtiuis diebus antiquorum Romanorum agitur, & ponuntur ritus, & cauſæ, & animalia, quæ cuilibet Deorum ſuorum per ſingulos menſium dies immolabant, aues nunquam immolatas reperies: omnibus enim Diis oues, boues, & capræ, immolabantur: ſicut Iudæi Deo vero immolabant: exceptis quibuſdam, in quibus Gentilium diuerſitas diſcordabat. Cereri porcum immolabant, aſinum Priapo; Sabæi Dianæ canem immolabant: Aegyptij Phæbo equum mactabāt. De quibus cum eorum cauſis Ouidius in primo lib. Faſtorum agit; falſum eſt igitur, iſta volatilia, quæ ſuprapoſita ſunt apud Gentiles Diis ſuis immolata fuiſſe.

Secundò patet error iſtius poſitionis: nam dato, quòd iſtæ aues ſuprapoſitæ apud Gentiles immolarentur Diis eorum, non ex hoc debebat induci, à Iudæis comedi non debuiſſe, quoniam cum conſtaret maximè tauros, oues, & capras apud antiquos immolari conſueuiſſe debuiſſet tūc vetari Iudæis, ne talibus veſcerentur, ſed hoc falſum eſt: cum iſta ſint apud eos principaliter animalia munda, non igitur vetitæ fuerunt iſtæ aues, ideo quod dæmonibus immolarentur, ſed ex cauſis ſupra poſitis.

Et Noctuam. Vetabatur noctua. Dicitur enim noctua eſſe auis nocturna, & à nocte nomen accepit, & vocatur alio nomine lucifuga, quoniam lucem fugit, & vulgariter dicitur luſiernega, vel aliàs lechuſa, quæ cum lucem fugiat turpiſſimis rerum fœcibus nutritur. Oleo enim multum veſcitur: vnde per noctem Eccleſiarū lampades frequentat. Alio modo dicitur nocturna quædam alia auis parua, quæ per noctem volat, per diem autem egredi non audet, & vulgariter mochuelo nuncupatur. Poteſt etiam ſignare noctua aliam auem nocturnā, quæ veſpertilio dicitur, quoniam circa veſpertinum tempus volat: omnia enim iſta à nocte nomen aſſumpſerunt; iſta etiam volucris, quæ hic nocturna dicitur, alio nomine nycticorax in Sacra Scriptura appellatur, de qua Pſalmiſta dicit: Sicut nycticorax in domicilio. Dicitur autem nycticorax, quaſi nocticorax, id eſt, à nocte nominata. *Et Larum*. Vetatur etiam larus comedi, quia eſt diſtemperatæ complexionis, ſcilicet, multum humidus, quoniam in aquis ſemper habitat: de quo Petrus in aurora ait.

Noctua.

Differentia noctuæ nycticoracis, & veſpertilionis.

Fluminis habitator Larus, & incola terræ.

Larus.

Secundum alios dicitur eſſe larus quædam auis in fluminibus exiſtens, & vocatur coruus marinus.

Accipiter. *Et Accipitrem*. Accipiter immunda auis eſt ratione cibi Iudæorum, nec etiam eſt boni nutrimenti, quoniam eſt ſiccæ complexionis nimis, & calidæ. Dicitur autem accipiter, ab accipiendo. Vocatur enim vulgariter Acor, cuius ſpecies multæ ſunt, ideo ſubiunxit ibi, iuxta genus ſuum, id eſt, non ſolum Accipitres ad cibum immundi ſunt, ſed omnes aues, quæ pertinent ad genus Accipitrum. Ponitur iſta Clauſula generalis propter duo; Primò, quia difficile erat enarrati omnes ſpecies iſtarum auium, melius igitur ſub vniuerſali Clauſula comprehenduntur. Secundò, quia dato, quòd voluiſſet Deus enarrare omnes ſpecies, & modos Accipitrum, tamen forte non eſſent in idiomate Hebraico dictiones ſignificantes illos ſpeciales modos: ſic G enim, & in Latino eſt, quoniã non ſunt vocabula pro omnibus his; idioma vulgare, ꝙ in dictionibus magis abundat, pro omnibus his diſtincta nomina habet, conueniens ergo fuit ſic vniuerſaliter concludi.

Bubo quid ſit. *Bubonem*. Bubo etiam auis nocturna eſt, per diem enim ambulare nõ audet, nec poteſt, oculis eius non ferentibus ſplendorem diurnum, & eſt animal valde immundum, inter immunditias manens, cunctiſq. abominabile eſt, cuius vox dirum omen in auguriis monſtrat: vnde, qui auguria ſectantur, & aues inſpiciunt, cum bubonem viderint, futura mala, & deſolationem locorum ſuperſtitioſè prænunciant. De qua fatali aue Ouid. lib. 6. Metam.

Eumenides ſtrauere torum, tectoq. profanus.
Incubuit Bubo, thalamiq. in culmine ſedit.

Et lib. 5. Metam. dicitur ab eodem.

Fœdaq. fit volucris venturi nuncia luctus.
Infamis Bubo, dirum mortalibus omen.

Et idem Iſid. lib. 12. Etymol. cap. 7. Bubo aũt vulgariter Bubo dicitur, qui vetitus eſt, ne in cibum ſumatur, quoniã immundus valde eſt.

Mergulus. *Et Mergulum*. Mergulus auis eſt à mergendo dicta, quia aquis ſe frequenter immergit, & à quibuſdam fulica dicitur, & vulgariter nominatur Anadebraua. Alij dicunt, quòd eſt coruus marinus, & ſic dicunt aliqui Hebræi. Hæc auis tantum ſe fluctibus immergit, quòd motũ arenarum, & interioris venti ſentiens, velociter fugit ad litus; ex cuius fuga nautæ maris turbationem eliciunt & ſuſpicantur. Dicitur iſta auis immunda, propter excedentem humiditatem, quoniã in aquis moratur, & complexionis aquaticæ multum eſt. In magna autem humiditate intemperies eſt complexionis.

Ibis. *Et Ibim*. Ibis ciconia eſt nonnullis, & aliquãdo declinatur ibis ibidis, aliquando autem non creſcit in genitiuo; huius autem multæ ſpecie ſunt, quoniam aliæ ſunt Ægyptiæ, & aliæ, quæ communiter habentur in aliis terris, de quibus magis infra dicetur. Iſta auis illicita eſt in cibo, quia immunda eſt, cum ſumat immundos cibos, ſ. ſerpentes, cũ quibus pugnat.

Cygnus. *Et Cygnum*. Cygnus dicitur auis illa quæ tota candida eſt, & habet dulcem cantum: ſed non canit vſque ad mortem, cum enim moriturus eſt, cognoſcens ſibi interitũ imminere, quantum poteſt, dulciter canit. Sic ait Iſidor. Etymologiarum lib. 12. & Seneca in Tragedia 4. cuius nomen eſt Hippolytus, in carmine, quod incipit:

Diua non miti generata ponto.

Cum ait:

Dulcior cantu moriente Cygno.

Iſta auis Græcè olor dicitur, à candore ſic nominata, quoniam tota cãdida eſt: dicitur enim olor ab olon, quod eſt totum, quia in toto albus eſt.

Onocrotalus. *Et Onocrotalum*. Dicitur onocratulus auis quædam longi roſtri, & dicitur ab ono, quod eſt roſtrum, quaſi longum roſtrum habeat; habitat autem apud flumina, & maximè anguillis inſidiatur, quæ cum dormierit reſupina, roſtrum erigit, vt accipitris reſiſtat incurſibus, quæ ab aliquibus ardea, & vulgariter garca dicitur.

Porphyrio. *Et Porphyrionem*. Dicitur porphyriõ auis Ægyptia, quæ pellicanus nominatur. Eſt autem duplex: quoniam quædam in aquis viuit, alia autem terreſtris eſt, illa autem, quæ eſt fluuiatilis immunda erat, quoniam diſconuenientis nutrimenti eſt propter humiditatem magnam aquoſam; alia autem quæ terreſtris eſt, immunda eſt, quoniam ſerpentibus inſidiatur, & oua eorum atque cadauera comedit. Hæc ſanguine ſuo filios occiſos dicitur viuifica-F re. De hóc patet, quod immunda ſit, ex immundis cibis, ſ. quia ſerpentibus veſcit.

Herodio. *Et Herodionem*. Declinatur dupliciter iſtud nomen, quoniã dicitur Herodius Herodij, vel Herodion Herodionis; hic quidem ponitur in tertia, ſed in Pſal. 103. habetur in ſecũda declinatione, cum dicitur: Herodij domus dux eſt eorum, montes excelſi ceruis, petra refugiũ herinaciis. Herodion eſt genus Accipitris auis quidem valde animoſa eſt, magis animo, & viribus, quam corpore potens: quæ ſi primo impetu prædam non apprehenderit, ſeipſam ex dolore, & iracũdia percutit.

Charadrion. *Et Charadrion*. Dicitur Charadrion auis, quam nos Gruem appellamus, hæc quoque ſicut ceteræ immunda eſt, iuxta genus ſuum. Dicuntur eſſe multa genera Charadrionum, id eſt Gruum, & in omnibus iſtis tenetur eadẽ regula, quod omnes immundæ ſint ad cibum.

Vpupa. *Vpupam quoque*. De Vpupa manifeſtum eſt, quod immunda ſit, quoniam ipſa ſtercoribus gaudet humanis, & in ipſis nidificat: frequenter quoque in ſepulchris moratur humanis. De hac aũt quare immunda ſit, cauſa manifeſtiſſima eſt, quoniam tã habitatio, quàm cibi eam immundam faciunt.

Veſpertilio. *Et Veſpertilionem*. Veſpertilio, & Noctua aliquando accipiuntur pro eodem, ſed quoniam hic ponitur Veſpertilio, oportet, vt aſſumatur Noctua pro aliquo alio, ſ. pro illa aue, quæ lucifuga, ſiue vulgariter luſiernega dicitur, ſiue pro ea, quã vulgus mochuelo vocat. De hac autem quomodo immunda ſit, manifeſtum eſt, quoniam inter immundas moratur aues, & alimenta eius immunda ſunt: nam cum per diem exiſtens in parietinis exire nõ audeat, nihil habet quo veſcatur, ſed araneis, & araneatũ telis, & muſcis alitur.

Oẽs aues habentes quattuor pedes, quæ non comedebantur à Iudæis. *Omne de volucribus quod graditur ſuper quattuor pedes*. In iſta parte H cum deſcriptæ ſint in ſpeciali aues, quibus veſci non licet, ponuntur in generali regulæ. Et eſt regula, quòd omnes aues habẽtes quattuor pedes immũdæ ſunt ad eſum. Huius cauſa eſt: quoniam volucres habentes quattuor pedes, cõmunicant cum natura greſſibilium, & cum natura volatilium: in eo enim, quòd habent quattuor pedes ad greſſibilia pertinent, qm̃ quattuor pedes ad motum progreſſiuum à natura dati ſunt: volatilibus autem non conuenit motus progreſſiuus, cũ ex eo, quod volatilia ſunt, competat ipſis alius motus, qui eſt volare. Hæc autem volatilia, inquantum habent alas, communicant cum natura volucrũ. De his autem aliqui dicunt, ꝙ Iudæis veſci prohibebantur: quia erant conſecratæ Diis Gentilium in idololatria, & augures eis vtebantur in maleficiis ſuis. Sed hoc nihil eſt, vt in ſuperioribus declaratum fuit.

I Sed magis dicendũ eſt, iſtam prohibitionem fuiſſe propter duas cauſas; Prima eſt, propter deformitatem: populus enim Iudaicus inſiſtere debebat magnæ munditiæ, & honeſtati, deforme autem nimis erat, vt ea, quæ ita erant turpia, atque execranda Iudæi comederent. Alia etiã cauſa eſt, quoniam iſtis animalibus veſci debebant, quæ eſſent bonæ complexionis, & temperatæ ad cibum. In his autem animalibus, quę volatilia ſunt, licet quattuor pedes habeãt hoc exiſtere nequit: nam mixta ſunt ex complexione quadrupedum, & volatilium: hæc autem commixtio non patitur mediocritatem in complexione; Iſta igitur cauſa eſt; & propterea etiam Struthio, qui vulgariter Abeſtrus dicitur, ſupra immundus iudicatus eſt: nam volatilium, & quadrupedum participat naturam, in eo enim quòd alas habet ad volucres pertinet, inquantum autem alis ſe ſub-K uehere in aera nequit, quadrupedũ magis naturã ſortitur, iis in magna põderoſitate cõueniens. Sunt ẽt aliqua animalia quadrupedia, ſed rara apud nos, qm̃ in terris noſtris non viſa, quæ in terris magis calidis quæ ſunt verſus æquinoctialem, vt plurimum verſantur, quæ plurima taliũ volatilium, atque reptilium, & quadrupedum genera proferunt. In his etiam Gryphus eſt, qui cum alas habeat, quattuor pedibus, vt greſſibilia, mouetur. *Quod graditur ſuper quattuor pedes*. Quoniam ſi quattuor pedes habeat, & ſuper eos non gradiatur, non erit immundum volatile, vt ſi habeat illos quattuor pedes, & poſteriores longiores ſint, atque per illos ſaliat, & non gradiatur, animal mundum eſt, vt patet de bruco, & athaco, & ophimaco, quoniam iſta licita ſunt, vt patet infra. Diſtinguitur enim hic progredi, à ſaltare. Sic enim Ariſtot. diſtinguit in 10. Ethicor. motum progreſſiuum à ſaltatiuo. Quædam autem animalia

malia ſaltare quidem poſſunt, progredi autem nequaquam: ſicut brucus, & Locuſta. *Abominabile erit vobis.* Iſta dicit eſſe abominabilia, id eſt, immunda: quoniam ſicut aliquis fugit id quod abominatur, & exhorret, ſic iſta fugere debet, cum Deus iuſſerit non licere comedi. *Quidquid autem ambulat quidem ſuper quattuor pedes.* Hic ponitur alia regula de volatilibus quadrupedibus, qm̃ dixerat ea ſupra eſſe immunda. Ne autem aliquis intelligeret hoc eſſe vniuerſaliter verũ, ideo reſpondet, ꝙ ſi illa animalia volatilia habeant quattuor pedes, & ſuper eos moueantur motu progreſſiuo, illicita ſunt ad eſum; ſi autem non moueantur ſuper illa progrediendo, ſed ſaliendo, immũda non ſunt. Cauſa autem quare iſta, quæ habẽt quattuor pedes, exiſtentibus poſterioribus longioribus, nõ ſint immunda, non eſt; quia pedes poſteriores ſunt longiores, quia hoc ſignum eſt, & non cauſa. Eodem modo, ꝙ B animalia volatilia habentia quattuor pedes ſint immunda, ſi gradiantur ſuper illos, non eſt cauſa huius immunditiæ, hoc, quòd eſt habere quattuor pedes, ſed eſt ſignum, & aliquid poſterius. Cauſa autem horum eſt: quia ea, quæ habent quattuor pedes, cum ſint volatilia, & gradiantur ſuper illos, ſunt malæ complexionis, & ob hoc immunda; quòd autem quattuor pedes habeant, & gradiantur ſuper illos, eſt ad cognoſcendum iſtam immunditiam, & non ad efficiendum eam. Sic autem eſt de volucribus habentibus quattuor pedes, & non gradiẽtibus ſuper illos, ſed ſalientibus, quòd iſta non immunda ſint; cauſa eſt: quia ſunt bonæ cõplexionis, & non efficitur iſta per hoc, quod eſt habere pedes poſteriores longiores, & ſalire ſuper eos, ſed hoc ſignum eſt, & datur ad cognoſcendum iſtam munditiam.

Regula de volatilibus quadrupedibus.

Habere quattuor pedes, & ambulare ſuper illos, eſt ſignum malæ cõplexionis ad cibũ.

Quidquid autem ambulat quidem ſuper quattuor pedes. Accipitur hic ambulare largè, ſiue pro motu æquali, qui dicitur progreſſiuus, ſiue pro inæquali, qui dicitur ſaltatiuus. C

Et habet longiora retro crura. Iſta eſt cõditio animalium iſtorum mundorum, quòd pedes eorum poſteriores longiores ſint, & conuenit hoc ad motum ſaltatiuum, quia innituntur ſuper illos pedes, & ad ſaliendum eleuantur.

Per quæ ſalit ſuper terram, id eſt, crura iſta lõgiora in poſterioribus, ſunt ad ſaliendum: nam quando crura ſunt æqualia tam in anterioribus, quàm in poſterioribus, non poteſt plus animal inniti ſuper anteriora, quàm poſteriora, vel è conuerſo, ideo motus horũ animalium, nõ eſt ſaltatiuus, ſed progreſſiuus, & ſi aliquando iſta animalia ſaliant, non eſt ex conditione motus ſui, ſed quia ad hoc ſpecialiter elaborant: in illis autem, quæ habent crura poſteriora longiora, cauſa manifeſta eſt, quare ſaliant.

Comedere debetis, id eſt, iſta erunt vobis licita ad eſum, ſi comedere volueritis: & non accipitur hic debere propriè, ita vt aliquam neceſſitatem imponat, quia tunc cogerentur Iudæi ad comedendum de iſtis animalibus, quod falſum eſt: quia ad nullum compelluntur.

Vt eſt Bruchus in genere ſuo. Hic ponuntur aliqua volatilia habentia quattuor pedes, ſed poſteriores maiores, & Bruchus non eſt aliquod animal diſtinctum in ſpecie à Locuſta, & Attaco, ſed ſunt idem: differunt tamen ſicut perfectum, & imperfectum, quoniam Bruchus eſt Locuſta nondum habens alas, quando naſcitur, nec volans. Attacus, vel aceellabus, filius Locuſtæ eſt, ſed non adhuc eſt perfecta Locuſta, ſed cum incipit habere alas; Locuſta autem dicitur, quãdo perfecta eſt, & hæc nominatur hic, & de his Hieronymus ſuper Ioelem capite 1. Bruchus in E genere ſuo dicitur, quia multi modi ſunt Bruchorum differentium ſecundum perfectum, & imperfectum.

Volatilia quattuor pedes habẽtia Bruchus.

Et Attacus. Non differt Attacus in ſpecie à Locuſta, ſed ſolum differunt vt maius, & minus, perfectum, & imperfectum: impoſuit aũt illis Sacra Scriptura diuerſa nomina, quoniam ſic in vulgari habentur, & ſicut apud vulgares frequenter eidem rei ſecundum ſpeciem plura nomina impoſita ſunt propter magnitudinẽ, & paruitatem, ita & in Sacra Scriptura, ſicut Aries, & Agnus eiuſdem ſpeciei nomina ſunt: ſed Aries, vt magnus dicitur, Agnus, vt paruus. *Atque Ophiomachus.* Dicitur Ophiomachus, quædam auis, quæ ſerpentibus inſidiatur, & illas vorat; quam aliqui Ciconiam, vel Pellicanum dicere volunt. Sed non ſtat: quia Ciconia, & Pellicanus bipedes ſunt, Ophiomachus eſt quadrupes volatile, qm̃ hic inter quadrupedia A volatilia computatur, gerit enim iſtud volatile cum ſerpentibus pugnam, ſicut Ciconia, & Pellicanus, & ob hoc in Græco nomen aſſumpſit, ſcilicet Ophiomachus ab ophis, quod eſt ſerpens, & machia quod eſt pugna, quoniam ſpecialiter cum ſerpentibus pugnat. *Atque Locuſta.* non differt Locuſta à Brucho, & Attaco ſuperius poſitis in ſpecie, ſed ſolum ſecundum magnitudinem, & perfectionem, vt declaratum eſt; quia tamen iſta à vulgaribus non recipiuntur, diuerſis nominibus appellata ſunt, vt ſic ſaltem ab eis cognoſcantur. *Singula iuxta genus ſuum.* id eſt, in quolibet iſtorum poſſunt inquiri omnia, quæ ſunt ſibi ſimilia, quoniam quamuis non nominentur eiſdem nominibus, quibus ſupradicta, nec penitus eaſdem habeant figuras, ad idem tamen genus pertinent, & eadem regula in illis obſeruanda eſt.

Ophiomachus quid ſit.

Quidquid autem ex volucribus quattuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis: & quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vſque ad veſperum: & ſi neceſſe fuerit, vt portetur quippiam horum mortuum, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad occaſum Solis. Omne animal quod habet quidem vngulam, ſed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit: & qui tetigerit illud contaminabitur. Quod ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit. Qui tetigerit morticina eorum, polluetur vſque ad veſperum. Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum: quia omnia hæc immunda ſunt vobis. Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his, quæ mouentur in terra, Muſtella, & Mus, & Crocodilus, ſingula iuxta genus ſuum, Mygale, & Chameleon, & Stellio, & Lacerta, & Talpa: omnia hæc immunda ſunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vſque ad veſperum. & ſuper quòd ceciderit quidquam de morticinis eorum, polluetur: tam vas ligneum, & veſtimentum, quàm pelles, & cilicia, & in quocunque fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vſque ad veſperum, & ſic poſtea mundabuntur. Vas autem fictile, in quod horum quidquam intro ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum eſt. Omnis cibus, quem comedetis ſi fuſa fuerit ſuper eum aqua, immundus erit: & omne liquens: quod bibitur de vniuerſo vaſe, immundum erit. Et quidquid de morticinis huiuſcemodi ceciderit ſuper illud, immundum erit: ſiue Clibani, ſiue Chytropodes, deſtruentur, & immundi erunt. Fontes verò & ciſternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. Si ceciderit ſuper ſementem, non polluet eam. D *Si autem quiſpiam aqua ſementem perfuderit, & poſtea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vſque ad veſperum: & qui comederit ex eo quippiam, ſiue portauerit lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum. Omne quod reptat ſuper terram, abominabile erit, nec aſſumetur in cibum. Quidquid ſuper pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, ſiue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile eſt.*

Animalia immunda.

Animalia polluta.

Supra 6. & infra 15.

Quidquid autem ex volucribus quattuor tãtum habet pedes, execrabile erit vobis. Hic agitur de immunditia, quæ contrahitur ex contactu iſtorum animalium, vnde ponitur regula generalis de omnibus volucribus quadrupedibus, ſcilicet, quòd omne volatile, quod quattuor pedes habet, execrabile eſt, & totaliter fugiendum. Sed dicet aliquis quomodo hic iudicat immundum vniuerſaliter omne volatile quadrupes, cum ſupra diſtinxerit de volatilibus quadrupedibus habentibus pedes poſteriores longiores, & de habentibus pedes non longiores, quorum quædam munda, quædam autem immunda iudicantur? Reſpondendum eſt, quòd hic non loquitur littera totaliter vniuerſaliter, quoniam dicitur: quidquid ex volucribus habet tantum quattuor pedes, dicuntur autem habere tantum quattuor pedes, cum ſolũmodo pedum habẽt æqualitate, & in nullo diſſimiles ſunt: cum autem crura poſteriora longiora ſunt, non dicuntur habere tãtum quattuor pedes, ſed magis habẽt quàm quattuor pedes. *Et quicumque morticina.* Poſtquam egit ſupra de immunditia contracta per cibum, agit nunc hic de iſta immunditia; quæ contrahitur per tactum, & diuiditur in duo. Primò agitur de

De immũditia, quæ contrahitur ex contactu volatiliũ animalium.

de immunditia, quæ cauſatur in hominibus; Secundò, de F
ea, quæ cauſatur in aliis rebus; Secunda ibi: *Et ſuper quod ceciderit*. Prima in duas, quia Primò agitur de immunditia, quæ cauſatur in volucribus, Secundò, de ea, quæ contrahitur in aliis animalibus; Secunda ibi: *Omne animal, & quidquid morticina eorum tetigerit*. Hic dicitur de contactu cadauerum iſtorum animalium, & dicit ea eſſe immunda. *Et qui tetigerit ea immundus efficitur*. Eſt namq; hoc generale, quòd omnia cadauera quorumcũque animalium ſint, immunda ſunt, cum & ipſum cadauer hominis immundum ſit: homo tamen cæteri animalia longè antecellit. Si tamen aliqua animalium cadauera tangere licet, non eſt hoc, quaſi ipſa immunda non ſint, ſed quia tangere illa neceſſe eſt, ſicut patet de cadaueribus animalium comeſtibilium, vt bouis, ouis, & capræ, nam ſi in his non fiat contactus poſt mortem, nihil illorum comedi poterit: G
neceſſitas igitur iſta licita eſſe fecit. In ceteris autem quorum ad eſum neceſſitas non eſt; nec ad aliquem alium vſum adaptatur, generale eſt, ꝙ illa immunda ſint; ſic autem maximè de illis eſt, quæ nullo modo nobis licita ſunt ad vſus aliquos, quemadmodum ſunt reptilia.

De contactu volatilium quadrupedum.

Sciendũ tamen eſt in hoc diſtingui morticina, & mortua, quoniam mortua, vel occiſa dicuntur eſſe illa, quæ nos occidimus, aut coram nobis occiduntur, morticina autem ſunt, quæ morbo, vel ſenio confecta moriuntur. De morticinis autem generale eſt, ꝙ nullum comedi licet: nam ſi reperiretur bos, aut capra per ſe in agro mortua, ad cibũ Iudæorum illicita erant: cum autem occidebãtur ab hominibus erant munda ad eſum; alia autem animalia, quę ad eſum illicita eſſent, ſiue morerentur per ſe, ſiue homines illa occiderent, immunda erãt, & nullo modo ea tangere licebat. H
Hic autem accipitur morticinum, nõ ſolum pro eo, quod per ſe moriebatur, ſed etiam pro illo, quod occidebatur: neutrum enim illorum tangere licebat. Si autem hic fieret ſermo de animalibus, quæ erant munda ad eſum, acciperetur propriè morticinum pro eo, quod per ſe mortuum ceciderat. *Pollutus, & immundus erit vſque ad veſperum*. Quandocumque aliquis deformabatur iſtis immunditiis quæ erãt ab exteriori, manebat immunditia vſq; ad veſperum, id eſt, vſque ad ſolis occaſum. Pro hoc autem ſciendum eſt, ꝙ idem ſignificant hic pollutus, & immundus, quanquam pollutus dici poſſet, ſecundum quòd ab aliqua re pollutus eſt per cõtactum, aut cibum; immundus autem dicitur, ſecundum quòd in ſe immunditiam continet, non quidem, ꝙ in ſe cõtineat, id eſt, quòd illam ab extrinſeco habeat, ſed ꝙ poſtquam contraxit im- I
munditiam illam, in ipſo manet, Scriptura tamen interdum non facit de his differentiam.

De differentia immundorum, quòd aliqui ſint immundi ab intrinſeco, alij ab extrinſeco. Quæſt. XI.

SCIENDVM autem eſt ſecundum, ꝙ dicatur aliquis eſſe immundus, ideo dicitur, quia aliquid in ſe immundum continet, vel quia ab aliquo actu prohibitus eſt propter hoc, ꝙ videatur aliquid immundum continere: ſunt enim duo modi: vnus quo aliquis eſt intra ſe immundus, vt quia leproſus eſt, vel ſeminis fluxum patiens, quoniam iſta immunditia ab intra eſt. Alius modus immunditiæ eſt, cum aliquis non eſt in ſe immũdus, ſed ab extra quandam contingit immunditiam. Primo modo qui im- K
mundi erant, à multis actibus prohibebantur; Primò prohibebantur ab ingreſſu Sanctuarij, & oblationibus, quoniam nullus contaminatus ad hæc accedere poterat. Secundò prohibebatur à communicatione hominum, ideo extra caſtra eiiciebantur, vt habetur Numeri 5. cap. cum dicitur: Præcipe filiis Iſrael, vt eiiciant de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit pollutusq; eſt ſuper mortuo; erant namque iſta commaculatiua aliorum: nam qui leproſum tangeret, immundus erat; idem de eo qui tangeret fluxum ſeminis patientem. In ſecundo modo immunditiæ, qui immundi erant per contactum alicuius rei, quæ eſſet immunda vt in tangente morticina, vel reptilia, aut hominem fluxum ſeminis patientem, vel mulierem menſtruatam, & ſic de ſimilibus, non contrahebatur vera immunditia, ita, ꝙ ille qui iſta tetigiſſet, in ſe aliquam immunditiam haberet: ſed quia ex hoc contrahebatur quędam inhoneſtas, prohibebatur à quibuſdam actibus, qui erant honeſtiſſimi, ſicut ab ingreſſu Sanctuarij, & oblationibus, ſed non erant prohibiti à communicatione aliorum hominum: nam intra caſtra eis exiſtere licebat, cum ſolum Deus eiici iuſſiſſet de caſtris fluentes ſemine, & leproſos, & contaminatos ſuper mortuo; erat igitur iſta immunditia ſolum reſpectu Sanctuarij, erat tamen ſpeciale in eis, qui polluebantur ſuper mortuo, ſ. tangentes cadauera hominis, vel beſtiarum, quoniam iſti eiiciebãtur extra caſtra, vt habetur Num. 5. cap. In iſtis autem pollutionibus obſeruabatur iſte modus, quòd iſtæ pollutiones, aut immunditiæ ſi eſſent à natura, ſecundum quòd lepra, & fluxus ſeminis, erat immundus, homo ille quamdiu duraret illa pollutio, nec ſtatuebatur ad hoc aliquis terminus, ſed ſi duraret in æternum, erat in æternum pollutus, & ſemper manebat extra caſtra. Hæc autem immunditia, & ſeparatio non erat propter reuerentiam Sanctuarij, ſed propter eos, qui erant in caſtris, ne polluerentur. Sic enim dicitur Num. 5. cap. quòd excludendi erant de caſtris illi, qui erant fluentes ſemine, & leproſi, ne contaminarent ea. Nam lepra morbus contagioſus eſt, & qui leproſis communicat, facile lepram incurrit; vt ergo tolleretur iſta naturalis immunditia, excludebantur à caſtris leproſi; qui aũt erant fluentes ſemine, non habebãt morbum contagioſum, ſ. qui per contactum poſſet ad alios tranſire, quia tamen omnes tangentes iſtos fluentes ſemine contrahebant immunditiam, per quam arcebantur ab ingreſſu Sanctuarij, eiiciebantur extra caſtra, qui fluentes erant ſemine, ne alios maculantes ad Diuinum cultum inhabiles redderent. Et quoniam iſte immunditiæ erant naturales, & etiam per comparationem ad communicationem ſacrorum dicebantur immunditiæ, oportebat in eis ſeruari duos modos purificationis: nam inquantũ iſtæ pollutiones naturales erant, & infectiuæ aliorum, illi qui ſic immundi erãt, manebant ſeparati extra caſtra, quamdiu illam pollutionem paterentur: & quia iſtæ immunditię reputabantur in comparatione ad res ſacras, propter hoc, quòd aliquis maneret ſeparatus toto tempore, quo erat immundus, adhuc manebat ſeptem diebus ceſſante illa pollutione & in his diebus nõ erat immundus, ſecundum naturam, ita ꝙ in eo eſſet aliqua pollutio contagioſa, aut infectiua, ſed erat immundus, quia prohibitus erat accedere ad res ſacras, vel introire Sanctuarium vſquequo in octauo die raſis omnibus pilis corporis ſui, introiret in caſtra, vadens in Sanctuarium ad offerendum, vt habetur infra 14. cap. manebat autem ſeparatus leproſus ſeptem diebus poſt emũdationem ab ægritudine ſua; quoniam videbatur indignum, ꝙ ille, qui nouiter mũdatus fuerat à lepra, toto præcedenti tempore immundus exiſtens, immediatè eis, qui mundi erant ſe adiungeret, atque accedendi ad Sanctuarium ius haberet.

Idem eſt de viro, qui fluxum ſeminis patitur, & de muliere, quæ ſanguinis patitur fluxum, nam ſeparati erant à reliquis, & quouſque ceſſaret illa labes, nemo ad eos accedebat, quia immunditia ſecundum naturam erat in eis, & poſtquam verò ceſſaſſet vtraque pollutio iam non erant immundi ſecundum naturam, ſed manebant ſeptem diebus, quibus adhuc immundi erant, quantum ad Sãctuarium, ita quòd non poſſent accedere illuc, nec offerre, in die autem octauo, accedebant ad Sanctuarium offerentes, vt habetur inf. 15. cap. In pollutionibus autem, quæ erant ab extra, non poſſunt aſſignari iſti duo modi: quia non erant immunditiæ ſecundũ naturam, ſed ſolum quantum ad habitudinem ad res ſacras, cum iſti non poſſent contaminare alios, nec eiiciebantur extra caſtra, excluſi ab aliqua communicatione hominum. Solum ergo obſeruabatur in eis quędam emundatio reſpectu ipſius Sanctuarij, ſ. ꝙ in tota die, in qua aliquis contigiſſet iſta, eſſet immũdus, & deinde in veſpere lauaret veſtes ſuas, aſpergendo ſuper eis aquam luſtrationis, & tunc erat mundus ſequenti die, & poterat intrare in Sanctuarium. In pollutionibus autem, de quibus in hoc c. dicitur, nulla eſt ſecundum naturam, ſed omnes pertinent ad ſolas res ſacras: ita ꝙ taliter immundus arceatur ab ingreſſu Sanctuarij: ideo iſta immunditia non manebat per multos dies

Vir ſeminis fluxum patiens, & mulier ſanguinis fluxu fœdata, ab alijs erãt ſeparati.

dies, ſed in eadem die cum lauaretur homo aqua luſtrationis mundus erat, & ſequenti die poterat intrare Sanctuarium. *Pollutus & immundus erit vſque ad veſperum.* Dicitur eſſe aliquis pollutus vſque ad veſperum. i. vſque ad ſolis occaſum, ſ. q in eadem die, in qua tangeret iſtas res immundas, erat pollutus vſque ad ſolis occaſum, & tunc lauabat veſtes ſuas aſpergens aquam luſtrationis. Si autem in ortu ſolis tetigiſſet aliquid immundum tota illa die erat immundus vſquequo occubuiſſet Sol, nec poterat accedere ad Sanctuarium. Si autem tetigiſſet aliquis in meridie rem immundam, erat immundus vſque ad Solis occaſum. Idem ſi tetigiſſet per dimidiam horam ante ſolis occaſum, erat immundus vſque ad ſolis occaſum: poſtea autem licitè tangere poterat res ſacras, ſed non tangebat eas vſque ad alterum diem; per noctem.n.nemo de popularibus offerebat aliquid in Sáctuario. Si autem aliquis immediatè poſt Solis occaſum, vel cum Sol eſſet in occubitu, ſ. q appareret aliqua eius particula ſuper horizontem, tangeret aliquam rem immundam, erat immundus per totam illam noctem, & ſequẽtem diem, vſque ad Solis occubitum; ſi aliquis tetigiſſet ad ſecundam, vel tertiam, vel quartam partem noctis, aut propè auroram, aliquam rem immundam, manebat immundus vſq; ad ſequentem diem in Solis occubitum: fiebat autem aſperſio aquarum luſtrationis ſuper hominem immundum in occaſu Solis, & tunc iam erat mundus. Erat autem ſpeciale in omnibus his, ſi quis contigiſſet cadauer humanum, vel tentorium, in quo homo moreretur, ingrediens in illud: quoniam iſte erat immundus extrinſeca immunditia, ſed non tollebatur eadem die, quin potius manebat immundus per ſeptem dies, & in tertio, & ſeptimo die lauabatur aquis luſtrationis, vt habetur Numeri 19. in ceteris autem pollutionibus, quas aliquis incurriſſet, ſolum manebat immunditia vſq; ad occaſum Solis, vt patet diſcurrendo illud cap. & infra 14. & 15. *Et ſi neceſſe fuerit, vt portet quiſpiam morticina.* Ponitur hic regula de eo, qui portabat iſta morticina ſuper ſe, vel aliàs. Nam non videtur eſſe idem de illo, qui tangit morticina, & de illo, qui illa portat ſuper ſe: quoniam maior videtur contrahi immunditia portando, quam ſimpliciter contingendo, cum ſit maior tactus in portantibus, & per maiorem attrectationẽ cauſatur maior immunditia. Vnde ſi aliquis de Iudæis iſta volũtariè ſuper ſe portaret, magis videbatur peccare, tanquam incurreret quãdam immunditiam: ideo dicitur hic in littera: Si neceſſe fuerit portare aliquid horum. ſ. de his cadaueribus, quæ immunda ſunt: quoniam aliquãdo neceſſe erat ea portare, ſicut ſi morerẽtur talia animalia intra vrbem, ne inficerent locum, exportanda erant foras. Idem, ſi morerentur in via publica, vbi tranſeuntibus nocumentum inferrent, inde tollenda erant, & tunc propter neceſſitatem non erat aliquod peccatum, ſed fiebat ſimplex expiatio, ſicut ſi quis ſolum illa tetigiſſet. *Lauabit veſtimenta ſua.* Dicebatur aliquis lauare veſtimenta, cum effundebat aquam luſtrationis ſuper ſe: iſta tamen lotio aliquando fiebat totaliter in aqua, vt cum nos ſordes corporum in aqua defricamus. Aliquãdo autem fiebat ſimplex aſperſio aquæ luſtrationis ſuper hominem, & veſtes eius, & ſic etiam lauari dicebatur. Si autem eſſet aliqua immunditia naturalis, vt quia venenum, vel aliqua tabes defluxiſſet ſuper veſtes, debebant lauari per aquas mũdas per defricationem; quia vera immunditia ibi contracta erat. Si autem non eſſet aliqua immunditia naturalis, ſolum tamen in comparatione ad Diuinum cultum: non debebant lauari veſtes per defricationem, ſed ſolum per aſperſionem aquarum luſtrationis. Dicuntur autem aquæ luſtrationis aquæ viuæ, commixtæ cineribus vitulæ rufæ combuſtæ, de cuius ritu dicitur Num. 19. cap. Hic autem cum dicitur, quòd lauabit homo veſtimenta ſua, non intelligitur per defricationem in aquis, ſed per aſperſionem factam ſuper veſtes de aquis luſtrationis. Nam ſi quãdocunque dicitur hic, lauabit veſtimenta ſua, intelligeretur de lotione in aquis viuentibus per defricationem, non videbatur ad quid eſſent vtiles aquæ luſtrationis. Quanquam fortaſſis dici poſſit, quòd in ſimplici contactu aliquis incurreret immunditiam, & deberet lauari aſpergendo aquam luſtrationis ſuper ſe, cum tamen portaret

Noctu nemo popularis in Sanctuario aliquid offerebat.

Regula de portante ſuper ſe morticina.

Lauare veſtimenta quid ſit.

Aqua luſtrationis quid ſit.

A aliquod de morticinis ſuper ſe, lauarentur veſtes eius in aquis per defricationem. Cauſa huius differentię eſt: quia per contactum ſimplicem non videtur incurri aliqua immunditia realis, cum tamen aliquis ſuper ſe horum aliquid portabat, contrahebatur vera immũditia, ideo veſtes illas, quia contaminatę erant, lauari oportebat, & hoc videtur magis tenẽdum; quia quandocunque in hoc cap. dicitur de aliquo tangente huiuſmodi res immundas, dicitur ſolum, quòd erat immundus; cum autem aliquando dicitur de eo, qui portauerit huiuſmodi cadauera, dicitur, quòd lauabit veſtimenta ſua, ſicut dicitur infra & qui comederit ex eo quippiã, ſiue portauerit, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit. Ante hoc tamen dicebatur ſi mortuum fuerit animal, quod licet vobis cõmedere, quia cadauer eius tetigerit immundus eſt, & nihil vltra addidit, **B** quaſi innuat, quòd ille ſolus, qui tangit, ſolum eſt immundus: ſi autem aliquis portaſſet, debebat lauare veſtimenta ſua. *Et immundus erit vſque ad occaſum Solis,* id eſt, iſte, qui portauerat aliquod cadauer morticinum, præter hoc, q lauabat veſtes ſuas, erat immundus vſque ad ſolis occaſum computãdo hoc, ſicut ſupra diſſeruimus, ita quòd ſit generale, quòd quãdocunque aliquis incurreret immunditiam, erat immundus vſque ad primum ſolis occaſum, ſiue tempus contractæ immunditiæ, modicum à ſolis occubitu diſtaret, ſiue multum. Etiam erat hoc generale, q quantumcunque paruam immunditiam aliquis incurriſſet, non poterat pauciori tempore immundus eſſe, quàm vt ſic maneret vſque ad ſolis occubitum. *Omne animal, quod habet quidem vngulam.* Hic fit recapitulatio cuiuſdã regulæ ſuprapoſitæ, quæ dabatur ſupra in pecoribus, ſ. q **C** ad hoc, quòd pecora munda ſint ad eſum, oportet, vt vngulam habeãt diuiſam, & ruminẽt: hic autem dicit, quòd ſi animal habet vngulam, ſed non diuidit eam, nec ruminat, immundum eſt, ſic patet de equis, & aſinis, quoniam vngulam habent, quæ eſt ſubſtantia cornea exiſtens baſis in pedibus; ſed non habent eam diuiſam, nec etiam ruminant, erunt ergo immunda, & nõ comedentur. Nec ſolum id in his erat, ſed etiam ſi aliquod animal haberet vngulam, & diuideret eam, ſi tamen non ruminaret, immundum erat, ſicut porcus, qui cum vngulam diuidat, tamen non ruminat. Eodem modo ſi aliquid ruminaret, & haberet vngulam, ſed non diuideret eam, ſicut camelus, immundum erat. Dicitur enim de animali, quòd haberet vngulam, quoniam non habent omnia animalia vngulam, ſicut patet de leporibus, & cęrogryllis, & ca- **D** nibus, & murilegis, & ſic de omnibus volatilibus: nullum enim volatile vngulas habet. Nec valet ſi aliquis arguat, q omnia iſta habeant vngulas: nam non accipitur vngula pro quodam vncino oſſeo, quo animalia aliquid arripiũt, quia tunc in volatilibus vngulæ eſſent, & in canibus, & murilegis; ſed accipitur vngula pro quadam ſubſtantia cornea, denſa, & ampla, quæ totius pedis baſis eſt: vnde animalia, quæ habent pedes carnoſos, & papuloſos, nõ dicuntur habere vngulã, ideo ex hac regula ſi ponatur vniuerſaliter, excluderentur omnia animalia volatilia, & etiam greſſibilia, præter pauca, ſed non dicitur, quòd animalia, quæ non habent vngulam munda ſint, ſed quòd ea, quæ habent vngulam, & non diuidunt eam, ſint immunda. *Nec ruminat immundum erit.* Iſtæ conditiones faciunt animal immundum, ſ. quòd habeat vngulam, & **E** non diuidat, vel ſi habet vngulam, & non diuidat, nec ruminat, vel ſi diuidit non ruminat. Non eſt autem hoc intelligendum per ſe, ſed quòd animal, quod non ruminat, eſſet immundum: quoniam tunc omnia volatilia eſſent immunda, cum nullum eorum ruminet, ſed totum legitur ſimul, ſ. animal, quod habet vngulam, & non diuidit, nec ruminat. Si tamen ſit animal, quod non ruminet, non propter hoc erit immundum, ſicut eſt in omnibus piſcibus, & volatilibus; ſed ſi non ruminat, & tamen vngulam habet, immundum eſt. *Et qui tetigerit illud, contaminabitur.* Non refertur hoc ad contactum animalis, dum viuẽs eſt, ſed poſtquam mortuum fuerit: nam cum viuerent iſta animalia, licitum erat Iudæis tangere illa, ſicut tangere equum, vel aſinum. Cum autem mortua eſſent illicitum erat illa tangere. Sed dicitur, quidquid tetigerit illud, quia refertur ad hominẽ, & ad alias res: homo namque, qui

Epilogus regulæ ſuprapoſitæ de pecoribus.

Conditiones facientes animal immũdum.

qui tangeret, immundus erat vſq; ad occaſum Solis. Si autem aliqua alia res contingeret, iſta animalia morticina, vt veſtis, vel vaſa fictilia, etiam immunda erant ſecundum cæremonias, quæ infra ponuntur. *Quod ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus*. Hic ponit quandam aliam regulam, quæ videtur coincidere cum ſuperioribus, ſ. ſi ſit aliquod animal, quod moueatur ſuper manus, id eſt, quod illud habeat quattuor pedes, tamen motus ſuus principalis ſit ſuper manus, vtpote, quia ſalit innixum ſuper manus; nam ſi haberet quattuor pedes, & inniteretur ſuper poſteriores ad ſaliendum, mundum erat, ſicut ſupra dictum fuit de Locuſta, & Ophiomacho. Si tamen è contrario habens quattuor pedes, ſuper anteriores moueretur magis, quam ſuper poſteriores, immundum erat, ſicut patet de multis Serpentibus, & Stellionibus, atque Lacertis. Hæc ideo non immunda ſunt, quia cum quattuor pedes G habeant, ſuper anteriores mouentur principaliter, ſed habere quattuor pedes, & moueri ſuper anteriores, ſignum eſt malæ complexionis eorum, quia venenoſa ſunt. *Quæ incedunt, quadrupedia immundum erit*. Rectè dicit, quæ incedunt quadrupedia, quoniam ſi duos pedes habebāt, & ſuper illos mouebantur, immunda non erant; ſed cum haberent quattuor pedes, & mouerentur ſuper anteriores motu principali. *Immundum erit*, ſcilicet, quantū ad eſum, & quantum ad tactum poſt mortem. *Qui tetigerit morticina eorum*. Tangendo cadauera iſtorum animaliū immundorum, contrahebatur immūditia. Et dicitur morticinum hic, non ſolum quando per ſe mortuum cadit, ſed etiam quandocunq; ab alio occiditur. Nam vtroque modo immundus erat tangens, & in hoc eſt differentia inter cōtactum cadauerum animalium immundorū, & animalium H mūdorum, quoniam qui tangeret cadauer animalis mundi, quando homo occidebat illud, non contaminabatur; ſi tamen eſſet morticinum, ſ. quod per ſe mortuum fuiſſet, nō licebat tāgere illud, nec comedere quidquam ex eo; ſic apparet infra in littera, in cadaueribus autem animaliū immundorum generale erat, quod ſiue per ſe morerētur, ſiue ab aliquo occiderentur, ſemper erat illicitum illa tangere. *Polluentur vſq; ad veſperum*. id eſt, qui tetigerit iſta animalia iam mortua, erit immundus illa die, qua tetigerit vſque ad Solis occaſum.

Cōtactus cadauerū animaliū immundorum, & animalium mundorū differunt.

Laici ac ſacerdotes in quo differebant, circa tempus immunditiæ, & de maximo, & minimo tempore immunditiæ in vtriſque. Quæſt. XII.

SCIENDVM tamen, quod in hoc differebat inter laicos, & ſacerdotes, quoniam laicus tangens aliquod immundum, ſolum erat immundus vſque ad veſperum, ſ. vſque ad ſolis occaſum; tamen non poterat accedere ad Sanctuarium vſque ad ortum Solis, in quo iam poterat offerre, & ſic minima diſtantia à tempore contractæ immunditiæ vſque ad tempus quo laici poterant intrare in Sanctuarium, erat 12. horarum, vel quaſi: quoniam non poterat aliquis minori tempore immundus eſſe, quàm quod tetigiſſet aliquam rem immūdam ante Solis occaſum per dimidiam horam, vel quaſi, & immediatè in Solis occaſu, ſi aſpergeretur aquis luſtrationis, erat mundus, tamen vſq; ad ſequentem diem poſt ortum Solis, non poterat accedere ad Sanctuarium ad aliquid offerendum: nam laici per noctem nihil in Sanctuario faciebant. Maxima aūt mora K in immunditia, quam aliquis contrahere poſſet, ſi eſſet de his immunditiis communibus, durabat per 26. horas, ſ. per duas noctes, & vnum diem, vt ſi quis de laicis occubente Sole, vel immediatè poſt occubitum, tetigiſſet aliquod immundum, propter quod efficeretur immundus, manebat vſque ad occaſum Solis ſequentem in immunditia, & illud erat tempus 24. horarum: deinde vſque ad ſequentem auroram, non poterat accedere ad Sāctuarium, ad aliquid offerendum, & ſic erant 12. horæ, quæ ſuperadditæ ſuperioribus, faciunt 36. horas. Inter has autem duas, ſ. maximam, & minimam diſtantiam, poterant eſſe aliæ mediæ infinitæ ſecundum diffinitam tēporis diuiſibilitatem propter eſſe continuum. Sacerdotes autem non ſic ſe habebant: quoniam minima diſtantia in immunditia Sacerdotum, erat quaſi dimidiæ horæ; maxima autem erat 24. horarum, quod apparet: nam ſi aliquis Sacerdos ante ſolis F occubitum per horam dimidiā tetigiſſet aliquid immundum, manebat immundus vſque ad veſperum, ſ. vſq; ad Solis occaſum, quod erat dimidia hora, & immediatè poterat intrare in Sanctuarium ad miniſtrandum, ſ. ad diſponendum lucernas in candelabro, quod fiebat poſt Solis occubitum, vt patet Exodi 27. & 30. cap. aut poterat intrare ad cremandum thymiama, quod cremabatur in aurora, & in veſpere, vt habetur Exodi 30. cap. aut poterat intrare ad faciēdum holocauſtum veſpertinum, quod incipiebat in ſolis occubitu, & durabat per totam noctem, vt habetur ſupra 6. cap. Maxima autem diſtantia, qua poterat ſacerdos manere in immunditia, & ſeparatus à Sanctuario, erat per 24. horarū, vt ſi aliquis ex ſacerdotibus, immediatè poſt Solis occubitum, vel ipſo Sole cadēte ſub horizontem, tetigiſſet aliquam rem immundam, erat immundus vſque ad veſperam, ſ. vſque ad ſequentem Solis occaſum, cum nulla immunditia minus durare poſſet, quàm vſque ad Solis occaſum ſequentem, poſtquam contracta erat. Ab occaſu ſolis vſq; ad occaſum erant 24. horæ, in quibus Sacerdos non poterat miniſtrare, nec accedere ad Sanctuarium, immediatè autem poſt Solis occubitum poterat intrare, & miniſtrare, vt eſt dictum. *Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera, lauabit veſtimenta ſua*. Dixit de animalibus quadrupedibus, quæ mouebantur ſuper pedes anteriores, quod erant illicita ad cibum. Nunc etiam dicit, quod non debent tangi in portando: nam de ſimplici tactu ſupra dixerat, quòd qui tetigiſſet, erat immundus, hic autem dicitur de portante illa, quia maior immūditia in hoc eſt, vt ſupra declaratum fuit. Aliquando tamen neceſſe erat, quod iſta portarentur, ſicut ſi morerentur in ciuitate, & in via publica, ne nocumentum inferrent hominibus, nam tunc in remota loca ab humana communicatione portabantur. *Lauabit veſtimenta ſua*. ſcilicet illas veſtes, quas habebat homo portans, quando iſta deportabat: nam non oportebat lauari alias veſtes, quib. aliàs induebatur; quia illæ nullam immunditiam contraxerant.

Sacerdos immūdus citius poterat accedere ad res ſacras quàm laicus.

Dicit Nicolaus, quod iſta lotio veſtium nihil aliud erat, niſi aſperſio aquæ luſtrationis ſuper veſtes, de qua aqua habetur Numer. 19. c. Et non defricabantur in aquis mundis, velut aliàs veſtium ſordes abſtergi ſolent. Sed hoc non videtur poſſe ſtare: quia tunc quæreretur, an ille, qui tangebat rem immundam, ſ. iſta cadauera, non portans ea ſuper ſe, deberet aſpergi aqua luſtrationis. Si autem dicatur, quod non: falſum eſt, quia Numeri 19. c. declaratur, quòd omnes immunditiæ debebant abſtergi aqua luſtrationis, & I ſine ea non poterat eſſe aliqua expiatio, ergo quicunque tetigiſſet cadauer, aut aliquam rem immundam, non poterat mundus fieri, niſi aqua luſtrationis aſpergeretur. Si autem dicas, quòd quicunque tetigiſſet aliquam immunditiam, vt ſi aliquod cadauer tetigiſſet, etiam ſi non portaſſet, debebat abſtergi aqua luſtrationis.

Is, eo qui portabat cadauera, non deberet lauari in aquis viuentibus, & luſtrationis aut ſolū aſpergi.

Quare Scriptura faciat differentiam, cū dicat de illo, qui tangit morticina, quod eſt immundus nihil magis explicans; deinde aliam ſubdit Clauſulam diſtinctam. Quæſt. XIII.

QVÆRITVR, quare Scriptura faciat hic differentiam, cum dicat de illo, qui tangit morticina, quòd eſt immundus, nihil magis explicās, deinde addit aliam Clauſulam diſtinctam, cum ait: Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera, lauabit veſtimenta ſua. Ergo videtur, quòd iſta lotio veſtimentorum differebat ab illa lotione, quæ erat in aſperſione aquæ luſtrationis, & ſic eſſet defricatio veſtium in aquis viuentibus, quod maximè patet: quia illa abſterſio, quę fiebat per aquas luſtrationis, non erat propriè lotio, ſed aſperſio, cū effunderetur aqua guttatim ſuper veſtes. Sed aliquis reſpondebit, quòd hoc fuit poſitum hic ex accidenti, ſ. quòd lauarētur veſtimenta, nam ſufficiebat dici, quòd qui tangeret, vel portaret iſta, eſſet immundus, ſed ſic conſueuit fieri in Sacra Scriptura, quòd interdum ponātur aliqua ex ſuperabundanti. Dicendum, quòd hoc non poteſt ſtare: nam non ſolum ponitur hic iſta Clauſula, ſed etiam ſimile ponitur ſuperius, cum dicitur de volucribus habentibus quattuor pedes, & de cadaueribus eorum, quòd quicunque tetigiſſet illa,

illa,erat immundus vſque ad veſperum; & poſtea ſubdi- A tur, ꝙ ſi neceſſe fuerit, vt aliquis portet iſta cadauera lauabit veſtimēta ſua. Simile ẽt ponitur infra in littera,cum dicitur quòd ſi animal de his quibus veſci licitum eſt, per ſe fuerit mortuum,qui tetigerit illud,immundus eſt, & ſi aliquis portauerit, lauabit veſtimenta ſua, ergo videtur, quòd iſta Clauſula non ponatur ex accidenti,ſed ad ſignificandum aliquod miniſterium,cum ſæpè repetatur. Concludendum igitur,quòd iſta ablutio veſtium eius,qui portabat cadauera, non erat ſola aſperſio per aquas luſtrationis,ſed quædam ablutio in aquis viuentibus, & defricatio ſordium: aſperſio autem aquæ luſtrationis fiebat pro qualibet immunditia per contactum, etiam ſi nihil exprimatur hic de lotione. *Et immundus erit vſque ad veſperum*,ſcilicet vſque ad Solis occaſum. Nam dato,quòd aliquis immediatè,vt incurreret immunditiā,lauaret veſtes ſuas, & B aſpergeretur aqua luſtrationis non erat mundus vſque ad Solis occaſum.

Quare ſemper durabat iſta immunditia, vſque ad Solis occaſum,& non vltra,nec citra. Quæſt. XIIII.

SI autem aliquis quæreat, quare magis durabat iſta immunditia,vſque ad Solis occaſum,quàm vſque ad alterū tempus. Reſpondetur,ꝙ de hoc non poteſt dari, nec debet ratio exactiſſima: nam etiam ſic eſt in legibus humanis,ꝙ quamquam in quibuſdam,quæ mandantur à lege,ratio reddi poteſt,tamen de aliis,vt præfixionibus terminorum,non dantur, nec poſſunt dari rationes, vtpote, quare magis vſucapiatur in triennio,quàm in biennio, vel quadriennio. Vnde, quia nulla ratio eſt, quare hoc fiat, C quædam leges humanæ vſucapionem annalem conſtituerunt. Eodem modo eſt de terminis qui aſſignantur ad proſequendum appellationem,& de illis,qui aſſignantur ad finiendas cauſas, & generaliter in omnibus terminorum præfixionibus nulla ratio redditur, nec reddi poteſt, ita, cum hic debuiſſet aſſignari aliquod tempus, in quo aliquis liberaretur ab immunditia, non videbatur eſſe maior cauſa, quòd aſſignaretur vna dies pro termino, vel duo, tres,vel plures, vel quam dimidia dies. Sed aliquis diceret,quòd videtur rationabile, ſi ſtatutum fuiſſet, vt poſtquam aliquis abſtergeretur aqua luſtrationis, ſtatim fuiſſet mundus: nam munditia cauſabatur per aſperſionem, vel abſterſionem factam in aqua luſtrationis;& interdum per lotionem veſtimentorum in aquis viuentibus factam; ideo immediatè,quando iſta aſperſio facta fuiſſet,videtur D ꝙ debuiſſet eſſe mundus. Reſpondetur ad hoc, quòd non fuit conueniens:quia iſtæ abſterſiones ſunt quædam cæremoniales obſeruationes, & in his non reſpicitur quid ſecundum naturam differat, ſed quid appareat honeſtum ſecundum humanam opinionē: & quoniam non videbatur honeſtum, vt aliquis nunc incurriſſet immunditiam, & immediatè eſſet mundus per aquam luſtrationis, vt ergo videretur eſſe diſtantia inter munditiam,& immunditiam,datum eſt,vt quamquam aliquis illico,vt immunditiam incurrerat, & lauaretur per aquas luſtrationis, non eſſet mundus,id eſt, aptus ad accedendum ad res ſacras, vſque ad aliquantum tempus,hoc autem non debuit eſſe valde magnū,quia irrationabile erat, vt pro illa immunditia,quæ valde parua erat, daretur pœna multorū dierū, maximè,quia hoc repugnabat cultui Diuino:volebat enim E Deus applicare homines ad cultū ſuum; & tamen ſi multorum dierum pœnam,aut ſeparationem impoſuiſſet pro iſtis ſimplicibus immunditiis, multum homines arceret à cultu ſuo; Fuit igitur ſatis,quòd daretur ſeparatio vſq; ad occaſum Solis. Si autem vellemus dare cauſam allegoricam, ſatis manifeſta eſt: dicitur enim homo eſſe immundus vſque ad occaſum, quia occaſus ſolis mortem ſignat, nemo autem eſt, qui totaliter immunditiam euitet dum viuit: nam quamdiu viuimus,inſtabiles ſumus,cum autem Sol occiderit,id eſt,cum vita præſens elapſa fuerit,mundi efficimur, quoniam vlterius peccare non datur. Sed ad priorem cauſam,quæ litteralis eſt redeundum erit. *Quoniam hæc omnia immunda ſunt vobis.* Refertur ad omnia cadauera, de quibus ſupra dicebatur, & pronunciatur vniuerſaliter, quòd illa omnia immunda ſunt, ſ. tam in

Allegorice,quare homo vſque ad ſolis occaſum immundus eſſe dicatur.

tactu quàm in eſu. *Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his.* Poſitis ſuperioribus regulis de munditia, & immunditia animalium, adhuc manebant, quædam in quibus immunditia erat, & non poterant comprehendi ſub illis regulis: ideo enarrantur hic particulariter:ſunt enim pertinentia ad animalia greſſibilia. *Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his*,i. iſta animalia,quæ hic ſequuntur, debent iudicari immunda in tactu,& in guſtu. *Quæ mouentur in terra*, id eſt, iſta, quæ ſequuntur, computantur inter greſſibilia,quæ ſunt animalia mota in terra; de volatilibus autem ſatis ſupra dixerat, de aquatilibus quoque vniuerſalem regulam poſuerat, de greſſibilibus verò poſuerat quaſdam regulas. Sed adhuc iſta animalia,quæ hic ponuntur,non poterant intelligi expreſſa,vel prohibita in eis,ideo illa ſingulariter expreſſit. *Muſtella.* Muſtella longus mus dicitur à mus,& telon,quòd eſt longum;eſt enim animal,quod figuram muris exprimit, ſed longum valde eſt, & intrans caueas paſſerum, vel columbarum, illa iugulat, & ſanguinem bibit. Hæc autem ad cibum malæ complexionis eſt, quoniam de natura muris eſſe videtur. *Et mus.* Mures enim animalia domeſtica ſunt,ſatis cognita,quæ fœtida ſunt,quoniam in locis immūdis,& abſconditis terræ nutriuntur; ideo ſatis patet illa eſſe animalia non conuenientia ad eſum, quoniam malæ complexionis ſunt;& Iſaias multum redarguit eos,qui mures comedūt, ſicut illos,qui comedunt carnem ſuillam,quæ erat abominabilis multum apud Iudæos. Et *Crocodilus*. Dicitur eſſe Crocodilus equus marinus magnæ quantitatis;& quadrupes, per diem in vndis habitat, per noctem inter ſegetes per terram moratur, eas depaſcens, vnde magnum nocumentum Aegyptiis infert,& tantæ eſt duritiei,vt ſi magna lapidum mole impetatur, non ſentiat, quem Serra piſcis paruulus,per tenera ventris diſſecans,necat:& de hoc Plinius,& Iſidorus in lib. Etymolog. Eſt autem iſtud animal immundum ad eſum,quia videtur eſſe malæ cōplexionis, cum participet naturam greſſibilium,& aquatilium:nam in aquis moratur,& per terram etiam interdum ambulat: mixtum autem ex his duabus diſtantibus naturis, non videtur eſſe bonæ complexionis, ſicut ſupra dicebamus de Struthione,qui aliqualiter participat naturam volatilium cum alas habeat & aliqualiter naturam greſſibilium,cum nunquam ad volandum in aerem eleuetur. Sic quoque de volatilibus, quæ quadrupedia ſunt, dictū eſt, quoniam ipſa malæ complexionis ſunt, & vniuerſaliter immunda. *Singula iuxta genus ſuum.* Multæ differentiæ videntur eſſe in his animalibus ſupradictis;tam ex magnitudine, quàm ex aliquo modo figuræ, ideo aliquando vulgus exiſtimat ea diuerſarum ſpecierum; propter quod Deus hic ſubiunxit vniuerſaliter,quòd non ſolum iſta,quæ dicta ſunt,ſcilicet,Mures,Muſtellæ,& Crocodili, ſed etiam omnia, quæ ſunt in genere ſuo:i. omnia, quæ eis aliquo modo aſſimilantur;immunda ſunt. *Mygale.* Secundum Gloſ. Ordinariam,dicitur eſſe animal ad deridendum natum, doloſum,rapax,ingluuioſum,tñ ſecundū litterā Hebraicam dr̃ eſſe Ericius,quodcūque.n. ſit, intelligitur eſſe prohibitum. *Chameleon*, paruū animal eſt, quod cuiuſlibet rei obiectu ad varios tranſmutatur colores;ſicut ait Ariſt. in 1. Ethicorū. Aliqui libri habent hic,Gamaleon, ſed corrupti ſunt: fuit aūt cauſa erroris ſimilitudo litterarū, cū eędem quaſi in vtraque ſint,non poteſt tñ poni hic Gamaleon, quia ipſum volatile eſt quod ſolo aere paſci dicitur iuxta illud,

Quattuor ex puris vitam ducunt elementis,
Talpam terra cibat,halec vnda,ignis Salamandram.

Hic autem non poteſt accipi de aliquo volatili, quoniam littera ſupra dixit:Hæc quoque inter polluta reputabūtur de his,quæ mouentur in terra,id eſt,de animalibus greſſibilibus;ideo debet hic ſtare Chameleon pro quodam animali greſſibili. De Chameleonte magis dicetur Deuter. 14. c. *Et Stellio.* Dicitur eſſe animal ad naturam ſerpentum pertinens,quia reptile eſt,& ſuper pectus ſuum graditur: dicitur autem Stellio,quaſi ſtellatus,quoniam in modum ſtellarum variis coloribus picturatus eſt,cum ſit de natura ſerpentum,etiam quia reptile eſt, quamquam aliqui non vocabunt illum reptile,quia quattuor pedes habet, reptilia autem pedes non habentia ſuper pectus ſuū gradiuntur,ſicut in colubris patet,ſed de hoc nō inſiſto. *Et Lacerta.*

Muſtella quid ſit, & mus.

Crocodilus quid ſit.

Plin. lib. 8. c. 25. Iſidor. lib. 12. Etymolog. c. 6.

Mygale, & Chameleon quid. Cap. 10.

Stellio quid ſit, & Lacerta.

ta. Paruum animal eſt ad figuram ſtellionis, ſed minoris quantitatis eſt, nec eſt ita lucidum in coloribus, vt Stellio, quamquam diuerſis notis inſignitũ ſit. Hoc etiã quattuor pedes habet, & vocatur vulgariter la Gartila, & cũ iſtud ad reptilia pertinere videatur, nullũ reptile eſt quod minus venenoſum ſit. Cauſa autem quare hoc ad veſcẽdum illicitum ſit, manifeſta eſt: nã aliqualiter venenoſum eſt, & immundum, cum ſuper pectus gradiatur, quamuis pedes habeat. *Talpa.* Talpa.n.animal totaliter terreſtre eſt, qm ſub terra ſemper moratur, nunquam in publicum exiens, oculis enim caret, quanquam quidam naturaliſtæ eam habere oculos ſub cute credunt. De hoc, qualiter ad cibum immundum ſit, manifeſtum eſt: quia fœtidum eſt, & ſemper intra terram nutritur, habens fumoſitates terreas indigeſtas. *Omnia hæc immunda ſunt*, ſcilicet, quantum ad tactum, & quantum ad cibum: quanquam differentia ſit in eis: quia aliqua ipſorum illicita ſunt in tactu cum viuunt, & poſtquam mortua ſunt, alia autem ſolum poſtquam mortua ſunt. Generaliter enim cadauera animalium immunda ſunt ad tactum, ipſa animalia dum viuunt non ſunt immunda; in reptilibus tamen vniuerſaliter immunditia eſt: quoniam ſiue aliquis tetigerit reptile, quando viuens eſt, ſiue quando eſt mortuum, immunditiam contrahit, & ſemper debet aſpergi aquis luſtrationis. Sic patet ſupra, 5.cap. vbi dicitur, cum dicatur de aliquibus per quorum tactum homo immundus redditur, æquiparatur reptile morticinis, & aliis immunditiis, cum dicitur: Anima quæ tetigerit aliquid immundũ, ſiue quod occiſum à beſtia eſt, aut per ſe mortuum, aut quodlibet aliud reptile: non dixit enim, aut cadauer reptilis, ſed ipſum reptile, quaſi dicat, ꝙ in tactu reptilis viuentis immũditia eſt: ſic etiam habetur infra, 22.c. vbi tactus reptilis æquiparatur omnibus aliis immunditiis. Cauſa autem huius eſt: quoniam alia animalia quę immunda ſunt, non ſunt venenoſa, reptilia autem venenoſa ſũt, ideo tam mortua, quam viuentia cauſant quandam immunditiam. Sic etiam videtur dici de Stellione, & Lacerta, quia iſta ad reptilia pertinẽt, ideo quomodocunq; illa tangens, pollutus eſt. De aliis autem ſolum cauſatur immunditia, cum mortua fuerint. *Qui tetigerit morticina eorũ, immundus erit.* Hoc vniuerſale eſt quãtum ad omnia animalia, niſi ad ea quæ ad cibum licita ſunt, in ceteris autem quicunque tetigerit animal mortuum, immundus erat. Et vocantur hic morticina, ipſa cadauera, non ſolum quando ſunt per ſe mortua, vt ſenio, vel languore, ſed etiam, cum ipſa ab hominibus, vel aliis animalibus occidũtur, quanquam morticinum propriè ſit, quod per ſeipſum moritur. *Vſque ad veſperum.* id eſt, vſque ad Solis occaſum, ſ. vſq; ad primũ Solis occubitum poſt contractam immunditiam, & hoc generale eſt in omnibus immunditiis, quæ cauſantur per tactum, præterquam in ea, quæ eſt contingẽdo cadauer humanum, vel introeundo in tentorium illud in quo eſt, & in aliis modis, quibus propter ipſum cadauer humanum cauſatur immunditia. In omnibus enim modis durabat immunditia per dies ſeptem, & qui immũdus erat, aſpergebatur aqua luſtrationis in die 3. & 7. vt habetur Numeri 19. capite.

Talpa quid ſit.

Sciendum autem, ꝙ quotieſcumque dicitur hic de aliqua re, quòd immunda erat, intelligendum eſt, quòd illa deberet emũdari per aquas luſtrationis: quoniam ſine illis nulla fiebat iſtarum macularum abſterſio, tamen non expreſſit hic legiſlator, cum Numeri 19.c. ponatur ritus. *Et ſuper quod ceciderit quidquam de morticinis eorum, polluetur.* Supra ponebatur regula de his quæ incurrebant immunditiam per actũ voluntarium, hic agitur de his quæ incurrunt per actum inuoluntarium: nam dicitur hic de illis rebus ſuper quas cadit aliquid de morticinis, & per hoc contrahitur quædam immunditia, & eſt per tactum, ſed non comprehenditur ſub regulis ſupra datis, quia in illis dicebatur, ſi quis tetigerit; tangere autem dicit quoddam voluntarium; quòd autem aliqua res morticina cadat ſuper aliam rem, non eſt voluntarium, ideo non eſt ſimilis immũditia ſuperiori, potiſſimè, quoniam immunditia quæ eſt per tactum, propriè conuenit ipſis animalibus, quę ad tangendum occiduntur, res autem inanimatæ non tangunt, niſi cum tanguntur, & hoc eſt cadere

F aliquod morticinum ſuper aliquam rem, ideo iſta regula magis data eſt propter inanimata, quã propter homines, quod apparet ex exemplis ſequentibus, ſ. ſi fundatur ſuper ligneum vas, vel fictile, aut veſtes: hæc enim inanimata ſunt. Fiebat autem iſta pollutio, ſi totum ipſum morticinum caderet ſuper aliquam rem, vel pars morticini, aut aliquis humor ſolutus de cadaueribus. *Tam vas ligneum, & veſtimentum.* Hic ponit ea, quæ poſſunt redi immunda per contactum morticinorum, & ſunt ea quæ ad vſus humanos conducunt: nam iſta immũditia accipitur propter honeſtatem cultus Diuini, vt illi, qui ad hunc cultum accedere debent, valde mundi ſint, ideo non ſolum ipſi in ſeipſis obſeruare debent, ſed etiam in eis quæ applicantur ad ipſos, ſicut in veſtibus, & in vaſis aliarum miniſtrationum, quoniam ſi illa immunda ſunt, homo qui eis vtitur, G quandam contrahit immunditiam. Res autem quæ nullo modo ad humanum vſum applicantur, nõ fiunt immundæ, ſicut animalia fera, & alia quæ nũquam nobis in vſus cedunt: nam etſi iſta tangant aliquas res immundas, non ſunt immunda, ſicut homo, vel res eius, quia illa non applicantur ad id ſecundum quod eſt immũditia. ſ. ad Sanctuarium, vel ad hominẽ. *Quam pelles, & cilicia.* Ponit hic etiam alia quæ pertinent ad vſus humanos, ſ. pelles, & cilicia. Dicuntur aũt eſſe pelles omnes veſtes factæ de pellibus, vel ipſæ pelles, quæ non ſunt veſtes, ſed ad vſus humanos aliquo modo conducunt. Cilicia dicuntur eſſe veſtes, ſiue pannus factus de pilis caprarum, & vocantur cilicia, quia aſpera ſunt; iſta autem quando immunda erãt expiabantur, & rurſus conuertebantur ad vſus humanos, præter quam in vaſis fictilibus, quia illa ſi polluebantur, H frangenda erant, vt patet immediatè. *Et in quocunque fit opus.* Omnia quæcunque tangerentur à morticinis, ſi pertinerent ad iſtos vſus, immunda erant. Sed ne legiſlator cogeretur omnia iſta ſingulariter enarrare, poſuit vniuerſalem Clauſulam, ſ. in quocunq; fit opus, id eſt, omnia vaſa, in quibus fiũt miniſtrationes aliquæ humanæ, iſto modo polluerentur, alia autem quæ non pertinent ad miniſtrationes humanas, quia nullo modo applicantur ad hominem, nõ polluuntur. *Tingentur aqua.* Hic agitur de eorum emundatione, & fiebat per tinctionem in aqua, ſcilicet, quòd iſta defricarentur, vt inde omnes maculæ tollerentur, vel ſi aliquid immundum illis de cadauere cadente adhæſiſſet, ſic tolleretur.

Pelles quid ſint & cilicia.

I *An pelles, & ſupellectilia, quãdo efficerentur immunda, emundarentur cum ſolis aquis luſtrationis, vt ait Nicolaus; vel exigerent aquas viuentes.* *Quæſt. XV.*

NICOLAVS dicit, ꝙ iſta tinctio in aqua, non erat in aquis viuentibus ablutio, ſed quædam aſperſio per aquas luſtrationis. Sed hoc non poteſt ſtare: quoniam iſta vaſa verè erant immunda naturali immunditia, quia per caſum aliquorum morticinorum ſuper ipſa, inhærebant aliquæ ſordes, quæ nullo modo tollebantur, ſi ſola luſtrationis aqua fuiſſent aſperſa. Erat ergo tinctio in aquis viuentibus. Item, ſicut ſe habent res aliquo modo conſecratæ cum transferuntur ad vſus humanos, ita ſe debent habere res immundæ, quando transferũtur ad vſus ſanctos, vel ſaltem mundos; quod patet: quia quando res ſanctæ transferuntur ad vſus humanos, dẽt ab eis tolli omne qđ K ſanctũ eſt, ne id quod ſacrum eſt, profanis rebus miſceatur: ita cum res immundæ ad vſus mundos conuertuntur, debet ab eis omne immundum tolli, ne immundum cum immaculatis permixtum, illa contaminet. Sed in rebus ſacris ſic obſeruabatur, ꝙ quandocunque aliquod vas æneũ eſſet, in quo carnes ſacrificiorum fuiſſent coctæ, quia ex illo quandam conſequebatur ſanctitatem; ad hoc vt cõuerteretur ad vſus humanos, defricabatur in aqua, vt habetur ſupra 6.c. & poſtea licitè vtebantur illo homines. Sic ergo debet hic fieri, cum aliqua vaſa immunda fierẽt per contactũ rei morticinæ, ad hoc, vt applicari poſsẽt ad vſus humanos mũdos, debebãt aqua lauari, & defricari; & ſic iſta tinctio in aqua de qua hic dicitur, nõ erat aſperſio per aquas luſtrationis ſolũ. De veſtibus aũt, & ciliciis, & vniuerſis pellibus ſic eſt, ꝙ ſi facta fuiſsẽt immũda, lauabãtur aq̃s luſtrationis viuẽtibus, vt priſtinę mũditię redderẽtur.

Sic

Sic ét patet de rebus ſacris: ſi.n.aliqua veſtis fuerat aſperſa ſanguine ſacrificiorum, per hoc fiebat aliquo modo ſacra, ideo, ſi debuiſſet côuerti ad vſus humanos, iubebatur, vt lauaretur aqua, & defricaretur illa macula, vt habetur ſupra 6. cap. Sic igitur debebat hic fieri, ꝙ maximè adhuc apparet in veſtibus, quoniam ſi veſtes immundæ efficerentur per contactum alicuius rei morticinæ, & ibi aliquis humor de ipſa immunda re inhęſiſſet, manebatq. inter fila, nunquam tollebatur, niſi defricaretur. Cum ergo manēte illa macula ſemper res immūda ſit, & per aquam luſtrationis nō poſſint tollli aliquæ maculæ, quia iſta aqua non erat ad defricationes, ſed ad ſolas aſperſiones, manebant ergo veſtimenta, vel pelles in immunditia ſua, ſi ſola luſtrationis aqua expiarentur; ergo aquis viuentibus defricari debebant. Item, non videtur conuenienter dictum, ꝙ hic iubebatur fieri aſperſioné aquam luſtrationis, quia illa non vocatur ſimpliciter aqua, ſed aqua luſtrationis: hic tamen ſimpliciter dicitur, ꝙ tingantur aqua iſta: ergo intelligendum eſt de aquis viuentibus, & puris, & non de aquis luſtrationis. Item, ſi hic intelligeretur de aquis luſtrationis, cum omnia alia quæ immunda ſunt, debeāt luſtrari aquis illis, diceretur de eis, ꝙ tingerentur in aqua, ſed nunquam dicitur niſi cum veſtes lauandæ ſint, ergo non videtur, ꝙ ponatur hic aqua pro aqua luſtrationis, ſed pro aquis communibus. Conſiderandum eſt, ꝙ in toto iſto cap. nūquam fit mentio de aquis luſtrationis, ſed quandocunque aliquid de aqua, aut veſtimentis lauandis dicitur, ſemper intelligitur de aquis communibus, ſicut ſatis apparet legendo litteram cap. cum fiat mentio de lotione veſtimentorum, & iſtorum vaſorum. Sed de veſtimentis ſupra probatum eſt, ꝙ lotio, quæ hic ponitur, fit in aquis viuentibus, & non aquis luſtrationis. Dicendum autem nūc, ꝙ in iſtis veſtibus, & vaſis fiebat duplex ablutio. Alia fiebat per aquas luſtrationis, ſcilicet, quòd aſpergebantur ſuper iſtas res aquæ illæ guttatim: & iſta nō vocabatur lotio, ſed aſperſio: Alia erat in aquis viuentibus, & vocatur propriè lotio, vel ablutio. Fiebant autem iſtæ duæ abſterſiones propter duas immunditias, quas incurrebant iſtæ res, ſuper quas cadebant morticina; Prima erat vera immunditia, & naturalis, quoniam iſtæ res commaculabantur, & contrahebant aliquam ſordem ab ipſis cadaueribus cadentibus ſuper illas, & huic immunditiæ naturali correſpondebat ablutio ſecundum naturam, ſcilicet, ꝙ iſtæ res lauarentur aquis viuentibus. Secunda erat immunditia per ſolam opinionem honeſtatis, quam vocamus legalem, ſ. quòd iſte res tetigerant aliquas res immundas, ideo quamquam inde non contraxiſſent aliquam labem, quæ eſſet naturalis immunditia: tamen videbatur, quòd inhoneſtum eſſet iſta applicari ad cultum Diuinum, quia aliquas res immundas contigerant, & propter hoc fiebat quædam expiatio ſecundum cæremoniis Sanctuarij, quæ magis erat cæremonialis, quàm verè purgatiua, cum fieret aſperſio ex aqua commixta cineribus, quæ vocabatur aqua luſtrationis. Si.n. verè munditia induci deberet, magis reduceretur per ablutionem in aquis viuentibus, quam in aquis luſtrationis, & ob hoc cum aliquis incurreret pollutionem per contactum alicuius rei immundæ, ex qua non contraheretur aliqua vera, & naturalis labes, ſed ſolum erat immunditia ſecundum opinionem, fiebat ablutio emundatiua ſecūdum opinionem, & non ſecundū veritatem, ſcilicet, ſola aſperſio in aquis luſtrationis, & nulla ablutio in aquis viuentibus. De pellibus aūt, & veſtimentis, de quibus hic dicitur, ſatis inductum eſt, ꝙ debeant lauari in aquis viuentibus; ꝙ autem præter hoc aſpergantur aquis luſtrationis, apparet ex his quæ habētur Numeri, 19. c. nam ibi dicitur; de vtenſilibus, & vaſis, quæ erant in tentorio, in quo iaceret aliquis mortuus, quòd deberēt expiari aqua luſtrationis. Eodem modo igitur dicendum eſt de quibuſlibet aliis vaſis pollutis. *Et polluta erunt vſque ad veſperum.* Refertur ad veſtes, & vaſa, de quibus ſupra dicebatur: quoniam illa erant polluta; & quamquam immediatè poſtquam aliquid iſtorum immunditiam contraxiſſet, lauaretur, non erat mundum, ſed permanebat in immunditia ſua vſq; ad veſperum. ſ. vſque ad primum ſolis occaſum. *Et ſic poſtea mundabuntur*, id eſt, factis iſtis ablutionibus in re, & veniente ſolis occaſu

Not. de aqua luſtrationis.

In veſtibus, & vaſis immundis duplex fiebat ablutio.

Litteræ expoſitio.

A mundabuntur iſtæ res, ſ. ꝙ erunt mundæ. Et non eſt ſenſus, ꝙ deberet poſt iſta, quæ dicta ſunt, fieri aliqua mundatio in ipſis rebus, quæ immundæ erant. Sed eſt ſenſus, ꝙ factis iſtis cæremoniis ipſa vaſa per ſe munda erunt adueniente ſolis occaſu, ita, quòd hic mundari non ſignificat aliquem apparatum ad mundationē, ſed dicitur, ꝙ mundabuntur, id eſt munda erunt ex ſolis pręcedētibus actionibus. Dicitur autem, ꝙ poſtea mundabuntur, id eſt, quòd non erant iſta immediatè munda, vt lauantur, ſed poſtea, ſcilicet, adueniente Solis occaſu. *Vas autem fictile, in quod horum quidquam intro ceciderit, polluetur.* Quantum ad hoc, quòd vaſa fictilia polluerentur per contactū iſtarum rerum, non erat aliquid ſpeciale, ſed quantum ad emundationem, quia reliqua mundabantur: fictilia autem nequaquam. Vocantur aūt fictilia vaſa, quæ à figulis fiunt, à B fingendo dicta, quod figulorum opus eſt: hæc autem polluebantur, cum caderet intra illa aliquid morticinū. Vaſa autem lignea nō dicuntur fictilia: quia non finguntur, id eſt, non formantur de luto, id eſt, eorum materia per ſculpturam, & cauationem quandam figuratur. De vaſis autem vitreis dubium eſt, an ſortiantur legem fictilium vaſorum, aut ligneorum, vel metallinorum: de his nō tradita eſt hic aliqua regula, quoniam antequam fierent vitrea vaſa, iſta lex data videtur; Sed ſi de illis agi deberet, videtur ꝙ non debeant computari inter vaſa fictilia, ſed inter metallina, quia maiorem cum eis cognationem habent. *Et idcirco frangendum eſt*, id eſt, ſi vas fictile fuerit pollutum, non expiabitur per lotionem, ſicut alia vaſa, & veſtes, ſed confrigetur. Sic erat quandocunque carnes ſacrificiorum coquebantur in aliquo vaſe, qm̄ ſi æneum, vel C metallinum eſſet, quomodocunque defricabatur, & ſic conuertebatur ad vſus humanos: ſi autem eſſet vas fictile, iubebatur frangi, nec poterat vllo modo cōuerti amplius ad vſus humanos, vt patet ſupra 6. cap. dicitur autem hic: ideo frangendum erit, quod importat quandam cauſalitatem: & eſt ſenſus, ꝙ vas pollutum ſi fictile eſt, cōfringitur, & hoc fit, quia fictile eſt, quaſi dicat, ſi non eſſet illud vas fictile, non cōfringeretur, nec tamen eſt ſenſus, ꝙ omnia vaſa fictilia confringi deberent, ſed ſolum quādo immunda erant, & poterant ſine magno damno dominorum confringi, vaſa autem metallina, & lignea maioris valoris ſunt, ideo non debent confringi illa. *Omnis cibus, quem comedetis, ſi fuſa fuerit ſuper eum aqua.* Hic ponitur de immunditia quæ cauſatur in cibis: erant namq; aliqui cibi ſecundum ſpeciem ſuā immundi, vt carnes animalium D vetitorum, de quibus ſupra dictum eſt: de his agitur hic in littera, quia iſti ſine aliqua fuſione aquæ, aut aliquo alio caſu immundi erant. Alij ſunt cibi, qui ſm̄ ſpeciem ſuā mundi ſunt, ſicut carnes animaliū licitorum ad eſum, & panes, & fructus, & omnia alia pulmenta; & ſi ſuper iſta aliqua aqua flueret, immunda erant, & non poterant aliquo modo expiari, vt munda redderentur, ſed tradebantur animalibus brutis. Nec tamen eſt intelligendum vniuerſaliter, ꝙ cibi efficerentur immundi per omnem caſum aquæ, ſed ſolum per aquam cadentem de immundo vaſe; ſin aqua de cælo caderet ſuper illos, non erāt immundi. Item, ſi panes in fluuium, vel in puteum cecidiſſent, non erant immundi, ſed adhuc licebat vti illis in cibum. Item, ſi caderet aqua de aliquo vaſe ſuper cibos tam paratos, non erat cibus immundus, ſi aqua flueret de vaſe E mundo: ſed tunc ſolum cibi immundi efficiebantur, cum fluebat ſuper illos aqua de aliquo immūdo vaſe: cum autem vas reſtitutum fuiſſet priſtinæ munditiæ, quanquā de illo aqua funderetur ſuper cibos, immundi non erant. *Et omne liquens quod bibitur de vniuerſo vaſe, immundum erit*, id eſt, quandocunque aliquis biberit aliquem liquorem, ſ. vinum, vel aquam, aut oleum, aut ſimilia, de aliquo vaſe, illa immunda erant. Non tamen eſt intelligendum vniuerſaliter: quia tunc illicitū fuiſſet Iudæis bibere aquam de aliquo vaſe, & ſic coacti fuiſſent prono ore aquam de fluminibus, aut fontibus bibere, quod falſum eſt. Sed intelligitur de omni vaſe immundo: quia quamdiu vas permanet in immunditia ſua, quodcunque de liquidis intra poneretur, immundum fiebat. Dicit aūt hic, omne liquens; in quo innuitur, ꝙ ſi aliquid ſiccum, vel panis, vel alterum aliquid poneretur in vaſis immundis, nō fiebat immundū.

Vaſa fictilia quæ vocentur.

An vaſa vitrea, ſint fictilia.

De immunditia, quæ in cibis cauſatur.

Quare

Quare liquida cum ſint in aliquo vaſe immundo, contrahant immunditiam, & arida non. *Quæſt. XVI.*

CAVSA diuerſitatis eſt: quia ea quæ ſunt liquida, ſunt multum ſuſceptiua cuiuslibet impreſſionis, & tollunt ſordes quæ ſunt in re quã contingunt, & hoc propter duo. Primò, quia in ipſis propter humiditatem magnæ impreſſiones fiũt, & facilè. In rebus autem duris difficulter, & raræ cauſantur impreſſiones. Secũda cauſa eſt: quia ea quæ humida ſunt, multum cuilibet rei adhærent; cum non terminentur termino proprio, ſed alieno, ſicut aqua quæ terrarum alueis, & marginibus continetur: res autem duræ ſeipſis terminantur, ideo non adhærent aliis rebus ad contrahendam labem, quæ in eis eſt; ſicut adhæret res liquens; etiam quia res liquẽtes propter ſuam mollitiem, & ſubtilitatem ſubintrãt partes rerum quibus adhærent, & ſic tollitur per mollificationem, id quod eſt in ſuperficie rerum quibus adhærent, per quem modum facilis eſt quælibet ſuſceptio ſordium ipſarum rerum liquidarum, ſ. ꝙ facilè recipient à qualibet alia re impreſſiones ſordium. In duris autem non fit aliquid horum: quia non penetrant partes rerum quibus adhærent, nec tollunt labes quæ in eorũ ſuperficie ſunt, & ſic facilius ipſa liquentia maculantur quàm dura. *Et quidquid de morticinis huiuſmodi ceciderit ſuper illud, immundum erit.* Ponitur hic regula generalis, quæ aliqualiter eſt repetitio ſuperiorum, ſ. quandocũque caderet aliquid de morticinis ſupra dictis, ſupra aliquam rem, quæ pertineret ad vſus humanos, efficiebatur immunda. Sed ponitur hic iſta ad magis exprimendum: & dicitur hic de morticinis huiuſmodi, id eſt, de morticiniis, quæ ſupra enarrata ſunt, quaſi dicat, non fit immunditia in vaſe, ſi quodlibet morticinium inciderit ſuper illud, ſed ſolum ſi fuerit morticinum de ſupra dictis: aliqua namq; erant cadauera mũda, quæ quamquam caderent ſuper vaſa, non contaminabant ea; ſicut carnes animalium mundorum ad eſum, quæ ponebantur in vaſis ad coquendum, & vt ibi comederentur, tamen non polluebantur. Pro quo ſciendum, quòd morticinum non accipitur hic propriè: nam morticinium dicitur, quaſi morte cadens, id eſt, quod per ſeipſum moritur ſenio, vel lãguore. Largè autem accipiendo morticinum, dicitur eſſe omne illud, quod moritur, ſiue per ſe moriatur, ſiue ab alio infligatur mors. Accipiendo primo modo morticinum, non oportebat quòd diceretur de morticinis huiuſmodi. Sed vniuerſaliter erat verum, quòd quandocunque caderet aliquod morticinum ſuper vaſa, vel veſtes, polluebantur, patet: quoniam ſi fuiſſet aliquod animal, de his quibus licitum erat veſci, & per ſe moreretur, non debebat tangi, & quicunque tangeret, immundus erat, & ſi portaret ſuper ſe, debebat lauare veſtimenta ſua. Si ergo tale morticinum ſuper aliquem caderet, neceſſarium erat, vt illum pollueret. De his habetur infra, in littera. Sed dicitur hic morticinum, pro eo, quòd moritur quomodocunque moriatur, & tunc verum eſt, ꝙ ſolum cauſabatur immunditia cadente morticino ſuper aliquod vas, ſi illud morticinum eſſet de ſupra poſitis. Sed ſi eſſet de morticinis animalium licitorum ad eſum, non polluebatur vaſa, in quib. iſta ponerentur aut ſuper quæ caderẽt, & in iſto ſenſu accipitur hic, cum dicitur: huiuſmodi morticinis. *Siue clibani: ſiue chytropodes deſtruetur, & immundi erunt.* Qñcunque cadebat aliquod cadauer de ſupra dictis ſuper aliqua vaſa, illa erant immunda: dicit tamen, quòd ſi fuerint chytropodes, vel clibani deſtruentur, & immundi erunt. Dicuntur Clibani in quibus panes coquuntur. Chytropodes autem ſunt quædam inſtrumenta facta de luto ad ponendum ſuper ea vaſa coquinaria, & vocantur alio nomine tripedes, à tris, quod eſt tres, & pes pedis: quia tres pedes habent; in his autem cauſabatur immunditia, cum iſta tangebantur ab aliquo cadauere; & non ſolum erant immunda, ſed etiam mandabatur, quòd deſtruerẽtur: nec recipiebatur aliqua expiatio, ſicut in his vaſis immundis, cum eſſent lignea, & metallina. Dictum eſt, ꝙ vaſa fictilia quouis modo pollucrentur frangenda erãt. Chytropodes autem, & Clibani inter fictilia vaſa computabantur, quoniam iſta de luto facta erant: ideo deſtruenda erant. *Fontes verò, & ciſternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit.* i. ſi cecidetint aliqua morticina ſuper fontes, vel puteos, aut ſimiles aquarũ cõgregationis, non polluebantur iſta, ſed licitum erat bibere de illis aquis, ſicut ſi nunquam fuiſſent ibi aliquæ immunditiæ. Dicunt autem Hebræi huius cauſam: quia iſtæ aquæ immediatè adhærent terræ, & ſicut terra nõ polluitur, ita nec polluũt iſtæ aquæ. Sed hoc nihil eſt: nec habet aliquam apparentiam cauſalitatis, quod manifeſtatur: quoniam terra ipſa interdum polluta eſt, vt patet infra, 13. c. de domo in cuius parietibus apparebat candor lepræ: nam claudebatur, & iudicabatur immunda à Sacerdote, & ſi ſuperereuiſſet adhuc candor, tollebatur ſuperficies parietis, tanquã aliquid immundũ, ſm alias cæremonias quæ ibi ponuntur: ergo videtur, ꝙ terra polluti poteſt. Item, ꝙ iſta aqua ſit immediatè in terra vel non, nihil conferre vr̃ ad hoc, ꝙ polluta reddatur, vel non. Dicendum eſt ergo, ꝙ cauſa huius fuit ex quadam neceſſitate: nam ſi fortè aquæ viderẽtur eſſe pollutæ, nõ potuiſſent homines inde bibere, contingiſſet aũt, ꝙ in vno loco interdũ fuiſſet vnicus fons de quo tota aqua pro toto loco hauriretur, & ſi ille fons immũdus fuiſſet, iã nihil fuiſſet vnde homines, & iumenta bibere poſſent: decuit ergo, vt non permitteretur idẽ in fontibus, & congregationibus aquarũ, quod in aliis quæ tangerentur à cadaueribus, quia non conſiſtebat eadem neceſſitas in aliis rebus, vt in fontibus, ceteriſq; aquarũ cõgregationibus. Sed dicet aliquis, ſatis poſſe ſtare, ꝙ fontes, & congregationes aquarũ immũda redderentur per contactum cadauerum, ſed ab illa emundarentur per aſperſionem aquæ luſtrationis, ſicut in aliis immundis rebus fieri ſolitum erat.

Reſpondetur, quòd hoc non poteſt ſtare: Primò, quia quando cadit aliquod cadauer ſuper aliqua vaſa, aut veſtimenta, ibi contrahebatur realis immunditia, & ob hoc fiebat naturalis expiatio per ablutionem in aquis viuẽtibus, vt ſupra dictum fuit. Sic igitur fieri potuiſſet in fontibus, & aliis congregationibus aquarum, & adhuc magis in aquis, quàm in aliis rebus, quia ſi in aliquo vaſe immundo tempore immunditiæ fuiſſet aliqua res dura, non efficiebatur immunda, ſi tamen fuiſſet ibi aliquid liquidum, illud immundum erat. Facilius igitur immunditiam contrahunt liquentia, quàm non liquentia, vt ſupra patet. Sed ſi res non liquidæ polluebantur cadente ſuper eas cadauere, debebantq; lauari in aqua, quanto magis, ſi ea quæ liquentia erant immunda fuiſſent; nam oportebat, vt illa lauarentur: quod fieri nequibat; nam ipſa eſt id, per quod alias res abluimus: & ipſa ablui non poteſt: ideoq; ſi ſemel immunda fuiſſet, oportebat, vt ſemper eſſet immũda, & nunquam de ea biberetur; ſicut ſi aliquis cibus immundus efficeretur, nunquam de illo comedebatur; ſed manere aquas illas immundas ſemper, erat totius populi diſcrimen, quia non habuiſſent vnde biberent; non debuit ergo dari, ꝙ cauſaretur immũditia in fontibus, & aliis cõgregationibus aquarũ, ſicut cauſatur in rebus aliis. Secundo probatur, quoniam dato, ꝙ poſſet fons expiari ſi ſemel eſſet immundus, tamen non deberet hoc conſentiri: quia ſi fons ſemel immundus eſſet, maneret immundus vſque ad veſperum. i. vſque ad ſequentẽ Solis occaſum poſt contractam immunditiam, & hoc poterat eſſe ſpatium 24. horarum: vt ſi occumbente Sole, vel immediatè poſtquã occubuiſſet, fons immundus redderetur per cõtactum cadaueris, neceſſe erat, vt maneret in illa vſque ad ſequentem Solis occaſum, quod eſt ſpatium 24. horarum. In hoc autem tempore non haberet populus, & iumẽta vnde biberent: non decuit ergo dari regulam, quòd fontes, & aliæ congregationes aquarum eſſent immũdæ. *Et omnis aquarum congregatio immunda erit*, id eſt, quamuis caderẽt morticina ſuper congregationes aquarum, non pollucrẽt illas. Dicitur aũt hoc de omnibus congregationibus aquarum, vt de fluminibus, torrentibus, paludibus, ac puteis. In his enim nulla cauſabatur immunditia. Si tamen caderet aliquod morticinum ſuper vas continens aquam, ipſa aqua, & vas immunditiã contrahebãt: hoc aũt rationabile fuit: quia non erat aliqua neceſſitas notabilis in aqua quæ eſt in vaſe aliquo, cum illa pauca ſit, ſicut in fluminibus, aut fontibus, aliiſq; aquarum congregationibus, cum ibi ſit multa aqua, potiſſimè vbi eſt fontalis ſcaturigo. *Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur.* Idem dicit quòd regulæ

Marginal notes: *Notã. de morticinio.* — *Clibanus quid ſit, et chytropodes.* — *An fontes & ciſternæ contrahebãt immunditiam, quia adhærebant terræ.* — *Facilius liquẽtia immũditiam cõtrahunt non liquẽtibus.*

Section letters in the margin: F, G, H, I, K.

gulæ ſuperiores, ſcilicet, quod quicunque tangeret cadauera de quibus ſupra dictum eſt, pollutus erat, & loquitur de ſimplici tactu, ſ. quod ſolum tangatur animalis cadauer, & non portetur, & tunc incurrebatur ſimplex immūditia, quę debebat expiari per ſolas aquas luſtrationis. *Si ceciderit ſuper ſementem, non polluet eam*. i. ſi aliquod cadauer ceciderit ſuper triticū, & alia ſemina, quando ſunt in grano, & vocantur ſemina, non polluūtur: ſi tamen cadat ſuper farinam, aut ſuper panes confectos, polluūtur: non. n. vocatur farina ſemen, aut panes, ſed ſolum grana: quia ſemen vocatur illud, in quo eſt virtus germinandi, in farina autem non eſt huiuſmodi virtus, quoniam ſi in terram iactatur, nihil inde naſcitur. in panibus autem confectis identidem germinandi virtus non eſt, eodem modo in granis tritici, aut aliorum ſeminum ſi coquantur, virtus germinatiua non eſt: nā ſi aliquis grana coxerit, & B postea in terram iecerit, impoſſibile eſt, ꝙ inde aliquid naſcatur; Cauſa huius eſt: quia iam expirauit inde virtus germinatiua, & hoc, quia illa conſiſtit in quodam calore connaturali illius grani, & cum ille calor quouis modo excludatur, non remanet virtus germinatiua. Poteſt autem dupliciter excludi virtus iſta. Primo modo per magnum calorem; Secundo modo per magnum frigus; per magnum calorem, vt ſi ſemina coquantur: quia tunc cum calor qui eſt in aqua aperiat, & ſubtiliet ipſa grana, euaporabit connaturalis calor qui eſt in granis, ita, vt non habeat aliquam virtutem cōnaturalem caloris. Eodem modo fit ſi ſemina torreantur, qm̄ tunc exhalabit calor. Secundò modo calor connaturalis granorū in quo fundatur virtus germinatiua, & digeſtiua, atque augmentatiua ipſius grani, perit per magnum frigus cōſtringens ipſum C calorem grani, & mortificans, quia calor granorū paruus eſt, & ſi à magno frigore prematur peribit, quod apparet, cum aliquando ſeminatum eſt, & poſt ſemina iacta in terra multæ pluuiæ veniunt, quæ multo tempore ſuper terram manent, nihil naſcitur, aut valde modicum. Huius ratio eſt: quia frigiditas aquæ manentis ſuper terram multo tempore, mortificat calorem exiſtentem in grano. Et ob hoc etiam ſequitur, ꝙ aliquando videtur, ꝙ ſi aliquis homo in defectum pluuiæ irrigauerit agros aquis putealibus, vel fluuialibus, nihil naſcatur in terra, aut paucum: huius ratio eſt: quia aqua putealis, vel fontalis frigidior eſt, & magis indigeſta, quam aqua pluuialis, ideo magis mortificat calorem in granis, quàm pluuia: cum autem iſta grana ſic ſe habuerint, quòd expirauerit ab eis calor ille connaturalis, non vocātur ſemina, cum inde nihil D gigni poſſit, nec magis refert talia grana in terram iacere, quàm farinam, vel panes coctos.

In granis germinatiua virtus dupliciter excludi poteſt.

Quare ſemina ſi terra irrigatur aqua puteali, vel fontali infecunda fit.

Quare non polluuntur ſemina, cadentibus cadaueribus ſuper illa. Quæſt. XVII.

QVÆRET autem aliquis, quare non polluuntur ſemina cadētibus cadaueribus ſuper illa, ſicut ſi cadant ſuper vaſa, aut veſtes. Rñdendum eſt, eandem habitudinem eſſe de ſeminibus ad alias res, ſicut de fontibus, & aliis aquarum congregationibus ad eaſdem res: nam maior neceſſitas inerat conſeruandorum fontiū, & omnium congregationum aquarum, quàm aliarū rerum, ideo quamuis aliæ res immundæ fieri poſſent, fontes tñ aquarum, & aliæ congregationes non polluebātur: ita maior neceſſitas eſt in ſeminibus, quàm in aliis commu- E nibus rebus, cum in eis tota futuri temporis ſpes, & conſeruatio pendeat, & illis penitus deficientibus, nihil erit vnde viuamus. Si tñ omnia vaſa, aut veſtes pereant, alia poſſunt nouiter fieri, & dato, ꝙ nulla vlterius vaſa, aut veſtes fieri poſſent, magis directè poſſet pertinere ad conſeruationem humanā ſemen, quod in terram iacitur, quàm oia alia, ideo fuit ſpecialis regula hic. Et cum dr̄ hic de ſementibus, non eſt intelligendū de eis quæ iam naſcuntur in agro, ſed de granis antequā iaciantur in terram: nam poſtquam naſci incipiunt, non vocantur ſemina, ſed ſegetes, & quicquid ſuper illas venerit, non polluūtur. *Si aūt quiſpiam aqua ſementem perfuderit*. Hic ponitur alia regula de ſeminib. polluendis; & dicebatur ſupra, ꝙ nō poterant pollui: hic aūt ponitur quō poſſint pollui, & hoc eſt, cum aliquis effuderit aquam ſuper ſemina, & continuo

Quare ſemina non polluantur ſi ... perfuſa aqua, &c.

A fuerint contacta à morticinis. Superior regula q̄ dicebat, nō pollui ſemina, cū caderent ſuper illa morticina, intelligitur qñ ſemina erant ſicca, hic aūt dicitur, qñ erant pfuſa aqua. Cauſa aūt diuerſitatis eſt, quia in reb. aridis nō pñt fieri magnæ impreſſiones, cū ipſum durū, & ſiccū repugnet imprimenti, res aūt humidæ ſunt receptiuæ magnarum impreſſionum, cum faciliter quælibet res poſſit penetrare partes illarū. Iuſtè igitur in his debuit eſſe immunditia, & non in ſeminib. aridis. De his aūt ſeminibus dicendum eſt, ꝙ cum fierent immunda, non poterant iam ſeminari, nec redire vllo modo in actus humanos, ſed dabantur aīalibus comedenda, & hoc, quia non videbatur aliquis modus, per quē iſta mundarentur, potiſſimè, cū in littera ſolum dicatur, ꝙ erant immunda, & nō datur aliquis modus per quem debeant emundari. In aliis nam- B que, quando aliquid immundum erat, dicebatur de illo, ꝙ eſſet immundum vſque ad veſperum, & ꝙ fieret in eo aliqua lotio, hic autem nihil dicitur, ſed ſimpliciter profertur, quòd ſemina iſta immunda erant. *Si autem quiſpiam aqua ſementem perfuderit*. Non ſolum eſt intelligendū, ꝙ aliquis perfudiſſet ſemen aqua, ſed etiā ſi pluuiali aqua madefactū eſſet, aut aliàs per accidēs, & poſtea morticinis tactū fuerit. ſ. poſtquā fuerit perfuſum aqua manēte humiditate in ſemine, & poſt hoc bene deſiccatū, & deinde à morticinis tāgatur, nō cauſatur immūditia, quia cauſa huiuſmodi immūditiæ erat humiditas. Cū hic dr̄, ſi fuerit tactū ſemen à morticinis, non eſt intelligendum de quibuſlibet morticinis, ſed ſolum de illis, de quibus ſupra dictū eſt: nam ſi cadauera animaliū licitorū ad eſum tetigiſſent ipſum ſemen, nō reddebatur propter hoc immun- C dū, quod verum eſt, niſi iſta animalia per ſe morerentur, quia tūc ſiue licita eſſent ad eſum, ſiue illicita, ſemper erat immundum, quodcunque ab illis tactum fuiſſet, vt infra patet. *Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere*. Hic ponitur regula de morticinis animalium licitorū ad eſum, & dr̄ ꝙ ſi de illis animalibus, quæ ad eſum munda ſunt, contingat aliquod per ſe mori, nullus de illo quicquā comedere debet, nec etiam tāgere: nā hoc vniuerſale eſt, ꝙ qñcunque animalia per ſe moriūtur, immūda ſunt; quia tunc pereunt pp aliquam labē contaminantem illa, eodē modo ſi animal, quod ad eſum licitū eſt, ab aliqua beſtia capiatur, & occidatur, immundū eſt: non comedetur, nec tangetur. Quod non comedatur, hr̄ Exod. 21. c. & 22. de bobus, qui ſeipſos occidūt etiā ſi à beſtiis aliis occidantur, quia ibi dicitur, viri ſancti eritis mihi, carnē quæ à D beſtiis fuerit prægustata, nō comedetis, ſed proiicietis canibus, ꝙ autem non liceat tāgere iſtas carnes, habetur ſupra, 5. c. cū dicitur: Anima quæ tetigerit aliquid immundū, ſiue quod occiſum à beſtia eſt, aut per ſe mortuū, &c. iſta aūt animalia quæ ad eſum licita erāt, ſi ab hominibus occiderētur, erāt mūda, & licebat ea comedere ac tāgere. *Qui cadauer eius tetigerit, immundus erit*. In hoc æquiparatur cadauer animalis liciti ad comedēdū, cadaueribꝰ animaliū immūdorū, quia nullū tāgere licebat; & qui tetigiſſet, debebat purgari aquis luſtrationis, & erat immundus vſque ad occaſum Solis, ſicut in ceteris immunditiis. *Et qui comederit ex eo quippiā*. Hic ponitur de maiori immunditia cōtracta in cadaueribus animaliū licitorū ad eſum, ſ. ſi quis comederet de illis, vel portaret illa ſuper ſe: nā debebat iſta faciēs, lauare veſtimēta ſua, & ipſe aſpergeba- E tur aquis luſtrationis. *Lauabit veſtimenta ſua*. Iſte qui comedebat res immūdas, lauabat veſtes ſuas; nō quidē eo ꝙ aliqua immunditia cauſata fuiſſet in veſtibus comedēdo; ſed ad ſignificādū eſſe magnā immūditiā hāc excedētem alias immūditias, quæ cauſantur in ſimplici tactu. Cū aūt aliquis portaret ſuper ſe iſta cadauera, ſatis manifeſta cauſa erat, quare deberet lauare veſtes ſuas, cū ibi cōtraheretur aliqua vera, & realis immūditia, quæ erat abſtergēda lotione reali aquarū viuentium. Et cū hic dr̄ de lotione veſtiū, nō eſt intelligendū de ſola aſperſione aquarū luſtrationis ſuper veſtes, ſed de ablutis in aquis viuētibus: ſic. n. ſupra declaratū eſt, ꝙ qñdocumque in hoc c. dr̄, de lotione veſtimentorum, debet intelligi de lotione in aquis viuentibus; fiebant tñ duæ expiationes, vna per aquas puras viuētes, vt ſupra declaratū eſt: alia autem per aquā luſtrationis ex cauſis ſupra poſitis. Fiebat tamen primo ablutio

Regula de morticinis animaliū licitorū ad eſum, & immūditia eorum.

in aquis puris, deinde aſpergebatur aqua luſtrationis.

Sciendum, ꝗ qñ dicitur de eo qui comedit carnes morticinorũ animaliũ, non eſt intelligendũ ſi illas voluntariè comediſſet: nam tunc fortè pœna mortis imponi debuiſſet: quia anima quæ per ſuperbiam aliquid peccat de cæremoniis legis, nõ recipit expiationem, ſed peribit de populo ſuo, vt hr̃ Num. 15. c. ſed intelligitur de eo qui comedit iſtas carnes neſciẽs: & poſtea intellexit, ꝗ fuiſſent carnes aliquorum animalium morticinorũ. Item, de eo qui portauit ſuper ſe huiuſmodi cadauera, intelligendum eſt quòd portauerit ea propter aliquam neceſſitatem: nam ſi volũtariè hoc feciſſet, nullo modo ad hoc adductus propter aliquã neceſſitatẽ, videretur delinquere grauiter: & G tũc magis peccabat quam ꝗ eſſet immundus. Aliquæ tamen immunditiæ erant, quæ ſine peccato accidebant, & plurimæ in quibus neceſſitas erat, vt aliquo modo immundus fieret, alioquin peccaret grauiter: ſicut patet de immunditiis; quæ cauſantur in faciendo exequias mortuorum, & in tangendo cadauera, & plangendo: nam in quocũque horum immũditia erat, vt habetur Num. 19. c. tamen tenebantur filij facere exequias parentum, alioquin peccabant agentes contra naturalem pietatem, & debitum: & non ſolum in parentibus, ſed etiam quãtum ad omnes alios laudabile erat mortuos ſepelire. Sic enim laudatur Tobias, quod inſtaret diligenter ad cadauera ſepeliendum, vt habetur Tob. 1. cap. Hæc autem immunditia quæ erat in comedendo carnes morticinas, non ſolum erat immunditia; vel quædam corpotalis irregularitas; ſed etiam erat peccatum: ideo plus oportebat ibi eſ- H ſe quam ſimplicem emundationem. *Omne quod reptat ſuper terram.* Hic ponitur regula de reptilibus: & vniuerſaliter dicitur, ꝗ nullum reptile ſit mundum ad eſum vel tactum, & magis eſt in reptilibus quam in omnibus aliis ſpeciebus animalium aut in generibus ſaltem, quamuis aliqua animalia immunda ſint, alia tamen munda ſunt, ſicut aliqua in volatilibus munda, & aliqua immunda. Idem de greſſilibus, idẽ de aquatilibus; in reptilibus autem nullum mundum eſt, & cauſa eſt: quia omnia reptilia aliquo modo ſunt venenoſa: ideo ab illis fugiendum eſt in cibo, & tactu, non ſolum quia à Deo iuſſum eſt, ſed propter naturã, maximè autem quia omnia reptilia ventrem portãt ſuper terrã, & fere totũ corpus, in quo neceſſe eſt, vt malæ cõplexionis ſint propterea ꝗ habeant I perpetuã coniunctionem ad fumoſitates terræ indigeſtas: & propter hoc cõmuniter reptilia aliquid fetoris habẽt, præcipuè, cũ eorũ viſcera aperiuntur. Dicit hic de reptantibus ſuper terrã ad differentiã eorũ quæ in aqua reptant. Omnes nãque piſces ex figura ſua reptiles ſunt, cũ pedes non habeant: tñ ſuper aquas reptant; ideo non ſunt piſces immundi hac lege: quod fortè eſſet, ſi ſolum diceretur omne reptile, vel omne quod reptat, immundum eſt. *Abominabile erit*, ſcilicet, ꝗ debetis fugere totaliter iſta reptilia tanquam aliquid valde horridum, quod abominatur viſcera veſtra. *Nec aſſumetur in cibum.* Hoc generale erat in omnibus immũdis, ꝗ nihil eorũ comederetur. Idẽ erat de tactu, ſ. ꝗ non licet ea tangi poſtquam morerentur: ideo iſta regula cõuertitur, ſi aliquid eſt, quod nõ liceat comedi, nec licet tangi poſtꝗ̃ mortuũ eſt: & ſi aliquid eſt, quod non oportet tãgi, etiã nõ licet illud comedi: ſo- K lũ fallit hoc in animalibus mundis, qñ per ſe moriuntur: nã cum viuerent licebat ea comedere, cum vero mortua ſunt, nec tãgi nec mãducari licet. Eſt aũt aliquid maius in reptilibus quantum ad tactum, ꝗ̃ in omnibus aliis: quia alia vetantur tangi poſtquã mortua ſunt, cum aũt viuunt tactus eorum licitus eſt; reptilia aũt nec poſt mortem, nec dum viuunt tãgere licet, ſicut ſupra probatũ eſt. *Quicquid ſuper pectus graditur.* Hic ponũtur aliæ regulæ de immunditiis animaliũ. Et prima ꝗ aliquid quadrupes eſt, quod ſiue ſuper pectus moueatur, immundũ eſt: hoc pertinet ad quoſdã ſerpentes, qui cũ quattuor pedes habeãt, ſuper pectora motũ principalẽ habẽt: & hoc eſt quod ſupra dicebatur, ꝗ omne animal qđ ambulat ſuper manus, & eſt quadrupes, immũdũ eſt. Etiam ſunt alia animalia, quæ cũ habeant quattuor pedes anteriores, tñ breues ſunt, ideo in motu neceſſe eſt, vt innitantur ſupra pectora: ſi aũt anteriores pedes eſſent longi, non

Quedã immũditia quas ſi non incurreret, peccabãt.

De immũditijs reptiliũ.

Et aliarum animalium.

F tangerent terram in motu pectora eorum: & hoc ad ſerpentes maxime pertinet. *Et multos habet pedes.* Iſta eſt alia regula de his quæ tractanda ſunt. Et dr̃, ꝗ omnia animalia quæ habẽt multos pedes, ſunt immunda, ſicut vermes qui in toto corpore pedes habent: de his non oportet reddere cauſam quare immundi ſint, quia cum cauſentur ex putrefactione terræ, neceſſarium eſt illos eſſe fetidos, & venenoſos, atque peſtiferi nutrimẽti: vnde nec comedere illos, nec tangere liceat. De his igitur dicendũ eſt ſicut de reptilibus, ſ. ꝗ nõ licet tangere illos viuẽtes, nec mortuos: nã verè iſti vermes inter reptilia ſunt annumerandi, cum per terram eorum corpora reptent. *Siue per humum trahitur.* Iſta eſt alia regula de aĩalibus immundis, ſ. ꝗ omne G animal quod trahitur per terram. i. ꝗ totum corpus ſuum mouet per terram, immũdum eſt: ſicut eſt de colubris, & de omnibus reptilibus, quę ſũt propriè reptilia: nã ea quę aliquos pedes habent, quamuis ſuper terrã reptẽt, nõ vocantur propriè reptilia: illa aũt quæ nullũ oĩno pedẽ hñt, ſed ſuper pectora gradiuntur, reptilia ſunt propriiſſimè; hmõi. n. colubri ſunt, qui pedes nullos hñt, ſed viribus coſtarũ dilatando, & conſtringẽdo mouentur: ſicut ẽt Sanguiſugæ, & Lumbrices ſunt: qm̃ pedes non hñt, ſed incuſſo ore & cauda in terrã mouentur. Cum aũt dr̃ hic ꝗ trahatur animal per totam terram, nõ ſignificat ſimpliciter moueri, quia hõ p terrã mouetur, ſed per terrã nõ trahitur: idẽ de equis & aſinis. Sed dicuntur illa per terrã trahi: quorũ corpora mouẽtur totaliter poſita ſuper terrã, ſicut eſt in colubris, quorũ totum corpus ſuper terrã iacet: H hoĩes aũt cum ſuper terrã mouentur, ſolũ hñt ſuper terrã extremitates duarũ plantarũ pedũ; ideo per terrã nõ trahuntur. Aliqua ẽt aĩalia quadrupedia per terrã trahũtur, qm̃ pedes eorũ anteriores & poſteriores breues ſunt, non potentes extollere corpora illorũ à terra: ſicut eſt in Stellionibus & Lacertis: iſta. n. quattuor pedes habẽt, ſed totũ eorũ corpus per terrã trahitur. *Non comederis, quia abominabile eſt.* ſ. de nulla ſpecie iſtorũ animaliũ ſupra dictorũ comedetis, quia execrabilia ſũt valde, nec tãgetis illa:

Quæ propriè ſint reptilia.

Quæ per humum trahuntur.

Nolite contaminare animas veſtras, nec tangatis quicquã eorum, ne immundi ſitis. Ego enim, ſum Dominus Deus veſter: Sãcti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Ne polluatis animas veſtras in omni reptili quod mouetur ſuper terram. Ego enim ſũ Dominus, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt eſſem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum. Iſta eſt lex animan- I *tium ac volucrum, & omnis animæ viuentis, quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, vt differentias noueritis mũdi, & immundi & ſciatis quid comedere & quid reſpuere debeatis.*

Sãcti eſ ſe d[…] mus: qu[…] D: nis S[…] ctus e[…] Inf 19. 1. Pet. 1.

Nolite cõtaminare animas veſtras. Supra poſuerat doctrinam mundi & immundi, quaſi per modum magiſtri erudientis. In iſta parte ponit regulam prohibitiuam per modum legiſlatoris iubentis aut prohibentis, & dicitur. *Nolite contaminare animas veſtras.* i. non cõtaminetis vos. Anima. n. ſicut hic accipitur, homo eſt. ſic patet 2. 4. & 5. c. cum dicitur: Anima cum obtulerit: vel anima cum peccauerit. tunc nihil aliud eſt, ꝗ homo contaminet animam ſuam, ꝗ̃ ꝗ ſeipſum contaminet. Contaminabatur aũt homo per iſta: quia cũ aliquid horũ tetigiſſet, immũdus erat vſque ad veſperam, ſ. vſque ad ſequentẽ Solis occaſum: & K non poterat toto iſto tẽpore accedere ad res ſacras offerendo, nec comedendo de ſacrificiis, ſi ei aliquis daret.

Si aliquis incurreret immunditiã tẽpore manducationis Phaſe, non poterat illud comedere: & de Iudæis qui non introierunt in Prætorium. *Quæſt. XVIII.*

ITem nõ poterat talis immũdus manducare Paſcha, ſi accidiſſet iſta immunditia eo tẽpore, vt patet Num. 9. c. de illis qui non potuerunt comedere Paſcha cum toto populo Iſrael, tẽpore quo Deus iuſſit comedi illud; & hoc, quia immundi erãt, cũ tetigiſſent cadauer humanũ: ſed præceptũ eſt ꝗ in ſequenti menſe 14. die menſis facerent Phaſe. Et non ſolũ iſtæ immunditiæ per contactũ faciebant hoĩem ad manducandũ Paſcha inhabilẽ: ſed ẽt quæcunq; alia immũditia, ſicut patet de Iudæis accuſantibus Chriſtum corã Pilato, qui noluerũt introire in locũ vbi iudicabant Pilatus, & Cayphas, ne cõtaminarẽtur, & redderẽtur immũdi ad comedendũ Paſcha. ſicut habetur Ioan.

Ioan.18.cap.cum dr̃: Adducũt ergo Ieſum ad Caypham
in Prætorium,erat autem mane:& ipſi non introierunt in
Prætorium, vt non contaminarentur, ſed manducarent
Paſcha.Sed an verè per hoc efficerentur inmundi,ibi di-
cetur. Aliæ etiã immunditiæ & inhabilitates ſimiles cau-
ſabantur in homine per iſtos contactus. Poteſt alio modo
intelligi,ne polluatis animas veſtras.i.non polluatis cor-
pora veſtra. Aliqñ.n.in Sacra Scriptura ipſum corpus ani-
ma dr̃,ſicut hr̃ Num.9.c.cũ dr̃: Ecce quidam immũdi ſu-
per animã hominis: & poſtea ſubiungitur, immundi ſu-
mus ſuper animã hominis. Non poteſt ibi accipi anima,
pro ipſa anima, quia nullus immũdus eſt tangendo ani-
mã:cũ anima non ſit tangibilis.Etiam nõ põt intelligi de
homine,quia dr̃ ſuper animam hominis; & ſi illa anima
erat aliquid hominis,& non ipſe homo, ergo erat corpus
eius.& iſtũ modum loquendi habet etiam Deus in eod.c.
cũ dicitur:Homo qui fuerit immundus ſuper animã,&c.
Alio modo poteſt accipi hic pro ipſa anima.ſ.nolite con-
taminare animas veſtras. i.nolite tãgere iſtas res immun-
das, quia per hæc cõtaminantur animæ veſtræ; patet aũt
de vtraque quomodo fiat contaminatio: nam accipiendo
animas hic pro corporibus, verum eſt ꝙ corpora cõtami-
nantur,quia iſtæ contaminationes fiũt per tactum, tactus
autem ad corpus pertinet: immo iſtæ immunditiæ ſi ſe-
cundum ſeipſas ſolum accipiantur, non ſunt immunditiæ
animæ, ſed corporis,quia multoties fiunt ſine aliquo pec-
cato:ideo vt plurimum qui ſic contaminabantur, nõ pec-
cabant, ſed in quibuſdam merebantur, vt ſupra declara-
De q. 17. tum fuit. Patet hoc magis: quia expiatio fit in eo in quo
eſt immunditia,ſed iſtarum immunditiarum expiationes
fiebant in corporibus,cum lauarentur veſtimẽta,& aſper-
gerentur homines,& veſtes aqua luſtrationis,ergo in cor-
pore erant iſtæ immunditiæ. Cum autem dicimus, ꝙ in
iſtis contactibus polluebantur animæ accipiendo pro ip-
ſis ſpiritibus,ſatis etiam ſtare poteſt:nam immũditia ani-
mæ fit per ſolum peccatum, ſed interdum per iſtas im-
munditias homo contrahit peccatum. ergo contaminan-
tur animæ;patet hoc:nam poſtquam lex poſita eſt de non
tangẽdo iſtas res,ſi aliquis tetigerit illas, erit immundus,
& agit contra Deum, quia præceptum eius peruertit, in
quo animæ contaminatio eſt. Sciendum ꝙ contaminare
quod hic ponitur,pollutionẽ ſignat, ſed propriè ſolum ſi-
gnat illam pollutionem quæ per contactum contrahitur:
nã contaminare à contactu dicitur:& quia oẽs immũditię
de quibus hic agitur,contrahebantur per contactum, re-
ctè vocãtur contaminationes:nulla namque in Veteri Te-
ſtamento immunditia ponitur præter immũditiã quæ eſt
in tactu. Et ſi obiicias de eo quod habetur Ioan.18.c. de il
lis,qui noluerunt intrare in Prætorium ne contaminaren-
tur, ibi tñ non erat contactus alicuius rei immundæ: & ſi
intrauiſſent,fuiſſent cõtaminati,ergo ſine cõtactu contra-
hebatur immunditia in Veteri Teſtamento. Rñdẽdũ eſt,
ꝙ nos nõ loquimur hic de illis immunditiis, quæ ſunt ab
intrinſeco,ſicut in leproſis,& fluentibus ſemine: nã in his
ſine vllo contactu vera immunditia cauſabatur,ſed de il-
lis qui habent immunditiam ab extrinſeco. Et de illis di-
cendum eſt,ꝙ nullus immundus accipi põt niſi per con-
tactum. Et qñ obiicis de eo quod hr̃ Ioan.18.c.de his qui
non intrauerũt Prætoriũ. Rñdendũ eſt,ꝙ hic cauſabatur
immunditia per cõtactũ. Intrare.n.in Prætoriũ erat con-
tingere ipſum Prætorium; & ſic erat contactus quidam.
Si aũt dicas ꝙ Prætoriũ non erat res immunda; ideo per
contactũ illius nemo pollui debebat. Reſpõdendum eſt,
ꝙ quamuis Prętorium nõ ſit ſimpliciter locus immũdus,
eſt tñ immũdus locus ſecundũ tempus. ſ. pro die feſto.i.ſi
illo tpe intrarent,immundi erãt: quia rem immundã tan-
gebat,& ſic manet ꝙ omnis cõtaminatio quæcũque erat,
in Veteri Teſtamẽto fiebat per cõtactũ. *Nec tangatis quic-
quam eorum*. Ad omnia ſuperiora refertur,de quibus di-
ctũ fuerat ſupra, ꝙ erãt immunda: nã nullũ eorũ licitum
erat tãgere.hic autem vetat Deus ne cõtingantur iſta,quæ
immunda ſunt; & nõ dicit aliquid de cibo,an debeãt co-
medi: ſed manifeſtum eſt,ꝙ iſta magis immũda ſunt ſm
guſtũ quã ſm tactum:ideo de vetãdo ea ſecundum tactũ,
non oportebat ponere præceptum; quia ſatis intelligeba-
tur malum eſſe illa comedere,cum tãgere nõ liceret: ma-

[C]ontaminationes ... contrahebantur per contactum. (margin note, partly cut off)

Quomodo Iudæi intrãtes Prætoriũ cõtaminabantur.

A xime quia illud præceptum includitur in iſto;nemo enim
quicquã comedere põt,niſi illud tangat:qm̃ guſtus quidã
tactus eſt.iuxta Ariſt.3.de Anima. Ideo poſito præcepto
de nõ tangẽdo,nõ oportuiſſet aliquo modo ponere præ-
ceptũ de nõ comedendo,ſupra tñ aliqñ illud ponitur: &
hoc quia gens Hebræorum fortè non reſpiceret ad vires
vocabuli;& intelligeret ſibi eſſe licitum aliquid ad come-
dendum,q̃ q̃ non eſſet licitum ad tactum. Et dicẽdum eſt,
ꝙ cum aliquis comederet aliquid de iſtis animalibus ve-
titis (niſi forte illud ageret ignorans quid eſſet) magnum
peccatum erat: & ſic Iudæi reputabant. vnde illi Iudæi
qui erant veri zelatores Legis, potius elegiſſent mori, q̃
comedere de animalibus prohibitis:ſicut patet in Macha-
bæis, qui ſe expoſuerunt morti,vt non comederẽt carnem
ſuillam, vt hr̃ 1. Machab.1.c.& ſic de omnibus aliis ani-
B malibus immũdis. Patet etiam de vna matre cum 7.filiis
qui vocabantur Machabæi,quos omnes ſigillatim Antio-
chus Rex variis cruciatib. cędi fecit, & ad vltimum hor-
renda morte peremit;nullus tñ ad hoc adigi potuit,vt co-
mederet carnem ſuillam. Si igitur aliquis inter Iudæos
ſcienter comediſſet de carnibus vetitis, multum peccaſ-
ſet,& maiori pœna plectendus fuiſſet, quia fortè occiſus
fuiſſet.De ſeptem fratribus Machabæis,& matre eorum,
hr̃ 2.Machab.7.c.Iſta tñ purgatio qua ſupra datur,in eo
qui comederet carnes immundas.ſ.ꝙ lauare debeat veſti-
menta ſua,non eſt intelligenda cu aliquis ſpontè,& ſciẽs
iſta comediſſet:quia tunc aliã lõge maiorem meritus pę-
nam fuiſſet: ſed cum neſciens comediſſet. *Ne immundi
ſitis*. i. cauete omnia iſta,ne efficiamini immundi in con-
tactu eorum. *Ego ſum Dominus Deus veſter*. Hic dat Deus
C cauſam omnium ſupra dictorum. ſ. Ego ſum Dñs Deus
veſter.i.ego poſſum vobis imperare iſta,quia vos eſtis ſer-
ui mei: & ego ſum Dñs veſter. Põt accipi hic Dñs Deus
veſter, large.ſ.ꝙ non referatur per aliquẽ ſpecialẽ reſpe-
ctũ ad gentẽ Iudaicã magis q̃ ad aliã gẽtem; ſed dicatur
hic Dñs Deus Hebræorũ,eo modo, quo dr̃ eſſe Deus vel
Dñs totius mundi. Nã etiãſi nõ ſit aliqua habitudo ſpe-
cialis inter Deum,& creaturã,tñ ex ſola generali habitu-
dine qua Deus eſt,& Dñs eſt omnium,tenentur oẽs crea-
turæ rationales obedire ei.Et hoc modo imperabat Deus
Pharaoni; vt permitteret exire populum Iſrael de terra
ſua,imperãs tãquã Deus,vt hr̃ Exo.5.c.cum dr̃:Hæc dicit
Dñs Deus Iſrael; dimitte populum meũ, vt ſacrificet mi-
hi.Pharao dixit ſe non cognoſcere aliquẽ Dñm vniuerſa-
lẽ,cum reſpõdit ibi: quis eſt Dñs,vt audiam vocem eius,
D & dimittã Iſrael? neſcio Dñm,& Iſrael non dimittã. Vn-
de quãuis nõ obligetur homo naturaliter Deo ad ſpecia-
les cęremonias cultus, tamen ſi Deus ei ſpecialiter ali-
quid mandat,quodcunque illud ſit,etiam ſi mori iubeat,
faciendum eſt, & hoc modo imponebatur neceſſitas ob-
ſequendi Iudæi,cum eis imperaret Deus iſta facere,quia
ipſe eſt Dominus vniuerſalis. Alio modo accipi poteſt, ꝙ
hic dicatur Deus Dominus Hebræorum ſpecialiter, ſe-
cundum ꝙ faciebat eis aliqua bona, quæ non fecit aliis
gentibus, ſ.quòd eduxit eos de Aegypto, & alia multa
quæ notiſſima ſunt. Ideo frequenter in Sacra Scriptura
cum Deus dixerit,ꝙ ipſe eſt Dominus Deus Hebræorum:
ſubiungitur quomodo eos de Aegypto eduxit, vt patet
Exo.29.cap.cum dicitur:Eroq. eorum Deus;& ſcies,quia
ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Aegy-
E pti, vt manerem inter illos: & eſſem Dominus Deus eo-
rum. *Sancti eſtote,quia ego ſanctus ſum*. Iubet Deus Iudæis,
vt ſint purificati ab omnibus immunditiis:quia ipſe Deus
cuius populus ipſi ſunt, mundus eſt ab omni macula; &
eſt ſenſus:Ego ſum Dominus Deus veſter,& ideo debetis
mihi ſeruire: & ſi ego eſſem immundus, diligens impu-
ritates, vos deberetis eſſe immundi vt mihi placeretis:
ſed quia ego mundus ſum, & Deus veſter, debetis vos
munditiam diligere.

Iudæi zelatores legis,potius eligerent mori, q̃ comedere de animalibus vetitis.

Deo tenemur obedire etiã ſi mãdet mori.

De Priapo Deo Gentilium,& Dea Berecinthia. Quæſt. XIX.

DICIT hoc Deus, quia aliqui Dij erant apud Gen-
tiles qui erant immundi, ſicut Deus Priapus: ideo
iubebantur illi fieri ſacrificia multum turpia; de quo
dictum eſt Exod.20.c.in fine & magis dicetur 3.Reg.15.

Omnes quoq; demones, qui à Gētilibus colebantur, erāt Dij immundi: ſic.n. vocat eos Chriſtus in Euangelio ſpiritus immundos, vt patet in multis locis; ideo, iſti non ſolum delectabantur turpibus ſacrificiis, & aliis ritibus, ſed etiam expoſcebant ſibi illa, & volebant ſe vocari adulteros, & inceſtos, atque alia crimina de eis prædicari, q̄m in his turpitudinibus valde gaudebant. Quis etiam referat turpitudines quæ fiebant in ſacrificiis Matris Deorū, quę vocatur Bona Dea, ſiue Berecinthia? in quibus ſe homines caſtrabant, & tanquam ſtulti clamabant, veras furias imitantes, immò, verè furioſi effecti, ipſam quoque effigiem turpiter dehoneſtabāt, in faciem eius turpes ſonitus per inferiores partes mittentes, quod ad magnum honorem ipſi Deæ erat: de quo Iuuenalis in Satyra 6. ait.

Effigiemq; Deæ longis ſymphonibus implent.

Tot namque turpitudines ſunt, vt dicere pudeat. De his Aug. 2. de Ciuit. Dei. Quis etiā turpitudines in ſacrificiis Deæ Floræ enarret? in quibus virgines poſitis veſtibus ignominioſiſſimè iocabantur? quis etiam de æditiuo Herculis cum ipſo Hercule Deo ludente ad teſſeras, quis alteri cenam & ſcortum daret, referre velit? turpiſſima sūt. De his latè Aug. 6. & 7. de Ciuitate Dei, Deus autem Hebræorum mundiſſimus eſt, ideo volebat, vt populus ſuus ab omni immunditia liber eſſet. Accipitur autem hic ſanctus, id eſt, incontaminatus, vel ſine terrenis fecibus. Sic enim patet in nomine Greco, in quo hagios pro ſācto dicitur; hagios autem dicitur ab a, quod eſt ſine, & ge quod eſt terra: quia ſine inquinamento terreno eſt. Aliis modis accipitur ſanctum in Sacra Scriptura, de quibus nihil ad præſens. *Nec polluatis animas veſtras.* Repetitio ſuperioris eſt, ad magis imprimendum, quod vſitatum eſt in Sacra Scriptura; & poteſt hic accipi anima ꝓ ipſo homine qui polluitur, vel pro corpore per ſe, vel pro anima per ſe: quodlibet enim horū per ſe pollui poteſt ſicut ſupra declaratum eſt. *In omni reptili quod mouetur ſuper terram*, i. non polluatis animas veſtras tangendo reptilia quæ ſuper terram mouentur. Non ſolum vetitum eſt reptilia tangi, nec in eis ſolis contaminatio inducitur, ſed etiam in aliis animalibus de quibus prohibitum eſt ſupra: dixit tñ ſpecialiter de reptili: quia iſta magis immunda ſunt quā oīa alia, potiſſimè cum alia ſint immunda poſtquam mortua ſunt, reptilia ēt dum viuunt ſunt immunda. Vocatur aūt hic reptile illud, quod corpus ſuum ſuper terrā reptando trahit, ſiue pedibus careat, ſicut coluber; ſiue quadrupes ſit, ſicut Stellio & Lacerta; ſiue multos pedes habeat, ſicut Vermes de putrefactione terræ geniti. *Ego ſum Deus, qui eduxi vos de terra Aegypti.* Datur hic cauſa, quare Deꝰ potuerit iſta præcipere: & dr̄, ꝙ hoc erat, quia ipſe erat Deus Iudæorum: & poteſt hæc eſſe repetitio ſuperiorum: quia ſupra dictū fuit, ego ſum Dñs Deus veſter. Nec pōt accipi alio modo, ꝙ non fiat hic aliqua repetitio, ſed addatur ſemper noua ſentētia. & eſt ſenſus, ꝙ Deus vult ponere hic cauſam, propter quā ipſe mādare poterat Iſrael iſta quæ dicta ſunt. & hoc erat, quia Dñs eorū ipſe eſt; & quia dñium cōpetit ſibi dupliciter; ideo ex duplici capite iſta iubere poteſt: erat.n. Deus Dñs gn̄aliter omnium rerū creatarum; & quantum ad hoc, omnia ſibi obedire debēt, & ipſe poteſt quodcunque ſibi placuerit iubere. Erat etiā Deus Dñs Iſraelitarum ſpeciali modo, quia aſſumpſit eos ſibi in populum ſpecialē, & benefaciebat eis magis quam aliis populis: & etiam ex hoc iubere poterat eis aliquid, & tenebātur obedire. Iſte autem duplex modus dominij per quod Deus poterat Iſraelitis iubere quod volebat, deſignatur hic: dñium enim vniuerſale aſſignatum fuit hic, & patet: quia ſolū ſupra dicebatur. Ego ſum Dñs Deꝰ veſter, in quo nihil exprimitur de ſpeciali dominio: ſed ſolū vniuerſaliter profertur. & q̄q̄ dicatur hic Deus veſter: nō innuitur aliqua ſpecialitas: quia ꝑ Dominiū generale dr̄ Deus Dominus cuiuſlibet creaturæ: & cum loquatur ad quē populū dicat: Ego ſum Dominus Deus veſter; dominiū autem ſpeciale aſſignatur hic: Ego ſum Dñs qui eduxi vos de terra Aegypti, vt eſſem vobis in Deū. Iſta enim magna ſpecialitas eſt. ſ. quòd Deus efficiatur nouiter Deꝰ alicuius, cuius ante Deus erat. *Qui eduxi vos de terra Aegypti.* Hoc exprimit Deus ad notādū ꝙ Iſraelitæ ſunt, ſpecialiter populus eius, quia iſtud ſpeciale beneficium eſt.

Sanctum quid ſignet.

Reptile quid ſit.

F *Quare magis exprimit Sacra Scriptura eductionem Iſraelitarum de Aegypto, quam alia beneficia. Quaſt. XX.*

SED quæret aliquis, cū efficiatur populus aliquis ſpecialis populus Dei per quælibet beneficia ſpecialia, quare magis exprimit Sacra Scriptura eductionē Iſraelitarum de Ægypto, quā aliqua alia beneficia, cum multa alia magna ſint, vt tranſitus per mare rubrum, & directio continua in columna nubis, & quia eis daret Manna ad veſcendum. Reſpondendū eſt, quod hoc fit propter tria; Primò, quia quanquam alia bona Deus feciſſet Iſraelitis, tamen iſtud fuit primum inter illa, non quidem referēdo ad beneficia quæ fecit Abrahæ, Iſaac, & Iacob, quia tunc erant iſtæ perſonæ ſingulares, & non erat populus: ideo beneficia facta illis, non dicuntur propriè facta populo Iſrael. G Cōputando aūt beneficia facta Iſraelitis cum iam eſſent populus, primum beneficium fuit eductio de Ægypto, cum quo computantur omnes illationes plagarum ſuper Ægyptios, propter Iſraelitas; quia ergo iſtud beneficium primum fuit, de eo magis mētio fieri debuit. Alia cauſa, quia inter omnia beneficia; quæ Iſraelitis fuerunt collata, nullum maius fuit, quàm educere illos de Ægypto: quod patet: quia homini qui eſt ſeruus, nullum bonum ineſt, cum non viuat ſibi, ſed dño, & non ſit ſuus, ſed alterius. Deus autem liberauit Iſraelitas de ſeruitute, educendo eos, de Aegypto; ergo nullum maius bonū Iſraelitis fieri potuit; & non ſolū eduxit Dñs Iſraelitas de ſeruitute, ſed ēt de maxima ſeruitute, quia premebantur ſupra modum in luto, latere, & palea, vt hr̄ Exodi 5.c. & ideo iſta ſeruitus vocabatur fornax ferrea, quæ magnam H coactionem ſignat. de quo hr̄ Deuter. 4.c. cum dr̄: Vos aūt tulit Dñs, & eduxit de fornace ferrea Aegypti. Vocabatur ēt iſta ſeruitus ergaſtulū, ex eadem cauſa, quod ſignat locū laborioſum, vt hr̄ Exo. 6. cap. cum dr̄: & ſcietis ꝙ ego ſum Dñs Deus veſter, qui eduxerim vos de ergaſtulo Aegyptiorū. Maximum ergò bonum fuit à tāta eos oppreſſione eripere; ergo debuit principaliter iſtud bonū enarrari. Tertia cauſa & principalior eſt: quia quamuis per quemlibet ſpecialem actum, quem Deus habebat ad aliquem populum, facit eum ſpecialem populum ſuum: tñ iſte actus qui fuit educere Iſraelitas de Aegypto, fuit ſpecialiter ad faciendum ꝙ ipſi Iſralitæ eſſent populus Dei. Alij aūt actus, & poſteriora beneficia, non fuerunt ad faciendū Iſraelitas populū Dei, ſed magis impendebantur eis tanquā iam eſſent populus Dei. ideo de iſto beneficio I ſpecialiter dēt fieri mentio qñcunq; Deus vocatur Deus Iſraelitarum; & hunc ſenſum intendit littera iſta, cum dicit: Ego ſum Deus veſter, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt eſſem vobis in Deū. Eadem ſnīa hr̄ Deuteron. 4.c. cum dicitur: Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hæreditarium ſibi. *Vt eſſem vobis in Deum.* i. ideo eduxi vos de Aegypto, vt eſſem vobis tanquam Deus; vel vt haberetis me tanquam Deum. ſ. exhibendo mihi cultum, ſicut exhiberetis alicui quem crederetis eſſe Deum verum. *Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum.* i. eſtote mundi ab omnibus contaminationibus, ſicut ego mundus ſum, odio habens omnem immunditiam. Iſta eſt recapitulatio ſuperiorum: nam ſupra idem dictum eſt; ſed ſæpe repetitur ad cauſandum maiorem impreſſionem. *Iſta eſt lex animantium ac volucrum.* K Hic ponitur epilogus omnium ſupradictorū in hoc cap. de munditia & immunditia animalium ad cibum & tactum; & dicitur, ꝙ iſta eſt lex animātium, & volucrum. i. iſta eſt lex per quam cognoſcitur munditia & immunditia in animantibus & volucribus. Vocat hic animantia omnia quæcunque mouentur in terra, & non ſunt reptilia: Aues autem non vocat hic animantia, nec piſces, nec reptilia, ſed exprimit ea propriis nominibus, vt patet immediatè. *Et volucrum.* i. iſta regula de cognoſcenda munditia & immunditia volucrum. *Et omnis animæ viuentis quæ mouetur in aqua.* i. ēt iſta eſt regula de oīb. animalibus quæ viuunt, & mouentur in aqua ad cognoſcēdum munditiam & immunditiā eorum. Vocātur hic piſces animæ: quia omne quod viuit, anima dici poteſt: ſic.n. homo vocatur anima, vt habetur ſup. 2.4. & 5.c. *Et reptat in terra.* i. iſta ēt eſt lex ad cognoſcendum munditiam vel immunditiam

Epilogus animalium omnium quo ad munditiam & immunditiam in cibo & tactu.

ditiam

ditiam reptilium: & in his non eſt aliqua diſtinctio, quoniam omnia reptilia immunda ſunt. *Vt noueritis differentias mundi & immundi*, id eſt, iſtæ regulæ ſupra dictæ, datę ſunt vt cognoſcatis quid ſit mundum & immundum in animalibus: & quid comedi liceat vel proiici. *Vt ſciatis quid comedere & reſpuere debeatis*, id eſt, iſtæ regulæ datæ ſunt ad hoc, vt vos ſciatis quid de animalibus ſit comedendum: & quid abiiciendum; nec tamen ſolum intelligendum eſt, ꝙ hic habeatur ſermo de eo, quod licet comedere, vel non comedere: ſed etiam de eo, quod licet tangere, vel non tangere, principaliter tamen eſt ipſum comedere, ideo de eo dixit: Item, quia quamuis hic dicatur de munditia & immunditia in pecoribus ad tactũ & ad guſtum, tamen ea de quorum mũditia vel immunditia agitur, ſunt res pertinẽtes ad cibos. ſ. ipſa animalia: nã de nullius rei immunditia hic agitur niſi de illa quę eſt in animalibus, vel contrahitur ab eis per cõtactum. aliæ autem immunditiæ ſunt quæ fiunt ſine animalibus pertinẽtibus ad eſum, vt immunditia ex fluxu ſanguinis, & purgatione parientis, vt patet ſeq. cap. & immunditia ex lepra, vt habetur infra 13. & 14. cap. & immunditia ex viro ſpermatico, & de muliere menſtruata, de quibus habetur infra, 15. c. de contactu etiam mortuorum hominũ, & tentoriorum, & ſepulchrorum ſuorum: de quibus habetur Numeri 19. c. de multis quoque aliis immũditiis habetur diſperſim per iſtos libros Moyſi. In iſto cap. tamen ſolum datur regula de conditione mundorum & immũdorum, quæ conſiſtunt in animalibus, & de immunditia quæ inde contrahitur in aliis rebus; ideo dicitur: vt ſciatis quid comedere debeatis. i. vt ſciatis quid ſit mundum, vel immundum in animalibus, de quibus cibus veſter eſt.

De proprietatibus ſupradictorum animalium immundorum tam greſſiliũ quam volatiliũ ad eſum prohibitorum: & de natura & complexione cuiuſlibet illorum. Queſt. XXI.

IN ſuperioribus tactum fuit leuiter de quibuſdam animalibus tam greſſilibus quam volatilibus: ideò nunc de quibuſdam eorum proprietatibus agẽdum eſt. Et quia Primò dicebatur de Camelo, ab eo loquendi originẽ aſſumamus. Camelus igitur, vt ait Iſid. Etym. lib. 12. à Græco nomen accepit, ꝙ qñ oneratur ſe inclinet, & corã onerantibus accubans humiliatur. Græci enim Camelum breue vel humile dicunt. Vel dicitur camelus, à camur, quod eſt curuum, quia tpe quo ſuper ſe onera recipit, ſuper anteriores poplites incuruatur; Cameli itaq; animalia onerifera ſunt, & ad portandũ onera deputata: & inueniuntur in multis regionibus, ſed potiſſimè in Arabia. Et differũt Cameli Arabici à Camelis aliarũ regionum: nam Arabici duos habẽt in dorſo gibbos, ſed reliquarũ regionũ Cameli dorſum vnum gibboſum habent. Plin. lib. 13. & 19. Camelus, inquit, inter armenta paſcitur Oriẽtis: quorum duo ſunt genera ſ. Bæotiæ & Arabiæ, Arabici cameli bina in dorſo tubera, ſed Bæotici vnũ habent in dorſo tuberculũ, in quo onera portant: & aliud in pectore cui incũbãt. Cameli ſuperiori ordine dentium vt boues carent, & ruminant ſicut bos, vt dicit Iſidor. vngulam tñ non diuidũt: & veloces ſunt multum, vt dicit Plin. ideo valent in prœliis committendis, & in oneribus deferendis. vltra conſuetam diætam Camelus non procedit, nec plus cõſueto onere ad portãdum ſuſcipit: odium habet naturale Camelus cum equis. Cameli ſitim per triduum tolerant, & cum bibunt, aquam turbant, aliter potu nõ gaudent: viuunt quinquagenis annis, quidam etiam centenis: aliqñ ẽt rabiẽ incurrunt. De Camelo dicit Auicennas. Camelus Primò mouet pedem dextrum quam ſiniſtrum, ſicut Leo: & ſolus habet ſuper dorſum additamentum: & habet pedes ſciſſos, & in ſciſſura habet pellem ad modũ pedis anſerini, & illæ ſciſſuræ ſunt carnoſæ ſicut ſciſſuræ pedis vrſi, & ideo faciunt eis homines ſtulares, & abluunt eis pedes ne teneritudo pedum ſubtus lædatur: & aliquando in corde Cameli inuenit os, ſicut in corde cerui: & habet quattuor conos in duabus mamillis; ſicut vacca, & canicula ſe inclinat. & qñ appetit cum maſculo copulari, ſe inclinat, & vadit ſuper genua: & deſiderium eius eſt feruens tempore amoris, & tunc parum comedit: & ſemper appetit coire iuxta locum

Quidã de Camelo ſit. dignũ.

A in quo primo coiuit, vt dicit idem. Et etiam Ariſt. lib. 5. de animalibus ait de Camelis. Appropiatur Camelis ꝙ ſint ſolitarij in montibus tempore amoris, & nullus poteſt tũc eis appropinquare niſi paſtor. Virga autem Camelorum neruoſa eſt, valde dura: ideo fiunt ex ea chordæ arcuum. In eod. lib. ait Ariſt. Cameli habẽt tempus determinatum ad coitum & amorem: & femina trahit in vtero fetũ per 12. menſes: & non coit ante triennium. Item, dicit Ariſtot. lib. 8. de animalib. ſunt quædam genera Camelorum, qui caſtrantur, vt ſint ad fugam aptiores: hi ſunt velociores equis, & hoc accidit propter amplitudinem paſſus. Itẽ de Camelo dicit Ariſtot. in d. 8. lib. de animalibus, ꝙ Cameli non coeunt cum matre ſua; & in quadam Ciuitate cũ Camelus ſuper femellam ſaltare vellet, cooperta fuit mater cameli illius pallio, vt eã nõ cognoſceret, & ſaltauit ſuper

B eam fœtus eius, qui ſentiens matrem ſuam eſſe, deſcendit antequam coitus per deciſionem ſeminis compleretur, & momordit ſtabularium, atque occidit ipſum. Plin. etiã lib. 40. c. 38. dicit, ꝙ Cameli calueſcunt ſicut homo inter quadrupedia, & ſicut Struthio, & quædã alia inter volatilia. Dicit etiam, ꝙ inter animalia non cornigera Camelus in ſuperiori maxilla dentes priores non habet: ideo concordat cũ animalibus ruminantibus in diſpoſitione dentium & vẽtris, ſed nõ in cornibus. Itẽ dicit Ariſt. lib. 13. de animalib. animal cuius cibus eſt materia ſpinoſa, habet multos ventres, vt Camelus, & animal habens cornua; & propter hoc non eſt Camelus habens dentes in vtraque mandibula, ſed in vna tñ, quãuis careat cornibus. Fuit autem Camelis neceſſaria talis diſpoſitio vẽtrium, & aſſimilatur ventribus animalium carentium dentibus in mandibula

C ſuperiori: & fuit creatio dentium eius ſicut animalis habentis cornua. Et poſt hæc in eod. lib. dicit Ariſt. ꝙ cibus Cameli eſt ſpiſſus: ideo neceſſario fuit lingua eius carnoſa propter duriciẽ palati. natura. n. vtitur palato ſicut parte terreſtri dentiũ: & per hoc ruminat Camelus ſicut animalia habentia cornua. Dicit ẽt, ꝙ habet Camelus quattuor ventriculos. Recipit enim cibũ in Primò ventre penitus indigeſto. In Secundo aũt incipit digerere. In Tertio melius digerit. In Quarto autem penitus completur digeſtio: & ita vẽtriũ multiplicitas fuit neceſſaria propter groſſiciem nutrimenti: ſiue quia parum dẽtibus cibũ molit. Item Ariſt. lib. 14. de animalibus ait: Camelus non habet fel diſtinctũ ſuper hepar, ſicut nec Elephas qui habet naturã valde ſanam, & ſanguinem naturaliter dulcem: & in talibus animalibus non inuenitur fel, ſed ſi inuenitur,

Camelus quattuor habet ventriculos.

D non eſt in venis valde gracilibus: ideo dixerũt antiqui, ſicut Anaxagoras, ꝙ Cameli propter carentiam fellis ſunt vitæ longioris: quia diutius viuunt animalia parũ habẽtia fellis quam illa quæ multũ: & ideo poſuit Anaxagoras ꝙ fel eſſet cauſa omnium infirmitatũ acutarũ, qñ multiplicatur, & ad pulmonẽ & ad alias corporis partes ſe diffundit. Sed Ariſt. dicit hoc eſſe falſum: quia multa animalia in quibus non eſt fel, acutas & mortiferas ſuſtinẽt paſſiones, vt patet in Camelis quibus accidit aliqñ podagra & rabies: vnde cõſtringuntur pedes eorũ, & interficit eos iſta infirmitas. Cõſtantinus dicit in diætis, quod Camelus eſt calidus ex natura: ideo eſt macilentus naturaliter. calor. n. totam trahit ſanguinis vnctuoſitatẽ & remanet ſibi multa craſſities: & ob hoc lac Camelinũ ſubtilius eſt aliorum animaliũ: & minus vnctuoſum, & peius nutritiuũ. magis

Animalia parũ habentia fellis multum viuunt ſicut Camelus.

E autem eſt calefactiuum, aperitiuũ, & diuiſiuum. lac. n. eſt ſanguis ſecundo coctus, ideo ſapor lactis camelini ſalſus eſt, & acutus, vnde humorum groſſorum eſt inciſiuum & attenuatiuum, cui vaccinum lac eſt contrarium; eſt enim groſſum, & vnctuoſum, & multum nutritiuum.

De Cyrogrilli natura. Queſt. XXII.

NVNC autem de Cyrogrillo dicendũ eſt; qm̃ de eo dicebatur, ꝙ animal immũdũ ſit in cibis Iudæorũ: in quo aliqui falluntur, exiſtimantes eſſe alterius ſpeciei à lepore; ſed hoc falſum eſt: Dicit enim Plin. lib. 8. c. 55. Lepores ſunt duplices: quidam in alpibus, & quidam in ſiluis habitant: quidã maioris quantitatis & groſſioris pili ſunt, quã illi qui cuniculi dicũtur: nã cuniculi lepores sũt parui, & imbecilles, qui vnguibus terras concauant, & foueas ſubterraneas quas habitãt, ſibi formãt: & sũt fecũ-

Lepus & cuniculus ſunt eiuſdem ſpeciei.

ditatis maximæ. & in quibuſdam inſulis Hiſpaniæ tot ſunt, ꝙ aliqñ præ eorũ multitudine deuaſtant meſſem: & prouinciæ famem inducũt: quorũ fœtus ita ſunt accepti in Balearicis inſulis (quæ Maiorica & Minorica dicuntur) vt ipſi fœtus ſine matribus vix purgatis viſceribus, ad eſum aſſumantur. Item dicit Archelaus auctor eſt, quot cauernæ ad exitus leporis ſunt, tot annos illius eſſe. Sunt lepores animalia ita fœcunda, ꝙ vno fœtu naſcente, lepus grauidetur iterum. Nunc autem quia in littera dicebatur lepores eſſe animalia immunda, quia ruminant, ſed vngulã nõ diuidunt, de eis dicendum eſt. Lepus quaſi leui pes dr: quia velociter currit, vnde Græci lagos pro velocitate dicunt, vt dicit Iſid. 12. Etym. animal eſt velox, timidum, & in bello nullum armorum genus habens, niſi velocitatem membrorũ: debilis viſus eſt, ſicut & cetera animalia, quæ non claudunt palpebras dormiẽdo: melioris eſt auditus, quam viſus, potiſſime, cum eius aures ſunt erectæ. Sunt aures leporis longæ valde, & flexibiles: quod fuit neceſſariũ propter oculorũ aperturam: nam auribus defendũt oculos qui nullo operculo ſunt muniti ab infeſtatione Cinifum & Muſcarũ: nã contra omne nocumentũ natura dedit remediũ, vt dicit Auicẽnas, ideo data eſt leporibus mẽbrorum leuitas, & curſus agilitas cõtra canes, & alias beſtiolas eos inſequentes. Data eſt eis ſub pedibus multa pilorum villoſitas, vt pili pedum carnoſitatem currendo ab offenſione defendant, & pp ſui velocitatem pedes in currẽdo nullatenus impedirentur. Item dicit Ariſt. lib. 3. de animalibus, pedes leporis ſubtus ſunt piloſi, quod in aliis animalibus raro repetitur: crura eius poſteriora longiora ſunt anterioribus, quod fuit neceſſarium ad eleuandũ corpus faciliter in curſu: & ideo dum fugiunt contra montem difficilius capiuntur quam contra vallem, contra vallem. n. faciliter cadunt: nec poſſunt æqualiter continuare curſum ſuum: & ideo cum fugiendo vident caſum, deſcendendo obliquè latera montis circuunt, & prout poſſunt contra montis altitudinem crura anteriora erigunt, & ſæpius canibus inſequentibus ſic illudentes euadunt.

De Sue quædam ſcitu pulchra. *Quæſt. XXIII.*

DICEBATVR ſupra de Sue in littera ꝙ immũdus ſit: quia cum vngulã diuidat, nõ tñ ruminat. De quo dicendum eſt, ꝙ ſus ſm Iſid. 12. Ethymol. à ſubigendo dictus eſt eo ꝙ roſtro terram ſubigat propter cibũ, terram. n. ſubleuat & ſubuertit, vt dẽtibus perueniat ad radices. Itẽ Plin. lib. 8. c. 51. contra vernũ æquinoctium concipit, bis in anno parit, quattuor menſibus in vtero habet quandoque 20. fœtus progignit, ſed educare nõ valet: & ideo aliquando omnes deuorat præter primum, quem magis diligit: quia primo de vtero exiuit, & quia ei magis naturalis eſt, ei primo primam mammillam confert. Item dicit Ariſt. lib. 6. de animalibus; porcus eſt animal immundum, ingluuioſum, auidè deuorans quodlibet fœtidũ & immundum: balneum putat lutũ, & inuoluendo ſe, ibi quieſcẽdo impinguatur. Item, dicit Ariſt. lib. 7. de animalibus. impinguatur porcus præcipuè in quiete: & ſeptima pars cibi eius tranſit in pilos, & ſanguinem, & ſimilia: & cum parit, creſcit & macreſcit: quia nutrimentum tranſit in lac, vnde eius fœtus nutriuntur: & quando habet iuuenes fœtus, eſt magnæ ferocitatis, & pugnat pro eis cõtra lupũ. Sciendum autem, ꝙ cum hic dicatur in littera, quòd porcus eſt animal immundum ad cibum, non ſolum intelligitur de porco domeſtico, ſed etiam de ſylueſtri, qui aper dicitur: nam eadem cauſa prohibitionis in vtroque eſt, ſcilicet, ꝙ vngulam diuidit, ſed non ruminat. Item dicit Plin. lib. 7. cap. 51. Porcus dentatus naſcitur: & amiſſo oculo, cito moritur: vſque ad 15. aut 20. annos viuere poteſt: multis infirmitatibus ſubiacet, & quando infirmatur, obliquum tenet caput: in luto plus iacet in latere dextro quàm in ſiniſtro: pinguis efficitur 50. diebus, ſed magis in principio ſaginationis: porci famem tolerant per triduum: mutuo ſe diligunt: & mutuam vocem noſcunt, vnde clamante vno, omnes concurrunt, & ipſum iuuare pro viribus ſatagunt: propria hoſpitia & domos petere diſcunt, & ad eas nullo duce reuertuntur: eundo & iacendo grunniunt, maximè, ſi fuerint bene pingues. Item, porci ſunt maioris

F ſomni in medio quã in alio tẽpore anni, & hoc accidit ex fumis per calorem vernalẽ reſolutis ab humoribus in hieme in ipſorum corporibus generatis: & ideo tunc ſuauius dormiunt, & diutius, propter reſolutos multiplices fumos ipſorum cerebrum tunc ſuauius opilantes. In æſtate vero etſi multa fiat humorum reſolutio, fortis tñ fit eorũ conſumptio & deſiccatio, idq. pp exceſſum caloris æſtiualis; ideo non fit tanta fumorũ generatio quæ eſt cauſa ſomni. Non igitur tm̃ dormiunt, vt ait Auicen. in autumno autem & hieme, ſunt humores compacti ex frigiditate aeris eos forinſecus conſtringentis: & ideo pauci tunc tẽporis reſoluuntur fumi propter exceſſum frigoris in corpore cõſtringentis. Item, dicit Ariſt. lib. 2. de Animalibus, ꝙ porcus eiicit dentes omnino: & eſt maſculus pluriũ dentiũ ꝗ femella. Itẽ dicit Ariſt. lib. 4. de Animalibus, ꝙ porcus ſaltat poſt
G 9. mẽſes: & quod generatur ex ſpermate maris, ante vnum annũ debile valde eſt. & ibidẽ ait: porcus ſi coiret primo cũ aliqua fœtus eius ſunt pauciores ꝗ ex ſecunda, & minoris corporis: & quando porca fuerit ex virginitate primo imprægnata, parit fœtus minoris corporis: & porca ſi fuerit valde pinguis, paucũ eſt lac eius poſt partum: & maiores ſunt fœtus geniti in hieme, minores in æſtate: & meliores geniti in iuuentute, peiores in ſenectute. Item, Ariſt. lib. 6. de Animalibus ait: cum parit porca primo fœtui primã dat mammillam: & qñ appetit coitum, non dimittit marem ſaltare ſuper eam quouſq; declinent auriculæ. Porcus cum impinguatur poteſt coire omni tempore die, & nocte: ſed magis in mane, hordeum eſt conueniens cibus porcis, qñ generare debent, maximè decoctũ. Item Ariſtot. lib. 6. de Animalibus. Porcis accidit triplex infirmitas: vna quæ dr
H brancos, & eſt apoſtema in auricula & mandibula: & ſæpè in pedibus: & caro quæ eſt in illo loco, corrumpitur, & tranſit paulatim corrumpendo ad vicinam, quouſque veniat ad pulmonẽ, & tũc ſuffocat ſpiritum, & exſpirat. augmentatur autem iſta infirmitas ſubito; & cuſtodes porcorũ qñ primo cognoſcunt iſtam infirmitatẽ, præcidũt membrũ in quo eſt infirmitas: non. n. poteſt euitari ſine ſciſſura. Alia eis accidit infirmitas, quæ dr dolor & ponderoſitas capitis: ex ipſa moritur maxima pars porcorum. Alia eſt infirmitas, quæ dr fluxus ventris: & vix habet remedium, quoniam interficit in tribus diebus: & quando porci ſunt groſſi, iuuat eos comedere mora, & iuuat eos balneum qñ aqua eius fuerit nimium calida, & minuitur ſub lingua eorum. Porcorum diuerſus eſt cibus: quidam porcum cibi impinguant, & quidam inflant, & quidam carnem gene-
I rant. porci magis comedendo quam porcæ delectantur: carnes eorum magis quam carnes femellarum comedendo glandes impinguantur: ſi tamen porcæ inde multum comederint, abortient, ſicut oues reparant.

Triplex infirmitas porcis accidit.

De Aquila memoratu digna. *Quæſt. XXIIII.*

AT quia in littera dicebatur de Aquila, de ea quoq; breuiter aliquid dicendũ eſt. Aquila, vt dicit Plin. niſi magna fame teneatur, prædã quã capit ſola nõ comedit; ſed auibus eã ſequentibus cõmunem facit, ſua tñ prius inde portione ſuſcepta: ideo Aquilã aliæ aues ſemper ſequuntur, ſperantes ꝙ de præda ſua aliquid eis debeat impartiri: ſed qñ præda capta ſibi non ſufficit, tanquã de rebus Reipublicæ auẽ minuẽs in medio ponit partẽ ſibi pro-
K ximiorẽ rapit. Duos lapides pretioſos habet nomine echides: quorum vnus maſculinus, & alius femininus eſt, ſine quib. parere nõ põt. Gemmã quę vocatur Archades reponit in nido ſuo, vt cuſtodiat pullos ſuos à morſu reptilium. De Aquila Iſid. ait: Aquila ab acumine viſus dr: tã limpidi dr viſus eſſe, vt cum in aere ſuper maria immobili penna deferatur, vt pręnimia eleuatione à terra vix humanis pateat obtutibus: de tãta ſublimitate piſciculos videat in mari natare; & ad inſtar lapidis deſcendens piſcem rapit; & captã prædã ad litus trahit. Eſt aũt auis naturaliter calida & ſicca, prædæ auida: & ſuper aliarum auium vires fortis & animoſa, cuius fortitudo maximè viget in alis, pedibus, & roſtro: quia alas habet valde neruoſas, & parum carnoſas; & ideo in volando potioris laboris eſt, quia reſpectu ſui corporis paruæ carnoſitatis eſt, & multum neruoſitatis habens: propter quod multũ habet fortitudinis, mul-

tum etiam habet pennoſitatis, propter quod multum habet leuitatis. Inter omnes autem volucres, maximè viget in aquila virtus viſiua: ſpiritū.n. habet temperatiſſimum, & in actu videndi acutiſſimum: ſolem enim irreuerberatis oculis in ſua rotæ circumferētia intuetur: & tamen viſus ſui acies non obtunditur, nec claritate ſolaris luminis diſpergitur, vt ait Ambroſ. Item Ariſt. lib. 9. de Animalibus. & Ambroſ. dicunt, ꝙ quædam ſpecies aquilæ eſt, quæ dicitur almacor, acuti viſus valde, & pullos ſuos in vngue ſuſpēſos radijs Solis obiicit, & Solem aſpicere compellit, & hoc antequam habeant alas completas, & adhuc percutit eos, & vertit ad Solem: & ſi oculus alicuius lachrymetur, ipſum tanquā degenerem, vel interficit, vel abiicit è nido, vel contemnit: ſi autem directa acie Solis radium viderit, ipſum tanquam ſibi in natura ſimilem diligit, atque nutrit: quamuis autem ita irreuerberata oculi acie Solem videat, viſus tamen ad prædæ aſpectum dirigit, & inclinat. Item Ariſt. 12. de Animalib. & Greg. aues vncorum vnguium neceſſariò indigent acuto viſu, qm̄ vident cibum ſuum à loco remoto; & propter hoc leuat ſe Aquila pluſquam alia volatilia, in altiſſimis etiam locis nidificat, vbi ſublimitate loci ab omni incurſu aduerſario ſe tutam reddit. Itē Greg. dicit: Aquila in altiſſimis nidificat, ſed paſtus gratia intima videt; ad altiſſima ſe eleuat, & aſcendit, tamen viſo inde cadauere, vel præda quam deſiderat, ſubito ima petit. Item, Aquila difficulter ouis incubat, & pullificat, & nutrit pullos ſuos. Dicit enim Ariſtot. lib. 6. de Animalibus, ꝙ Aquila ad plus ponit tria oua, ſed tertium de nido proiicit: quoniam grauiter incubat ſuper ea; & dicit, ꝙ illo tempore debilitatur intantum, ꝙ nō poteſt bene venari pullos auium aliarum: quia tunc incuruantur vngues eius, & albæ fiunt alæ, & nimis grauatur in dando cibum pullis ſuis: & ſi cōtingat Aquilam habere tres pullos, eiicit vnum de nido propter difficultatem nutriendi. Item, ibidem dicit, ꝙ Aquilarum diuerſæ ſunt ſpecies, & diuerſimodè nutriunt, & cibāt pullos ſuos: nam quæ albas habent caudas, in eorum cibatione plus laborant: quæ verò nigras, minus in huiuſmodi negocio ſe fatigant, pullos ſuos ad volandum iam adultos eiicientes ex nido paulatim prouocant ad volandū: & faciunt eos eſurire, vt auidius eas ſequantur in aera propter paſtum: & ſi forſitan pigritauerint ad exeundum, percutiūt eos roſtro, & ſubtrahūt illis cibum, & ſic eos cogunt ad exeundum. & poſtquam fuerint completi in fortitudine & in pennis, fugant eos ante ſe, & non ſunt plus ſolicitæ ſuper eos, præter quandam ſpeciem Aquilæ quam Ariſt. vocat Achat, quæ cogitat de pullis magno tempore, & quando volant, pulli volant cum eis, & dat illis ad comedendū: & quando volitat ſuper eos curam illorum agēs, parata eſt ad reſiſtendum alijs auibus, ſi forte conueniant ad nocendum pullis ſuis. Item, de aquila Greg. ſuper Iob ait: ꝙ quando pulli ſunt recenter nati, impotētes capere groſſum cibum, & digerere, ſanguinem & liquidiorem humorē in os contrahit, & fugit; & attractum ſanguinem in ora pullorum vomit, & reficit eos cibo leniori, quouſq; conualeſcant ad ſumendum fortiorem cibum.

Quomodo ſe habeat Aquila quando pullos nutrit.

Item de Aquila Auguſt. & Plin. dicunt, quòd in ſenectute patitur grauedinem in alis, & caliginem in oculis: contra quod incommodum inſtruitur à natura, vt fontem aquæ ſcaturientis quærat; deinde per aera quātum poteſt, attollitur, quouſque labore aeris, & calore volatus ſtomachus incaleſcat: & tunc ex calore poris apertis, & penitus relaxatis, ſubito deſcendens in fontē ruit, vbi mutatis plumis, & mutata caligine in oculis, vires recipit & reſumit. Item ſuper Pſalm. dicit Auguſt. cum aquila ſeneſcit, ita indureſcit & incuruatur eius roſtrum, vt vix poſſit ſumere cibum: & contra hoc incommodum inuenit remedium, quòd petram ſibi quærit, cōtra quam roſtrum percutit, & allidit; & ſic deponit onus roſtri, & cibum capiens, reſumptis viribus iuueneſcit. Item, dicit Plin. ꝙ Aquila ſedēs ſuper rupem, vel arborem, ad ſolis claritatem oculorum aciem dirigit; vel poſt prædam hinc & inde circumſpicit, vel vngues ſuos aſpicere non deſiſtit. Fel huius multū eſt medicinale, quia poſitum in collyrijs, viſu acuit, & ſubuenit caligini, & alijs incommodis oculorum, vt dicunt Dioſcor. & Cōſtant. Habet Aquila alias proprietates mi-

Quædam de aquila ſeneſcente.

Ab Aquila medicina ad viſū.

A nus laudabiles: eſt auis excedens in calore, & ſiccitate, & ideo eſt animoſa, & iracunda: quia fortis ira non eſt niſi in corporibus valde ſiccis. Item, dicit Ariſt. lib. 6. de Animalibus. auibus innocentibus inimica eſt aquila, & infeſta, vnguibus enim rapit, & roſtro percutit: caput cuius vocē habet roboantem, & aues alias generaliter terrificantem: & in conſpectu Aquilæ vel auditu terrentur omnes aues alterius ſpeciei, etiam aues inhiantes prædæ. Itē ait Plin. Hærodius & aliæ aues, quando audiunt aquilam, in die vix prædātur; & hoc forſitan accidit ex timore. Aquilam enim in aere tantum rapientem generaliter omnes aues timent, minus autem iſtam quę rapit in terra, minime autem illam quæ rapit in aqua: quia illam non timent niſi volucres, quarum virtus & conuerſatio tantū eſt in aqua; talis enim Aquila multum degenerat à nobilitate aliarum

B Aquilarum, quæ in aere volant, vel in terra prædam ſuam capiunt; timet vulturem. Vnde dicit Ariſt. lib. 9. de Animalibus, ꝙ Almachel manet prope mare iuxta magnos lacus, & cibatur ex auibus iuxta mare aſcendentibus ex aqua: & ſi viderit vulturem venientē fugiet ad aquam; ſed vultur qui eſt acuti viſus, ſemper volat contra locum illum, & ſi auis exiuerit de aqua, vel de terra, ſtatim rapit eam Vultur; ſi verò diu fuerit in aqua, ſuffocatur; habet autem hæc Aquila vnum pedem clauſum ad modum pedis anſerini, cum quo ſe tegit in aqua, qñ debet deſcēdere propter prædam: alium verò pedem habet diuiſum cum acutiſſimis vnguibus, cum quibus prædam rapit. Itē habet penna Aquilæ quandam latentem virtutem corroſiuam vt ait Plin. Dicit enim, ꝙ penna aquilæ poſita inter pennas aliarū auium, corrodit eas, atque deſtruit; ſicut ēt

Vultur eſt acuti viſus.

C chordæ factæ de inteſtinis luporum, quæ ſi ponātur in cithara, aut in alio inſtrumento cum chordis factis de inteſtinis ouium, eas diſtrahunt & corrumpunt. Aquila etiam ſocietatem non diligit, ſed fugit: ſicut dicit Ariſt. lib. 1. de Animalibus. aues quæ habent vncos vngues non eſt poſſibile ꝙ ſint cum aliquo ſociorum ſuorum. Item aquila vngues habet pro mucronibus, ideo qñ ſedet ſuper lapidem retrahit eos, & quaſi claudit intra carnē vncos, ne eos allidat aut cōterat circa petram, vt dicit Ariſt. lib. 10. de Animalibus. nō inſidet auis habens vncos vngues ſuper lapides vel arbores: quia natura eius eſt contra iſtas duas res. Item Aquila impia eſt contra fętus, quando oculos claudunt contra Solem, quoniam eos reputat alienos. Item, vt ad prædam aliarum auium inſtruat eos & compellat, roſtro eos percutit, & vulnerat, vt Plin. ait.

D

Quædam de Grypho pulchra. *Quæſt. XXV.*

NVNC etiam de Grypho littera quædam tetigit. Dicendum autem eſt ꝙ Gryphus eſt animal pennarū & quadrupes, in Hyperboreis mōtibus naſcēs, omni parte corporis eſt Leo, capite tātum & alis Aquilæ aſſimilatur, equo vehementer eſt infeſtus, & homines viuos diſcerpit, vt dicit Iſidor. 12. Etym. adeo aūt infeſtat equum Gryphus, (vt Hugo dicit,) quòd equitem cum equo armatum rapiat in ſublime. Item dicit Gloſ. Ordin. ſuper Deuter. c. 14. Gryphes cuſtodiunt montes in quibus ſunt lapides precioſi, vt ſmaragdi, & alij lapides: & non permittunt eos auferri inde. vnde dicit Iſidor. Etymol. 14. c. partes quædam in Scythia auro & gemmis abundant, ſed

E Gryphorum immanitate hominum rarus eo acceſſus eſt: ibi Smaragdi optimi, & Cryſtalli; & tam magnos Gryphi habent vngues, & amplos, vt inde fiant ſcyphi qui menſis Regis apponuntur, vt dicit Plinius.

De Haliæto quædam pulchra. *Quæſt. XXVI.*

DE Haliæto quoque dicendum eſt, quia de eo littera tangit; vnde ſuper Gloſ. 14. c. Haliætus eſt auis Falco, ſ. prædæ auida, & multum animoſa, inuadit enim aues longe ſe maiores, eas pedibus & pectore percutiens. Secundum alius Haliætus eſt auis parua, capiens alias aues paruas; Vnde auctor in Aurora ait.

Obtinet exiguas Haliætus in corpore vires,
Sunt aues minimæ præda cibusq. ſibi.

& ſecundum hoc videtur, ꝙ Haliætus ſit Niſus paruus.

Quædam de Miluo ſcitu digna. Quæſt. XXVII.

AMPLIVS autem de Miluo dicendũ eſt; quoniam de eo in littera agitur. Eſt enim Miluus volatu mollis, & viribus, vnde miluus quaſi molliter volans eſt dictus: nam molli penna & quaſi immobili mouetur ſuper aera, & vix leui tactu in volando aerem mouere videtur. Eſt auis patiens laboris, & doloris: nam Cuculos in ſcapulis ſuis ſuſcipit, & ne per longa itineris ſpatia fatigati deficiant à partibus Hiſpaniæ ſecum ducit, vt dicit Iſidorus. Eſt autem auis rapax, & audax in minimis, ſed timidus eſt in magnis, & volucres ſylueſtres inuadere non audet, domeſticis inſidiari non timet: pullis etiam inſidiatur vt rapiat, & quos incautos reperit, ſtatim necat: cadaueribus & rebus immundis veſcitur, & pro modico vętris paſtu contra eſcam circumfertur: à Niſo impetitur, & à minore ſe propter ſui puſillanimitatem ſuperatur; & Miluus ab aliis auibus prædæ in iuuentute differre non videtur: ſed quanto diutius viuit, tanto naturam ſuam magis degenerē oſtendit. Item, quoddam eſt genus Milui, qui in principio aues rapit; inteſtina animalium deinde comedit, & tandem vix muſcas, & vermes arripit: & vt dicit Ariſtot. ad vltimum fame perit. Item, eſt auis impia circa pullos, ſicut Vultur: dolet enim quando videt eos impinguare, & vt macreſcant roſtro eos percutit, & ſubtrahit eis cibum: vocem habet querulam, famis nunciam: nam quando eſurit, voce querula cibum quærit.

De Vulture quædam pulchra. Quæſt. XXVIII.

NVNC autem de Vulture aliquid dicēdum eſt; quia de eo littera agit. Vultur à volando tardè dicitur, vt dicit Iſidorus 12. Etymol. magnitudine enim corporis præcipites volatus non habet. Hos quidam dicunt in quadam ſpecie eorum non miſceri, & ſine concubitu concipere, & concipi: generare, atque gigni: natoſq. eos dicunt viuere centum annos, vt dicit Iſidor. hæc auis eſt impia contra filios ſicut Miluus: ſi enim viderit filios ſuos impinguari, roſtro eos & pedibus percutit, vt ſic fiant ex dolore & morſibus macilenti, vt dicit Plin. Item, dicit idem, quod maior viget ſenſus olfactus in hac aue: videt enim & ſentit odore cadauera à remotis: exiſtentia enim vltra mare cadauera ad has partes exiſtentia ſentit; & è contrario. vnde exercitum ſequitur, vt hominũ & equorum cadaueribus ſatietur. & ideo ſecundum augures vbi conueniunt & circumuolat multi Vultures, eſt futuri prælij præſagium, quod aliquo ſenſu præſentiunt affuturum.

Signa belli futuri.

Item, de Vulture dicit Ariſtot. lib. de animalibus; Vultur pugnat cum Hærodio volando ſuper ipſum; & quando deuincit, cōmedit carnem crudam eius, & ideo pugnat contra alias aues propter cibum: venatur autem à meridie vſque ad noctem, & ab ortu ſolis, vſque ad tempus illud in ſilentio requieſcit. Item, quando ſeneſcit Vultur, elongatur roſtrum eius, & incuruatur in fine: & tandem fame moritur. Dicit autem Ariſt. ibidem, quòd hoc ei accidit, quia ſecundum errorem antiquorum putatur fuiſſe aliquando homo, & erat impius quibuſdam peregrinis. Sed hoc eſt ſuperſtitioſum. Dicit etiam ibidem, q; quando aliquid ſupereſt de cibis illius, non relinquit illud auibus aliis ſicut Aquila: ſed reponit illud in nido, ad cibandum pullos ſuos, quoniam non de facili cibum acquirit. Nidificat autem in altis montibus & depreſſis: & ſi viderit aliquid volitans contra pullos ſuos, percutit & fugat illud: & nutrit filios ſuos quouſque poſſint volare, & tunc eiicit illos è nido: & vetat eos appropinquare ſibi: nec vnum par Vulturum permittit aliud par Vulturum ſubintrare locum ſuum. Item Ariſtot. ibidem ait: Almachel eſt ſpecies Aquilæ fluuialis, & timet Vulturē, & fugit ad aquã: Vultur autem circumuolat à remotis, & cum ſit acuti viſus, aſpicit quando auis illa exit aquam: & tunc rapit illam. Eſt enim Vultur auis fętida, & immunda, cuius caro eſt duriſſima, & mali ſaporis, & grauis odoris, & ideo ad eſum eſt inutilis: de facili pro cadauere terram petit, & cum deſcendit de terra iterum vix aſcendit, vt dicit Gregorius: alte volans cadauer & infimum aſpicit: & pro amore cadaueris ad ima de ſublimitate ſe ſubmittit;

Almachel quid ſit.

F vt dicit ibidem. cum autem ab aliquo impetitur, contra ventum alas percutit, & ſic vēti adminiculo potius, quàm robore ab infimis ſe in aera tollit. Dicit autem Plinius lib. 19. cap. 13. Vultur inter aues ſerpentibus repugnans eſt: nam ſi pennæ eius vrantur, fugiunt ſerpentes odore eorum. Quædam etiam idem Plinius dicit, de quorum veritate non inſiſto, ſcilicet, cor Vulturis reddit portantes illud, à ſerpentibus, & à feris tutos. Item, cor eius ligatum in pelle Lupi, vel Leonis fugat Dæmones. Item, penna eius alligata pedi ſiniſtro parturientis, velociter à partu liberat, ſed celerius ſoluenda eſt, ne interiora poſt ipſum fętum conſequantur: vnguentum factum de adipe Vulturis, & oleo hircino & cera, neruos curat; iumenta ſanat; pes eius dexter alligatus pedi dextro dolenti, ſanat ipſum, & ſimiliter ſiniſter pes eius ſanat ſiniſtrum dolentē. Item,
G lingua eius ſine ferro abſciſſa, & in panno ligata nouo, dicitur efficere hominem gratioſum, & ad impetrandũ ab alio homine quicquid petit. Cinis oſſium eius combuſtorum mixtus cum chelidonia datus animalibus eorum ſanat morbos, ſicut ait Plinius vbi ſupra.

Mirabilia circa Vulturis.

Quædam de Coruis ſcitu digna. Quæſt. XXIX.

AMPLIVS autem quia in littera de coruo & genere ſuo agitur, de eo etiam aliquid dicendum eſt. Coruus.n. ſiue Corax à ſono gutturis nomen habet, vt ait Iſidorus. Coruus pullorum ſuorum ora hiantia reſpicit, quibus cibum prius non miniſtrat, niſi cum pennarum nigredinem ad ſimilitudinem coloris ſui cognoſcit: poſtquā nigreſcere incipiunt, totis viribus eos paſcit, vt dicit Iſido-
H rus. Dicuntur aũt pulli Coruorum rore cæleſti paſci, quãdiu beneficio ætatis non habent nigras plumas: non enim paternis eſcis, ſed cæleſtis roris beneficio ſuſtentantur, vt dicit Auguſtinus. Petit.n. Coruus in cadaueribus mortuorum loca occulta, vt dicit Iſidorus. Eſt etiam auis clamoſa, & diuerſas format voces, vt ait Iſidorus. ſolus.n. inter aues ſexaginta quattuor habet vocis mutationes, vt ait Fulgentius. Eſt etiam auis doloſa, res furto ſubtrahēs in locis abſconditis: eſt etiam immunda auis cadaueribus inſiſtēs, & de venenoſis & immundis rebus cibum quærens. Eſt etiam ſecundum augures, quandam vim pręſagij, & diuinationis habens, & ideo apud Gentiles Coruus fuit inter aues Apollini conſecratus, vt dicit Martianus. Item, de Coruis dicit Ariſtot. lib. 6. de Animalibus, quòd feminæ Coruorum ſolæ cubant ſuper oua, & maſculi deferunt eis
I cibos: & pullificant plures pullos, & cubant dieb. viginti, & deiiciũt aliquos propter multitudinem: quia aues quæ multos pullificant, proiiciunt multos à ſe. Idem lib. 8. de Animalibus, inquit, quod pugnat Coruus niger cum aſino, & tauro, & volat ſuper ipſos, & nocet eis percutiendo cum roſtro, & pungit oculos ipſorum. Item ibidem. Coruus niger amicus Vulpis, propter hoc pugnat cum quibuſdam beſtiolis, vt iuuet Vulpem. Item ibidem. Corui pugnant ad inuicem pugna forti, & percutiunt ſe ad inuicem roſtris, & vnguibus, & victus obedit victori victoria forti, vt ibidem Ariſtot. Item, ſolus Coruus in mediis æſtiuis femoribus contra naturam aliarum auium ouat, & pullificat fętus ſuos.

Iuxta illud Pſal. Qui dat iumentis eſcam et pullis Coruorum inuocantibus eum.

Quædam de Struthione pulchra. Quæſt. XXX.

K

NVNC autem quoniam de Struthione in littera ſermo eſt: de eo tangendum erit. Struthio à Græco vocabulo nomen aſſumpſit, vt dicit Iſidorus 12. Etymol. eo, quòd cum corpus habeat animalis, pennas habet vt auis. Habet autem duos pedes, & roſtrum ſicut volucres, ſed propter ponderoſitatem ſui corporis cum auibus in aera non leuatur; ouat ēt ſicut auis; ſed oua ſua fouere negligit, quæ proiecta in arena, fotu pulueris aluntur, vt dicit Iſidorus. Item, Ariſt. in lib. de Animalib. de Struthione ait: Struthio aſſimilatur aui, quoad quid quadrupedi: quia in aere non leuatur, alæ.n. eius non ſunt conuenientes ad volatum; & quia eſt ſicut auis, multas plumas habet in parte inferiori corporis; & habet pedes ſicut volucris; & vngues ſciſſos ſicut ſunt vngulę quadrupedis, cuius cauſa eſt, quia magnitudo corporis ſui aſſimilatur quadrupedi, & non

non aui: tantæ autem caliditatis eſt, quòd ferrum deglutit, digerit, & conſumit. Ideo ſecundum Auicennam, natura quæ in omnibus eſt prouida, dedit ei facere oua maximæ & duriſſimæ teſtæ; vt circa eorum generationē occupatus calor temperatus, & non nimis intenſus eſſet, vt induceret cauſam propter quam iſta animalia cito morerentur. Alias proprietates tāgit Gregorius ſuper Iob c. 33. dicens, plumæ Struthionis ſimiles pennis Herodij, ſed nō in virtute: pennæ enim ſimilitudinem habet, ſed non volatus celeritatem, ad volandum alas erigit, ſed à terra in altum ſe non ſuſpendit: raris pennis induitur, & in magno corpore grauatur. Item quando venit tempus vt oua pariat, ad ſtellas quæ dicuntur Virgiliæ vel Pleiades aſpicit: non enim ponit oua, niſi quando illa conſtellatio oritur, vel aſcendit; cum autem viderit ſtellam circa menſem Iunij, terram fodit, vbi ponit oua ſua in ſabulo, & cooperit ea atque tegit: cum autem ea reliquerit, ſtatim obliuiſcitur vbi ea poſuerit, & nunquam vltra ad ea reuertitur, ſed calefacta arena feruore ſolis abſcondita ibi oua excoquit, & ex ipſis pullos procreat atque producit. Cū autem fracta teſta pullus eductus fuerit, tūc mater ipſum recolligit atque nutrit, & quem in ouo contempſit, egreſſum de ouo recognoſcit. Ideo dicitur à Beato Iob. Induratur ad filios ſuos quaſi non ſint. Item Struthio naturaliter equum odit, & in tantum ei contrariatur, quod equus eum ſine timore videre non poteſt, & ſi occurrerit equus, contra eum quaſi contra hoſtem alas erigit, & alarum concuſſione ipſum fugat.

Quædam de Noctua. *Quæſt.* XXXI.

NVNC verò, quoniam de Noctua in littera dicitur, de ea quoque nonnulla ſubiungamus. Noctua eſt, quæ alio nomine Nicticorax dicitur, & eſt noctis Coruus, ſic dictus, quia noctem amat: nam de nocte volans, cibos quærit, & quærendo clamat, cuius clamor eſt volucribus odioſus, vt ait Iſidorus 12. Etymologiæ. Eſt etiam auis lucifuga, & Solem videre non poteſt: ſepulchra & mortuorum loca inhabitat, & frequentat; in parietibus & locis rimoſis nidificat: oua Columbarum & Monedularū frangit & deuorat, & cum eis pugnat. Hæc dicitur Noctua quaſi de nocte acutè tuens: de nocte autem videns ex orto ſplendore Solis viſus eius hebetatur. Hanc inſula Cretenſis non habet, & ſi aliundè eo venerit moritur, ſicut ait Iſidorus vbi ſupra.

De Accipitre quædam memoratu digna. *Quæſt.* XXXII.

QVONIAM autem ſequentibus ordinem litteræ Larus auis obijcitur, de eo dicēdum erat; ſed quia iam ſufficienter dictum eſt, ſequitur dicēdum de Accipitre, qui eſt in ordine conſequenti. Accipiter eſt auis Regia, quæ plus animo quàm vnguilis eſt armata, & quod ei in quantitate corporis natura denegat, hoc ei in viribus & animi audacia recompenſat, vt ait Iſidor. Etym. 12. Eſt etiam, vt idē ait, auis aliis auibus capiendis auida, à quarū acceptione & præda accipiter, id eſt, raptor eſt vocatus. De hoc etiam Ambroſius in Hexameron. Accipitres circa ſuos pullos ſunt crudeles, quia cum ſunt habiles ad volandum, cibos eis ſubtrahunt, & percutiendo ad modū Aquilarum de nido exire compellunt, quia eos cum trepidant, ad prædam excutiunt, ne adulti facti torpeſcant animo, & magis cibum quærere per vigorem animi conſueſcant. Vt dicit Beda & Ambroſius, ſunt quidam Accipitres prædones aëris tantum: quidam verò tantū in terra, ſicut Aquilæ, vt dicit Ariſtot. lib. 6. de Animalibus. Primi, aues volantes tantum rapiunt, Secundi, aues tantum exiſtentes in terra percutiunt & inuadūt, & inter hos Columba diſcernit, ſicut ſupra dictum eſt de Aquila. Eſt igitur Accipiter auis calida & ſicca, mole carnis depauperata, pennarum plumarumq. varietate decorata, Struthioni enim in pennarū decore ſimilima eſt, ſed magnitudine & animi magnanimitate impar, ſumma enim celeritate nunc in aera ſe leuat, & aſcendit, in tantum, quod hominum aſpectibus ſe ſubtrahit, nunc verò inferius in prædam ruit; pectus Accipitris eſt acutiſſimum, modica tamen carne eſt mu-

De Laro dictū eſt in q. 10. & ibi dictum eſt de Coruo, quia Larus Coruus marinus eſt.

A nitum, vt dicit Ariſtotel. lib. 14. de Animalibus. Quanto pectus eius magis eſt acutum, tanto melioris eſt volatus: quoniam ſi haberet multum latum pectus, moueret ante ſe multum aeris, & eſſet grauioris motus. Carnoſum autem eſt, quia acutum debile eſt, niſi habeat coopertorium ex multa carne, ſicut ibidem dicitur. Maxima itaque eſt eius fortitudo in vnguibus, pectore, & roſtro, quo ſtatim petit, & cerebrum terebrat prædæ ſuæ. Huius autem fel medicinale eſt, & vtiliter in oculorum collyriis admiſcetur, viſum enim acuit, & oculorum albugines deſtruit, & conſumit; ſimiliter & fimus eius. Item, habet hoc proprium Accipiter, vt dicit Gregorius, quod in ſenectute quando ſentit ſe pennatum pondere prægrauari, expandit alas ſuas contra Solem flante Auſtro, & ſic repente aura & ſolis calore aperiuntur pori, quibus apertis, excutit alas, &

In quo cognoſcatur bonitas Accipitris.

Ab eo medela.

B ſic veteres exeunt pennæ, & nouæ ſuccreſcunt, & ſic nouitas pennarum ipſum efficit ad volandum aptiorem. Item, ſunt duo genera Accipitrum: quidam eſt domeſticus, & quidam ſilueſtris; qui domeſticus eſt, ſilueſtres rapit aues, & eas raptas domino ſuo derelinquit: ſilueſtris enim domeſticas capit aues. Indignantis autem naturæ eſt Accipiter, vnde ſi prædam quam impetit caſu aliquo non rapit, vix die illa ad manum domini ſui redit.

Duo genera Accipitrum.

Debet autem Accipitrum diæta, id eſt, cibus ordinata eſſe, ſ. nec nimis tenuis, nec nimis lata, abundanti enim cibo impinguantur, & inſoleſcunt, vel pigreſcunt, & ad reclamatorium venire dedignantur. Si vero fuerit victus paucus, deficit virtus & robur Accipitris, & impotens efficitur ad accipiendam prædam. Similiter, oculi talium auium tegi debent, ne viſis auibus de manu geſtantis euo-

Diæta Accipitrū qualis.

C lent, cum ad illam prædam anhelent: ideo quibuſdam laqueolis pedes illorum illaqueantur, ne liberè ad quamlibet efferantur auiculam; geſtantur in ſiniſtra manu, vt de manu dextera geſtantis aliquid ſuſcipiant, quo alantur. Seruantur autem Accipitres domeſtici, & manſueti in mutatoriis à pennis veteribus exonerandi, vt ſic iuuentute & decore renouentur. Datur eis cibus de carne aliqualiter venenoſa, vt ſic facilius mutentur: Accipitres etiam maximè lædit fumus, vt dicit Beda: ideo eorum mutatoria à locis fumoſis debent eſſe remota, ne eorum corpora fumi amaritudine lædantur, & ne pennæ ipſorum ex fumi nigredine inficiantur; carnibus recentibus & ſanguinolētis cibantur, & ſolent eis dari corda auium quas prædantur; quamdiu enim viuunt, & potentes ſunt ad prædandū, diliguntur à ſuis dominis, & ſuper perticas reponuntur, ac in

D manibus geſtantur, & nutriuntur. Cum verò moriuntur inutiles reputantur, nec comeduntur carnes eorum, ſed ſuper ſterquilinium proiiciuntur.

Quædam de Bubone. *Quæſt.* XXXIII.

CONSEQVENTER autem ſecundum ordinem litteræ de Bubone dicendum eſt. Bubo à ſono vocis nomen habet, vt dicit Iſidor. 12. Etymol. eſt auis feralis, onuſta quidem plumis, ſed graui ſemper detenta pigritia. Debilis eſt ad volandum; in ſepulchris die ac nocte verſatur, ſemper commorans in cauernis; deinde malū omen prætendere fertur: nam in Vrbe viſus ſolitudinem prætendere aſſerunt, vt dicit Iſidor. Item, de Bubone dicit Ariſtot. lib. 8. de Animalibus: Monedula inquit pugnat cum Bu-

E bone: Bubo namque debilis eſt viſus apud meridiem, clarius vidit per noctem quàm per diem, & propter hoc Monedula quæ coruicini generis eſt capit oua Bubonis, & comedit ea per diem; & Bubo comedit oua Monedulæ per noctem, quia Monedula per diem fortior eſt quā per noctem. Bubo autem magis in nocte quàm per diem valet. Aliæ aues volant per diem in circuitu Bubonis, & deplumant ipſum, & propter hoc aucupes, cum eo deprehendūt alias aues: Pugna autem iſtarum auium, ſicut & beſtiarū non eſt, niſi propter cibum & manſionem. Huius auis frequens vlulatus per noctem apud augures præſagium eſt mortis. Bubo ſtercoribus & aliis immunditiis paſcitur; ab aliis volucribus odio habetur. Templa nocturno tempore frequentat, vt de oleo lampadum ſatietur; in pennis tantum, & non in roſtro auibus prædæ ſimilis videtur, ſed in animoſitate & virtute penitus diſſimilis eſt. Quando autem

autem ab aliis auibus impugnatur, reſupinum ſe vertit,& roſtro, & pedibus ſe defendit. Mures & Veſpertiliones venatur,& comedit, & de nocte euagatur & circumuolat, per diem vero in parietum rimulis ſe abſcondit.

De Mergulo quædam pulchra. *Quæſt. XXXIIII.*

DE Mergulo autem, vt littera exigit nunc dicendum eſt. Mergulus ab aſſiduitate mergendi nomen aſſumpſit, ſæpè enim dimiſſo capite auratum ſigna ſub fluctibus colligit, & ante venientem æquoris tempeſtatem cum clamore litus petit: nam in pelago grauiſſimam eſſe tempeſtatem certiſſimum eſt,quando Merguli fugiunt,vt dicit Iſidor.12.Etymol. Mergulus in arundinetis ſuper ligna pauca nidificat, & miro quodam affectu naturæ pullos nutrit,& educat, qui mox nati,matrem ſequuntur, & varias pelagi vndas aſcendere,& deſcēdere non verentur; vermes aquatiles & piſciculos ad ſui ventris ſatietatem,& ingluuiem venatur. In hieme propter paucitatem motus impinguatur, in æſtate autem propter libertatem volatus carnibus, & pinguedine depauperatur, quando autem illum auis rapax perſequitur, ad aquam refugiens merſionis beneficio liberatur.

Quædam de Ibide quæ Ciconia dicitur. *Quæſt. XXXV.*

ORDO nunc eſt de Ibide, quæ Ciconia eſt, dicere. Ciconia vel Ibis,eſt auis fluuialis, quæ ſeipſam purgat roſtro ſuo,quia quando ciborum multitudine ſentit ſe grauatam,aquam marinam intra roſtrum recolligit, quā per anum ad interiora tranſmittit & infundit,quæ remolliendo cibi compacti duritiem, & mordicando inteſtina ſuperfluum expellit & eiicit. Hęc auis ſerpentum ouis veſcitur,ex eis gratiſſimam eſcam deferens pullis ſuis, vt dicit Iſid.12.Etymol. Ciconia quaſi cum canna dicitur,quia roſtro percuſſo quaſi cum canna ſonitum reddit. Veris eſt etiam nuncia, & in ſuo aduentu prædicat temporis nouitatem. Serpentibus eſt inimica, roſtro enim eos percutit, & interficit,deuorat, & deglutit. Societatem humanam diligit: ideo ſuper domos ab hominibus habitatas nidificare conſueuit,& nidum ſuum primū, niſi fuerit inde eiecta,non dimittit de facili, ſed in ſuo receſſu circa hiemem terra replet nidum ſuum,& cum luto virgulas nidi,& ſpinas compaginat, ne aliquis ventus tempeſtuoſus eum etiā in hieme deiiciat,aut diſſoluat:in reditu autem ſuo in Vere eundem obtinet,& renouat, & ab aliis nidum occupare volentibus protegit. Viuente femina maſculus ſecum aliam ad coitum non ſociat, ſed quoad generationis effectum feminæ fidem ſeruat, in qua ſi maſculus aliquo caſu adulterium ſenſerit, vltra cum ea non cohabitat, ſed eam roſtro,ſi poteſt valde verberat,atque necat, vt dicit Ariſt. alibi quàm in nido maſculus feminam non calcat: & incubando ſuper oua maſculus & femina per vices ſeruant; pullos ſuos miro affectu diligunt,& cuſtodiunt, & ex aſſiduo accubitu ſuper eos plumas perdunt. Maſculus quando eſt in paſcuis, femina nidum ſeruat, & econtrario. Itē, vt dicit Ambroſius: Ciconiæ maria tranſuolant, & collecto agmine ad regiones calidas ſimul volant, & in ſuo diſcurſu comites habent Cornices, quæ ipſas præcedunt, & quaſi Ciconiis ducatum prębentes contra aues eis infeſtas pro viribus ſe opponunt,vt dicitur in Hexameron.Quamuis autem animalia venenoſa comedant,vt ranas,& ſerpētes,tamen venenum naturam earum non ſuperat,nec mutat,idem enim illis eſt refectio & nutrimentū, quod multis hominibus & aliis animalibus venenū eſt,vi enim caloris,qui in earum interioribus dominatur,virtus veneni ſuperatur & extinguitur. A pullis quoque ſuis in ſenectute paſcuntur: nam maxima illis circa filios ſuos eſt pietas,& ideo quantum tempus expendunt in fętibus educandis, tantum ipſæ à pullis vice reciproca nutriuntur,vt enim dicit Ambroſius,quando primo pulli naſcuntur, crura, & pedes,& roſtra habent admodum nigra, ſed depoſita paulatim nigredine,rubere tanto plus incipiunt, quanto plus quotidie ſeneſcunt.

F *Quædam de Cygno,& qui Olor vocitatur.* *Quæſt. XXXVI.*

NVNC de Cygno iuxta præcedentem ordinem dicendum eſt. Cygnus Latinè, Olor Græcè dicitur, quod totus ſit albus in plumis ſuis. Nulli enim inueniūt Cygnum nigrum: Olor autem Græcè totum dicitur, vt ait Iſidor. 12. Etymol. Cygnus à canendo eſt dictus, quia carminis dulcedinem modulatis vocibus fingit. Ideo autem canit dulciter, quia collum longum & reflexum habet, & neceſſe eſt vocem eluctantem per longum & reflexum iter varias reddere modulationes. Fertur autem Hiperboreis montibus canentibus citharedis Cygnorum pullos aduolare de nidis,& aptè concinere, vt ait Iſidor. ſecundum Martianum,& Ambroſium. Bonum præſagium euenturum exiſtimant, ſi Cygnus in nauigando canit, vt
G ait eunuchus.

Cygnus in auſpiciis ſemper lætiſſimus ales.
Hunc optant nautæ, quia non ſe mergit in vndis.

Et ideo fuit Apollini conſecratus,vt ait Martianus: in alis eius maxima eſt fortitudo. Cygnus quando eſt in amore, quęrit feminam,ei per complexionē colli blanditur,quaſi eam attrahat ad ſe,& coniungit collum ſuum collo feminę colligando: poſt coitum verò femina percutit marem, & fugat ipſum. Balneat autem ſe femina poſt coitum, ſimiliter & maſculus,antequam ſumat cibum, inſtante autem morte, penna infixa cerebro canit, & contra aliorum animantium conſuetudinem pro gemitu cantū reddit, vt dicit Ambroſ.plumam habet candidiſſimam omni nigredine,vel colore alio carentem; carnem verò habet nigrā, & ad digerendum durā. Collo in profundo aquæ merſo *Cygni deſcriptio.*
H quærit cibū ſuum,& incidit, cū piſcibus nutrimus ipſos non comedit: ideo ſi panis vel eſca ei proiecta fuerit, piſcibus ipſum ſequentibus tradit,ipſe de herbis & radicibus victū ſuum quęrit: pedes habet nigros,& latos,& clauſos,natationi valde aptos, quorum vno vtitur pro remo in natādo, alio pro gubernaculo in regendo: ſtagna & lacus inhabitat,& ſecus aquas nidificat,vbi ſemper pauca ligna congesta ſunt: ſuper oua cubat,& pullificat, pullos ſolicitè nutrit & educat,& eis roſtro,& alis,& ſibilo ſuffragatur,& ſi quis appropinquauerit inter pullos & auē appropinquantem ſe opponit.Eſt autem auis magnę carnoſitatis & ponderoſitatis corporis,ideo quietem diligit,& raro volat,tamen Cygni ſilueſtres volatu forti collis extenſis, & pedibus ad poſteriora religatis feruntur, ſed non ſunt tanti corporis, nec pinguedinis quantæ ſunt domiti, qui iuxta
I hominum habitacula ſunt nutriti,vt dicit Martianus.

Quædam de Onocrotalo. *Quæſt. XXXVII.*

NVNC autem de Onocrotalo dicendum eſt. Onocrotalus eſt auis ſonum in aqua faciens; habet autē quoſdam folliculos, in quibus primo cibum recipit, & receptum in ſecundum ventrem mittit: duos enim habet vteros,in vno tantum cibaria recipit, in alio tantum digerit. Primus eſt pro veſicula gutturis, vt dicit Iſidor. Onocrotalus dicitur auis cum longo roſtro, & ſunt duo genera: vnum aquatile, & aliud ſolitudinis: qui in aquis manet eſt auis valde guloſa, qui roſtrum in aquis mergens horridum ſonum facit,præcipuè cum inſidiatur anguillis, *Onocrotalus duos habet ventres.*
K quas accipit, & ſubito deuorat, atque in aluum mittit: deinde ruminat atque fauces mouet,ac ſi cibum in ore receptum teneret. Hæc auis in litore quieſcens, roſtrum ſuum ſurſum erigit, & ſic ipſius acumine contra inſultum Accipitris ſe præmunit, vt ſic ſecurius dormire poſſit, vt dicit Iſidorus.

Quædam de Porphyrione, quæ auis Pellicanus dicitur. *Quæſt. XXXVIII.*

POST hæc autem de Porphyrione conſequens eſt dicere. Porphyrion auis quædam eſt, quæ alio nomine dicitur Pellicanus; & eſt auis Ægyptia, habitans in ſolitudine iuxta Nilum, & ſunt duo genera huius auis, vnum in aquis habitans, cuius eſca ſunt piſces; alterum eſt in terra habitans in ſolitudine, cuius eſca ſunt animalia venenoſa,ſicut ſunt lacertæ,& ſimilia. Omnia quæ Pelli-

Pellicanus comedit, primo in aqua pede tingit, & intinĉta, quaſi cum manu pede ori applicat, & apponit: ſolus enim Pellicanus præter Pſitacum inter aues loco manus pede vtitur. De Pellicano dicit Gloſſa Ordinaria, & Hieronym. Pellicanus eſt amator pullorum ſuorum, cum.n. gignit pullos, & incipiunt creſcere, genitores ſuos in faciem percutiunt: propter quod ipſos mater repercutit & occidit: tertia autem die mater ſe in coſta vſque ad effuſionem ſanguinis percutit, & ſanguinem calidum ſuper corpora pullorum ſuorum effundit, cuius virtute pullus mortuus reuiuiſcit. Item, Gloſſa ſuper locum illum Pſalmi: Factus ſum ſicut Pellicanus, &c. ait. Pellicanus pullos ſuos dicitur occidere, & tribus diebus lugere, & tunc ſanguinem ſuũ ſuper eos fundere, & ſic eos viuificare. Item alia cauſa mortis pullorum Pellicani aſſignatur in lib. de Animalibus Orientalibus. cũ dicitur: eſt inquit in Aegypto auis, quæ Pellicanus dicitur, auis magnarum alarum, & maximæ maciei: quia quicquid deglutit, emittit per ſeceſſum lubricum; non habet inteſtinum, & ideo vſque ad perfectam incorporationem non tenet cibum: hanc naturaliter odit ſerpes, propter quod dum pro paſtu mater exit, nidum ipſius per arborem repens inuadit, & interficit pullos eius, ſuper quos mater rediens, dicitur lugere, & tertio die, dum in pectore ſe vulnerat, ſanguinem ſuper eos effundens ſuos à morte pullos ſuſcitat; ex ſanguine autem ſic copioſè effuſo debilitatur mater, vnde pulli coguntur exire pro cibo, quorum quidam naturali affectu matrem debilitatam paſcunt, quidam verò degeneres ſunt, & de matre nullam penitus curam gerunt, quod diligenter aduertens mater, receptis viribus, pullos ſe paſcentes refouet, & diligit: alios verò tanquam ignobiles & ingratos à ſe reiicit, ſecum conuiuere, aut permanere non ſinens.

Mirabilis de ſuſcitatione Pellicani.

De Herodione, ſeu Falcone quadam pulchra. Quæſt. XXXIX.

POST hæc autem de Herodione dicere conſequens eſt, qui Herodion, aut Herodius dicitur. Eſt autem Herodius auis regia, prædæ auida, & manu geſtantis aſſueta. Eſt autem auis ad modum Accipitris animoſa, paucæ quidem carnis reſpectu corporis ſui, & eſt valde plumoſus, & ideo eſt leuiſſimi volatus, quia parum eſt in eo, quod aggrauat, & multum quod erigit atque leuat, ideo diſſimilis eſt Struthioni, vt dicit Gregorius, quãuis ſimilis ſit ei in penna varia & colore. Herodius magnæ eſt animoſitatis, acutiſſimi pectoris, & fortis vnguis, & plus lædit prædam ſuper ipſam irruendo pectore quàm eam percutiat roſtro, vel vngue: tantæ eſt animoſitatis, quòd ſi prædam primo, vel ſecundo impetu nõ arripit, quaſi vindictam de ſe petit; vnde ſi ſylueſtris eſt, illo die vix prædam quærit, ſi verò domeſticus, quaſi præ verecundia euagatur per aera, & ad manum geſtantis facile non redit, & tunc multum quaſi degenerem ſe æſtimat, quando de volucre quam impetit, non triumphat, vt dicit Greg. ſuper Pſalmum. Item eſt auis quæ inter omnes aues prædæ habet affectum pium circa pullos, ſicut dicitur in Hexameron: eodem inquit ſedulitatis affectu quo proprios pullos paſcit, pari ſubminiſtratione pullũ ab Aquila eiectum, ſiue non cognitum ſuſcipit, atque nutrit, cadauera fugit, nec in famis vehementia carnes putridas tangit, ſed inediæ patiens, abſtinendo expectat quouſque prædam ſibi congruam inueniat, quam acquirat: vt ait Gregor. Herodius eſt auis quæ vulgo Falco dicitur, vel fulica, vt idem ait Gregorius.

Generoſitas Herodionis.

Quædam de Charadrione. Quæſt. XL.

NVNC autem conſequens eſt de Charadrione pertractare. Charadrion, qui Grus dicitur, à propria voce nomen aſſumpſit: talia enim voce ſonat, vt dicit Iſidor. Eſt autem auis magnarum alarum, & fortis volatus, aeris alta petens, vt videat ad quas velit pergere regiones, vt dicitur in Hexameron. Et eſt auis diligens ſuam ſpeciem, & in ſocietate viuens, habens Regem, & ordine literato volans, vt dicit Ambroſius; Ductor autem agminis quaſi caſtigando, & arguendo voce ad rectos volatus cogit agmen, & ſi forte raueſcit, ſuccedit alia quæ ſupplet idem officium. Grues enim voce præconia terrã petunt, vt quieſcant, & cum ſederint, ad cuſtodiam ſui ordinant vigilias, vt aliæ ſecurius conquieſcant: vigiles.n. per vnum crus ſtant directæ, & lapillum tenent in pede, altero à terra ſuſpenſo, vt ſi caſu aliquo dormierint, per caſum lapilli excitentur, vt dicit Ariſtot. Item Grues in iuuentute ſunt cinericij coloris, ſed quanto plus ſeneſcunt, tanto plus nigreſcunt, & ſi qua earum à ſocietate aberrauerit, vociferando perditas ſocias aduocat, & requirit. Grues etiam quando ſuper ſe venientem Herodium, vel accipitrem reſpiciunt, roſtrum ſuum ſuperius erigunt, & prout poſſunt cum roſtri acumine ſe defendunt.

Quædam de Vpupa aue immunda. Quæſt. XLI.

AMPLIVS autem de Vpupa dicendum eſt. Vpupa vt dicit Iſidor. 12. Etymologiarũ, à Græcis eſt nominata, eo ꝙ ſtercora humana comedat, & fætenti ſimo nutriatur. Auis eſt ſpurciſſima, & immunda, criſtis in capite exeuntibus galeata, ſemper in ſepulchris commorans, vel in fimo, cuius ſanguine ſi quis ſe perunxerit dormitum pergens dæmones in ſomniis ſe ſuffocantes videt, cuius cor à maleficis accipitur, quo in ſuis maleficiis vtuntur. Item, dicunt Phyſici, ꝙ cum Vpupæ adeo ſeneſcunt, vt nec volare, nec videre queant, pulli earum euellunt eis pennas inualidas, & liniunt eis oculos herbarum ſuccis, & fouent ſub alis, donec recreſcant plumæ earum, & ſic renouatæ perfectæ valent, & vident clarè, ſicut & ipſi, vt dicit Iſidorus.

Nota contra maleficos.

Quædam de Veſpertilione. Quæſt. XLII.

NVNC de Veſpertilione aliquid attingendum eſt. Veſpertilio à tempore nomen ſumpſit, eo quod lucem fugiens, circumuolet in crepuſculo veſpertino, præcipiti motu attritus, & tenuiſſimis brachiorum membranulis ſuſpenſus: eſt autem animal ſimile muri, non tam ſonans voce quàm ſtridore, ſpecie ſimilis volatilibus, & quadrupedibus, quod in aliis auibus ſolet rarius reperiri. Dicit Glo. ſuper Eſaiam cap. 2. Veſpertiliones lucem fugiunt, cæci.n. ſicut & talpæ: puluerem lingunt, oleum de lampadibus ſugunt, & in rimulis parietum ſe abſcondunt; frigidiſſimæ ſunt naturæ, vnde ſanguis veſpertilionis linitus ſuper palpebras, non ſinit creſcere pilos, vt dicit Conſtantinus, & hoc forſitan eſt, quia ſua frigiditate oppilat poros, quibus oppilatis, non recreſcunt pili.

Quædam de Locuſtis, & vnde nomen ſumpſerint. Quæſt. XLIII.

DICENDVM eſt nunc de Bruco. Sed quia Brucus, & Attacus, & Accellabus, ac Locuſta ad idem pertinent, de eis ſimul dicetur. Locuſta eſt dicta, eo, ꝙ pedibus eſt longa, vt haſta, & ideo Græci eam Aſtagon vocant, vt dicit Iſidor. 12. Etymol. Locuſta Regem non hẽt, & tñ ordinatè progreditur per turmas ſuas, vt dicitur Prouerb. 20. c. in Gloſ. mutuo ſe deuorant Locuſtæ: nam maiores manducant minores. In æſtate apparent, in hieme verò latitant, & longiora habent crura poſteriora q̃ anteriora; & ſicut dicit Gloſ. ſuper Iohelem, Locuſta primo eſt Accellabus, & poſtea creſcẽtibus alis, fit Locuſta, & poſt lædit plus in iuuẽtute, qñ eſt Accellabus, quàm in ſenectute qñ eſt Locuſta; os hẽt quadrangulum, & pro cauda aculeum hẽt, crura illius ſunt replicata, & inde reflexa; germina arborum & herbarum radicitus comedit, à vento Auſtrali generatur, & ad volandum incitatur, in vento aũt Septentrionali moritur; Locuſta in ſaliendo ſe erigit, & in erigendo cadit; de floribus amigdalinis impinguatur locuſta. Pro maiori parte venter eſt, & ideo inſatiabilis eſt, & vnicum habet inteſtinum, quod fame & immunditia ſemper eſt repletum, ſed quamdiu viuit, ſemper eſurit, & ſi quid inuenit viride, comedere non deſiſtit: modico frigore quaſi moritur & conſopitur, ſed calore ſolis reuiuiſcit, & ex eius ſtercore vermes generantur.

Quædam

Quædam de Muſtela. Quæſt. XLIIII. F

NVNC de Ophimacho dicendum eſſet,ſed quia de eo iam eſt dictum,ad alia tranſeundum eſt.ſ.vt de Muſtela quædam dicamus, quæ mus longus dicitur, vt ait Iſidor.2. Etymol. nam telon Græcè longũ eſt dictum Latinè. Hæc ingenio eſt ſubdola,in domos in quibus nutritur catulos tranſfert; de loco ad locum ſedem mutat, ne eius locus ab aliquo deprehendatur; perſequitur ſerpentes,& fugat,mures odit,& eos manducat.Sunt autem duo genera muſtelarum. Vnum eſt ſilueſtre,differens ab aliis,quod genus Græci licidas vocant.Aliud in domibus errans. Falſa eſt illorum opinio,qui dicunt muſtelam ore concipere,& aure partum effundere. huc vſque Iſido.12. Etymol.Paſſeribus,& aliis paruis auibus inſidiatur,& eorum oua tranſglutit: fœtus ſuos aliquo caſu in latibulo læſos,vel mortuos,quadam herba ſanat, imò, vt dicitur, ſuſcitat,vt ſcribit Plinius; Rutam comedit, & eius ſucco ſe perlinit,& tunc Baſiliſcum inuadit intrepida, & occidit, vt dicit Plin.lib.8.cap.22. vbi dicitur, muſtelarum virus Baſiliſcis exitio eſt; cauernam Baſiliſci facile cognoſcit, quam ſubintrans, ipſum interimit. Eſt animal multum dormiens,& per ſomnum impinguatur, vt dicit Plin lib. 29.c.1.Muſtelarum duo ſunt genera domeſtico, & ſilueſtris;vtriuſq; fel valet contra Aſpides:nam earundem pudenda multum fœtent, & ſerpentibus fetidis contrariantur;earundem etiam carnes dicuntur valere contra venenum. Muſtela etiam combuſta, & in cineres redacta, adhibetur ſalubriter, & eſt conueniens contra lethargicam paſſionem.Ita dicit Ariſt.lib.8.de Animalibus,ꝙ Muſtela pugnat contra ſerpentes, q̃a vtriq; mures comedũt,& eſt H animal velocis motus; & corporis flexibilis, atque valde mobilis,& inſtabilis,odore ſagax, dorſum habens rubeũ, & ventrem album,mutat autem colorem:nam in quibuſdam regionibus aliquo tempore anni tota pellis eius candida eſt præter caudam;morſus eius malitioſus eſt, aliter virulentus: etiam eius vrina fœtida eſt,ſicut vrina muris.

Duo ſunt muſtelarum genera.

Quædam de Mure animali puſillo. Quæſt. XLV.

CONSEQVENS eſt de Mure tractare.Mus ſecundũ Iſid.Etym.eſt animal puſillum,ab humore dictum eſt,eo ꝙ ex humore terræ naſcatur: nam Mus terra dicitur,& inde humus deriuatur;iecur muris in plenilunio creſcit,ſicut quædam maritima tunc augentur, quæ rurſus decreſcente luna minuuntur. Dicuntur mures ſorices, I eo quòd in modum ſerræ rodũt,& præſcindunt. Mus ſecundum Ariſt.lib.7.de Animalibus,non potat, & ſi potauerit,moritur. Animal eſt guloſum, ideo à modica eſca decipitur,cum odore eius prouocatur. Vrina eius fœtida eſt,& cõtagioſa,& morſus eius venenoſus; cauda quoque venenoſa eſt.De muribus dicit Plin.lib.8.cap.38. Sũt quidam Mures Pontici, qui congregant pabulum ſuum in foueis ſuis, & in hieme abſcondunt & latitant in cauernis,quorum palatum in guſtu ſagaciſſimum eſt, & in olfactu: in autumno maſculus,& femina ſpicas cõgregant, & mutuo ſe onerant ſuper ventrẽ:per caudam aũt maſculus feminã ſic onuſtã ad ſpecũ trahi:exonerato autem faſciculo in cauernis,iterũ redeunt,ad laborẽ,& cõgregato faſciculo maſculus eum ſuper dorſum ſuũ ponit, quẽ femina verſa vice onerat,& caudã eius ore tenẽs maſculum K pertrahit ad cauerna,& ſic onera deferunt alterna,vt dicit ibidẽ.Itẽ Muriũ diuerſæ ſunt ſpecies:nã quidã viuunt in domibus, & alij in cãpeſtribus, in aquarum, & fluuiorum extremitatibus cõmorantur, quidã annũ dimidiant, quia per dimidium annum dormiunt, & per dimidium vigilant, ſicut Glires, qui ſunt ſm̃ Plin.beſtiæ nociuæ,in pluribus tñ ſunt ad medicinã apti:nã vt dicit Plin.lib.30. c.6. Murium cinis cum oleo & melle auribus inſtillatus, earum dolorem ſedat, & ſi quod animal aures intrauerit præcipuum remedium eſt fel murium, cum aceto tepido temperatum inſtillare auribus. Fimus eius ſm̃ Dioſcoridem,cum aceto tritus,mũdat alopecias, & cuſtodit caput à caſu capillorũ; idẽ fimus tritus, & cũ vino in potu ſumptus, ventrem miro modo ſoluit: pellis eius recens calcaneo ſuper poſita,vulnera eius ad ſanitatem perducit.

Murium variæ ſunt ſpecies.

Quædam de Crocodilo, & vnde nomen ſumpſerit. Quæſt. XLVI.

NVNC de Crocodilo ordinem litteræ inſequentes dicendum erit. Crocodilus à croceo colore dictus eſt,vt ait Iſid. 12. Etymol. Eſt autem animal quadrupes, in terra & in aquis valens,longitudine fere 20. cubitorũ, dentibus & vnguibus immanibus armatus; tanta eſt duritia cutis eius, vt quamuis fortes ictus lapidum à tergo recipiat, nihil omnino curet; nocte in aqua, die in terra quieſcit; oua in terra fouet,quæ oua ouis anſeris ſunt maiora;maſculus & femina vicem ſeruant. De hoc dicit Solinus in Polihiſtor. cap.de Aegypto. Crocodilus animal quadrupes,in terra, & in flumine pariter valet; linguam non habet,maxillam mouet ſuperiorem:morſus eius horribili G tenacitate conueniunt, ſtipanti ſe pectinatim ſerie dentium: plerumque ad 20. vlnas excreſcit: qualia anſeris edit oua;deligit ſibi locum pro nido faciendo naturali prouidentia, nec alibi fœtus ponit quam quo creſcentis Nili aquæ non poſſunt peruenire. In partu fouendo maſculus & femina vices ſeruant; præter hiatum oris,armatus eſt etiam vnguium immanitate; noctibus in aqua degit,die humi conquieſcit; circumdatur cutis maxima firmitate,in tantum,vt ictus quouis tormento adactos, tergo repercutiat. Trochilos auis paruula,dum reliquias ciborum eius affectat, os beluæ huius paulatim ſcalpit, & ſenſim prurigine blandiente, aditum ſibi vſque ad fauces facit,quod Enydrus conſpicatus,penetrat beluam,populatuſq. vitalia, eis corroſis exit aluo. Sunt Delphines in Nilo quorum dorſa ſerratas habent criſtas, Crocodilos ſtudio alliciunt ad natandum, demerſiq. aſtu tenera ventrium ſubternatantes ſecant.& ſic eos interimunt. Præterea, habitant in inſula Nili homines ſtatura quidẽ perexigui, ſed audacia intantum præditi, vt Crocodilis ſe offerant obuios: nam hæc monſtra fugientia inſequuntur, formidant reſiſtentes, & iccirco capiuntur: ſubacti etiam intra aquas ſuas,ſeruiũt, & perdomiti metu ita obſequuntur, vt immemores atrocitatis, victores ſuos equitantes dorſo vehant. Hanc inſulam & hanc gentem vbicunque indicio odoris perſenſerint,procul fugiunt: in aqua obtuſius vident, in terra autem acutiſſimè; in hieme nullũ cibum capiunt, quoniam etiam quattuor menſes à principio brumæ inedia vitam tranſigunt. De hoc dicitur ibidem,quod Crocodili infeſti ſunt hominibus in Aegypto. Sed cum ſollemnitas Apis Dei Aegyptiorum celebratur, Crocodili cũ Sacerdotibus inducias habent, & attrectant lauantes.verum 8.die cæremoniis iam peractis,velut reddita ſæuiendi licentia,ſolitam reſumunt atrocitatem. Dicit Plinius,nullum eſſe animal, quod ex tam parua origine, in tantam creſcat magnitudinem, ſicut Crocodilus: quamdiu enim viuit, ſemper creſcit. Eſt animal valde guloſum,& multum comedit,vnde quando eſt ſaturatus, iacet iuxta litus ructans præ repletione. Dicit etiam Phyſiologus, quod ſi Crocodilus inueniat hominem iuxta litus,ſi poteſt ipſum occidit,& poſtea plorat ſuper eum, ad vltimum autem deuorat ipſum,& dicit, quod ex Crocodili fimo fiat vnguentum, quo facies mulierum ſophiſticantur, vt ſenes & rugoſæ anus; ad tempus iuuenculæ videantur. De Crocodilo multa Iſidorus & Plinius dicunt.

Delphines Nili.

Crocodili infeſti ſunt hominib. in Aegypto.

Quædam de Migali animali paruo. Quæſt. XLVII.

AMPLIVS de Migale dicendum eſt. Eſt autem Migale paruum animal ad modum Muſtelæ guloſum,rapax,& doloſum: nam cũ dolo rapit,quod ventri poſtea committit,vt dicit Gloſ.Ordinaria ſuper iſtum locum. Manſuetum ſe fingit, cum aliquis appropinquat ei, ex timore, ſed ſtatim mordet, & venenum infundit. De Migale dicit Ariſt.in lib.de Animalibus, quod equis, & mulis obſiſtit,& equæ prægnanti maximæ inſidiatur; pugnat contra ſerpentes, & tunc armat ſe Ruta.

Quædam de Camaleonte,ac eius deſcriptio. Quæſt. XLVIII.

CONSEQVENS eſt nunc de Camaleonte dicere. Eſt autem Camaleon beſtiola parua, varietate colo-

colorum reſperſa, cuius corpuſculum ad varios colores quos videt, facillima conuerſione variatur; nec inuenitur aliquod animal, cuius corpuſculum ita recipiat colorum diuerſorum immutationem. Cameleon ſecundum Auicennam, eſt Stellio, quia ad modum ſtellæ lucet, & mutat colores; Eſt animal timidum, & pauci ſanguinis, colorem enim immutat, & eſt quadrupes, habens formam Lacertæ, vngues acutos, & recuruos, corpus aſperum & durũ, cutem ad modum Crocodili. Item, dicit Ariſtot. lib. 2. de Animalibus. Cameleon eſt animal paruum ſimile Lacertæ, cuius latera ſunt oblonga, peruenientia ad inferius ſui ventris, ſicut Lacertæ & piſcium, & medium ſpondilium dorſi eius prominet, ſicut medium ſpondilium piſcis, & forma eius eſt ſicut animalis cõpoſiti ex Porco & Simia, & habet caudam valde longam, & eius extremum eſt gracile valde, & habet pedes reflexos, ſicut Lacertuli, & quilibet pedum diuiditur in duo, & comparatio vnius pedis ad alterum eſt, ſicut pollicis hominis ad reſiduum manus, & quælibet ipſarum partium diuiditur in digitos, & habet vngulas ſimiles vnguibus auium; totum corpus eius eſt aſperrimum, & oculi eius perfunduntur, & ſunt magni, & profundi, & continentur à corio ſimili corio totius corporis eius, & non cooperitur ab ipſo, & girat oculos ſuos frequenter circumquaque, & alteratur color eius, & inſufflatur corium eius, & habet colorem declinantem ad nigredinem. Sunt autem in eo maculæ nigræ, & hæc variatio eſt in toto corpore eius, & maximè in oculis, & in cauda, & eſt motus eius grauis valde, & in morte eſt turpis coloris, & id quod eſt in corpore ſuo, eſt modicæ carnis, parum enim habet niſi in capite, & radice caudæ, vbi habet modicum ſanguinis, ſimiliter habet in corde & in venis, quod patet ex erroribus ab eo factis in circuitu oculorum, & eius cerebrum eſt prope oculos. Si quis autem diuiſerit corpus eius in duas partes, permanebit in operationibus ſuis per ſuum ſpiritum, & manet modicus motus circa cor; & non habet ſplen: manetq. in cauernis, ſicut Lacerta, vſque huc Ariſtot. Item dicit Plin. lib. 28. cap. 8. Cameleon eſt animal ſimile Crocodilo, ſolum curuatura dorſi & caudæ amplitudine diſtans, nullum animal eo pauidius æſtimatur: ideo mutatur color eius, & maximè contra Accipitres: attrahit enim Accipitres ad ſe volantes, & præbet ceteris animalibus voluntariè lacerandos: Caput eius & guttur, ſi cum quercinis lignis accendantur imbrem facit & tonitrua, vt Democritus aſſerit. Sed hoc irridet Plin. qualecunque enim ſit animal, inter munda computatur, vnde ſuper iſtum locũ dicit Heſichius, macreſcit, & præ infirmitate manſuetum ſe fingit, alias tamen eſt crudele. Dicitur Cameleon ſolo aere viuere, ſicut talpa ex terra, & halec ex vnda, & Salamandra ex igne; vnde verſus.

Quattuor ex puris vitam ducunt elementis.
Cameleon, talpa, maris halec, Salamandra.
Terra alit talpam: flamma paſcit Salamandram.
Vnda ſunt haleci cibus, aer Cameleonti.

De colorũ mutatione in Cameleonte diximus ſuper Deuteron. in cap. 13. aſſignantes nõ fieri aliquam veram mutationem coloris in eo, ſed ex repercuſſione aliorum colorum ſuper Cameleontem hoc contingere, ſicut ibi declaratum eſt ex fundamentis perſpectiuæ artis. Dicit autem Auicenna, quòd iſta mutatio fit propter timorem huius animalis, quoniam eſt timidum ſuper omnia animalia, & ſic in nobis eſt: quia color permutamur, quãdo timemus, aut erubeſcimus. In hoc autem diffiniendum eſt, quod aut confitemur in Cameleonte fieri mutationem coloris, ita, quod videatur in eo color illius rei, quæ ſibi obiicitur, aut quod ad aliquam rem viſam permutetur color eius, ſed non ad ſimilitudinem coloris rei obiectæ ſibi. Si autem dicamus primum, ſcilicet, quod permutetur Cameleon ad ſimilitudinem colorum omnium rerum obiectarum, ſecundum quod communiter dicitur, non poterit ſtare dictum Auicennæ: quoniam timor quamuis in nobis cauſet quandam coloris mutationem ex ſubitanea ſuga ſanguinis à quibuſdam membris ad animalia, tamen non fit talis color in timentibus, qualis eſt color rei quam vident, ſed cauſatur quædam palliditas ex abſentia ſanguinis colorantis partes illas, in quibus eſt. Si ergo eſſet

Cameleō eſt pauidius alijs animalibus.

Quare Cameleō mutet colores.

A mutatio coloris in Cameleonte ad omnem colorem obiectarum rerum, impoſſibile eſſet, quòd id ex timore prouenirct, & nunc ſtabit neceſſariò aſſignatio illa, quam poſuimus in Deuteron. cap. 14. Si autem dicatur, quòd Cameleon mutatur, quando videt aliquam rem, tamen non mutatur ad colorem illius, ſed ad aliquem alium. Dicendum eſt, quod fit ex timore propter fugam ſanguinis, ſicut dicit Auicenna.

Quædam de Stellione, & vnde nomen ſumpſerit. Quæſt. XLIX.

NVNC de Stellione dicendum eſt, quoniam de eo littera agit. Stellio nomen ſumpſit ex colore, eſt enim beſtiola tergo depicta lucentibus guttis in modum
B ſtellarum, de quo Ouidius ait.

Aptumque colori
Nomen habet, varijs ſtellatus corpore guttis.

vt dicit Iſid. 12. Etymol. vbi ſubiungit. Stellio adeo Scorpionibus eſt contrarius, vt viſo eo, pauor his incutiatur, & torpor. Plin. lib. 8. dicit, quod Stellio maximè de rore viuit: & quamuis animal pulchrum, & depictum ſit, valde tamen eſt venenoſum, vt dicit Plin. lib. 29. cap. 2. Ex Stellione peſſimum medicamentum fit: nam cum fuerit mortuus in humo, faciem eorum, qui viderint lentigine obducit: fel Stellionum tritum in aqua, muſtelas dicitur congregare: & eſt Stellio genus Lacertæ reptile, & quadrupes, habẽs pedes latos, digitos ſciſſos ad modum manus, quibus repit ad domorum & murorum rimas, in quibus facit cauernas ſuas, & mutat ſpolium ſuum, ſicut Ser-
C pens, vt dicit idem; & latitat in Hieme in cauernis, & hebetatur viſus eius; in Vere autem exiens de cauerna, ſentiens defectum viſus, mutat locum, & quærit ſibi locũ & cauernam ad orientem, & continuo aperit oculos ſuos contra orientem, quouſq; in oculo deficcetur humor, & conſumatur nebula, quæ oculis caliginem inducebat. Super lib. Prouerb. cap. 30. Gloſ. innuit, quod Stellio eſt animal velociſſimum, tamen non pennatum, ſed habilitate pedum repit, & fodit parietes domorum & murorum. Vlterius de Lacerta dicendum erat, quia tamen ad genus Stellionis pertinet, de quo iam dictum eſt, non oportet vltra dici.

Quædam de Talpa, & eius deſcriptio. Quæſt. L.

D DE Talpa igitur pertractemus. Talpa eſt quædam beſtiola ad modum Muris, de qua dicit Iſidot. 12. Etym. quod ſit damnata cęcitate perpetua in tenebris, eſt enim abſque oculis; roſtrum etiam habet ad modũ porci, cum quo terram fodit & euertit, de quo dicit Iſid. radices ſub terra comedit, Solem odit, & fugit, nec diu poteſt viuere ſuper terram: nigram habet pellem, villoſam, & mollem, crura breuiſſima, & pedes latos, & diſtinctos ad modum manus. De Talpa dicit Ariſt. Omne animal generans ſibi ſimile, habet oculos, præter Talpã, quæ non habet oculos apparentes, ſed ſi quis inciderit corium ſub fronte, inueniet interius veſtigia latentium oculorum; putauerunt aliqui, quod illud corium rumpatur præ anguſtia, quando incipit mori, & tunc incipit aperire oculos
E moriendo, qui eos clauſos habuit viuendo. de hoc Plin. lib. 10. c. 59. liquidius audiunt Talpæ obrutæ terra denſo, atque ſurdo naturę elemento, & ſi hominem audierint fugiunt à remotis. De his autem intantum dictum ſit.

CAP. XII.

LOCVTVSQ. *eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Mulier, ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus iuxta dies ſeparationis menſtruæ, & die octauo circumcidetur infantulus, ipſa vero triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Omne ſanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleantur dies purgationis ſuæ.*

Purificatio puerperæ. 5. diſt. c. hæc qua. & c. cum enixa. & c. ad eius.

LOCVTVSQ. In ſuperioribus egerat Legiſlator de immunditia quæ cauſabatur ab extra, hic nunc agitur de illa quæ prouenit ab intra. Et diuiditur in quattuor partes, ſecundum quòd ſunt quattuor immunditiæ, ſcilicet de immunditia puerperæ, & de immunditia lepræ, & de ſemine fluente ac ſanguine; De ſecũda in c.ſeq. De tertia infra, c.15. in princ. De quarta, infra 15. cap. ad medium. vbi dicitur: *Mulier quæ redeunte menſe*. Prima in duas: quoniam Primò agitur de parientium pollutione; Secundò de earum purificatione. Secunda ibi: *Cumq; expleti fuerint dies*. Iterum prima in duas, quoniam Primò agitur de purificatione illarum quæ filios pepererunt; Secunda, de eis quæ filias genuerunt; Secunda ibi: *Si autem feminam*. Circa principium dicitur: *Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen, dicens*. Hic ponitur iſtud caput orationis: quoniã ea quæ ſupra dicta ſunt, pertinebant ad aliam narrationem. ſ. ad puritatem in cibis, hic autem de pariẽtibus agitur, vt ergo inter hæc diuerſitas appareat, ponitur iſtud caput orationis, nec ex hoc concluditur, ꝙ iſta fuerit alia locutio à ſuperioribus. ſ. facta per aliquam interpolationem, de quo magis diximus ſupra, 1. cap. *Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos*: Omnes iſtæ leges ſoli Moyſi dabantur, ipſe autem debebat eas poſtea populo promulgare, nõ enim decebat, vt omnia per ſe Deus proferret, vt declaratum fuit Exo. 20. c. & fuit iſta lex de purificatione parturientium data tunc, cum Tabernaculum factum eſt, & non decuit ante dari, quia iſta eſt lex de immunditia quadam, quæ conſiderabatur reſpectu ingreſſus Sanctuarij, & in tangendo res ſacras ſolum, ſecundum quòd habetur in littera cum dicitur. Omne ſanctum non tanget, nec ingredietur Sanctuarium, donec impleantur dies purgationis ſuæ, ſed ante hoc non erat fabricatum Sanctuarium, ergo non erat neceſſarium dari hãc legem.

Hæc eſt lex de parientibus.

An Iudæi obſeruent nunc iſtam legem de purificatione poſt partum. Quæſt. I.

QVÆRET autem nunc aliquis de obſeruatione huius legis, an obſeruetur nunc apud Iudæos? Et reſpondẽdum eſt, ꝙ temporibus antiquis vſq; ad Chriſti natiuitatem & expulſionem Iudæorum de Ieruſalem, non fuit dubium iſtam legem obſeruatam fuiſſe: nam & in Saluatore noſtro Chriſto hoc obſeruatum eſt, ſicut habetur Luc. c. 2. cum dicitur: Poſtquam impleti ſũt dies purgationis eius, ſecundum legem Moyſi, tulerũt illum in Ieruſalem, vt ſiſterent eum coram Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini &c. in quibus non ſolum innuitur, ꝙ iſta in Chriſto tunc temporis obſeruata fuerint, ſed etiam ꝙ in omnibus obſeruabantur. Nunc autem dicendum eſt, ꝙ iſta non obſeruantur, nõ quidem, vt aliqui imperiti dicunt, ꝙ Iudæi iſta obſeruare non audent metu principum Chriſtianorum, quoniam etiam ſi Principes ſub mortis interminatione eis iſta mandarent, non obedirent præeligentes mortem, ſi eſſent veri æmulatores paternarum traditionum: nam contra legẽ eſt, ꝙ Iudæi iſta nunc obſeruarent; nam iſtud præceptum concernit duo. ſ. ſacrificium parientium, & abſtinentiam ab ingreſſu Sanctuarij, neutrum autem horum nũc poſſibile eſt. De Primo, quoniam nulla ſacrificia in aliquo loco offerri poterant, niſi vbi iuſſiſſet Dominus, & eſſet ſtatutus locus, & hoc in terra promiſſionis: nunc autem cum extra terram illam ſint, nullatenus offerre poterunt, ideo nec quando erant in terra promiſſionis poterant offerre ſacrificia in omni loco, ſed ſolum in illo loco quem Dominus elegiſſet, vt habetur Deuter. 12. c. cum dicitur: Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quẽ videris, ſed in eo quem elegerit Dominus, in vna tribuum tuarum offeres, & facies quodcunq; præcepi tibi. Ideo, ſi aliquis vellet in terra promiſſionis facere altare ſpecialiter in aliquo loco, ad offerendum victimas, præterquam in loco quem Dominus elegiſſet, habebatur tanquam idololatra, & alij inſurgebant in eum, vt eum perderent, ſicut de duabus tribubus, & dimidia, quæ ædificauerunt altare circa tumulos Iordanis, vt habetur Ioſue 22. c. non eſt igitur hic locus Iudæis fabricandi altare, nec offerendi ſacrificia, cum ſint extra terram promiſſionis, & Dominus non elegerit aliquem iſtorum locorum, ergo lex iſta quantum ad partem illam, in qua iubet, ꝙ offerantur Domino quædã ſacrificia in emundatione pariẽtium, in terra iſta à Iudæis compleri non poteſt. Conſiſtebat etiam iſta lex in abſtinentia ab ingreſſu Sãctuarij, & à tactu ſacrarum rerum, & quantum ad iſtam particulam, compleri non poteſt, quoniam iam non eſt aliquod Sanctuarium ad quod accedere debeant, vel aliquæ res ſacræ à quibus abſtinendum ſit. Ideo, etiam quantum ad hoc non ſeruatur; Iudæi tamen ſecundum ꝙ ab antiquo habuerunt quaſdam Synagogas, etiam quando erãt in terra promiſſionis, in quibus ſolum audiebant verbum Dei, & nõ faciebant aliqua ſacrificia, ita nunc habent, & iſta loca apud eos aliquo modo ſancta ſunt, & in his conantur ipſi obſeruare hanc legem. ſ. ꝙ feminæ parientes abſtineant ab ingreſſu illarum Synagogarum per tantum tempus; quantum hic iubetur, nec tamen obligantur ad hoc, quoniam non ſunt iſta loca, quæ poſſunt vocari Sanctuarium, & ideo quamuis hodie maneret iſta lex, poſſent feminę Iudæorum introire in Synagogas iſtas in tempore, quo vetatur hic acceſſus ad Sanctuarium, & ſic dicendum, ꝙ non obſeruant Iudæi nunc iſtam legem, nec obſeruare poſſunt. *Mulier ſi ſuſcepto ſemine*. Hic ponitur regula de mulieribus quæ pariunt filios, quanto tempore abſtinere debeant ab ingreſſu Sanctuarij; & dicitur, ꝙ ſi mulier ſuſcepto ſemine peperit maſculum, immunda eſt, in quo videtur ſuperabundare illa particula ſi ſuſcepto ſemine: quoniam manifeſtum eſt, ꝙ feminæ non poſſunt concipere, niſi ſemen ſuſcipiant à viris: ponit tamen Sacra Scriptura hoc ex ſuperabundanti, ſicut interdum circa quædam alia ſolita eſt facere.

Præceptũ hoc duo cõcernit.

Regula de mulieribus parientibus filios quanto tempore abſtinere debebant ab acceſſu Sanctuarij.

An iſta particula, ſcilicet, mulier ſi ſuſcepto ſemine ponatur ad excuſationem beatæ Virginis, quanquam ipſa non vteretur hoc priuilegio. Quæſt. II.

SCIENDVM tamen, ꝙ aliqui volunt iſtam particulam fuiſſe poſitam propter Virginem benedictã, quę Chriſtum peperit ſine ſemine, & fuit exempta ab hac lege, cum tamen obſeruauit tempora purificationis id non fecit tanquam legi ſubdita eſſet, ſed ex humilitate, & ad tollendum ſcandalum: nam ſi vidiſſent Iudæi, ꝙ Beata Virgo non obſeruaret leges purificationis aliarum mulierum exiſtimaſſent eam extra oẽm legem tãquam profanam, & tentaſſẽt eam punire pęna fractoris legis, quod non decebat, & eo modo Chriſtus Circumciſionẽ accepit, quãquam nullum à quo mundaretur haberet peccatum. Ad hoc autem dicendum eſt, ꝙ nõ poteſt ſtare; quia ſi iſta lex fuiſſet data ſpecialiter in iſta particula pp beatam Virginẽ, oportebat, ꝙ ei aliquid profeciſſet, alioquin fruſtra daretur, ꝙ abſurdũ eſt; ſed nihil profecit, nec poterat ei proficere, ergo non fuit data pp ipſam. Hoc patet: quia dr̃ hic: mulier ſi ſuſcepto ſemine. Si aũt per hoc debuiſſet excuſari Beata Virgo, oportebat ꝙ cõſtaret de ipſa, ꝙ concepiſſet filiũ nullo ſemine ſuſcepto. Sed hoc conſtare non poterat, quia omnes feminæ quæ concipiũt naturaliter, primo ſuſcipiunt ſemen, nec vnquã aliter viſum eſt, nec fieri vllatenus poteſt, ideo qñ Beata Virgo genuit Saluatorem, exiſtimauerunt Iudæi, ꝙ ex ſemine cõcepiſſet. Vnde aliqui putabant Chriſtum fuiſſe natũ ex aliquo viro adulterino cum Ioſeph maritus Virginis videretur impotens ad generandũ, & ideo dicebãt eum ex fornicatione genitũ, ſicut habetur Io. 5. c. vbi Iudæi improperantes Chriſto dixerunt: Nos ex fornicatione nati nõ ſumus, quaſi dicerent: nõ ſumus nati ex fornicatione, ſicut tu. Alij aũt qui ſanioris animi erant, exiſtimabant Chriſtum eſſe filium Ioſeph, vt habetur Luc. 3. c. cũ dr̃: & ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum 30. vt putabatur filius Ioſeph. Omnes igitur ſiue boni animi, ſiue mali, tẽpore quo Chriſtus natus eſt, exiſtimauerunt eum ex ſemine genitũ; dato ergo, ꝙ Beata Virgo nolens obſeruare legem purificationis aliarum mulierum, iuuaret ſe ex hac particula. ſ. mulier ſi ſuſcepto ſemine, nullus ſibi crederet, & permitteret ei exemptam eſſe ab hac lege: qm̃ quamuis non deficeret ſibi ius, deficiebat tamen probatio iuris. non ergo Deus fecit apponi hanc particulã ex hac cauſa, quia ſciebat

bat ꝙ nullo modo B. Virgo poterat ex hoc tueri, quin ſubiret A legem aliarum mulierum. Item, ſi iſta particula fuiſſet expreſſa propter Beatam Virginem, ipſa tentaſſet immunis eſſe à lege purificationis, nolens purgari, ſicut aliæ mulieres faciebant: Sed hoc non factum eſt, quia ipſa voluntariè ſe ſubmiſit legi, ergo non fuit propter ipſam expreſſa. Si dicas, quod Beata Virgo non tentauit eximi ab hac lege, quia non poterat probare ſe concepiſſe ſine ſemine, non ſtat: quia Deus potuiſſet ad hoc facere miraculum, vt patefieret huiuſmodi conceptus, & non ſolum hoc potuiſſet, ſed etiam debuiſſet facere, vt iſta particula quam ipſe poni fecerat in lege ad eximendam Beatã Virginem, ad legem communem non maneret inutilis, ſicut pro quibuſdam aliis rebus minoris neceſſitatis Deus ſæpiſſimè miracula agit; non ergo poteſt dici, quod ad hoc iſta particula fuerit. Dicet autem aliquis, quod quamuis B Beata Virgo non potuit eximi à lege communi aliarum mulierum, exiſtentibus eis quæ extiterunt, & ſi tentaſſet exempta fore, & quanquam non deceret, vt etiam ipſa exempta eſſet ſecundum actum ab obſeruatione iſtius legis, tamen conueniens fuit, vt hoc exprimeretur, propter Beatam Virginem, vt ſaltem haberet hoc priuilegium, quanquam eo non vteretur. Ad hoc reſpondendum eſt, quod hoc non ſtat conuenienter: nam ſi Beata Virgo eximeretur ab hac lege communi, hoc eſſet, quia illa lex eſſet lex alicuius peccati, ſicut illa lex, quod omnes qui naſcuntur ex propagatione ſeminis, naſcantur cum peccato originali: à quo Beatam Virginem exemptam fuiſſe piè confitemur, aut poſſumus confiteri. Aut eſſet aliqua lex, quæ præſupponeret peccatũ, ſicut ſi in aliqua lege induceretur aliqua pœna propter aliquod peccatũ, ab illa conueniens C erat Beatã Virginem liberari: Sed iſta lex quæ eſt de purificatione poſt partum, continet actum virtutis, ſ. actum latriç: etiam non præſupponit aliquod peccatum, quia ex eo quod aliqua mulier concepit, & purificatur, non peccat: ideo non oportebat vt ab hac lege Virgo benedicta exempta eſſet. Item, patet hoc: quoniam iſta lex purificationis datur, propter immunditiam corporalem ipſarũ parturientium, ſcilicet, quia ſanguis fluit. De Beata Virgine dicendũ, quod ipſa mundior fuit ceteris mulieribus in partu ſuo: non tamen ex hoc tollitur quin aliquis ſanguis fluxerit ex vtero eius, ſicut ex alijs mulieribus, quamquam non in tanta multitudine. Nec aliquis poterit hoc ſubterfugere dicens, quod iſte fluxus ſanguis poſt partum proueniat ex eo, quod mulier à viro cognita eſt, quod non fuit in Beata Virgine, cum non fuerit cognita à viro: nam D iſte ſanguis fluens in mulieribus, non eſt aliquo modo in feminis ex parte viri, tãquam ex cauſa materiali, ita quod ex illo fiat, nec tantum ex cauſa efficiente ita quod ſemine virili agente reſoluatur, & fluat iſte ſanguis in femina: quoniam feminæ, cum ſunt in virginitate, ſi ad adultam ætatem peruenerint, fluxum menſtruorum patiuntur, licet à viris incognitæ ſint. Sic ergo fieri potuit, & ſatis conueniens eſt dici, quod aliquis ſanguis effluxerit de vtero Beatæ Virginis, poſtquam ab vtero Saluator noſter prodiit. Sed propter iſtum ſanguis fluxum mulieres immundæ erant, ergo ſine præiudicio Dominæ noſtræ videtur ſatis poſſe dici, ꝙ in ea fuit id propter quod iſta lex data eſt, & quod ipſa debuit rationabiliter eam obſeruare. Itẽ, patet adhuc magis hoc: nam id quod adhuc aliqui adducunt in defenſionem huius poſitionis nihil valet: dicunt E enim hoc debere fieri in mulieribus, quæ ex ſemine conceperunt, ſed Beata Virgo non concepit ex ſemine. Dicendum eſt, quod hoc non poteſt ſtare: quoniam nõ ideo mulieri iſta purificatio imponitur, quia à viro cognita eſt, ſed quia ſanguine fluit. Sed in Beata Virgine ſecundum ſupradicta, poteſt dici ſatis rationabiliter, quod fuerit aliquis fluxus ſanguinis poſt partũ, ideo debuit ſubiici huic legi: patet antecedens: nam ſi propter ſuſceptionem ſeminis induceretur iſta purgatio, quandocunque femina cognoſceretur carnaliter, debebat ſic expiari: ſed hoc falſum eſt: quia ſiue vir cognouiſſet milleſies aliquam feminam, aut femina decies millies cognita fuiſſet à viro, vel viris, non debebat in ea ſeruari iſta lex purificationis, ſed debebat ſemel lauare corpus ſuũ, & ſic mundabatur ſufficienter, & poterat intrare Sanctuarium, nec manebat iſta

An fuerit cõmunis quod B. Virgo haberet hoc priuilegiũ e ſi illo non vteretur.

Virgo nõ cõtraxit originale, vt piè eſt credendum.

B. Virgo ĩ ſuo partu alijs mulieribus fuit mundior, infra q. 25.

Etiã vide infra. q. 25. ſed aduerte lector, ꝙ iſta non ſunt prædicanda in lingua Hiſpanica, ſiue Italica populo rudi, quia ſcandalizabitur:

A immunditia, niſi per vnum diem ad plus, vt habetur infra 15. cap. cum dicitur: Vir de quo egreditur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum, & immundus erit vſque ad veſperum: veſtem & pellem quam habuerit lauabit aqua, & immundus erit vſque ad veſperum: mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vſque ad veſperum: Patet igitur, quod non imponatur iſta lex purificationis propter feminam cognitam eſſe à viro, & ſic ex hac parte non poterimus magis excuſare Beatam Virginem ab hac lege quam aliquam aliam feminam. Quod autem propter ſanguinem fluentem poſt partum, imponatur iſta purificatio, patet in litterã cũ dicitur: ipſa verò 33. diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ: omne ſanctum non tanget, nec ingredietur Sanctuarium, donec impleantur dies purgationis. Patet ergo, quod pro- B pter ſanguinẽ indicitur iſta purificatio, & ipſe fluxus ſanguinis eſt immunditia, à qua debet hæc mulier purgari, cũ dicatur: manebit in ſanguine purificationis ſuæ, quod eſt intelligendum per hipallagen, id eſt, in purificatione ſanguinis ſui. Patet autem hoc adhuc magis: quia quandocunque fluxus ſanguinis, ſiue menſtrualis, ſiue aliàs, accidiſſet, mulier immunda erat, & manebat toto illo tempore fluxus ſanguinis & menſtruorum ſeparata à rebus ſanctis, vt patet infra 15. c. Quod enim in B. Virgine fuerit aliquis fluxus ſanguinis, conceſſum eſt, ergo in ea potuit habere locum iſta lex, & debuit.

immo rudis arcẽdi ſunt ſimplices ne iſta audiãt: quia non oportet eos ſapere pluſquã oportet. Dicẽda ergo ſunt iſta corã viris ſapientiſſimis, qui non ſcandalizantur, ſed potius gaudent de veritate cognita.

An Beata Virgo fuerit obligata huic legi de purificatione, ita quod non obſeruando eam peccaſſet mortaliter.
Quæſt. III.

C NVnc autem inquirendum eſt, an B. Virgo fuerit obligata iſti legi, ſicut quælibet alia mulier, ita, ꝙ non obſeruando eam, peccaſſet mortaliter, ſicut peccaſſet alia femina non obſeruans. Dicunt aliqui, vt ſupra tangebatur, quod non tenebatur legi, ſed ſpontè ſe purificauit. Primò, quia ex tenore legis apparet eam fuiſſe liberam à lege; nam dicitur: Mulier ſi ſuſcepto ſemine maſculum peperit, &c. ſed iſta non ſuſcepit ſemen, ergo non habebat locum in ea diſpoſitio legis. Secundò, dicunt aliqui, ꝙ iam tranſierat tempus obligationis legis huius, quia natus erat Chriſtus, ideo non obligabatur virgo ad hoc. Tertiò, quia purificatio, vel purgatio non fit, niſi in illis, qui haberent aliquam impuritatem, ſed non fuit in Domina noſtra aliqua impuritas, ergo nec purificari te- D nebatur. Quartò, quia dicit Beatus Bernardus, ꝙ Domina noſtra nihil purgandũ habuit, ergo purificari non obligabatur. Quintò, quia dicunt ſecundum Anſelmum, ꝙ hæc virgo debuit nitere ea puritate qua maior ſub Deo non poſſet intelligi, ergo nihil impurum habuit, & ita neque poterat purificari. Reſpondendum eſt dupliciter ad quæſtionem: vno modo dici poſſet, ſecundum quod dicunt aliqui, quod quamquam iſta particula, quæ hic habetur, ſ. Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit filium, immũda erit, videatur aliquo modo ſaltem in ſuperficie excuſare B. Virginem, tamen vt probatum eſt, iſta particula non dicta fuit propter ipſam, ideo non excuſabitur: nam in legibus humanis ſic eſt, quia lex debet interpretari ſecundum intentionem Legiſlatoris; & quanquam lex videatur aliquid dicere in verbis, ſi tamen illud conſtet re- E pugnare intentioni Legiſlatoris, non obſeruabitur, quia ille fraudem facit legi, quia verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem, vt habetur ff. de legib. l. fraus, & in l. præcedenti. ergo non iuuabitur Virgo Beata ex hac particula, cum conſtet quod non fuerit dicta propter ipſam, & ſic videbitur obligata eſſe huic legi. Item magis patet: quia iſta Clauſula, non ſolum dicta fuerat propter B. Virginem, ſed etiam ſi conſtaret de quacunque alia femina, quod genuiſſet ſine ſuſcepto ſemine, non excuſaretur ab hac lege; quod apparet quoniam illa femina flueret ſanguinem, immediatè poſt partum, vel per aliquot dies, cum hoc non proueniat ex ſemine ſuſcepto, & ſic iſta pollueret Sanctuarium contaminando illud ſanguine, tamen infra 15. cap. dicitur, quod quãdo feminę ſunt in fluxu menſtruorum, vel ſanguinis, aut quomodocunque immundę ſunt, non debent accedere ad Sanctuariũ, nec tangere

Dato, ꝙ oẽs mulieres Hebrææ pepeiſſent in virginitate, & hoc cõſtaret, erant obligatæ huic legi,

Ne intrarent in immunditia ſanguinis ad Sanctuarium.

gere aliquas res ſacras, ergo quamuis feminæ, nunquam conciperent ſuſcepto ſemine, ſed eſſent omnes in virginitate exiſtentes, ſicut Virgo Domina noſtra, tamen abſtinuiſſent in Veteri Teſtamento ab ingreſſu Sanctuarij, & acceſſu ad res ſacras, per iſtam legem purificationis; ſic igitur Domina noſtra quanquam Virgo conceperit, ſi tñ aliquem ſanguinis fluxum poſt partum paſſa eſt, incurrebat in id propter quod aliis feminis iniungebatur lex purificationis, & ſic deberet eſſe huic legi obligata. Nec iſta particula, ſ. ſi ſuſcepto ſemine aliquid ꝓdeſſe videtur ad excuſationem eius: nam non fuit poſitum ad aliquid ſpecialiter ſignificandum, ſed ex ſuperabūdāti, ſicut aliquæ particulæ ponūtur in Sacra Scriptura. eſt.n. in Sacra Scriptura, & in aliis vſitatus iſte modus loquēdi per figuram quæ pleonaſmus appellatur, vt cum dicimus ore locutus eſt, vel oculis vidit eum, nam conſtat nullum, niſi ore loqui poſſe, nullum quoque videre niſi oculis. Sed ſi tunc quæratur, an Beata Virgo peccauiſſet, ſi non obſeruaſſet iſtā legem purificationis cum videatur eſſe ſubiecta ei. Reſpondendum eſt, loquendo ſine præiudicio Dominæ noſtræ, & ex ratione propter quam lex introducta eſt, teneri ipſam ad iſtam legem, ſicut aliæ feminæ tenebantur. Sed quanquam non obſeruaſſet hanc purificationem ſecundum aliquos, nō peccabat vllatenus; & hoc propter duo.

An B. Virgo peccauiſſet, ſi nō obſeruaſſet hanc legē purificationis.

Primò, quoniam iſta lex de purificatione, quando Domina noſtra peperit, deſinebat obligare, quia vetus Teſtamentum non fuit datum ad ſemper, ſed tanquam quædam diſpoſitio ad Nouum Teſtamētum, quod melius & perfectius erat, vt ait Apoſtolus ad Hebræ. 7. c. legiſlator autem Noui Teſtamēti fuit Chriſtus, ideo nato illo, incæpit aliquo modo Nouum Teſtamentum, & Vetus deſiit obligare: ideo nulla cæremonia de antiquis in Veteri Teſtamento habebat iam obligationem; & quanquam non obſeruarent eas Iudæi, non videbantur peccare, niſi inquantum contra conſcientiam agerent. ſ. ꝙ ſi Hebræi intelligerent nato Chriſto ſe eſſe obligatos ad obligationem cæremoniarum Veteris Teſtamenti, ſicut ante erant, quanquam veraciter nō eſſent obligati, tamen quia contra conſcientiam agebant, peccabant non obſeruantes, id enim quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ſecundum Apoſtolum ad Rom. 14. c. Si tamen intelligerent ſe non eſſe obligatos ad iſtas obligationes ſeu obſeruationes, cum ſic realiter eſſet, non peccabant non obſeruādo, ſicut diſtinguit Apoſtolus ad Rom. 15. de illis qui diſtinguunt tempora ad obſeruationem legis in cæremonialibus. Sic etiam de Domina noſtra erat, quoniam ipſa erat ſciens, quando obligabant præcepta Veteris Teſtamenti, vel qñ obligare deſinebant: qm̄ Deus eam repleuerat altiſſima ſapientia, & charitate, ideo non agebat cōtra conſcientiam, dato, ꝙ non obſeruaſſet iſtā legem purificationis: quamobrem non peccabat. Secunda ratio huius eſt: qm̄ quamuis iſta lex ex tenore ſuo omnes comprehenderet, tñ ſicut ille qui legem imponit, legi non ſubiicitur, quanquam ipſa vniuerſaliter lata ſit, & ipſa mater legiſlatoris debet habere priuilegium, vt legi non ſubdatur. Chriſtus enim legem iſtā tulerat, quia quamuis ex tempore humanam naturam aſſumpſiſſet, ab æterno, tamen Deus erat, & ipſe eſt qui totā Veterem Legem tribuitur, igitur rationabile valde erat, vt Domina noſtra, quæ eius vera mater erat, huic legi non ſubderetur; hoc autem ipſa ſciebat, ideo quanquam nō obſeruaſſet iſtam legem, non egiſſet contra cōſcientiam, cum ſciret ſe exemptam ab illa, ideo non peccaſſet. Secundo modo poteſt reſponderi ad quæſtionem, quia aut petitur, an verè fuerit obligata mater Chriſti huic legi, vel an ſecundum tenorem huius legis Moyſi de parientibus, quæ hic ponitur cenſendum erat, ꝙ eſſet obligata: Si de primo quæratur, dicendum, ꝙ non poteſt conſtare, quia non cōſiſtit in iure, ſed in facto, & ea quæ ſunt facti non poſſunt probari, niſi per aſſertionem hiſtoricam. Si petatur de ſecundo. Dicendum, ꝙ certum eſt Dominam noſtram fuiſſe obligatam huic legi de purificatione poſt partum. Primum patet: quia dato, ꝙ conſtaret eam ex tenore, aut vigore legis obligatam eſſe, poterat cum ea diſpenſari, vt non ſe purificaret, & iā non teneretur, & quia de hoc non conſtat, cum conſiſtat in facto, non poterit reſponderi. Etiam poſſet cogitari, ꝙ tēpus

F obligationis legis erat iam præteritū, & ideo ceſſaret iam obligare, ideo firmiter per certitudinem aſſerere, quòd fuerit obligata legi, non poſſumus, cum potuerit cum ea eſſe diſpenſatum; & non ſolum dico hoc de Beata Virgine, immo de qualibet muliere Iudæa, ꝙ de nulla earum poſſumus certè aſſerere, ꝙ fuerit obligata huic purificationi poſt partum, quia poterat eſſe cum ea diſpenſatum. Sic patet de illa lege, quæ ponitur de loco immolationis, quòd ſi homo quilibet de Iſrael occiderit bouem, aut ouem, vel capram, & non obtulerit ad oſtium Tabernaculi, reus erit ſanguinis, quaſi ſanguinē fuderit, ſic peribit de populo ſuo. Ex tenore enim legis illius cōſtat, ꝙ omnes tenebantur ad præſentādum oblationes ſuas coram oſtio Tabernaculi, & nulli licebat alibi offerre ſub pœna mortis, & tamen quidam fuerunt liberi ab hac lege ex ſpeciali **G** diſpenſatione, vt Samuel, Dauid, Helias, Manue, pater Samſonis, vt oſtendimus infra 17. cap. & ſicut de iſtis ſcimus, ita potuerant eſſe multi alij, cum quibus Deus ſuper hoc diſpenſauit, & ſit nobis ignotum. Hoc modo de nullo homine poſſumus per certitudinem aſſerere, ꝙ ſit obligatus, aut fuerit alicui legi cæremoniali, id eſt, quæ non erat de lege naturæ, quia poterat eſſe cum eo diſpēſatum, ſed de quolibet poſſumus dicere, an ſit obligatus legi alicui ſecundum tenorem, vel rigorem legis. Et ideo ſicut non aſſerimus quid de facto fuerit, quia eſt præſumptio, ita eſt econtrario inſania aſſerere, quòd Domina noſtra de facto non fuerit obligata huic legi, quia non poterunt oſtendere exceptionem ab hac lege, quia de facto nemo oſtendet, quòd cum ea Deus diſpenſauerit. De iure autem conſtat eſſe ſubditam, ſcilicet de rigore, ideo te- **H** merarium eſt aſſerere eam nō fuiſſe huic legi obligatam, licet deuotum putetur à quibuſdam. Secundo autem erat ꝙ de rigore legis, & tenore eius erat illi ſubdita, & hoc apparet: quia ipſa erat mulier Iudæa, & de ſtirpe Iudæorum, & pariens maſculum, ideo obligabatur ſe purificare. Item, ſi non eſſet Virgo obligata huic legi, aut hoc eſſet, quia non erant in ea conditiones legis, aut quia lex non habebat vim obligandi eam: Primum non conuenit, quia nihil in ea deerat de cōditionibus legis; Secundum multo minus ſtat: quia ſi iſta lex nō haberet vim obligandi eā, nullum præceptum legis Moyſi eam obligaret, & ita nō teneretur cuſtodire Sabbatum, & liceret ei introire in Sanctuarium, & manducare carnes ſuillas, & hæc ſunt abſurda, & illa nemo concedit: ergo nō eſt verum, ꝙ non eſſet obligata legi; erat ergo obligata, ſicut ceteræ mulieres. **I** Et ſm̄ hoc reſpondetur ad ea quę dicuntur in contrarium; Ad primum dicendum, ꝙ illud verbum nō eximit Dominā. ſ. femina, ſi ſuſcepto ſemine maſculum peperit, vt dictum fuit ſupra. Et aliqui dicunt, ꝙ non eximit eam, quia illa conditio non cadit ſuper illum ablatiuum, ſuſcepto ſemine, ſed ſuper illud verbum, peperit: & ideo cum non ponatur illud, vt conditio, non obſtat. Sed dicēdum, ꝙ hoc nō ſtat: quia licet ablatiuus ille aliquid faciat, non ſtabit hoc in Virgine, quia non ſuſcepit ſemen, ergo oportet aliter accipi. Dicendum ergo, ꝙ non ponitur illa particula ad diſtinguendum: nam tunc præſupponeret lex ꝙ aliquæ feminæ pariebant ſuſcepto ſemine, aliæ non ſuſcipiendo ſemen, ſed hoc non præſupponitur, imò putabant Iudæi, ꝙ nulla mulier cōciperet, neque pareret, niſi ſuſcepto ſemine, ergo non eſt ad diſtinguēdum. Secundò, quia **K** etiam ſi aliqua mulier pareret nō ſuſcepto ſemine, ad hoc quòd nō ſeruaret legem purificationis, oportebat vt conſtaret, quia cum omnes parerent ſuſcepto ſemine, & cogerent Iudæi ad obſeruantiam iſtius legis mulieres, cogerēt indifferenter omnes, niſi aliqua eſſet quæ oſtenderet ſe concepiſſe ſine ſemine, & hoc nulla poterat oſtendere, ideo ſuperuacuum hoc erat, ſi hac intentione poneretur, cum nunquam iſta lex poſſet habere locum. Tertiò, quia ſi poneretur hac intentione, vt aliqua mulier per iſtam conditionem excuſaretur, vel eximeretur ab hac purgatione, eſſet lex rationabilis: nam purificationis cauſa ſemper manebat. Fiebat namque purificatio iſta propter fluxum menſtruorum, ſanguinis quaſi menſtrualis, vt patet in littera cum dicatur, quod mulier ſi parit maſculum, manebit ſeptem diebus ſeparata iuxta legem menſtruatæ; & ſi parit feminam, erit quatuordecim diebus

Iſta particula, mulier ſi ſuſcepto ſemine non eximit Dominam à lege purificationis.

bus

bus ſeparata,& de ſequentibus diebus dicitur, quòd erat in ſanguine purificationis ſuæ, & tamen fluxus ſanguinis quaſi menſtrualis,ita eſſet in femina,quæ pareret non ſuſcepto ſemine, ſicut in aliis quæ pariũt ſuſcepto,cũ quoq; patiantur menſtrua etiam ante conceptum, ergo non eſſet lex rationalis,quòd purificarentur quædã, & nõ aliæ, cũ in vtriſque exiſteret eadem immũditia propter quam fiebat purificatio. Quartò: quia ſi lex iſta cum iſta intentione poneretur,propter ſolam Virginem poneretur,quia ipſa ſola peperit ſine ſemine ſuſcepto. & ideo faceret Deus eam ſeruari.ſ.ꝙ Virgo non purificaretur; quia aliàs ſupernacuum erat poni legem, quæ nunquam ſeruanda eſſet,ſed Virgo ſeruauit iſtam legẽ, ſicut ceteræ mulieres, vt patet Luc. 2.ergo non fuit poſita illa particula ad diſtinguendum,vt haberet locũ in Virgine. Sed dicendum eſt, ꝙ ponitur illa particula ſuperuacua quãtum ad ſenſum,ſecundum morem loquẽdi Scripturæ ſacræ.quæ circa talia tenens modum loquẽdi Iudaicum ponit aliquas particulas ſermonis ſuperuacuas, iuxta morem idiomatis; ponitur tamen hoc inquantum præſupponitur,quòd omnes feminæ pariunt ſuſcepto ſemine, cum ſit naturale, & apparet ꝙ Sacra Scriptura habeat alios modos loquendi tales:nam infra 19.cap.dicitur,homo ſi dormierit cum muliere,coitu ſeminis, & tamen manifeſtum eſt, ꝙ non poteſt quis dormire cum muliere, niſi coitu ſeminis,quia hoc eſt dormire cum muliere. Etiam infra c.20. dicitur,qui dormierit cum maſculo coitu femineo,& tamen manifeſtum eſt, ꝙ ſi coeat maſculus cum maſculo, non poteſt eſſe niſi coitus femineus, quia ſemper alter de maſculis in tali caſu ſe habet vt femina. ſ. patiens & ſuſcipiens. ergo ſicut iſtæ particulæ ponuntur hic ſuperuacuę,& non ad faciendum differentiam aliquam, ita ponitur iſta hic.ſ.ſuſcepto ſemine,ſed vtrobiq; ponũtur iſtæ particulæ, quaſi generale ſit hoc. ſ.ꝙ omnis coitus cũ femina ſit ſeminis, & omnis coitus maſculi ad maſculum ſit femineus, & ſic in præſenti omnis partus feminæ ſit ſuſcepto ſemine,& tamen ſi accideret eſſe partum ſine ſemine,eſſet ead.lex,quia eſt ead.ratio purificationis,ſ.fluxus ſanguinis vel menſtruorum. Cũ autem dicebatur ſecũdo,ꝙ non obligabatur Domina noſtra, quia iam tranſierat tempus huius legis. Dicendũ,ꝙ non ſtat ſatis: Primò, quia tunc non ſolum ceſſaret obligatio huius legis, ſed,& totius legis Moyſi,quia non ceſſauerunt quædam leges ante alias, ſed tota legiſlatio habet eundem vigorem, & ita iam non tenerentur ad cuſtodiam Sabbati, neq; ad aliquid de tota lege,quod non eſt ſatis ſecurè dictũ: nam licet in Chriſto ceſſauit obligatio Veteris legis, non tamen in natiuitate,ſed vel in morte,vel poſt Euangelij publicationem. Secundò, quia tunc non ſolum Domina noſtra non eſſet obligata ad hanc purificationem, ſed etiam nulla de mulieribus Iudæorum,ſi iam ceſſaſſet obligatio legis, & tamen illi qui volunt eximere Virginem hoc faciũt quaſi in priuilegium, vt ipſa ſola non teneretur huic legi obtemperare,cũ ceteræ obligatæ eſſent, ideo non ſtat hoc modo. Ad tertium cum dicitur, ꝙ non eſt purificatio, niſi de aliqua immunditia, dici poteſt ꝙ illa fuit in Domina noſtra, & non eſt hoc inconueniens, quia non eſt iſta immũditia peccati,ſed naturæ,& quodlibet tale ponimus in hominibus veris, cum ponamus in ea emiſſionem fęcũ,& fluxum vrinæ, quæ naturales impuritates ſunt, & tamen immunditia, de qua fiebat hic purificatio,erat fluxus menſtruorum, vel ſanguinis quaſi menſtrualis,ergo eſſet in illa, & non eſt inconueniẽs. Sed adhuc dicendum,ꝙ dato quòd in Domina noſtra non eſſet fluxus menſtruorum,vel non fuiſſet in partu,ſicut aliqui volunt,adhuc haberet ipſa,de quo mundaretur:nam immunditia eſt duplex, ſcilicet Naturalis, vel Realis, & Legalis:immunditia Naturalis eſt,quæ verè eſt in aliquo ſine aliqua æſtimatione legis, ſicut eſſe leproſum, vel fluentẽ ſemine,vel pollutum eſſe tangendo rem immundam,ſcilicet leproſum, vel fluentem ſemine,aut morticina,vel ſtercora. Legalis immũditia eſt,vbi non eſt aliqua contaminatio realis, ſed lex iudicat pollutam eſſe rem aliquam, ſicut ſi quis exiret ad plangendum mortuum, vel introiret in domum, in qua erat aliquis mortuus, etiam ſi non tangeret mortuum, dicebatur immundus,

Nota modum loquẽdi Sacræ Scripturæ.

An Domina peccaſſet ſi illã legem nõ obſeruaſſet reſpondendum: eſſet ꝙ ſic, ſi nõ eſſet diſpẽſata.

Immunditia eſt duplex.

A Numeri 19.cap. Et tamen certum eſt,quòd nulla ibi erit realis immunditia,ſed ſolum per opinionem legis. Ita in præſenti,dato,quòd nullus fluxus menſtruorum,aut nulla impuritas naturalis fuiſſet in partu Virginis,iudicabatur immunda opinione legis, ac ſi verè mẽſtruus ſanguis de ea fluxiſſet, quia omnẽ parientẽ iudicat lex fluere ſanguine immũdo. Ad hanc aũt immunditiã per opinionem legis exigitur purificatio,quæ eſt per abſtinentiam ab ingreſſu in Sanctuarium,& neceſſe eſt circa omnẽ parientem aliquã talem immunditiã poni hic: nam ſi qua erat immunditia vera in parientibus, erat illa in fluxu menſtruorum, vel ſanguinis quaſi menſtrualis,in menſtruatis autem fiebat ſeparatio ſeptem dierum,infra 15.cap.& ita iubetur hic,quòd pariens maſculũ,ſeptem diebus ſeparetur,iuxta ritum mulieris menſtruatæ,poſt hoc autem non B erat aliqua immũditia realis,quia non accidebat parienti aliquis fluxus vltra illum fluxum,qui fuerat in partu,& tamen poſt illos ſeptem dies, quibus ſeparabatur mulier pariens, iuxta ritum menſtruatæ erant trigintatres dies in pariente maſculum,quibus dicebatur eſſe in purificatione ſui,& ita illis diebus iudicabatur immũda,ſed non erat ibi aliqua immunditia vera,ideo ſola immũditia ſecundum opinionem legis erat, & pro illa purificabatur mulier, & tñ ita obligabatur abſtinere illis triginta diebus,ſicut ſeptẽ primis,ergo pro immunditia,quæ erat ſolũ per opinionẽ legis, erat ita neceſſario purificatio,ſicut pro vera immunditia, ſic ergo in Dña noſtra, licet nulla impuritas verè fluxiſſet, erat immunda opinione legis,& hoc ſufficiebat ad hoc,quòd teneretur ad purificationem iſtã per abſtinentiam quadraginta dierum à Sanctuario, C & rebus ſanctis. Ad quartũ cum dicebatur ſm B.Bernarnardum,ꝙ Domina noſtra nihil purgandum habuit,intelligitur de immunditia peccatorum, quæ eſt verè immunditia,quam Deus reputat immunditiam, & ab hac purgantur qui peccatores ſunt,vel purgari poſſunt. Domina autem noſtra peccata non habuit, ideo nihil purgandum habuit. Secus aũt de impuritatibus naturalibus, pro quibus lex immundos iudicat, quia talia in Virgine erant,vt dictũ eſt de fluxu ſtercorũ,atque vrinæ:has enim Deus non iudicat immũditias,ſed ſolũ ſpirituales,quæ de corde exeunt. Si aũt loqueremur de immunditia naturali,aliquam habuit Domina noſtra purgandam, ſecũdum ritum legis,& dato ꝙ nullũ haberet naturalem immunditiã ſanguinis menſtrualis,& ita nihil haberet purgandum, adhuc ſecundum opinionem legis iudicabatur im- D mũda,& hoc ſufficiebat ad hoc, ꝙ obligaretur purificari. Ad quintum cũ dicebatur,ꝙ Domina noſtra,ſecũdum Anſelmum ea puritate debuit nitere,qua maior ſub Deo non poſſet inueniri,aut intelligi. Dicendum,quòd nõ intelligitur de puritate naturali,ſed de puritate ab immunditia peccati:nam de naturali puritate non erat illa pura ſuper omnes res, quia corpora ſimplicia, vt aer, & ignis puriora ſunt,quia nullas fęces aut immũditias habẽt, & tñ Domina noſtra habebat iſtas naturales fęces digeſtionum,ſicut & nos,vt ſupra oſtẽſum eſt,etiam quilibet Angelus erat naturaliter purior, cum eſſet ſubſtantia ſpiritualis, cuius nullæ ſordes eſſe poſſunt per reſolutionẽ ex eo,neque per concretionẽ factam illi, ſed intelligitur de puritate ab immũditia peccati,vel culpæ, & tunc verum eſt,ꝙ fuit maior munditia,vel puritas in Domina noſtra, E quam in omnibus rebus, vel ſaltem nihil ſub Deo eſſet purius, & hoc quia illa peccatum nullum habuit, neque contraxit,vt aſſeritur ab eis, qui piè ſe eam colere putãt. Sed adhuc illi qui aſſerũt cõtraxiſſe originalẽ maculam, ſed ſtatim mundatam fuiſſe:dicunt,ꝙ ipſa nituit tali puritate,qua non poterat eſſe maior ſub Deo,quia non incidere in culpam aliquam, neque inde purificari indigere, erat puritas hominis Dei,ſcilicet Chriſti,& hanc non debuit,vt dicunt habere Virgo,ſed eam quæ ſub illa immediate eſt,ſcilicet, incidere in culpam originalem, & mox purgari,& ita apparet,ꝙ iſtæ rationes inductæ nihil oſtẽdũt, quin Domina noſtra purificari teneretur,ſm hãc legem Moyſi. Et hoc ſatis vĩ concordare intentioni Beati Lucæ.2.c.cũ dĩ: Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ,ſecundũ legem Moyſi, & ita innuit ꝙ propter legẽ purificabatur,& ita lex purificationis tenebat locum

in ea, ſi enim vt quidam dixerunt non obligaretur legi, quia non peperit ſuſcepto ſemine, ſi purificaretur non purificaretur ſecundum legem Moyſi, ſed potius contra legem Moyſi, vel ſupra, quia lex tales purificari nollet, & tamen dicitur, ꝙ purificata eſt ſecũdum legem Moyſi, ergo habebat lex locum in hoc caſu.

An Domina noſtra ſeruauerit alias purificationes legis, & an ſit inconueniens hoc concedere. Quæſt. IIII.

QVÆRETVR an Domina noſtra ſeruauerit alias purificationes legis: nam præter iſtam erant multæ immunditiæ, & multæ purificationes cõtrariæ illis immunditiis, ſicut eſt per tactum rerum immundarum, in quibus lex dicit pollui tangentes, ſicut erat in tactu reptilium, & morticinorum, aut ſtercorum, ſupra 5. & 11. & inf. 22. cap. & in tactu leproſorum, vel accedendo ad domos, aut res eorũ, infra 14. & in tactu fluentium ſemine, & menſtruatarum, & rerum ſuarũ, mulierũ quoq; fluentium ſanguine extra tempora menſtruorũ, infra 15. & eorum qui manducauerunt aliquid immũdum, Leuit. 17. & illorum, qui polluuntur ſuper mortuo, Num. 18. c. In aliquam autem, aut in plures harum poterat Domina noſtra incidere, erat ergo dubium an in his purificaretur iuxta ritum legis. *Reſponſio ad quæſitũ.* Dicendum, ꝙ non eſt dubium quin circa huiuſmodi purificaretur Domina noſtra, quando incideret in immunditiam: nam hic non erat idem dubium, quod circa purificationem in partu: nam circa illam qui mouebantur, vt dicerent non eſſe obligatam Dominam, dicebant illud propter illam particulam, mulier ſi ſuſcepto ſemine, quæ videbatur eximere virginem, etiam quia aliqui putabant non fuiſſe in ea fluxum ſanguinis in partu, de quo fit purificatio parientis, & tamen circa alias immunditias legales planum eſt, ꝙ poterat ipſa incidere in illas, ſicut tangere mortuum, vel lugere, aut intrare in domum illius, aut contingere aliquid morticinum, vel alterum, cuius tactus immundus ſit: ergo hic teneretur purificari ſecundum legem, niſi fortè quis diceret, ꝙ non obligabatur legi Moyſi, ſed hoc falſum eſt: quia ſubdita erat legi: nam etſi aliquis poſſet dubitare, an poſt natiuitatem Chriſti eſſet legi ſubdita, prius tamen non erat aliqua cauſa, quare nõ iudicaretur ſubiecta. *Dictum.* Eſt ergo dicendum, ꝙ Domina noſtra erat obligata obſeruationi huiuſmodi purificationum, & ſeruabat eas cum incideret in immunditiam, & certum eſt, ꝙ in quaſdam incideret, quia non poterat eas vitare, ſicut eſt de fluxu menſtruorum, nam fluebat Dominæ noſtræ ſanguis menſtruus, ſicut aliis mulieribus fluebat determinatis temporibus, & qualibet vice cum incideret ei fluxus menſtruorum, purificabatur manens ſeparata per dies ſeptem, quia ita lex iubebat infra 15. cap. Et fuit iſte fluxus ſemper in Domina noſtra ex ſua pubertate vſque ad ſenectutẽ, ſi tamdiu vixit, & hoc tempore medio fluebat ei regulariter per ſingulos menſes, ſicut fit in aliis mulieribus, ergo ſæpe purificaretur de menſtruis. Etiam purificaretur aliquando ex contactu, qui eſt mortuorum, vel quomodolibet ex immunditia mortuorum: nam ſæpe ipſa amicos, & proximos, atq; cognatos morientes plangeret, atq; perſequeretur ad funera, & ingrederetur domos eorum, quia erat impium, & inhumanum nõ impendere iſta obſequia debita cognatis, & amicis: impenderet ergo, & ita pollueretur, ſed illa immunditia durabat per ſeptẽ dies, & oportebat aſpergi die tertio, & ſeptimo aqua luſtrationis, & in die ſeptimo lauare corpus, & veſtes. Numeri 19. cap. Sic etiam in contactu aliarum rerum immundarum Domina noſtra ſæpe pollueretur legaliter, cum nõ eſſet peccatum pollui, & eſſet pollutio neceſſaria interdum, quia aliter homines viuere nõ poſſent, ſicut dicitur ſupra præc. cap. & ſi neceſſe fuerit, vt portet quiſpiam aliquid horum lauabit veſtimenta ſua, & ita neceſſe erat aliquando immunditiam incidere, & tamen adhuc tunc debebat qui pollueretur obſeruare purificationem. Et tunc dicendum eſt ſine dubio, ꝙ Domina noſtra ſæpe incidebat in legales immunditias, & purificabatur iuxta conſuetudinem legis, & hoc nullum eſt inconueniens.

F *An Chriſti corpus fuerit formatum ex carne, & oſſibus Virginis; vel ex ſanguine qui erat in venis, aut de ſemine feminneo Virginis, vel de ſanguine menſtruo fluente, aut de ſanguine, de quo ſeparatur menſtruum, & ex quo, & quomodo fuerit facta illa benedicta conceptio. Quæſt. V.*

SED adhuc circa prædicta eſt dubium propter quoſdam, qui pauca ſapientes de veritatibus, ſcãdalizantur, & ipſi ex ignorantia ſua cui compatiendum eſt, graues inducunt errores. Dicunt enim non ſolum Beatã Virginem non eſſe obligatam huic legi purificationis, ſed ex ſola humilitate purificatam fuiſſe. Sed addunt etiam non fuiſſe conceptionem Chriſti ex ſanguine menſtruo, ſicut in aliis hominibus. Etiam in Domina noſtra non eſſe tunc, neq; fuiſſe vnquam fluxum menſtruorum, & G poſt partum non fluxiſſe ſanguinẽ vllum, quæ omnia nos videmur aſſerere. *Ignorãtia multorum errorum, & ignorãtium, & ſtultorũ, infinitus eſt numerus.* Circa primum eſt dubium, quia ponunt non eſſe conceptionem Chriſti ex ſanguine menſtruali, & in hoc valde errant, cum non poſſit poni alia materia corporis Chriſti formati ex Virgine in vtero eius. Et patet quia corpus Chriſti, aut de ſemine formatum eſt, aut de ſanguine, aut de carne, & oſſibus. Nõ ſtat primum, quia aut ſemen illud eſſet maſculinum, aut femininum, non ex maſculino, quia tota fides negat, non enim eſſet tunc Domina noſtra verè virgo, & hoc expreſsè dixit Angelus, quia non fieret conceptus per virum, ſed per Sanctum ſpiritum, Luc. 1. cap. Etiam Matthæus hoc expreſsè aſſeruit, quia dixit quòd Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit primogenitum ſuum, id eſt, Chriſtum, Matth. 1. & ad hoc allegat ibi auctori- H tatem, Iſa. 7. cap. ſcilicet, Ecce Virgo concipiet, & ita in virginitate, & ſine virili ſemine conceptura erat, & ſic corpus Chriſti non fuit formatum ex ſemine virili. Secundò, quia dato, quòd Domina noſtra fuiſſet à viro cognita (quod nefas eſt cogitare) adhuc non formaretur corpus Chriſti de ſemine virili, quia ſemen maſculi non eſt materia fœtus, ſed ſolum agens, & formans, vt dicit Ariſtot. lib. 15. de Animalibus, vbi improbat eos qui dicunt ſemen viri, & feminæ menſtruum, ſimul eſſe materiam formandi corporis, ergo neque corpus Chriſti poterat ex ſemine viri formari. Nec etiam potuit formari ex ſemine feminæ, aliqui enim non diſtinguunt in femina ſemen, & ſanguinem menſtruum, *Differentia inter ſemen feminæ, & ſanguinẽ menſtruũ.* & tamen diſtinguuntur, quia ſanguis menſtruus eſt aliquid formatum per virtutem generatiuam feminæ, I & manet, ſiue fiat generatio, ſiue non: ſemen autem femineum eſt quædam aquoſitas, quam feminæ emittunt, vel ſubminiſtrant in concubitu, & iſta aquoſitas emittitur cum delectatione venerea abſorbente, ſicut emittitur ſperma in viris. *Semen mulieris non fuit materia corporis Chriſti.* Sed de iſto ſemine feminæ dicendum, quòd non fuit materia corporis Chriſti. Primò, quia in aliis conceptibus non eſt materia fœtus, neque etiam in Chriſto eſſet: nam Ariſtot. lib. 15. de Animalibus dicit, quòd ſemen feminæ non eſt materia fœtus, & quod quædam feminæ concipiunt non ſeminantes, id eſt, non emittentes ſemen, ergo pariter in corpore Chriſti non eſſet ille ſanguis materia. Secundò, & ſpecialiter quantum ad Chriſtum, quia ſemen in feminis non emittitur ſine quadam venerea delectatione, ſicut in emiſſione ſpermatis in viris, & tamen in conce- K ptu Chriſti non fuit aliqua voluptas venerea matris, quia illa repugnat virginitati, ideo non fuit ex ſemine; Sed ratio præcedens efficacior eſt: nam licet in omnibus feminis emittatur ſemen cum quadam voluptate, potuit in Domina noſtra illud ſine pruritu, & voluptate formari, ſicut & de menſtruo factum eſt, & tamen non erat conueniens materia formandi fœtus, ideo non ſumptum eſt.

An de carne, & oſſibus Virginis fuerit Chriſti corpus formatum. Quæſt. VI.

DE carne autem, & oſſibus Virginis non debuit formari corpus Chriſti, neque formatum eſt. Primo, quia hoc non poterat fieri, niſi per quandam corruptionem corporis eius, ſcilicet, tollendo aliquid,

quod erat de integritate corporis, ſiue caro, ſiue os eſſet, ſiue vtrumq; & tamen Chriſtus non natus eſt, vt per eiùs natiuitatem mater corrumperetur, ſed potius quòd omnia integrarentur, ideo non debuit ſic gigni. Sed aliquis arguet de Adam: nam Eua formata eſt de latere Adæ, Geneſ.2.cap. Et hoc ſumendo vnam de coſtis eius, ergo poterat ſic de Virgine. Dicendum, quòd non debuit ſic fieri. Primò, quia in Adam erat aliquid, de quo formaretur Eua, non facta aliqua diminutione in eius integritate naturali corporis. Deus quippe volens formare feminam de viro, poſuit vnam coſtam ſuperuacuam, quæ quidem quantū ad integritatē corporis eius erat ſuperuacua, ſed quantum ad formationem feminæ erat neceſſaria, quam Deus ex corpore Adæ intēdebat facere, & ideo ablata illa nihil detractum erat Adæ de propria integritate, ſicut eſt quātum ad ſemen in viro; nam illud quantum ad ſubſtantiā, & integritatem indiuidui ſuperfluum eſt, ſed non eſt ſimpliciter ſuperfluum, quia eſt neceſſarium ad conſeruationem naturæ, illo tamen emiſſo nihil deeſt indiuiduo. Sed in Beata Virgine non erat aliquid tale in ſubſtantia corporis ſuperuacuum, quantum ad integritatem propriam, ex quo poſſit formari corpus Chriſti, ergo non debebat formari ex carnibus, vel ex oſſibus eius. Secundò, quia in Adam fuit alia cauſa: nam Deus non voluit creare duos ſimul, i. maſculum, & feminam, ſed ex vno voluit deriuare totam ſpeciem, & ille debuit eſſe maſculus, aut femina, ex multis autem cauſis, de quibus non eſt ad propoſitum, viſum eſt conuenientius eſſe maſculum, quam feminam, debuit ergo eſſe femina ex maſculo, ſed non poterat eſſe per conceptionem in vtero, quia vir non poteſt concipere, neque habet matricem vbi fiat conceptio, neq; viam emiſſionis, ideo non potuit aliter fieri, niſi ſumendo aliquam partem de corpore viri, de qua formaretur femina, & ſic factum eſt; ſecus autem erat in Virgine, quia illa erat femina, & concipere poterat, & parere, licet ſupernaturaliter adiuta: Adam autem, quia erat vir, non poterat concipere, & parere, etiam ſupernaturaliter adiutus, ideo in Domina noſtra nō debuit ſumi aliqua pars carnis, aut oſſium eius, de quibus formaretur corpus Chriſti, ſicut factum eſt in Adam, quantum ad Euam, ſed debuit concipi, vt in femina. Tertiò, quia ſi hoc modo corpus Chriſti formaretur, non differebat formari ex viro, aut ex femina, cum ex vtroque poſſet formari, immo potius formaretur de viro propter perfectionem ſexus, & tamen Chriſtus de muliere natus eſt, & non de viro: ergo non debuit de carne formari corpus eius. Quartò, quia ſi hoc modo formatum fuiſſet corpus Chriſti de carne Virginis, non diceretur de ea natus, ſed ſumptus, vel formatus ſicut Eua non dicitur nata de Adam, ſed quòd de viro ſumpta eſt, Geneſ.2.cap. Et tamen Chriſtus dicitur natus de Virgine, ergo non fuit formatus de carne, neque debuit ſic formari, quia non poſſet dici natus, quod eſſet inconueniens. Quintò, quia ſi hoc concederetur, tolleretur maxima dignitas, Virginis Dominæ noſtræ. Eſt enim ea dignitas, quòd ipſa ſit mater Chriſti, & mater Dei, ſed hoc non eſſet ſi formatus fuiſſet Chriſtus de carne eius, vel oſſibus, ideo non decebat ſic fieri: nam mater non vocatur, quia de ipſius ſubſtantia naſcitur, vel fit aliquid, quia tunc terra eſſet mater omnium, quod falſum eſt, etiam ſic fuit Eua de Adam, & non vocatur Adam mater Euæ: nam ad rationem paternitatis, & maternitatis oportet eſſe operationem aliquam virtutis generatiuæ, & tñ ſi de carnibus Virginis fuiſſet corpus Chriſti formatum, non fuiſſet ibi aliqua operatio virtutis generatiuæ, ſed ſolum materia fuiſſet inde ſumpta, quod non facit rationem maternitatis, quia lignum non eſt mater ſcamni, licet ex ligno formetur ſcamnum, ideo perderet Domina noſtra hūc maximum honorem quem habet, non ergo debuit ſic eſſe, ſed taliter Chriſtus ex ea eſſe debuit, quòd poſſet vocari filius eius, ſed ad hoc fuit neceſſarius alius modus, ergo non formatus fuit Chriſtus neque formari debuit ex carnibus, & ex oſſibus Beatæ Virginis, ſed ex aliqua alia materia diſpoſita per generatiuam potentiam eius.

A *An Chriſti corpus ex ſanguine qui eſt in venis, formatum fuerit. Quæſt. VII.*

MANET autem ſolum ſanguis, vt ſit materia corporis Chriſti in Virgine, & in hoc eſt difficultas contra eos, qui pauca ſapiunt: nam non putant eſſe Chriſti corpus formatum de ſanguine menſtruo Virginis, ſed de alio ſanguine non menſtruo. Ad quod primo mouentur: quia ſanguis menſtruus eſt aliquid immundum, ſed de immundo non eſt concedendum formatum fuiſſe corpus Chriſti, qđ erat precioſiſſimum. Secunda, quia Damaſc. lib. 3. dicit formatū eſſe ex puriſſimis, & caſtiſſimis ſanguinibus Virginis, ergo non ex menſtruo ſanguine. Dicendum ꝙ corpus Chriſti formatum eſt ex ſanguine mēſtruo Virginis exiſtente in loco conceptionis. ſ. in matrice, &
B non poteſt alio modo poni. Primo, quia ſi ex ſanguine Virginis, qui nō eſt menſtruus, ſed eſt in venis, aut in aliis partibus corporis, formatum eſſet corpus Chriſti, nō eſſet illa mater eius, & tamen eſt vera mater eius, quantū quælibet alia mulier eſt mater filiorum ſuorum, ergo nō fuit de illo ſanguine formatū corpus Chriſti. Patet hoc, quia ſicut ſi formaretur illud corpus ex carnibus, aut oſſibus Virginis, non fuiſſet illa mater Chriſti, vt oſtenſum eſt paulo ante, & hoc quia illæ partes nō ſunt materia diſpoſita ad generationem per potentiam generatiuam, quę nihil ſuper illas agit, ſed ſunt actu partes corporis non exiſtentes in potentia naturali ad generationem alicuius fętus, ita ſanguis qui eſt in venis, vel in aliis partibus corporis, ſi nō eſt menſtruus, nō eſt materia diſpoſita per potētiam generatiuā, ſicut neque cholera, neq; phlegma, ſed
C ſolum eſt materia regulata p potentiā nutritiuā, & eſt in via, vt tranſeat in carnem, ideo non eſt in potentia naturali ad generationem fętus: vnde licet Deus ex illo poterat formare corpus Chriſti, ſicut poterat de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, Matth. 3. c. Tamen ſi ſic fieret, non eſſet Virgo mater, quia non inueniretur ibi ratio maternitatis, cum non eſſet materia illa diſpoſita per potentiam generatiuam. Secundò, quia Chriſti corpus formatum eſt ex eo, ex quo formātur corpora aliorum hominum, ſed corpora aliorum formantur ex ſanguine menſtruo: ergo & corpus Chriſti ex illo formatū eſt. Patet hoc planè in verbis Ariſtot. lib. 15. de Animalibus, vbi dicit, ꝙ materia ex qua corpus conceptum formatur, quam mater miniſtrat, eſt ſanguis qui menſtruum dicitur, & probat hoc ibi rationibus, & experientiis deſtruens oēs alias opiniones: er-
D go & corpus Chriſti debuit ex illo ſanguine mēſtruo formari, nam ita dicit Apoſt. ad Hebr. 2. cap. Debuit per omnia fratribus ſimilari: ergo cum ceteri homines, qui eius fratres dicuntur, geniti ſint ex menſtruo ſanguine, ergo & ipſe. Tertiò, quia Chriſtus eſt genitus à Virgine cum dicatur primogenitus eius Matth. 1. c. Et tñ ſuper nullam aliam materiam habet operationem aliquam virtus generatiua in muliere, niſi ſuper mēſtruum ſanguinē, quem alterat, & digerit perducendo ad illum ſtatum, vt ſit actu materia diſpoſita ad generationem fętus, ergo ex illo genitus eſt Chriſtus. Quarto patet: quia omnes aliæ mulieres in generatione non ſolum dant materiam, ſed etiam habent ſe quodammodo efficienter, quod patet: quia ſimilatur interdum fętus matri, ſed nō eſſet hoc, niſi eſſet in materia fętus aliqua virtus actiua à femina, quia materia nō
E eſt principium ſimilitudinis, ergo per virtutem generatiuam in materia fętus facta eſt actiuè aliqua diſpoſitio, ex qua ſequatur illa ſimilitudo, ſed non eſt aliquid aliud quod cadat ſub virtute generatiua in femina, niſi formatio, & digeſtio ſanguinis menſtrualis, ſicut in viro non ſubiicitur virtuti generatiuæ, niſi formatio, ſiue digeſtio ſeminis, ita vt deducatur per actionem virtutis generatiuæ ibi virtus organizatiua materiæ muliebris, ergo ex ſolo menſtruo fit generatio tam in Virgine, quam in omnibus aliis mulieribus. Quintò patet hoc: quia mulieres antequam habeant ſanguinem menſtruum, non poſſunt concipere etiam ſi à viris cognoſcantur, & poſtquam ceſſauerit etiam in eis ſanguis mēſtruus, non poſſunt gignere, ſiue concipere: vnde Gen. 18. cap. Ad oſtendendum, ꝙ Sara concepit miraculosè, dicitur *Muliebria ad.*
ꝙ deſierant Saræ fieri muliebria, id eſt, ceſſauerat fluxus

menſtruorum, & tamen ſi ſanguis menſtruus non eſſet materia fœtus non fuiſſet aliquod mirandum, ꝙ ceſſantibus menſtruis cõciperet Sarà, & tamen ponitur hoc tanquã miraculũ à Sacra Scriptura: ergo de ſanguine menſtruali formatur fœtus. Vnde in Virgine fuit cõceptio fœtus de eo, de quo in aliis mulieribus: (quod tamẽ fuit neceſſarium ad hoc, ꝙ eſſet vera maternitas, & vniuocè dicta.) ergo etiam in ea Chriſti corpus de ſanguine menſtruo formatum eſt. Sextò, quia cũ in aliis mulieribus fiat conceptus de menſtruo ſanguine, ſi in Virgine fuiſſet formatũ corpus Chriſti de alio ſanguine non menſtruo, hoc eſſet, quia eſſet illa melior materia, quàm ſanguis menſtruus, & tamen falſum eſt, quia differunt iſta duo, ſicut perfectum, & imperfectum: nam ſanguis qui eſt in venis, & in aliis partibus corporis habet imperfectam digeſtionem ſolum vt tranſeat in carnem, & reſiduum huius accipitur poſtea à potentia generatiua adhuc ſanguis exiſtens, & magis digeritur, atque perficitur, & eſt ſanguis tenacior, & tamen quanto magis digeritur, magis perficitur. Cum ergo ſanguis mẽſtruus habeat aliam digeſtionem ſecundam vltra digeſtionem, quàm accepit à potentia nutritiua, oportet quòd ſit perfectior, & ita non fieret formatio corporis Chriſti ex ſanguine non menſtruali, cum ille ſit minus perfectus. Septimò, quia ſi ſanguis non menſtrualis eſſet melior ad generationem corporis (cum natura ſit ſolicita circa optimum) formaret corpora fœtuum ſemper ex illo, & tñ nunquàm format, niſi ex menſtruo, vt oſtenſum eſt: ergo non eſt melior ſanguis, qui eſt in venis, ad generationẽ, quàm ſanguis mẽſtruus. Octauò, quia iſti ponunt aliquid vanè, ſcilicet, ſine cauſa, & fundamento; nam cum Chriſtus ſit etiam verus homo, ita oportet vt cõcedatur eo modo genitus, vt alij homines, niſi contrarium conſtet, alij autem homines gignuntur ex mẽſtruo, tanquàm ex materia, & ſemine maſculino, tanquàm actiuo, quod ſemen commiſcetur ſemineo menſtruo per concubitum. In Chriſto ergo ita dicendum erat, quòd ex commixtione maris, & feminæ, genitus eſſet, niſi contrarium appareret manifeſtè in Sacra Scriptura, vt eſt inductum ſupra. Manebit ergo alterum, ſcilicet, quòd ex menſtruo genitus ſit, niſi oſtendatur contrarium, & tamen non patet alicubi contrarium, neque ratio illud vult: ergo ex menſtruo formatum eſt corpus eius. Nonò, quia Deus non mutat naturam ſine cauſa, & tamen hic non fuit cauſa mutandi, ideo fuit curſus naturæ, quòd enim corpus humanum formetur actiuè per virile ſemen, naturale eſt, tamen hoc in Chriſto non fuit, quia coniunctio maris, & feminæ, poſt peccatum, non fit ſine concupiſcentiæ ardore, & abſorptione rationis, quod fœdum eſt, ideo hoc Deus abſtulit in conceptu corporis Chriſti, ſcilicet, vt non eſſet ibi ſeminis virilis commixtio, & tamen quòd formaretur illud ex menſtruo, ſicut in aliis hominibus, non erat aliquod inconueniens, cum non ſit ibi concupiſcentiæ ardor in formatione, aut digeſtione illius ſanguinis, ſed ſola naturæ operatio, non ſentiente illud femina: ergo hoc non debuit mutari, ſed fieri, ſicut in aliis facit natura. Decimò, quia non eſt ponenda pluritas, ſine neceſſitate, & miraculum, non eſt aſtruendum, niſi vbi non poſſumus illud euitare, & tamen ponendo fieri generationem corporis Chriſti ex ſanguine menſtruo ponimus vnum tantum miraculum: ponendo autem factum eſſe ex alio ſanguine ponimus duo miracula: ergo non debet poni, niſi ex menſtruo; patet hoc: quia dato, quòd fieret ex menſtruo, erat ibi ſolum miraculum in organizatione, & formatione illius materiæ, quæ erat naturaliter diſpoſita, ad hoc, ꝙ inde fieret generatio fœtus: nã ſuppletur locus ſeminis viri, quod ſi ibi eſſet, perficeretur naturaliter organizatio corporis ex illa materia, ſed operatio illius ſeminis eſt vna tantũ, ſ. organizatio, & ſupplere illã vnum tantũ miraculũ eſt, ſi autem ex ſanguine nõ mẽſtruo formaretur fœtus, ſunt duo miracula, quia ſupplentur operationes duarũ potentiarũ, vna eſt quæ dicta eſt, ſ. formatio: alia eſt ipſa præparatio materiæ, nã generatio naturalis nõ fit ex qualibet materia, ſed ex diſpoſita vltimata diſpoſitione ad formã. Sanguis aũt qui eſt in venis, non eſt materia naturaliter diſpoſita ad hoc, ꝙ ex ea formetur F fœtus, cum potentia generatiua non alterauerit, & digeſſerit eam digeſtione perfecta, ideo ſi ex tali materia formaretur fœtus, oportebat eſſe alterum miraculum, inquãtum ad diſponendum materiam ad hoc, ꝙ eſſet apta, vt inde poſſet formari fœtus, & ita ſupplerentur duarum potentiarũ operationes, ſ. potentiæ generatiuæ in viro, & generatiuæ in femina: ergo non dẽt poni, ꝙ ex tali materia fuerit ille cõceptus, ne poneremus plura miracula. Vndecimò, quia iſti habent motiuum, quod eſt inconueniens, ſ. quia dixit Damaſcenus ex puriſſimis ſanguinibus formatum corpus Chriſti, ſed ex hoc nihil infertur de eo quod ipſi volunt, ſed procedunt ſolum ex ignorantia, vt declarabitur inferius. Duodecimò, quia Chriſti cõceptio facta eſt miraculoſè, ideo putant ꝙ non fuerit formatũ corpus eius ex menſtruo, ſicut corpora aliorum naturaliter G genitorum, ſed non ſequitur, quia miraculũ fuit quantum ad virtutem actiuam formatiuam, ſed non quantum ad materiam, de qua corpus formatum eſt, niſi fortè diceretur ꝙ ex eo fuit miraculoſa conceptio, ꝙ non concordauit in aliquo cũ illis, quorum conceptiones ſunt naturales, & ita neque eſſet de femina, neque conciperetur in vtero, quæ abſurda ſunt. Sed dicunt iſti inſipientes, potuit Deus formare corpus Chriſti ex ſanguine non menſtruo. Dicendum, ꝙ potuit, ſed non decuit, quia ponerẽtur multa miracula ſine cauſa, & non fieret aliquid melius, & tolleretur Virgini honor maternitatis. Tertiodecimò, quia ſi nõ fuiſſet conceptum corpus Chriſti de ſanguine menſtruo Virginis, potuiſſet Virgo Chriſtum cõcipere, quando eſſet ſex, vel ſeptem annorum, vel quando eſſet in maxima ſenectute, cum omni tempore eſſet ſanguis in venis eius, H licet non eſſet omni tempore ſanguis menſtrualis in corpore eius, & videretur tunc maius miraculum, vtpote, ſi quinque annorum pareret, & nemo putaret hoc eſſe ex viro, ſed potius ex Deo, & tamen non factum eſt ſic, ſed eo tempore concepit quo erat nubilis ætatis, id eſt, in pubertate, cum poterant ei fieri muliebria, ſcilicet cum iam eſſet deſponſata, vt patet Lucæ 1. cap. Ergo fuit formatio corporis Chriſti de ſanguine menſtruo.

Miracula nõ ſũt ponenda ſine neceſſitate.

Ad primam rationem in diuerſum poſitam in princip. quæſt. præcedentis. Quæſt. VIII.

NVNC verò reſpondendum eſt ad duo motiua eorum, qui dicunt non formatum fuiſſe ex ſanguine menſtruo. Primum eſt, quia ſanguis mẽſtruus eſt aliquid I immundum, & dicendum ꝙ ex ſanguine menſtruo, tam corpus Chriſti, quàm omnium noſtrum formantur, vt de omnibus Ariſt. dicit. Et eſt dicendum, ꝙ non eſt ſanguis menſtruus aliquid immundum, ſed valde mundum, & perfectum, immo aliquod mundius, quàm ſit ſanguis qui eſt in venis, & per corpus diffuſus. Circa hoc conſiderandum, ꝙ generatio non ſolum in homine, ſed etiam in omnibus aliis rebus naturalibus fit ex materia, & nõ ex qualibet materia, ſed ex materia determinata, & diſpoſita ad hoc, ꝙ fiat ex ea generatio. Et cauſa huius eſt, quia in materia eſt forma rei generabilis in potentia, & per generationem deducitur materia de potentia ad actum. Nõ poteſt autem deduci, niſi per immediationem, ſ. ꝙ diſpoſitiones exiſtentes in materia ſint multũ ſimiles formę educendæ de potentia materiæ, & ſic eſt prius præparatio K materiæ, quàm generatio, quæ eſt eductio formæ de potentia materiæ. Ita attenditur in formatione fœtus: nam formatur ex materia, quam miniſtrat femina, & non ex ſemine virili, vt Ariſtot. probat lib. 15. de Animalibus. Et ſi in femina eſſet vis actiua ſufficiens, poſſet per illam formari ipſa materia, & organizari, & non eſſet neceſſaria commixtio maris, & feminæ, & tñ in feminis eſt vis actiua parua, non potens materiam deducere ad tantam perfectionem, vt eam formet, ideo eſt neceſſaria alia vis actiua, quæ cõpleat id quod defuit in femina, & illud eſt ſemẽ maris, in quo eſt maior vis actiua. In quo amplius conſideratur, ꝙ tam in viro, q̃ in femina eſt virtus, ſiue potentia generatiua, & in vtroque ipſa virtus diſponit materiã ad fœtum, & tñ differunt, quia cum vis actiua in feminis ſit parua, non ſufficit perducere materiam ad perfectum ſtatum, ſ. formando illam, & organizando, vt ſequatur anima.

Quomodo fiat ſanguis mẽſtruus in femina, & de potentia generatiua in viro, & in femina, quantum ad habitudinem ſuam.

De potentia generatiua maris, et feminæ.

anima. Virtus autem in ſemine maris eſt ſufficiens, ideo cum fuerit ſemen illud cõmixtum feminæ materiæ, perducit illam ad perfectionem organizando, & formando in fœtum, & habet ibi ſolum rationem actiui, & non materialis, id verò quod à femina miniſtratur, habet rationem materiæ, & non actiui in formatione fœtus: eſt. n. femina, ſicut puer paruus, qui non poteſt generare, vt dicit Ariſt. lib. 15. de Animalibus, & hoc prouenit ex defectu caloris: nam materia illa ex qua fit formatio fœtus, ex alimento accepta eſt, ſed illa digeritur, & tranſmutatur multis tranſmutationibus, quouſque ſit apta ad formandũ inde fœtum, & oẽs iſtę trãſmutationes fiunt per potentiã generatiuam, cuius inſtrumentũ eſt calor, & non poſſunt compleri omnes, niſi per magnum calorem: femina autem eſt imperfecti caloris, ideo non poteſt perducere materiam ad complementum, quia aliàs formaret eam organizando ſine aliquo ſemine maſculino, perducit tñ ad quãdam diſpoſitionem ſatis propinquam, ita vt illa materia ſit naturaliter diſpoſita, vt formetur inde fœtus; licet non complebatur iſta formatio, niſi per admixtionem ſeminis virilis, in quo eſt vis magni caloris ad perficiendũ, id quod deſuit calori feminæ. Vlterius cõſiderandũ, quòd dr̃ fieri formatio fœtus ex ſanguine mẽſtruo, vt Ariſt. dicit lib. 15. de Animalibus, & tamen propriè loquendo nõ eſt de ſanguine menſtruo, ſed de eo ſanguine à quo ſeparatur ſanguis menſtruus. In quo conſiderandum, ꝙ menſtruum à menſe dicitur, & vocatur res quæ per menſem accidit, vel ad menſem pertinet, & ſic vocatur ſanguis menſtruus qui per menſem fluit: nã mulieribus poſtquàm ſunt puberes, accidit regulariter per ſingulos menſes fluxus ſanguinis ſemel naturaliter, ſic dicitur infra 15. cap. Mulier quæ redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis, i. ꝙ de menſe in mẽſem ſit fluxus, & iſtas eaſdem mulieres vocamus menſtruatas à fluxu ſanguinis per menſem, & ſanguinẽ fluentem vocamus fluxum menſtrui, vt patet hic in littera. Si autem flueret ſanguis iſte de anno in annum, vel de quattuor ad quattuor menſes vocaretur ſanguis annualis, vel quadrimeſtris, ſed quia de menſe in menſem fluit, naturaliter vocatur ſanguis menſtruus. De iſto autem ſanguine menſtruo non fit formatio fœtus, ſicut neque nutritio animalis ex ſtercoribus, vel vrina, quæ emittuntur, ſed de illo ſanguine à quo ſeparatur menſtruus ſanguis, fit formatio fœtus.

Formatio fœtus de quo ſanguine fiat.

Sanguis menſtruus fit ex reſiduo potentiæ nutritiuæ, & digeritur, atque alteratur per potentiam generatiuam, & quomodo hoc fiat tam in maſculis, quàm in feminis. Quæſt. IX.

CONSIDERANDVM vlterius, quòd eadem materia eſt, de qua fit generatio, & nutritio, ſ. cibus, quia animal non ſumit aliquid aliud vnde viuat, niſi cibum, & ex eiſdem ſumus, & eiuſdẽ viuimus. Eſt tñ ordo, quia cibus qñ ſumitur tã in homine, quàm in aliis animalibus, nõ ſtatim diuiditur, vt portio quædã dirigatur ad partem generatiuã, & alia ad vires nutritiuas, ſed fit quædã digeſtio cõmunis in loco cõmuni deſeruiẽte, tã nutritiuę, quàm generatiuæ, ſ. in ſtomacho, per quam partes groſſæ, & omninò ineptæ tam ad generationẽ, quàm ad nutritionẽ ſeparantur, & iſtæ ſunt partes groſſæ terreæ, & fæculentæ, quas vocamus ſtercora, manet autem facta digeſtione iſta res purior. Tranſit. n. cibus in ſanguinem, qui eſt in via ad nutriendum, & ſiue hoc fiat ex prima, ſiue ex ſecunda digeſtione, non eſt pro nunc neceſſarium, illius autem eſt quædam pars reſidua quam natura non accipit ad nutritionem, ſed trãſmittit ad generationẽ, & hæc portio quæ eſt ſanguis aliqualiter digeſtus, qualiter mittitur ex digeſtione virium nutritiuarum, digeritur amplius per vim generatiuã, quoadusque perducatur ad illã diſpoſitionẽ ad quam à natura perduci põt. Sed hoc differt in maſculo, & femina: nã in vtroq; cõmune eſt, ꝙ reſiduũ potẽtiæ nutriuæ tranſmittatur ad generatiuã, & tranſmittitur in forma ſanguinis digeſti aliqualiter, ſed non plenè, & tam in maſculo, quàm in femina digeritur vlterius per actionem generatiuæ virtutis. Sed quia vir eſt maioris caloris perfectius digerit, & alteratur, femina aũt minus, & tamen in vtroq;

A accipitur à principio in figura, & colore ſanguinis, cuius ſignum eſt, vt ponit Ariſt. lib. 15. ꝙ multũ coeuntes emittunt ſanguinem loco ſpermatis, & non eſt alia ratio, niſi quia materia illa in principio ſuæ digeſtionis in vaſis generatiuis eſt in colore ſanguinis, deinde per vlteriores digeſtiones dealbatur, ſic etiam in feminis per virtutem generatiuam lac dealbatur in mamillis, cum eſſet prius ſanguis, & cum ſecundo decoquitur, dealbatur. Materia autem quæ in feminis ſeruit generationi, non dealbatur per digeſtionem, cuius ſignũ eſt ſanguis ipſe mẽſtruus, qui ſeparabatur ab illa, verũtamen nimis digeritur, & alteratur, vt alterius cõditionis ſit quaſi ſanguis, qui eſt in venis, & ſeruit nutritioni. Amplius aũt conſiderandum, ꝙ ſicut potẽtia nutritiua ſemper alterat cibum ad faciendũ cum eſſe materiam aptam, vt tranſeat in carnem, & oſſa, & ita

Multi coeuntes quare loco ſpermatis ſanguinem emittant.

B potentia generatiua ſemper alterat, & digerit portionem materiæ ad ſe tranſmiſſam, vt eam reddat conuenientem ad generationem fœtus, & eſt iſta operatio continua ſine intermiſſione, ſed eſt in hoc differentia; quia potentia nutritiua ſemper hẽt operationẽ ſuam tranſmutando cibum quamdiu viuit animal, ſicut dicit Ariſt. ꝙ quamdiu viuit aĩal nutritur, ſed potentia generatiua nõ ſemper hẽt operationem, & ratio eſt: quia generatiua virtus non perficit operationem ſuam, niſi per calorem, & nõ per quemcunque, ſed magnum, & quia ille non eſt in animali mox genito, licet ibi ſit potẽtia generatiua nõ eſt formatio ſeminis: vnde pueri triennes, vel quadriennes non habent ſemen propter imperfectum calorem, puellæ quoque non habent digeſtionem illius materiæ, ſed vniſq; aduenit in ætate in qua roboratur calor, quam vocamus pubertatẽ,

Nutritio in animali fit quamdiu viuit, ſed generatio menſtrui in femina, & ſeminis in animali non fit per totam vitam, & quando fiat.

C cuius ſignum eſt ortus pilorum tam in viris, quàm in feminis circa vaſa genitalia: nam ortus pilorum atteſtatur magnitudinem caloris, & eſt adhuc ſignum manifeſtius per fluxum menſtruorũ, quia tempore illo, ſ. in pubertate incipit feminæ fieri fluxus menſtruorũ, & non ante, quod eſt manifeſtũ ſignum, ꝙ prius non erat digeſtio materiæ pertinentis ad virtutem generatiuam, quia aliàs cępiſſet prius fluxus, ex hoc rationabiliter iura cauerunt, ne contractus matrimonij fieret ante pubertatem, quia prius etiam ſi femina cognoſceretur, non poſſet concipere, & vir non poſſet prius ſemen emittere. Similiter autem non durat per totam vitam iſta digeſtio materiæ per vim generatiuam: nam cum fiat ex magno calore, quamdiu ille manſerit erit iſta operatio, poſtea verò non fiet; ſignum huius eſt: quia in mulieribus veteribus ceſſat fluxus men-

D ſtruorum, ſicut dicitur Geneſ. 18. c. Quòd erat Sara prouectæ ætatis, deſierátq; ei fieri muliebria, & tamen ſi formaretur materia ad cõceptum per vim generatiuam, neceſſe erat inde ſeparari ſanguinẽ menſtruum, ſicut in omni prima digeſtione ciborum ſeparantur ſtercora; cum ergo nullus fluxus menſtruorum fiat in magna ſenectute, neque etiam fiet digeſtio aliqua ſanguinis ad conceptum per virtutem generatiuam. Idem autem erit in maſculis in magna ſenectute, quòd non fiat in eis formatio ſeminis per virtutem generatiuam, propter defectum caloris, ſed non eſt determinata iſta ætas in maſculis, neque in feminis, maximè in deficiendo, quia in quibuſdam citius deficit calor, in aliis verò tardius.

Senes quare nõ generant.

An generatio ſeminis ſit ex ſuperabundantia cibi, vt aliqui aſſerunt. Quæſt. X.

E VLTERIVS conſiderandum, quòd generatio ſeminis in viris, & ſanguinis ad conceptum in feminis, non fit ex ſuperabundantia, vt quidam imperiti aſſerunt: dicunt enim, quòd niſi quis ſuperabundanter ſumeret de cibo, & potu, non generaretur in eo ſemen, & idem de mulieribus, ſed valde inſaniunt: quia tunc generatio ſeminis non eſſet de per ſe, ſed per accidens, cum non eſt à natura intenta, & tamen hoc falſum eſt: quia ſicut natura intendit conſeruationem indiuidui, ita intendit cõſeruationem ſpeciei, immo indiuidua ſunt propter ſpeciem: nam ſi quidditas ſpeciei per ſe ſubſiſtere poſſet, non gignerentur indiuidua, & tamen conſeruatur indiuiduum per nutritionem, ſpecies autem per generationem: ergo ſicut intenta eſt nutritio, ita eſt intenta generatio,

ſed generatio non fit ſine ſemine in viro, ſiue maſculo, & in fœmina ſine ſanguine: ergo natura intendit vtraque per ſe, ſicut nutritionem, per quam indiuiduum conſeruatur. Ex quo ſequitur, quòd ſicut natura ſumit partem de cibo, vt tranſeat in carnem, & oſſa, ita ſumit quandam partem, quæ tranſeat in viris in ſemen, in feminis in ſanguinem, & tamen ad nutritionem requiritur magna portio materiæ. Ad generationem autem parua, ideo ſumitur parum quid quod digerat potentia generatiua, & multum quod in carnem tranſeat per vim nutritiuam. Et ideo dicẽdum, quòd etiam ſi parum de cibo quis ſumat, quantum non ſufficiat ad alimentationem, neque ad ſaturandam famem, adhuc de illo portio quædam aſſumetur ad formationem ſeminis in viro, & ſanguinis in femina, quia natura quæ ordinate agit, proportionaliter iſta diuidet. Et hoc etiam ex ſignis apparet: nam quantumcunque aliquis ſit parcus in cibo, & maceret carnẽ ſuam multis ieiuniis, fit in eo interdum (& ſi raro) pollutio nocturna, quod non fieret, non ſolum ſi non eſſet in eo genitum ſemen, ſed etiam ſi non eſſet multiplicatum, ita quod ex abundantia efflueret ſponte, in feminis quoque quantumcunque maceratis ieiunio, fit fluxus menſtruorum. Conſiderandum vlterius, ꝙ in ſanguine, qui eſt materia formandi fetus, fit quædam purgatio remouendo ab eo partes impuras, vt relinquatur reſiduũ purum, & aptum ad corpus fetus formandum, & hoc apparet: quia in omni digeſtione fit quædã ſeparatio puri ab impuro, & impurum reiicitur à natura, reſeruato eo quod purum eſt, & apparet hoc in omnibus digeſtionibus factis, quantum ad partem nutritiuam: nam fit prima digeſtio in ſtomacho, & in hac ſeparatur maxima impuritas, quæ eſt ſtercorum, & fecum, quæ impuritas ad nihil eſt, niſi vt reiiciatur per poſteriora. Deinde purum quod manſit ex prima digeſtione, rurſus in hepate digeritur, & ſeparatur aliquid impurum, quod eſt rarius, & minus feculentum, & iſtud eſt vrina, quæ ad veſicam collecta emittitur per anteriora. Poſtea primũ ibi relictum tranſit ad venas, & ibi tertio digeritur, & impuritas quædam parua inde emittitur, quæ eſt rarior adhuc, & liquidior, & eſt ſudor, aut aliquid tale. Sic igitur cum præſuppoſitum ſit ſupra, quòd tam in viro, quam in femina aliquid reſiduum potentiæ nutritiuæ tranſmittatur ad potentiam generatiuam, & in vaſis eius digeritur, neceſſe eſt ex digeſtione illa ſeparari aliquid impurũ, cum impoſſibile ſit digeſtionem aliquam eſſe, in qua non ſepararetur impurum aliquid à puro. Amplius dicendum, ꝙ impurum illud, quod reſiduum eſt, ex digeſtione facta per virtutem generatiuam reiicitur à natura, & foras mittitur, tanquam aliquid inconueniẽs ad formationem fetus, ſæpe habito, vel retento ſibi eo quod purum eſt, quia ſicut in prima digeſtione virtutis nutritiuæ impurum, quod eſt ſtercus, emittitur per ſeceſſum, & impurum ſecundæ digeſtionis, quod eſt vrina, emittitur poſtquam collectum eſt in veſica per anteriora, & tertiæ digeſtionis impuritas non eſt collecta alicubi, quia digeſtio illa fit in omnibus membris, ideo impuritas huius digeſtionis non eſt alicubi collecta, ſed per omnia membra emittitur, ideo ſudor fit in omnibus membris, ſed virtuti generatiuæ deſeruiunt interius certa vaſa tam in viro quam in femina, ideo digeſtio illius materiæ fit ibi, & emittitur per anteriora, per illa quippe fluit ſanguis menſtrualis in feminis.

Sanguis quomodo elaboretur in menſtruũ.

Quatuor ſunt digeſtiones, & quinta ſecundum aliquos in membris.

Impurũ quid ſit.

An ſanguis ex quo formatur fœtus ſit multo purior ſanguine in venis exiſtente, propter diuerſas eius digeſtiones. Quæſt. XI.

EX prædictis apparet, ꝙ ſanguis ex quo formatur fetus eſt multo purior, & nobilior, quam ſanguis qui eſt in venis; patet hoc: quia quanto aliquid magis digeritur, melius eſt: non.n.facit natura aliquid fruſtra, per digeſtionem quippe natura ſeparat aliquid impurum, ſed quanto manſerit res purior, tanto eſt melior, ideo res cum magis digeritur, eſt melior, & tamen materia ex qua formatur fetus, fuit prius digeſta per virtutem nutritiuam, & euicit tunc vt ſanguis, & tranſit deinde ad vaſa virtutis

F generatiuæ, in quibus vlterius digeritur, & ſi ſeparatur ab eo aliquid impurum, id eſt mẽſtruum, ergo relictum poſt illam digeſtionem, & ſeparationẽ purius, & melius erit, quam ſanguis qui erat in venis. Et hoc eſt cõtra illos, qui putãt melius eſſe dici fuiſſe corpus Chriſti formatum ex ſanguine, qui erat in venis, quam ex menſtruo ſanguine, cum tamen generatio fiat ex puriori, & illi ita putant ſanguinem exiſtentem in venis eſſe puriorem. Amplius dicendum, quòd pars illa tranſmiſſa ad vaſa potentiæ generatiuæ eſt parua, & tardè fit digeſtio, ideo impuritas, quę inde ſeparatur, eſt parua, & tardè fluit, per contrariũ ad impuritates virtutis nutritiuæ. Nã in prima digeſtione nutritiuæ ſeparantur impura, quæ ſunt ſtercora, & ſunt in magna quantitate, quia multa eſt impuritas in cibis, cum multa ſint: etiam in ſecunda digeſtione eſt multa impuritas, ſcilicet in vrina: in tertia aũt parua. eſt impuritas, ſcilicet quæ per ſudorem emittitur: Materia autem quæ tranſmittitur ad vaſa virtutis generatiuæ, iam ſatis digeſta eſt, ideo parua impuritas poteſt ab ea ſeparari, per digeſtionem virtutis generatiuæ, ideo menſtruum in parua quantitate fluit; & non ſicut vrina, etiam quia illa particula, quæ ad vaſa illa trãſmittitur, parua eſt, & non poteſt de illa ſeparari multa impuritas, etiam ſi prius eſſet parum digeſta. Item tardè emittitur illa impuritas; quia cum ibi quod digeritur, ſit ſatis purum, difficilius eſt ſeparari partes impuras, quam in eo quod habet multam impuritatem manifeſtam. Vnde ob hoc non fluunt menſtrua quotidie, ſicut emiſſio ſtercorũ, & fluxus vrinæ, ſed fluunt de menſe in menſem, & iſta eſt cauſa quare illud impurum fluens, menſtruum vocaretur, quia mẽſtruum à menſe dicitur, id eſt, quod per menſem accidit. De iſto purgamento dicendum, ꝙ non eſt materia fetus, ſed eſt aliquid, quod totaliter à natura reiicitur, & ſi maneret in feminis non emiſſum cauſaret graues ægritudines, ſicut retentio vrinæ, vel ſtercorum, ſed ſanguis ille à quo impuritas iſta ſeparatur, & reſeruatur tunc purus; intra vaſa virtutis generatiuæ eſt valde bonus, & purus, & ille eſt materia fetus formandi & ille non eſt menſtruus, quia nunquã fluit, ſed interius manet. Ariſtot. tamen lib. 15. de Animalibus dicit de ſanguine, qui menſtruũ dr̃, fieri formationem fœtus, non quaſi de ipſo mẽſtruo fiat, quia ſanguis menſtruus non manet in corpore, ſed fluit. Dicitur tñ de menſtruo fieri, id eſt, de illo ſanguine cuius impuritas eſt menſtruum, & dixit hoc ex induſtria Ariſt. quia ſi dixiſſet, quòd formabatur fœtus in femina ex ſãguine ſimpliciter nihil addendo, intelligeretur de ſanguine, qui eſt in venis, aut aliis partibus corporis, ſed hoc falsũ eſt: quia ille non eſt aptus, vt ex eo fiat generatio, cum nihil ſuper illum ſit operata virtus generatiua, ſed eſt materia virtutis generatiuæ, & eſt in via, vt trãſeat in carnem: ergo non fit ex illo fetus; vnde vt nõ intelligeretur de illo, dixit de menſtruo, ſcilicet de quo ſeparatur menſtruum, quia ſanguis manens purus, poſt ſeparationẽ menſtrui non habet aliquod nomen ſpeciale. Et ex hoc ſumebant occaſionem errandi, qui dicebant corpus Chriſti non formatum de menſtruo, ſicut formantur corpora aliorum, ſed de puriſſimis ſanguinibus, ſcilicet de ſanguine, qui erat in venis. In quo errabant dupliciter, ſcilicet, putãtes corpora aliorum hominũ formari ex illo ſanguine immundo, qui non eſt materia naturalis, ſed purgamentum à natura reiectũ. Secundo, quia putabãt corpus Chriſti formatum ex ſanguine, qui eſt in venis, cum non ſit ille materia fetus, vt oſtenſum eſt, ſed tam corpus Chriſti, quam omnium hominum formatur de ſanguine puriſſimo, ſeruato in vaſis generatiuæ virtutis, cuius purgamẽtum eſt ſanguis menſtruus, & ille eſt nobilior ſanguis, quàm qui eſt in venis, & de illo nemo negaret, qui cognoſceret quid eſſet, formatum eſſe corpus Chriſti.

Quare menſtruũ in mulierib. fluit in parua quãtitate, & quare emittitur de menſ. in menſem.

An menſtruum, q per menſem fluit in mulieribus ſit materia fœtus, vel quod intus detinetur.

Ad ſecundam rationem in contrarium poſitam ſupra quæſtio. VIII. in principio. Quæſt. XII.

SECVNDVM motiuum illorum erat ex auctoritate Damaſceni, qui dixit corpus Chriſti formatũ ex puriſſimis ſanguinibus Virginis, & ſic videbatur nõ formatum ex menſtruo ſanguine, vel ex eo ex quo ceterorum corpora

corpora formantur. Sed dicendum, ꝙ hoc nihil facit; ſed procedit motiuum iſtorum ex ignorantia ſenſus illius auctoritatis. Et dicendum eſt, ꝙ etiam ſi corpus Chriſti ſit formatum ex ſanguine, ex quo omnium hominum corpora formãtur, dicebatur ex puriſſimis ſanguinibus, quia ſanguis ille eſt purus, cũ valde digeſtus ſit, & ab eo omnis impuritas per digeſtionem ſeparata, & eſt iſte ſãguis purior quocunq; alio ſanguine exiſtente in venis, aut in aliis partibus corporis, vt oſtenſum eſt. Si autem diceretur, ꝙ corpora noſtra de menſtruo ſanguine formarentur, quia ille eſt ſanguis impurus, eſſet verum de Chriſto cum dicatur, ꝙ formatum ſit corpus eius de puriſſimis ſanguinibus, ꝙ non formetur de illo ſanguine, ſed de aliquo alio, & tamen neque corpora noſtra formãtur de illo ſanguine, ideo non poteſt dici, ꝙ ſit de aliis ſanguinibus formatũ, quam de illis, de quibus noſtra corpora formãtur. Sed aliter dicendũ, & magis ad intellectum Damaſceni: nam in verbis illis voluit facere differentiam aliquam in formatione corporis Chriſti, & noſtrorum, quantum ad materiam. Si autem ſolum ſignificaret per ſanguines puriſſimos ſanguinem illum, de quo nos formamur, nulla differentia eſſet. Ideo dicendum, ꝙ vocauit ſanguines puriſſimos, id eſt ſanguines non commixtos. Circa quod ſciendum, ꝙ Damaſcenus lib. 3. dicit: Filius Dei conſtruxit ſibiipſi ex caſtis, & puriſſimis ſanguinibus Virginis, carnẽ animatam anima rationali. Et in hoc excludit ab illa generatione, vel formatione corporis duo, quæ ſunt in formatione noſtrorum corporum, ex quo fuit excellens illa formatio. Primum eſt, commixtio ſeminis: nã licet corpus fœtus ex ſola materia, quam miniſtrat mater, formetur, vt dicit Ariſt. lib. 15. de Animalibus, eſt tamen illud tãquam materia, & non formabitur ſine virtute actiua formatiua, quæ eſt in ſemine virili, ideo oportet illi commiſceri materiæ à femina miniſtrante, vt agat in eam formando illam. Secundum eſt, quædam voluptas, cauſata in permixtione ſeminum. Cũ enim femina à viro cognoſcitur, ſanguis ille digeſtus ad formandum fœtum recurrit, & mouetur ad locum generationis, & in motu illo cauſatur voluptas venerea, ſicut in viro in deciſione, & motu ſpermatis eſt delectatio venerea tota. Hæc autem voluptas repugnat caſtitati, & virginitati: nã virginitas dicit materialiter inexperiẽtiam venereæ voluptatis, ſed voluptas venereorum non eſt niſi in illa deciſione, vel motu. Hæc autem duo nõ fuerunt in Domina noſtra, quia repugnabant perfectioni eius, & maximè illius, qui generabatur, id eſt, Chriſti. Primum enim non fuit ibi, ſcilicet ſemen virile, quia tunc mater eius non eſſet Virgo. Etiam quia daretur Chriſto pater humanus, quod non decuit, etiam quia generatio ſua eſſet purè naturalis, & non differret à generatione aliorum hominum. Secundum ablatum fuit ab ea, ſ. q; non fuit ibi voluptas in permixtione ſeminis: nam repugnat iſta voluptas virginitati, vnde quandocunque mulier experta fuerit talem voluptatem veneream, quæ completur in reſolutione ſeminis, iam non eſt virgo, ſi enim ſiue vir, ſiue femina incipiant ex tactu mutuo vaſorum genitiuorum delectari, repugnat hoc tam caſtitati, quam virginitati, & tamen ſi non peruentum ſit ad plenam reſolutionem ſeminis, in qua completur venerea voluptas, & ſuffocatur ratio, non eſt omninò ablata virginitas, ſed reparari poteſt per pœnitẽtiam: cum autem facta eſt reſolutio ſeminis, ablata eſt virginitas, & iam non poteſt reſtaurari. Iſta autem venerea voluptas in reſolutione ſeminis ſi fiat ab intentione, ita tollit virginitatem ſine commixtione, ſicut cum commixtione: nam vir quando per mollitiem ſeipſum polluit, virginitatem perdit, quia fit ibi reſolutio ſeminis plena, & experimentum habetur perfectum voluptatis venereæ: ita ergo in femina, ſi poſſit eſſe reſolutio illius materiæ, quæ confluit ad conceptum, vt moueatur ad locum generationis, cauſabitur plena voluptas in motu illo, etiam ſi non miſceatur viro. Vnde licet Domina noſtra non procuraret, ſed potius horreret talem experientiam voluptatis venereæ, ſi in ea fieret ille motus, & voluntas extingueretur pro tunc, aut ſuffocaretur ratio eius, & materialiter pateretur id, quod aliæ mulieres patiuntur in perditione virginitatis, quod omni-

Quomodo Chriſti corpus formatũ fuerit ex puriſſimis, & caſtiſſimis ſanguinibus Virginis.

Quomodo intelligatur auctoritas Damaſceni. Duo, quæ ſunt in noſtrorum corporũ formatione, ſcilicet, commixtio ſanguinis, & voluptas.

Virginitas nunquam irreparabiliter deperditur, niſi cum ſuffocatur ratio, & habetur completa, & perfecta experientia delectationis venereæ: Virgo nõ ſenſit aliquam delectationem in motu ſanguinis.

[A] no eſſe non debuit. Item non potuit eſſe, quia conceptus ille factus eſt diuinitus, ſcilicet in inſtanti, ſed in inſtanti non poteſt eſſe voluptas venerea, quia illa eſt in motu quodam, & ex illo, ideo non potuit experiri voluptatem aliquam Domina noſtra in formatione corporis filij ſui, ideo neque ſentire quid in ea fieret, quia inſenſibiliter actum eſt. Dicendum ergo, ꝙ in aliis mulieribus fit motus ſanguinis illius natura dirigente, poſtquam incipiunt titillari delectatione quadam proueniente ex tactu maſculino, & ex apprehenſione phantaſtica, & recurrit tunc ſanguis ille ad locum generationis in matricem, vbi miſcetur ſemini maſculino. In Domina autem noſtra non præceſſit tactus virilis, neque apprehenſio phantaſtica huius delectabilis, ſed Spiritus ſanctus adunauit inſenſibiliter, & in inſtanti ſanguinem illum ad matricem, ſe- [B] cundum quantitatem competentem ad formationẽ corporis, & ibi illud in eodem inſtanti formauit. Et ita Damaſcenus intendit tollere illa duo prædicta, quæ ſunt in formationibus noſtrorum corporum à formatione corporis Chriſti, propter quod dixit hæc verba, inquantum dixit formatam carnem eius ex puriſſimis ſanguinibus, abſtulit primum, ſcilicet, commixtionem ſeminum, quia licet materia corporis noſtri formandi ſit ſanguis feminæ, qui eſt puriſſimus, id eſt, valde depuratus per digeſtionem, tamen non erat ſolus, ſed miſcebatur ei ſemen maſculinum, non vt materia, ſed vt efficiens, ſed purum opponitur mixto; ideo cum in Virgine non fuerit mixtio ſeminis maris, ſed ſolus ſanguis ipſius, dicuntur puriſſimi ſanguines, ex quibus corpus Chriſti formatum eſt, licet idem ſit ſanguis materialiter, ex quo illud formatum eſt, [C] & formantur corpora noſtra. Secundum autem tollitur, cum dicitur, ex caſtis ſanguinibus, ſcilicet, quia in illis non fuit aliquid, quod repugnaret caſtitati, vel virginitati. In ſanguinibus autem, de quibus noſtra corpora formantur, non eſt caſtitas, ſed potius voluptas venerea, ex qua tollitur virginitas, cum in motu illius ſanguinis ad matricem ſit magna voluptas. In motu autem ſanguinis Dñæ noſtræ ad formationẽ corporis Chriſti non fuit aliqua voluptas, vt dictum eſt; ideo nõ fuit ibi aliquid, quod repugnaret caſtitati, & ſic vocantur ſanguines illi caſti, i. nõ fuit in illis aliquid, quod contra caſtitatem eſſet. Huic ſententiæ etiam cõſentire videntur Alex. de Ales, & Beatus Tho. de Aquino in ſua trigeſima prima quæſtione, ſ. ſemen feminæ non eſt generationi aptum, ſed eſt quoddam imperfectũ in genere ſeminis, quod non poteſt per- [D] duci ad perfectum ſeminis cõplemẽtum propter imperfectionem virtutis feminæ, & ideo tale ſemen nõ eſt materia, quæ de neceſſitate requiratur ad conceptum ſicut Philoſoph. dicit in lib. de generatione animaliũ, & ideo in conceptione corporis Chriſti non fuit præſertim, quia licet ſit imperfectum in genere ſeminis, tñ cum quadam concupiſcentia reſoluitur, ſicut & ſemen maris. In illo aũt conceptu virginali concupiſcentia locum habere non potuit; & ideo Damaſcenus dicit, ꝙ corpus Chriſti nõ ſeminaliter conceptum eſt. Sanguis autem menſtruus, quem feminæ per ſingulos menſes emittũt, impuritatem quandam naturalem habet corruptionis, ſicut & ceteræ ſuperfluitates, quibus natura non indiget, ſed eas repellit, ex tali autem menſtruo, corruptionem habente, quem natura repudiat, non formantur conceptus, ſed hoc eſt purga- [E] mentum quoddam illius puri ſanguinis, qui digeſtione quadam eſt præparatus, quaſi purior, & perfectior alio ſanguine, habet tamen impuritatem libidinis in conceptione aliorum hominum, inquantum ex ipſa cõmixtione maris, & feminæ talis ſanguis ad locum generationi congruum attrahitur, ſed hoc in cõceptione Chriſti non fuit: quia operatione Spiritusſancti talis ſãguis in vtero virginali adunatus eſt, & formatus in prolem: & ideo dicitur corpus Chriſti ex caſtiſſimis, & puriſſimis ſanguinibus virginis formatum.

Intellectus ſententiæ Damaſceni.

Thomas parte 3. quæſt. 31. art. 5. ad vltimũ argum.

An virgo Domina noſtra haberet per determinata tempora fluxum menſtruorum, ſicut aliæ mulieres. Q. XIII.

OSTENSO ſupra quòd corpus Chriſti formatum fuerit de ſanguine illo, quem Ariſtot. menſtruum vocat,

vocat, de quo omnium aliorum hominum corpora formantur, oſtendendum eſt nunc, ꝙ Dominæ noſtræ accidebat fluxus menſtruorum, ſicut aliis mulieribus per determinata tēpora. Et hoc patet: quia Domina noſtra fuit vera mater Chriſti, tantum quantū quælibet alia mulier eſt mater filiorum ſuorū. Et tñ mater dicitur non ſolum, quia de ea materia formandi fetus ſumitur, ſed quia ipſa illam miniſtrat, & præparat. Eſt aūt præparatio, inquantum per virtutem digeſtiuam materia illa accepta à virtute nutritiua amplius digeritur, & perficitur, vt fiat apta ad formandum corpus humanum, ad quod non eſt apta quælibet materia. Hoc igitur fecit Domina noſtra circa illam materiam, de qua formatū eſt corpus Chriſti, & tñ in omni tali operatione cauſantur menſtrua quæ fluunt, ergo in Domina noſtra fuerunt menſtrua quæ fluerēt. Secūdò, quia cum in illa eſſet virtus generatiua, ſicut in aliis mulieribus, trahebatur materia ad locum potentiæ generatiuæ, vt fieret ibi apta ad formationem fętus, & de illa materia ſic tracta petitur, an digerebatur ibi, vel non, ſi digerebatur, ergo ſeparabatur aliqua impuritas de ea, & illa impuritas eſt ſanguis menſtruus. Tertiò, quia ſi dicas non digerebatur ibi, neque fiebat aliqua ſeparatio puri ab impuro, ſequitur ꝙ non erat in Domina noſtra vis generatiua, & ita deeſſet ei aliquid, quod omnibus feminis competit ſecundum ſpeciem, & hoc eſt abſurdum; quia non eſſet perfectè de humana ſpecie. Quartò, quia eſſet imperfectior aliis mulieribus, quæ hanc vim naturalem habēt. Quintò, quia ſi haberet iſtam vim generatiuam, & tamen non fieret ibi generatio menſtruorum, aut digeſtio illius materiæ, imperfectius ſe haberet Domina noſtra, quam ceteræ mulieres, quia per virtutem illam generatiuam digerunt materiam, & diſponunt, vt ſit apta ad formationem fętus, & hoc etiam eſt inconueniens, quia de perfectionibus naturalibus, vel gratuitis, quæ nullam imperfectionem ſecum habent, nihil eſt minuendum in Domina noſtra, & talis eſt potentia generatiua, & operatio eius in qualibet femina. Sextò, & præcipuè, quia aliàs ſequeretur, quòd corpus Chriſti eſſet de materia minus pura, quàm corpora aliorum hominum, quod eſt ridiculum, & abſurdum. Patet hoc: quia quanto aliquid eſt magis purum per ſeparationem impuritatum ab eo, tanto illud eſt melius, & nobilius, ſiue in metallis, ſiue in cibo, ſiue in carne, ſed in omnibus aliis mulieribus materia illa accepta à parte nutritiua trahitur ad loca virtutis generatiuæ, & digeritur ibi, & ſeparatur ab ea aliquid impurum, & per hoc id, quod manet, vt ſit materia fętus eſt aliquid purius. Si autem in Domina noſtra illa materia tracta ad loca potētiæ generatiuæ non digereretur, maneret impura, & ſic eſſet materia corporis Chriſti manens cum ſua impuritate: vnde cuiuſlibet hominis corpus formaretur de materia magis pura, & nobiliori, quàm corpus Chriſti, quod eſt abſurdum. Et hoc eſt verum, niſi quis diceret, quòd materia corporis Chriſti fuit tam depurata, quantum materia corporum noſtrorū immo multo magis, & tamen illa depuratio, & digeſtio non fuit facta per matrem, ſed per Spiritum Sanctum, id eſt, totam Trinitatem, & ita nō defuit aliquid in corpore Chriſti, quod eſſet in corporibus aliorū. Sed dicendū, ꝙ non ſtat: Primò, quia tunc Spiritus ſanctus, ſiue tota Trinitas, non ſolū haberet reſpectu corporis Chriſti modum patris, ſed etiam matris, quòd eſt inconueniens: quia Spiritum ſanctū, vel Deū nūquam dicimus matrem Chriſti, dicimus tamen Deum patrē Chriſti. Sed illud patet; quia ageret, quod eſt matris præparando materiam, vt eſſet apta generationi, & formationi fœtus, & ageret, quod eſt patris organizando illam in corpus humanum. Secundo patet: quia tunc daremus ſupernacuū, & inordinatū in operatione Dei, quod eſt abſurdum: nā Deus miraculosè ſolet ſubuenire in his, quæ natura non pōt per ſe, in eis verò quæ illa pōt, nō operatur ipſe, quia aliàs ipſe faceret per ſe omnia, & nulla actio, neque cauſalitas maneret rebus naturalibus, quod ēt eſt abſurdū, & manifeſtatur hoc in generatione cuiuſlibet hominis: nam materiā fœtus poteſt mater diſponere per virtutē generatiuam, formare autem vel organizare poteſt ſemen paternum; & ideo ad hoc Deus non facit ſupernaturaliter aliquid. Animā tamen organizato fętui, non poteſt dare pa-

Nota lector cordate, ꝙ iſta quāuis veriſſima ſint, non ſunt tamen populo prædicanda: nā multa ſcripta ſunt, quæ non ſunt prædicanda.

Deus in his, quæ natura pōt nunquā ſubuenit.

F ter, neque mater; ideo dat Deus. Sic aūt in generatione hominis Chriſti, erat ibi mater, quæ naturaliter, & ſufficienter poterat materiam præparare, vt eſſet apta ad formationem fetus inde, ſicut quælibet alia mulier facit, vel facere poteſt. Organizationem autem, vel formationem illius materiæ in corpus humanum non poterat illa facere; quia nulla mater hoc pōt; neque etiā poterat fieri virtute ſeminis maris, quia ibi non fuit cōmixtio ſeminum; ideo ſolus Deus facere poterat illam, & animam infundere. Ipſe igitur facere hæc debet, ſed præparationē materiæ non, quia hanc ſufficienter Dña noſtra naturaliter facere poterat, & ſi faceret Deus, iam non ſolū faceret miraculosè, quod non poterat natura, ſed ēt id, quod pote-

G rat, & hoc eſt inconueniens, ergo illa fecit hoc, & nō Spiritusſanctus, quamcunque aliam virtutem daret Spiritusſanctus virgini in conceptione, daret quātum ad id, quod ipſa non poterat naturaliter; ſed quātum ad id, quod poterat nō daret, ſicut hic ipſa poterat. Tertiò, quia hoc dato, non eſſet illa mater Chriſti, quod eſt hęreticum, & tollit totam dignitatem eius; patet hoc: quia mater non dicitur, quia de ipſa ſolum ſumitur materia ad aliquid formandum, ſicut Adam non vocatur mater Euæ, licet materia, de qua formata eſt Eua, ſumpta fuerit de Adā Gen. 2. c. & quando mures generantur de terra, vel aliqua alia per putrefactionem. nō dicitur terra verè mater illorum; ideo ſic ſi ſolum de Virgine ſumeret Spiritusſanctus materiam, de qua formaretur corpus Chriſti, non vocaretur illa mater Chriſti. Nam nemo hoc dubitaret, ſi de car-

H ne brachij, vel pedis, aut alterius partis corporis eius, qui eſſet caro in actu, ſumeret Spiritusſanctus particulam, de qua formaret corpus Chriſti, quòd illa non diceretur mater Chriſti, ſicut neque Adam mater Euæ, & tamen ſi ſolum materia de ea ſumpta eſſet, etiam ſi illa eſſet in vtero, non plus ageret, quàm ſi ſumeretur caro de brachio eius, vel pede, ergo neque ſic vocaremus eam matrē. Niſi fortè dicas; quòd vocatur mater, quia de illa ſumpta eſt materia de qua formaretur corpus Chriſti, & in vtero ſuo formatum, atque viuificatum eſt, & nutritum, & ibi manſit quouſque ederetur in lucem. Sed neque iſtud ſufficit ad rationem matris, quia ſic in vtero noſtro, vel inteſtinis gignuntur animalia viuentia, quæ per poſteriora emittimus, & illa vocamus lumbrices; illa quidem fiunt de materia qua in nobis eſt, & intra nos viuificantur, &

I enutriuntur, & aliquamdiu manent quouſque emittantur, & tamen non vocamur matres illorum animalium, neque patres, ergo non ſufficit iſtud ad rationem matris: ergo neque in Domina noſtra hoc ſufficeret. Sed dicendum, ꝙ mater tria facit, ex quibus eſt propria ratio matris. & vnum illorum, vel duo per ſe faciūt rationem matris, ſunt autem hæc. Primum; ꝙ materiam miniſtret. Secundò, quòd actiuè ad illam conferat. Tertiò, quòd contineat, vt locus naturalis; & hoc facit omnis femina reſpectu fetus. Primum eſt, quia materiam miniſtrat: nam ſanguis ſuus eſt tota materia fętus formandi, vt dicit Ariſtot. Secundum eſt, quia actiuè confert ad iſtam materiā, & iſtud eſt, quia non poteſt corpus animalis ex qualibet materia formari, ſed ſolum ex materia ad hoc diſpoſita diſpoſitione vltimata. Iſta diſpoſitio fit per virtutem ge-

K neratiuam, ſcilicet, quòd accipiatur pars quędam reſidua nutritioni, & transferatur ad vaſa, vel loca virtutis generatiuæ, & ibi per calorem digeratur, & perducatur ad perfectā diſpoſitionem, ita vt iam ex tali materia formari poſſit fætus. Tertium eſt continere ſicut naturalis locus: nam poſtquam fętus formatus eſt, & viuificatus, continetur in vtero, quia ille locus eſt magis ei naturalis ad cōſeruationem, quàm aliquis alius, & tamdiu ibi manet, vt roboretur ad poſſe manere foris. Licet autem omnia hæc inueniantur in qualibet matre, non vocatur tamen mater ex quolibet eorum, ſed ex omnibus tribus, & potiſſimè ex ſecundo. Vnde ſi illud ſolum eſſe poſſet, ſufficeret ad rationem maternitatis, tñ illud numquam eſt ſine primo; & patet iſtud: quia in ſolo iſto inuenitur id ſecundum quòd nominatur mater, nec mater dicitur à virtute generatiua, cum dicamus, ꝙ mater gignit filium ſuum, ſed ſolum iſtud ſecundum eſt actus virtutis generatiuæ. ergo ab hoc ſolo vocatur mater. patet: quia primum, ſci-

licet,

Solus Deus animam infundit.

Quæ requirātur ad eſſe matrem.

licet, præſtare materiam, eſt etiam in illis qui nullam virtutem habent, ſicut terra præſtat materiam omnibus rebus. Tertium autem magis pertinet ad rationem loci, quàm matris: nam verū eſt, quòd fętus formatus in vtero, ſi ſtatim, vt formatus eſt, emitteretur, moreretur, quia eſſet debilis ad ſuſtinendum aerem noſtrum qui nō competit ei, ideo manet ibi tamdiu, vt roboretur ad poſſe viuere foris, & ob hoc ſecundum diuerſas ſpecies animaliū diuerſum eſt tempus, quo fętus geſtatur in vtero, & tamē iſtud poſterius eſt generatione, ideo nō vocabitur per hoc mater; quia ſolum dicitur quia genuit, ſed potius vocabitur locus naturalis conſeruatiuus. Secundū autem horum pertinet ad potentiam generatiuam; quia trahitur materia ad loca, vel vaſa potentiæ generatiuæ. & cum illa prius indiſpoſita eſſet, & talis, de qua nō poſſet formari fętus, ſicut ex cibo non digeſto eſt impoſſibile nutriri animal, per actum virtutis generatiuæ digeritur, & perducitur ad talem ſtatum, vt ex illa formari poſſit fętus, cū autem talem materiā miniſtrauerit mulier, gignere dicitur, non quia miniſtrat, ſed quia præparauit actiuè, & ideo illa vocabitur mater. Colliguntur prædicta ex intentione Ariſtot. lib. 15. de animalibus. In Adam reſpectu Euæ fuit primū horum, ſcilicet, quia miniſtrauit materiam, id eſt, de eo ſumpta eſt, ſed defuerunt duo alia: nā non fuit velut locus naturalis conſeruationis, aut formationis corporis Euæ, quia ſolum fuit ſumpta coſta illa cum carne de Adam, ſed non fuit in eo formata Eua, immo foris, & adduxit eam poſtea Deus ad Adam Gen. 2. cap. Secundum autem magis ibi defuit, quia nullo modo contulit Adam ad diſpoſitionem, vel præparationem illius materiæ Euę, ſed erat caro, & os in actu, & nulla diſpoſitio facta fuerat C in eis ad hoc, quòd inde formaretur corpus feminæ, vel alicuius; ideo non potuit vocari Adam mater Euæ. In terra autem quantum ad animalia, quæ formantur ex ea, vt de vermibus, & muribus, dicendum quòd eſt primum, id eſt, præſtare materiā, & eſt aliqualiter tertium, id eſt, conſeruatiuus locus dum formantur corpora, ſed deeſt ſecundum: quia terra non facit aliquid per vim generatiuā ad diſpoſitionem materiæ illius, vt generentur animalia illa, ſed ab aliis agentibus eſt. Et idem eſt quantum ad lumbricos, qui generātur in viſceribus noſtris: nam primum, id eſt, materiam cōferimus, & eſt ibi tertium, id eſt, locus conſeruatiuus, licet per accidens: ſed ſecundum nō eſt ibi, quia nos non conferimus aliquid actiuè per aliquam virtutem naturalem, quæ eſt in nobis ad generationem illorum lumbricorum; ideo non vocamur matres, neque patres illorum: nam neque materiam præparamus, vt matres dicamur, neque eam præparatam formàmus, vel organizamus, vt dicamur patres. Sed de Domina noſtra dicimus, quòd fuit vera mater Chriſti: ergo illa habuit iſta tria. De primo, & vltimo, id eſt, tertio, nemo dubitat: Dabitur ergo ſecundum, à quo præcipuè eſt ratio maternitatis, ſcilicet, quod materiam præparauerit digerēdo eam per actum potentiæ generatiuæ: fecit ergo illa hoc, & nō Deus miraculosè. Item, quia dicitur de Virgine, quòd genuit Chriſtum inuiolata. Gignere tamen pertinet ad potentiam generatiuam, ſed non eſt in femina alius actus generatiuæ potentiæ, niſi pręparare materiam; ergo materiam ſumi ex illa, vel in ea conſeruari, non eſt actus alicuius potentiæ; ideo ipſa hoc fecit, quod materiam præparauit digerendo eam, & depurando per actum potentiæ generatiuæ, quod aliæ feminæ faciunt. Et ſi dicatur, quod Spiritus ſanctus hoc fecit, impoſſibile erit, quod ipſa genuerit Chriſtum, & etiam impoſſibile erit, quod ipſa ſit mater eius. Quod eſt nefas dicere. Ex prædictis autem patet, quòd in Domina noſtra fiebant menſtrua: nam patet ex pręcedētibus, quia in illa trahebatur, ſicut in alijs mulieribus ſanguis, vel materia aliqua reſidua nutritioni ad loca virtutis generatiuæ, & ibi actione illius virtutis digerebatur, & depurabatur, ſed in omni digeſtione ſeparatur aliquid impurum; ergo & in illa illud impurum, quod ſepararetur, vocatur in aliis mulieribus ſanguis mēſtruus, ergo ſic eſſet, & vocaretur in Domina noſtra. Sècundo patet: quia impoſſibile eſt digeſtionem aliquam perfici, in qua aliquid non ſeparetur: nam iſta eſt ratio digeſtionis, quia aliàs per digeſtionē res non perficeretur

Terra nō poteſt dici mater animalium.

Domina noſtra fuit vera Chriſti mater.

In Domina noſtra fiebāt neceſſario menſtrua.

A cum maneret vt prius, etiam nomē hoc ſignificat, ſcilicet, digeſtio, id eſt, in diuerſa geſtio, vel motio; ergo in digeſtione diuerſitas quædam cauſatur per ſeparationē vnius ab alio, & hoc non eſt niſi puri ab impuro. Tertiò, quia ſi hoc non fieret, fruſtra deduceretur materia illa, quæ erat reſidua nutritioni, ad locum virtutis generatiuæ, ſed talis qualis relinquebatur à virtute nutritiua talis ſumeretur, vt eſſet materia fętus, & non eſſet aliqua potentia generatiua in femina, cum neque eſſet operatio eius: ergo digerebatur materia illa per generatiuam virtutem, & fiebat ibi quædam ſeparatio impuritatis. Quartò patet exemplariter, quia non eſt aliqua digeſtio perfecta ſecundum naturam, in qua non ſeparetur aliqua impuritas. Nam in prima digeſtione virtutis nutritiuæ, quæ fit in ſtomacho, ſeparantur fęces quæ ſunt ſtercora. In ſecunda digeſtio-
B ne, quæ fit in hepate, ſeparatur impuritas quæ eſt vrina. In vltima digeſtione, quæ eſt in omnibus partibus corporis, ſeparatur impuritas quę eſt ſudor, aut aliquid alterum rarum, & tenue, quod alias emittitur per poros in fumoſitates; ita ergo in digeſtione, quæ fiebat in potentiæ generatiuæ vaſis de humore ad generationem ſepararetur neceſſario aliquid impurum, & illud tam in viro, quā in femina ſeparabitur; licet diuerſum eſt propter aliam, & aliam digeſtionem factam à maſculis, & feminis ſecundum diuerſitatem caloris. In Domina ergo noſtra in digeſtione illa materiæ ſepararetur neceſſario aliquid impurum reſeruato puro; & illud impurum vocaretur ſanguis menſtruus.

Quod eſt impurum illud q ſeparatur in qualibet digeſtione.

In Domina noſtra erat fluxus ſanguinis menſtrui. Quæſt. XIIII.

OPORTEBAT autem illum ſanguinem impurum fluere, & determinato tempore fluere, ita vt ſanguis menſtruus vocaretur. Primum patet: quia ſicut natura eſt ſolicita ſeparare purum ab impuro, quia purum eſt ſibi conueniens, & impurum eſt nociuum; ita eſt ſolicita expellere impurum, ne noceat ei manendo. Vnde quantum ad alias impuritates, quæ ſeparātur per digeſtionem factam à virtute nutritiua, videmus quod expelluntur: nā primam fęculentam impuritatem, ſ. ſtercora, deriuatam à ſtomacho colligit in inteſtinis, & inde emittit per ſeceſsū. Secundam impuritatem ſecūdæ digeſtionis collectam in veſica emittit per vaſa genitalia. Tertiam vero emittit per omnes poros corporis, ſiue in fumoſitates, ſiue in ſudores;
D ergo & iſtam impuritatē emittet, & ita facit, quia in omnibus feminis emittit illam natura per vaſa genitalia. Ita igitur eſſet in Virgine Domina noſtra, cum illa eſſet vera mulier, vt aliæ. Secundò, quia quamdiu relinquuntur iſtæ impuritates in corpore, cauſantur graues ægritudines mulieribus: nam ſicut ſi nō fiat emiſſio ſtercorum, aut fluxus vrinæ, cauſatur ægritudo, & deinde mors animalis; ita quando non fit fluxus menſtruorum temporibus debitis, fit grauis ægritudo mulieribus, & ad extremum eſſet cauſa mortis, ergó oportet emittere. Sic ergo eſſet in Domina noſtra, quod emitteret illam impuritatem, quia aliàs ipſa quoque grauaretur ęgritudinibus, & eſſet peioris diſpoſitionis naturalis, quam aliæ mulieres, quod eſt inconueniens. Tertiò, quia ſi impurum illud in Domina noſtra ſepararetur, & nō emitteretur; oportebat iterum commi-
E ſceri ipſi puro, de quo fuerat ſeparatum, & ex hoc ſequerentur inconuenientia, ſ. quod labor, vel operatio naturæ fuerat in vanum, cum egiſſet ad ſeparandum, & poſt ſeparationem eſſet mixtio, & reduceretur ad eandem impuritatem, in qua prius erat. Secundum, quia fieret formatio corporis Chriſti de materia magis impura, & minus nobili, quàm formentur corpora aliorum hominum: cum in alijs ſit ſeparata impuritas à materia, de qua formantur corpora eorum; & in hac non eſſet ſeparata, & hoc eſt abſurdum. Tertium, quia poneremus aliquid contra naturam in Domina noſtra ſine cauſa, ſcilicet, quia in omnibus aliis feminis impuritates, quæ ſeparantur, emittuntur; in ipſa autem non emitterentur, maximè, quia hoc non erat ad aliquod priuilegiū eius, ſed potius ad imperfectionem, ſ. manerent impuritates intra eam, quæ reſolutæ, & ſeparatæ iam erant, quæ tamen in alijs mulieribus

non

non manebant. Dicendum ergo neceſſariò, quòd in illa erat fluxus illius impuritatis, & ita erat fluxus menſtruorum, ſicut in alijs mulieribus.

An Deus fecerit, quòd in Domina non fluxerit menſtrua. Quæſt. XV.

SVNT autem prædicta vera, & neceſſaria, niſi fortè quis dicat, quòd Deus faciebat miraculosè, quòd non fluerent menſtrua Dominæ noſtræ: Sed hoc nõ ſtat: Primò, quia ad hoc quòd non fluerent impuritates, oportebat facere, quòd non eſſent, & tamen erant, quia ex prædictis hoc apparet: quia fiebat ſeparatio iſtarum impuritatum in Domina noſtra per actionem virtutis generatiuæ: ergo fieret fluxus earum, ne in corpore manerent. Secũdò & principalius, quia ſi quis neget in Domina noſtra fluxum menſtruorum, negabit conſequenter, immo à fortiori fluxum vrinæ, & emiſſionem ſtercorum, & tamen iſta non negantur; ergo non debent negari menſtrua. Patet hoc: quia vtraque ſunt impuritates naturaliter ſeparatæ à puro; & quibus natura non indiget, ſed emittit, & vtraque ſine peccato, & concupiſcentia emittuntur: nam ſicut ſeparatio ſtercorum à puro nutrimento, & ſeparatio vrinæ, in ſecunda digeſtione, & emiſſiones eorum fiunt purè naturaliter, & ſine aliqua concupiſcentia, vel libidine; ita ſeparatio menſtrui, & emiſſio: ergo ſi vnum non emittebatur in Domina noſtra, neque alterũ emitteretur. Tertiò, quia adhuc magis negãda eſſet in ea emiſſio ſtercorum, & vrinæ, quàm menſtruorum, ea quòd eſt maior impuritas, & fętida, & in maiori quantitate, & eſt quotidiana: emiſſio autem menſtruorum eſt in parua quantitate, & non eſt ita fętida, & etiam nõ eſt quotidiana, quia ſolum ſemel, & in menſe, ſiue de menſe ad menſem fiebat ille fluxus. Ergo potius negare deberemus emiſſionẽ ſtercorum, quàm menſtruorum fluxum. Quartò, quia ſi in Virgine iſta negaremus, à fortiori negaretur in Chriſto emiſſio ſtercorum, & vrinæ: ſed falſum eſt hoc, quia hæc emittebat: nam quicquid perfectionis fuit, aut priuilegij in Domina noſtra, abundantius fuit in Chriſto; ſed in eo erat iſta emiſſio.

In Chriſto erat emiſſio impuritatum ſeu ſtercorũ.

Primò, quia ipſe erat verus homo, & cui neceſſario iſta acciderent, niſi per miraculum ea vitaret, ſed non erat aliqua cauſa faciendi hoc miraculum, ergo erant hæc in eo.

Secundò, quia ipſe accepit omnes conditiones, & paſſibilitates humanas, quę conſequuntur ex conditione ſpeciei, & non indiuidui, ſed emiſſio horum competit ex conditione non ſolum ſpeciei, ſed etiam generis; quia in omni animali eſt emiſſio impuri, ergo accepit hoc.

Tertiò, quia Chriſtus accepit omnes paſſiones, vel defectus noſtros præter ignorantiam, & peccatum, vt ſolet dici; & intelligitur de illis, quæ conſequuntur omnem hominem, ſed emiſſio hæc impuritatum, neque eſt ignorantia, neque peccatum, & conſequitur omnem hominem, ergo & Chriſtus eam accepit.

Quartò, quia non videtur hoc eſſe pœna aliqua inflicta pro peccato, ſicut ceteri defectus noſtri ſunt, ſed potius eſt aliquid purè naturaliter, quod etiam homo habuiſſet, dato, quòd nũquam peccaſſet, quamdiu viueret vita animali, id eſt, accipiens potum, & cibum, ſed talia non ſunt aliqua ratione à Chriſto neganda: ergo non negabimus emiſſionem prædictarum impuritatum.

Quintò, quia Chriſtus ſumebat cibum, & potum, ſicut alij homines, & ideo digeretur in eo cibus, & potus, quia aliàs non poterat naturaliter tranſire in carnem, & oſſa illius, ſed ille naturaliter nutriebatur, & augmentabatur: ergo per digeſtionem cibi ſepararetur aliquid impurum, & illud emitteretur, ſicut in aliis hominibus in fęces, & vrinam.

An ſtercora, & vrinæ ſolum generentur ex ſuperfluis cibis. Quæſt. XVI.

ET hoc verum eſt, niſi dicatur iuxta quoſdam inſipientes, quòd ſtercora, & vrinæ emittuntur propter ſuperabundantiam cibi, & ideo ſi quis acceperit de cibo ſolum quantum ſufficit, non erunt ſtercora, vel vrinæ.

F Sed iſti tam inſipientes ſunt, vt non oporteat illis reſpondere, & tamen propter pauca intelligentes dicendum, quòd eſt impoſſibile.

Primò, quia cibus non poteſt tranſire in ſubſtantiam carnis, & oſſis, ita vt ſumitur, ſed oportet digeri, & tamen in omni digeſtione neceſſe eſt ſeparari aliquid ab alio, quia aliàs digeſtio non eſſet. & tamen quod ſeparatur ab altero quod eſt purum, eſt impurum, & quo natura non indiget, ergo emittet illud.

Secundò, quia tũc ſequeretur, quòd cibus quilibet, aut ſaltem vt communiter, eſſet omninò purus talis, vt ſecundum ſe totum poſſet tranſire in carnem & oſſa, ſed hoc falſum eſt: quia non ſolum quilibet cibus non eſt mundus, ſed etiam non eſt aliquis, qui omninò tranſire poſſit in carnem, & oſſa, ergò oportet ſeparari inde impu-

G ritates.

Tertiò, quia cibus nunquam tranſit in ſubſtãtiam carnis, niſi quando effectus eſt ſimilis: ſi autem totus cibus tranſire poſſet in carnem, non ſeparata inde aliqua impuritate, eſſet cibus eiuſdem perfectionis cuius caro: ſed hoc falſum eſt, quia ſunt inæqualia ſecundum naturam, ergo non poteſt tranſire totus in carnem, ſed per digeſtionem ſeparabuntur omnes partes impuræ, vt ſolum maneant illæ, quæ ſunt ſimiles, & poſſint tranſire.

Quartò patet: quia ſi totus cibus poſſet tranſire in ſubſtantiam carnis, non ſeparata inde aliqua impuritate, & non fierent ſtercora, & vrinæ, niſi ex ſuperabundantia cibi, eſſent ſtomachus, & hepar, & cetera membra facta ad digeſtionem per accidens: non enim eſſent per ſe, neceſſaria, ſed ſolum in illis, qui ſuperabundanter, & inordina-

H tè ſumerent cibum, & hoc eſſet illa eſſe per accidens, & non ex intentione naturæ: & tamen hoc eſt ridiculum, cum in omnibus hominibus inueniantur, & in animalibus perfectis ſecũdum totam ſpeciem ipſorum. ergo non eſt ſeparatio impuritatis in ſuperabundanti in cibo, ſed in quocumque.

Quintò, quia ſi non eſſet hoc niſi propter abundantiam ciborum, id quod emitteretur non eſſet impurum, ſed ſuperabundans. & tunc emitteretur cibus quaſi talis qualis ſumptus eſt, & tamen nũquam emittitur aliquid tale, ſed ſolum, vt immundum, & fętidum; ergo ſignum eſt, quòd aliquid immundum ſeparatum ſit inde, & relictum fuerit id quod erat mundum.

Sextò, quia ſi propter hoc ſolum fieret emiſſio, quia aliquid ſuperabundabat, non fieret niſi vnum genus ſuper-

I fluitatis, quia quidquid eſſet naturæ conueniens ſumeretur, & quod ſuperuacuũ, emitteretur, & tamen ſunt multi modi eorum, quæ emittuntur, ſcilicet fęces, vrinæ, ſudor, vel fumi, ergo neceſſe eſt, quòd dentur diuerſæ digeſtiones, & diuerſa loca digeſtionum, & ex hoc ſint diuerſæ impuritates, & non vnius modi; & quòd emittantur per diuerſa loca, & ſic non eſt ſola ſuperfluitas, ſed etiam impuritas ſeparata per digeſtionem.

Septimò apparet hoc exemplariter: nã ſi ſolum ſuperfluum emitteretur quando aliquis tam paucum de cibo ſumeret, vt non poſſet ſaturare famem, non relinqueretur inde aliqua ſuperfluitas, & tamen videmus, quòd etiam ſi quis non manducet niſi vnum morſum panis, ſeparabitur inde aliqua impuritas, quæ ibit in ſtercora, vel in vrinam: ergo neceſſe eſt, quòd in omnibus ſumentibus cibum, &

K potum, relinquantur fęces aliquæ, quæ emittantur, cum oporteat ſeparari purum ab impuro, & non ſit aliquis cibus, & potus, in quo nõ ſit aliqua impuritas, quam natura abijciat. Ita ergo de Chriſto dicendum erit, quòd in ipſo digerebatur cibus, & potus, quantumcunque paucum de cibo, & potu ſumeret, & ſeparabatur inde impurum, quod emittendum erat, ſicut in aliis hominibus, in fæces, & vrinam, & ſudorem, & fumos.

An Deus faciebat miraculosè, quòd totus cibus ſumptus à Chriſto tranſiret in ſuam ſubſtantiam. Quæſt. XVII.

SVNT autem vera, & neceſſaria prædicta, niſi quis dicat, ꝙ faciebat Deus ſupernaturaliter, quòd in Chriſto digereretur, ſiue comminueretur cibus, & non emitteretur aliqua pars eius, ſicut in aliis hominibus: ſed totum

tranſiret

tranſiret in carnem, & ſanguinem, ſiue oſſa. Sed dicen- A dum, ꝙ non ſtat: Primò, quia daretur hic miraculum ſine cauſa: nam nulla cauſa eſſet ad faciendum hoc in Chriſto potius, quàm in aliis hominibus, & tamen miracula non fiunt ſine cauſa. Secundò, quia per tale miraculum corpus Chriſti eſſet deterioris cõditionis, quàm corpora omnium hominum, immò & omnium animalium, ſcilicet, quia nutriretur ex ſubſtantia magis impura. Nam in omnibus hominibus, & animalibus, quicumque cibus ſumatur, digeritur multis digeſtionibus, & ſeparantur ab eo multæ impuritates, vt maneat ſolum quod eſt purum ad tranſeundum in ſubſtantiam corporis. Ergo ſi in Chriſto nihil ſepararetur de cibo, totum tam purum, quam impurum tranſiret in ſubſtantiam eius, & ita eſſet corpus eius ſubſtãtiæ impurioris, quàm corpora omnium hominum, & minus aptum ad vitam, ſed hoc eſt falſum: quia po- B tius illud corpus erat melius, & nobilius, quàm corpora noſtra, & maioris harmoniæ. Non ergo conuerterentur immunditiæ in illud. Igitur digeſtio fieret in corpore Chriſti, & ſeparatio impuritatum à puro, ſicut in corporibus noſtris, & conſequenter fieret emiſſio, ſicut in nobis.

An impurum, quod ſeparabatur a cibo, à Chriſto ſumpto miraculosè reſolueretur, ita quòd non flueret in ſtercora, ſicut fuit de cibo poſt reſurrectionem. Quæſt. XVIII.

SED fortè aliquis dicet, quòd iſta neceſſaria erant, niſi Deus ſupernaturaliter prouidiſſet quantum ad hoc: & tamen prouidebat, ſ. quòd faciebat, quòd ſepararentur omnes impuritates illæ ſicut in nobis, vt maneret cibus purus ad tranſeundum in ſubſtantiam corporis, ſicut in C nobis: tamen illæ impuritates ſeparatæ non emittebantur ſicut in nobis, ſed ſolum faciebat illas Deus deſinere eſſe, vel reſoluebat eas in aliquid aliud, & non fiebat aliqua emiſſio. Confirmatur hoc: quia poſt reſurrectionem ſuam Chriſtus manducauit cum Diſcipulis ſuis, Luc. 24. cap. & Actuum 10. cap. & de illo cibo ſolent dicere Doctores, ꝙ adnihilatus eſt, vel reſolutus ſupernaturaliter in aliquid aliud; ita ergo fieri potuiſſet de cibo, quem quotidie ſumeret, quod impurum illius ſeparatũ à puro annihilaretur, vel reſolueretur diuinitus in aliquid aliud, quod non appareret, & ita non emitteretur in fæces, & vrinam. Dicendum, ꝙ non fiebat iſtud in cibo, quem Chriſtus manducabat, quia ſequebantur ex hoc inconuenientia. Primum, quia poneretur miraculum iſtud ſine neceſſitate, & tamen nunquàm ſic fit: nulla tamen neceſſitas neque cau- D ſa ad hoc erat. Secundò, quia daretur quotidie, & aſſiduè miraculum in operibus Chriſti; & hoc abſurdum eſt. Nam fieri miracula, eſt vt in paucis, teneri autem legem, & viam naturæ, eſt vt ſemper, vel vt communiter. Tertiò, quia hoc dato, ponerentur in Chriſto potentiæ naturales ſuperuacuè in præſentia obiecti ſui, cum tamen eſſet naturæ expediens operari. Quartò, quia hoc videtur eſſe contra intentionem Chriſti: ipſe quippe innuit generale eſſe, quòd in quolibet homine, de quolibet cibo fiat aliqua ſeparatio impuritatis, quæ emittatur per poſteriora, ſicut ipſe dixit Matth. 15. cap. Adhuc vos ſine intellectu eſtis, non intelligitis, ꝙ omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur. Et ita ſeipſum hac lege includi innuebat, & quaſi ipſi, quibus hoc loquebatur, illud intelligerent, tam ei, quàm E omnibus hominibus iſtud eſſe commune. Quintò, quia etiam ſi hoc Chriſtus potuiſſet conuenienter facere, quòd non eſſet in eo emiſſio ſtercorum, neque vrinæ, non decuit ꝙ illud faceret, quia erat magnum inconueniens: nam de Chriſto multi dubitare potuiſſent, an eſſet verus homo, ſicut & poſtea dubitatũ eſt. Ideo ipſe debuit in ſe demonſtrare ea, quæ pertinebant ad veritatem naturæ humanæ, & tamen emittere ſtercora, & vrinã, eſt vna cõditio quæ ſequitur omnes homines, ideo debebat iſta apparere in Chriſto: nam ꝙ aliquis viuat, qui hæc non habeat, oſtendit eum non eſſe verum hominem, ſed potius phãtaſma, vel ſpiritum, qui non habeat veritatem humanæ naturæ. Valde ergo inconueniens erat, ſi iſta non apparuiſſent in Chriſto, maximè, quia hoc non poterat occultari: nam ipſe multum familiariter conuerſabatur cum Diſci- A pulis ſuis, qui cum eo erant nocte, & die, & non ſe ſubtrahebat aliquo modo ab eis. Vnde neceſſe erat, ꝙ illi ſentirent an Chriſtus hæc patiebatur, vt alij homines, & hoc quia iſtud quotidianum erat, neceſſe erat, vt ſæpe viderẽt, an illud pateretur, vel non, & ſi non viderent illud eſſe in eo, quod in omnibus aliis hominibus eſt, ſcãdalizati fuiſſent, & putaſſent eum non eſſe verum hominem, & ſubtraxiſſent ſe ab illo. Item adhuc magis appareret iſtud in infantia Chriſti, cum ipſe à matre nutriretur, quia multi viri, & feminæ viderant eum educari, & vidiſſent an hæc paſſus fuiſſet, vel non. Et ſi hoc non inuentum fuiſſet in eo ſcandalizati fuiſſet valde, & putaſſent nõ eſſe verum hominem, & facta fuiſſet res iſta cognita; vnde habita fuiſſet publica ſuſpicio de eo ꝙ non eſſet verus homo, & tñ dum vixit nunquam legimus talem ſuſpicionẽ de eo ha- B bitam fuiſſe. Ergo dicendum eſt, ꝙ verè in Chriſto fuit emiſſio impuritatis duplicis ex cibo, ſicut in nobis, & per eadem organa, per quæ nos emittimus. Sed nam confirmetur iſtud per cibũ, qui ſumptus eſt à Chriſto poſt ſuam reſurrectionem: Dicendum, ꝙ nihil eſt ſimile, & præſupponendum eſt, ꝙ cibus ille conuerſus eſt in ſubſtantiam corporis Chriſti, neque etiam emiſſus fuit per ſeceſſum, aut alias vias: & ideo factũ eſt in illo, ꝙ adnihilaretur, vel reſolueretur in aliquid aliud inuiſibiliter. Quòd aũt non conuerteretur in ſubſtantiam corporis Chriſti patet: quia corpus Chriſti erat iam impaſſibile, & incorruptibile, ſed ſubſtantia, quæ per cibum habetur, eſt corruptibilis: Ergo iam nihil potuit tranſire in ſubſtantiam corporis eius per naturalem actionem. Secundò, quia non poteſt fieri iſte tranſitus, niſi per quandam corruptionem formarum C præcedentium, & generationem ſequentis formæ, & tamen in incorruptibili non fit generatio, & corruptio; ergo non poterant iam fieri iſtæ alterationes in operatione virtutis nutritiuæ. Etiam non poterat dici, ꝙ emitteretur cibus ille per ſeceſſum, vel vrinam. Primò, quia ante hoc oportuiſſet fieri digeſtiones, in quibus ſepararetur purum ab impuro, & iſtæ ſunt operationes generatiuæ, & corruptiuæ, & non competunt niſi naturæ exiſtẽti in ſtatu corruptionis, & generationis, & tamen erat tunc corpus Chriſti incorruptibile, & in ſtatu incorruptibilitatis, ergo non fiebat in eo digeſtio.

An cibus ſumptus à Chriſto poſt reſurrectionem tranſiuerit in ſubſtãtiam Chriſti. vel tranſire debuit. & quid de eo factũ fuerit.

Secundò, quia dato, ꝙ concederetur in eo iſta digeſtio, quæ tamen non fuit, non ſufficiebat hoc ad id, quod intenditur, ſcilicet, ad hoc, quòd emitteretur cibus ille per ſeceſſum, vel vrinam, immò penitus erat iſtud contra in- D tentionem naturæ, quia quando fit digeſtio cibi, ideo natura illud facit, quia intendit ſeparare purũ ab impuro, vt impurum emittat, & purum reſeruet. Vnde nõ eſt poſſibile emitti per inferiora id, quod purũ de cibo, iam ab impuro ſeparatum eſt, ſed ſeruat illud natura. Et tamen hic debebat totum emitti, ne aliquid verteretur in ſubſtantiam corporis Chriſti, ideo non poterat fieri per iſtum modũ, ſed oportebat fieri, quod dictum eſt, ſ. vt non fieret aliquid circa illum cibum per virtutem nutritiuam Chriſti alterando, generando, vel corrumpendo illum, ſed ꝙ ſolum per virtutem motiuam eius attereretur dẽtibus; & cum tranſmitteretur ad ſtomachum, non alteraretur ibi aliquo modo, ſed diuinitus adnihilaretur, vel reſolueretur in aliquid aliud, aut inuiſibiliter transferretur ad alium locum, & ſic maneret caro Chriſti ſecundum ſta- E tum immortalitatis ſine aliqua generatione, & corruptione in ipſa facta. Et ita non eſt ſimilitudo in hoc, & in quotidiano cibo Chriſti. Primum, quia vnum fuit ſemel tantum, in quo conueniens erat fieri miraculum; alterum verò erat quotidianum, in quo non benè conceditur miraculum. Secundò, quia in cibo Chriſti, quem quotidie ſumebat, debebat fieri digeſtio, vt ſepararetur purum ab impuro, ſicut ſupra oſtenſum eſt: ſed in illo, quod manducauit poſt reſurrectionem, nõ debuit fieri digeſtio aliqua, vt nũc oſtenſum eſt. Tertiò, quia cibus quotidianus, quantum ad partem puram ſeparatam ab impuro, tranſiturus erat ad veritatem corporis Chriſti, ſed non cibus poſt reſurrectionem, & ideo quantum ad totũ cibum ipſum, qui nullo modo pertinere debebat ad Chriſtum, debuit eſſe adnihilatio, vel reſolutio in aliquid aliud diuinitus facta. Secus autem quantum ad quotidianum cibum,

Natura quare cibi digeſtione faciat.

qui

qui ad Chriſtũ pertinebat, & tranſire debebat in ſubſtantiam corporis eius præter impurum: quia quantum ad illud, nõ videtur aliqua cauſa, quare diuinitus deberet adnihilari, vel reſolui, cum poſſet impuritas ſine aliquo præiudicio emitti per deſtinata organa naturæ. Ex prædictis autem patet, quod tam in Chriſto, quàm in Domina noſtra, fiebat ſeparatio, & emiſſio impuritatum, ſ. fęcum, & ipſarum vrinarum, ſicut in aliis hominibus, & conſequenter fiebat in Virgine fluxus menſtruorum, cum minor impuritas eſſet menſtruorum, quàm ſtercorum.

An in Domina noſtra flueret ſanguis menſtruus quolibet menſe, & eo tempore, quo in aliis mulieribus. Quæſt. XIX.

G SECVNDVM autem ſupra preſuppoſitum erat, quod emitteretur illa impuritas tempore ſuo, ſ. quo in alijs mulieribus fluit; eſt in aliis de menſe in menſem, ſicut dicitur infra 15. cap. mulier quæ redeunte mẽſe patitur fluxum ſanguinis, &c. ita ergo fieret ſingulis menſibus in Virgine, & ita vocaretur ſanguis menſtruus, id eſt, fluens de menſe in menſem. Eſt enim fluxus menſtruorũ quando collecta fuerit illa impuritas, quia natura non indigẽs ea, repellit illam, & tamen nõ repellit quotidie, vel ſæpè, ſicut in ſtercoribus, & vrina, quia illa impuritas quotidie colligitur, & cito ſeparatur ibi purum ab impuro, ideo natura ſtatim abiicit illam immunditiam. Sed circa partem illam, quę vadit ad vaſa partis generatiuę, tardior digeſtio fit, & ſeparatio, ideo non emittitur quotidie, ſed ſatis eſt naturæ emittere quolibet menſe, & ab hoc vocatur ſanguis mẽſtruus: ſed in Domina noſtra emittebatur ſan- H guis iſte, qui erat purgamentum boni ſanguinis, ergo fiebat emiſſio iſta quolibet menſe. Eſt vlterius dicendum, quòd iſte fluxus menſtruorum nõ ſolum factus eſt in Domina noſtra ante conceptionem Chriſti, ad hoc, quòd ſanguis, de quo formatũ eſt corpus eius, eſſet mundus, ablata omni impuritate, ſed & fuit quaſi per totam vitam, poſtquam cœpit in ea pubertas: nam iſtud etiã ſimplices non ignorant ex experientiis, quas negare non poſſunt, quòd ad fluxum menſtruorum nihil facit ad feminam eſſe cognitam à viro, quia etiam in mulieribus virginibus fit fluxus menſtruorum: immo ſecundũ rationem, & iura nunquam femina debet cognoſci à viro priuſquam patiatur fluxum menſtruorum; & ratio eſt: quia feminæ cognoſcuntur ad hoc, quòd cõcipiant, & pariant; & tamen nunquam poſſunt concipere, etiã ſi cognoſcãtur à viris, quouſ- I que menſtrua patiantur: quia nondum eſt in eis materia formandi fętus, ergo non debent prius cognoſci. Tempus autem quo incipit fluxus menſtruorum, eſt pubertas: vocatur autem pubertas à pube, id eſt, à barba, ſcilicet, qñ loca proxima genitalibus pilos habẽt dicit Iſidor. lib. 11. Etymol. & extra, de ſponſ. impub. cap. puberes; ortus autem pilorum ibi, tam in maſculo, quàm in femina non eſt ipſa pubertas, ſed pubertatis ſignum, quia puberes illos vocamus, qui generare poſſunt: generare autem non eſt in viro antequam habeat ſemen, & in femina non eſt antequam præparet ſanguinem, qui ſit materia generationis; hoc autem accidit ex calore perfecto, & quia in infantibus, & ſenibus non eſt calor niſi diminutus, id eſt, imperfectus, vel iam deficiens, non fit generatio ſeminis in viris, neque ſanguinis illius in feminis in infantia, neque in ma- K gna ſenectute; calor autem quando incipit eſſe perfectus, facit quædam ſigna, ſ. pilos: nam ex calore eſt generatio pilorum, & ideo cum orti fuerint pili circa verendã, tam maſculis quàm feminis, iam ſignum eſt quòd calor eorum eſt perefctus, & generare poſſunt.

Femina à viro cognoſci prius non debet, quã mẽſtrua mittat: & de mẽſtruis quædam.

Pubertatis ſignũ.

Pubertas quando.

Iſtud tempus non incipit ſimul in omnibus, ſed in quibuſdam prius, in alijs poſterius, tam in maſculis quàm in feminis, & tamen iura poſuerunt vnum tempus pro omnibus maſculis, ſcilicet, annum quartumdecimũ, quo eos puberes vocent, etiam ſi nondum pili apparuerint; neque prius vocabuntur puberes, etiamſi pili appareant. In feminis autem determinauit ilud tempus, ſ. duodecim annorum. Hoc autem ſecundum iura factum eſt, quia decuit, vt aſſignaretur determinatũ tempus, vt ſciretur quando valebat contractus matrimonij, & quando non; natu- F ra tamen hoc non curat: ſed habet operationem ſuã, cuius ipſa eſt regula, & facit in quibuſdam pubertatem antequam in aliis, in quacunque autem femina tunc erit vera pubertas, quando calor ſuus fuerit perfectus, & incęperit per calorem illum digerere ſanguinẽ ſiue materiam reſiduam nutritiuæ tranſmiſſam ad vaſa generatiuæ virtutis per ipſam virtutem generatiuam, ſeparando ab ea impurum, vt maneat ſanguis puriſſimus, qui ſit materia formãdi fętus: & illud idem tempus eſt fluxus menſtruorum: nam quando ſanguis ille digeritur, & præparatur, ſeparatur in eo purum ab impuro, & impurũ illud emittitur: ſed illud quod emittitur, vocatur ſanguis menſtruus; ergo ex principio pubertatis incipit eſſe fluxus menſtruorũ. Sic ergo dicendum eſt de Domina noſtra, quod in illa cępit fluxus menſtruorũ à principio pubertatis, forte ab an- G no duodecimo, vel quaſi, & manſerit ſibi vſque ad ſenectutem, quando iam diminuto calore naturali non valet digeri ſanguis, & tunc non poſſunt mulieres præparare materiam ad formandum fœtum; vnde etiam ſi tunc cognoſcerentur, nunquam poſſent concipere; ideo cum fluxus menſtruorum ſit purgatio quædam illius ſanguinis; cũ deſierit illa digeſtio ſanguinis, ceſſabit quoque fluxus menſtruorũ; & per hoc poſſunt mulieres cognoſci, vſque ad tempus, quo poſſunt generare: nam poſtquam ceſſauerit in eis ille fluxus, non poſſunt gignere: ſic dicitur Geneſ. 18. cap. de Sara, ad oſtendendũ, quod non poterat illa naturaliter concipere. Erat autem Sara prouectæ ætatis, & deſierant ei fieri muliebria, id eſt, fluxus menſtruorum, qui mulieribus accidit, & non viris. Et iſtud eſt loqui de Domina noſtra ſecundũ veritatem naturæ, & nõ deuian- H do à fundamento fidei, & rationis, & non iuxta inſanam opinionem illorum, qui volunt eam per mendacium honorare, alienando eam à natura humana: nam ſi hoc volunt, non faciant eam feminam, ſed ſpiritum ſeparatum, qui nullis harum paſſionibus ſubiicitur. Vel ſi eam veram feminã voluerint, ſicut poni neceſſe eſt, non metuant confiteri in ea, quicquid eſt de conditione generali hominum, quod ad peccatum, & ignorantiam non pertinet, & de Chriſto idem faciendum eſt, cum fuerit verus homo, qui debuit per omnia fratribus aſſimilari, id eſt, alijs hominibus, ad Hebr. 2. cap. Cum autem contrarium faciunt, putãt ſe honorare Chriſtum, & Virginem, & eis iniuriam faciunt. Sic patet de Chriſto, quia paris periculi eſt in eo negare veritatem humanitatis, ſicut veritatem Deitatis. Sic dicit Leo Papa in ſermone Circumciſionis Domini. I Feſtiuitatis hodiernæ dilectiſſimi verus venerator eſt, & pius cultor, qui neque de Incarnatione Domini aliquid falſum, neque de Deitate aliquid ſentit indignum: paris enim periculi malum eſt, ſi in Chriſto, aut illa naturæ noſtræ veritas, aut paternæ gloriæ negatur æqualitas. De Virgine autem, qui talia dicunt, multum ei derogant, tollentes aliquid de vera maternitate, & tantum poterit quis eam ab his paſſionibus naturalibus immunem facere, ꝙ non ſolum non dicetur vera mater Chriſti, ſed neque vera mulier, vtpotè, quæ nõ habuerit id, quod habent aliæ mulieres. Et poterit dici, quod quidam dixerunt, quod Chriſtum non peperit, ſed inuenit, vt Auguſt. refert increpans Sabellianos in ſermone Natiuitatis Virginis, ſcilicet, Læta igitur Maria geſtat infantem, exultans filium amplexatur, portat à quo portabatur, neque fortuito, vt fingunt K Sabelliani, reperit paruulum, ſed decurſis nouem menſibus peperit Chriſtum.

Mulier vſque ad quod tempus poſſit generare.

An in partu Virginis poſt parturitionem infantis effluxerit ſanguis de matrice eius, ſicut de alijs mulieribus, & quæ inconuenientia ſequerentur pro vtraque parte. Quæſt. XX.

NVNC reuertendum eſt ad id, quod ſupra tangebatur de fluxu ſanguinis, ſ. an in partu Virginis poſt parturitionem infantis effluxerit ſanguis de matrice Virginis, ſicut in aliis mulieribus, vel non. Dici poteſt ſecundum quoſdam, ꝙ ſic: quia Domina noſtra tenuit id, quod naturale erat in alijs mulieribus, ſed in aliis poſt partum fluunt ſtatim ſecũdinæ, i. ſanguis quidam coagulatus, quẽ Latini ſecundinas vocant. Sic dicitur Deuter. 28. cap. tenęra mulier, & delicata, quæ ſuper terram ingredi nõ valebat,

lebat, nec pedis veſtigium figere propter mollicieim, & teneritudinem nimiam, inuidebit viro ſuo, qui cubat in ſinu eius ſuper filij, & filiæ carnibus, & illuuie ſecũdinarum, quæ egrediuntur de medio feminum eius, & ſuper liberis, qui eadem hora nati ſunt. Ergo videtur dicẽdum, ꝙ tunc in Virgine fluxerunt ſecundinæ. Secũdò, quia fluxus ille poſt partum eſt multum naturalis, & neceſſarius: nam poſtquam mulieres incipiunt pati menſtrua, accidunt illis regulariter quolibet menſe. Tempore autem quo prægnantes ſunt, eſt clauſum orificium matricis, & non emittitur purgamentum ſanguinis; ideo confluit multum ſanguinis impuri, qui emittendus erat, & cum exire non poſſit, denſatur: aperta autem matrice, & porta, fluit totus ille ſanguis, & ita eſt tunc denſus, & multus, quod non accidit in aliis temporibus quando menſtrua fiũt, ſed cum in Virgine eſſet eodem modo clauſum orificium matricis, tempore quo habebat filium in vtero, ideo etiam non fluebat purgamentum ſanguinis, & ſic debebat totus ille fluere in partu.

Aliquis dicet, ꝙ non fuit, neque poterat eſſe ſic in Virginis partu, ſicut in partu aliarum mulierum, quia in partu aliarum aperitur vterus ad exitum prolis, in Domina autem noſtra non fuit aliqua talis apertio, ideo non poterat ſic fluere ille ſanguis.

Sed dicendum, quòd hoc nõ ſtat: nam verum eſt, quòd Dominæ noſtræ viſcera non aperta fuerunt in partu, neque rupta genitalia, ſicut in aliis, & ob hoc ipſa vocatur Virgo in partu, quod nulli mulieri cõuenit, niſi ipſi: nam ſic prædicamus eam ante partum, & in partu, & poſt partum Virginem: nam aliæ mulieres, quæ pariunt, poſſunt eſſe Virgines ante partum, ſed in partu, & poſt partum nulla Virgo manet, niſi Domina noſtra. Accipitur autem hic virginitas materialiter pro integritate vaſorũ genitalium, cui opponitur ruptio, vel apertio eorum, & hoc modo Virgo ante partum vocatur illa, cuius genitalia nõ aperiuntur ante partum, & licet raro accidat, aliquando tamen euenit, ꝙ mulier aliqua ſuſcipit ſemen non aperto vaſe genitali, immo & accidit mulierem recipere ſemen cum neſciat, & à viro quoque dormiente, & tunc non ſolum, nõ rumpuntur genitalia clauſtra, ſed neque ſentitur venerea voluptas, & tamen efficietur mulier prægnans. Huiuſmodi autem mulier ante partum virgo eſt: quia ad concipiendum non ſenſit, neque realiter pertulit aliquam fracturam clauſtrorum, & tamen in partu non manebit virgo, quia rumpentur, atque aperientur clauſtra genitalia magna apertura, & non poteſt aliter fetus emitti; ideo nulla mulier eſt in partu virgo, & conſequenter neque poſt partum eſſe poterit: nam poſtquam virginitas ſemel ablata eſt, non poteſt reſtitui, & ideo cum in partu perierit, non poteſt aliqua mulier poſt partum eſſe virgo, etiam ſi nũquam poſtea cognoſcatur ab aliquo. De Dña noſtra ſecus fuit, quia ante partum fuit ſemper virgo, eo ꝙ nunquã fuerũt aperta, neque tacta clauſtra eius, neque virile ſemen receperunt. In partu autem fuit virgo, quia non fuit apertio vteri, & hoc miraculosè factum eſt tam ad oſtendendam dignitatem naſcẽtis, quam ad honorem parientis, vt non aperto clauſtro exiret de vtero, ſicut non ablato lapide exiturus erat de tumulo, & clauſo oſtio intraturus erat ad Diſcipulos Ioan. 10. cap. Poſt partum autem fuit etiam Virgo, quia poſtea nemo eam tetigit, ideo ipſa ſola hanc dignitatem habuit.

Domina noſtra quo virgo fuerit ſemper.

Sed dicendum, ꝙ hoc non obſtãte, non tenet iſta ratio: quia licet non fuerint aperta clauſtra, potuerunt fluere menſtrua, quia in mulieribus virginibus fluunt menſtrua, & fluũt vrinæ ſine præiudicio integritatis virginalis. Ideo & nunc manente virginitate, poterant fluere menſtrua: nam antequam ipſa conciperet Chriſtum, menſtruorum fluxum patiebatur ex principio ſuæ pubertatis, ſicut erat de aliis mulieribus, vt dictum eſt præcedenti quæſt. ergo & nunc pariter poterant fluere menſtrua.

Determinatio auctoris.

Dicendum autem, quòd quidquid ſecundum veritatem fluxerit in illo benedicto partu, & an ſanguinis fluxerit, vel non, poſt partum ſecundum certitudinem nõ poſſumus aſſerere, quia nullum teſtimoniũ huius rei eſt ſufficiens. Sed hoc certum eſt, ꝙ ſecũdum naturam fluere ſanguinem oportebat; potuit tamen euitare diuinitus, & ad A hoc poterant inducere duo. Primum eſt, quia illa natiuitas fuit miraculoſa, quia licet Domina noſtra naturaliter potuit præparare, & præparauit materiã, de qua poſſet corpus Chriſti formari ſine aliquo ſpeciali diuino auxilio; & ideo omnia quæ naturaliter comitabantur illam præparationem, ſcilicet præparatio menſtrui ſanguinis, & fluxus eius, ibi fuiſſent; tamen natiuitas non fuit naturaliter pure, quia non poterat naturaliter exire fetus tantus de vtero ſine ruptione clauſtri; ideo ſatis rationabile erat, ꝙ ibi quoque aliquid miraculosè acciderit. ſ. ꝙ non flueret ſanguis, ſicut in puellis parietibus. Secundò poterat hoc eſſe ex dignitate eius qui naſcebatur, ſcilicet, vt corpus illud non egrederetur cum illuuie ſecundinarum, ſicut corpora aliorum naſcuntur.

Aliqui tamen dicunt, ꝙ non ſolum eſt hoc rationabile B ſic concedi, ſed etiam eſt neceſſarium, quia alias daretur, quòd corpus Chriſti naſceretur immundum, ſicut corpora aliorum infantium, & hoc eſt inconueniens, & tamen non ſunt inconuenientia concedenda circa Chriſtum, ideo neque iſtud eſſet.

Dicendum, quòd iſtud nihil probat: nam etiam ſi corpus Chriſti naſceretur ſanguine ſecundinarum inuolutũ, ſicut naſcuntur alij pueri, non ob hoc diceretur immundum: quia non eſt immundum, quod naturale eſt, ſed naturale eſt ſic naſci homines, & ſic etiam nati fuiſſent ſi in Paradiſo terreſtri manſiſſent; ergo non eſt reputanda immunditia.

Secundò, quia ſi iſta naturalia reputarẽtur immunda, diceretur quoque corpus Chriſti immundum; quia in interioribus eius erant feces, quæ poſtea emittebantur per C ſeceſſum, vt oſtenſum fuit ſupra, & tamen non erat ob hoc immundum, ergo neque iudicaretur immundum; quòd inuolutum ſanguine naſceretur, vel quòd ſanguis flueret poſt exitum eius de vtero.

Tertiò, quia fetus in vtero nutritur, cum ſit animal, & viuat trahit: enim alimentum ore; & ob hoc oportet eſſe duo; Primum, quòd natura applicet ei nutrimentũ, quia non poteſt moueri fœtus ad capiendum illud, & ita eſt nutrimentum circunfuſum fœtui, & applicitum ori, per quod trahitur ad interiora. Secundum eſt, quia nõ eſt aliquis cibus, quantumcunque purus, qui totus tranſeat in ſubſtãtiam aliti, ſed natura ſeparat ibi impurum aliquid à puro, & ſumit, quod purum eſt, & ideo cum fiat ibi digeſtio, & ſeparetur, impurum emittetur, & illud quoque iuxta fœtum eſt, quia non poteſt inde elõgari, neque flue- D re propter clauſuram matricis, & ita reſeruantur omnia iſta ſimul, vſque ad partum, ſcilicet cibus, qui attractus erat à natura ad fœtum, & impurum, quod per digeſtionem ſeparatum erat, & hæc omnia ſimul emittentur poſt partum, quaſi iam non amplius vtilia parienti, ſed potius nociua, & ideo natura illa expellit tanquam impurũ, quo non indiget: ſic in Chriſti natiuitate rationabile etiã erat, quòd cum in vtero talia fuiſſent, emitterentur, & ita flueret ſanguis ille de vtero Virginis.

Et ſi quis dicat, quòd talia, quia immunda ſunt, non fuerunt in Natiuitate Chriſti, & partu Virginis: Reſpondet, an corpus Chriſti in vtero Virginis nutriebatur, ſicut corpora aliorum infantium, vel non, & oportet dici, ꝙ ſic: quia alias cum corpus Chriſti, quando formatum eſt, ſubito fuit minus, quàm corpus cuiuſlibet hominis, vt E probant manifeſtè Doctores, ex eo ꝙ non fuit organizatio corporis eius completa per quadraginta dies ſicut in aliis, ſed ſubito facta eſt, & tamen quando exiuit de vtero, erat tantum, quantum corpora aliorum infantium, qui tunc naſcebantur: ergo oportebat in vtero nutriri, & & augeri: nam omne animal quandiu eſt, nutritur, vt dicit Ariſtot. ſed nutritio, & augmentum, non fiunt niſi ex cibo, ergo Chriſtus puer in vtero cibum habebat, de quo nutriebatur; & quia non mouebatur localiter eius corpus ad cibum inueniendum, oportebat, quòd natura agente applicaretur cibus ori eius ſicut in aliis infantibus; ſed nullus cibus tranſit in ſubſtantiam niſi prius digeratur, ergo ille digerebat ibi cibum tractum; ſed in omni digeſtione ſeparatur aliquid impurum, quo natura non indiget, & tamen illud impurum non poteſt emitti quamdiu manet fœtus in vtero, quia eſt clauſum orificiũ matricis,

Nota lector curioſe ꝙ 2. concluſio Do. Abulenſ. hic eſt, ꝙ oẽs immunditates, quæ in vtero

Virginis erant effluxerunt poſt partum virginitate manēte, ſed quando aut quō noli dijudicare ſi nō vis errare, ſed iſta materia de Incarnatione, & ſimiles, vt de Prædeſtinatione & Trinitate nō eſt populo rudi prædicanda.

tricis, ideo oportet, quòd maneat iuxta fœtum, quouſque aperta matrice in partu ſimul emittatur infans, & illa immunditia profluat, non ergo poteris negare talia fuiſſe intra vterum Virginis prægnantis, cum Chriſtus puer intra aleretur; illo autem nato, cum iſta non eſſent conuenientia matri, ſed nocina; ſicut fæces quædam, & purgamenta, quibus natura nō indiget, ſed repellit, certum eſt, quod non manſerint in vtero: emiſſa ergo fuerunt illa nocua, ſed an tunc corpore Chriſti prodeunte de vtero ſimul confluxerint, vel poſtea, aut quomodo, noli præſumptuoſè aſtruere: conſtat tamen, quod tenendo viam naturæ ita fieri debebat, & ſic rationabilius credēdum eſt eſſe factum, quàm aliter. *Maſculum peperit.* Dicitur de pariente maſculum, quoniam quamuis immunda eſſet fœmina ſiue maſculum peperiſſet, ſiue fœminam, tamen non eſt eis eadem lex purificationis pro vtroque. *Immunda erit* G *ſeptem diebus.*

Quare qualibet mulier pariens habebat duplicem immunditiam, vnam quæ durabat per ſeptem dies, aliam per triginta tres, & in quo differrent. Quæſt. XXI.

SCIENDVM eſt, quod fœmina quando pariebat maſculum, erat immunda quadraginta diebus, & quando pariebat fœminam, erat immunda octoginta diebus: ſed diſtinguebātur iſti dies, ſ. quod ſi fœmina pareret maſculum, eſſet immunda ſeptem diebus totali immūditia, aliis autem triginta tribus diebus reſiduis eſſet immunda minori quadam immunditia. Pro quo eſt intelligendum, quod immunditia in hominibus in Veteri Teſtamēto accipiebatur per reſpectum ad duo. Primò, per reſpectum H ad Sanctuarium, & ad res ſacras. Secundò, per habitudinem ad aliquā communicationem hominum, ſeu humanam. Secunda immunditia erat maior quàm prima, & nunquam erat ſine prima: prima autem erat minor: ideo aliquando ſine ſecunda erat: nam aliquis homo poterat eſſe immundus per reſpectum ad Sanctuarium, & res ſacras, ita quòd nullo modo liceret ei accedere ad Sanctuarium; tamen non erat interdictus ei conuictus hominum. Si tamen alicui homini eſſet prohibita humana communicatio propter aliquam maculam, non poterat accedere ad res ſacras. Sic autem fuit in præſenti: nam cum mulier pariens maſculum immunda ſit quadraginta diebus, ſi æqualiter immunda eſſet in omnibus iſtis diebus, non fieret aliqua differentia ſeptem dierū ad 33. & quando naſcitur fœmina non fieret differētia 14. dierum purificationis ad 66. ſed mulieres non ſunt immundæ æqualiter in omnibus his diebus; ſed cum aliqua pareret maſculum, in primis ſeptem diebus erat totaliter immunda, interdicta ſibi communicatione rerum ſacrarum, & acceſſu ad Sanctuariū: nam in his diebus non poterat comedere de carnibus ſacrificiorum; erat etiam interdicta communicatio humana: nullus enim communicabat cum ea in cibo, aut in potu, vel tangebat veſtes eius, nec aliquis ad eā carnaliter accedere debebat, ſicut infra magis dicetur: in viginti tribus diebus ſequentibus non erat æquè immūnda, quoniam licebat illi comedere & bibere cū quibuſcunque, & non polluebatur, qui tangeret eam, aut veſtes eius, vel qui eam carnaliter cognoſceret tali pollutione, quali ſi cognoſceret in primis ſeptem diebus.

Erat tamen immunda, quantum ad res ſacras, quia nō licebat ſibi introire in Sanctuarium, aut tāgere illud, nec ad aliquam aliam rem ſacram accedere. Fuit ergo rationabile, vt diſtinguerentur iſti dies quadraginta, id eſt, ſeptem, & 33. Cum autem dicitur hic, quòd erit immunda, intelligendum eſt de duplici immunditia, ſ. de ea quæ eſt naturalis, & de ea quæ eſt propter opinionem honeſtatis. Erat namque naturaliter fœmina immunda illis diebus, quibus fluebat ſanguis menſtrualis poſt partum: poſtquā verò ceſſaſſet fluxus ille, in toto tēpore vſque ad diē quadrageſimum erat immunda ſola opinione honeſtatis, ſcilicet, quòd quamquam tunc nō eſſet habens aliquam immunditiam, quia tamen paulo ante habuerat, non erat licitum, & honeſtum, quòd immediatè admitteretur ad res ſacras, ſed abſtinebat vſque ad diem quadrageſimum, & hoc ſolum erat quantum ad honeſtatem, quia magna ho- F neſtas requirebatur in acceſſu ad res ſacras. *Iuxta dies ſeparationis menſtruæ.* id eſt, tot diebus erit ſeparata iſta mulier pariens maſculum, quot diebus immunda eſt mulier menſtruata, id eſt, mulier, cui veniunt menſtrualia. Et iſta littera poteſt duo deſignare, ſcilicet, numerum dierū, vel ceremoniam obſeruationis iſtorum dierum. Primo modo eſt ſenſus, quòd erit iſta mulier immunda ſeptem diebus, iuxta diē ſeparationis menſtruatæ, id eſt, quòd ſicut menſtruata mulier ſeptem diebus ſeparata eſt, ita & iſta quæ parit. Alio modo intelligi poteſt, quòd ſicut mulier menſtruata ſeparata ab aliis, habet quoſdam ritus obſeruationis, de quibus habetur infra 15. ita, & iſta mulier ſeparata propter partum, habeat eaſdem cæremonias; & iſte ſecundus ſenſus eſt, quem facit littera. Primus namque non conuenit: nam ſi intelligeretur pro numero dierum ſeparationis, diceremus, quòd ſicut mulier menſtruata ſeptem diebus ſolum ſeparatur, ita & mulier parturiens ſolum ſeptem diebus eſſet immunda: ſed hoc falſum eſt, quoniā quadraginta diebus manet immunditia ſua, vt patet in littera. Si autem adhuc dicamus, quòd mulier pariens maſculū ſit immunda quadraginta diebus, & iſtis ſeptem primis diebus ſit immunda, ſicut eſt immunda ſeptē diebus mulier menſtruata, & deſignaretur tempus in hoc ſolum, erat valde ſuperfluum, cum nihil iſta particula prodeſſet; ſufficiebat enim, quod ſi numerū dierum ſcriptura denotare voluiſſet, diceret immūda erit quadraginta diebus, cum tot diebus permaneret in immunditia ſua. Item patet, quod ad alium ſenſum intelligenda ſit iſta littera, quia in ſeptem diebus mulier iſta pariens erat immunda, & non eo modo, quo in aliis triginta tribus diebus, ergo oportet, quod ponatur certitudo obſeruationis pro his ſeptem diebus ſpecialiter ab omnibus aliis diebus, ſed non reperitur aliqua connotatio harum cæremoniarum, niſi ſit iſta, ergo oportet, q. reducatur iſta littera adhuc ſenſū, ſcilicet, quod immūda eſt ſeptem diebus, iuxta dies ſeparationis menſtruatæ, id eſt, quòd in illis ſeptem diebus obſeruabit eaſdem cęremonias, quas mulier menſtruata obſeruat. Item patet hoc magis: quia cum infra dicatur immediatè de fœmina, quæ parit femellam, ſubditur, q. erit immunda duabus hebdomadibus, iuxta ritū fluxus menſtrui; & ſic non deponitur ibi numerus dierum mulieris menſtruatæ, ſed ritus; ergo eodem modo debet hic intelligi de ritu, ſcilicet, quòd in ſeptem diebus mulier pariens maſculum, obſeruet eorūdem ritus, quos obſeruat mulier menſtruata. & eſt iſte modus abbreuiationis, ſecundum I quem debebant hic obſeruari ritus mulierum menſtruatarū, & illi multi ſunt, vt patet infra, 15. cap. ne ergo Scriptura Sacra cogatur eadē ſæpè repetere, poſuit ſub clauſula generali. Mulier autem menſtruata non ſolum dicitur immunda, ſed etiam ſeparata, vt patet cū dicitur hic: iuxta dies ſeparationis menſtruæ; erat enim mulier menſtruata ſeparata à communicatione hominum, & à tactu rerum ſacrarum; quando verò aliquis erat ſolum immundus, & tamen non vetabatur ei communicatio humana, dicebatur immundus, & non ſeparatus: cum verò præter ipſam immunditiam interdicebatur ei humana communicatio, erat etiam ſeparatus. Nec tamen intelligendum eſt, quòd mulier menſtruata, vel illa quæ pareret, eſſet ſeparata à caſtris: quoniam ſolum eiiciebantur à caſtris tria genera perſonarū, ſ. leproſi, & viri fluentes ſemine, & im- K mundi ſuper mortuo, vt habetur Numeri cap. 5. id autem in quo erat ſeparatio, habetur infra 15. cap. quod nullus tangeret eam, & qui tangeret, eſſet immundus, & nullus coiret cū illa, ſi autem coiret, eſſet immundus per ſeptem dies, & omnia illa quæ tāgeret mulier menſtruata, eſſent immunda, vt lectus, & veſtes: & quicunque tangeret illa, eſſet immundus, cum dicitur: mulier quæ redeunte mēſe patitur fluxum ſanguinis, ſeptem diebus ſeparabitur: omnis qui tetigerit eam, immundus erit vſque ad veſperum, & in quo dormierit, vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ, polluetur: qui tetigerit veſtimentum eius, lauabit veſtimenta ſua, & ipſe lotus aqua immundus erit vſque ad veſperum: omne vas ſuper quo illa ſederit, quiſquis attigerit, lauabit veſtimenta ſua; ſi coierit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis, immundus erit ſeptē diebus. Hæc autem omnia ſeruabātur per ſeptem dies in muliere, quæ pepe-

Duplex littera expoſitio.

A caſtris tria genera perſonarū immundarū eiiciebantur.

A peperiſſet filium: in illa autem quæ peperiſſet filiam, obſeruabantur per 14. dies; in diebus autem 33. poſt completionem primorum ſeptem dierum, erat mulier immũda, tamen non ſecundum legem menſtruatarum, ſed ſecundum quod nõ accederet ad Sanctuarium. *Et die octauo circumcidetur infantulus.* Hoc ponitur hic ex accidenti, quoniam nihil attinebat ad legem purificationis mulierum parientium, quòd efficeretur circumciſi infantuli in octauo die, vel aliàs, etiam, quod hoc præceptum traditũ fuerat Gen. 17. c. & ibi habentur perfectæ cæremoniæ circumciſionis: hic tamen dictũ fuit ex accidenti, quia agebatur de purificatione ſeptem dierum feminæ parientis, & infantulus ſequenti die circumcidendus erat.

Ipſa verò triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. id eſt, quamquam ſeptem diebus manſerit femina pariens maſculũ in cæremoniis purificationis, iuxta B legem menſtruatarum; tamen non finiebatur ibi ſua purificatio, ſed manere debebat, adhuc triginta tribus diebus in hac purificatione. Et dicitur in ſanguine purificationis ſuæ, quod legendum eſt per hypallagen, ſcilicet, in purificatione ſanguinis ſui, quaſi dicat, quòd in iſtis diebus purificabatur à ſanguine ſuo; non quidẽ, quòd in omnibus iſtis triginta tribus diebus mulier ſanguine flueret, aut haberet aliquam maculam naturalem, ſed quia ante hoc verè fuerat immunda, in reuerentiam rerum ſacrarũ, manebat iſtis triginta tribus diebus, non accedens ad res ſacras. & iſta erat immunditia propter honeſtatẽ: dicebatur aũt, mulier in his diebus purificationis à ſanguine ſuo, id eſt, quòd manebat iſtis diebus, vt maneret perfectè pura ab immunditia ſanguinis, qui ab ea ante hoc fluxerat.

In quot dies. formatur corpus feminæ, & maſculi.

C Iuſſit autem Dominus iſtos quadraginta dies obſeruari in purificatione mulieris parientis maſculum, purè cæremonialiter, & non habent aliquam rationem naturalẽ; habeat tamen quandam imitationem ad ea quæ fiunt ſecundum naturam, ſ. quia formatur perfectè corpus viri in vtero per quadraginta dies; de femina autem iuſſit, quod maneret mater octoginta diebus in purificatione ſanguinis, quia femina perfectè organizatur in vtero per octoginta dies. Cauſa autem huius diuerſitatis eſt: quoniam formatio ſeminis in vtero, & digeſtio eius, fit à quodam calore ſeminali agente. Si autem iſte calor magnus eſt, neceſſe eſt citius formari, & perfectè organizari corpus humanum: ſi autem calor iſte fuerit debilior, tardius formabitur; ſic autem eſt in formatione corporis maſculi, & feminæ: nam cum maſculus gignitur, ſemen calidius eſt, cum verò frigidius, femina gignitur; tardior ergo fiet digeſtio, & formatio corporis feminini in vtero matris.

De his autem diebus quibus perfectè formatur corpus maſculinum, dicit Ariſtot. lib. 9. de animalibus, quòd ſunt quadraginta. Auguſtinus tamen in Epiſtola ad Dionyſium, dicit eos eſſe ſex & quadraginta; diſtinguuntur autem iſti dies ſic: quòd primis ſex diebus ſemen eſt ſub forma lactis; ſequentibus nouem diebus ſub forma ſanguinis; ſequentibus aliis duodecim diebus eſt ſub forma carnis; tantundem ſequentibus octodecim, ſolidatur, & perfectè organizatur, quouſque recipiat perfectè omnia lineamenta corporis humani. In omnibus poſtremo diebus ſequentibus, vſquequo fœtus de vtero emittatur, non habet aliquid alterum præter augmentationem, quia à principio cum fœtus organizatus eſt, in parua quantitate exiſtit, de his habentur hi verſus.

Sex in lacte dies, ter ſunt in ſanguine terni
Biſſeni carnem, terſeni membra figurant.

In mulieribus autem formãdis in vtero eædem tranſmutationes fiunt, ſcilicet, quòd prius fit ſemen in figura lactis, deinde in figura ſanguinis, poſterius ſub forma carnis; ad vltimum autem membra ſolidantur, & quia cum corpus maſculinum in quadraginta diebus perficitur, femininum autem in octoginta perficitur, oportet dari in qualibet illarum tranſmutationũ duplicia tempora, ſ. pro lacte duodecim dies, pro ſanguine vero octodecim, pro carne autem quattuor & viginti, pro ſolidatione, & figuratione membrorum ſex & triginta. *Omne ſanctum non tanget.* id eſt, nullam rem ſanctam tanget per æquipollentiam: hoc autem dicitur propter ſacrificia, quia non licebat mulieri temporibus purificationis ſuæ comedere de A pacificis ſacrificiis, ſicut liceret aliàs, quando munda eſſet. Item ſi contingeret, quòd aliqua mulier peperiſſet ante Paſcha, nõ poterat comedere de Phaſe: quia ſic eſſet tempore illo in ſanguine purificationis ſuæ; cauſa eſt: quia erat immunda; omnes autem immundi prohibebantur comedere Phaſe, vt habetur Exodi 12. c. & Num. 9. Item non poterat huiuſmodi mulier tangere cineres luſtrationis ad expiandum aliquem immundũ, erat enim iſte modus, quod quando aliquis immundus efficeretur, ꝙ alius mundaret eum aſpergendo ſuper illũ aquas luſtrationis, ſed iubebatur, vt ſolum ille qui mundus eſſet aſpergeret eas ſuper alterum, vt habetur Num. 19. cũ dicitur: Atque hoc modo mundus luſtrabit immundum die tertia, & ſeptima. Alia quoque ſunt ſimilia quæ ſancta ſunt, a quibus ſingulis prohibebantur mulieres, quæ erant in purificatione ſanguinis ſui. *Nec ingredietur in Sanctuarium.* id eſt, non poterit iſta mulier introire in locum ſanctum, ſ. in locum Tabernaculi, ad hunc enim locũ introire poterant omnes laici ſacrificia facientes ſolis immundis excluſis. Cum autem perueniſſet dies quadrageſimus, in quo finiebatur purificatio parientis maſculum, poterat introire liberè in Sanctuarium, & tangere omnia ſacra. *Donec impleantur dies purificationis ſuæ.* id eſt, toto iſto tempore erit immunda, & prohibita à cõtactu ſacrorum, & acceſſu ad res ſacras. hic enim in his triginta tribus diebus purificationis vltimis fiebat illud quod dicitur, ſ. quod nõ tangeret mulier res ſacras, nec introiret in Sãctuarium. De primis quidem ſeptem manifeſtum eſt eodem modo, ꝙ mulier prohibita eſſet ab iſtis; quoniam in illis ſeptem erat maior immunditia, & maior ſemper præſupponit minorem: ideo ſi propter immunditiam paruam, quæ erat in triginta tribus diebus vltimis, ſeparabatur mulier à rebus ſacris; oportebat etiam, vt in primis ſeptem diebus fieret iſta ſeparatio: non tamen ponitur ſic expreſsè, & diſtinctè de primis ſeptem diebus, ſcilicet, à quo deberet abſtinere femina: ſed ſatis ſufficienter dictum videtur, cum ſupra dixerit, quòd ſeptem diebus erit immunda, iuxta dies ſeparationis menſtruatæ, id eſt, ſecundum omnes cæremonias, quas obſeruat menſtruata mulier tempore fluxus menſtruorum.

Si qua mulier peperiſſet ante Paſcha non poterat de Phaſe comedere.

Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menſtrui, & ſexagintaſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Cumq; expleti fuerint dies purificationis ſuæ pro filio, ſiue pro filia, deferet agnum anniculum in holocauſtum; & pullum columbæ ſiue turturem pro peccato, ad oſtium Tabernaculi teſtimonij, & tradet Sacerdoti qui offeret illa corã Domino, & orabit pro ea, & ſic mundabitur a profluuio ſanguinis ſui. Iſta eſt lex parientis maſculum aut feminam. Quod ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures vel duos pullos columbarum, vnum in holocauſtum, & alterum pro peccato. Orabitq. pro ea Sacerdos, & ſic mundabitur.

Luc. 2. di- ſtinc. 25. q. 1. cap. ideo vir. coniũge.

Supra 5. Luc. 2.

Sin autem femina pepererit. Hic agitur de ritu purificationis quando mulier peperiſſet feminam, & erat ritus, ꝙ erat iſta obſeruatio dierum duplex. *Immunda erit duabus hebdomadibus.* Recipiuntur autem hic hebdomadæ pro ſolis quatuordecim diebus: nos autem interdum cũ duas hebdomadas dicimus, quindecim dies deſignamus. Di- E citur autẽ in iſtis duabus hebdomadibus mulier erit immunda; non quidẽ, quòd non eſſet immunda in ſequenti tempore, cum iſta purificatio duraret per octoginta dies: ſed dicitur, quod erit immunda duabus hebdomadibus, quia in iſtis erat maior immunditia: nam in iſtis duabus erat mulier immunda iuxta ritum menſtruatæ; in ſequentibus autem ſexagintaſex diebus, erat immunda ſolum ab ingreſſu Sanctuarij, & ei vetabatur ne contingeret alias res ſacras.

Ritus purificationis, quando mulier feminam peperiſſet.

Hebdomada, quot dies cõtineat.

Quare aſſignentur octoginta dies in femina.
Quæſt. XXII.

ASSIGNARENTVR autem in muliere, quando parit feminã iſti dies octoginta non ex aliqua cauſa naturali, tanquam ſic natura indicet faciendum; habent

tamen

tamen imitationem ad formationem corporis feminini in vtero materno: nam duplici tẽpore eget formatio corporis feminini, quàm maſculini, cuius cauſa eſt, vt ſupra deſignatum fuit, frigiditas feminis: nam formatio, & digeſtio à calido fit, cum autem calidum paucum eſt, neceſſe eſt tardam fieri formationem, cum autem multum calidum eſt, breuiter iſta conſummantur, & ſicut ſe habet ipſa perfectio totaliter formationis corporis feminini ad corpus virile, ſ. quòd duplo velocius corpora virilia organizantur, ita & in omnibus præcedentibus immutationibus fit: nam quælibet illarum mutationum duplici tempore eget ad hoc, ꝙ fiat, ſ. prima mutatio, aut ſtatus feminis ad eſſe in forma lactis durat in formatione corporis virilis per ſeptem dies, in femina autem durat per 12. ita igitur de ipſa purificatione Deus inſtituit, vt purificatio totalis feminæ parientis maſculum eſſet in 40. diebus, & G tota purificatio mulieris parientis feminam ſit in 80. diebus. Cõformiter autem in primis diebus magnæ immunditiæ datum eſt, vt eſſet femina immunda cum pareret filium ſeptem diebus, cum autem pareret filiam, erat immũda duabus hebdomadibus. id eſt, quatuordecim diebus. Sciendum autem, ꝙ iſtud nomen aliquando reperitur in prima declinatione, ſ. hebdomada, hebdomadæ, & aliquando in tertia, ſ. hebdomas, hebdomadis, & ſic habetur hic: multa quoque ſimilia nomina ſunt, quæ repeRiuntur declinata in ſecunda, vel in tertia, vt Diaconus Diaconi, vel Diacon, Diaconis; item Subdiaconus, vel Subdiacon. *Iuxta ritum fluxus menſtrui.* i. obſeruabitur iſte ritus purificationis in muliere pariente feminam per dies 14. qui obſeruantur in muliere menſtruata. Ritus autem mulieris menſtruatæ habetur infra, 15. c. ſ. ꝙ mulier H quæ habet menſtrua, vel quæ aliàs patitur fluxum ſanguinis extra tempus mẽſtruorum, erat immunda, & omne ſuper quod pollueretur, & omnia quæ tangeret, & ſi aliquis homo tangeret eam, erat immundus. Hæc omnia ſeruari debebant per 14. dies in muliere quæ pepererat feminam. Dicitur autem fluxus menſtruorum fluxus ſanguinis, qui per menſes euenit mulieribus, & dicitur menſtruum de menſis, quia quolibet menſe euenit poſtquam mulier eſt apta ad concipiendum. De hoc infra, 15. cap. cum dicitur: mulier quæ redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis, &c. & iſta menſtrua ſignum ſunt veræ pubertatis in femina: nam quanticunque temporis ſit femina, ſi non erumpant ei menſtrua, concipere non poteſt, etiam ſi omnes homines mundi eam cognoſcerent; iura tamen humana diſtinxerunt alia tempora pubertatis, ponentes I ad 12. annum pubertatem in femina, vt habetur extra de deſpon. impuberum, cap. puberes; hoc tamen regulare nõ eſt, quoniam quibuſdam feminis ante 12. annum erumpere poſſunt muliebria, aliæ autem ſunt quibus nõ erumpunt etiam vſque ad 14. ideo iura humana non potuerũt diffinire in hoc, cum vellent certum tempus pubertatis conſtituere. feminæ autem quando pariunt, purgantur à ſanguine menſtruali, & iſte ſanguis erat nutrimentum fętus in vtero, & ex eo augmentabatur, & nutriebatur fętus toto tempore quo erat in vtero: nam ex eiſdem ſumus, & nutrimur, iuxta Ariſt. 1. Politic. cũ autem fętus exiuit ex vtero, cum eo quoque purgatur iſte ſanguis menſtrualis; ex iſto quoque fit conuerſio in lac, per quandam decoctionem; nam ſecundum Auicennam, lac eſt ſanguis ſecundo decoctus. K

Ante pubertatem femina, non pôt grauida reddi.

Et ſexagintaſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. i. poſtquã fuerint conſummati 14. dies, in quibus mulier eſt verè immunda, ſecundum ꝙ mulieres menſtruatæ, adhuc ſtabit ſexagintaſex diebus abſtinens ab ingreſſu Sanctuarij, & contactu rerum ſacrarum, & iſti vocantur dies purificationis ſanguinis ſui, i. quòd quamuis in iſtis non habeat aliquam naturalem immunditiam, tamen abſtinet à rebus ſacris propter purificationem ſanguinis ſui, quia parum ante hoc erat immunda per ſanguinẽ fluentem, & nunc purificatur à ſanguine illo, id eſt, abſtinet à ſanguine ſatis, vt poſtea quando illa tetigerit, ſit perfectè purificata; non dicitur hic à quo deberet abſtinere iſta mulier in his ſexagintaſex diebus: ſed dicitur, quòd eſſet in purificatione ſanguinis, intelligendum tamen eſt, quòd deberet iſta mulier obſeruare ea, quæ mandantur obſer- F uari à muliere, quæ peperiſſet filium in tribus & triginta diebus vltimis.

Cumq; expleti fuerint. Supra dicebatur de immunditia puerperæ, hic agitur de eius purificatione; & diuiditur in duas partes: quia Primò agitur de oblatione; & diuitum in hac purificatione; Secundò de oblatione pauperũ; ibi: *Quòd ſi non inuenerit.* Circa primum. *Cumq; expleti fuerint dies purificationis.* Dicuntur expleri dies purificationis, non quando finiebantur primi dies magnæ immunditiæ, ſcilicet, ſeptem dies in pariente maſculum, vel quatuordecim in pariente feminam, quoniam iſti nõ vocantur dies purificationis, ſed dies immunditiæ, vel ſeparationis: propriè autem dies purificationis ſunt tres & triginta vltimi in illa cæremoniali oblatione cum parit maſculũ, vel ſexaginta ſex cum mulier parit feminam: ſic enim dicitur G ſupra, ipſa vero tribus & triginta diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ, & infra dicitur, de pariente feminam, & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Cum ergo explebantur iſti dies, dicebantur eſſe expleti dies purificationis. *Siue pro filio, ſiue pro filia.* Dicit hoc, quia non erat idem terminus finiendi purificationem pro filio, & pro filia. Sed pro filio in quadraginta diebus, pro filia autem in octuaginta, etiam quia ſiue eſſet purificatio pro filio, ſiue pro filia, debebant offerri iſta quæ ſequuntur. *Deferet agnum anniculum in holocauſtum.* Iſta offerebat mulier ad laudem Dei. & videtur hoc eſſe in laudem Dei, quia feminam illam adiuuit in partu: ſunt. n. magna pericula vſque ad mortem in partu, & à ſolo Deo liberatio ab his, ideò ei pro eis referendæ ſunt gratiæ. *Et pullum columbæ, ſiue turturem pro peccato.* H Vnum iſtorum offerendum erat, ſiue pullus columbæ, in columbis tamen non offerebatur ipſa columba magna, ſed pullus colũbæ, quia meliores ſunt, & pinguiores pulli columbæ, quàm ipſæ magnæ columbæ: valde enim macreſcunt columbæ, quia multum libidini vacant: pulli autem quando ſunt teneri, non vacant libidini, ideo ſunt pingues: in turturibus autem multum differt, quia turtures continentiam valde amant, ideo ex frequenti libidine non attenuantur carnes eorum, ſicut columbæ, ideo ſunt pinguiores, quàm pulli eorum: Deus autem pro ſe vult ea quæ meliora ſunt, & quia pinguiora, & delicatiora ſunt meliora pro cibis, ideo Deus vult illa pro ſacrificiis ſuis. *Pro peccato.*

De purificatione puerperæ.

Qui ſunt propriè dies purificationis.

Pullus columbæ quare offerebatur.

Per quod peccatum mulier pariens deberet offerre turturem, vel pullum columbæ, & an ſit peccatum coitus.

Quæſt. XXIII.

QVÆRET aliquis, quod peccatum erat propter quod mulier pariens deberet offerre turturem, vel pullum columbæ. I

Et fortè reſpondebit aliquis, quòd fortè erat pro peccato in coitu admiſſo, ſcilicet, quòd iſta mulier peccauit in actu carnali, cum cognoſcebatur à viro, ideo offert.

Sed hoc non poteſt ſtare, propter multa. Primò, quia ſupponit falſum, ſcilicet, quòd mulier peccaret in hoc quòd cognita eſſet à viro, ſi eſſet vir ſuus: actus enim matrimonialis licitus eſt, ideo in eo peccatum nullum eſt, quin potius aliquando actus ille meritorius eſt; idque ſi vir videat vxorem ſuam pronam ad adulterium, niſi coeundo ſuccurrat ei. & ſi ob hoc vir incitatus, & non pro- K pter aliquam delectationem eam carnaliter cognouerit, meretur, quia ex charitate egit, ne ipſa fornicetur. Eodem modo ſi ſolum agat, vt reddat debitum, vel ſolum ad prolem procreandam in cultum Dei; non igitur debebat offerre aliquod ſacrificium pro hoc, tanquam pro peccato. Item, dato, quòd in hoc eſſet peccatum, non videtur quòd pro hoc offerretur hoſtia pro peccato: nam eodem modo deberet offerri pro viro, quia ſi peccatũ eſſet in cognitione carnali, ęquè vir, vt femina peccaret. Sed pro viro nihil offertur, ergo pro femina non videtur oblatum eſſe iſtud ſacrificium pro peccato. Item ſi pro peccato in actu matrimoniali offerretur iſtud ſacrificium, non deberet offerri poſt purificationem in partu, ſed magis poſtquam femina cognita eſſet carnaliter, quod non fiebat. ergo non erat pro illo peccato. Si autem dicas, ꝙ offerebatur iſtud ſacrificium pro peccato feminæ, non quidem pro pecca-

to

to, tanquam ſit peccatum in actu morali ſecundum ſe, ſed quia contingit aliquam deordinationem eſſe in actu matrimoniali, quæ interdum peccato non caret. Non poteſt ſtare: quia eodem modo iſta culpa ad virum pertinet, & debebat etiam pro eo offerri, ſed non fit, ideo nullatenus fit pro peccato feminæ iſta oblatio, quod contrahatur in actu matrimoniali. Aliqui dicũt quod fiebat iſta oblatio pro peccato originali pueri, vt remitteretur, naſcuntur enim pueri de lege communi, in peccatum, iuxta Apoſtolum ad Rom. 5. cap. cum dicit: Omnes naſcuntur filij iræ. Sed hoc ſtare non poteſt: quia puer ante hoc circumciſus erat in 8. die, vt habetur ſupra, in littera, & Gen. 17. c. ſed in circumciſione remittebatur peccatum originale paruulorum, non igitur oportebat, vt offerretur pro peccato eius aliquid. Et ſi dicas, quòd quamuis eſſet remiſſum peccatum, tamen debebat adhuc pro eo offerri, ſicut cum nos ſemel pęnitentiam compleuerimus, dolere poſtea de peccatis præteritis, meritorium eſt, & orare pro eorum remiſſione. Reſpondendum eſt, quod non eſt ſimile: quia quando nos pęnitemus, remittuntur nobis peccata per contritionem pertinentem ad ipſum Sacramentum pœnitentiæ, tamen adhuc orare pro remiſſione illorum peccatorum non eſt inconueniens: quia non debemus promittere certitudinem remiſſionis, ſed magis timere, an in nobis fuerit aliquod obſtaculũ, vel defectus aliquis, propter quem non fuit facta remiſſio peccatorum. In paruuli autem qui baptizantur, aut qui circumcidebantur, nõ eſt conueniens ſic poni: quia non poteſt eſſe ibi aliquod obſtaculum, propter quod impediatur emiſſio peccatorum, cum ipſi non habeant aliquam libertatem, ſecũdum quam obſtaculum ponere poſſint: non ergo poteſt dici, quòd iſtud ſacrificium fieret pro peccato pueri nati; maximè, quia quñ aliquod ſacrificium fit pro aliquo, Sacerdos debet orare pro offerente, vt patet ſupra 5. & 6. c. & in multis locis. Si igitur hic fieret oblatio pro peccato pueri, oraretur pro puero, ſed non oratur, ſed potius pro muliere, vt patet infra, cũ dicitur: Orabit pro ea, & ſic mundabitur à profluuio ſanguinis ſui, ergo nõ fiebat iſta oblatio pro peccato pueri. Dicendum eſt autem, quòd iſta oblatio fiebat pro peccato mulieris quæ pepererat, nõ tamen fiebat pro aliquo peccato ſpeciali eius, ſed fiebat in generali, vt Deus remitteret pœnas debitas pro peccatis ſuis, & ſic multoties offerebãt pro peccato ſacrificia, quãquam non reſpicerent ad aliquod peccatum ſpeciale, ſed in generali offerentis: nam quantumcunque aliquis homo à peccato liber ſit, ſemper in aliquo peccat, quoniam ſi negare voluerimus nos non habere peccatum, mendaces ſumus, vt ait Ioannes in Canonica 1. c. 1. ideo quamquam nobis conſtaret ſpecialiter de aliquo peccato, tamen conueniens erat offerre aliqua ſacrificia pro peccato, quia ſemper manent aliquæ iniquitates, quarum pœnæ remitti poſſunt, & iſto modo erat de iſta muliere quæ pepererat: nam offerebat pro peccato ſuo, quãquam non pro aliquo ſpeciali peccato; ſed quòd aliquod peccatũ habebat. Simile etiam patet ſupra 8. c. & Exodi 29. quoniam iubebatur, quod Sacerdotes per ſeptẽ dies quibus durabat eorũ conſecratio, offerrent pro peccato ſuo ſacrificium, tamen manifeſtum eſt, quod nõ fiebat illa oblatio pro aliquo ſpeciali peccato: quia tũc oportebat, quòd quotidie committerent aliqua ſpecialia peccata, propter quæ facerent ſacrificium. Sed hoc falſum eſt: quia tũc fieret hoc per accidens, ſi accideret quotidie eos peccare, ſed non poteſt dici eſſe per accidẽs: quia antequam inciperet conſecrationis ritus, iuſſit Deus, vt per ſeptẽ dies offerrẽt ſacrificium pro peccato. Sic etiam patet de ſacrificio populi, de quo habetur ſupra 9. cap. quod non factum fuit propter aliquod ſpeciale peccatum, vbi latè probatũ eſt: ſed quia tunc incipiebat miniſtratio Sacerdotum in ſacrificiis quæ erant propter populum, iuſſit Dominus, vt populus offerret omne genus ſacrificiorum, ſcilicet, pro peccato, & hoſtias pacificas, & holocauſtum. Sic autem dicendum eſt de iſta muliere pariente.

Sed dicet aliquis, quare pro muliere offertur ſacrificiũ, quñ peperit, in expiationem peccati ſui, quia eodem modo deberet offerri pro viro, quoniam ſicut aliqua peccata determinata femina habebat, ita & vir, ergo pro vtroque offerendum erat, vel pro nullo? Reſpondendũ eſt, quòd iſta oblatio fiebat pro peccato mulieris indeterminatè, ſcilicet non diſtinguendo pro aliquo peccato eius, fiebat tamen magis principaliter propter ſollemnitatem purificationis, ſcilicet, quia tunc primo intrabat in Sanctuariũ, offerebat aliquid Deo, & ſicut in laudem Dei offerebat holocauſtum, ita & iſtud ſacrificium pro peccato, ad Dei laudem, & cæremonias purificationis fiebat; quod patet: quia quamuis aliis tẽporibus mulier haberet aliqua peccata, nõ iubebatur ei vt offerret aliquid pro peccato ſuo, hic autem iuſſum eſt, ergo neceſſe eſt dici, quòd quamuis pro peccato indeterminatè obligatio fieret, tamen principaliter fiebat propter cæremonias completæ purificationis: in viro autem non fiebat aliqua talis purificatio, ideo non oportebat, vt offerretur pro peccato eius tunc aliquod ſacrificium, ſicut pro peccato feminæ.

Ad oſtium Tabernaculi teſtimonij, id eſt, mulier offerebat ea, quæ dicta ſunt, apud oſtium.

Mulier quare apud oſtium Tabernaculi offerebat ſacrificium. *Quæſt. XXIIII.*

CAVSA eſt, quia apud oſtium Tabernaculi erat altare holocauſtorum, vt ſatis patet Exodi 29. & ſupra, cap. 1. In iſto autem altari offerebantur omnia ſacrificia quæ fierent, & ſic cum offerrentur apud altare holocauſtorum, dicebãtur oblata apud oſtium Tabernaculi, quia altare apud oſtium illud eſt. Vocatur Tabernaculum teſtimonij, quia intra illud erat Arca, in qua erat teſtimonium contra Iſrael, ſcilicet decem præcepta legis in tabulis, quæ vocantur teſtimonium, vel teſtificatio, vt habetur Exodi 25. erat etiam Manna cum Virga Aaron, quæ fronduit, & cum libello Deuteronomij, poſito in latere Arcæ; quæ omnia aliquo modo vocari poſſunt teſtimonium ex cauſis aſſignatis. Exodi 25. Sed non ita propriè ſicut tabulæ legis.

Et tradet ſacerdoti, ſcilicet mulier offerens agnum anniculum, & turturem, vel pullum columbæ tradebat ea ſacerdoti, vt ipſe faceret cæremonias ſacrificiorum in illis. Dicitur autem, quòd dabat ſacerdoti, non alicui ſacerdoti determinato, ita quòd debeamus intelligere ſpecialiter pro ſacerdote magno, ſed pro quocunque ſacerdote de filiis Aaron, intelligi poteſt; quilibet eorum poterat offerre ſacrificia, ſicut patet ſupra, capite 7. & ſupra 6. vbi dicitur, quòd deberent diuidi per illos ſacrificia, ſcilicet, quod vnus faceret ſacrificia vna die, & alius alia, vt haberent æqualia iura de ſacrificiis; & ſic dicitur, quòd dabat iſta ſacerdoti, qui illa die miniſtrabat, vel cui ſorte veniſſet vt illud ſacrificium faceret. *Qui offerret illa coram Domino.* ſcilicet, ſacerdos recipiens iſta de manu mulieris, offerebat ea coram Domino, ſ. eleuans coram altari, vel ponens ea ſuper altare ad cremãdum. Nam agnus anniculus qui in holocauſtum erat, offerebatur corã Domino, quia totus cremabatur ſuper altare, iuxta legem holocauſtorum, turtur quoque, vel pullus columbæ offerebantur coram Domino, & quanquam non cremarentur carnes illius ſuper altare, tamen tingebantur cornua altaris, & reliquus fundebatur ad baſim: præter iſtam oblationem tñ, quam faciebat ſacerdos, mulier ipſa dicebatur offerre hæc, quia ipſa coram Domino offerebat iſta animalia offerenda. Sed dicet aliquis, quare non ponuntur hic ritus ſacrificiorum iſtorum, ſicut agni anniculi, & turturum, vel columbæ? Reſpõdendum eſt, quod ſatis apparet poni hic ritus iſtorum ſacrificiorum: nam cum dicitur, quod offeratur agnus anniculus in holocauſtum, ſubintelliguntur cæremoniæ eius, cum omnia holocauſta habeant ſpeciales leges iam determinatas, de quibus ſupra c. 1. ſ. quod oẽs carnes, & inteſtina, & caput, & pedes cremarẽtur ſuper altare. Cum ẽt dñ, quod offerretur turtur, vel pullus colũbæ pro peccato, ſatis patent cæremoniæ eius, de quibus habetur ſupra 6. & 5. c. erat hoc, quod occideretur illa auis retorto collo ad pinnulas, & rupto vulneris loco diſtillaret aliqs sãguis eius ſuper cornua altaris, reliquus aũt funderetur ad baſim, & ipſæ carnes cederẽt iuri ſacerdotis offerẽtis. Nec iſta oportuit hic replicari. *Et orabit pro ea*, ſ. quod ſacerdos recipiẽs de manu mulieris iſta oblata pro ſacrificio, orare deberet pro illa.

Nunquid pro muliere ſacerdos orare deberet, & pro quo, & an pro fluxu ſanguinis. Quæſt. XXV.

SED aliqui quærũt, pro quo deberet orare pro iſta muliere, ſiue quid deberet orare pro illa? Aliqui enim putant, ꝙ orare deberet pro ea, vt ſanari poſſet à profluuio ſanguinis ſui: & hoc tenet Nicolaus, & quaſi omnes, quod videtur fundari in littera; quia immediatè dicitur, & ſic mundabitur à profluuio ſanguinis ſui. Referunt autem hoc ad ſacrificium. quod offerebatur, ſ. ꝙ per illud ſacrificium iſta mulier liberabatur à ſanguine fluẽte. Sed hoc nullo modo poteſt ſtare: nã ſi Sacerdos deberet orare pro muliere, vt liberaretur à profluuio ſanguinis ſui, ergo non erat adhuc liberata. Sed hoc ſtare non poteſt: quia ſi non fuiſſet liberata à ſanguine fluente, non poterat introire in Sanctuarium, nec contingere aliquas res ſacras, immò nec poterat aliquis homo tangere eam, aut veſtimenta eius, vel quocunq; communicare cum ea: quia effectus fuiſſet immundus; ergo non debebat iſta mulier intrare in Sanctuarium, vt patet infra, 15. c. ſed introibat, & offerebat ꝓ ſacrificio, vt hic iubetur. ergo neceſſarium eſt, ꝙ tunc liberata eſſet à profluuio ſanguinis, & ſic non poterat orare Sacerdos, vt liberaretur à profluuio ſanguinis, à quo iam pleniſſimè purgata erat. Sed dicẽdum eſt, ꝙ Sacerdos orabat pro iſta muliere, ſicut ſolitum erat orari pro omnibus offerentibus pro ſacrificio pro peccato: nam quandocumque aliquis offerret pro peccato, iubebat Deus, vt Sacerdotes orarent pro ipſo offerente, & pro peccato ſuo; pro peccato quidem, ſ. q. Dominus remitteret pęnas eius, pro offerente autem orabatur, quòd Dominus ei gratiam daret ſuam, cuſtodiens illum à peccatis, ita, quòd non incideret in alia peccata; & ꝙ conſeruaret eum à temporalibus infortuniis. Conformiter autem pro hac muliere orabatur, ſ. pro ipſa, & pro peccato eius, quamquam non oraretur pro aliquo peccato determinato eius. Aliqui enim dicunt, quòd cum omnia pœnarum genera adueniãt nobis propter peccata, & aliqua propter peccata noſtra, aliqua autem propter peccatum primi parẽtis, debebat orari pro remiſſione illorum peccatorum, ex quibus veniebat pœnalitas illa, quæ erat fluxus ſanguinis. Sed dicẽdum eſt, quòd non poteſt hoc ſtare: quia pœnalitas iſta quæ eſt ſecundum naturam: ſicut & aliæ pœnalitates naturales, ſ. hominem eſſe mortalem, & paſſibilem, prouenerunt ex præuaricatione primi parentis, pro iſta autem non eſt orandum, immo peccat qui pro eius remiſſione orat, quod patet: quia Chriſtus per paſſionem ſuam abſtulit perfectè iſtam obligationem in perſonis, prout eſt ex infectione naturæ; inquantum autem iſta eſt perſonalis macula, tollebatur in Lege Veteri per circumciſionem, vel per alia præcedentia parentum opera in feminis, ideo non oportebat, nec vllatenus erat conueniens orare pro remiſſione illius, ſed orabatur pro eo, quod ſupra diximus. *Et ſic mundabitur à profluuio ſanguinis ſui.* i. à fluxu ſanguinis. Profluuium eſt vna dictio, & idem eſt quod fluxus, deſcendit enim de profluo, profluis. Sciendum autem, quòd ex iſta particula confirmãt poſitionem ſuam illi, qui dicebant, quòd ſacerdos orabat pro muliere, vt liberaretur à fluxu ſanguinis: ſed probatum eſt, quòd non poteſt ſtare: nec etiam iſta littera aliquo modo videtur concludere intentionem illorum: nam non dicitur hic, quòd orabit pro ea ſacerdos, vt mundetur à profluuio ſanguinis ſui, ſed dicitur, orabit pro ea, & ſic mundabitur. & ideo non ponitur hic, hoc tanquã denotatiuum cauſæ finalis, ſed tanquam denotans aliquam conſecutionem. Sed dicet aliquis, quid differt, quòd ponatur hic ſacerdotem orare, vt purgetur mulier à profluuio ſanguinis ſui; vel quòd dicatur, quòd ipſe oret, & orante eo mundetur mulier à profluuio ſanguinis ſui? Reſpondendum eſt, quòd ſatis bene arguitur, ſi verum præſupponeretur: ſed falſum præſupponitur, ſ. quòd ponatur hoc hic, tanquam aliquid conſequens, ita, quòd ad orationem Sacerdotis conſequeretur munditia, vel purificatio ſanguinis: falſum enim eſt, quia tunc ſtat inconueniens, quod ante dicebatur, ſcilicet, quòd mulier nondum eſſet liberata à fluxu ſanguinis ſui, quando pro illa ſacerdos oraret. Sed hoc ſtare non poteſt: quia daretur F tunc, quòd efficeretur mulier applicata ad res ſanctas, & intrans in Sanctuarium, cum adhuc maneret in ſanguine fluente, quòd repugnat manifeſtè eis, quæ habentur infra, 15. c. de ſeparatione mulieris menſtruatæ, vel fluentis ſanguine; nõ ergo poteſt dici, quòd accipiatur hic iſta littera conſecutiuè, ſecundum quòd intelligunt iſti cõſecutionem, ſ. quòd orante ſacerdote pro iſta muliere, fieret munda à profluuio ſanguinis ſui, id eſt, à fluxu ſanguinis ſui, id eſt, quòd tunc ceſſaret ſanguis fluere. Sed ponitur alio modo conſecutiuè, ſcilicet, & ſic mundabitur à profluuio ſanguinis ſui, id eſt, faciendo iſta ſacrificia, erat totaliter munda mulier à profluuio ſanguinis.

Iſta latius determinatur infra q. ſeq.

Peccat q pro peccato primi parentis orat.

In muliere pariẽte duæ erant immũditia.

Erant enim in muliere pariẽte duæ immunditiæ, ſicut ſupra dictum eſt: Vna erat naturalis, quæ erat in fluxu ipſius ſanguinis menſtrualis. Alia erat propter honeſtatem; G ſcilicet, vt illa mulier quæ immunda fuerat, nõ immediatè tangeret, vel accederet ad res ſacras, ſed aliquod tẽpus eſſet intermediũ, vt non videretur nihil diſtare inter tempus munditiæ, & immunditiæ. Prima immunditia quæ erat naturalis, in fluxu menſtrualis humoris, purgabatur in femina ad plus ante ſeptem dies, cum ipſa pareret maſculum, & ideo in ſeptem illis diebus iubebatur, ꝙ eſſet ſeparata ſecundum ritum mulieris menſtruatæ: in aliis autem tribus & triginta diebus manebat immũditia quæ eſt propter honeſtatem, ſ. quòd quamuis femina tũc non haberet aliquam maculam, vel immũditiam naturalem, quia tamen habuerat eam paulo ante, abſtineret per iſtos tres & triginta dies ab ingreſſu Sanctuarij, & dicebatur eſſe in eis immũda, propter ſolam opinionem honeſtatis. Cum autem dr̄ hic, ꝙ ſacerdos orabit pro femina, & ip- H ſa mundabitur à profluuio ſanguinis ſui, non eſt ſenſus, ꝙ emundaretur à prima macula, vel immũditia quæ erat in fluxu menſtrualis humoris, quia ab iſta fuerat mundata per ſeptem dies primos, ſed dr̄, ꝙ mundabitur à profluuio ſanguinis ſui. i. ab illa immunditia quæ nõ erat in fluxu ſanguinis, ſed erat introducta in abſtinentia trium & triginta dierum ab ingreſſu Sãctuarij propter immunditia ſeptem dierum primorum, quæ fuerat in profluuio ſanguinis. Et ſic breuiter eſt hic ſenſus, ꝙ ſacerdote orãte, mulier mundabatur à profluuio ſanguinis ſui, id eſt, iam non erat vetita introire in Sanctuarium, vel tangere res ſacras, ſicut ante completionem horum quadraginta dierum propter profluuium ſanguinis ingredi vetita erat.

De quattuor cæremoniys quæ fiebant in muliere quæ pepererat, quomodo purificabatur. Quæſt. XXVI. I

ADHVC ſi ſæpiſſimè velimus inueſtigare verũ ſenſum huius litteræ, is erit, ꝙ orante ſacerdote pro muliere, erit munda à profluuio ſanguinis ſui, id eſt, erũt completæ cæremoniæ, quæ fiunt propter mundificationem à profluuio ſanguinis, & iſte eſt veriſſimus ſenſus: nã ad purificationẽ mulieris quę pepererat, fiebãt multæ cęremoniæ. Prima, ꝙ ſi peperiſſet maſculum, eſſet ſeparatã ſeptem diebus iuxta ritũ mulieris menſtruatæ. Si aũt peperiſſet feminã, iuxta eundẽ ritũ, ſeparata eſſet quatuordecim diebus. Secũda cæremonia erat, ꝙ mulier quæ pepererat maſculũ, eſſet poſt hoc vetita ingredi Sãctuarium per tres & triginta dies vſque ad cõpletionẽ quadraginta dierũ, & mulier quę peperiſſet pariens feminã, abſtineret K à rebus ſacris per ſexagintaſex dies, vſque ad cõpletionẽ octuaginta dierũ. Tertia cęremonia erat, ꝙ mulier q̃ peperiſſet maſculũ in die quadrageſimo vel mulier quæ peperiſſet feminã in die octuageſimo, offerret agnũ annicutũ, & turturẽ, vel pullũ colũbæ in Sanctuario. Quarta cæremonia erat, ꝙ ſacerdos oraret pro muliere hac, q̃ peperiſſet, & nõ fiebant vlterius aliæ cæremoniæ, ideo orante ſacerdote dr̄, ꝙ mundabatur mulier à profluuio ſanguinis ſui, i. conſummabantur omnes cæremonię quæ fiebant ad munditiam mulieris à profluuio ſanguinis. Similis modus loquendi habetur præced. c. cum dicitur, de veſtibus, aut pellibus, vel vaſis miniſtrationis humanæ, ꝙ ſi caderet aliquod morticinũ ſuper ipſa, immunda efficerentur; & ſubditur in littera modus purgationis horum, ſcilicet, & tingerentur aqua, & polluta erunt vſq; ad veſperũ, & ſic poſtea mũdabãtur: in hoc. n. quod dr̄ ibi, & ſic poſtea

munda-

A mundabuntur, non iubetur aliqua cæremonia, quæ fieri deberet ad mundandum iſtas res poſt occaſum Solis, qm̄ cum tingerentur aqua,& veniret occaſus ſolis, immediatè erant munda, nullo alio facto. Sed dicitur:& ſic poſtea mundabuntur, id eſt, factis omnibus iſtis, immediatè erūt munda. Senſus autem qui ſupra ponebatur, ſcilicet, quòd mulier orāte ſacerdote mundabatur à profluuio ſanguinis ſui, id eſt, ab illa immunditia quæ erat in tribus & triginta diebus poſterioribus, in quibus abſtinebat ab ingreſſu Sanctuarij propter profluuiū ſanguinis quod præceſſerat, quanquam ſatis conueniens ſit, tamen non eſt ita proprius, vt quidam putāt, ſicut iſte quem nunc poſuimus vltimo, qm̄ mulier non efficiebatur munda à profluuio ſanguinis, id eſt, ab omni immunditia, quam incurrerat propter ſanguinis profluuiū tunc primo, qn ſacerdos orabat pro ea, quia ante hoc iam munda erat: nam ſi penitus

Quis melior ſenſus inter præcedentes.

B munda non fuiſſet, non permiſſum ei fuiſſet introire in Sāctuarium, nec ſuſcepta fuiſſent oblata pro ſacrificiis de manu eius: ſed ſm veritatem ipſa erat munda in die præcedenti antequam iret ad offerendum in Sāctuario, ideo cum ſacerdos oraret pro illa, non tollebatur aliqua immunditia, ſcilicet nec illa quæ naturalis erat in fluxu ſanguinis, nec illa quæ erat propter opinionem honeſtatis in tribus & triginta diebus ſequentibus, qm̄ vtraque iā concluſa erat. Sed dicitur mundari mulier à profluuio ſanguinis ſui, id eſt, ꝙ tunc finiebātur cæremoniæ quæ fiebāt pro emundatione fluxus ſanguinis. Eſt aūt aduertendum, circa id quod diximus de oratione, & de eo à quo mūdabatur mulier, quantū ad primū, licet ſatis ſtet, ꝙ ſacerdos quandocunque accipiebat ſacrificium de manu alicuius,

Notandū de oratione, circa prædicta in q. 25.

C orabat pro eo, vt Deus miſereretur ei, & peccata illius remitteret, & gratiā ei largiretur non incidendi in peccatū, atque cum liberaret ab infortunio, non ſolum ſi eſſet ſacrificium pro peccato, ſed etiam ſi eſſet holocauſtum, vel hoſtia pacifica: tn̄ hic in iſto ſacrificio mulieris quæ pepererat, nō erat iſtud, quod ſpecialiter, vel præcipuè orabat, ſed, ꝙ, mundaretur à profluuio ſanguinis, id eſt; Deus iudicaret eam mundā ab iſta munditia legali. Cum aūt Nicolaus dicebat orari pro muliere, vt ſanaretur, vel liberaretur à profluuio; ſi accipiatur pro naturali immunditia manente quamdiu durat fluxus, nō eſt verum, ꝙ ſacerdos pro iſta oraret, quia mulier iam mūdata de hoc ponitur, quando venit ad Sanctuarium, & nunquam pro tali profluuio ſacerdos orat, niſi fortè alicui mulieri accidat fluxus ſanguinis extra tempus menſtruorum, qui fluxus eſt

D ægritudo, & difficulter ſanabilis, ſicut patet de muliere quæ patiēs fluxum ſanguinis, omnia bona ſua in medicos impenderat, nec curata fuerat, & cum tetigit fimbriam veſtimenti Chriſti ſanata fuit Luc. 8. talis namque mulier non poterat introire in templum, nec in caſtra. Sed poterat mittere oblationes pro ſacrificiis per alterū, pro ſe, & tunc ſacerdos faciens ſacrificiū oraret pro ea, vt erueretur à profluuio ſanguinis, quod non ſolùm erat immunditia naturalis, ſed etiam ægritudo. Si autem Nicolaus accipiat à liberatione à profluuio, i. ab immunditia legali, quam mulier incurrerat ex profluuio, verum dicit, licet quibuſdam nō multum placeat, vt ſupra recitauimus. Circa ſm quō liberabatur mulier à profluuio ſanguinis per orationem ſacerdotis poſuimus ſupra duos ſenſus ſm opinionē quorundam, & non multum diſtant: vnus eſt, ꝙ oratio ſa-

Quomodo mulier à profluuio ſanguinis liberabatur per orationē ſacerdotis.

E cerdotis eſt ad hoc, vt mulier mūdaretur à profluuio ſanguinis, i. ab illa immūditia legali, & ꝙ illa tolleretur verè ſibi. Alius eſt, ꝙ ſacerdos non oret iſtud, ſed oret aliquid aliud pro muliere, facta tn̄ oratione eſsēt explete cęremoniæ mūdationis, & ſic mundatur, idē eſt ꝙ mundata eſt.

Dicendum, quòd iſta ſecunda poſitio, quæ quibuſdam multum placet, quantum ad hoc, ꝙ dicit, quòd ſic mulier mundabitur, id eſt, complebuntur cæremoniæ mundificationis eius, verum dicit: quia poſt orationem ſacerdotis illa cæremonia ad purificationem fiebat; ſed inquantum ponit, quòd ſacerdos non orabat pro purificatione mulieris à profluuio ſanguinis, errat, & non accipit ſenſum litterę, quia nō erat aliquid aliud pro quo ſacerdos hic oraret circa eam quæ pepererat; cum pro illo peccato ſacerdos oret pro quo illa ſacrificium offert. Sed pro nullo alio illa offert, niſi ꝓ immunditia, ergo pro illa orat ſacerdos.

Secunda autem poſitio eſt vera, ſ. ꝙ orat pro peccato, vt mundetur mulier à profluuio, non quidem à naturali immunditia, ſed à legali, ſ. vt Deus non reputet eam iam immundam, ſicut prius, ſed aptam ad accedendum ad ſacra, & eſt verum, quòd ſic mundatur à profluuio, id eſt, per iſtam orationem Sacerdotis, quia ſine ea non iudicaretur ſimpliciter munda, cum ſit iſta vna de cæremoniis neceſſariis ad purificationem.

Cum autem obiicitur, ꝙ iam mundata erat mulier ab immunditia legali, quando Sacerdos orat, & ante, quia aliàs non intraret in Sanctuarium. Reſpondendum, ꝙ indicatur munda ex hoc, ꝙ liceat ſibi intrare in Sanctuarium pro illa vice, vt offerat ſacrificium in quo totaliter mundabatur, tamen non eſt totaliter munda adhuc quando intrat, quia aliàs licuiſſet ei intrare in Sanctuarium, & tangere ſacra, non faciendo illud ſacrificium, quod falſum eſt, cum deſit cæremonia illa adhuc, in qua completur mundatio, vt diximus ſupra.

De redemptione primogenitorum, & quomodo, & quando fieret, & quo pretio, & de aliis cæremoniis, quæ hic non explicantur, quæ fiebant in parturiente. Quæſt. XXVII.

CONSIDERANDVM autem, ꝙ hic plura fiebant, quamquam Sacra Scriptura ſubticeat, quæ exprimuntur in aliis locis. ſ. ꝙ ſi iſta mulier peperiſſet filium, & ille eſſet primogenitus, ferebat illum coram Domino in illo quadrageſimo die, & ſuſcipiebatur manibus Sacerdotū, vt ſic videretur Deo applicatus. Deinde mater eius dabat pro illo quinque ſiclos, redimens illum de manu Sacerdotum, vt ſic tranſiret in poteſtatem parentū; ꝙ autem fieret redemptio omnium primogenitorum, apparet Exo. 13. & 34. c. ꝙ verò darentur quinque ſicli, quandocunque redimeretur aliquis primogenitus, apparet Num. 3. c. De hoc etiam hr̄ Num. 18. c. Quod autem primogeniti in die illo quadrageſimo, offerrentur in Sanctuario, qn̄ matres complebant ritum cęremoniarū ſuarum in purificatione, patet de Saluatore noſtro, quia in die quadrageſimo purificationis ſuæ, Domina noſtra, & cognati illius, tulerunt illum in Ieruſalem, & conſtituerunt eū coram Domino, & tn̄ ibi dr̄, ꝙ hoc fiebat ſecundum legem Moyſi, vt hr̄ Lucæ 2. c. ergo vr̄, ꝙ in omnibus aliis Iudæis hoc fiebat, quando erant primogeniti. Sic. n. dr̄ Luc. 2. cap. & poſtquam completi ſunt dies purgationis, ſm legem Moyſi, tulerunt eū in Ieruſalem, vt ſiſterent eū Domino, ſicut ſcriptū eſt in lege Dn̄i: quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctū Dn̄o vocabitur, & vt darent hoſtiam, ſecundum ꝙ dictū eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Vr̄ ergo, ꝙ in omnibus aliis idem obſeruabatur, quamquam littera non exprimat hic: tn̄ alibi dictum eſt, ſ. Exo. 13. & 33. c. Sanctifica mihi omne primogenitum, & per hoc intelligebātur, ꝙ deberent eū præſentare coram Domino: ſic. n. declarat hanc particulam Beatus Luc. c. 2. cum dicit de Chriſto: tulerūt illum in Ieruſalē, vt ſiſterent eū Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Dn̄i: quia omne maſculinū adaperiens vuluam, ſanctum Dn̄o vocabitur. Sed iſta littera quāquam per alia verba prolata ſit, eſt illa quæ hr̄ Exodi 13. c. ſ. Sanctifica mihi omne primogenitū, quod aperit vuluam. Hic aūt ſubticuit Scriptura iſtud, quod fiebat: quia hic agitur de ritu purificationis, & iſta oblatio atq; redemptio primogenitorum, nō erat pars cęremoniarum purificationis, quamquam ſimul cū purificatione fieret: potiſſimè autem, quia non ſemper fiebat iſta præſentatio filiorum in purificatione: nam illa mulier quæ peperiſſet feminam, nihil tale faciebat, ſed offerebat pro ſacrificiis quæ hic dicuntur. Itē illa quæ pepererat maſculū, ſi non erat primogenitus, non faciebat iſta: quia maſculi non primogeniti, non offerebantur Domino, nec redimebantur pretio quinque ſiclorum, ſed ſolum faciebāt cæremonias oblationum, quæ ponuntur hic. In Domino aūt Saluatore noſtro fuit facta præſentatio in Sanctuario, quoniam ipſe primogenitus, atq; vnigenitus Virginis erat. & quamquam ibi dicatur Lucæ 2. ꝙ illa præſentatio fuit facta ſecundum legem Moyſi, tn̄ non eſt intelligendum ꝙ illa ſit generalis lex ad omnes, ſed ſolum ad primoge-

Quare nō fuit hic facta mētio de redemptione primogenitorū.

nitum maſculini ſexus. *Iſta eſt lex parientis maſculum, aut feminam.* Iſte eſt epilogus ſuperiorum, ſ. quòd iſtud, quod dictum eſt ſupra, eſt lex, ſm quam purificari debent omnes feminæ parientes maſculum, vel feminam; & dicitur hoc, propter ea quæ ſubiunguntur, ſ. de illa quæ nõ poſſet offerre hæc quæ dicta ſunt. Dicitur autem quòd iſta eſt lex parientis: vocatur autem pariens, ipſa quæ parit, quamquam non propriè legatur hic à nonnullis, parturientis: nam parere, & parturire differunt, quia parere eſt fœtum ab aluo emittere, parturire eſt dolorem partus ſentire & perpeti. ſic habetur Eſa. c. 66. cũ dr: Antequam parturiret, peperit, i. antequam ſentiret dolorem partus, quod ad Beatã Virginem refertur. Vnde largè accipitur ab iſtis parturire, pro parere. *Quod ſi non inuenerit manus eius.* Hic ponitur de oblatione pauperum, regularis namque oblatio in purificatione erat illa, quæ ſupra poſita eſt de agno anniculo, ſed aliqñ cõtingebat, ꝙ mulier purificata eſſet pauper, & non poſſet offerre agnũ anniculũ, & tunc ponebantur alia ſacrificia minora de quibus immediatè patet. *Quod ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum.* i. ſi mulier fuerit pauper, non potens offerre agnum. Et dicitur, ꝙ ſi non inuenerit manus eius, i. ſi illa mulier non inuenerit in facultate ſua agnum anniculum quẽ offerat, nec potuerit offerre, id eſt, ex hoc, quòd non inuenit mulier in facultate ſua iſtum agnum anniculum, non poteſt offerre illum: nec enim accipitur hic, ſi non inuenerit manus eius, i. ſi non potuerit inuenire mulier agnum anniculum ad emendum, vt poſſit offerre, quia iſte caſus nunquam videbatur poſſibilis, aut ſaltem erat difficillimus, ſ. ꝙ non inueniret mulier agnũ anniculum ad offerendum, maximè patet hoc, quia dicitur immediatè, nec potuerit offerre, ꝙ videtur pertinere ad idem. Nam ſi iſti ponerentur tanquam duo caſus diſtincti. ſ. ꝙ mulier non poſſet inuenire ad offerendum, quamuis vellet offerre, vel ſi non poſſet offerre propter paupertatem, non diceretur ſic in littera, ſed poneretur ibi ſub disiunctione, ſ. ꝙ ſi non inuenerit manus eius, aut non potuerit offerre agnum, non tamen ponitur ſub diſiunctione, ſed ponitur (nec) quod eſt coniunctiuum, & ſignificat iſta pertinere ad idem. *Sumet duos turtures vel duos pullos columbarum.* Supra mãdabat diuitibus vt offerrent vnũ turturem, aut vnum pullum: hic autem pauperibus mandatur, quòd offerret duos turtures, vel duos pullos columbæ.

Quare mulier pariens offerebat pro ſacrificio duos turtures, aut duos pullos columbarum. Quæſt. XXVIII.

HVIVS cauſa eſt, quia mulier quæ purificabatur, debebat facere oblationem pro duobus ſacrificiis, ſcilicet in holocauſtum, & pro peccato, non poterant autem iſta ſacrificia fieri, niſi ſaltem de duobus animalibus, ideo pauperes offerrebant duos pullos columbarum, aut duos turtures, ſcilicet vnum pro peccato, & alterũ in holocauſtum, vt immediatè patet in littera. Diuites autem ſolum vnum turturem offerebant: quia præter hunc, offerebant agnum anniculum, & ille erat in holocauſtum, & turtur erat pro peccato, vt patet ſupra in littera. Iubebatur autem, quòd pauperes offerrent duos turtures, aut duos pullos columbarum, quia iſta animalia erant in magna abundantia in terra promiſſionis, & pro modico pretio haberi poterant.

Domina noſtra quare, quando detulit Ieſum in templum, ſolum par turturum obtulerit. Quæſt: XXIX.

SCIENDVM autem, quòd Domina noſtra in purificatione ſua, qñ detulit Redemptorem in templum, obtulit par turturum, vt habetur Luc. 2. Hoc factum dicitur à Doctoribus ſanctis, quia Domina noſtra erat pauper, & non habebat vnde offerret agnum anniculum. Sed hoc non valde videtur ſtare: nam etſi Beata Virgo propter paupertatem id fecerat, non tamen id dicendũ eſt, ꝙ fecerit pp paupertatem, tãquam ad iſtã oblationem impotẽs omnino eſſet, ſed fecit propter paupertatẽ, i. vt demonſtraret ſe diligere paupertatem, ipſa nãque Domina noſtra Spiritu ſancto plena, præcognouerat filium ſuum Saluatorem noſtrum in paupertate victurum, & eã præ-

F dicaturum, ideo ipſa voluit à Spiritu ſancto admonita, demonſtrare paupertatem in oblatione Saluatoris noſtri: nam, ꝙ ipſa potuerit offerre agnum anniculum, ſatis conſtat: quia dedit quinque ſiclos in redemptionem pro Saluatore noſtro, ſicut pro aliis primogenitis dabatur, vt habetur Numer. 4. cap. nam aliter cum fuiſſet præſentatus in templo, non reſtituiſſent eum Sacerdotes illi, reſtituerunt tamen, ergo videtur, ꝙ quinque ſiclos dedit, ſed quinque ſicli magnum valorem continent, ergo poterat quoque offerre agnum anniculum; non obtulit tamen, vt paupertatem demonſtraret in oblatione ſua. *Vnum in holocauſtum.* Diſtinguit hic de iſtis duobus turturibus, vel pullis columbæ, quomodo deberent offerri: & dicit, quòd deberet dari vnus in holocauſtum; de modo autem quomodo offerretur in holocauſtum

G vnus de iſtis turturibus, habetur ſupra, 1. c. ſcilicet, quòd ſacerdos acciperet turturem, vel pullum columbæ, & retorqueret caput ad collum, atq; rumperet in collo locum vulneris, & faceret decurrere ſanguinem ſuper altare; deinde ablata veſicula gutturis, & plumis, cremabantur omnes carnes eius ſuper altare. *Et alterum pro peccato.* Secundus turtur, vel pullus columbæ, offerebatur pro peccato, & in hoc obſeruabatur ritus qui erat in omnibus aliis ſacrificiis pro peccato, ſcilicet, quòd ſanguis eius funderetur ſuper cornua altaris, ea tingendo, & reliquus decurreret in baſim eius.

Hoc ſacrificium pro quo peccato fieret. Quæſt. XXX.

QVÆRET aliquis de iſto ſacrificio pro peccato, pro quo peccato fieret? Et eſt dicendum, ꝙ offerebatur pro peccato feminæ quæ purificabatur, tamen non offerebatur determinatè pro hoc peccato, vel

H illo. Sed vniuerſaliter pro peccatis illius mulieris, ſecundum ꝙ ſupra reſpondebatur à quibuſdam: & patet, ꝙ iſte turtur qui hic offertur, offerebatur pro eodem peccato, pro quo offerebatur turtur, de quo ſupra diximus, quoniam in ſacrificium diuitum offerebatur agnus anniculus in holocauſtum, & offerebatur turtur pro peccato, ita hic offertur vnus turtur in holocauſtum, & alius pro peccato, & hoc in defectum illius ſacrificij, quod offerebatur pro diuitibus; ſicut ergo ibi offerebatur turtur indeterminatè, ita hic, ſ. pro peccato ſimpliciter, vt quibuſdam placebat, ita ergo debebat hic fieri: quia idem ſacrificiũ erat ſuppletum. Sed dicetur, ꝙ ſicut fuit oſtenſum ſupra, offe-

I rebatur hoc ſacrificiũ pro peccato determinato eius quæ pepererat non quidem pro peccato, quod illa commiſiſſet, ſed pro peccato, & immunditia legali, relicta ex profluuio ſanguinis, & iſta tollebatur per iſtud ſacrificium, & orationem ſacerdotis, vt ibi fuit dictum. *Orabitq; pro ea Sacerdos.* Iſta exponenda ſunt, ſicut ſupra exponebantur, ſ. ꝙ ſacerdos orabit pro iſta muliere offerẽte, erat autem oratio ſua, ſicut ſupra dictum eſt, vt Deus remitteret ei pœnas peccatorum, & conſeruaret, ne in alia peccata incideret, vel ꝙ Deus conſeruaret eam à tribulationibus, & anguſtiis huius ſæculi. Iuxta prædictorum poſitiones quæ videbantur illis multum rationabiles, ſ. veritas erat, ꝙ orabat, vt Deus illam iam iudicaret aptam ad ingrediendum in Sanctuarium, & nõ reputaret ei ad culpam, ſi res ſacras tangeret, vt dictum eſt. *Et ſic mundabitur,* i.

K & ſic complebuntur cæremoniæ mundationis mulieris, quæ pepererat: nã cum offerrentur iſti turtures, & orabat ſacerdos pro muliere, nihil vltra manebat agendum ad complendas cæremonias huius mundationis. Nec debet exponi, & ſic mundabitur, id eſt, cum orauerit pro ea ſacerdos ceſſabit fluxus ſanguinis eius, precibus illius: quoniam iſte fluxus ceſſauerat antequam mulier intraret in Sanctuarium. Nec etiam eſt ſenſus, ꝙ mundabitur, id eſt, tunc erit munda perfectè, & non prohibita aliquatenus ab acceſſu ad res ſacras, quoniam antequam ſacerdos oraret pro iſta femina, & antequam offerret munera pro ſacrificio, & introiret in Sanctuariũ, erat munda: alioquin non licuiſſet ei offerre, nec accedere ad ſancta: fuit nãque munda iſta mulier in die præcedenti, antequã introiret in Sanctuariũ, & cum introiuit in Sanctuariũ, nihil mũdandũ erat, ideo intelligẽdũ eſt cũ dr, &

ſic

Epilogus ſuperiorũ.

De oblatione pauperum.

Notan. Literalis. In q. 21. & 26.

ſic mundabitur, quod finiebantur hic cæremoniæ totius immunditiæ, ſ. quod ad eſſe mundam, iam nihil requirebatur; & hoc verum eſt, ſicut ſupra declaratum fuit, tenendo vnam de præcedentibus poſitionibus, quę videbatur quibuſdam eſſe multum rationabilis, & tamen ſecundum quod oſtenſum eſt, debet dici ſecundum aliam poſitionem, quod mulier ſic emundabitur, id eſt mūda efficietur, quia prius non erat ſimpliciter munda, quamuis licuerit ei intrare ea vice in Sanctuarium, quia non licuit, vt ſimpliciter munda, ſed vt offerret pro ſacrificio munera, in quo complebatur totaliter purificatio eius ab immunditia.

CAP. XIII.

Cognitio lepræ.

LOCVTVSQ. *eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron, dicens: Homo in cuius cute, & carne ortus fuerit diuerſus color, ſiue puſtula, aut quaſi lucens quippiam, id eſt, plaga lepræ, adducetur ad Aaron ſacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipſamq; ſpeciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua; plaga lepræ eſt, & ad arbitriū eius ſeparabitur. Sin autem lucis candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris priſtini, recludet eum ſacerdos ſeptem diebus, & conſiderabit die ſeptimo. Et ſiquidem lepra vltra non creuerit, nec tranſierit in cute priores terminos, rurſum recludet eum ſeptem diebus alijs. Et die ſeptimo cōtemplabitur: ſi obſcurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia ſcabies eſt: lauabitque homo veſtimenta ſua, & mūdus erit. Quod ſi poſtquam a Sacerdote viſus eſt, & redditus munditiæ, iterum lepra creuerit; adducetur ad eum, & immunditiæ condemnabitur. Plaga lepræ ſi fuerit in homine, adducetur ad ſacerdotem, & videbit eum. Cumq; color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aſpectum, ipſa quoque caro viua apparuerit: lepra vetuſtiſſima iudicabitur, atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum ſacerdos, & non recludet, quia perſpicuæ immunditiæ eſt. Sin autem effloruerit diſcurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem à capite vſque ad pedes, quidquid ſub aſpectum oculorum cadit, conſiderabit eum ſacerdos, & teneri lepra mundiſſima iudicabit: eo quòd omnis in candorem verſa ſit, & idcirco homo mundus erit. Quando verò caro viuens in eo apparuerit, tunc ſacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur. Caro enim viua ſi lepra aſpergitur, immunda eſt. Quod ſi rurſum verſa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, conſiderabit eum ſacerdos, & mundum eſſe decernet. Caro autem & cutis in qua vlcus natum eſt & ſanatum, & in loco vlceris cicatrix alba apparuerit, ſiue ſubrufa adducetur homo ad ſacerdotem: qui cum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos verſos in candorem, contaminabit eum: plaga enim lepræ orta eſt in vlcere. Quod ſi pilus coloris eſt priſtini, & cicatrix ſubobſcura, & vicina carne non eſt humilior, recludet eum ſeptem diebus. Et ſi quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ. Sin autem ſteterit in loco ſuo, vlceris eſt cicatrix, & homo mundus erit. Caro autem & cutis, quam ignis exuſſerit, & ſanata albam ſiue rufam habuerit cicatricem, conſiderabit eam ſacerdos, & ecce ſi verſa eſt in alborem, & locus eius reliqua cute eſt humilior; contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta eſt. Quod ſi pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipſa lepræ ſpecies fuerit ſubobſcura, recludet eum ſeptem diebus, & die ſeptimo contemplabitur: ſi creuerit in cute lepra, contaminabit eum. Sin autem in loco ſuo candor ſteterit non ſatis clarus, plaga combuſtionis eſt; & idcirco mundabitur, quia cicatrix eſt combuſtura. Vir, ſiue mulier, in cuius capite, vel barba germinauerit lepra, videbit eos ſacerdos. Et ſi quidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus, ſolitoq; ſubtilior: contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ eſt. Sin autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrum: recludet eum ſeptem diebus, & die ſeptimo intuebitur. Si non creuerit macula, & capillus ſui coloris eſt, & locus plagæ carni reliquæ æqualis: radetur homo abſque loco maculæ, & includetur ſeptem diebus alijs. Si die ſeptimo viſa fuerit ſtetiſſe plaga in loco ſuo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotiſque veſtibus ſuis mundus erit. Sin autem*

11. q. 3. c. quemodo. de pœnit. diſt. 1. c. voluiſſet. 91. diſt. c. Ecce. 9. q. 3. c. aliorum. qui filij ſint legitimi, ver. tertium.

Diuerſæ conſiderationes lepræ.

A *poſt emundationem rurſus creuerit macula in cute, non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem ſit immutatus, quia apertè immundus eſt. Porro ſi ſteterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem ſanatum eſſe, & confidenter eum pronunciet mundum. Vir, ſiue mulier, in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos ſacerdos. Si deprehenderit ſubobſcurum alborem lucere in cute, ſciat non eſſe lepram; ſed maculam coloris candidi, & hominem mundum. Vir, de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus eſt. Et ſi à fronte ceciderint pili, recaluaſter & mundus eſt. Sin autem in caluitio ſiue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus, & hoc ſacerdos viderit, condemnabit eum haud dubie lepra, quæ orta eſt in caluitio.*

Locutuſq. In ſuperioribus dicebatur de immunditia
B interiori, quæ erat ipſius feminę quæ pepererat. In iſta parte dicitur de immunditia ipſius hominis lepram patientis. Et diuiditur in tres partes, quoniam Primò agitur de immunditia lepræ quantum ad eius cognitionem. In Secundo agitur de ea quantum ad eius mundationem infra in c. ſeq. Item Prima in duas, quoniam Primò agitur de lepra quæ eſt in homine; Secundò, agitur de eius ſeparatione. Secunda ibi: *Quicunque ergo maculatus fuerit.* Iterum prima in duas, quoniam Primò agitur de lepra, quæ eſt in homine. Secundò, de lepra, quæ eſt in veſte. Secunda ibi: *Veſtes laneas.* Iterum prima in ſex partes diuiditur ſecundum quod tanguntur ſex particulatim, ſcilicet de lepra quæ eſt in cute, & de ea quæ eſt in viua carne, aliquando de ea quæ eſt in vlcere, & aliquando de ea quæ eſt in vulnere, & aliquando de ea quæ eſt in barba, & capite; aliquando
C de ea quæ eſt in capillis vel cæſarie, & ſecūdum hoc ſunt ſex partes, quæ ſatis patent in proſecutione. *Loquutus eſt Dominus ad Moyſen.* Hoc eſt generale ſicut in alijs legibus, ſcilicet, quòd Deus non det eas per ſe populo, ſed mediante Moyſe, ita, vt ipſe loquatur ad populum. Cauſa huius ſupra 1. cap. habita eſt. *Et ad Aaron dicens.* Simul locutus fuit Deus Moyſi, & Aaron, quia ſimul eis apparuit; & locutus eſt, vterque enim erat Propheta, & loquebatur ei Deus: quanquam ſpecialiter ad Moyſen, vt habetur Num. 12. cap. Fuit etiam facta iſta locutio ad Aaron, quia pertinebat ad eum valde lex quæ infra ponitur, ſcilicet de lepra: nam ad ſacerdotes pertinebat iudicare aliquem eſſe mundum, vel immundum à lepra, ſecundum, quod infra apparet, ergò, iſta lex pertinebat directius ad ſacerdotes quam ad aliquos alios. *Homo in cu-*
D *ius cute, & carne ortus fuerit diuerſus color.*

De lepra, quæ eſt in cute, vel in carne. *Quæſt. I.*

HIc agitur de lepra, quæ eſt in cute, vel in carne, & eſt prima ſpecies lepræ, de qua hic agitur: & dicitur, quòd quandocunque in cute vel carne alicuius erat diuerſus color, vel puſtula, vel aliquid lucens, erat ſuſpectus de plaga lepre, & tamen, quia ad nullum pertinebat iudicare an eſſet lepra, niſi ad ipſum ſacerdotem, alij non poterant in hoc aliquid diffinire, ſed ſolum adducebant ad ſacerdotem hominem, in cuius carne talia eſſent; & ſi aliquando eſſet aliquis, qui nollet venire coram ſacerdotibus, quanquam haberet aliquid horum, denunciabatur alicui ſacerdoti, ſcilicet, quòd talis ho-
E mo haberet mutationem in colore, & quòd eſſet per hoc ſuſpectus de lepra, & tunc ad mandatum ſacerdotis cogebatur iſte comparere, vt videretur an mundus, vel immundus eſſet. Dicitur autem eſſe in aliquo diuerſus color ſecundum Nicolaum, quando aliquis color eſt à priori totaliter variatus: ſed hoc non ſufficit: nam ſi aliquis eſſet antea albus, poſtea efficiatur niger totaliter, omnimoda variatio erat: propter hoc tamen non erat talis homo de lepra ſuſpectus, niſi forte ille color variatus à priori, eſſet color quaſi innaturalis: ſicut quædam albedo, quæ non eſt purus color, & viuidus, ſed degenerans in alborem; aut alij colores, qui ex ſeipſis videntur, demonſtrare quandam corruptionem in ipſa re colorata; & de hoc infra dicitur, ſcilicet, aut lucens quippiam. Alio etiam modo & conuenientius intelligitur color varius, id eſt, quando ſunt multi colores in carne, & hoc eſt, cum

non fuerunt illi colores à principio, quoniam ſi aliquis, ex quo natus eſt, diuerſos habeat colores, iſta varietas non facit eum ſuſpectũ de lepra; ſi tamen aliquis habeat vnicum colorem, & deinde diuerſitas colorum ſuboriatio; in cute, quoniam color degenerat à priſtino colore, corruptionem quandam ſignat in parte illa in qua eſt, quia cum colores fiant ſecundum compoſitionem elementorum in mixto, oportet, vt variatis coloribus, intelligatur varietas quædam in mixtione, & hoc facit aliquem ſuſpectum eſſe de lepra: nam in his etiam modica ſuſpicio recipiebatur propter periculũ, ſcilicet, quia lepra eſt morbus contagioſus, & nociuus, & ob hoc, vt non inficerẽtur alij ab eo, qui leproſus erat, qualiſcunque ſuſpicio de lepra ſufficiebat, ad hoc, vt præſentaretur aliquis Sacerdotibus, vt videretur an leproſus eſſet, & hoc ſatis cõueniẽs erat, quia iſtæ præſumptiones leues non faciebant, vt aliquis iudicaretur eſſe leproſus, ſed ſolum, vt præſentaretur Sacerdotibus vt videretur an eſſet leproſus. Cum autem iudicabatur aliquis eſſe leproſus, non recipiebãtur huiuſmodi leues præſumptiones, vt infra patet de cõſideratione Sacerdotis ſuper ipſum, qui erat leproſus. *Sine puſtula.*

Lepra eſt morb. cõtagioſus, & nociuus.

Dicitur eſſe puſtula aliqua inflatio, vel tumor, in carne, ex qua putrida materia defluit; vel ſi ſit ſolus tumor, & contractio, atque deformatio cutis ſine fluxu veneni, ſicut eſt in puſtulis ſiccis, omnia enim iſta puſtulæ vocãtur. vnde generaliter accipiendum eſt, quòd omnis ſcabies, & vlcera, ac veſicæ, & ſimilia, nomine puſtulæ comprehenduntur, quia ſunt tumores cutis, vel cõtractiones eius; tumor autem eſt quantum ad vlcera, & ſcabiem humidam: contractio eſt quantũ ad ſcabiem ſiccam. *Aut lucens quippiam.* Accipitur hic lucens non propriè pro illo, quod habet lucem, quoniam color viuidus in albedine maximè habet de luce inter omnes colores, tamen non erat aliquis ſuſpectus de lepra propter eſſe album, ſi ille color eſſet viuidus, ſed tunc ſuſpectus erat, quando degenerabat ille color in quandam lucem fuſcam, in modum granulorum, talis enim lux ex aliqua corruptione cauſatur in corporibus, ſicut patet in pomis putridis, quoniam in ſuperficie apparet quædam albedo, vel lux, quæ non eſt munda; & deſignat putredinem ipſarum rerum, atque quanto ipſæ res putridiores fuerint, tanto magis apparebit iſta lux, ſic etiam videtur in lignis putridis, quæ in ſuperficie habent quandam albedinem, vel lucem, & iſta non vocatur hic albedo, ſed albor, ſicut infra habetur; & iſta albedo, vel candor iſte eſt magnum ſignum lepræ. *Id eſt, plaga lepræ.* Expoſitio eſt ſuperiorum, ſcilicet, quòd iſtud lucidum quod apparebat in cute, erat plaga lepræ, vel ſaltem apparebat plaga lepræ: non enim dicitur, quòd iſta, quæ hic ponuntur, dicuntur plaga lepræ quaſi determinatè ſint plaga lepræ, quoniam tunc non oportebat, quòd adduceretur ad Sacerdotem ad conſiderandum an eſſet mundus, vel immundus, ſed quòd ſimpliciter eiiceretur è caſtris. ſed intelligitur, quòd iſta erant plagæ lepræ, quia faciebant hominem ſuſpectum de lepra; & ideo adducebatur ad iudicandum an eſſet lepra, vel non. *Adducetur ad Aaron Sacerdotem.* Non ſolum poterat adduci ad Aaron, ſed etiam ad quemlibet Sacerdotem, vt immediatè patet; ſed dicitur principaliter de Aaron, quia ipſe erat Sacerdos principalior, alij tamen poterant iudicare ſicut Aaron: & quando aliquis deberet venire ad Sacerdotem, vt videretur ſi erat plaga lepræ in eo, adducebatur ab aliis, vel ipſe ſpontaneè veniebat. & ſi aliquando venire nollet, ad mandatum Sacerdotis, venire compellebatur. *Vel ad vnum quemlibet filiorum eius.* Alij Sacerdotes habebant poteſtatem iudicandi in plaga lepræ ſicut Aaron, ideo cuicumque eorum demonſtraretur ille, qui huiuſmodi ſigna habebat, ſufficiens erat, ideo quando Chriſtus ſanauit decem leproſos non miſit eos ſpecialiter ad ſummum Sacerdotem, ſed ad quemcunque de Sacerdotibus dicens: Ite oſtendite vos ſacerdotibus.

Puſtula quid.

Quid albor.

Quare iudicare de plaga lepræ ad populares non attineret, ſed ad ſolos Sacerdotes. Quæſt. II.

RATIO autem quare conſideratio, & iudicatio de plaga lepræ pertineret ad Sacerdotes, & non ad F populares eſt multiplex. Prima, quia iſtæ plagæ vel immunditiæ arcebant principaliter ab ingreſſu Sanctuarij, & ab appropinquatiòne ad ſacra, ideo iudicare verũ aliquis eſſet arcendus ab ingreſſu ſacrorum, pertinere debet principalius ad eum qui eſt miniſter ſacrorum, huiuſmodi autem erant Sacerdotes in Veteri Teſtamento, ergo ad eos pertinebat iſta iudicatio. Item ſi inueniretur de aliquo leproſo, quòd eſſet purificatus, debebant fieri in eo quædam aſperſiones, & cæremoniæ per manũ Sacerdotis vt in c. ſeq. ideo facilius erat, quòd Sacerdotes vtrumque facerent, quàm, quòd pertineret ad laicos iudicatio de munditia, & immunditia, & ad Sacerdotes pertinerẽt cæremoniales mundificationes: nam tunc neceſſe erat Sacerdotes informari à laicis de munditia, vel immunditia horum, qui purificandi erant. Item clauis, vel poteſtas G ligandi, & ſoluendi conſequitur clauem diſcernendi. Sed Sacerdos habebat in Veteri Teſtamento poteſtatem ſoluendi aliquem recipiẽdo, eum ad ingreſſum, & communicationem ſacrorum, & poteſtatem ligandi prohibendo eum à prædictis, ideo ad eum debuit pertinere, diſcernere de eis, & iudicare quis mundus, vel immundus eſſet. Item poteſtas ſpecialis non debuit laico communicari, ſed cognoſcere de aliquo vtrum ſit leproſus, vel non, eſt tacitè iudicare eum eſſe dignum ingreſſu ſacrorum, & iudicare immundum eſſe iudicare indignum ingreſſu, & contactu ſacrorum. ergo debuit hoc conuenire Sacerdotibus. Item ſecundum quòd Apoſtolus probat ad Hebræos cap. 5. & in ſequentibus, ſacramenta Veteris Teſtamenti purgant quaſdam irregularitates, & immunditias corporales, vt introducerent hominem in Taber- H naculum manufactum. Debebant ergo iſta fieri per eum, qui erat miniſter Veteris Teſtamenti. Sed hoc ſolis Sacerdotibus conueniebat: ergo ipſi ſoli habebant iudicare de munditia, & immunditia, & non laici. Item dĩ hic, ꝙ pertinebat iſtud iudicium ad Aaron, & ad quemlibet de filiis eius. i. ad omnes Sacerdotes, qui naſcerentur de genere eius, qui omnes vocabantur filij Aaron, ad omnes iſtos pertinebat iudicare de mũditia, & immũditia, quæ erat in lepra, quia poteſtas ligandi, & ſoluẽdi cum cõſequatur characterem Ordinis, neceſſariò eſt in omnib. ordinatis, vel eiuſdem profeſſionis, quãquam vſus clauium ſit diuerſus, tam ex aſſignatione materiæ immediatæ, ſ. vitiorum, vel irregularitatum, quàm materiæ mediatæ, ſ. hominum ſubditorum. In Sacerdotibus autem Veteris Teſtamenti ſiue ponatur character, ſiue non, modicum I differt: nam ſi character in eis eſſet, conſequebatur poteſtas eadẽ in omnibus ex conditione eiuſdem characteris, quamquam eſſet vſus diuerſus ex aſſignatione materiæ, vt dictum eſt. Si autem non eſſet in eis character, ſed aliquid loco characteris, idem iudicium erit, quoniam conſequerentur eadem opera illos. Sed an characterem habuerint declarabitur Matth. 3. cap. & oſtendetur, ꝙ non: habebant tamen quandam communem poteſtatem, propter quam competebat omnibus idem facere. *Quicunque viderit lepram in cute.* Hic ponũtur tria ſigna per quæ cognoſcatur lepra. Primum ſignum eſt, ꝙ color mutatus eſt in album, vel ruſum, vel flauum, in pilis à calore priſtino. Secundum ſignum ponitur, quòd locus plagæ ſit profundior ſiue humilior carne reliqua, quæ vicina eſt. Tertium eſt, ꝙ color naturalis carnis fuerit mutatus in alborẽ. his K enim viſis, erat quædã præſumptio, quòd ille vir, in quo iſta eſſent, erat leproſus, & ſeparabatur à reliqua multitudine, & mandabat Deus iudicare illam eſſe plagã lepræ. *Qui cum viderit lepram in cute.* Nõ dicitur iſta lepra in cute viſa tanquam immediatè, vt viſa eſt, iudicetur eſſe lepra, ſed vocatur lepra, quia immediatè ſubiiciuntur in littera ſigna lepræ, & ſi iſta habuerit, verè leproſus eſt. Dicit aũt de lepra in cute, ſ. in cute corporis, & in facie, vel in aliis partibus, qñ illa cutis ſine aliqua læſione eſt, ad differentiam lepræ, quæ aliqñ erat in barba, & lepræ, quæ aliqñ erat in capillis, vel in vulnere, & ſic de aliis differentiis. Hic ſolũ dĩ de cute plaga. *Et pilos in album mutatos colorem.* Iſtud erat primum ſignum per quòd cognoſcebatur lepra in cute, & iſtius quæ eſſet lepra cutis ſignum erat mutatio coloris pilorum; cuius ratio eſt: quia pili oriuntur ex cute, cum ſint quædam fumoſitates terre-

Tribus ſignis lepra cognoſcitur.

Primum ſignũ lepræ.

terreſtres,& quia color conſequitur habitudinẽ elementorũ in mixto,neceſſariũ eſt,vt cũ illi pili haberenr ortum ab illa carne,quæ erat infecta,& mutata in aliam qualitatem,ipſi quoque in alterum mutarẽtur colorem,& erat conueniens ſignum ad ipſam iudicandã. Dicit autem pilos mutatos in albnm colorem, non accipiendo proprie albedinem,quia albedo eſt quidam color viuidus, & naturalis,album autem quod hic accipitur,eſt quidam candor cauſatus ex corruptione, qui vocatur albor, vt infra patet. *Ipſamque lepræ ſpeciem humiliorem cute,& carne reliqua.* Iſtud eſt ſecundum ſignũ ad cognoſcendam lepram, ſcilicet,quòd caro,& cutis in qua eſt lepra, fuit facta humilior cetera cute & carne, vt ſi in aliqua parte corporis præfuerit color naturalis, deinde immutato colore illo, deperdatur æqualitas cutis,& carnis,ita quòd aliqua particula eſſet magis profunda quàm aliæ, & cutis eſſet ibi magis contracta,erat ſignum lepræ;cuius cauſa eſt: quia vis lepræ eſt quædam vis corroſiua,& cõſumit humorem carnis,ipſa quoque carnem corrodit, & tunc pars, in qua iſta fuerint, neceſſariò eſt inferior, ac profundior aliis partibus:etiam cutis eſt ibi magis cõtracta propter deſiccationem,& conſumptionem humidi extendentis,& applanantis,ſicut patet in corrigia, quia qñ ad ignem ponitur calore conſumente teneritudinem eius, contrahitur in rugas. Vocatur hic lepræ ſpecies ipſe aſpectus carnis, in qua ſunt iſta ſigna ſecundum quæ iudicatur lepra, & apparet. *Plaga lepræ eſt.* i. cum apparuerint iſta ſigna ſuperiora in cute, plaga lepræ eſt, nec de hoc debet dubitari. *Et ad arbitrium eius ſeparabitur.* i. ad arbitrium Sacerdotis,qui conſiderauerit virum illũ; vocat autem arbitrium iudicium,& non volitionem, ſecundum quòd nos vulgariter accipimus:nam non poterat Sacerdos aliquem iudicare leproſum ſecundum voluntatẽ ſuã,ſed ſecundum leges traditas. Sed dr̃ arbitrium.i.iudiciũ, quia cum iudicaret Sacerdos aliquẽ eſſe leproſum,ſeparabatur ab aliis; ſed iſta iudicatio fiebat per iſtas leges traditas. *Separabitur.* Non dicitur, ꝙ ſeparabitur, vt recludatur in cuſtodiam,ad videndum an ſit leproſus,vel non,ſecundum, ꝙ recludebantur illi,de quorum munditia,vel immunditia dubitabatur,vt patet infra,in littera. Sed dicitur, quòd ſeparabitur,ſcilicet ad hoc,quòd ſit extra caſtra.ſic.n.habetur Num.5.cap.vbi iubet Deus leproſos,& fluentes ſemine,& immũdos ſuper mortuo excludi à caſtris. Sciendum autem,quòd leproſus habebat duplicem immunditiam;Prima erat,quia ipſe habebat veram maculam, & non ſolum maculam,ſed etiam contagioſam, vel infectiuam. nam leproſus ſi alicui adhæret,inficit illũ,ideo iuſſum eſt vt iſti ſepararẽtur ab omni communicatione hominũ poſiti extra caſtra.Erat autem ſecunda macula,vel immunditia in leproſo,quia ipſe habebat quandam infectionem ſecundum quam repugnabat ſanctitati,& munditiæ Sanctuarij, ideo debebat excludi à Sanctuario: ſic enim erat,quòd toto tempore,quo leproſus erat, ſeparabatur,ne accederet ad Sanctuarium. *Si autem lucens candor.* Hic ponuntur quædam ſigna lepræ quæ non erant ita manifeſtantia ſicut priora, ſ.quando aliquis habebat aliquem candorem in cute, tamen pili non erant mutati in alterum colorem à priſtino,nec fuit facta caro humilior reliqua carne,erat tunc homo ſuſpectus de lepra, tamen non iudicabatur adhuc verè leproſus,ſed in dubio ponebatur in cuſtodia per ſeptem dies,vt videretur an eſſet leproſus. *Si autem lucens candor fuerit in cute.* Dicitur hic candor non albedo pura,ſed quidam color degenerans à naturali albedine inſurgẽs ex aliquali corruptione,& vocatur albor, & ideo non fuit dictũ hic, ſi fuerit candor in cute, ſed ſi fuerit lucens candor, quoniam candor ſecundum ſe,non ſignat colorẽ degenerantem.Sed ex eo quod dicitur hic, ſi fuerit lucens candor, deſignatur quædam mutatio coloris à naturali,& puro, & ſi ſolum eſſet iſtud in aliquo viro,quamquam non faceret plenam probationem de lepra, tñ faciebat quandam ſuſpicionem ſecundum ꝙ infra patet. *Nec humilior carne reliqua.* Iſtud erat vnum de ſignis ad probandum,ꝙ eſſet lepra in aliquo, ſi caro eius in aliquo loco depreſſior eſſet quàm in aliis.Hic tamen dicitur, quòd non eſt caro humilior, ſed maneret in æqualitate,ex quo ſignatur,quòd quamquam ibi eſſet

Secundum ſignum. — *Leproſus duplicem habebat immũditiam.* — *Tertium ſignum.*

A quoddam ſignum aliqualis corruptionis paruæ, tamen illa erat, quia nondum caro per corroſionem fuerat facta humilior. *Et pili coloris priſtini.* Iſtud erat vnum de ſignis lepræ, quòd cutis pili mutarentur in alterum colorem,iſtud tamen non erat hic,& ſic de tribus ſignis lepræ ſolum erat hic vnum,& ideo illud facit præſumptionem,& non probationem; nec infertur ex illo ſententia, & ſicut dicitur hic de iſto vnico ſigno,ita dicetur de quolibet aliorum duorum, ſcilicet,ſi vnum illorum ſolũ appareret in carne aliis duobus nõ exiſtẽtibus,vt ſi pili mutarentur à colore priſtino,tamen non eſſet aliquis candor in cute,nec illa appareat humilior cute,& carne reliqua. Vel ſi poſſet eſſe humilior illa reliqua carne, nõ mutato colore pilorum, nec verſo colore cutis in alborem, etiam eſſet ſignum lepræ non tñ ſufficienter probaretur eſſe lepram. B omnia.n.hæc ſigna tria ſufficienter probabant aliquem virum leproſum eſſe: nullum tamen eorum per ſe plenè probabat, ſed inducebat quandã præſumptionem ad recludendum virum in quo iſtud ſignum appareret; iſtud tñ quod erat carnem eſſe humiliorem reliquis partibus carnis,eſt euidentius ſignũ lepræ quàm omnia alia: ideò ſi per ſe eſſe poſſet,magis probaret quã alia duo; nõ ponitur tamen hic in littera niſi cum mutatus eſt color cutis, non exiſtentibus aliis duobus ſignis. *Recludet eum Sacerdos.* ſ.quòd ſi ille Sacerdos conſideraret virum, non reperiens ſufficientia ſigna lepræ, in dubio faciebat eum ſeparari à reliquis hominibus eum ponens in aliqua cuſtodia, vt poſtea conſiderare poſſet, an verè leproſus eſſet. *Septem diebus.* Per ſeptem dies recludebatur iſte vir, quoniam poterat his diebus fieri aliqua mutatio ad me- C lius,vel deterius, ſ. vel vt apparerent alia duo ſigna coloris pilorũ mutati,& carnis humiliatæ, vel quòd ille candor, qui apparuerat in cute, ceſſaret, ſic, vt vel totaliter mundus,vel penitus immundus decerni poſſet. *Et conſiderabit die ſeptimo.* Sacerdos redibit ad eum quem in cuſtodia poſuerat, ſeptimo die, vt videat an aliquid mutatum ſit in eo,per quod de munditia, vel immunditia iudicare poſſit. *Et ſi quidem lepra vltra non creuerit.* Vocatur hic lepra, non quòd verè ſit lepra:quoniam ſi vera lepra eſſet,iudicaretur iſte homo totaliter immũdus,hic tamen non iudicatur ſic, ſed recluditur vlterius,ad ſciendum an ſit vera munditia, vel immunditia, ſed vocatur lepra, id eſt ſimilitudo,vel aſpectus lepræ. dicitur ſi vltra non creuerit, id eſt, ſi non fuerit extenſus ille candor cutis ad vlteriores partes carnis: nam ſi extenderetur,iam indican- D dum erat quòd eſſet lepra. Vel poteſt intelligi ſi non creuerit vltra,id eſt,ſi nõ creuerit poſt hoc, & quòd accipiatur iſtud incrementum intenſiuè,ſcilicet,quòd poſt illum diem, in quo incluſit iſtum virum, nihil creuit in eo iſte candor,ita, quòd efficeretur magis declinans ad vlterioriorem alborem;littera tamen magis ſignificat ꝙ accipiatur hic iſtud incrementũ extenſiuè,& non intenſiuè,quia vltra locum ſignat, & non tempus. *Nec tranſierit in cute priores terminos.* i. ꝙ non fuerit extenſus ad vlteriores partes carnis. Eadem ſententia eſt, cum ſuperiori, ſed vna eſt expoſitiua alterius, ſicut ſæpè fit in Sacra Scriptura. Vel poteſt accipi, quòd hic agatur de duplici incremẽto illius candoris,ſ.intenſiuè,& extenſiuè,incrementum extenſiuè ſignatur per ſupradicta: incrementum aũt intẽſiuè ſignatur per hoc, qđ hic dicitur; magis tñ referendum E eſt totum ad incrementum extenſiuum;& dicitur: ſi non tranſierit iſte candor priores terminos, non erat ſignum lepræ, ſaltem manifeſtum: nã ſi fuiſſet vera lepra illi ſeptem diebus increuiſſet,& inamplius diffuſus fuiſſet;ideo in dubio recludebatur,qui hæc habebat. *Rurſum recludet eum aliis ſeptem diebus.* Fiebat iſta recluſio ſecunda, quia primo non conſtiterat an eſſet purè mundus,vel immundus,ideo,ſi ex iſta prima recluſione iudicaretur mundus, præiudicaretur fortaſſis populo, quoniam contingeret hunc non eſſe mundum: & cũ cõuerſaretur inter mũdos, inficeret aliquos de populo.Item,ſi iudicaretur ſimpliciter immundus ex illa prima recluſione, præiudicaretur ſibi quia forte non erat immundus, & iudicabatur immundus ſimpliciter.Conueniens ergo erat,vt in ſecundis ſeptẽ diebus recluderetur,& ſic plenè cõſtaret, an mundus vel immundus eſſet. *Et ſeptima die contemplabitur.*

Duplex litteræ expoſitio. — *Quare fiebat iſta ſecunda recluſio.*

Iſta eſt ſeptima dies ſecundæ recluſionis, quæ eſt quartadecima à prima die recluſionis primæ, & in hac contemplabatur eum, reſpiciẽs an aliquid mutatum eſſet de ſtatu priori. *Et ſi obſcurior fuerit lepra*, id eſt, ſi in ſeptima die huius ſecundæ recluſionis inuenerit ſacerdos, quòd lepra ſiue imago eius, quæ erat in viro illo iam eſt obſcura, iudicabit eum eſſe mundum, & mandabit recipi inter alios mundos; Et cauſa huius eſt, quia in iſto viro nullum ſignum lepræ erat niſi in candore cutis; cum ergo candor ille fuerit in nigredinem verſus, nihil manet propter quod iſte debeat haberi de lepra ſuſpectus. *Si obſcurior fuit lepra*. Non accipitur propriè lepra, quoniam ſi lepra eſſet, iudicaretur immundus; & excluderetur à reliquis ille, qui eam haberet. Sed hic dicitur, quòd iudicabitur ille homo mundus, ſi lepra fuerit obſcurior; ſed dicitur lepra, id eſt, imago lepræ. *Et non creuerit in cute*, ſcilicet, extendendo ſe ad vlteriores terminos. Nam ſi aſpectus illius lepræ extenderetur ad vlteriores partes carnis, quanquam non eſſet candor tantus, ſicut ante, adhuc erat ſuſpitio de lepra: nec iudicaretur homo ille mundus. *Mundabit eum*, ſcilicet ſacerdos, qui conſiderat illum virum eſſe mundum; nõ enim poteſt accipi hic mundare propriè, id eſt, facere mundum, quia non fiebat hoc à ſacerdote, ſed à Deo per miraculum, vel aliqua operatione naturæ: ſed dicitur ſacerdos mundare, id eſt, mundum pronũciare, quod ad eum verè pertinebat. *Quia ſcabies eſt*. Quaſi dicat, ille candor non eſt ſignum lepræ, ſed cuiuſdam ſcabiei, propter ſcabiem autem ſolam, non erat aliquis excludendus à communicatione aliorum hominum. *Lauabitq. homo veſtimenta ſua*.

An lotio veſtimentorum fieret per aquas luſtrationis. Quæſt. III.

ALIQVI exiſtimant, quòd iſta lotio erat per ſolam aſperſionem aquarum luſtrationis. Sed hoc falſum eſt: quia dicitur hic; ꝙ lauabit veſtimenta; lauare autem magis ſignat tinctionem, & defricationem, quam aſperſionem. De aquis luſtrationis. Dicendum eſt, quòd fiebat aſperſio, & non tinctio, nec defricatio, quoniam ſi veſtes tingerentur, & defricarentur in aqua luſtrationis, immundiſſimæ fierent: nam illæ aquæ non erant ſimplices, ſed commixtæ cineribus. Item dato, quòd lotio ſignaret aſperſionem illam, quæ fit per aquas luſtrationis, adhuc non poteſt hic dici, quòd intelligatur de aquis luſtrationis, quia dicitur, ꝙ lauabit homo veſtimenta ſua, id eſt, quòd ipſemet qui immundus erat, lauare debebat illa. Sed hoc non poteſt ſtare: quia quando aliquis deberet fundere aquam luſtrationis ſuper alterum, ad mũdandum illum, debebat eſſe mundus ille, qui fundebat aquam ſuper alterum. Qui autem immundus erat, nõ poterat fundere aquam luſtrationis, ſicut habetur Num. 19. cum dicitur, hoc modo mũdus luſtrabit immundum: ſed iſte vir qui lauabat veſtimenta ſua, immundus erat, alioquin non lauiſſet veſtimẽta ſua, ſi tamen lauaret in aquis luſtrationis, non poterat ipſe lauare, ſed alius, ergo nõ intelligitur iſta lotio de aquis luſtrationis, ſed, quòd fieret lotio veſtiũ in aquis viuentibus, & ipſemet, qui immundus fuerat, lauabat veſtimenta ſua. Cuius cauſa eſt, quia in eo præceſſerat aliqua immunditia, quæ quodammodo redundat in veſtes ex contactu. *Et mundus erit*, id eſt, reputabitur mundus: quoniam iſta lotio non faciebat aliquid ad munditiam huius realiter, ſed ſolum ad æſtimationem quandam, & cæremonialem obſeruationẽ. Etiam erat mundus quantum ad poteſtatem ingrediẽdi in Sanctuarium, & tangendi res ſacras; & iſta erat munditia verè cauſata in eo, quoniam ante cum eſſet ſequeſtratus à populo, non habebat poteſtatem accedẽdi ad res ſacras, & ſi accederet peccabat: poſtquam verò ſacerdos iudicabat eum eſſe mundum, licebat ſibi ingredi Sanctuarium ſicut alijs viris. *Quia ſi poſtquam a ſacerdote viſus eſt*. Hic tollitur dubiũ: exiſtimaret enim aliquis, ꝙ cum quiſpiam iudicatus eſſet mundus à ſacerdote, quamuis apparerent in eo aliqua ſigna lepræ, debebat haberi inter mũdos; ſed dicitur, quòd non: immo ſi poſt iſtud iudicium declaratiuum munditiæ ſuæ, rurſus apparerent ſigna lepræ in vi- *Si in mũdate ito-*

F ro, debebat iudicari immundus, & ſeparari. Cauſa huius eſt: quia à principio potuit excuſare ſacerdos, iudicando illum eſſe mundum, qui immundus erat, & hoc propter latentiam ipſius lepræ, quæ nondum tantum inualuerat, vt poſſet iudicari lepra, vel fortaſſis bene iudicauit nõ eſſe leproſum illum virum, poſtea tamen potuit in eo lepra naſci, ideo quomodocunque fieret, rationabile erat, propter populi bonum, vt iſte ſi reperiretur rurſus habere ſigna lepræ, excluderetur à caſtris: nec poterat iſte tueri ſe exceptione rei iudicatæ dicens, quòd de eo fuerat iudicatum, quòd erat mundus: nam obijcietur contra hoc, quòd iudex errauit, & habuit probabilem cauſam errandi: fuit enim illa ignorantia inuincibilis, ideo quando conſtiterit de errore, renouabit eam iudex, qui tulit ſententiam. Vel poterat opponi, quòd nunc condemnabatur, & non erat

G iſta condemnatio cõtra priorem abſolutionem, quia non erant iſtæ duæ ſententiæ in eadem cauſa, ſed ante abſolutus fuerat: quia non erant in eo ſigna lepræ, nunc autem condemnatur ex ſignis lepræ nouiter inſurgentibus. *Quòd ſi poſtquam à Sacerdote viſus eſt*, id eſt, poſtquam ſacerdos illum vidit, cõſiderauit, & mundum eſſe decreuit, & hoc ſiue fuerit in prima recluſione, ſi in illa apparuiſſet candor conuerſus in obſcurũ, vel ſi in ipſa recluſione hoc apparuiſſet, nihil enim differt an in prima, vel ſecunda apparuerit. *Et redditus munditiæ*, id eſt, iudicatus mundus à ſacerdote. *Iterum lepra creuerit*, id eſt, iterum apparuerit candor in cute, vel mutatio pilorum, aut depreſſio carnis à reliqua carne. Sed dicet aliquis, quomodo iudicatur immundus in lepra iſte, in cuius carne denuo renatus ſit color albidus, cum à principio non iudicaretur propter

H hoc immundus eſſe, ſed ſolum erat ſuſpitio de immunditia? Reſpondendum autem eſt, quòd quando candor in cute erat à principio, non erat ſignum ſufficienter probans lepram, poſterius autem ſufficienter probat, quoniam à principio nondum continuauit magno tempore, ex quo demonſtretur habere radicem corruptionis, vel lepræ, cum autem redierit, & permanens ſit, arguitur habere radicem permanendi in corpore, ideo de lepra immundus iuſtè condemnatur. *Adducetur ad eum*, ſcilicet ad ſacerdotem: nam dato, quòd nollet ille, in quo apparent iterum ſigna lepræ, comparere coram ſacerdote, populares compellerent eum comparere coram Domino, vt ſacerdos iudicaret de illo. *Et immunditia condemnabitur*, id eſt, condemnabitur iſte homo de immunditia, ſ. de lepra: quia apparuerunt in eo ſigna permanentis lepræ, & tunc

I ſeparabitur extra caſtra, cum alijs qui manifeſtè leproſi ſunt, ne inficiat caſtra, vt habetur ſupra, 5. cap. *Plaga lepræ ſi fuerit in homine*.

De ſecunda lepra, quæ eſt in carne viua. Quæſt. IIII.

SVPRA dicebatur de lepra, quæ eſt in cute, ſcilicet in ſuperficie corporis: hic autem agitur de lepra, quæ eſt in carne viua, ſcilicet, cum fuerit decorticata caro ablata cute, vt appareat viua caro, ſcilicet rubea, & in ipſa carne eſt aſpectus lepræ. *Plaga lepræ ſi fuerit in homine*, ſcilicet, ſi fuerit in carne viua hoĩs: nam de lepra quæ eſt in cute, nihil hic dicitur, quia ſupra de ea ſat declaratũ fuit. *Adducetur ad ſacerdotem*. Generale erat in omnibus iſtis ſpeciebus lepræ, quòd ille, qui immundus videbatur, ad-

K duceretur coram ſacerdote: quia ad eum ſolum iudicare pertinebat. *Et videbit eum*, id eſt, conſiderabit an illa ſit plaga lepræ, vel non, ſecundum regulas, quæ hic traduntur, & quanquam dicatur, ſi fuerit lepra in homine, non oportet præſupponere quòd in eo lepra ſit: nã ſi hoc præſupponatur, non oportebat ducere illum hominem ad ſacerdotem ad conſiderandum an leproſus eſſet. Sed accipitur plaga lepræ pro ſimilitudine, vel aſpectu lepræ. *Cumque color albus in cute fuerit*. Vocatur hic color albus, non ille, qui propriè albus eſt: quoniam color albus viuidus, eſt in carne bene complexionata, & nullo modo corrupta, vbi autem infectio aliqua eſt lepræ, vel putredinis cuiuſdam, nõ eſt color albus purus, ſed quidam albor degenerans à viuido colore, & dicitur, ꝙ quando iſte color fuerit mutatus in cute, in quendam alborem, & ipſa caro appareat viua, & aſpectus pilorum diſſimilis eſt à priori

ſtatu:

ſtatu: indicatur lepra vetuſtiſſima, id eſt, quia multis temporibus permanſit in carne.

Dubiũ ex littera.

Dicet autem aliquis, iſtã litteram ſibi repugnare, quia habetur, quòd color albus apparuerit in cute, & dicit, ꝙ ſit caro apparens viua, caro tamen dicitur viua, vbi ablata cute per decorticationem quandam apparet ipſa rubea. Reſpondendum eſt, quod candor eſt in cute, non in illa parte in qua apparet caro viua (nam ibi cutis nulla eſt, aut valde tenuis, quia non videtur eſſe cutis) ſed in circuitu carnis viuæ eſt cutis, cuius color verſus eſt in alborem. *Et capillorum mutauerit aſpectum*. id eſt. & illa plaga fecerit, quòd mutetur aſpectus vel color capillorum, ſ. quòd fuerint conuerti in alium colorem non naturalem. Vocantur autem hic capilli, non ipſi capilli capitis, ſed omnes alij pili corporis, capilli aũt propriè ad caput pertinent, vnde dicuntur capilli, quaſi capitis pili. Iſta mutatio coloris, ſignum cuiuſdã corruptionis eſt: nam ſicut ſupra dictum fuit, capilli ſortiuntur colorem ſecundum conditionẽ carnis, ex qua ortum habent, ideo cum illa fuerit mutata in alterã conditionem; vel fuerit corrupta, mutabitur quoque capillorum color, & ſi fuerit mutatus color pilorum, neceſſe eſt vt intelligamus fuiſſe mutatã complexionem carnis; & ſic, quando color pilorum mutatur, conueniẽs ſignum eſt ad arguendum lepram eſſe in carne. *Ipſa quoque caro viua apparuerit*. Iſtud eſt tertium ſignum ad demonſtrãdum lepram eſſe in carne, ſ. quòd ipſa caro appareat viua; dicitur autem apparere caro viua, quando cutis ablata, vel conſumpta eſt, & apparet ipſa caro rubra, & ſanguinolenta, quæ ſub cute latebat, caro autem quando apparet ſub cute, non dicitur eſſe viuens, quoniã non apparet color rei viuentis, & ſanguineus, qui eſt color rei viuentis. Iſtud autem ſignum eſt lepræ, quia lepra eſt virtutis corroſiuæ, & cũ ipſa cutis corroſa eſt, apparente carne viua, ſignum eſt, quòd lepra ibi fuit. *Lepra vetuſtiſſima iudicabitur*. Apparentibus iſtis tribus ſignis ſupra poſitis, non ſolum indicatur eſſe lepra, ſed etiam lepra vetuſtiſſima, cuius eſt cauſa, quia lepra eſt virtutis corroſiuæ: & ideo contrahit cutem in rugas, & carnem conſumit, vnde quando lepra noua eſt, non potuit multum conſumpſiſſe de carne & cute, ideo quamquam cutis cõtrahatur in rugas, & humilietur caro, in qua iſta plaga eſt præ ceteris partibus carnis, tamen nondum totaliter rumpitur cutis: cum aũt à multo tempore lepra permanſerit, quia multũ corrodit, neceſſariũ eſt, vt ipſam quoque cutem corroſerit, & ſic apparebit caro viua. Ideo arguendo à poſteriori, dicemus, ꝙ quandocumque exiſtente cute verſa in alborẽ, & capillis mutatis à colore priſtino, ſi viua caro apparuerit, oportet vt iudicetur lepra vetuſtiſſima, ſ. ꝙ à multis tẽporibus in carne præfuerit. *Atque inolita cuti*. id eſt, conſueta eſſe in cute: inolitus dr̃, quaſi conſuetus, ab inoleo, inoles, inoleui, quod eſt vſu venire: dicitur autem aliquid inolitum, id eſt, vſitatum; lepra aũt inolita dr̃ cuti, quando à valde multis temporibus conſueuit eſſe in cute. *Contaminabit itaque eum Sacerdos*. id eſt, quando ſic fuerit, Sacerdos iudicabit, ꝙ eſt talis homo cõtaminatus. Non accipitur hic propriè contaminatus: quia cõtaminatus dr̃, qui per contactum immũdus dicitur, qui autem leproſus eſt, non habet immunditiam quæ eſt per contactum, ſed eã, quæ eſt ab extrinſeco; & quando hic dicitur, quod Sacerdos contaminabit iſtũ, non eſt ſenſus, quod Sacerdos cauſaret aliquam maculam in iſto, Sacerdos enim non poteſt cauſare aliquam maculam lepræ in leproſo, ſed per actionem naturæ, aut per Dei voluntatem cauſatur; & dato, ꝙ Sacerdos poſſet aliquem contaminare, cauſando in eo talem immunditiam, non id facere deberet: quia eſſet contra charitatem; ſed eſt ſenſus, quod Sacerdos contaminabit eum, id eſt, contaminatum eſſe diffiniet, & ideo diffinitio Sacerdotis erat, ac ſi verè ipſe cauſaret verã immunditiam in ipſo leproſo: quia ſicut per cauſationem veræ immunditiæ, aliquis verè immundus eſt, ita per diffinitionem Sacerdotis habebatur ille, qui erat leproſus, tanquam verè immundus. *Et non recludet, quia perſpicuæ immunditiæ*. id eſt, quando apparuerint iſta ſigna, Sacerdos recludet talem virum in aliqua cuſtodia, ſicut ſupra dicebatur, ſcilicet, quod recludet eum ſeptem diebus, & ſi non liquidè apparebat munditia, vel immũditia, recludebatur aliis ſeptem diebus; tunc autem non fiebat iſta recluſio, quia manifeſta immunditia erat in eo, qui iſta ſigna habebat. *Sin autem effloruerit*. Hic ponitur alius caſus in quo non perfectè conſtat quid agendum ſit, & hoc eſt, cum tota caro verſa eſt in alborem in toto corpore, & non apparuit caro viua, nec pili mutati ſunt à priſtino colore, & dicitur, ꝙ tunc Sacerdos conſiderabit talem hominem, & indicabat illam eſſe mũdiſſimam lepram, atque ideo hominem illum non eſſe contaminatum. *Sin autem effloruerit diſcurrens lepra in cute*. id eſt, ſi lepra germinauerit, diffundens ſe per totam corporis ſuperficiem, & eſt iſte caſus diuerſus à ſuperiori, quia in præcedenti dicebatur, ꝙ in aliqua parte corporis pili mutarentur à colore ſuo, & cutis in alborẽ verteretur, atque caro viua appareret: hic autem eſt, cum lepra per totum corpus diffunditur, non magis vnam partem corporis, quam reliquam tenens, & hoc eſt ſignum melioris, quoniam cũ in aliqua parte corporis eſt, prouenit ex corruptione, cũ verò eſt in toto corpore, prouenit ex depuratione naturæ, & hoc eſt quod dicitur efflorere, i. germinare, vel creſcere, ſicut arbores creſcunt extendentes ſe ad magnam quantitatem. *Diſcurrens lepra in cute*. i. quòd lepra cooperiat totũ corpus, tanquam ſi curreret ab vna parte in alteram. *Et operuerit omnẽ carnem a capite vſque ad pedes*. i. ꝙ iſta lepra diſcurrat per corpus, ꝙ totum ipſum cooperiat à capite vſque ad pedes; & ponit hoc ſpecialiter, quia ſi in aliqua parte corporis iſta lepra effloreret, nõ extẽdens ſe ad alias partes, nõ iudicaretur eſſe leprã mundiſſimam, ſed magis leprã inficientẽ.

Duplex litteræ expoſitio.

Quidquid ſub aſpectũ oculorũ cadit. Expoſitio ſuperioris eſt, & põt intelligi littera iſta dupliciter: vno modo, quidquid cadit ſub aſpectum oculorũ i. quidquid à nobis videri poteſt, & non eſt veſtimentis tectũ, & hoc modo ſola facies, & manus, aut partes quædam crurum intelliguntur, cum iſta ſola ſub aſpectum oculorum cadant, ceteris coopertis; & ſic ſenſus eſt, ꝙ ſola facies, & manus, & crura, lepram haberent. Sed iſte ſenſus repugnat litteræ ſuperiori: ſupra enim dicebatur, & operuerit omnem carnem, à capite vſque ad pedes. Sed eſt alio modo intelligendum, quidquid ſub aſpectum oculorum cadit, id eſt, quidquid videri poteſt; & tunc ſignificatur tota ſuperficie cutis corporis noſtri: quia quidquid in ſuperficie eſt, videri poteſt, quæ autem ſub cute latent, nullatenus videntur. Cum ergo dicitur, ꝙ lepra operuerit quidquid cadit ſub aſpectũ oculorum, eſt ſenſus, ꝙ operiat omnẽ cutem corporis noſtri, & tunc coincidit cum littera ſuperiori, ſ. & operuerit D omnem carnem, à capite vſque ad pedes. *Conſiderabit eum Sacerdos*. ſ. virum qui tenetur huiuſmodi lepra, cuius cauſa eſt, quia quamuis appareat candor in tota cute, non ex hoc indicatur lepram eſſe mundiſſimam: quia ſi fuerint ibi pili mutati à naturali colore, vel caro viua apparuerit, iſte vir iudicabitur leproſus; vt ergo Sacerdos certificetur, an ſit ſolus candor in cute, vel ſi pili mutentur in colorem alterum, aut aliquod alterum ſignum lepræ appareat, oportet, vt aſpiciat ipſum qui habet huiuſmodi lepram. *Et teneri a lepra mundiſſima indicabit*. i. ſi Sacerdos repererit, ꝙ ille vir ſolum habeat candorem ſuper totam carnem, pili tamen in alterum colorem mutati non ſint, nec apparuerit caro viua, indicabit, ꝙ iſte homo habet lepram mundiſſimam.

Quõ appellatur lepra mũdiſſima.

Et accipitur lepra mundiſſima impropriè, quoniam nulla lepra munda eſt, ſed dicitur eſſe E lepra quædã ſcabies candida, quam vulgares diſtinguere neſcientes, lepram vocant. Accipiẽdo autem eam ſic, non eſt lepra contagioſa, aut immunda, ſicut illa quæ verè lepra eſt, ſed eſt mundiſſima, ſ. inter eas quas vocamus lepras, nulla eſt quæ minus de immunditia habeat. *Eo quòd omnis in candorem verſa ſit*. Hic datur cauſa, quare iſta lepra ſit mundiſſima: & dicitur, ꝙ hoc eſt, quia tota caro verſa eſt in alborem. Aliquis autem dicet, ꝙ non videtur hoc conuenienter eſſe aſſignatum pro cauſa: nam ſi aliquis immũdus eſſet, quia habet candorem in aliqua parte, magis videtur eſſe immundus, cum in toto corpore cãdorem habuerit. Reſpondendum eſt, ꝙ non ſtat: quoniam quando aliquis habet candorem in aliqua parte corporis, ſi ille candor permanens ſit, videtur hoc eſſe, quia aliqua radix corruptionis eſt in parte illa corporis, cum vero in toto corpore candor apparuerit, dicitur eſſe lepra mundiſſima,

diſſima, aut ſcabies mundiſſima, quia ad corporis emundationem iſta fit: ex naturæ namque bonitate hoc cauſatum: quoniam per virtutem eius expellũtur omnia inquinamenta quæ in corpore ſunt, à parte interiori ad ſuperficiem; ideo facit hic differentiam Scriptura inter candorem cutis in vna parte, vel in toto corpore, nam quando fuerit candor in vna parte, etiamſi nihil aliud de ſignis lepræ ibi ſit, recluditur homo per ſeptem dies ad conſiderandum, an mundus, vel immundus ſit: & ſi non apparet in his ſeptem diebus, recluditur homo per alios ſeptem dies, cum autem tota cutis in candorem verſa eſt, non recluditur homo per aliquot dies, ſed immediatè iudicatur eſſe mundus. *Et idcirco homo mundus erit*. id eſt, ſi apparuerit tota cutis candens, debet iudicari homo mundus, quoniam lepra illa mundiſſima eſt. *Quando vero caro viuens in ea apparuerit*. Hic ponitur alius caſus, ſ. ſi perfundatur homo cãdore lepræ in tota cute, & poſtea appareat in aliqua parte corporis caro viua, ſ. rubea, vel ſanguinolenta, iudicabitur homo immundus, cuius cauſa eſt: quoniam lepra eſt virtutis corroſiuæ. Candor aũt ſi ſimplex ſit, & non attineat ad naturam lepræ, nihil de carne corrodet. ſi autem aliquid corroſum fuerit, ſatis apparet ibi lepram eſſe, ſed caro viua nunquam deeſt, niſi quando corroditùr totalis cutis, manente ipſa carne rubea interiori. ergo oportet hic lepram eſſe, atque ſic iudicabitur; ideo tunc ille candor effuſus per totum corpus, non iudicatur lepra mundiſſima, ſed immunda: quia nõ prouenit ex bonitate naturæ repellẽtis putredinem ab interiori ad ſuperficiem, ſed à corruptione quadam quæ in carne eſt. *Quando verò viuens caro in ea apparuerit*, id eſt, ſi in tota cute verſa in candorem, ſit aliquis locus in quo caro viuẽs appareat. *Tunc ſacerdotis iudicio polluetur*, id eſt, iſte vir in quo talia apparuerint, iudicabitur à ſacerdote pollutus eſſe, quoniam apparuit in eo vera lepra. Et accipitur (polluere) hic impropriè, quia ſacerdos neminem polluebat, ſed pollutum iudicabat, vt ſupra dictum eſt. *Et inter immundos reputabitur*, id eſt, iſte vir poſtquam fuerit cõdemnatus à ſacerdote de manifeſta lepra, ab omnibus Iſraelitis reputabitur tanquam immundus, & ante iſtam condemnationem, non licebat alicui de populo reputare illum tanquam immundum, aut excludere eum à communicatione ceterorum, quanquam eſſet verè leproſus; ſicut eſt de excõmunicatione apud nos: quoniam quamuis aliquis fecerit aliquid, propter quod lex mandet eũ excommunicari, & hoc aliis conſtet, tamen nõ debet vitari tanquam excommunicatus, donec iudex eum denunciauerit excommunicatum. *Caro enim viua ſi lepra aſpergatur immunda eſt*. Hic ponit aliam regulam, ſcilicet, quandocumque eſt caro viua, ſed in ea apparet aſpectus lepræ, debet homo iudicari immundus. Si aũt caro viua ſit non aſperſa lepra, non eſt immundus homo: caro enim viua (ſicut ſupra dictum eſt) dicitur ipſa, quæ cute caret, vel quia decorticata eſt apparente colore rubeo, vel ſanguinolento: cum autem in hac non apparet aliquis aſpectus lepræ, iudicatur eſſe viua ex aliqua cauſa alia, non pertinente ad immunditiam: cum autem fuerit aſperſa imagine lepræ, iudicatur eſſe lepra vetuſtiſſima, vt ſupra dictũ eſt; & eſt cauſa: quia videtur, quòd ipſa lepra exiſtens ab antiquo, totam cutem corroſerit. *Quòd ſi rurſum verſa fuerit in alborem*. Hic ponit alium caſum, ſcilicet, quando apparet caro viua, & non apparet in ea propria imago lepræ, ſed totum corpus operitur candore lucẽte: & hic dicit immunditiam eſſe in carne, ſicut in caſu priori. Immunditia eſt, quando caro viua habet ſpeciem lepræ: ita ſi caro viuens in aliqua parte exiſtat, & totum corpus fuerit verſum in alborem, iudicatur immunditia. Cauſa huius eſt: quia videtur, quòd ex illa lepra, quæ erat in carne viua, totũ corpus aſperſum ſit. Sed dicet aliquis hoc repugnare ſupra poſitis, dicebatur enim ſupra, ꝙ ſi totũ corpus cooperiatur candore, ſacerdos conſiderabit illum virum, & iudicabit eſſe mundum, atq; teneri lepra mundiſſima, hic autem dicitur, quòd cute verſa in alborem in toto corpore iudicabitur homo immundus. Reſpondetur, quòd cauſa diuerſitatis eſt, quia cum apparet in toto corpore candor, in nulla parte exiſtente aliquo ſigno ſpeciali lepræ, ſcilicet, carne viua, vel pilorum mutatione in alterum colo-

Quare caro viua apparens in loco lepræ, indicet eſſe lepram

Dubium ex littera.

F rem, iudicatur eſſe ex quadam depuratione naturæ; cum autem totũ corpus cooperitur candore, præexiſtente carne viua, & aſpectu lepræ in aliqua parte, iudicatur eſſe lepra ſuper totũ corpus: & quòd illa fuerit cauſata per extenſionem, & diſcurſum à lepra, quæ erat in carne viua. In primo modo iudicabatur eſſe caro munda, hic autem iudicatur immũdã. *Quòd ſi rurſum verſa fuerit in alborem*. Ex ſuperiori caſu dependet, ſ. ſi caro viua apparuerit in homine, id eſt, in illa ſit imago lepræ, iudicatur homo immundus: ſi autem poſt hoc manente ſic carne viua cum imagine illa lepræ, color totius corporis vertatur in alborem, iudicabitur homo immundus, ſicut ſupra. *Et totum hominem operuerit*. ſ. quòd candor ille fuerit diffuſus per totum corpus à capite vſque ad pedes, eo quòd ſub aſpectum oculorum cadat, ſicut ſupra dictum eſt: nam hoc
G quamquam ſupra eſſet ſignũ munditiæ, & hic eſt ſignum immunditiæ. *Conſiderabit eum ſacerdos*. Adducebatur iſte homo ad Sacerdotem, quia qualitercumque ſe haberet, neſciebat Sacerdos qualiter ſe habebat, niſi conſideraret aſpiciendo, ideo neceſſe erat ſemper, vt Sacerdos conſideraret eum, qui habebat aliquam ſuſpicionem, vel ſignum lepræ; & adhuc dato, quòd conſtaret Sacerdoti per aliorum teſtimonium, quòd iſte homo, qui erat ſuſpectus de lepra, haberet carnem viuam aſperſam imagine lepræ, & colorẽ candidum effuſum per totum corpus, adhuc oportebat quòd conſideraret Sacerdos illum hominem, quia adhuc aliquid videri poterat in eo quod eſſet excuſatiuũ lepræ; & aliquid quod eſſet ad condemnandum eum de lepra. *Et mundum eſſe decernet*. ſ. ſi reperierit ſic ſe habere, quòd caro viua in aliqua parte fuerit aſperſa lepra; &
H candor fuerit per totum corpus diffuſus. *Caro aũt & cutis*.

De tertia lepra, quæ in cute oritur. *Quæſt. V.*

HIc agitur de lepra, quæ naſcitur in vlcere, & eſt alia ſpecies à ſupra poſitis: naſcitur autem quandoque in vlcere lepra, vt ſi aliquando fuerit vlcus in carne, & fuerit curatum, & in loco vlceris apparuerit aliqua cicatrix alba, vel ruſa, Sacerdos conſiderabit iſtum hominem, & ſi viderit locum vlceris humiliorem carne reliqua, & pilos mutatos à priſtino colore, iudicabit eſſe lepram. *Caro autem & cutis, in qua vlcus natum eſt*. Dicitur de cute, & carne, quoniam quamquam ſemper naſcatur vlcus vbi eſt cutis, & vbi eſt caro viua, nunquam poteſt naſci, tamen ſi poſt ſanationem vlceris manent veſtigia
I lepræ, non ſolum pertinet lepra ad cutem, ſed etiam ad carnem, vlcus autem ſecundum, quòd hic accipitur, eſt quidam tumor ſub cute factus propter corruptionem alicuius materiæ verſæ in venenum, & deinde rupta cute elicitur. Et diſtinguitur vlcus à vulnus, quoniam vulnus eſt in apertione cutis per aliquod nocumentum factum ab extra, vnde verſus.

Illatum vulnus, ſed innatum dicitur vlcus.

Vlcus & vulnus differũt.

De plaga lepræ quæ aliquando naſcitur in vulnere, infra habetur: hic autem ſolum dicitur de plaga lepræ, quę eſt in vlcere. *Et ſanatum*. Dicitur hoc, quia quamdiu venenum eſt ſub cute, nõ poſſunt apparere ſigna lepræ, quæ infra ſequuntur, ſcilicet, quòd ſit caro humilior reliqua carne, & quòd appareat puſtula alba, vel ruſa: nam antequam ſanetur vlcus, potius eſt eleuatio cutis ſuper car-
K nem reliquam, quam aliqua depreſſio facta, & tunc poſſunt apparere maculæ ruſæ, vel albæ. *Et in loco vlceris cicatrix alba apparuerit, ſiue ſubruſa*. Si enim vlcus ſanatum fuerit, non relicto aliquo veſtigio diſſimilitudinis à carne priori, & circumſtanti, nõ eſt ibi lepra, nec ſuſpicio de lepra: cum autem apparuerit cicatrix in loco vlceris ſanati, alicuius coloris diuerſi à priſtino, ſuſpicio eſt de lepra.

Sciendum tamen, quòd eſſe cicatricem in loco vlceris, non facit aliquam præſumptionem de lepra, ſed ſolum ſi cicatrix fuerit alba, vel ſubruſa, aut alicuius coloris mutati à priſtino, quoniam ſi ille color cicatricis variatur à reliquo, videtur prouenire ex diuerſa complexione, & qualitate illius cicatricis, ideo ex hac ſuſpicabimur aliquam radicem corruptionis manſiſſe in cicatrice ex vlcere ibi exiſtente, propter quam variantur pili ad alterũ colorem. *Adducetur homo ad ſacerdotem*. Vt inſpiciat, an in eo

ſint

Tribus ſignis cognoſcitur cicatricē apparere ſubruſam.

ſint ſigna lepræ, quæ hic ſequuntur, vel non. *Qui cum viderit locum lepræ, humiliorem carne reliqua.* Hic ponuntur duo ſigna alia, quæ eſſe debent in cicatrice vlceris ſanati, ad hoc, ꝙ appareat eſſe lepra: ſunt namque tria ſigna huius, ſcilicet, quòd ipſa cicatrix appareat ſubruſa, vel alba variata à reliquo colore, & iſtud ſupra poſitum eſt. Aliud eſt, quòd caro illa cicatricis ſit humilior tota alia carne. Tertium ſignum eſt, quod illi fuerunt mutati in alterum colorem. primum ſignum quod ſupra poſitum eſt, non ſufficienter probat lepram, ſed requiruntur iſta duo quæ hic ponũtur: iſtud enim de humiliatione cicatricis, eſt ſignum lepræ; ex eo, quòd lepra eſt virtutis corroſiuæ, & conſumptiuæ, & deſiccando naturalem humorem, & teneram carnem, facit eã reliqua carne depreſſiorem. Cum ergo arguatur à poſteriori, dicemus, quòd vbi fuerit caro humilior reliqua carne, ſignum lepręeſt: quia illa humi- B liatio videtur facta ex virtute lepræ corrodentis. *Et pilos verſos in candorem.* Iſtud eſt tertium ſignum lepræ in cicatrice vlceris, ſcilicet, quòd pili illius cicatricis ſint mutati à colore priſtino: mutatio namque pilorũ, atteſtatur mutationem in qualitate carnis, & cutis, quæ ad lepram ſatis agunt. Sed dicet aliquis, cum hic ponantur tria ſigna ad cognoſcendum lepram in vlcere, ſi vnum eorũ appareat, vel duo, nunquid iudicabitur lepra, aut quid fiet? Reſpondendum eſt, quòd ſi vnum apparet, vel duo ſolum, non ſufficienter probant lepram, nec homo habens illa poteſt per iſtam legem iudicari immundus; nec tamen poteſt iudicari mundus, cum appareãt in eo aliqua ſigna lepræ; fiet igitur quod ſupra dicebatur, ſcilicet, quòd recludat ſacerdos iſtum hominem per ſeptem dies, & inquirat in fine illorum dierum, an alia ſigna lepræ orta C ſint in cicatrice, vt poſſit perfectè iudicari lepra, vel ſi forte ceſſauerint illa, quæ prius apparebant, vt iudicetur nulla lepra eſſe. Si autem in illis ſeptem diebus non reperierit aliquam mutationem factam, in maius, nec in minus recludet hominem iſtum aliis ſeptem diebus, quibus expletis, ſi aliqua ſigna lepræ in cicatrice orta fuerint, iudicabit illum hominem eſſe leproſum: ſi aũt omnia ceſſauerint, iudicabitur, ꝙ homo eſt mundus; ſi aũt nulla mutatio facta eſt, iudicabitur immũdus, quia lepra illa permanentiam habet in eo. *Contaminabit eum,* id eſt, iudicabit eum eſſe contaminatum, qm̃ ſacerdos neminem de lepra contaminat. *Plaga enim lepræ orta eſt in vlcere.* Hic redditur cauſa quare contaminetur homo, qui iſta habet; & dicit ideo eſſe, quia plaga lepræ nata eſt in vlcere: nam quamuis vlcus non ſit lepra, tamen lepra nata fuit in vl- D cere poſt curationem eius. *Quòd ſi pilus coloris eſt priſtini.* Hic ponitur caſus, in quo dubium eſt, an lepra ſit in cicatrice vlceris; & ſicut ſupra ponebatur tria ſigna lepræ, ita excluduntur hic omnia tria relicta particula vnius eorum, ſcilicet, ꝙ cicatrix ſit æqualis carni reliquæ, & pili nõ mutauerunt colorem priſtinum, ẽtiam cicatrix non eſt albida, vel ſubruſa, ſed obſcura: hoc enim quod eſt cicatricem eſſe ſuboſcuram, eſt declinare eam ad ſubruſum, & propter hoc eſt quædam ſuſpicio de lepra. Si enim totaliter maneret idem color in cicatrice, qui eſt in reliqua carne vicina, nulla lepræ ſuſpicio eſt: hoc tamen exiſtente, datur recluſio ad cognoſcendum, an ſit verè plaga lepræ. *Quòd ſi pilus coloris eſt priſtini.* Sicut pilos mutari in alterum colorem cuiuſlibet lepræ ſignum eſt, ita pilos manere in priori colore, eſt quoddam ſignum, quòd non ſit le- E pra in carne: tamen ſicut non probat ſufficienter lepram eſſe in carne pilus in alterum mutatus colorem, ita manere pilos in colore priſtino, nõ probat ſufficiẽter lepram non eſſe in carne. *Et cicatrix ſubobſcura.* Hoc etiam tollit aliqualiter non eſſe lepram, quia color lepræ ad alborem, vel ad ſubruſum eſt, ſubobſcurum autem declinat à lepra, quãquam ſubobſcurum aliquo modo participet cum ſubruſo. *Et vicina carne non eſt humilior.* Iſtud erat tertium ſignum ad probãdum lepram, ſcilicet, ꝙ cicatrix eſſet humilior reliqua carne: cum autem non fuerit humilior, ſed æqualis, quædam præſumptio eſt non eſſe lepram; nec tñ iſtud ſolum probat ſufficienter non eſſe lepram; ſicut ipſum exiſtens non probat ſufficienter eſſe lepram. *Recludet eum ſeptem diebus.* Quia omnia iſta ſigna lepræ deficiebãt in cicatrice, exiſtente ſola cicatricis obſcuritate aliquod

Dubium ex ſignis lepræ in vlcere.

A dubiũ erat, ideo recludendus erat talis vir per ſeptẽ dies, vt ex hoc iudicari poſſet, an lepra eſſet, vel nõ. *Et ſiquidem creuerit adiudicabit eum lepra.* id eſt, ſi poſt ſeptem dies reperiatur quòd iſte color ſubobſcurus cicatricis creuerit, extendens ſe vlterius per cutẽ, iudicabitur eſſe lepra: nam ſi non fuiſſet lepra, potius defeciſſet color varius, qui præexiſtebat in cicatrice, quàm ꝙ excedens priores terminos, tranſiret ad alias partes cutis. *Sin autem ſteterit in loco ſuo, vlceris eſt cicatrix.* i. ſi non creuerit ille color ſubobſcurus extendens ſe per alias partes corporis, non eſt puſtula lepræ, ſed eſt cicatrix vlceris, id eſt, color ille cicatricis, non eſt à lepra exiſtente, ſed ab vlcere. Ratio diuerſitatis eſt: quia lepra eſt morbus conſumptiuus, & deuoratiuus carnis, ſcilicet, quòd pertranſit partes carnis ſucceſſiuè conſumendo eas. Cum autem color ille non tranſit ad vlte- B riorem carnem, non erat ibi virtus lepræ, ſed fuit cauſatus ille color ſubobſcurus ex aliqua cauſalitate manente in cicatrice vlceris, quæ non eſt infectiua nec conſumptiua ſicut lepræ virtus. *Et homo mundus erit.* id eſt, homo, in quo apparuerit color ille non tranſiens locum ſuum, ſcilicet, cicatricem, iudicabitur eſſe mundus, quia non eſt lepra. *Caro autem & cutis.* Supra dixit de lepra, quæ eſt in vlcere, hic agitur de lepra quæ eſt in vulnere; & ponuntur duo caſus, caſus certus, & caſus dubius; Secunda ibi. *Quòd ſi pilorum.*

De quarta lepra, quæ in vulnere eſt. Quæſt. VI.

AGITVR hic de lepra quæ eſt in vulnere, accipiendo vulnus pro quacumque ruptura, vel nocumen- C to in cute, & carne, per violentiam agentis exterioris, vt ſi quis gladio percutiatur, vel ab igne in eo combuſturæ cauſentur, contingit enim, vt aliquando in loco vulneris ſanati fiat aliqua cicatrix verſa in alborem, & quòd humilietur magis quàm reliqua caro, & ꝙ mutentur pili à colore priſtino, & tunc iudicabitur eſſe lepra. Idẽ autem ſi in combuſtura relicta in corpore, naſcãtur pili alterius coloris, vel caro humilietur, & vertatur in alborem, erunt enim iſta ſufficientia ſigna lepræ. *Caro autem & cutis, quã ignis exuſſerit.* Solum dicitur hic de lepra, quæ naſcitur in combuſtura, quamquam idem iudicandum ſit de ſimilibus ſignis ſi appareant in cicatrice relicta ex alio vulnere. *Et ſanata albam ſiue ruſam habuerit cicatricem.* i. ſi caro cõbuſturæ habuerit cicatricem albam vel ſubruſam, poſtquam ſanata fuerit, erit hoc ſignum lepræ, & quamquam D hic ponantur tria ſigna ad concludendum lepram eſſe in vulnere combuſturæ, tamen iſta conuerſio in alborem videbatur ſufficere in hoc caſu, quia per hoc multum declinat cutis à colore naturali, & non eſt hoc ex conditione combuſturæ, quoniã humida, & tenera quando comburuntur, niſi comburantur vſque ad extremam reſolutionem, in nigredinem conuertuntur, & nunquam in albedinem: in duris autem contrarium efficitur, vt in lapide, & oſſe, quæ quando combuſta ſunt, in album vertuntur colorem. Aliquando tamen mollia, & humida ſi patiantur omnimodam reſolutionem per ignem, vertuntur in colorem album: hic tamen non fit plena reſolutio, cum aliqua combuſtura cauſatur in quacunque parte corporis humani, ideo ex natura combuſtura debet eſſe color niger, & nõ albus. Si ergo cicatrix vertatur in alborem in E combuſtura, ſatis videtur eſſe ſignum lepræ, cum iſta non proueniant ex naturali colore, nec ex combuſtura. *Conſiderabit eum ſacerdos.* Vt videat an appareãt iſta ſigna munditiæ, vel immunditiæ. *Et ecce verſa eſt in alborem.* Iſta eſt vna conditio lepræ, ꝙ cõuertatur color cicatricis in alborem, qui eſt color degenerans à puro & naturali colore, & cõuenit rei infectæ. *Reliqua cute humilior eſt locus eius.* i. ꝙ etiam ſi fuerit locus cicatricis magis profundus, & depreſſus in carne q̃ reliqua loca carnis, quia iſta humilitas carnis cauſatur ex corroſione lepræ. *Contaminabit eum.* i. Sacerdos iudicabit iſtum eſſe contaminatũ lepra, & extra caſtra ponendum. *Quia plaga lepræ in cicatrice eſt exorta.* Datur cauſa quare iſte ſit contaminatus. & dicitur quòd non eſt ideo, quia cicatricem habet combuſtura; ſed quia in ipſa cicatrice orta eſt lepra, quod faciliter contingit, cum ex corruptione ignis in carne potuerit cauſa-

Quæ ſint illa, quæ per cõbuſtionem vertũtur in colorẽ album, et quæ in colorem nigrum.

ri

ri aliqua mala qualitas, ex qua plaga oriretur lepra. *Quòd ſi pilorum color non fuerit mutatus*. Hic ponitur caſus dubius, ſcilicet, quando non apparent ſigna perfectè demonſtrantia plagam lepræ; & dicit, quòd ſi non fuerit pilorũ color mutatus in ipſa cicatrice, nec caro eius fuerit magis humiliata quàm reliqua caro, non concluditur manifeſtè eſſe leprã, ſi color cicatricis ſuboſcurus fuerit, ſed propter dubitationem ſubortam debet recludi homo ille, vt poſt ſeptem dies Sacerdos iudicet an ſit immundus, vel non. Iſta permanſio pilorum in colore priſtino, notat aliquo modo non eſſe lepram, quia cum pili recipiant colorẽ ex complexione carnis, in qua oriuntur, quãdo fuerit diuerſus color in pilis, arguitur diuerſa complexio in carne: ſi aũt pilorum color idem maneat, iudicabitur eadem manere complexio: ſed lepra immutat conditionem carnis in qua eſt. ergo ex lepra ſequitur permutatio capillorũ ad album colorem, ſi autem non fuerint mutati, dicetur non adeſſe lepra. *Nec humilior plaga reliqua carne.* Etiam hoc aliquo modo indicat non eſſe lepram in carne, quia cum lepra ſit virtutis corroſiuæ, ſi in carne eſſet, conſumeret ipſam carnem, & faceret eam humiliorem reliqua carne. ſi ergo non facit, non videtur eſſe lepra in carne. *Et ipſa lepræ ſpecies fuerit ſuboſcura*. id eſt, ſi ipſa cicatrix combuſturæ habuerit colorem ſuboſcurum, etiam eſt aliqualiter ſignum, quòd non eſt ibi lepra, quia color magis proprius lepræ, eſt ad quendam alborem, vel ſubrufum, ad ſuboſcurum autem non eſt lepra, vel rariſſimè, manet tamen aliqua ſuſpicio adhuc quòd ſit lepra.

Recludet eum ſeptem diebus. Vt in illo tempore fiat aliqua mutatio ad maius, vel ad minus, in ſignum lepræ, vt ſic iudicari poſſit, an lepra ſit, vel non.

Et die ſeptimo contemplabitur. id eſt, redibit Sacerdos die ſeptimo ad eum quem recluſerat, & intuebitur an fuerit facta mutatio, per quã iudicari poſſit an ſit lepra, vel non.

Si creuerit in cute lepra. id eſt, ſi poſt illos ſeptem dies repererit Sacerdos, quòd color, qui erat in cicatrice combuſturæ, tranſiuit ad vlteriores partes corporis, iudicabit eſſe immundum illum virum; cuius ratio eſt: quia ſi fuiſſet ille color cicatricis ex qualitate combuſturæ, non maneret aliqua qualitas peſtifera & conſumptiua, ſecũdum quam reliqua caro inficeretur, tamen quando color ille, qui erat in cicatrice tranſiuit ad alias partes carnis vicinę, videtur eſſe factum ex quadam infectione illius carnis cicatricis, ergo erat ibi plaga lepræ, quæ carnem vicinam conſumpſit.

Contaminabit eum. id eſt, iudicabit eum eſſe contaminatum. *Si autem in loco ſuo candor ſteterit*. Hic ponitur ſignum ad mundandum hominem, ſ. ſi non pertranſiuit ille color cicatricis ad alias partes carnis vicinæ, ſed ſtetit in loco ſuo, tũc enim iudicatur eſſe mundus. Huius ratio eſt: quia ſi fuiſſet ibi lepra, cum ipſa ſit virtutis conſumptiuæ, & infectiuæ carnis, quę vicina eſt, infeciſſet priores terminos cicatricis tranſiens; ſi autem non tranſiuit, non eſt lepra, quia per ſeptẽ dies aliquid de vicina carne corrupiſſet, immutans colorem, ſi lepra fuiſſet. *Si autem in loco ſuo candor ſteterit*. Dicitur autem ſtare candor in loco ſuo, quando non pertranſit terminos cicatricis.

Non ſatis clarus. ſcilicet, quòd ille candor non ſit multũ clarus, quia tunc vocatur albor degenerans à pura albedine: ſed candor non ſatis clarus, dicitur eſſe color ſubrufus, quòd ſi fuiſſet iſte color ſubrufus mutatus in alborem, etiam ſi non fuiſſent alia ſigna lepræ, erat ibi ſuſpicio de lepra, & non deberet homo iudicari immundus, ſicut hic propter colorem ſuboſcurum.

Plaga combuſtionis eſt. ſcilicet, quando apparuerit iſte candor ſub quadã ſuboſcuritate, iudicatur eſſe plaga cõbuſturæ, id eſt, quòd nihil aliud eſt, niſi plaga combuſturæ; & ille color ſubrufus, qui ibi eſt cauſatus, fuit ex conditione combuſturæ, quia combuſtio aliqualiter immutauit qualitatem carnis, & cutis, quamquam non cauſauit aliquam qualitatem infectiuam, ſicut eſt lepra.

Et idcirco mundabitur. i. indicabitur eſſe mundus iſte vir à Sacerdote, vt ab oĩbus recipiatur tanq̃ mũdus. *Quia cicatrix eſt cõbuſtura*. Datur cauſa quare iſte homo denũcietur mũdus, et eſt, quia iſte color ſuboſcurus eſt ipſius combuſturæ, & nõ eſt à lepra exorta ĩ cicatrice. *Vir ſiue mulier*.

Caſus dubius in lepra.

De quinta ſpecie lepræ, quæ eſt in capite. Queſt. VII.

HIc conſequenter agitur de alia ſpecie lepræ, quæ eſt in capite, vel in barba. Et diuiditur in duas partes, quia Primò ponitur caſus certus; Secundò caſus dubius. Secunda ibi: *Si autem*. Iſte eſt alius modus lepræ, quãdo naſcitur lepra in barba, vel in capillis, & inquiruntur ſigna ſicut in alijs modis lepræ ſupra poſitis, ſcilicet, quòd mutetur color capillorũ à colore naturali priſtino, & quòd caro, in qua fuerit iſta macula, ſit humilior tota alia carne, & cum iſta duo ſint, cõtaminatus eſt lepra, qui iſta habet. Cauſa huius ſatis apparet ex ſuperioribus, quia color pilorum variatur ex complexione partis carnis, in qua eſt: cum ergo fuerit facta mutatio in colore capillorum, aliquo modo arguitur lepra: ſi autem non ſit facta mutatio, econtrario aliquo modo inducitur non eſſe lepram: ſed ponitur humilitas, vel depreſſio carnis ſignum lepræ, cum ergo fuerit facta corroſio, & depreſſio in carne, arguetur eſſe lepram, ibi: *Vir ſiue mulier, in cuius capite, vel barba*.

De ſexta lepra, quæ eſt in capite, vel barba. Quæſt. VIII.

EX hoc inducit, quòd aliquando cauſatur lepra in barba, & aliquando in capillis capitis, vel barbæ, nec tamen intelligendum eſt, quòd in ſolis capillis capitis, vel barbæ ſit iſta lepra, ſed in cute, & in carne; & deinde in ipſis pilis orientibus ex carne; quod apparet: quia in littera dicitur: ſi locus lepræ fuerit humilior carne reliqua. Sed non poteſt eſſe humilior reliqua carne, niſi ſit lepra ibi, quæ per virtutem ſuam corroſiuam conſumpta humiditate feceri locum illum humiliorem carne reliqua. *Lepra germinauerit*. Dicitur lepra germinare, id eſt, creſcere, quia ad modum germinis ſiue rami, extendit ſe per cutẽ, in qua eſt, ſicut ſupra dicebatur, ſi lepra effloruerit diſcurrens in cute, & operuerit totam carnem à capite vſque ad pedes. Signat enim germinare multiplicari, vel extendi. De multiplicatione habetur Exodi 5. cap. cũ dicitur: Filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt. Et ponitur ibi germinantes, ad ſignandã magnam multitudinem, hic ponitur ad ſignandam extenſionem: lepra enim germinat, quando in vna parte corporis incipiens, diſcurrit ad alias. *Videbit eum Sacerdos*. id eſt, conſiderabit Sacerdos aſpectum lepræ in corpore, vel barba illius hominis, vt ſciat an ibi ſint omnes cõditiones demõſtrantes lepram. *Et ſi quidem humilior locus fuerit carne reliqua*. Iſtud eſt vnum ſignum de illis quę monſtrant lepram, ſecundum quod ſupra declaratum eſt; & eſt de ſignis maximè conuenientibus lepræ, quia lepra eſt ægritudo corroſiua, ex qua cauſatur humilitas in carne. *Et capillus flauus*. Iſtud eſt vnum ſignum de demonſtrantibus lepram: flauum enim ſignificat ſubrubeum, quod eſt medium inter nigrum, & rubeum: & hoc pertinet ad lepram. Si autem eſſet capillus niger, nõ deſignaret ſpecialiter lepram ſicut infra patet. *Solitoq; ſubtilior*. id eſt, ſi ille capillus ſit magis delicatus, vel gracilis, quàm antea eſſe cõſueuerat, hoc etiam ſignum lepræ eſt: nam capilli aliquando ſunt groſſi, ex eo, quòd materia eorum eſt groſſa, & non ſubtiliatur per ignẽ valde digerentem. Si autem ignis ſiue calor capitis multum digerit, manebit illud quod eſt purè terreum, & erit ſubtile: cum autem non eſt magnus calor digerens, erunt capilli magis groſſi.

In leproſis autem ſic eſt, quoniam lepra eſt naturæ calidæ, ideo in parte illa in qua eſt, deſiccat materiam pilorum, quod apparet ex eo, quòd locus lepræ eſt humilior carne reliqua, quia lepra cõſumit carnẽ illam, ideo materia capillorum ibi erit valde pauca, & multũ terreſtris, & ob hoc capilli neceſſariò erũt ſubtiliores quàm in aliis partibus corporis, vel ſubtiliores, quàm eſſe conſueuerãt. *Contaminabit eos*. Ad virum & mulierem refertur: quia dictum fuit ſupra: Vir ſiue mulier, in cuius capite, vel barba, germinauerit lepra, & dicitur: quòd cõtaminabit eos, id eſt, contaminatos eſſe decernet. *Quia lepra capitis, ac barbæ eſt*. Iſta eſt cauſa quare iudicantur contaminati, ſcilicet, quia in barba, vel in capite lepra nata eſt. *Si autem*

Germinare quid ſit.

Lepra eſt naturæ calidæ.

viderit

viderit locum maculæ. Hic ponitur caſus dubius, in quo nõ videtur manifeſtè an lepra ſit, & hoc, quia non apparent in eo loco ſigna, quæ apparere debẽt ad indicandũ adeſſe lepram, ſ. quia caro illius loci, in quo eſt aſpectus lepre, eſt æqualis reliquæ carni, & capillus eſt niger; quæ duo ſunt ſigna, quòd non eſt ibi lepra; & tamen nec adhuc iudicari debet mundus ille, qui habet aſpectum lepræ: ſed debet claudi per ſeptẽ dies. *Si autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni.* ſ. quòd non eſt facta aliqua mutatio per corroſionem, ad hoc, quòd locus ille ſit depreſſior carne vicina; nec tamen ex hoc iudicari debet mundus homo; quia quamquam nondum lepra conſumpſerit partem illam carnis, eam deſiccando, & faciendo humiliorẽ carne reliqua; tamen adhuc poterit facere; & fortè nondum factum fuit: quia à modico tempore ante lepra incœpit, vel quia paruę efficaciæ eſt. & non poteſt faciliter conſumere carnẽ, in qua eſt. *Et capillum nigrum.* i. ſi viderit Sacerdos eſſe capillum nigrum; Hoc autem aliquale ſignum eſt quòd non eſt ibi lepra: quia ipſa eſt immutatiua coloris capillorum. Dicitur tamen, quòd ex hoc non eſt immediatè mundus, quia illa lepra eſt paruæ efficaciæ, & non potuit cito conuertere ad ſe cõditionem carnis, in qua eſt: & quia color capillorum conſequitur cõditionem carnis, non poterit cito mutari color pilorum, ſed expectandum eſt per aliquot dies, donec videatur an ſit ibi lepra, vel nõ. *Includet eos*, ſcilicet, virum, & feminam, de quibus ſupra dixit, quòd in eorum capite, vel barba lepra germinaret, *Septem diebus.* Poterat agnoſci mutatio in capillis, & carne in ſeptem diebus an exprimerent veram lepram, vel non. *Et die ſeptimo intuebitur.* Vt reſpiciat an fuerit facta mutatio propter quã iudicentur mundi, vel immundi ſecundum leges, quæ infra habentur. *Si non creuerit macula, & capillus ſui coloris eſt.* Hic ponitur de illis quæ accidere poterãt, ſcilicet, recluſionem ſeptem dierum; & dicitur, quod ſi macula illius non creuerit vltra locum ſuum, & tamen capillus eſt ſui coloris, id eſt, nõ fuit mutatus à primo colore, exiſtens niger, vt ante, *Et locus plagæ carni reliquæ æqualis.* id eſt, etiamſi non fuit facta aliqua mutatio in ipſa carne, in qua eſt lepra, quamuis adeſſe depreſſiorem, vel eleuatiorem: hæc enim ſigna videntur inducere aliqualiter, quod non eſt lepra in barba, vel capite: quia aliàs apparuiſſet aliquod iſtorum ſignorum, ſcilicet, quòd non fuiſſet factus capillus flauus, & ſubtilior ſolito, vel non fuiſſet locus lepræ æqualis reliquæ carni. Sed adhuc non concluditur ſufficienter: quia non eſt illa lepra, quia quamquã per iſtos ſeptem dies non eſſet facta aliqua mutatio, poterat tamẽ fieri poſtea: ideo iubetur, quòd adhuc teneatur per aliquot alios dies. *Radetur homo abſque loco maculæ.* Volebat Deus, vt recluderetur iſte homo p alios ſeptem dies, & vt magis apparere poſſet an eſſet maculatus lepra, vel non, iubebatur, vt raderetur caput eius, vel barba, ſcilicet, in circuitu illius maculæ; & non raderetur locus maculæ. Hoc autem fiebat, vt videretur ſi lepra diſcurrebat per alias partes corporis: nam exiſtente multitudine capillorum, non poterat videri an ſuccreuiſſet lepra propter capillos contegentes; cum autem eſſet totus locus in circuitu raſus, ſatis apparebat an plaga lepræ ad alia loca ſe diffunderet. *Et recludetur ſeptem aliis diebus.* Quia in iſtis ſecundis ſeptẽ diebus, poterat ſufficiẽter cognoſci, an eſſet verè lepra, vel aliquid alterum. *Si die ſeptima.* Hic ponitur quid fieri deberet, quando ille, qui habebat huiuſmodi maculam, conſiderabatur à Sacerdote poſt ſecundos ſeptem dies, & dicitur, quòd ſi non eſſet facta mutatio in plaga, quantum ad extenſionem, ſcilicet, quòd non tranſiſſet priores terminos; nec etiam fuiſſet facta mutatio in depreſſione, aut contractione carnis, vel cutis, debebat iudicari homo ille mundus, & nõ erat vltra recludendus ad conſiderandam munditiam, vel immũditiã. Cauſa huius eſt: quia ſi lepra vera fuiſſet, in quatuordecim diebus, in quibus facta eſt recluſio, potuiſſet demõſtrari aliquod ſignũ eius, tamen non fuit aliquid apparẽs, ſatis ergo rationabiliter mundus debet iudicari. *Si die ſeptima viſa fuerit ſteriſſe plaga in loco ſuo.* Loquitur de ſecunda die ſeptima, quæ eſt quartadecima à prima die recluſionis, ſi in illa die viſa fuerit plaga ſtetiſſe in loco ſuo, i. q; non tranſiuit locum, in quo ante erat. *Nec humilior carne*

A *reliqua.* id eſt, ſi non fuit facta aliqua profunditas in carne per conſumptionem lepræ. *Mundabit eum.* id eſt indicabit illum virum eſſe mundum: quia Sacerdos ipſe mundare non poterat. *Lotiſq; veſtibus ſuis mundus erit.* id eſt, ſi ſic compertum fuerit in ſecundis ſeptem diebus recluſionis, lauabit veſtimenta ſua homo ille, accipiendo lotionem pro illa, quæ fit in aquis viuentibus, & nõ pro aſperſione aquæ luſtrationis, ſicut ſupra declaratum fuit. Fiebat autem iſta lotio veſtium ad maiorem honeſtatem; vt ſi forte aliqua macula inhęſerat veſtibus per iſtam ablutionem tolleretur. *Si autem poſt emundationem.* Hic nunc ponitur alius caſus. ſ. ſi aliquis poſtquã recluderetur quatuordecim diebus, & non appareret immundus, & deinde cum iudicatus fuiſſet mundus, appareret ſuccreuiſſe in carne eius maculam lepræ, debet iudicari ille homo im-
B mundus; Huius cauſa eſt; quia ſi non eſſet illa macula ex lepra, non permanſiſſet tot diebus. Sed poſt tot dies adhuc viſa eſt in cute, ergo condemnandus eſt iſte homo de lepra. *Si autem poſt emundationem.* ſcilicet poſt illam quæ facta eſt die quartadecima in vltima recluſione. *Rurſus creuerit macula in cute.* id eſt, ſi apparuerit iterum illa plaga lepræ extendere ſe per maiorem locum quã ante erat. *Non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem ſit mutatus.* i. ſi reperiatur ſolum creuiſſe macula extenſa per vlteriores partes corporis, non debet inquirere alia ſigna lepræ. & ideo quamuis mutatio capillorum in flauum colorem ſit vnum de ſignis demonſtrantibus lepram, tamen non oportet quòd inquiratur, an ſit in illo homine. Huius cauſa eſt: quia ſola extenſio maculæ per vicinam carnem ſufficit ad monſtrandum eſſe lepram: nam poſt tot dies
C non ſufficit aliqua virtus, aut qualitas infectiua, per quam poſſet tantum ſe extendere macula iſta, niſi eſſet vera lepra. *Quia apertè immundus eſt.* Iſta eſt cauſa, quare non debeat inquiri an capilli conuerſi ſint in flauum colorem; quoniam ſi vnum ſufficit ſignum ad probandum lepram, non oportet inquiri alterum, quod erat de flauo colore capillorum. *Porrò ſi ſteterit macula.* Hoc refertur ad ſecũdam recluſionem in die ſeptimo, in quo ſi Sacerdos reperiret eſſe hominem capillorum nigrorum, & maculã non creuiſſe, debet iudicare eum eſſe mundum. Cauſa huius eſt; quia ſi ibi fuiſſet immunditia lepræ, in tot diebus ſuccreuiſſet locus maculæ, vel capilli effecti fuiſſent flaui: ſed neutrum apparet, ergo debet pronunciari homo mũdus. *Porrò, ſi ſteterit macula.* id eſt, ſi non pertranſierit macula lepræ locum, in quo ante erat. *Et capilli nigri fuerint.* ſcili-
D cet, non mutati in flauum colorem, quod eſt ſignum lepræ, vel in alborem, quod ad idem pertinet. *Nouerit hominem eſſe ſanatum.* i. ex hoc Sacerdos debet intelligere quòd ille homo ſanus ſit, nihil immunditiæ habens. *Et confidenter eum pronunciet mundum.* id eſt, non dubitet Sacerdos pronunciare talem hominem eſſe mundum.

Ad quod tempus referatur hoc, quod in littera dicitur. Quæſt. IX.

QVÆRET autem aliquis ad quod tempus referatur hoc? Aliquis enim dicet, quòd refertur ad aliquia tempora poſt ſecundam recluſionem, & emundationem, ſi non apparet aliquod ſignum lepræ vlterius in homine illo, & hoc patere poteſt ex ſuperiori-
E bus; quia immediatè dictum eſt, quòd ſi poſt emundationem iterum videretur ſignum lepræ in cute, creſcẽte macula; debet talis homo iudicari immũdus. Hic autem dicitur immediatè, quòd ſi ſteterit macula, ſcilicet, quòd non tranſierit terminos priores, confidenter debet Sacerdos iudicare illum hominem eſſe immundum: ergo ad idem tempus refertur. Item patet hoc: quoniam non poteſt aliquis pronunciari mundus confidenter, niſi fortè certum ſit, quòd illa macula lepræ non redibit: ſed aliquando contingit poſt ſecundam emundationẽ quatuordecim dierum eſſe immunditiam in aliquo ſupercreſcente ipſa macula lepræ, & diſtenſa ad alia loca; ergo nõ poteſt iudicari tunc confidenter mundus. Aliquis autem dicet, quòd neceſſarium eſt referri ad ſeptimum diem ſecundæ recluſionis, & emundationis: nam Sacerdos nunquam iudicabat de ipſo leproſo, poſtquam eum ſemel emundaſſet,

emundaſſet, niſi iterum appareret in eo aliquod ſignum lepræ; ergo oportet, quòd ad vltimam emundationem, quæ fiebat in ſecunda recluſione, referatur, & hoc tenendum eſt. Et quando arguitur, quod in ſuperioribus agitur de immunditia, quæ apparet poſt ſecundam emundationem, ergo debet agi de pronũciatione quam facit Sacerdos poſt emundationem ſecundam. Reſpondendum, ꝙ non valet conſequentia: nam poſt ſecundam emundationem ſacerdos poteſt aliquem iudicare pollutum, ſi apparent in eo ſigna lepræ: & tamen non poteſt eum iudicare mundum poſt ſecundam emundationẽ, quia non eſt aliquid, de quo eum iudicet eſſe mundum, niſi iterum inciderit in immunditiam. Ad ſecundum reſpõdendum eſt, quando dicitur: quòd ſacerdos debet pronunciare confidenter iſtum eſſe mundum: quia non poteſt fieri niſi aliquanto tempore poſt ſecundam emundationem. Ad hoc eſt reſpondendum, quòd ſi accipiatur pronunciari confidenter propriè, non poteſt pronunciari confidenter de aliquo viro, quòd non ſit leproſus exiſtente in illo macula etiam non creſcente, quia etiam in quartodecimo die, qui eſt vltimus ſecundæ recluſionis, non poteſt ſacerdos iudicare hominem mundum confidenter accipiẽdo propriè confidenter, quia poſt hoc aliquando contingit apparere lepram in carne. Ergo ſi accipiatur etiam aliquantum tempus poſt ipſam ſecundam recluſionem, & emundationem, non poterit confidẽter pronunciare illum hominem eſſe mundum; quia adhuc poſt hoc poterit illa macula ſuccreſcere, & fieri maior in cute. Dicendum igitur, quòd accipitur hic pronunciare confidenter, largè. i. pronunciare rationabiliter de certitudine quantum ſufficiebat homo præſumere: nam cum aliquis quattuordecim diebus fuerit recluſus per duas recluſiones, & poſt hoc fuiſſet emundatus, ſatis præſumebatur rationabiliter, ꝙ iſte homo nõ erat leproſus, ideo poterat Sacerdos pronunciare confidenter eſſe illum virum mundum, quamquam poſtea contrarium appareret. *Vir, ſiue mulier, in cuius cute*. Hic tollit Legiſlator quoddã dubium, quoniam dictum fuerat, ꝙ quando in aliquo apparebat cãdor, erat ſignum lepræ, & ille vir recludendus erat: hic aũt aliquis putaret, ꝙ quandocunque apparerẽt aliquæ maculæ candoris, ꝙ erat homo leproſus, & reſpondet, quòd non eſt ſemper hoc verum: nam interdum ſunt iſtæ maculæ, & homo eſt mundus, vt ſi ille color albidus fuerit ſubobſcurus, non multum declinans ad alborem, non iudicabitur ille homo eſſe habens maculam lepræ. *Vir, ſiue mulier, in cuius cute candor apparuerit*. id eſt, macula coloris candidi. & eſt hoc intelligendum, quando ſolum apparet candor, & nõ mutatio pilorum in alterum colorem, nec ſubtilitas pilorum plus ſolito, aut locus aſpectus lepræ non eſt depreſſior reliqua carne, nec ibi eſt aliqua caro viua apparens, nam quodcumque horum apparuerit cum ipſo candore cutis, aut faciet ſufficienter præſumi, & iudicari hominem eſſe immundum, aut ſaltem induceret quandam præſumptionem ad hoc, vt recludatur talis homo, ſecundum regulas ſupra poſitas. Sed dicitur hoc, quando habet ſolum candorem: nam ſi tunc fuerit ille cãdor ſubobſcurus, non iudicabitur vir eſſe immundus; nec recludetur tamquam ſuſpectus de lepra, ſed ſimpliciter iudicabitur mundus. *Intuebitur eos Sacerdos*. Refertur ad virum, & mulierem, de quibus dicebatur ſi appareret candor in cute eorum. Sacerdos autem intuebatur eos. ſ. vt videret an haberent aliquod alterum ſignum lepræ præter candorem, per quod immundi iudicari poſſent. *Si deprehenderit ſubobſcurum alborem lucere in cute*. i. ſi Sacerdos inquirens inueniat, quòd iſti habent ſolas maculas candoris, & iſtæ non ſint totaliter candidæ, ſed ſubobſcuræ. i. declinantes ad nigredinem. *Sciat non eſſe lepram, ſed maculam coloris candidi*. id eſt, quando macula illa ſubobſcura eſt, dum tamen non habeat concomitantia alia ſigna immunditiæ, iudicabitur non eſſe lepra, quia ſi lepra eſſet, ſaltem macula eſſet coloris candidi, vel ſubrufi. *Et hominem mundum*. i. cum iſta viderit iudicabit hominem eſſe mundum à lepra. *Vir de cuius capite*. Hic agitur de quadam ſpecie lepræ quæ eſt in capillis, ſ. in parte anteriori capitis, vel in poſteriori, quod iudicatur per caſum capillorum; exiſtimarent aliqui, quòd quãdocumque alicui

D. termini quæ pronũciatio.

D. lepra, quæ eſt in capillis.

F capilli caderent de parte anteriori, ſecundum quòd homo vocatur caluus, vel de parte poſteriori, in quo vocatur homo recaluaſter, eſſet leproſus. Hic autem reſpondetur quando ex hoc dicatur lepra, vel quando non. *Vir de cuius capite*. Non magis hoc referendum eſt ad viros quàm ad feminas: nam ſi in feminis reperiatur eadem caluities, vel recaluatio, quæ eſt in viris, idem dicetur quod hic indicatur de viris: ſed rarius iſta in feminis contingunt. *Caluus ac mundus eſt*. id eſt, ex eo, quod ſolum pili cadunt, nõ eſt aliquis leproſus, ſed caluus & mundus. Nam fluor capillorum quædã infirmitas eſt per ſe, quę Alopecia dicitur, & multum differt à lepra, maximè autem quãdo in parte anteriori cadunt pili, ſecundũ quòd homo dicitur caluus: nam iſtud multum eſt naturaliter. *Et ſi a fronte ceciderint pili, recaluaſter, & mundus eſt*. Poſſũt enim cadere pili à parte

Alopecia quid ſit.

G te anteriori, & vocatur homo communiter caluus. Cum autem iſti pili cadunt à parte dextra, aut ſiniſtra capitis, ſcilicet, à parte auriũ, vel à parte poſteriori, vocatur communiter ille homo recaluaſter; quamquã aliquando dicatur recaluaſter ille etiam, cui à parte anteriori pili cadunt. Et dicit hic littera, quòd iſti ſunt mundi ſiue calui, ſiue recaluaſtri: dum tamen nihil aliud appareat in ipſa recaluatione, vel caluitio, niſi capillorum fluor. Cum aũt alia ſigna apparent, aliter iudicandum eſt, vt immediatè apparet. *Si autem in caluitio ſiue recaluatione*. Hic ponitur quando apparent aliqua ſigna in fluxu capillorum, per quæ poteſt de aliquo cognoſci, quòd habeat lepram, & hoc eſt cum ſubοritur color albus, vel rufus in loco fluxus capillorum, Et ponitur hic caluitium, & recaluatio, quoniam caluitium dicitur caſus capillorum à parte anteriori, ſcilicet, à fronte. Aliquando autem accipitur caluitiũ

H pro quacunque depilatione capillorum in toto capite, ſiue ab anteriori, ſiue à poſteriori parte. de hoc pater Deuteron. 14. cap. cum dicitur: non vos incidetis, nec facietis caluitium ſuper mortuo: eſt autem facere caluitiũ ſuper mortuo capillos capitis depilare, & nõ magis à parte anteriori quàm ab alijs. Recaluatio dicitur hic fluxus capillorum à parte dextra, vel ſiniſtra, vel poſteriori capitis, vt diſtinguitur contra caluitium quod eſt in parte anteriori. *Albus vel rufus color fuerit exortus*. Iſti duo colores, aut quilibet per ſe ſunt ſigna lepræ, & quamquam in alijs nõ ſufficeret aliquem habere colorem candidum, vel rufum ad condemnandum eum de lepra, hic tamen ſufficit, quia non ſolũ eſt iſta macula diuerſi coloris, ſed etiam eſt fluor capillorum; capilli autem fluunt ex aliqua ſpeciali quali-

Caluitiũ dupliciter accipitur.

I tate quæ eſt in cute, & carne faciente illos fluere. Cũ autem poſt fluxum capillorum apparet macula albi, vel rufi coloris in caluitio, ſufficienter probatur eſſe ibi lepram, quia ipſa fuit, quæ fecit fluere capillos. Cauſa autem erit, quia capilli ſunt ex materia quadam digeſta, & exeunte per poros carnis, & formata in ipſis poris, cum autem lepra eſt in cute, quia illa eſt virtutis conſumptiuæ, interdũ conſumit id, in quo tenentur radices capillorum, vel tollendo id per quod contaminatur ipſorum extẽſio, & magnitudo; & ſic neceſſariũ erat capillos preexiſtentes fluere, & alios iterum non oriri. Dicitur autem hic, ſi ortus fuerit color albus, vel rufus, non accipitur proprie albus, quia albedo non deſignat lepram, cum ſit color quidam mundus, ſed accipitur albus color pro colore, qui eſt color degenerans à pura albedine, & hæc pertinent ad le-

K pram. *Et hoc Sacerdos viderit*. ſcilicet, quòd capilli deffluxerũt, & poſtea in loco caluitij, vel recaluationis orta fuerit macula rufa, vel candida. *Condemnabit eum*. id eſt, iudicabit cũ eſſe leproſum, & ſeparari debere ab aliis. *Procul dubio lepra eſt quæ exorta eſt in caluitio*. Hic reddit cauſam quare debeat iſte condemnari de lepra: & dicitur, ꝙ cauſa eſt, quia non ſolum capilli fluxerunt de capite, ſed etiam orta fuit plaga lepræ in ipſo capite; & non eſt ſenſus, ꝙ in caluitio orta fuerit plaga lepræ, quaſi poſt fluxũ capillorum nata fuerit plaga lepræ, quoniam antequam capilli fluerent, erat lepra in cute, & ipſa fecerat fluere capillos: ſed dicitur quod orta eſt plaga lepræ in caluitio, quia poſtquam fluentibus capillis caluitium, vel recaluatio facta eſt, apparuerunt varij colores pertinentes ad lepram, qui antea tegentibus capillis non videbantur.

Iſte quare de lepra condẽnari debeat.

Quicun-

Quicunque ergo maculatus fuerit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitrium Sacerdotis; habebit veſtimẽta diſſuta, caput nudum, os veſte contectũ, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit. Omni tempore quo leproſus eſt, & immundus, ſolus habitabit extra caſtra. Veſtis lanea ſiue linea, quæ lepram habuerit in ſtamine atque ſubtegmine aut certè pellis, vel quidquid ex pelle confectũ eſt, ſi alba vel rufa macula fuerit infecta, lepra reputabitur, oſtendeturq. Sacerdoti; qui conſideratam recludet ſeptem diebus, & die ſeptimo rurſus aſpiciens ſi deprehenderit creuiſſe, lepra perſeuerans eſt: pollutum iudicabit veſtimentum, & omne in quo fuerit inuenta: & idcirco comburetur flammis. Quod ſi eam viderit non creuiſſe, præcipiet, & lauabunt id, in quo lepra eſt, recludetq; illud ſeptem diebus alijs. Et cum viderit faciem quidem priſtinam non reuerſam, nec tamen creuiſſe lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eo quòd infuſa ſit in ſuperficie veſtimenti vel per totum lepra. Sin autem obſcurior fuerit locus lepræ, poſtquam veſtis eſt lota, abrumpet eum, & a ſolido diuidet. Quod ſi vltra apparuerit in his locis, quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga: debet igne comburi. Si ceſſauerit, lauabit aqua ea, quæ pura ſunt, ſecundo, & munda erunt. Iſta eſt lex lepræ veſtimenti lanei & linei, ſtaminis, atque ſubtegminis, omniſq. ſupellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

Lepra veſtium.

De lepra quid.

Quicumque ergo. Hic ponitur ſeparatio leproſorum ab omnibus aliis. Eſt enim lepra morbus peſſimus, reddens hominem inutilem, etiam eſt multum infectiuus, quia ſi leproſus communicauerit cum aliis hominibus magna communicatione, inducet plagam lepræ ſuper eos, ideo Deus diligens munditiam Iudęorum, iuſſit, vt magna cura cauerent, ne inciderent in plagam lepræ, vt habetur Deuter. 24. capite, cum dicitur: Obſerua diligenter ne incurras plagam lepræ, ſed facies quæcumque docuerint te Sacerdotes Leuitici generis, iuxta id, quod præcepi eis implere. Et non ſolum mandabat Deus, quòd abſtineret homo ne incideret in plagam lepræ, ſed etiam, quòd obſeruaret ſe ab illis peccatis, vt à murmuratione, & ſimilibus, de quo in eadem littera dicitur: Mementote quæ fecerit Dominus Deus veſter Mariæ in via cum egrederemini de Aegypto. q. d. quòd afflixit eam morbo lepræ, quia murmurauit contra Moyſen, vt habetur Numer. 12. cap. ideo iſti leproſi ad cauendum periculum aliorum, ſeparabantur à ceteris extra caſtra. & non ſolum hoc, ſed, quia poterat aliquis homo ire extra caſtra, & obuiare leproſis, non cognoſcens eos, & per hoc communicare illis, iubebatur, vt alia ſigna haberent in veſtibus per quæ cognoſci poſſent, etiam cum viderentur à longe, vt patet hic in littera. *Quicumque ergo maculatus fuerit lepra.* Datur regula de hominibus illis, qui iudicati ſunt tanquam vere immundi in lepra, & quid facere debeant toto illo tempore, quo leproſi ſunt. *Et ſeparatus ad arbitrium Sacerdotis.* id eſt, quòd illi qui leproſi erant, ſeparabantur à ceteris hominibus per iudicium Sacerdotis; ipſe enim ſolus in hac cauſa iudicare poterat, vt in principio dictũ eſt. Erat autem ſeparatio iſta non in aliqua domo intra caſtra, vel Ciuitatem, ſicut illi qui erant dubij de lepra, & recludebantur ſeptem diebus in aliqua domo, vt tranſactis illis Sacerdos conſideraret an eſſet lepra, vel non, vel de reclusione, quæ eodem modo fiebat in ſecundis ſeptem diebus, ſed dicitur ſeparari debere, id eſt, poni extra caſtra, vt patet infra in littera. *Habebit veſtimenta ſua diſſuta.*

Separatio leproſorũ ab aliis hominibus.

De figura veſtium antiquitus apud Iudæos tam in ſanis quam in leproſis. Quæſt. X.

ISTVD erat vnum ſignum leproſorum, quoniam ceteri homines habebant veſtimenta conſuta, leproſi autem habebant illa diſſuta, in quo innuitur figura veſtium illius temporis; nam cum Deus ponat hic veſtes leproſorum diſtinctas eſſe à veſtibus aliorum hominum, & veſtes leproſorum dicit debere eſſe diſſutas, i. apertas, oportebat ergo aliorum hominum veſtes eſſe conſutas, i. totaliter clauſas non habentes aliquam aperturam in parte anteriori à ſurſum vſque ad deorſum, ſicut plerique hominum vtuntur, nec etiam habebant aliquam aperturam in lateribus, ſed ſolum in capitio per quod caput immit-

A tebatur: ſic etiam patet de veſte Sacerdotali hyacinthina, quæ ſolum erat aperta in capitio, vt habetur Exo. 28. Dicuntur aũt hic eſſe veſtes diſſutæ ad cognitionem, & diſtinctionem ab aliis, quia alij homines vtebantur aliis veſtibus: vt ergo iſti eſſent diſtincti in habitu à ceteris, debuerunt veſtes eorum eſſe diſſutæ: fuit enim hoc neceſſarium: nam quamquam eſſent leproſi extra caſtra, tñ extra illa exeuntes homines inuenirẽt interdum leproſos, quos nõ poſſent cognoſcere, & comitarentur illos, quod inconueniens erat; ideo debuit dari extra caſtra etiam aliquod ſignum, per quod diſtinguerentur leproſi à ceteris; & hoc fuit in diuerſa figuratione habitus, ſcilicet, quòd veſtes eorum eſſent diſſutæ, & veſtes aliorum clauſæ. Nicolaus autem dicit, ꝙ veſtes iſtæ erant diſſutæ circa collum, ita, quòd ibi eſſet magna apertura, ne præſtrictione foramiB nis capitij læderentur ipſi leproſi ex contactu plagæ. Sed hoc nihil differt, quoniam Deus non curabat qualiter leproſi haberent veſtes conuenientes morbo ſuo, ne læderentur in veſtiendo, ſed curabat de veſtibus eorum quantum ad diſtinctionem ab aliis hominibus, vt cognoſcerentur, & non inficerent ceteros. Aliter autem Hebræi dicunt, & videtur hoc ſentire Magiſter in Hiſtoria Scholaſtica, quòd illa veſtis erit diſſuta, & aperta circa cor, in ſignum magni doloris, ſicut ſi ei pater, aut frater, aut aliquis ei propinquus mortuus eſſet, qui talem veſtem haberet. Erat enim conſuetudo apud antiquos, quòd in ſignum magni doloris veſtes ſcinderent, vt patet in multis locis Sacræ Scripturæ, & habetur Matthæi 26. cap. quòd ſummus Sacerdos ſcidit veſtimenta ſua, quando dixit, quòd Chriſtus blaſphemauerat; & aliqui quando
C audiebant aliqua illatiua magni doloris, & anguſtiæ ſcindebant veſtimenta ſua; & ob hoc Deus per Ioelem cap. 2. volens Hebræis imponere magnum planctum, dixit, quòd ſcinderent corda ſua, & non veſtimenta ſua. Aliquando tamen iubebat Deus demonſtrare triſtitiam in depoſitione ornatus, quia ſic habetur Exodi 33. cap. cum vellet eos punire pro peccato vituli fabricati, cum dicitur: iam nunc depone ornatũ tuum, vt ſciam quid faciam tibi, & ſequitur ibidem, quòd depoſuerunt filij Iſrael ornatum ſuum ex monte Oreb; & nemo indutus eſt ex more cultu ſuo. Sic autem erat de iſtis leproſis, quia illi habebant triſtitiam magnam, tamquam mortui eſſent, ideo veſtes habebant diſſutas. Sed conuenientius dicitur, quod ſupra ponebatur, ſcilicet, quòd iſtæ veſtes eſſent diſſutæ ad diſtinguendum leproſos à ceteris. *Caput*
D *nudum.* Iſta erat quædam conditio magna, in qua cognoſcebantur leproſi à ceteris, ſcilicet, quòd haberent caput ſuum nudum, & erat hoc, vt cognoſcerentur ab omnibus aliis, ſic enim diſtinguebantur à ceteris in hoc, quòd haberent veſtes diſſutas, ita etiam in capite nudo; & iſta cognitio erat dupliciter per caput nudum. Primò, quia ſi lepra eſſet in capite, exiſtente illo nudato apparerent maculæ candidæ, vel rufæ in caluitio, vel recaluatione, & per hoc videntes cognoſcerent illũ eſſe leproſum, & ita eum vitarent. Si aũt fuiſſet caput velatum, non cognoſcerent an leproſus eſſet. Secũdo cognoſcebatur lepra per capitis nudationem, quia ſicut leproſus erat diſſimilis ceteris hominibus in figuratione veſtiũ ſuarũ, cum diſſutæ eſſent: ita & in capitis nudatione diſſimilis erat, quoniam ceteri habebant capita velata, ipſi autem habe-
E bant illa nuda. Pro quo ſciendum, ꝙ apud Hebræos conſuetudo fuit quaſi à principio gẽtis illius, & vſque hodie aliqualiter obſeruatur, ꝙ omnes capita velata haberent, inhoneſtè .n. aliqui Hebręi ſibi incedere videntur, cum caput illis nudum eſt. Potiſſimè autem erat hoc, cum ad loca ſacra ibant, inſtantes orationi: nam tunc omnes capita valebant, nemo autem ſine caputio, aut orabat, aut loca ſacra introibat. Quod etiam moderni Iudæorum obſeruant: nemo enim eorum in feſtis Sabbatorum, aut aliis ſollemnitatib. Synagogam ſine caputio intrant. Prouenit aũt conſuetudo iſta ex illo quod fecit Moyſes, qñ ſtetit coram Dño, apud rubũ ardentem, qui nõ comburebatur, de quo hr̃ Exo. 3. c. cum dicitur. Abſcondit Moyſes faciẽ ſuã, non .n. audebat aſpicere contra Deum: ſed abſcondere faciem ſuã eſſe non poterat, niſi tegeret caput, & vultũ. Hoc et in Sacerdotibus Veteris Teſtamenti obſeruabatur. ſ. vt

Veſtes leproſorum quare diſſuta.

Quibus conditionibus à ceteris leproſi cognoſcebãtur.

Inter Hebræos habetur pro inhoneſto q cum incedũt ſeu loca ſacra intrant capite ſint nudato, & vnde hoc eis proueniat: contra habetur apud Chriſtianos.

quando

quandocunque facerent aliqua myſteria in Sanctuario, habeꝛent caput uelatum, propter quod eis data ſunt capitis coopertoria, ſ. Sacerdotibus minoribus data fuit cidaris, quæ eſt quædam parua mitra, vt cucuſa. Maioribus autem Sacerdotibus datæ ſunt duæ mitræ, ſcilicet, mitra, quæ vocatur cidaris, & erat byſſina, & alia, quæ vocatur thiara; & erat tota hyacinthina: iubebatur aũt, vt quandocunque Sacerdotes miniſtrarẽt coram Domino, haberent iſtas veſtes, vt habetur Exodi 28. cap. & etiam quando conſecrabantur habebant eaſdẽ, vt habetur Exodi 29. cap. & ſupra, 8. cap. neceſſe igitur erat, vt quandocunque Sacerdotes Veteris Teſtamenti miniſtrabãt ſecundũ gradus ſuos, haberent capita operta, cum ſemper iuberentur habere illa caputia, ſiue illas mitras, quæ erant partes ornamentorum ſuorum. In Nouo autem Teſtamento, in quo eſt lex libertatis non oramus capite operto, ideo præceptum eſt Noui Teſtamenti, vt quandocunque viri orauerint, etiam ſi aliàs conſueſcant habere capita cooperta, tunc tamen debent illa habere nuda, & magna verecundia eſt, ſi illa habeant velata. Mulieres autem propter verecundiam ſexus debent habere capita velata; ſic præcepit Apoſt. 1. ad Corint. cap. 11. cum dicitur: Omnis vir orans, aut prophetãs velato capite, deturpat caput ſuum: omnis autem mulier orans, aut prophetans, nõ velato capite, deturpat caput ſuum. Vir quidem non debet velare caput ſuum, quoniam imago, & gloria Domini eſt, debet enim mulier habere velamen ſuper caput propter Angelos. Diuerſitatis autem ratio inter contrarias obſeruationes in hac parte Noui, & Veteris Teſtamenti, eſt: quia Vetus Teſtamentum fuit datum in timore, vt latè probatum fuit Exodi 19. cap. Nouum Teſtamẽtum pertinet ad libertatem, quam per Chriſtum accepimus, vt habetur ad Galat. 4. cap. ſicut enim dicit Aug. breuis differentia legis, & Euangelij, amor, & timor: ad timorem autem pertinet velatio capitis, & humiliatio, quod ad ſubiectionẽ quandam eſt; ad libertatẽ verò pertinet capitis nuditas, ſcilicet, nullo exiſtente ſuper caput. Cum verò apud Iudæos conſuetudo iſta eſſet, quòd velata capita haberent, poiſſimè cum in oratione eſſent, illi qui ſemper haberent capita nuda, manifeſte videbantur diſtincti à reliquis. Sic ergo erat in leproſis, quòd cum manerent ſemper capita nuda, apparebat manifeſtè eos diſtinctos eſſe ab aliis, per quod ceteri aſpicientes facilè iudicarent illos eſſe leproſos. *Os veſte contectum.* Aliud ſignum erat in leproſis, ꝙ haberent os coopertũ veſte. Huius ratio eſt, propter aeris reſpirationem, quoniam qui leproſi ſunt, non ſolum in ſuperficie cutis, & carnis infecti ſunt illo morbo, immo etiã ab interiori prouenit, quòd infecti ſint: totum nanque eorum corpus corruptum eſt, ideo aer expiratus ab eis inficitur, quia tangit præcordia eorum, quæ infecta ſunt: ſicut apparet in habentibus morbũ peſtiferum, quoniã anhelitu ſuo ceteros inficiunt, qui propinqui ſunt, ideo illi, qui infectis adhærent, cito inficiuntur, & moriuntur: vt ergo iſte morbus lepræ, qui per contactũ eſt cauſabilis in quolibet altero, nõ inficiat alios, operiebant iſti leproſi os ſuũ, ne inficerent aerem propinquum, & conſequenter inficerent alios homines, qui aliquando ſibi aſtabant.

Differentia ratio in cooperiendis capitibus.

Quare leproſi habebant os coopertũ.

Et intelligendum eſt hoc quod dicitur de contegendo ore, quando leproſi erãt coram aliis hominibus: nam cum ſolitarij eſſent, non oportebat vt os contegerent. Iſta enim oris coopertura ad duo proficiebat: Primò, ad diſtinctionem leproſorum ab aliis: nam cum aliquis ſanus videret alterum ore contecto, intelligebat eum eſſe leproſum: & ſic differebat leproſus à ceteris per iſtud obtegumentum, ſicut per capitis nudationem, & per veſtes diſſutas. Secundò, proficiebat iſta opertura oris, vt tolleretur infectio aliorum: nam ſi os nudum fuiſſet, inſpiraretur, & reſpiraretur aer directè verſus alios, & ſic poſſent infici ceteri leproſo propinqui. *Contaminatum ac ſordidum ſe clamabit omni tempore, quo leproſus eſt.* Contaminatus, & ſordidus idem ſunt in præſenti, quanquam ſecundum ſignificationem vocabulorum differant: nam contaminatus dicitur, qui per alterius contactum immundus factus eſt; ſordidus dicitur eſſe, qui in ſe ſordes habet, ſiue eas ab alio habuerit, ſiue ſibi innatæ ſint. Dicitur autem, quòd leproſus clamabit ſe immundũ omni tempore, quo fuerit

F leproſus: non quidem voce clamando ſe leproſum eſſe, ſed illud ſignis apparentibus oſtendendo: nam non erat neceſſarium, quòd clamaret leproſus ſe eſſe leproſum, vt nec erat conueniens, quoniam oportuiſſet eum habere os nudum, quod ſupra vetitum eſt, etiam quòd ipſe inter ſanos eſſet & hoc clamaret: quia tamen eſt contra litteram inferiorem, in qua dicitur, quòd ſemper erit extra caſtra, ſed ſolum conueniebat, vt ipſe demonſtraret immunditiã ſuam per iſta ſigna: ideo ſi aliquis eũ videret à caſu extra caſtra, iudicare poſſet ex his ſignis ſufficienter, quòd ille leproſus erat: & hoc videbatur ipſe clamare. *Omni tempore, quo leproſus eſt, & immũdus, ſolus habitabit extra caſtra.* Aliquando plaga lepræ erat perpetua, & tunc leproſus manebat vſque ad mortem extra caſtra ſeparatus à ceteris, & hoc erat, niſi fortè eſſet vir magnæ excellentiæ, ſicut

G Rex, qui ſi incideret in lepram, non ibat extra caſtra, ſed manebat in eis: erat tamen in aliqua domo ſeparata, ſicut habetur 4. Reg. cap. 15. de Rege Ozia, qui ibi Azarias vocatur, incidit enim in lepram percuſſus à Deo in fronte, quia voluit turificare corã Deo ſicut Sacerdotes; vbi dicitur: percuſſit autem Dominus Regem, & fuit leproſus vſque ad diem mortis ſuæ, & habitauit in domo libera ſeorſum: Ioathas verò filius Regis, gubernabat palatium, & iudicauit populum terræ. Si autem lepra fuiſſet lepra tẽporalis, manebat extra caſtra ille, qui leproſus erat toto tempore, quo leproſus eſſet: cum verò ceſſauiſſet morbus, denunciabatur Sacerdoti, & ille exibat extra caſtra ad locum, in quo erat leproſus, & faciebat purificationes, quæ habentur ſequenti capite.

H *An caſtra erant triplicia, vt dicunt Iudæi.* *Quæſt. XI.*

DICVNT aliqui, quòd hic ponitur leproſum debere habitare extra caſtra, quia erant tria caſtra, ſcilicet, caſtrum Deitatis quod erat ipſum Tabernaculum cũ atrio ſuo. Secunda caſtra erant ipſorum Leuitarum, qui in circuitu Tabernaculi, ac totius Sanctuarij excubabant diſpoſiti per turmas familiarum ſuarum, vt habetur Numeri 2. cap. Tertia caſtra erant ipſorum filiorum Iſrael, & erant diſtincta in duodecim partes ſecũdum quatuor ſigna, & vexilla principaliter, & erant extra caſtra in circuitu caſtrorum Leuitarum. de hoc etiam Numeri 2. cap. qui autem immundus erat, ab omnibus his caſtris eiiciebatur: quod quidem verum eſt: ſed talis modus loquendi non reperitur in Sacra Scriptura, ſcilicet, quòd diſtin-

I guantur tria caſtra, ſed ſolum vocat caſtra ipſam totam congregationem Iſraelitarum cum Leuitis & Sãctuario; quod patet: quoniam quandocunque iubetur aliquis ire extra caſtra, ſemper intelligitur de eo, qui exit omnino caſtra; quod magis apparet: nam qualitercũque aliquis immundus eſſet, iubebatur, quòd non accederet ad Sanctuarium, nec tangeret res ſacras: tamen non dicitur de quolibet immundo, quòd deberet ire extra caſtra, ſed ſolum de illis, qui habebant magnas immunditias, ſcilicet, de leproſis, & pollutis ſuper mortuo, & fluxũ ſeminis patientibus, vt habetur ſupra 5. cap. Non ergo accipiuntur caſtra, niſi pro tota cõgregatione Iſraelitarum, tàm Leuitarum quam aliorum cum ipſo Sanctuario. Iſti autem, qui diſtinguunt tria caſtra, non habent ad hoc ſufficiens

K fundamentum: putant enim ſibiipſis neceſſarium eſſe aſſignare plures modos caſtrorum, quia dicitur hic, quòd leproſus debebat habitare extra caſtra; ſed id falſum eſt: non enim inducitur aliqua neceſſitas ponẽdi plures diuiſiones caſtrorum. Quædam namque res ſunt, quæ ſingulariter exiſtentes, ſemper in plurali nominantur, vt femoralia, & ſimilia: ſic etiam de caſtris eſt, quoniam quamquam non eſſent plures caſtrorum partitiones, tamen vnicum caſtrum vocabatur caſtra, pluraliter. ſic habetur 2. Reg. cap. 1. vbi dr̃ de homine, qui venit de caſtris Iſrael veſte conſciſſa, tamen manifeſtum eſt, quòd ibi accipiuntur caſtra pro ſola congregatione bellatorum: nam non exiſtente ibi Sanctuario, nec Leuitis, pluraliter caſtra dicuntur. *Solus habitabit extra caſtra.* Pro hoc, quòd dicitur (ſolus) non excluditur leproſus à conſortio aliorũ leproſorum, ſed à conſortio hominum ſanorum: nam leproſi non nocent ſibiipſis cum iam infecti ſint, ſed eis, qui nondum

dum

De ordine et origine in lepra quæ eſt ad veſtes.

dum ſunt infecti; non igitur oportet, quòd leproſi à leproſis ſeparentur, ſed à ſolis mundis. *Veſtis lanea, ſiue linea.* Supra poſitum fuit de lepra quæ erat in homine, hic agitur de lepra quæ eſt in veſte, nam aliquando lepra apparet in veſte, & non in homine: ideo tunc debet purificari veſtis, aut fieri in ea ſecundum cæremonias, quæ infra habentur; in homine autem nihil horum. Cauſa huius eſt: quia ſolũ debet purificari lepra in eo in quo apparet, ſed tunc in ſola veſte apparet, ergo ibi ſolũ purgatio facienda eſt. Sciendum tamen, quòd quandocumque lepra in veſte apparet, non habet originem ab ipſa veſte. Idem, ſi appareat in parietibus domus, ſicut apparet ſequenti cap. ſed originẽ trahit ex ipſo homine; vnde, ſi lepra eſt in veſte, aut ille homo, qui vtitur illa veſte leproſus eſt, per cuius adhærentiam ipſa quoque veſtis maculatur, aut alius, qui eam nuper induit leproſus erat. De domibus autem ſi interdum ſint leproſæ, idem dicendum eſt. Huius autẽ cauſa eſt: quia lepra habet pro cauſa naturali ipſam improportionem, vel deſtructionem perfectæ harmoniæ in corpore humano, vel animali. In veſte autem aut domo lepra originẽ habere non poteſt, quia non eſt ibi deſtructio harmoniæ, cum non ſit ibi aliqua proportio humorũ, nec ipſi humores: ideo quando aliquando reperitur in pariete, vel in veſtibus, dicendum eſt, quòd fuit cauſata illa lepra non in ipſis rebus, ſed in homine originem habuit, poſterius verò per contactum aliquem adhæſit veſtibus, vel parietibus: lepra namque contagioſus morbus eſt, ſicut & multi alij. Dicuntur autem contagioſi morbi, qui per contactum in aliquo cauſantur. Sic etiam apparet in muliere menſtruata, quæ ſi ſpeculum reſpiciat è propinquo, & cum aliquanta mora, inficiet totum ſpeculum cauſando in illo guttam ſanguinis, quòd eſt, quia ab oculis exeunt ſpiritus quidam, cum quibus quædam humiditates ſanguineæ delicatæ euaporantur ab oculis, & perducuntur per ſubtilitatem ſpirituum per aerem vſque ad ipſam ſpeculi ſuperficiem, ſi propinquum ſit, & cum multæ humiditates ſic euaporatæ peruenerunt ad ſpeculũ, frigiditate ipſius ſpeculi condenſantur, & apparet ſanguineus color in maculis. De illis tamen non poteſt dici, quòd originem trahant à ſpeculo, quia in ſpeculo nihil ſanguineum eſt. Sic etiam in morbo lepræ eſt, quia ipſa eſt virtutis corroſiuæ, conſumptiuæ, & reſolutiuæ, ideo propter magnam reſolutionem in carne, quæ corroditur, eleuantur, & dimittuntur aliquæ particulæ infectæ materiæ, & leproſæ, quæ inhærent veſti, & ipſam inficiunt. Sic etiam de domo fit per ſimilem adheſionem hominum leproſorum ad parietes domus. Hæc autem lepræ conditio eſt, vt quamquam originem trahere non poſſit niſi ex corpore animalis propter deſtructionẽ harmoniæ, tamen poſtquam per adhæſionem fuerit in veſte, vel in pariete, poterit ibidem permanere: quod ſatis apparet ex ſequentibus. Rabbi Abraã Aben Ezra dicit, quòd lepra infligitur ſupernaturaliter à Deo propter peccata hominum, & ipſe paulisper incipit punire, quia ideo immittit plagam lepræ in domum, vt deſtruatur, ſecundo in veſtes hominis, vt comburantur, tertio in ipſum hominem, vt ab aliorum cohabitatione expellatur. Sed iſtud magis morale eſt quàm litterale, præſertim cum dicat, quòd Deus punit dando iſtam lepram propter peccata. Deus tamen cum punire incipit ſemper à minoribus pœnis inchoat, ſed maior pœna eſt deſtrui domum, quàm cremari veſtem, ergo prius deberet dicere, quòd Deus infligit pœnam de cremanda veſte. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd lepra aliquando venit propter peccata, ita, quòd Deus illam ſpecialiter infligat: aliquando autem non eſt ab ipſo Deo ſpecialiter, ita vt tanquam per miraculum fiat; ſed magis eſt ſecundũ naturam ex quadam corruptione corporis, ſicut cauſatur in alijs morbis. Quòd autem aliquando infligatur lepra propter peccatum, apparet de Maria ſorore Aaron, quæ percuſſa eſt lepra à Deo, quia murmurauit contra Moyſen, vt habetur Numeri 12. cap. Interdum autem ex alijs cauſis accidit, ſicut in ceteris morbis apparet. *Veſtis lanea aut linea.* Dicitur hoc: quia ſiue in laneis, ſiue in lineis veſtibus, ſiue etiam in pellibus lepra apparere poteſt, cùm lepra in his non naſcatur, ſed inhæreat in eo, qui veſtitur his, ſed cum omnes iſtæ veſtes aliquando ſint in homine, ergo in

Contagioſi morbi quid dicantur.

An lepra poſſit eſſe in veſtib. vel in pariete, & quo ſemper habeat originem ab homine.

Determinatio Aben Ezra.

A omnibus iſtis lepra eſſe poteſt. *Quæ lepram habuerit in ſtamine, atque ſubtegmine.* Lepra dicitur eſſe in veſtibus aliquando in ſolo ſtamine, aliquando in ſolo ſubtegmine, aliquando verò in vtroque: ſiue igitur ſit in omnibus, ſiue in altero eorum ſolo, nihil differt, quoniam ſemper fieri debent omnes purgationes, quæ infra dicuntur. Dicitur autem ſtamen à ſtando, ſubtegmen autem à ſubintrando, vel ſubtus ſtando. Dicitur autem ſtamen in quibuſdam filis, quæ directè ponuntur antequam quicquam texatur, & illa ſunt extenſa; & ab hoc ſtamen dicitur, quia rectum & extenſum ſtet: ſubtegmen autem eſt, quod vulgariter *(trama)* dicitur, & vocatur ſubtegmen à ſubtegendo, quia ipſum eſt quod tegit ſtamen: nam niſi poneretur ſubtegmen, ſtamen nudum maneret, nihilq. texeretur: ſubtegmen autem ſupra, & infra tegit per ſubintrationem.

Stamen quid, & ſubtegmen.

B *Aut certe pellis, vel quidquid ex pelle confectum eſt.* id eſt, non ſolum iſta regula de lepra eſt in veſte lanea, & linea, ſed etiam in pellibus quando ſunt pelles, quæ pilos habent. Idem eſt in omnibus, quæ ex pelle fiunt, quæ quamquam tunc pelles non ſunt, quia pilos non habent, ex pellibus tamen facta ſunt, illis igitur lepra quoque inhærere poterit, & in his obſeruabantur cæremoniæ, quæ infra habentur. *Si alba vel rufa macula fuerit infecta.* Iſtæ maculæ erant ſignum lepræ tam in pellibus, quàm in veſtibus laneis, vel lineis. & ſolum ponitur hic vnum ſignum, ſcilicet, habere maculam rufam, vel albam, in carne autem humana ponebantur tria ſigna, ſcilicet, quod eſſet macula alba, vel rufa in cute. Secundum ſignum, quod color capillorum mutaretur à priſtino colore. Tertium ſignum eſt, quòd locus maculæ eſſet humilior carne

Tria ſigna lepræ in carne humana.

C reliqua: in pelle autem, & in veſtibus, ſolum attenditur vnum ſignum, ſcilicet, quòd ſint ibi maculæ rufæ, vel albæ. Cauſa huius eſt: quia quando lepra eſt in homine, & ex eo, quod eſt illa materia tenera, poſſunt facilè apparere omnia iſta ſigna, ſcilicet, quòd pili mutentur à priſtino colore, & quod per corroſionem lepræ fiat locus lepræ humilior carne reliqua. In veſtibus autem, & pellibus, non poteſt eſſe locus humilior, quia veſtes, & pelles ſunt materiæ ſiccæ, non habentes aliquem naturalem humorem, per cuius conſumptionem fiat humilior locus, in quo lepra eſt, ſicut fit in carne: ideo quamquam in veſte manſerit lepra multis temporibus, non humiliabitur aliquis locus ſicut in carne. De pilorum autem mutatione in alterum colorem, ſatis manifeſtum eſt: nam cum iſta veſtis nihil aliud ſit quàm fila, & pili, facta mutatione in ipſa

In veſtibus ſolum erat vnũ ſignum.

D ſubſtantia veſtis, neceſſarium eſt, vt ipſi quoque pili in alterum mutentur colorem. Dicitur autem hic de macula alba, quòd eſt ſignum lepræ, non quidem, quod accipiatur macula proprie alba, quia color albus non eſt color lepræ, ſed eſt color viuus, & naturalis. Dicitur autem eſſe color albus, id eſt, quidam albor, qui eſt degenerans à pura albedine, & naturali. *Lepra reputabitur.* id eſt, habebitur tãquam lepra, ſi apparuerit macula rufa, vel alba in veſte. Non tamen eſt intelligendum ꝙ reputabitur lepra, id eſt, iudicabitur eſſe lepra, quia littera inferior repugnat, cum dr̃, ꝙ recludet eum Sacerdos ſeptem diebus, & poſtea conſideret, ſi aũt deberet iudicari lepra, non recluderetur per aliquot dies, ſed immediatè ſimpliciter iudicaretur illa veſtis: dr̃ ergo, ꝙ reputabitur eſſe lepra, quia ſi forte manſerit talis macula qualis ibi eſt, habebitur tanq̃

E vera lepra, & comburetur. *Oſtendeturq. Sacerdoti.* ſ. iſta veſtis, vel pellis, ad hoc, ꝙ ipſe diffiniat an ſit lepra, vel non; & quid ſuper hoc agendum ſit. *Qui conſideratam recludet ſeptem diebus.* id eſt, Sacerdos conſiderabit eã, videns quales maculæ ſint illæ, quę apparent in veſte, vel pelle, & tũc recludet per ſeptẽ dies: fiebat aũt iſta reclusio, vt cognoſceretur an illa eſſet vera lepra, non quidẽ, ꝙ expectaretur an alia ſigna apparerent, quia ex iſto ſolo, ꝙ erat, tunc iudicaretur eſſe vera lepra, ſi creſceret in veſte, vel pelle. ſolũ ergo fiebat reclusio ad videndũ ſi creſceret, vel ſi deficeret macula illa. *Rurſus aſpiciens.* id eſt, aſpiciet iterũ poſt ſeptẽ dies, vt videat an maculæ defeciſſent, vel quõ ſe haberent. *Si deprehenderit creuiſſe, lepra perſeuerans eſt.* i. ſi Sacerdos inuenerit ꝙ pertranſiuit terminos priores lepra in veſte, vel in pelle, iudicabit eſſe verã leprã, & perſeuerantẽ. Quòd aũt ſit vera lepra ſatis ex hoc infertur, ꝙ ſi aliqua

alia macula fuiſſet non infectiua, non haberet aliquam virtutē per quam creſceret; ſed iſta creuit, ergo lepra eſt, quia virtutem habet infectiuam ſecundum quam ſe diffundat: & non ſolum dicitur, quod lepra eſt, ſed etiam, ꝙ perſeuerans eſt: nam ſi iſta eſſet lepra non perſeuerans, non potuiſſet creſcere, ſed vel defeciſſet, vel manſiſſet in termino priori. Nam cum creſcere dicatur eſſe quædam actio procedens ex aliqua naturali virtute, neceſſariū eſt, vt iudicemus ibi eſſe virtutē illam, vbi reperierimus creſcere; ſed macula illa lepræ creuit in veſte, vel in pelle, ergo neceſſarium eſt, vt dicamus ibi eſſe aliquā virtutem, ſecundum quam fiat iſtud augmentum: & tunc ſicut per illam virtutem factum fuit augmentum vſque ad illam magnitudinem, ita poterit manere, & creſcere vſque ad maiorem quantitatem, & ſic ſemper continuabitur. Si autem reperiretur, quòd iſta eſſet lepra, & tamen non eſſet perſeuerans, non faceret id quod immediatè ſubditur, ſ. ꝙ combureretur igne, ſed recludebatur per alios ſeptē dies, vt iterum Sacerdos contemplaretur vultū lepræ: hic autem immediatè comburi iubet, quoniam perſeuerans eſt. *Pollutum iudicabit veſtimentum*. id eſt, ſi repertum fuerit, quod creuerit lepra, iudicabitur tale veſtimentum pollutum lepram: ideo combureretur ſicut infra dicitur. Cauſa eſt: quia ſicut homo leproſus abiicitur è caſtris, ne inficiat alios lepra ſua, ita & veſtimentum infectiuum eſt eorum, quæ tetigerit, ideo ſicut lepra cōtagioſus morbus eſt cum in homine eſt, ita & cum in veſtibus eſt: pari igitur ratione veſtes abiicientur ab vſibus humanis, quando leproſæ ſunt, ſicut homines leproſi excluduntur à caſtris. *Et omne in quo fuerit inuenta*. id eſt, non ſolum iudicabit pollutum veſtimentum, in quo reperiatur macula lepræ, ſed etiam omnia alia, in quibus reperitur, ex eadem cauſa. Eſt autem hoc dictum propter pelles, quoniā in pellibus quoque reperitur lepra, & in rebus, q̄ ex pellibus factæ ſunt.

Lepra aliquādo apparet in lignis, & parietib.

Similiter autē & in lignis reperiri poteſt, quia non eſt difficilius reperiri in lignis, quàm in lapidibus, & parietibus. ſequenti tamen cap. dicitur, quòd aliquando apparet lepra in parietibus domus, qualecunque ergo illud ſit, in quo huiuſmodi lepra reperiatur, iudicandum eſt pollutū. *Et idcirco comburetur flammis*. id eſt, res illa, quæ immūda eſt, debet comburi igne. Cauſa huius eſt: quia iſtæ res, in quibus lepra reperitur, præter ipſum hominem, ſunt res pertinentes ad humana miniſteria: poſtquam tamen polluta ſunt lepra, non poſſunt applicari ad aliquod humanum miniſterium licitè, quia immūdum redderent id cui applicarentur: ſed ſi iſta, quæ ſic polluta ſunt manerent, & nō applicarentur ad vſus humanos, eſſent prorſus inutilia, & fruſtra occuparent locū: ergo debebant comburi, præſertim cū nociua eſſent, quia applicata aliis rebus inficerent illas. *Quòd ſi eam viderit non creuiſſe*. Hic ponitur caſus dubius, ſcilicet, quando perfectè non conſtat an lepra ſit in veſte, vel in pelle, & dicit, quòd ſi non creuerit iſta macula per ſeptem dies, non ſcitur manifeſtè an ſit lepra, vel non: ideo non debet lauari illa veſtis, vel pellis, & defricari, maximè in parte illa, in qua eſt lepra: ſed tūc recludetur per alios ſeptem dies, & tunc Sacerdos conſiderabit iterum, & ſi viderit maculā ſtetiſſe in loco, in quo prius ſteterat, etiam ſi non creuerit, iudicabit eſſe veram lepram, & comburetur veſtimentum. *Quòd ſi eam viderit non creuiſſe*. id eſt, ſi repererit Sacerdos, quòd nihil pertrāſiuit lepra in illis ſeptem diebus de terminis prioribus, adhuc non propter hoc iudicabit eſſe veſtimentum mundum, quia quamuis non creuerit lepra in illis diebus, poterat creſcere vlterius, maximè ſi illa lepra non habebat magnam virtutem germinatiuam ſecundum quam ſe in amplius diffunderet. *Præcipiet, & lauabunt id, in quo eſt lepra*. id eſt, Sacerdos mandabit, quòd lauetur illud veſtimentum, vel pellis, in qua eſt lepra, & ad imperium ſuum lauabitur.

An veſtis ſuſpecta de lepra debebat lauari in aquis viuentibus, vel aſpergi aquis luſtrationis. Ad mundandum luſtrationis aqua aſperguntur. Quaſt. XII.

NON accipitur hic lauare pro ipſa aſperſione aquarum luſtrationis; ſed pro lotione, quæ fit in aquis

F viuentibus, quod patet: quia dicitur, & lauabunt id, & præcipiet Sacerdos. Si autem acciperetur lotio pro aſperſione illarum aquarum luſtrationis, non oportebat, quod Sacerdos iuberet lauari veſtem, ſed ipſe lauaret eam per ſe aſpergendo illas aquas. Item dato, quod adhuc Sacerdos iuberet aſpergi iſtas aquas luſtrationis ſuper veſtem illam, tamen non eſt conueniens, quod aſpergerentur ſuper eam, quia aquæ luſtrationis aſperguntur ad mundandū aliquid, & id ſuper quo aſperguntur, mundum efficitur, vt habetur Num. 19. cap. hic tamen nō efficitur veſtis munda per iſtam lotionem, quia poſt hanc includitur ſeptem diebus, vt videatur an munda, vel immūda ſit. Ergo apparet, quòd non fiebat hæc lotio in aquis luſtrationis, ſed in aquis viuentibus. Item, apparet idem ex cauſa propter quam fit iſta lotio: nam non fit propter

G aliquam mūditiem honeſtatis, vt applicetur ad res ſacras, vel ad vſus humanos mundos, ſed vt appareat vera munditia, vel immunditia naturalis, ſ. an ſit lepra in veſte, vel non; Sed ad hanc munditiam, vel immunditiam naturalem demonſtrandam, conferunt aquæ viuentes, quæ verè abluunt, aquæ autem luſtrationis nihil conferunt, ſed potius inficiunt, quia cineribus commixtæ ſunt, vt apparet Numeri 19. cap. ergo non fiebat iſta lotio in aquis luſtrationis, ſed in aquis viuentibus. Cauſa autem huius munditiæ eſt, & lotionis, quia vt ſciretur manifeſtè an eſſet iſta veſtis, vel pellis munda, oportebat, vt excluderentur omnia, quæ impediebant. Erat autem impeditiuum ad hoc, ſi eſſet aliqua immunditia adhærens pellibus, vel veſtibus inducta ab extra, quæ tolleretur per lotionem in aqua: nam aqua omnes immunditias adhærentes tollit. Cum

H ergo fuerit talis pellis, vel veſtis lota, & poſt ſeptem dies, adhuc manſerit immunditia in pelle illa, vel veſte, ſatis ſufficienter concludi poteſt, quòd illa immunditia eſt ab intra, & eſt perſeuerans, quia omnes adhærentes immunditiæ per lotionem in aqua ablatæ ſunt, ſed iſta manſit: ergo videtur eſſe radicata, & ſic erit verè lepra. *Recludetq; illud ſeptem diebus aliis*. Hoc fiebat, vt perfectè conſtare poſſet, an eſſet lepra, vel non: nam ſi adhuc maneret, in ſeptem diebus ſequentibus, ſatis apparebat eā eſſe lepram permanentem: ſi autem non fuiſſet permanens, aliqualiter declinaſſet ad alterum colorem: & ſic in fine iſtorum ſeptem dierum cōfidenter iudicabatur, an lepra eſſet vel non. *Et cum viderit faciem quidem priſtinam non reuerſam*. Si in ſeptimo die ſecundæ recluſionis videbat Sacerdos non fuiſſe reuerſam priſtinam faciem pellis, vel veſtis, iu-

I dicabit eam lepram: priſtina autem facies dicitur nō illa, quam habuit veſtis antequā recluderetur, ſed ea quam habebat antequam incideret in lepram. Cauſa autem quare nō reuerſa facie priſtina iudicabatur eſſe lepra, eſt, quia ſi fortè non fuiſſet iſta lepra, non potuiſſet tot diebus permanere talis macula, ſed fuiſſet mutata in alterū colorem, ſcilicet, in ſubobſcurum declinādo aliqualiter ad colorem naturalem, ſicut infra dicitur de illa veſte, quæ habebat maculam, quæ nō erat vera lepra, & tamen non fuit reuerſa: ergo videtur, quòd ibi eſt aliqua virtus, ſecundum quā permanet illa macula tot diebus: & iſta eſt virtus lepræ. *Nec tamen creuiſſe maculam*. id eſt, quamuis macula, quæ erat in pelle, vel in veſte, in omnibus iſtis quattuordecim diebus duarum recluſionum nihil creuerit, tamen ſi manſit macula non redeunte priſtina facie,

K iudicabitur eſſe lepra; cuius cauſa eſt: quia ſi illa non fuiſſet lepra, non habuiſſet vires ad manendum tot diebus, ſed manſit, ergo lepra eſt.

Et ſi fortè dicatur, quòd non videtur lepra, quia lepra habet virtutem corroſiuam, & extēdit ſe per id in quo eſt: cum ergo iſta ſemper ſteterit priores terminos non excedens, non videtur lepra. Reſpondendum eſt, ꝙ lepra ſit, & non valet argumentum, quia non omnes lepræ habent eaſdem vires, ſed quædam habēt ad germinandū, & permanendum, aliæ autem ſolum ad permanendum: & ſic eſt de iſta lepra, quæ apparuit in veſtimēto, qm̄ quāquam non extenditur, tamen permanet; & maximè hoc apparet rationabiliter dictum in veſtimento: nam vt ſupra declaratum eſt, lepra non habet originem à veſtimento, ſed ab homine; In veſtimento autem eſt per quandam adhæſionem & contactū, ideo nō poterit habere tantas vires in eo, cui-

eo, cui ſolum ineſt per adhæſionem, ſicut in eo in quo habet originem, vnde quando lepra fuerit in homine, ſatis rationabiliter dicitur, ꝙ creſcere debeat: cum autem fuerit in veſte, vel in pelle, non oportet, quòd creſcat. *Immundam iudicabit*, ſcilicet, determinabit eſſe illud veſtimentum pollutum lepra. *Et igne comburet.* Etiam ſi veſtimentum pretioſum eſſet, oportebat, quòd combureretur.

Quare veſtimēta immūda comburi opus erat.

Cuius cauſa duplex eſt: Prima, quia illud totaliter iam inutile eſt, cum nō liceat illud applicari ad aliquam humanam adminiſtrationē, pollueret enim eos quibus applicaretur; cum ergo inutile prorſus ſit, melius erat, quòd combureretur, quam quòd inutiliter occuparet locū. Secunda cauſa eſt, quæ præter hoc, quòd iſtud veſtimētum erat inutile, adhuc erat peſtiferum & infectiuum. quia ſi aliquis tangeret illud, immundus efficeretur, vt ergo tolleretur hoc inconueniens, cōueniens erat illud comburi. *Eo quòd infuſa ſit in ſuperficie veſtimēti, vel per totum lepra*, id eſt, quòd ideo combureretur iſtud veſtimentum, quia lepra eſt infuſa in ſuperficie veſtimenti, id eſt, eſt inhęrens ipſi ſoli ſuperficiei, & tamen permanēs eſt, vel dicitur eſſe lepra infuſa per totum, quia non ſolum eſt in ſuperficie eius, ſed etiam in profunditate ipſius, ſcilicet, quando pertranſierit ad alteram partē veſtimenti; vtpote, ſi fuerit aliqua macula lepræ in veſte, & illa fuerit in duabus faciebus veſtis, ſcilicet in ſuperiori, & in inferiori, per quod innuitur, quòd etiam eſt in tota profunditate veſtimenti, & qualitercunque ſit, quia lepra illa permanens eſt, immundum eſt veſtimentum.

An iſta littera ſit vitio ſcriptorum corrupta, vt dicit Nicolaus, Quæſt. XIII.

CIRCA iſtam litteram dicit Nicolaus, ꝙ ipſa eſt corrupta vitio ſcriptorum, vel per aliam viam. In quo ſi magis inſpiciantur verba, ſua eſt intētio, ꝙ Beatus Hieronym. non bene tranſtulit hunc paſſum de Hebræo in Latinum: nam ſcriptores non potuiſſent facere tantam litteræ varietatem, quanta eſt hic inter text. Hebraicum, & noſtrum, ſi eſſet, ſicut Nicolaus ait: dicit enim haberi hic in Hebræo. *In caluitio, vel feneſtra.* Vbi littera noſtra habet: *In ſuperficie veſtimenti vel per totum.* Et dicit textum iſtum eſſe corruptū, quia ſupra dicebatur de macula q̄ eſt in veſte, & littera Hebræa dicit immediatè. *Eo quòd cauſata ſit in caluitio vel in feneſtra*, id eſt, iſtud veſtimentum iudicabitur immūdum, quia cauſata ſit, id eſt, deteriorata, vel corroſa in caluitio, id eſt, in vetuſtate, vel in feneſtra, id eſt, in nouitate, ſ. quòd aliqua lepra ſit noua in veſte, & aliqua ſit vetus. Sed iſta applicatio non videtur eſſe conueniens: nam non dicitur conuenienter, quòd veſtis ſit cauſata per lepram, id eſt, depreſſa, vel humiliatus locus eius, ſicut fiebat in carne, quia in carne eſt aliquod humidum, & tenerum; per cuius conſumptionem humiliatur magis locus lepræ quam reliqua caro: ſed non poteſt eſſe hoc in veſte, vbi non eſt aliquod tenerū, & humidum, quod conſumatur, & ſic aliquis locus veſtis fiat humilior reliquis. Itē quando dicitur in caluitio, & feneſtra, non eſt cōueniens applicatio, quòd dicatur caluitium eſſe vetuſtas, & feneſtra nouitas. Iſta namque ſeparatiſſima ſunt, nec aliqua conformitas eſt propter quam talis tranſumptio fiat, ſcilicet, vt caluitium dicatur vetuſtas, & feneſtra dicatur nouitas. Item dato, quòd intelligendum eſſet, non conuenienter inferretur hoc, ſ. ꝙ ſi facies priſtina non rediit, nec tamen creuit lepra, ꝙ ex hoc ſit veſtis habens lepram in antiquitate, vel nouitate. Item non eſt conuenienter dictū, ꝙ Hieronym. male tranſtulerit: nam iſta littera intelligitur de macula alicuius partis veſtis, & non de tota veſte, ſicut obiicit ipſe Nicolaus: & tunc ſtat conuenienter iſta littera, ſ. ꝙ macula lepræ, & lepra ſit aliquando in ſuperficie veſtis, ſ. ſolum in vna parte, vel facie, vel per totum, non per totam veſtem, ſed per totum, i. per totam profunditatem, ſ. ꝙ illa macula obtinuerit vtramq; faciem, ſiue ſuperficiē veſtis, ex quo arguitur ipſā quoq; in profunditate habere lepram, quod eſt habere per totū. Item iſta littera, quam ponit Hieronym. eſt valde cōueniens litteræ Hebraicę, quantū ad ſenſum: exponit namq; iſta littera illam, habetur autem in littera Hebraica. Si

Improbatur.

Hieronym. fuit Diuinus interpres.

A fuerit cauſata macula in caluitio, vel recaluatione, quod dicunt Hebręi intelligi ſic, i. ſi fuerit macula veſtis in caluitio, i. in parte anteriori, quę denotatur per caluitiū, quia caluitium fit in parte priori frontis; vel in recaluatione, id eſt, in parte poſteriori, ſ. in ſuperficie interiori, & aduerſa, & tunc per hoc, ꝙ dicitur eſſe lepram in caluitio, tranſtulit Hieronym. eſſe leprā infuſam in ſuperficie veſtimenti, quia vocauit ſuperficiem veſtimēti ipſam ſuperiorem, quæ dicitur facies veſtimenti, & non inferiorem quæ dicitur aduerſa. hæc autem conuenit caluitio, quæ eſt in anteriori parte; per hoc quod dicitur in Hebræo in recaluatione, tranſtulit Hieronymus, vel per totum, i. per totum veſtimentum, ſ. in ſuperficie anteriori, quæ ſuperior dr̄, & ſecundum Metaphoram vocatur caluitium; & in ſuperficie poſteriori ſiue aduerſa, quæ ſecundum Metaphoram B vocatur recaluatio; quia recaluatio eſt ad partes poſteriores, & per hoc quod lepra eſt in iſtis duabus ſuperficiebus, arguitur eſſe per totum, id eſt, per totam groſſiciem veſtis penetrando ab vna ſuperficie in alteram. Eſt ergo littera iſta Hieronymi conuenienter poſita. *Si autem obſcurior fuerit locus.* Hic ponit cauſam quomodo veſtis iudicatur mūda, ſ. ſi illa veſtis recluſa per illos quattuordecim dies mutauerit aliqualiter colorē maculæ declinando ad obſcurum: tunc enim ſcindebatur pars illa, in qua erat macula, & tota alia veſtis erat munda. Cauſa huius eſt: quia quando illa macula declinat ad colorem obſcurum, videtur diminui de apparentia, & veritate lepræ: nā color obſcurus non pertinet ad lepram, ſed candor, vel ſubrufus color. Si autem ante extitiſſet candidū, vel ſubrufum, & poſtea declinauerit ad obſcuritatē, non videtur C eſſe lepra permanens, ſed aliqua macula cauſata ex quodam alio contactu: ſi autem permaneret color priſtinus, iudicaretur lepra perſeuerans. *Poſtquam veſtis lota eſt.* Loquitur de ſecunda recluſione, in qua lauabatur veſtis, & recludebatur: & tūc ſi poſt lotionem appareret obſcurior locus, fiebat quod infra ſequitur. *Abrumpet eum, & à ſolido diuidet*, i. locus ille, in quo fuerat lepra debet rumpi reſecando pannum illum, & diuiditur à ſolido, i. ſcinditur à tota veſte. Solidum autem integrum notat, ſicut dicūt procuratores in ſolidum, quia quilibet eorum integer procurator eſt. Dicitur autem eſſe locus diuiſus à ſolido, quando pars veſtis à tota veſte diuiditur. *Quod ſi vltra apparuerit in his locis, quæ prius immaculata erant.* Hic ponitur alius caſus, ſ. quando poſt diuiſionem particulæ veſtis à reliqua veſte apparet adhuc macula in aliis locis, & tūc D veſtis iudicatur comburēda. Cauſa autem quare rumpatur veſtis, quando nō eſt lepra, ſed obſcurus color maculæ eſt, quia illa macula deformabat totam veſtem, rūpenda ergo erat, & alius apponendus pannus. Quādo autem erat lepra, quamuis non creuiſſet extendens ſe ad vlteriores terminos, cremabatur. Cauſa huius eſt: quia lepra habet virtutem germinatiuam, & multiplicatiuam ſuiipſius per id in quo eſt, non igitur ſufficeret abrumpi locum illū in quo erat macula, quia maneret ibi aliqua infectio, & adhuc extenderetur lepra per partes remanētes in veſte. Cum autem macula ſola erat, ſufficiebat abrūpi, quia non habebat vim aliquam germinatiuam, ſecundū quam dilataret ſe vlterius. *Lepra volatilis, & vaga debet igne comburi.* Quando in locis quæ ante erant immaculata, apparebat aliqua macula poſt veſtis abruptionem, indi- E cabatur eſſe lepra volatilis, & vaga, quod ad idē pertinet. Dicitur autem lepra volatilis, à volādo: quia ex vna parte volat in alteram, quod conuenienter dicitur de hac lepra, quæ ſolū erat ante in loco maculæ, poſtea tamen apparuit in aliis locis. Vocatur etiā vaga, quia vagatur; vagari enim eſt per diuerſa diſcurrere, hæc autem lepra diſcurrebat per diuerſas partes veſtis. *Debet igne comburi.* Generalis regula erat, ꝙ quandocunque lepra eſſet in veſte, debebat igne comburi, & quia lepra volatilis, & vaga eſt vera lepra, debet comburi veſtimentum in quo fuerit. *Si ceſſauerit, lauabit aqua ea, quæ pura ſunt, ſecundo, & mūda erunt.* Hic ponitur alia particula huius caſus, ſ. de ſecunda recluſione, nā in ſcd'a recluſione, cū proferebatur veſtis ad contēplandū, aut creuerat lepra in ea, aut nō creuerat, ſed ſteterat in loco ſuo, aut nec creuerat, nec ſteterat, ſed mutatus fuerat color albidꝰ i aliqualiter obſcurū, aut totali-

Veſtis munda, quando indicatur.

Veſtis quare rūpatur.

Lepra volatilis quid.

ter macula ceſſauerat; in primo,& in ſecūdo caſu cremabatur veſtis, quia manifeſtè erat lepra, in tertio caſu abrumpebatur locus maculæ ne deformaret veſtem. In iſto quarto caſu lauabatur veſtis, & non comburebatur, nec rumpebatur aliquid de illa. Cauſa erat,quia nō habebat aliquam maculam iam lepræ propter quā deberet comburi; nec habebat aliquam deformitatem propter quam deberet rumpi. *Lauabit aqua ea,quæ pura ſunt*, i. illa veſtis quæ non habet aliquam immunditiam, lauabatur. & dicit, ꝙ lauabatur ſecundo, quia ſupra fuit facta alia lotio in principio ſecundæ recluſionis, hic autem poſt ſecūdam recluſionem iterum lauabatur;& fiebat iſta lotio propter naturalem immunditiam, vt ſi aliquid ſordis ibi manſiſſet, per aquæ emundationem abſtergeretur. *Et munda erunt*, ſcilicet, ꝙ iſta veſtis erat totaliter munda, quando lota fuiſſet ſecunda vice,non apparente aliqua macula in illa. *Iſta eſt lex lepræ veſtimenti lanei & linei*. Hic fit recapitulatio eorum quæ dicta ſunt in ſumma; & dicitur, ꝙ iſtæ leges ſupra poſitæ quæ debent obſeruari in lepra, quæ erat in veſtimēto laneo vel lineo, quoniam in vtroque lepram eſſe contingit eo modo,quo ſupra declaratum eſt,ſ. non per originem,ſed per adhæſionem.Et nō dicitur hic, ꝙ iſta eſt lex lepræ hominum, quia quamuis in iſto cap. dictum ſit de lepra hominū in diuerſis partibus eorum, tamen ſolū recapitulatur hic id,quod immediatè dictum eſt,hoc autem eſt de lepra veſtimenti lanei vel linei,& de pellibus. *Staminis,atque ſubtegminis*,id eſt,etiā iſta eſt lex munditiæ, vel lepræ in ſtamine atque ſubtegmine. Iſta non eſt diuerſa lex à ſuperiori, ſed dicitur eſſe lepræ lex veſtimenti lanei,vel linei;ſiue ſit illud immundum in ſtamine veſtis, ſiue in ſubtegmine: ſtamen aūt,& ſubtegmen fila ſunt, ſtamen eſt quod primo ponitur, & directè ſtat. Subtegmen autem eſt,quòd ſubtegitur,atque circumplectitur inter ſtaminis fila. *Omniſq; ſupellectilis pelliceæ*,i.iſta eſt lex quæ eſt in ſupellectilibus factis ex pelle,nam ſupra dicebatur,quòd eodem modo cōſideranda erat lepra, & eædem cæremoniæ faciendæ erant,ſi eſſet in pellibus,vel in pelliceis rebus,ſicut ſi eſſet in veſtibus. *Quomodo mundari debeat,vel contaminari*, id eſt, quomodo debeant iudicari iſtæ res mundæ,vel immundæ,quia per leges ſuperiores cognoſcitur manifeſtè,quādo iudicandum eſt iſtas res eſſe mundas, & quando lepra contaminatas.

Epilogus iterum ſupra.

Stamen ac ſubtegmen quid.

CAP. XIIII.

Ritus leproſi mūdati. Matth.8. Mar.1. Luc.5.& 17. De pœ. diſt. 1. c. Hæc idē, & c. quē pœnitet, in princ.

LOCVTVSQ; *eſt Dominus ad Moyſen,dicēs: Hic eſt ritus leproſi,quando mundandus eſt: Adducetur ad ſacerdotem: qui egreſſus de caſtris, cum inuenerit lepram eſſe mundatam, præcipiet ei, qui purificatur, vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quibus veſci licitum eſt, & lignum cedrinum, vermiculumq; & hyſſopum. Et vnum ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuentes: alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyſſopo tinget in ſanguine paſſeris immolati,quo aſperget illum,qui mundandus eſt,ſepties,vt iure purgetur: & dimittet paſſerem viuum, vt in agrum auolet. Cumq; lauerit homo veſtimenta ſua, radet omnes pilos corporis,& lauabitur aqua:purificatuſq; ingredietur caſtra, ita dumtaxat vt maneat extra tabernaculum ſuum ſeptem diebus, & die ſeptimo radet capillos capitis, barbamq; & ſupercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rurſum veſtibus & corpore, die octauo aſſumet duos agnos immaculatos,& ouem anniculam abſque macula,& tres decimas ſimilæ in ſacrificium,quæ cōſperſa ſit oleo, & ſeorſum olei ſextarium. Cumq; ſacerdos purificans hominem, ſtatuerit eū,& hæc omnia corā Domino in oſtio Tabernaculi teſtimonij: tollet agnū, & offeret eum pro delicto, oleiq; ſextarium. Et oblatis ante Dominū omnibus,immolabit agnum, vbi ſolet immolari hoſtia pro peccato, & holocauſtum, id eſt, in loco ſancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad ſacerdotem pertinet hoſtia. Sancta Sanctorum eſt. Aſſumenſq; ſacerdos de ſanguine hoſtiæ,quæ immolata eſt pro delicto, ponet ſuper extremū auriculæ dextræ eius qui mūdatur; & ſuper pollices manus dextræ & pedis,& de olei ſextario mittet in manum ſuam ſiniſtram: tingetq; digitum dextrum in eo, & aſperget coram Domino* F *ſepties. Quod autem reliquum eſt olei in læua manu,fundet ſuper extremum auriculæ dextræ eius, qui mundatur, & ſuper pollices manus ac pedis dextri, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt pro delicto,& ſuper caput eius. Rogabitq; pro eo coram Domino,& faciet ſacrificium pro peccato. Tunc immolabit holocauſtum,& ponet illud in altari cum libamentis ſuis, & homo rite mundabitur. Quod ſi pauper eſt,& non poteſt manus eius inuenire quæ dicta ſunt, pro delicto aſſumet agnum ad oblationem,vt roget pro eo ſacerdos, decimamq; partem ſimilæ conſperſæ oleo in ſacrificium,& olei ſextarium, duoſq; turtures ſiue duos pullos columbæ, quorum vnus ſit pro peccato, & alter in holocauſtum; offeretq; ea die octauo purificationis ſuæ ſacerdoti,ad oſtium Tabernaculi teſtimonij coram Domino. Qui ſuſcipiens agnum pro delicto & ſextarium olei, leuabit ſimul: immolatoq; agno,de ſanguine eius ponet ſuper extremum auri-* G *culæ dextræ illius qui mundatur, & ſuper pollices manus eius ac pedis dextri: olei vero partem mittet in manum ſuam ſiniſtram, in quo tingens digitum dextræ manus aſperget ſepties coram Domino:tangetq; extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco ſanguinis qui effuſus eſt pro delicto: reliquam aūt partē olei,quæ eſt in ſiniſtra manu,mittet ſuper caput purificati, vt placet pro eo Dominum: & turturem ſiue pullum columbæ offeret, vnum pro delicto,et alterum in holocauſtū cū libamentis ſuis. Hoc eſt ſacrificiū leproſi,qui habere non poteſt oīa in emundationem ſui.*

Supra 5. & ſupra 11. & 12.

LOCVTVSQ. In ſuperioribus fuit dictum de lepræ cognitione:hic agitur de lepræ emundatione;& diuiditur in duas partes: quia primò agitur de emūdatione lepræ ſupra dictorum;Secundò agitur de lepra cogno- H ſcenda circa domum.Secunda ibi. *Locutuſq; eſt Dominus.* Iterum prima in duas partes, ſecundum ꝙ fiebat triplex mundificatio,ſcilicet Prima,quæ fiebat in prima die. Secunda ibi:*Die ſeptimo*.Tertia ibi:*Octaua autem*.Circa primum. *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen,dicens.* Iſtud eſt caput orationis.

An iſta locutio ſit alia à præcedenti, & cognoſcere lepram,& purificare ad idem pertineant. Quæſt. 1.

NON ponitur hic locutus eſt Dominus ad Moyſen tāquam alia locutio fuerit ea, quæ habetur in hoc c.ab ea,quæ habetur in c.ſuperiori:nam quanquam diceremus,ꝙ Deus locutus fuit Moyſi ea, quæ habētur in hoc libro multis vicibus,ſcilicet, non omnia ſimul, ſed aliqua I nunc, aliqua autem poſtea, tamen de iſta purificatione non eſt veriſimile,ꝙ locutus fuerit alia vice, quam locutus fuerit ſuperiora de cognoſcenda lepra: nam cognoſcere lepram,& purificare,ad idem pertinent,cum vnum ſit propter alterum, ideo eadem locutio de illis fieri debebat.Sed dicēdum eſt,ꝙ hic poſuit locutus eſt Dominus ad Moyſen,tāquam quoddam caput orationis, quoniam quamuis ſuperiora, & iſta quæ hic dicuntur, ad lepram pertineant: ſuperiora tamen pertinent ad lepram oſtendendam,hæc autem ad lepram emundādam: debuit igitur de illis eſſe quædam interpoſitio, vel articulus, vt non videantur totaliter idem eſſe. *Hic eſt ritus leproſi,quando mundandus eſt*, id eſt, iſtæ ſunt cæremoniæ quæ obſeruantur in leproſo quando debet emundari; fiebat enim iſta emundatio,quando apparebat eum, qui ante leproſus iu- K dicatus fuerat, iam non eſſe leproſum; contingebat autem hoc dupliciter. Primo modo,ꝙ aliquis per iudicium ſacerdotis determinaretur eſſe leproſus, & excluderetur à caſtris, & tamen ſecundum veritatem ille non eſſet leproſus, quia faciliter poterant ſacerdotes errare in iudicando lepram, quia ſigna per quæ iudicant aliquando fallibilia ſunt: & ideo quando poſtea conſtitiſſet, quod ille mundus eſſet, fiebant in eo iſtæ purificationes quæ habentur hic, & reducebatur in caſtra. Secundo modo contingebat purificari aliquem ita,ꝙ fuiſſet verè immundus in lepra, & poſt iudicatus à ſacerdote immundus, tamen purgabatur iſta lepra aliquando miraculosè, & aliquando naturaliter, miraculosè quidem, ſicut quando Deus percuſſit Mariam ſororem Moyſi lepra, & illa durauit per ſeptem dies, poſtea autem ſanata fuit, vt habetur Num.12.idem patet de Chriſto qui ſæpè lepro-

Lepra dupliciter purgabatur.

leproſos mundauit, vt ex diſcurſu Euangeliorum patet, & illi poſtea oſtendebant ſe Sacerdotibus, vt mundarent eos ſecundũ purificationes quæ hic habentur; ideo aliquando mandabat Chriſtus leproſis à ſe ſanatis, quod oſtenderent ſe Sacerdotibus: ſic enim dixit decem viris leproſis: Ite, & oſtendite vos Sacerdotibus, & offerte quæ præcepit Moyſes in teſtimonium illis. Aliquando autem fortaſſis poterant leproſi mundari virtute naturæ, vt ſi eſſet aliqua lepra recens, quæ facilius curatur quàm vetuſta; vel ſi eſſet aliqua ſpecies lepræ curabilis; quocumque enim horum modorum cõſtaret aliquem de illis, qui leproſi ſunt, eſſe mundatum, debebat fieri ritus ſiue cæremonialis obſeruatio, quæ in hac littera ponitur.

An purificatio iſta fieret in illis q erant ſuſpecti de lepra, & ſi nõ eſſent condemnati.

Aliqui enim circa hoc dicunt, quòd iſta purificatio cæremonialis, quæ in littera ponitur, non ſolum ſeruabatur in illis qui fuerant verè leproſi, aut iudicati tanquam leproſi, & expulſi extra caſtra, ſed etiam quãdo aliquis erat ſuſpectus de lepra, & ducebatur coram Sacerdote, & non manifeſtè exiſtente lepra in illo, nec manifeſta munditia recludebatur per ſeptem dies, & poſtea reperiebatur mundus, vel recludebatur per 14. dies duabus recluſionibus, & cum appareret eum eſſe ſanum, debebat mundari per iſtam legem.

Sed hoc non poteſt ſtare: quoniam dicitur in littera, quòd iſte eſt ritus leproſi, quando mũdandus erat, ſed iſte qui recluſus erat per ſeptem dies, vel per quatuordecim, non erat leproſus, ſicut poſterrei indicabat euẽtus, etiam non fuerat ibi recluſus, tanquam leproſus: quia ſi indicatus fuiſſet leproſus, nõ recludebatur, ſed reiiciebatur è caſtris. Fit autem recluſio ad cognoſcendam lepram, an ſit: ergo non pertinebat ad iſtũ mundificatio quæ hic habetur, cum non erat leproſus, potiſſimè cum in fine ſeptem dierum, vel quattuordecim iudicaretur eſſe leproſus ſimpliciter. Item patet hoc, quia dicitur hic, quòd quando aliquis leproſus mundandus erat, exire debebat Sacerdos de caſtris; ergo ille qui mundãdus erat, extra caſtra erat: ſed ille qui ponebatur in cuſtodia per ſeptẽ, vel quattuordecim dies, nõ excludebatur à caſtris, ſed potius in caſtris recluſus erat, ergo non intelligitur de illo qui recludebatur per ſeptẽ, vel quattuordecim dies, vt videretur an eſſet leproſus; ſed de illo qui præſentatus Sacerdoti iudicabatur ſimpliciter immũdus, & excludebatur à caſtris. Item, quia in littera dicitur, quòd cum Sacerdos inueniret lepram eſſe mundatã, faciet purificationes quæ hic ſequuntur: ergo oportet, quòd iſte de quo hic dicitur, eſſet leproſus ſecũdum veritatem, aut ſaltem iudicabatur leproſus; ſed ille qui recludebatur ſeptem diebus, vel quattuordecim, nunquam fuerat iudicatus leproſus, ſed fuerat recluſus, vt ſciretur, an leproſus eſſet, vel nõ: & fuit indicatum de eo, quòd non erat leproſus poſt iſtas recluſiones: non ergo poteſt dici in iſto eſſe lepra mundata, cum nunquam iudicatum fuerit lepram in eo fuiſſe. Concludendum ergo, quòd non poteſt intelligi debere fieri purificationem, de qua hic dicitur in illo qui recluſus eſt vna, vel duabus recluſionibus, & poſtea iudicatus eſt mũdus, ſed in eo qui iudicatus eſt habere manifeſtã lepram, & per hoc expulſus fuit à caſtris, & deinde apparuit eum eſſe mundum, ſiue quia male fuit de eo pronunciatum, ſiue quia Deus eum curauit à lepra, aut naturaliter curatus fuit. *Adducetur ad Sacerdotem.* Leproſus qui factus eſt mundus, adducetur ad Sacerdotem, quia ad ſolum Sacerdotem attinebat iudicare de lepra, condemnando, vel abſoluendo. Non tamen eſt intelligẽdum, quòd adduceretur leproſus ad Sacerdotem, & quòd Sacerdos iret ad leproſum, quia Sacerdos exibat de caſtris ad aliquantulum ſpacium, & non accedebat ad locũ habitationis leproſorum, quia illa ſatis diſtabat à caſtris: tunc autem ipſe leproſus de loco in quo erat, veniebat ad Sacerdotem qui erat in exitu caſtrorum. *Qui egreſſus de caſtris.* Ad Sacerdotem refertur: ipſe namque erat qui egrediebatur de caſtris. Leproſus autem non poterat egredi de caſtris, quia nunquã ibidem fuerat, poſtquàm iudicatus erat leproſus. Cauſa autem quare Sacerdos egrediebatur de caſtris, eſt: quia non licebat leproſum introire in caſtra: non enim cõſtabat, an leproſus ille mundatus eſſet, donec Sacerdos contẽplaretur eum; ideo ne inficeret caſtra, non egrediebatur donec Sa-

Doct. opinio.

Sacerdos quare de caſtris egrediebatur.

A cerdos decerneret eum eſſe mũdum: & ſic oportebat Sacerdotem exire à caſtris. *Cum inuenerit lepram eſſe mundatam.* Cum Sacerdos egrederetur de caſtris, primo conſiderabat, an ille homo à lepra mundatus eſſet, & hoc ſiue lepra in eo non fuiſſet, ſed iudicatus fuiſſet eſſe leproſus; quia cum appareret non eſſe lepram in eo, iudicabatur eũ fuiſſe mundatum à lepra, ſiue ſit lepra vera, vel præſuppoſita; cum autem verè fuerat leproſus, & poſtea miraculosè, vel naturaliter mundatus erat, magis poterat dici lepra mundata. *Præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe.* Iſtæ purificationes quæ fiebant erant pure cæremoniales, & nihil conferebant naturaliter, nihil enim per iſtas aſperſiones purificabatur homo ab aliqua immunditia, ſed potius commaculabatur, cum aſpergeretur ſanguis ſuper illum, potiſſimè cum littera dicat iſtam
B purificationem fieri debuiſſe, quãdo iam lepra mundata eſſet. Si autem lepra mundata non eſſet, nihil horum offerebatur: ſed Sacerdos conſiderabat eum qui ante fuerat leproſus, & decernebat eum verè lepra teneri, iubens manere extra caſtra, nulla alia facta cæremonia. Si tamen iſtæ cæremoniæ, & aſperſiones haberent aliquam virtutem mundificatiuam naturaliter, & verè, tunc fierent quando homo immundus eſſet, vt ſic purificaretur; Fiebant ergo omnes iſtæ cæremoniæ, non, vt ipſe aliquid proficerent, quia nulla talis virtus in eis erat, ſed ad reuerentiam Dei, quia dum plures cæremoniæ fiebãt, ad hoc, quòd aliquis ſeparatus à caſtris, & cultu Dei, reduceretur in illum, tãto maioris reuerentiæ iudicabatur eſſe ipſe cultus Diuinus, ſecundum quòd declaratum fuit ſupra 11. cap. Si autem non fierent aliquæ cæremoniæ, cum ille cultus Dei in ſa-
C crificiis, quę tunc exhibebantur, ſecundum ſe non haberet aliquam dignitatem, vt homines ad ſe traheret, negligeretur ab omnibus, quod valde inconueniens erat.

Iſtæ cæremoniæ q fiebãt in purificatione leproſi, non erant effectiuæ alicuius vtilitatis, ſed ſolũ ſeruabantur in reuerentiã Dei.

Quamuis iſtæ cæremoniæ non haberent aliquam virtutem effectiuam, tamen habebant ſignificationem aliquorum futurorum, vel ipſius, quod fiebat. Quæſt. II.

ISTÆ autem cæremoniæ, quamuis non haberent aliquam virtutem effectiuam, habebant tamen aliquam rationem, & ſignificationem: ſicut de cæremoniis quę ſupra poſitæ ſunt, declaratum fuit; ſic etiam eſt de cæremoniis quæ habentur hic; omnes enim hæ cæremoniæ rationem quandam habent.

Iubentur hic offerri duo paſſeres viuentes, nec accipiun-
D tur paſſeres ſpecialiter pro quibuſdam paruis volatilibus, qui à nobis paſſeres vocantur, ſed magis generaliter pro paruis auibus, quæ domeſticæ non ſunt, quod patet: quia vnus iſtorum paſſerum permittitur auolare in agrum; ſi enim eſſet de volatilibus domeſticis, nõ auolaret in agrũ, ſed rediret in domum. Iubentur autem paſſeres offerri qui ſunt volucres, propter cauſam ſignificationis: quia ſicut vnus iſtorum paſſerum auolare permittitur effugiens manum tenentis, ita & ille qui leproſus erat, à lepra deſertus atque abſolutus eſt: in quadrupedibus autem, aut quibuſlibet animalibus non volatilibus non reperiretur iſta ſignificatio; quia nullum eorum poterat auolare in agrum, ad ſignandum libertatẽ, & abſolutionem à lepra. Itẽ iubentur duo paſſeres offerri, cuius cauſa eſt, quia vnus debebat iugulari, vt de ſanguine eius aſpergeretur ſuper
E ipſum qui mũdãdus erat; vt ſic ſignificaretur mũditia inducta ab ipſo qui leproſus fuerat. Alius paſſer neceſſariũ erat, vt permitteretur auolare in agrum ad ſignificandũ, ꝙ liberatus fuerat à lepra ille, qui quõdã leproſus fuerat.

Erant etiam iſti duo paſſeres viuentes offerendi: & hoc propter ſignificationem, ſ. quia ſignificabatur iſtũ hominem liberari à lepra, quæ corrodebat ipſam viuam carnẽ; magis adhuc fiebat oblatio paſſerum viuorum, quia vnus eorum debebat permitti auolare in agrũ, ſed hoc non poterat eſſe, niſi viueret. Itẽ quia in ſanguine alterius mundificatio fieri debebat, ſed hoc nullatenus fieri poſſet niſi paſſer viuẽs offerretur, quia ſi mortuus fuiſſet, aut nullus in eo ſanguis extitiſſet, aut ſaltẽ gelidus fuiſſet, ſed quocũque dato, non poterat fieri aſperſio: ergo oportebat, ꝙ viuẽtes eſſent paſſeres. *Vt offerrat duos paſſeres viuos pro ſe.* Dicebatur offerre iſte mũdatus à lepra duos paſſeres, quia eos

Paſſeres quare viuentes erant offerendi.

Sacerdoti pſentabat,vt de illis cōpleret ceremonias purificationis ſuæ. Dicitur offerre pro ſe,quia ad purificatiorem ſuam faciendam illos offerebat. *Quibus veſci licitum eſt*. Dicitur autem de paſſeribus quibus eſt licitum veſci, vt tollantur quædam volatilia, quæ non erant licita ad eſum: obſeruabatur enim hæc munditia in omnibus rebus,quæ offerebantur,vt magis mūdum eſſet illud, quod offerretur quam illud quod comedebatur;quod ſatis apparet in quadrupedibus: nam decem ſpecies quadrupedum ad eſum mundæ erant, vt habetur Deuteronomij 14.cap.ad offerendum autem ſolæ tres ſpecies licitę erāt, vt patet ſupra 1. cap. & 3. quod igitur immundum erat ad eſum, offerri nunquam debebat, quia immunda talia ſunt,oblatio autem de mundis eſſe debebat.

Nicolai expoſitio de paſſeribus.

Dicit autem Nicolaus, ꝙ dicitur de paſſeribus, quibus veſci licitum eſt, ad excludendum quoſdam paſſeres, qui verè non erant paſſeres, ſed vocabantur paſſeres in terra promiſſionis,& erant immundi: illi autem qui erant verè paſſeres,ad eſum liciti erant. Vel dicit,quòd hoc exprimitur, quia quamuis paſſeres ad eſum, ſecundum ſpeciem mundi ſint, tamen per accidens ex aliquo contactu immundi erant; in quo Nicolaus innuit debere hoc intelligi ſolum de quadam ſpecie paruorum volatilium, quæ paſſeres dicuntur.

Doct. expoſitio.

Sed hoc non ſtat: verius namque eſt dicendum, quòd accipiātur paſſeres pro quibuſcunque auiculis paruis non domeſticis,& in his erant multæ ſpecies: quarum aliquæ erant de mundis, aliæ autem de immundis; & cum dicit obſeruandum eſſe ne iſta animalia immunda eſſent ex contactu,ſtare non poteſt: quoniam ſciri non poterat, an iſtæ aues tetigiſſent aliquid immundū propter quod immundæ eſſent,cum nō fuerint in poteſtate humana, ſicut animalia quadrupedia domeſtica: potiſſimè,quia quædā animalia ſunt, quæ habent cibos immundos, & tangunt, tamen nō ex hoc ſunt immunda,cum ſecundum ſpeciem munda iudicentur, vt patet de gallinis, & ſimilibus domeſticis volatilibus,quæ deuorāt ſtercora humana,ex hoc tamen non dicemus illa reddi immunda.

Item dato, quòd ſciretur paſſeres iſtos, qui ſecundum ſpeciem mundi ſunt,tetigiſſe aliquod morticinum,aut ſimilia,propter quæ immundi eſſe deberent,tamen ex hoc non iudicarentur immundi,quia cum iſta tetigerunt,non poterat cauſari in eis munditia, vel immunditia,cum non pertinerent ad hominem: munditia tamen & immunditia,de quibus agitur in Veteri Teſtamento,ſolum ſunt in homine,& in rebus, quæ aliquo modo pertinēt ad hominem, ſecundum quod ad vſum eius applicantur, vel ipſe applicat eas ad cultum Dei; volatilia autem nō ſunt pertinentia, aliquo modo ad hominem, antequam ab ipſo ſumantur, ideo non poſſunt incurrere tunc munditiā, vel immunditiam: cum autem fuerint in poteſtate humana, quia applicita ſunt ad vſus humanos, immunditiam incurrere poſſunt ex contactu alicuius rei, ita quòd non liceat comedere talem rem, vel applicare ad cultum Dei.

Quales devebant eſſe paſſeres ad purificationem.

Sciēdum,ꝙ per hæc verba,quibus veſci licitum eſt, Deus ampliauit hic mūditiam,quæ requirebatur in volatilibus offerendis: nam aliter volatilia erant munda ad oblationem,& aliter ad eſum. Ad eſum quidem omnia volatilia erant munda præter illa,quæ vetātur ſupra 11.c.& Deut. 14.c.ad oblationem autem ſolum duo genera volatilium munda erant: nam turtures,& pulli columbarum ſolum offerebantur,vt patet ſupra 1.cap. hic autem non dixit,ꝙ offerrentur duo paſſeres,aut duo volatilia,de his quę erāt licita ad offerendum,ſed de his quæ erāt licita ad veſcendum: quia in hoc dabatur maior libertas,& nō cogebantur hic offerentes dare de volatilibus quæ ſolum licebat offerri;cuius cauſa eſt:quia iſta oblatio non fiebat Deo,ſicut latius infra declarabitur: ſed erat quædam ceremonialis obſeruatio ad emundationem eius qui leproſus fuerat. *Et lignum cedrinum.* Offerebatur quoque lignum cedrinum ad iſtam purificationem faciēdam, nō quidem intelligendo, quòd offerretur aliquod magnum lignum, quia hoc ad nihil proficiebat,ſed ſolum offerebatur vna parua virga de cedro ad menſuram duorum, vel triū palmorum,quod apparet ex congruentia finis ad quem aſſumebatur: nam aſſumebatur iſtud lignum cedrinum, vt

F fieret de illo aſperſorium ad aſpergendum ſanguinem paſſeris ſuper eum,qui leproſus fuerat,vt infra patet; ad quod tamen factum,paruum lignum neceſſarium erat.

Quare offerebatur lignum cedrinum in hac purificatione. Quaeſt. 111.

QVÆRET autem aliquis,quare offerebatur lignum cedrinum in hac purificatione? Et reſponſio patet ex ſuperioribus, ſcilicet,quòd aſſumeretur, vt eſſet manubrium aſperſorij, & ſic etiam infra patet, cum dicit, quòd tingeret paſſerem viuum cum ligno cedrino,& cocco,& hyſſopo in ſanguine paſſeris mortui.

Sed ſi quæratur,quare magis lignum cedrinum, quam quodlibet alterum aſſumeretur, cum quodlibet lignum G ad hoc potuiſſet ſufficere? Reſpondendum eſt, quòd ſecūdū Rabbi Abraham, Aben Ezra accipiebatur cedrus, quia eſt arbor altiſſima, vt ſignificetur,quòd iſte incurrerit in lepram propter aliquod peccatum, & fortè propter peccatum ſuperbiæ,quod deſignatur per altitudinem cedri, ideo debebat emūdari per id quod eſt humillimum, ſcilicet, per hyſſopum, quæ eſt de minimis herbis,& valde neglectis,qm̄ etiam in parietibus prouenit, & ponitur tanquam in gradu imperfectiſſimo inter plantas, vt habetur 3.Regum,cap.4. cum dicitur, de ſapiētia Salomonis, ꝙ Salomon diſputauit ſuper lignis à cedro quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopū qui egreditur de pariete.Erant ergo iſta duo extrema,ſcilicet maximum,& minimum,& valde conueniebat,ſcilicet,cum penæ dicantur eſſe medicinæ peccatorum; & medicinæ dicentur per oppoſita ad H morbos,vt ait Ariſt.2.Ethic. oportebat,vt qui in maximo peccauerat,per minimum purgaretur. Alia ratio huius dari poteſt, quia cedrus eſt imputreſcibilis arbor, & per hoc ſignificatur incorruptibilitas, myrrha quoque quæ de cedris fluit,conſeruat cadauera mortuorum integra,& incorrupta:ideo conueniebat accipere cedrum,vt ſignificaretur iſtum hominem liberatum à lepra corrodente.

Vermiculus quid ſit. & quomodo appelletur in lingua Hiſpanica. & Italica.

Vermiculumque. Dicitur autem vermiculus aliquid valde rubei coloris, quod de arboribus quibuſdam colligitur, & conſueuit vocari in Sacra Scriptura, coccus bis tinctus, quia ita eſt rubeus, ſicut ſi bis de rubedine tinctus eſſet, & vulgariter vocatur *(grana de ſcarlato.)* Accipiebatur autem vermiculus: quia eſt viuaciſſimi coloris,ad ſignificādum,quòd lepra quę carnem viuā corrodebat,iam abolita eſt. Vel accipiebatur,quia iſte eſt color multum viuidus,vt ſignetur lepram abiiſſe, quæ viuidum atq; natura-I lem colorem in alborem quendam,aut ſubrufum cōuertebat.

Hyſſopus quid ſit. & quomodo in lingua Hiſpanica appelletur.

Et hyſſopum. Offerebatur ēt hyſſopus qui eſt parua herba,& multū vulgaris,& prouenit etiam in parietibus, vnde in minimo gradu, quaſi perfectionis herbarum ponitur,ſicut patet ex eo quod habetur 3. Reg. c.4. ſcilicet, diſputauit Salomon à cedro vſq; ad hyſſopum qui egreditur de pariete. Eſt autem herba multum filoſa,quando contunditur,ideo de ea fiunt veſtes, & vulgariter vocatur *(eſparto.)* Accipiebatur autem hyſſopus in hac emūdatione,vt aliqui dicunt,quia eſt herba redolens cum floret ad ſignandum quod lepra quæ fœtida erat,iam abiiſſet. Latius autem dicendum eſt,quòd accipiebatur propter conuenientiam aſperſionis:nam omnia ſicut infra dicitur tingebantur in ſanguine paſſeris mortui, vt aſpergeretur ſu-K per ipſum qui leproſus fuerat. Sed nulla herba eſt quæ ad aſperſionem aquæ ita conueniens ſit, ſicut hyſſopus: ideo cum in Eccleſia aſperſoria fiunt pro aqua benedicta, de hyſſopo componuntur. *Et vnum ex paſſeribus immolari iubebit*, id eſt, de iſtis duobus paſſeribus mandabat ſacerdos,quòd vnus immolaretur,id eſt,iugularetur:fiebat autem iſta immolatio, vt de ſanguine illius paſſeris aſpergi poſſet ſuper eum, qui leproſus fuerat.

Quonam loco fiebat huius paſſeris immolatio. Quaeſt. IIII.

QVÆRET autem aliquis, quo loco fiebat immolatio iſtius paſſeris,ſ an fiebat in Sāctuario, vbi communiter fiebāt aliæ immolationes, vel ſi fiebat in caſtris i loco profano,aut an fieret extra caſtra? Ad hoc reſpondendum eſt ſm quoſdam, ꝙ iſta immolatio fiebat

A in Sãctuario, ſ. in atrio Tabernaculi apud altare holocauſtorum: nam omnes immolationes, ſiue de armentis, ſiue de volatilibus, debebant fieri apud altare holocauſtorũ, vt habetur ſupra 1. cap. Item, quia infra 17. cap. prohibetur, ne quis immolet hoſtias ſuas in agro, vel in caſtris, ſed ad oſtium Tabernaculi, & ꝙ Sacerdos fundat ſanguinẽ ſuper altare; qui autem ſecùs faceret reus mortis erat, ac ſi hominem occidiſſet, vt ibidẽ dicitur: ergo debebat iſte paſſer immolari ſuper altare. Dicendum autem eſt, quòd non poteſt hoc ſtare: ſed fiebat iſta immolatio extra caſtra: nam Sanctuariũ non erat extra caſtra, ſed in medio caſtrorum inter quattuor vexilla, vt hr Num. 2. cap. quando tamen iſta immolatio fiebat, tam Sacerdos quàm ipſe qui mundabatur, erant extra caſtra, cum dicatur infra, ꝙ poſt hæc introibat mundatus in caſtra: ergo non poterat fieri in Tabernaculi atrio, ſed extra caſtra. B Cum autẽ probabatur, quòd intra Sanctuariũ fieret illa immolatio, quia omnes immolationes fiebant in Sanctuario apud altare holocauſtorum: dicendum eſt, quòd intelligitur de illis ſacrificiis quæ fiebant Deo: hic tamen non fiebat aliquod ſacrificium, ſed ſolum immolabatur ille paſſer, vt de ſanguine eius aſpergeretur, qui leproſus erat, ſuper eum; de illis enim quæ erant ſacrificia, vetitum erat ne quis extra Sanctuarium immolaret. In illis autem quæ non erant ſacrificia, ſed aliquæ immolationes, non erat imperatum, vt in Sanctuario fierent, ſicut patet de Vitula Rufa, quæ immolabatur, & tamen extra caſtra immolabatur, vt habetur Num. 19. cap. Cum autem arguitur ex eo quod habetur infra 17. cap. quòd nullus offerret in caſtris, vel extra caſtra ſub pœna mortis, ſed ad oſtium Tabernaculi. C Reſponſio manifeſta eſt ex littera ipſa, quæ loquitur de holocauſtis, & aliis victimis. iſta aũt immolatio non erat, ſed quædam iugulatio volatilis illius, vt in ſanguine eius tingeretur aſperſorium ad aſpergendũ ſuper eum qui leproſus fuerat. Ad hoc autem non erat inconueniens extra caſtra fieri immolationem, ideo non erat conueniens fieri hãc immolationem in caſtris in ipſo Sanctuario, quia ſolum ibi immolabantur quæ erant ad Deum, hic autem non erat ad Deum iſta immolatio, ſed ad faciendum purificationem eius, qui leproſus fuerat.

Dict. reſponſio ad quæſitũ.

In quo ſacrificiorum genere hæc paſſeris immolatio ponitur. Quæſt. V.

QVÆRET autem aliquis, in quo genere ſacrificij poneretur iſta immolatio: D nam in principio huius libri diſtinximus tria genera ſacrificiorum, ſcilicet, holocauſtum, & victimam pacificam, & hoſtiam pro peccato, vt patet 1. 2. 3. & 4. cap. & nõ ſunt aliqua alia genera ſacrificiorum. Oportet igitur, quòd omnia ſacrificia reducantur ad tria hæc genera: ideo ſi iſtud ſacrificiũ eſt, in aliquo iſtorum trium generum eſſe debet. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd iſta immolatio paſſerum nõ eſt in aliquo iſtorum trium generum, quod patet: quoniã non poteſt eſſe holocauſtum, cum holocauſta volatiliũ immolentur apud altare holocauſtorum, vt patet ſupra 1. cap. ſed hoc immolatur extra caſtra, vt probatũ eſt, & apparet hic in littera. Item, quia holocauſtum quod fit de volatilibus, fiebat de ſolis turturibus, & pullis columbarũ, ſed hic poterat fieri immolatio de omnibus auibus, quibus veſci licitum eſt, vt apparet in littera. E Quòd autem de ſolis turturibus, & pullis columbarũ fiat holocauſtum, habetur ſupra 1. cap. ergo non eſt iſtud holocauſtum. Item, in holocauſto totum corpus volatilis cremabatur ſuper altare, abiectis plumis, & veſicula gutturis, vt habetur ſupra 1. c. ſed hic non cremabatur aliquid ſuper altare, ergo nõ erat holocauſtum. Quòd autem non eſſet victima pacifica, apparet: qm̃ non fiebat victima pacifica, niſi de bobus, ouibus, & capris, vt habetur ſupra 3. cap. de volatilibus autẽ minimè. Itẽ, quia in hoſtiis pacificis aliquid cedebat Sacerdotibus, & aliquid offerentibus, & aliquid Deo: ſed hic nulla talis fiebat diuiſio, ergo non erat hoſtia pacifica. Itẽ, non poterat eſſe pro peccato: qm̃ tunc expreſſum fuiſſet, ꝙ eſſet pro peccato, ſicut in aliis exprimi conſueuerat, ergo non eſt pro peccato. Item, omnes hoſtiæ pro peccato offerebantur apud oſtium Tabernaculi, & immolabantur apud altare holocauſtorum, vt habetur ſupra 4. 5. & 6. cap. ſed iſta immolatio non fiebat in Sanctuario, ſed extra caſtra: ergo non erat pro peccato. Non igitur poteſt dici, quòd iſta immolatio ſit in aliquo iſtorum trium generum ſacrificiorum.

Reſponſio ad quæſitum.

Sed adhuc aliquis dicet, quòd quamuis nõ ſit in aliquo genere ſacrificij directè, tamen reducitur ad aliquod eorũ: ſic enim dicimus de immolatione Vitulæ Rufæ, quia ipſa non pertinet ad holocauſtum, nec ad victimam pacificam, nec hoſtiam pro peccato, cum non obſeruetur in ea aliquid de illis cæremoniis, quę requiruntur in iſtis tribus ſacrificiorum generibus: nam extra caſtra immolabatur, nec aliquid de ea cremabatur corã Domino, nec aliquid de ſanguine fundebatur ſuper altare, vt habetur Numeri 19. cap. hæc tamen tria erant generalia ad omnia ſacrificia, vt ſatis apparet ſupra 1. 3. & 4. cap. iſta tamen immolatio Vitulæ Rufæ reducebatur ad aliquod genus ſacrificiorum, ſcilicet, ad ſacrificiũ pro peccato: ſicut etiam habetur Num. 19. cap. vbi dicitur: ipſa eſt enim immolatio pro peccato. Ita ergo erat in iſta immolatione paſſeris, de qua hic dicitur, quod reducetur ad aliquod genus horum trium. Reſpondendũ eſt, quod non reducitur ad aliquod iſtorum: nã tunc aliqua immolatio reducitur ad aliquod genus ſacrificij, quando habet ſimilitudinem cum illo in aliquo: ſi autem in nullo ſimilia ſunt, non reducitur vnũ ad alterum; in immolatione Vitulæ Rufæ ſic eſt, ꝙ ipſum ſacrificium pro peccato habet ſimilitudinem cum Vitula Rufa, & hoc in duobus, ſ. in quibuſdam cæremoniis, & in fine ſuo: erant autem duæ cæremoniæ, in quibus aſſimilatur immolatio Vitulæ Rufæ ſacrificio pro peccato. Primo erat, quia ſicut ſacrificium pro peccato aliquando cremabatur extra caſtra, ſ. quãdo erat pro peccato totius populi, vel Summi Sacerdotis, vt habetur ſupra 4. capite, ita Vitula Rufa cremabatur extra caſtra, vt habetur Numeri 19. cap. Secundo, eſt ſimilitudo inter immolationẽ Vitulæ Rufæ, & ſacrificium pro peccato in aſperſione ſanguinis: nam ſicut in quibuſdã ſacrificiis pro peccato aſpergebatur ſanguis cõtra velum Sanctuarij ſepties, vt in peccato totius populi, & in peccato Summi Sacerdotis, vt habetur ſupra 4. cap. ita & in immolatione Vitulæ Rufæ fiebat ſepties aſperſio cõtra Sanctuarium, quamquam in aliis ſacrificiis fiebat intra Sanctuarium de loco caſtrorũ cõtra Sanctuarium aſpergendo, vt habetur Num. 19. cap. Item immolatio Vitulæ Rufæ fiebat ad finem, ad quem erant omnia ſacrificia pro peccato: nam ſicut in ſacrificiis pro peccato fiebat expiatio eius, qui offerebat ſacrificiũ, ita & in Vitula Rufa fiebat expiatio totius populi, cum cineres illius fierent ad emundationem totius populi, commiſcendo eos aquę, & faciendo inde aquas luſtrationis ad purgandum omnes immundos, vt habetur Num. 19. cap. In immolatione iſta quæ fiebat hic, non eſt aliquid tale ſimile, quoniam ipſa non erat pro peccato alicuius, emundando directè, vel indirectè, ſed ſolum fiebat ad ritum purificationis leproſi.

Obiectio ad reſponſum.

Item, non cremabatur iſte paſſer immolatus, vt haberet ſimilitudinem cũ ſacrificio pro peccato, ſicut cremabatur Vitula Rufa, ſed ſolũ accipiebatur ſanguis eius ad purificationem leproſi. Item, non aſpergebatur contra Sanctuarium de ſanguine iſtius paſſeris immolati, ſicut aſpergebatur ſepties de ſanguine Vitulæ Rufæ: non habebat ergo aliquam ſimilitudinem iſta immolatio paſſeris cum aliquo ſacrificio, ſicut immolatio Vitulæ Rufæ cum ſacrificio pro peccato: non ergo reducetur ſacrificium, vel immolatio paſſeris de qua hic dicitur, ad aliquod ſacrificium, ſicut immolatio Vitulę Rufę reducitur ad ſacrificium pro peccato.

Item apparet, ꝙ iſta immolatio non pertineat ad Deũ, quia quandocumque aliquod ſacrificium, vel quaſi ſacrificium fiebat, à Sacerdote immolabatur, nec aliquis alius poterat ſe intromittere de illo miniſterio, quia moreretur, ſicut de illis qui accedebant ad aliqua genera myſteriorum. De hoc habetur Numeri 4. capite, 8. & 18. hic tamen Sacerdos non immolabat iſtum paſſerem, ſed dicitur, quòd iubebat immolari eum per aliquem alterum, nullo mòdo igitur pertinebat ad ſacrificia.

Item, in hoc apparet ꝙ immolatio Vitulę Rufę quam-

quam nõ eſſet propriè ſacrificium, tamen magis pertinebat ad Deum, quàm iſta immolatio paſſeris: quia vitulam rufam immolabat Sacerdos, vt habetur Numeri 19. cap. vbi dicitur, quòd Eleazarus filius Aaron immolarit vitulam rufam. Iſte autem paſſer de quo hic, non immolabatur à Sacerdote, ſed per aliquem alium laicum, vt patet hic in littera. *Et vnum ex paſſeribus immolari iubebit*. i. ꝙ Sacerdos qui debet facere iſtum ritũ purificationis, mandabat alicui de ibi exiſtentibus, vt iugularet paſſerem vnum. *In vaſe fictili*. id eſt, ſuper vas fictile, id eſt, vas luteum. & dicitur (fictili) à fingendo, quia figulorum manibus fingitur. Alia autem vaſa quæ ſunt de materia ſolida, vt de ligno, lapide, vel metallo, non ſunt fictilia, quia non finguntur manibus figulorum, ſed per cauationem, vt in ligno, & in lapide, aut per fuſionem, ſicut in metallo fiũt: dicitur autem fieri immolatio iſta ſuper vas fictile, quia quando immolabatur paſſer, fluebat ſanguis ſuper vas fictile, vt ibi colligeretur ad aſpergendum ſuper ipſum qui mundandus erat. *Super aquas viuentes*. ſ. quia immolatio fiebat ſuper aquas viuentes. Vocantur autem aquæ viuentes, aquæ fontales, fluuiales, atque puteales, vt diſtinguuntur contra aquas ciſternarum, lacuum, paludum, vel ſtagnorum, quia iſtæ aquæ mortuæ vocantur. Non eſt autem propriè dictum, vt aliqua aqua ſit mortua, vel viuẽs, quoniam viuens eſt, quod in ſe habet animam, nullã autem animam in ſe habent aquæ, ſed eſt quidam modus loquendi metaphoricè: nam illa dicuntur viuentia quæ animam habent: anima autem eſt principium operationis eius in quo eſt. Ideo res illas quas per ſe operari videmus, viuentes appellamus: eas autem quæ nõ per ſe operantur, ſed ab aliis mouentur, mortuas, vel ſaltem non viuentes dicimus. Sic etiam eſt de aquis, quia quædã aquæ habent in ſe principium ſuæ originis, & motus, ſicut fontales, fluuiales, & puteales, ideo viuentes dicuntur: aliæ autem non habent in ſe principium originis, nec motus, & iſtæ vocantur aquæ mortuæ, vel non viuentes: ſic eſt de aquis paludum, ciſternarum, ſtagnorum & lacuum: hæ enim aquæ immotæ ſunt: iubebat autem Deus fieri iſtam immolationem ſuper aquas viuentes, quia iſtæ aquæ ſunt ad purificationem, ideo puræ eſſe debẽt, aquæ autem viuentes ſunt huiuſmodi, propter motum, & originẽ, quam habent ibi, vbi dicuntur viuentes, aquæ autem mortuæ non ſunt puræ, quia propter quietem contrahunt quandam groſſitiem, & immunditiam, ſicut videtur in aquis ſtagnorum, & paludũ, in quibus aqua groſſior eſt, & viridior, quod fit ex corruptione quadam ſuper ipſas cauſata propter diutinam quietem. Vel dicitur, ꝙ fiebat hoc in aquis viuentibus propter ſignationem, ſcilicet, quòd caro quæ ante fuerat leproſa, & per hoc videbatur mortua, erat iam reſtituta vitæ per emundationem.

Aqua viua quid ſit.

Anima eſt operationis principiũ eius in quo eſt.

Quare fiebat immolatio paſſeris ſuper aquas viuentes, et modus eius.

Modus aũt quo fiebat iſta immolatio ſuper aquas viuentes, erat, vt acciperẽtur aquæ fontales, vel fluuiales in vaſe fictili, & ſuper aquas illius vaſis immolaretur paſſer fluente ſanguine ſuper ipſum vas, & aquas: erat aũt propter hoc, vt poſſet inde aſpergi ſuper ipſum, qui mundabatur à lepra: nam de ſolo ſanguine paſſeris non poterat fieri talis aſperſio. *Alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco, & hyſſopo tinget in ſanguine paſſeris immolati*. Hic ponitur modus aſperſionis ſanguinis, & aquæ, & dicitur, ꝙ deberet tingi paſſer viuus in ſanguine & aqua, & lignũ cedrinum, & hyſſopus, & coccus, in ſanguine, & aqua, & fieri aſperſio ſuper ipſum qui mundabatur. Erat autem ex omnibus iſtis factum vnum aſperſorium hoc modo, ſ. ꝙ lignum cedrinum, quod aliqualiter erat longum, accipiebatur tanquam manubrium, & in extremitate eius ligabatur paſſer viuus, poſita cauda, & alis ſuper eum qui aſpergi deberet. Ligabatur etiam coccus, & hyſſopus, cũ ipſo paſſere, & omnia iſta ſic ligata mergebantur in vaſe fictili in aqua, & ſanguine, & aſpergebatur inde contra eum qui mundabatur à lepra: & ſic plumæ caudæ, & alarum iſtius paſſeris erant tanquam aſperſorium, quia in illis recipiebatur ſanguis & aqua, & aſpergebatur ſuper ipſum mundandum ſepties. De omnib. iſtis aũt dictũ eſt ſupra, quare ponerentur in emundatione iſtius leproſi.

Eſt autem applicatio huiuſmodi, ſcilicet, quod hic fiebat quædam purificatio leproſi, ideo ponebãtur illa quæ

F denotabant proprietatẽ huius purificationis: lignũ cedrinũ ponebatur, quia eſt imputribile, ideo ſignificat iſtum purgatum à putredine, & corruptione lepræ; ponebatur autem hyſſopus, quia eſt boni odoris, quando floret, vt ſignificetur iſtum reductum ad bonum odorem ablato fœtore lepræ, per emundationem; ponebatur etiam hyſſopus, quia conuenientior eſt ad aſpergendum, quam aliquid alterum; coccus autem, id eſt, vermiculum, quod ſupra dicebatur, propter hoc ponebatur, quia habet colorem puriſſimum, vt ſignificetur, quòd in iſto qui mundatur redit color naturalis ablato colore degenerãte, qui pertinebat ad lepram. Paſſer autem viuus immergitur, vt ſignificetur, quòd vita carni ſuæ redditur per emundationem, quæ ante per lepram mortua fuerat. *Tinget in ſanguine paſſeris immolati*, id eſt, omnia iſta quattuor tingentur in ſanguine facto vnõ aſperſorio ex eis, ſicut ſupra,

G dictum eſt. Et dicuntur tingi in ſanguine, non in ſanguine ſimpliciter, ſed in ſanguine commixto aquis viuentibus. *Quo aſperget illum, qui mundandus eſt*; id eſt, cum iſto aſperſorio tincto in ſanguine, & aqua, aſpergetur ille qui eſt leproſus, & ſic mundabitur.

Sed dicet aliquis, iſtam litteram impugnare ſuperiorem: quã ſupra dicebatur, ꝙ cũ Sacerdos reperiret lepram eſſe mundatã, faceret iſta quæ hic continentur, ſi ergo lepra mundata erat, iam non poterat homo mundari.

Reſpondendum eſt, quòd mundatio leproſi erat duplex, quædã erat naturalis, alia cæremonialis; & vna præſupponebat alteram; munditia enim realis, ſiue naturalis erat purgatio à lepra, cum lepra eſſet vera infirmitas, & naturalis. Alia autem purgatio erat cæremonialis, & hæc

Mundatio leproſi duplex.

H eſt ſecundum quam purgabatur aliquid quod non erat macula naturalis, ſed ſolum ſecundum opinionem; & hoc eſt, cum iſte qui erat verè mundatus à lepra, recipiebat quaſdam cæremonias purificationis, vt poſſet ingredi in caſtra, & accedere ad Sanctuarium, quod aliàs non licebat, quamquam iſte eſſet verè purgatus à lepra. Et ſecundũ hoc ſtat littera, quia agitur in ea de duabus emundationibus. Primò, de illa quæ eſt naturalis, ſiue realis ab ipſa lepra, & de hac dicitur, cũ inuenerit leprã eſſe mundatam. Secunda eſt purificatio cæremonialis, ſecundum quam abſtergitur macula quæ eſt per opinionem, & iſta eſt de qua dicitur hic: aſperget illum qui mundandus eſt, i. qui debet recipere hanc cæremonialem munditiam: & ſic dicitur ſupra: hic eſt ritus leproſi, quando mũdandus eſt, i. quando fieri debent in eo iſtæ purificationes de

I quibus hic. *Septies*. Refertur ad illud verbum aſperget, ſ. quòd Sacerdos aſpergeret ſepties ſuper eum, qui mundabatur, de ſanguine illo, & aqua. Cauſa huius eſt: vt ſignificetur plena munditia; nã numerus ſeptenarius perfectus eſt, ideo ſignificatur totalis purificatio per eum. Vel fiebat ſepties, ad ſignandum ſeptem peccata mortalia, propter quorum aliquod ſolet induci lepra, ſicut patet de Maria ſorore Moyſi, quæ fuit percuſſa lepra, quia murmurauit, vt habetur Numeri 12. capite. Cũ autem ſeptenaria fit aſperſio, ſignatur omnia ſeptem peccata dimiſſa eſſe. Vel magis propriè fit ſeptenaria aſperſio ad ſignandum totalem purificationem, quia totum eſſe noſtrum in ſeptem voluitur, ſcilicet, in circulo ſeptem dierum, & ob hoc, quando Deus iubet fieri aliquam aſperſionem, iubet eam ſepties fieri: ſicut patet in ſacrificio pro peccato, ſicut

K habetur ſupra 4. cap. & ſicut fiebat in vitula rufa, vt habetur Numeri 19. ſic etiam fiebat in vnctione, & aſperſione altaris ad conſecrationem ſuam, vt habetur ſupra 8. capite. ſic enim generaliter de omnibus eſt. *Vt iure purgetur*, id eſt, iſta ſeptenaria aſperſio fiet, vt ille qui purgatur, purgetur iure, id eſt, conueniẽter, non enim ſignat hic ius rationem, aut æquitatem, vel dictamen aliquod naturale, ſed rectitudinem, & ordinem cæremoniarum, ſcilicet, quòd ordo cæremoniarum eſt in iſta purificatione, vt qui purificatur, ſepties aſpergatur, vt ergo rectè fiat, neceſſarium eſt, vt ſeptem vicibus aſpergatur.

Et dimittet paſſerem viuum, vt in agrum auolet. Duo paſſeres erant, quorum alter immolabatur ad aſpergendum de ſanguine eius; alius autem viuebat ligatus aſperſorio cum cocco, & hyſſopo; facta autem aſperſione, ſoluebat ſacerdos paſſerem qui ligatus erat in ligno cedrino, & di-

Quare Sacerdos poſt emũdationẽ leproſi, permittebat paſſerem volare.

& dimittebat eum vt auolaret in agrum. Cauſa huius eſt: A vt hic correſpondeat ſignum ſignato; fiebat enim purificatio, & poſt purificationem introibat ille, qui fuerat leproſus, in caſtra, receptus ad cohabitationem aliorũ hominum: ita enim erat de paſſere, quia paſſer erat ad purificationem hominis: & primo ligabatur, vt aſpergeretur ſanguis ſuper eum qui mundabatur, & poſt hoc paſſer dimittebatur, vt rediret ad aliorum paſſerum cohabitationem: ita enim homo purificabatur, & poſt purificationem in caſtra recipiebatur: nam paſſer ille prius erat ligatus; & non poterat ire quo volebat, ita homo quãdiu erat in immunditia lepræ, ligatus erat, id eſt, per legem obligatus, vt non poſſet intrare in caſtra, nec conuerſari cum aliis hominibus; & ſicut paſſer ligatus expleta purgatione, cum eo permittebatur liber in agro auolare quo vellet, ita mundatus de lepra, expletis cæremoniis permit- B tebatur redire in caſtra, & conuerſari liberè cum quibus vellet.

Cumq; lauerit homo veſtimenta ſua. Iſta eſt alia cæremonia quæ fiebat poſt aſperſionem, ad hoc, quòd iſte homo intraret in caſtra, ſcilicet, quòd lauaret veſtimenta ſua; fiebat autem hoc ad tollendam imaginem lepræ, vt ſi fortè aliquid de priori immũditia manſiſſet in veſtibus, per iſtam lotionem tolleretur.

An iſta lotio veſtium fieret cum aquis viuentibus, vel aquis luſtrationis. Quæſt. VI.

ET non fiebat iſta lotio per aſperſionem aquarum luſtrationis, ſicut aliqui exiſtimant, quod patet: quia fiebat lotio hæc ad tollenda veſtigia lepræ, vel immundi- C tiam ſaltem præſumptam ex contactu veſtium ad iſtum leproſum, ſed aquæ luſtrationis nihil taliter mundabant, cum iſta munditia deberet eſſe naturalis: aquæ autem luſtrationis naturaliter non mundabant; ſed potius inficiebant, quia habebant cineres vitulæ rufæ mixtos.

Item, quia dicitur hic, lauabit homo veſtimenta ſua, ſed manifeſtum eſt, quòd quando aliquis deberet aſpergi aquis luſtrationis ad cauſandum aliquam munditiã, non aſpergebat ipſe ſeipſum, ſed homo mundus aſpergebat immundum, vt habetur Numeri, 19. capite. hic tamen ipſemet homo abluebat veſtes, vt patet in littera, ergo non erat aſperſio aquarum luſtrationis.

Item patet hoc per ea quæ ſequuntur, ſcilicet, ꝙ pertineat ad aliquam mũditiam naturalem, quæ fit per aquas viuentes, & non ad aquas luſtrationis, quia dicitur, radet D omnes pilos corporis, ſed hoc ad munditiam naturalem pertinet; ergo ablutio veſtium de qua dicitur, eodem modo pertinebit ad naturalem munditiam, & ſic non fiet in aquis luſtrationis. Item, patet hoc: quia dicitur immediatè, ꝙ iſte homo lauabitur aqua. ſ. in corpore ſuo: iſta tamen lotio neceſſariò intelligitur pro defricatione ſordiũ quæ in corpore ſunt: ergo oportet eodem modo lotionem veſtium intelligi de lotione, quæ eſt in aquis viuentibus, & non de aſperſione aquarum luſtrationis. *Radet omnes pilos corporis.* Hoc etiam fiebat ad tollendum ſordes ſi aliquæ remanſerant: nam ſicut veſtes lauabantur, ne manerent in eis aliqua veſtigia lepræ, aut qualeſcunque contaminationes, ita & in pilis corporis adhæret lepra, & vt tolleretur, vt ſi aliquæ ſordes manſerant in illis, radebantur omnes: *Et lauabitur aqua.* Iſta lotio fiebat poſt pilorũ E raſionem, ſcilicet, vt tollerentur omnes maculæ, quæ in cute eſſent. erat.n. iſte modus, vt quia contingebat veſtes leproſi contrahere immũditiam ex ipſo leproſo, ipſæ primo lauarentur, ne in eis eſſet aliquod maculæ veſtigium. Deinde in pilis corporis ſolet inhærere lepra, ideo poſt hoc ipſi quoque radebantur; ad extremum autem in ipſa cutis ſuperficie ſordes aliquando inhærent, quæ nõ poſſunt tolli per pilorum raſionem, ideo poſt pilos raſos lauabatur totum corpus aqua. De iſtis aquis intelligẽdum eſt, ꝙ erant aquæ viuentes, ſicut ſupra dicebatur de aquis ſuper quas immolabatur paſſer. *Purificatuſq; ingredietur caſtra.* i. poſtquã ſuſceperit omnes iſtas cæremonias ablutionis & raſionis pilorum, erit perfectè mundatus, & introibit in caſtra, iam non potens alios inficere, cum non manſerit in eo aliquod veſtigium lepræ. Sciendum autem, ꝙ cum dicitur hic de raſione pilorum, eſt intelligendum vniuerſaliter de omnibus pilis corporis, tam ſuperciliorum, quam palpebrarum, quam barbæ, & omnium aliarum partium corporis vſque ad pedes. *Ita dumtaxat, vt maneat extrà tabernaculum ſuum ſeptem diebus.* i. quando introibat iſte mundatus in caſtra, non poterat immediatè ire in domum ſuam, ſed permanebat per ſeptem dies in aliqua alia domo, die autem octauo ibat in domũ ſuam. Cauſa huius erat: ne in illis ſeptẽ diebus commiſceretur vxori ſuæ: erat enim periculum ſi commiſceretur illi: nihil enim eſt, per quod magis aliquis incurrere poſſit lepram, quam ſi leproſus carnaliter cognouerit aliquã feminam. Cauſæ autem huius ſatis naturales ſunt, tam ex natura eiecti ſeminis, quã ex parte actus in coitu, & etiam ex parte animæ habẽtis maximã virtutem operatiuam in B materiam corporalem in ipſo extremo calore coitus. Hæ autem cauſæ à nobis non explicabuntur, videtur namque continere quandam turpitudinem, aut illepiditatem in verbis. Satis tamen notæ ſunt, ſi quis reſpiciat iſta tria fundamẽta ſupra poſita. Cauebat ergo Deus, ne iſte accederet ad vxorem, cum nouiter mundatus eſſet: quia fortaſſis non eſſet perfectè mundatus, & poſſet inficere eam, ſed per ſeptem dies manebat, & tũc in octauo die accedebat ad tabernaculum ſuum: eo quod iam perfectiſſimè eſſet mundatus. *Et die ſeptimo radet pilos capitis, barbamq; & ſupercilia, ac totius corporis pilos.* Iſta raſio pertinebat etiam ad cæremonias purificationis iſtius leproſi.

Notandum. Quõ fiebat raſio.

Quare manebat ſeptẽ diebus extra domum ſuam.

Quomodo dicitur hic, quòd iſte leproſus radet omnes pilos corporis ſui. Quæſt. VII.

SED quæret aliquis quomodo dicatur hic, ꝙ iſte leproſus radet omnes pilos corporis ſui, quia immediate dictum fuerat, ꝙ raſerat quando intrauit in caſtra? Reſpondendum eſt, quòd debebant radi omnes pili corporis, qui creuerant in ſeptem iſtis diebus; nam die quo introiuit in caſtra, raſit omnes pilos, & nũc iterum; fiebat autem iſta raſio ad maiorem mũdationem, vt ſi fortè iſti pili ſecundi contraxiſſent aliquam immunditiam ex cute non perfectè ſanata, per iſtam raſionem ſecundam mundarentur, & pili qui iam tertio naſcerentur eſſent iam totaliter mundi. *Et lotis rurſum veſtibus & corpore, die octauo.* Fiebat iſta lotio ex cauſa ſupra poſita, ſcilicet, quòd induceretur omnimoda munditia in iſto qui leproſus fuerat, ita, vt ſi non fuerant perfectè emundatæ veſtes in pri- D ma lotione, nec ablati fuerant omnes pili corporis, per iſtam ſecundam lotionem induceretur perfecta munditia tam in veſtibus, quam in carne. *Aſſumet duos agnos immaculatos.* Hic ponitur de ritu ſacrificiorum, quæ fieri debebant in octauo die, pro ipſo qui leproſus fuerat. Et diuiditur in duas partes, quia primò agitur de ſacrificio diuitum, ſecundo, de ſacrificio pauperum, infra ibi: *Quod ſi pauper eſt.* Debebat.n. in die octauo ire ille, qui leproſus fuerat ad Sanctuarium, & ſtans in oſtio Tabernaculi offerre omnia iſta, quæ hic dicuntur. & ponit primo de duobus agnis anniculis, quorum vnus offerebatur in holocauſtum, & alius in ſacrificium pro peccato, ſicut infra magis patet. *Et ouem anniculam abſque macula.* Offerebatur etiam cum his ouis annicula; quia debebant hic fieri tria genera ſacrificiorum, ſcilicet, pro peccato, & pro delicto, & in holocauſtum; ideo erant tria animalia, de quibus fierent iſta ſacrificia. Dicit autem iſta animalia debere eſſe immaculata: quia in omnibus ſacrificiis obſeruanda erat munditia; quæ autem ſint maculæ, quæ prohibebant offerri ſacrificia habentur infra 22. cap. *Et tres decimas ſimilæ in ſacrificio.* Dicuntur eſſe tres decimæ, tres partes menſuræ magnæ, quæ vocabatur Ephi: & quælibet iſtarum vocabatur Gomor, vnde tantum eſt dicere tres decimas, ſicut dicere tria Gomor. Erat enim ſimila iſta farina delicata, quæ alio nomine vocatur adeps frumenti; & dicebantur offerri iſtæ tres decimæ in ſacrificium, id eſt, loco ſacrificij. Aliqui enim intelligunt, quòd offerebantur tres decimæ in ſacrificium, id eſt, in ſacrificio, vel cum ſacrificio iſtorum animalium immolatorum. Sed iſte ſenſus non poteſt ſtare: quia tunc non diceretur in ſacrificium, ſed in ſacrificio: nam cum dicamus in ſacrificio

Ritus ſacrificiorũ quæ fieri debebãt. 8. die pro leproſo.

poteſt

poteſt ſignare concomitantiam, ita ꝙ illa propoſitio, in, ſtet pro, cum. Sic dicitur Geneſ. 32. cap. in baculo meo tranſiui Iordanem, i. cum baculo; cum autem dicitur, in ſacrificium, non poteſt ſignificare concomitantiam, ſed veritatem rei. ſ. in ſacrificium. i. vt ipſum ſit ſacrificium, ſicut dicimus, iſte homo ponitur in Epiſcopum. i. vt ſit Epiſcopus. Sed cum dicimus mitra ponitur in Epiſcopo, non ſignificat veritatē rei. ſ. ꝙ mitra ponitur, vt ſit Epiſcopus, ſed ſignificat adiacentiam quādam habitus. Ita ergo hic non poteſt dici, ꝙ offerebantur iſtæ tres decimæ, cum ſacrificio agnorum & ouis, cum dicatur in ſacrificium: ſed quia ipſa ſimila ſit ſacrificium. Sic apparet ſup. 2. cap. & Num. 15. ꝙ offertur ſacrificium ſimilæ, vel ſacrificium de ſimila: nam ſicut ea, quæ de carnibus fiunt ſacrificia vocantur, ita ea quæ fiunt de ſimila; & tunc ſunt iſta ſacrificia ipſorum animalium, ſiue quædā libamenta ſuperaddita. De modo autem iſtorum libamentorum ſupradictorum ad principalia ſacrificia: habetur Num. 15. c. Dixit autem hic debere offerri tres decimas ſimilæ, quia offerebantur tria animalia, & cum quolibet iſtorum offerebatur vna decima ſimilæ. *Quæ conſperſa ſit oleo*, id eſt, ꝙ iſta ſimila ſit conſperſa oleo, ſ. quando conficitur in paſtam. ſicut enim cum communiter paſtæ conficiuntur ex farina, aſpergūtur aqua, vt cōmiſceri poſſint, ita cum deberet offerri iſta ſimila, erat cōſpergenda oleo, nec tamen fiebant panes ex ea, ſed præſentabatur ſic in farina quaſi facta in paſtam, quanquam non perfectè, ſicut ſupra 2. c. patet, vbi de ſimila conſperſa, tollebatur pugillus ad cremandum ſuper altare. Et tamen ſi fuiſſet panis factus, vel paſta perfectè confecta, non potuiſſet inde tolli pugillus. *Et ſeorſum olei ſextarium*, id eſt, præter oleum quod offerebatur mixtum cum ipſa ſimila, offerebatur per ſe vnus ſextarius olei. Cauſa autem oblationis huius olei primo in ſimila erat: quia quandocunque offerebatur ſimila, debebat cum ea offerri oleum, ſicut habetur ſupra 2. c. Cauſa autem huius ibi dicta fuit; & iſta eſt cauſa generalis. Alij autem dicūt, quòd ſpecialiter ponebatur hic oleum, propter conuenientiam ſignificationis ad cauſam illius oblationis. fiebat enim iſta oblatio in cæremoniis purificationis leproſi: oleum autem mundificatiuum eſt puſtularum, & ſanatiuum, quod conueniebat ſignificationi huius ſacrificij: quia iſte qui offert mundatus fuerat à lepra, quæ puſtulas habebat. Magis tamen dicendum eſt, hoc fuiſſe ex communi lege ſacrificiorum, ſcilicet, quòd quandocunque offerretur ſimila, cum ea quoque oleum daretur. Etiā offerebatur hic per ſe ſextarius olei. Cuius cauſa erat: quia præter ſimilam offerendam, Sacerdos debebat obſeruare quaſdam cæremonias, tingendo aures & pollices manuum, & pedum: iſta autem tinctio fiebat in oleo, vt patet infra in littera. ergo neceſſariū erat, quòd offerretur oleum per ſe, ſine ſimila. Dicitur autem, ꝙ offerretur ſextarius olei: eſt autem Sextarius menſura quædam pertinens ad res humidas, ſicut Ephi, eſt pertinens ad res aridas. In hoc autem erant duæ mēſuræ magnæ, & duæ menſuræ paruæ. Mēſura magna in rebus aridis erat Ephi. Menſura parua in eiſdem erat Gomor. Menſura magna in rebus humidis erat Hin. Mēſura parua erat Sextarius. Habebant autem ſe ſic iſtæ menſuræ, quia menſura parua, quæ vocatur Gomor, habebat ſe ad menſuram magnam, quæ vocatur Ephi, tanquam decima pars eius. Sic habetur Exodi 16. cap. in fine vbi dicitur. Gomor autem decima pars eſt Ephi. Et ideo quando Scriptura loquitur de paruis menſuris, vocat decimas illas. Sic habetur hic, cum dicitur, decima pars Ephi, ſiue tres decimas ſimilæ. Parua autem menſura rerum liquidarum, habebat ſe ad magnam menſuram earundem tanquam ſexta pars: & ideo illa vocatur Sextarius, quia continet ſextam partem Hin. Et ideo quando Scriptura loquitur de menſuris paruis in rebus liquidis vocat eas ſextarios, vel cum vult ponere duos ſextarios ſimul, vocat tertiam partem Hin. Aliquando autem ponit dimidiam partem Hin, cum vult ſignare tres ſextarios, de hoc habetur Num. 15. cap. De quantitate autē iſtorum, ſcilicet, quantum eſſet Gomor, vel quantus eſſet Sextarius, non poteſt nunc patere, quoniam iſtæ menſuræ antiquiſſimæ ſunt, & non habent aliquid per quod cognoſcantur, Sic

Quare leproſus offerebat ſextariū olei.

Doct. opi.

Quatuor erāt menſuræ in ſacrificio.

De Sextario, & Hin & Gomor et Ephi, quæ menſuræ erant apud Hebræos, & quō ſe habeāt nūc.

Valor monetarum antiquarū quō ſe habeat nūc.

F etiam eſt de monetis antiquis, quarum valor non patet nunc, quia non manebat aliquid per quod menſurentur, de his dictum eſt Gen. 23. capite. *Cumque Sacerdos purificans hominem ſtatuerit eum & hæc omnia coram Domino.* Poſtquam poſitum eſt de ritu oblationis iſtius, qui mundabatur à lepra: hic ponitur quid fiebat in ipſis rebus oblatis; & eſt modus ꝙ ille, qui à lepra mundabatur, deferebat omnia iſta quæ dicta ſunt, ad Sanctuarium, & ibi præſentabat ea Sacerdotibus, & ille Sacerdos qui facere debebat ſacrificia iſta, complēdo cæremonias purificationis ſtatuebat iſtum hominem coram Domino ponēs eum in oſtio Tabernaculi. Præſentabat etiam omnes res quas offerebat iſte homo, coram Dn̄o, vt per hoc acceptabiles eſſent. *In oſtio Tabernaculi teſtimonij.* Cauſa eſt; quia Deus dicebatur eſſe in ipſo Tabernaculo ſpecialius, quam
G in aliis locis, ideo cum præſentaretur aliqua res in oſtio Tabernaculi, dicebatur præſentari coram Deo. Nec poterant iſte res, vel homo offerens magis appropinquare ad Deum; quia quamuis Deus ſpecialius eſſet intra Sancta Sanctorum, quàm in aliis locis, tamen non poterat homo laicus introire vltra oſtiū Tabernaculi. *Tollet agnum, & offeret eum pro delicto.* Hoc non refertur ad laicum, ſed ad Sacerdotem, quia laicus iam obtulerat omnia iſta ſimul, cum præſentauit ea coram oſtio Tabernaculi, ſed refertur ad Sacerdotem. ſ. ꝙ ipſe Sacerdos purificās hominem tollebat vnum de illis duobus agnis, & præſentabat coram Domino ad immolandum illum, & iſta præſentatio vocatur hic offerre. *Offeret eum pro delicto.* Dicitur oblatio iſta fieri pro delicto. i. pro peccato ſecundum quoſdam, non enim diſtinguunt in his duobus nominibus. ſ. deli-
H ctum, & peccatum: ſed dicunt vnum accipi pro altero; falſum tamen eſt quantum ad præſens: quia hic dicitur, ꝙ offerretur agnus pro delicto, & offerretur in loco, in quo ſolet offerri victima pro peccato; ergo neceſſarium eſt iſta duo eſſe diſtincta: nam ſi non eſſent diſtincta, non notificaretur vnum per alterum. Dicēdum ergo eſt, quòd offerre pro delicto, & offerre pro peccato, diuerſa ſunt: nam peccatum eſt, quandocunq; aliquis committit quicquam malum quod conſiſtit in actione. Delictum verò eſt, quando aliquis omittit facere, id quod debet, & hoc in omiſſione eſt, & vocatur à delinquendo, quod ſignificat omittere. Iſta autem duo ponuntur tanquam diſtincta ſupra 6. cap. vbi ponuntur aliæ cæremoniæ ſacrificij pro peccato, & aliæ in ſacrificio pro delicto: nam in ſacrificio pro peccato tota hoſtia præter adipes ad Sacer-
I dotem pertinet: in ſacrificio autem pro delicto offerebantur adipes & cauda hoſtiæ, vt habetur eod. capit. *Oleiq; ſextarium.* Iſtud erat oleum, quod erat ſeorſum præter oleum oblatum in ſimila: offerebatur autem hoc ad faciendum tinctiones in auribus, & manibus, & pedibus eius qui mundabatur, ſicut infra habetur; & iſta oblatio olei eodem modo pertinebat ad ipſum Sacerdotem. ſ. quòd ipſe accipiebat oleum in ſextario, & eleuabat illud coram Domino, quod erat offerre. *Et oblatis ante Dominum omnibus, immolabit agnum.* i. Sacerdos præſentabat ſigillatim coram Domino omnia iſta, quod erat offerre, & tunc incipiebat immolare. i. iugulare animalia oblata; & prima oblatio quæ fiebat, erat in iſto agno, qui pro delicto oblatus fuerat. *Vbi ſolet immolari hoſtia pro peccato.* Determinatur locus vbi deberet iſta hoſtia
K iugulari: & dicitur, quòd ibi vbi immolabatur hoſtia pro peccato. Fit autem iſta notificatio, quia hoſtiæ pro peccato erant communiores; vel plura de eis dicta fuerant, ideo cognoſcebatur magis locus immolationis earum, & omnes aliæ cæremoniæ, quàm cæremoniæ hoſtiarum pro delicto. *Et holocauſtum.* ſ. quòd etiam deberet immolari in loco, in quo immolatur holocauſtum, ex quo innuitur, ꝙ idem erat locus omnium iſtarum immolationū, tam holocauſti, quàm ſacrificij pro peccato, & pro delicto. patet enim de hoc ſupra 1. 3. & 4. cap. vbi agitur de iſtis tribus hoſtiis nominatis; & dicitur de omnibus, ꝙ debent offerri apud altare holocauſtorum, ſiue in introitu Tabernaculi. *In loco ſancto*, ſcilicet, quòd erat iſta immolatio facienda in loco ſancto, id eſt, in atrio Tabernaculi, vbi locus ſanctus erat.

Quomodo differunt Sacrificium pro peccato & pro delicto.

Doct. expoſitio litteræ.

Quo in loco fierent iſtæ immolationes pro peccato. & pro delicto, & emundatione leproſi. Quæſt. VIII.

QVÆRET autem aliquis de loco, in quo fiebant iſtę oblationes & immolationes? Et reſpondendum eſt, quòd neceſſarium eſt dici illas fieri in loco ſancto. ſ. in atrio Tabernaculi; quia hic dicitur, ꝙ offerri debebant in loco ſancto, præcipuè, quia infra 17. c. iubetur ſub pœna mortis, ne aliquis offerat victimas ſuas in aliquo loco quàm ad oſtium Tabernaculi: neceſſario ergo dicendum eſt, quòd intra atrium fierent iſtæ immolationes. Sed dubitatur magis in ſpeciali de loco, an ſuper altare holocauſtorum fierent immolationes, vel in aliquo alio loco circa altare? Et reſpondendum eſt ſecundum quoſdam, quòd ſuper altare fiebant immolationes, quia ad hoc erat altare factum. Sed non poteſt ſtare: quia B altare erat altum, & difficile videbatur valde poni ſupra illud vaccam vel vitulum ad iugulãdum. Iſta tamen multoties offerebantur. Item, patet adhuc & magis in fundamento: quia altare holocauſtorum erat plenum igne, & ſi debuiſſet ibi immolari aliquod ſacrificium, prius crematum fuiſſet, quam immolaretur. Ipſi quoque Sacerdotes non potuiſſent ſuper altare immolare, quia cremati fuiſſent, cum eſſet altare plenum igne. Item patet hoc, quoniam ſup. 7. cap. dicitur, quòd filij Aaron debebant offerre ſanguinem ſuper altare, poſtquam eſſet facta immolatio. Si tamen ſuper altare offerretur & immolaretur animal, non poterat poſtea offerri ſanguis, ſed ſimul offerretur, & immolaretur. ergo non fiebat ſuper altare. Item, patet hoc & firmius: quia omnia iſta ſacrificia offerebantur in eodem loco, ſicut hic dicitur. ſ. quòd vbi offertur C pro peccato, & holocauſtum ibi offerendum erat pro delicto. Sed manifeſtum eſt, quòd holocauſtum offerebatur ad latus altaris holocauſtorum, & ibi animalia oblata iugulabantur, ergo non ſuper altare. patet hoc ſup. 1. cap. cum dicitur: quòd ſi de pecoribus oblatio eſt, de ouibus, ſiue de capris, offeret holocauſtum agnum anniculum ad latus altaris, quod reſpicit Aquilonem. Dicendum ergo eſt, quòd non fiebat immolatio alicuius hoſtiæ ſuper altare, ſed omnes immolabantur ad latera eius.

Dict. reſpon.

Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad Sacerdotem pertinet hoſtia. Hic ponitur de iure Sacerdotum in iſtis hoſtiis: & dicitur, ꝙ ſicut hoſtia pro peccato pertinet ad Sacerdotem, ita ꝙ ipſe debeat comedere eam: ſic & hoſtia pro delicto pertinet ad eundem. Sciendum tamen eſt, non pertinere eodem modo iſta ad Sacerdotem, quia hoſtia pro delicto D tota pertinet ad Sacerdotem præter caudam & hoc ſemper: hoſtia autem pro peccato aliquando nullo modo conuenit Sacerdoti, ſicut patet de hoſtia, cuius ſanguis offerebatur intra Sanctuarium aſpergendo contra velum templi, quia de illa nullus comedebat, vt habetur, ſupra 6. c. ſed cremabatur igne. Pro quo ſciendum eſt, ꝙ oblatio pro delicto fiebat quandocunque aliquis deberet obſeruare aliquam cæremoniam, & omittebat illam ſeruare in tempore ſuo, quamuis poſtea adimpleret. Sic habetur ſupra 5. cap. de eo, qui tetigit morticina, aut reptilia, vel aliquid immundum, & poſtea oblitus eſt immunditiæ ſuæ non ſe purificans. Deinde cum recordatus fuerit immunditiæ priſtinæ, debet offerre pro delicto ſuo. i. qui omiſit ſe purificare tempore, quo purificandus erat. Pro E peccato autem aliquid offerebat, quando fecerat aliquid per paſſionem vel per ignorantiam, quod erat contra legem Domini, & aliquando cum faciebat per malitiam: nam ſatisfaciebat ei cui damnum intulerat, & pro peccato ſuo offerebat ſacrificium, vt habetur ſupra 6. c. De cæremoniis autem iſtorum ſacrificiorum differentia erat; nã quamquam dicatur eandem legem eſſe in ſacrificiis pro peccato, & delictis: tamen non erat eadem totaliter, vt habetur ſupra 6. cap. nam in ſacrificiis pro delicto ſemper cedebat iuri Sacerdotum totum corpus ipſarum hoſtiarum immolatarum præter caudam; & pellis etiã eorum erat. De hoc habetur ſup. 6. cap. In ſacrificiis autem pro peccato erat magna diuerſitas: nam quædam ſacrificia offerebantur pro peccato totius populi, & pro peccato Summi Sacerdotis. Et de iſtis dicitur ſupra 4. cap. ꝙ comburebantur extra caſtra; & ſupra 6. cap. dicitur, quod

Non eodem modo pertinet ſacrificiũ pro peccato ad Sacerdotem ſicut ſacrificium pro delicto: Obligatio ad cæ. & varia cæremonia.

A victima pro peccato, cuius ſanguis infertur intra Sãctuarium, non comedetur, ſed comburetur igni. Inferebatur autem intra Sanctuarium ſanguis hoſtiarum pro peccato populi, & pro peccato Summi Sacerdotis. De illis aũt ſacrificiis pro peccato, quorum ſanguis non inferebatur intra Sanctuarium, nec erant pro peccato totius populi, aut Summi Sacerdotis: Dicendum eſt, ꝙ ipſa pertinebant totaliter ad Sacerdotes tam carnes, quam pellis præter adipes, qui in omni ſacrificio ad Deum pertinent. de hoc ſupra 6. c. iuncto c. 3. Cum autem dicitur hic, ꝙ ſicut pro peccato ita pro delicto ad Sacerdotẽ hoſtia pertinet: non dicit omnimodam ſimilitudinem, ſed aliquo modo ſimilantur. Similitudo autem & diuerſitas eorum apparet in his, quæ dicta ſunt ſupra. Sciendum autem, ꝙ hic dicitur iſtas hoſtias tam pro peccato, quam pro delicto pertinere B ad Sacerdotem. ſ. quia Sacerdos eas deberet comedere. Differebãt tñ in hoc, quia cum omnes hoſtię tam pro delicto, quam pro peccato, & partes ſacrificiorum pacificorum, pertinerent ad Sacerdotes, & comederent illas: tamen quaſdam earum comedebant ſoli maſculi de genere Sacerdotali, alias aũt comedebant tam maſculi quam feminæ. De hoc dictum fuit ſup. 6. c. & 10. nam ſup. 10. c. in littera habetur, ꝙ partes hoſtiarum pacificarum comedebant tam Sacerdotes, quàm filij & filiæ eorum. Sacrificia autem pro peccato ſolo comedebant maſculi de genere Sacerdotali. Cauſa autem erat, quia magis ſanctæ erant hoſtiæ pro peccato, quàm pacificæ. *Sancta Sãctorum eſt.* Hic ponitur cauſa ſuperiorum dictorum. ſ. quare pertinebant ad Sacerdotes tam hoſtiæ pro peccato, quàm pro delicto; & dicitur hoc eſſe, quia Sancta Sanctorum C eſt. i. quia eſt valde ſancta quælibet earum, & non debent eas comedere populares ſicut pacificas hoſtias, quæ ad ipſos pertinent. *Aſſumenſq; Sacerdos de ſanguine hoſtiæ.* Hic ponitur ritus mundificationis in ſanguine, qui fiebat in ipſo qui leproſus fuerat. ſ. ꝙ tingerentur aliquæ partes eius ſanguine. Sumebatur enim de ſanguine oblato pro delicto, & tingebantur tres partes eius, ſ. auris dextera. & pollex manus dextræ, & pedis dextri. Fiebat autem hoc modo, ſ. ꝙ cum immolabatur agnus pro delicto, fluebat ſanguis in quandam crateram, & de illa aſſumebatur aliquid ad tingendum ex more cornua altaris, & reliquum ſeruabatur in cratera, vt inde aſſumeretur aliquid ad tingendum aurem dextram & pollicem manus dextræ, & pedis dextri: & deinde ſanguis qui manebat in cratera, fundebatur ad baſim altaris. *Ponet ſuper extremum auri-* D *culæ dextræ eius qui mundatur.* i. Sacerdos tinget vnam particulam auriculæ illius, qui fuerat leproſus: mãdat etiam vngi in pedibus, & manibus. fiebat. n. iſta tinctio ad purificationem, quia per ſanguinem omnia penè mundantur in lege, & ſine ſanguine non fit remiſſio peccatorum, vt habetur ad Hebr. 9. c. eod. modo fiebat in conſecratione Sacerdotum, quia tingebantur pollices manuum, & pedum dextrorum, & extremitates auricularum dextrarũ, vt habetur ſup. 8. c. & Exo. 29. c. nam & in omnibus quæ aliquo modo pertinent ad peccatum, iſta tinctio in ſanguine ad purificandum fieri debebat, niſi in his quæ ſunt immunditiæ communes, ſicut cum quis per tactum alicuius rei immundus effectus eſt, de quibus immunditiis habetur ſup. 11. c. pro illis. n. immunditiis non fiebat aliqua oblatio ſacrificiorum: ideo non poterat fieri tinctio in ſan- E guine. Iſtud autem quod eſt in lepra, pertinebat ad maiorem immunditiam. ideo fiebat expiatio in ſanguine. *Et ſuper pollices manus dextræ, & pedis.* Etiam iſtæ duæ particulæ tingebantur, cuius cauſa eſt ad ſignificandam purificationem & hominis munditiam in actibus ſuis: actus enim hominis principaliter conſiſtunt in manibus, pedibus, & auribus. Et quando iſtæ partes ſunt mundæ, actus noſtri ſunt mundi. Cum verò hæ partes ſunt immundæ, neceſſe eſt actus noſtros eſſe immundos, quia iſte nouiter à lepra purificatur, ſecũdum quam totaliter erat immundus, conueniens erat, vt iſtæ tres particulæ purificarentur in ſanguine, vt ſic viderentur actus earum mundi. Alio modo poteſt accipi cauſa huius munditiæ in comparatione ad Deum, ſcilicet, quòd lepra aliquãdo infligatur homini pro peccatis, quæ in Deum egit. Sunt autem peccata in his tribus operationibus, ſcilicet, in aure non obedien-

do

Ritus mundificationis in ſanguine, qui in leproſo fiebat.

Sine ſanguine nõ fit peccatorũ remiſſio.

Actus hominis, in quib. partibus conſiſtant.

do præceptis Dei, & in manu non exequendo illa, & in pedibus non eundo ad complendum ea. Nunc autem purgatus à lepra in his tribus particulis tingitur, vt remitti ſignificetur quicquid per iſtas tres particulas peccatum eſt. Sic enim obſeruat Eccleſia in extrema vnctione, quando vngit oleo ſancto manus, & pedes, oculos, & cetera, & in qualibet parte earum dicit, indulgeat tibi Deus quicquid peccaſti per viſum, vel per auditũ, &c. Sic ergo eſſet in his particulis tinctio iſta. Alio modo adhuc intelligi poteſt, ꝙ fieret iſta purificatio ad reddendum iſtas particulas diſpoſitas in cultum Dei, cum per iſtas ſint principaliter actus noſtri. ſ. vt tingãtur aures ad bene Deo obediendum, audiendo mandata eius, & manus tingantur ad exequendum ea, quæ Deus mandat, & pedes tingantur, vt rectè eatur, quo Deus eundum iubet, & ne pedes illius in malum proni ſint. Cum autem in his tribus particulis corporis, magis fiat purificatio quàm in aliis; quæritur quare non fit in vtroque pede, vel vtraque manu, & vtraque aure, ſed ſolum in dextris horum. Item, dato, ꝙ ſolum tingeretur auris dextra, & pes dexter, ac manus, quare non tingebatur tota manus dextra, vel totus pes, aut tota auricula, ſed extremum auriculæ, & ſoli pollices manus, & pedis. Dicendum eſt, ꝙ de iſtis ſup. reſponſum eſt, 8. c. cum ageretur de conſecratione Sacerdotum, qui tingebantur ſanguine in eiſdem particulis. *Et de olei ſextario mittet in manum ſuam ſiniſtram.* Hic ponitur alia mundificatio: nam ſicut ſupra facta fuerat mundificatio in ſanguine; ita hic fit alia mundificatio in oleo, & ſumebatur iſtud oleũ de ſextario: Dictum fuit ſupra, ꝙ offerretur oleum in ſimila; & præter hoc oleum ſeorſum in ſextario, & hoc accipiebatur ad iſtam tinctionem. Mittebat autem Sacerdos in manũ ſuam ſiniſtram aliquam partem olei ad faciendum ea, quæ ſequuntur; mittebat autem magis in ſiniſtram, quam in dextram, quia de illo oleo, quod erat in vna manu, aſpergere debebat ſepties coram Dño, cum altera manu, ſed aſperſio & aliæ operationes melius fiũt cum manu dextra quam cum ſiniſtra; qm̃ etiam ſecundũ naturam manus dextra ad agendum facilior eſt, iuxta Iſid. Ethym. lib. 11. & Ariſt. 5. Ethic. *Tingetq; digitum dextrum in eo.* ſ. in oleo, quod habet in manu ſiniſtra, vt aſpergat, & faciat, quod infra ponitur. *Et aſperget coram Domino ſepties.* ſ. ꝙ mittet Sacerdos ſeptem vicibus digitum ſuum in manum ſiniſtram, in qua erat oleum, & ſeptem vicibus aſpergebat coram Domino. fiebat. n. iſta aſperſio ad emundationem peccatorum. Et poteſt dici, quòd aſpergebatur oleum ad ſignandam pietatem. ſ. quòd Deus miſereretur iſti, qui mundabatur, & remitteret ei peccata. Vel fiebat aſperſio olei ſecundũ conuenientiam eius, qui mundabatur. Nam hic fiebat mundificatio à lepra, quæ cõſiſtit in quibuſdã puſtulis, oleum autem puſtularum mundatiuum eſt. Dicitur, ꝙ fiebat iſta aſperſio coram Domino. Nec tamen intelligendũ eſt, ꝙ fieret intra Tabernaculum ante velum Sancti Sanctorũ, ſicut cũ aſpergebatur ſanguis pro peccato Summi Sacerdotis, & pro peccato totius populi coram Domino, vt hr̃ ſup. 4. c. ſed fiebat iſta aſperſio in oſtio Tabernaculi, in quo Sacerdos erat cum ipſo qui purificabatur à lepra, ſicut dictum fuit ſupra, ꝙ Sacerdos cõſtitueret hominem purificandum coram Domino in oſtio Tabernaculi. Cum autem in oſtio Tabernaculi Sacerdos aſpergeret ſanguinem, dicebatur aſpergere corã Domino, quia Deus ſignificatur eſſe ſpiritualius intra Sanctuariũ. Dr̃ autem, ꝙ fieret iſta aſperſio ſepties, cuius cauſa eſt: quia fit ad purificationem, vt ergo ſignificetur inducta omnimodè emundatio, fiebat ſepties, quoniam ſeptenarius numerus ſignificat perfectionem, ſicut ſupra dictũ eſt. *Quod autem reliquum eſt olei in læua manu.* i. id quod manſit in manu de oleo illo, poſt aſperſionem factam coram Domino, remanebat aliquid in manu. *Fundet ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur.* Hic ponitur iterata purificatio triũ particularum poſitarum. ſ. auriculæ & manus, & pedis. Fit autem ex ead. cauſa ex qua fiebat tinctio in ſanguine, ſed iterabatur ad maiorem ſollemnitatem actus; plus namq; conſequuntur honoris ea, quæ bis, quàm ea quæ ſemel fiunt. *Et ſuper pollices manus, ac pedis dextri.* Iſtæ etiam duæ particulæ, cum ipſa extremitate auriculæ tingebantur ex cauſa ſupradicta. *Et ſuper ſanguinem, qui effuſus eſt pro delicto.*

In ſacramento extremæ vnctionis quare eccleſia vngat oleo ſancto certas partes corporis. ſ. ſenſus. Actus hominis, in quibus partibus cõſiſtãt.

Quare in emundatione leproſi effunditur oleum ſuper ſanguinem. Quæſt. IX.

ISTA littera poteſt intelligi dupliciter, vno modo, ꝙ iſtud oleum aſpergeretur ſuper ſanguinem, qui effuſus eſt pro delicto. i. ſuper auriculam, & pollices manus, ac pedis, quia iſtæ tres particulæ tinctæ fuerant ſanguine effuſo pro delicto. Effundendo autem oleum ſuper iſtas particulas dicebatur effundi ſuper ſanguinem, quia in iſtis tribus particulis erat ſanguis impoſitus; velut ſi quis vnum colorem alteri ſupponat. Alio modo intelligi poteſt iſta effuſio olei ſuper ſanguinem effuſum pro delicto. i. ꝙ funderetur oleum ſuper loca illa, in quibus fuerat ſanguis effuſus. ſ. ſuper cornua altaris, & ad baſim eius. Cauſa autem huius effuſionis ſanguinis eſt, vt Deus miſereretur ſanguini eius, qui mundatur à lepra: ſic. n. ſignat oleum fuſum ſuper ſanguinem: nam oleum pietatem deſignat, quod quando fuerit fuſum ſuper ſanguinem, deſignat Deum propitiari ſanguini huius, qui mundatur; Sed primus ſenſus melior eſt. *Et ſuper caput eius.* i. etiam fundetur oleum ſuper caput iſtius, qui mundatur à lepra: hoc enim nõ fiebat in ſanguine, quia ſanguis ſolum ponebatur ſuper aurem. & manum, & pedem. Cauſa huius eſt: quia ſanguis eſt ſolum ad expiationem, expiatio autem ſolum debet eſſe in partibus illis, in quibus eſt actus peccati, & iſtæ ſunt tres, ſ. aures, & pedes, & manus: ideo in his ſolis fieri debebat purificatio in ſanguine. Oleum autem fuſum non ſolum ſignat purificationem, ſed implorationem pietatis, ideo præter illas partes per quas peccati actus fit, conueniens eſt fieri olei vnctionem, & ſic eſt in capite: fundendo enim oleum ſuper caput, imprecamur miſericordiam Dei ſuper caput illius ſuper quem funditur oleum. *Rogabitq; pro eo coram Domino.* Cum fecerit iſtas cæremonias, orabit Sacerdos pro ipſo qui mundatur, vt Deus ſanet eum perfectè à lepra, ne reincidat in eam, vel orabat pro iſto. ſ. vt Deus liberaret eum, ne incideret in peccata, propter quæ deberet iterum puniri plaga lepræ. Dicitur ꝙ orabit pro eo coram Domino. i. in oſtio Tabernaculi, quia dicitur eſſe coram Domino. i. in oſtio Tabernaculi. *Et faciet ſacrificium pro peccato.* i. completis iſtis cæremoniis faceret Sacerdos ſecũdum ſacrificiũ, quod erat pro peccato: iam. n. fecerat primum, quod erat ſacrificium pro delicto: fiebat enim ſacrificium iſtud pro peccato, ad expiationem peccatorum, quia frequenter plaga lepræ propter peccatum euenit, ſicut patet de Maria ſorore Moyſi, quæ propter murmurationem percuſſa fuit lepra, vt habetur Num. 12. cap. Sic etiam de Rege Ozia, qui percuſſus fuit lepra in fronte, quia voluit thurificare ſicut Sacerdotes, vt habetur 4. Reg. 15. cap. Vt ergo remitterentur omnia peccata propter quæ incidiſſet iſte in plagam lepræ, fit ſacrificium pro peccato.

In trib. partibus corporis eſt actus peccati.

Tunc immolabit holocauſtum. ſ. facto ſacrificio pro peccato, & pro delicto fiebat ſacrificium holocauſti. Erãt. n. tria ſacrificia hic, & tria animalia immolanda: de his non exprimuntur hic ritus, quia poſiti fuerunt ſupra in principio huius libri. Intelligendum tamen eſt de iſtis ſacrificiis, ꝙ compleantur hoc modo, ſ. ꝙ funderetur ſanguis ſacrificij pro delicto ſuper aurem, pedem, & manum eius, qui mundabatur, & reliquus in cornibus altaris, & baſi funderetur. De quibus autem dicendũ, ꝙ adipes huius ſacrificij cremabantur coram Domino, ſicut in aliis, & pellis cedebat iuri Sacerdotũ, præter caudã, & cremabatur; ſicut hr̃ ſup. 6. c. hæc namq; de ſacrificiis pro delicto proueniebant; in ſacrificio autem pro peccato, quod factũ fuit hic, effuſus fuit ſanguis ſuper cornua altaris, & in baſi, adipes verò cremati ſunt coram Dño, ſicut fiebat in omnibus ſacrificiis, vt habetur ſupra 3. cap. Carnes autem & pellis totaliter cedebant iuri Sacerdotum, vt habetur ſupra 6. c. In holocauſto aũt omnes carnes & adipes cremabantur, vt habetur ſup. 1. c. ſola pellis cedebat Sacerdoti, vt habetur ſupra 6. cap. in oblatione quoque ſimilæ trium decimarum, de qua dictum fuit hic. Dicendum eſt, quòd cum eſſent tria ſacrificia animalium, pro quolibet eorum acci-

accipiebatur vna decima ſimilæ: hæc autem non omnia cremabantur in altari, ſed accipiebatur vnus pugillus de qualibet decima, & cremabatur in altari, reliquū autem cedit Sacerdotibus, vt habetur ſupra 2. & 6. c. De ſextario quoque olei idem dicendum eſt: nam de eo ſuſceptum eſt modicum olei ad ponendum in manu ſiniſtra Sacerdotis, vt inde tingerentur ea, quæ in littera dicūtur, & aſpergeretur coram Domino; reliquum autem olei, quod manebat in ſextario cedebat iuri Sacerdotum: nam cum non cremaretur coram Domino, nec cederet in partem offerentis, quia ſolum cedebant ei partes de hoſtia pacifica, neceſſarium erat, quòd iuri Sacerdotum cederet. *Et ponet illud in altari*. ſcilicet, illud holocauſtum poſtquam immolauerit illud, & detraxerit pellem, ſecundum ritus qui habentur ſupra 1. cap. *Cum libamentis ſuis.* B Vocantur libamenta quædā oblationes, quæ fiebant cum ipſis ſacrificiis carnium, & hoc erat in tribus, ſcilicet, in offerendo ſimilam, & oleum cum illa, & vinum: de ſimila, & oleo patet ſupra, quia iuſſum eſt, vt offerrentur tres decimæ ſimilæ oleo aſperſæ; de vino habetur Numer. 15. cap. vbi cum ſimila & oleo iubetur quoque vinum offerri. Hæc autem ponebantur ſuper altare, ſicut ipſum holocauſtum ad cremandum, quoniam in omnibus obſeruabatur eadem lex cremationis. Nec tamen intelligendum eſt, quòd iſta libamenta totaliter cremarentur, ſed partes eorum cedebant Sacerdotibus, ſicut paulò antè dictum fuit. Item conſiderandum, quòd cum hic dicatur debere cremari holocauſtum cum libamentis ſuis, non ſolum accipiendum eſt, quòd ponantur libamenta in holocauſto, ſed etiam in ſacrificio pro peccato, & in ſacrificio pro delicto: nam cum eſſent hic tria animalia immolata, & tres C decimæ ſimilæ conſperſæ oleo, cuilibet ſacrificio ponebatur pro libamento vna decima ſimilæ conſperſæ. Sicut ergo in holocauſto cremabatur aliquid de libamento, ita & in ſacrificio pro peccato, & pro delicto libamentorū partes quædam incendebantur: expreſſit tamen littera de libamentis holocauſti, quoniam de quocunque eorum expreſſiſſet intelligebatur de ceteris. *Et homo ritè mundabitur*. i. cum facta fuerint omnia quæ ſupra dicta ſunt, homo, qui leproſus fuerat, erit perfectè mundatus. q. d. non ſunt plures cæremoniæ ad mūdandum aliquem à lepra, quàm iſtæ quæ ſupra poſitæ ſunt. Poteſt autem iſta littera intelligi dupliciter: vno modo per modum præcepti, ſ. & ſic homo ritè mundabitur. i. mando, ꝙ quicunque debuerit mundari à lepra, ſic mundetur, faciens omnia iſta, & hoc ordine. Alio modo intelligitur per modum conſecutionis. ſ. ꝙ quando omnia iſta fuerint facta, erit homo perfectè mundatus; nec fient plures cæremoniæ.

Duplex littera expoſitio.

Quòd ſi pauper eſt. Hæc eſt obſeruatio quæ fiebat circa eos, qui mundabantur, & erant pauperes, non potentes offerre ea quæ ſupra poſita ſunt: & in hoc lex iſta valde rationabilis eſt: nam cum iſte caſus de lepra æque accidere poterat pauperibus, ſicut diuitibus, oportuit, vt pro omnibus remedia ponerentur: ſed non poterant pauperes offerre eadem quæ diuites offerebant, ergo debuit poni alia lex oblationis. Conſiderandum autem eſt, quia hoc non ſemper obſeruabatur: nam quædam erāt, in quibus pauperes nihil minus ſoluebant quam diuites, ſicut patet in numeratione populi: nam quandocunque fieret populi numeratio, & aliquis tranſiret ad numerum, ſoluebat dimidium ſiclum, & ad illum diuites nihil apponebant, & pauperes nihil diminuebant. vt habetur Exodi 30. cap. Item, fiebat hoc in redemptione primogenitorum, nam cum aliquis primogenitū ſuum redimeret, ſiue eſſet pauper, ſiue diues, quinque ſiclos ſoluere tenebatur, vt habetur Num. 3. cap. Cauſa horum erat primò de ſolutione dimidij ſicli, quia illud precium dabatur pro ſumptibus ſacrificiorum: & ſi fortè iſti ſoluiſſent inæqualiter, exiſtimaſſent illi qui minus de precio darēt, quòd non æqualiter pertineret ad illos cultus Dei, ſicut ad alios: quod erat cauſa magnæ æmulationis, ideo in ſolutione iſta non permittebatur diuitibus plus dare quàm pauperibus, etiam ſi vellent. In redemptione autem primogenitorum eodem modo cauſa erat, quia ille primogenitus, qui redimebatur, pertinebat ad Deum cum omnia primogenita eius eſſent, & ſi fortè plus daretur pro vno pri- A mogenito quàm pro altero, videretur magis valere coram Deo vnus quàm alius; quod æmulationis cauſa eſt. Patet hoc in hominibus qui venduntur: nam pro eo qui excellentior eſt ad aliquam operationem, dantur plures pecuniæ, in oblationibus autem iſtis non fiebant appreciationes hominum, ſicut in redemptione primogenitorū. Nec etiam per hoc, ꝙ hic magis, vel minus offerret, videbatur magis ad Deum pertinere vel minus: ideo nō erat inconueniens, ꝙ plus pro vno quàm pro altero daretur. *Quòd ſi pauper eſt*, ſcilicet, non potens iſta ſoluere. *Et non poteſt manus eius inuenire quæ dicta ſunt*, id eſt, non poteſt emere iſta quæ dicta ſunt debere dari pro delicto. ſ. iſta ſacrificia ſupra poſita; & non dicitur, ꝙ non poſſet inuenire manus eius. i. ꝙ non inueniat ad emendum, ſed ꝙ non poteſt inuenire manus eius. ſ. ꝙ non poteſt emere. Quod patet: quia B dicitur, ꝙ ſi pauper eſt: at non inuenire ad emendum iſta, quæ dicta ſunt, nihil facit eſſe pauperem, vel diuitem, ſed ad non poſſe emere ea quæ dicta ſunt. *Pro delicto aſſumet agnum ad oblationem*. In paupere diminuebatur quantitas oblationis ad purificationem: nam ſi diues eſſet, offerret duos agnos anniculos, & vnam ouem anniculam, vt ſupra dicebatur, cum autem pauper eſſet, offerebat vnum agnum anniculum, & loco alterius agni & ouis, offerrebat duos turtures, ſicut in littera patet. De iſto primo agno dicebatur, quòd offerebat eum in oblatione. ſ. pro delicto: nam offerebantur hic tria ſacrificia. ſ. pro peccato, & delicto, & holocauſto, ſed dicitur immediatè, quòd vnus de turturibus offerebatur in holocauſtum, & alius pro peccato, ergo oportet, quod iſte agnus anniculus, de quo hic dicitur, eſſet pro delicto.

Quare Deus non poſuit turturem pro alio agno, ſed vnum agnum offerri iuſſit. Quæſt. X.

SED quæret aliquis, cum Deus vellet diminuere ſacrificia pauperum ſecundum quantitatem valoris, & loco vnius agni anniculi, & ouis, poſuiſſet duos turtures, quare pro alio agno non poſuit turturem, ſed iuſſit offerri vnum agnum.

Cur Deus in ſacrificijs nolebat pauperes grauari.

Reſpondendum eſt, ꝙ cum Deus intenderit diminuere ſacrificia pauperum in valore, poſuiſſet turtures pro agnis, & oue, niſi eſſet aliqua neceſſitas in hoc, quia pro iſta emundatione leproſi debebat fieri tinctio in auricula, & pollice manus, & pedis, & debebat fieri aſperſio coram Domino, ſicut in littera dicitur, ſed nō potuiſſent iſta D fieri in ſanguine turturis, ergo oportebat ſaltem vnum agnum offerri, & iſte dicitur in oblationem datus, quia de ſanguine huius fiebant cæremoniæ mundificantes leproſum.

Vt roget pro eo Sacerdos. i. offeret iſtum agnum anniculum, vt Sacerdos oret pro ipſo. Non tamen eſt ſenſus, ꝙ daretur iſte agnus anniculus Sacerdoti, vt oraret pro iſto, qui mundaretur, ſicut dicimus, ꝙ dātur Sacerdotibus noſtris aliqua, vt orent pro defunctis, aut viuentibus, ſed eſt ſenſus, quòd offerebatur iſte agnus anniculus, vt Sacerdos oraret pro eo qui mundatur. i. vt faceret cæremonias purificationis in illo agno anniculo, & faciendo eas rogabit pro eo, qui mundatur. *Decimamq; partem ſimilæ conſperſæ oleo*. Non ſolum diminuebatur in ſacrificio pauperum de ipſis animalibus, quia tollebatur agnus & ouis, & loco eorum E ponebantur duæ turtures; ſed etiam diminuebatur de ſimila conſperſa: nam in ſacrificio diuitum iuſſum eſt ſupra, quòd offerrentur tres decimæ ſimilæ cōſperſæ oleo: hic autem ſolum iubetur vna decima, cuius cauſa eſt: quia in ſacrificio diuitum offerebantur tria animalia, & cuilibet eorum correſpondebat vna decima ſimilæ; nunc autem ſolum offertur vnum animal de quadrupedibus, ſ. vnus agnus anniculus, ideo pro eo ſolum requirebatur vna decima ſimilæ conſperſæ oleo. In ſacrificio autem volatilium non offerebatur ſimila, ſed hoc quidam volunt: de veritate tamen eius infra dicetur. De iſta autem decima ſimilæ dicendum eſt, ſicut ſupra dicebatur, ſcilicet, quòd non tota cremaretur coram Domino, ſed vnus pugillus de illa, reliquum autem Sacerdotum iuribus cedebat. *In ſacrificium*, id eſt, iſta decima ſimilæ offerrebatur in ſacrificium, ſ. quòd ipſa eſſet ſacrificium ſiue libamen-

In redemptione primogenitorum pauperes, & diuites æquales erāt, & quæ erat cauſa.

tum

tum illius agni anniculi immolati: nam cum iſta animalia F offerrentur, cum eis quoque ſimila, oleum, & vinum reddebantur tanquam libamenta, vt habetur Num. 15. cap. *Et olei ſextarium.* De omnibus ſuprapoſitis aliquid diminuebatur in oblatione pauperum, de ſextario tamen olei nihil: nam ſicut in oblatione diuitum offerebatur ſextarius olei, ita & in oblatione pauperum debebat offerri. Cauſa erat: quia præter vnctionem quæ fiebat in ſanguine, adhuc quædam alia vnctio fiebat in oleo; vt patet infra, & iſta eod. modo fiebat in pauperibus, ſicut in diuitibus: ideo neceſſarium erat offerri ſextarium olei. *Duoſq; turtures, ſiue duos pullos columbæ.* Hoc diminuebatur in oblatione pauperum: nam pro vno agno, & vna oue, duo turtures ponebantur. Dicit. n. eſſe turtures, vel pullos columbæ offerendos, quia æqualiter ſufficiebat in vno, ſicut in alio, & iſtæ erant ſolum duæ aues, quæ offerebantur, G ſicut habetur infra 1. cap. de turturibus, tamen ſemper dicit offerendos eſſe turtures, ſ. magnos; de columbis autem dicit eſſe offerendos pullos: cauſa huius declarata fuit ſupra 1. & 12. c. *Quorum vnus ſit pro peccato, & alter in holocauſtum.* Hic ponuntur duo ſacrificia, quoniam aliud quod erat tertium, ſ. pro delicto, iam ſupra poſitum fuerat. ſ. q; offeretur agnus anniculus. In iſtis duobus turturibus, qui offerebantur hic obſeruabantur eædem cæremoniæ, quæ in aliis holocauſtis, & pro peccato: nam turtur, qui erat in holocauſtum, detracta pluma, & veſicula iecoris, atque effuſo ſanguine ſuper parietes altaris, cremabatur totus in altari: turtur autem qui erat pro peccato, immolabatur, & fundebatur ſanguis eius ad baſim altaris, tingendo primo cornua illius; De carnibus autem nihil cremabatur, ſed totum cedebat Sacerdotibus, ſecundum H leges aliorum ſacrificiorum pro peccato. De hoc habetur ſupra 6. cap. *Offeretq; ea die octauo purificationis ſuæ Sacerdoti.* Hoc dicitur de ipſo, qui mūdatus à lepra, quòd in die octaua purificationis ſuæ offerret iſta quæ dicta ſunt. Accipitur autem dies octauus purificationis computando à primo die, quo incæpit iſta purificatio, & hoc fuit, quando Sacerdos exiens extra caſtra, inquiſiuit, an eſſet mundus homo ille à lepra, & inueniens eum mundum, fecit radi pilos corporis eius, & lauari corpus ac veſtimenta, & introiuit in caſtra: deinde manſit, ſic per dies ſex; in die aūt ſeptimo iterum lauabatur corpus eius, & veſtes, & radebantur omnes pili: die autem octauo factum eſt ea, quæ dicuntur hic, offerendo ſacrificia. *Ad oſtium Tabernaculi teſtimonij coram Domino,* id eſt, quòd iſte mundatus à lepra debebat adferre iſta animalia offerenda, & reliqua vſque ad oſtium Tabernaculi. Et hoc propter tria.

De tribus cauſis quare mūdatus à lepra offerebat turtures apud oſtiū Tabernaculi.

Primò, quia non licebat laicis introire intra Tabernaculum, ſed per totum atrium, & vltimum autem inter res ſanctas ad quod accedere poterāt, erat introitus Tabernaculi: ideo vſque illuc ferebant oblationes ſuas. Secunda cauſa huius eſt, quia ſicut hic dicitur in littera, laici debēt offerre iſta coram Domino, ſed Deus dicebatur eſſe ſpecialiter intra Tabernaculum, ergo ad oſtium eius conueniens erat, vt accederent, & vt ſic viderentur præſentare oblationes ſuas Domino. Tertia cauſa huius eſt: quia ea quæ offerebantur ab iſtis, cremabātur ſuper altare holocauſtorū, ſed iſtud altare erat apud oſtiū Tabernaculi, ergo oportebat, vt accederent vſque ad oſtiū Tabernaculi.

K *Qui ſuſcipiens agnum pro delicto & ſextarium olei.* i. Sacerdos offerebat iſta de manu offerentis, poſtquam præſentabat ea apud oſtiū Tabernaculi. & dicitur hic, quòd ſuſcipiebat iſta duo, non quidem, quòd non ſuſciperet aliqua alia: quia ſuſcipiebat duos turtures, & tres decimas ſimilæ, ſicut infra patet: dr̄ tamen q; accipiebat iſta duo, quia iſta primo & ſeorſim accipiebat, atque cōſummabat cæremonias in eis, poſtea autem ſuſcipiebat alia. Quod patet ex ordine qui infra ponitur, ſcilicet, quòd primo immolaretur agnus, & de ſanguine eius tingeretur auris dextra, & pollices manus, & pedis dextri: deinde de ſextario olei accipiebatur oleum ad faciēdum ſeptenariam aſperſionem coram Domino, & tinctionem in his tribus partibus ſupradictis; poſterius autem offerebantur turtures. *Leuabit ſimul*, id eſt, eleuabit iſta duo coram Domino Sacerdos, & iſta eleuatio eſt quidam modus oblationis. Qualiter autem coram Domino eleuarentur dicendum eſt, quòd eleuabantur eodem modo, quo pectuſculum, & armus dexter; de qua eleuatione diximus ſupra 7. cap. eleuabantur autem iſta duo, ſcilicet, agnus, & ſextarius olei viuente agno, quod patet: quia poſtea dicitur de immolatione eius. *Immolatoq; agno, de ſanguine eius ponet ſuper extremum auriculæ dextræ illius qui mundatur.* Hic ponuntur cæremoniæ, quæ fiebant in eo, qui mundabatur à lepra; & ſolum dicitur de pauperibus, ſunt tamen eædem cæremoniæ, quæ obſeruabantur in diuitibus, ſcilicet, q; immolaretur agnus, & ſuſcepto ſanguine eius in cratera, tingeretur de illo extremitas auriculæ dextræ eius, qui mundabatur. Cauſa autem huius mundationis eſt eadem, quæ ſupra dabatur de diuitibus.

Et ſuper pollices manus eius, ac pedis dextri. Iſta propoſitio tenetur hic copulatim, & non copulatiuè: quia ſi teneretur copulatiuè, referretur ad vtrumque per ſe, & diceremus, quòd tingeretur ſanguine ſuper pollices manus, & tingeretur etiam ſuper pollices pedis, ſed tunc littera includeret cōtradictionem, quia dicitur, quòd ſolum fieret hoc in manu dextra & vnum pollicem habente, & pes dexter alterum. Eſt igitur intelligendum, quòd intelligatur iſta coniunctio, &, vel, atque, copulatim, & tunc non refertur ad vtrumque per ſe, ſed ad ambo ſimul, ſcilicet, vt dicatur, quòd tingeretur de ſanguine ſuper pollices manus, & ſuper alterum pollicem pedis, & iſti duo ſunt pollices. de tinctione autem horum, cauſa ſupra poſita eſt. *Olei verò partem mittet in manum ſuam ſiniſtram.* ſcilicet, quòd accipiet Sacerdos de oleo ſextarij, & mittet aliquam particulam in manum ſiniſtram, quod fiebat, vt ibi tingeret digitum, & aſpergeret coram Domino, atque tingeret ipſum, qui mundabatur à lepra; manebat autem in ſextario plus de oleo, quàm Sacerdos mitteret in manum ſiniſtram: & illud cedebat iuri Sacerdotum. *In quo tingens digitum dextræ manus.* Tingebat ibi digitum ad aſpergendum, nec dicitur quis digitus eſſet; ſatis tamen videtur eſſe manifeſtū, q; eſſet digitus, qui dicitur index, quia ad iſta habilior eſt. *Aſperget ſepties coram Domino.* i. aſperget Sacerdos in oſtio Tabernaculi cōtra ipſum Tabernaculum; & velum interius ſepties, & quia ibi ſpecialiter erat Deus, dicebatur coram Domino aſpergere. *Tingetq; extremum dextræ auriculæ illius qui mūdatur.* Poſtquā aſpergebat ſepties corā Domino, tingebat iſtas tres particulas ſupradictas, eius qui mundabatur, & fiebant duæ tinctiones hic, ſ. in oleo, & in ſanguine, ſicut in oblatione diuitum. Cauſa autem mundationis & tinctionis in his I tribus locis poſita fuit ſupra. *Et pollices manus ac pedis dextri in loco ſanguinis qui effuſus eſt pro delicto.* i. etiam iſtæ duæ particulæ pollicum in manibus, & pedibus tingebantur oleo. Et dicitur, quòd fiebat iſta tinctio in loco, in quo fuſus erat ſanguis pro delicto. Iſta littera dicebatur ſupra, quòd intelligeretur dupliciter: vno modo, quòd oleum tingeretur in eodem loco, in quo ſanguis effuſus erat, id eſt, quòd in illis tribus particulis corporis fieret tinctio olei, in quibus fuerat facta tinctio ſanguinis effuſi pro delicto, ſed auriculæ, pollices manus, & pedis tingūtur ſanguine, ergo eadem tria loca oleo tingenda erāt. Alio modo dicebatur intelligi, quòd illa loca, quæ fuerant tincta ſanguine, effuſo rurſus oleo tingerentur, ſcilicet, cornua altaris, & baſis, in quibus ſanguis effuſus fuerat. Sed ſenſus prior eſt, quem intendit hic littera, ſcilicet, q; iſtæ tres particulæ corporis tingerētur oleo in eodem loco, in quo ante ſanguine fuerant tinctæ, ſcilicet, quòd poneretur oleum ſuper ſanguinem. Dicit autem ſanguinem pro delicto, quia ſanguis ille, quo tingebantur particulæ iſtæ, erat illius agni anniculi, q; immolatus fuerat pro delicto.

Duplex litteræ expoſitio.

Reliquam autem partem olei, quæ eſt in ſiniſtra manu. Dicit hoc, quia poſtquam aſpergebat ſepties oleum coram Domino, adhuc manebat aliqua particula olei in manu, & iſtud oleum fundebatur ſuper caput eius, qui mundabatur à lepra: illud enim de oleo, quod Sacerdos in manu ſuſcepiſſet, neceſſariò debebat ſuper ipſum mundandum aſpergi, vel coram Domino. *Mittet ſuper caput purificati.* id eſt, oleum iſtud effundetur ſuper caput huius hominis. Cauſa huius eſt, quæ ſupra poſita fuit, ſcilicet, ad impetrandam per preces miſericordiam Dei ſuper caput illius fiebat imprecatio: nam oleum miſericordiam ſignat,

ſignat. *Vt placet pro eo Dominum.* id eſt, iſta olei tinctio & fuſio ſuper caput huius eſt ad hoc, vt Deus placeri poſſit illi, id eſt, vt reddatur manſuetus, remittens peccata illius, & in hoc patet cauſa, quæ ſupra dicta eſt.

Quomodo Deus placabatur ei, qui purificabatur à lepra, per hoc, quòd fundebatur oleum ſuper caput eius. Quæſt. XI.

SED dicet aliquis, quomodo Deus placabatur ei, qui mundabatur, per hoc quòd fundebatur oleum ſuper caput eius, cum nullam talem actionem habebat oleum? Et dicendum eſt, ꝙ quamquam oleum ſecundum naturam non habeat aliquam virtutem, ſecundum quam reddat nobis Deum placatum; nec etiam ſit aliquis actus cæremonalis, qui poſſit idem facere nobis de Deo, ſed dicitur placari Deus per iſtam tinctionem olei ſuper caput facti, ex eo, quòd eſt quædam cæremonia à Deo iuſſa fieri, & per obedientiam eorum quæ Deus mandat, redditur nobis Deus placatus. Sic .n. dicitur de lamina aurea, quam habebat Sacerdos magnus in fronte, quòd quando eam haberet, eſſet ſibi Deus placatus, cum dicitur. Erit autem lamina ſemper in frõte eius, vt ei placatus ſit Dominus: & quantum ad iſtum modum per omnes cæremonias redditur Deus nobis placatus, cum agamus id, quod ipſe iubet. Dicitur tamen magis ſpecialiter Deus placari per iſtam effuſionem olei ſuper caput, quoniam iſta eſt cæremonia, in qua Deo obedimus, & propter hoc eſt ſignans Dei placationem, cum oleum fuſum ſuper caput deſignet miſericordiam Dei venturam ſuper illum hominem; & cũ Deus iuſſerit iſta fieri, atque fecerit, quòd ſignificent iſtam placationem, volebat ſpecialiter placari ad tales cæremonias factas. *Et turturem ſiue pullum columbæ offeret.* Hic ponitur oblatio volatilium neceſſariorũ ad ſollemnitatem mundationis huius leproſi, & offerebantur turtures, vel pulli columbarum, quia ſolæ iſtæ aues ad ſacrificium mundæ erant. *Vnum pro delicto, & alterum in holocauſtum.* Sicut erant duo volatilia, ita fiebant de eis duo ſacrificia, & vnum erat in holocauſtum, in quo ſeruabantur leges holocauſti, de quibus habetur ſupra 1. c. Alterum autem dicitur offerri pro delicto, & accipitur largè pro delicto, id eſt, pro peccato: nam ſi accipiatur pro delicto propriè, non poteſt ſtare littera: nam ſupra dictum fuit, quòd offerretur agnus anniculus pro delicto, hic aũt eſt aliud ſacrificiũ, & ſic dicitur offerri pro delicto, id eſt, pro peccato. *Cum libamentis ſuis.* i. offerebantur cum iſtis ſacrificiis turturum quædam libamenta, quæ ſunt in ſimila, & oleo, & vino: nam cum quolibet turture offerebatur vna decima ſimilæ, & oleum cum eadem, & ſic ſunt tres decimæ ſimilæ in ſacrificio pauperum, ſicut in ſacrificio diuitum, cum in quolibet eorum dentur libamenta. Hoc autem eſt contra opinionem eorum, qui dixerunt in ſacrificio pauperum remitti duas decimas ſimilæ, ſicut remittebatur agnus, & ouis, non poteſt tamen ſtare: cum dicat iſtos duos turtures offerendos eſſe cum libamẽtis ſuis, ſed non ſunt alia libamenta, niſi iſtæ decimæ ſimilæ conſperſę oleo, ergo iſtæ offerebãtur: & quando probãt poſitionem ſuam, quia ſupra dicitur in principio oblationis pauperum, decimamq; partem ſimilæ conſperſæ oleo in ſacrificio, & in principio oblationis diuitum dicebatur, quòd offerrent tres decimas ſimilæ. Reſpondendum eſt, nihil probari ex hoc, quia quamquam in ſacrificio pauperum offerebãtur tres decimæ ſimilæ: tamen ibi fiebat ſolum mentio de vna: quia dicebatur de ſolo ſacrificio agni anniculi, ꝙ erat pro delicto, & cum illo ſolum offerebatur vna decima ſimilæ, cum aliis autem duobus volatilibus offerebantur aliæ duæ decimæ quæ vocantur libamenta, quod apparet hic. *Hoc eſt ſacrificium leproſi.* Iſta eſt recapitulatio ſuperiorũ, & dictorum epilogus: & eſt ſenſus, quòd iſtud totum, quod ſupra dictum eſt ab illo loco. *Quòd ſi pauper eſt.* Vſque huc, eſt ſacrificium pro eo, qui mundabatur à lepra, & qui pauper erat non potens facere ea, quæ à principio poſita fuerunt.

Lepra domorum.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron dicẽs. Cum ingreſſi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo vobis in poſſeſſionem, ſi fuerit plaga lepræ in ædibus, ibit cuius eſt domus, nuncians ſacerdoti, & dicet: Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe in domo mea. At ille præcipiet vt efferantur vniuerſa de domo, prius quam ingrediatur eam, & videat vtrum leproſa ſit; & ne immunda fiant omnia quæ in domo ſunt. Intrabitq; poſtea vt conſideret lepram domus: & cum viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore ſiue rubore deformes, & humiliores ſuperficie reliqua, egredietur oſtium domus, & ſtatim claudet illam ſeptem diebus. Reuerſuſq; die ſeptimo, conſiderabit eam. Si inuenerit creuiſſe lepram, iubebit erui lapides, in quibus lepra eſt, & proiiciet eos extra ciuitatem in locum immundum: domum autem ipſam radi intrinſecus per circuitũ, & ſpargi puluerem raſuræ extra vrbem in locum immũdum, lapideſq; alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. Sin autem poſtquam eruti ſunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita; ingreſſus ſacerdos viderit reuerſam lepram, & parietes reſperſos maculis, lepra eſt perſeuerans, & immunda domus: quam ſtatim deſtruent, & lapides eius ac ligna, atque vniuerſum puluerem proiicient extra opidum in locum immundum. Qui intrauerit domum quando clauſa eſt, immundus erit vſque ad veſperum: & qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lauabit veſtimenta ſua. Quod ſi introiens ſacerdos viderit lepram non creuiſſe in domo, poſtquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddita ſanitate: & in purificationem eius ſumet duos paſſeres, lignumq; cedrinum, & vermiculum, atque hyſſopum: & immolato vno paſſere in vaſe fictili ſuper aquas viuas, tollet lignum cedrinum, & hyſſopum, & coccum & paſſerem viuum; & tinget omnia in ſanguine paſſeris immolati, atque in aquis viuentibus, & aſperget domum ſepties, purificabitq; eam tam in ſanguine paſſeris quã in aquis viuentibus, & in paſſere viuo, lignoq; cedrino, & hyſſopo atque vermiculo. Cumq; dimiſerit paſſerem auolare in agrum liberè, orabit pro domo, & iure mundabitur. Iſta eſt lex omnis lepræ & percuſſuræ, lepræ veſtium & domorum, cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ, & in varias ſpecies, coloribus immutatis, vt poſſit ſciri, quo tempore mundum quid, vel immundum ſit.

De lepra quæ in domibus eſt.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen. Supra dictum fuit de lepra quæ erat in hominibus, & in veſtibus: hic agitur de lepra, quæ eſt in domibus: nam in eis quoque lepra eſſe poterat. Et diuiditur in duas partes: quia Primò agitur de cognitione lepræ. Secundò de eius purificatione, ibi: *Quòd ſi introiens.* Circa primum. *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen.* Non fuit iſta alia locutio à ſuperioribus de lepra: quoniam omnia iſta pertinẽt ad eandem materiam, cum in omnibus de lepra agatur: ideo quãquam iſta quæ in hoc libro ſunt, dicta fuerint interpolatè: quia hæc ad idem ſunt, ſimul dicta fuerunt. Dicitur tamen hic locutus eſt Dominus, quia ponitur tanquam caput orationis, cum ſit alius modus lepræ, de quo hic dicitur, quam ille, qui in ſuperioribus erat. *Cum ingreſſi fueritis terram Chanaan.* Hic ponitur quando deberet obſeruari iſta cęremonia de lepra, quæ eſt in domibus; & dicitur, quòd fierent quando Iudæi eſſent in terra Chanaan.

An præcepta cæremonialia, maximè præceptum lepræ, fuerint obſeruata in deſerto. Quæſt. XII.

DICERET aliquis, ꝙ ideo Deus dixit hic de terra Chanaan, quia iſta quæ dicũtur hic, ſunt cæremonialia: cæremoniæ autem non obſeruatæ ſunt, nec obligauerunt vſquequo intrarent in terram Chanaan Iſraelitę. Sic patet Deuter. 12. c. in principio, cum dicitur: Hæc sũt præcepta & iudicia quæ facere debetis in terra, quã Dominus Deus patrum tuorum daturus eſt tibi. Et declarat magis in eodem c. ꝙ non obſeruarẽtur cæremoniæ in deſerto; ſed obſeruari debebant poſtea in terra Chanaan, cum dicitur: Non facietis ibi, quæ nos facimus hic hodie, ſinguli quod rectũ ſibi videtur: nec enim vſq; in præſens tempus veniſtis in requiem & poſſeſſionem, quã Dominus Deus daturus eſt vobis. Sed iſta aſſignatio non poteſt ſtare: quia aliquæ cæremoniæ obſeruatæ ſunt in deſerto, ſcilicet, omnes illæ, quæ obſeruari poterãt. Patet de feſto azimorum, quod factum eſt in monte Synaĩ, vt habetur Num. 9. c. cum dicitur: Faciet ſibi Iſrael phaſe tempore

pore ſuo. Alia quoque faciebant cæremonialia, de quibus ſatis patet in diſcurſu horum trium librorum vltimorum Moyſi. Item patet ſpecialius hoc in lepra. ſ. q̀ cæremonia iſta obſeruaretur in deſerto: nam iuſſit Deus Moyſi, q̀ excluderet omnes lepro ſos & fluentes ſemine de caſtris; vt habetur Num. 5. c. ſed caſtra vocabãtur caſtrametationes Iſraelitarũ in deſerto, ergo ibi obſeruabatur præceptum de ſeparatione leproſorum. Item, apparet, q̀ nõ fuerit iſta cauſa: nam ſi ideo dixiſſet, cum ingreſſi fueritis in terram Chanaan, quia nõ debebat aliqua cæremonia obſeruari in deſerto, ita etiã diceretur de lepra in ſuperioribus, ſed non habetur talis clauſula, ergo non dicitur ex hac cauſa.

Doc. opinio. Sed dicendum eſt, q̀ non ponitur hic, cum ingreſſi fueritis in terram Chanaan, quia iſtud præceptum de lepra inquirenda in domibus non poterat eſſe Iudæis in deſerto, cum ibi non haberent domos de lapidibus & terra, G quia non manebant, ſed ſolum domos iſtas habituri erãt in terra Chanaan. In deſerto autem ſolum habebant tentoria de pellibus & panno, in his autem lepra eſſe poterat, ſed de iſta dictum fuerat præcedenti c. quia eſt lepra in veſtibus, vel pellibus. & ideo cum de illa diceretur, nõ fuit appoſitum, cũ ingreſſi fueritis in terram Chanaan: ſed ſimpliciter fuit dictum, quia ſi in deſerto contingeret lepra in veſtibus, vel homine, aut in tentoriis: fiebant eædem cæremoniæ, quæ ſupra iuſſæ fuerunt. *Quam ego dabo vobis in poſſeſſionem*. Dicitur Deus daturus Iudæis terram Chanaan in poſſeſſionem: quia ipſe illam promiſerat eis; & ipſi non habuerunt eam viribus ſuis, ſed ſola Dei operatione, aut ſaltem præcipuè operatione Dei: nã ipſe fecit pro eis mirabilia ad delendos hoſtes, vt hr̃ Ioſue 9. & 10. c. & ob hoc hortatur Moyſes Deut. c. 8. Iſraelitas, ne intel H ligant ſe accepiſſe terram promiſſionis ſuæ in fortitudine manũ ſuarũ, ſed quia Deus miſertus eſt eis, & cõtulit virtutem contra hoſtes, vt eos expugnarent. *Si fuerit plaga lepra in ædibus*. Non eſt intelligendũ, q̀ ad hoc, q̀ fiant ea, quæ ſequuntur, debeat eſſe vera plaga lepræ in domibus: ſed ſufficit q̀ appareat lepra; immò ſi certiſſimè eſt plaga lepræ in domibus, non fierent ea quæ infra ſequũtur, quæ ſunt ad experiendum an ſit plaga lepræ, vel non.

An lepra ſit in parietibus domus. Conſiderandum autem circa hoc, quòd hic præſupponitur poſſe eſſe plagam lepræ in parietibus domus: nõ tamen eſt hoc intelligendum, quòd ibi ſit ſecundum originem: ſed quòd ſolum ſit per adhæſionem: nam cum lepra dicatur eſſe quædam ægritudo cauſata ex aliqua diſproportione ſpeciali corporis animalis, non poterit eſſe niſi in eo quod habet complexionem corporis, ſecundum quam cauſetur ta- I lis diſproportio: in domibus autem, vel veſtibus, non eſt hoc, ſed dicitur ibi eſſe plaga lepræ, quia adhæſit illis per contactum ex corpore humano, in quo erat: nam morbus iſte contagioſus eſt, atque per contactum diffunditur.

Nicolai opinio improbatur. Nicolaus autem dicit, quòd non erat vera lepra in domibus, ſed in ſolo animali: dicebatur tamen plaga lepræ in domibus, quia erat in eis quædam qualitas infectiua, ſecundum quam homines inficerentur habitantes in ipſa domo. Sed hoc non multum ſtat: nam quamquam ipſa plaga lepræ non poſſit eſſe in domo tanquam ex prima origine, eſt tamen in illa per adhæſionem. Sed de hoc an ſit vera plaga lepræ in domibus, vel aliquid aliud, & an adhæſio faciat lepram in domibus, declarabitur infrà: nam non ſufficit ſola adhæſio, ſicut aliqui volunt, quorum opinionem ſæpè tangimus. Dicit autem Nicolaus, quòd do- K mos ſic infectas vetabantur homines ingredi, & deſtruebantur, cum verè in eis fuiſſet reperta illa qualitas, idque propter duo. Primum, quia ſicut lepra eſt infectiua, ita illa plaga inficere poterat habitantes in domo.

An interdiceretur domus leproſa, ne in ea fierent idololatria. Secunda cauſa erat, ad vitandam idololatriam: quia Iſraelitæ erãt proni ad idololatriam, & artes maleficorum: ideo vetabantur eis illa, in quibus habebant opportunitatem ad faciendum hæc. Sic etiam erat de domibus in quibus erat iſta plaga lepræ: in illis namq; dicit fieri ſolere incantationes, & alia maleficorum opera. Harum autem duarum rationum prima conueniens eſt, ſecunda verò nullam habet apparentiam: quia non videtur eſſe talis ritus maleficorum, vt ad domos leproſas hæc facturi cõuenirent magis, quàm ad alias domos. *Ibit cuius eſt domus, nuncians Sacerdoti*, id eſt, quandocumque aliquis videret in domo ſua F ſimilitudinem lepræ, debebat Sacerdoti denunciare hoc, vt veniret ad inquirẽdum, an adeſſet lepra. Si autem aliquis videns hæc in domo ſua, non nunciaret Sacerdoti, culpa non carebat. *Et dicet: Quaſi plaga lepra videtur mihi eſſe in domo mea*. Iſta ſunt verba denunciationis; & non dicitur plaga lepræ eſſe in domo mea; quia non erat certum an eſſet: ideo Sacerdos ad hoc ibat ad domum illam, vt ſciret an lepra adeſſet. *At ille præcipiet, vt efferantur vniuerſa de domo*. Sacerdos iubebat ei, qui denunciabat ſibi ſimilitudinem plagæ lepræ eſſe in domo ſua, vt efferret omnia, quæ habebat intra domum. Cauſa autem eſt, ne ad iudicium Sacerdotis fierẽt cuncta immunda, ſicut immediatè habetur. *Prius quam ingrediatur eam, & videat vtrum leproſa ſit*; Poſtquam enim Sacerdos ingreſſus fuiſſet in domum ad iudicandum an lepra adeſſet: non poterat dominus domus efferre aliquid de domo, & dato, q̀ efferret nihil proficeret: quia ſi domus iudicaretur leproſa, omnia quæ ibi fuerant quando Sacerdos venit, erãt leproſa. *Et ne immunda fiant omnia quæ in domo ſunt*. Iſta eſt cauſa quare efferebantur omnia extra domum. Nam ſi ſacerdos ibi inueniebat lepram, cum iudicaret domum eſſe immundam, etiam cõdemnabat de immunditia omnia, quæ ibi reperiebat; quia videbantur, cõtraxiſſe quandam immunditiam ex ipſa domo. Si autem tempore quo ſacerdos veniebat ad iudicandum de domo, non adfuiſſent aliqua in domo, quanquam domus iudicaretur immunda, non diceretur idem de eis, quæ in ea primo fuerant, quia non cadebat iudicium ſacerdotis ſuper illa. *Intrabitq; poſtea, vt conſideret lepram domus*, id eſt, poſtquam dominus domus extulerit omnia quæ habebat in domo, H intrabit ſacerdos ad iudicandum de illa; Vnde quãquam aliquando veniret ſacerdos ad conſiderandum de lepra domus, antequam excluſa eſſent omnia quæ intra erant, non immediatè introibat, ſed expectabat, vt efferrentur omnia, quæ erant intra domum, ne contaminaret ea iudicio ſuo. *Et cum viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore ſiue rubore deformes*. Hic ponũtur ſigna quibus cognoſcebatur, aut ſaltem erat ſuſpicio de lepra. & ſũt duo, ſcilicet, valliculæ & mutationes colorum. Dicuntur autem valliculæ quædam eleuationes & depreſſiones in ſuperficiæ parietum: & dicuntur valliculę, quaſi paruæ valles: ſunt enim fracturæ quædam corticis, & vocantur vulgariter parietum decorticationes. Aliud ſignũ erat mutatio coloris, ſcilicet, in ruborem, vel in pallorem, cum alius conſueuiſſet eſſe color illorum parietum.

Quo lepra cauſet decortiationem, & deſcenſionem, propter calorem & ſiccitatem. Cauſa autem I horum eſt, & Primò de valliculis: quoniam cum dicãtur eſſe iſtæ humiliationes quædam fracturæ in parietibus, ſatis conuenienter videntur venire à lepra: lepra namque virtutis cõſumptiuæ eſt, & deſiccatiuæ: propter magnam autem deſiccationem alicuius humidi, & teneri, ſi in pariete erat locus morbi, efficitur humilior ceteris partibus; & hoc eſt fieri valliculas. Decorticatio autem fiebat ex alia cauſa, ſ. quòd cũ magna ſiccitas quarundam partium ſit propter calorem reſoluentem diſcõtinuantur quædam partes à reliquis, & ſic fiunt decorticationes; hoc enim videtur manifeſtè tempore autumnali, & brumali: nam in his defluunt folia arborum, quia propter magnam ſiccitatem, & frigiditatem temporis illius, humidum glutinoſum ſecundũ quod continuantur folia arboribus, perit, & diſcontinuat. & ſic neceſſe eſt folia diſcõtinuata ab ar- K boribus fluere: quod non fit in alio tempore anni. De mutatione autem coloris. ſ. in pallorem, vel ruborem, patet q̀ ſit ſignum quoddam lepræ: nam non mutatur color, niſi ex mutatione qualitatis eius in quo eſt. Cum igitur in pariete mutantur colores priſtini, ſatis inducitur, non manere ibidem priorem qualitatem: & quia ad hoc adduntur valliculæ, quæ etiam quodam modo ſignant lepram, concludetur ex his duobus ſignis, eſſe lepram in pariete; & adhuc magis concluditur hoc ex mutatione coloris in parietibus, quam in hominibus, cum difficilius ſit mutari colorem in parietibus, & aliis rebus non habentibus complexionem humorum, quam in animalibus quæ habent huiuſmodi complexionem.

An

An in domibus non ſolum eſſet lepra per adhæſionem, ſed ſecundum veritatem. *Quæſt.* XIII.

EX his patet quòd in domibus, & veſtibus, nõ ſolum erat lepra per adhæſionem, ſed etiam ſecundum veritatem erat ibi aliquid quod lepra vocatur. Et patet hoc Primò per ſigna: nã ponuntur ad cognoſcendum lepram domorum ipſa quaſi eadem ſigna, quæ ponuntur ad cognoſcendum lepram in hominibus. Secũdò, quia ſi ſolum eſſet lepra per adhæſionem; & paries non eſſet ſubiectum illius plagæ: non erat opus ad abſtergendum immunditiam illam, niſi lotione quadam, vel abraſione in locis illis in quibus apparebat lepra; & tamen nõ fiebant iſta remedia, vt apparet in littera. ergo non erat per adhæſionem, ſed plaga illa verè erat in pariete domus. Tertiò, quia iſta ſigna lepræ in domo, oſtendebant eſſe ibi aliquã actiuam virtutem realiter huius morbi: nam erant valliculæ in parietibus, & iſtæ erãt ex quodam calore peſſimo conſumptiuo, & humiliante loca in quibus erat; taliter ẽt erat in hominibus leproſis, quia locus lepræ erat humilior carne reliqua, præcedenti cap. ergo eadem qualitas actiua erat in pariete, ſecundum quam cõſumebatur aliquid in eo, & fiebant decorticationes; ſed ſi ſola immunditia fuiſſet per contactum, vel adhæſionẽ, non manebat ibi qualitas illa factiua morbi. ergo erat ibi verè lepra. Quartò, quia ſi fuiſſet lepra ſolum immũditia per adhæſionem, & non vera lepra, quæ eſſet in parietibus, ablata ſuperficie parietum, id eſt, luto vel calce ſuperiori, erat impoſſibile manere immunditiã illam, cum cõtactus fiat in ſola ſuperficie: & tñ aliquando nõ ſolum lapides & lutum radebantur, ſed etiam lapides ſuperiores tollebantur penitus, & perſeuerabat adhuc infectio illa, quæ ad alias partes tranſibat, & in interioribus apparebat, & iubebatur tunc domus totaliter deſtrui, vt habetur infra in littera. ergo verè erat ibi plaga lepræ, & non per ſolã adhæſionem. De veſtibus eadem ratio eſt: nam ſi in parietibus, qui ſunt inanimati & duri poteſt eſſe lepra, à fortiori poterit eſſe in veſtibus quæ ſunt teneriores. Secundò, per ea quæ dicuntur præcedenti c. ſ. ꝙ aliquãdo videbatur eſſe, vt plaga lepræ in veſte: & poſtquam Sacerdos eã conſiderabat, creſcebat, & tñ quod per adhæſionem eſt, nũquam creſcit, quia non habet in ſe principium ſui eſſe: quod aũt creſcit, habet intra ſe virtutem bonã, vel malam. Cum ergo plaga illa in veſte creſceret, habebat ibi cauſam actiuam, & ſic erat vera plaga lepræ. Tertiò, quia ſi ſolũ fuiſſet macula per adhæſionẽ, poſſet tolli per aquas, abluendo, ſed non abluebatur, immo comburebatur qñ iudicabatur eſſe lepra, ergo erat vera lepra. Quartò, quia veſtimenta illa lauabantur, & defricabantur, & recludebãtur per ſeptem dies, vt iterum videret illa ſacerdos, an maneret, ſiue creuiſſet plaga illa: & tñ ſi præſupponeretur ꝙ ex contactu fuiſſet, nõ debebat expectari ad ſciendũ an creſceret, quia certum erat, ꝙ non poterat creſcere. ergo præſupponebatur, ꝙ poterat eſſe ibi vera plaga. Aliqui dicũt, ꝙ in parietibus domorum & veſtibus, non poſſit gigni lepra per ſe, ſed poteſt fieri per adhæſionem, vel cõtactum: & hoc modo accipit hic Scriptura, & præced. cap. Sed dicendum eſt, quòd iſtud nihil excuſat: nam quòd in veſtibus & domorum parietibus lepra cauſetur ex adhæſione (dum tamen vera lepra ſit) nihil differt. vel quòd cauſetur ibi principali generatione, quia tunc non differret ſicut in lignis ignitis, ꝙ ex vno ligno ignito alterũ ſuccenditur, & ex vna candela ardente inflãmatur alia. & ſic de lepra eſt in hominibus: quia cum ſit morbus contagioſus, vnus leproſus inficit alios non leproſos, faciẽs eos verè leproſos: & tunc non differt quis eorum aliũ infecerit, cum vtrique ſint veri leproſi, & forte magis leproſi ſunt infecti ab aliis, quam qui eos infecerunt. Sic dicetur de homine, & pariete, & veſte, ꝙ æqualiter eſſent iſti verè leproſi; quod videtur ſatis conueniens. Secundò, quia ſi paries, & veſtis per contactum poſſint affici lepra, oportet, ꝙ ſint ſubiectum capax huius infectionis, quia aliàs non poſſet ibi gigni, nec principaliter, nec per adhæſionem: & tamen nõ poteſt poni lepram habere ſubiectum in pariete, quia ibi nõ poteſt eſſe aliqua diſtaxia ad quam ſequatur morbus, cum iſta in ſolo animali ſit: non aũt in rebus inani-

In veſtibus lepra erat ſecũdum veritatem.

A matis, quæ habent imperfectas mixtiones. ideo nõ poteſt lepra eſſe verè in veſte: nec in pariete. Dicẽdum, quòd verè lepra eſt ægritudo quæ eſt in homine, & nõ lapide, vel veſte: verumtamen Scriptura dicit eſſe leprã in veſte, ſequendo quandam ſimilitudinẽ in eis quæ foris apparent: & ita vulgus vocat lepram. Sed quomodo lepra illa cauſaretur, eſt dubiũ. Dicendum, quòd dupliciter hoc fit; vno modo per quandam adhæſionem: nam cum lepra faciat foris in cute quandam immunditiã, poteſt per contactum fieri immunditia in eo qui tangitur, ſicut in eo qui tangit ſordes maculatur in eis per ſolum contactum. Sed iſtud ſolum non ſufficit: licet communiter hoc putaretur, ſicut tangebatur præcedẽti cap. quia ad hoc ſola lotio in aquis viuentibus ſufficeret, & non fierent aliæ cæremoniæ; & hoc idem probant rationes ſuprapoſitæ. Secundo dicen-

B dum, ꝙ non eſt in veſte vel parietibus domus lepra ex ſolo contactu, ſed eſt aliqua qualitas ibi mala, corrumpens veſtem & parietem: & illa non eſt verè lepra, nec inſurgit ex eiſdem principiis, ex quibus inſurgit lepra in homine: cum in veſte & pariete, non poſſit eſſe diſtaxia aliqua, ſiue mala complexio, ſiue morbus inde conſurgens. habet tamen illa qualitas efficere ad ſimile vel proportionale in pariete & veſte, quale lepra, vel qualitates peſſimæ cauſatiuæ lepræ habent efficere in homine. vnde ſicut lepra vera quæ eſt in homine, eſt morbus contagioſus, & inficiuntur ea appropinquantes; ita & illa qualitas mala, quæ eſt in veſte, & pariete, inficit per adhæſionẽ eos, qui appropinquant, cauſans in eis veram infectionem, quæ eſſet lepra, vel aliquid ſimile lepræ: ideo ſicut iuſſit Deus leproſos eiicere de caſtris, ne inficerent ceteros, vt patet

C præc. c. & Num. 5. ita & veſtis in qua inueniretur iſta mala qualitas, quæ lepra dicitur, iubetur comburi, præced. c. & domus in qua eſt perſeueranter, iubetur deſtrui, vt patet hic, ne inficiat domus habitatores in ea, & ea quæ in domo ſunt: & veſtis ne inficiat induẽtem, & quicquid tetigerit: ideo vulgares & Sacra Scriptura loquens in hoc ad modum vulgarium, dixit hanc eſſe lepram, ac ſi eſſet verè morbus lepra: & tñ, id quod eſt in pariete, & veſte, nõ eſt verè morbus lepræ, ſicut id quod eſt in homine, ſed eſt alia qualitas longè differens: quæ tamen habet effectus aliqualiter ſimiles, vel proportionales lepræ veræ, quæ in hominibus eſt. *Et humiliores ſuperficie reliqua.* Hoc eſt expoſitiuum ſuperiorũ, ſ. ꝙ parietes habeant valliculas, quæ ſunt quædam partes depreſſiores ceteris partibus parietis. Huius aũt cauſa eſt, quæ ſupra poſita eſt. ſ. quomodo

D iſta ſint cauſa lepræ, vel ſigna. *Egredietur oſtium domus.* ſ. ſacerdos, & omnes qui intra ſunt: nullus enim debet manere in domo poſtquam iſta viſa fuerint, quia iam domus ſuſpecta eſt de lepra; nec tamen immediatè iudicatur lepra, quia tunc deberet deſtrui, quod erat difficile, & poterat fieri per errorem: quia quanquam tunc lepra appareret, fortaſſis tamen non erat lepra. *Et ſtatim claudet illam ſeptem dies.* Iſta clauſura fiebat ne aliquis introiret in eam, vt ſic verius appareret conditio domus. ſ. an lepra eſſet infecta, vel non: nam cum aliquis intra domum habitat, aliquo modo diſponit ipsã domũ, & ornãdo, & apparando eam, & ſic nõ poteſt videri ſtatus ipſius domus: cum aũt nullus in ea habitauerit, videbitur manifeſtè conditio domus. *Reuerſuſq; die ſeptimo, conſiderabit eam.* Hoc fiebat, vt videret ſi ſupercreuiſſent valliculæ, quæ erãt ſi-

E gna huius immunditiæ, vel ſi ceſſaſſent, aut manſiſſent in priori ſtatu. Ponebantur aũt ſeptẽ dies, quia iſti ſufficiebant ad videndũ, ſi erat aliqua permutatio facta in parietibus; in duobus aũt vel tribus diebus, nõ poſſet de hoc ſecundũ certitudinem iudicari. *Si inuenerit creuiſſe lepram.* i. maculam illã quæ habet imaginem lepræ: ſi enim ſupercreuiſſet, magnũ argumẽtũ erat lepra adeſſe: quia habuit vim germinatiuã ad diffundẽdũ ſe per illas partes in quibus ante non erat. Si aũt fuiſſet ſolum aliqua alia macula, vel infectio adhærens, & non extendiſſet ſe, ſed vel mãſiſſet in loco priori, vel defeciſſet penitus, aut ex parte. *Iubebit erui lapides, in quibus lepra eſt.* Dr hoc quia ipſæ domus ex lapidibus cõiter fiebant in terra illa, & tũc lapides illi qui erãt in ſuperficiẽ parietis quib. lepra adhæſerat, eruebãtur, i. euellebãtur, de parietibus. & ſic nõ videbatur, ꝙ poſſit manere lepra. *Et proyciet eos extra ciuitatem in lo-*

cum immundum,id eſt,faciet Sacerdos ꝙ proiiciantur iſti lapides extra : ipſe namque non proijciebat eos : iubebat autem extra ciuitatem poni. i. extra locum illum in quo fuerat domus; nam ſi manerent in eo loco, aliqui contingerent eos , & per tactum eſſent immundi : cum verò eſſent extra vrbem, non erat aliqua talis occaſio. Etiam iubebat in loco immundo poni, vt ſic cognoſcerētur iſti lapides eſſe immundi:nam dato ꝙ eſſent extra ciuitatem,ſi tamen in loco mundo fuiſſent, poſſet aliquis contingere eos ex errore,arbitrans eſſe mundos,& pollueretur. *Domum autem ipſam radi intrinſecus per circuitum*. Iſta raſio fiebat antequam lapides eruerētur: nam quamquam domus eſſent de lapidibus,habebāt aliquam ſuperficiem de terra, vel calce, & illa prius radebatur ex lapidibus; maior tamen cauſa erat radendi puluerem parietum,& tollendi,quàm ipſos lapides,nam lepra erat in ſuperficie parietū,& ipſa terra erat magis in ſuperficie,quàm lapides: dicit etiā radendā domū ab intrinſeco, quia iſta lepra in parte interiori apparebat : ſi autem in parte exteriori apparuiſſet, nihil dr̃,de eo,ꝙ fieri debuiſſet;nec.n.videtur ꝙ fieri debuiſſent omnia quæ hic dicūtur, ſi lepra apparuiſſet à parte exteriori: nam tūc non poterat ita inficere, ſicut ſi fuiſſet intra domum. *Et ſpargi puluerem raſuræ extra vrbem in locum immundum*. Eadem cauſa erat de puluere, quæ erat de lapidibus.ſ.quia in illo puluere erat lepra:& ſi maneret in vrbe, aliqui potuiſſent tāgere eum, & inficerentur. idem ſi poneretur extra vrbem in loco mūdo,quia tunc putaretur eſſe aliquid mundum. *Lapideſq; alios reponi pro his qui ablati fuerint*. i.iubebit Sacerdos, ꝙ ponātur alij lapides:ſi.n.non ponerentur illi,corrueret domus;erat autem cauſa poſitionis,quia iſti lapides nouiter poſiti non erant leproſi : & propter hoc maneret domus libera à lepra in ſuperficie ſua. *Et luto alio liniri domum*.i.etiam faciet quòd ſuper lapides illos nouos,ponatur aliud lutum, vel alia calx, vt operiantur ſuperficies lapidum, & iſtud lutum eodem modo non habebat lepram:ideo in ſuperficie domus iam non erat lepra. *Sin autem poſtquam eruti ſunt lapides*. ſ.ablati de pariete ad mandatum Sacerdotis. *Et puluis elatus*.i.poſtquam puluis raſuræ parietum fuerit exportatus de vrbe. *Et alia terra lita*.i.& poſt hoc fuerint alij lapides nouiter poſiti, & ſuper eos lutum vel calx ad liniendum;non facit hic mentionem de lapidibus nouiter ponendis,quoniam cum dicatur de luto ſuperliniēdo manifeſtè intelliguntur lapides poſiti : quia aliàs nulla fieret ſupra litura. *Ingreſſus Sacerdos viderit reuerſam lepram*. Iſte eſt alius caſus. ſ quando poſt primam mundationem ablatis lapidibus, & puluere, cœpit apparere lepra in ſuperficie parietum. *Et parietes reſperſos maculis*. Dicūtur parietes reſperſi maculis,quando vel totaliter maculis operti ſunt,vel vt verius dicatur, quando in quibuſdam partibus maculæ apparent,in aliis non. *Lepra eſt perſeuerans*,id eſt, lepra illa quæ in domo prius fuerat, videtur ex hoc ꝙ ſit perſeuerans : quia quamuis lapis & puluis raſuræ exportati fuerint ab vrbe,manſit lepra in ſuperficie parietū. & eſt ſignum ꝙ habet in pariete illo fundamentū ad permanendū. *Et immunda domus*.i.ex hoc quòd lepra eſt perſeuerans, domus iudicabitur eſſe immunda:nā quodcumque leproſum eſt,immundū eſt. De iſta autem domo conſtat quòd ſit leproſa per ſigna iam data. ergo totaliter debet iudicari immunda , ita vt nullatenus liceat tāgi illam, vel habitari in ea:ſed fiet quod immediatè ſequitur. *Quam ſtatim deſtruent*.Proſternentes omnia ad terram, & cōfringentes, quia illa domus irremediabilis eſt : nam ſi maneret,inutilis eſſet,cum nullus in ea habitaret: immò eſt nociua,quia ſi quis tangeret eam,eſſet immundus:cōueniens ergo erat vt deſtrueretur. *Et lapides eius ac ligna,atque vniuerſum puluerem proycient extra opidum*. Iſta omnia extra locum habitationis eiiciuntur,quia omnia immunda erāt. & ſi quis contigiſſet illa , immundus efficiebatur, ſicut ſi contigiſſet domum ipſam leproſam, nec licebat accipi ex lapidibus illis aut lignis,ad hoc,ꝙ alia domus inde fieret, quoniam ſemper erant polluta illa quæ ſumpta fuerāt inde:& propter hoc domus deſtructa fuerat. *Proycient extra opidum locum immundum*.Cauſa huius eſt,ne ſi ponerentur extra vrbem in aliquo loco mundo,aliquis exiſtimans illa eſſe munda,tangeret ea,& immundus efficeretur ; ideo in

Quomodo fiebat raſio domus leproſæ.

Parietes reſperſi maculis quādo eſſe dicantur.

F loco immundo ponebātur : quia cum quis illa ibi videret, immūda eſſe exiſtimabat,& non tangebat ea. *Qui intrauerit domum quando clauſa eſt*. Hic ponitur quid fiebat in eis qui introibant vel tangebant iſtam domum , quando erat clauſa ? quamquam.n.iſta domus eſſet immunda verè, illi tamen qui in ea comedebant,aut dormiebāt,vel aliquid aliud faciebant,antequam Sacerdos iudicaret eā eſſe immundā,vel clauderet,non contrahebant inde aliquid immunditiæ : ſi tñ poſtquàm clauderetur,ſ.in ſeptem diebus quibus clauſa manebat aliquis introiſſet in eam , erat immundus:quoniam aliquo modo pertinebat ad eū immunditia illius domus . & quāquam nō eſſet aliqua immunditia realis,erat tamen aliqua immunditia ſaltem ſecūdum opinionem : quia cum iſte acceſſiſſet ad rem verè immundam, iudicabatur ex hoc eſſe immundus. G *Immundus erit vſque ad veſperum*. i.immunditia,quam iſte cōtrahebat intrando domum illam , ſolum durat vſque ad veſperum, i. vſque ad ſolis occaſum , computando ab eo tempore quo exiuerit ab illa domo,vſque ad primū ſolis occaſum , ſiue fuerit factum in aurora, ſiue per noctem , ſiue paulo ante ſolis occaſum ſicut dictum fuit ſupra 11.capite. & in iſto tempore erat ei vetitum ne ingrederetur in Sanctuarium, nec contingeret aliquid rerum ſacrarum , non tamen excludebatur à caſtris , quia hoc ſolum pertinebat ad illos, qui erāt fluentes ſemine,vel leproſi,aut polluti ſuper mortuo,vt habetur Num.5.cap. *Et qui dormierit in ea,& comederit quippiam*. Ponitur etiam hic de aliis qui cōtrahebant immunditiam propter talem domum : vt ſi aliquis in ea dormiret per noctē,vel comederet ibi:erat.n.is immūdus; nec tamen ponitur hic determinatio temporis, ſ.quanto H tempore maneret immundus : intelligendum tamen eſt, ſolum vſque ad veſperum,cū nihil aliud hic ponatur determinatiuum temporis ; & cauſa quare non ponitur hic, eſt:quia immediate dictū fuerat de introeuntibus domum illam,quòd immundi erāt vſque ad veſperum. *Lauabit veſtimenta ſua*, id eſt, iſti qui comederint, vel biberint, vel dormierint in domo illa , debent lauare veſtimenta ſua: quia aliquam immunditiam contraxerant inde.

Quid fiebat in eis qui leproſam domum tāgebant.

An iſta lotio fieret in aquis viuentibus vel luſtrationis. Quæſt. XIIII.

CIRCA hoc aliquis dubitabit , an iſta lotio dicatur eſſe debere in aquis viuētibus ; vel fieret in aquis luſtrationis,aſpergendo aquas ſuper veſtes? Et dicēdum eſt, I quòd fiebat lotio in aquis viuentibus . Quod patet primò, quia dicitur hic,lauabit veſtimenta ſua : quod refertur ad ipſum immundum, ſcilicet, quod ipſe lauaret illa ; Si tamen intelligeretur hic de lotione quæ eſt aſperſio aquarum luſtrationis , non diceretur quòd lauaret veſtimenta ſua ipſe qui immundus erat: quia non deberet ipſe immundus lauare veſtimenta ſua,ſed aliquis alius. Sic patet Num.19.cap. vbi dicitur, quòd mundus lauabit immundum . Item , ſi acciperetur lotio veſtimentorum pro ipſa aſperſione quæ eſt aquarum viuentium , cum ſuper omnem immundum aſpergerentur aquæ luſtrationis,vt quidam putant,non diceretur ſpecialiter de iſto qui comedit, vel dormiuit in domo leproſa,quòd lauaret veſtimēta ſua. Dicitur tamen de eo,& non de aliis:ergo videtur ꝙ nō dicatur pro ipſa lotione quæ eſt aſperſio aquarum luſtratio- K nis,ſed pro lotione in aquis viuentibus. Item,ablutio quæ eſt aquarum luſtrationis,ſecundum rem, non eſt ablutio, ſed magis immunditia , cum commiſceatur illa aqua cineribus : ſed ſolum eſt mundificatio ſecundum opinionem, & cæremonialem honeſtatem . Cum autem fuiſſet aliqua immunditia ſecundum veritatem, & illa deberet tolli,non debebat fieri ablutio in aquis luſtrationis : quia illæ magis cōtaminabant, ſed in aquis viuētibus, quæ corporales maculas tollerent. Sic etiam videtur de illo qui introiuit in domum leproſam, & comedit ibi, vel dormiuit:nā iſte ex eo ꝙ aliquam moram ibi traxit,videtur contraxiſſe immunditiam realem , ex immunditia ipſius domus:quia fortè adhæſit parietibus leproſis,vel in pauimēto adhærebat lepra, ſicut in parietibus.ideo ablutio aquarū viuentiū conueniebat huic,& nō ablutio aquarū luſtrationis. Itē, & præcipuè,quia aſperſio aquarū luſtrationis

non

non fiebat ſuper quoſlibet immundos, ſed ſolum ſuper immundos ex contactu mortuorum, & rerum ad illos pertinentium, vt patet Num. 19. cap. & declaratum eſt ſupra, 6. capite.

Nunquid ingredientes domum clauſam propter lepram, & ex hoc contrahentes immunditiam, debuiſſent veſtimenta lauare. *Quæſt.* *XV.*

SED adhuc quæretur, an illi qui introibāt in domum clauſam, quando erat clauſa propter lepram, & ex hoc contrahebant immunditiam, debuiſſent lauare veſtimenta ſua. Aliquis hic dicet quòd ſic: quoniam ſimilitudo eſt inter eos, qui introeunt, & inter eos, qui dormiunt vel comedunt in illa domo: ſicut iſti ergo qui dormiebāt, vel comedebant, lauabant veſtimenta ſua, & illi qui introibant domum. Item, patet hoc: quia iſta ponuntur ſub eodem contextu. Quod ergo dicitur de vno, referendū eſt ad alterum. Et declaratur hoc magis, quia ſupra dictum fuit de illo, qui introibat in domum leproſam, ꝙ erat immundus vſque ad veſperum. Hic autem de eis qui comedunt, vel dormiunt in domo illa, dicitur quòd ſunt immundi: & non ponitur quanto tempore, ſed intelligitur ꝙ vſque ad ſolis occaſum, ſicut dicitur ſupra. Ergo ſic erat, ꝙ cum ponatur de eis qui comedunt vel dormiunt in domo leproſa, quòd debent lauare veſtimenta ſua: ita intelligendum eſt de illis, qui ingrediuntur in domum illam. ¶ Ad hoc reſpondendum eſt: quòd qui introeunt in domum leproſam ſolum, non comedentes ibi, nec dormientes, non debent lauare veſtimenta ſua: cauſa autem diuerſitatis inter eos, & illos, qui comedunt vel dormiunt in tali domo eſt: quia qui ſolum intrant non trahentes ibi aliquam moram, non videntur poſſe contrahere realem immunditiam: qui autem ibi dormiunt, vel comedunt, quia maiorē trahunt moram, veriſimile eſt eos contrahere aliquam immūditiam. Item, patet hoc magis, quia legiſlator voluit facere differentiam inter iſta: nam neceſſarium eſt, ꝙ ſi aliquis comedit vel dormit in aliqua domo, ꝙ ingrediatur in eam. Si ergo illi qui intrant in aliquam domum, vniuerſaliter contrahunt immunditiam cum in illa lepra eſt, ita vt debeāt veſtes lauare: ſuperfluum erat, quòd diſtinguerentur iſti caſus particulariter, ſcilicet, de introeunte in domum leproſam, & de comedente & dormiente in illa: ſed diceretur vniuerſaliter ſi introierit in domum illam, lauabit veſtimenta ſua: ergo illi qui ſolum intrabant, nō lauabant ea. Cum autem arguitur quòd ſimile eſt de introeuntibus in domum, & de comedentibus ibi, & dormientibus, falſum eſt: quia immediate demonſtratum eſt ſupra eſſe differentiam, cum veriſimile ſit comedentes & dormientes in domo illa, cōtrahere aliquam realem immunditiam. De introeuntibus aūt ſolū non ſic. Cum autem dicitur, quòd omnia iſta ponūtur ſub eodem contextu, ideo debet prędicari idem de illis. Reſpondendum eſt, ꝙ non eſt idem contextus, ſed ſunt duę orationes de rebus ſatis differentibus. Item, cum arguitur quòd eſſe immundum vſque ad veſperū, quod dicitur de introeuntibus in domum leproſam, & non dicitur de comedentibus & dormientibus; extenditur etiam ad comedentes & dormientes: ideo quòd lauare veſtimēta dicitur de comedentibus, & dormientibus, & nō de introeuntibus ſolum. Reſpondendum eſt, quòd non valet iſtud argumentum: quoniam ea quæ ſunt in minori immunditia, ſunt ſemper in maiori; ſed non econtrario. Sic autem eſt de lotione veſtimentorum, & de hoc quod eſt immundum eſſe vſque ad veſperum: nam immundum eſſe vſque ad veſperum, eſt de minimis immunditiis: lauare autem veſtimēta pertinet ad maiores: ideo cum dicitur de comedentibus & dormientibus in domo, ꝙ debebant lauare veſtimēta, intelligitur etiam quòd erant immūdi vſque ad veſperum. Sed cum dicitur de introeūtibus in domum ſolum, quòd erant immundi vſque ad veſperum, non ſequitur quòd debeant lauare veſtes: quia eſſet arguere à minori ad maius affirmatiuè, in qua argumentatione nunquam tenet conſequentia. Si tamen aliquis vellet tenere, quòd quomodocunque intrantes, etiam ſi non comederent nec biberent ibi, lauarent veſtimenta, ſatis poterit id ſuſtineri

A propter motiua allegata. *Quia ſi introiens Sacerdos.* Hic ponitur mundificatio domus quando non erat vera lepra: ponebatur enim ſupra vnus caſus, ſcilicet, quòd ſacerdos conſpexerit leprā in parietibus domus, poſtquam noui lapides poſiti ſunt, atque noua facta litura. Hic autem dicitur, quid faciendum ſit quando poſitis nouis lapidibus, & noua facta litura, non apparet denuo lepra: debebat enim Sacerdos venire ad cōtemplandum ipſam domum, an creuiſſet in ea lepra poſitis lapidibus & litura nouis; & dicitur, quòd ſi Sacerdos introiens viderit, quòd lepra non creuerit poſt poſitionem nouorum lapidum, vel nouæ lituræ, iudicabit domum eſſe mundam à lepra: & faciet purificationes quæ infra habentur. *Viderit lepram non creuiſſe in domo*, id eſt, non apparuiſſe denuo: non enim accipitur hic propriè creſcere: nam tunc *Duplex expoſitio litteræ.*
B propriè lepra creſcit, quādo aliquæ maculæ eius præexiſtebant in parietibus, & poſtea extendebant ad maiorem quantitatem. Hic autem non erat ſic: quia fuerant ablati lapides parietis, & litura in parte intrinſeca domus; & ſic non manebat tunc aliqua macula lepræ. Si autem poſitis denuo lapidibus nouis, & litura noua, apparebant aliquæ maculæ, non erat illud lepram creſcere, ſed nouiter apparere: & ſic accipitur hic lepram creſcere in domo, id eſt, nouiter apparuiſſe in domibus, vel parietibus. Vel poteſt dici propriè creſcere: quia quando ſic ablatis lapidibus, & abraſo pariete, apparuit poſtea lepra in ſuperficie, prouenit illa ab interioribus, extendendo ſe, cum intus habeat originem: & illud eſt propriè creſcere. *Poſtquam denuo lita fuerit*, id eſt, poſtquam fuerint poſiti noui lapides, & noua facta litura, ablatis prioribus lapidibus,
C & puluere parietum: ſi enim tunc apparuiſſet macula lepræ in parietibus, ſignum erat, quòd eſſet lepra perſeuerans: ſi autem non rediret, domus purificata erat. *Purificabit eam reddita ſanitate*, id eſt, decernet ſacerdos eam eſſe mundam; quoniam ipſe non faciebat eam eſſe mundam; vel dicitur, purificabit eam, id eſt, faciet in ea, cæremonias purificationis quæ infra ſequuntur: & hoc quia ſanitas rediit, cum ante fuiſſet vera lepra. *Et in purificationem eius ſumet duos paſſeres.* Iſtæ ſunt cæremoniæ quas facere debebat ſacerdos purificans, cum vellet domum purificare: & ſunt eædem cæremoniæ quæ ponebātur ſupra in purificatione hominis leproſi; dicit enim, ꝙ debebat aſſumere duos paſſeres; cuius cauſa eſt: quia vnus erat, vt ſanguis eius aſpergeretur ad ipſos parietes domus; alius autem erat, vt ligaretur in aſperſorio; & poſtea *Quibus cæremonijs ſacerdos lepro ſum domum purificans vti debebat.*
D dimitteretur viuus. *Lignumq; cedrinum, & vermiculum.* Iſta duo accipiebantur, vt eſſent ad faciendum aſperſorium, vt ſupra dicebamus illud componi: & ponebatur lignum cedrinum vt dictum eſt, ad ſignandam ſanitatem carnis, propter ſuam imputribilitatem: & vermiculum ad declarandum veritatem coloris carnis: ante enim cum eſſet lepra in carne, non erat ibi verus color. *Atque hyſſopum.* Quid vermiculus, & hyſſopus ſit, ſupra dictum ſunt: ligabantur autem iſta tria, ſcilicet hyſſopus, vermiculus, & lignum cedrinum, & cum eis poſtea ponebatur paſſer viuus ad faciendum aſperſorium. *Et immolato vno paſſere in vaſe fictili*, id eſt, de illis duobus paſſeribus vnus iugulabatur, & hoc vt de ſāguine eius aſpergeretur ſuper parietes domus, qui fuerant leproſi. Dī aūt in vaſe fictili, id eſt, in vaſe terreo; accipiebatur enim vas terreū, & ſu-
E per illud fluebat ſanguis paſſeris cum immolaretur. *Super aquas viuas.* Aquæ viuentes ſunt aquę fontales, fluuiales, & puteales: quanquam puteales dicantur eſſe minus viuentes quam alię, cum non moueantur: de his aquis dictum eſt ſupra, quare dicantur viuentes: ſuper eas autem immolabatur paſſer, quia cum iugularetur, fluebat ſāguis illius ſuper vas fictile, & ſuper aquas quæ in eo erant, & hoc fiebat: quia tam in ſanguine, quam in aquis fit purificatio, vt patet immediate cum dicitur: purificabitq; eam tam in ſanguine paſſeris, quam in aquis viuentibus. Cauſa autem quare aſſumeretur ſanguis ad expiandum, erat: quia ſecundum ſtatum Veteris Teſtamēti, omnia vel potiſſima purificabantur in ſanguine, vt habetur ad Heb. 9. c. cum dicitur: Omnia penè in ſanguine ſecūdum legem mundātur, & ſine ſanguinis effuſione nō fit remiſſio peccatorū. Cauſa aūt quare fiat purificatio in aquis viuētibus

etiam patet: quia hic ſignificatur mundificatio facta à F lepra. Caro autem mortificabatur per lepram corrodentem: ideo conueniens erat accipi aliquid viuēs, quod ſiguraret carnem liberatam à corruptione & mortificatione, quam inducebat lepra: & hoc propriè conuenit aquis viuentibus. *Tollet lignum cedrinum, & hyſſopum, & coccum & paſſerem viuum.* Hic ponitur qualiter fieret aſperſorium: erant enim hæc quattuor ex quibus omnibus componebatur aſperſorium, quorum lignum cedrinum erat manubrium, & in eo ligabantur alia tria, ſcilicet, coccus, & vermiculus, & paſſer viuens in extremitate, ſcilicet, ligni cedrini, vt ſic aſpergeretur in eis. *Et tinget omnia in ſanguine paſſeris immolati.* Non eſt ſenſus, quòd tinget omnia, id eſt, q tingeret quodlibet iſtorum quattuor per ſe, quia omnia ſimul colligata erāt: ſed eſt ſenſus, quòd omnia iſta tingebantur in ſanguine, ſ. aſperſorium factum de his om- G nibus quattuor. *In ſanguine paſſeris immolati, atque in aquis viuentibus.* Iſta duo erāt ſimul, ſ. aquæ viuentes, & ſanguis paſſeris immolati: nam Primò ponebatur in vaſe fictili aqua viuens, & ſuper eam decurrebat ſanguis paſſeris immolati cum immolaretur, & fiebat aſperſio mittendo illud aſperſorium in ſanguinem & aquam. *Et aſperget domum ſepties.* i. ſepties mittet aſperſorium in aquam & ſanguinem, & ſepties aſperget de ſanguine contra ipſos parietes domus. Cauſa huius aſperſionis ſeptenariæ erat ad ſignādam perfectam purgationem, quæ inducitur per numerum ſeptenarium, quia totum eſſe rerum temporalium per ſeptem dies voluitur. *Purificabitq; eam tam in ſanguine paſſeris quam in aquis viuentibus.* i. Sacerdos faciebat cæremonias tingendo in ſanguine & in aquis viuentibus. Dicit autem, quòd in his duobus purificabat, quia iſta duo erant H neceſſaria de neceſſitate cæremoniarum ad faciēdam purificationem illam, & hoc tam ex præcepto legiſlatoris, quàm ex ratione ſignificationis eorum. *Et in paſſere viuo.* id eſt, etiam purificabat Sacerdos in paſſere viuo. Erant enim duo paſſeres, quorum alter immolatus fuerat: reliquus verò ligatus ad aſperſorium viuens, & in iſto dicebatur fieri purificatio, quia ipſe tingebatur in ſanguine, & aquis viuentibus, & aſpergebatur cōtra ipſum qui purificabatur à lepra. Dicitur autem fieri purificatio in omnibus illis, quæ de neceſſitate cæremoniarum erant: ſic etiam de paſſere viuo erat, quia iubebatur q ligaretur ad aſperſorium, vt ipſe in ſanguine tingeretur. Cauſa quare ponebatur paſſer viuens in aſperſorio, vt aſpergeretur cum eo, erat, quia hic mundabatur iſte à lepra quæ carnem mortificabat: cum autem homo purificatur à lepra, totaliter I eſt liber à mortificatione, quam inducebat lepra in carne viſa: ſed hoc debebat ſignificari per aliquid quod eſſet viuēs, tale autem erat, quòd paſſer viuus poneretur in aſperſorio, ad aſſignandam viuacitatem redditam carni in purificatione. *Lignoq; cedrino & hyſſopo atque vermiculo,* id eſt, etiam purificabit Sacerdos in iſtis tribus: quia iſta tria erāt de neceſſitate cæremoniarū purificationis, cum iuberentur poni in aſperſorio ad ſanguinem aſpergendū cum aqua viuente, ſuper eum qui mundabatur. Cauſæ autem horum ſupra poſitæ ſunt. *Cumq; dimiſerit paſſerem auolare in agrum libere,* id eſt, poſtquam facta fuerit iſta aſperſio in parietibus domus quæ mūdabatur, diſſoluebat Sacerdos ea, quæ ligata erant in manubrio aſperſorij, inter quæ erat paſſer viuens, qui permittebatur liberè auolare in K agrum. Hoc pertinebat ad ſignationem huius purificationis, ſcilicet, quòd ſicut paſſer ligatus erat ante purificationem, & poſt permittebatur liberè redire ad conſortium aliorum paſſerum, ita de homine qui purificabatur, vel domo: quia ante purificationem non licebat illi homini adiungere ſe communioni aliorum hominum, poſt purificationem autem licebat: ſic etiam erat de domo: quia ante purificationem nemini licebat introire in eam, aut comedere vel dormire in ea: poſtquam verò purificata erat, omnia hæc licebant in illa fieri. *Orabit pro domo,* id eſt, orabit Sacerdos vt domus non inficiatur lepra, ſicut ante infecta erat, vel illa lepra quæ primo apparuerat, denuo non rediret. *Et iure mundabitur,* id eſt, cum factæ fuerint omnes iſtæ cæremoniæ, erit domus mūdata legitimè; quia in ea obſeruata fuerant ea, quæ lex obſeruari mādabat. *Iſta eſt lex omnis lepræ.* Hic ponitur recapitulatio ſuperiorum, & epilogus, dicens, q iſta quæ poſita ſunt in ſuperioribus, ſunt lex lepræ, i. per iſta iudicatur quid faciendum ſit in lepra, & hoc tam ad cognitionem lepræ, quàm ad purificationem ipſius. Et ſciendum, quòd hic fit recapitulatio, & epilogus duorum capitulorum ſuperiorum de lepra, in quorum primo agebatur de cognitione lepræ, in ſecundo autem de purificatione eius; quod patet: quia hic ſubditur de lepra in veſtibus, & tamen de iſta præcedenti cap. dictum fuerat. *Et percuſſuræ,* id eſt, etiam datur hic lex de percuſſura: hoc eſt, quia aliquando in ipſa plaga quæ prius erat, apparebat lepra, & indicabatur de illa ſicut de plaga lepræ, ſecundum leges quæ habitæ ſunt præcedenti capite. *Lepra veſtium,* id eſt, etiam iſta lex eſt de inueſtiganda, & purificanda lepra, quæ eſt in veſtibus, ſiue ſit in ſubtegmine: ſiue in ſtamine, aut per totum diffuſa; ſicut apparuit præced. cap. *Et domorum.* i. etiam iſta eſt lex de lepra domorum, apparet.n. aliquando lepra in domibus, ſicut declaratum eſt in iſto capite, in quo agitur de eius purificatione & inquiſitione. *Cicatricis.* i. etiam agitur hic de lepra, quæ apparet aliquando in cicatrice: ita, vt ſanato vulnere, videatur lepra ſuboriri; idem autem in vlcere fit, vt q in cicatrice vlceris appareat lepra. *Et erumpentium papularum.* i. etiam datur hic lex de papulis erumpentibus, cum interdum in eis videatur lepra. Vocantur autem papulæ erumpentes, vlcera, quæ ſunt tumores quidam facti in carne, & ob hoc vocantur erumpētes, quia excedunt æqualitatem reliquæ carnis; vel vocantur papulæ erumpentes, quæcūque apoſtemata vel eleuationes factæ in carne, etiam ſi venenum non teneāt, ſicut vlcera: in his enim interdum lepræ ſpecies apparere ſolet. *Lucentis maculæ.* i. etiam datur hic regula de maculis lucentibus in corpore. De his dicitur ſupra præcedenti capite, vbi diſtinguitur de maculis quando ſunt lepræ, vel non. *Et in varias ſpecies, coloribus immutatis.* i. etiam dicitur hic de maculis quæ mutātur ad diuerſas ſpecies coloris. ſ. aliquando in candidum, aliquando in alborem, & interdū in ſubrufum, & in ſuboſcurū colorē: ſecundū quos colores aliquando iudicatur lepra, & aliquando non, vt habetur præcedenti capite. *Vt poſſit ſciri, quo tempore mundum quid, vel immundum ſit.* i. iſtæ leges de lepra datæ ſunt, vt ſciatur quid ſit immundum in lepra, vel quid mūdum ab ea, & quo tempore hoc ſit. Dicit.n. de tempore, quia in præcedenti cap. & in hoc, dantur aliqua tempora reclusionum ad conſiderādum, an aliquid leproſum, vel mundum ſit: & poſt illos dies iudicatur de munditia vel immunditia ſecundum leges ſupra datas. Et quando hic dicitur, quòd iſta eſt lex lepræ, ad cognoſcēdum quid mundum & quid immundum ſit, non eſt ſenſus, quòd iſta lex ſolum pertineat ad cognoſcendum lepram, ſed etiam ad modum purificādi eam: dicitur tamen de eo quod eſt primum, nam cognoſcere an lepra ſit, vel non, præcedit omnem purificationem, & ritus omnes cæremoniales.

Quomodo fiebat aſperſorium.

Epilogus ſuperiorum.

Papulæ erumpentes quid ſit.

CAP. XV.

LOCVTVSQ. *eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron dicens: Loquimini filiis Iſrael, & dicite eis: Vir, qui patitur fluxum ſeminis, immundus erit. Et tunc iudicabitur huic vitio ſubiacere, cum per ſingula momenta adhæſerit carni eius, atque cōcreuerit fœdus humor. Omne ſtratum, in quo dormierit, immundum erit, & vbicunque ſederit. Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperū. Si ſederit vbi ille ſederat: & ipſe lauabit veſtimenta ſua: & lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. Qui tetigerit carnem eius, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. Si ſalinam huiuſcemodi homo iecerit ſuper eum qui mundus eſt, lauabit veſtimenta ſua & lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. Sagma, ſuper quod ſederit, immundum erit: & quidquid ſub eo fuerit, qui fluxum ſeminis patitur, pollutum erit vſque ad veſperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. Omnis, quem tetigerit qui talis eſt, non lotis ante manibus, lauabit ve-*

Patiens fluxū ſeminis.

6. diſt. c. 1. in glo. 1. 4 3. diſ. c. 1. ante fin. verſ. vnde bene pr Moyſen.

ſtimen-

Supra 6. & ſupra 11. Dist. pæn. diſt. 3. cap. Inter hæc circũ. ij. in ver. nõ relinquitur in gloſ. iiij. ſicut eſt.

ſtimenta ſua: & lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua. Si ſanatus fuerit qui huiuſcemodi ſuſtinet paſſionem, numerabit ſeptem dies poſt emũdationem ſui, & lotis veſtibus & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. Die autem octauo ſumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conſpectum Domini ad oſtium Tabernaculi teſtimonij, dabitq; eos ſacerdoti. Qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum: Rogabitq; pro eo coram Domino, vt emundetur à fluxu ſeminis ſui. Vir, de quo egredietur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum: & immundus erit vſque ad veſperum. Veſtem & pellem, quam habuerit, lauabit aqua, & immunda erit vſque ad veſperum.

LOCVTVSQ. *eſt*. In ſuperioribus dictum eſt de lepra, & maculis: hic conſequenter agitur de fluxu ſanguinis, & ſeminis. Et diuiditur in duas partes: quia Primò agitur de fluxu ſeminis non naturali; Secundò, de eodem naturali; ibi: *Vir, de quo egredietur*. Iterum in duas, quia Primò agitur de huius fluxus pollutione; Secundò, de eiuſdem purificatione; ibi: *Si ſanatus fuerit*. Circa primum. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens.*

An iſta locutio fuerit immediatè poſt præcedentia. Quæſt. I.

DE iſta locutione an fuerit immediata ad ea quæ ſupra dicebantur de lepra, nulla facta temporis interpoſitione, vel immediatè vt dicta fuerint, quæ hic habentur, ſed aliquo interiecto tempore, non poteſt clarè patere. Nec dicendum eſt hic, ſicut in præcedenti cap. C dicebatur, cum ponebatur, Locutus eſt: quoniam ſi ne dicerentur omnia quæ in hoc libro poſita ſunt, fuiſſe dicta ſub eodem contextu temporis, nulla penitus facta interpolatione, ſiue per varietatem locutionum & temporis dicta ſint, neceſſarium erat, quòd illa ſimul dicta fuiſſent: quia ad eandem materiam pertinebant; in eis autem quæ ad idem pertinent, nullus rationabiliter loquens ſectionem facit. Deus igitur cum ad Moyſen loqueretur, non faceret diuiſionem in illis in quibus nemo alius facturus eſſet: hic autem non eſt ſic: nam ea quæ dicuntur hic, non pertinent ad materiæ idẽtitatem, cum ſupra dicatur de lepra, & hic de fluxu ſanguinis, & ſeminis. Satis ergo rationabiliter dici poterat, iſta dicta fuiſſe diuerſis vicibus: ſed an in vna vice, vel in diuerſis dicta fuerint, non conſtat. *Loquimini filijs Iſrael, & dicite eis*. Ad Moyſen & D Aaron dicitur: quia poſtquã ipſi ſuſcepiſſent à Deo iſtam legem, denunciare debebant eam populo: non poterant tamen ambo denunciare, ſed vnus. Dicebatur tamen ambo dicere, quia vnus dicebat, & alius dicenti conſentiebat, & auctoritatem præſtabat. Quis autem eorum eſſet qui iſta denunciaret populo, non patet ex littera. Dicendum tamen rationabiliter, ꝙ Moyſes loqueretur ſecundum ea, quæ declarata fuere ſupra 9. cap. in princip.

Differt aliquem pati fluxum ſeminis, & efficere.

Vir, qui patitur fluxum ſeminis. Dicitur aliquis pati fluxum ſeminis, & aliquando efficere fluxum ſeminis: cum enim aliquis voluntariè id agit, ad hoc cooperans, non dicitur pati fluxum ſeminis, ſed efficere: quia principia agendi in ipſo ſunt: agere enim eſt in poteſtate agentis: pati verò in poteſtate patientis non eſt. Aliquando autem dicitur pati fluxum ſeminis, & hoc eſt cum ipſo viro nihil agente, E nec volente, imò aliqñ repugnãte, ſemen fluit. propriè enim tunc pati eſt, quia fluxus ille in poteſtate viri nõ eſt.

Fluxus ſeminis inuoluntarius dupliciter fit, ſcilicet ex agente naturali, & ex defectu retentiua. Quæſt. II.

FIT autem iſte fluxus inuoluntarius dupliciter: Vno modo ex aliquo agente naturali præter intẽtionem noſtram: & aliquando contra eam. Secundo modo fit ex defectu naturalis contentiui, ne ſemen fluat. Quantum ad primum modum, dicendum eſt, quòd principium naturale cauſans in homine fluxum ſeminis præter voluntatem ſuam, eſt phantaſia: dominatur enim potentia phantaſtica toti naturæ corporali, vnde quanquam actio ipſius ſpiritualis ſit, plus tamen poteſt in naturam corpo- A ream, & immutat eam per ſolam apprehẽſionem formarum delectabilium, vel triſtabilium, quæ eſt actio ſpiritualis, quam aliquæ cauſæ corporales habentes actionem naturalem immutant; quod apparet in apprehenſione iræ: nam quanquam homo tranquillus eſſet, nulla in eo conturbatione exiſtente, ſi phantaſia apprehenderit contemptum factum, vel illatam iniuriam, mouet partes affectiuas, ſcilicet iraſcibiles, & ardet sãguis circa cor, oculisq; ſcintillantibus tota corporis conſtitutio cum colore atque membrorum ſtabilitate mutatur. Magna quidem hæc mutatio eſt, ſed per ſolam phantaſticam apprehenſionem quæ ſpiritualis eſt. Sic de his Ariſt. Ethic. lib. 7. in cap. de comparatione iræ ad paſſionem veneream. Apparet quoque iſta poteſtas phanthaſiæ in apprehenſione formarum delectabilium ſecundũ tactum, quæ pertinet B ad actum venereum: nã ſi aliquis apprehenderit aliquam formam ſibi eſſe delectabilem ad fruitionem veneream, ſubito totus corporis ſtatus mutatur, inſurgentibus quibuſdam ardoribus, potiſſimè autem circa lumbos: quod patet ex Ariſt. Ethic. lib. 7. vbi tractat de ſyllogiſmo incõtinentis: vbi dicit magnas paſſiones, & alterationes fieri in amantibus. & ibidem Comment. ait præcipuè hoc fieri in ardore quodam inſurgente circa lumbos. Cuius cauſa eſt: quia materia ſeminalis circa lumbos eſt in quibuſdam vaſis: & quia ipſa eſt, quæ effundi debet in actu venereo, ardere incipit, & partes illæ coniuncta ſibi, ſcilicet lumbi eodem tenentur ardore; quæ grauis paſſio & intoleranda amatoribus eſſe videtur. Multæ quoque ſunt alię amatorum paſſiones, qui ſi interdum votis non potiantur ſuis, vſque ad veram mortem perueniunt, prius tamen eoC rum corporibus tabefactis quibuſdam miſerandis mutationibus. Hæc autem omnia à poteſtate phantaſiæ ſunt. Multa quoque alia, quæ nec narratu digna ſunt, nec ad præſentem ſpectant ſpeculationem. Tantum aũt phantaſia dominatur naturæ corporali, vt ſicut in coitu actione quadam naturali cognita ſemen effunditur, ita & ſine aliqua actione inſtrumentorum agentium, ſolo motu phantaſiæ interdum in vigilia ſeminis effuſio etiam inuolũtariè fit: vt ſi aliquis apprehenderit aliquam formam nimis delectabilem motu fruitiuo, ſi apprehendat ſe quaſi propinquum fruitioni deſideratæ formæ, vel ſecundum alias particulares circũſtantias, perueniet homo vſque ad hoc, vt integram delectationem venereã patiatur etiam inuitus, atque ſeminis effuſio ſubſequatur. Fit autem hoc maximè per noctem in ſomno: nam quia tũc operatur homo D per ſolam phantaſiam, operationes eius fortiores ſunt, quam in vigilia, quando homo per rationem tanquã per primum principium operatur: ideo cũ in ſomnis apprehenderimus formã delectabilem, vel vt verius dicamus, cum fiat motus in phantaſia ſuper aliquas ſpecies rerum delectabilium apprehenſarum ad veneream fruitionem, tanta ex hac phantaſiæ apprehenſione in naturali corpore mutatio fiet, vt ſeminis effuſio perpetretur; quod frequentiſſimum eſt. De his effuſionibus habetur infra, ſcilicet, qualiter mundari debeant, qui paſſi ſunt nocturnam pollutionem. Secundo modo dicitur aliquis pati fluxũ ſeminis, quia non voluntariè illud effundit: & hoc non ex aliquo principio naturali agente, ſicut eſt phantaſia mouens, ſed ex defectu alicuius principij contentiui: cõtinetur enim ſemen in quibuſdã vaſis ſeminariis, qui ſunt circa E lumbos: cum autem iſta vaſa habeant perfectã potentiam contentiuam, retinetur ibi ſemen, niſi emittatur aliqua naturali actione per motum volũtarium genitalium organorum, aut per aliquam actionem phantaſticæ potentiæ imperantis toti naturæ corporali. Si autem non ſit perfecta potentia contentiua in vaſis illis, ſemen fluit homine neſciente & nolẽte, nulla actione facta in motu organorum genitalium, nec apprehenſione phantaſticę potentiæ, ſed ſolũ quia deeſt potentia contẽtiua, quia debilitata eſt: ſicut eſt de illis qui vrinã neſcientes emittunt, qm ipſa eis inuitis defluit. Sic quoque eſt de eis qui cibos indigeſtos per ſeceſſum emittunt, nõ exiſtẽte in ſtomacho potentia retentiua. Quẽadmodũ ergo contingit infirmari potentiam contentiuã ſtomachi ad cibos, & vaſorũ vrinariorũ ad ipſam vrinã, ſic & contingit debilitari potẽtiã retẽtiuam vaſorum ſeminariorum, & ſemẽ per ſe fluere,

Quomodo phantaſia dominetur naturæ corporali.

Fit autem hoc dupliciter. Primo modo ex aliqua ſpeciali infirmitate incidenti, per quã contentiua potētia vaſorum ſeminariorum multum laxatur aut quaſi totaliter, & tunc ſequitur in homine continuus fluxus ſeminis, vel quaſi continuus, & interdum accidit vt ex hoc homines moriantur, aliquando autem cum temporaliter hoc paſſi fuerint, priſtinæ redduntur ſanitati. De hoc dicitur hic in princ. cap. ſ. de illo qui per ſingula momenta ſeminis fluxum patitur, atque adhæret ei fędus, & concretus humor.

Alio modo fit debilitatio potentiæ contentiuæ in vaſis ſeminariis, non quidem ex aliqua ægritudine graui ſpeciali, ſed ex aliquo leui accidente, & tunc continget fluere humorem ſeminalem homine neſciente: & hoc præcipuè in ſomnis, etiam nulla phantaſtica operatione præcedente, ſicut in ſuperioribus dicebatur. Fit autem iſta debilitatio in hominibus aliqñ ex conditione temporis reſoluentis, atque laxantis; potiſſimè tamen accidit ex qualitate ciborum & potuũ: ſunt. n. quidã cibi & potus laxatiui, quibus ſumptis cauſatur debilitas potentiæ retentiuæ ſeminalis humoris, & cõtingit illũ fluere. Ex hoc autem ſequitur id, quod aliqñ homines experiũtur. ſ. q̃ magis patiantur pollutionem nocturnam tempore quo ieiunant, quàm aliis temporibus: non quidem fit hoc tanquam in diebus ieiuniorũ magis cauſetur augmentum materiæ ſeminalis. q̃ aliis diebus, cũ ecõtrario accidat. ſ. q̃ magis cauſatur ſemen ex cibis dierũ quibus non ieiunatur quàm ieiunij: ſed fit ex impotentia facultatis retẽtricis; nam pp laborẽ ieiunij & defectũ cibi, debilitantur vires retentiuæ, & contingit ſemen fluere, quod cauſatum fuerat temporibus præcedentibus. Itẽ ex hoc accidit id quod multorũ experẽtia cõprobatur, ſ. q̃ magis patiatur homo fluxum ſeminis nocturnũ, ſi ieiunans aquã ſolã biberit, q̃ ſi vinũ; niſi fortè ex præcedẽtibus temporibus maceratus ſit intantũ, vt ibi non ſit aliquid quod fluere poſſit. Cauſa autem horũ eſt: quoniam aqua eſt multũ laxatiua, & debilitat, atque reſoluit potẽtiam retentiuã, & facit ſemen fluere: vinũ autem non eſt virtutis laxatiuæ, ideo non debilitat potentiam, vt ſemen fluat. Ex hoc autem contingit id quod communiter experimur. ſ. q̃ ſi aliqui ieiunauerint, & paulò ante decubitũ aquã biberint, fluxum ſeminis patiantur, præcipuè ſi calida fuerit aqua, & hoc quia magis debilitat, cum paulò ante decubitũ accipitur, quàm ſi accipiatur in meridie, vel ante. Vnde conſulendum eſt his qui ieiunant, vt paulò ante decubitum nihil bibant, vel ſi biberint, vinum illud ſit, & nõ aqua. De his pollutionibus infra habetur. De hoc autem ſuper Deuter. 23. c. dictũ eſt, an iſtæ pollutiones ſint peccatum, & qñ: & latius dicetur Matth. 5. cap. Alius autem modus pollutionis videtur eſſe inuoluntariè ex abundantia ſeminis: nam cum naturaliter ea, quæ plena ſunt ſupereffluant, neceſſarium eſt, cum aliquis multo ſeminali abundet humore, per pollutionem nocturnam effluat. Iſte modus quamuis quantum ad cauſam aliqualiter diſtinctus ſit ab aliis, tamen non totaliter differt, quia cum ſemen abũdauerit, effluit interdum per defectum potentiæ retentiuæ; interdum autem ex aliqua apprehenſione phantaſiæ mouentis naturam corporalem: ideo non debet poni totaliter diſtinctus ab aliis prioribus. De omnibus his modis pollutionum in quibus aliquis inuoluntariè polluitur, & per hoc dicitur pati fluxum ſeminis, habetur hic in littera: etiam de modis pollutionum quibus aliquis voluntariè polluitur, quibus non dicitur quiſpiam pati fluxum ſeminis, ſed illum efficere, ſicut in coitu contingit: nam in his omnibus eſt immũditia quædam; & dabatur ſecundum legem Moſaicam quædam cæremonialis purificatio. *Vir qui patitur fluxum ſeminis.* Nõ loquitur hic Scriptura de quolibet patiẽte fluxum ſeminis p ſomnium nocturnum, ſed de illo qui patitur hoc ex infirmitate quadã: & ideo tã in vigilia, quàm in ſomno fluit ille fędus humor: hæc fluxio iudicatur vna de maximis immũditiis, pp q̃ debebat aliquis expelli à caſtris, ſicut habetur Num. 5. cap. etiam erat ſeparatus à communione totaliter aliorum hominum, vt habetur hic: & qui tangebat illum hominem, immundus erat: in eis tamen qui patiebantur pollutionem nocturnam per ſomnium, non fiebant iſtæ ſeparationes, nec immundi erant qui tangebant eos. *Immundus erit.* Et hoc quidem maxima immunditia, ſicut leproſi:

Ieiunantes quare ſæpè patiantur pollutionem, maximè ſi panẽ & aquã comederit, & ad hoc conſilium.

F vnde ſicut & illi extra caſtra eiiciebantur; alij autem habent alias immunditias leues. *Et tunc iudicabitur huic vitio ſubiacere.* Hic ponitur ſignũ per quod cognoſci poſſit aliquis, qui habebat iſtam ægritudinem: & non iudicabat de ſeipſo quòd pateretur iſtam ægritudinẽ, ſed ad Sacerdotem iudicare pertinebat: quod patet, cum dicitur: tunc iudicabitur ſubiacere huic vitio. Ad hoc autem non oportebat vt Sacerdos aſpiceret iſta ſigna, q̃a hoc valde turpe erat, ſed ipſe qui patiebatur, dicebat in ſe eſſe talia ſigna. Sacerdos autem auditis his, iudicabat eſſe immundũ hũc virum. *Cum per ſingula momenta adhæſerit carni eius.* Illud erat ſignum cognoſcendi iſtam ægritudinem, quòd alicui continuè flueret ſemen; & in hoc diſtinguitur talis ægritudo ab illis qui patiuntur fluxum ſeminis in ſomnio nocturno: iſti namque per diem & per noctem patiuntur.

G Nec tamen eſt intelligendum, quòd ita ſtrictè ſemen iſtud per ſingula momenta fluat: quia tunc neceſſe erat hominem ante quattuor dies mori: hoc enim modo non ſolum ſemen, ſed etiam medullæ defluebant, quod mortis illatiuum eſt. Sed dicitur per ſingula momenta: quia nõ obſeruato aliquo tempore fluit, ſed indiſtinctè: nec eſt ſicut in aliis rebus, ſcilicet, in pollutione nocturna, vel in coitu: quoniam hic guttatim fluit. Cuius cauſa eſt: quia in aliis defluit natura agente, & ſpiritibus commixtis & impellentibus: cum autem eſt ægritudo, non fit fluxus ille natura agente, ſed magis natura deficiente: ideo non ex impetu fluit, ſed guttatim: nec ſub eiſdem qualitatibus ſub quibus alias fluit; ſed de his attingere non oportet. *Adhæſerit carni eius, atque concreuerit fædus humor.* Quia enim ille ſeminalis humor continuè fluit, neceſſarium eſt, vt carni

H adhæreat, & ipſa caro ex hoc multũ maculetur; & non ſolum dicitur adhærere iſte humor, ſed etiam concreſcere. Eſt autem humor iſte concretus, quandocunque poſt fluxum condenſatur, & manet tanquam materia ſolida adhærens carni: eſt autem ſicut de ſanguine, nam cum fluit liquidus eſt, ſed cùm exierit de corpore congelatur, & fit ſpiſſus atque concretus: cum autem ſemen ad talem cõcretionem deuenerit, vocatur fędus humor, & multum cõmaculat. Dicit autem de ſemine Rab. Salom. quòd eſt duplex. In quibuſdam enim eſt ſemen non ſpiſſum, ſed benè fluidum: & iſtud guttatim diſtillabat, nec adhærebat carni, vel efficiebatur concretus. Aliud autem ſemen eſt, quod eſt valde ſpiſſum, præter modum communem naturalem, quaſi lac coagulatum: & hoc quãdo flueret adhærebat carni, atque concretum erat. ſed quicquid ſit, neceſ-

I ſarium erat vt ille, qui talem patiebatur ægritudinem à ſemine fluenti, pollueretur. Vocatur iſte humor fędus, quia veraciter fędus eſt cum hominem coinquinat. *Omne ſtratum, in quo dormierit.* Hic ponitur quid ſequebatur ex hoc vitio fluxum ſeminis patiẽte, & ponitur q̃ ille qui pateretur iſtam infirmitatem, efficeret immundum omne ſtratum in quo dormierit, id eſt, omnem lectum; & etiam omne illud ſuper quo dormierit dato quod lectus non ſit: quia eadem cauſa immunditiæ eſt.

Quomodo immundæ res erant duplices. Quæſt. 111.

PRo hoc autem ſciendum eſt, quòd inter alias res quæ immũdæ erant, aliquæ erant quæ faciebant alias immundas, & aliæ non faciebant. Exemplum de iſto: vt ſi ali-

K quis tetigiſſet mulierem tempore purificationis ſuæ, mulier namque tempore ſuæ purificationis immunda eſt: & quicquid illam tetigerit immundum efficitur: ſicut habetur ſupra 12. c. etiam quãdo mulier eſt in ſanguine fluente menſtruali, quicunque tetigerit eam, immundus eſt, vt apparet hic in littera: idem eſt de homine fluxum ſeminis patiẽte: quoniam tangens eum, immundus erat, vt habetur hic. Idẽ de eo qui tangebat leproſum, vt patet præced. cap. & ſup. 13. In aliis autem ſunt quidam immundi & tangẽtes eos non efficiũtur immundi, ſicut ſi aliquis tetigerit carnẽ animaliũ immundorũ ad eſum poſt mortem, immundus eſt; & ſi quis tetigerit reptilia, ſiue mortua, ſiue viuentia, eodẽ modo eſt immundus: & tñ ſi aliquis tangeret quempiam iſtorum, non efficiebatur immundus. Pro quo conſiderandum eſt, q̃ illæ res quæ immundæ ſunt per contactum, nunquam faciunt alias res immũdas quamuis tangan-

Inter res immundas quædam faciũt alias eſſe immũdas p tactũ: alia autem non.

tangantur ab eis, illæ autem res quæ ſunt immundæ ſine aliquo contactu, efficiunt alias res omnes, à quibus tanguntur, immũdas: & iſta eſt regula generalis, nec oportet dare aliquam aliam notificationẽ ad hoc, quod apparet exemplariter: quoniam mulier quando eſt in purificatione ſanguinis, non eſt immunda, quia aliquid tetigit, ſed in ſeipſa immunda eſt propter ſanguinem qui fluit ab ea, & à quo tunc purificatur, & ſi ipſa eſſet immunda propter contactum, cõtraheret immunditiam ab altero, & nõ haberet in ſe aliquid, ſecundum quod reliqua tangentia ipſum facerent immundũ. Idem eſt de homine leproſo, qm̃ ipſe nõ eſt immundus, ꝙ aliquid alterum tetigerit; ſed in ſeipſo habet aliquid, ſecundum quod immundus eſt, ideo tangentes ipſum immundos facit. Item ſi aliquis ſeminis fluxũ patitur, non eſt immũdus, quia alios tetigit, ſed quia aliquid habet, ſecundum quod immundus eſt, & tangentes eum, immundi erant. Item ſi mulier fluat ſanguine in tempore menſtruorum, immunda eſt, & omnes tangẽtes eã immundi ſunt, ſicut apparet hic, tamen nõ fit immunda per contactum, quia ipſa aliquid tetigerit, ſed quia in ſeipſa habet id, ſecundũ quod immunda eſt: illi enim qui tangebant cadauera, erãt immundi, nõ quia in ſe aliquid continerent, ſecundum quod immundi eſſent, ſed quia tetigerant aliquid immundum. Itẽ de omnibus tangẽtibus reptilia, & animalia vetita ad eſum, idem patet: qm̃ iſti immundi ſunt; ſed immunditia ſua ex altero eſt; ideo iſti nõ poſſunt inficere eos quos tetigerint: inficiuntur autem hi ex contactu cadaueris, & omniũ reptilium, & animalium immundorũ, illa tamen non ſunt immunda propter cõtactum, ſed ſecundum ſeipſa; ideo quicquid illa tetigerit immundũ eſt. Si tñ iſta cadauera, & animalia quæ vocantur immũda, cõtraxiſſent immunditiã per cõtactum aliarum rerum, nõ poſſent efficere immunda ea, à quibus tangerẽtur, & per iſtam regulam poteſt cognoſci vniuerſaliter, qñ aliquid immundum efficiatur, & qñ non: ſic ẽt de homine fluxum ſeminis patiente eſt, qm̃ ipſe erat immundus, nõ quidem quia tetigiſſet aliquid immundum: ſed quia in ſeipſo habebat aliquid ſecundum quod immundus erat, & aliquos immundos faciebat. *Et vbicũque ſederit*, i. non ſolum ſtratum, in quo dormierit, immũdum efficiebatur, ſed ẽt omnis locus, in quo ſediſſet. De ſtrato autem cauſa magis manifeſta eſt: quia ibi maiori tempore manebat: & ſic poterat magis commaculare locum illum: cum autem ſimpliciter ſediſſet, nõ poterat ſic inquinare locum illum. Sciẽdum autem, ꝙ iſta commaculatio, quã faciebat iſte pollutus ſemine in loco, erat realis immunditia; qm̃ cum diſtillaret ſemen per ſingula momenta, caderet in locum illum, in quo erat ipſe fluens ſemine, & inficeret eum. Aliquando autem poterat eſſe immũditia ſecundum ſolam opinionem, ſ. ꝙ non caderet aliquid de ſemine fluente in locum; quocunque modo tñ eſſet, ſequebatur, ꝙ locus ille immundus efficeretur. *Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua.* Ponitur hic de immunditia, quam recipiebant homines tangẽtes virum fluẽtem ſemine, vel res eius: & dicitur ꝙ homo qui tangit id, in quo dormiebat ille vir fluẽs ſemine, erat immundus. In quo ſciendum, ꝙ ſecundum ꝙ ſupra dictum fuit, id, quod immundum efficitur per aliquẽ cõtactum, non efficit immundas alias res, quas tetigerit. Si autem obiiciet aliquis de lecto hominis fluentis ſemine, qm̃ qui tangebat illum erat immundus, & tñ lectus, & veſtes, & ſimilia, quę pertinebant ad fluentẽ ſemine, erant immunda per ſolum contactum. Ad hoc reſpõdendum eſt, ꝙ qñ aliqua res immũda efficitur per contactum, ſ. quia ſolum tetigit aliam rem immũdã, non propter hoc aliæ res tangentes iſtam efficerentur immundæ: ſi tamen iſta res tangens per contactum, cõtraxerit eandẽ immunditiã, quam alia habet, non erit iã immunda, quia tetigit illã, ſed quia continet in ſe immunditiam, quã prior continebat, ſicut ſi quis contigiſſet leproſum, & ex hoc contactu nihil aliud habuiſſet, nõ efficiebatur taliter immũdus, ꝙ omnes contingentes eum efficerẽtur immundi; ſed ſolus efficiebatur immundus pro ſeipſo: ſi tamen ex illo contactu incurriſſet lepram, ſicut alius habebat, iã non ſolum erat immundus in ſeipſo, ſed ẽt omnes tangentes eũ immundi efficiebantur. Cauſa huius eſt: quia iſte iam habebat talem im-

De immũditia quam recipiebant homines tangentes virũ fluẽtem ſemine vel res eius.

Res quæ ſunt immũdæ per contactũ nõ poſſũt facere alias res immundas.

A munditiam, qualem ille quẽ prius tetigit. Sic in propoſito eſt, ſi aliquis fluens ſemine tetigiſſet aliquã rẽ, & nihil in eam diſtillaret de humore illo fœdo, nõ efficiebatur illa res immunda, ita, ꝙ omnes alias tactu ſuo immundas efficeret, ſed ſolum efficiebatur immunda in ſeipſa. Si autem cecidiſſet ſuper aliquam rem, aliquid de humore fœdo, non ſolum illa res erat immũda ex ſe, ſed ẽt quicquid tangeret illam rem immundum efficiebatur. Hic aũt qñ vir fluens ſemine ſuper aliquã rem ſedebat, aut aliquibus veſtibus induebatur, vt cõmuniter cadebat aliquid de fœdo humore ſuper illas res. Et quãquam interdum accideret, ꝙ nihil caderet de ſemine fluente ſuper iſta, tñ cenſebantur polluta à cadente ſemine; ideo data eſt regula, ꝙ quicunque tetigiſſet illa, efficeretur immundus, ſicut ſi tangeret ipſum virum fluentẽ ſemine. *Lauabit veſtimenta*

B *ſua*. Iſte qui tangebat lectum hominis fluentis ſemine, vel veſtes eius, debebat lauare veſtimẽta ſua, quod intelligitur de lotione in aquis viuentibus, & non de lotione, quæ eſt aſperſio aquarũ luſtrationis: quod patet; quia dicitur: Lauabit veſtimẽta ſua; & tñ ſi eſſet aſperſio aquarum luſtrationis, nõ aſpergeret ipſe aquas, ſed aliquis alius, quia mundus lauabat immũdum, vt hr̃ Num. 19. c. hic tamen lauabat veſtimẽta ſua; ergo non erat iſta lotio in aquis luſtrationis. Itẽ, quia non exprimeretur hic ſpecialiter lauare veſtimenta ſua, ſi acciperetur pro lotione in aquis luſtrationis, quia illa generalis erat ad omnes qui immundi erant, & non lotio in aquis viuẽtibus, ſed hic exprimitur ſpecialiter: ergo intelligitur de aquis viuẽtibus. Itẽ apparet, quia hic dicitur, ꝙ ẽt iſte homo lauabit carnẽ ſuam; ſi tñ hic acciperetur pro aqs luſtrationis, nõ diceretur, ꝙ la-

C uaret carnẽ ſuã, quia qñ fiebat aſperſio, tam ſuper carnẽ, q̃ ſuper veſtes fiebat; & nunquã diſtinguebatur ablutio carnis ab ablutione veſtium; hic tñ diſtinguitur; ergo accipitur pro lotione in aquis viuentibus. Cauſa huius eſt: quia cũ aliquis tangeret lectũ alicuius fluentis ſemine, contrahebat immunditiã realẽ, cũ ibi eſſent maculæ cauſatæ ex ſemine defluente: ad tollẽdã aũt immunditiam realẽ, nunquam fiebat ablutio, quę ſolũ proficit ſm opinionẽ honeſtatis, ſed ea quæ naturaliter maculas tollit; in hoc ergo ſic fieri debebat, ſed ipſa ablutio in aquis luſtrationis, nõ tollit maculas reales, ſed eas quæ ſunt ſm opinionẽ honeſtatis: ergo debet fieri lotio in aquis viuentibus. *Et ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum.* Iſte qui ſic tetigiſſet res immundas, non ſolũ contrahebat immunditiã in ſeipſo, ſed ẽt in veſtibus ſuis; ideo vtrũque lauari debe-

D bat: & quodlibet in aquis viuẽtibus: lauabat. n. homo carnẽ ſuã totã, & deinde veſtes ſuas, poſt hæc aũt manebat immunditia ſua vſque ad veſperũ. ſ. vſque ad primũ ſolis occaſum, poſtquã inciderat in immunditiã; & in hoc differt ipſe qui tangebat lectũ, ab eo, qui immundus erat per fluxum ſeminis: qm̃ ille non erat mundus poſtq̃ tranſiiſſet primũ ſolis occaſũ, ſed permanebat in immũditia ſua vſquequo ceſſaret ab eo illa ægritudo, & deinde pmanebat aliqbus diebus in cæremoniis purificationis. *Si ſederit vbi ille ſederat: & ipſe lauabit veſtimenta ſua.* i. ſi aliquis homo ſediſſet in loco, vbi ſederat vir fluẽs ſemine, lauabit veſtimenta ſua, & intelligitur iſta lotio facta in aquis viuẽtibus, & nõ in aquis luſtrationis, ſicut probatũ fuit ſupra, de illo qui tãgebat lectũ hoĩs fluentis ſemine. Cauſa huius immunditiæ erat: quia locus ille, in quo ſederat hõ fluens

E ſemine, videbatur eſſe pollutus realiter p fluxũ alicuiꝰ humoris fœdi ſuper illũ; & tunc qui illũ contingeret, ẽt immunditiã contrahebat. *Et lotus aqua*, i. ẽt iſte qui tetigerit locũ viri fluentis ſemine, lauabit ſe aqua, ſ. carnẽ ſuã: nam ibi videbatur eſſe cõtracta immunditia in carnibus, & veſtibus; ideo vtrumque lauandum erat. *Immũdus erit vſque ad veſperum*, id eſt, iſta immunditia quæ cõtrahebatur pp talem contactũ, durabat vſque ad ſolis occaſum ſequentem poſt ipſam immunditiã contractam, & tunc hõ erat mundus. *Qui tetigerit carnes eius, lauabit veſtimenta ſua.* Hic ponitur de tactu carnis ipſius viri fluentis ſemine: & iſta videtur eſſe maior immunditia quam ſuperiores, tñ non ponitur hic maior pœna, vel immunditia in ipſa; ſed ſolum quòd lauetur homo in carne, & veſtibus. Cauſa horum patet ex ſuperioribus, ſ. ꝙ ex tali contactu cauſabatur immunditia realis, pp quam fiebat lotio in aquis viuen-

De tactu carnis viri fluẽtis ſemine.

viuentibus. *Et ipſe lotus aqua.* i. iſte qui tetigerit iſta, lauabitur aqua: in hoc autem manifeſtè apparet quod agatur hic de lotione, quæ eſt in aquis viuentibus: nam aliàs non expreſſiſſet lotus aqua, ſed diceret ſimpliciter lotus, vel aſperſus. *Si ſaliuam huiuſmodi homo iecerit ſuper eum, qui mundus eſt.* Hic agitur de contaminatione etiam proueniente ab iſto viro ſpermatico, & eſt, ſi ipſe expuiſſet ſuper aliquem aliū, nam ſaliua ſua immunda erat: cū etiam totum corpus eius immundum iudicaretur propter fœdum illum humorē: & quando iſta ſaliua cadebat ſuper aliquem hominem mundum, dicitur in littera, ꝙ efficiebatur immundus, & lauabat veſtimenta ſua: ſi autem ille homo eſſet immundus, ſuper quem caderet huiuſmodi ſaliua, non videbatur poſſe effici immundus, quia iam immundus erat; ideo littera cautè dixit: ſi ceciderit ſaliua huius ſuper aliquem hominem mundum.

An qui erat in immunditia, poſſet aliā incurrere. Quæſt. IIII.

SED adhuc ſciendum eſt, ꝙ poterat aliquis homo immundus eſſe, & contrahere rurſus immunditias; hoc tñ nunquam eſſet, niſi cum illa immūditia quæ ante contracta fuerat, eſſet parua. Si .n. maior eſſet immunditia in eo, ſuper quem caderet ſaliua, vtpote, ſi eſſet leproſus, vel alius vir fluēs ſemine, aut mulier mēſtruata, nulla immunditia cauſabatur ex hoc tactu, quia iſta quæ cauſari debebat, erat parua; & ea quæ iam exiſtebat, erat magna includens eam, quæ nouiter includi debebat. Aliquando autem erat immūditia parua, ſicut ſi aliquis tetigiſſet aliquid animal morticinum, de hìs quæ comedi non licebat, contrahebatur ex hoc immunditia parua, ſ. ꝙ eſſet homo immūdus vſque ad veſperū, nec tamen lauabantur veſtes, vel caro hominis, de hoc ſupra 11. c. cum verò caderet ſuper hunc ſaliua hominis fluentis ſemine, immundus efficiebatur iſte, qui iam immūdus erat. Huius ratio eſt: quia per iſtam ſaliuā cōtrahebat aliquē gradum immunditiæ, quē ante non habebat, ſ. vt lauaret veſtimenta ſua, & corpus ſuum; quod nō tenebatur facere in immunditia contracta per tactum animalium immundorum. Sed nunc quæret aliquis, ſi aliquis efficeretur immundus, quia tangeret carnes ſpermatici, & poſt hoc cum eſſet in immunditia illa, iterum pollueretur, quia effuſa fuerat ſuper eum ſaliua talis hominis, vel tetigiſſet lectum eius, an deberet obſeruari terminus immunditiæ prioris, ad hoc, ꝙ iſte eſſet mundus, vel tempus contractæ immunditiæ ſecūdæ, & hoc qñ vna immunditia extēdit ſe ad vlteriorē terminum quàm alia, vtpote, ſi aliquis contaminatus, quia tetigiſſet carnem viri ſpermatici fuit immundus vſque ad ſolis occaſum, & tunc debebat reſtitui priſtinæ munditiæ. Si autem in ipſo ſolis occaſu, in quo mundandus erat, iterum tetigiſſet lectum, vel aliquid alterum viri ſpermatici, contrahebat immunditiā. Dubium ergo erat, an deberet iſte manere immundus vſque ad alterum ſolis occaſum pro ſecunda immunditia? Et reſpondendum eſt, ꝙ ſemper debebat attendi terminus ſecundæ immunditiæ, vel cuiuſcumque poſterioris; & non redibat in priſtinam munditiam quouſque tranſiſſet iſte terminus: & ſi contingeret, ꝙ iterum in fine ſecundæ immunditiæ iſte contaminaretur, manebat immunditia vſque ad tertium terminum, ſ. tertium ſolis occaſum, & ſi contingeret, ꝙ aliquis in fine termini, in quo mundandus erat: denuo contraheret immunditiam, maneret ſemper immundus, ſicut ſi aliquis ſemel mundus effectus poſtea incurreret immunditiam, quoniam tunc manere debebat ſicut immundus. *Lauabit veſtimenta ſua, & lotus aqua*, id eſt, taliter immundus ad purificationem ſuam lauabat veſtes ſuas, & corpus ſuum: quia ſecundum vtrumque contracta immunditia videbatur. *Immundus erit vſque ad veſperum*, ſcilicet, poſtquam lauerit veſtimenta ſua: nam ante ſolis occaſum veſtes lauandæ erant cum immunditia contraheretur. *Sagma, ſuper quod ſederit, immundum erit.* Dicitur ſagma ſella, vel catella, ſuper quam ſederet iſte vir ſpermaticus: nam ſicut locus in quo ſedebat, immundus efficiebatur, vt ſupra dictum eſt, ita & ſella, vel omne aliud ſuper quo æquitaret, vel alia veſtimenta, aut quodcumque factum ex panno, vel pellibus, ſuper quod ſedebat: eadē .n. ratio in omnibus

Reſpōſio.

Sagma quid ſit.

F iſtis erat, quod probat littera cum immediatè ſequitur: & quicquid ſub eo fuerit, i. omne ſuper quo ſederit, pollutum erit vſq; ad veſperum, ſ. ꝙ pelles, vel veſtes, ſuper quas ſederet iſte vir, contrahebant immunditiam vſque ad Solis occaſum primum ſequentem, & fiebant in eis lotiones: nam ſine lotione in aqua, nihil mūdum effici poterat eorum, quæ iſte vir tetigiſſet, quāto magis ea, ſuper quæ ſediſſet ipſe vir ſpermaticus: non tamen fit hic mentio de lotione, quia ſatis intelligitur ex ſuperioribus, maximè quia ille qui portabat iſta, erat immundus, vt immediatè patet: ergo magis immunda erant ipſa. *Qui portauerit eorū aliquid*, i. ſi portauerit ſellam, vel aliqua ſtramenta de lino, vel pellibus, ſuper quæ ſediſſet vir ſpermaticus: nam cum iſta viderentur eſſe immunda verè, quia iudicabatur cecidiſſe ſuper illa fœdū humorem, neceſſe erat, vt quicquid G ille contingeret immundum efficeretur. *Lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua.* Quia autem contrahebatur hic vera immunditia realis, neceſſe erat ſecundum regulas ſupra datas, vt lauarentur veſtimenta, & ipſum corpus tangentis: cū autem contrahebatur immunditia, quæ erat ſolum ſecūdum opinionē honeſtatis, fiebat lotio in aquis luſtrationis: ſi autem eſſet immunditia ſecūdum rem, fiebat lotio in aquis viuentibus, & non fiebat tunc aſperſio, ſed ipſarum veſtiū defricatio, & in corpore quoque idem erat, quoniam videbatur contraxiſſe immunditiam, & ideo defricabatur, atque manebat iſta immunditia in eo vſq; ad veſperum ſecundum cōſuetudinem aliarum immunditiarum. *Omnis, quem tetigerit qui talis eſt, non lotis ante manibus.* Etiam contrahebatur immunditia, ſi vir ſpermaticus tetigiſſet aliquem manu ſua, antequā lauiſſet H manum: cuius cauſa erat, quia cum ille non lauiſſet manum, videbatur eſſe immundus illo fœdo humore, & ideo contaminaret omnes credebatur quos tangeret: cum vero manus lauiſſet, ab eo ablata videbatur eſſe iſta immunditia ſaltem quantum ad partem manuum; ideo non cōtrahebatur immunditia per contactum illum. Sed ex hoc aliquis arguet, ꝙ ille qui tetigerit carnem viri ſpermatici non efficiatur immundus, quod contra ſupra poſita eſt, ſ. ꝙ qui tetigerit carnes eius, lauabit veſtimenta ſua. Reſpondendum eſt, ꝙ differt tāgere carnem viri fluentis ſemine, vel tangi ab illo: quoniam tangere carnē viri ſpermatici eſt in aliqua parte corporis quæ immūda eſt; tangi autem à viro ſpermatico eſt manibus tangi; & quia iſtæ ſunt extremæ corporis, maximè quia ablui poſſunt, & abluuntur ad contrectandas alias res: tangi igitur ab his, I non eſt immundum fieri, cum lotæ fuerint manus: tangere autem alias partes quæ magis immunditiam contrahunt, potiſſimè quia non lauantur, eſt immūdum fieri; & de hoc dicebatur ſupra, ſ. qui tetigerit carnes eius, lauabit veſtimenta ſua. Etiam iſta immunditia nō contrahebatur ſic, quādo aliquis tangeretur à viro ſpermatico, ſicut cum tangeret: quia tangi inuoluntarium eſt, tangere aūt ſpontaneum. *Lauabit veſtimenta ſua: & lotus aqua*, id eſt, cū iſte tangitur à viro ſpermatico, manibus non lotis, quia videtur ibi contrahi quædam immunditia realis, quanquam non contrahatur; & ideo ſicut in alijs immunditijs realibus lauabatur corpus, & veſtimenta, ita hic; & permanebat iſta immūditia vſq; ad veſperum, ſ. vſque ad primum ſolis occaſum: nam iſti qui tangebant aliquam rem immundam ſimplici tactu, ſolum contrahebant immunditiam vſque ad primum ſolis occaſum, niſi in duobus caſi- K bus, in quibus quia tactus erat magis infectiuus, fiebat maior ſeparatio; ſicut ſi aliquis cognouiſſet carnaliter mulierem tempore menſtruorum, erat immundus ſeptē diebus, vt habetur ſupra in littera. Secundus caſus eſt, in eo qui tetigiſſet hominem mortuum, vel oſſa eius, vel ſepulchrum: erat namq; immundus ſeptem diebus, vt habetur Numer. 19. cap. in ceteris autem caſibus immūditia quæ erat per contactum, ſolum durabat vſque ad veſperum. *Vas fictile quod tetigerit, confringetur.* id eſt, ſi aliquis homo ſpermaticus tetigerit vaſa fictilia, ſiue terrea, immunda erunt, & ob hoc frangentur. In quo ſciendum, ꝙ quandocunque vas fictile aliqua immūditia fœdaretur, cōfringebatur, nec fiebat vnquam eius mundificatio: & ſicut erat ad immunditiam, ita ad ſanctificationem. Vaſa autem lignea, vel metallina mundificabantur cum polluta fuiſ-

An qui tetigiſſet carnem viri ſpermatici ſit immundus.

Vas fictile nō quādo exſanatur, ſed frangitur.

fuiſſent, quod apparet hic in littera, ſic etiam habetur ſupra 11.cap.quòd cum aliquod morticinum caderet ſuper vaſa lignea, erant polluta, ſed mundificari debebant, cum autem eſſent vaſa fictilia, & pollueréntur per contactum morticinorum confringebãtur. Eodem modo eſt in ſanctificatione, quia cum vaſa per contactum rerum ſacrarum contraherent aliquam mũdificationem, lauabantur, ſicut habetur ſupra 6.c. de vaſis æneis, in quibus coquebantur carnes ſacrificiorum: dicitur tamen ibidem, ꝙ ſi vaſa fictilia eſſent, confringerentur, ne applicarentur poſtea ad vſus humanos. Cauſa autem quare vaſa fictilia ſemel polluta numquam mundificentur, ſed confringantur, habetur ſupra, c.11. vbi de hoc diximus. *Vas autem ligneum lauabitur aqua*. Si enim vaſa lignea immunditiam contraxiſſent, non confringebantur, ſicut vaſa fictilia, ſed lauabantur, & ſic purificata erant. Idem autem intelligendum eſt de omnibus vaſis metallinis; ideo maior ratio eſt in vaſis metallinis: poſſunt enim illa melius lauari, & ſordes nõ poſſunt eis inhærere multum tenaciter, quia ſunt corpora denſa, & non poroſa: in vaſis autem ligneis eſt oppoſitum, nõ enim ſunt corpora denſa, nec bene compacta, niſi rariſſimè, in quibuſdam ligneis multum ſolidis, poroſa autem ſemper ſunt: ad mundificationem ergo horum requirebatur defricatio in aquis viuẽtibus, & manebant ſic immunda vſque ad ſolis occaſum, hoc autem tempore quo manerent in illa immunditia, non licebat hominibus applicare ad vſus ſuos; ꝙ ſi applicarent, immundũ fiebat, quod in illis ponebatur, maximè aũt cum liquidum eſſet, ſicut habetur ſupra, 11.c.cum dicitur: & omne liquens, quod bibitur de vniuerſo vaſe immundum erit ſ.quando vas immundum eſt. *Si ſanatus fuerit*. Hic agitur de viri ſpermatici purgatione, ſcilicet, de quibuſdam cæremoniis quæ fiebant in illo, quando ceſſaſſet ille fluxus ſeminis. *Si ſanatus fuerit*. Rectè dicitur de ſanato, quia cum aliquis in hac ægritudine erat, numquam poterat effici mundus, nec aliquæ cæremoniæ factæ circa ipſum vllatenus proficiebant. *Qui huiuſcemodi ſuſtinet paſſionem*.i.qui ſuſtinet fluxum ſeminis, ita paſſio eſt.i. ægritudo quædam, ſicut ceteri languores: quoniam interdum contingit hominem iſta patientem mori. Vel vocatur paſſio, quia inuoluntaria eſt: quia iſte fluxus ſeminis eſt inuoluntarius, ille autem qui eſt in coitu, eſt ſpõtaneus: ideo non propriè vocatur fluxus ſeminis, ſed emiſſio, vel effuſio. Dicitur hic huiuſcemodi.i. huiuſmodi. interponitur ibi ce, quæ vocatur apud Grãmaticos eruditiſſimos adiectio ſyllabica, ſic enim vocat eam Priſcianus in maiori lib. 13.& ſunt multæ adiectiones ſimiles, ſed iſta eſt multum vſitata apud antiquos Scriptores etiam in Sacra Scriptura, ſic habetur Deut.32.c.cum dicitur: generatio praua atque peruerſa, hæccine reddis Domino.i.hæc ne? & eſt interrogatio. *Numerabit ſeptem dies poſt emundationem ſui*. Iſti ſeptem dies enumerabantur, vt ſciretur an aliquis eſſet perfectè mundus: nam ſi ille qui huiuſcemodi ſuſtinebat paſſionem, aliqua die immunis eſſet ab ea, non ex hoc immediatè mundus eſſe indicandus erat, nec fiebant in eo cæremoniæ purificationis: quoniam poterat redire illa immũditia vſque ad duos vel tres dies; cum verò iſte fluxus ſeminis ceſſaſſet per dies ſeptem videbatur homo totaliter liberatus ab illa paſſione, & tunc conueniens erat in eo fieri purificationes, quæ infra habentur. Si tamen poſt purificationem iterum appareret immunditia iſta in tali homine, redibat ad priſtinum ſtatum, tãquam ſi numquam fuiſſet purificatus. Dicitur hic, quòd numerabat ſeptem dies poſt emundationem ſuam. i. poſt ceſſationem fluxus iſtius, & non accipitur emundatio pro ipſa cæremoniali purificatione ſicut alias accipitur. *Et lotis veſtibus, & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus*, i. poſtquam pertranſierint ſeptem dies à ceſſatione immunditiæ illius, lauabit in 6. die homo iſte corpus ſuum, & veſtes. Non dicitur hic, ꝙ raderet iſte homo pilos corporis ſui, ſicut dicebatur præced.cap.de leproſo, ꝙ cum mundificaretur, radere tenebatur omnes pilos totius corporis. Cauſa diuerſitatis huius erat: quia lepra multum perſeuerans, & nata ex corpore, non videtur exſtirpari poſſe, etiam ſi radantur pili, & cutis. Immunditia autem viri ſpermatici erat aliquid tenue valde, quia erat humor

De viri ſpermatici purgatione.

A multum fluidus. & non poterat eſſe nimis tenax; lauando igitur ſimpliciter carnem, ſufficiebat ad tollendum illum humorem, etiam non raſis pilis. Dicit autem debere fieri hanc lotionem in aquis viuentibus, id eſt, in aquis fluuialibus, vel fontanis, quæ viuentes dicuntur propter cauſam antea aſſignatam ſup.13. & præced. c. Cauſa autem eſt: quia iſtæ aquæ ſunt mũdiores, ſubtiliores, & ſalubriores propter motum, & propinquitatẽ ad ſuam originem. Aquæ autem quæ ſunt in lacubus, & ſtagnis, propter immobilitatem cõtrahunt quandam immunditiam & groſſitiem, ideo non ſunt valde mundificatiuæ, ſed aliquando per groſſitiem ſuam commaculant. Ex hoc patet, quòd omnes ablutiones, de quibus dicitur ſupra, fiunt in aquis viuentibus, cum hic expreſſum fuerit, ꝙ fieret in aquis viuentibus iſta ablutio: & tamen eadem cauſa ablutionis

Quare lotio fiebat in aquis viuentibus potius quã in aliis.

B conſiſtit in aliis ablutionibus, ſicut in hac. aquæ autem luſtrationis non poterant tollere iſtam immunditiam, quoniam potius adaugebãt eam, cum eſſent mixtæ cineribus, vt habetur Num.19. cap. *Erit mundus*. i. iſte homo ſpermaticus cum lauerit ſe, ſeptima die erit mundus à contaminatione ſua, & tunc licebit eum tangi ab aliis, & vt ipſe tangeret alios; ante hoc autem nequaquam, etiam in illis ſeptem diebus, quibus fluxus ſeminis ceſſauerat.

An iſta littera repugnet ſibiipſi. Quæſt. V.

SED dicet aliquis, quòd iſta littera videatur repugnare ſibiipſi: nam ſupra dictum eſt, quòd iſte vir ſpermaticus ſi ſanaretur, computaret ſeptem dies poſt emundationem ſuam, ergo ante hos ſeptem dies mundus erat: aliàs

C non poterãt computari ſeptem dies poſt purificationem, & tamen hic dicitur, ꝙ cum lotus fuiſſet, die ſeptimo mũdus erat: ergo non videbatur ante eſſe mundus. Item littera inferius videtur adhuc repugnare huic: nam infra dicitur, ꝙ rogabat Sacerdos pro viro ſpermatico, vt emũdaretur à fluxu ſeminis: ergo videtur, ꝙ ante diem octauum non erat mundus. Ad hoc reſpondendum eſt, litteram iſtam nullo modo repugnare ſibi, ſed verum eſt, ꝙ per tria tempora munditia inducebatur in iſto viro ſpermatico, & in his tribus temporibus tollebatur aliqua immunditia ab eo. Pro quo ſciẽdum eſt, ꝙ immunditia quæ erat in viro ſpermatico, erat duplex: quædam verè ſecundum rem, alia autem ſecundum opinionem: prima autem adhuc erat duplex, quia quædam erat ſtans, alia ſemper fluens, & nouiter adueniens. Immunditia autem fluens,

D & nouiter adueniens, dicebat eſſe immunditia, quam dicebatur habere vir ſpermaticus, dum pateretur fluxum ſeminis, quia continuè adueniebat ei aliquid, ſecundum quod immundus eſſet. Huic autem immunditiæ fluenti repugnabat quædam munditia, quæ eſt per ceſſationem fluxus, ſcilicet, quando ceſſaret fluere ſemen, & iſta vocatur hic emundatio in principio, cum dicitur: enumerabit ſeptem dies poſt emundationem ſuam, i. poſtquam ceſſauerit ille fluxus ſeminis, qui eſt immunditia realis, & fluens. Alia erat immunditia realis, & ſtans, & iſta erat quam habebat vir ſpermaticus in ſeptẽ diebus, poſtquam ceſſaſſet fluxus ſeminis, quia quamquam tunc non flueret ſemen, tñ manebat adhuc ille fœdus humor cõcretus corpori eius, & ſic erat vera immunditia realis, propter quod ſi quis tetigiſſet eum in his ſeptẽ diebus immundus erat;

Duplex immunditia ſpermatico erat immunditia, ſ. in fluẽte ſemine.

E ab hac aũt immunditia mundificabatur cum lauaretur corpus eius, & veſtes in die ſeptimo, & de hoc dicitur hic: Lotis veſtibus, & toto corpore, mundus erit, ſ. ab immunditia reali, quæ permanebat in iſto. Secũda eſt immunditia ſñ opinionem honeſtatis, & iſta ſecundum quam aliquis dr̃ eſſe immundus, ẽt ſi non habeat aliquam veram maculã, tñ reputatur adhuc immundus, donec fiant in eo oẽs cæremoniæ ordinatæ ad alicuius purificationẽ, & iſto modo in die ſeptima non efficiebatur iſte vir ſpermaticus mũdus, quia adhuc reſtabãt aliquæ cæremoniæ, quæ fieri debebant in die octauo, & tunc ẽt dicebatur purificari: q cõplebãtur in eo oẽs ritus purificationis ſtatutę. Patet igitur quõ vir ſpermaticus multiplicẽ hẽret immunditiã, & multipliciter in eo immunditia cauſaretur. *Die aũt octauo*. Cõputatur iſte dies octauus incipiẽdo ab illo, i quo ceſſauit fluxus ſãguinis excluſiuè, & erat iſte vltimus dies purificationis.

ficationis. *Sunt duos turtures.* Iſti ergo aſſumebatur pro ſacrificio in ſollemnitatem purificationis. *Aut duos pullos columbæ.* Ad idem pertinent: nam de auibus iſtæ ſolæ offerebantur, & non referebat magis offerre vnam, quam alteram: non offerebantur autem hic animalia quadrupedia, ſicut in purificatione leproſi; cauſa huius erat, quia illa erat purificatio maioris immunditiæ, ideo debebat fieri cum maioribus ſacrificiis, & ſollemnitate: hic autem qualecumque ſacrificium ſufficiebat, & poſitum eſt minimum, quod eſt in turturibus, & columbis. *Et veniet in conſpectum Domini ad oſtium Tabernaculi teſtimonij.* ſcilicet, vir ſpermaticus in die octauo purificationis ſuæ, accipiet par turturum, vel duos pullos columbæ, & veniet ad Sanctuarium vſque ad oſtium Tabernaculi, & ibi dicebatur eſſe coram Domino, quia Deus accipiebatur tanquam exiſtens in Tabernaculo, & qui erat in oſtio Tabernaculi G dicebatur eſſe coram Domino. Veniebat autem vir iſte ad locum illum, vt ibi coram Domino præſentaret ſacrificia ſua. Item veniebat ad locum illum, quia ſacrificia quæ ipſe offerebat, apud locum illum erant facienda, ſcilicet, ſuper altare holocauſtorum, quod erat ad oſtiũ Tabernaculi in latere Aquilonari, vt habetur ſupra proximo cap. *Dabitq; eos Sacerdoti.* ſcilicet, iſtos duos turtures, & hoc, quia laicus non poterat facere cęremonias ſacrificiorum, vt habetur Num. 3. cap. 4. & 18. & ſi attentaret facere moreretur, ſicut de Rege Azaria, qui aliàs dr̃ Ozias: iſte enim cum vellet turificare coram Domino percuſſus eſt lepra in fronte, & manſit leproſus vſque ad mortem, vt habetur 4. Reg. 15. cap. *Qui faciet vnum pro peccato.* id eſt, iſte Sacerdos offeret vnum turturem pro peccato. Accipitur hic facere, id eſt, diſponere, vel perficere, quia propriè non poteſt accipi, & iſto modo dicitur aliquis facere capillos, quoniam eos ornat, vel radit, & dicitur facere cibos, quando eos diſponit: hoc enim modo accipit Virg. in Bucol. Eclo. 3. quæ incipit:

Laici exclusi à ministerio.

Dic mihi Dameta, cuium pecus, an Melibæi: cum ait.
Phillida mitte mihi meus eſt natalis Iola,
Cum faciam vitulam pro frugibus ipſe venito.

Accipit autem ibi facere vitulã, id eſt, coquere, vel diſponere eam ad cibum; & ſic dicitur Sacerdos facere vnum turturem pro peccato, id eſt, offerre eum, vel immolare. Conſiderandum autem eſt, quod hic ponuntur duo ſacrificia, ſ. holocauſtum, & pro peccato: prius tamen iubebatur fieri ſacrificium pro peccato; cauſa huius erat, quia ſacrificium holocauſti erat in laudẽ Dei, ſacrificium autem pro peccato ad remiſſionem peccatorum. Deus autem nõ acceptat orationes eorum, vel laudes, qui ſunt in peccato: de orationibus habetur Ioan. 9. cap. vbi dicitur: Scimus quoniam peccatores non exaudit Deus: de laudibus habetur in Eccleſ. cum dicitur: Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. & Pſalm. 49. dicitur; Peccatori autem dixit: quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? vt ergo ſit conueniens laus noſtra ad Deum in ſacrificiis holocauſtorum, conueniẽs eſt, vt prius ſacrificium pro peccato immolemus. Fortè autem aliquis obiiciet, hoc verum eſſe, cum aliquis eſt in peccato aliquo ſpeciali, ſed cum neſcit ſe eſſe in aliquo peccato ſpeciali, & tamen eſt in aliquo, qualecunque illud ſit, non oportet prius pro peccato offerri, quam in holocauſtum. Reſpondendum eſt, quod quomodocunque ſe habeat, conueniẽs valde erat, vt primo pro peccato oratio aut ſacrificiũ fieret, quam in laudem Dei: nam homo nunquam eſt totaliter mundus à peccato, vel ſaltem nunquam debet exiſtimare ſe eſſe totaliter mundum; ideo vt conuenientius fiat laus noſtra ad Deũ, prius preces fundendæ ſunt, vt noſtra remittantur delicta: & ſic conuenienter ordinatũ eſt hic, & vt communiter vbicunque iubetur alicui, quod offerat ſacrificium pro peccato, & holocauſtum, vel victimas pacificas, prius iubetur offerre de ſacrificio pro peccato.

Quod peccatum erat hoc, pro quo mundatus à fluxu ſanguinis offerre iubebatur. *Quæſt. VI.*

Sed quęret aliquis, quod peccatum erat iſtud, pro quo iubebatur offerre iſte mundatus à fluxu ſanguinis. Et reſpondetur, ꝙ non oportet nec poteſt poni aliquod ſpeF ciale peccatum: nam etſi in quibuſdam aliquod peccatũ eſſet, & aſſignari poſſet, pro quo offerre deberent, non tamen contingebat hoc in omnibus qui mũdabantur à fluxu ſeminis; ideo dicendum eſt, quod hic accipitur peccatum nõ determinatè, ſ. quod debebat iſte qui emundabatur, offerre pro peccato: non tamen ſpecialiter dicitur pro aliquo, ſed quod peccauit qualitercumque illud fuerit, & hoc verum eſt, quia non erat aliquis homo, qui iſto modo non peccaſſet; & ſic in ſollẽnitate purificationis ſuæ offerebat victimam pro peccato, offerebat etiam poſt hoc holocauſtum, & in his duobus conſumabatur ritus purificationis, atque ſeruabantur hic eædem cæremoniæ quæ in aliis holocauſtis, & ſacrificiis pro peccato: de holocauſtis habetur ſupra 1. cap. de ſacrificiis autem pro peccato habetur ſupra 6. cap. *Rogabitq. pro eo coram Domino.* ſcilicet, Sacerdos rogabit pro iſto qui obtulit ſacrificia corã Domino, id eſt, coram oſtio Tabernaculi, vel corã altari holocauſtorum, in quo fiunt hæc ſacrificia. Erat enim in hoc generale, vt quandocũque aliquis faceret ſacrificium pro aliquo, oraret pro illo. *Vt emundetur a fluxu ſeminis ſui.* Ex hoc aliquis arguet, quod iſte vir fluens ſemine in octauo die adhuc nõ erat mundatus à fluxu ſeminis, quia hic rogatur pro eo, vt mundetur ab illo fluxu. Reſpondendum eſt, quod non poteſt hoc ſtare: nam ſi non fuiſſet mundatus à fluxu ſeminis iſte vir, non potuiſſet introire in Sanctuarium: & tamen hic iubetur ei, quòd in octauo die offerat ſacrificium coram Domino, id eſt, coram oſtio Tabernaculi, ſi tamen eſſet immundus nõ potuiſſet illuc accedere: ergo dicendum eſt, quod iã ceſſauerat fluxus ſanguinis. Dicitur tamen hic, quod orabit, vt mundetur à H fluxu ſeminis, id eſt, orabit, ne iſta ægritudo, quæ eſt fluxus ſeminis, vlterius eueniat illi viro, ſed ſit mũdus ab ea. Alio modo accipi poteſt, vt teneatur ibi (vt) non tãquam expreſſiuum cauſæ finalis, ſed tãquam dicens conſequentiam, vel concomitantiam, ſ. orabit, vt emundetur à fluxu ſeminis ſui, id eſt, & emundabitur à fluxu ſui ſeminis; & hoc non quidem, quod ad iſtam orationem concomitaretur ſanatio à fluxu ſeminis, ſed dicebatur emundari à fluxu ſeminis, id eſt, quod quando orabat Sacerdos complebantur cæremoniæ, quæ erant pro emundatione à fluxu ſeminis. *Vir, de quo egreditur.* In ſuperioribus dictum fuit de illo, qui patiebatur fluxum ſeminis inuoluntarium, hic agitur de immunditia, quæ eſt per fluxum ſpontaneum, & hoc eſt in coitu: nam aliæ effuſiones ſeminis inuoluntariæ ſunt: coitus autem voluntarius. Eſt autem præter I iſtas effuſiones ſeminis, quædam alia, quæ etiam eſt voluntaria, nec tamen comprehenditur in ſuperioribus, & iſta eſt, quæ fit per pollutionem nocturnam. De qua dicendũ eſt, quod reducitur ad iſtam, quæ eſt effuſio ſeminis per coitum: nam ſicut iſta non eſt cõtinua, ita nec illa quæ eſt in pollutione nocturna: illa verò quæ eſt per ægritudinẽ continua eſt, ſicut ſupra dicitur. Ideo dicendum eſt, quod eædem cæremoniæ fieri deberent in illo, qui polluebatur fluxu ſeminis nocturno, ſicut in eo, qui per coitũ pollueretur, quamquam erat aliqua differentia, quia ille qui polluebatur ſeminis fluxu nocturno, egrediebatur extra caſtra, & ille qui per coitum, non egrediebatur, ſed ſolũ lauabat carnem ſuam. De hoc habetur Deuter. 23. cap. cum dicitur: Si fuerit inter vos homo, qui nocturno ſit pollutus ſomnio, egredietur extra caſtra, & non reuertetur K prius quam ad veſperam lauetur aqua, & poſt ſolis occaſum reuertetur in caſtra. *Vir, de quo egreditur ſemen coitus.* id eſt, vir qui pollutus eſt per effuſionem ſeminis in coitu. Non fit enim hic aliqua differentia, an iſte qui polluitur per coitum, polluatur cum vxore, vel cum aliqua alia: nã quamquam cum vxore non eſſet peccatum, & cum qualibet alia eſſet, tamen in hoc non differebat, quia ita erat prohibitus qui pollutus eſſet cum vxore, ab ingreſſu Sanctuarij, ſicut ille, qui cum aliqua adultera. Fortè autem aliquis exiſtimabit hoc eſſe iniuſtum, quia in actu matrimoniali peccatum non eſt, & in coitu cũ adultera eſt peccatum: non deberet ergo dari eadem pœna pro vtroque, imò nulla pro acceſſu ad vxorem. Ad hoc reſpondet Nicol. quod quamquam in actu matrimoniali non ſit peccatum mortale, tamen ibi eſt quædam deordinata concupiſcentia, ſecundum quam cauſatur fœditas, ideo etiam iſti

De fluxu ſeminis ſpõtaneo.

coeuntes

coeuntes immundi ſunt. Sed non vr̃ fieri ex hoc: nam ẽt ſi nulla concupiſcentia, vel delectatio in actu illo eſſet, prohiberetur coiens ab acceſſu rerũ ſacrarum; quod apparet in illo, qui polluitur ſomnio nocturno: nam interdum iſte ſine aliquo ſenſu delectationis polluitur, vt ſi teneatur graui ſomno: & tamen ſi aliquis polluatur in ſomnio nocturno, qualitercumque polluatur, tota die ſequenti, dẽt eſſe extra caſtra, vt hr̃ Deut. 23. c. Item patet hoc in aliis, in quibus non eſt aliqua deordinatio voluntatis, nec cõcupiſcentia, tñ eſt ibi immunditia, & ſeparatio à rebus ſacris, ſicut ſi aliquis tetigiſſet cadauer alicuius ad ſepeliẽdum, erat immundus per ſeptem dies, vt habetur Numer. 19. & tamen non erat ibi aliqua deordinatio voluntatis, nec culpa, immo magnum meritum, & qui iſta faciebãt multum laudabãtur, ſicut patet de Tobia, quia multum laudatur in lib. ſuo, eo quòd cadauera ſepeliret. Non igitur oportet aſſignare aliquam cauſam fœditatis, vel deordinationis ad hoc, quòd cauſetur immunditia, de qua agitur hic. Sed dicendum eſt, quòd immunditia, ſecundum quam in Veteri Teſtamento arcebantur ab ingreſſu Sanctuarij, erat quædam irregularitas corporalis, nullo modo pertinens ad animam; ideo ſi directè pertinuiſſet ad animam, nunquam potuiſſet expiari per iſtas cæremonias corporales: & quia iſta irregularitas corporalis ita cõtingit in actibus licitis, & honeſtis, ſicut in illicitis, ideo non ſolum erit immũditia in actibus, in quibus eſt peccatum, ſed etiam in illis qui ſunt actus honeſti: & ſic contingit immunditia iſta in coitu matrimoniali, ſicut in adulterino, quia non ponitur iſta immunditia eſſe, quia peccatum ſit in opere, ſed quia eſt ibi quædam pollutio corporalis in effuſione ſeminis, & quia iſta non ſolum eſt in actu adulterino, ſed etiam in actu matrimoniali, ideo quia in vtroque eadem immunditia eſt, prohibitio ab acceſſu ad Sanctuarium erit. *Lauabit aqua omne corpus ſuum.* id eſt, ſi vir coiret cum vxore per noctem, debebat lauare in aurora totum corpus ſuum aqua.

Immunditia ſecundum quam in Veteri Teſtamẽto ab ingreſſu Sãctuarij arcebantur homines.

Quando vir per acceſſum ad vxorem tenebatur lauare corpus ſuum, & quoties, & ad quid? Quæſt. VII.

NEC tamen intelligitur, q; quandocunque vir coiret lauaret corpus ſuum, & ſi iterum coiret, iterum lauaret, ſed etiam ſi multoties idẽ fieret, ſufficiebat vnica lotio in fine. Etiam non eſt intelligendum, quòd quandocunque vir accederet ad vxorem ſuam, vel ad aliquam aliam, teneretur lauare corpus ſuum, ſed videtur quòd hoc fiebat ſolum, ſi vellet introire in Sanctuarium: nam omnes iſtæ immunditiæ, quæ ſunt per contactum, dabantur per reſpectum ad acceſſum ad res ſacras: oportebat, vt lauaretur, & immundus eſſet vſque ad veſperam, & ſequenti die poſſet introire in Sanctuarium. Fieret igitur, vt ſi aliquis nollet per duos, vel tres menſes introire in Sanctuariũ, q; non teneretur lauare corpus ſuum toto illo tempore. Hoc etiam apparet in Hebræis modernis, qui quoniam non habent nunc Sanctuarium cuius reſpectu contrahitur iſta immunditia, etiam ſi accedant ad vxores ſuas, non lauant corpora ſua. His autem exiſtentibus, cogebantur Iudæi tribus vicibus per annum lauare corpora ſua, vel ſaltem in his tribus diebus non accedere ad vxores ſuas; & hoc quia ter in anno aſcẽdere deberet omnis maſculus de genere Hebræorum ad Sanctuarium, vt habetur Exod. 23. & 24. cap. hæc enim eſt quorundam poſitio. Sed non poteſt hoc ſtare, quoniam ratio, in qua fundatur iſta poſitio, non ſubſiſtit, ſ. quòd iſta immunditia erat reſpectu Sãctuarij; & ideo ſi nollent introire in Sanctuarium, non obſeruarent illam, nec curarent mundari. hoc .n. falſum eſt: quia tunc eodem modo illi, qui tangerent morticina hominum, vel aliorum animalium, ſi nollent introire in Sanctuarium, non oporteret, quòd mundarentur ab iſta immunditia, quam cõtraxiſſent in tactu illo. Sed falſum eſt: quia ſi aliquis tangeret mortuum, debebat in die tertio, & ſeptimo, aſpergi aqua luſtrationis, & erat in diebus illis immundus. Dicitur tamen, q; ſi in die tertio non aſpergeretur aqua luſtrationis, non poterat poſtea mundari, vt habetur Num. 19. cap. ergo videtur, quòd cogeretur iſte ad faciendum cæremonias purificationis immediatè vt pollutus fuiſſet contingẽdo mortuũ.

A Item peccatum erat cum aliquis polluebatur, & non purificabat ſe immediatè: ſed omnes coguntur ad non peccare, cum lex veter omne peccatum: ergo tenebantur qui immundi erant, immediatè ſe purificare: antecedens patet: quia ſupra 5. c. dicitur, q; cum aliquis tetigiſſet rem morticinam, aut reptile, vel aliquid aliud cuius tactus immundus erat, & oblitus fuiſſet immunditiæ ſuæ, ſ. non purificans ſe, offerret ſacrificium pro delicto: ergo videtur q; deliquiſſet; quia non purificauerat ſe immediatè vt immunditiam incurrit: & ſi per obliuionem hoc agens delinquebat, quanto magis delinqueret, aut verè peccaret, cum ſciens immunditiam ſuam purificari nollet? ſed iſta contaminatio quæ erat in coitu, indigebat purificatione, quæ hic ponitur; ergo videtur, q; immediatè teneretur ſe

B purgare ille, qui immundus erat. Item patet hoc de illo, qui pollutus erat in ſomno nocturno, quia ille debebat egredi caſtra illa die, & lauare totum corpus ſuum aqua, & non reuertebatur vſque ad ſolis occaſum. Manifeſtum eſt ergo, q; iſte inuitus hoc faciebat: nam aliàs non cõpelleretur iſte, vt eadem die hoc faceret, ſed poterat facere qñ vellet introire in Sanctuarium; & ſic contingeret, q; aliquis pollueretur multoties in ſomno nocturno, & q; non obſeruaret illam purificationem, quod falſum apparet ex littera. Item ſatis apparet hic de illo, qui effundit ſemen in coitu: nam dicitur, q; debeat lauare corpus ſuum aqua. Si autem non compelleretur immediatè obſeruare iſtam purificationem, non videbatur rationabiliter eam debere ſeruare, vt ſi aliquis nunc effuſo ſemine in coitu, nollet vſque ad tres menſes introire in Sãctuarium, & to-

C to iſto tempore non purgaret ſe: deinde poſt tres menſes vellet purificare corpus ſuum aqua, nihil videbatur pertinere hoc ad pollutionem in coitu, quæ fuerat ante per tres menſes. Dicendum ergo eſt, q; iſta obſeruatio de viris emittentibus ſemen coitus, obligabat ad immediatè, ſ. vt in eadem die, in qua aliquis taliter fuiſſet pollutus, lauaret corpus ſuũ aqua: nec enim erat hoc difficile, quoniam non compellebantur iſti viri ad aliquid alterum, niſi ad lauandum corpus ſuum in aqua; & hoc quamquam quotidie fieret, vel ſaltem multoties, graue nullum erat. Si tñ poſita fuiſſet talis lex de emittentibus ſemen coitus, ſicut de pollutis in ſomno nocturno, ſ. quòd deberent egredi extra caſtra, & ibi manere tota die, id eſſet difficile: quoniam plurimi eorum, qui erant in caſtris, compellerentur ſemper eſſe extra caſtra. Sed circa id, quod ſupra dictum

Doct. opi.

D eſt, qualiter Iudæi tenebantur vitare immunditias: ſciendum, q; quædam erant immunditiæ ſolũ, & non peccata, vt tangere morticina, & reptilia, & virum fluentem ſemine, & leproſum, & contingere mortuum, & res pertinẽtes ad mortuum, & menſtrua pati, & lepram, & fluere ſanguine, vel ſemine, & huiuſmodi. Aliæ aũt erant immunditiæ, & peccata, vt manducare carnes immundas vetitas à Deo, ſupra, 11. & Deuter. 14. cap. & manducare animal captum à beſtia, vel prægustatum. Exo. 22. vel manducare ſanguinem, vel adipem, & coire cum muliere mẽſtruata. De primis horum apparet, q; ſint immunditiæ, quia ſolum reddebant hominem immundum: ſecundæ autem maiorem grauitatem faciebant. Et differunt hæc: Primò, quia immunditiæ non ſunt vetitæ, ſed ſolum ſignificatæ, vel oſtenſæ: non .n. dicitur, q; nemo polluatur, ſed

D. differentia immũditiarum, quæ ſolũ erãt immunditiæ, & earum, quę ſimul erant immũditiæ, & peccata.

E dicitur, q; qui tetigerit talia, vel talia erit immundus. Si aũt prohibitio circa hæc eſſet, diceretur: nemo polluatur, vel nemo tangat talia, aut talia: ſed oſtendit ſolum ea quę ſunt, in quibus homo polluitur, & qualiter mundãdus ſit; ſed circa ſecunda immũditia eſt expreſſa prohibitio: nam dr̃, q; nemo comedat carnes talium, aut talium animaliũ, ſcilicet, nõ comedetis carnẽ quæ à beſtiis prægustata fuerit. Exo. 22. & ſanguinem, & adipem non comedetis, ſup. 3. & 7. c. Item, apparet iſta differentia, quia aliquãdo immunditia tranſibat in peccatũ, quantum ad aliquas perſonas, & quantum ad alias non, ſicut immunditia ſuper mortuo: omnibus enim hominibus erat immunditia tangere mortuos: & tamen quibuſdam vetabatur illos tangere, aliis autem nõ: quia Sacerdotibus erat vetitum pollui in mortuis, niſi in ſex perſonis inf. 21. c. & Summo Sacerdoti erat vetitum quantum ad oẽs, quia nullum mor-

tuum

tuum tangere debebat, neque de eo lugere, eod. cap. & ſic tangere mortuos non Sacerdotibus, erat immunditia, ſed non erat peccatum, quia non erat vetitum. In Sacerdotibus autem erat immunditia, & peccatũ, quia erat eis vetitum. Secundò differunt, quia immunditia non ſolum non eſt peccatum, ſed etiam eſt aliquando meritoria, immo & aliquando ſi non contrahatur, peccatum incurritur: ſed peccatum nunquam eſt licitum; ideo differunt immunditia primo, & ſecundo modo: patet hoc, quia ſepelire mortuos facit immunditiam, & tamen erat vnum de operibus miſericordiæ, & valde pro hoc laudatur Tobias; & Scriptura Sacra laudat valde viros Iabes Galaad, quia ſepelierunt cadauera Saulis, & filiorum eius, tollentes de muro Bethſan 1. Reg. cap. 31. & hoc non poterant facere ſine immunditia, quæ contrahitur ſuper mortuo. Patet ẽt quia tenetur homo ad ſepeliendum patrem, & matrem, & ſi cõtemneret ſepelire, quia in hoc polluebatur, peccabat mortaliter: & tamen contrahere immunditiã ſecundo modo, quæ erat peccatum, nunquam homo tenebatur. & non ſolum nunquam erat bonum, ſed etiam potius deberet homo vitam perdere, quàm contrahere aliquam talem, ſicut Iudæi religioſi potius ſuſtinerent mortem, quã comederent carnes porcinas, aut ſanguinem, aut adipem, vel huiuſmodi, ſicut vna mater cum ſeptem beatis filiis ſuis Machabæis ſuſtinuerunt mortem atrociſſimam, ne manducarent carnes porcinas: & idem ſuſtinuit Eleazarus ſcriba vir honorabilis lib. 2. Mach. cap. 6. & 7. & valde abominabile Iudæis erat hęc manducare, ſicut patet Act. 10. cap. quando Petrus vidit de cælo vas pendere, & venire vſque ad ipſum plenum quadrupedibus, reptilibus, & ſerpentibus, & dixit vox de cælo ad Petrum: occide & manduca. & Petrus ait: abſit Domine, quoniam commune, & immundum nunquam intrauit in os meum. Tertiò differunt, quia contrahere immunditiam iubebat Deus, ſed incurrere in peccatum nunquam iuſſit, ſed ſemper vetuit; & patet: quia præter hoc quod contrahere immunditiam non erat vetitum, adhuc Deus illam interdum expreſsè mandabat incurri, ſicut fuit in morte Nadab, & Abiu, quia iuſſit Moyſes ex parte Dei, q; Miſael, & Eliſaphan, & tota domus Iſrael ſepelirent, & plangerent Nadab, & Abiu, & pollueretur in eis, ſupra 10. cap. & ibi vetuit Aaron, & filiis eius, quod non tangerẽt eos, quia peccarent: & ſic totus populus polluebatur tangendo, & plãgendo illos, ſed Deus illud iuſſit, quia erat ſolum immunditia, & non peccatum, cum nunquam illis eſſet vetitum. De Aaron autem filijſq. eius iuſſit non tangere, quia peccatum erat, cum eſſet illis vetitum. Quartò differunt: quia immunditiæ, quæ ſolum ſunt immunditiæ, aliquando cõtingunt ex neceſſitate hominibus, nihil agentibus, ſed potius patientibus, vt habere lepram, & fluxum ſeminis, & ſanguinis, & cadere aliquem mortuum coram homine, quod faciebat viuentem immundum. Numeri 6. cap. vel tangi à fluente ſemine, etiam ſi tangatur violenter, vt patet ſupra in littera: aliquando autem voluntariè fit, ſicut in coitu pollui, & in plangendo mortuum, & tangendo morticina, ſed peccata quæ erant ſimul immunditiæ, cauſabantur ſolum voluntariè, vt comedere carnes immũdas vetitas, & comedere ſanguinem, & adipem, & coire cum menſtruata: ideo iuxta primas immunditias rationabile erat non eſſe peccatum, ſaltem ſemper cum eſſent inuoluntariæ: circa ſecundas autem poterat ſemper eſſe peccatũ. Quintò, quia circa immunditias non imponebatur aliqua pœna, ſed ſolum ſignificabatur id, in quo erat immunditia, & mõſtrabatur modus purificationis. Circa alias quæ erant ſimul peccata, & immunditiæ, ponebantur pœnæ ſimul cum prohibitione, vt circa comedentes ſanguinem, & adipem, ponebatur pœna mortis, ſupra 3. & 7. & infra 17. cap. & in Sacerdotibus, qui pollueretur ſuper mortuo, cum eſſet eis interdictum, ponebatur pœna mortis, nõ ſolum ſuper eos, ſed etiam periculum ſuper populum ſupra 10. cap. & ſi quis coiret cum mẽſtruata, per quod polluebatur, occidendus erat, infra 20. cap. & ratio eſt: quia pœna non ponitur, niſi pro peccato: & quia ea quæ ſunt immunditiæ ſecundo modo, ſunt etiam peccata, ponitur pœna circa illa, immunditiæ autem ſolæ, non ſunt peccatũ; ideo non ponit lex pœnam pro eis. Sed eſt conſiderandũ,

Comedere porcinas carnes ẽ valde abominabile Iudæis.

F quia in lege non eſt mãdatum, quod quis vitet, aut caueat immunditias, ideo incurrere in eas, non erat peccatum: eſt tamen in lege mandatum, quod qui pollutus fuerit, emũdetur, & ponitur ritus purificationis, & tẽpus à lege, ideo qui contempſerit ſic purificari, peccat, quia contra mandatum agit: & rurſus eſt mandatum, quod nemo immundus accedat ad Sanctuarium, & quod ſi acceſſerit denunciatur ei, quod morietur, infra in littera, & ita ſi quis immundus exiſtens accederet ad Sanctuarium, poterat dupliciter peccare. Primò, quia non ſe purificauerat de immunditia iuxta mandatum legis. Secundò, quia immundus exiſtens, contra alterum mandatum intrauit in Sanctuarium. Vel ſaltem peccabat ſemper contra iſtud ſecundum, quia aliquis fortè vellet intrare in Sanctuarium antequam aduenirer tempus, in quo ſecundum legẽ poſ-

G ſet purificari; & ideo quomodocunque immundus ſcienter accederet ad ſacra, peccabat, & puniendus erat. Conſiderandum etiam vlterius, quod ea quæ erant ſolum immunditiæ, attendebantur tantum reſpectu Sanctuarij, vel alicuius honeſtatis perſonarum, quę etiam redundabat in illam munditiam, quam habere debebant accedentes ad res ſacras. Immunditia autem quæ erat peccatum, non attendebatur reſpectu Sanctuarij ſolum, ſed principaliter reſpectu perſonæ, quam reddebat malam, & pollutam; patet hoc: quia pollui cognoſcendo vxorem, vel tangendo mortuos, aut morticina, non faciebat malos tangentes; & ideo non vocabãtur immundi, neque imponebatur eis aliqua purificatio, niſi reſpectu Sãctuarij, quod tantæ venerationis, & ſanctitatis reputabatur, vt non ſolum mali non deberent intrare in illud, ſed etiã habentes iſtas cor-

Immunditia ſine pctõ attẽdebantur reſpectu Sanctuarij.

H porales immunditias paruas ad illud non debebant accedere: ſecùs autem de immunditia, in qua erat peccatum, quia illa magis attendebatur ad perſonam, quam ad Sanctuarium, quia erat ibi iniquitas quædam, quæ reddebat perſonã malam, & reddebat eam dignam pœna pro illa. Ex prædictis autem apparet quarum immunditiarum leges Iudæi non obſeruent, & tenentur obſeruare, & quarũ leges non obſeruent: nam immunditias primo modo dictas, quæ ſolum ſunt immunditiæ, & non peccata, non cauent nunc Iudęi, neque tenentur ad obſeruantiam legum illarum, ſed immunditias ſecundo modo vitant. Et ratio eſt: quia primæ ſolum erant reſpectu Sanctuarij; & ideo obligabãt in terra, in qua erat Sanctuarium, ſcilicet, cum eſſent in terra Chanaan, vbi Sanctuarium habebant, ad quod accedere poterant; & licet nollent accedere niſi ter

Quas immũditias teneãtur nũc cauere Iudæi de illis q̃ erant in lege, & quas non, & an teneantur nunc ad aliquam purificationem.

I in anno: quia tamen lex obligabat in regione illa, & lex iubebat ſtatim purificari, ſecundum determinatos ritus, oportebat ſic fieri: hic autem non eſt Sanctuarium, & ſunt Iudæi extra terram habitationis ſuę, in qua ſolum illæ leges habebant vigorem; ideo non obligantur ad cauendum has immunditias, & ſi inciderent in illas, non tenentur purificari, cum non videantur immundi: & ita de facto Iudæi nullam immunditiarum harum cauent: nam de maximis immunditiis erat tangere mortuos: ſed nunc Iudæi non reputant ſe pollutos tangendo illos: quod patet; nam ſi immundi eſſent purificarent ſe, & tamen nunquam ſe purificant, quia illa purificatio erat cum cineribus Vitulæ Rufæ commixtis aqua aſpergendo pollutum tertio, & ſeptimo die. Numeri 19. cap. ſed nunc non immolatur Vitula Rufa, neque aſperguntur cineres. Etiam

K qui polluuntur ſomno nocturno, non iudicantur nũc immundi, quia aliàs fieret in eis quod iuſſit lex, ſcilicet, quod exirent extra caſtra, id eſt, opida habitationis, & manerẽt ibi vſque ad ſolis occaſum, & tunc lauarentur aqua, Deuteron. cap. 24. Sed hoc non fit nunc apud Iudæos, ideo neque eſt apud eoſdem immunditia, neque purificatio. Sic etiam lepra non iudicatur nunc macula quantum ad habentes, neque quantũ ad tangentes, quia tunc circa ſuſpectos de lepra fierent obſeruationes, quę habentur ſup. 13. cap. includẽdo homines illos, & aſpicienda colorẽ carnis, & nihil tale fit; & circa verè leproſos fierent obſeruãtiæ, quæ habẽtur eodem cap. ſ. quod manerent extra caſtra, & haberent capita nuda, & veſtimẽta aperta anteriori; & os veſte contectum. & ſi quis curetur à lepra, nõ fiunt neque fieri poſſunt purificationes circa illũ iuſſæ à lege, quia illæ conſiſtunt in quibuſdam ſacrificiis, ſupra 14. c. & illa non

poſſunt fieri in terra iſta, neque in aliqua extra terram Chanaan. Et iſta eſt cauſa præcipua, quare leges illæ non ſolum non obligabant Iudæos in terra iſta, immò non poſſunt obſeruari etiam ſi Iudæi id facere vellent. Vnde ſi aliqui fugiunt leproſos tangere, vel ponunt eos extra loca, non faciunt hoc quaſi contrahatur inde ſpecialis immunditia, & ſint ad hoc obligati ex lege, ſed quia eſt morbus contagioſus potens naturaliter inficere; & ita nos, qui nunquam obligati ſumus ad legem Moyſi, ſed potius illam ſeruare iudicamus peccatum, ponimus leproſos extra opida, ne ſanos contagione inficiant; & iſta eſt cõſuetudo generalis omnium gentium, extra, de coniug. leproſ. cap. 1. Et ſimiliter erat de immunditia fluentium ſemine, & mulierum fluentium ſanguine, & menſtruatarum, & parientium, & tangentium prædictas, quia non reputantur immunditiæ prædictæ. Vnde apud Iudæos mulieres menſtruatæ non ſeparantur nunc per ſeptem dies, ſicut vult lex ſupra, 12. & infra in littera. & illæ quæ fluunt ſanguine extra tempora menſtruorum, non ponuntur extra caſtra, ſicut iubetur Num. 5. neque etiam ſeparantur fluentes ſemine, eodem cap. non ergo reputantur iſti immundi. Patet etiam quia ſi immundi reputarentur, fierent circa eos cæremoniæ purificationis, ſed non fiunt, neque fieri poſſunt, quia omnia hæc exigunt quædam ſacrificia. De pariente patet ſup. 12. cap. De fluentibus ſanguine, & ſemine, & menſtruatis, patet hic in littera. Sed ſacrificia non poterant fieri niſi in loco Sanctuarij infr. 17. & Deuter. 12. cap. ideo non poſſunt fieri hic purificationes. Similiter qui hac ætate tangunt morticina, & alia immunda inter Iudæos, non reputantur immundi: quia tunc neceſſe eſſet, ꝙ purificarentur. i. lauarentur aqua ſup. 11. c. & tamen non lauantur. & ſic etiam eſt in coeuntibus cum vxoribus ſuis, vel aliis, quia non iudicantur nunc polluti, ſicut lex iudicabat eos, vt patet hic in littera, quia aliàs lauarentur quando tangerent ſic vxores, & ipſæ vxores etiam lauarentur; quod tamen non faciunt. Et ſi dicatur, quòd interdum feminæ Iudæorum ſe lauant, & etiam viri ipſi. Dicendum, quòd non faciunt hoc quaſi ſe immundos putent legaliter, & ideo lauentur; quia ſi purificarentur ab vna immunditia, purificarentur ab omnibus, cum lex non poſſit pro parte obligare, & pro parte non: ſed vel aut tota obligat, aut tota obligare ceſſat: ſicut dixit Apoſt. ad Gal. 5. c. Ego Paulus teſtificor omni homini circumcidenti ſe, ꝙ debitor ſit vniuerſæ legis faciendæ. Et tamen non purificant ſe Iudæi circa omnes immunditias, vt oſtenſum eſt, ideo non ſe purificant circa aliquam, ſed ſi interdũ lauant corpora ſua, nõ faciunt hoc ad tollendũ immunditiam legalem, ſed naturalẽ, & potiſſimè faciunt hoc feminæ, quib. plures immũditiæ naturaliter accidũt, vt in menſtruis, & aliis paſſionibus. Sic ẽt nos, qui non ſumus obligati legi Moſi, neque reputamus aliquã eſſe immunditiam legalẽ, frequẽtamus balnea, in quib. lauamur ad abſtergendum naturales immundiias cõcretas carni.

Iudæi tamen in terra Chanaan vbi leges iſtæ obligabant, & iudicabant ſe pollutos, frequentabant purificationes: & quia multæ immunditiæ erant, quas ſępè incurrebant, ſicut illæ quæ ſunt ex concubitu; & turpe videbatur, & ſatis difficile, quotidie pro illis purificationibus ire extra domum ad fluuios, ad lauandum tota corpora in aquis, ſoliti erant ſinguli Iudæi intra domos ſuas habere vaſa magna plena aqua, in quibus lauare poſſẽt tota corpora ſua, qui immundi erant. Sicut patet Ioan. 2. cap. cum dicitur de miraculo facto à Domino vertendo aquam in vinum in Chana Galilææ, quia fuerunt impletæ ſex hydriæ aqua, quæ in vinum verſa eſt, & dicitur: Erant autem ſex hydriæ poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas, vel ternas, i. illæ ſolebãt eſſe plenæ aqua ad lauanda corpora ſecundum conſuetudinem purificationis Iudæorũ; & ſicut in domo illa erant, ita in aliis erant vel hydriæ, vel alia vaſa ad ſimiliter purificandum; cum dicat hoc eſſe ſecundum cõſuetudinem purificationis, vel ſecundum purificationem Iudæorum, quaſi eſſet conſuetudo generalis Iudæorum habere talia vaſa ad purificationem. Nunc autem Iudæi nihil tale habent, neque faciunt. Secundæ immunditiæ ſunt, quæ ſimul ſunt peccatum, ſicut manducare carnes immundas,

A & ſanguinem, & adipem, & accedere ad menſtruatam: hæc enim peccata erant, cum vetita eſſent; & ideo nunc etiã Iudęi ſeruant hæc, quia putant ſe eſſe obligatos: nam iſta non reſpiciunt Sanctuarium, ſed perſonas; & verum eſt, ꝙ etiam ſi Iudæi non eſſent in terra Chanaan, obligarentur ad ſeruandum hæc, ſi lex non ceſſaſſet, ſed ceſſauit poſt mortem Chriſti; ideo ad nihil horum obligantur: & tamen quando tranſlati ſunt in Babylonem, & eſſent extra terram Chanaan obligabantur ad ſeruandum legem de cibis vetitis, & ſic Daniel, & ſocij ſui fecerunt, quia noluerunt manducare de cibis menſæ Regis, ſed legumina, vt patet Dan. 1. c. Ex hoc apparet, quod dicebatur ſupra, id eſt, ꝙ Iſraelitæ non tenebantur ad legem purificationum, & immunditiatum, niſi quando erant in terra Chanaan; vel in deſerto, habentes ſecum Sanctuarium, quia

B cauere debebant immunditias, ne immundi exiſtentes intrarent in Sanctuarium, & morerentur, ſed manentes extra prædicta loca non habebant Sanctuarium, neque habere poterant, etiam ſi ipſi illud fabricare vellent; ideo non poterant polluere Sanctuarium, & ideo non oportebat eos cauere iſtas immunditias. Vnde etiam ſi nũc maneret obligatio legis Moyſi, non obligarentur Iudæi cauere immunditias; aut ſi in illas inciderent, purificari: quia Sanctuarium non habent hic, nec habere poſſunt, cum non ſit iſta terra promiſſionis, in qua ſolum ponendum erat Sanctuarium. Deuter. 12. cap. *Lauabit aqua omne corpus ſuum.* id eſt, lauabit omnes partes corporis ſui, à capite vſque ad pedes. Et accipitur ibi, omne, quod eſt diſtributiuum, pro partibus ſubiectiuis improprie, cum deberet accipi totum, quod eſt diſtributiuum pro partibus

Quare vir accedens ad feminã lauabat aqua totum corpus ſuũ.

C integralibus. Cauſa autem huius lotionis per totum eſt, quia in coitu contrahitur vera immunditia realis in corpore: debet ergo iſta per totius corporis ablutionem abſtergi; & fiebat in aqua viuenti: nam aquæ luſtrationis non erant ad lauandum totum corpus, & defricandum, quia magis ſic contaminaretur, cum ibi eſſent cineres commixti, ſed ſolum ad aſpergendum ſuper homines, & veſtes: hic tamen totum corpus lauabatur. *Et immundus erit vſque ad veſperum.* id eſt, non durabit iſta immunditia, niſi vſque ad ſolis occaſum ſequẽtem, & in toto iſto tempore non poterat accedere ad Sanctuarium, non tamen prohibebatur ab alia communione humana. *Veſtem & pellem, quam habuerit, lauabit aqua.* Hic ponitur de veſtibus, & dicitur: quòd ſi aliquis, quando effunderet ſemen in coitu, haberet aliquam veſtem, debebat lauare illam

D aqua, etiam ſi illa pellicea eſſet, ꝙ ſi fortè aliquis nudus coiuiſſet, ſolum corpus ſuum lauabat, ſi tamen ſuper lectum coiuiſſet, oportebat ſtramenta lecti lauare, ſed non omnia. De iſtis autem veſtibus non erat eadem immunditia: quia quamuis pollutæ eſſent ſemine, immediatè, vt aliquis lauaſſet eas, poterat vti illis licitè. *Et immunda erit vſque ad veſperum.* Hic replicatur ſentẽtia ſuperior de immunditia viri. Et ratio huius replicationis eſt, quia ſupra dixerat de viro emittente ſemen in coitu cum eſſet nudus; & de illo concluſit, ꝙ deberet ſolum lauare corpus ſuum, & manere immundus vſque ad veſperum. Erat autem dubium de illo, qui coiuiſſet veſtitus, an debuiſſet manere immundus vſque ad veſperum, quia caſus iſte erat diſſimilis caſui ſuperiori. Et reſpondetur, ꝙ etiam iſte manebat immundus vſque ad veſperum; & ideo replica-

E tur hic iſta ſententia.

Mulier menſtruata.

Mulier, cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vſque ad veſperũ. Mulier, quæ redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis, ſeptem diebus ſeparabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vſque ad veſperum: & locus in quo dormierit vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ, polluetur. Qui tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. Omne vas, ſuper quod illa ſederit, quiſquis attigerit, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, pollutus erit vſque ad veſperum. Si coierit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis, immundus erit ſeptem diebus: & omne ſtratum, in quo dormierit, polluetur. Mulier, quæ patitur multis diebus fluxum ſanguinis non in tempore mẽſtruali, vel quæ poſt menſtruum ſanguinem fluere non ceſſat, quamdiu ſubiacet huic paſſioni, immunda erit quaſi ſit in tempore menſtruo. Omne

5. diſt. c. 1. 33. q̃. 4. c. ſi cũ. circa ſin. 1. q. 1. c. ventum. & c. Arianos. De pæ. d. 3. c. baptizatur. 33. q. 4. cap. ſi cũ.

Mulier ſanguine fluens.

ne ſtratum, in quo dormierit, & vas in quo ſederit, pollutum erit. Quicunque tetigerit eam, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. Si ſteterit ſanguis, & fluere ceſſauerit, numerabit ſeptem dies purificationis ſuæ: & die octauo offeret pro ſe Sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad oſtium Tabernaculi teſtimonij: qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocauſtum, rogabitq. pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiæ eius. Docebitis ergo filios Iſrael vt caueant immunditias, & non moriantur in ſordibus ſuis, cum polluerint Tabernaculũ meum quod eſt inter eos. Iſta eſt lex eius qui patitur fluxum ſeminis, & qui polluitur coitu, & quæ menſtruis temporibus ſeparatur, vel quæ iugi fluit ſanguine, & hominis, qui dormierit cum ea. F

De immũditia feminæ ſuſcipien tis ſeme coitu.

Mulier, cum qua coierit. Hic ponitur de femina ſuſcipiente ſemen ex coitu, & ponitur eadem obſeruatio, quæ G eſt de viro; & ratio eſt: quia ipſa ita polluebatur, ſicut vir, propter quod lotione indigebat, & nõ ſolum intelligitur hoc de illa muliere, cum qua quis coierit volente ea, ſed etiam de illa cum qua inuita quis coierit. Cauſa eſt, quia illa quæ inuita cognoſcitur, quamquam peccatũ nullum habeat, immunditiã tamen incurrit per ſeminis receptionem, ideo debet obſeruari lex iſta, quæ introducta eſt, nõ propter peccatum, ſed propter immũditiam. Item ſi quis vellet cognoſcere aliquam feminam eam violenter apprehendens, atque ipſa non cognita, nec tacto, vel aperto clauſtro femineo, quomodolibet fundatur ſemen, immunda erit, & tenebitur ad hanc legem obſeruationis, ſicut ſi cognita extitiſſet. *Lauabitur aqua.* ſcilicet, in toto corpore ſuo, ſicut de viro erat. *Et immunda erit vſque ad veſperum.* ſcilicet, per totam illam diem, vſque poſt Solis occaſum, H & quamquam illa mulier tunc immunda eſſet, tamen ſi aliquis eam cognoſceret, non propter hoc illicitum agebat, nec erat vetitum à lege, quoniam ſolum vetatur acceſſus ad mulierem menſtruatam, vel ad eam quæ quomodolibet eſt in fluxu ſanguinis, vt patet infra. *Mulier, quæ redeunte menſe.* Supra dicebatur de immunditia viri fluentis ſemine, hic agitur de immunditia feminæ fluentis ſanguine. Et diuiditur in duas partes, quoniam primo agitur de fluxu ſanguinis naturali, ſecundo de fluxu innaturali, ibi: *Mulier quæ patitur multis diebus.*

De immũditia feminæ fluentis ſanguine.

Quo tempore eueniant muliebria. Quæſt. VIII.

CIRCA primum conſiderandum eſt, cum hic dicatur de fluxu menſtruorum, quod mulieres habent I hunc fluxum, tanquam naturalem paſſionẽ, & ex eo tempore quo incipiunt eſſe aptæ ad gignendum, habent paſſionem fluxus ſanguinis, ideo ex eo tempore quo habent fluxum ſanguinis, ſunt aptæ ad concipiendum, & eſt impoſſibile ſecundum naturam aliquam feminam concipere ante hunc fluxum, etiam ſi cognoſcatur à quibuſcũque viris. Durat autem iſte fluxus vſque ad tempus quo femina deſinit eſſe apta ad concipiendum, ita vt poſtquam deſierit ille fluxus menſtrualis, impoſſibile ſit aliquã feminam concipere, etiam ſi cognoſcatur carnaliter à quocunque viro, quod apparet Geneſ. 18. cap. Vbi ponitur, quomodo fuerit miraculum Saram concepiſſe, cum eſſet nonaginta annorũ, & non venirent ei tempora menſtrualia, cum dicitur: Erant ambo ſenes prouectaq. ætatis, & K deſierant Saræ fieri muliebria, quaſi dicat, ex hoc non poterat concipere, niſi Deus hoc feciſſet: tantum ergo durat in qualibet muliere tẽpus in quo poteſt concipere, quantum tempus menſtruorum durauerit. Hæc autem paſſio fluxus ſeminis, prouenit mulieribus ex indigeſtione alimenti, quia illud quod in ſanguinem vertitur menſtrualem, non poteſt natura agente conuerti in ſubſtantiã corporis, ideo tanquam ſuperfluum emittitur per feminea genitalia. Non tamen eſt ſimpliciter ſuperfluum, quoniam natura ordinauit illum ſeminalẽ humorem ad procreandam ſubſtantiam fœtus: nam inde formatur infans in vtero. Vocatur autem iſte fluxus menſtrualis, ſiue menſtruus, quia in quolibet menſe fluit, menſtrualis enim, vel menſtruus de menſe deriuatur; quia ergo iſte fluxus ſanguinis cauſat immunditiam, & verè magnam immunditiam, debet fieri obſeruatio purificationis, quæ habetur

Vnde prouenıat feminis paſſio fluxus ſeminis.

F hic. *Mulier, quæ redeunte menſe.* Dicitur hic, quod quolibet menſe mulier hoc patitur, niſi fortè ex aliqua ægritudine impediatur fluxus ille, & dicitur: Redeunte menſe, non in principio menſis, tanquam in primo die cuiuſlibet menſis femina hoc patiatur, ſed redeunte menſe, id eſt, completo vno menſe à tẽpore quo deſiit fluxus menſtrualis, iterum inchoatur. *Patitur fluxum ſanguinis.* Rectè dicitur pati, quoniam fluxus iſte non voluntarius euenit, ſed ex neceſſitate naturæ. *Septem diebus ſeparabitur.* id eſt, per ſeptem dies mulier erat ſeparata à communione aliorum hominum, & feminarum, ita quod nullus homo eam tangeret, nec femina, nec illa comedat cũ aliquo, nec aliquis tangat lectum eius. Etiam quodcunque illa tetigiſſet immundum erat, vt patet in litera, & propter hoc non dicitur quod ipſa erit ſeptem diebus immunda, ſed quòd ſe- G ptem diebus ſeparabitur: plus namque ſignificat ſeparatio, quàm immunditia, quoniam ſeparatio eſt quãtum ad illud quod immundum eſt, & alia immunda efficit, & ob hoc ſeparatur, ne alia ex ipſo cõtaminentur. Immundum autem ſimpliciter dicitur eſſe illud, quod in ſe immundũ eſt, tamen alia non poteſt immunda facere, & de hoc non dicitur quòd ſeparabitur, ſicut de viro effundente ſemen in coitu, & de femina cognita. *Septem diebus ſeparabitur.* Non eſt intelligendũ, quòd iſtæ mulieres menſtruatæ ſeparentur extra caſtra, quia inhoneſtum erat feminas manere per ſeptem dies extra caſtra, præſertim cum omnes feminæ adultæ ætatis menſtruas purgationes patiantur, & propter hoc contingeret interdum vt omnes eſſent extra caſtra, quod valde turpe erat. Item, patet hoc: quia ſolum mandabantur ſeparari viri leproſi, & fluentes ſe- H mine, & polluti ſuper mortuo, vt manerent extra caſtra, vt habetur Num. 5. cap. Separabatur etiam ille, qui pollutus fuiſſet ſemine nocturno, quoniam die ſequenti poſt pollutionem nocturnam, exibat extra caſtra, & non poterat reuerti vſque ad occubitum Solis, vt habetur Deuter. 23. cap. De mulieribus autem in nullo loco ſcriptum reperitur, quod ſepararentur extra caſtra. Sed dicitur ſeparatio earum quędam diuiſio à communione omnium hominum, per iſtos ſeptem dies, quamuis eſſent in caſtris. Durabat autem iſta ſeparatio per ſeptem dies, nõ quod in omnibus illis diebus ſanguis flueret, ſed quia non poterat durare vltra ſeptem dies, & in iſto tempore eſſet perfectè mundata. *Omnis qui tetigerit eam.* Quicunque enim ſit, ſiue vir, ſiue puer, ſiue femina, contrahẽbat immunditiã, & non dicitur de tactu, qui eſt carnaliter cognoſcere, quia I de hoc infra dicetur, & erat maior immũditia, ſed ſolum de tactu ſimplici, cũ quis aliqualiter tangeret carnẽ eius. *Immundus erit vſque ad veſperum.* id eſt, manebit per totã diem illam in immunditia, vſque ad Solis occaſum, & nõ dicitur hic, an deberet lauare corpus ſuum, aut veſtimẽta ſua. Sed forte dicendum eſt, quod deberet lauare quicunque eam tetigerit, quamuis non exprimatur hic, quod patet: quia infra dicitur de eo, qui tetigerit lectum mulieris huius, quod lauabit veſtimenta ſua, & totam carnem ſuã. Cum igitur ęqualis immũditia, vel fortè maior ſit, in tangendo feminam menſtruatam, quàm in tangẽdo lectum eius, ideo qui eam tetigiſſet lauabatur. *Et locus in quo dormierit vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ, polluetur.* id eſt, omnia illa ſtramenta ſuper quæ ſederit, ſiue de pellibus, ſiue de lana, aut ligno fuerint, immunda erunt. Cuius cauſa K eſt: quia videtur, quod ibi ceciderit aliquid de menſtruo muliebri, quod valde fœdatiuum eſt, & peſtiferum: nam ſi canis inde comediſſet, in rabiem conuertebatur, & ſi ceciderint illa menſtrua ſuper arbores, deſiccabantur, ita vt poſtea nunquam germinent: bitumen etiam quod ferro, & igne diſſolui nequit, ſuper fuſo menſtruali humore, deſtruitur, vt ait Iſidorus Etym. 12. *Qui tetigerit lectum eius.* Etiam contrahebatur immunditia in tangendo lectũ mulieris menſtruatæ, ſicut tangendo ipſam: nam aliquid humoris menſtrualis ſuper iſta ſtramẽta lecti cadent ea polluebant, & quia illud in ipſis manebat vt vera immunditia realis, quamquam ibi non haberet ortum, qui tangeret illa ſtramenta efficiebatur immundus. *Lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua.* id eſt, ad tollendam iſtam immunditiam debebat lauari in corpore, & in veſtibus ille, qui talia tetigiſſet. *Immundus erit vſque ad veſperum.* id eſt, iſta

immun-

immunditia, quia parua erat, manebat ſolum vſque ad Solis occaſum: aliæ autem quæ ſunt maiores immunditiæ, maiori durabāt tempore, ſicut de illo, qui coiret cum muliere menſtruata, vt infra patet. *Omne vas, ſuper quo illa ſederit*. Hic ponitur de immunditia, quæ cōtrahebatur ex contactu vaſorum ſuper quæ ſediſſet mulier menſtruata. Accipitur autem hic vas, ſecundum proprietatem idiomatis Hebræi in quo omnia, quæ ad aliquem vſum apta ſunt, vaſa vocantur, vnde dicuntur arma vaſa belli, & inſtrumenta muſica, vt pſalterium, & organa, vocantur vaſa carminis, ſiue vaſa Pſalmi. Sic habetur in Pſal. 70. Confitebor tibi in vaſis Pſalmi, id eſt, laudabo te in Pſalterio canendo Pſalmum. Sic etiam in præſenti, omnia ſtramenta de pellibus, lana, & lino, & ipſa etiam ſedilia de lino facta polluebantur. *Quiſquis attigerit, lauabit veſtimenta ſua*. Non ſolum erant immunda ipſa vaſa, vel ſtramenta, ſuper quæ ſediſſet mulier menſtruata, ſed etiam quicunque tetigiſſet illa vaſa, immunditiam incurrebat, atque lauabat veſtimenta ſua, & carnem ſuam, vt ſic mundus eſſet; & cauſa huius eſt: quia ſuper illa ſedilia videbatur cecidiſſe vera immunditia fluxus menſtrualis, ideo qui tangeret ea pollueretur, & manebat immūditia iſta, ſicut cetera vſque ad veſperum. *Si coierit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis*. Hic ponitur immunditia, quam incurrebat vir cognoſcens feminam tempore menſtruorum, & hoc erat quòd per ſeptem dies maneret immundus, nec ſolum erat iſta pœna, ſed etiam moriebatur qui talia faceret, ſic enim habetur infra 22. cap. quòd qui cognouerit mulierem tempore menſtruorum, occidatur, & ipſa quoque mulier, quia reuelauit fontem ſanguinis ſui.

Quomodo poſſit ſtare, quòd vir & mulier ſi tempore menſtruorum coirent, occiderentur, & quòd obſeruarent immunditiam. Quæſt. IX.

SED nunc quæret aliquis, quomodo poteſt ſtare, quòd ſi vir, & mulier tempore menſtruorum coirent, occiderentur, & quòd per ſeptem dies obſeruaret vir immunditiam? nam ſi propter hoc occidi deberet vir, non oportebat, quòd obſeruaret aliquam cæremoniam munditiæ, ſed immediatè occideretur. Reſpondendum eſt, quòd ille, qui accedebat ad mulierem menſtruatam, aut accuſabatur ab aliquo, quòd acceſſiſſet ad eam, vel non: ſi accuſaretur, debebant occidi tam vir, quàm femina ſecundum id, quod habetur infra, 20. cap. Si autem non accuſaretur ab aliquo, non obſeruabatur in eo id, quod habetur infra 20. cap. Sed iſta purificatio, quæ hic habetur, ſcilicet, quòd per ſeptem dies maneret immundus. Aliquis autem aliter fortaſſis reſpondebit, ſcilicet, quòd iſta regula quæ hic habetur, intelligitur de viro accedente ad vxorem ſuam menſtruatam: nam tunc ſolum obſeruabat ſeptem dies immunditiæ, & nulla alia plectebatur pœna, ſi autem non eſſet illa vxor ſua, quam cognoſceret in menſtruo, occidebatur, ſecundum quòd habetur infra, 20. capite. Sed iſta diſtinctio non poteſt ſtare: nam ſi cum quis cognoſceret vxorem ſuam tempore menſtruali, ſolum obſeruaret ſeptem dies immunditiæ, nulla alia pena punitus, & cum cognoſceret vxorem alterius menſtruatam, puniretur capite, lex illa de occiſione viri accedentis ad mulierem menſtruatam, & ipſius mulieris de nullo ſeruiret; quod patet: quia ille qui cognoſceret vxorem alterius, etiam ſi non eſſet menſtruata, occidebatur ipſe, & mulier, vt habetur infra 20. cap. cum dicitur: Si mechatus quis fuerit cū vxore alterius, adulterium perpetrauit cum vxore proximi ſui, morte moriātur mechus, & adultera. Neceſſarium eſt igitur ad hoc quòd illa lex quæ habetur infra 20. cap. de viro accedente ad mulierem menſtruatam, non ſit ſuperflua, quòd omnes tam accedentes ad vxores ſuas, quàm alienas, ſi tempore mēſtruorum hoc fecerint, moriantur: & ſic ſtabit diſtinctio quam à principio dedimus, ſcilicet, an accuſaretur, vel nō qui talia ageret. *Immundus erit ſeptem diebus*. Hic ponitur aliquid ſpeciale in hac immunditia magis, quàm in ceteris, quia in aliis ſolum vna die durabat immunditia, hic aūt ſeptem. Cauſa huius eſt: quia nulla immunditia eſt per contactū, quæ tanta ſit, quanta illa quæ eſt in coitu. Fundamentum

A huius apparet ex his, quæ diximus præcedenti cap. Ideo in aliis qui tangebant mulierem menſtruatam, aliàs non cauſabatur tanta immūditia, vt ipſi poſſent alios immundos efficere, ſed ſolum, vt ipſi eſſent immundi. In iſtis autem qui per coitum erant immundi, tanta erat immunditia, vt ipſi quoque alios immundos efficerent per contactum. *Et omne ſtratum in quo dormierit, polluetur*. Hoc non refertur ad feminam menſtruatam, quia iam de illa dictum fuerat, quòd quicūque illam tetigiſſet eſſet immundus, & omnis locus ſuper quem dormiret, vel ſederet, immūdus efficeretur: ſed intelligitur hoc de viro cognoſcente mulierem menſtruatam. Nam tanta immunditia cauſabatur in viro, vt lectus quoque eius immundus eſſet; ſed an cauſaretur immunditia, in quolibet tangente lectum viri iſtius in illis ſeptem diebus, ſicut in illo qui tangebat B lectum mulieris menſtruatæ, dubium videtur: in quo fortaſſis aliquis reſpondebit, tangētes lectum viri huius immundos eſſe, cum dicatur quòd lectus in quo vir iſte dormiet, eſſet immundus. Sed hoc non ſtat: Nam dato quòd aliquis immundus ſit, non propter hoc immūdus eſt, qui tangit illum, quia ſi aliquis tangit morticina, immundus efficitur. Si tamen aliquis tangat iſtum immundum, non efficietur immundus: nam ſic eſſet proceſſus in infinitum, & vnus homo poſſet inficere omnes homines mundos, quod eſt inconueniens valde. Dicendum igitur eſt, ꝙ quamuis aliquis tangat lectum, in quo dormiret homo cognoſcens feminam menſtruatam, non efficiebatur immundus; & quamuis lectus ille eſſet immundus, hoc erat in ſeipſo, non tamen immundus, vt poſſet alia immunda facere. Differentia namque debet eſſe inter lectum mu- C lieris menſtruatæ, & lectum viri cognoſcentis eam: cum enim mulier menſtruata magis immūdum faciat lectum in quo fuerit, propter menſtrualem humorem defluētem, quàm vir immundum efficiat, cum nullo tali humore fluat, debet lectus mulieris menſtruatæ efficere immundos tangentes, lectus autem viri non faciet immundos tangentes. *Mulier, quæ patitur*.

De immunditia mulieris patientis fluxum ſanguinis innaturalem. Quæſt. X.

IN ſuperiori dictum eſt de muliere, quæ patitur fluxum ſanguinis naturalem, ſcilicet, in quolibet menſe, hic agitur de illa, quæ patitur fluxum innaturalem. Et diuiditur in duas partes, quia Primo agitur de ſanguine D fluente. Secundò agitur de eius purificatione, ibi: *Si extiterit ſanguis*. Circa primum. *Mulier, quæ patitur multis diebus fluxum ſanguinis*. Modus qui ponebatur ſupra de fluxu ſanguinis, erat naturalis, ſcꝫ ab ipſa directione naturæ prouenit, cum ſic ipſa euacuet quod ſuperfluū eſt. Etiam eſt iſte fluxus naturalis, quod fit certis temporibus, ſ. de menſe in mſeēm, ſicut dicitur ſupra, Mulier quæ redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis: iſte autem non eſt naturalis, ſed per ægritudinem, nec euenit de mēſe in menſem ſemel aliàs. Item eſt differentia inter iſtos duos fluxus, quia fluxus menſtrualis pauco tempore durat; fluxus autem iſte ſanguinis, qui eſt innaturalis, durat multis temporibus, ſecūdum ꝙ dicitur in littera, & ſic patet de muliere quam Chriſtus ſanauit à profluuio ſanguinis ſui: hæc.n. per duodecim annos illa ægritudine detenta fue- E rat, vt habetur Marci cap. 5. *Non in tempore menſtruali*. Fluxus feminis ſuperior vocatur fluxus menſtruorum: iſte autem de quo hic dicitur, non vocatur fluxus menſtruorum, ſed fluxus ſanguinis ſimpliciter; cuius cauſa eſt; quia non fit in tempore menſtruali. Mēſtrua namque redeunte menſe fiunt, iſte autem ſanguis, de quo hic dicitur, non obſeruat reditum menſium, ſed quandocunque euenit. *Vel quæ poſt menſtruum ſanguinem fluere non ceſſat*. i. etiam hoc fit in muliere illa quæ poſt menſtruum, id eſt, poſt tempus menſtruorum defluentium, vel poſt menſtruum, id eſt, poſt ſanguinem menſtrualem fluentem non ceſſat fluere ſanguine, i. adhuc fluit ab ea quidam ſanguis, qui non erat menſtrualis. Vnus modus fluentis ſanguinis ponitur hic innaturalis, ſcilicet, quando incœperit fluere in tempore menſtruorum, ſcilicet, quando deberet venire tempus menſtrualis ſanguinis, & poſtea cum deberet ceſſare

ſare ſanguis menſtrualis, non ceſſauit iſte: tunc enim apparet manifeſtè vnum non eſſe ſanguinem menſtrualem: nam aliquo tempore ſanguis menſtrualis incepturus erat fluere, in quo incipere poteſt ſanguis qui nō eſt menſtrualis, & ideo ſolum diſtinguuntur per quātitatem durationis: nam ſi ſanguis ille durauerit vltra tempus, quo durare ſolent menſtrua, iudicabitur ſanguis nō menſtrualis, & talis eſt de quo hic dicitur. *Quamdiu ſubiacet huic paſſioni*, Vocat paſſionem hanc quæ eſt in fluxu ſanguinis innaturalis, & verè paſſio eſt, id eſt, ægritudo, ideo medicis curanda tribuitur. Sic patet de muliere illa, quæ deſtribuerat omnes facultates ſuas in medicos per duodecim annos, & tamen nihil profecerāt ei, poſtea autem ſanauit eam Chriſtus, vt habetur Marci 5. cap. Et vocatur paſſio, quia inuoluntaria eſt, & non in patientis poteſtate, prout diſtinguitur contra actionem, quæ eſt in volūtate, aut ſaltem in poteſtate agentis. *Immunda erit*. Quaſi ſit in tempore menſtruo, id eſt, ita reputabitur iſta mulier immunda toto tempore, quo ſanguis iſte fluit, ac ſi eſſet ſanguis menſtruorum, quaſi dicat, ita facit immunda omnia quæ tetigerit, & ſuper quæ ſederit, ſicut ſi eſſet verè immunda, & ideo omnes conditiones immunditiæ quæ ſupra dictæ ſunt de muliere menſtruata, tenebuntur de hac muliere: iſte quippe immunditiæ modus eſt, & dicitur hoc, ne cogatur Legiſlator repetere id, quod ſupra dixit, & tamen hic infra ponit aliquas conditiones immunditiæ mulieris huius. *Omne ſtratum, in quo dormierit*. Ponitur de immunditia, quæ contrahebatur per contactum mulieris huius, & dicitur quod ſtratum, ſiue lectus in quo dormiret, pollueretur, & nihil vltra addetur. Sed etiam dicendum eſt, quod illi qui tangebant iſtum lectum, erāt immundi, patet: quia ſic dicebatur ſupra, de lecto mulieris menſtruatæ; & tamen eadem ſeruanda ſunt hic, quia ſic dictū fuit ſupra immediatè, quia iſta mulier immunda erat, tanquā mulier, quæ eſt in tempore menſtruo. *Et vas in quo ſederit*. Accipitur hic vas ſecundum proprietatem Idiomatis Hebræi pro omni re, qua homines vtuntur ad aliquod miniſterium, ſicut ſupra dictum eſt, & iſto modo ſtramenta de lino, vel lana, aut pellibus, dicuntur eſſe vaſa, & iſta erant immunda, quando ſediſſet ſuper illa mulier habēs iſtum fluxum ſanguinis, & quamquam nihil amplius hic exprimatur, tamen intelligendum eſt, quòd quicunque tangeret iſta vaſa, ſiue ſtramenta, ſuper quæ ſediſſet mulier iſta, erat immundus, quoniam ſic erat de muliere menſtruata, vt patet ſupra cum dicitur: Omne vas ſuper quo illa ſederit, quiſquis tetigerit, lauabit veſtimenta ſua: tamen eadē regula obſeruatur hic, quæ in mulieribus menſtruatis. *Quicumque tetigerit ea, lauabit veſtimenta ſua*. Hic ponitur de hominibus, qui contingunt feminam illam, & ſtramenta & ea ſuper quæ ſederit mulier, ſcilicet, quòd quicunque ſit, ſiue vir, ſiue mulier, qui tetigerit carnē mulieris fluentis ſanguine, pollueretur. Et non accipitur hic de contactu, qui eſt in cognoſcendo carnaliter feminam, ſed de illo qui eſt in tangēdo eam ſimpliciter: nam ſi aliquis accederet ad eā carnaliter, magis polluebatur, quam ſimpliciter: nam tunc maneret immunditia ſeptem dierum, ſicut in muliere menſtruata, qui enim illam tetigiſſet ſeptem diebus, erat immundus, & ſicut ille, qui coibat cum muliere menſtruata, & quicquid tetigiſſet eam, vel lectum illius, polluebatur, ita & quicunque cognouiſſet mulierem fluentem ſemine, incidebat in eādem immunditiam. *Lauabit veſtimenta ſua, & ipſe lotus aqua*. id eſt, omnes iſti qui tangerent mulierem huiuſmodi, debebant lauare veſtes, & corpus, quia veram immunditiam incurrebant. *Immundus erit vſque ad veſperum*. ſcilicet, qui ſic tetigerit, vel inciderit in aliquam pollutionem de ſupradictis, manebit in immūditia vnius diei, ſcilicet, vſque ad veſperum. Hoc namque generale eſt in omnibus immunditiis, quod quicūque efficitur immundus per contactum ſolum, habet immunditiam vnius diei, ſcilicet, vſque ad veſperum, niſi in duobus caſibus: primus caſus eſt in eo, qui cognoſcebat mulierem menſtruatam, vel ſanguine fluentem: nam ille ſeptem diebus erat immundus, ſicut ſupra dictum fuit, & habetur hic in littera: ſecundus caſus erat, quando aliquis tangebat mortuum, aut oſſa eius, vel ſepulchra: nam tunc ſeptem diebus erat immundus,

De immūditia, q contrahebatur p contactū mulieris fluxū ſanguinis innaturalē patientis.

Regula generalis in immūditiis.

F & in illis purificabatur, vt habetur Num. 19. cap. *Si ſteterit ſanguis*. Hic agitur de purificatione mulieris fluentis ſanguine. Erat autem hic duplex fluxus ſanguinis, ſcilicet, vnus menſtrualis, qui naturalis erat, alius non naturalis. Primus modus fluxus ſanguinis non habet aliquam purificationem, ſcilicet, quod fiat aliqua oblatio in illo. Cuius cauſa eſt, quia purificationis oblatio fiebat tanquā in laudem Dei, qui ſanauerat virum, vel feminam ab immunditia ſua, ſicut à lepra, vel fluxu ſanguinis, aut ſeminis, & hoc eſt cum illa immunditia habebat aliquid ægritudinis. In muliere autem menſtruata nihil tale erat, quia illa immunditia erat purè naturalis, ideo non videbatur aliquod motiuum dandi quippiam in oblatione, tāquam ab aliqua ægritudine liberaretur. Item, quia iſte fluxus menſtrualis veniebat mulieribus quolibet menſe, & vide-

G batur eſſe quoddā graue, eas quolibet menſe facere oblationes pro purificatione: in fluxu autem ſanguinis innaturalis non eſt ſic: quia iſte non eſt per naturam, ſed per ægritudinem, & liberari ab eo eſt liberari à quadā ægritudine, ita vt interdum miraculum ſit, ſicut patet de muliere illa, quam Chriſtus ſanauit, vt habetur Marci cap. 5. Hæc enim patiebatur profluuium ſanguinis. Item, iſte fluxus non veniebat multoties, ſcilicet, per tempora determinata, ſicut eſt in ſanguine menſtruali, ſed rariſſimè, vel nunquam, ideo cum veniret, & mulier ab illo ſanaretur, debebat facere oblationem, tanquam pro beneficio ſibi collato Diuinitus, & debebat non grauari, quia iſta oblatio rariſſima erat. *Si ſteterit ſanguis*. id eſt, ſi non fluxerit, opponitur enim ſtare, fluxui, hoc autem eſt, quando totaliter ceſſaret fluxus ſanguinis, & nō intelligitur ſi ſte-

H terit ſanguis, ſcilicet, menſtrualis, quia tunc nihil fieri debebat eorum, quæ infra ſequuntur, ſed dicitur ſi ſteterit ſanguis, ſcilicet, qui præter communem modum naturæ fluit, quia tunc offerenda ſunt, quæ infra ſequuntur. *Et fluere ceſſauerit*. Expoſitio ſuperioris eſt, idem namque eſt, ſtare ſanguinem, & ceſſare fluere. *Numerabit ſeptem dies purificationis ſuæ*. id eſt, numerabit ſeptem dies ab illo die, quo ceſſauerit fluxus: iſti ſeptem dies numerabantur, vt eſſet certitudo de emundatione: nam ad complementum purificationis offerri debebant ea, quæ infra ſequuntur, & ſi offerrētur in primo die, poſtquam ceſſauerit iſte fluxus, contingeret poſtea redire illum fluxum, vt ergo non eſſet irrita purificatio, & ſacrificia, redeunte iterum fluxu ſanguinis, expectabatur per ſeptem dies, quoniam in his ſciri poterat, an ceſſaret fluxus iſte: ſi enim poſt ſeptē dies

I non rediret, ſufficienter arguebatur totaliter ceſſauiſſe iſtum fluxum ſanguinis. *Et die octauo offerret pro ſe*. Computabatur dies iſte octauus ab eo tempore, quo ceſſauerat fluxus ſanguinis, & in eo mulier offerebat; & dicitur offerre pro ſe, id eſt, pro purificatione ſua. *Sacerdoti*. Et hoc, quia Sacerdos debebat facere cæremonias ſacrificiorum, ideo præſentabantur ei iſta ſacrificia. Dicitur autem hic Sacerdos, non Sacerdos Magnus, vel aliquis ſpecialis, ſed quilibet cuicumque ſors eueniret, vt faceret iſta ſacrificia. *Duos turtures, vel duos pullos columbarum*. Paruum ſacrificium iſtud eſt, tamen non iubetur maius, quia nō erat iſta purificatio magna, ſcilicet, à valde magna immunditia, ſicut in emundatione leproſi, in qua offerebātur duo agni anniculi, & vna ouis, vt patet præcedenti cap. Iubētur hic duo turtures, aut duo pulli columbarum offerri, quia in

K electione offerentis erat, quid magis vellet offerre. *Ad oſtium Tabernaculi teſtimonij*. ſcilicet, quòd quando mulier obtulerit, debet accedere ad oſtiū Tabernaculi, quod fiebat, quia cū offerebatur aliquid, præſentabatur Deo, ipſe tamen intra Tabernaculum eſſe videbatur, qui igitur ad oſtium Tabernaculi offerret, corā Domino offerre videbatur. Item, quia oblationes iſtæ ſacrificabantur ſuper altare holocauſtorum, hoc autem erat ad oſtium Tabernaculi, ideo ibi conueniens erat offerri. Ex hoc autem patet quòd mulieribus licebat introire in Sanctuarium, & accedere ad oſtium Tabernaculi, ſicut viris; & etiam licebat eis comedere de carnibus ſacrificiorum pacificorum, ſicut apparet Deuteron. 16. cap. *Qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocauſtum*. Iſtorum duorum turturum, vel pullorum columbæ vnus offerebatur pro peccato, & fiebant in eo cæremoniæ ſacrificij pro peccato, alter erat in ſa-

De purificatione mulieris fluētis ſāguine.

in ſacrificio holocauſti. Primo autem offerebatur ſacri- A ficium pro peccato, propter cauſam aſſignatam ſupra in iſto cap. ſcilicet, quia ad hoc, quòd laus Dei, quæ per holocauſtum deſignatur, ſit acceptabilis, debemus primo offerre confeſſionem peccatorum. In his duobus ſacrificiis obſeruabantur eædem cæremoniæ, quæ in omnibus aliis holocauſtis, & ſacrificiis pro peccato, de quibus datæ ſunt regulæ ſupra 1. & 6. cap. Dicitur hic, quod Sacerdos facit vnum pro peccato, id eſt, diſponet, vel ordinabit, ſicut ſupra declarauimus: nam facere non poteſt hic propriè accipi. *Rogabitq. Sacerdos pro ea coram Domino.* Generale erat in omnibus ſacrificiis, quòd Sacerdos rogaret pro offerente, & hoc fiebat coram Domino, id eſt, ad oſtiũ Tabernaculi, in quo erat Deus ſpecialius, quàm in aliis locis. Dicebatur Sacerdos rogare pro iſta muliere, quia orabat, vt liberaretur ab omnibus aduerſitatibus B huius ſæculi, & conſeruaretur in cultu Dei. *Et pro fluxu immunditiæ eius.* id eſt, rogabit ne iſte fluxus ſanguinis, vlterius ei adueniret.

Epilogus dictorum in hoc capit. *Docebitis ergo filios Iſrael.* Hic ponitur Concluſio intenta in hoc capite, ſcilicet, q́ filij Iſrael cauerent ab immunditiis, ne coinquinarent Sanctuarium, & morerentur, & dicitur. *Docebitis ergò filios Iſrael vt caueant immunditias.* id eſt, docebitis eos leges de mundo, & immundo, vt ſic ſciant cauere immunditias, vel eſt ſenſus, q́ filij Iſrael cauerent immunditias, id eſt, q́ quamuis inciderent in immunditias, quòd ſcirent leges purificationum, & ſic cauerent ne antequam purificarentur, accederent ad Sanctuarium. *Et non moriantur in ſordibus ſuis, cum polluerint Tabernaculum meum.* id eſt, ſi non docerentur in cæremoniis purificationis, morerentur in ſordibus ſuis, ſcilicet, q́ C contraherent immunditias, & non curantes purificari, introirent in Sanctuarium, & ſic morerentur, quia Deus nolebat quòd immundi viri introirent in Sanctuarium. *Quod eſt inter eos.* id eſt, Tabernaculum eſt inter Iſraelitas: nam cum erant in deſerto ſituabatur Tabernaculum, & in ſitu, vel circuitu eius erant omnia caſtra diſtincta in quattuor partes ſub quattuor vexillis, vt habetur Numeri 2. cap. *Iſta eſt lex.* Hic ponitur recapitulatio, & epilogus ſuperiorum, ſcilicet, de quo dictum ſit in iſto cap. *Iſta*

1. Lex. *eſt lex eius, qui patitur fluxum ſeminis.* id eſt, iſta lex, quæ in hoc cap. habetur, eſt de eo qui patitur fluxum ſeminis, quid in eo accipiendum ſit, & accipitur hic pati fluxum ſeminis ſolũ pro illo, qui ſecundum ægritudinem patitur: nam de aliis pollutionibus immediatè explicatur: eſt autem de patiente fluxum ſeminis primum quod habe- D

2. Lex. tur in hoc cap. *Et qui polluitur coitu.* Iſta eſt alia lex, ſcilicet, quòd obſeruari debet in eo qui polluitur per ſemen coitus, quæ pollutio voluntaria eſt. De pollutione autem, quæ eſt in ſomnio nocturno nihil hic dicitur, ſed habetur Deuteronomij 23. cap. *Et quæ menſtruis temporibus*

3. Lex. *ſeparatur.* Iſta eſt alia lex, quę pertinebat ad mulieres, ſcilicet, quid fieri deberet mulieribus menſtruatis & dicitur, quòd menſtruis temporibus ſeparatur, id eſt, iſta eſt lex mulieris illius, quæ ſeparatur à cõmunione aliorum, temporibus menſtruis, id eſt, temporibus, quibus euenit ſanguis menſtrualis.

4. Lex. *Vel quæ iugi fluit ſanguine.* Iſta eſt alia lex, ſcilicet, de muliere, quæ patitur fluxum ſanguinis præter modum naturalem, & differt iſte fluxus ſanguinis à fluxu menſtruorum, ſecundum modum quem ſupra aſſignauimus. E Vocatur autem hic iſte iugis ſanguis, quoniam continuè fluit, non quidem quòd ſemper fluat, ſed quòd poſtquam incœperit, magis durat, quàm ſanguis menſtrualis: nam interdum per valde multa tempora durat, ſicut apparet de muliere illa, quæ manſit duodecim annis in fluxu ſanguinis, vt patet Marci 5. cap. Sanguis autem mẽſtrualis quolibet menſe euenit, ſed pauco tempore durat.

Et hominis, qui dormierit cum ea. id eſt, etiam habetur hic lex de homine, qui dormit cũ muliere menſtruata, vel cum ea, quæ continuum fluxum ſanguinis habet, quid fieri debeat in illo. Et quamquam dicatur hic, cum ea, quod videtur referri ad vnicam, tamen referendum eſt ad vtramque: æqua enim immunditia eſt, ad quamcunque earum carnaliter accedere, &c.

CAP. XVI.

LOCVTVSQ. *eſt Dominus ad Moyſen poſt mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti ſunt: & præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod eſt intra velum coram Propitiatorio quo tegitur Arca, vt non moriatur (quia in nube apparebo ſuper oraculum) niſi hæc ante fecerit: Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocauſtum. Tunica linea veſtietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti: hæc enim veſtimenta ſunt ſancta: quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur. Suſcipietq; ab vniuerſa multitudine filiorum Iſrael duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocauſtum. Cumq; obtulerit vitulum, & orauerit pro ſe & pro domo ſua, duos hircos ſtare faciet coram Domino in oſtio Tabernaculi teſtimonij, mittenſq; ſuper vtrumque ſortem, vnam Domino, & alteram capro emiſſario: cuius exierit ſors Domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emiſſarium, ſtatuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces ſuper eo, & emittat eum in ſolitudinem.* Sup. 10.

Sanctuariũ Summus Sacerdos quãdo ingredi debeat, & qua tunc agere.

LOCVTVSQ. *eſt.* In ſuperioribus dictum eſt de purganda immunditia perſonarum ſingularium, hic autem agitur ſimul de purificatione omnium. Et diuiditur in quattuor partes. Primò, diſtinguitur ad purificationem iſtam modus præparationis. Secundò, actus immolationis. Tertiò cultus celebrationis. Quartò ritus expiationis. Secunda ibi: *His ritè celebratis.* Tertia ibi: *Cumq; portauerit.* Quarta ibi: *Menſe ſeptimo.* Diuiſio.

An ſit verum quod Iudæi dicunt, quòd in die propitiationis 10. Septembris, Deus ſedeat ad iudicandum fatalia, & ad propitiandum peccatis, Quæſt. 1.

AD horum autem quæ in hoc cap. dicuntur ampliorem explanationem conſiderandum eſt, quòd Iudæi præter purificationes ſpeciales, quas habebant, faciebant vnam generalem purificationem pro omnibus, & hoc erat in vna die anni ſolummodo, ſcilicet, in decima die menſis Septembris, non tamen computatur menſis Septembris apud Iudæos, ſicut apud nos, quia ipſi incipiunt menſes per Lunationes, ideo rariſſimum eſt, vt in eadem die ipſi incipiant menſem, in quo nos incipimus; de quo latius dictum fuit ſuper Exod. cap. 12. In iſta die fiebant multa ſacrificia tam pro populo, quàm pro ipſiſmet Sacerdotibus, vt in littera patet. Etiam in hac die omnes Iſraelitæ ieiunabant, ita quòd nullus eorum quicquam comedebat, nec bibebat, ſed affligebant animas ſuas vſque ad Solis occaſum, vt habetur infra in littera, & infra 23. cap. Dicebant etiam Iudæi, quòd Dominus in hac die ſedebat ad propitiandum peccatis eorum; & ad iudicandum fatalia, ſcilicet, diſtribuendo vnicuique homini, quid ei deberet euenire in anno illo, & ob hoc Iudæi affligebant ſe tunc ieiunantes, & facientes ſacrificia, atque exorantes, ne Deus eis diſtribueret malam ſortem, aut aſpera fata decerneret pro peccatis eorũ. Sed hæc quæ Iudæi opinantur, abſurda valde ſunt: ſed adhuc magis ridicula, quàm abſurda. Dicunt enim Primò, quòd Deus in hac die ſedet ad remittẽdum peccata. Hoc enim valdè Deo repugnat: nam Deus, nec ſedere, nec ſtare poteſt: quia iſtæ ſunt poſitiones conuenientes ſubſtantiis habentibus quantitatem, ſecundum quam ſituentur in loco: Deus autem, nec quãtitatem habet, nec corpus eſt. Item, Deus ſi ſederet, in aliquo ſederet, & ſic in illo eſſet ſecundum naturam ſedentis, ſcilicet ſupra illud, & non infra illud, nec dextrorſum, aut ſiniſtrorſum, ſed Deus ſuper omnia eſt, & infra omnia, & in circuitu omnium, & ad quamlibet differentiam poſitionis, ergo in nullo ſedet. Item, qui in aliquo ſedet, ibi eſt, non alibi, quoniam aliter non diceretur ibi magis ſedere, quàm in aliis locis, ſed Deus vbique eſt, & extra omnia. ergo non ſedet in aliquo, nec in omnibus ſimul ſumptis, quia etiam eſt extra illa. Aliud autem quod dicunt, ſcilicet, quòd in illo die ſedeat ad parcendum,

De opinione Iudæorum, q́ Deus decima die Septẽbris ſedebat ad indicandum fatalia.

bricatione vituli, ſcilicet, quando Moyſes venit ad eos indicãs quòd Deus remiſiſſet iniquitatem eorum, & dicũt, quòd primus dies in quo fuit facta iſta expiatio, fuit dies ille in quo Moyſes venit in caſtra ferẽs tabulas, & denuncians peccati remiſſionẽ, & quia eum veniſſe decima die menſis Septembris, in illo die tunc fuiſſe factam expiationem, & in futuris ſæculis debuiſſe eodem die fieri. Sed iſti falſum præſupponunt: Primò, cum dicũt quòd Moyſes venit in caſtra decimo Septembris ferens tabulas: nam ad hoc ponunt Moyſen ſtetiſſe ter quadraginta diebus in monte cum Domino, ſcilicet primis quadraginta pro primis tabulis ſuſcipiendis, ſecundis quadraginta diebus pro remiſſione peccati in fabricatione vituli, tertiis quadraginta diebus pro ſecundis tabulis, & cum ipſi computant hos centum viginti dies, dicunt finiri illos in die decimo menſis Septembris, in quo venit Moyſes in B caſtra, & celebratum eſt feſtum expiationis, ſed in computatione iſta falſum aſſumunt, quia non terminantur iſti centum viginti dies die decimo Septembris, ſed aliquot diebus ante hoc computando ex primo die, quo aſcendit in montem poſt dationem legis, ſicut declarauimus Exodi 33. & Deuteronomij 9. cap. Item iſti falſum præſupponunt, ſcilicet, quòd Moyſes ſteterit ter quadraginta diebus cum Domino in monte: nam ſolum ſtetit bis quadraginta diebus, ſcilicet, primis quadraginta pro tabularum primarum ſuſceptione, ſecundis quadraginta pro remiſſione peccati de fabricatione vituli, & pro ſecundis tabulis: nam iſti duo concidunt ſecundum tempus, vt probatum fuit Exodi 33. cap. & Deuteronomij 9. cap. Neceſſarium eſt igitur, vt Moyſes pluribus, quam quadraginta diebus ante decimum diem Septembris in C caſtra venerit, & ſic non venit in die propitiationis. Item, hoc quod dicunt, ſcilicet, in die illo, quo Moyſes deſcendit de monte, celebrata fuit feſtiuitas expiationis, repugnat litteræ, & principio huius libri manifeſtè: vnde falſum eſt; quod apparet: quia feſtiuitas expiationis nunquam potuit celebrari quouſque Deus illud iuberet, nihil namque Iudæi à ſeipſis facere audebant, quantum ad cæremonias cultus Diuini, niſi quòd ipſe iuſſiſſet, ne viderentur incidere in idololatriam: Etiam quia in iſto feſto multæ cæremoniæ fiebant ſacrificiorum, quas Iudæi nullo modo facere ſciuiſſent, niſi Deus eas iuſſiſſet; prius ergo Deus iuſſit celebrari feſtũ propitiationis, quam celebraretur. Sed nunquam Deus illud iuſſit, quouſque factum eſt Tabernaculum, ergo nunquam ante hoc obſeruata fuit iſta feſtiuitas; patet hoc: quia ſupra 1. cap. dicitur, quòd Deus locutus fuit iſta Moyſi in D Tabernaculo teſtimonij, tamen iſtud Tabernaculum teſtimonij non fuit vſquequo Moyſes deſcendit de monte, & collegit de populo oblationes, & munera ad fabricandum illud, & poſtea fabricauit, vt habetur Exo. 24. cap. & 35. non ergo fuit facta expiatio die qua ipſe venit in caſtra. Item patet: quia Tabernaculum conſummatum eſt in principio anni ſecundi ab exitu de Aegypto, menſe primo, die primo menſis, ergo non poterat fieri feſtum expiationis vſque poſt iſtud tempus: Moyſes tñ in primo anno ab exitu de Ægypto aſcendit in montem, & deſcendit de eo, ſcilicet, in fine menſis Iulij, vel quaſi. Vel etiam ſi dicatur ſecundum opinionem Iudæorum ſupra improbatã, ꝙ deſcenderit decimo die menſis Septembris, (ſemper namque ad eundem primum annum pertinet dies deſcenſionis de E de monte) dicendum eſt, quòd non potuit celebrari feſtiuitas expiationis vſque ad menſem Septembris anni ſecundi ab exitu de Aegypto, & ſic ad minus fuit vnus annus, & amplius iſta celebritas facta poſt deſcensũ Moyſi de monte. Ex quo videtur magis dicendum, ꝙ nunquam in toto deſerto Iſraelitæ obſeruauerunt feſtiuitatẽ expiationis per quadraginta annos, quibus ibi ſteterũt. Sed primo incæperũt hoc facere in terra promiſſionis, poſtquam in eam ingreſſi ſunt, vt apparet; quia in iſta feſtiuitate fiebant ſacrificia, vt habetur in littera, & Num. 29. cap. Tamen iſta nunquã potuerunt fieri, niſi in mõte Synai, quia nunquã alibi habuerunt quietem, ſm ꝙ ſatis cognoſcitur ex proceſſu libri Numerorum: maximè, quia Num. 28. c. mandatur ꝙ Iſraelitæ offerant ſacrificia in terra promiſſionis, ſicut obtulerunt in monte Synai. Ex quo videtur,

A ꝙ in alijs locis non offerrebant, quia aliàs non diceretur ſic, ſed ꝙ offerrent in terra promiſſionis ſacrificia, ſicut offerebant in deſerto, ſicut ẽt patet in conſecratione Eleazari Summi ſacerdotis filij Aaron, in qua nõ fuit factum aliquod ſacrificium, ſed ſolum fuit indutus veſtibus ſacerdotalibus, vt habetur Numeri 2. cap. & declarauimus Exo. 29. cap. Non igitur fuit facta aliqua celebratio diei propitiationis in toto deſerto, ſed poſt ingreſſũ in terram promiſſionis, & ſic ad minus quadraginta annis poſt deſcenſum de monte non fuit celebrata feſtiuitas propitiationis. Falſum eſt igitur quod Hebræi dicunt, ſcilicet, ꝙ in die quo Moyſes deſcendit de monte, fuit celebratio facta diei propitiationis. Hanc quoque opinionem tenet Nicolaus, allegans eam pro prima cauſa huius feſtiuitatis. Alia autem cauſa ponitur huius feſtiuitatis, quam hic ponit Nicolaus, ſcilicet, quòd in vna die omnes negligentiæ; & immunditiæ, quæ contractæ fuerant per annum, delerentur: nam interdum aliquis contraheret immunditiam, & nõ mundaretur, ſiue per obliuionem, ſiue per negligentiã: conueniens igitur erat, vt in vna die anni pro omnibus his fieret remiſſio. Et poteſt poni exemplum de feſtiuitate Omnium Sanctorum: nam cum non celebrentur per totum annum ſpecialiter feſtiuitates ſingulorum Sanctorum, vel in eis quæ celebrantur aliquid omittitur, in vna die in qua eſt generalis ſollemnitas omnium Sanctorum, ea quæ omiſſa ſunt, ſupplentur. Sed adhuc iſta cauſa aſſignari non poteſt: nam aliæ purificationes, quæ interdum omittebantur, erant aliquarum immunditiarum corporalium, in quibus nõ erat peccatum, ſicut cõtingere mortuum, aut intrare in domum eius, vel agere aliqua ſimilia, in quibus quãquam immunditia ſit, peccatum tamen non eſt. Hic autem non fit expiatio pro immunditiis corporalibus, ſed pro veris peccatis; quod patet: quia in littera dicitur, infra, ꝙ ſacerdos confitebatur omnia peccata populi cuidam hirco, & imprecabatur illa ſuper caput eius; ſed in immunditiis corporalibus non eſt talis confeſſio peccatorum. Item, quia hic ſacerdos orabat pro peccatis ſuis, & peccatis totius populi, tamen in immunditiis purificandis, non fiebant orationes pro peccato. Dicendum igitur, quòd nulla cauſa iſtarum verè ſubſiſtit; Sed cauſa huius feſtiuitatis erat expiatio verorum peccatorum, & hoc dupliciter, ſcilicet, quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, eo quòd ſecundum leges huius diei inducebantur homines ad dolendum de peccatis ſuis, cum deberent omnes affligi in illa die, vt habetur hic in littera, & infra 23. cap. Etiam quia homines orabant in illa die pro remiſſione peccatorum ſuorum. Deus quando oratur, peccata remittit ſaltem, quantum ad culpam, pœnas autem culparum interdum per orationem remittit, interdum verò non, ſecundum feruorem orationis, & diſpoſitionem orantis. Item inducebantur homines ad hoc, vt Deus remitteret eis pœnas peccatorum, vel in totum, vel in partem; quod apparet: quia omnis pœna, quæ hic ſpontaneè ſuſcipitur, aut ſaltem patienter toleratur, ad diminutionem pœnarum debitarum poſt mortem pro peccatis proficit, ſed in hac die Iudæi aliquas pęnalitates in ſe ſuſcipiebant, cum omnes affligerent animas ſuas, iuxta illud quod infra habetur, ſcilicet: Anima, quæ in hac die afflicta non fuerit, peribit de populo ſuo. Erat autem afflictio, ꝙ tota die illa nihil comedebant, nec bibebant, nec ad vxores accedebant, & nudis pedibus ambulabant. Item, de ſubſtãtia ſua diminuebant in ſacrificia erogantes; quæ omnia ad pœnalitates pertinent, & ſatisfactoriæ ſunt pro pœnis in futurum tolerandis. Hæc autem pro peccatis fieri ſaltem ſemel in anno conueniens valde fuit: nam homines continuè peccant, & niſi interdum detur eis pœnitendi occaſio, abirent in infinitum, peccatis peccata ſuperaddentes, & ideo quanquam ad pœnitentiam peccatorum omnia tempora apta ſint, & Deus hoc acceptet, tamen homines refugiunt pœnitentiam, ideo ſi aliqualiter ad eam non compellantur, rari eſſent, qui pœniterẽt: decuit igitur valde, vt poneretur aliqua lex coactiua inducens homines ad ſemel in anno pœnitendum; quod patet cum infra dicitur in littera, & cap. 23. Anima, quæ in hac die afflicta non fuerit, peribit de populo ſuo. Idẽ modus

Cauſa feſtiuitatis erat expiatio verorũ peccatorum dupliciter.

quaſi in Eccleſia obſeruatur: quoniam quamquam omni tempore Eccleſia recipiat pœnitentes, & confitentes, cogit tamen, vt ſaltem ſemel in anno confiteantur, vt habetur extra, de pœnitent. & remiſſione, cap. omnis vtriuſque ſexus. Differt tamen aliqualiter obſeruatio, quæ fit in Eccleſia, ab ea quæ fiebat in Veteri Teſtamento, de qua hic: nam hic homines non confitebantur ſpecialiter peccata ſua, quamuis de eis dolerent, & affligerent animas ſuas: ſed Sacerdos cõfitebatur omnia peccata populi hirco. Nunc verò quilibet de peccatis ſuis dolet, & ea confitetur, atque iniunctam exequitur pœnitentiam: fuit ergo conuenientiſſimum inter omnes cęremonias Veteris Teſtamenti ſtatui diem expiationis; ideo non fuit aliqua cęremonialis obſeruatio in Veteri Teſtamento, quæ ita accederet ad conformitatem legis Euangelicæ, & rituum Noui Teſtamenti, ſicut hæc; nec ad veritatem directionis vitæ humanæ ad finem ſuum, quoniam hic fiebat vera remiſſio peccatorũ, per nullam autem aliarum cæremoniarũ ita directè, & efficaciter inducebantur homines ad eam. *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen.* Iſta lex ſicut, & ceteræ, data fuit Moyſi, & ei ſpecialiter, & deinde vt eam populo denunciaret. Et iſta locutio videbitur eſſe dubium an fuerit continuata aliis, vel per quandam interpolationem facta. In quo aliquis poterit reſpondere, vtrumque eſſe poſſibile, ſed non patere, an per continuationem dicta fuerit. In quo dicendum eſt, hoc non poſſe ſtare, ſed oportet dicere iſtam legem non eſſe ſimul datam cum omnibus ſuperioribus, quia ſuperiores leges, vel ſaltem plures ex eis datæ ſunt ante conſecrationem Aaron, & antequam fieret aliqua ſacrificia: iſta tamen lex data eſt poſtquam fuit cõſecratus Aaron, & filij eius, quod patet in littera, cum dicitur: Locutus eſt Dominus ad Moyſen, poſt mortem duorum filiorum Aaron. Iſti autem filij Aaron mortui ſunt poſt conſecrationem ſuam die octauo conſecrationis, quia incipiebant nouiter miniſtrare, vt habetur ſupra 10. cap. iuncto 9. cap. Non ergo potuit dari ſimul iſta lex cum aliis, quæ datæ fuerunt, antequam fieret aliqua ſacrificia, & ſic fuit per interpolationem. Et patet ex hoc reſponſio ad eam quæſtionem, in qua aliqui dubitant, vtrum iſta omnia, quæ dicuntur in hoc Leuitico, ſimul fuerint dicta Moyſi; & eſt reſpondendum, quòd non, vt hic apparet. *Poſt mortem duorum filiorum Aaron.* In hoc deſignatur tempus dationis huius legis, ſcilicet, quòd non fuit data ante conſecrationem Sacerdotum; nec dum conſecrarentur, ſed poſtea aliquanto tempore, quantum autem illud fuerit, patere non poteſt. Item ex hoc apparet illud, quod ſupra dicebatur, ſcilicet, quòd non fuit celebrata feſtiuitas expiationis ea die, qua Moyſes de monte deſcendens introiuit in caſtra; quoniam non potuit fieri talis obſeruatio quouſque iſta lex daretur, vt ibi probatum eſt; ſed non fuerat data adhuc eo tempore quo deſcendit Moyſes de monte, cum dicatur hic, quòd fuerit data poſt mortem duorum filiorum Aaron: inter hæc tamen inciderunt aliqua tempora, ſcilicet, tempus in quo Iſraelitæ obtulerunt donaria ad fabricandum Sanctuarium, & tempus in quo fabricatum eſt, & tempus conſecrationis Sacerdotum, quouſque mortui fuerunt filij Aaron, & hoc totum tempus cognitum eſt quantum erat, quoniam erat quaſi ſeptem menſium, & dimidij, poſt hoc autem fuit aliud tempus, cuius quantitas ignoratur, quod intercidit inter mortem duorum filiorum Aaron, & dationem huius legis.

Non erat aliqua cæremonia in toto Vet. Teſtament. quæ tantũ pertineret ad directionem vitæ humanæ, & cõformaretur No. Teſt. ſicut ſolemnitas expiationis.

Quare dicatur hic, legem hanc poſt mortem filiorum Aaron datam fuiſſe. Quæſt. III.

QVÆRET autem aliquis, quare dicatur hic, ꝙ iſta lex fuit data poſt mortem filiorum Aaron: nam aliæ quoque leges datæ fuerunt poſt illa tempora, de eis tamen mentio non fit, quia poſt hæc tempora datæ fuerunt. Reſpondendum eſt, ꝙ in iſta lege volebat Deus facere, vt Sacerdotes cautè ſe haberent circa executionem miniſteriorũ Diuinorũ, alioquin morerentur; & quia ſic factum fuerat de duobus filiis Aaron (nam mortui ſunt, quia nõ obſeruauerũt debitas cęremonias in miniſtrando, vt habetur ſupra 10. cap.) ideo cõueniens fuit, vt

F fieret mentio de morte horum duorum ſacerdotũ. Quòd autem iſta fuerit intentio Moyſi ponẽtis iſta hic, apparet: quia infra dicitur, ꝙ ſacerdos Magnus non intraret omni tempore intra Sancta Sanctorum, alioquin moreretur. *Quando offerentes ignem alienum interfecti ſunt.* Ponit hic peccatum eorum, ſcilicet quia errauerunt in cæremoniis offerendo coram Domino ignem alienum, & hunc offerre volebant ſuper altare thymiamatum, ad cremandum thymiama, & antequã accederent illuc, egreſſus eſt ignis à Domino de altari holocauſtorũ, & deuorauit eos. Dicuntur iſti obtuliſſe ignem alienum, quia cum debuiſſent ponere prunas de altari holocauſtorum in turibulis ſuis, impoſuerunt de igne alieno, qui erat in atrio Tabernaculi, in quo coquebantur carnes victimarum pacificarum: de his latius dictum eſt ſupra 10. cap. Ex hoc autem ap-
G paret id, quod ſupra dicebatur, ſcilicet, quòd poſitum fuerit hic de morte Nadab, & Abiu, vt per eorum pœnas alij ad caute miniſtrandum erudirentur, & apparet: quia dicitur hic, propter quid fuerint occiſi, ſcilicet, quia errauerunt in miniſtratione. *Et præcepit ei, dicens.* Ad Moyſen refertur, quia ei præcepit Deus, vt denunciaret populo omnia, quæ infra habentur de cæremoniis huius feſtiuitatis. De hac enim feſtiuitate non ſolum habetur hic, ſed etiam infra 23. cap. habetur ſolum de obſeruatione huius diei, ita quòd nullum opus ſeruile in ea fieret, & de afflictione animarum, & Numeri 29. habetur de ſacrificiis, quæ fiebant in hoc die: hic tamen de omnibus plenius habetur. *Loquere ad Aaron fratrem tuum.* Hic mandatur Moyſi, vt proferat iſtam legem ſoli Aaron. Cuius cauſa eſt: quia hic ponuntur duæ le-
H ges, quarum vna eſt de obſeruatione ſacerdotum, quantum ad acceſſum ad loca ſacra, ſcilicet, ne introirent in Sancta Sanctorum omni tempore. Secunda eſt de cæremoniis diei expiationis. Prima harum ad ſolos ſacerdotes pertinet, nec etiam ad omnes, ſed ad ſolum ſacerdotem Magnum, vt habetur hic: ipſe namque ſolus introibat in locum illum, vt habetur ad Hebr. 9. cap. Secunda harum pertinebat tam ad ſacerdotes, quam ad populares. Sed hic in principio ponitur illa lex, quæ pertinebat ad ſolum ſacerdotem Magnum: ergo ad eum ſolum debuit mandari, quòd loqueretur hic Moyſes. *Loquere ad Aaron fratrem tuum*, ſcilicet, fratrem maiorem: erat enim Aaron maior Moyſe tribus annis: nam cũ educti fuerunt filij Iſrael ex Aegypto, erat Moyſes annorum octoginta, & Aaron annorum octogintatrium, vt habe-
I tur Exod. 7. Et etiam iſta fuit vna de cauſis, quare Aaron aſſumpſit Summum ſacerdotium, & non Moyſes: nam Summum ſacerdotium, conueniebat primogenitis, & Aaron erat primogenitus Amram, vt habetur Exodi 6. cap. *Ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod eſt intra velum*, id eſt, ne ingrediatur omni tempore intra Sancta Sanctorum. Pro quo ſciendum eſt, quòd Sãctuarium dicebatur eſſe locus ille, in quo cęremonię cultus Dei fiebant, & ſecundum hoc diuiditur in duas partes: quia quidam erat locus in quo fiebant cæremoniæ quæ omnibus patebant, ſcilicet ſacrificia; & alius erat locus in quo fiebant cæremoniæ, quas ſoli ſacerdotes faciebant, & videbãt: Primus locus vocatur Atrium Tabernaculi, & iſtud erat quædam latitudo magna, vel ſpaciũ, cuius erat longitudo centum cubitorum, & latitudo quinquaginta, &
K habebat columnas quinque cubitorum altitudinis in circuitu poſitas, ita vt maneret clauſum totũ illud ſpacium in circuitu, ſed tectũ nullũ habebat, ideo poterat in illud pluere, & irruere vẽti: in hac parte Atrij Tabernaculi ſtabat Altare holocauſtorũ, in quo fiebant ſacrificia, & Labrum æneũ, in quo lauabantur ſacerdotes. Erat aũt ſecunda pars, vel locus ſecundus Sãctuarii, qui vocabatur Tabernaculum, & iſta pars erat quidam locus ſecretior, poſitus intra primum locum, qui vocabatur Atrium Tabernaculi. Erat aũt iſte locus in longitudine 30. cubitorum, & in latitudine 10. in circuitu habens tabulas circumtectas, tectum aũt habebat quadruplex, ſ. de cortinis, & de ſagis, & de pellibus arietum rubricatis, atque de pellibus hyacinthinis, & in iſtum ſecundum locum non ingrediebantur populares, ſed ſoli ſacerdotes cõſummãtes ibi miniſteria cęremoniarum ſuarum; In primum aũt locum liberum

De Sanctuario, & duabus partibus eius, & qualiter erat diſpoſita.

berum erat popularibus ingredi. De ſituatione horum A duorum locorum dictum eſt latiſſimè Exo.26. & 27.tam in littera,quàm in commento.Iſte autem ſecundus locus qui vocatur Tabernaculum,diuidebatur in duas partes, quoniam quædam pars anterior erat in introitu ipſius Tabernaculi, quæ habebat in longitudine cubitos viginti,& in latitudine cubitos decē,& iſta vocabatur Sāctuarium,vel Sanctum:& in hanc poterant introire quotidie Aaron,& filij eius. & introibāt aliqui de ipſis ad faciendum cęremonias miniſtrationis quotidianæ. Erat autem in hac parte Candelabrum cum lucernis ſuis,& ad illud ingrediebatur aliquis de Sacerdotibus quotidie ad incēdendum lucernas in mane,& in veſpere,vt habetur Exodi 27.& 30.cap.Erat autem in parte iſta menſa propoſitionis in latere Septentrionali, ſuper quam erant ſemper 12.panes,in memoriam 12.filiorum Iſrael, & mutabantur per ſingula Sabbata, vt ponerentur alij recentes, vt B habetur infra 24.capite.

Erat etiam ibi Altare thymiamatum opertum laminis aureis,in quo quotidie cremabatur thymiama in mane,& in veſpere,vt habetur Exodi 30.cap.miniſtrationes enim in omnibus iſtis partibus erant quotidianæ,ideo ſacerdotes introibāt quotidie in iſtam partem.Erat autem alia ſecunda particula huius Tabernaculi in poſteriori eius parte,contra Occidentem, quæ habebat in latitudine cubitos 10.& in longitudine totidem, ſ.quadrata exiſtens,& iſta vocatur Sancta Sanctorum, vel Sāctuarium poſt velum,in qua ſolum erat Arca Teſtamenti, & ſuper eam Propitiatorium, & duo Cherubim, de auro mūdiſſimo,& ibi non fiebat aliqua miniſtratio,nec cultus Dei, ſed manebat locus ille ſecretus ab acceſſu hominum ſe- C queſtratus, præter quam in die expiationis, cū Summus Sacerdos aſpergeret ibi ſanguinē cōtra Propitiatorium. Et de hac ſecūda particula loquitur hic littera, cum agit de Sacerdote,ne intret in Sanctuarium,quod eſt poſt velū. Nam vt dictum eſt,iſtud Tabernaculū habebat duas partes,quæ diſtinguebantur quodam velo interpoſitō,& pendente ante quattuor columnas; & illa particula,quæ vocatur Sancta Sanctorum,erat Sanctuarium,quod erat poſt velum,id eſt,vltra velum.Prima pars quæ vocabatur Sanctuarium,erat ante velum,& de iſta prima parte non loquebatur Deus, quoniam licebat ſacerdoti Magno, & omnibus minoribus, introire in illam, ad miniſtrationes quotidianas, ſicut ſupra dictum eſt: ſed de illa particula quæ erat poſt velum,ſ.de Sancta Sanctorum,vbi non fiebat aliqua quotidiana miniſtratio,ſed de anno,in annum D in hanc nunquam licebat introire ſacerdotibus minoribus,cū ſtaret erectum Tabernaculū, ſed cū deponeretur ad caſtra mouenda:tunc enim ipſi introibant cum ſacerdote Magno,& cooperiebant Arcam, & Cherubim cum velamentis ſuis,& tribuebant ea portanda Leuitis,vt habetur Numeri 4.cap.Sacerdoti autem Magno,nunquam licebat introire in iſtud ſecundum Sanctuarium,niſi cum ſacerdotes minores introibant ad deportādum, aliàs deponendum Tabernaculum,cum ipſe cum eis deponebat. Habebat autem Sacerdos Magnus ſuper ſacerdotes minores hoc,quòd poſſet introire illuc ſemel in anno in die propitiationis,de qua hic agitur.De hoc habetur ad Hebræos cap.9.cum dicitur:In priori quidem Tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes,ſacrificiorū officia conſummantes; in ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex E nō ſine ſanguine,quem offert pro ſua,& populi ignorantia. Moyſes autem ſupremum ius ſuper omnes iſtos habebat, ſ. quòd quandocumque vellet introire in Sancta Sanctorum,introiret. Vnde,ſi aliquādo dubitabat de aliquo,introibat in Sancta Sāctorum,& ibi audiebat Deum reſpondentem ſibi, vt habetur Num.7.cap.verſ.89.cum dicitur:Cumq; ingrederetur Moyſes Tabernaculum fęderis, vt conſultaret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de Propitiatorio, quod erat ſuper Arcam teſtimonij inter duos Cherubim,vnde loquebatur ei.

Cauſa autem iſtorū omniū erat: quia Sācta Sāctorum erat locus ſecretiſſimus ab omni humana cōmunione ſequeſtratus,nec ad aliquod miniſteriū deputatus,ſicut aliç partes Sanctuarij ſuis officiis deputatæ erāt: ſed vt Deus ibi ſpecialiter habitaret,& ad magnam reuerentiam eius demōſtrandum. Erat.n.ſuper Propitiatorium inter duos Cherubim vox Dei, quæ audiebatur: ſacerdotes autem minores erant indigni audire iſtam vocem, ideo non debebant ingredi in Sancta Sanctorum, & quia non ſolum audiebatur illa vox intra Sancta Sāctorum cum formaretur,ſed etiam in Sanctuario,quod erat prima pars Tabernaculi, quia ſolo velo interpoſito iſtæ duæ particulæ diuidebātur, ideo qn̄ ſummus ſacerdos introibat in Sancta Sāctorum ſemel in anno, iubebatur, vt nullus eſſet in Sāctuario,ne audiret voces Dei loquentis de Propitiatorio,vt hr̄ infra in littera,cum dr̄. Nullus hominum ſit in Tabernaculo,quādo Pōtifex ingredietur in Sāctuarium.

De voce quæ audiebatur intra Sācta Sanctorum.

Erat autem præter hoc inter duos Cherubim, ſuper Propitiatoriū,quoddam corpus formatū de aere, in quo Angelus quidam proferebat verba, reſpondens quæſtionibus propoſitis à Sacerdote ingrediēte,& nō erat Deus, iſte qui loquebatur:ſed Angelus quidam,quoniam Deus non poteſt formare aliquam vocem.Patet:quia ſi formaret illam, aut eſſet hoc per creationem, aut per aliquam formationem in inſtrumentis, non poteſt autem primo modo vox à Deo cauſari, nō quidem,quòd ipſe ſit impotens ad eam creandam: ſed quia repugnat voci ſecundum ſe, creari, quod patet: quia creatio fit in inſtanti, nullo præſuppoſito, vocis aūt formatio neceſſario præexigit quandam ſucceſſionem:nam eſſentia vocis conſiſtit in ordine litterarum, & ſyllabarum,& prolationis, vnde ſi quis omnes particulas ſimul proferret, vox nulla eſſet illa quæ ante fuerat; creari ergo ſibi repugnat formaliter. Item ſecundo modo,ſcilicet,per formationem in aliquibus inſtrumētis Deus non poterat formare illam vocem,quoniam illa formatio quæ eſt in inſtrumētis fit ſecundum ſucceſſionem, Deus autem agere non poteſt per ſucceſſionem:nam cum eſſe agentis ſit in actione ſua,iuxta Ariſt.9.Ethic.illud ſolum agens poterit agere per ſucceſſionem, quòd habet eſſe ſuum in ſucceſſione quadam, ſicut ſunt omnes creaturæ quæ ſunt compoſitæ ex actu, & potentia, ſ. quòd aliquid ſunt, & aliquid eſſe poſſunt, ideò cum eis eſſe adueniat, quod non ſit, ſucceſſio quædam eſt:ſicut igitur eis ſucceſſio eſt in eſſendo, ita conuenienter ſucceſſio erat in agendo. Res autem quæ totum ſuum eſſe ſimul habent,ſicut Deus, qui non eſt compoſitus ex actu,& potentia,ita quòd aliquid ſit,& aliquid eſſe poſſit,ſed eſt purus,& ſimplex actus,id eſt, quòd quicquid eſt, iam eſt, nec aliquid vltra ſibi ineſſe poteſt, aut ipſe eſſe poteſt ſecundum conditionem æternitatis, quæ eſt interminabilis vitæ ſimul tota, & perfecta poſſeſſio. Iſtæ igitur res non poſſunt aliquid agere ſecundū ſucceſſionem,quia tunc aliquid eſſent, quod ante non fuerunt, quod faceret ſucceſſionem in eſſe. Neceſſariū eſt igitur,vt ſi Deus aliquid nūc facit,ab æterno illud factum ſit,& in æternū fiat, & in quocumque inſtāti aſſignato illud fiat, & factū ſit,quæ non acciderent,ſi fortaſſis in Deo ſucceſſionē poneremus:nō eſt igitur poſſibile Deū aliquid agere ſecundū ſucceſſionē, ſed vox ſecundum ſucceſſionem formatur, impoſſibile eſt ergo illum formare eam. De his latius dictum eſt Exodi 25.& 25.c. Manifeſtum eſt autem, ꝙ in Propitiatorio formabantur voces, vt habetur Exod.25.cap.& hic,& Num.7.cap.ergo neceſſarium erat,quòd formaretur illa vox ab aliquo Angelo,vel homine,ſed nullus hominum eo intrare poterat:quia ſi homo eſſet, non poſſet ſtare ſuper Propitiatorium inter alas Cherubim, & videretur ſi ibi ſtaret; & ēt non poſſet dare talia reſponſa,quoniam illud magis erat,quàm eſſe Prophetā,cum Princeps Prophetarum Moyſes ab illo inquireret veritatē rerum dubiarū. Dicendum eſt igitur,ꝙ ille erat Angelus, qui iſtas voces formaret, reuelatis ſibi à Deo eis,quæ reſpōdere deberet. Iſte autem Angelus non poterat per ſeipſum verba iſta proferre;quia Angelus eſt ſubſtātia ſimplex,& incorporea: voces autem ad formationem ſuam corpore indigēt. eſt igitur neceſſariū,vt ipſe Angelus aſſumeret aliquod corpus de aere condēſato, ad figurā corporis humani,& tantū erat dēſus ille aer, ꝙ videri poterat,ſicut quælibet alia res ſolida,vt paries,vel lapis;hoc autem neceſſarium eſt: quia ad hoc, vt formaretur vox intra illud corpus ex aere factū, debebat frangi aer per colliſionem quandam,iuxta Ariſtot.2.de Ani-

Angelus loquebatur,& nō Deus de Propitiatorio.

Eſſe agētis eſt in actione ſua.

ma, & niſi corpus illud, intra quod fieret colliſio, eſſet benè denſum, & aliqualiter durum, non poterat collidi aer ad formandam vocem, quoniam eleuaretur cedente ſibi alio aere circumſtante molli. Erat autem etiam iſtud corpus formatum ad ſimilitudinem humanam, quoniam iſta figura conuenientior eſt ad formãdum vocem, quam omnes aliæ, ideo ille qui introiret in Sanctuarium ſecundum, poſſet videre illud corpus, & quia ſacerdotes minores indigni erant talem videre formam, non permittebantur illuc introire.

Sacerdos Magnus erat indignus videre formã Angeli, non tamen audire.

Sacerdos autem Magnus propter officij dignitatẽ, non erat indignus audire vocem illam, cum audiret eam deſuper Propitiatorium, quando illuc ingrediebatur, erat tamen indignus videre illam formam, ideo non permittebatur, quòd illuc quotidie introiret. Iſta enim cauſa in littera redditur cum dicitur, quòd in nube apparebo ſuper oraculum, id eſt, ſuper Propitiatorium, ſed adhuc ea vice qua ingrediebatur illuc ſemel in anno, non videbat illam formam, quia nõ erat dignus videre eam, quia erat aliquid excellens valde. Etiam ne ob hoc moueretur ad idololatriam adorando viſam formam, & ob hoc mãdatur, ꝙ quãdocumque introiret ſacerdos Magnus in Sãcta Sanctorum, poneret prunas in turibulo, & deſuper thymiama, quod ante ſe ferret, vt vapor inde conſurgẽs operiret Propitiatorium, & nihil poſſet videre de illo corpore in quo formabantur voces, quod patet infra in littera, cum dicitur: aſſumptoq; turibulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compoſitum thymiama in incenſum, vltra velum intrabit in Sancta, vt poſitis ſuper ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum, quod eſt ſupra teſtimonium, & non moriatur.

De Moyſe autem aliter dicendum eſt: quoniam iſte introibat in Sancta Sanctorum quandocumque volebat, vt habetur Numeri 7. capite. Etiam quando intrabat, non portabat ante ſe thymiama, nec aliquid alterum, vt vapor conſurgens operiret illam formam corporis, in quo formabãtur voces.

Moyſes quare intrabat in Sancta Sanctorũ, quoties volebat.

Cauſa autem quare Moyſes introibat quãdocumque volebat, & ſacerdos Magnus ſolum ſemel in anno, in Sãcta Sanctorum, & ſacerdotes minores nunquam, erat ipſa neceſſitas rei, ſcilicet, ꝙ nunquam aliquis ingrediebatur illuc, niſi aliqua neceſſitas hoc expeteret. In Moyſe autem erat multoties neceſſitas ingrediẽdi intra Sancta Sanctorum, quia ipſe erat Dux populi, & requirebat eum populus in omnibus quæ fieri debebant; contingebat tñ interdum, vt ipſe Moyſes neſciret reſpondere ad ea quæ quærebantur, & tunc inquirebat à Domino reſponſum; ſicut patet, cum interrogauerunt eum filię Salphaad de hæreditate patris ſui, & ille neſciẽs reſpondere, requiſiuit à Domino, vt habetur Numer. 27. capite, & alibi ipſe Moyſes confitetur hoc, vt habetur Exodi 18. c. vbi dixit Moyſes ad Ietro ſocerum ſuum: Venit ad me populus, quærens ſententiã Dei: tñ non poterat ab eo populus habere ſententiam Dei, niſi ille ipſam primo à Deo haberet; & quia cõtingebat ſæpe ipſum Moyſen ignorare quid reſponderet populo inquirẽti, oportebat, vt haberet poteſtatẽ introeundi multoties intra Sancta Sanctorum; & quia iſtæ vices quibus Moyſes neſciret reſpondere populo, erant indeterminatæ, neceſſarium erat, vt daretur ei poteſtas introeundi in Sãcta Sanctorum quotieſcumque voluerit, ſcilicet quoties fierent iſtæ quæſtiones dubiæ. & iſta cauſa ſatis innuitur Numeri, 7. cap. cum dr̃: Cumq; ingrederetur Moyſes Tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de Propitiatorio, quod erat ſuper Arcam Teſtimonij inter duos Cherubim, vnde loquebatur ei.

Summus ſacerdos ſemel in anno introibat in Sancta Sanctorũ, minores nũquam.

De ſacerdote Magno aliter dicendum eſt, ſcilicet, ꝙ ſolum introibat intra Sancta Sanctorum ſemel in anno. Cuius cauſa eſt: quia ſolũ erat neceſſitas ad ſemel ingrediendum, & erat in hoc, quia in die propitiationis in qua fiebat generalis expiatio pro peccatis, & recõciliatio omnium immũditiarum, debebat eſſe quædam aſperſio ſanguinis contra Propitiatorium ad emundationẽ, ſicut magis declarabitur; ad quod erat neceſſarium, vt aliquis ſacerdos intraret intra Sancta Sanctorum. Sed id non conueniebat Moyſi, quia ipſe Propheta erat, & non ſacerdos, ideo cæremoniæ iſtæ, quæ fiebant in die expiationis, cum

F eſſent purè ſacerdotales, nõ debebant fieri per ipſum, ſed per ſacerdotes: & quia inter ſacerdotes dignior erat ſummus ſacerdos, & iſta erat maxima miniſtratio, pertinebat igitur ad Summum ſacerdotem; & quoniã ſolum ſemel in anno fiebat iſta expiatio, ſolum ſemel quolibet anno poterat introire Summus ſacerdos intra Sancta Sanctorum. De ſacerdotibus autem minoribus aliter dicendum eſt, ſ. quòd ipſi nõ intrarent aliquo tẽpore in Sancta Sanctorum. Cuius cauſa eſt: quia non erat aliqua neceſſitas in eis, & apparet, quia ſi illuc introirent, aut hoc eſſet ad inquirendum aliquid à Deo; quod non conueniebat: quia hoc ſolum pertinebat ad Moyſen, aut introirẽt ad faciendum aliquas cæremonias ſacerdotales, & hoc etiam non conueniebat: quia ad ſacerdotem Magnum iſta pertinebant; nũquam ergo erat licitum minoribus ſacerdotibus
G introire in Sancta Sanctorum, erecto Sanctuario.

Quare Summus Sacerdos cum introiret intra Sancta Sanctorum, ferebat ante ſe thymiama, Moyſes autem non. Quæſt. IIII.

QVÆRET autem aliquis, quare Summus ſacerdos cum introiret intra Sancta Sanctorum ferebat ante ſe thymiama ſuper prunas, & Moyſes cũ illud introibat nihil ferebat? Reſpondendũ eſt, ꝙ planum eſt de ſacerdote Magno, quare ante ſe portaret thymiama, quia infra in littera dicitur, quòd hoc fiebat, vt vapor aſcendens operiret Propitiatorium, vt ſacerdos non videret. De Moyſe autem quare nõ faceret idẽ, cauſa eſt; quia Summus ſacerdos faciebat hoc, vt nõ videret formam il-
H lam apparentem ſuper Propitiatorium. Et hoc propter duo: Primò, quia indignus erat tali viſione. Secundò, quia ex hoc poſſet habere occaſionem idololatrandi, Moyſes autem neutrũ horum habebat. De primo patet: quoniam ipſe dignus erat videre illam formam corporis, cũ Deus eum maioribus dignum feciſſet, & oſtenderet quædam alia, quæ erant magis demonſtratiua gloriæ ſuæ. Sic habetur Exodi 33. capite cum dicitur: Loquebatur aũt Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum, & poſtea in eodem cap. dicitur: inueniſti gratiam coram me, & teipſum noui ex nomine. Et cum Moyſes diceret: oſtende mihi gloriam tuam; reſpondit Deus, ego oſtendam omne bonum tibi: dignus igitur erat hac viſione. Item, ſecunda cauſa non erat in eo, ſcilicet, quòd ipſe induceretur ad idololatriam per illã for-
I mam viſam, quoniam ipſe nouerat quid erãt omnia hæc, & ſciebat quid adorare deberet vt Deum, & quid erat repræſentatiuum Dei, & non adorandum. Habebat enim ſe Moyſes ad Summum ſacerdotẽ, ſicut ſe habebat Summus ſacerdos ad minores ſacerdotes: nam iſti minores nõ erant digni videre illam formam corporis in Propitiatorio, nec audire vocem eius, Summus autem ſacerdos dignus habebatur audire vocem iſtam, ſed non videre formam illam; ideo, quanquam intraret in Sanctuarium interius, tamen ferebat coram ſe thymiama, vt nihil ibi videre poſſet. Moyſes autem ad vtrumque dignus erat, ſcilicet ad videndam formam, & audiendam vocem, ideo non oportebat, vt coram ſe thymiama intro ferret.

Quare minores ſacerdotes intrabant in Sancta Sanctorũ, cum
K *deponendum eſſet Sanctuarium. Quæſt. V.*

SED adhuc quæret aliquis, quare ſacerdotes minores intrabant in Sancta Sanctorum, cum deponendum eſſet Sanctuarium, quia tunc eodem modo videbantur indigni videre ea, quæ erant intra Sancta Sanctorum.

Reſpondendum eſt, quòd non erat ibi aliquid, ſecundum quod iſti eſſent indigni ad videndum: nã ille Angelus qui habebat ibi corpus aereum formatũ, nõ manebat ibidem, cum deponebatur Sãctuariũ, quod apparet: quia iſte erat Angelus, q mouebat columnã nubis, & iſta ſemper pendebat ſuper Tabernaculum, qñ caſtra manebant, vt habetur Exodi 41. cap. & Num. 9. cap. tũc autem poterat Angelus ille conuenienter eſſe intra Sancta Sanctorum in Propitiatorio, cum autem caſtra mouenda forent, oportebat, vt primo colũna nubis eleuaretur deſuper Taberna-

bernaculum deſerens illud, & tunc Sacerdotes deponebant Tabernaculum ad portandum, & alij Iſraelitæ deponebant tentoria ſua, vt habetur Num. 9. & 10. capite. Quando igitur Sacerdotes deponebãt Sanctuarium, non erat Angelus in corpore formato in Propitiatorio, & ſic quanquam intrarent, nihil viderent niſi ipſam Arcam, & Cherubim, & ad hoc non erant indigni. Conueniens ergo erat, vt Sacerdotes minores, tunc introirent intra Sancta Sanctorum: aliàs autem nũquam, vt patet Numeri 3. cap. Potiſſimè, cum tunc neceſſitas exigeret, vt introirent tunc Sacerdotes minores illuc: alioquin enim non deponi potuiſſet Sanctuarium, & non introferebat tunc Sacerdos Magnus thymiama coram ſe, & aliis Sacerdotibus: non enim ſubſiſtebat cauſa quæ aliàs. Fiebat namq; iſta incenſio thymiamatis, vt de fumo aſcendente obnubilaretur tota domus intra Sancta Sanctorum, ne Sacerdos videre B poſſet formam corporis, quæ erat ſuper Propitiatorium: tunc autem cum introibant alij Sacerdotes ad deponendum Sãctuarium, iam receſſerat Angelus, qui erat in corpore illo aereo ſuper Propitiatorium, quia eleuauerat columnam nubis ad mouendũ caſtra, vt ſupra declaratum eſt: nihil ergo ibi videri poterat, & conſequenter non erat neceſſarium ponere thymiama ad operiendum aliquid.

Quando minores ſacerdotes intrabant non erat ibi Angelus

Ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium. Accipitur hic Sanctuarium ſpecialiter pro particula vltima Sanctuarij, quæ erat Sancta Sanctorum, & declaratur per id, quod ſequitur, ſ. Sanctuarium, quod eſt intra velum: nam non erat aliquod aliud Sanctuarium intra velum, niſi Sancta Sanctorum, aliæ namque partes exterius erant.

Quod eſt intra velum coram Propitiatorio. Velum accipitur hic pro quadam cortina, quæ erat intra duas partes C Sanctuarij ipſius Tabernaculi diſtinguẽs eas ad inuicem, & prima pars vocabatur Sanctum, ſecunda vocabatur Sancta Sanctorum, & iſta erat intra velum.

Coram Propitiatorio. Iſta determinatio non refertur ad iſta, quæ immediatè ſunt dicta, quia tunc eſſet ſenſus, ꝙ Sanctuarium, quod eſt intra velum, i. Sancta Sanctorum, eſſet coram Propitiatorio. Sed falſum eſt: quia ipſum Propitiatorium erat intra Sancta Sanctorum, ergo non poterat dici Sãcta Sanctorum interius eſſe coram Propitiatorio: quoniam quando duo ſunt, quorum vnum ante alterum eſt, illa ab inuicem diſtincta eſſe oportet, ita, ꝙ vnum non ſit pars alterius, quia nec totum eſt ante partem, nec pars ante totum, cum vnum non ponat numerum contra alterum: ſed refertur iſta determinatio ad verbum, quod ponebatur ſuperius, ſ. non ingrediatur, & tunc eſt ſenſus, D non ingrediatur Aaron coram Propitiatorio, quo tegitur Arca, in Sanctuarium, quod eſt intra velum.

Propitiatoriũ q̃d.

Vocatur Propitiatorium, quædam tabula facta de auro puriſſimo, quæ erat ſuper Arcam tanquam eius coopertorium, & ſuper iſtam tabulam erant duo Cherubim productiles ex illa: vocabatur autem iſta tabula Propitiatorium: quia ibi Deus ſedere dicebatur, & cum oraretur ibi pro remiſſione peccatorũ, remittebat, quod eſt propitiari. Vocatur etiam iſta tabula oraculum, vt patet immediatè, cuius cauſa infra ſubiũgetur. Dicebatur introire Sacerdos coram Propitiatorio, nominando iſtam particulam, tanquam ſpecialiorem, & hoc, quia ſuper eam Deus ſedere dicebatur, vt habetur immediatè, cum dicitur: quòd in nube apparebo ſuper oraculum, & contra iſtam partem Sacerdos ſe inclinabat, & orabat. Debuit E igitur hæc ſpecialius nominari coram qua appareret.

Quo tegitur Arca. id eſt, quòd Propitiatorium eſt id quo Arca cooperitur. Ex hoc apparet veritas de poſitione Propitiatorij.

Aliqui enim voluerunt, ꝙ eſſet quædam tabula aurea exiſtens vltra Arcam, eleuata per aliquantum ſpacium, & ipſa non eſſet coopertorium Arcæ, ſed ſedes Dei, & coopertorium Arcæ eſſet ſcabellum pedum Dei, vt dictum fuit Exodi 25.

Iſta tamen poſitio apparet hic falſa: quia dicitur, ꝙ Arca tegitur Propitiatorio, ipſum igitur eſt coopertoriũ Arcæ, nec ponitur aliqua alia tabula eleuata aliquatenus ſupra arcam, & de extremitatibus huius Propitiatorij producebantur duo Cherubim aurei, tegentes Propitiatoriũ alis ſuis, de quibus latius dictum eſt Exodi 25. & 37. cap.

A *Vt non moriatur.* i. ſi introierit quolibet tempore Aaron intra Sancta Sãctorum, morietur, quoniam hoc erat ſibi poſitum pro lege, vt ſolum ingrederetur in Sancta Sanctorum in die propitiationis, vt apparet hic ex littera. ſi ergo alio tempore intrare vellet, tranſgrederetur ceremonias Dei, & moreretur, ſicut dictum fuit de duobus filiis eius, ſupra 10. capite. & hic etiam fuerunt adducti in recordationem, vt Aaron timeret ſibi mortem, ſicut duo filij eius incurrerant, ſi præuaricaretur cæremonias. *(Quia in nube apparebo ſuper oraculum.)* Iſta eſt cauſa ſuperiorum, ſ. quod non introiret Aaron omni tpe intra Sancta Sanctorum, quia Deus ibi apparebat, & Aaron erat indignus illa viſione. Sed dicet aliquis, ꝙ iſta nõ videbatur eſſe cauſa ſuperiorũ: nam ſi ideo non intraret Aaron in ſancta Sanctorum omni tpe, quia Deus apparebat ſuper Propitiatoriũ, etiam nullo tẽpore introiſſet: qm̃ ſemper apparebat Deus ibi, niſi cũ caſtra mouebantur. Etiam ſatis vr̃ littera inferior repugnare huic cauſalitati, cum dicitur, ꝙ Aaron, quando introibat in Sancta Sãctorum, portabat ante ſe thymiama, vt fumus inde aſcẽdens operiret Propitiatorium, ne aliquid videretur. Colligitur ergo, ꝙ Deus tunc apparebat ſuper Propitiatorium in nube, aliàs non mandaretur, ꝙ cremaretur thymiama, ſicut non mandatur, quando introibant ſacerdotes ad deponendum Sanctuarium, vt habetur Numeri 4. capite.

Dicendum eſt ergo, ꝙ iſta cauſalitas non eſt referenda ad ea ſola, quæ dicta ſunt, ſed ad inferiora, cũ in inferioribus dicatur, ſ. non ingrediatur Aaron intra velum Sanctuarij coram Propitiatorio omni tempore, niſi quando fecerit ea, quæ ſequuntur infra, ſ. offerendo ſacrificia, quæ infra ponuntur, & portando ante ſe incẽſum thymiama, & tunc eſt cauſalitas conueniens, ſcilicet, quòd apparebo in nube ſuper oraculum, id eſt, non ingrediatur Aaron omni tempore, niſi quando fecerit omnia quæ infra habentur, & ego apparebo ſuper oraculum in nube, id eſt, ſi fecerit ea quæ infra habentur, non videbit me, & viuet. Si autem non fecerit illa, videbit me, & morietur. & hoc ſolum, quia ſuper oraculum apparebo, & ſi ibi non apparerem, quamuis intraret omni tempore, non moreretur.

Sciendum, quòd Deus non imponebat iſtam legem Moyſi, quia ipſe introibat quotieſcumque volebat intra Sancta Sanctorum, & nihil horum faciebat, & cauſa huius eſt: quia Deus magis acceptabat Moyſen, quã omnes alios, ideo monſtrabat ei effigiem illam corpoream exiſtentem ſuper Propitiatorium, quam nulli alij monſtrabat, & ſi aliquis eam vidiſſet, moreretur.

An Sacerdos Magnus introiret pluries in anno intra Sancta Sanctorum. Quæſt. VI.

CONSIDERANDVM eſt circa hoc, quòd ſacerdos Magnus non introibat intra Sancta Sãctorum, niſi ſemel in anno; & ex iſta littera aliqualiter colligitur non tamen multum directè: quoniam hic ſolum dicitur, quòd ſacerdos magnus non intraret omni tempore intra Sancta Sanctorum, niſi quando faceret cæremonias, quæ habentur hic. Cum igitur eas faceret, videbatur licitum eſſe ei introire, & ſi in quolibet anno quadrageſies iſtæ cæremoniæ fierent, quadrageſies poſſet intrare Summus ſacerdos in Sancta Sanctorũ. Sed inducitur ex alio capite, ſ. ꝙ nũquam ſacerdos faciebat iſtas cæremonias, niſi in die propitiationis, cum ſolum in hac die mandarẽtur fieri, vt habetur in fine huius cap. ergo in die propitiationis ſolum licebat ſacerdoti introire in Sancta Sanctorũ. Hoc tamen manifeſtius habetur ad Hebr. cap. 9. cum dicitur, ꝙ in priori Tabernaculo, ſcilicet in prima parte, ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummãtes; in ſecundam autem partem Tabernaculi ſolum ſemel in anno ſolus Pontifex nõ ſine ſanguine introibat. Quod autem dicitur, ꝙ in nube apparebo, non eſt ſenſus, quòd ipſe Deus appareat ſuper Propitiatorium, qm̃ ille qui apparebat ſuper Propitiatorium, erat qui ibidem loquebatur, Deus tñ loqui nõ poterat ſuper Propitiatorium, vel alibi: ergo non apparebat, ſicut ſupra probatum eſt, ſed Angelus erat qui ibi apparebat, vel loquebatur: Angelus tamen tanquam Deus accipitur in Veteri Teſtamẽto ſæpiſſimè

Litteræ expoſitio.

& ipſe vocatur Deus, vt habetur Exodi 20. cap. vbi dixit: Ego ſum Dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti; & tamen iſte qui loquebatur, Angelus erat: quia lex non fuit data per Deũ, ſed per Angelos, vt habetur ad Galat. cap. 3. cũ dicitur: Lex ordinata per Angelos in manu mediatoris, id eſt, data Iſraelitis per Angelos, & hoc in manu mediatoris, id eſt, in manu Moyſi, qui erat mediator inter Deum, & populum, vt habetur Deuteron. 5. cap. Dicitur aut hic: in nube apparebo, quoniam ſecundum Nicolaum intelligitur dupliciter: vno modo pro nube columnari, quæ dirigebat Iſraelitas in via, ſcilicet, quòd in illa apparebat Deus. Vel dicitur, ꝙ accipitur nubes pro nebula inſurgẽte, vel fumo ex turibulo thymiamatis operiente Propitiatorium. Sed nulla iſtarum poſitionum poteſt ſtare; de prima manifeſtũ eſt: quoniam neceſſarium eſt, ꝙ iſta nubes, de qua hic dicitur, eſſet intra tectũ Sancti Sãctorum, cum dicatur hic: in nube apparebo ſuper oraculum. Sed iſta nubes quæ dirigebat Iſraelitas, non erat intra Sancta Sanctorum, ſed pendebat ſuper Sanctuarium eleuata in aere, ita, vt viderent eam Iſraelitæ per diem, & per noctem, vt habetur Exod. 40. cap. & Num. 9. cap. ergo non erat iſta nubes, de qua dicitur hic. Sed fortè obiicies, ꝙ etiam iſta nubes eſſet intra Sanctuarium ſicut extra, ſicut patet Exodi 40. cap. cum dicitur, ꝙ conſummato Tabernaculo, repleuit illud Deus nube, ita, vt non poſſet Moyſes introire in illud nube tegente omnia. Reſpondendum eſt ad hoc, ꝙ iſta nubes ſiue nebula, quæ operuit totam domum Tabernaculi intus, & extra, non ſemper fuit in Tabernaculo, ſed ſolum immediatè, poſtquam conſummatum eſt, ad ſignandum gloriam Dei acceptantis Tabernaculum illud in domum ſuam. Quòd autem non manſiſſet illa nubes implens Tabernaculum ſemper in illo, apparet, quia Exo. 40. cap. dicitur, ꝙ Moyſes non poterat ingredi tectũ fœderis nube operiente omnia, & coruſcante, ſi ergo manſiſſet iſta nubes, nunquam potuiſſent ingredi Sacerdotes ad miniſtrandũ; ſed poſtea introierunt, vt apparet ex ſupradictis ſup. 8. 9. & 10. cap. ergo non manſit ibi ſemper. Quod autem apparuerit iſta nubes ad ſolam gloriam Dei, & acceptationem illius domus, apparet ex ſimili: quoniam idem factum eſt cũ Salomon conſummauit templum, vt apparet 3. Regum, 8. cap. cum dicitur: Factum eſt cum exiſſent ſacerdotes de Sanctuario, nebula impleuit domum Domini, & nõ poterant Sacerdotes ſtare, & miniſtrare propter nebulam, quia gloria Domini impleuerat domum. Illa tamen nebula poſtea ceſſauit, & miniſtrauerunt Sacerdotes.

An nubes in qua dicitur Deus apparere, eſſet nubes columnaris.

Item ſi daremus, quòd iſta nebula ſemper extitiſſet in Sanctuario, videtur repugnare litteræ huic: quoniam tunc non eſſet aliquod ſpeciale ſignũ ſuper Propitiatorio, cum in toto Tabernaculo appareret illa nebula, vel nubes. Hic tamen aſſignatur hoc, tanquam aliquid ſpeciale, quia dicitur apparebo in nube ſuper oraculum, quaſi dicat, ſuper oraculum apparebo, & non alibi.

Item ſatis videtur repugnare huic litteræ, ſi accipiatur nubes pro illa, quæ dirigebat Iſraelitas in via, & daretur, quòd illa eſſet partim intra Sancta Sanctorum, & partim ſupra pendens, quoniam dicitur hic, quòd Sacerdos moreretur, ſi intraret omni tempore intra Sancta Sanctorum, & hoc quia apparebat Deus in nube, ſed nubes iſta erat apparens etiam ſupra Tabernaculum, ergo illi qui viderent eam extra, morerentur. Sed falſum eſt: quia omnes Iſraelitæ per tentoria ſua videbant nubem præcedẽtem ſuper Tabernaculum per diem, & ſpeciem ignis per noctem, vt habetur Exodi 40. cap. nemo tamen moriebatur.

Item non poteſt ſtare iſta poſitio, quia cum nubes iſta ſtaret ſuper Tabernaculo, vt patet Numeri 9. cap. ſi poneretur, ꝙ eadem eſſet intra Sancta Sanctorum, oportebat, ꝙ pars eius eſſet ſupra tectũ Tabernaculi, & pars eius infra tectum. Sed hoc ſtare non poteſt: quia cum Tabernaculũ habeat quattuor coopertoria, ſcilicet de cortinis, & de ſagis, & de pellibus arietum rubricatis, & de pellibus hyacinthinis, vt habetur Exod. 26. cap. mediarent iſta quattuor operimenta inter nubem inferiorem, & partes eius ſuperiores, & tunc iam non eſſent eius partes, quia ſolum eſt aliquid pars, quando eſt in toto, cum verò deinde

F ablatum fuerit, nec pars eſt, nec habet totum, nõ ſtat igitur iſta poſitio.

Secunda poſitio Nicolai eſt, & etiam nõ ſtat: quoniam dicebat, ꝙ poterat intelligi de nebula inſurgente ex thymiamate: nam littera iſta repugnat multũ ad hoc, quòd ponatur hoc pro cauſa, quare non deberet introire Summus Sacerdos in Sancta Sanctorum, & ſi fortè ipſe non obſeruaret omnia, quæ infra dicuntur, moreretur: & hoc, quia apparebat Dominus ſuper Propitiatorium. Si tamen diceretur apparere in nube propter vaporem qui exhalabat à thymiamate, ſi Aaron non ferret ante ſe incenſum thymiama, non appareret Deus in nebula, cum nulla nebula eſſet, ideo non haberet cauſam quare moreretur, quando introiret non ferendo coram ſe thymiama, quia tunc non appareret Deus in nebula. Et tamen è con-
G trario totaliter eſt: quia ſi Aarõ ante ſe ferret thymiama, nunquam moreretur, ſi autem non ferret, moreretur, non igitur poteſt intelligi de hac nebula.

An nubes in qua Deus apparebat, poſſit dici nebula ſurgẽs ex thymiamate.

Item patet hoc: quia Deus iuſſit, ꝙ Sacerdos Magnus ferret coram ſe thymiama, vt vapor inde aſcendẽs operiret Tabernaculum Propitiatorij, quod operiri deberet à fumo ſurgente ex thymiamate, & illud erat in quo Dominus apparebat.

Item nõ poteſt hoc ſtare: quia dicitur in littera, ꝙ Deus apparebat ſuper oraculum, id eſt, ſuper Propitiatorium. Si tamen accipiatur iſta nebula, in qua apparebat Deus, pro illa quæ ſurgebat ex thymiamate incenſo, non conuenienter ſtat littera, quia tunc non ſolum appareret Deus ſuper oraculum, ſed etiam intra totam domum Sancti Sanctorum, cum per eam vapor ille ſpargeretur.

H Dicendum eſt ergo, quòd intelligitur Deum apparuiſſe in nube ſuper oraculum, quia ille Angelus, qui erat in Sancta Sanctorum, ad reſpõdendum quæſtionibus, quas faciebat Sacerdos, aſſumebat corpus de aere multũ denſato ad formandum ibi voces, ſicut ſupra probatum fuit in hoc capite & erat iſtud corpus ſuper Propitiatorium inter duos Cherubim, vt ergo non videretur aliqualiter illa figura, quæ erat multum viſibilis propter dẽſitatem, circumfundebat Deus aliquam nubem, vt illa impediret viſum, & præter hoc addebatur vapor ſurgẽs ex thymiamate. Vel poteſt dici, ꝙ Deus appareret in nebula, id eſt, in corpore illo formato de aere, non adiacente aliqua alia nebula in circuitu illius corporis, ipſum tamen corpus vocaretur nebula, vel nubes, quia erat factum de aere condenſato, quod pertinet ad modum cuiuſdam nu-
I bis, vel nebulæ; & hoc dato, adhuc erat maior neceſſitas cremandi thymiama in Sancta Sanctorum ad operiẽdum Propitiatoriũ, vt ſic circumfunderetur illud corpus nebula, ne videretur. *Super oraculũ*. i. ſuper Propitiatoriũ.

Quo intelligatur Deus apparuiſſe in nube ſuper oraculũ.

Quare Propitiatorium vocetur Oraculum. Quæſt. VII.

IDEM iſta duo ſunt: quare autem vocetur Propitiatorium, ſupra dictum fuit. Quare autem oraculum, cantã iſta eſt: dicitur enim oraculum ab orando, quia ante illud orabatur, cum ibi videretur eſſe Deus, ſicut hic dicitur, quòd in nube apparebat, ſed non fiebant orationes cõtra aliquam aliam partem. Vel vocatur oraculum, id eſt, reſponſum, quia Deus ibi dabat reſponſa Sacerdo-
K ti intrãti, & iſto modo accipitur in iuribus humanis, cum dicitur, quòd aliquis petit ſibi reſponderi viuæ vocis oraculo, id eſt, habere reſponſum in voce. ſic etiam accipitur Num. 7. cap. cum dicitur: Cum egrederetur Moyſes, vt conſuleret oraculum, id eſt, dum inquireret reſponſum.

Aliqui autem dicunt, quòd quando Sacerdos Magnus introire debebat in Sancta Sanctorum, ferebat veſtem hyacinthinam habentem tintinnabula, vt introeunte illo audiretur ſonus intra Sancta Sanctorum, & recederet inde gloria Dei apparens. Sed hoc falſum eſt: quia non ferebat Sacerdos veſtem iſtam, quando introibat in Sãcta Sanctorum, ſed ſolum quattuor veſtes lineas, ſcilicet feminalia, albam, cidarim, & baltheum, vt patet infra in littera; nulla tamen iſtarum veſtium habẽbat tintinnabula, ſed ſolum veſtis hyacinthina, vt habetur Exodi 28. capite.

An quãdo Sacerdos magnus introiret in Sãcta Sãctorum, indutus eſſet veſte hyacinthina cum tintinnabulis.

Item, non poteſt hoc ſtare: ſcilicet, ꝙ gloria Domini recederet de ſancta Sanctorũ, quando introiret ſacerdos immo

immò magis tunc ibi deberet ſtare, cum eſſet danda reſponſio Sacerdoti. Item, patet falſum: quia hic dicitur, ꝙ appareret Dominus ſuper oraculum, quando introiret illuc. Item, non poteſt ſtare: quia infra dicitur, quòd Sacerdos cremaret thymiama, vt vapor inde conſurgens operiret Propitiatorium; ergo aliquid erat in Propitiatorio, quod operiendum erat, alioquin ſuperfluum foret cremare thymiama, hoc autem erat gloria Domini.

Niſi hæc ante fecerit. Hic ponitur determinatio ſuperiorũ, ſ. quod Sacerdos nunquam introiret in Sãcta Sanctorum, niſi prius faceret hæc quæ ſequuntur. Si autem aliquid eorum omitteret, moreretur, cum intraret. Et ex hoc aliqualiter concluditur, quòd ſolum in die propitiationis Sacerdos Magnus introiret in Sancta Sanctorum, & quia nunquam debebat, niſi iſta faceret, introire, & nunquam faciebat, niſi in die expiationis, quia iſte ritus ſolum datur pro illa die, ergo tunc ſolum intrabat Sacerdos intra Sancta Sanctorum, ſicut declarat Apoſtol. ad Hebr. 9. cap. ſcilicet, quòd ſemel in anno illuc introiret; & ſatis etiam ibidem declaratur, quòd hoc eſſet in die expiationis, cum dicitur: In ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine ſanguine, quem offerret pro ſua, & populi ignorantia, ſed non offerebat Sacerdos pro ſe, & pro populo, niſi in die expiationis, de qua hic dicitur. *Vitulum pro peccato offeret*. Hic ponuntur ſacrificia, quæ facere deberet Sacerdos ante introitum, & dicitur, quòd offeret vitulũ pro peccato, & arietem in holocauſtũ: non ponũtur aũt hic omnia ſacrificia: quia ſolum ponuntur duo, erant tamen plura, ſecundum quòd apparet in littera; nam infra ponitur, quòd offerrentur duo hirci, de quibus hic nihil dicitur, etiam quòd offerretur holocauſtum pro populo, & pro Sacerdote. Erant igitur ad minus quinque animalia, ſcilicet, duo hirci, & duo animalia in holocauſtum, & vnus vitulus pro peccato. Dicitur autem, quod offeret iſta ſacrificia, intelligendo etiam omnia alia, quoniã infra ponitur, quòd prius deberet immolari hircus pro peccato populi, quam introiret Sacerdos in Sancta Sanctorum, & hoc quia ferre debebat de ſanguine illius hirci, & vituli ad aſpergendum intra Sancta Sanctorum.

Etiam intelligendum eſt cum hic dicitur, quòd offerrentur iſta ſacrificia, id eſt, quòd præſentarentur coram Domino, antequam Sacerdos introiret in Sancta Sãctorum, non tamen, quòd offerret, id eſt, ꝙ immolaret, & faceret alias cęremonias: nam non immolabantur omnia iſta ante introitum, quod patet: quia infra dicitur, ꝙ poſtquam Sacerdos exiret de Sancto Sãctorum, offerret holocauſtum ſuum, & populi, vt patet infra in littera. Ergo aries de quo hic dicitur, ꝙ offerretur, non offerebatur, id eſt, immolabatur: ſed offerebatur, id eſt, præſentabatur coram Domino, vt poſtea offerretur. Sola autem animalia quæ erant pro peccato, immolabantur ante introitum in Sancta Sanctorum, ſcilicet, iſte vitulus, de quo hic dicitur, & vnus hircus pro peccato populi; hoc patet infra, quia dicitur quòd Sacerdos portaret ſanguinem iſtorum duorum intra Sancta Sanctorum. *Vitulum pro peccato offeret*. ſ. pro peccato ſuo, & domus ſuæ, ſcilicet omniũ aliorum Sacerdotum. *Quare Sacerdos primo offerebat pro peccato ſuo, quàm pro aliorum.* Primò namque Sacerdos offerebat pro peccato ſuo, quàm pro peccato populi, cuius cauſa eſt: quia ad hoc, ꝙ Deus acceptaret preces ſacerdotis, oportebat, vt ipſe eſſet mundus, & hoc cum oraret pro alio; cum autem pro ſeipſo oraret, non erat neceſſarium, vt eſſet mundus, ſed qualitercunque ſe habeat ſuſcipiebatur oratio. De his, & cauſis horum, latius dictum fuit Exodi 28. cap. Quod autem iſte vitulus eſſet pro peccato Sacerdotum, apparet infra, cum dicitur, quòd offeret vitulum, & orabit pro ſe; Deinde aſſumet duos hircos, & vnum offeret pro peccato populi; ergo vitulus pro peccato Sacerdotum erat.

Aliqui dicunt, ꝙ Sacerdotes offerebant vitulũ in memoriam peccati Aaron, eo quod fabricaſſet vitulum aureum. Sed hoc nihil eſt: quia non ſolum pro Sacerdote Magno offerebatur vitulus, ſed etiam pro populo interdum, vt cum totus populus peccaſſet per ignorantiam, vt habetur ſupra, 4. cap. Sed dicendum, ꝙ offerebatur vitulus, quia eſt ſacrificium magnum, & correſpondebat pec- A cato Sacerdotum, quia illud magnũ eſt: ſicut fuit declaratum eodem cap. illud ideo quamquam peccatum populi totius, eſſet valde magnum, tamen quãdo comparabatur ad peccatum Sacerdotum, maius erat peccatum Sacerdotum, ſicut declarauimus ſupra 4. c. ideo quamquam pro peccato populi interdum offeratur ſacrificium vituli, vt habetur eodem cap. tamen quando ſimul offerebatur ſacrificium pro peccato Sacerdotum, & pro peccato populi, nõ offerretur vitulus pro populo, vt eſſet differentia inter ſacrificium populi, & Sacerdotum, quod apparet hic: nam pro Sacerdotibus fuit oblatus vitulus, pro populo autem hircus. Idem habetur ſupra 9. c. cum in prima die miniſtrationis mandatum eſt, vt Sacerdotes offerrent pro peccato ſuo vitulum, & populus offerret pro peccato ſuo hircum.

B

Pro quo peccato hic offerebant Sacerdotes. Quæſt. VIII.

QVÆRET autem aliquis, quod erat peccatum pro quo Sacerdotes offerebant hic.

Et fortè reſponderi poſſet ſicut reſpondebatur ſupra 12. 14. & 15. cap. ad ſimiles quæſtione, ſcilicet, ꝙ non offerebatur pro aliquo ſpeciali peccato, ſed pro peccato ipſius offerentis, quæcunque illa eſſent. Sed adhuc magis propriè in præſenti reſponderi poteſt, ſ. quòd Sacerdos offerebat iſtud ſacrificium pro peccato ſuo, id eſt, pro peccatis ignorantiæ, quia aliquando peccabat ſacerdos magnus per ignorantiam, & non ſolum ipſe, ſed etiam faciebat delinquere populum, vt patet ſupra 4. capite. Quod autem pro iſtis peccatis ignorantiæ Sacerdos C tunc offerret, patet ad Hebr. 9. cap. cum dicitur: In ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine ſanguine, quem offerret pro ſua, & pro populi ignorantia. Iſte tamen ſanguis erat de vitulo, & hirco, ergo iſta duo animalia offerebantur pro peccatis ignorantiæ. Et fortè dici poſſet ſecundum aliquem, quòd non accipit Apoſtolus de peccatis ignorantiæ, quando ſcitur, ꝙ facta ſunt, tamen neſcit quod peccata ſint, ita quòd erretur in iure, & non in facto: ſed quòd intelligit offerri hoc pro peccatis ignorantiæ, ſcilicet, pro peccatis quæ facta ſunt, & ignorantur, ita quòd neſciuntur peccata eſſe, nec facta eſſe, & tunc eſt ignorantia in iure, & in facto, ſicut cum aliquis pœnitet de peccatis, quæ putat ſe feciſſe, & oblitum fuiſſe, neſcit enim quid fecerit; & iſta poſitio videtur eſſe rationabilis, pro tanto, quia ſi totus populus, vel D aliquis de populo per ſe peccaſſet, faciebat ſpecialia ſacrificia præter ea quæ fiebant in die expiationis, de qua datur regula ſupra, 4. & 5. cap. In die autem expiationis pro aliquo magis generali orabat, & faciebat ſacrificia.

Sed adhuc magis dicendum videtur, ꝙ iſta peccata pro quibus hic oratio fiebat, erant aliqua peccata præter ignorantias, vt cũ aliquis ageret ex malitia, vel ex paſſione, aut aliàs; & patet: quia hic dr̃, ꝙ Sacerdos accipiebat duos hircos pro peccato populi, & vnũ immolabat: alteri verò cõfitebatur, & omnia debita, & iniquitates populi imprecans ſuper caput eius, vt habetur infra; ergo pro eiſdẽ peccatis videbatur immolari hircus, & vitulus, de quo hic, quæ cõfitebatur Sacerdos hirco. Sed illa erant peccata nõ ſolũ per ignorãtiã, ſed etiã per malitiã patrata: & patet: cum diſtinguat littera infra, dicens: Cofitea- E tur iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata; iniquitates aũt vocat peccata ex malitia facta, quæ aliàs ſcelera nominantur: delicta autem, & peccata, ad omiſſiones, & ignorãtias pertinẽt, ideo omnia genera peccatorum confitebatur Sacerdos, hirco. *Determinat. q̃ſt.* Dicendum eſt igitur; ꝙ omnia peccata, quæ feciſſet populus, & Sacerdotes, & manifeſta eſſent, confitebatur Sacerdos hirco, & hoc ſiue eſſent per ignorãtiam, ſiue per malitiam, ſiue aliàs admiſſa. & aliqua iſtorum peccatorũ erant, pro quibus aliàs facta fuerant ſacrificia; alia autem erãt pro quibus nullum ſacrificium factũ extiterat. Et hoc conueniẽs erat, quòd pro aliquo peccato bis fieret ſacrificium: nam primò fiebat ſpecialiter pro illo ſolo, iuxta regulas traditas ſupra, 4. & 5. c. in die autem propitiationis fiebat ſacrificium generaliter pro illo, & aliis. Sic etiam Eccleſia facit; quoniã ſpecialiter erat faciẽs ſollemnitates Sãcto-

rum

rum ſingulorum, deinde facit vnam ſollemnitatem pro omnibus ſanctis ſemel in anno, & ibi pro quolibet eorum generaliter ſollemnitatem facit.

Cum obiicitur de dicto Apoſtoli, ſcilicet, quòd Sacerdos offerebat illum ſanguinem pro ignorantia ſua, & totius populi. Dicendum eſt, quòd non ſolum accipitur ibi ignorantia pro peccato facto per ignorantiam, ſed etiam pro omnibus peccatis. Eſt enim in omnib. peccatis ignorantia, vt ait Ariſtot. Ethicor. lib. 3. ſcilicet, omnis peccans eſt ignorans. Sed quæ ignorantia dicatur eſſe iſta, ſcilicet, an dicatur factum per ignorantiam, vel propter ignorantiam, declarauimus ſupra, 4. cap. Apoſtolus autem accipit largè ignorantiam. Non poteſt autem accipi hic ignorantia eo modo, quo quidam dixerunt, ſ. pro peccatis, quæ facta ſunt, & neſcitur an facta ſint, vel ſi peccata ſunt, quod eſt ignorare ius, & factũ: nam repugnat litteræ inferiori iſta poſitio cum dicatur: vt confiteretur Sacerdos peccata, & iniquitates populi hirco. Si tamen ignoraret quid factum eſſet, impoſſibile eſſet, quòd cõfiteretur: Patet igitur ex prędictis, quę peccata erant, pro quibus offerebatur vitulus, vel hircus. *Et arietem in holocauſtum*. Iſtud erat alterum ſacrificium, ſed non immolabatur antequam Sacerdos introiret intra Sancta Sanctorum: poſtea enim exiens faciebat, vt patet in littera infra.

Cauſa diuerſitatis inter holocauſtũ, & ſacrificium pro peccato. Cauſa diuerſitatis erat inter holocauſtum, & ſacrificiũ pro peccato, quia de ſanguine ſacrificij pro peccato inferebatur intra Sancta Sanctorum ad aſpergendum coram Propitiatorio, ideo oportebat, vt prius immolaretur iſtud ſacrificium, quàm introiret Sacerdos. Sanguis autem holocauſtorum, nõ ferebatur intra Sancta Sanctorum, ideo ſufficiebat illa immolari, poſtquam Sacerdos exiret de interiori Sanctuario, cum dictum ſit, quòd offertetur holocauſtum pro populo & pro Sacerdotibus.

Dubitabit hic aliquis, an iſte aries de quo hic dicitur, offerebatur pro Sacerdotibus, an pro populo. Et videtur dicendum, quòd offerretur pro populo, quod patet infra, cum dicitur: Suſcipietq. ab vniuerſa multitudine filiorum Iſrael duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocauſtum. Si autem ſacrificium holocauſti Sacerdotum fuiſſet aries, non videretur hic eſſe de iſtis ſacrificiis: non enim ponitur hic ritus totaliter, quamquam aliquid dicat infra, et hoc quia ſupra in principio huius libri poſitę ſunt leges eorum. *Tunica linea veſtietur*. Hic ponuntur duo veſtimenta quibus induebatur Sacerdos ad hoc, quòd introiret in Sancta Sanctorum.

Sacerdos duplici munere in die Propitiationis fungebatur. *Quaſt.* IX.

PRo quo ſciendũ, quòd Sacerdos gerebat in die Propitiationis duo officia. Primum erat, quantum ad ipſam expiationẽ, quam faciebat in aſpergendo ſanguinem intra Sancta Sanctorum. Secundum erat, in executione holocauſtorum; in his autem non vtebatur eiſdem veſtibus: nam ad expiandum intra Sãcta Sanctorum accipiebat quattuor veſtes minores, quæ alijs inferioribus Sacerdotibus conueniebant; in holocauſtis autem accipiebat alia, ſicut infra patet. De cauſis autem mutationis iſtarum veſtium, & quare acciperet meliores veſtes Sacerdos, cum faciebat holocauſta in Atrio Tabernaculi, quam cum introibat in Sãcta Sanctorum, infra declarabitur. Inter has autem veſtes ad introeundum in Sancta Sanctorum, prima erat tunica linea, facta de lino candidiſſimo, quæ aliquando vocatur tunica byſſina, quæ dicitur quædam ſpecies candidiſſimi, & pretioſiſſimi lini. Vocatur etiam interdum linea ſtricta, vt patet Exodi 28. & 29. cap. & hoc eſt propter habitudinem, quam habebat ad corpus, ſcilicet, quia ſtricta erat ne flueret laxa, ſicut veſtis hyacinthina. Iſta ponitur hic prima inter omnes veſtes, non quidem, quod ipſa ſecundum ordinem prima foret, primo namque feminalia linea Sacerdos accipiebat, deinde verò cætera veſtimenta: & hoc, quia feminalia ſunt ex maiori neceſſitate. De his Exodi 28. cap. Ponitur tamen hic primò de tunica linea, quia in veſtibus quę corpus tangebant operiendo, ipſa erat prima: iſta autem tunica linea, non habebat aliquem alium colorem niſi figurationem

F in ſeipſa, ſed tota alba erat; hãc autem ſuſcipiebat Sacerdos immediatè depoſitis quibuſdã ornamentis ſuis communibus, ſicut fit in Sacerdotibus noſtris, cum miſſarum officia celebraturi ſunt, quia depoſitis quibuſdam cõmunibus veſtibus, induunt veſtem quandam, quę vocatur alba. *Feminalibus lineis verenda celabit*. Iſtud quamuis eſſet primum ornamentum ſecundum ordinem naturæ, tamen fuit poſitum in ſecundo loco: cauſa autem huius ſupra tacta eſt. Vel dicendum eſt, quod interdum in ordine talium rerum nihil differt. Iſta feminalia erant linea, ſcilicet, de byſſo, ſicut dictum fuit de tunica, & perueniebant vſque ad renes, vt habetur Exodi 28. cap. De cauſa autem huius veſtis, vel ornatus Sacerdotalis, quare in Veteri Teſtamento apud omnes miniſtrantes fuerit, & ſimiliter in Nouo, dictum fuit eodem capite.

G Iſta feminalia erant veſtes communes, tam maiorum, quàm minorum Sacerdotum, nec quiſquam poterat ſine eis miniſtrare, alioquin moriebatur, vt habetur Exodi 28. Vocantur autem iſta feminalia non à feminis, vt aliqui imperiti voluerunt, ſed à femoralibus tegendis: femur enim pars quædam cruris eſt, quæ per iſta ornamenta tegitur, ideo iſta feminalia vocata ſunt. Dicebat aũt Deus, quòd Sacerdotes induerent feminalia linea, quia non intelligitur hoc de feminalibus communibus, quæ ipſi per diem, & noctẽ gerebant, ſed de quibuſdam feminalibus ſacris, quæ erant in Sanctuario, & iſta mandauerat Deus fieri ſpecialiter ad iſtum vſum miniſtrationis, & erant facta ſicut ceteræ veſtes: vnde, antequam Sacerdos accederet ad miniſtrandum, erat ſibi licitum habere feminalia, vel non habere: cum autem accederet ad miniſtrandum,

Feminalia quid.

H cogebatur habere feminalia, alioquin moriebatur; & quamquam Sacerdos haberet alia feminalia communia, non vtebatur eis, quando veniebat ad miniſtrandum, ſed cum introiſſet in Sanctuarium deponebat ea, & tunc lauabat pedes & manus, vt habetur Exodi 28. & 30. c. Deinde verò accipiebat feminalia ſacra, & ceteras veſtes ſecundum genus miniſterij ſui.

Sacerdos quare nõ vteretur feminalibus ſuis in ſacrificijs. Cauſa autem quare Sacerdos nõ vteretur feminalibus ſuis in ſacrificiis, vel aliis miniſtrationibus, eſt, quia cum miniſtrationes ſacræ eſſent, oportebat, vt omnia quæ ad miniſtrationem illam erant præparatoria, ſacra eſſent. Sicut igitur omnia alia veſtimenta ſacra accipiebantur, ita oportebat & feminalia ſacra eſſe; ea autem quibus homines vtuntur, immũda ſunt. *Accingetur Zona linea*. Iſtud erat tertium ornamentum, quod ponebat ſacerdos ſuper

I tunicam albam, & vocatur alio nomine baltheus: nec tamen erat de baltheis pretioſis, qui erant facti ex cocco bis tincto, & purpura, byſſo, hyacintho, atque auro, quia hoc pertinebat ad alias miniſtrationes: hic autem dicitur, quod eſſet iſta zona alba, vel linea. Aliqui dicunt, quod iſta zona eſſet baltheus, & tamen eſſet quaſi dimidietas veſtis pendens à loco zonæ vſque ad crura, ſicut aliæ veſtes pertingebant; & quòd iſte baltheus habebat in parte ſuperiori quædam ramalia, quibus ſtringebatur ad corpus, ipſe, & tunica linea; & quamquam haberet alios multos colores, tamen dicebatur eſſe zona alba: quia ſtamen eius erat de lino, ſ. de byſſo retorta, & ab illa denominabatur. Sed hoc non poteſt ſtare: quia iſte modus aſſignandi non facit zonam, ſed veſtem dimidiam: in littera tamen dicitur, quòd eſſet zona. Item non poteſt ſtare: quia hic di-

Zona quid.

K citur, quòd eſſet zona linea, baltheus tamen ſecundum quod aſſignatus eſt, ex multis coloribus eſt. Dicendum igitur, quod iſta zona de qua hic dicitur, baltheus erat; non tamen ille baltheus, cuius deſcribitur factura Exod. 28. cap. quia ille ex multis coloribus erat, iſte autem ſolum erat ex lino, ideo vocatur hic linea zona. *Cidarim lineam imponet capiti*. Hæc eſt quartum, & vltimum ornamentum, quod accipiebat hic Sacerdos intraturus in Sancta Sanctorum, & dicitur eſſe Cidaris quędam cucufa, vel quoddam caputium rotundum ex lino factum, ad modum bireti magiſtralis. Hæc veſtis, vel ornamentum ſemper capiti imponebatur omnibus Sacerdotibus, tam maioribus quàm minoribus: fuit nãque iſta ſpecialis obſeruatio Veteris Teſtamenti, quòd Iudæi ſemper capita velata haberent, præcipuè, cum eſſent in locis ſacris; & quia Sacerdotes magis pertinebant ad res ſacras quàm omnes alij, ſpecialius

Cidaris quid ſit.

cialius ipſi capita velabant: vnde ſacerdotes minores imponebant vnum velamētum, ſ. Cidarim lineam, ſacerdotes autem maiores imponebant duo, ſ. Cidarim, & Thiaram, vt habetur Exodi 28. cap. De cauſis autem impoſitionis huius velamenti capitis, latius diximus ſupra 16. c. Iſta autem Cidaris linea, quam gerebat Sacerdos in capite, erat ornamentum pertinens ad ſacerdotes minores. & dicitur Cidaris linea ad differentiā Thiarę, quę erat hyacinthina; cuius vſus pertinebat ad ſacerdotes Magnos, vt habetur Exodi 28. cap. cū enim hic indueretur ſacerdos Magnus, niſi exprimeretur de conditione Cidaris, intelligebatur de illa quæ erat propriè ſacerdotis Magni; expreſſit igitur de Cidari linea, vt intelligatur, quòd iſta erat, quæ pertinebat ad vſum minorum ſacerdotum.

Quare Sacerdos Magnus non induebatur veſtibus pontificalibus cum ingrediebatur in Sancta Sanctorum.
Quæſt. X.

CIRCA hoc autem quæret aliquis, quare ſacerdos non induebatur hic veſtibus pontificalibus, ſed ſacerdotis minoris? omnia iſta namque quattuor, quæ ſupra poſita ſunt, ad minores pertinebant ſacerdotes: & videtur, quod debuiſſet vti veſtibus pontificalibus. Primò, cū ipſa miniſtratio eſſet purè ſacerdotis Magni, debebant in ea accipi veſtes, quæ purè pertinerent ad ſacerdotem magnum; vel ſi non purè, ſaltem omnes illas, quæ pertinebant ad ſacerdotem Magnum. Quòd autem miniſtratio iſtius diei propitiationis purè pertineret ad ſacerdotē Magnum, patet: quia in principio huius cap. ſolū dictum eſt de Aaron, qui erat ſacerdos Magnus. Adhuc autem apparet in fine cap. cū dicitur: expiabit autem ſacerdos, qui vnctus fuerit. & cuius manus initiatæ ſunt, vt ſacerdotio fungatur pro patre ſuo. Sed manifeſtum eſt, quòd nullus ſacerdos habebat iſta, niſi ſacerdos Magnus, ipſe enim erat qui ſuccedebat patri ſuo; alij autem minores non ſuccedebant. Item, manus huius erant propriè conſecratæ ad ſacerdotium, manus autem aliorum minimè, ſed quodam alio modo; ad ipſum igitur ſummum ſacerdotem dumtaxat pertinebant cæremoniæ expiationis.

Item patet hoc: quia cum ſacerdos Magnus vteretur miniſtrationibus minorū ſacerdotum, accipiebat veſtes pontificales, ergo, cum vteretur miniſterio propriè pertinente ad ſacerdotem Magnū, magis debebat vti veſtibus pontificalibus. Antecedens patet: quia Aaron, quando conſecratus fuit, indutus fuit omnibus veſtibus ſuis pontificalibus, vt habetur Exodi 29. cap. & ſupra 8. cap. & tamen hoc non pertinebat ad tantam miniſtrationem, ſicut cum fiebat aliquid intra Sancta Sanctorum.

Item, patet hoc: quia Exodi 28. dicitur, quòd ſacerdos magnus portaret ſemper laminam auream in fronte corā Domino, & tamen iſta lamina aurea pertinebat ad veſtes pontificales, ergo vtebatur pontificalibus veſtibus, cum exerceret officia minorum ſacerdotum, ergo à fortiori cum exerceret officium ſummi ſacerdotis.

Item, apparet idem: quia veſtes ſacræ erant propter locum ſacrum, ergo, cum eſſet locus magis ſacer, oportebat vti veſtibus excellentioribus, ſed Sanctuarium Sancti Sanctorum erat excellentius alijs locis, ergo cum ſacerdos illuc introiret, debebat habere excellentiores veſtes, ſcilicet, pontificales; ſed in hac die purificationis introibat in Sancta Sanctorum, & nullo alio tempore, ergo tunc deberet vti veſtibus propriè pontificalibus. Antecedens patet hic, & ad Hebr. cap. 9. ſcilicet, quòd iſta die introiret ſolum ſacerdos in Sancta Sanctorū, quod enim locus iſte eſſet excellentior aliis, ex nomine ipſo patet, cetera enim loca vocantur ſancta: ſed iſte locus vocatur Sanctum Sanctorum.

Item, patet hoc: quoniā in maioribus feſtis debent eſſe principalia ornamenta, tam in miniſtris eccleſiæ, quàm in ipſis apparatibus eccleſiæ: ſed feſtum propitiationis erat vnum de quinque principalibus, quæ erant apud Iudęos, vt apparet infra 24. cap. ergo ſacerdos in hac die vti debebat veſtibus pretioſis, quales ſunt pontificales.

Ad hoc reſpondendum eſt, quòd in die propitiationis, cum intraret ſacerdos in Sancta Sanctorum, non poterat

A vti niſi veſtibus lineis ſupra dictis in littera. Cuius cauſa eſt: quia iſta dies propitiationis erat ad hoc, quòd rogaret ſacerdos pro peccatis populi, vt remitterētur ei. Cum verò aliquis pro peccatis ſuis orat, aut pro peccatis aliorum, debet eſſe in anguſtia, demonſtrans dolere ſe de illis peccatis, pro quibus indulgentiam petit: ad tempus autem mœroris non conueniunt veſtes lætitiæ. Sed pontificales veſtes erant pretioſæ, & indicatiuæ magnæ lætitiæ, ergo non pertinebant ad illum diem.

Item, quia dies propitiationis erat dies afflictionis magnæ, ſicut apparet in littera huius cap. & infra 23. cum iubetur, quòd anima quæ in hac die afflicta nō fuerit, peribit de populis ſuis; ad afflictionem autem non pertinent veſtes lætitiæ, quoniam ipſæ pretioſæ veſtes per ſeipſas lætitiam quandam notant: non igitur decuit, vt ea die ſa-

B cerdos magnus indueretur veſtibus pontificalibus; & hoc apparet ſic factum: quoniam poſtquam ſacerdos in die expiationis complebat cæremonias pertinentes ad expiationem, ſpargendo ſanguinem, & rogando pro peccatis, relinquebat veſtes illas, & lauans corpus ſuum, accipiebat alias veſtes, & faciebat ſacrificium holocauſtorum. Sic etiam Eccleſia obſeruat: nam in die Paraſceues quę dicitur ſexta feria Crucis, Eccleſia recolit paſſionem Chriſti, ideo illa die affligitur omnis qui Chriſtianus eſt, & aliquid habet de amore Chriſti, & vniuerſaliter deponuntur veſtes ornatus, & quemadmodum ipſi Chriſtiani veſtes deponunt, ita & Eccleſia denudatur, affligūt quoque ſe ea die tam paſſionis Chriſti quàm peccatorum ſuorum memoriam agentes; cum autem conſummata fuerint officia pertinentia ad paſſionem, ſacerdos accipit alias ve-

Vnde habuerit ortum cæremonia noſtra ī die Paraſceues.

C ſtes precioſiores, ad conſummandum Miſſę ſollemnitatē: ante hoc enim veſtes albas ſolum habuerat. Ad ea, quæ in contrarium dicebantur, faciliter reſpondetur. Ad primum, cum dicitur, quòd miniſtratio diei purificationis erat purè pontificalis, ideo debebat vti Sacerdos Magnus veſtibus pontificalibus. Reſpondendum eſt, quòd hoc ſtaret, niſi aliquid alterum obſtaret, ſcilicet, quòd eſt dies illa afflictionis, & mœroris, rogando pro remiſſione peccatorum, ideo quamquam Pontifex alia miniſteria ageret, debebat tamen accipere veſtes conuenientes tempori. Sic etiam, ſi Epiſcopus apud nos fecerit cæremonias diei Paraſceues, ſolum vtetur veſtibus minorum ſacerdotum. Ad ſecundum reſpondendum eſt, quòd cæteris paribus, magis debet Sacerdos Magnus vti veſtibus pontificalibus in officiis, quæ ad eum ſolum pertinent, quàm in

Cur Epiſcopus in die Paraſceues vtitur veſtibus minorum ſacerdotū.

D eis, quæ communia ſunt ei, & minoribus ſacerdotibus; differebat tamen: quia dies iſta, in qua ſacerdos Magnus vtebatur miniſterio purè pontificali, erat dies mœroris: ideo non vtebatur in ea veſtibus lætitiæ; dies autem quibus vtebatur officiis minorum ſacerdotum, erant dies lætitię, ideo tunc poterat ſacerdos magnus vti veſtibus pontificalibus. Ad aliud autem cum arguitur de Lamina aurea ſummi ſacerdotis, ſi dicatur, quòd deberet eam portare ſacerdos in iſta die; quia dicitur Exodi 28. cap. quòd portaret eam ſacerdos ſemper in fronte, vt placatus ei eſſet Dominus. Reſpondendum eſt, quòd Lamina aurea erat ornamentum precioſum, & magnæ exultationis, & debebat illud portare ſemper ſacerdos Magnus corā Domino, ſcilicet, quando eſſet tempus exultationis; dies autem propitiationis ad mœrorem pertinebat: non igitur

E ſumebatur tunc Lamina aurea. Et cum dicitur, quòd portabatur coram Domino, eſt hoc intelligendum, coram altari holocauſtorum, & intra Tabernaculum coram Altari thymiamatum, & Candelabro, & Menſa propitiationis, cum miniſtraret in his: nam in his omnibus dicebatur eſſe Deus, vel ſaltem in ipſo Tabernaculo, & cum miniſtraret, in quolibet horum, dicebatur eſſe coram Domino. Ad quartum reſpondendum eſt ſicut in ſuperioribus, ſ. quòd quantum eſt ex conditione loci, & reuerentia Dei exiſtentis in illo ſpecialius quā in aliis, debebat ſummus ſacerdos indui veſtibus precioſioribus, quàm alibi: tamen ex conditione perſonæ, & temporis repugnabat. Ex tempore quidem, quia erat tunc dies afflictionis apud omnes Iudæos, cum iubeatur infra in littera, & infra 23. cap. quòd anima, quæ non fuerit afflicta in hac die, peribit de populis ſuis: tempus autem afflictionis non eſt

ad ve-

Feſta in vet. Teſt. magna dupliciter, ſicut & in nouo Teſt.

ad veſtes precioſas, ſed magis ad deponendum omnes F ornatus. Etiam ex perſonæ conditione hoc erat:nam ſacerdos Magnus in hac die introibat in Sācta Sanctorum ſupplicaturus pro peccatis ſuis, & omnium Iſraelitarū; ſupplicantem autem pro peccatorum remiſſione magis oportet eſſe in amaritudine quadam ſpiritus, & humilitate, quàm in exultatione, & veſtium pompoſitate: non decebat ergo cum in die illa, quamuis intraret in Sancta Sanctorum, precioſas veſtes accipere. Ad quintū reſpondendum, quòd feſta dicuntur eſſe magna dupliciter: vno modo: quia in eis magna vtilitas prouenit colentibus illa. Alia autem dicuntur eſſe magna feſta, quia ſunt dies magnæ exultationis, quamuis in eis non prouenerit aliquod bonum colentibus. De primis, vt patet de die expiationis: nullum enim erat feſtum, in quo tātum bonum fieret quolibet anno Iſraelitis, ſicut in die propitiationis, G quia tunc remittebantur peccata eorum, cum fieret oratio ſpecialiter pro eis, & affligerent animas ſuas; non erat tamen iſta feſtiuitas magna propter exultationem, immo nulla, quia non erat aliqua exultatio, ſed afflictio omniū Iudæorum in die iſto. Secundo modo dicuntur eſſe magna feſta dies Azimorum, & Pentecoſtes, & Tabernaculorum, quoniam Iudæi lætabantur in eis: non tamen proueniebat magnum bonum Iudæis in diebus his. Et tunc eſt dicendum, ꝙ verum eſt, debuiſſe ſumi veſtes precioſas in magnis feſtiuitatibus, ſcilicet, in feſtiuitatibus magnæ exultationis; tamen feſtum propitiationis iſto modo non eſt feſtiuitas, quia non fiebat aliqua exultatio in die illo, ſed afflictio totius populi. Simile eſt in Nouo Teſtamento: nam quædā feſtiuitates ſunt magnæ propter magnam exultationē: aliæ autem magnæ propter magnam H vtilitatē, quæ prouenit in eis. De primis feſtiuitatibus eſt Natalis Domini, & dies Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Aſcenſionis. De ſecundis eſt dies Paraſceues, id eſt, dies Crucis Chriſti: in primis enim gaudemus propter Chriſtum viuentem, in vltima autem feſtiuitate, ſcilicet in die Crucis, dolemus propter Chriſtum mortuum. In nulla tamen harum feſtiuitatum tantum bonum nobis prouenit, ſicut in die Crucis, immo nec in omnibus aliis feſtiuitatibus ſimul ſumptis: de quo latius diximus Exodi 28. capite. In primis iſtis feſtiuitatibus Eccleſia vtitur veſtibus precioſis, in hac vltima non vtitur ornatu aliquo precioſo, ſed magis deponit Eccleſia omnes veſtes tam altarium quàm miniſtrorum. Alio modo reſponderi poterat ad ſecundum, negando maiorem; cum dicitur, quod in manifeſtis feſtiuitatibus ſumendæ ſunt veſtes precioſiores: nam iſta propoſitio non eſt vniuerſaliter vera, quamquam in quibuſdam teneat, vt patet in declaratione ſuperiori, tam de feſtiuitatibus Veteris, quam Noui Teſtamenti. *Hæc enim veſtimenta ſunt ſancta*. Agitur de quattuor veſtimentis ſuperioribus, & omnia iſta ſunt ſancta: quoniam erant applicata ad vſum rerum ſanctarum: nec poterant aſſumi in aliquod alivd miniſterium. *Quibus cunctis, cum lotus fuerit, veſtietur*. i. ſacerdos primo lauabitur, deinde aſſumet veſtes iſtas: erat enim hoc generale, vt non poſſet aliquis miniſtrare in rebus ſacris prius quam lauaretur, & ſi quis hoc prætermiſiſſet, moreretur, vt habetur Exo. 28. & 30. cap. Erat autem lotio iſta manuum, & pedum, vt habetur Exo. 30. cap. & ibi de aliis ratio aſſignata eſt. *Suſcipietq; ab vniuerſa multitudine filiorum Iſrael.* Hic ponitur de ſacrificiis quæ offerebantur in die il- K la propitiationis, quæ fiebat tam pro ſacerdotibus, quam pro toto populo. Sed non dicitur hic immediatè de ſacrificiis ſacerdotum, ſed populi. Primo autem tactum eſt de ſacrificiis ſacerdotum, cum dictum fuit, quòd offerret ſacerdos vitulum pro peccato, & arietem in holocauſtum. infra etiam de hoc agitur: dicitur autem hic ſacerdos percipere à tota multitudine Iſraelitarum ſacrificia: quia pro tota multitudine tunc orabatur, vt remitterentur peccata eorū; & dicebantur eſſe iſtæ oblationes multitudinis, quia fiebant de bonis communitatis, vel quia ſinguli de populo contribuebant ad iſtas oblationes. Simile habetur Exo. 30. cap. vbi dicitur de tranſeuntibus ad numerum, quòd quilibet ſoluat dimidiū ſiclum, ſiue pauper, ſiue diues; & iſta pecunia cuſtodiebatur ad vſus Sanctuarij. *Duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocauſtum*. Iſta omnia ſuſcipiebat ſacerdos, & offerebat ea coram Domino antequam introiret in Sancta Sāctorum; non tamen immolabat omnia, ſed ſolū hircum pro peccato, cum vitulo pro peccato ſacerdotum, de quo ſupra dictum eſt. Cum verò exiuiſſet de Sācta Sanctorum, immolabat holocauſtum ſacerdotum, & populi, vt habetur infra. Dicuntur hic duo hirci pro peccato, non quòd ambo immolarentur pro peccato, quia vnus eorum erat in caprum emiſſarium, & relinquebatur in montibus, nec comedebatur: alius autem hircus immolabatur, vt habetur immediatè, vterque tamen hircus coram Domino offerebatur, ex eo, quòd præſentabantur ambo coram Domino, & hoc erat offerre.

Quis ordo eſſet in eis, quæ fiebant in die propitiationis in omnibus cæremoniis. Quæſt. XI.

CONSIDERANDVM autem eſt circa ordinē eorum quæ fiebant in hac die propitiationis, qui aliqualiter intricatus eſt, quòd iſte erat modus, ſ. quòd ſacerdos in die illa in tempore quo aliis diebus fiebat ſacrificium matutinum, veniebat in Sāctuarium, & lauabantur manibus, & pedibus; adducebat quoque ſecum vnum vitulum, & vnum arietem, quos de pecuniis ſuis emerat, quia pro ſe, & tota domo ſua oblaturus erat. Deinde induebatur quattuor veſtibus ſupra poſitis, atque præſentabat vitulum, & arietem coram Domino ad oſtium Tabernaculi; & manebat ibi, poſtquam aliqui de nobilioribus totius populi offerebant duos hircos pro peccato, & vnum arietem nomine totius multitudinis. Hoc facto ſacerdos accipiens duos hircos pro peccato à populo oblatos, mittebat ſortem ſuper eos, ſ. quis eorum offerretur Domino, vel quis eſſet emiſſarius. & completa ſorte manebat hircus emiſſarius ad oſtium Tabernaculi cum aliis holocauſtis, & iugulabat ſacerdos vitulum, quem obtulerat pro peccato ſuo, & vnum de hircis oblatis pro peccato populi. Aſſumpto autem de ſanguine eorum in aliqua craterula, introibat ſummus ſacerdos intra ſancta Sanctorum, & aſpergebat ſepties contra Propitiatorium de ſanguine vituli, & hirci, quoniam ex his commixtio facta erat: exiens autem inde ſacerdos veniebat ad exteriorem partem Tabernaculi, quæ vocatur Sanctum, in quo erat altare thymiamatū; & ibi faciebat expiationem tingens cornua altaris. Deinde exibat ad oſtium Tabernaculi, & mittebat caprum emiſſarium in deſertum cum I aliquo homine, peccata prius tamen confitendo ei, & imprecando ſuper caput eius omnia peccata Iſraelitarum, quo facto deponebat ſacerdos veſtimēta, & lauabat carnem ſuam, & ſumptis tunc veſtibus ſuis, complebat holocauſtum ſuum, & populi, & in hoc finiebantur omnes cæremoniæ diei propitiationis; qui ordo ſatis colligitur ex littera caute aſpicienti, quamquam aliqualiter intricatus ſit. *Duos hircos pro peccato*. Dicet aliquis, quomodo offerebantur iſti duo hirci pro peccato, cum vnus mittatur in ſiluam, portans iniquitatem filiorum Iſrael in caprum emiſſarium? Reſpōdetur, quòd iſti duo hirci offerebantur coram Domino, quia ambo præſentabātur coram oſtio Tabernaculi, quia debebāt offerri, vt ſupra dictum eſt; & etiam dicebantur offerri pro peccato, quia quamuis vnus ſolus interficeretur pro peccato, tamen ambo pro peccato erant, quoniam iſte hircus qui erat emiſſarius accipiebatur, vt ſacerdos confiteretur ei omnia peccata, & portaret ea ſuper caput ſuum in deſertū, & hoc pro peccato offerri, ſcilicet, ad portanda peccata. *Et vnum arietem in holocauſtum*. Hoc pertinebat ad populum; accipiebatur autem iſte aries cū alio ariete, quem obtulerat ſacerdos pro ſe, & hoc poſtquam ſacerdos exiret de aſpergendo ſanguinem intra Sanctuarium. *Cumq; obtulerit vitulum*. Iſtud ſacrificium erat pro peccato ſacerdotum, & offerebat iſtum vitulum ipſe ſacerdos; nec accipitur hic, offerre vitulum, id eſt, immolare, ſed ſolum offerre, id eſt, præſentare coram Domino, quia infra habetur de immolatione huius vituli, cum dicitur: His ritè celebratis, offeret vitulum, & rogans pro ſe, & pro domo ſua, immolabit eum. *Et orauit pro ſe*. Hæc dies erat ad expiandum peccata omnium: & quia ſacerdotes erant homines

mines peccatores, circumdati infirmitate, oportebat, q; offerrent ſacrificium pro ſe, ſicut pro aliis. De hoc habetur ad Hebr. 7. c. Et cum ſacerdos offerebat iſtum vitulũ, rogabat pro ſe, & pro tota domo ſua, & non pro populo; Cauſa erat: quia iſtud ſacrificium, quod tunc offerebatur, erat ſpecialiter pro peccato ſacerdotis, & totius domus ſuę, & de expenſis eius; Poſtea aũt orabat pro populo, qñ offerebat ſacrificium populi, & in hoc primo pro ſe orabat, quàm pro aliis; Cauſa erat, quia ſacerdos, ſicut quilibet alius homo, magis debebat ſeipſum diligere, quàm aliquem aliũ: ideo primo pro ſe orabat. Item, quia hoc conueniebat ad congruentiam orationis, quam fundebat pro aliis: nam ſi in peccato fuiſſet, Deus non exaudiebat eum. Oportebat ergo, vt primo oraret pro ſe, vt tollerentur ei peccata, deinde pro reliquis poterat conuenienter orare: quia ſi primo oraſſet pro remiſſione peccatorum alienorum, quàm pro peccatis ſuis, fortè non exaudiretur; quia tunc videbatur eſſe in peccato, cũ nondum oraſſet remitti ſibi. *Et pro domo ſua.* Poſtquam verò pro ſe oraſſet, pro domo quoque ſua orabat. Dicitur autem domus, tota familia ſacerdotalis; pro hac autem orabat prius quam pro populo. Primò, quia charitas hoc ſuadebat; Secundò, ex ordine ſacrificij. De primo patet: quia illi qui in familia noſtra ſunt, magis ad nos attinẽt, quàm alij extranei, ideo maiori charitate ad eos obligamur, & ſic abundantius, & prius pro eis, quàm pro aliis orabimus.

Sacerdos, quare orabat pro ſe, & tota domo ſua.

A

B

Secunda cauſa erat ex ordine ſacrificij: nam ſacerdos orabat pro illis pro quibus ſacrificiũ offerebat. Sed iſtud primum ſacrificium offerebat ſacerdos pro ſe, & pro domo ſua: ergo debebat orare pro illa, & non pro aliis, quia tunc non offerebat pro aliis.

C

Quid comprehendatur nomine domus Sacerdotis. Q. XII.

SED quæritur, quid comprehendatur nomine domus ſacerdotis? Ad hoc reſpondendum, q; cum domus accipiatur pro familia, debet intelligi tota familia ſacerdotalis. Sed iſta adhuc poteſt accipi ſtrictè, vel largè. Si enim accipiatur ſtrictè, erit domus ſacerdotalis ſola familia ſua, habitans in domo eius; ſed non eſt accipiẽdum hoc modo: nam tunc oportebat, q; alij ſacerdotes offerrent pro ſe, alia ſacrificia, cum ipſi non computarentur in multitudine, nec ĩ ſacrificiis oblatis p̱ ſacerdote Magno.

Dicendum igitur, quòd etiam per domum ſacerdotis Magni intelligitur hic tota familia aliorum ſacerdotum, & iſtud ſacrificium, & preces fundebantur pro ſummo ſacerdote, & omnibus aliis ſacerdotibus, atque familiis ſacerdotum.

D

Sed quæret aliquis, an in nominatione domus ſacerdotalis intelligantur Leuitæ. & cum dicitur, quod ſacerdos oraret hic pro ſe, & pro domo ſua, an intelligantur in domo ſua Leuitæ? Reſpondetur, quòd ex communi appellatione domus ſacerdotalis, non intelligũtur Leuitæ: quoniam omnes ſacerdotes ad vnam familiam pertinẽt, quæ vocatur vna domus. Leuitæ autem non pertinent ad hanc, ſed habent quaſdam alias, diſtincti in Caathitas, Gerſonitas, & Meraritas. Sacerdotes autem pertinent ad familiam Amramitarum, vt habetur Numer. 3. cap. vbi traduntur omnes iſtæ diuiſiones. In hoc loco tamen neceſſariò dicendum eſt, q; nomine domus ſacerdotis Magni, intelliguntur etiam Leuitæ; quod patet: quia in die propitiationis oratio fiebat pro omnibus Iudæis: oportebat ergo, vt pro Leuitis quoque fieret oratio, & offerrentur ſacrificia, ſed non comprehendebantur Leuitæ nomine multitudinis: ergo intelligebantur nomine domus ſacerdotalis; quod apparet: quoniam Deus iuſſit vt non computarentur Leuitæ cum Iſraelitis, ſed per ſe acciperetur ſumma eorum: ideo cum Deus iuſſit totum populum numerari, per ſe fuerunt numerati Leuitę, diſtincti à tota multitudine, vt habetur Num. 1. c. pertinebant ergo ad domũ ſacerdotalem; quia Leuitæ erant dati ſacerdotibus in miniſtros, vt habetur Num. 8. c. & ad mãdatum Aaron miniſtrabant in operibus Sanctuarij, vt habetur Numer. 18. cap. & iſti diſtincti erant ſub filiis Aaron, ita q; habebant ibi recommiſſas ad mandatum ſuũ Leuitarum familias, ſ. q; quidã de Leuitis erant ſub manu Thamar, & alij ſub manu Eleazar, vt habetur Num. 3. & 4. c. & quia famuli pertinent ad domum, vel familiam dominorum, miniſtri qui erant Leuitæ ſacerdotum, ad familiã eorum rectè pertinere dicebantur: ideo ſacerdos cum pro ſe orabat, & aliis ſacerdotibus, etiam pro Leuitis idem faciebat, erat autem oratio, vt Deus remitteret peccata omnium iſtorũ, quoniam dies propitiationis ad nihilũ aliud erat, niſi ad orandum pro peccatis. *Duos hircos ſtare faciet coram Domino.* Iſti ſunt hirci quos obtulerat populus pro peccato ſuo, & dicebatur ſacerdos coram Domino facere ſtare hircos, quia ponebat eos ad oſtium Tabernaculi. Deus autem intra Tabernaculum erat ſpecialiter. Cauſa applicationis hircorũ ad oſtium Tabernaculi, erat, quòd mittebatur ſors ſuper eos, vt non videretur aliqua cæremonia obſeruari in his ſortibus alicuius Dei, præter Deũ Hebræorum. *In oſtio Tabernaculi teſtimonij.* Ibi ponebantur: quia erat locus vbi fiebant omnes oblationes, & hoc ſatis conueniebat, cum iſti duo hirci primò offerrentur coram Domino, quàm mitteretur ſuper eos ſors.

E

A

B

Alia etiam cauſa eſt: quia ſacerdos debebat præſentare illos coram Domino, Deus autem intra Sanctuarium erat in Tabernaculo, ideo cum ad oſtiũ eius eſſet aliquis, dicebatur eſſe coram Domino. *Mittenſq. ſuper vtrumque ſortem, vnam Domino, & alteram capro emiſſario.* Iubebat Deus, vt mitteretur ſors ſuper iſtos duos hircos, vt ſciretur quis eſſet pro Deo, & quis futurus eſſet in caprum emiſſarium.

Sciendum autem eſt, quòd de his duobus hircis, vnus debebat immolari coram Domino, ad expiandum in ſanguine eius, & alius mittebatur in deſertum, portãs iniquitates filiorum Iſrael, & vt ſciretur, quis deberet Domino offerri, vel quis eſſet caper emiſſarius; ponebantur ſortes ſuper illos. Et fiebat hoc modo: quoniam ſacerdos Magnus ſumebat duas ſortes, vnam pro Deo, & aliam pro capro emiſſario, & aliquis qui non vidiſſet illas ſortes, accipiebat eas, ponẽs vnam ſuper vnum caprum, & alteram ſuper alterum, & cui cecidiſſet ſors, vt offerretur Domino, offerebatur, & cui cecidiſſet, vt eſſet caper emiſſarius, mittebatur in ſiluas, portans iniquitates Iſraelitarum. *Mittenſq. ſuper vtrumque ſortem, vnam Domino.* Hic accipitur impropriè vtrumque, quia vterque diſtribuit, & eſt ſenſus ſi teneretur diſtributiuè, quòd ſuper quemlibet iſtorum per ſe mitterentur iſtæ ſortes: ſed falſum eſt: quoniam ſi ſuper vnum mitterentur ambæ ſortes, non poterat hoc intelligi, cum vni ſolũ competat vna ſors; ſed accipitur hic vtrumque copulatim, id eſt, ambos, ſcilicet, quòd ponebatur ſors ſuper vtrumque caprum, id eſt, ſuper ambos capros. Et cum dicitur ſortem vnam Domino, & alteram capro emiſſario, eſt intelligendum copulatim, & non copulatiuè, nã ſi intelligeretur copulatiuè, eſſet ſenſus, quòd prius mitteretur vna ſors ſuper ambos capros, & deinde mitteretur alia ſuper eoſdem. Sed hoc non poteſt intelligi, quoniam ſi ſemel mitteretur ſors facta, erat diſtributio, ſed eſt ſenſus, quòd mittebantur iſtæ duæ ſortes ſimul ſuper ambos capros, ſcilicet, vna ſuper vnum, & alia ſuper alterum. *Et alteram capro emiſſario.* Non quòd iſte caper emiſſarius eſſet aliquis, cui daretur aliquid de iſta diuiſione, ſicut Deus erat, cui dabatur vnus de iſtis hircis: ſed erat caper emiſſarius vnus de his, & non determinatus, ideo ponebatur ſors vna pro capro emiſſario; & alia pro Deo, id eſt, ponebatur vna ſors, vt ſciretur quis eſſet caper emiſſarius. Iuſſit enim Deus hic poni ſortes ſuper iſtos hircos, vt dirimeretur inter eos; ſortes tamen illicitæ ſunt, vt plerumque, hic tamen, quia non fiebat ad obſeruationẽ alicuius Dei Gentilis, vel ad aliquam ſuperſtitionem, ſed ſolum ex mandato Dei, non erat illicitum. De ſortibus tamen, quomodo liceat eis vti, & quando, & an conſultoriis, vel diuiſoriis, Num. 26. cap. & 34. magis declarabitur.

C

Quo ponebantur ſortes.

D

Litteræ expoſitio.

E

Quare ex mandato Dei ponebantur hic ſortes. Quæſt. XIII.

CAVSA autem, quare ex mandato Dei ponebantur hic ſortes, erat: quoniam hic debebat accipi de illis duobus hircis oblatis Domino vnus ad portandum iniquita-

quitates filiorũ Iſrael in deſertum; & quia volebat Deus, vt ſcirent Iudæi quis erat caper, quem Deus volebat mitti ad portandas iniquitates, faciebat mitti ſortes. Huius fundamentum eſt: quoniam ſi Iudæi pro arbitrio ſuo vnum illorum hircorum acciperent ad portandas iniquitates, fortè putarent, quòd ille non erat conueniens, quia neſciebant quem Dominus elegiſſet, & ſic dubitarẽt, an iniquitates ſuæ aſportatæ fuiſſent. Deus ergo volebat, vt hoc ſcirent, & hoc erat, ſi conſtaret eis, quis eſſet hircus quem Dominus ad hoc elegiſſet; hoc vero monſtrabat Deus per ſignum ſortium: nam cũ ſortes mitterentur ſuper vtrumque, illa quæ cecidiſſet ſuper caprum, vt eſſet emiſſarius, videbatur eſſe directa à Deo, vt ſuper eum caderet. Cuius cauſa eſt: quia etiam ſecundum fundamentum neceſſariò omnis operatio reducenda eſt ad aliquod principiũ operans, & dirigens intelligendo. Sed iſte qui mittit manum ſuam ad ſortes, neſcit quare magis accipiat vnam quàm alteram, ſed ſicut voluntas eum tulerit ita faciet: volũtas autem ſua oportet quòd ponatur mota ab aliquo, & dicetur, quòd hoc eſt ab intellectu, & quidem verum eſt ſi intellectus ſuus ab aliquo mouetur, nõ autem à ſeipſo, quia ipſe non intelligit, quare magis iudicat eſſe accipiendam vnam ſortem quàm aliam: ideo oportet, quòd dicamus, moueri iſtum intellectum à Deo, cum non ſit aliqua cauſa naturalis à qua moueatur, & hoc videtur ſentire Ariſt. in libro de Bona fortuna, vbi dicit eos qui fortunati ſunt, nõ agere aliquid per intellectum, nec ſcire dare rationem de his quæ faciunt, ſed quòd patiuntur aliquid ſimile eis, quæ à Deo fiunt; & ſic ponit ibi quandam aliam cauſam ſuperiorem mouẽtem intellectum noſtrum, de quo latius diximus Exodi 21. Sic autem in his ſortibus, cum nõ ſciat ille qui accipit iſtas ſortes, quare magis accipiat vnã quã alteram, oportet, quòd intelligamus illum motum fuiſſe à Deo ad accipiendum vnam, & non aliam, & ſic cum aliquid per ſortes factum eſt, niſi in ſortibus aliqua fraus intercidat, rationabiliter exiſtimamus hoc ſpecialiter volitum, & factum à Deo: ſic enim eſt; quod ſatis patet Prouerb. 16. cap. cum dicitur: Sortes in ſinum mittuntur, ſed à Domino temperãtur, id eſt, quòd quamuis homines habeant libertatem in ponendis ſortibus, tamen, quòd illa, vel iſta exeat, vel cadat, iſti vel illi, non ab homine, ſed à Deo eſt. Conuenienter ergo intelligebant Iudæi, quòd Deus elegiſſet in caprum emiſſarium eum, ſuper quẽ cecidiſſet ſors, & ſic debuit hic magis obſeruari quã in aliis: quia nihil maius erat, quàm quòd peccata Iſraelitarum portarentur, vel non portarentur in ſolitudinem. Conſiderandum autem adhuc eſt ſpecialius circa iſtas ſortes, ꝙ permittebantur ex paucitate fidei eorum quibus dabantur: nam ad habentes paucam fidem, pertinet petere à Deo ſignum, ad eum autem qui Deo multum credit, non ſpectat petere aliquod ſignum, ſed ſimpliciter credit verbis eius, ſicut eſt in amicis, qui aſſentiunt eis quæ dicunt, non petentes aliquam cautionem, aut firmitatem. Deus autem, quoniam nouit corda hominũ, dat eis interdum, ſecundum quòd ipſi indigent, & expoſcere volunt. Iudæis autem ſufficiebat, quod eis Deus diceret, quod ille, qui eſſet caper emiſſarius, portaret omnes iniquitates eorum in deſertum, ſi ipſi fidem perfectam cum Deo habuiſſent: quia tamen erant infirmi, ſi fortè Deus non deſignaſſet eis quis caper eſſet ille, qui portare deberet iniquitates, adhuc dubitaſſent, an portarentur in deſertum, vt igitur ipſis ratum eſſet & firmum, quòd portarentur iniquitates eorum, monſtrabat eis Deus quis eſſet caper, quem elegiſſet, vt portaret iniquitates eorum. Simile etiam eſt in ſortibus quæ datę ſunt ad eligendum vnum Apoſtolum in locum Iudæ, quando ſors cecidit ſuper Matthiam: nã tunc adhuc Apoſtoli erant infirmi in fide, & non videbatur eis ſatisfactum, ſi congregati, inuocato Spirituſancto eligerẽt concorditer aliquem Apoſtolum, nõ intelligerent tamen, quòd Deus elegiſſet illum, quem ſic elegiſſent, vel ſaltem dubitaſſent, an elegiſſet illum, cum hic procederet iſta electio à voluntate humana; Cum autem ponerentur ſortes, vt ſciretur per illas, quis deberet eſſe Apoſtolus, videbatur hoc eſſe per certitudinem à Deo factum: nam ſortes iſtæ non procedebant per voluntatem humanam, ſed ex Deo dirigente illas. Sic declarauerunt ipſi Apoſtoli po-

Sortes diriguntur à Deo.

Apoſtoli ex paucitate fidei poſuerunt ſortes ad eligendũ Matthiam.

F nentes iſtas ſortes, vt habetur Actuum 1. cap. cum dicitur: Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende, quem elegeris ex his duobus vnum accipere locũ miniſterij huius, & Apoſtolatus, de quo preuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum. Per iſtas ſortes erant iſti certi quem Deus eligeret, nam in quemcumque ſors caderet, intelligebãt, quod Deus illud faceret, quia ipſe erat qui ſortes mouet, cum ad hoc iudicium humanum accedere non poſſit; ſed iſti ex pauca fide procedebant: quoniam ſi perfectè Deo confiderent, ita deberent credere ſe motos à Deo, cum per electionem aliquem ſuſciperent in Apoſtolum, ſicut cum per ſortes: quoniam ſicut cũ per ſortes hominibus cognitum eſt, ꝙ res à Deo prouenirent, quia ipſe eſt qui ſortes mouet, ita ſi ipſi eligerent confidentes Deo, & inuocantes Spiritum ſanctum, debebant intelligere ſe à Deo motos
G fuiſſe. Nam interdum in eligendo, cum eligendorum videtur eſſe æqualitas, vel quaſi æqualitas, inclinatur homo ad vnum, & non ad alterum. & tamen neſcit quare hoc faciat: ideo neceſſariò dicendũ eſt, quòd Deus tunc moueat mentem noſtram ad eligendum vnum, & non alterum: & quia certiſſimè Deus ſpecialiter operatur in his qui inuocãt eũ in veritate, & toto corde ſuo, ſi ipſi inuocato Spirituſancto conueniſſent ad eligẽdum aliquem, moueret voluntates eorum certiſſimè, vt eligerẽt eum quem ipſe elegi vellet: & tamen quia nondum fidem integram habebant, nõ perfectè credebant, quòd ipſe quem eligerent, eſſet quem Deus eligi vellet, niſi fortè ponerẽtur ſortes, per quas pateret quis eſſet quẽ Deus ad hoc miniſterium elegiſſet; & quoniã in tempore illo Apoſtoli, adhuc non habebant plenam fidem, factum eſt hoc per ſortes,
H quando tamen Apoſtoli cõfirmati ſunt per Spiritumſanctum, iam non fecerunt aliquid per ſortes, ſed per electionem: & ſic obſeruat Eccleſia, vt nũquam ſortibus vtatur, niſi in quibuſdam caſibus ſpecialibus, in quibus aliàs diſcerni nõ poteſt, ꝙ fortaſſis ad aliud pertinet, ſicut magis declarabitur Num. 26. & 34. cap. Quod autem Apoſtoli fecerint hoc, quando adhuc erant imperfecti in fide, apparet: quoniam fecerunt ante feſtum Pentecoſtes, cũ venit ſuper eos Spiritusſanctus, vt habetur ex ordine libri Actuum Apoſtolorum: nam in 1. cap. habetur de iſta electione Matthiæ per ſortes, & in capite ſequenti habetur, quomodo Spiritus aduenerit ſuper eos in die Pẽtecoſtes. Et ſi dicas, quòd ante aduentum Spiritus ſancti Apoſtoli habebant completam fidẽ, quamuis nondum eſſent confirmati, ad hoc, quòd non poſſent peccare, non poteſt ſta-
I re: quia Actuum 1. cap. cum quidam de Apoſtolis inquirebant à Chriſto, antequam aſcenderet ad cælos poſt reſurrectionẽ ſuam, an in tempore illo reſtitueret Regnum Iſrael? iſta inquiſitio non pertinebat ad homines habentes perfectam fidem.

Quando eſt æqualitas inter electos & homo magis inclinatur ad vnum quàm ad alterum illa inclinatio eſt à Deo.

Paucitas fidei ſemper manſit in Apoſtolis, vſque ad Pentecoſten.

Ad hoc autem fortè reſpondebis, quòd Apoſtoli non quæſierant hoc, ſed aliqui alij, quia dicitur in littera: Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, ſi in tempore hoc reſtitues Regnum Iſrael?

Reſpondetur, quòd non poteſt ſtare: ſed neceſſarium eſt, ꝙ referatur ad Apoſtolos, vel ad alios, qui cũ eis miſſi ſunt ad prædicandum: de quibus idem fundamentũ eſt. & patet: quia dicitur ibi in littera in reſponſione Chriſti, non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutẽ ſuperuenien-
K tis Spiritusſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Samaria, vſque ad vltimum terræ.

Sed manifeſtum eſt, quòd nõ poterat hoc intelligi, niſi de eis, qui prædicaturi erant: quia iſti erant qui ſuſceperunt gratiam Spiritus ſancti ſuperuenientis, & qui teſtimonium de Chriſto reddiderunt in prædicando. Patet igitur, non fuiſſe plenam fidem horum ante aduentũ Spiritus ſancti, ideo feciſſe hoc per ſortes; cum verò data eſt plenitudo gratiæ per Spiritumſanctum, ceſſauit Eccleſia ab his modis ſortium. In Veteri autem Teſtamento datæ ſunt iſtæ ſortes in præceptum, pro iſta die expiationis; ita, ꝙ quamdiu duraret Vetus Teſtamentum, durarent ipſæ. Cauſa huius erat: quia totus ſtatus Veteris Teſtamẽti fuit imperfectus, cum ordinaret plenitudinem gratię, quæ inducenda erat in Nouo Teſtamẽto, iuxta illud ꝙ habetur Ioan. cap. 1. Lex per Moyſen data eſt, gratia, & veritas

per

per Ieſum Chriſtum facta eſt. & de hoc ad Hebr. cap. 7. Nihil enim ad perfectum adduxit lex; cum ergo non daretur perfectio hominibus in lege Moyſi, cõueniebat eis certificatio de voluntate Diuina per datas ſortes, & non per electionem humanam, quod pertinet ad homines magis confidentes Deo. Patet igitur, quare fuerit rationabile in toto Veteri Teſtamento obſeruari debuiſſe ſortes in diebus propitiationis, etiã ſi duraſſet illud per decem millia annorum; in Nouo autem non debuiſſe obſeruari, niſi ſemel in his, quæ ad electionem pertinent, & hoc antequam veniſſet Spiritusſanctus ſuper Apoſtolos in die Pentecoſtes.

Cuius exierit ſors Domino, offeret illum pro peccato. id eſt, cum ponerentur duæ ſortes ſuper duos hircos, quarum vna erat ſors Dei, & alia ſors capri emiſſarij, ille caper ſuper quem caderet ſors Dei, offerebatur Domino pro B peccato Iſraelitarum, & occidebatur. Sed contra hoc arguet aliquis, quomodo dicitur hic, quòd diſtinguebãtur duæ ſortes, & vna erat pro Domino, & alia pro capro emiſſario, quia videtur, quòd hic diſtinguantur duo.

Reſpondendum eſt, quòd iſti duo hirci offerebantur Domino, vt patet ſupra in littera, & infra; & erant ambo pro Domino, tamen non æqualiter, ſed ille qui occidebatur coram Domino, erat ſpecialiter pro Domino, ille autem qui emittebatur in caprum emiſſarium, erat pro Deo ſimiliter ſpecialiter. Cum autem dicitur ſupra, ꝗ ambo iſti arietes offerebantur coram Domino, ſiue quòd pertinebant ad Dominum, erat de generali pertinentia, inquantum ambo offerebantur Domino. Cum autem diſtinguitur de ſortibus, ſcilicet, quòd vna ſors pertineret Domino, & alia capro emiſſario, intelligitur hic de pertinentia ad Deũ in ſpeciali, ſ. quòd ille hircus, ſuper quem caderet ſors Dei, pertinebat ſpecialiter ad Deum, quia offerebatur, & immolabatur coram Domino, alius autem qui mittebatur in caprum emiſſarium, quamquam ad Deum pertineret generaliter, tamen non immolabatur coram eo, nec ſpecialiter pertinebat.

Quomodo dicitur hic, quòd ille hircus ſuper quem caderet ſors capri emiſſarij, offerretur pro peccato. Quæſt. XIIII.

SED adhuc quæres, quomodo dicitur hic, quòd ille hircus, ſuper quem caderet ſors capri emiſſarij, offerretur pro peccato, quoniam ambo hirci offerebantur pro peccato, vt patet ſupra, cum dicitur: ſuſcipietq; ab vniuerſa multitudine filiorum Iſrael duos hircos pro pecca- D to, & vnum arietem in holocauſtum; hic tamen ſolum dicitur, quòd ille hircus ſuper quem caderet ſors Dei, pertineret ad Deum, & offerretur pro peccato, de alio dicit, quòd mittebatur in caprum emiſſarium.

Dicendum eſt, ꝗ hoc procedit ex æquiuocatione huius, quod eſt offerri pro peccato: nam aliquo modo iſti duo hirci offerebantur pro peccato, & alio modo ſolum vnus eorum: ambo namque offerebantur coram Domino, ambo etiam erãt aliquo modo pro peccato: nam vnus eorum offerebatur coram Domino, & immolabatur pro peccato, ſ. quia in ſanguine eius expiabatur pro peccato in Sancta Sanctorum coram Propitiatorio, & coram altari thymiamatum, ſuper cornua eius, & complebantur omnes aliæ cæremoniæ ſacrificij pro peccato; alius aũt hircus erat pro peccato, eo, quòd ſacerdos confitebatur omnia E peccata Iſraelitarum coram eo, & imprecabatur ea ſuper caput eius, & ipſe portabat omnes iniquitates eorum in deſertum, vt patet infra. Cum autem hic dicitur, quòd illo ſuper quem caderet ſors Domini, offerebatur pro peccato, eſt ſenſus, quòd iſte ſpecialiter pertinebat ad oblationem pro peccato, quia immolabatur coram Domino, & aſpergebatur de ſanguine eius pro peccato: alius autem non pertinebat ad ſacrificium pro peccato, quia non immolabatur, nec expiabatur in ſanguine eius, ſed mittebatur in deſertum.

Offeret illum pro peccato. ſcilicet, quòd ſacerdos Magnus offerret iſtum hircum, & immolaret eum coram Domino, & hoc pro peccato, quia immolabatur, & aſpergebatur ſanguis eius, vt fiat expiatio pro peccato.

Sciendum autem, quòd omnia, quæ dicũtur in iſto ca- A pite, cum dicitur: immolabit, vel offeret, vel aſperget, & ſimilia verba, referuntur ad ſummum Sacerdotem, quia non erat aliquis alius ſacerdos, qui in die propitiationis miniſtraret.

Cuius autem in caprum emiſſarium, ſtatuet eum viuum coram Domino. id eſt, ille caper, ſuper quem caderet ſors, ꝗ mitteretur in caprum emiſſarium, ſtatuebatur, ſiue præſentabatur coram Domino, ſ. ad oſtium Tabernaculi: & hoc erat, vt Sacerdos faceret ea, quæ infra dicuntur, ſcilicet, quòd confiteretur peccata Iſraelitarum, & imprecaretur illa ſuper caput hirci illius.

Sed dicet aliquis, quomodo dicitur hic, ꝗ Sacerdos ſtatueret coram Domino hircum, ſuper quem cecidit ſors capri emiſſarij, cum ſupra dicatur, ꝗ quando ſuſcipiebat Sacerdos iſtos duos hircos ab Iſraelitis, præſentabat eos coram Domino, & ibi ponebat ſortes, vt patet ſupra cum dicitur, cumq; obtulerit vitulũ, & orauerit pro ſe, & pro domo ſua, duos hircos ſtare faciet coram Domino in oſtio Tabernaculi, mittens ſuper vtrumque ſortem.

Reſpondendum eſt, ꝗ iſti hirci erant coram Domino, cum mittebantur ſortes ſuper eos, & cum dicitur hic, ꝗ iſte hircus, ſuper quem erat ſors capri emiſſarij, corã Domino ſtatueretur, non eſt ſenſus, ꝗ ante hoc non ſtaret coram Domino, ſed quia tunc cum ſorte ſeparatus eſſet, debebat ſpecialiter Sacerdos præſentare coram Domino: quoniam accipiebat eum loquens ad aurem omnia peccata Iſraelitarum, & ponens ſuper caput eius manus ſuas ad imprecandum, ꝗ venirent ſuper eum peccata Iſraelitarum. Vel alio modo dicitur hic, ꝗ Sacerdos ſtatueret coram Domino iſtum hircum ad tollendum dubiũ, quia C ſorte poſita pro capro emiſſario, debebant dici iniquitates Iſraelitarum ſuper eum, & hoc neſciret ſacerdos, an facere deberet coram Domino, vel in aliqua alia parte, & dicitur, ꝗ debebat fieri coram Domino, ſcilicet, ꝗ ſtatueretur iſte hircus corã Domino, id eſt, ſicut ante erat coram Domino, quando ſors poſita eſt, ita deberet eſſe poſtea, quando ſuper eum dicebantur iniquitates Iſraelitarum. Et dicitur hic, ꝗ ſtatuet eum viuum ad differentiam alterius capri, ſuper quem cadebat ſors Domini, quoniam ille immolabatur, iſte autem qui emiſſarius erat non immolabatur: nam ſi immolaretur, non eſſet emiſſarius, qm̃ tunc non potuiſſet emitti ad portandas iniquitates.

Vt fundat preces ſuper eo. Statuebat Sacerdos hircũ coram Domino, vt confiteretur ſuper eum iniquitates filiorum Iſrael, & tunc imprecabatur dicens: Domine Deus, D fac, vt iniquitates quas nos egimus, & pœnæ quæ pro eis nobis infligendæ erant, transferantur ſuper hũc hircum: nec enim aliquid alterum imprecabatur; iſtæ autem magis vocantur imprecationes, quàm preces. Et tunc ponebatur hircus coram Domino, ad ſignandum, ꝗ Deus audiebat imprecationes illas, & etiam ipſe iubebat coram eo fieri, vt Iſraelitæ intelligerent, ꝗ Deus acceptabat iſtas preces. *Et emittat eum in ſolitudinem.* id eſt, poſtquam iſtæ preces fuſæ fuerint ſuper hircum, mittebatur in ſolitudinem, vt portaret illuc iniquitates Iſraelitarum.

Sciendum eſt autem, quòd iſta littera non eſt accipienda hic in ordine conſequenti, ſed eſt per anticipationem, quod patet: quia hic dicitur, qđ Sacerdos funderet preces ſuper hircum, & poſt ſubditur, ꝗ immolaret vitulum, & introiret in Sancta Sanctorum; infra tamen dicitur, ꝗ poſtquam Sacerdos exibat de Sancta Sanctorum, mittebat hircum in deſertum, fundens ſuper eum preces. *Notanda dum pro enodatione litteræ.*

Dicendum igitur, quòd hic ponitur per anticipationẽ, & non ponitur propriè, tanquam ſic ſe habeat ordo litteræ in executione. Sed ponitur hic, vt præceptum, & ponuntur primò omnia quæ fieri debebãt, deinde enarrantur facta in ordine ſuo, ibi, cum dicitur: *His rite celebratis.* *Hic eſt anticipatio.*

An Fortis cui dicebatur offerri hircus emiſſarius, ſcilicet, Azazel ſit Dæmon; vel rupis quædam ſecundum Rabbi Salomonem vel quid ſit. Quæſt. XV.

CIRCA hoc conſiderandum eſt, ꝗ vbi nos dicimus, ꝗ Sacerdos poneret vnam ſortem Domino, & aliam capro emiſſario, habetur in Hebræo alteram Azazel, & ſignificat fortem. & eſt ſenſus, ꝗ vna ſors poneretur pro Domino,

Domino,& alia pro forti. Aliqui autem exiſtimant hunc fortem eſſe Dæmonem, quia non eſt poteſtas ſub Cælo, quæ comparetur ei,iuxta teſtimonium Iob. & ſecundum hoc offerretur vnus hircus Domino,& alius Dæmoni, & hoc mandante Deo.

Sed hoc valde horribile eſt: quòd Deus mandaret aliquem præter ſe adorari, & ſacrificari ſibi,cum Deus maximè zelaret adorationem,ne alicui alteri daretur.Etiam quia hoc Deo non iubente erat valdè abſurdum fieri,vnde ſequenti cap. iuſſit Deus, ne colerent vltra Dæmones, ſicut ante coluerant.

Ideo Rabbi Salomon dicit, quòd Azazel nō erat Dæmon,ſed ſignat fortem, & erat nomen cuiuſdā rupis magnæ Ieruſalem,& de illa præcipitabatur iſte caper.Vnde eſt ſenſus,quando dicitur,ꝙ vna ſors mitteretur pro Azazel,i.mitteretur ſuper caprum ad præcipitandum eum de Azazel. Sed hoc nihil eſt: quoniam iſta littera nihil tale innuit infra,ſed ſolum dicitur,quòd mittebatur ille caper in ſolitudinem,nec fit mentio de aliqua præcipitatione,ſi tamen fieret, diceretur de ea aliquid.

Alij autem dicunt,quòd Azazel ſignat hic Diabolum, & eſt ſenſus, quòd offerebatur iſte hircus Azazel,i. Diabolo,non tamen offerebatur ſibi propter ſe, ſed offerebatur, ne noceret hominibus. Sic enim Romani quondam fecerunt,adorantes quoſdam Deos, ne nocerent,ſ. Quartanam,& Tertianam febrem,& Pallorem, & Timorem: nam quando iſta homini eueniunt, ei malum incutiunt. Fecit autem principium culturæ huius tertius Rex Romanorum, ſ. Tullus Hoſtilius, qui cum ſemel pugnaret contra hoſtes ſuos, & Albani qui in eius auxilium venerant,ad hoſtium caſtra cōuerſi fuiſſent, timuit vehementer,atque expalluit,pollicituſq; eſt Pallori, & Timori, ꝙ coleret eos in Deos,ſi recederent ab eo; & ſic factum eſt: quare poſtea apud Romanos cultus iſtorum obſeruatus eſt.Sic ēt fiebat de Diis infernalibus,& animabus detentis apud inferos, ꝙ in prima die Februarij fiebant quædā feſta,quæ vocabātur purificationes pro animabus defunctorum, ne ipſi apparentes in ſomniis terrerent viuentes, & ab iſtis purgationibus mēſis ille Februarius dictus eſt, qm̄ februa in Græco purgationes ſignant.De his latè Ouidius in 2.lib. Faſtorū, in principio. Et vocabatur iſtud feſtum apud Romanos feſtum Maniū, & Lemurum, quia aīæ mortuorū Manes, & Lemures vocātur apud Poetas.

Romani coluerunt Febrē,& Timorē ne eis nocerent.

Februarius quare ſic dictus.

Sed hoc non poteſt ſtare:quia quomodocunque fieret, ſiue per timorem, ſiue aliàs, ſacrificium tamen ipſi Dæmoni impendebatur, quod erat valde inconueniens, immo maius dedecus erat Dei Hebræorum, quòd non poſſet eripere ſuos cultores à dæmonibus,& propter hoc cogerentur colere dæmonem ne noceret eis; non igitur immolabatur hircus iſte Azazel,i. Dæmoni. quia non dicitur hic,ꝙ fiebat aliqua immolatio, ſed ſolum,quòd mittebatur ille hircus in deſertum.

Alij autem dicunt,quòd iſti duo hirci offerebātur Domino, & tamen per ſortem ſignatur hic Diabolus; & eſt ſenſus, quòd offerebatur iſte hircus Azazel, id eſt, pro forti,ſcilicet, pro Diabolo, ita, ꝙ Hebræi offerrent iſtum hircum non Diabolo, ſed pro Diabolo, id eſt, vt Deus liberaret eos à poteſtate Diaboli: & tunc offerebantur hic duo hirci Deo, vnus pro peccato, vt remitteret eis peccata,& alius,vt liberaret illos à poteſtate Diaboli, ſcilicet, ne Dæmone agente in vitia laberentur.

Iſta eſt expoſitio quam dat Rabbi Abraham Francus, exponendo ſecreta Rabbi Abraham Aben Ezra, & conatur probare ex littera iſtam expoſitionem,quia non dicitur hic, ꝙ offerretur vnus hircus Deo, & alius forti, ſed dicitur,ꝙ offerretur vnus pro forti,ſcilicet, pro Diabolo, non pro forti,id eſt,propter ipſum cauſaliter,ſed occaſionaliter, ſcilicet, vt liberaret eos Deus ab illo forti.

Iſte Rabbi Francus fuit Iudæus quidam Hiſpanus apud ſuos doctiſſimus.

Sed iſta expoſitio non conuenit litteræ,nam ſecundum hanc non offerebantur iſti hirci,niſi Deo, ideo non debebat poni ſors vna pro Deo, & alia pro forti.

Sed vterque hircus eſſet pro Deo, & ponerentur ſortes aliter,ſcilicet, vna ſors pro hirco pro peccato, & alia ſors ad hircum pro Diabolo; non tamen ſic fit, ſed Deus ponitur hic, tanquam vnum extremum pro quo fiebat ſors, ergo non poteſt intelligi ſic.

F Item non concordat hoc litteræ ſuperiori, quia ſupra dicitur, quòd offerebantur duo hirci pro peccato; ergo offerebatur vnus pro liberatione Dæmonis, & alius pro peccato directè,ſ.pro remiſſione peccatorum, & alius indirectè, ſ. vt liberarentur à Diabolo, ne induceret eos ad peccandum. Adhuc non poteſt ſtare: quoniam tunc vnus iſtorum hircorum eſſet pro peccatis præteritis, ſ. ille qui dicitur eſſe pro Deo,& alius pro peccatis futuris,ſ.ille qui erat pro Dæmone. Hoc tamen repugnat litteræ inferiori; dicitur enim infra,quòd Sacerdos confitebatur omnes iniquitates filiorum Iſrael ſuper hircum, & imprecabatur eas capiti illius,atque mittebat in deſertum. Sed hoc neceſſarium eſt intelligi de peccatis præteritis, & ſic non ſtat iſta poſitio.

G Alia autem eſt expoſitio etiam iſtius Rabbi Abraham, qui vocatur Frācus: dicit enim,quòd intelligitur per fortem Planeta Saturni, qui habet poteſtatem ſuam in deſertis, & eſt valde nociuus planeta: dominatur autē in tempore,in quo fiebat feſtum expiationis, quoniam exaltatio Saturni eſt in libra, & Sol incipit in ea in menſe Septembris.Et etiam quia Saturnus habet primam faciem libræ, & obtinet duo dominia, quinque gradus dominij, ſcilicet, vnum propter faciem, & quatuor propter exaltationem,& tunc eſt ſenſus litteræ ſecūdum illum, quòd Deus faciebat,quod offerrētur iſti duo hirci, quorum vnus erat in ſortem Domini, ſcilicet, pro remiſſione peccatorum,& alius erat pro forti, id eſt, pro illo Planeta qui dicitur Saturnus, vt Deus liberaret Hebræos à poteſtate iſtius planetæ nociui.

An intelligatur p Azazel planeta Saturnus vt ſibi offeratur vnus hircus ne aliquid noceat.

H Sed adhuc iſta expoſitio non poteſt ſtare: Primò, quoniam errat in fundamēto, ſ.dicens quòd Deus mandaret offerri vnum hircum pro forti,id eſt,vt liberarentur à poteſtate Saturni: nam hoc induceret indubitatā hæreſim, & idololatriam in cordibus Iudæorū: nam ſi Deus tantæ poteſtatis diceret eſſe Saturnum,vt oporteret ei offerri ſacrificia ne eis noceret,exiſtimarent iſtum planetam habere aliquid Deitatis, & ſic colerent eum tanquam Deum, quòd erat maximè contra intentionem Dei,nunquam ergo Deus id fieri mandauit.

Item patet hoc amplius ex eo, quòd iſti ſoli planetæ attribueret iſtud ſpeciale: nam ſi pro liberatione ab omnibus periculis Deus ſibi mandaret offerri aliqua ſacrificia, quòd etiam mandaret pro liberatione à Saturno offerri hircum, non videbatur inconueniens; & tamen pro ſola liberatione à poteſtate planetæ huius offerrent hircum,&
I pro nullo alio periculo euitando, quicquam offerri iuberetur, videbatur manifeſtè demonſtrari hunc Saturnum eſſe aliquid ſpeciale ſuper omnia: in quo haberent Iudæi valde magnum irritamentum ad errandum. Deus tamen hoc non dedit, nec dare debuit; patet de hoc Deuteron. cap.4. vbi iuſſit, ne homines eleuarent oculos ad videndū ſtellas cæli,ne fortè viderentur eis pulchræ,& inducerentur ad adorandum eas,cū dicitur: Caue ne eleuatis oculis in cælum videas Solem,& Lunam,& omnia aſtra cæli, & errore deceptus,adores ea, & colas quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub cælo ſunt.

Item adhuc magis patet hoc: quoniam ſi Deus iuſſiſſet Iudæis,vt offerrent hircum pro liberatione à Saturno,demonſtraret eis Saturnum eſſe timendū, ſed hoc Deus ma-
K ximè vetuit, dicens aſtra cæli non habere poteſtatem ſuper hominē,nec debere timeri ab eis, vt habetur Hierem. cap.10. cum dicitur: Iuxta vias gentium nolite diſcedere, & à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes, quia leges populorum vanæ ſunt.

Item iſta expoſitio repugnat litteræ, quoniam dicitur ſupra, quòd offerrentur iſti duo hirci pro peccato, tamen ſecundum iſtam aſſignationem non poſſunt ambo offerri pro peccato,ſed ſolum primus, alius autem offerretur pro Saturno, ergo non poteſt intelligi per fortem Saturnus. Item,quia infra in littera declaratur,quo fit iſte hircus ſecundus pro peccato,ſicut primus,quia dr̄, ꝙ confitebitur Sacerdos iniquitates Iſraelitarum corā eo; & ſuper caput illius,imprecans eas venire ſuper eum,& ſic mittitur cum omnibus iniquitatibus in ſolitudinem: non igitur facit hoc aliquid ad Saturnum, potiſſimè, quia ſi pro Saturno

deberet offerri vnus hircus, deberet etiam pro Marte offerri alius, cum eodem modo ſit Planeta nociuus.

Item ſi iſte hircus offerretur pro liberatione à planeta Saturni, cum confiteretur ſacerdos peccata ſuper iſtum hircum, & portaret ea in ſolitudinem, videtur, quòd confeſſio iſtorum peccatorum, & remiſſio eorum pertineret ad Saturnum, cum nõ fieret hoc in hirco primo, qui offerebatur Deo, ſed in ſecundo qui dicebatur offerri pro Saturno: hoc autem valde inconueniens eſt, quia confeſſio, vel remiſſio peccatorũ ad Saturnum nihil pertinet, cum ſit quoddam corpus inanimatum purè naturale, non habens aliquam virtutem ſpiritualem.

Item non eſt aliquo modo veriſimile, quòd Deus loqueretur hic de Saturno, quoniã ille erat incognitus Hebræis. Cognitio namque de his planetis pertinet ad eos, qui ſunt periti in aſtris, Iudæi autem erant vulgus rude, B non cognoſcentes aliquid de his: nõ igitur loqueretur de hoc, & ſi fortaſſis loqui voluiſſet, non vocaret eum fortem, quia eſt nomen multum confuſum pertinẽs ad alias res, ſed vocaſſet nomine proprio, quod non factum eſt, ergo non intelligitur de Saturno.

Alij autem Iudæi in quodam libro qui apud eos dicitur Defenſorium, vel Scutum fidei, exponunt iſtam particulam, dicentes, quòd offerebantur iſti duo hirci Domino, ſed vnus offerebatur pro peccato, id eſt, pro peccatis quæ ex ſola parte rationali. ſ. intellectu, & voluntate oriuntur, quæ vocãtur peccata per malitiam, ſicut declarauimus ſupra 4. c. in principio, & originem trahunt per ſolas has duas potentias, & alius hircus offerrebatur pro forti, i. pro peccatis quæ ſenſualitate committimus, quæ fortis dicitur, quia fortiter viribus rationis repugnat. C

Sed adhuc iſta poſitio non multum ſtat: quia erat hoc diſtinguere genera peccatorum, ſcilicet, quæ erant pro malitia, & quæ pro paſſione. Sed hoc nõ multum cognitum erat apud Iudæos, quia ad maiorem hoc pertinet ſpeculationem.

Item non videtur hoc ſtare: quoniam ſi acciperetur hic primus hircus pro peccatis, quæ ſunt in ſola volũtate, & intellectu, cum illa dicãtur eſſe per puram malitiam, non vocarentur hic peccata, ſed iniquitates, vel ſcelera, ſicut alibi vocantur ſcelera, & iniquitates, vtraque tamen vocantur hic peccata: non ergo poſitum fuit hoc ad diſtinctionem.

Item, non ſtat cum iſti dicunt, quòd offerebatur ſecũdus hircus pro peccatis, quæ fiebant ſecundum paſſionẽ, quoniam non ſolum confitebatur Sacerdos ſuper iſtum D hircum peccata, quæ erant ſecundum paſſionem, ſed generaliter omnia peccata filiorum Iſrael: ergo non dabantur iſti duo hirci pro diuerſis generibus peccatorum. Item, apparet hoc magis: quia dicitur de iſto ſecũdo hirco, quòd portabit hircus omnes iniquitates eorum in terram ſolitariam, & ante hoc dicitur, quòd Sacerdos poſita vtraque manu ſuper caput hirci, confitebatur omnes iniquitates, & vniuerſa peccata atque delicta Iſraelitarum, ſed iniquitates dicũtur eſſe illæ, quæ ſunt per malitiam. ergo etiam ad iſtum ſecundum hircum pertinebant peccata, quæ per malitiam facta fuere. & ſic nõ erũt iſti duo hirci pro diuerſis generibus peccatorũ, ſicut iſti aſſignãt.

Adhuc Iudæi ſupradicti in libro qui dicitur Defenſorium fidei, ponunt aliam expoſitionem. ſ. ꝙ iſti duo hirci offerebãtur Domino, & vnus dabatur pro peccato, id eſt, E pro remiſſione peccatorum, ſ. primus: alius autem dabatur pro forti. i. pro mitigatione appetitus ſenſitiui, qui fortis dicitur, cum fortiter repugnet. Sed hoc non poteſt ſtare: quia ille hircus, qui dabatur pro mitigatione appetitus ſenſitiui, non propriè dicebatur dari pro peccato, quia peccatum eſt, quando factum eſt: ante autem nõ eſt peccatum, ſed in parte ſenſitiua non eſt conſummatum peccatum, ſed eſt quoddam irritamentum ad peccatum; ergo ſi offerretur aliquid pro mitigatione partis ſenſitiuæ, non propriè diceretur offerri pro peccato. Et ſi obiicias ſemper cõcedẽs, ꝙ incitatio partis ſenſitiuæ ſemper vocetur peccatũ, ſiue propriè, ſiue impropriè: adhuc dicẽdum eſt, ꝙ nullo modo poſſit hic taliter accipi: quoniam ſecũdus hircus, qui dicitur hic offerri pro forti, pro peccatis præteritis oblatus innuitur, quod patet: quia infra dr̃, ꝙ

confitebitur ſacerdos omnia peccata Iſraelitarum ſuper caput hirci, & quòd portabit omnes iniquitates in terrã ſolitariam. Sed manifeſtum eſt, quòd hoc non poteſt intelligi, niſi de peccatis iam factis, quia non poſſumus confiteri peccatum, ꝙ nondum eſt, ergo non poteſt ſtare illa diſtinctio. Concludẽdum eſt ergo, ꝙ nulla expoſitio huic litteræ conuenire poteſt, niſi illa quæ ſecundum litteram noſtram exprimitur, ſ. ꝙ offerrentur duo hirci Domino, & ambo pro peccatis, ſed vnus cadebat in ſortem Domini, & offerebatur pro peccato, id eſt, dicebatur ſpecialiter offerri Deo, quia immolabatur intra Sanctuarium ſecundum omnes cæremonias aliorum ſacrificiorum, & erat iſte pro peccato, ſcilicet, vt de ſanguine eius fieret expiatio pro peccato ſuper altare thymiamatum, & corã Propitiatorio. Secũdus hircus erat, & etiam offerebatur Domino, ſed ſors huius cadebat in caprum emiſſarium, id eſt, veniebat ei per ſortem, quòd mitteretur in deſertum, portando ſuper ſe iniquitates Iſraelitarum, & iſte hircus ſecundum litteram Hebraicam dicitur eſſe pro Azazel, id eſt, pro forti, ſcilicet, pro capro emiſſario: iſte enim caper fortis dicitur, quia impetuoſum animal eſt, & ſpecialiter vocatur fortis iſte caper emiſſarius: quoniam portabat ſuper ſe iniquitates totius populi, quòd aliquid valde magnum erat. *Vera litteræ expoſitio.*

His ritè celebratis, offeret vitulum; & rogans pro ſe, & pro domo ſua immolabit eum: aſſumptoq. thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compoſitum thymiama in incenſum, vltra velum intrabit in Sancta: vt poſitis ſuper ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum, quod eſt ſupra teſtimonium, & non moriatur. Tollet quoque de ſanguine vituli, & aſperget digito ſepties contra Propitiatoriũ ad Orientem. Cumq; mactauerit hircum pro peccato populi, inferet ſanguinem eius intra velum, ſicut præceptum eſt de ſanguine vituli, vt aſpergat è regione oraculi, & expiet Sãctuarium ab immunditijs filiorum Iſrael; & à præuaricationibus eorum, cunctiſq. peccatis. Iuxta hunc ritum faciet Tabernaculo teſtimonij, quod fixum eſt inter eos in medio ſordium habitationis eorum. Nullus hominum ſit in Tabernaculo quando Pontifex Sanctuarium ingreditur, vt roget pro ſe & pro domo ſua, & pro vniuerſo cœtu Iſrael donec egrediatur. Cum autem exierit ad altare quod coram Domino eſt, oret pro ſe, & ſumptum ſanguinem vituli atque hirci, fundat ſuper cornua eius per gyrum: aſpergenſq. digito ſepties, expiet, & ſanctificet illud ab immunditijs filiorum Iſrael. Poſtquam emundauerit Sanctuarium, & Tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentem: Et poſita vtraque manu ſuper caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata eorum. Quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in deſertum. *Exo. 30. Hebr. 8. Hebr. 10*

His ritè celebratis. Hic ponitur executio eorum, quæ ſupra dicta ſunt, & dicitur: His ritè celebratis, id eſt, poſtquam omnia ſuperiora facta fuerint. *Executio eorum quæ dicta ſũt.*

Sciendum eſt, ꝙ hic non demonſtrantur omnia ſupradicta per iſtud pronomen demonſtratiuum: quia tunc eſſet ſenſus, quòd antequam fierent iſta, quę immediatè ſequuntur, eſſent fuſæ preces ſuper caprum emiſſarium, & eſſet miſſus in ſolitudinem, quod patet: quia ſupra immediatè dictum eſt, cuius autem in caprum emiſſarium, ſtatuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces ſuper eum, & emittet illum in ſolitudinem: tamen infra in littera habetur cõtrarium, quia dicitur: poſtquam ſacerdos Magnus emundauerit Tabernaculum, & Sanctuarium, ſcilicet, per ſanguinis aſperſionem, offeret hircum viuentem, & ponens vtramque manũ ſuper caput eius, confitebitur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & emittet illum in deſertum. non poteſt ergo intelligi iſta demonſtratio de omnibus ſupradictis, ſed ſolum de hoc, quòd Aaron offerret pro ſe, & pro domo ſua, vitulum, & ꝙ ſuſciperet à filiis Iſrael duos hircos, atque poneret duas ſortes ſuper eos, ſcilicet, vnam Domino, & aliam capro emiſſario. Poſt hæc autem fiebant omnia, quæ infra ſequuntur.

Offeret vitulum. Iſte vitulus offerebatur pro peccato ſummi ſacerdotis, & omnium familiarum ſuarum: hircus autem pro peccato, ſicut ſupra declaratũ fuit, & ẽt magis apparet: quia immediatè dicitur, quòd cum ſacerdos

offerret iſtum vitulum, rogabat pro ſe, & pro domo ſua. Sed in ſacrificiis erat iſta cõſuetudo, quòd nunquam fieret oratio pro aliquo, niſi pro eo, qui obtuliſſet: ſic etiam hic, & dicitur offerre vitulum, id eſt, præſentare eum coram Domino, quoniam non accipitur offerre hic, id eſt, immolare, cum dicatur hic offeret, & immolabit, & ponuntur hic, tanquam diſtincta.

An vitulus qui offerebatur in die propitiationis eſſet vitula rufa. Quaſt. XVI.

CIRCA hoc conſiderandum eſt, ꝙ aliqui dixerunt iſtum vitulũ, de quo hic dicitur, fuiſſe vitulam rufam, quæ offerebatur ad expiandum peccatum: hic autem de expiatione agitur.

Si autem obiiciatur contra iſtos, ꝙ illa erat vitula, & hic dicitur de vitulo: Reſpondent, ꝙ ponitur hic nomen ſexus pro nomine ſpeciei, ita ꝙ vitulus dicatur, ſiue maſculus, ſiue femina, ſicut aliquãdo, tam in Sacra Scriptura, quàm in modis vulgatis loquendi reperitur.

Sed hoc non poteſt ſtare: quoniam vitula rufa offerebatur pro toto populo, vt inde fierent cineres pro expiandis immunditiis populi, vt patet Numeri 19. capite. Sed iſte vitulus, de quo hic, offertur pro peccato ſacerdotum ſolum. Item, vitula rufa occidebatur ab Eleazaro filio Aaron, vel ſub aliquo alio de minoribus ſacerdotibus, vt habetur Numeri 19. capite. ſed hic vitulus ſolum occidebatur à ſacerdote Magno, quia ipſe ſolus poterat offerre in hac die propitiationis, & facere omnes cæremonias, vt habetur ex diſcurſu huius c. Item quãdo vitula rufa immolabatur erat extra caſtra, vt habetur Numeri 19. cap. ſed iſte vitulus de quo hic dicitur, immolabatur apud oſtium Tabernaculi, vt apparet ex diſcurſu huius capitis. maximè cum dicatur, ꝙ carnes vitulæ rufæ efferebantur ex Sanctuario ad cremandum extra caſtra, contra fores Tabernaculi, vt patet Numeri 19. cap. ſed ſanguis vituli de quo hic, aſpergebatur intra Sancta Sanctorum, & ſuper altare thymiamatũ, vt apparet infra in littera. Item, ille qui immolabat vitulã rufam, erat immundus, vt habetur Numeri 19. capite, & hoc vſque ad veſperum: ſed iſte qui offerebat vitulũ, non erat immundus, qm̃ immediate introibat in ſancta Sanctorum, quod non faceret, ſi eſſet immundus. Multa quoque ſunt alia mõſtrantia diſſimilitudinẽ inter iſtum vitulum de quo hic, & vitulam rufam, quæ colligi poſſunt Num. 19. c. Dicendum ergo, ꝙ non erat iſta vitula rufa, ſed quidam vitulus oblatus pro peccato ſacerdotis, & familiarum ſuarum. *Et rogans pro ſe, & pro domo ſua*. Cum offerret iſtud ſacrificium, orabat pro ſe, & aliis de cognatione ſua: quia iſta erat lex ſacrificiorum, vt pro quocumq; offerretur, funderẽtur quoque pro eo preces. Orat aũt Primò pro ſe ſacerdos, quàm pro aliis; cuius cauſæ ſupra aſſignatæ ſunt; deinde aũt pro domo ſua, ſ. nõ ſolum pro familiaribus ſuis, & omnibus, qui intra domum ſuam habitãt, ſed ẽt pro omnibus ſacerdotibus qui ſunt de ſtirpe ſua, & pro omnibus Leuitis, quãquam non pertineant ad familiam ſuam, ſicut ſupra declaratum eſt. *Et immolabit eum*. i. iugulabit illum coram Domino apud altare holocauſtorum, in latere Aquilonari: ibi enim holocauſta immolabantur, vt habetur ſup. 1. cap. Sed idem erat locus, in quo offerebantur ſacrificia holocauſtorum, & pro peccato, & pro delicto, vt habetur ſupra 14. cap. *Aſſumptoq. turibulo*. Hic ponitur alia cæremonia, quam obſeruare deberet ſacerdos ad hoc, quòd licitè intrare poſſet intra ſancta Sanctorum, & eſt, ꝙ repleret turibulum prunis, & imponeret thymiama ſuper illud, ad introeundum in ſancta Sanctorum. Circa quod aliqui dicunt, quòd iſtud turibulum erat turibulum aureum pendens intra ſancta Sanctorum de aliqua columna, & in illo ponebantur prunæ. & hoc videbatur dicere Apoſt. ad Hebr. c. 9. vbi habetur: Poſt velamẽtum autem ſecundum Tabernaculum quod dicitur ſancta Sanctorum, aureũ habens turibulum. Sed de hoc diximus Exo. 30. cap. qualiter accipiendum ſit. ideo non eſt hic diſputandum qualiter dicatur eſſe turibulum aureum intra ſancta Sanctorum. Sed dicendum, quòd iſtud turibulum erat aliquod de turibulis, quibus vtebantur ſacerdo-

F tes, cum ponerent quotidianum tus ſuper altare thymiamatum. Sed an hoc turibulum eſſet aureum, vel æneum, ſicut alia vtenſilia altaris, nihil ad præſens negociũ. *Quod de prunis altaris impleuerit*, i. ponet prunas ſuper turibulũ, & illas recipiet de altari holocauſtorũ: in illo enim ſemper erat ignis, & ſacerdos apponebat quotidie ligna ad fomentum illius ignis, vt patet ſupra 6. capite; & non licebat accipere de aliquo alio loco prunas niſi de altari: & propter hoc errauit Nadab, & frater eius Abiu, quia acceperunt ignem alienum, vt habetur ſupra 10. cap. & hic in littera, & hoc cũ voluiſſent offerre incenſum ſuper altare thymiamatum. Quilibet autem ignis ad iſtam miniſtrationem alienus dicebatur, præter ignẽ altaris. *Hauriens manu compoſitum thymiama*, i. ſacerdos accipiens in manu ſua thymiama, vt apponat ſuper prunas, cum fue-
G rit intra Sancta Sanctorum, vt fumus inde aſcendẽs operiret totum Propitiatorium, ne aliquid videri poſſet. Non tñ eſt intelligendum, ꝙ iſtud thymiama cõpoſitum non poneretur vſquequo ſacerdos eſſet intra Sancta Sanctorũ: quia tunc qñ illuc introiret, videret ea, quæ eſſent ſuper Propitiatorium, ſcilicet, corpus illud in quo voces formabantur, de quo ſupra dictum eſt: & ẽt nõ eſſet aliqua nebula conſurgens de turibulo ad velandum faciem Propitiatorij; ſed hoc falſum eſt, & incõueniens: nam tunc non referebat poni thymiama, vel non, ſi ſemel videretur à ſacerdote id, quod erat ſuper Propitiatorium. Dicendum ergo, ꝙ antequam introiret in Sancta Sanctorum, ponebat thymiama ſuper prunas, vt ſic exhalaret nebula antequam introiret ſacerdos in Sancta Sanctorum, & tũc ferebat in manu ſua adhuc magis de thymiamate, vt ſi de-
H ficeret nebula cõſurgens ex thymiamate, quod cremabatur, apponeretur denuo thymiama, vt non contingeret ſacerdotem eſſe ſine nebula aſcendente de turibulo: nam alioquin videret id, quod erat ſuper Propitiatoriũ, quod erat contra intẽtionem Dei imponentis iſtam legẽ. *Compoſitum thymiama*. Hoc dicitur ad differentiam turis ſimplicis, cum nihil habeat ſibi compoſitum. Quæ aũt erant hæc, quę componebant thymiama, & in qua proportione ponderis ſe habebant, habetur Exod. 30. cap. *Incenſum*, id eſt, ad incendendum, ſcilicet, quòd portabatur iſtud thymiama in manu ſacerdotis, vt ipſe poneret cõtinuè ſuper turibulum incendendo illud intra Sancta Sanctorum, ne ceſſaret nebula conſurgens inde. *Vltra velum intrabat in Sancta*, i. introibit in Sancta Sanctorum, & hoc vltra velum, ſcilicet, quia locus iſte erat vltra velum. Erant enim
I duo velamina; vnum quod pendebat ante oſtium Tabernaculi, & iſtud diuidebat Tabernaculum ab oſtio ſuo, & non vocabatur hoc velum, ſed cõmuniter vocabatur tentorium. Aliud aũt erat velamen, quod diſtinguebat inter primam, & ſecundam partem Tabernaculi, & iſtud eſt quod pendebat ante Sancta Sanctorũ, & eſt illud de quo dicitur in paſſione Chriſti Matth. 28. c. velum templi ſciſſum eſt in duas partes. Nulla autem erat diſtinctio iſtius partis à ſecunda, niſi per iſtud velum quod pendebat ante quattuor columnas, de quo habetur Exod. 28. capite. ideo quicumque intrabat in Sancta Sanctorum, dicebatur intrare intra velum, & qui vltra velũ dicebatur intrare intra Sancta Sãctorum. *Vt poſitis ſuper ignem aromatibus, nebula eorũ, & vapor operiat oraculũ*. Hic ponitur cauſa ſupra dictorũ, ſ. quare thymiama ponebatur in turibulo, & dr̃,
K ꝙ fiebat ad hoc, vt ex thymiamate illo cõſurgeret nebula ad operiẽdum faciem Propitiatorij, ne videretur id quod erat ſuper Propitiatoriũ, ſ. corpus illud in quo formabantur voces, de quo ſupra dictũ eſt. Fiebat aũt hoc modo: ꝙ ſacerdos portaret ante faciem ſuam turibulũ habens thymiama, & quia thymiama erat ex rebus multũ fumoſis, emittebatur craſſus fumus, qui operiebat totũ quod erat ante oculos ſacerdotis, ita vt nihil poſſet videre ante ſe, & ſic non dicebatur propriè operiri Propitiatoriũ, ſed magis oculi ipſius ſacerdotis. Dicitur autem hic vapor, & nebula conſurgens, quę non ſunt plura. idem enim eſt vapor ſurgens de turibulo, & nebula, & ponitur ly. &, expoſitiuè, ſcilicet, vapor; & nebula, i. nebula ex vaporibus.

Operiat oraculum. Vocatur hic oraculũ ipſũ Propitiatoriũ: nã ſic interdum aliàs vocatur aliter. Quare aũt Propitiatoriũ vocetur oraculũ, ſupra poſitæ ſunt duæ rationes.

Antequã ſacerdos introiret ponebatur thymiama.

Duo erãt velamina in Sãctuario.

Quod

Quod eſt ſuper teſtimonium, id eſt, ſuper Arcam teſtimo- A nij, quia in Arca illa erant Tabulæ Decalogi, quæ erant in teſtimonium datæ legis. & iſtæ tabulæ aliquando vocantur teſtimonium, vel teſtificatio, vt habetur Exodi 25. cap. cum dicitur: Pones in Arca teſtificationem quam dabo tibi, id eſt, Tabulas: etiam alia, quæ intus erant, id eſt, virga Aaron, quæ fronduit, & vrna, & Deuteronomius, quæ vocari etiam poſſunt teſtificatio, ſicut declarauimus Exod. 25. c. *Et non moriatur*, i. quando fecerit iſta, non morietur; quod ſi fortaſſis introierit ſine thymiamate, morietur. Cauſa huius eſt: quoniam Deus apparebat ſuper Propitiatorium in nube, ſicut ſupra dictum eſt, & videret illum ſacerdos niſi portaret thymiama, & videns moreretur, vt patet ſupra. *Tolletq; de ſanguine vituli*. Iſtud erat ſecundũ quod introducebat ſacerdos in Sancta Sanctorum, ſcilicet, ſanguis vituli ad aſpergendum: & non ſolum ſanguis B vituli, ſed etiam hirci, vt patet infra; & iſte ſanguis commixtus erat in eadem craterula; fundebatur autem partim de ſanguine vituli, & partim de ſanguine hirci, & cũ aſpergeretur, de vtroque aſpergebatur. Vnde non eſt intelligẽda iſta littera ſecundum ordinem, qui hic deſignatur, quoniam prius dicitur, quod introferret de ſanguine vituli, deinde dicitur de ſãguine hirci, ſed de vtroq; ſimul introferebatur. *Aſperget digito ſepties contra Propitiatorium*, i. mittet digitũ ſuum in ſanguinem vituli, vt aſpergat de illo coram Domino. De iſta littera dicendum eſt, quod non teneatur in ea ordo, qui exprimitur, ſed debet intelligi littera inferior per recapitulationẽ, quod patet: quia dicitur hic, quod aſpergeret ſacerdos ſepties coram Domino de ſanguine vituli, & poſtea dicitur, quod occidet hircum, & de ſanguine eius faciet ſimiliter. Oportebat igitur ſecundum hoc, vt ſa- C cerdos Magnus bis introiret in Sancta Sanctorum in die propitiationis, ſcilicet, ſemel ad aſpergẽdum ſanguinem vituli, & poſt hoc occideret hircũ, & introiret ad aſpergendum de ſanguine hirci, ſicut de ſanguine vituli, & tñ ſacerdos ſolum introibat ſemel in anno in Sancta Sãctorum, vt patet ad Hebræos capite 9. ergo non introibat bis in die iſta: ſed introibat bis, ſi primo portaret ſanguinem vituli, & deinde poſt expiationem factam in illo occideret hircum, & introferret ſanguinẽ eius. ergo ſimul introferebatur intra Sãcta Sanctorũ ſanguis vituli, & hirci.

Littera hic debet intelligi per recapitulationem.

Item patet hoc infra, quoniam dicitur, quòd ſacerdos orabat pro ſe, & domo ſua, & pro vniuerſo Iſrael: & ſumebat ſanguinem hirci, & vituli, & fundebat ſimul ſuper cornua altaris thymiamatum; ergo ſimul ſanguines iſti fundebãtur, & ſimul vtrumque introferebat ſacerdos in D Sancta Sanctorum. Cũ ergo dicitur hic, quod immolaret vitulũ ſacerdos, & de ſanguine eius aſpergeret ſepties contra Propitiatorio, & poſtea dicitur, quod occideretur hircus, vt fieret de ſanguine eius ſimiliter, non eſt ſic accipiendũ, ſed eſt intelligendum, quòd occideretur vitulus, & deinde hircus. & tunc ſumeretur ſanguis vtrinſque in cratera, atque aſpergeretur de vtroque ſimul, tam coram Propitiatorio quam ſuper cornua altaris. Cum autem dicitur hic, quòd vitulus occideretur, & de ſanguine eius aſpergeretur ſepties coram Domino, non dictum eſt tanquam ſic fieri deberet nullo interpoſito, ſed ponitur ad notandum quid de vitulo fieri deberet. *Aſperget digito ſepties*. Fiebat aſperſio iſta ſepties, ad denotandam perfectã expiationem ab omnibus peccatis, quæ ſignificatur per numerum ſeptenariũ, quia ſeptenarius numerus perfectus E eſt, & hoc quia omnia claudũtur ſub numero ſeptenario quantum ad durationem, cum omnium rerum circulus in eſſendo, per ſeptem dies voluatur; etiam quia omnis vegetatio rerum per ſeptem planetas fit, & quanquã alia aſtra fixa influant, principalis tamen influentia à planetis eſt: quia ipſi habent latitudinem in motu ſuo declinando aliquando ad Septentrionem, & aliquando ad Auſtrum, & iſta declinatio contẽperat elementa, & omnes res elementatas tam viuentes, quam non viuentes, & conſeruat eas in ſua harmonia. De quo magis declaratum eſt Exo. 25. cap. Vel fiebat iſta ſeptenaria aſperſio, ad ſignandum expiationem ab omnibus peccatis mortalibus, quæ ſeptem ſunt, vel ad ſeptem reducuntur. Prima tamen harum cauſarum conuenientior eſt. *Contra Propitiatorium*. id eſt, quòd ſacerdos aſpergeret iſtum ſanguinem contra

Aſperſio iſta quare ſepties fiebat.

Propitiatorij partem, ſcilicet, exiſtens ante Propitiatorium, & aſpergebat ſanguinem contra illud.

Iſta ſeptenaria aſperſio quare fiebat in ſanguine, & ſuper altare. Quæſt. XVII.

SCIENDVM autem, quòd iſta aſperſio fiebat ad expiandũm Propitiatorium, quoniam per peccata hominum dicebatur pollui locus, in quo Deus erat, & ſic ipſum Tabernaculum, & omnia vaſa eius polluta dicebantur: ideo ad hoc, quòd perfectè munda eſſent, fiebat quædam expiatio. & quia tã per peccata ſacerdotum, quam per peccata popularium inquinabatur Sanctuariũ, fiebat aſperſio in eo pro peccatis vtrorumque; pro peccatis enim ſacerdotum fiebat aſperſio in ſanguine vituli, quia ipſe immolabatur pro eis, pro peccatis autem popularium fiebat expiatio in ſanguine hirci, hunc enim ipſi offerebant.

Cauſa autem fundamentalis huius expiationis in ſanguine eſt, quia per peccata Iſraelitarum quodam modo videbatur pollui Tabernaculum, in quo Deus habitabat: quia videbatur ei fieri quædam offenſio, cum eo neglecto peccarent; ad hoc autem, quòd iſta offenſio & inquinatio tolleretur, oportebat, vt ille, qui inquinauerat, daret animam ſuam pro iſta inquinatione, quia nihil melius in eo erat, hoc modo debuiſſent mori omnes Iſraelitæ, cum omnes per peccata ſua polluiſſent Sanctuarium. Deus tñ quia miſericors eſt, nolẽs omnes ſimul perire, ex immenſa bonitatis ſuæ largitate, recipiebat hanc commutationem, vt pro vita, vel anima hominũm, daretur vita, vel anima pecorum: & quia vita pecorum eſt in ſãguine, iubebat Deus, vt offerretur ſanguis ad expiandum; & hoc valde conueniens erat. Sic habetur ſequenti cap. ſi comederit homo ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eam de populo ſuo, quia anima carnis in ſanguine eſt, & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare meum expietis in illo, & ſanguis pro animæ piaculo ſit. Sic habetur Deut. 12. cap. cum dicitur: Sanguis eorum pro anima eſt. Quando ergo datur ſãguis animalium, eſt, vt ſi daretur vita ipſorum, & quando datur vita ipſorum pro vita hominum, eſt conueniens commutatio ex Dei bonitate, vt ſupra dictum eſt; ergo conuenienter expiantur peccata hominum per ſanguinẽ pecorum, & ſic ſi aliquis offendiſſet alium, tunc iſte credebat ſibi eſſe ſatisfactum, quando alius coram eo occideretur, ſic etiam videbatur Deo ſatis fieri, ſi ſanguis animalium funderetur corã illo. Et quia Deus dicebatur principaliter eſſe intra Sancta Sanctorum ſuper Propitiatorium, ideo aſpergebatur contra Propitiatorium, & quia in prima parte Tabernaculi principalis locus, ĩ quo Deus erat, dicebatur eſſe altare thymiamatum, ideo et ſuper illum ſãguis fundebatur, ſcilicet, ſuper cornua eius; & iſto modo dicebatur purificari Tabernaculum, & vaſa eius, ab immunditiis contractis per peccata filiorum Iſrael, vt habetur infra, cum dicitur: & expiet Sãctuarium ab immunditiis filiorum Iſrael, & de præuaricationibus eorum cunctiſq; peccatis. Et iſte modus obſeruatur in Eccleſia, cum eſt polluta ſanguine, vel ſemine, in quorum vtroque dicitur ipſa Eccleſia ſuſcipere quandam offenſionem, & ob hoc etiam quando talia patitur, dicitur eſſe violata, tanquam aliqua violentia per quodlibet horum ſibi inflicta ſit. De iſta purificatione, quæ erat in ſanguine, loquitur Apoſtolus ad Hebr. cap. 9. dicens: Et omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorum. *Contra Orientẽ*. Hic ponitur ſitus Propitiatorij ſecundum comparationem ad partem illam, ex qua fiebat aſperſio ſanguinis, & dicitur, quòd fiebat contra Propitiatorium ad partẽ Oriẽtalem.

Quomodo expiabãtur peccata in ſanguine: & quomodo Deus accipiat ſanguinẽ pro peccatis noſtris.

An verum ſit, quòd licet introitus in Sancta Sanctorum eſſet à parte Orientali, conuerſio tamen & aſperſio, & oratio eſſet contra Orientem, & an iſte modus poſſit ſtare. Quæſt. XVIII.

SED hoc videtur valde inconueniens: nam Tabernaculum erat ſic diſpoſitum, quod introitus Tabernaculi eſſet ab Oriente, & introitus atrij atque introitus in Sancta

cta Sanctorum. Neceſſarium igitur erat, ꝙ locus Sancti Sanctorum, qui erat in extremitate poſterioris partis Tabernaculi eſſet à parte Occidétali. Sic patet Exo. 26. cap. vbi ponitur diſpoſitio Tabernaculi, & in latere Meridiano eius, & Septentrionali atque Occidentali ponebãtur tabulæ, in latere autem Orientali nullæ ponebantur: ergo ab illa parte erat ingreſſus, & Sancta Sanctorũ erãt in parte Occidentali, ſ. in extremitate Tabernaculi. videbatur ergo, ꝙ quando Sacerdos introiret in Sancta Sãctorum à parte Oriẽtali, & aſpergeret ſanguinem, quòd fieret iſta aſperſio contra partem Occidentalem, alioquin non fieret contra Propitiatorium: ſed magis ſacerdos introiens in Sancta Sanctorum conuerteret poſteriora ſua contra Propitiatorium, & aſpergeret ſanguinem contra introitum Sancti Sanctorum.

G Ad hoc autem ſunt aliqui Doctores dicentes, quòd licet introitus in Sancta Sanctorum eſſet à parte Orientali, conuerſio tamen, & aſperſio, & oratio erat cõtra Orientem, ſicut in Eccleſiis noſtris, in quibus, fit oratio contra Orientem, euenit. & dicunt in hoc approbare modum orandi Eccleſiæ, ſcilicet, contra Orientem.

Sed hoc non ſtat in aliqua ſimilitudine: quia licet in Eccleſiis fiat oratio contra Orientem, tamen non fit introitus per partem Orientalem, ſed per partem Septẽtrionalem, aut Meridianam, vel Occidentalem. Itẽ, modus aſſignãdi iſtorum poterat eſſe, ſi diceremus, quòd iſti introibant directè in Sancta Sanctorum, contra partem Occidentalem; & poſtquam intraſſent, conuerterent poſteriora ſua contra Arcam, & Propitiatoriũ ad Occidentẽ, & vultũ ſuum contra Orientem. Iſte tamen modus repugnat litteræ: quia tunc nõ potuiſſet fieri aſperſio cõtra Propitiatoriũ, quod erat in parte Occidentali: ſed magis contra velũ Sancti Sanctorum ad partem Oriẽtalem, iſte tamẽ modus repugnat litteræ cum dicatur, ꝙ fiat aſperſio contra Propitiatorium. Item, etiam ſi textus nihil exprimeret de hoc, videbatur eſſe magnum inconueniens, vt Sacerdos intraret directè contra Propitiatorium, & verteret poſteriora ſua contra Arcam, & Propitiatorium, ſuper quod gloria Domini erat.

Adhuc autem poterant iſti aſſignare quendam alium modum congruentiorem, quomodo Sacerdos intrãs contra Propitiatorium verſus partem Occidentalem cõuerteret ſe contra partem Orientalem, & aſpergeret ſanguinem contra Propitiatorium, & hoc erat, vt ſacerdos directè intrans ab exteriori Tabernaculo verſus Arcam ad partem Occidentalem, cum accederet ad Arcam, cõuerteretur in circuitu Arcæ, ita, ꝙ haberet dorſum ſuum contra partem Occidentalem, & conuerteret vultum ſuum contra Propitiatorium verſus partem Orientalem, per quam introitus erat, ſcilicet, contra velum.

Sed contra hoc arguit Nicolaus, ꝙ tunc ſequeretur, ꝙ duo Cherubim, qui erant ſuper extremitates duas Propitiatorij, haberent vultum contra partem Occidentalem, & dorſum contra introitum in Sancta Sanctorum. cuius contrarium habetur 3. Reg. 6. c. & 2. Paralipom. 3. c. Sed iſta conſequentia nõ valet: quoniam arguit Nicolaus de diſpoſitione Cherubim, qui erant in templo Salomonis, & non de Cherubim, qui erant in priori Tabernaculo, & cum arguit, ꝙ Cherubim, & omnia alia erant in templo Salomonis, ſicut fuerũt in priori Tabernaculo, ſicut dicunt omnes Doctores. Reſpondẽdum eſt, quòd quamquam eſſet ſimilitudo magna inter ea, quæ fuerunt in iſto Tabernaculo, & tẽplum Salomonis, tamen nõ fuit omnimoda ſimilitudo, vt patet cuilibet inquirenti per ſingula; ſed vt etiam de nullo alio exprimatur, ſatis apparet de Cherubim: nam Salomon fecit in templo duos Cherubim de lignis oliuarum, & habebat quilibet in latitudine ab extremitate vnius alæ vſque ad extremitatem alterius decem cubitos, ita quòd ambo Cherubim continebant 20. cubitos, in priori tamen Tabernaculo quod fecit Moyſes, non erant duo Cherubim de oliuis, nec erant ita magni.

Non fuit omnimoda ſimilitudo templi ad Sanctuarium in fabricatione Cherubim.

Apparet etiam amplius, ꝙ non tenet iſtud argumẽtum Nicolai, & id quod præſupponit eſt falſum: quia in priori Tabernaculo erãt duo Cherubim productiles de duabus extremitatibus Propitiatorij, & habebant vultus ſuos

F verſus cõtra ſe, & inclinatos ſuper Propitiatorium, vt habetur Exo. 25. & 27. cap. ideo neceſſarium erat, vt dorſum vnius Cherub eſſet contra Meridiem, & dorſum alterius contra Septentrionem. Et ſic non concluditur aliquod inconueniens contra iſtos Doctores ex argumẽto Nicolai, qm̃ poterant introeuntes in Sancta Sanctorum orare contra Propitiatorium directè, ſiue eſſent à parte Occidentali, ſiue à parte Orientali, & neutro modo orarent contra dorſa Cherubim, quia non habebant Cherubim poſteriora ſua contra Orientem, nec contra Occidentem, ſed vnus contra Meridiem, & alius contra Septentrionem. In templo autem quod fecit Salomon, erãt iſti duo Cherubim quos reliquit Moyſes ſuper Propitiatoriũ, & præter hos fabricauit alios duos Cherubim magnos extendentes alas à pariete Septentrionali, vſque ad parietem Meridianum. Erant autem habentes iſti duo Cherubim ſimul 20. cubitos in latitudine, quia quilibet continebat decem cubitos ab extremitate alæ vnius, vſque ad extremitatem alæ alterius; & occupabãt totam latitudinẽ parietis Occidentalis Sancti Sanctorum pertingẽtis ab angulo parietis Meridiani, vſque ad angulum parietis Septentrionalis. Tangebat quoque extremitas alæ vnius Cherubim, extremitatem alæ alterius, vt habetur 3. Reg. 6. cap. Item, latitudo alarum cuiuſlibet Cherubim, eorũ quos fabricauit Salomon, cum pectore eius, erat decem cubitorum, & totidem in altero. Cherubim autem, qui erant ſuper Arcam, ſolum extẽdebant alas per duos cubitos, & dimidium, quanta erat longitudo Propitiatorij, quod tegebant; & ipſi Cherubim tangebant ſe inuicem alis, & claudebant in circuitu totum Propitiato-

H rium, & ita erat lõgitudo alæ cuiuſlibet Cherubim quaſi cubiti, & dimidij. Inconueniens autem quod vř inducere Nicolaus, aliqualiter procederet tẽpore templi Salomonis, quia tunc erant duo Cherubim in parte Occidentali Sancti Sanctorum, & qui ſupradicto modo conuertebant ſe contra Propitiatoriũ ad partem Orientalem, nõ haberent conuenienter poſteriora ſua, quia conuertebant ea verſus vultus Cherubim, quòd aliqualiter inconueniẽs eſt. ideo argumentum Nicolai in hac parte non concludit. Quamquam autem iſta poſitio non ſuſcipiat detrimentum ex argumento Nicolai, tamen non ſtat conuenienter: & hoc propter duo. Primò, quoniam ſi Sacerdos ſic ſe verteret in circuitu Arcæ, & Propitiatorij, aut vultus illius corporis, in quo formabatur vox in Propitiatorio, erat contra partem Occidentalem, aut contra partem

I Orientalem mundi. Si autem fuiſſet contra partem Orientalem, Sacerdos conuertens ſe modo ſupra dicto ad orandum contra Orientem, non oraret contra vultum loquentis in Propitiatorio: ſed contra tergum; quod patet: quia ſi facies vtriuſque erant contra Orientem, tam loquentis in Propitiatorio, quam ſacerdotis orantis, non erat vna contra alteram: quoniam quando aliqui homines ſe mutuo reſpiciunt, habent facies contra partes mundi contrarias, ſ. vnus contra Orientem, & alius contra Occidentem, & ſic de aliis differentiis poſitionum. Sed hoc erat inconueniens. ſ. quòd ſacerdos oraret verſus poſteriora Dei, & Deus loqueretur Sacerdoti non cõuertens ei vultum ſuum: ergo oportebat, quòd vultus Sacerdotis eſſet contra vultum Dei, & tunc data iſta poſitione, oportuiſſet ꝙ eſſet vultus Dei loquentis contra partẽ Oc-

K cidentalem, vt vultus Sacerdotis, & Dei ſe reſpicerent mutuo: Sed ad hoc ſequebatur inconueniens, quia tunc illi qui orarent exiſtẽtes in Atrio Tabernaculi, & qui intra Tabernaculum contra Sancta Sanctorũ, non orarent contra vultum Dei exiſtentis in Propitiatorio, ſed contra dorſum, quod ſatis videtur inconueniens. Ergo non erat talis diſpoſitio Sacerdotis introeũtis intra Sancta Sãctorum, ſ. ꝙ circuiret Arcam, & conuerteret vultum ſuũ contra Propitiatorium ad partem Occidentalem; qm̃ potius ſicut ingrediebatur à parte Oriẽtali ſacerdos cõtra Occidentalem, ita orabat, & vultus Dei erat contra Orientẽ: ideo cum ſacerdos introiret intra Sancta Sanctorum à parte Orientali verſus Occidentalẽ, & vultus loquẽtis in Propitiatorio eſſet cõtra Orientẽ, reſpiciebant ſe mutuo vultus loquentis, & vultus Sacerdotis intrantis. Item patet hoc, qm̃ adhuc facto templo Salomonis eſſet manus incon-

inconueniens: nam ſi oraret ſacerdos à parte Occidentali A intra Sancta Sanctorum, contra partem Orientalē, verteret dorſum ſuum contra duos Cherubim, qui erant in parte Orientali Sancti Sanctorū, vt patet 3. Reg. 6. c. & 2. Paralipomen. 3. capite. hoc tñ non conueniebat; ſed ponendo, ꝙ ſacerdos orabat à parte Orientali verſus Occidentem, non ſequebatur aliquod horum inconuenientium; ergo dicendum eſt, quòd ſacerdos non conuerteretur.

Tenendum igitur in hoc eſt, quòd ſacerdos introibat in Sancta Sāctorum à parte Orientali, & vultus loquentis in Propitiatorio, erat contra partem Orientalem, & ſic erat vultus vnius contra alterum; & nō conuertebat ſe ſacerdos contra aliquam aliam partem, ſed ſic, vt intrabat, aſpergebat ſanguinē contra Propitiatorium. Cum autem dicitur hic, quòd ſacerdos oraret cōtra Orientem, procedit error ex diuerſa aſſumptione huius nominis Oriens; B quia poteſt accipi Oriens dupliciter: vno modo pro ipſa parte Orientali mundi: alio modo pro parte cuiuſlibet rei, quæ eſt contra Orientem. Accipiendo autem primo modo, ſcilicet, orare contra Orientalem partem mundi, non poteſt intelligi littera iſta, quia tūc ſequerentur omnia inconuenientia ſupra aſſignata; & ob hoc errauerunt illi, de quibus ſupra dictum eſt. Alio modo accipitur Oriens pro parte Propitiatorij, quæ erat contra Orientē: & iſto modo eſt littera vera, quoniā cum ſacerdos intraret in Sancta Sanctorum à parte Orientali contra Occidentem, illa pars Propitiatorij, quæ ei obiiciebatur, erat Oriens Propitiatorij, & cum oraret cōtra illā, oraret contra Orientem Propitiatorij; ſed non cōtra Orientē mundi. Quin potius neceſſarium eſt, vt quando quis orat contra partem Orientalem alicuius rei, oraret contra Occidentalem partem mundi, & ſic iſte ſacerdos intrans in C Sancta Sanctorū, & omnes alij Iudæi, orabant cōtra Occidentem; hic tñ dicitur, ꝙ orabat contra Orientem, ſcilicet, Propitiatorij. *Cumq. mactauerit hircum pro peccato populi*. Sicut occidebatur vitulus, vt de ſanguine eius expiaretur pro peccato ſacerdotum, ita occidebatur hircus, vt in ſāguine eius expiaretur pro peccato populi: & iſte hircus erat ille, ſuper quem cecidit ſors Domini, & immolatus erat pro peccato, alius aūt fuit datus in caprum emiſſarium. *Pro peccato populi*. Nō eſt ſenſus, quòd immolaretur iſte hircus pro aliquo vno ſpeciali peccato populi, ſed pro omnibus peccatis: nam quādo totus populus, vel aliqua perſona ſolum faciebat aliquod peccatum ſpecialiter, fiebant pro eo ſpecialia ſacrificia, de quibus habetur ſupra 4. cap. & 5. hic autem generaliter pro omnibus peccatis, quæ populus fecerat, fiebat iſta immolatio. D *Inferet ſanguinem eius intra velum*. Hæc omnia referuntur ad ſacerdotem Magnum, cum ipſe ſolus faceret ceremonias in hac die. Et dicitur, quòd ipſe inferet, id eſt, ſanguinē huius hirci intra velū ferret, id eſt, intra Sancta Sanctorum; qui locus diſtinguebatur à priori parte Tabernaculi interpoſito velo diſtinguente, & pendente in quattuor columnis. Non tamen eſt intelligendum, quòd iſte ſanguis per ſe introferretur in Sācta Sanctorum; ſed ſimul introferebatur cum ſanguine vituli, fiebat enim commixtio ex vtroque in eadē cratera; ponitur tamen hic per ſe, ad declarandum, quid fieri deberet de quolibet, ſcilicet, quomodo ſanguis vituli deberet introferri in Sancta Sāctorū, & idem de ſanguine hirci, hoc tamen ſimul. *Sicut præceptum eſt de ſanguine vituli*. i. ſic fiet de ſāguine hirci, ſicut E mandatum eſt fieri debere in ſanguine vituli, ſcilicet, ꝙ feratur intra Sancta Sanctorū, & quòd aſpergatur contra Propitiatorium. *Vt aſpergat è regione oraculi*. i. introferret ſacerdos iſtū ſanguinem, vt aſpergatur cōtra oraculum, i. contra Propitiatorium. E regione, duæ dictiones ſunt, ſcilicet, ablatiuus cum ſua præpoſitione, & ſignificat regio aliquam partem; è ſignificat differentiam poſitionis, ita quòd tantumdem ſit dici, è regione, ſicut ex regione, ſicut ex oppoſito, vel à fronte; & dicitur aſpergi ſanguis è regione oraculi, id eſt, cōtra oraculum, vel Propitiatorium.

Oriens dupliciter ſumitur.

An iſte ſanguis aſpergeretur ſuper Propitiatorium, ita quòd guttæ ſanguinis caderent ſuper ipſum. Quaſt. XIX.

ALIQVIS autem inquiret, an iſte ſanguis aſpergeretur ſuper Propitiatorium, ita, quòd guttæ iſtius ſanguinis caderent ſuper Propitiatorium? Et reſpondetur, quòd non: ſed ſacerdos ponebat ſe coram Propitiatorio, & mittens digitū in crateram ſanguinis, ſpargebat guttas contra Propitiatorium, iſtæ autem non cadebant ſuper Propitiatorium, ſed in terram, ante Propitiatorium: hoc patet ex littera, cum dicatur: Aſpergat è regione oraculi, id eſt, contra Propitiatorium: quia ſi cecidiſſent guttæ ſuper Propitiatorium, non dicebatur, quòd cōtra illud aſpergeretur, ſed ſuper illud. Item, quia in ſanguine diſtinguitur triplex modus, ſcilicet aſpergere, effundere, & tingere. Duo modi pertinent ad hoc cum ſanguis tangit ipſam rem, ſcilicet, effundi, vt cū dicitur, quòd ſanguis effunditur ad baſim altaris, vt patet ſupra 1. 3. & 4. c. quia tunc ſanguis cadit ſuper ipſam baſim. Etiā ſecundus modus, qui eſt tingere, eſt, qñ ſanguis ſuper ipſam rem cadit: & ſic dicimus tingi cornua altaris. Sic habetur ſupra 4. 5. & 8. cap. In tertio modo, qui eſt aſpergere, non denotatur ſemper cadere ſanguis ſuper ipſam rem, ſed aliquādo cadit, aliquando nō: ſicut notificatur ex adiuncto; vt ſi dicatur, aſperſit Tabernaculum, vel aſperſit Altare, & librum legis, & tūc intelligitur, quòd ſanguis cecidit ſuper ipſam rem. Sic habetur Exo. 14. cap. cum dicitur: Ille verò ſumptum ſanguinem reſperſit in populū. Sic etiam habetur ad Hebr. 9. cap. cum dicitur: Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyſſopo, ipſum quoque librum, & populum omnem aſperſit, & Tabernaculū, & omnia vaſa miniſterij ſimiliter ſanguine aſperſit. Aliquādo autem dicitur aſpergere contra aliquid, & tunc non cadit ſanguis ſuper rem, quæ aſpergitur. Sic dicitur aſpergi contra fores Tabernaculi, vel contra Propitiatorium; & tamen nihil cadit de ſanguine ſuper Propitiatorium, vel ſuper fores. De hoc Num. 19. capite, cum dicitur: Et tingens digitum in ſanguine eius, aſperget contra fores Tabernaculi ſeptem vicibus, & tamen manifeſtum eſt, quòd ille ſanguis non poterat cadere ſuper fores, quia ſacerdos quando aſpergebat iſtum ſanguinem, erat extra caſtra, vt patet in eodem capite, quomodo enim poſſet ex loco caſtrorum pertingere vſq; illuc? nullo modo hoc fieri poterat cum eſſet Sanctuarium in medio caſtrorum, vt patet hic in littera, & Num. c. 1. & 2. Sic etiam accipitur hic aſpergere contra oraculū, id eſt, ante ipſum, & non in ipſo. *Et expiet Sanctuarium*. i. mundet, ſcilicet, quòd ſacerdos Magnus dicebatur purgare modo prædicto ipſum Sanctuarium, quaſi coinquinatum foret: nam licet ibi non eſſet aliqua contaminatio realis, erat tñ per quandam opinionem: videbātur enim Iudæi facere quandam offenſionē Sanctuario, in quo habitabat Deus, quando non curantes de illo, peccabant; ſicut cū dicimus Eccleſiam violatam, cum in ea ſemen, vel ſanguis effunditur, per effuſionem enim ſeminis vel ſanguinis non eſt in Eccleſia aliqua pollutio realis, ſed per opinionem; cū verò fiebant ea, quæ ſupra dicta ſunt, dicebantur tolli iſtæ immunditiæ cauſatæ. *Ab immunditijs filiorum Iſrael, & prævaricationibus eorū cunctiſq; peccatis*. Ita ſunt à quibus mundari dicebatur, & per quę polluebatur Sanctuarium: nam qualitercumque Iudæi ſe male haberent ad legē, dicebantur facere quandā offenſionē Deo, & per hoc videbatur cauſari violatio in Sāctuario. ſed iſta offenſio, vel violatio erat triplex: quia aliqñ fiebat per illa, quæ contra legē nō erant, ſed circa quaſdā corporales obſeruationes, in quibus non erat peccatū propriè, ſicut in contactibus rerum immundarū. Et iſta violatio legis non vocatur peccatum, ſed immūditia, quia quamuis aliquis immundus efficiatur ibi, tñ non eſt peccatum, tamen Tabernaculum polluitur cū ipſis hominibus pollutis, cum contra legem Dei fiat, & ab iſtis immunditiis dicebatur purificari Sāctuarium. Alius modus eſt delinquendi, vel offendendi in ipſum Sanctuariū, & hoc eſt, cum homines peccabant ex malitia quadam, & hoc dicebatur prævaricatio; ab his ēt purificabatur Sāctuarium. Alius modus eſt delinquendi in Deum, & offendendi in Sanctuarium, cum aliquis contra legem agit, & per hoc peccatum incurrit: nō tñ fit hoc ex malitia quadā, ſed alio quouis modo, & hoc vocatur peccatū generaliter; ab hoc etiam fit expiatio cum dicitur: *Cunctiſq; peccatis*, id eſt, ꝙ etiam ab

Diſtinguitur in ſanguine triplex modus agendi.

Per quæ polluebatur Sanctuariū.

omnibus peccatis, quæ non ſunt per malitiam expiatur, *Iuxta hunc ritum faciet in Tabernaculo teſtimonij*. Ad Sacerdotem magnum refertur, qui faciebat omnes ceremonias diei propitiationis, ipſe.n. dicebatur facere in Tabernaculo teſtimonij iuxta hunc ritum, id eſt, ſicut fecerat in Sancta Sanctorum, ſic facere debebat in Tabernaculo, ſcilicet, in parte priori, & ab exteriori. Supra.n. dictum fuerat de Sancto Sanctorum, cũ dicebatur, & expiet Sanctuarium ab immunditiis filiorum Iſrael; nam quamuis Sanctuarium, vt communiter ſumptũ, ſignificet ſpacium loci ſancti, ſcilicet, Atrij, & Tabernaculi, hic tamen accipitur ſpecialiter, ſ. pro Sancto Sanctorum; quod patet ex ſuperiori, cum dictum fuerit, ꝙ aſperget ſacerdos ſepties de ſanguine contra oraculum, & tamen oraculum debebat eſſe intra Sancta Sanctorum. Nunc dicitur, quòd ſicut fuit expiatum Sanctuarium, id eſt, Sancta Sanctorum, ſic expiaretur Tabernaculum teſtimonij, id eſt, pars prior Tabernaculi, nam cum exibat Sacerdos de Sancto Sanctorum, vbi expiauerat, procedens extra velum, eodem modo expiabat partem exteriorem domus illius, quæ vocatur hic Tabernaculum teſtimonij.

Tabernaculum quot modis accipiebatur, & etiam Sanctuarium. Quæſt. XX.

ACCIPIEBATVR Tabernaculum multipliciter. Aliquando enim accipiebatur pro ipſo toto Sanctuario, cum Tabernaculo, & Atrio. Aliquãdo etiam accipiebatur pro tota ipſa domo habente tabulas in circuitu, & operimenta in tecto, quæ communiter cõſueuit vocari Tabernaculum, & erat intra Atrium. Aliquãdo accipiebatur Tabernaculum pro ipſa parte prima Tabernaculi, & ſic accipitur hic: quoniam non vocatur Sãctum Sanctorum hic Tabernaculũ. De primo modo accipiendi apparet, vt cum dicimus, quòd aliquid conuertebatur in vſus Tabernaculi; quoniam ibi non poteſt accipi Tabernaculum pro ſolo Tabernaculo, ſed etiam pro Atrio, quia illa pecunia nõ ſolũ proficiebat ad illas miniſtrationes, q̃ fiebãt in Tabernaculo, ſed ẽt pro illis, quæ fiebãt in Atrio eius; immò magis pro miniſtrationibus, quæ fiebãt in Atrio, ſ. pro ſacrificiis. Iſte modus loquendi habetur Exodi 30.c. cũ dicitur: Suſceptamq; pecuniã, quæ collata eſt à filiis Iſrael, trades in vſus Tabernaculi teſtimonij.

De ſecundo modo accipiendi, ſ. pro tota domo cõſtante ex tabulis, & velamentis, & iſte eſt modus, qui cõmuniter accipitur; Sic patet ſupra c. 2. & 3. cap. & quaſi in omnibus cap. huius libri, cum dicitur aliquid offerri, vel præſentari coram oſtio Tabernaculi: nam tũc eſt ſenſus, quòd res offerrentur, vel occiderentur pecora ad oſtium Tabernaculi; quod falſũ eſt: quia tunc non occiderentur apud Altare lateris Aquilonaris, vt patet ſupra 1.c. illud m Altare erat intra Sanctuariũ apud Tabernaculi oſtiũ.

Tertio modo accipitur Tabernaculũ pro prima parte illius Tabernaculi, cum diuidebatur iſta domus conſtãs ex tabulis, & operimentis in duas partes. ſ. in Sancta Sanctorum, & in anteriorem partem domus. De iſto modo diuiſionis habetur Exo. 26. c. & etiam dictum fuit hic; & ſic accipitur in hac littera, prout diſtinguitur Sãcta Sanctorũ ab anteriori parte Tabernaculi. Quarto, & vltimo modo accipitur Tabernaculũ teſtimonij pro parte, quæ dicitur Sancta Sanctorum; & iſtum modũ ponit Apoſtolus ad Hebræos cap. 9. vbi ponuntur iſtæ duæ partes. ſ. ꝙ diuiditur Tabernaculum in duo Tabernacula, & iſtud quod accipitur hic in littera, dicitur primum Tabernaculum, & Sancta Sanctorum dicitur ſecũdum Tabernaculum, vt patet in littera ſua, cum dicitur: Tabernaculum autem factum eſt primum, in quo erant Candelabra, & Menſa, & Propoſitio panum, quod dicitur Sancta; poſt velamen autem ſecundum Tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorũ, habens aureum turibulum, & Arcã teſtamenti. Iſti autem duo modi accipiẽdi Tabernaculum, non ſunt proprij, ſed per ſynechdochen, quoniam nomen totius, attribuitur parti, quælibet.n. harum partium duarum erat pars Tabernaculi, & non Tabernaculum. Et cum dicitur iſta pars Tabernaculum teſtimonij, non accipitur propriè, quoniam teſtimonium vocatur Decalo- F gus ſcriptus in tabulis, & iſte erat in Arca: Arca aũt intra Sancta Sanctorum erat; ideo cũ diſtingueretur primum Tabernaculũ à ſecundo, ſecundum, ſcilicet, Sancta Sanctorum poterat aliquo modo dici Tabernaculum teſtimonij, quia continebat in ſe teſtimonium. i. Arcam cũ tabulis. Primum autem non poterat propriè dici Tabernaculũ teſtimonij, quia ipſum non cõtinebat teſtimonium, nec erat pars continentis, & tamen hic vocatur Tabernaculũ teſtimonij. Sciendũ aũt, ꝙ Tabernaculum teſtimonij propriè dr. quod Tabernaculum eſt, & teſtimonium cõtinet; ideo ſolum poteſt intelligi propriè. ſ. ſecundo modo accipiendi ſupra poſito; quoniam ſic domus illa Tabernaculum eſt; etiam continet in ſe teſtimoniũ, ſ. in quadã parte ſui. Cũ aũt vocatur Sancta Sanctorũ, Tabernaculũ teſtimonij, quãuis poſſet dici, ꝙ eſt continens teſtimonium, tamen non propriè dicitur, ꝙ ſit Taberna-G culũ, ſed pars Tabernaculi. Ideo, qñ dr, ꝙ eſt Sãcta Sãctorũ Tabernaculũ teſtimonij, intelligitur p ſynecdochen. i. pars Tabernaculi teſtimonij. Cũ verò de prima parte Tabernaculi dr, ꝙ ipſa eſt Tabernaculũ teſtimonij, vtrũque impropriè dicitur: quia nec Tabernaculũ eſt, nec teſtimoniũ cõtinet, ſed eſt iſta locutio velut ſi aliquis homo haberet faciẽ albã, & reliquum corpus nigrum, & propter faciem albam vocaretur homo albus, & deinde pes ipſius hominis vocaretur albus, quia erat pars hominis albi. Sed modus iſte loquẽdi valdè improprius eſt, permittitur tamen in Sacra Scriptura, habet enim aliquam rationem. *Iuxta hunc ritum faciet in Tabernaculo teſtimonij*. i. ſicut fecit intra Sãcta Sanctorũ, ita faciet in parte anteriori Tabernaculi. Ritus aũt obſeruatus in Sãcta Sanctorũ, fuit, ꝙ H aſpergeretur ſepties ſanguis corã Propitiatorio; iſte idem ritus obſeruari debebat in parte anteriori, & tamen non ſolũ fiebat in parte anteriori, id quod in poſteriori, ſed aliquid vltra, ſ. ꝙ tingebantur cornua altaris thymiamatũ, & ſepties fiebat aſperſio contra illud, & tamen in Sancta Sanctorum ſolum fiebat aſperſio ſeptenaria; de hoc patet infra in littera. *Quod fixũ eſt inter eos in medio ſortium habitationis eorum*. i. quòd Tabernaculum fixũ eſt inter Iudæos, in medio habitationem ſuarum: hoc poterat referri ad duo tempora, ſcilicet, ad tempus, quo erant Iudæi in deſerto, vel ad tempus quo fuerunt in terra promiſſionis. Referendo autem ad tempus, quo erant in deſerto; apparet, ꝙ erat in medio caſtrorum ipſum Tabernaculum, quia diſtinguebantur caſtra Iſraelitarum in quatuor partes, ſub quattuor vexillis, vt habetur Num. cap. 2. I & inter caſtra illa erant Leuitæ, & ipſi erant in circuitu Sanctuarij, vt habetur Numeri 1. capite. & ſecundũ hanc diſpoſitionẽ erat Sanctuarium fixum in medio habitationum Iudæorum; & de hoc loquebatur propriè Moyſes.

Alio modo referebatur hoc ad tempus, quo erãt Iſraelitæ in terra promiſſionis, & tunc verum eſt, ꝙ erat Tabernaculum fixum inter eos in medio ſortium ſuarum, quia Hieruſalem, in qua erat Tabernaculum in templo Salomonis, erat quaſi in medio terræ promiſſionis. Ponitur autem hoc hic tanquam cauſa ſuperiorum, quia ſupra dictum fuerat, ꝙ ſacerdos expiaret Sanctuarium in ſanguine; hic redditur cauſa, ſ. quia illud erat in medio habitationis Iudæorũ, & propter hoc vbicunque Iudæi peccarent, videbatur inſici Sanctuariũ, ſecus aũt ſi poneretur Sanctuariũ in vna extremitate habitationũ Iudæo-K rum, quia tũc quamuis ex vna parte inſici videretur, non tamen ex omnibus; cum autem in medio eſt, vndique inficitur. Eſt autem modus iſte tranſumptus ex modo immũditiæ corporalis, quia cũ aliquid eſt in medio multarum rerum immundarum, vndique inficitur per realem actionem ipſarum: ſi autem ex vna parte duntaxat habeat res cauſantes immunditiã, ex illa parte erit immunditia. Dicitur autem in medio ſortium habitationis eorum, quoniam habitationes Iudæorum in deſerto erant per ſortes, ne oriretur contentio, ideo Tabernaculum dicebatur eſſe in medio ſortium, cum eſſet in medio habitationum, quæ erant per ſortes. Alia littera habet.

In medio ſordium habitationis eorum. Et iſta littera videtur eſſe conuenientior: quia magis reddit cauſam ſuperius dicti, quã alia littera, & hoc, quia iſta purificatio fiebat propter ſordes. Melius ergo dicitur, ꝙ Tabernaculũ eſſet

Quomodo poteſt vocari Sancta Sanctorũ Tabernaculum teſtimonij & quomodo prima pars Tabernaculi vocatur eodẽ modo.

Duplex litteræ expoſitio.

eſſet inter ſordes habitationum Iudeorum, quàm ꝙ eſſet inter ſortes, quia quod inter ſordes eſt, purificatione indiget, & potuit eſſe ſatis facilis error, quoniam non differũt iſta niſi in vnica littera, ſcilicet, quòd ponatur d, vel t, & hoc manifeſtum etiam: nam caſtra Iſraelitarum aliqualiter erant immunda, quanquam non eſſet in eis immunditia ſtercoris humani, vt habetur Deuteronom. 23. capite, cum dicitur; habebis locum extra caſtra, ad quem egrediaris ad requiſita naturæ, gerens paxillum in baltheo, cumque ſederis, fodies per circuitum, & egeſta, humo operies quo releuatus es, Dominus enim tuus ambulat in medio caſtrorum. Et tamen adhuc aliqua immunditia erat in caſtris Hebræorum, quæ aliunde prouenit, & de hac rectè diceretur, ꝙ Deus erat in medio ſordium habitationis Hebræorum.

Nullus hominum ſit in Tabernaculo quando Pontifex ingredietur Sanctuarium. Accipitur hic Tabernaculum pro prima parte Tabernaculi, ſicut accipiebatur ſupra immediatè; & accipitur Sanctuarium pro Sancta Sanctorũ; ſic etiam ſupra accipiebatur, cum dicebatur, vt aſpergat è regione oraculi, & expiet Sanctuarium, ſed non poteſt accipi ibi niſi pro Sancta Sanctorum, quia ibi erat Propitiatorium; & eſt ſenſus huius litteræ, ꝙ quando Sacerdos introibat in ſancta Sanctorum, nullus homo debebat eſſe in prima parte Tabernaculi.

Quare cum Sacerdos Magnus introibat in Sancta Sanctorum, nullus hominum eſſe debebat in prima parte Tabernaculi. Quæſt. XXI.

RATIO huius mandati eſt: quia in omnibus temporibus anni licebat Sacerdotibus minoribus introire in Tabernaculi partem primam ad miniſtrandum ibi, ſcilicet, ad incendendum lucernas in mane, & veſpere, vt patet Exo. 27. capite, & ad ponendum panes propoſitionis, vt patet infra 24. capite: & ad cremandum thimiama in mane, & in veſpere, vt habetur Exo. 30. cap. hæ namq; omnes miniſtrationes pertinebant tam ad ſacerdotẽ Magnum, quàm ad minores, ideo quotidie poterant ſacerdotes minores ingredi in Tabernaculũ. Sed in ſancta Sanctorum nulli Sacerdoti minori licebat ingredi, cum non haberent ibi aliquam miniſtrationem, vt ſupra probatum eſt. Non oportebat ergo, ꝙ diceretur, ne aliquis ſacerdos minor ſtaret in Sancta Sanctorum, vel intraret, quando ſacerdos ingrederetur ad expiãdum. Sed rationabile fuit, quòd diceretur, ne aliquis de ſacerdotibus minoribus eſſet in Tabernaculo eo tempore, quo intrabat ſacerdos Magnus, quoniam cum licitum eſſet aliis ſacerdotibus minoribus eſſe in Tabernaculo, exiſtimarent, quòd etiam liceret ſibi in hac die propitiationis, quando ſacerdos intraret in ſancta Sanctorum, exiſtere in Tabernaculo, & reſpondetur, quòd non licebat.

Cauſa autem quare nullus homo deberet ſtare in Tabernaculo, dicitur eſſe ſecundum Nicolaum, ꝙ ſacerdos Magnus intrans in ſancta Sanctorũ (quia intrabat locum ſanctiſſimum) debebat habere maximam attẽtionem ad Deum, hæc aũt perditur per communicationem cũ aliis hominibus in collocutione, vel aliàs. Ne igitur impediretur ſacerdos Magnus ab hac deuotione, iubebatur ne aliquis eſſet in Sanctuario. Simile habetur Exo. 33. c. cum. n. Deus daturus eſſet ſecũdas tabulas Moyſi, & appariturus ei, iuſſit, vt nullus homo aſcenderet in montem, & oues, & boues non paſcerentur econtra, & hoc vt non impedirent eum ab attentione viſionis, quam ſuſcepturus erat. ita ẽt hic. Alij autem dicunt, ꝙ hoc fortè fiebat illud, ne alij viderent res ſacras, quæ apparebant intra ſancta Sanctorum, qm̃ erant indigni videre illas. Sed iſta poſitio ſtare non poteſt; Primò, quia quãuis ipſi eſſent in Tabernaculo in parte anteriori, nihil videre potuiſſent de eis, quæ erant intra ſancta Sanctorum, qm̃ iſtæ duę partes velo interpoſito diſiunctæ erant, & exiſtentibus in Tabernaculo nihil patebat eorum, quæ intra ſancta Sanctorum erant. Item, ſecundò, quia dato, ꝙ velum pendens ante ſancta Sanctorum tolleretur, tñ illi, qui exiſterent in prima parte Tabernaculi, nihil viderent eorũ, quæ erant intra Sancta Sanctorũ, quoniam etiam ipſe ſacerdos Magnus nihil videbat, immò ſi vidiſſet, moreretur, & propter hoc iubebatur ponere thymiama ſuper prunas, vt vapor inde exhalans operiret Propitiatorium, vt ſic nihil videretur. Si ergo ſacerdos Magnus nihil videbat eorum, quæ erãt intra velum, à fortiori nec videre potuiſſent illi, qui erant extra in Tabernaculo. Item, poſitio Nicolai non multum agit: quia cum ſummus Sacerdos eſſet intra velum, dato, quòd alij eſſent in prima parte Tabernaculi, non loqueretur cum eis, nec haberet aliquam communicationem, per quam impediretur ab intentione ſua.

Doct. opi.

Sed magis dicendum eſt, ꝙ hoc fiebat, & vetabatur ne aliquis de illis, qui erant in Tabernaculo audiret vocem loquentis de Propitiatorio: nã die illa qua intrabat ſacerdos in ſancta Sanctorum, loquebatur ad Deum, & Deus ipſi. Hanc autem vocem indigni erant audire omnes alij; ſi autem eſſent in Tabernaculo, audirent voces, quia prima pars Tabernaculi, & ſancta Sanctorum, ſolo velo interpoſito diſtinguebantur: hoc aũt non impediebat voces audiri, ideo fuit conueniens, vt excluderentur oẽs à Tabernaculo: nam ſicut ſummus Sacerdos non erat dignus videre vultum loquentis in Propitiatorio, & propter hoc vapor de thymiamate exhalabat, quo cooperiebatur Propitiatorium, ita & omnes alij præter ſacerdotem maiorem erant indigni audire vocem loquẽtis, ideo de Tabernaculo excludebantur. *Quando Pontifex ingredietur Sanctuarium.* id eſt, quando ſummus Sacerdos ingredietur in ſancta Sanctorum: non enim poteſt accipi Sãctuarium hic largè, ſcilicet, pro toto loco ſancto, prout dicit Tabernaculum & Atrium; nec etiam pro ſolo Tabernaculo: quia non ingrediebatur ſacerdos in iſta, ad orãdum pro ſe, & domo ſua, ſicut immediatè dicitur, ſed ſolum in ſancta Sanctorum.

Ordo charitatis Sacerdos pro quib. orabat.

Vt roget pro ſe, & domo ſua, & vniuerſo cœtu Iſrael. Quando ſacerdos ingrediebatur in ſancta Sanctorum, rogabat pro ſe, & pro domo ſua, & pro omnibus Iſraelitis; primò pro ſe, deinde pro domo ſua. Cauſa erat, quia ſic eſt ordo charitatis, vt primò aliquis ſeipſum diligat, & magis, deinde familiam ſuam, poſt autem ceteros. Erat alia cauſa: quoniam pro illis debebat primò rogari, pro quibus primò ſacrificium offerebatur, ſed primò ſacerdos offerebat pro ſe, & domo ſua vitulum, deinde pro toto Iſrael offerebat hircum, ergo primò debebat orare pro ſe, & domo ſua, quàm pro omnibus aliis. *Donec egrediatur Tabernaculum.* i. donec egrediatur ad Tabernaculum, non enim dicit hic Tabernaculum terminum à quo, ſed ad quem, quia ſi acciperetur pro termino à quo, eſſet ſenſus, quòd ſemper ſacerdos oraret pro ſe, & Iſraelitis, quouſque exiret de Tabernaculo; ſed hoc eſt contra litteram: quia dicitur immediatè, ꝙ poſt hoc ſacerdos accederet ad Altare thymiamatũ, quod eſt coram Domino, & ibi expiaret in ſanguine, ergo iã ceſſauerat orare pro ſe, & pro populo, & tunc qñ accedebat ad altare thymiamatum, non erat extra Tabernaculum. Neceſſario igitur accipiendum eſt hic, vt Tabernaculum dicat terminũ ad quem, & ſignat primam partem Tabernaculi, quæ erat ſancta Sanctorũ; & eſt ſenſus, donec egrediatur Tabernaculum, i. orabit ſacerdos quouſque exeat de ſancta Sãctorum ad Tabernaculum, ſcilicet, ad primam partem Tabernaculi, & hoc erat, quia ſacerdos cũ intrabat in ſancta Sanctorum, aſpergebat ſepties de ſanguine contra Propitiatoriũ; cum verò hoc feciſſet ſtabat ibi aliquanto tẽpore, & tunc orabat pro peccatis ſuis, & totius populi; poſt hoc autem primam partem Tabernaculi intrabat, vt ibi expiaret, & iterum orabat pro peccatis ſuis, & totius populi. *Cum autem exierit ad Altare quod coram Domino eſt.* Dicebatur exire ad Altare, ſ. ad Altare thymiamatum, & erat iſte exitus, quia Altare thymiamatũ erat in prima parte Tabernaculi, vt habetur ad Hebræos c. 9. & exibat: quia velo interpoſito diſtinguebatur ſancta Sanctorum à prima parte Tabernaculi. Dicebatur aũt iſtud eſſe Altare thymiamatũ coram Dño, quia erat corã velo poſito ante Arcam, & Propitiatorium, in quo Deus eſſe dicebatur. Sic hr̃ Exodi 30. c. cũ dicebatur: poneſq; Altare cõtra velum, ꝙ ante Arcam pendet teſtimonij coram Propitiatorio.

Littera expoſitio.

Expiatio in qua parte Sanctuarij fiebat.

Et ſciendum, ꝙ quamquam per ſordes filiorum Iſrael totum Sanctuarium, quod inter eos erat, polluebatur,

tamen non fiebat expiatio niſi in Altaribus, & hoc quia principaliter Deus eſſe videbatur in iſtis, & in Propitiatorio, ideo expiatis iſtis tribus, omnia quæ in Sanctuario erant, expiata videbantur: & hoc, quia omnia, quæ erant in Sanctuario, aliquo modo erant ad miniſterium duorum Altarium, ſcilicet, thymiamatis, & holocauſtorum, præter ea, quæ erant in Sancta Sanctorum, quæ per ſe expiabantur. *Vt oret pro ſe.* Sicut intra Sancta Sanctorum ſacerdos orauerat, ita & apud altare thymiamatũ orare iubebatur; ſed dicitur hic, ꝙ oraret pro ſe, ſupra aũt mãdabatur, ꝙ oraret ꝓ ſe, & domo ſua, atq; vniuerſo cætu Iſrael.

Dicendum, quòd etiam hic intelligi debet, quòd oraret pro domo ſua, & Iſraelitis, quod patet ex duobus; Primò, quia pro illis oratur, pro quorum peccato ſanguis effunditur, cum hoc ſit generale in omnibus ſacrificiis: ſed hic fundebatur ſanguis ſuper altare thymiamatum, qui effuſus erat pro peccato Iſraelitarum, & domus ſacerdotalis, ergo pro eis orabatur. Patet hoc: quia hic dicitur, & ſumptum ſanguinem vituli, atque hirci, fundet ſuper cornua eius per gyrum, ſed eſt manifeſtum, ꝙ ſanguis vituli oblatus erat pro ſacerdote, & domo ſua, vt patet ſupra in littera, & ſanguis hirci oblatus erat pro multitudine Iſraelitarum, pro omnibus igitur orabatur.

Item, ſecundò patet: quia pro illis oratur in expiando Sanctuarium, à quorũ ſordibus expiatur Altare thymiamatum, ergo cum expiabatur, rogabatur pro eis; Maior patet: quia expiatio ſemper fiebat cum precibus, vt apparet exemplariter in iſto cap. & rogabatur, vt Deus remitteret peccata illorum, per quorum ſordes fuerat aliquid coinquinatũ; Minor patet, ſcilicet, quòd expiaretur Sanctuarium ab immunditiis filiorum Iſrael, quia dicitur infra: & ſanctificet illud ab immũditiis filiorum Iſrael, ergo oportebat, quòd pro aliis rogaret præter ſeipſum. Itẽ, in die propitiationis expiabatur Sanctuarium ab omnibus immunditiis: Sãctuarium autem incurrebat immunditiam per quæcumque peccata, & ſordes, ſed manifeſtum eſt, ꝙ alij præter ſacerdotem peccabant, & immunditias incurrebant, ergo debebat Sanctuarium in die hac expiari à ſordibus eorum, & cõſequenter pro eis orari debebat. *Et ſumptum ſanguinem vituli, atque hirci.* Hic ponitur quid deberet aſpergi ſuper altare thymiamatum, & dicitur quòd aſpergeretur de ſanguine hirci, & vituli.

An Sacerdos Magnus ſimul ferret ſanguinem vituli, & hirci ad expiandum, quando introibat in Sancta Sanctorum. Quæſt. XXII.

CIRCA hoc quæri poteſt, vtrum ſacerdos Magnus ſimul ferret ſanguinem vituli, & hirci, quando intrabat in Sancta Sanctorum, vel prius ferret ſanguinem vituli & deinde ſanguinem hirci, & ſic bis ingrederetur in Sãcta Sanctorum in die propitiationis. Dubium enim videtur hoc, nec videtur magis vna pars neceſſitare q̃ altera. Aliquis dicet, quòd bis intrabat Summus ſacerdos in Sancta Sanctorum in die hac, primò offerens ſanguinem vituli, deinde ferens ſanguinem hirci: & hoc ſatis videtur ſentire littera, cũ dicatur ſupra, ꝙ tollet ſacerdos de ſanguine vituli, & aſperget ſepties contra Propitiatorium; & poſtea dicitur, quòd mactabit hircum, & inferet ſanguinem eius intra velum, ſicut præceptũ eſt de ſanguine vituli. Sed hoc non concludit: qm̃ ſi ſic ex ordine litteræ arguendum eſſet, cum ſupra ponatur de capro emiſſario, ꝙ ſtatuet eum ſacerdos coram Domino, & fuſis precibus ſuper eum, mittet illum in ſolitudinem; & poſtea, ſi dicatur de oblatione vituli, intelligeretur, ꝙ prius deberet mitti in ſolitudinem caper emiſſarius, quam immolaretur vitulus, & hircus; ſed hoc falſum eſt: quia infra dicitur, ꝙ poſtquam exierit ſacerdos de emundatione Sãctuarij, & Tabernaculi, & Altaris, confitebitur peccata ſuper hircũ, & mittet illum in ſolitudinem; non tenetur ergo ordo litteræ in his; ita, quamuis inter iſta duo, quæ hic poſita ſũt, videatur poni, quædam differẽtia in ordine executionis, tamen ſimul fiebant. Dicẽdum igitur magis, quòd ſacerdos ſolum ſemel introibat in Sancta Sanctorũ in die propitiationis, & quòd ſimul introferebat ſanguinem vituli, & hirci; quòd patet: quia dicitur ſupra in littera, quòd ſa- *Doct. reſponſio.*

F cerdos intrans in Sancta Sanctorum orabat pro ſe, & domo ſua, & toto populo, & tamen ſi bis intraſſet quando orabat, expiando pro ſe, nõ oraret pro populo, ſed poſtea alia vice. Itẽ, quia dicitur in littera, quòd rogabit pro ſe, & domo ſua, & cętu Iſrael, donec egrediatur, id eſt, quòd ſacerdos non deberet egredi de Sancta Sanctorum, quouſque pro ſe, & pro populo oraſſet, ergo ſolum vna vice ingrediebatur, in qua pro ſe, & pro omnibus aliis orabat; non enim erat neceſſariũ, vt ſecundo intraret, cum in prima vice totam expiationem compleuiſſet. Item, quia dicitur, quòd quando egreditur ſacerdos Magnus de Sancta Sanctorum, fundet ſanguinem vituli, & hirci ſuper cornua altaris, ergo ſimul fundebatur ſanguis vterque, nec ingrediebatur ſemel ꝓ effuſione cuiuſlibet ſãguinis.

G *An Sacerdos intrans ſemel in Sancta Sanctorum, ferens ſanguinem vituli, & hirci, ferret in eodem vaſe, vel in diuerſis.* Quæſt. XXIII.

ADHVC autem circa hoc quæritur, an ſacerdos ſemel intrans in Sancta Sanctorum, & ſimul ferens ſanguinem vituli, & hirci, ferret in eodem vaſe, vel in diuerſis, ſcilicet, in vno ſanguinem vituli, & in alio ſanguinem hirci? Ad quod dicendum, in hoc non multum differre, an in eodem vaſe, vel in diuerſis iſte ſanguis portaretur. Aliqui enim dicũt, quòd veriſimilius eſt, in duobus vaſis hunc ſanguinem fuiſſe perlatum & duas expiationes factas fuiſſe, quia iſta animalia pro diuerſis immolabantur, ſcilicet, vitulus pro ſacerdote, & domo ſua, & hircus pro toto populo; ideo videtur, quòd vna expiatio fie-
H ret pro ſacerdote, & alia pro populo, quod fieri non poſſet, ſi in eodem vaſe vterque ſanguis commixtus fuiſſet. Item, ſicut ſacerdos orabat pro ſe, & pro domo ſua, & deinde pro populo, ita debebat pro ſe primo expiare, & deinde pro toto populo, & ſic fuiſſent duæ expiationes & ſanguis in duobus vaſis. Reſpondendum eſt, quòd videtur dicẽdum vnam expiationem fuiſſe factam pro populo, & pro ſacerdote, quamuis de duobus ſanguinibus; quod patet: quoniam ſi fuiſſet ſanguis hirci in alio vaſe, quam ſanguis vituli, & de vtroque facta fuiſſet expiatio, non aſperſum fuiſſet ſepties coram Propitiatorio, nec coram altari thymiamatum, ſed quattuordecies, ſcilicet, ſepties pro populo, & ſepties pro ſacerdote Magno; in littera tamen mandatur, ꝙ ſolum fieret ſepties, ergo videtur, quòd eadem aſperſio erat, quæ fiebat pro populo, & *Doct. reſponſio ad quæſitũ.*
I pro ſacerdote; differebat tamen in ſanguine, quia pro ſacerdote offerebatur ſanguis vituli, & pro populo ſanguis hirci: in expiatione tamen actuali iam nõ differebat, quia erat facta commixtio ex vtroque. Ad argumenta reſpondetur. Ad primum, cum dicebatur, quòd pro populo, & pro ſacerdote mactabantur diuerſa animalia, ergò debebant fieri diuerſæ expiationes. Reſpondendum eſt, quòd cum fieret expiatio pro populo, & pro ſacerdote, non debebat eſſe idẽ animal, ſed diuerſum, qm̃ pro diuerſis peccatis iſta fiebant: & tñ in expiatione cũ ſimul fieret expiatio vituli, & hirci, non differebat, an in ſanguine vituli per ſe fieret expiatio, vel ꝙ fieret in vtroque ſimul, quia vtroque modo fiebat pro populo ſeptenaria expiatio, & pro ſacerdote eodem modo. Ad aliud argumentũ quando dicitur, quòd ſacerdos primo orabat pro ſe, & pro do-
K mo ſua, & deinde pro populo. Reſpondetur, ꝙ non tenet iſta cõſequentia: quia cum ſacerdos deberet orare pro ſe, & pro toto populo, impoſſibile erat, ꝙ hoc ſimul faceret, quia non poterat ſimul diuerſa verba proferre; ſed vnum. In expiatione tamen aliud erat, quia poterat ſimul accipere de ſanguine vituli, & hirci, & ſimul pro ſacerdote & populo expiare: *Fundetq; ſuper cornua eius per gyrum,* ſacerdos Magnus accipiens craterulam ſanguinis, fundebat in quolibet de cornibus altaris thymiamatum: erant enim quattuor cornua, & in his non ponebatur ſanguis per tinctionem, vel aſperſionẽ, ſed per effuſionem, ſcilicet, quòd ſacerdos faceret ſuper quodlibet de cornibus altaris defluere aliquid de ſanguine. Et dicitur hic, ꝙ hoc fieret per gyrum, non quòd effunderetur ſanguis per circuitum totius quadraturæ altaris: quia tunc diſtillaret ſanguis per omnes partes Altaris: hic tamen dicitur, quòd in

cornibus

cornibus fiebat iſta effuſio,ideo intelligendum eſt, quòd fiebat iſta effuſio per gyrum,ſcilicet,in quatuor cornibus Altaris, & quia quatuor cornua comprehendebant totum circuitum Altaris,quia in quatuor cornibus Altaris fundebat ſanguinem,dicebatur fundere per gyrũ. *Aſpergenſq; digito ſepties, expiet: & ſanctificet illud.* Iſta eſt alia cæremonia ad expiandum Altare,& iſta non erat per effuſionem ſanguinis,ſicut præcedens,ſed mittebat Sacerdos digitum ſepties in ſanguinem vituli, & hirci,quẽ tenebat in cratera, & ſepties aſpergebat contra ipſum Altare,& tũc non erat coniunctus Altari, ſicut cum fundebat ſanguinem ſuper illud. De cauſa autem huius ſeptenariæ aſperſionis ſupra dictum eſt, quoniam in omnibus mundificationibus obſeruatur numerus ſeptenarius. *Et expiet,& ſanctificet illud.* Iſta expiatio,& ſanctificatio non dicunt aliquid diſtinctum à præcedentibus cæremoniis, ſed fundere ſanguinem ſuper cornua Altaris,& aſpergere ſepties,erat expiatio,& ſanctificatio. Sed hic ponitur expoſitiuè,ſ.q fundendo ſanguinẽ,& aſpergendo ſepties purificabatur Altare,& cum dicitur hic(expiabit,& ſanctificabit)idẽ actus ſunt realiter,ſed differunt formaliter, vel ſecundũ rationẽ: ſicut dicimus de illo,cui infunditur gratia, quoniam in eo ſimul, & ſemel hãbet gratia duos actus,ſcilicet,quòd expellit vitia,& q reddit animã gratam Deo, ita hic(expiare) dicitur eſſe tollere immunditias, ſanctificare eſt ſanctum facere, ſ.conueniens ad cultum,& miniſtrationem Dei. Iſta autem duo acquirebat Altare ſimul per ſanguinis effuſionem, & aſperſionẽ. ergo ſanctificare & expiare idem ſunt ſecundum rem, ſed ſolum differunt ratione. *Ab immunditiis filiorum Iſrael.* id eſt,expiabatur Altare à quadam immunditia, quæ videbatur inducta in illo per iniquitates, & immunditias filiorum Iſrael. Quomodo autem Sanctuarium immunditiam incurreret per iniquitates hominum,ſupra declaratũ eſt. *Poſtquam emundauerit Sanctuarium,& Tabernaculum,& Altare.* Hic ponitur quid facturus erat Sacerdos poſt expiationẽ factam in ſanguine. Et ponuntur hic tria,quæ expiabat,ſ.Sanctuarium,Tabernaculũ,& Altare. Quorũ prima duo poſſunt accipi dupliciter: vno modo poteſt accipi Sanctuarium pro Sancta Sanctorũ,ſicut ſupra accipiebatur,cũ dicebatur:aſpergat è regione oraculi,& expiet Sanctuarium ab immunditiis filiorũ Iſrael. ibi tamen non poteſt accipi niſi pro Sancto Sanctorum, cum dicatur de aſperſione corã Propitiatorio. Sic etiam patet ſuprà cum dicitur,nullus hominũ ſit in Tabernaculo, quando Pontifex ingreditur Sãctuarium.vbi manifeſtè agitur de Sancto Sanctorum;& tunc eſt ſenſus,q Sacerdos expiabat Sanctuarium.i. Sancta Sanctorũ,& hoc, quia aſpergebat coram Propitiatorio ſanguinem;& tunc accipitur Tabernaculũ pro prima parte Tabernaculi, & dicebatur illa pars eſſe expiata,inquãtum expiaretur Altare thymiamatum quod erat in eo. Non dicitur autem aliquid hic de emũdatione Altaris holocauſtorum,illud tñ poterat recipere immunditiam ſicut omnia alia. Cauſa huius eſt: quia cum omnia ſacrificia pro peccato fierẽt in Altari holocauſtorum, neceſſariũ erat,vt quandocumque fieret aliquod ſacrificium pro peccato,expiaretur ipſum altare ex lege ſacrificiorum,quia tingebatur cornua eius.de hoc ſupra 4.& 5.cap. Alio modo poteſt accipi hic Sanctuarium generaliter,pro toto Sanctuario,& dicebatur ipſum expiari,quia aliquid eius expiabatur, & ſic accipitur Tabernaculum pro Sancto Sanctorum, quoniam Apoſtolus vocat Sanctum Sanctorum ſecundum Tabernaculũ,vt patet ad Hebræos nono capite. & tunc dicitur Tabernaculũ,ſ.Sãcta Sanctorũ expiari, quia coram Propitiatorio ſanguis aſpergebatur. Altare autem ſignificabit ipſum altare thymiamatum, ſuper quod fundebatur ſanguis,& aſpergebatur ſepties ſanguine. *Tunc offerat hircum viuentem.* ſ.poſtquam fuerint factæ omnes cæremoniæ ſuperiores. Vocatur hic hircus viuens caper emiſſarius,quia vt alius non fuerat immolatus,manebat autem viuens,vt mitteretur in ſolitudinem; & dicitur,q offeret eum,non quòd immolabit, quia tunc non poſſet eſſe hircus emiſſarius,ſed quod offeret,id eſt, præſentabit coram Domino ad oſtium Tabernaculi iſtum hircum,vt imprecaretur ſuper caput eius peccata filiorum Iſrael; & iſta

Expiare & ſanctificare quid.

Quid Sacerdos facturus erat poſt expiationem factam in ſanguine.

A oblatio erat differens à ſuperiori:quoniam dictum fuerat ſupra,q iſte hircus offerretur cum alio hirco;vt ponerentur ſortes ſuper eos, ſ.quis eſſet pro Domino, & quis pro capro emiſſario. Nunc autem iterum offerebatur, id eſt, præſentabatur coram Domino, poſt factam expiationem ad imprecandũ peccata capiti eius. *Et poſita vtraque manu ſuper caput eius.* Iſta erat cæremonia,quam obſeruabat Sacerdos in enarrando peccata Iſraelitarum,ſ.quòd poneret manum vtramque ſuper caput vituli. Cauſa huius eſt id,quod infra dicitur, ſ.quòd Sacerdos imprecabatur peccata omnium Iſraelitarum: ad imprecandum autem oportebat imponi manum ſuper caput hirci,quia in hoc ſignificabatur,quòd Sacerdos rogabat,vt Deus transferret omnia peccata Iſraelitarum ſuper caput illius hirci; ſic etiam fiebat in omnibus ſacrificiis,vt quandocumque B aliquis offerret animal ad immolãdum,poneret manum ſuam ſuper caput illius,vt patet ſupra 1.3.& 4.cap. Cauſa autem eadem eſt quæ hic. *Confiteatur omnes iniquitates.* Sacerdos confitebatur hirco omnes iniquitates filiorum Iſrael. In quo conſiderandum eſt,quòd non oportebat,vt Sacerdos diceret iſtas iniquitates hirco ad aurem, ſed ſufficiebat,vt diceret qualitercumque ſuper ipſum. Cauſa huius eſt:quia cum aliquis ad aurem alteri loquitur,id ideo agit,vt ille audiens intelligat,ſed nihil magis intelligeret hircus prolatis iſtis ad aurem, quam ad dorſum, ergo nihil differebat magis ad aurẽ proferri, quàm aliàs, immo videtur, quòd non erat conueniens diſpoſitio ad hoc, vt Sacerdos proferret in aure hirci, quia ponebat vtramque manum ſuper caput eius,vt patet in littera,& ſic non poſſet conuenienter applicare os.

Quare ponebat Sacerdos manum ſuam ſuper caput hirci.

Notãdũ de confeſſione iniquitatum filiorũ Iſrael.

C

An debuerit Sacerdos Magnus confiteri peccata populi hirco, vel magis alteri Sacerdoti ſicut nunc fit, & an iſta cæremonia ſit rationabilis. Quaſt. XXIIII.

CIRCA hoc autem aliquis dicet iſtã cæremoniam eſſe valde irrationabilem,ſcilicet,q Sacerdos confiteretur peccata populi hirco: Nam hircus horũ nihil audit,& dato,quòd audiret,& intelligeret,nihil prodeſſet, quoniam abſoluere nequibat: ſed ſi confeſſio fieri debebat,rationabilius erat, vt fieret Sacerdotibus, ſecundum quòd nunc fit, & ipſi abſoluerent. Reſpondendum eſt ad hoc, quòd iſta cęremonia erat valdè conueniens, ſecundum quòd omnes aliç cęremoniæ Veteris Teſtamenti;& dato,quòd nihil proficeret confeſſio facta hirco ad hoc, D valde tamen conueniens erat eam fieri. Apparent autem ea, quæ dicta ſunt:quoniam cęremoniæ in Veteri Teſtamento dicebantur eſſe conuenientes ſecundum habitudinem ad duo, ſ.per reſpectum quendam quem habebãt ad ea,quæ futura erant in Nouo Teſtamento,& per quãdam comparationem, quam habebãt ad præſentem ſtatum Iudæorum,qui tũc erant: illæ autem cęremoniæ,quæ haberent conuenientem habitudinem ad iſta duo, erant conuenienter aſſignatæ, illæ autem quæ ad neutrũm horum cõgruenter adaptarentur; non erant conuenientes cęremoniæ. Ratio huius eſt:quia lex iſta tradita Iudæis, erat lex tradita populo imperfecto, ideo non debebat eſſe bona, vel perfecta ſimpliciter, ſed ſecundum conueniẽtiam gentis cui dabatur,iſte autem populus, quia imperfectus erat, ordinabatur ad perfectionem Noui Teſtamenti,quæ futura erat: & erudiebatur in his cęremoniis imperfectis,vt cum veniret lex Euangelica perfecta, diſpoſiti eſſent ad ſuſcipiẽdum illam ceruice iam domita; debuit igitur lex eis data talis eſſe, vt haberet quandam habitudinem ſignificationis futurorũ bonorũ,& ordinationis in illa, & præter hoc eſſet quædã regula directiua conueniẽter illius populi pro tempore. Propter primum omnes cęremoniæ Veteris Teſtamenti aliquo modo ſignant aliquid, quod futurum erat in Nouo Teſtamento,& ordinant in illud quodam modo deducendo. Sic ait Apoſtolus prima ad Corinthios cap.10. Omnia in figura contingebant illis. i.omnia quæ fiebant apud Iudæos,erãt quædã ſigna,& figuræ bonorũ venturorum. Sic etiã patet ad Hebræos 10.c.cũ dicitur: Vmbram.n.habet lex futurorũm bonorum, non ipſam imaginem rerum. & quantum ad hoc, ſicut de aliis cæremoniis alibi inductum

ductum eſt,& inducetur cum locus fuerit, ita de hac, quæ F
erat in confeſſione facta hirco patet. Erant enim hic duo;
Primum erat expiatio facta in ſanguine aſpergendo, &
effundendo; Secundum erat, quòd ipſa peccata populi
Sacerdos confiteretur hirco. In primo enim quantum ad
habitudinem futurorum bonorum, ſignificabatur effuſio
ſanguinis Chriſti, per quem redimendi eramus. Sic ait
Apoſtolus ad Hebræos 9.cap. vbi applicat iſtam ſimilitu-
dinem diei expiationis, & introitus ad Sancta Sanctorũ,
ad mortem Chriſti, cum ait: Omnia pęne in ſanguine ſe-
cundum legẽ mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non
fit remiſſio peccatorum; neceſſe eſt ergo exemplaria qui-
dem cæleſtium his mundari, ipſa autem cæleſtia meliori-
bus hoſtiis quam iſtis: non enim manufacta Ieſus introi-
uit exemplaria verorum, ſed in ipſum cælum, vt appareat
nũc vultui Dei pro nobis, nec, vt ſæpè offerat ſemetipſum, G
quemadmodum Pontifex intrabat in Sancta per ſingulos
annos in ſanguine alieno; alioquin eum oportebat fre-
quenter pati ab origine mundi: nunc autem ſemel in cõ-
ſumatione ſæculorum, ad deſtitutionem peccati per ho-
ſtiam ſuam apparuit. De hac autem cæremoniali obſer-
uatione, quomodo applicetur ad futura bona, quorũ vm-
bra eſt, ſatis patet: ſed quia ſignum erat futurarum rerũ,
& non veritas rei, non cauſabat remiſſionem peccatorũ,
quam ſignabat. Hoc idem declarat Apoſtolus conſequen
ter ad Hebræos in cap. 10. cum dicit: vmbram enim ha-
bens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerũ,
per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis, quas offerũt inde-
ſinenter, nunquam poteſt accedẽtes perfectos facere, alio-
quin ceſſaſſent offerri, ideo quòd nullam haberent vltra
conſcientiam peccati cultores ſemel mundati; ſed in ipſis H
commemoratio peccatorum fit, impoſſibile eſt enim ſan-
guine taurorum, & hircorum auferri peccata. Secunda
cæremonia huius diei erat confeſſio peccatorum, & iſta
quoque ſecundum modum aliarum cæremoniarum erat
quædam figura futurorum bonorum, erat tamen vmbra,
& non res: fiebat enim conuenienter iſta confeſſio pecca-
torum, ad deſignandum id, quod in Nouo Teſtamento
futurum erat. Nam in Nouo Teſtamẽto vera redemptio-
ne peccatorum habita fuit introducta confeſſio, vt per il-
lam participaremus redemptionem peccatorum iam in-
troductam à Redemptore noſtro, quæ aliàs communicari
nobis non potuiſſet. Et fuit facta iſta confeſſio poſt im-
molationem vituli, & hirci: quia ſic etiam in Nouo Te-
ſtamento futurum erat, vt prius Redemptor noſter more-
retur in ſanguine ſuo, vera habita redemptione, & poſte- I
rius omnia Sacramenta, quorum ipſa confeſſio eſt, effica-
ciam ſumerent: ante mortem namq; eius nihil proderat,
quia nondum mortuus fuerat ille, in cuius virtute confeſ-
ſio conferebat. Sic etiam quolibet anno in Veteri Teſta-
mento iſta fiebant, quoniam conueniens ſignum fuit, vt in
quolibet anno confeſſio in Nouo Teſtamento frequẽtan-
da foret. Fiebat quoque confeſſio iſta hirco, qui aufere-
bat iniquitates populi in deſertum, quoniam Chriſto cõ-
feſſio iſta in Nouo Teſtamento fit, quoniam ipſe aufert
iniquitates noſtras à nobis: & cum eius miniſtris confite-
mur, ei quidem confitemur, quia propter eũ iſta facimus:
ipſe namq; hirci nomine ſatis ſignatur, quia cum in ſimi-
litudine carnis fętidæ peccati apparuit, verè tamen abſtu-
lit iniquitates noſtras, & dolores noſtros ipſe portauit.
Hæc tamen cæremonia futurorũ vmbra erat, & non ima- K
go: quoniam per eam nihil efficiebatur, quemadmodum
per confeſſionem Noui Teſtamenti vere auferuntur pec-
cata, & communicatur nobis redẽptio à Saluatore noſtro
iam cauſata. In hac autem confeſſione facta hirco, nec
redẽptio fiebat, quia non erat qui faceret, nec facta com-
municabatur, cum nondum ſtaret, quia iuxta dictũ Apo-
ſtoli ad Hebr. 10. cap. ſicut impoſſibile eſt ſanguine tau-
rorũ, & hircorum auferri peccata, ita impoſſibile eſt per
confeſſionem factam hirco, aut redemptionem fieri, aut
factam aliis communicari. Nec tamen in hoc cæremonia
iſta non efficax dicitur, quoniam conditio cæremoniarum
eſt non efficaces rerum eſſe, ſed futurorum bonorum vm-
bras, vt patet ad Hebr. 10. cap. quin potius ſi inducerent,
quod ſignarent, iam non vmbrę rerum, ſed ipſorum vero-
rum, & præſentium bonorum imagines exiſterent, iuxta

Cæremonia effuſionis ſanguinis hirci, fuit cõueniẽs ad ſignificationem Chriſti paſſuri.

Nota hoc cõtra nouellos hæreticos, dicentes cõfeſſionem nõ eſſe neceſſariã, nec de iure diuino. Decretalis omnis vtriuſque ſexus, de pæn. et remiſſ. fuit ſancta, et honeſta, & in Veteri Teſt. figurata, & iuri Diuino conſona.

doctrinã Apoſtoli in præallegato cap. Conſiderantur am-
plius iſtæ cæremoniæ ſecundum quòd habent quandam
habitudinem ad ſtatum populi, qui tunc erat, cũ eſſet iſta
quædam lex ſpecialis Iudaicæ politiæ; cõueniebat autem
valde ſtatui illius temporis conditio harum cęremoniarũ;
& Primò de ipſa immolatione vituli, & hirci, quod mul-
tipliciter proficit; Primo, quia Deus aſſueſaciẽdo Iudæos
ad iſtas operationes legales, inducebat ad hoc, vt deuotè
agerẽt, deuotio autem verum bonum eſt, & pro hoc pro-
culdubio merebantur, ſicut nos meremur in Nouo Teſta-
mento præſentata nobis ipſa verorum bonorum imagine.
Itẽ, quoniam actus iſti legales ſunt actus latriæ, quos ho-
mo Deo exhibet tamquam ſuperexcellenti, & cui ad hoc
tenetur: hoc autem non paruum bonum eſt, nam & ſi ipſi
actus ſecundum rationem ſuam particularem, vt determi
nantur in ſuis materiis, nihil conferens habere videntur,
quia tamen actus latriæ ſunt, valde proficiunt cum fiunt,
quia Deus illos fieri iuſſit. Amplius, quoniam quicumque
in Veteri Teſtamẽto iſtis cæremonialibus inſiſtebat acti-
bus, expreſsè vel implicitè Chriſtum futurum confiteba-
tur, qui latebat in cortice litterę, & vera bona, quę aliquã-
do reuelanda erant; Ex hoc autem proficiebant colentes
merito fidei, per quam homines Deo placent, & ſine qua
impoſſibile eſt placere Deo, vt habetur ad Hebræos 11.
cap. Amplius autem quoniam quamuis cæremoniæ iſtæ
ſecundum ſe efficaces non eſſent verorum bonorum, quo-
rũ erant vmbræ, aliquo modo tamen inducebant ad quæ-
dam vera bona: nam inducebantur in hac die propitia-
tionis omnes Iudæi, vt affligerentur pro peccatis, & qui-
cumque afflictus non foret, periret de populo ſuo, vt pa-
tet hic in littera, & infra 23. cap. ſed afflictio pro peccatis
veram ſecundum aliquid remiſſionem peccatorum con-
ferebat, quamquam non plenam, quia hoc erat vltra con-
ditionem temporis, in quo nõdum redemptio facta erat.
De alia cæremonia, quæ erat in confeſſione facta hirco,
dicendum eſt, qualiter ſe haberet ad conuenientiam ſta-
tus temporis illius. Et dicendum, quòd congruenter illi
tẽpori ſe habebat ſecundum omnia, quę dicta ſunt de im-
molationibus vitulorum, & hircorum: quoniam per aſ-
ſuefactionem horũ, inducebantur homines ad faciendum
illa deuotè, & ſic verè merebantur. Item, erant actus per-
tinentes ad latriam, & ex hoc in vera virtute profectum
cauſabãt. Item, confeſſio iſta, alicuius futuri boni ſignum
erat, & quicumque faciebãt, in fide futurorum bonorum,
hoc operabantur, ideo meritum erat. Amplius autẽ, quo-
niam proficiebat illis ad certificandum ſe de remiſſione
peccatorum pro ſtatu illo, Deus namque illis verè contri-
tis peccata remittebat, ſed ipſi tunc magis certificati erãt
de iſta remiſſione, cũ per aliqua corporalia ſigna eis, qui
adhuc multũ imperfecti erant, notificabatur. Nam cum
viderent Sacerdotem confitentem peccata ſua ſuper hir-
cum, & imprecantem capiti eius, quod quidem auctori-
tate, & mandato Dei Sacerdos faciebat, verè credebant
ablata eſſe peccata ſua, & ſic ad rem, quamquã per iſtam
cæremonialem obſeruationem non auferrentur, ſed per
aliquid alterum. Patet igitur, quòd cæremonia hæc de
confeſſione facta hirco, conueniens valde erat, non quidẽ
efficax, ſed futurorum bonorum vmbra, aliquid tamen
quamuis indirectè proficiebat; & quamquam hircus ea,
quæ dicebantur non intelligeret, & dato quòd intellige-
ret, ad ea nihil conferret, tamen confeſſio iſta conueniens
erat. Nam iſta argumenta procedunt de imagine vera-
rum rerum, & non de vmbra futurorum bonorũ, in ima-
gine autem veritas attenditur, quòd ipſa efficax ſit ſicut
monſtrat, in vmbra autem futurorum bonorum ipſa effi-
cacia eſt, non efficacem, ſed ſignificatiuam eſſe, quæ ſatis
conueniunt his duabus cæremoniis ſupra poſitis. Nunc
autẽ reſpondendum eſt ad id quod dicebatur, quòd con-
uenientius fuiſſet, quòd Iudęi Sacerdotibus confiterẽtur,
& ab eis abſoluerentur, ſicut nunc fit, quàm quòd confite-
rentur hirco. Reſpondendum eſt, quòd non erat conue-
nientius: nam confeſſio, quæ fit ſacerdotibus efficax eſt,
vt per ea quæ præſupponuntur in illa, qui confitetur verã
obtineat peccatorum remiſſionem: hoc autem nõ conue-
niebat tempori illi quantum erat ex parte legis, quia tunc
lex nõ eſſet futurorum bonorum vmbra, ſed præſentium,
& ve-

Confeſſio facta hirco quantum profecerit.

& verorum bonorum imago, & accedentes perfectos faceret, quod eſt cōtra auctoritatem Apoſtoli ad Hebr. 10. capite. Item, ſtatus Veteris Teſtamenti imperfectus erat, & ordinatus ad Nouum Teſtamentum; ſi autem ibi collata fuiſſet veritas rerum facta confeſſione Sacerdotibus, & obtēta vera remiſſio per eam, ſicut nunc obtinetur, nihil differret vmbra ab imagine, nec ſignum à re ſignata, nec imperfectum à perfecto: ſed Nouo Teſtamento conueniebat perfectio iſta, vt in eo veritas abſolutionis per confeſſionem conferretur, ergo in Veteri Teſtamento nō debuit eſſe talis confeſſio, per quā abſolutio plena ex opere legis eſſet. Amplius autem, & fortius, quoniam etiam ſi in Veteri Teſtamento ſtatutum foret, vt fieret confeſſio Sacerdotibus, ſicut fit in Nouo Teſtamēto, nihil illa magis prodeſſet, quàm ſi fieret hirco, vel lapidi; cuius cauſa eſt: quia confeſſio, quæ fit in Nouo Teſtamento, eſt Sacramētum quoddam efficaciā habens à paſſione Chriſti, & quoniam ipſe Chriſtus verè, & ſufficienter operatus eſt ſalutem humani generis, ſtatuit hoc, vt quicumque confiteretur peccata ſua, per hoc particeps eſſet redēptionis ab ipſo cauſatæ. Contulit etiam miniſtris huius confeſſionis poteſtatem clauium, quibus ſoluerent, & ligarent, vt per hoc ex natura ipſius actus induceretur vera remiſſio peccatorum, quæ quidem omnia ab efficacia paſſionis Chriſti profluxerūt, quoniam ipſe primo iſtam virtutem operatus eſt, ſcilicet, remiſſionem ſufficientem culparum. In Veteri autem Teſtamēto Chriſtus adhuc nondum paſſus fuerat, nec inducta redemptio peccatorum: & ſic Sacerdotibus illius non potuerunt dari claues ad abſoluendū, vel ad ligandum, quę à paſſione Redemptoris efficaciam habituræ erant, nec datæ ſunt; ideo nihil profeciſſet confeſſio facta illis Sacerdotibus, cum nullas haberent claues; nec etiam erat poſſibile, quòd haberent, ſtante ordinatione Dei de redimendo humanum genus per mortem mediatoris: nam tunc cum illa eſſet principium ſufficiēs redemptionis noſtræ, ab illa debebant habere virtutem omnes modi, vel cæremoniæ inducentes ad participandū redemptionem factam. Hoc autem non erat in ſtatu Veteris Teſtamenti, quia non præceſſerat paſſio mediatoris, ideo impoſſibile erat, quòd in Veteri Teſtamento Sacerdotes haberent claues ligandi, & ſoluendi in peccatis; nec poterat confeſſio facta eis, magis proficere, quàm ſi nunc laicis confiterentur, qui nullam habent poteſtatem, nec exercitium clauium, immò magis adhuc proficeret confiteri laicis nunc, quia iam per Chriſtum plenaria redemptio facta eſt, ideo poteſtas clauium iam eſt, quamuis in iſtis non ſit, cum iſtis Eccleſia non communicauerit; ideo in tempore neceſſitatis ſecūdum Eccleſiæ ſtatuta, aliquid proficit laico confiteri, tamen in Veteri Teſtamento erat impoſſibile, quòd confeſſio facta Sacerdoti in tēpore neceſſitatis, vel extra illud, aliquo modo proficeret: nam tunc in iſtis claues non erant, nec etiam aliquo modo, vel in aliquo fuerant, quia nondum datæ erant; nihil ergo hoc proficiebat magis, quàm ſi hirco, vel lapidi aliquis confeſſus fuiſſet, in quibus manifeſte nulla efficacia eſt, quia repugnat eis quicquam habere per hoc, quòd proficere poſſint. Habito autem, quòd nihil magis proficiebat in Veteri Teſtamento confiteri Sacerdoti quàm hirco, vel lapidi: Dicendum eſt, quòd conuenientius fuit confiteri ibi hirco, quàm ſacerdoti, quod patet ex duobus. Primò, ad tollendum errorem, quoniam confeſſio facta Sacerdoti, videtur habere aliquem colorem, vt proficere poſſit: quia ille cui peccata dicuntur, rationalis eſt, intelligens hæc quæ dicuntur, & aliquo modo homines concipere poſſunt de illo, quod proficiat. De hirco tamen manifeſtum eſt, quòd nullus intelliget cōfeſſionem illam efficacem eſſe, cum fiat illi, qui non intelligit, nec ad aliquem profectum cooperari poteſt. Sed vt probatum fuit ſupra, nihil magis proficiebat in Veteri Teſtamento confeſſio facta Sacerdoti, quàm hirco, ſed cum omnia peccata populi diceretur hirco, nullus conciperet, quòd ex iſto actu ſoluebantur peccata populi, & ſic eſſet verum iudicium. Si autem Iudæi confiterentur peccata Sacerdotibus concipere poſſent, quòd iſta cōfeſſio aliquid proficiebat, quod falſum eſt: & ſic errarent. Conuenientius ergo fuit in Veteri Teſtamento confiteri hirco, in quo nullus

Cōuenientius fuit hirco cōfiteri quàm Sacerdoti in Veteri Teſt.

A error inducebatur, quàm confiteri Sacerdoti, in quo potuiſſet eſſe error. Alia etiam cauſa eſt, quoniam ea, quæ erant in Veteri Teſtamento, erant vmbræ futurorum bonorum, & non imagines præſentium, vt patet ad Hebreos 10. cap. illud ergo magis conueniēs erat in Veteri Teſtamento fieri, quod magis habebat rationem vmbræ futurorum; ſed ſi facta fuiſſet confeſſiō Sacerdotibus in Veteri Teſtamento, non videretur iſta fuiſſe vmbra repræſentatiua alicuius boni futuri, ſed magis imago quædam boni præſentis, quia potuiſſet credi, quòd verè proficiebat. Confiteri autem hirco, erat purè vmbra futurorum, quia quicumque hoc vidiſſet, ſatis intellexiſſet iſtam confeſſionem factā fuiſſe non propter aliquem profectum, quem habuiſſet, ſed propter aliquam ſignificationem. Magis ergo ad rationem vmbræ pertinebat confeſſio facta hirco, quàm Sacerdoti, ergo magis conueniens erat Veteri B Teſtamento quod erat vmbratile, vt in eo fieret confeſſio hirco quàm Sacerdoti.

De quibus peccatis fieret confeſſio hirco in Veteri Teſtamento. Quæſt. XXV.

NVNC autem conſiderandum eſt de quibus peccatis fieret confeſſio iſti hirco. Et dicet aliquis, quòd de peccatis per ignorantiam, id eſt, de peccatis illis, quæ populus fecerat, & ipſe ſacerdos, eorū tamen obliti erant; quod videtur ſentire Apoſtolus ad Hebræos 9. cap. cum dicitur: In ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex nō ſine ſanguine, quem offert pro ſua, & pro populi ignorantia; & ibi fit ſermo de die expiationis, in quo introibat C Sacerdos in Sancta Sanctorum; ergo videtur, quòd cum pro ignorantia populi & ſua, ſacerdos ibi offerat, quòd de hac ſola confiteatur, quod ad idem pertineat confeſſio peccatorum, & oratio pro illis. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd non poteſt ſtare: quoniam dicitur hic, quòd Sacerdos confiteretur peccata, & iniquitates populi, & tamen manifeſtum eſt, quòd ſi Sacerdotes confiteri deberent aliqua peccata, nō poterant illa ignorare, vel ſi ignorarent, fuiſſet impoſſibile, quòd confiterentur. Aliquis autē forte dicet, quòd Sacerdos confitebatur omnia peccata populi per ignorantiam, ſcilicet, illa, quæ faciebat, & tamen quando faciebat, neſciebat eſſe peccata, poſtea tamen hoc cognouit. Sed dicendum eſt, quòd non poteſt hoc ſtare: quoniam peccata per ignorantiā ſunt quædam ſpecies peccatorum, in quibus eſt differentia ab aliis, & D habent minus de grauitate, quàm alia peccata, vt declarauimus ſupra cap. 4. ſed hic ponuntur vniuerſaliter omnia peccata, tam per malitiam, quam per paſſionem, quā aliàs commiſſa: ergo neceſſarium eſt, vt non ſolum de peccatis per ignorantiam intelligatur, ſed etiam de quibuſdā aliis; patet: quia dicitur: confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata. Sed in iſtis multæ ſpecies peccatorum ſunt.

Dicendum igitur, quòd iſta confeſſio, quæ fiebat hirco, erat de peccatis tam per malitiam, quàm per errorem, quàm per paſſionem, ſecūdum quòd ex littera patet, cum ponantur diuerſa nomina peccatorum, quæ non poſſunt adaptari vni generi peccatorum.

Doct. reſpōſio ad quæſitū.

An Sacerdos oraret hic pro peccatis totius multitudinis. Quæſt. XXVI.

E NVNC autem inquirendum eſt, an Sacerdos oraret hic pro peccatis totius multitudinis, & confiteretur ea ſecundum, quòd multitudo eſt Vniuerſitas, vel ſecundum, quòd multitudo eſt ſingulares perſonæ. Eſt enim valde magna differentia in hoc: nam peccata multitudinis, vt Vniuerſitatis, dicuntur eſſe, quæ tota Communitas agit, quando omnes de populo congregantur ad faciendum vnum, & illud peccatum eſt: peccata autem multitudinis, vt perſonarum priuatarum, dicuntur eſſe illa quæ quilibet homo facit; & ſic peccata horum omnium hominum particularium de multitudine, vel Communitate, dicuntur eſſe peccata multitudinis. Hoc poſito dicet aliquis, quòd hic confitebatur Sacerdos omnia peccata multitudinis, & Vniuerſitatis; quoniam ſi con-

ſi confiteretur peccata multitudinis, id eſt, omnium perſonarum priuatarum conſtituentium multitudinem, nunquam contingeret ei; quòd poſſet finire illa confitendo, quia illa ſunt quaſi infinita. Si autem confiteatur peccata multitudinis, vt eſt Vniuerſitas, facile poſſit omnia confiteri, quoniam tota multitudo ſimul raro coniungitur ad faciendum vnum malum, ſed perſonæ particulares per ſeipſas innumerabilia mala faciunt.

In contrarium dicẽdum eſt, ſcilicet, quòd in die expiationis non ſolum confitebatur ſacerdos peccata multitudinis, vt eſt Vniuerſitas, ſed etiam peccata priuatarum perſonarum; quod patet: quia dies expiationis erat ad generalem expiationem peccatorum, ſi tamen ſola peccata multitudinis ſecundum, quòd eſt Vniuerſitas, ſacerdos confitebatur, maxima, & duriſſima peccata manſiſſent, pro quibus nõ fieret aliqua expiatio, quod incõueniẽs eſt.

Item, videtur hoc haberi ex modo litteræ, quoniam nõ nominãtur hic filij Iſrael tanquam vna Communitas, ſed tanquam multi homines, ſiue ſint partes Communitatis, ſiue non: quia dicitur hic, ꝙ confitebitur ſacerdos peccata filiorum Iſrael, quod notat indiuidua, & non Communitatem. Item, quia dicitur infra. Cumq. portauerit hircus omnes iniquitates eorum; ſed iſtud relatiuum eſt, & eorum particularia deſignat. Cum autem arguebatur, ꝙ ſi ſacerdos debuiſſet confiteri peccata multitudinis, id eſt, peccata omnium perſonarum priuatarum de multitudine, ꝙ nunquam finiret; Reſpondetur quòd hoc procedit ex ignorantia modi illius confeſſionis quem faciebat: non enim ſic fit, vt iſti exiſtimant, de quo immediatè dicetur.

An Sacerdos confiteretur omnia peccata perſonarum priuatarum de multitudine. Quæſt. XXVII.

CONSIDERANDVM vlterius ſuppoſito, ꝙ ſacerdos confiteretur peccata perſonarum priuatarũ de multitudine, an confiteretur omnia illa. Et videtur, ꝙ ſic: quia dr̃ hic in littera: confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata. Item, illa ſola peccata hircus ferebat in ſolitudinem, quæ ſacerdos confitebatur, vel imprecabatur capiti eius; quod ſatis apparet ex contextu litteræ: quoniam ad hoc fiebat confeſſio peccatorum, & imprecatio, vt portaret hircus illa peccata, ſed hircus portabat ſuper ſe omnia peccata Iſraelitarum, vt patet infra cum dicatur: Cumq. portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram ſolitariam. ergo omnes iniquitates confitebatur Sacerdos hirco. In cõtrarium videtur, qm̃ ſi Sacerdos omnia peccata ſpecialiter cõfiteretur, neceſſarium erat, vt quilibet de populo prius ſacerdoti peccata ſua confiteretur, alioquin neſciret ipſe confiteri illa hirco. Sed in Veteri Teſtamento non habetur, ꝙ cõfiterentur homines ſacerdoti, nec fuit cõueniens ſicut ſupra declarauimus. ergo nõ cõfitebatur omnes iniquitates. Item ſi deberent confiteri omnes de populo ſacerdoti, cum illi eſſent plures quàm bis mille millia virorum, & mulierum, & omnium peccare potentium, non poſſet ſacerdos Magnus toto vno anno audire peccata iſtorum, potiſſimè quia ille, qui nunc confitebatur, indigebat iterum confiteri in fine anni, vel poſt aliquot dies, & ſic eſſet impoſſibile, quòd audiret illa peccata.

Item, ſi daremus, ꝙ ſacerdos Magnus committeret illud negocium aliis ſacerdotibus, vt ipſi etiam audirent, ſicut committit Epiſcopus curam animarum multis clericis minoribus, & illi conferunt aliis, non curatis, vt habeant ſecum partem illius oneris, adhuc non poſſet ſtare: quoniam cum ſolus ſacerdos Magnus deberet confiteri hirco peccata populi, oportebat, vt alij ſacerdotes minores referrent ei iſta peccata, quæ audiuiſſent, & tunc redit inconueniens primum, ſ. quòd tantum moraretur ſacerdos Magnus audiens referri iſta à ſacerdotibus minoribus, ſicut ſi audiret ea ab ipſis laicis confitentibus. Item, ſi ſacerdos Magnus audiret omnes Iſraelitas confitẽtes, oportebat vt eorum peccata in multis cartulis ſcriberentur, alioquin obliuiſceretur illa ſacerdos; & tũc dato hoc, ſequeretur magnum inconueniens. ſ. ꝙ ſacerdos recitans iſta peccata per cartulas, indigeret multis diebus ad enarrandum: forte.n. magis quàm duobus menſibus;

F quod non conuenit: quia ſacerdos in die expiationis purificato Tabernaculo interiori & exteriori, confitebatur peccata hirco, & mittebat eum in ſolitudinem, & deinde redibat ad faciendum holocauſta; ergo videtur, ꝙ in hoc modicum morabatur. Dicendum igitur, ꝙ ſacerdos confitebatur peccata perſonarum priuatarum, nõ tamen omnia, ſed aliqua, quæ eſſent maiora, & in maiorib. perſonis, & potiſſimè illa, quæ eſſent à tota communitate facta, & poſt hoc ſubiungebat clauſulas vniuerſales de peccatis, tam per malitiam, quàm per ignorantiã, quàm per paſſionem, & ſic complebatur confeſſio. Quòd autem ſic cõueniens erat fieri, apparet; quia omnia iſta peccata iam aliàs fuerant aliquo modo abolita, quia quando aliquis peccabat, ſiue ille eſſet perſona priuata, ſiue Princeps, ſiue Sacerdos Magnus, aut tota Communitas, fiebant ſacrifi- G cia ſpecialia pro eo, ſecundum regulas quæ habentur ſupra 4. & 5. cap. ideo non erat neceſſarium fieri ſpecialem expreſſionem de eis, ſed quandam vniuerſalem commemorationem, expreſſis quibuſdam in particulari propter formam confeſſionis. Ad argumenta in contrarium reſpondetur. Ad primum, cum dicitur, ꝙ Sacerdos confitebatur omnia peccata, & iniquitates, & delicta filiorum Iſrael. Reſpondendum eſt, ꝙ cum confiteretur multa de illis, dicebatur confiteri omnia: nam in ſacra Scriptura ſæpè accipitur iſte terminus (omnes) pro multis, & nõ diſtribuit vniuerſaliter. Sic patet Gen. 41. cap. cum dicitur: Omnes prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt haberent eſcas, & tamen manifeſtum eſt, ꝙ non veniebant omnes, immò nec ſexta pars prouinciarum mũdi: quia hoc erat difficillimum, ſicut ibi probatum fuit. Alio modo poteſt H reſponderi, ꝙ ſacerdos confitebatur omnia peccata, & iniquitates, atque delicta, non in particulari, ſed quędam in particulari, alia autem ſub clauſulis vniuerſalibus. Ad ſecundum argumentum qñ dicitur, ꝙ illa ſola peccata portabat hircus, quę cõfitebatur ſacerdos: ſed hircus portabat omnia peccata, ergo ſacerdos confitebatur illa. Ad hoc poterit r̃nderi negãdo maiorem, vel minorem. Si negamus maiorem, dicemus, ꝙ non ſolum portabat hircus iniquitates, quas confitebatur ſacerdos, ſed etiam aliquas alias, ſimile enim patet in confeſſione facta ſacerdotibus in Nouo Teſtamento, nam non ſolum abſoluuntur confitentes ab eis de quibus confitentur, ſed omnibus aliis de quibus obliti ſunt, dum tamen conterantur vniuerſaliter. Sic etiam quamquam hic ſolum dicerentur aliqua peccata in particulari ſuper hircũ, tamen dicebatur por- I tare omnia, quia non poterant dici omnia. Alio modo poſſet reſponderi, fortè negando Minorem, ſcilicet, quòd hircus portaret omnes iniquitates, & quando infra dicitur, ꝙ portabat omnes iniquitates. Reſpondetur, ꝙ acciperentur omnes pro multis, ſicut ſupra dictũ eſt. Vel aliter dici poſſet, quia hircus nullam iniquitatem portabat, qm̃ illa confeſſio non erat efficax, hircus etiam non erat aliquid, quod poſſet peccata, vel peccatorum pœnas ſuper ſe portare, ſicut magis infra dicetur, ſed dicatur, ꝙ portaret omnes iniquitates ex eo, quod videbatur portare, cum confiteretur ſacerdos ſuper caput eius.

Reſponſio auctoris.

Alio modo poteſt reſponderi, concedendo vtramque præmiſſam, & negando conſequentiam: quando dicitur, ꝙ ſolum portabat hircus iniquitates, quæ dicebantur ſuper eum, verum eſt, ſiue ſub particulari, ſiue ſub clauſula K generali: & cum dicitur in Minori, quòd hircus portabat omnes iniquitates, cõcedendum eſt, ꝙ portabat eas, quæ dictæ ſunt, tam de vniuerſali, quàm de particulari: cum autem cõcluditur, ergo ſacerdos confitebatur omnes iniquitates, diſtinguenda eſt propoſitio, quia aut accipitur pro iniquitatibus ſolum in particulari dictis, aut pro iniquitatibus, tam in particulari, quàm ſub clauſula generali enarratis. Si primo modo, non valet conſequentia, quia videtur procedere argumentũ à tota diſiunctiua, ad alteram eius partem. Si autem accipiatur ſecundo modo, conceditur concluſio, ſed nihil ad propoſitum. Patet igitur, quòd de confeſſione facta hirco, quomodo fieri deberet, & quæ obſeruabantur in ea. *Confitebitur omnes iniquitates filiorum Iſrael.* Hic ponuntur diuerſæ ſpecies peccatorum, quæ confitebatur ſacerdos, ſcilicet, per malitiam, ignorantiam, & paſſionem; & eſt rationabiliter

Varia peccatorum ſpecies, q̃ cõfitebatur Sacerdos.

dicen-

dicendum, quòd in quolibet horum generum Sacerdos cõfitebatur aliqua peccata Iſraelitarum in ſpeciali, deinde ſubiungebat clauſulam vniuerſalem de omnibus peccatis illius, vtpote, quia Primò enarraret aliqua peccata facta per malitiam, deinde ſubiungeret de omnibus peccatis per malitiam vniuerſaliter. Idem autem poſtea in peccatis per paſſionẽ, & conſequẽter in peccatis per ignorantiam. Hic ponuntur Primò iniquitates, quæ ſunt peccata per malitiam, quoniam Sacra Scriptura, vt communiter vocat iniquitatem, & iniquos id, quod Ariſtot. vocat malitiam, & malos. Sed ſecundum Ariſtot. 7. & 9. Ethicorum, non vocantur mali incontinentes, & alij, qui faciebant malum nõ ſecundum habitum, ſed ex quadam paſſione, vocat tamen eos prauos; eos autem qui ſecundum habitum mala faciunt, ſicut intemperati ſunt, malos vocat.

Sic etiam Sacra Scriptura iniquitatem malitiam quandam ex corde dicit eſſe, vt plurimum, cum non ſemper obſeruet proprietatem dictionum, nec identitatẽ in ſignificatis. *Et vniuerſa delicta atque peccata*. Delicta dicuntur ea, quæ fiunt per omiſſionem quandam eorum, quæ fieri debent, & pertinent ad peccata facta per negligentiam: quamquam aliquando etiam accipiantur pro peccatis factis ſecundum paſſionem, & ſic poteſt accipi hic vtroque modo: nam ſi accipiatur delictum, prout eſt in ſola omiſſione, diſtinguitur contra peccatum quod eſt in cõmiſſione, & iſto modo accipitur ſupra 6. cap. vbi diſtinguuntur ſacrificia, quæ fiunt pro peccatis, à ſacrificiis pro delictis, & ponuntur aliqualiter diſtinctæ cæremoniæ; & tunc vocabuntur hic delicta ſolæ omiſſiones, & peccata erunt omnia, quæ fiunt, ſiue per paſſionem, ſiue per ignorantiã. Poſſunt autem alio modo accipi, ſcilicet, vt per iſta tria nomina deſignentur tres ſpecies peccatorum, ſcilicet, per malitiam, inquantum dicitur vniuerſa delicta, & per ignorantiam inquantum dicitur atque peccata.

Notādū uniuerſale. Conſiderandum autem, quod quãdo hic dicitur, quòd Sacerdos confitebitur omnia peccata filiorum Iſrael, non ſolum intelligit de peccatis populariũ, ſed etiam de peccatis Sacerdotum: nam pro peccatis Sacerdotũ fiebat expiatio in ſanguine vituli, & fiebat oratio pro eis, vt patet ſupra in littera, ergo etiam peccata eorũ dicebãtur hirco. *Quæ imprecans capiti eius*, id eſt, precabitur Sacerdos, vt veniant iſta peccata ſuper caput hirci: non quidem, quòd peccata ſuper eum veniant, quia peccatũ non eſt ens poſitiuum; accipiendo propriè peccatum pro ipſa culpa, ſed eſt quædam priuatio debitæ rectitudinis actus in circumſtantiis: actus autem peccati interdum eſt poſitiuus, ſed ille non eſt permanens: eſt autem aliud in peccato quod eſt poſitiuum, & permanens, & iſtud eſt reatus peccati, id eſt, obligatio ad mortẽ æternam pro peccato, ſed iſte reatus non poteſt tranſire in hircum, quia hircus non poteſt obligari ad pœnam inferni, cũ anima ſua non ſit ens permanens poſt mortem: etiam non poteſt tranſire iſte reatus ab vno homine in alterum, quia etiam non obligatur vnus homo ad mortem æternam pro alio. De his omnibus latè dictum eſt Exodi 32. cap. in fine. *Duplex actus peccati.*

Sed imprecabatur Sacerdos, vt tranſirent in hircũ peccata, id eſt, pœnæ peccatorum, ſ. quòd ſi aliquod malum venturum erat eis pro peccatis ſuis, tranſiret ſuper illum hircum. *Emittet illum per hominem paratum in deſertum*. id eſt, his factis, Sacerdos habebit quendam hominẽ paratum ad hoc, vt deducat illum hircum in deſertum, vbi nulla pecora ſint, nec aliqui homines, vt ſic à feris laceretur pro peccatis illorum: nam ſi relinqueretur in terra habitata, poſſet coniungi aliis pecoribus, & non periret, hoc aũt nolebat Deus, quoniam ſic videretur, quòd non transferebantur in caput eius peccata Iſraelitarum; ideo ſi aliquis homo reperiret illum hircum in deſerto, cognoſcens illum eſſe caprum emiſſarium, non acciperet illum pro ſe, aut transferret in gregem ſuum, ſed relinqueret deuorandum à feris.

Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram ſolitariam, & dimiſſus fuerit in deſerto, reuertetur in Tabernaculum teſtimonij. Et depoſitis veſtibus, quibus prius indutus erat, cum intraret Sanctuarium, relictiſq; ibi, lauabit carnem

A *ſuam in loco ſancto: indueturq; veſtibus ſuis. Et poſtquã egreſſus obtulerit holocauſtum ſuum ac plebis, rogabit tam pro ſe, quam pro populo, & adipem, qui oblatus eſt pro peccatis, adolebit ſuper altare. Ille verò qui dimiſerit caprum emiſſarium, lauabit veſtimenta ſua, & corpus aqua, & ſic ingredietur in caſtra. Vitulum autem & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, & quorum ſanguis illatus eſt in Sanctuarium, vt expiatio compleretur, aſportabunt foras caſtra, & comburẽt igni tam pelles quam carnes eorum ac fimum: & quicumque combuſſerit ea, lauabit veſtimenta ſua, & carnem aqua, & ſic ingredietur caſtra. Eritq; vobis hoc legitimum ſempiternum.*

Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terrã ſolitariã. Hic ponitur quid deberet facere Sacerdos, poſtquam mittebat hircum in ſolitudinẽ, & dicitur hic, quòd
B hircus portabit omnes iniquitates, hoc autem eſt quia Sacerdos imprecabatur illas ſuper caput ſuũ, & quia Deus hoc iuſſerat, transferebatur in caput hirci. Accipiuntur autem hic iniquitates largè, quia aſſumendo eas propriè, dicuntur iniquitates peccata facta ex malitia, ſicut ſupra dictum eſt, non ſolũ tamen portabat hircus peccata, quæ erant facta ex malitia, ſed etiam illa, quæ erant facta ex ignorantia, & illa, quæ erant facta ex paſſione, ſicut patet ſupra, cum ponuntur diuerſa nomina peccatorum, & dicitur, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael ſuper caput eius, & vniuerſa delicta atque peccata, & ſic Scriptura non ſeruat ſemper differentiam, & proprietatẽ vocabulorum. Dicitur etiam, quòd iſte hircus portabat omnes iniquitates ex eo, quòd omnia peccata dicta fuerant ſibi, quædam in particulari, & quædam in vniuerſali, ita,
C quòd non videbatur manere aliquod peccatũ apud Iſraelitas. *In terram ſolitariam*. id eſt, in deſertum, vbi non ſit aliqua congregatio hominum, nec pecorum, ſed ſolæ feræ, quæ lacerent illum hircum. Dicebatur autem, quòd portabat hircus iſtas iniquitates in terram ſolitariam, eo quòd pro iſtis non erat inferenda iam aliqua pœna in terra populata, ſcilicet, ſuper homines.

Quomodo intelligitur, quòd hircus portabat iniquitates Iſraelitarum. Quæſt. XXVIII.

CONSIDERANDVM autem cum dicitur hic, quòd portabit hircus omnes iniquitates, quòd non poteſt hoc intelligi niſi quantum ad pœnam, ſicut ſupra declaratum eſt; nec tamen eſt intelligendum, quòd pœnæ om-
D nium peccatorum eſſent tranſlatæ ſuper caput hirci, quoniam non poterat hircus tot tormenta ſuſtinere, quot erãt pœnæ debitæ pro iſtis peccatis totius populi, nam pro quolibet peccato debetur mors æterna, & quamquam aliquis confiteatur, tamen adhuc manet aliqua pœna tolleranda valde magna, & cum iſta peccata populi eſſent quaſi innumerabilia, non poterat hircus ſuſtinere pœnas pro eis, etiam ſi ille hircus decies millies laceraretur à feris.

Dicendum igitur, quòd quantum ad veritatem, per iſtã cæremoniam non tollebatur pœna debita pro peccatis, ſed neceſſarium erat, quòd illi qui peccauerunt, tolerarent eã in præſenti ſæculo, vel in futuro, & hoc ſatis manifeſtè inducitur ex cõditione iſtius actus, quia cæremonialis erat, & in Veteri Teſtamento. Hæc autem habebãt quandam
E vmbram futurorum bonorum, non tamen habebant imaginem verarum rerum, id eſt, quòd non efficiebant quod ſignabant, vt ait Apoſtolus ad Hebræos 10. capite. Si tamen per iſtam confeſſionem factam hirco, pœnæ debitæ pro peccatis tranſmutarentur à confitentibus ſuper hircũ, eſſet ibi veritas rerum, ergo in Veteri Teſtamento non ſolum eſſet vmbra futurorum bonorum, ſed etiam aliquando eſſet res, vel imago, quod eſt contra Apoſtolum: nullæ igitur pœnæ debitæ pro peccato directè tollebantur per iſtam cæremoniam, ſed illi qui peccabant, tolerabant eas integraliter hic, vel in futurum. Sed ſolum ad hoc proficiebat iſta obſeruatio, vt illi qui iſtam legem obſeruarẽt, haberent vitam pacificam, quoniam non concuterentur ab hoſtibus, etiam haberent plenitudinem bonorum temporalium, eodem modo haberent vitam magnam ſine ægritudine, quæ omnia ſunt bona quædam temporalia.

De pri-

De primo habetur infra 18.capite. Cuſtodite leges meas F atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. etiam Apoſtolus ad Roman.cap.10.ait. Moyſes enim ſcripſit: quoniam iuſtitiam, q̃ eſt in lege, qui fecerit homo viuet in ea.

De ſecundo.ſ. de abundantia rerum temporalium, & pace habetur Iſaiæ 1.capite. cum dicitur: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, ꝙ ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, & hoc etiam habetur latiſſimè infra 26. capite.

De tertio ꝙ eſt ſanitas ſine ægritudine, habetur Exodi 15.cap.cum dicitur: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cuſtodierisq; omnia præcepta illius, cũctum languorem, quem poſui in Ægypto, non inducam ſuper te: ego enim Dominus ſanator tuus. Idem patet Deuterono.7.capite. de hoc etiam Exodi 23. cum dicitur. Ser- G uietisq; Domino Deo veſtro, & benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. Non erit infęcunda, nec ſterilis in terra tua: numerum dierũ tuorum implebo. Hæc tamen omnia, quæ dabantur cuſtodientibus cæremonias legis huius, nõ erant directè ablationes pęnarum debitarum peccatis, ſed quędam priuilegia tradita pro obſeruatione legis. Manebant igitur pęnæ integræ tolerandæ eis, qui peccauerant.

Dicebatur tamen, ꝙ hircus portabat omnes iniquitates iſtorum, id eſt, pęnas debitas pro iniquitatibus, ſ. ꝙ Deus non inferret Iudæis peſtes, famem, gladium hoſtilem, & alia incommoda, quando iſta obſeruarẽt; cum verò non obſeruabant, veniebant ſuper eos hæc, & multa alia peiora, vt patet infra 26.capite. per totũ caput. Quia igitur obſeruantibus cæremonias has, non infligebat Do- H minus pœnas, quas aliàs inflicturus erat, dicebatur eas tollere, tamen iſtud tollere non erat directè, & ſic competebat ad rationem cæremoniarum, quæ non erant efficaces eorum quæ ſignabant. *Et dimiſſus fuerit in deſerto, reuertetur Aaron in Tabernaculum teſtimonij.* Iſtud eſt qđ facturus erat Sacerdos Magnus, poſtquã miſiſſet hircum in deſertum, & dicitur, quòd poſtquam portauerit hircus iniquitatem filiorum Iſrael in terram ſolitariam, & dimiſſus fuerit in deſerto, ꝙ reuerteretur Aaron in Tabernaculum; Sed non eſt intelligendum, ꝙ iſtud aduerbium, poſtquam, referatur ad iſtas duas regulas, ſcilicet, ꝙ poſtquã portauerit hircus iniquitates, & relictus fuerit in ſolitudine, quòd reuertetur Aaron in Tabernaculũ, ſed referendum eſt ad primam clauſulam; ſcilicet, quòd poſtquam portauerit hircus iniquitates, i. poſtquam edu- I ctus fuerit de loco Sanctuarij, vt portet iniquitates Iſraelitarum in ſolitudinem, reuertetur Aaron in Tabernaculum: nam ſi referretur ad ambas clauſulas, eſſet ſenſus, ꝙ non reuertetur ſacerdos ſummus in Tabernaculum, donec rediret de ſolitudine ille, qui abduxerat hircum, vt ſciretur quomodo reliquerat eum in ſolitudine. Sed hoc dato, oportebat, vt expectaret ſũmus Sacerdos fortè plus quam per duos, vel tres dies, vtpote, ſi terra ſolitaria, quæ eſt inhabitata, inde multum diſtaret, quod eſt inconueniens: quia omnes iſtas cæremonias explebat ſũmus Sacerdos in eadem die, non debebat ergo expectare quouſque ſciretur caprum relictum eſſe in ſolitudine, ſed immediatè, vt educeretur de Sanctuario ad portandum in ſolitudinem, redibat ſacerdos Magnus in Tabernaculum, & faciebat, quæ infra ſequuntur. K

Reuertetur Aaron in Tabernaculum teſtimonij. Loquitur hic de Aaron Scriptura, id eſt, de omni ſacerdote Magno: quoniam eadem lex erat omnibus illis, & nomen perſonæ eſt trahendum hic ad dignitatem quam habet. Dicitur autem de Aaron hoc, quia ipſe fuit primus in ſacerdotibus ſummis, dicitur, quòd reuertetur in Tabernaculum, quia quando iſta faciebat, ſ. imprecans peccata ſuper caput hirci, erat ad oſtium Tabernaculi extra illud, vt patet ſupra, & tunc reuertebatur in Tabernaculum, vt deponeret veſtes illas, in quibus ante miniſtrauerat, & acciperet alias ad miniſtrandum ſicut in littera dicitur. & hoc pro ſequentibus ſacrificiis.

Et depoſitis veſtibus, quibus prius indutus erat, cum intraret Sanctuarium. i. intra Tabernaculum teſtimonij Aaron deponet illas quatuor veſtes, de quibus ſupra dicitur, quibus erat indutus quando introiuit in Sanctuarium, id eſt, quando intrauit in ſancta Sanctorum.

Accipitur.n. Sanctuarium hic pro ſancto Sanctorum, ſicut multoties ſupra aſſumptum eſt, vt declarauimus, nec poteſt aliter accipi, quia non accipiebat illas veſtes, vt intraret principaliter in aliũ locum niſi in ſancta Sanctorum. ibi enim, i. in Tabernaculo deponebat ſacerdos Magnus iſtas veſtes, vt aſſumeret alias ad faciendum holocauſta, quæ manebant complẽda. Cauſa aũt huius mutationis veſtium ſecundum magiſtrum in Hiſtoriis Scholaſticis, & Nicolaum, atque alios Doctores noſtros, eſt, ꝙ miniſterium expiationis quod præceſſerat, debebat fieri cum humilitate, ſed conſummatio ſacrificij cum ſollemnitate. Et ad ſimilitudinem huius Euangelicus Pontifex in aſperſione Baſilicæ, quæ dedicatur, & expiatione eius, lineis, & minoribus vtitur indumẽtis, & etiam in Sabbato Baptiſmali in conſecratione fontium, & immerſione catecuminorum, qua transferuntur peccata eorum, ſimilibus vtitur veſtimentis. Cum autem iſtis peractis ad miniſtrationem accedit altaris Pontificalibus, & precioſis veſtibus infulatur: ſed in iſtis non redditur aliqua cauſa cæremoniarum Veteris Teſtamenti, ſed magis datur quædam ſimilitudo earum in Nouo Teſtamento. Cauſa tamen huius mutationis eſt, ſicut ſupra poſitum fuit, quia prima pars huius miniſterij pertinet ad triſtitiã; ſecunda ad exultationem: nam expiatio, & orare pro peccatis, cum quadam humilitate fieri debent, cum ibi homines conẽtur Deum flectere ad miſericordiam, ſed humilitas in animo exigit humilitatem in habitu. Nullus autem minus habitus precioſus poterat eſſe ſacerdotibus Magnis, quàm vt induerentur veſtibus lineis, quæ pertinent ad minores ſacerdotes; ergo cõueniens fuit eos nullas alias veſtes tunc habere. Cum autem facere deberent holocauſta, iam erat facta expiatio, nec aliquid fiebat hic pro peccato, & ſic ſollemnitas iſta pertinebat ad exultationem, ideo veſtes debebant eſſe conuenientes exultationi, tales autem fuit veſtes Summi Sacerdotis, quas iubet Deus eum hic accipere ad iſta holocauſta.

Rabbi Salomonis opinio de veſtibus cũ quibus Sacerdos Summus introibat in Sancta Sanctorum. Quæſt. XXIX.

RABBI Salomon dicit aliter, ſcilicet, ꝙ ſummus ſacerdos deberet intrare in Sancta Sanctorũ in veſtibus lineis, ne eſſet talis miniſter qualis Dñs, ſed Deus dicebatur eſſe intra Sancta Sãctorum, & ibi totum erat aureum, vel coopertum auro, vt patet de Propitiatorio, & Cherubim, quæ erant de auro puriſſimo: iſta namq; erãt intra Sancta Sanctorum, vt patet Exod.25.& 37.cap. Iſta autem erant quaſi quædam ornamenta Dei ibi habitãtis, ideo ſacerdos Magnus, quando illuc introibat, non debebat geſtare aurum, & tamen in veſtibus ſummi ſacerdotis erat aurum, ſcilicet, in Ephod, Rationali, Tunica hyacinthina, Lamina aurea, & Balteo, vt habetur Exodi 28.cap. ideo non deberet portare iſtas veſtes, ſed ſolum eas, quæ erant lineæ, & iſtæ ſunt quatuor ſupradictæ.

Sed hoc non poteſt ſtare: Primò, quia ſi propter hoc fieret, omnia ornamenta ſacerdotis, in quibus nõ eſſet aurum, poſſet portare, ſed hoc falſum eſt: quia in mitra hyacinthina nullum erat aurum, vt patet Exod.28.cap. & tamen nõ poterat portare eam, ſed ſolum cidarim lineam, vt appareret hic.

Item non conuenit iſta ratio: quia ſi non intraret ſummus Sacerdos in Sancta Sanctorum habens aurum, ne ſeruus eſſet ſimilis Domino, hoc eſſet, quia iſta veſtimenta ſerui eſſent ad gloriam eius. Sed falſum eſt: quia non induebatur Aaron iſtis veſtibus, vt ipſe in hoc gloriaretur, ſed ad laudem miniſterij Dei; quod patet: quia nunquam vtebatur illis niſi cum miniſtraret, vt habetur Exo. 28.c. ideo quamuis introiret amictus veſtibus habentibus aurum in Sancta Sanctorum, tamen non fiebat hoc ab eo ad iactantiam ſuam, nec præiudicabat per hoc honori Diuino, immò magis eum augebat. Item, non poteſt ſtare iſta ratio: quia ſi propter hoc Sacerdos non introibat habens aurum in ſancta Sanctorum: ergo non poterat ẽt introire in primam partem Tabernaculi habẽs aurum,

ſed

ſed hoc eſt falſum: ergo fundamentum Rab. Salom. nullum eſt. Probatur conſequentia: quia Deus ita erat in prima parte Tabernaculi, ſicut intra Sancta Sanctorum, & ibi erant multa aurea, & Menſa propoſitionis cooperta auro, & omnia vaſa eius ex auro puriſſimo, & altare thymiamatum eodem modo coopertum auro, vt patet Exodi 40. cap. & magis clarè ad Hebr. cap. 9. & tamen ad iſtam partē Tabernaculi ingrediebatur Summus Sacerdos in veſtibus ſuis Pontificalibus, ergo non erat iſta cauſa, quare aſſumerētur veſtes pontificales, ſcilicet, quia habebant aurum, ſed propter cōditionem temporis, quoniam dies propitiationis erat dies afflictionis inquantum durabant officia expiationis; cum verò finita forent, pertinebat miniſtratio ad exultationem, ideo debebant indui diuerſæ à prioribus & alię veſtes pro miniſtratione, quam faciebat Sacerdos, dum introibat in Sancta Sanctorum, & aliæ pro miniſtratione, quam faciebat poſtea in holocauſtis: quia iſta non erant pertinentia ad expiationem. Sic etiam Eccleſia diſtinguit diuerſas veſtes pro diuerſis qualitatibus officiorum, ſcilicet, alias pro defunctis, & alias pro aliis officiis induendo, quoniam officium defunctorum ad ſupplicationem, & lamentum pertinet, aliæ autem pertinent ad exultationem.

Quare Aaron debebat exui veſtibus prioribus. Quæſt. XXX.

Circa hoc aliquis dubitabit cur dicatur hic, quòd Aaron debeat exui veſtibus prioribus, quas habebat cum ingreſſus eſt in Sancta Sanctorum, & accipere alias: nam in ſecunda miniſtratione Aaron debebat vti veſtibus pontificalibus, & iſtæ præſupponunt veſtes minores: ergo non debebat exui veſtibus his, ſed ſuperinduebat alias Pontificales. Ad hoc aliqui reſpondent, quòd Aaron cum introibat in Sancta Sanctorum, habebat quattuor veſtes Pontificales, ſcilicet, Tunicam hyacinthinam, & ceteras poſt hanc, ita, quòd prima veſtis, quam ſuſcipiebat Sacerdos ſuper veſtes ſuas communes, erat Tunica hyacinthina.

Sed hoc non poteſt ſtare: Primò, quia repugnat litteræ, cum dicatur ſupra, quòd Aaron quando introibat in Sancta Sanctorum, ferebat quattuor veſtes lineas, quę ſupra poſitæ ſunt: ſed iſtæ non erant Pontificales, ſed magis ad minores Sacerdotes pertinebant. Item, probatur alio modo: quia Aaron, vel quilibet Sacerdos Magnus quando miniſtrabat, aut vtebatur habitu Sacerdotis minoris, aut Sacerdotis Magni: ſi vtebatur habitu Sacerdotis minoris, oportebat, quòd acciperet quattuor veſtes lineas, de quibus hic: ſi autem vtebatur habitu Sacerdotis Magni, neceſſariū erat, quòd vteretur omnibus iſtis veſtibus minorum Sacerdotum, & deinde Pontificalibus: quia etiam iſtæ veſtes minores pertinent ad Sacerdotem Magnum; quod patet Exodi 29. cap. & ſupra 8. cap. vbi cum Deus mandaſſet, quòd ad conſecrationem indueretur Aaron veſtibus ſuis, induit eum Moyſes omnibus nouem, ſiue decem veſtibus.

Alij autem dicunt, quòd Aaron in iſta miniſtratione quę fiebat in Sancta Sanctorum, vtebatur quattuor veſtibus lineis pertinentibus ad minores Sacerdotis, de quibus dicitur hic, & tamen exuebat veſtimenta illa, quando debebat miniſtrare in holocauſtis, poſt expiationem, & hoc, vt acciperet alias veſtes nobiliores eiuſdem modi, ſcilicet, aliam Tunicam lineam, & alium Balteum, & aliam Cidarim, quæ eſſent pulchriora.

Sed hoc non conuenit: quoniā omnes iſtæ veſtes erant lineæ, factæ de byſſo retorta, non habentes aliquam partem auri, vel alterius materię precioſioris, vel aliquam picturam, ſed ſimplices erant; non igitur poterat eſſe maior pulchritudo in illis, quam in aliis, ita vt deberet Sacerdos deponere illas, & accipere alias tanquam precioſiores.

Item, non conuenit: quoniam dato, quod eſſet differētia pulchritudinis in veſtibus lineis Sacerdotalibus, tamē ex hoc non debebat fieri mutatio, quia iſtæ erant in parte inferiori ſub veſtibus Pontificalibus, nihil igitur differebat, an magis, vel minus pulchræ eſſent, cum ſolum ſuperiores apparerent. Dicendum eſt igitur, hanc non eſſe

A cauſam, ſed eam, quæ manifeſtè habetur in littera, ſ. q̄ quando Sacerdos exibat de Sanctuario oblaturus holocauſta, debebat primo ſe lauare in toto corpore ſuo, ſecūdum, quòd apparet in littera: ſed lauare ſe non poterat, quin deponeret omnes veſtes tam Sacerdotales, quàm non Sacerdotales: ergo oportebat, quòd exueretur veſtibus, quibus indutus fuerat, cum ingreſſus eſſet in Sancta Sanctorum, & poſtquam lauaretur, nō ſumebat alias veſtes minores precioſiores eiſdem, quas ante habuerat, ſed eaſdem, cum nō appareret ibi aliqua differentia pulchritudinis, & ſuper illas induebat veſtes Pontificales. *Relictisq; ibi lauabit carnem ſuam in loco ſancto.* Introibat Summus Sacerdos in Tabernaculum ad deponendum veſtes Sacerdotales: quia ibi erat locus, in quo conſeruabantur veſtes; atque ibidem Sacerdotes induebātur, & exuebantur. B Relinquebat autem ibi Sacerdos veſtes ſuas, vt poſtquam lotus fuiſſet, reſumeret eas.

Dicitur, quòd Sacerdos lauabit carnem ſuam, nō quidē q̄ expietur aliqua aqua luſtrationis, quia iſta aſpergebatur ſuper veſtes, ſed hic Sacerdos nō in veſtibus, ſed in carne lauabatur. Item, aſperſio aquarum luſtrationis erat ſuper aliquem, cum contraxerat immunditiam per contactum, ſed hic Summus Sacerdos nihil tale contigerat: ergo non erat lauandus his aquis.

Item, ſi aliquid contigiſſet, propter quod immundus eſſet, permaneret immunditia vſque ad veſperum, quamquam aſpergeret ſe aquis luſtrationis, quoniā nulla immunditia minus durabat quàm vſque ad veſperum, vt declaratum fuit ſupra 11. capite. ſed ſacerdos immediatè vt lotus erat, miniſtrabat coram Domino, offerens hoC locauſta; ergo non contraxerat immunditiam, & conſequenter non debebat iſta eſſe lotio in aquis luſtrationis, ſed in aquis viuentibus.

Quare lauabatur hic Summus Sacerdos in toto corpore, ſi non contraxerat aliquam immunditiam. Quæſt. XXXI.

Sed quæret aliquis, quare lauabatur hic Summus Sacerdos in toto corpore, ſi non contraxerat aliquam immunditiam, quia lotio ſemper pro immunditia fiebat?

Reſpondendum eſt, q̄ iſta lotio Sacerdotis non erat propter aliquam immunditiam cauſatam in eo, ſiue realem, ſiue ſecundū opinionem, quia vtraq; excluſiſſet eum à miniſtrando illa die, ſed fiebat propter ſignificationē, ſ. q̄ ſacerdos tunc expiaret pro peccato ſuo, & totius popuD li, vt iniquitates eorum remitterentur: facta autem expiatione, cum procederet Sacerdos ad alia noua miniſteria, quæ non pertinebant ad expiationem, lauabat carnem ſuam, vt ſignificaretur, q̄ ipſe, & omnes alij, pro quibus expiauerat, erant mundi ab iniquitatibus, ſicut homo qui lotus fuit in aquis viuentibus, eſt mundus à corporalibus ſordibus. *In loco ſancto.* id eſt, quòd Sacerdos lauaretur in loco ſancto intra Sanctuarium, iſte locus erat in Atrio Tabernaculi apud altare holocauſtorum, vbi erat Labrū æneū, in quo lauabātur Sacerdotes, cū lauandi eſſent, vt hr̄ Exodi 30. c. & nō fiebat iſta lotio intra Tabernaculū, quia ibi non erat aliquid, in quo ſacerdos lauari poſſet, maximè, quia talia miniſteria non pertinebant ad locū ita ſacrū; ſed cum Sacerdos depoſuiſſet veſtes intra Tabernaculū, exibat ad Atriū, & ibi lauabatur. *Indue-* Duplex litteræ expoſitio.
E *turq; veſtibus ſuis.* i. poſtquā lotus fuerit aqua, accipiet veſtes ſuas. i. veſtes cōmunes, quibus ipſe vti ſolebat in actibus profanis, & hoc neceſſariū erat: nā cū lauari deberet oēs veſtes deponebat tam profanas, q̄ ſacerdotales. Alio modo pōt accipi, q̄ indueretur tūc veſtibus ſuis. ſ. pōtificalibus. q. d. ante hoc cum introierat in Sācta Sāctorū ad expiādū, nō vtebatur veſtibus ſuis. ſ. pōtificalibus, ſed veſtibus ſacerdotū minorū: nūc autem induebatur veſtibus ſuis. i. veſtibus Pōtificalibus: quia iam erat iſta alia miniſtratio exigens diuerſas veſtes, ſicut ſupra dictum fuit.

Dicendum eſt ergo, q̄ littera iſta intelligitur de vtriuſque veſtibus, tam de communibus, quàm de Pontificalibus, ſ. cum ſacerdos lauiſſet carnem ſuam debebat indui veſtibus ſuis communibus, quas exuerat cum lauaretur, & veſtes ſuas, ſcilicet, pontificales, quia in veſtibus communibus non poterat miniſtrare. Doct. expoſitio litteræ.

Et poſt-

Et poſtquam egreſſus obtulerit. Dicitur hic quòd ſacerdos egrediebatur, ſ. de Tabernaculo fœderis, & hoc vt offerret, ſ. in altari holocauſtorum: nam nulla oblatio aut ſacrificium fieri poterat intra Tabernaculũ, quia ibi nullum Altare erat niſi thymiamatis; hoc autem nunquam ſuſcipiebat aliquod ſacrificium, ſicut habetur Exodi 30. cap. cum dicitur: Non offeretis ſuper eo thymiama compoſitionis alterius, nec oblationem, & victimam, nec libabitis. Oportebat igitur omnia ſacrificia offerri in Altari holocauſtorum, quod erat in Atrio, & ad illud egrediebatur ſacerdos de Tabernaculo. Vnde ingreſſus in Tabernaculum, & egreſſus ſacerdotis in die illa, erat multiplex, ſicut apparet ex littera. F

Nota ordinē progreſſus Sacerdotis Magni.

Ad cuius manifeſtationem conſiderandum, quòd iſte erat ordo, ſ. quòd cum ſacerdos veniret in die propitiationis ad explendas cæremonias illius diei, lauabat primo G manus, & pedes, ſecundum conſuetudinem omnium miniſtrãtium, vt habetur Exodi 30. cap. & hoc erat in Atrio. Deinde introibat in Tabernaculũ, & induebat quattuor veſtes lineas, de quibus dicitur hic in littera: quia omnes veſtes ſacerdotales reponebantur intra Tabernaculum. Deinde exibat ad oſtium Tabernaculi in Atrio, & præſentabat duos hircos populi, & vnum vitulum pro ſe, immolans vitulum & hircum vnum, vt patet ſupra in littera. Poſt hoc, ſumpto ſanguine vituli, & hirci, introibat in Tabernaculum, & in Sancta Sanctorum, aſpergens de ſanguine illo coram Propitiatorio; & deinde exibat ad primam partem Tabernaculi effundens de ſanguine illo ſuper quattuor cornua Altaris thymiamatum, & aſpergens ſepties coram eo: tunc verò exibat de Tabernaculo ad Atrium, & in oſtio Tabernaculi exiſtens, poſita manu ſu- H per hircum illum, cui ceciderat ſors capri emiſſarij, confitebatur iniquitates Iſraelitarum, mittens eum in deſertũ; tunc regrediebatur in Tabernaculum, & deponebat ibi quattuor veſtes lineas, in quibus expiauerat; poſt hoc, exibat de Tabernaculo in Atrium ad Labrum æneum, & ibi depoſitis veſtibus communibus, lauabat carnem ſuam in Labro æneo; Poſt hoc, reſumens veſtes communes, introibat in Tabernaculum, aſſumpturus omnes veſtes Pontificales ad miniſtrandum in holocauſtis ſequentibus; Completis autem holocauſtis, redibat in Tabernaculum depoſiturus veſtes ſacerdotales, quas ſumpſerat: & ſic conſumebantur cæremoniæ diei illius, & egrediebatur inde ſacerdos vadens in domum ſuam.

Obtulerit holocauſtum ſuum, ac plebis. id eſt, ſacerdos offerebat holocauſtum ſuum, & pro plebe. Erant enim duo I holocauſta, vnum oblatum pro populo, & alterum pro ſacerdote: pro populo offerebatur aries, vt habetur ſupra, cũ dicitur: Suſcipietq. ab vniuerſa multitudine filiorum Iſrael duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocauſtum. De holocauſto autem ſacerdotis non innuitur clarè quale ſit, ſed videtur dicendum, quòd eſſet aries.

Cõmunis conditio ſacrificiorũ Veteris Teſt.

Rogabit tam pro ſe quam pro populo. Iſta erat conditio cõmunis ſacrificiorum, vt quandocumque offerretur ſacrificium pro aliquo, rogaretur pro illo ad Deum, vt patet ſupra 4. 5. & 6. cap. ſed hic oblata fuerunt holocauſta pro populo, & pro ſacerdote: ergo pro vtriſque orandum erat. Oratio autem quę fiebat in holocauſtis, non erat totaliter ſimilis ei, quę fiebat in ſacrificio pro peccato: in aliquo tamen conformes erant; cuius cauſa eſt: quia ſacrificiũ pro K peccato erat purè ad remiſſionem peccatorum: ideo oratio facta in iſto ſacrificio, debebat eſſe totaliter ad peccatorum remiſſionem, vel commutationem pœnarum: holocauſtum autem directè erat ad laudem Dei: ideo oratio quæ fiebat cũ holocauſtis, non erat ita directè pro peccato; quia tamen holocauſta aliquo modo proficiebant pro peccatis, oratio quæ ibi fiebat, tendebat aliqualiter in remiſſionem peccatorum. Quòd autem holocauſta proficiebant ad peccatorum remiſſionẽ, habetur ſupra, 1. cap. cum dr: Maſculum immaculatum offeret ad oſtium Tabernaculi teſtimonij, ad placãdum ſibi Dñm. Ergo videtur ꝙ holocauſtũ aliquo modo placabat: ſed placatio ad peccatorum remiſſionẽ, aut aliqualem pœnarum mitigationẽ fiebat. Hoc ẽt adhuc magis declaratur immediatè eodẽ cap. cũ dicitur: Ponetq. ſuper hoſtiæ caput manus, & acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiens.

Et adipem, qui oblatus eſt pro peccatis, adolebit ſuper Altare. Non ponitur hic aliquid de ritu holocauſtorum ſacerdotis & populi, quia manifeſtè erant cæremoniæ: ex eo enim quòd holocauſtum ſit, intelligitur, quòd debet cremari ſuper altare totum, præter pellem & fimum, vt patet ſupra, 1. cap. ponitur tamen hic aliquid de ritu ſacrificiorum pro peccato, ſ. ꝙ deberent adipes eorum cremari. erãt autem hic duo ſacrificia pro peccato, ſ. vitulus pro ſacerdotis peccato, & hircus pro peccato populi; horũ autem adipes cremandi erant ſuper altare, vt dicitur hic. & hoc quia in omnibus ſacrificiis, qualiacumque eſſent, cremabantur adipes in altari, vt patet ſupra, 3. cap. cum dicitur. omnis adeps Domini erit iure perpetuo: carnes verò, pelles, & fimus iſtorum animalium, cremabantur extra caſtra, vt patet infra. Iſta crematio adipum, de qua hic, fiebat à ſacerdote, poſtquam lotus erat, & indutus veſtibus Pontificalibus, vt patet ex ordine litteræ: quoniam fiebat ſimul cum holocauſtis.

An Sacerdos debuiſſet cremare adipes poſtquam erat veſtitus. Quæſt. XXXII.

SED contra hoc aliquis arguet, quod non debuiſſet ſacerdos cremare iſtos adipes poſtquã indutus erat veſtibus Põtificalibus, ſed cum eſſet in veſtibus lineis; quod patet ex præcedentibus: nam pro miniſtrationibus diuerſarum conditionũ ſacerdos induebatur diuerſis veſtibus, ſicut ſupra diximus; & ob hoc in miniſtratione expiationis, quia illa pertinebat ad afflictionẽ, Sacerdos Magnus vtebatur ſolis veſtibus lineis; in holocauſtis autem, quæ pertinebant ad aliam miniſtrationem, induebatur veſtibus Pontificalibus. Sed adolere iſtos adipes, pertinebat ad ſacrificium pro peccato, cum eſſent adipes iſti de ſacrificiis pro peccato, vt apparet hic: ſacrificia autem pro peccato, pertinebant ad expiationem, vt apparet ſupra: quia in ſanguine eorum expiabatur; ergo in cremando adipes; debebat ſacerdos vti veſtibus lineis, ſicut in expiatione.

Reſpondendum eſt, quòd dies expiationis erat dies afflictionis, & mœroris, & hoc propter miniſteriũ expiationis in quo rogabatur pro peccatis totius populi: præter hæc tamen erant quædam alia miniſteria in eadem die, quæ non pertinebant ad expiationem, ſed ad exultationẽ; ideo dicendum eſt, quod in omnibus illis quæ pertinebãt ad expiationem, debebat Sacerdos vti veſtibus lineis ſolũ, in aliis verò, quæ non pertinebant ad expiationem, debebat vti veſtibus Pontificalibus. Sed ad expiationem ſolum pertinebant illa, quæ faciebat Sacerdos, antequam mitteret caprum emiſſarium in deſertum, vt patet ſupra in littera, cum dicitur: Poſtquam emundauerit Sanctuarium, & Tabernaculum, & Altare, tũc offerat hircum viuentem: & poſita vtraque manu ſuper caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata eorũ: quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in deſertum. Ergo videtur, quod ante miſſionem hirci in deſertum, cõplebantur cæremoniæ expiationis, & conſequenter in omnibus miniſteriis ſequentibus eiuſdem diei, debebat ſacerdos vti veſtibus Pontificalibus. Sed crematio adipum fiebat poſt emiſſionem hirci, vt patet ex ordine litteræ, ergo debebat eſſe ſacerdos in veſtibus Pontificalibus. Et cum dicitur, quòd iſta crematio pertinebat ad ſacrificiũ pro peccato, & illud ad expiationem, ergo debebat fieri in veſtibus lineis ſicut expiatio. Reſpondendum eſt, quòd ſacrificia pro peccato, quæ fiebant in die expiationis, aliquo modo pertinebant ad ritus expiationis, & aliquo modo non: nam quantum ad ſanguinem, pertinebant ad cæremonias expiationis, quia in ſanguine expiabatur aſpergẽdo coram Propitiatorio, & Altari thymiamatum, vt apparet ſupra. Ideo, cum iſte ſanguis aſpergeretur, debebat ſacerdos indui ſolis veſtibus albis. Crematio autem adipum, non pertinebat ad cæremonias expiationis, quia fiebat completa expiatione, vt ſupra declarauimus, ideò cum fieret iſta crematio, debebat ſacerdos indui veſtibus Pontificalibus.

Illi verò, qui dimiſerit caprũ emiſſariũ. Hic ponitur quid facere deberet homo, qui educebat in deſertum caprum emiſ-

emiſſarium,& dicitur quòd lauare debebat veſtes. Dicitur dimittere iſto homo caprum emiſſarium, quia educebat eum in deſertum, relinquens eum ibi beſtiis lacerandum. A

Lauabit veſtimenta ſua. Iſta lotio fiebat propter immunditiam, vnde lauabat iſte veſtes, & carnem ſuam. Cauſa huius eſt: quia quanquam non contraxiſſet iſte aliquam immunditiam realem, videbatur tamen habere aliquam immunditiam, quæ erat ſecundum opinionem; quod patet: quia hircus ille quem eduxerat iſte in deſertum, erat animal immolaticium, & mundum, ideo ex illo non poterat cõtrahere aliquam maculam, ſed quia ille hircus dicitur portauiſſe omnes iniquitates filiorum Iſrael in deſertũ, videbatur ꝙ aliquid de illis adhæſiſſet iſti educenti illũ: quia hircus tangebat iſtum educentem: & hoc eſt, vt omnia groſſo quodam modo, & corporaliter intelligamus, ſicut illi populo adhuc valde rudi Hebræorum intelligendum dabatur. Peccata tamen ſuper hircum non portabantur in deſertum, nec ipſi educenti hircum adhærere poterant; quia non erant aliquæ maculæ corporales. Quanquam aliqui de antiquis intellexerunt peccatum eſſe aliquid corporeum, & per lotionem in aquis putabãt ſe liberari ab eis; ſic patet de Hercule lauante ſe in fontibus Lybiæ, & de Pilato lauante manus in morte Chriſti, de quibus latè ſatis dictum fuit ſuper Deuteronomium cap. 19. tu ibi vide. B

Ad hoc igitur, vt iſte educens hircum, cui videbantur adhæſiſſe multæ ex iniquitatibus quas portabat hircus, eſſet totaliter mundus lauabat corpus ſuum, & veſtes.

Quare lauantur veſtes, & corpus. Cauſa autem quare lauabat corpus, & veſtes, erat, ad ſignandum magnam immunditiam, quam poterat contraxiſſe ex contactu hirci. Alia cauſa huius lotionis eſſe poterat, ſcilicet, propter ſignificationem, ſicut dicebatur de Sacerdote Summo, qui lauabit carnem ſuam propter ſignificationem, quamuis non contraxiſſet aliquam immunditiam: ita, quia iſta educens hircum poterat contraxiſſe aliquam immunditiam, quamuis nullam haberet, lauabatur, vt videretur eſſe mundus ab omnibus immunditiis, quas hircus portauerat. C

In quibus aquis fiebat lotio illius, qui educebat hircum. *Quæſt.* XXXIII.

DE iſta lotione dicunt aliqui, quòd fiebat in aquis, luſtrationis, ſcilicet, quòd aſpergeretur ille, qui eduxerat hircum. Sed hoc poteſt ſtare: Primò quia dicitur hic, quòd lauabit veſtes ſuas & corpus. Hoc aũt manifeſtè ſignificat quandam defricationem, ſcilicet, quòd veſtes per ſe, & corpus per ſe lauaretur, in aqua autem luſtrationis nulla fiebat defricatio, quia tunc magis pollueretur homo, qui lauaretur, eo quòd illa aqua erat commixta cineribus vitulæ rufæ, vt habetur Numeri 19. cap. ſed ſolum fiebat aſperſio eius ſuper veſtes; ergo non poteſt intelligi de illa, ſed de aquis viuentibus. D

Item, quandocumque aliquis aſpergebat ſe aquis luſtrationis, non mundabat ſe ipſe, ſed alius eum, mundabat, vt patet Numeri 19. hic tamen dicitur de iſto, qui dimiſit caprum: quòd lauabit veſtimenta ſua. ergo intelligitur de lotione quæ eſt in aquis viuentibus.

Et corpus aqua. Modus lotionis erat, vt per ſe veſtes defricarentur in aqua, cum aliquam realem immunditiam haberent, & deinde corpus hominis per ſe lauaretur: hic autem quanquam nulla immũditia foret, ſignificabatur tamen, quòd nimis immũdus eſſet ille, qui eduxerat hircum: quia ſupra eum ibant omnes iniquitates, ex quibus aliquid adhæſiſſet huic educenti hircum. E

Et ſic ingredietur in caſtra, id eſt, poſtquam lauerit corpus ſuum, & veſtes, introibat in caſtra: antea enim quàm iſta faceret, nõ poterat introire in locũ habitationis aliorum, quia cum eſſet immundus, potuiſſet inficere alios; facta autem iſta lotione, mundus erat, & poterat ingredi in caſtra.

De quibus caſtris hic loquutus fuerit Moyſes. Hic loquitur ſemper legiſlator de caſtris ſecundo conditionem temporis, in quo dabantur iſtæ leges, ſcilicet, in deſerto, & tunc Iſrael coniũctus dicebatur facere caſtra. Sed id quod dicitur de caſtris, intelligendum eſt de locis habitationum Ciuitatum, vel Villarum, quando eſſent in terra promiſſionis.

Vitulum autem & hircum, qui pro peccato fuerant immolati. Hic ponitur quid fieri debebat de carnibus ſacrificiorum pro peccato, ſcilicet, de vitulo & hirco: iſti enim fuerant immolati pro peccato, vitulus enim immolabatur pro peccato Sacerdotis, hircus autem pro peccato populi, vt patet ſupra.

Et quorum ſanguis illatus eſt in Sãctuarium. Iſta eſt cauſa eorum quæ infra dicuntur, ſcilicet, quare cremarentur carnes iſtorum animalium extra caſtra, quia fuerat ſanguis illorum illatus in Sanctuarium: id eſt, intra Sancta Sanctorum, & in primam partem Tabernaculi. Nam ſacerdos cum vellet expiare, aſſumebat de ſanguine iſtorum duorum in craterula, & inferebat in Sancta Sãctorum, & aſpergebat ſepties coram Propitiatorio, & etiam coram Altari thymiamatum in prima parte Tabernaculi aſpergebat ſepties. Vocatur hic Sãctuarium ſtrictè pro Sancto Sãctorum, ſicut in iſto capite ſæpè acceptum fuit; & dabatur regula ſupra 6. c. ꝙ quandocumque ſanguis alicuius animalis immolati pro peccato inferretur in Sãctuarium, ſcilicet, in Tabernaculum, ſiue in Sancta Sanctorum, ſiue coram Altari thymiamatum, non comedebantur carnes illius animalis, ſed cremabantur extra caſtra. Cauſa huius data fuit ſupra, 4. & 6. cap. & ideo ponitur hic illa clauſula tanquam pro cauſa eorum quæ ſequuntur: quoniam ſi iſta animalia fuiſſent pro peccato immolata, & non fuiſſet ſanguis illorum illatus in Sanctuarium, id eſt, in Tabernaculum, non cremarentur extra caſtra, ſed comederentur à ſacerdotibus, vt patet ſupra 6. c. *Vt expiatio compleretur*, i. ꝙ ſanguis iſtorũ animalium accipiebatur ad complendam expiationem, quaſi dicat, quòd ſine eis non fiebat aliqua expiatio. Nam ſacerdos ſumens ſanguinem, expiabat, aſpergẽs illum coram Propitiatorio, & coram Altari thymiamatum, & in hoc conſiſtebat præcipua cæremonia expiationis: nam præter hoc nihil relinquebatur, niſi quòd emitteretur caper emiſſarius in ſolitudinem. *Aſportabũt foras caſtra, & comburent igni.* Cadauera iſtorum animalium non comedebantur à ſacerdotibus, nec cremabantur in Altari, ſicut ſacrificia holocauſtorum; hoc enim fiebat in magnam deteſtationem peccati: nam peccatum totius populi valde magnum erat, & peccatum omnium ſacerdotum; vt ergo viderentur iſta eſſe horrẽda, cremabantur cadauera extra caſtra; & Deus non acceptabat pro ſe, vel pro cibo ſacerdotum: ſed vt totaliter non viderentur iſta ſacrificia nõ pertinere ad Deum, accipiebat de his adipes, qui cremabantur in Altari, vt patet ſupra. *Tam pelles quam carnes eorum ac fimum*, i. pelles iſtorum animalium, & omnes carnes, & oſſa, & fimus, id eſt, immunditia, vel ſtercus inteſtinorum cremabantur extra caſtra. De his autem animalibus cum immolabantur duo accipiebãtur, ſ. ſanguis, & adipes. Erat. n. ſanguis ad expiandum, vt aſpergeretur de eo corã Propitiatorio, & coram Altari thymiamatum: reliquus autem fundebatur ad baſim Altaris holocauſtorũ, ſm legem aliorum ſacrificiorum pro peccato. Secũdũ quod accipiebatur de his animalibus, erant adipes, qui cremabantur coram Domino; & non excoriabantur iſta animalia, ſed ſic integra cadauera cum pellibus, cornibus, pedibus, inteſtinis, & fimo cremabantur extra caſtra. *Et quicumque combuſſerit ea, lauabit veſtimenta ſua.* Hic ponitur de immunditia illorum, qui comburebant iſta cadauera: & dicitur, quòd cremãtes erant immundi, & lauabant veſtes, & carnem: nõ enim eſt accipiendum, quòd ſacerdotes iſta cremarẽt, quia per hoc effecti fuiſſent immundi, quod maximè vitandum erat in eis; ſed aliqui alij de popularibus efferebant cadauera iſta extra caſtra, & cremabant: quia nõ pertinebat hoc ad officium ſacerdotale, ſed ſolum ipſa immolatio, & ſanguinis effuſio, atque aſperſio: & ad hoc nullus popularis accipiebatur. Et ſic ſi cremare corpora horum animalium fuiſſet officiũ ſacerdotale, vel quouis modo ad ſacrificia ptinuiſſet, ſolus ſacerdos Magnus hoc efſeciſſet, ad quẽ miniſtratio totius illius diei pertinebat: ſed ad profanos miniſtratores iſta cõbuſtio attinebat magis.

magis. *Et carnem aqua*. Iſta lotio cõburentis cadauera animaliũ, erat in aquis viuẽtibus, ſicut illa de qua ſupra diximus de eo, qui educebat hircum emiſſarium in ſolitudinẽ: nam ex eiſdem fundamentis poteſt hic, & ibi argui. *Et ſic ingredietur in caſtra*, ſ. poſtq̃ lauerit carnẽ & veſtes, quia ex hoc videbatur iſte iam mundus eſſe. Cauſa autem quare iſte, qui cõburebat cadauera animalium, reputabatur immundus, & lauabat veſtes & corpus, erat: quia cum combureret cadauera illa, videbatur aliquid potuiſſe ei inhærere ex combuſtione illa, per quod effectus fuiſſet immundus. Alia cauſa erat ex apparẽtia vulgari, quam hic Deus vt plurimum ſequitur, cum daret legem rudi populo: ſcilicet, quod cum iſta animalia fuiſſent immolata pro peccato, videbantur eſſe ſuper ea populi peccata: & tunc ei, qui cõbureret ea, & efferret extra caſtra, videbatur adhæſiſſe aliquid de peccatis illis: ideo lauãdus erat. Alia cauſa erat: quia fiebat lotio iſta ad deteſtationem, nam ſicut iſta cadauera cremabantur extra caſtra ad deteſtationem peccatorum, vt dictum eſt, ita ille qui cremabat ea, & portabat ſuper ſe, in deteſtationem eorum debebat reputari immundus, & lauare veſtes atque carnem.

F G

Eritq. vobis hoc legitimum ſempiternum. id eſt, iſta lex de facienda purificatione ſecundum iſtum ritum durabit vſque in æternum. Sunt enim intelligenda verba non multum ſtrictè: nam nulla lex eſt, quæ in æternum duret, etiã neque lex Chriſti quæ vltima eſt, quoniam poſt diem Iudicij, ſola erit requies animarum, aut tribulatio pro præteritis bonis, aut malis, & nulla iam legalis obſeruantia. Poteſt tamen aliqua lex dici ſempiterna: quia ipſa erit quandocumque tempus erit, vel quia ei alia lex non ſuccedet, & hoc conuenit legi Euangelicæ: nam durabit iſta vſque H ad diem Iudicij: poſt illum autem diem nullus dies, nec nox erit: quoniam ceſſabit omnis motus cæli, ſecundum quem cauſatur tempus. Etiam huic legi alia lex non ſuccedet, cum poſtea non ſit aliquis futurus qui legi ſubiici debeat. Hoc modo lex Vetus non poterat dici ſempiterna, quia non erat duratura quamdiu tempus duraret, ſed alia lex ei ſucceſſura erat, ſcilicet, Lex Noua; ſed dicitur eſſe ſempiterna, id eſt, magni temporis: ſatis enim magno tempore durauit. Sed ſempiterna interdum dicuntur ea, quæ durant per quinquaginta aut plures annos, ſicut patet de illo, qui vendebat ſe in ſeruum, & accipiẽs à Domino ſuo vxorem, nolẽſq. exire ſine liberis & vxore in libertatem, quoniam iſte erat ſeruus vſque in ſempiternum, vt patet Exodi 21. tamen iſta ſeruitus finiebatur in Iubileo, qui erat vſque ad quinquaginta annos, vt patet infra, 25. I cap. ſic de multis aliis in Veteri Teſtamento dicuntur ſempiterna, quæ tamen valde magno tempore duratura non ſunt.

Qualiter lex Moyſi duratura erat in ſempiternum.

Infra 23

Menſe ſeptimo, & decima die menſis affligetis animas veſtras, nullumq. opus facietis, ſiue indigena ſiue aduena qui peregrinatur inter vos. In hac die expiatio erit veſtri, atque mundatio ab omnibus peccatis veſtris: coram Domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis eſt, & affligetis animas veſtras religione perpetua. Expiabit autem Sacerdos, qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ ſunt vt ſacerdotio fungatur pro patre ſuo: indueturq. ſtola linea & veſtibus ſanctis, & expiabit Sanctuarium & Tabernaculum teſtimonij atque Altare, Sacerdotes quoque & vniuerſum populum. Eritq. vobis hoc legitimum ſempiternum, vt oretis pro filijs Iſrael, & pro K *cunctis peccatis eorum ſemel in anno. Fecit igitur ſicut præceperat Dominus Moyſi.*

Menſe ſeptimo, decima die menſis. Hic deſignatur tempus in quo fieri deberet iſtud feſtũ quolibet anno; ſubiungitur etiam preceptum generale ad omnes de populo pro illa die. Et dicitur quòd fiebat iſtud feſtum in decimo die menſis ſeptimi. Vocatur autem menſis ſeptimus apud Iudæos September, quoniam non incipiunt menſes à Ianuario ſicut apud nos, ſed à Martio, vt apud Venetos; & quia non incipiunt dies menſis huius apud Iudæos ſicut apud nos, rariſſimè contingit, quod eadem dies ſit prima menſis apud nos & illos. & hoc, quia ipſi incipiunt menſes ſuos per principia lunationum, quemlibet menſem à principio cuiuslibet lunationis inchoantes. & quia non contingit principium lunationis coincidere cum principio cuiuslibet menſis noſtri, non contingit quòd ſit ſemper idem principium menſis nobis, & ipſis.

Modus autem quo Iudæi incipiunt menſem Septẽbris, eſt: quoniam ipſi attendunt æquinoctium Autumnale, quod eſt Sole exiſtente in primo gradu Libræ, & hoc eſt, quaſi in medio menſis noſtri Septembris: & quæcunque lunatio fuerit proximior illi æquinoctio, eſt principium mẽſis Septembris. Vnde ſi lunationis principium contingeret ante æquinoctium, ibi menſem inchoabant, ſi verò poſterius, etiam poſterius inchoabant: & ſic non eſt ſemper idem modus aſſignandi primum diem menſis Septembris; inuenio autem primo die per iſtum modum fiebat feſtum propitiationis in decimo die.

Iudæi quõ computabant menſem Septemb.

Quare feſtum expiationis fiebat potius menſis Septembri, quam aliàs. Quæſt. XXXIIII.

DE cauſa autem quare ſollemnitas iſta fiebat magis hoc tempore quàm alio, non videtur eſſe cauſa multum manifeſta: quanquam ſecundum quandam reſponſionem Rab. Abraham, qui dicitur Francus, in eis quæ ſupra dicebantur de capro emiſſario, poſſet dici, quòd iſto tempore fiebat huiuſmodi ſollemnitas, quæ aliquo modo fiebat, vt liberarentur Iudæi à poteſtate Saturni: ſed hoc tempore Saturnus habebat ſuã exaltationem, ſ. in prima facie Libræ, vt ſupra dictum eſt: ſed iſta cauſa friuola eſt, cum dependeat ex eo quod ſupra improbatum eſt. Alio modo conuenientius dici poteſt, quòd iſtud feſtum fiebat menſe Septembri, nõ propter aliquam cauſam ſpecialem cõuenientiæ iſtius feſtiuitatis ad hoc tempus magis, quam ad alia tempora; ſed ſecundùm conuenientiam ad colentes feſtiuitates: nam Deus volebat quòd Iudæi aſcenderẽt in locum Sanctuarij ter in anno, vt apparet Exodi 23. & 34. cap. & hoc in die Azimorum, & in die Pentecoſtes, & in die Tabernaculorum. & quia præter iſta erant duo alia feſta, ſ. feſtum Clangoris, & Expiationis. Vt ergo Iudæi qui aſcendebant ad tria feſta, aſcenderent ad omnia, cõiunxit Deus tria feſta ad vnum tempus, ſ. feſtum Clangoris, & Expiationis, & Tabernaculorum, ſ. feſtum Clangoris, quod eſt primo die Septembris, & feſtum Propitiationis quod eſt decimo die Septembris, & feſtum Tabernaculorum quod eſt decimoquinto die. Et cum præceptũ fuiſſet ex neceſſitate venire ad feſtum Tabernaculorum, vt patet Exodi 23. & 34. cap. veniebant ſimul ad iſta tria feſta, quæ erant in menſe Septembri à primo die vſque in decimumquintum, vt habetur infra 23. cap. Nam ſi iſta feſta fuiſſent diſperſa per annum, ſ. quòd in alio tempore eſſet feſtum Clangoris, & in alio feſtum Propitiationis, nõ potuiſſent Iudæi venire ad omnia feſta, ſi ſolum ter venirent in anno; cõuenientius ergo fuit, vt iſta tria feſta coniuncta eſſent in eodem menſe. Sed adhuc dicet aliquis, quòd poterant iſta duo feſta, ſ. Clangoris, & Propitiationis coniungi feſto Azimorum, quod erat menſe primo anni, vt patet Exodi 12. cap. qui eſt menſis Martius: vel poterant coniungi feſto Pentecoſtes, quod eſt in tertio menſe anni, ſ. in Maio; & ſecundum hoc poterat fieri coniunctio trium feſtorum ſicut in Septembri. Reſpondendum eſt, quòd conuenientius fuit iſta tria feſta coniungi in menſe Septembri, quàm in aliis: quia Deus volebat hoc facere eo modo, quo minus auocaret Iudæos à laboribus eorum: ſed nullum tempus anni erat, in quo minus impedirentur Iudæi in terra promiſſionis à laboribus ſuis, quã in menſe Septembris, cum iam eſſent collectæ omnes fruges, & fructus arborum, & vuæ: cum terra illa ſit temperatiſſima, in qua proueniunt omnia citius quàm proueniant in aliqua terra ex noſtris declinante verſus extremitatem climatum ad partem Septentrionalem: ideo conueniens erat, quòd ceſſantibus tunc omnibus laboribus Iudæorum feſtis vacarent magis, quam tempore azimorum; cum incipiebat meſſis hordeacea in Martio, vel tempore Pentecoſtes, cum incipiebat meſſis triticea in Maio. Quòd autem in tempore Tabernaculorum, ſcilicet, in menſe Septembri, iam eſſent collecti omnes fructus terræ, apparet Exodi 23. capite. Quod etiam in feſto Azimorum in Martio inciperet meſſis hordeacea, habetur infra 23. cap.

Quod

Quod prætereà meſſis triticea inciperet in menſe Maio, habetur infra, 23. cap. ſi ergo iſto tẽpore fuiſſent iſtæ ſollemnitates, impediti fuiſſent Iudæi à meſſibus. Fuerunt ergo in tempore Septembris, in quo nihil impediebãt eos labores. *Affligetis animas veſtras*. Iſtud erat præceptum generale ad omnes Iudæos: quoniam oportebat, ꝙ omnes in die propitiationis affligerent animas ſuas, ſcilicet, non comedendo, nec bibẽdo tota die, nec accipiendo delectationes alias: hoc autem eſt affligere animam, id eſt, vitã: anima enim noſtra ex his non affligitur, quoniam ipſa eſt incorporea, quæ horũ nihil ſentit, ſed nos ſumus qui hæc ſentimus, & dicimur affligere animas noſtras, id eſt, nos ipſos, vel vitam noſtram. *Nullumq. opus facietis*. Iſtud pertinebat ad ſollemnitatem illius diei, quòd nihil omninò fieret illo die: & in hoc Sabbatum & dies Propitiationis, excedebant omnia alia feſta Iudæorum, quoniam in illis nihil licebat ab eis fieri, nec etiã parare cibos: in aliis autẽ feſtis prohibebantur omnia alia opera ſeruilia, ſed non omnia opera ſimpliciter: nam licebat parare cibos in feſto Paſchali, & Pentecoſtes, & Tabernaculorum. De feſto Paſchali habetur Exodi 12. cap. vbi dicitur, quod in die Paſchæ Azimorum nihil facerẽt, præter ea quæ ad cibos pertinent. De aliis autem ſollemnitatibus habetur infra 23. cap. vbi fit differentia obſeruationis inter eas, & Sabbatum, quoniam in Sabbato non licebat etiam parare cibos, nec accendere ignem, & ſi quis accenderet, occidebatur, vt habetur Exodi 31. & 35. cap. de feſto autem Propitiationis idem modus ponitur, ſcilicet, ꝙ nullum omnino opus fieret in eo, ſicut in Sabbato, vt apparet infra 23. cap. *Siue indigena, ſiue aduena*. id eſt, ꝙ iſta lex erit cõmunis ad omnes, tã indigenas, quàm aduenas. Dicuntur aũt indigenæ illi, qui de terra aliqua oriũdi ſunt reſpectu terræ ipſius: vnde dicitur indigena quaſi inde genitus: aduenæ autem ſunt, qui aliundè veniunt ad habitãdum in aliquẽ locum: & accipiuntur hic aduenæ dupliciter, id eſt, ſm terram, & ſm ritus: ſm terram quidem, quia de aliis gentibus veniebant ad terram Iudæorum: ſm ritum autẽ, quoniam de Gentilitate ad Iudaiſmum conuertebantur. *Qui peregrinatur inter vos*. Dicitur peregrinari, id eſt, peregrè habitare, vel peregrinando venire. & ſic dicuntur tales peregrinantes peregrinari inter Iudæos, id eſt, habitare inter eos tanquam peregrini, cum non eſſent de terra eorum, nec de genere.

Indigenæ & aduenæ qui.

In hac die expiatio erit veſtri. id eſt, in iſta die decima menſis Septembris in qua affligetis animas veſtras, erit ẽt expiatio; quæ attenditur dupliciter, vel quantum ad ritus cæremoniales, qui ſunt in ſanguine, & aſperſione, quoniã per hãc ſanguinis aſperſionem Sanctuarium expiabatur: aut in ieiunio, & afflictionibus diei huius, quia etiam per hæc expiabatur. *Atque mundatio ab omnibus peccatis veſtris*. Expiatio, & mundatio idem ſunt: dicebantur autem Iſraelitæ expiari ab omnibus peccatis ſuis, quia in hac die hircus deferebat ea in deſertum ſuper ſe, vt patet ſupra; etiam quia pro omnibus his aſpergebatur ſanguis intra Sanctuariũ. *Coram Domino mundabimini*. Iſta littera poteſt intelligi dupliciter; vno modo per modum præcepti; alio modo per modum denunciationis. Primo modo eſt ſenſus: mundabimini coram Domino, id eſt, iubeo, quòd fiat iſta expiatio coram Domino, ſcilicet, coram Propitiatorio in quo erat Deus: quoniã ibi aſpergebatur ſanguis; & etiam in Altari thymiamatum, & holocauſtorum. In omnibus namq; his Deus eſſe dicebatur, & quæcumque fierent in his, dicebantur fieri coram Domino. Alio modo poteſt intelligi per modum denunciationis, ſcilicet, mundabimini coram Domino: id eſt, ego denuncio vobis, quòd vos eritis mundi coram Deo, ſcilicet, quòd ipſe reputabit vos mundos. *Sabbatum enim requietionis eſt*. id eſt, iſta dies propitiationis eſt Sabbatum ad requieſcendum, ſcilicet, ad ceſſandum ab omnibus temporalibus occupationibus, vt ſoli Deo Iſraelitæ vacarent; neque enim dicitur Sabbatum tanquam iſta dies Propitiationis ſemper eſſet in Sabbato, quoniam in aliis diebus pluries contingebat: ſed dicitur Sabbatum, id eſt, quies, quod eſt nomen appellatiuum apud Hebræos pro quiete. Dicitur autem Sabbatum dies iſta, quia ab omnibus occupationibus cogebantur Iudæi vacare, & ſolum inſiſtere laudibus Dei, quòd vſque hodie obſeruant, toto iſto die orationi, & lectioni in Synagogis ſuis inſiſtentes; & hoc notatur cũ dicitur: Sabbatum requietionis, id eſt, quies ad quietem, ſ. quieſcere à temporalibus negociis ad quietem, id eſt, vt per hoc poſſint habere quietem in Deo laudando & contemplando. Aliquando autem ſignificantur per hoc alia verba, vt cum dicitur, Sabbatum Domini eſt, id eſt, requies à Deo inſtituta & pro ipſo.

Expiatio duplex.

Et affligetis animas veſtras religione perpetua. Replicatur mandatum de obſeruatione huius feſti, quantum ad ieiunia, & alias afflictiones, quas Iudæi ſuſtinebant in hac die. & infertur hoc ex præcedenti. ſ. Sabbatũ requietionis eſt, & affligetis animas veſtras. i. quia Sabbatũ requietionis eſt, affligetis animas. Sed dicet aliquis, ꝙ non videtur inferri hoc: nam quãquam eſſet Sabbatum, non deberẽt affligere animas ſuas: immo magis ſequitur ecõtrario, ſ. quòd ſi Sabbatum erat, id eſt, requies debebant delectari, & iocundari, & non affligere animas. Reſpondetur, quòd ſatis infertur vnum ex altero: cum dicitur Sabbatum requietionis eſt, id eſt, iſta quies huius diei ad hanc quietem Dei ordinata eſt, & ideo conuenit affligi in illa: quoniam quies noſtra ad Deum non eſt, quòd nos à laboribus corporalibus ceſſemus, ſed quòd cum colamus ſeruitutis actum ei ſemper exhibentes: ſed afflictio animarum noſtrarum valde pertinet ad cultum Dei: ergo quietem hanc bene conſequitur afflictio animarum. *Religione perpetua*, id eſt, ritu perpetuo: ſcilicet, quòd iſta cæremonia quæ ſingulis annis fiebat, perpetua eſſe debebat. Vocatur autem iſta cæremonia Religio, quia Religio dicitur ſpecialis modus viuendi in Deum directus, & ad omnes ceremonias pertinet. Sic etiam erat de cæremoniis expiationis, quòd ad Deum tendunt, id eſt, religiones conuenientes ſunt. Sic quoque vocatur Religio Chriſtiana, quia eſt quidam modus cæremonialis viuendi in comparatione ad Deum: & hoc modo dicuntur eſſe Religiones apud Monachos, quia habent ſpecialiorem modum colendi Deum, quam alij homines. *Expiabit autem Sacerdos, qui vnctus fuerit*. Hic ponitur perſona expiationis cæremonias complens. & dicitur ꝙ iſte erat Sacerdos Magnus: nam nullus alius poterat hac die quicquam de cæremoniis agere. Notificatur autem hic iſte Sacerdos Magnus per quaſdam conditiones, quæ hic ponuntur, ſcilicet, quòd ipſe vnctus eſt, nõ quidem quòd ſolus Summus Sacerdos vnctus ſit, quia etiam minores Sacerdotes aliquo modo vngebantur, vt apparet Exodi 29. cap. & ſupra 8. cap. ſed dicitur Sacerdos Magnus vnctus, quia ſpecialem quandam vnctionem habebat ſuper omnes alios Sacerdotes. ſic patet ſupra 8. cap. vbi dicitur de oleo vnctionis, quòd funderetur ſuper caput Aaron, & nõ dicitur hoc de aliquo alio. Item habetur infra, 21. c. cum dr: Põtifex, id eſt, Sacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt oleum vnctionis.

Afflictio animæ pertinet ad cultũ Dei.

Religio quid.

Et cuius manus initiatæ ſunt, id eſt, conſecratæ ſunt: fiebat enim aſperſio olei ſuper manus Sacerdotis Magni, & tinctio quædam in ſanguine ſuper pollicem manus dextræ, & per hoc dicebantur manus eius conſecratæ: ſicut declaratum eſt ſupra 8. capite.

Vt Sacerdotio fungatur. i. omnes iſtæ conſecrationes factæ ſunt, vt iſte Sacerdos fungatur officio Sacerdotali, quia ſine eis non poterat miniſtrare: ſicut nemo poteſt in Eccleſia miniſtrare niſi ordinatus antea ſit.

Pro patre ſuo. i. ſucceſſit in locũ patris ſui. In hoc ſignificatur manifeſtè, quòd agitur hic de Sacerdote Magno. Nam de aliis non dicebatur, quòd ſuccederent patribus ſuis, cum vniuerſaliter eſſent Sacerdotes omnes, qui erant filij Sacerdotum, niſi fortè haberent aliquam maculam naturalem, aut accidentalem prohibentem. de quo habetur infra, 21. & 22. c. Sed in filiis Summi Sacerdotis non erat ſic: quoniam non omnes filij Summi Sacerdotis erãt Summi Sacerdotes, ſed ſolũ primogenitus inter eos: quoniam iſti apud antiquos ſuccedebant in dignitatibus paternis vniuerſaliter: nunc autem non ſeruantur apud omnes nationes iura primogenituræ, ſed in quibuſdã. *Induetúrq. ſtola linea*. Hic replicantur veſtes quibus indui debebat Sacerdos Magnus, quando expiaret. & prima veſtis erat Stola linea, quæ aliàs vocatur Linea Tunica, vt pa-

vt patet ſupra. Stola namq; nomen generale eſt pro omnibus veſtibus longis pertingentibus vſque ad talos: vnde dicitur ſtola à ſtolon quod eſt longum. *Et veſtibus ſanctis.* Per veſtes ſanctas non ſignificantur hic omnes veſtes Sũmi Sacerdotis, ſed ſolum tres veſtes minores, ſ. Feminalia linea, & Balteus, & Cidaris. In his enim quattuor Sacerdos expiabat, vt patet ſupra. *Et expiabit Sanctuarium,* i. Sancta Sãctorum: quoniam prima expiatio erat ibi aſpergendo ſanguinem contra Propitiatorium. *Et Tabernaculum teſtimonij atque Altare.* Iſtud erat ſecũdum quod expiabatur: vocatur autem Tabernaculum teſtimonij, non tota ipſa domus, quæ eſt Tabernaculum teſtimonij, ſed prima pars Tabernaculi: nam oportet quòd Tabernaculum de quo hic dr̃, diſtinguatur cõtra Sãcta Sanctorum, cum hic fiat diſtinctio. ſolũ ergo manet prima pars Tabernaculi, quæ hic vocari poſſit Tabernaculum; & iſto G modo diſtinguit Apoſtolus ad Hebræos 9. cap. primũ & ſecundum Tabernaculum. Quomodo autem iſta prima pars Tabernaculi poſſit dici Tabernaculum teſtimonij, cum hoc propriè competat Sancto Sãctorum, in quo erat teſtimoniũ, id eſt, Decalogus in tabulis, vt ſupra dictum eſt. Altare vocatur hic in quo adoletur thymiama, & erat in prima parte Tabernaculi, vt patet ad Hebr. 9. capite. Coram iſto aſpergebatur ſepties de ſanguine oblato pro peccato, & fundebatur ſuper quattuor cornua eius. Dicitur autem hic Tabernaculum teſtimonij, id eſt, prima pars Tabernaculi expiari: non quòd directè expiaretur, ſed ad expiationem Altaris thymiamatum quod erat in eo. *Sacerdotes quoque & vniuerſum populum,* id eſt, etiam Sacerdos Magnus expiabat Sacerdotes minores, & omnes Iſraelitas; nomine autem Sacerdotum intelliguntur H etiam Leuitæ: nam iſti expiabantur ſicut, & ceteri. Expiatio autem Sacerdotum & popularium fiebat per hoc, ꝙ Summus Sacerdos confitebatur omnia peccata eorum hirco, qui portabat illa in ſolitudinem. *Eritq; hoc vobis legitimum ſempiternum: vt oretis pro filijs Iſrael.* Ad Summos Sacerdotes iſta pertinent: quoniam ipſi ſunt ſoli, qui cæremonias expiationis complebant, vt patet ſupra. Et dicitur, quòd hoc maneret eis in legem in ſempiternum, vt orarent pro filiis Iſrael, ſcilicet, in die expiationis, vt remitterẽtur peccata eorum. legitimum enim dicitur quicquid ad legem pertinet. Et ſic omnia iſta pracepta vocabantur legitima, id eſt, leges, vel cęremoniæ. Quomodo autem verum ſit, quòd iſtæ erant leges ſempiternæ ſupra declaratum fuit. *Et pro cunctis peccatis eorum.* Aliud rogare eſt pro Iſraelitis, & aliud pro peccatis eorum. Rogare I pro peccatis, eſt, vt dimittãtur peccata, rogare pro Iſraelitis, eſt rogare, vt Deus proſperet actus eorum, & eos cõſeruet à peccato. *Semel in anno.* i. ꝙ iſta expiatio fiebat ſolum ſemel in anno, in decima die menſis Septembris. *Fecit igitur ſicut praceperat Dominus Moyſi,* id eſt, Moyſes dixit legem iſtam de expiatione coram toto populo, ſicut Deus ei mandauerat. Alii autem dicunt, ſicut Nicolaus, & Rabbi Salom. ꝙ Moyſes fecerat ea, quæ præceperat Dominus: id eſt, fecit iſtam ſollemnitatem expiationis quando deſcendit de monte Synai, adueniente decima die menſis Septembris. Sed hoc nõ poteſt ſtare: quoniam non fuit facta iſta celebratio expiationis, vt iſti dicunt, in primo illo anno, quo deſcendit Moyſes de monte: quoniam tunc nec erat Aaron Sacerdos, nec Tabernaculum adhuc fuerat factum, nec iſta lex data; immò, nunquam K potuit iſta lex obſeruari expiationis in toto deſerto, vt declaratũ fuit in principio huius capitis. Etiam patet quòd non intelligatur hic de cęremoniis expiationis; quia iſta littera ſignificat, quòd Moyſes fecit id quod mãdauit ſibi Dominus. Sed Moyſes non debebat facere ritus expiationis, ſed Summus Sacerdos, vt patet ſupra. Id igitur quod hic dicitur factum, non eſt obſeruatio expiationis, ſed prolatio verborum legis huius ad populum. Nec valet argumẽtum, ſi aliquis ex littera nitatur hoc probare: quia dicitur quòd fecit quæcũque præcepit Dominus Moyſi, ergo non erat ibi locutio ſolum, ſed executio. Reſpondendum eſt, quòd non ſequitur hoc: quia facere non ſolum accipitur pro executione in rebus, ſed etiam pro locutione, quoniam locutio executio quædam eſt: & aliquando Deus iſtam locutionem dicit eſſe facere. Sic

Officium Sacerdotum eſt orare.

Opin. Nicol. & Rab. Sal.

Reprobatio.

F patet ſæpè in Exodo, cum dicitur, ꝙ Moyſes & Aaron fecerunt ſicut eis iuſſerat Dominus: tamen non poteſt ſemper accipi pro executione, ſed interdum pro enarratione verborum coram Pharaone. Ad ſolam igitur prolationem legis huius iſta verba extendenda ſunt.

CAP. XVII.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere Aaron & filijs eius, & cunctis filijs Iſrael, dicens ad eos: Iſte eſt ſermo, quem mandauit Dominus, dicens: Homo quilibet de domo Iſrael, ſi occiderit bouem aut ouem, ſiue capram in caſtris vel extra caſtra, & non obtulerit ad oſtiũ Ta- G *bernaculi oblationem Domino, ſanguis reus erit: quaſi ſi ſanguinem fuderit, ſic peribit de medio populi ſui. Ideo Sacerdoti offerre debent filij Iſrael hoſtias ſuas, quas occident in agro, vt ſanctificentur Domino ad oſtium Tabernaculi teſtimonij, & immolent eas hoſtias pacificas Domino. Funderq. Sacerdos ſanguinem ſuper altare Domini ad oſtium Tabernaculi teſtimonij, & adolebit adipem in odorem ſuauitatis Domino: & nequaquam vltra immolabunt hoſtias ſuas Dæmonibus, cum quibus fornicati ſunt. Legitimum ſempiternum erit illis & poſteris eorum. Et ad ipſos dices: Homo de domo Iſrael, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocauſtum ſiue victimam, & ad oſtium Tabernaculi teſtimonij non adduxerit eam, vt offeratur Domino, interibit de populo ſuo.*

De conſec. diſt. 2. c. non oportet.

H ET *locutus.* In ſuperioribus tractauerat legis dator de quibuſdam purgationibus, quæ fiebant per ſacrificia: hic autem determinatur ſacrificiorum locus. Et diuiditur in duo, quia Primò determinatur ſacrificiorum locus. Secundò, excluditur Gentilicius ritus, ibi: *Homo quilibet.* Prima in duas: quia Primò prohibetur extra locum ſacrificij fieri immolationem. Secundò, prohibetur fieri ibidem oblationem, ibi: *Homo de domo Iſrael.* Circa Primum. *Et locutus eſt Dominus ad Moyſen.* Iſta locutio an fuerit eadem cum ſuperiori, vel non, conſtare non poteſt: hoc autem ſatis conſtat, quòd non omnia, quæ in hoc libro dicuntur, ſimul Moyſi à Deo reuelata ſunt, vt declarauimus in principio præcedentis capitis; ſed an ſimul, vel in diuerſis temporibus iſta dicta fuerint, nihil differt. *Loquere Aaron & filijs eius, & cunctis filijs Iſrael.* Iſta lex promulganda erat ad omnes iſtos, quia ad omnes eos perti- I nebat. Supra enim in quibuſdam legibus dicebatur, quòd Moyſes loqueretur Aaron, & in aliis quòd loqueretur ad omnem populum Iſrael, ſecundum quòd leges ad diuerſos pertinebant: nam aliquæ harum ad ſolum Sacerdotem, aliæ autem ad populum principaliter pertinebant. Iſta autem de qua hic dicitur, ſcilicet, de loco immolationis ſacrificiorum, pertinebat ad omnes, tam ad Aaron, quã ad filios eius, quàm ad omnes Iſraelitas. Cuius cauſa erat: quia ad Sacerdotes pertinebat interdum ſacrificia facere, velut totius populi miniſtros in cultu Dei. Pertinebat etiam ad eos tanquam ad perſonas priuatas: quoniam ipſi poterant offerre ſacrificia pro ſeipſis, ſicut & offerunt. Et quantum ad hæc duo, conueniens erat eis iſta lex de loci determinatione pro ſacrificiis. Ad Summum Sacerdotem pertinebat iſta lex ex duabus ſupradictis cau- K ſis, & etiam ex quadam alia cauſa: quia cum ipſe eſſet caput Diuinæ miniſtrationis, pertinebat ad eũ erudire alios in cultu Dei, & corrigere exceſſus eorum. Ad populares autem iſta lex pertinebat: quia ipſi ſacrificia offerebant, & conueniebat non offerri illa extra locum debitum; omnibus ergo iſta lex publicari debuit.

Diuiſio.

An Moyſes omnem populum ad legem hanc audiendam conuocauerit. Quæſt. I.

CIRCA hoc quæri poteſt, an Moyſes conuocauerit populum totum ad audiendam iſtam legem. Et poteſt dici apud aliquos, quod conuocauerit totum populum, cum Deus iuſſerit dici hoc omnibus filiis Iſrael. Sed ad hoc ſatis dici poſſet, quòd quanquam non conuocaret Moyſes omnes Iſraelitas, ſed Principes Synagogæ,

& eis

& eis iſta proferret, ipſi potuiſſent denunciare hoc aliis. A & ſic promulgaretur lex omnibus Iſraelitis, maximè quia interdum per omnes filios Iſrael ſoli ſeniores intelliguntur, vt habetur Exodi 12.cap. vbi iuſſit Deus, quòd loqueretur Moyſes ad omnem cœtum filiorum Iſrael; & tamen ipſe ſolis ſenioribus locutus eſt, & poſteà ſubiungitur, q̀ incuruatus eſt populus, quaſi ipſi ſeniores ſint populus: quanquam ad hoc non multum differt an totum Iſrael vocauerit, quia facilè erat Moyſi congregare omnes Iſraelitas, & omnibus eis loqui, ſic enim alibi fecit, vt patet Deuteron.29.cap. vbi congregauit omnes illos ante mortem ſuam, & locutus eſt eis omnia verba Deuteronomij.

Sermo quid ſignet.

Iſte eſt ſermo, quem mandauit Dominus. i. iſta eſt lex, quam Dominus obſeruari iuſſit, vel iſtud eſt præceptum à Domino datū. Poteſt accipi alio modo ſermo, pro ipſa re, quæ fit: & eſt ſenſus, quòd iſte eſt ſermo, B quem iuſſit Dominus. i. iſta eſt res, quam mandauit fieri: nam multoties accipitur ſermo, vel verbum pro ipſa re, quæ fit: ſicut habetur 1. Regū cap.2.& 2. Regum cap.1.

Locus determinatus ad ſacrificia.

Homo quilibet de domo Iſrael. Hic ponitur præceptum qđ dabatur de determinatione loci ad ſacrificia: nam volebat Deus eſſe vnicum locum ad ſacrificia, ne quilibet ſacrificaret vbicumque vellet: hoc autem fiebat, quia populus Iudaicus erat rudis, & ſi vidiſſet, q̀ ſacrificia fierēt Deo in pluribus locis exiſtimaret plures eſſe Deos: ſicut apud Gentiles erant plures Dij, & in diuerſis locis colebantur. Hæc autem volens Deus vitare, fecit vt eſſet vnicum Tabernaculū in tota terra promiſſionis: & ad illud concurrerent omnes Iudæi tribus temporibus anni, vt patet Exodi 23.& 34.c. & in hoc ſolo loco fiebant ſacrificia; ſi quis autem alibi ſacrificare voluiſſet, reputabatur C idololatra, & occidi debebat: de quo magis infra dicetur.

Homo quilibet de domo Iſrael. i. omnes homines, qui ſūt de progenie Iacob, ſ. quòd qui ſunt Iudæi ex origine, tenebuntur ad iſtam legem. Et quanquam hic dicatur de ſolis filiis Iſrael, tamen etiam intelligendum eſt de aliis, qui conuertebantur de Gentilitate ad Iudaiſmum: iſti namque tenebantur obſeruare omnes cęremonias legis, poſtquam circumciſi fuiſſent ſicut patet ad Galat. cap.5. cum dicitur: Ego Paulus teſtificor omni homini circumcidenti ſe, quòd debitor ſit vniuerſæ legis faciendæ. Poterant ergo iſti offerre ſacrificia, ſicut omnes alij, qui erāt Iudæi ex genere, & tenerentur ad omnes obſeruātias, ad quas tenebantur alij: ideo quamuis non exprimantur, hic intelliguntur, quòd patet ex his, quæ infra ſequuntur, cum dicitur: Homo de domo Iſrael, & de aduenis, qui D peregrinantur apud vos; qui obtulerit holocauſtum, &c. Idem patet de præcepto de non comedendo ſanguinem, in quo ponuntur Iſraelitæ & aduenæ. Item de præcepto effundendi ſanguinem animalium captorum aucupio, aut venatione, ſemper enim hoc erat tam ad Iſraelitas, quàm ad aduenas, vt patet infra in littera.

De qua occiſione intelligitur iſta lex.

Si occiderit bouem aut ouem. Non intelligitur iſta occiſio de quacumque occiſione, ſed ſolum de illa occiſione animalium, quæ fiebat ad ſacrificandum Domino: quod patet Deuteron.12.cap. vbi cum diceretur, ne aliquis offeret holocauſta ſua in omni loco quem vellet, ſed ſolum in loco, quem Dominus elegiſſet: ſubiungitur: Sin autem comedere volueris, & te eſus carnium delectauerit, occide, & comede iuxta benedictionē Domini Dei tui, quam dedit tibi in vrbibus tuis. Et poſtea in eodē capite ſubiun E gitur. Et volueris veſci carnibus, quas deſiderat anima tua, locus autem, quem elegerit Dominus Deus tuus vt ſit nomen eius ibi ſi procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quæ habueris ſicut præcepi tibi, & comedes in opibus tuis, vt ibi placet. Item patet, quod ſolum intelligatur de immolatione in ſacrificiis, quia animalia quæ erant ad cibos humanos, non præſentabantur ad oſtium Tabernaculi, cum occiderentur: quia per hoc conſecratæ fuiſſent, carnes illæ, & non potuiſſent accipere eas in vſus ſuos populares. De iſtis tamen animalibus, de quibus habetur hic, dicitur, quòd præſentarentur ad oſtium Tabernaculi. ergo intelligitur de immolatione ad ſacrificia.

Bos, ouis, & capra immolabatur ſoli inter quadrupedia.

Item quia hic ſolum ponuntur tria animalia. ſ. bos, ouis, & capra, quæ ſunt animalia immolaticia ſola inter quadrupedia, vt patet ſupra 1.3.& 4.capite. Item, hic dicitur, quod debebant offerri iſta in hoſtias, cum habeatur infra: ideo Sacerdoti offerre debent filij Iſrael hoſtias ſuas, quas occidunt in agris. Etiam patet hoc ex multis quæ habentur in littera. Et ſic iſti filij Iſrael, qui occidebant victimas contra legem, quæ ponebatur hic, peccabāt dupliciter. Primò, quia offerebant extra locum debitum, quod eſt contra iſtam legem; Secundò, quia ipſi non exiſtentes Sacerdotes occidebant victimas, quod eſt contra ſtatum Sacerdotalem, & quicumque talia faciebat merebatur mortem. ſicut patet de Rege Ozia, qui voluit turificare Domino, & percuſſus eſt in fronte lepra, & permanſit ſic vſque ad mortem ſuam, vt habetur 3. Reg. cap.15. *Bouem aut ouem, ſiue capram.* Ponitur de iſtis tribus, quia iſta ſolū erant immolabilia inter omnia quadrupedia, ſecundum quod patet ſupra, 1.3.& 4.& infra, 22.cap. Non tamen eſt intelligendum quod ſolum errarent Iſraelitæ, quando offerrent bouem, aut ouem, extra caſtra: ideo magis errarent, quando offerrent aliqua alia pecora: quia tunc peccarent non obſeruantes determinatum locum ad offerendum: hic autem peccarent non obſeruantes locū, nec animal immolabile. Ponuntur tamen iſta tria animalia, quia iſta ſunt quæ licitè offerri poterāt Domino obſeruata loci determinatione. *In caſtris vel extra caſtra.* Nihil differebat an offerrentur animalia in caſtris, vel extra, dum tamen non offerrentur intra Sanctuarium, cum tenerentur ad illum locum determinatum. Et dicitur hoc: quia contingebat aliquando offerri ſacrificia in caſtris, & aliquādo extra caſtra: vbique tamen erat ſuſpicio de idololatria. *Et non obtulerit ad oſtium Tabernaculi oblationem Domino.* id eſt, ſi non obtulerit illud animal Domino in oblationem ad oſtium Tabernaculi. Dicitur hoc, quia omnis oblatio fieri debebat ad oſtium Tabernaculi: & ibi omnes res ſiue animatæ, ſiue inanimatæ, præſentabantur Domino: & res animatæ immolabantur apud oſtium Tabernaculi, circa altare, in latere Aquilonis, vt patet ſupra 1.3.& 4. cap. Res autem inanimatæ, vt ſimila, panes, oleum, & vinum, partim cremabantur ſuper altare, & partim cedebant Sacerdotibus, vt habetur ſupra, 2. 6. & 7. cap. Iſti qui offerebant animalia apud oſtium Tabernaculi, non occidebant ea, ſed Sacerdotes recipientes ab illis immolabant, & faciebant cæremonias ſacrificiorum.

Si autem aliquis voluiſſet immolare animal extra caſtra, vel in caſtris, extra Sanctuarium, deinde offerre carnes eius Sacerdotibus ad oſtium Tabernaculi, non ſuſcipiebatur propter duo. Primò, quia totum periculum erat in immolatione: poterat namque aliquis obſeruare cęremonias idololatrarum in immolando, quaſcūque vellet, cum ſolitarius immolaret. Si autem coram toto populo, vel in loco publico fieret, ad hæc nulla erat præſumptio. Vt ergo auferretur periculū idololatriæ, nō ſuſcipiebatur talis immolatio. Item, quia in oblatione animalium facta Deo, oportebat vt ſanguis funderetur in altari, vel ad baſim eius, ſecundum determinatas cæremonias ſacrificiorū, vt apparet ſupra, 1.3.& 4.cap. Maximè quia in toto ſacrificio principale quod offerebatur, erat ſanguis, vt patet infra cum dicitur: Ego dedi illum vobis, vt ſuper altare meū expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit: ob hoc in omnibus ſacrificiis qualitercūque ſe haberent, ſemper cedebant Dño ſanguis & adeps, carnes autem interdum totaliter cedebāt Domino, interdum pars, interdum nihil, vt patet ex legibus datis ſupra, 1.3.4.& 6. cap. Cum ergo iſti qui immolabant extra caſtra, vel in caſtris, non tamen in Sanctuario, non offerrent ſanguinem intra Sanctuarium ad faciendum ibi cęremonias conſuetas in aliis ſacrificiis, errabant: nec permittebatur talis oblatio. *Sanguinis reus erit.* id eſt, tenebitur iſte homo tanquam is qui de ſanguine effuſo mori deberet, ita morietur hic qui extra locum debitum occidit iſta animalia: & verè iſte tenetur reus ſanguinis, quia ſanguinem effudit, non tamen pro illo ſanguine quem effudit, ſed quia in loco indebito effudit: & ſic æquiparantur hic, occidere hominem, & immolare animal in loco indebito: nam ſicut pro vno inferebatur mors, ita & pro altero. *Quaſi ſi ſanguinem fuderit, ſic peribit de medio populi ſui.* Iſta eſt expoſitio ſuperiorum, cum

diceretur ſupra, quòd taliter offerens erat reus ſanguinis; exponitur, id eſt, quòd ſic peribit iſte de medio populi ſui, tanquam ſi occidiſſet hominem: occidens autem hominem, tenebatur reus mortis, vt habetur Numeri 19. & 35. cap. Quantum ad hoc autem quod dicitur hic, cõſiderandum eſt, quòd quando accipitur (peribit de populo ſuo) per modum denunciationis, non eſt ſenſus quòd deberent Iudices occidere iſtum hominẽ pro peccato, ſed quòd Deus occidet illum. Quando autem accipitur per modum imperij, eſt ſenſus, quòd ipſi Iudices debeant occidere illum peccantem. Sic etiam patet hic. Quando autem teneatur iſta clauſula per modum imperij, & quando per modum denunciationis, patet ex adiunctis: hic enim adiunctum probat, quòd Iudex debeat occidere iſtũ taliter offerentem: quia dicitur hic, quòd erit reus ſanguinis, quaſi ſanguinem fuderit, ſic peribit de medio populi ſui. Sed ille qui fundebat ſanguinem, occidebatur à Iudice, vt habetur Num. 19. & 35. cap. ergo iſte qui immolabat victimas extra Sanctuarium, debebat mori condemnatus. *Ideo Sacerdoti offerre debent filij Iſrael hoſtias ſuas*. id eſt, ne incidant Iſraelitæ in pœnam effundentium ſanguinẽ, debent offerre Sacerdotibus victimas ſuas, & nõ immolẽt eas ipſi in agro, vel in caſtris. In hoc innuitur id, quod ſupra dicebatur, ſ. quòd iſta lex traditur de offerentibus & immolantibus animalia, non autem de illis qui occidunt ea ad cibos ſuos, quia tunc non vocantur animalia illa hoſtiæ, nec etiam debent offerri Sacerdoti, ſed ipſi per ſe iugulabunt vbicumque voluerint, nulla obſeruata ſollemnitate, vt habetur Deuter. 12. cap. *Quas occident in agro*. Non eſt ſenſus quòd Iſraelitæ offerrẽt Domino ad oſtium Tabernaculi animalia, quæ offerebant in agris, quia tunc primo offerrent ea in agris, deinde in Sanctuario: & hoc nõ poſſet eſſe, niſi ſanguis effunderetur extra caſtra, & deinde carnes offerrentur in Sanctuario. Sed hoc ſtare non poteſt: quoniam repugnat eis quæ dicta ſunt ſupra, repugnat etiã eis, quæ infra dicuntur in littera, ſ. fundetq. Sacerdos ſanguinem ſuper altare Domini ad oſtium Tabernaculi: Sed non poterat ſanguis fundi ad oſtium Tabernaculi, ſi animal occideretur in agro; ſed eſt ſenſus: *Quas occident in agro*. id eſt, Iſraelitæ offerent Domino in Sanctuario victimas ſuas, quas offerre ſolebant in agro, vel quas aliàs offerrent, niſi iſta lex daretur.

Perire de populo ſuo quid ſignet.

Quare antiquitus offerebatur thymiama in verticibus montium. Quæſt. II.

DICIT littera de oblatione, quæ fit in agro, quoniã aliqui conſueuerant offerre in montibus, & maximè inter arbores denſas, & ibi ponebant Altaria. De hoc habetur in 3. & 4. Regum. ſ. quomodo tempore Regum Iſraelitarum offerebatur thymiama in excelſis, id eſt, in verticibus montium. Hoc autem fiebat, quia volebant illi immolantes facere ſacrificia & ritus ſuos in locis ſegregatis à communione hominum: huiuſmodi autem erant capita montium. Etiam alij faciebant Altaria & ſacrificia inter arbores denſas, vt ibi occultaretur turpido offerentium, quia erant turpes valde cæremoniæ in eis, ſecundũ quòd erat in ſacrificiis Priapi. Nam cum facta fuiſſent ſacrificia, Sacerdos incitabat omnes ad actũ libidinis oſtendens eis virilia, & tunc tam viri, quàm feminæ concurrebant in loca ſecreta, & ibi ſecundum quòd ſors cuilibet obtuliſſet feminam accipiebat. Ad hoc autem conuenientia erant loca ſecreta, ſecundum quòd eſt inter arbores denſas: & propter hoc iubebat Deus vt non plantaretur lucus apud Altare, ne ibi inclinarentur homines ad turpitudines Dei Priapi, vt habetur Deuteron. 7. cap. Cum autem cõtingeret non eſſe arbores denſas, inter quas huiuſmodi ſacrificia turpia fierent, conueniebant cultores in locum ſubterraneum & caliginoſum, & ibi colebant Deum Priapum: & poſt hoc conueniebant ad turpitudines ſuas. Sic habetur 3. Regum 15. cap. de Rege Aſa, qui abſtulit matrem ſuam à ſacrificiis Priapi, cum ipſa eſſet princeps ſacrificantium, & conuenientium ad turpitudines, & deſtruxit loca illa in quibus conueniebant; cum dicitur: Et abſtulit effeminatos de terra, purgauitq. vniuerſas ſordes idolorum, quæ fecerant patres eius; inſuper & Maacham matrem

F ſuã amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi in luco eius, quem conſecrauerat: ſubuertitq. ſpecum eius, & confregit ſimulachrum turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron.

Alij autem offerebãt victimas in agro, ſ. in viis, vel compitis; & hoc propter Deos infernales, & Manes, qui ibi apparent: nam horribiles viſiones conſueuerunt in compitis magis, quàm in aliis locis apparere, & illi, qui ſacrilegi ſunt, & nicromantici, vel qualitercunque malefici obſeruant magis loca iſta, quàm alia. *Quare ſacrificabant in viis, & compitis.*

Alij autem offerunt ſacrificia in agris, ſcilicet, in locis ſeminatis, & pratis, vel arbuſtis: & hoc propter Deos qui pertinent ad iſta loca, ſcilicet, propter Cererem & Siluanum, qui pertinent ad iſta loca, de quibus Horatius. *Quare in agris.*

Tellurem porco, Siluanum lacte piabant.

G De Siluano etiam qualiter fuerit habitus Deus agreſtis, & de figura eius, & de Deo paſtorum qui Pan dicitur, ait Virgilius in Ecloga vltima.

Alij autem Dij ſunt, qui etiam ad montes & valles pertinent, ſcilicet, Vallenia Dea ad valles, & Deus Iugatiuus ad montes. De his Auguſtinus de Ciuitate Dei latiſſimè lib. 6. cap. 8. His autem Gentiles ſacrificia offerebant, ſed quidam quibuſdam, alij verò aliis: nam quidam Iugatiuum Deum montium colebãt: ſic exiſtimauerũt Syri ſerui Regis Benadab Deum Iſrael eſſe Iugatiuum, cùm pugnauerunt contra Achab Regem Iſrael, & deuicti fuerũt ab eo in montibus; atque dixerunt: Dij mõtium ſunt Dij eorum, ideo ſuperauerũt nos, ſed melius eſt, vt pugnemus contra eos in campeſtribus, & obtinebimus eos. Exiſtimabant Syri, quod Dea Ruſina, quæ erat Dea ruris vel *Dij Gentilium.*

H camporum, ſiue Dea Vallenia, quæ erat Dea vallium, nõ adiuuaret Regem Achab contra Benadab, ſi pugnaret in campis, aut vallibus: ſed Deus in contrarium vertit: & hoc quia exiſtimabant Syri ſolum Deũ Iugatiuum iuuare Iſraelitas, & non Valleniã, nec Ruſinam. De hoc 3. Reg. cap. 20. Alij autem offerebant in agris, ſ. in campis habentibus ſegetes & arbores; & hoc faciebant ad Deam Ruſinam, vel ad multos alios Deos, ſ. Segetiam, & Naturnũ, atque Nodotum, & Geniculum, omnes enim iſti Dij erãt Dij ſpicarum. Multi quoque alij in agris erant Dij, quibus ſecundum conſuetudinem antiquam Gẽtiles offerebant, & Iudæi quoque ad idem redibant. Ideo de omnibus his vetuit Deus cæremonias, iubens fieri debere oblationes in Sanctuario, ne in agris daretur idololatrandi facultas. *Vt ſanctificentur Domino ante oſtium Tabernaculi teſtimonij*. id eſt, iſtæ oblationes debebant offerri Domino

I ad oſtium Tabernaculi, vt ex hoc ſanctificarentur, id eſt, ſanctæ efficerentur, vel Deo applicarentur, quod contingebat cum immolarentur in Sanctuario; cum verò alibi, nõ ſanctificabãtur, ſed magis maledictæ erant tales oblationes. *Ante oſtium Tabernaculi teſtimonij*. Hic aſſignatur locus, in quo fieri deberent oblationes, & iſte eſt vnicus, ſ. ante oſtiũ Tabernaculi, alibi enim nemini licebat offerre. Et dr̃, ante oſtium Tabernaculi, quia Tabernaculum erat locus, in quo Deus ſpecialiter eſſe dicebatur, & erat intra atrium: ad oſtium aũt illius Tabernaculi in latere Meridiano erat poſitum Altare holocauſtorũ, & in illo cremabantur omnia ſacrificia, quę coram Dño cremanda erant, & cum aliquod animal offerretur, præſentabatur ad oſtiũ Tabernaculi. & hoc propter duo; Primò, quia ibi erat *Locus oblationũ.*

K Deus coram quo offerebantur iſta: Secunda cauſa erat: quia ſanguis iſtorum animalium, quæ offerebantur, fundẽdus erat ad baſim Altaris, & interdũ ſuper cornu eius, ſecundum legem diuerſorum ſacrificiorum. Sed non fiebat hoc ita conuenienter, ſicut ſi apud Altare iſta animalia immolarentur, ſcilicet, in Altari in Aquilonari parte, inter Altare, & oſtium Tabernaculi: tunc ſanguis fuſus in crateras accipiebatur ad fundendum in Altari ſecũdum leges ſupradictas. *Et immolent eas hoſtias pacificas Domino*. id eſt, iſta animalia quæ iſti offerebant in agris, offerant in Sanctuario, & hoc, faciendo eas hoſtias pacificas: ſunt enim hoſtiæ pacificæ vnum de tribus generibus ſacrificiorum, de quibus diſtinximus in multis locis; cæremoniæ autem pacificarum hoſtiarum habentur ſupra cap. 3. & ibi diximus de cauſis earum.

Quare

Quare iuberet Deus hic, quòd iſti qui ſuas hoſtias immolaturi erant in agro, immolent eas ad oſtium Tabernaculi, & faciant eas pacificas. Quæſt. III. A

QVÆRET autem aliquis, cum ſint tria genera ſacrificiorum.ſ.holocauſta,& pro peccato, & hoſtiæ pacificæ, quare iubeat hic Deus, quòd iſti qui erant immolaturi hoſtias ſuas in agro, immolent eas ad oſtium Tabernaculi,& faciãt eas hoſtias pacificas. Nam ſi hoc tenerent, Iudæi cogerentur offerre omnia ſacrificia ſua in modum hoſtiarum pacificarũ, & nihil poſſent offerre in holocauſtũ, vel pro peccato: quod falſum eſt, cum Dominus dederit ſupra tria genera ſacrificiorum,& aliquando ad quodlibet eorũ ponit præceptum cogens. Reſpondendũ eſt,ꝙ iſta littera non intelligitur ſolum de ſacrificiis pacificis,ita ꝙ nulla alia offerri poſſent, ſed poſitum eſt de his exẽplariter,& per hæc intelliguntur omnia alia. Sed dicet aliquis,quare magis expreſſit de pacificis hoſtiis, quàm de holocauſtis,vel hoſtiis pro peccato, cum holocauſta ſint digniora,quia in Deũ directè erant? Pacifica autem ſacrificia quamuis in Deum tenderent & dirigerentur, non tamen ita directè, ſicut declarauimus ſupra 8.cap. Ad hoc reſponderi poteſt multipliciter; Primò,quia Deus iubebat hic Iſraelitis ſacrificare ſibi in Sãctuario,ſecundum illam intentionem ſacrificandi, quam ipſi habebant,cum vellent in agro ſacrificare,vt ſic facilè conuerterentur ad faciendum Deo id, quod Dæmonibus facturi erant,ſed iſti qui in agro ſacrificaturi erant,offerrent victimas pacificas,ergo Deus conuenienter iuſſit eis offerre pacificas hoſtias; patet hoc: quia pacificæ hoſtiæ dicuntur eſſe pro pace.i.pro obtinenda pace,vel obtenta: C dicitur autem aliquis rogare pro pace obtinenda, quando aliquis vult quicquam impetrare, & pro hoc vult primo Deum eſſe ſibi pacificum,vt concedat quod petit: vel pro pace obtenta quis rogat, quando aliquid bonum à Deo recepit,& quia Deus nihil dat inuitus, videtur pacificatus fuiſſe illi,cum dedit quod petebat: pro hac autem pace pacificas hoſtias offert. Gentiles autem & Iudæi ad Deos quos colebant hoc habebant.ſ.ꝙ volebãt ab eis aliqua bona recipere, vel pro bonis receptis gratias dare,& hoc ad ſacrificia pacifica pertinet. Sic igitur dicebat Deus, vt ad ipſum facerent. ſ. offerentes ſacrificia pacifica pro pace habita vel habenda,ſ.ad aliquid impetrandum,vel pro impetratis gratias reddendo. Alio modo reſpõderi poteſt,ꝙ Deus iuſſit offerri ſacrificia pacifica ſibi, quia volebat Iudæos inclinatos ad offerendũ Dæ- D monibus ad ſe reducere,& hoc fieri debebat per modum lenem. ſ. ne imponeretur Iudæis aliqua lex grauis in ſacrificio. Nulla tamen facilior lex atque iucundior ſacrificandi erat,quàm facere ſacrificia pacifica, ideo hoc iuſſit;quod patet: quia in holocauſtis nihil omninò cedebat offerenti de eo, quod offerebat, ſed partim cremabatur, & partim dabatur Sacerdoti, ſ. carnes Deo, vt patet ſupra 1.c. & pellis Sacerdoti,vt patet ſupra 6. In ſacrificiis autem pro peccato: idẽ modus eſſe videbatur,quoniam ibi aliquid cremabatur Deo. ſ.adipes, & ſanguis fundebatur coram eo:reliquum autem,ſ.carnes,& pellis,cedebant Sacerdotibus,vt patet ſup.6.cap.Quamquam interdum omnia cremarentur, ſicut in ſacrificiis pro peccato Summi Sacerdotis, & populi de hoc habetur ſup.4.cap. In ſacrificiis verò pacificis aliquid cedebat offerrentibus, E quoniam Deo cremabantur adipes; Sacerdotibus verò cedebant pectuſculum & armus; aliæ autem carnes cedebãt iuri offerentiũ,vt patet ſupra 2.c.& 3. Ad hoc ergo genus ſacrificij Iudæi magis induci debuerunt, quàm ad cetera,quia leuius erat. Tertiò poteſt dici, ꝙ illi qui in agris ſuas hoſtias offerebant, ſiue Deo, ſiue Dæmonibus eas offerrent fortaſſis faciebant,ꝙ ibi ipſi integra animalia habebant,quaſi nihil offerrent:talis enim conſuetudo erat in ſacrificiis idololatrarum: nam non ſolum carnes, ſed immo & pelles,& adipes,qui erant neceſſarij ad cremandum Deo,comedebãt ipſi,etiam cum ſacrificiis dabantur libamina,de quibus Num.15.cap.& de illis nunquam cedebat aliquid offerentibus,& tamen idololotræ viuebant,& manducabãt de libaminibus,vt dixit Moyſes improperans eis,ſ.de quorum victimis adipes mãducabant, & bibebant vinum libaminum, Deuter.32.cap. & quia in ſacrificiis Dei non permittebantur hæc offerẽtibus,aliqui volebãt potius offerre in agris Deo, aut Dæmonibus,quàm offerre in Sanctuario ſacerdotibus;vt ergo non ſic faciant,& parum grauentur, dicitur ꝙ offerãt hoſtias ſuas pacificas Sacerdoti, ac ſi dicat, licet hic non recipiant offerentes integra animalia,quæ offerebant,tamen plurimum de eis habebant, quia præter pectuſculum & armum dextrum totum habebant. *Funderq. Sacerdos ſanguinem ſuper altare Domini*. Hic ponuntur ceremoniæ in ritibus ſacrificiorum. ſ.ꝙ ſanguis effunderetur ſuper Altare: non tamen eſt intelligẽdum,ꝙ ſanguis aliquis ſacrificij funderetur ſuper Altare, quoniam in nullo hoc fiebat,ſed in omnibus ſeruabantur aliæ cæremoniæ,dicitur tamen,quòd funderetur ſanguis ſuper Altare, quia in quibuſdam fundebatur ſuper parietes Altaris,ſicut in holocauſtis,& pacificis hoſtiis, vt patet ſupra 1.& 3.c. In aliis autem ſacrificiis pro peccato, fundebatur ſanguis partim ſuper cornua Altaris,& partim ad baſim eius: id autem quod tingebatur ſuper cornua Altaris,vel fundebatur ſuper parietes:dicebatur fundi ſuper Altare. *Ad oſtium Tabernaculi teſtimonij*. Hoc ponitur propter duo:Primò,ad excludendum Altare thymiamatũ; quoniam quamuis illud eſſet Altare Domini,tamen non debebat offerri ſuper illud aliquod ſacrificium, nec cremari adeps, ſicut patet Exod.30.cap. Alio modo ponuntur iſta verba ad excludendum Altaria, quæ Iſraelitæ forte voluiſſent ædificare Deo in mõtibus,vel in agris, vt ibi offerrent. Dicit tamen,ꝙ ſolum deberet fieri oblatio ſuper Altare ad oſtium Tabernaculi, & ſic non fieret in Altari thymiamatum,quod nõ erat ad oſtium Tabernaculi,ſed intra Tabernaculum ante velum Sancti Sanctorũ,& excluditur Altare,quod poſſet fieri in agris,quia illud etiam non eſſet. *Ad oſtium Tabernaculi teſtimonij & adolebit adipem*. Non pertinet hoc ad ipſum offerentem, quoniam ipſe non faciebat hoc: nemini.n.niſi Sacerdoti licebat facere ſacrificiorum cæremonias, Sacerdos igitur erat,qui adipem cremabat.Dicitur hic de adipe,ex eo,ꝙ in omnibus ſacrificiis cremabantur adipes ſiue holocauſta,ſiue pacifica, ſiue pro peccato fuiſſent, quoniam omnis adeps Domini eſt iure perpetuo,vt patet ſupra 3.cap. Etiam in ſacrificiis cum carnes cremabãtur extra caſtra, hoc fieri debebat, ſ.in ſacrificio Sacerdotis Magni, & totius populi, vt patet ſupra 4.cap. ponuntur autem hic iſta duo. ſ. Sanguis & adeps, quia iſta generalia erant in ſingulis ſacrificiis. ſ.ſanguis ad expiandum, & adeps in odorem ſuauiſſimum. *In odorem ſuauitatis Domino*. Dicitur eſſe adeps crematus in ſacrificiis in odorem ſuauitatis, quia Deus maximè delectabatur in crematione illius adipis, tanquam ſi eſſet aliquid ſuauiſſimum odor combuſti adipis, cum tamen eſſet magis aliquid fœtidum, quamquam eorum quæ in ſacrificiis erant, nihil fœtidum appareret: Dicitur autem iſte odor ſuauitatis, referendo ad deuotionem offerentium, & obedientiam ad mandata Diuina, in quibus Deus delectatur: quia iſta ſunt ſacrificia cordis noſtri, in quibus Deum colimus fide, ſpe, & charitate, quæ longè meliora ſunt exterioribus ſacrificiis; & pro iſtis dicitur: *Accipite ſacrificia exteriora*. In exterioribus tamen non delectatur, nec delectari poteſt, quamuis iſte odor ſuauis eſſet, quia Deus non habet potentiam corpoream odoratiuam, ſecundum quam ſentiat hoc. *Et nequaquam vltra immolabunt hoſtias ſuas Dæmonibus*. Dicitur hoc,quia quando Iſraelitæ immolabant in agris, immolabant ad honorem Dæmonum, & hoc, quia nondum data fuerat eis lex de immolationibus; nunc aũt iubetur, ꝙ offerant ad oſtium Tabernaculi, & ſic non immolabunt Dæmonibus: nam cum extra caſtra iſti immolarent, quamquam Dęmonibus non immolarent, præſumebantur tamen immolare eis: quia ad hoc magnam occaſionem habebant, cum quilibet ſolitarius in agro immolans, poſſet obſeruare cęremonias quas vellet: De hoc autem nulla erat pręſumptio, cũ fieret immolatio ad oſtium Tabernaculi, quia tunc fiebat ibi coram omnibus,qui non permiſiſſent idololatriã, eodem modo quaſi ipſi populares nihil offerrent facientes de eo cęremonias, ſed ſoli ſacerdotes.

Hoſtia pacifica quare erat magis frequentata ab Iſraelitis.

In littera quare hic ponitur. ſ. ad oſtiũ Tabernaculi.

Cum quibus fornicati ſunt. id eſt, iſti cultores Dæmonum fornicati ſunt cum Dæmonibus.

De fornicatione cultorum Dæmonum, cum ipſis Dæmonibus, & quomodo dicantur ad ſimilitudinem fornicationis humanæ. Quæſt. IIII.

NON eſt intelligendum hic pro fornicatione, quæ eſt in carnali cognitione, quia hoc non faciebant cultores Dæmonum cum eis: nam Dæmones ſpiritus ſoli ſunt, cum quibus fornicatio eſſe non poteſt, niſi fortè accipiantur hic Dæmones incubi & ſuccubi, quorum incubi feminas quidem cognoſcere poſſunt, & deflorare; ſuccubi autem à viris cognoſci poſſunt. Sed iſte modus cognitionis non eſt talis, qualis in fornicantibus, quoniam Dæmones organa de aere formant, ad quorum contactum non ſequitur delectatio in eis qui talia tangunt, quoniam non eſt ibi proprium obiectum cauſatiuum delectationis: ſed ad carnem & ſanguinem iſta pertinent, de quibus non oportet magis explicare ſermonem, ſed quilibet per ſe aduertat. Hæ tamen cognitiones non pertinent ad vigiliam, ſicut cognitiones fornicātium, ſed per nocturnam viſionem in ſomnis hoc patiuntur interdum viri, & feminæ, quemadmodum eſt de pollutione nocturna. De ſuccubis enim Dæmonibus generale hoc eſt: incubi autem interdum ſunt quidā ſpiritus valde immundi, qui feminas in vigilia inquietant, & earum conſumant concubitum. De hoc Aug. de Ciuitate Dei lib. 15. Eſt tamen dicēdum, ꝙ interdum tam incubi, quàm ſuccubi per vigiliam rem iſtam agunt: ſicut quidam Magici vel Necromātici, qui cōſortia cum Dæmonibus habentes, Dæmones familiariter habent, qui in figuram pulcherrimarum feminarum cuiuſlibet ætatis cōuertuntur, & cum eis res venereas per vigiliam agunt; ſed miſeri & caduci nō aſſequuntur ibi eandem omnino voluptatem, quam cum feminis, ſuam quippe ſuſtinent, ſed alienam non conſequuntur. Eſt autem res iſta nefanda. De hoc tamen concubitu non intelligitur hic, ſed de ſacrificio facto eis: ſacrificare namque Dæmonibus fornicari cū eis eſt: Nam ſicut fornicari dicitur femina quæ contempto maritali toro alij commiſcetur viro, ita & anima quæ Deum colere tenetur, & ei ſoli ſacrificare, ſi alteri commiſceatur ſacrificādo ei, fornicari dicitur cum illo. Huiuſmodi autem patiebantur Iudæi ad Dæmones, quia illis aliquando ſacrificabant; & hoc fuit cum Iudæi eſſent in terra Aegypti, ibi. n. Dæmonibus hoſtias immolauerant: & propter hoc induxit Deus ſuper illos tribulationes magnas, & horrendas calamitates, ſicut probauimus Exo. c. 1. in fine. Et hoc ſignificatur hic, cum dicitur, ꝙ nequaquam filij Iſrael vltra immolabunt hoſtias ſuas Dæmonibus, cum quibus fornicati ſunt. Ex duobus patet hic Iudæos ſacrificaſſe Dæmonibus in Aegypto; Primò, quia dicitur. *Et nequaquam vltra*; ergo ante hoc fecerant ſacrificia Dæmonibus; & quia iſtud præceptū fuit datum in primo anno, in quo exierunt de Aegypto Iſraelitæ, & in illo nunquam coluerint Dæmones, ergo videtur, ꝙ ante hoc ſacrificauerant Dæmonibus. ſ. in Aegypto. Item patet: quia dicitur; Fornicati ſunt cum Dæmonibus, & hoc eſt facere ſacrificia; ergo in priori tempore, ſcilicet, quando fuerunt in Aegypto Dæmonibus ſacrificauerunt. *Legitimum ſempiternum erit illis*. Loquitur ad Moyſen. ſ. ꝙ hoc erit Iſraelitis legitimum ſempiternum i. lex vſque in æternum, ſ. ꝙ haberent ſemper iſtas cæremonias in ſacrificiis, & tenerentur eas ſeruare tanquam legem. Quomodo autem fuerit hæc lex ſempiterna, cū aliquando ceſſauerit, declaratum fuit præcedenti cap. circa fin. *Et poſteris eorum*. i. non ſolum obligabantur iſti ad obſeruandum hanc legem, ſed etiam eorum ſucceſſores, & quamquam Deus non mandaſſet poſteros eorū eſſe obligatos ad iſtam legem, per ſe tamen obligati erant, quia ſuccedebant loco patrum ſuorum, potiſſimè qui erāt populus Dei, ſicut patres ſui; ideo tenebantur ad leges Dei, cuiuſmodi ſunt iſtæ. Dixit tamen de poſteris eorum, ad magis declarandum, vt non poſſent aliquam excuſationem habere poſteri, ſaltem coloratam, dicentes nō fuiſſe eis hanc legem datam. *Et ad ipſos dices*. i. ad filios Iſrael,

De Dæmonibus incubis ac ſuccubis.

Iudæi ſacrificauerunt Dæmonibus in Aegypto.

F qui nunc ſunt, loqueris iſta quæ ſequuntur. Eſt enim quòd ſequitur recapitulatio legis ſupra datæ. *Homo de domo Iſrael, & de aduenis*. Iſta lex obligabat omnes, tam filios Iſrael, ſ. qui erant Hebræi ex genere, quàm aduenas qui erant de Gentilitate ad Iudaiſmum conuerſi. Nam quantum ad legis profeſſionem, & obſeruantiam, ita erant Hebræi, qui ex Gentilitate conuerſi erant, ſicut qui de ſemine Iacob deriuabantur: æqua igitur vtriſque erat obligatio ad cæremoniales obſeruationes. Et in hoc patet, quod ſupra dictū fuit, ſcilicet, quod quamquam in lege illa ſolū exprimeretur de filiis Iſrael, tamen etiam intelligendum erat de aduenis. *Qui peregrinantur apud vos*. id eſt, qui morantur in terra veſtra, nō exiſtentes inde oriundi, quod refertur ad aduenas. *Qui obtulerit holocauſtum ſiue victimam*. De omnibus ſacrificiis generalis erat iſta regula, quia G quodcūque extra Sanctuarium offerretur, illicitum erat, cum poſſet immolari Dæmonibus. & per iſta duo hic expreſſa intelliguntur omnes modi immolandi. Victima enim ſignificat omnia genera ſacrificiorū, hic tamen pro ſolis duobus accipitur, ſ. pro pacificis hoſtiis, & pro ſacrificiis pro peccato, holocauſtum autē in littera expreſſum eſt: dicitur hic. Qui obtulerit, id eſt, præſentauerit: quoniam quamquam aliquis nō immolaret ſacrificium extra Tabernaculum, ſi tamen præſentaret in agro ad immolandum adhuc ex hoc merebatur mortem faciens; & ſi obtuliſſet laicus animal extra caſtra ad immolandum, & Sacerdos aliquis ibi immolaret, vterque mori debebat, quoniam ſimul peccauerant. De immolante ſatis manifeſtum eſt: quoniam in immolatione conſumatur ipſum ſacrificium; ante immolationem autem voluntas quidem H ſacrificandi eſt, ſed non ſacrificium: de offerente autē ſolum, & non immolante, quod mereatur mortē, patet hic, quia dicitur: Qui obtulerit holocauſtum & ad oſtiū Tabernaculi non adduxerit, interibit de populo ſuo. Ergo propter ſolum nō adducere ad oſtium Tabernaculi, merebatur mortem hoc faciens. *Et ad oſtium Tabernaculi teſtimonij*. Iſte eſt locus determinatus, in quo licitè immolari poterat: vbicumque autem alias fierent immolationes, illicitæ erant, & morte piandæ, ideo nullus de Iudæis audebat alibi facere ſacrificia, quamquā longe moraretur à loco Sāctuarij, ſed quicumque ſacrificium facere vellet, aut offerre, veniebat ad Sāctuarij locum, & ibi offerebat. De hoc Deuter. 12. cap. cum dicitur: Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed in eo quē elegerit Dominus in vna tribuum tuarum, hoſtias offeres, & I facies quodcumque præcipio tibi. Si autem aliquis Iudæus contra hoc faceret, incidebat in mortis pœnam, & ſi fortè eſſet vnus populus, vel multi, aut vna tribus, quæ iſtud malum faceret, reliqui de Iſrael inſurgebant in eos in pugnam, tāquam contra hoſtes, ad delendos illos, ſicut patet de duabus tribubus, & dimidia, ſ. Rubenitis, & Gaditis, atque dimidia tribu Manaſſe. Iſti enim cum receſſiſſent ab aliis filiis Iſrael, conſtruxerant altare miræ magnitudinis apud riuulos Iordanis, quo audito à reliquis Iſraelitis, inſurrexerunt contra eos in pugnam, vt habetur Ioſue, cap. 22. Aliqui tamen viri Sancti leguntur extra Sāctuarium ſacrificaſſe, qui ex hoc non arguuntur: quia Deo inſpirante fecerunt; qui autem ſpiritu Dei ducuntur, non ſunt ſub lege. Sic patet de Dauid, qui immolauit in area Ornam Iebuſæi, quando apparuit illi Angelus percutiens K Iſraelitas euaginato gladio, vt habetur 2. Reg. 24. Sic etiā patet de Manue patre Samſon, qui obtulit ſacrificiū coram Angelo ſibi apparente, & tamen hoc erat extra Sanctuarium, vt habetur Iudic. 13. cap. Sic etiam patet de Elia, qui immolauit Domino in monte Carmeli coram Prophetis Baal, vt habetur 3. Regum cap. 18. Samuel quoque Propheta immolauit in Ramatha, & in Maſphat, 1. Regum 7. cap. & in Galgala etiam, 1. Regum 11 cap. & in Bethleem, 1. Reg. 16. cap. & in nullo horum locorum erat tunc Sanctuarium: ſed in Nobe, vel Gabaon, vt dicitur 1. Regum 7. cap. hæc enim ſi à quolibet homine præſumpta fuiſſent, digna punitione habebantur, ſed quia viri ſancti illa fecerunt, Deo inſpirante eos feciſſe dubium non eſt. Iſti enim omnes erant approbatæ auctoritatis, ideo nemo de eis ſuſpicabatur, quod hoc ad idololatriam facerent: de quolibet autē alio viro hoc faciente, etiam

Epilogus legis ſuperius datæ.

Victima quid ſit.

Quō excuſentur viri Sancti qui extra Sanctuarium ſacrificia obtulerunt.

etiam ſi propter bonum facerer, non crederetur, ꝙ bono zelo ageret. Inſuper autem horum, qui extra Sāctuarium immolauerūt, cauſæ manifeſtæ ſunt. Dauid enim in area Ornam Iebuſæi, immolauit, ſed hoc fecit propter reuerentiam Dei, quia apparuit ibi Angelus percutiēs Iſraelitas, & rogauit eum, vt ceſſaret plaga, vt patet 2. Reg. c. 24. De Manue autem patre Samſonis cauſa apparet: quoniā angelus apparuit, illi denuncians natiuitatem filij, qui futurus erat liberator Iſrael. Pro hoc igitur cōueniens erat, vt ibi ſacrificium offerretur, de quo Iudic. 13. c. In omnibus iſtis Deus mōſtrabat aliquas acceptationes, per quod videretur iſta ſacrificia licitè facta fuiſſe, nec aliquo modo iſti peccarēt, quod patet in ſacrificio Manue, quia Angelus aſcendit in flamma, & aſcendit in cælum, & ante videbatur eſſe vir, & per hoc cognouit Manue futurū eſſe à Deo, quod angelus dicebat. De Dauid autem idem patet: quoniam facto ſacrificio ceſſauit plaga à populo, vt habetur 2. Reg. cap. 24. De Elia aurem adhuc cauſa magis patet: quoniam contentio erat inter eum & Prophetas Baal, quis adorari deberet, an Deus Eliæ, an Baal: & conuenit cum Prophetis Balaal ſuper montem Carmeli, & factum eſt pactum, vt Elias faceret ſacrificium, & ſi Deus Eliæ exaudiret eum mittēdo ignem, eſſet Deus; & ſi Baal exaudiret Prophetas ſuos mittendo ignē, ipſe eſſet Deus. Exaudiuit autem Deus Eliam, & miſit ignem; & poſtea occidit omnes Prophetas Baal, qui erant quadringenti quinquaginta viri, & quadringenti Prophetæ Lucorum. In hoc autem apparuit manifeſtum Dei miraculū. ſ. quia miſit Deus ignem ſuper ſacrificium. Itē quia Elias multoties fecerat altare in holocauſtum erectū perfundi aqua cum ipſis lignis, & tamen omnia combuſta ſunt. De his 3. Reg. c. 18. De Samuele autem cauſa non ſuſpicāda erat, quia ipſe erat Propheta Dei, & quaſi ſolus eo tēpore, vnde vocatus eſt Propheta fidelis, 1. Reg. 3. c. erat etiam Iudex totius Iſrael, & ob hoc in Maſphat immolauit toto populo orante, vt rogaret pro eis Deum, 1. Reg. 7. cap. & illud ſacrificium fuit acceptiſſimum: nam cum ipſe illud faceret, venerunt Philiſtini inſidiantes Iſraelitis, & volebant irruere in eos, & tunc intonuit Deus de cælo terrore magno ſuper Philiſtinos, & perſecuti ſunt eos Iſraelitæ, 1. Reg. 7. In Ramatha autem Altare cōſtituit, & ſolitus erat ibi ſacrificia facere, eod. cap. & hoc quia ibi morabatur: nam Samuel circuibat terram Iſrael iudicans populū in tribus locis, ſ. Bethel, Galgala, & Maſphat; & deinde reuertebatur in Ramatha: nam ibi erat domus eius, eod. c. & ita, quia ibi concurreret ad eum populus multus, tanquam ad Principem Iſrael, ad excitandam deuotionem eorum, habebat ibi Altare, in quo faceret ſacrificia. In Galgala autem immolabat: quia erat vnus de tribus locis, in quibus ſedebat ad iudicandum Iſrael, 1. Reg. 7. c. & ideo etiam ibi concurrebat populus multus, & conueniēte populo ſolitus erat ipſe facere ſacrificia, ſicut etiam fecerat in Maſphat, eod. cap. Sed ex eadem cauſa in Galgala immolauit in confirmatione Regis Saulis, cum illuc Iſrael totus concurriſſet. 1. Reg. 11. c. & ſic etiam iterum Samuel in Galgala immolaturus erat, ſed quia ipſe tardabat venire, Saul obtulit ibi ſacrificium, 1. Reg. 13. cap. Sed ſciendum, ꝙ Samuel non ſolum faciebat contra legem, quia ſacrificia faciebat extra Sanctuarium quod hic vetatur: ſecūdum quod plus eſt, quia ipſe non exiſtens ſacerdos faciebat ſacrificia, quod ad ſolos ſacerdotes pertinebat, ꝙ enim Samuel non eſſet ſacerdos, ſed Leuita ſolum, declarabitur 1. Reg. 1. c. ꝙ autem ſolis ſacerdotibus licebat facere ſacrificia patet Num. 3. & 18. c. ſed tñ hoc licuit ei, quia Propheta erat, & Deo inſpirāte agebat: populus aūt hoc ſciens, non ſcandalizabatur. Sic ēt fuit de Elia, qui non ſolum ſacrificia extra Sanctuariū fecit, ſ. in monte Carmelo, 3. Reg. 18. ſed ēt ipſe fecit ſacrificia per ſeipſum, eod. c. ꝙ ſolis ſacerdotibus licebat: ipſe verò non erat ſacerdos, ſed laicus de habitatoribus terrę Galaad, 3. Reg. 17. cap. Quanquam autem iſti immolauerint extra Sanctuarium, & nō redarguantur, alij tamen qui hoc fecerunt, valde reprehenſi fuerunt, quorū quidā erāt ſacrificantes Deo, alij Idolis: ſicut patet de illis qui colebāt in montibus excelſis, & inter lucos Deos Gētiū, de quibus in pceſſu 3. & 4. libri Reg. Hos. n. Scriptura valdè increpat.

Samuel fidelis Propheta Dei & Leuita.

Non adduxerit eam, vt offeratur Domino. Ad victimam refertur, ſ. ꝙ qui offerret victimam, & nō adduceret eam ad oſtium Tabernaculi, in hoc merebatur mortē, etiam ſi nihil alterum feciſſet; & hoc quia tales oblationes non poterant offerri coram Domino, cum in agris offerrentur & immolarentur. *Interibit de populo ſuo.* i. talia faciens, morietur. Iſtud non ſolum eſt denunciatio, ſed præceptū: Nam ſi de aliquo conſtitiſſet, ꝙ offerret ſacrificiū in alio loco, quàm in Sanctuario, mori debebat: & hoc Iudicis decreto; quod patet: quia quando Iſraelitæ inſurrexerunt contra duas tribus & dimidiam, volentes eas delere, ſolum faciebant hoc, quia conſtruxerant Altare extra Sanctuarium, in quo videbantur velle offerre ibi ſacrificia. Si igitur pro apparatu ad offerendum & immolandum ſine aliqua immolatione realiter facta, Iſraelitæ volebāt delere duas tribus & dimidiam, quanto magis deleuiſſent ſi iam immolaſſent? per Iudicem ergo debebat fieri iſta punitio, vel induci iſte interitus, de quo hīc. Aliquando tamen ponitur hoc per modum denunciationis, & hoc, quia ipſi immolantes non manifeſtè hoc faciunt extra caſtra, & tunc non poſſunt iſta cognoſci à Iudice vel puniri, ſed Deus promittit ſe tūc puniturum delinquentes dicens: ꝙ faciet interire de populo eos, qui ſic immolant; hoc eſt, quia Deus tradit in mortem eos, qui ſic faciunt, tradendo eos in manus hoſtiles, vel in poteſtatem ferarum, aut in ſubmerſionem fluuiorum, aut alia genera mortis, quæ Deus cauſat in homine, ipſo homine non exiſtimante.

Homo quilibet de domo Iſrael. & de aduenis qui peregrinantur inter eos, ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eam de populo ſuo, quia anima carnis in ſanguine eſt: & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit. Idcirco dixi filijs Iſrael: Omnis anima ex vobis non comedet ſanguinem, nec ex aduenis, qui peregrinantur apud vos. Homo quicumque de filijs Iſrael, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, ſi venatione, atq; aucupio ceperit feram vel auem, quibus veſci licitum eſt, fundat ſanguinem eius, & operiat illum terra. Anima enim omnis carnis in ſanguine eſt: vnde dixi filijs Iſrael. Sanguinem vniuerſæ carnis non comedetis, quia anima carnis in ſanguine eſt: & quicunque comederit illum, interibit. Anima, quæ comederit morticinum, vel captum à beſtia, tam de indigenis, quàm de aduenis, lauabit veſtimenta ſua & ſemetipſum aqua, & contaminatus erit vſque ad veſperum: & hoc ordine mundus fiet. Quod ſi non lauerit veſtimenta ſua vel corpus, portabit iniquitatem ſuam.

Infra eo. Anima carnis in ſanguine eſt.

32. q. 3. c. Moyſes. ſup. c. 7. infra 19. ſup. eod. Num. 19

Homo quilibet de domo Iſrael. Hic ponitur ſecundum principale, ſcilicet, excluſio ritus Gentilicij, & hoc eſt in comedendo ſanguinem. Deus autem iubet hic, ne Iudęi ſanguinem comedant.

Excluſio ritus Gentilicij.

Cum preceptum de non comedendo ſanguinem fuerit datum Noe, & Iudæi deſcenderint ab eo, quare oportuit hic explicari illud. Quæſt. V.

PROPTER quod eſt ſciendum, ꝙ à principio Deus iuſſerat Noe, ne comederet ſanguinem cum carne: ſed ſolum comederet carnem, vt habetur Geneſ. 9. cap. & hoc ad omnes gentes pertinebat, quæ deriuatæ fuerunt à ſemine Noe. Illę tamen non obſeruauerunt iſtam legem: ideo Iudæi poſſent ſimiliter exiſtimare, ſe non obligatos ad illam. Iuſſit ergo Deus, vt non comederent ſanguinem Iudæi. Alia cauſa erit, quia pręceptum illud de non comedendo ſanguinem, quando datum fuit Noe, non intelligebatur ita ſtrictè, ſicut cū fuit datum Iudæis. Nam à principio intelligebatur, ꝙ non comederent carnem cum ſanguine, id eſt, membrum animalis vna cum ſanguine fluēte, quia iſta erat ſpecis crudelitatis cuiuſdam, de quo magis diximus Gene. 9. c. Iudæis autem iſtud pręceptum datum fuit, non ſolum ad illum caſum, ſed etiam vt nullo modo comederent ſanguinem, ſicut infra exprimitur. Debuit iterum inſtitui, præter illam primam inſtitutionem factam tempore Noe. Item, adhuc erat aliqua cauſa ſpecialis iſtius præcepti hic, quæ non fuerat tem-

pore Noe, quia hic iubebatur, vt non comederetur ſanguis, quia ille erat ad expiandum ſuper Altare: à principio autem non fuerat datum præceptum propter hanc cauſam.

Quare non licebat comedere ſanguinem, cum non offerebatur ſacrificium, nec fiebat inde aliqua expiatio. Quæſt. VI.

SED quæret aliquis, quare non licebat comedere ſanguinem, cum non offerebatur ſacrificium: nam cum offerebatur aliquod animal in ſacrificium, ſatis ſtaret, ꝙ ſanguis eius non comederetur, quia erat ad expiandum: ſed quando animalia occidebãtur ad eſus hominum, non ſtat iſta cauſa, ſ. ꝙ iſte ſanguis ſit ad expiandum. ergo debebat tunc licere comedere ſanguinem. Reſpondendum eſt, ꝙ nunquam licebat comedere ſanguinem, ſiue animalium immolatorum coram Deo, ſiue eorum quæ occidebantur ad eſum humanum: & hoc, quia ſanguis erat ad expiandum, qui fundebatur de animalibus immolatis Domino, & alius ſanguis non: quia tamen expiatio fiebat in ſanguine, non debebat aliquis ſanguis comedi: & hoc propter duo; Primò, propter quandam reuerentiam: nam cum in aliquo ſanguine fieret expiatio, ab omni alio ſanguine abſtinendum erat. Secũda cauſa erat, vt Iudæi non inclinarentur ad comedendum ſanguinem animalium immolatorum Deo. Si enim conſueuiſſent comedere ſanguinem animalium non immolatorum, inclinarentur etiam ad comedendum ſanguinem animalium immolatorum, & poſſent in hoc valde peccare: quia mori debebant, qui hoc facerẽt, vt patet infra. De his diximus ſupra, 3. & 7. cap. Alia cauſa huius erat: quoniam volebat Deus tollere ſpeciem crudelitatis: eſt autem crudelitas, ꝙ aliquis comedat vitam alicuius, vel animam: ſed comedere ſanguinem in pecoribus, eſt comedere animam: quia anima carnis in ſanguine eſt, vt habetur infra in littera; ergo nũquam licere debebat comedere ſanguinem. Iſta cauſa aſſignatur in littera. *Homo quilibet de domo Iſrael.* Dicitur de domo Iſrael, qui natus erat de ſemine Iacob ſecundum carnem: iſti autem directè obligabantur ad hanc legem. *Et de aduenis, qui peregrinantur inter vos.* Tenebantur etiam aduenæ ad iſtam legem, ſ. illi qui de Gentilitate ad Iudaiſmum conuerſi fuerant: nam per circumciſionem obligabatur aliquis ad omnia cæremonialia Veteris Teſtamenti, cum circumciſio ſit ianua omnium cæremoniarum Veteris Teſtamenti, ſicut baptizati per Baptiſmum obligabantur ad omnes obſeruationes Noui Teſtamenti: quia Baptiſmus eſt ianua Sacramentorum. & ſic Apoſtolus Paulus arguebat contra eos, qui ad Chriſtum conuerſi Baptiſmum cum Circumciſione obſeruabant. ad Galat. 5. c. dicens: ꝙ quicunque circumcidit ſe, debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. *Qui peregrinantur inter vos.* i. qui viuunt in terra veſtra, non tanquam naturales, ſed tanquam peregrini aliundè aduenientes. *Si comederit ſanguinem.* In hoc erat peccatum magnum, ſi quis qualitercumque ſanguinem comediſſet. Iſta cæremonia multum attente Iudæis imperata eſt, & cum magna pęna: ideo ipſi illam diligentiſſimè obſeruauerunt, & quando poſt mortem Chriſti Apoſtolis prædicantibus, ad legem Euangelicam multi Iudæi conuerſi fuiſſent, licèt paterentur Gentiles ad Chriſtum cõuerſos non circumcidi, & non abſtinere à carnibus immundis, & ſic de aliis cæremonialibus; ferre tamen æquanimiter non poterant, de Gentilitate conuerſos ſanguinem comedentes: magis. n. hanc cæremoniam infringentes exoſos habebant, quam ſi omnes alias cæremonias ſimul infregiſſẽt. Vnde ex hoc durum ſcandalum inter eos ortum eſt, quibuſdam dicentibus cæremonialia permanere quæ in Veteri Teſtamẽto conſtituta fuerant; aliis autem id negantibus, atque in diuerſas abeuntibus vias: vnde & à lege Euangelica plurimorum diſceſſio timebatur: ideo in prima Synodo, ſiue primo Concilio generali Apoſtolorum, determinatum fuit conuerſos ex Gentilitate non teneri ad aliqua cæremonialia, ſed ſolum abſtinere ab immunditiis idolorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine, vt patet Actuum 15. cap. ſic. n. ad tempus naſcẽtis Eccleſiæ ſcandala ablata ſunt; & quoniam euitandi ſcandali cauſa & non ex neceſſitate legis, iſta cæremonialia ad tempus ſeruabantur, poſtea in deſuetudinem abierunt: vnde nunc nihil eorum obſeruatur. *Obfirmabo faciem meam contra animam illius.* i. tenebo faciem meã firmam contra hominem illum, ad delendum eum. Poteſt vocari hic facies ira, & ſic vocantur aliquando homines facioſi, id eſt, homines irati, & ſic ſecundum conſuetudinẽ Veter. Teſtam. plerunque facies Dei vocatur ira eius, & tunc eſt ſenſus: *Obfirmabo faciem meam contra animam illius.* i. ego tenebo firmiter iram meam contra hominem illum, non parcendo ei, ſed delebo eum. Et quia facies & vultus idem ſunt, accipitur etiam vultus in malum aliquando, ſiue pro ira, vt Pſal. 33. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

Baptiſmus eſt ianua Sacramentorum.

Scandalũ in primitiua Eccleſia quodnã fuerit.

F

G Vocatur hic anima vita, & dicitur contra animam hominis Deus obfirmare faciem. i. contra vitam alicuius hominis ponere iram ſuam, ad delendam eam. Vel vocatur anima ipſe homo; & Deus dicitur iraſci contra animam illius, i. cõtra ipſummet hominem, & iſto modo accipitur anima Exo. 1. c. cum dicitur, ꝙ ſeptuaginta animæ introierunt in Aegyptum de femore Iacob, eod. modo accipitur ſupra 2. 4. & 5. cap. *Et diſperdam eam de populo ſuo.* i. ego deſtruam illum hominem de populo ſuo, occidendo eum, & faciendo, quòd non ſit in populo ſuo. Vel poteſt accipi de populo ſuo. i. de congregatione Sanctorum, in qua eſt populus ſeruorum Dei. De primo accipitur in hoc ſenſu: quia Deus iſtum hominem occidet, & faciet, ꝙ non maneat inter alios homines in populo. Secundo modo eſt ſenſus, ꝙ Deus iſtum hominem perdet

Duplex litteræ expoſitio.

H æternaliter, faciens ne congregaretur ad populum ſanctorum poſt mortem, & in iſto ſenſu accipitur Geneſ. 25. cum dicitur de Abraham, ꝙ mortuus eſt Abrahã & congregatus eſt ad populum ſuum. Simile habetur de Iſaac Gen. 35. c. cũ dicitur: Conſumptus ætate mortuus eſt: & appoſitus populo ſuo. idem dr̃ de Iacob Geneſ. 49. c. cum dicitur: Collegit pedes ſuos ſuper lectum, & obiit, appoſitusq. eſt ad populum ſuum. Tamen in omnibus his manifeſtum eſt, ꝙ dicitur de populo, qui eſt cõgregatio ſanctorũ: licet poſſit accipi pro mortuis de genere ſuo. *Quia anima carnis in ſanguine eſt.* i. ideo non debetis comedere ſanguinem, quia anima carnis eſt in ſanguine. Iſta clauſula poteſt applicari dupliciter tanquam cauſa ſuperiorum; vno modo, ꝙ intelligatur per ſe; alio modo, ꝙ referatur cum ſequentibus. Primo modo eſt ſenſus, ꝙ Deus

Animalis vita eſt anima ſua.

I volebat vitare quandam ſpeciem crudelitatis. Eſt crudelitas, ꝙ aliquis comedat alterum viuentem, vel ꝙ comedat vitam eius: vita autem animalis eſt anima eius: anima autem eſt in ſanguine, ideo qui comederet ſanguinẽ, videbatur comedere vitam animantis, vel ipſum animal viuens. Alio modo eſt ſenſus, ꝙ referatur iſta clauſula ad inferiores: & tunc intelligitur, ꝙ Deus volebat fieri expiationem peccatorum in ſanguine, ideo qui comederet ſanguinem, comederet id, in quo fit expiatio: ſed hoc nõ conueniebat: ergo nec ſanguis comedendus erat. Poteſt autem formari iſta ratio alio modo. ſ. Deus vult fieri expiationem pro peccatis noſtris, quia per peccata quędam ei offenſio illata eſt. Hoc aũt expiatur cum illi, qui peccauerint, occiduntur: & ſic tribuitur vita peccantis pro peccato; vt igitur expiarentur peccata alicuius, oportebat

K vt ipſe moreretur. Deus tamen commutauit iſtam pœnam ex immẽſa bonitatis ſuæ clementia, ſ. vt pro vita hominis tolleretur vita pecoris: vita. n. pecorum eſt in anima: eſt autem anima in ſanguine, ergo nõ debent homines comedere ſanguinẽ, qui eſt ad expiandum: qm̃ anima carnis, ſ. pecorum, quæ eſt ad expiandũ pro peccato hominis, eſt in ſanguine. De hoc ẽt dictum fuit præced. capite.

Quomodò intelligatur animam carnis eſſe in ſanguine, & an anima ſit ipſe ſanguis? Quæſt. VII.

CIRCA hoc quod dicitur hic, animam carnis eſſe in ſanguine, cõſiderandum eſt, ꝙ poteſt intelligi propoſitio iſta dupliciter: vno modo, ꝙ anima carnis eſt in ſanguine, i. anima carnis eſt ipſemet ſanguis. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ eſt in sãguine, i. ꝙ ſanguis eſt ſedes animæ,

mæ,ſcilicet, ꝙ per illum magis eſt anima in corpore, quã per aliquem alium humorem. Prima propoſitio eſt falſa: quoniam nulla anima, ſiue hominum, ſiue pecorum eſt ipſe ſanguis, quanquam antiqui quidam hoc voluerint, ſicut declarat Ariſt. 1. de Anima, & Tullius, 1. lib. de Tuſculanarum Quæſtionum. Sed hoc non poteſt ſtare: qm̄ anima tam in hominibus, quã in pecoribus, eſt principiũ quorũdam actuum, qui ſunt ſpirituales, ſicut ſunt omnes operationes ſenſationum exteriorum, & oẽs actus phantaſiæ, ſed corpus nõ poteſt eſſe principium harum operationum, ſanguis autem corpus quoddam eſt, ergo nullo modo harum operationum eſt principium, & cõſequẽter nõ eſt anima. Item, corpus & aĩa diſtinguuntur, tanquam duo principia, & partes cuiuſlibet animalis, ſed manifeſtum eſt, ꝙ ſanguis eſt corpus, ergo non eſt anima: vel dabitur, ꝙ corpus & anima ſunt idem. Item, manifeſtũ eſt, ꝙ anima eſt vita, ſed ſanguis nõ eſt vita noſtra; ergo nõ eſt anima; Quod patet, exiſtẽte enim vita ſemper animal eſt viuens, ſed exiſtente ſanguine in corpore non ſemper animal viuit. ergo non eſt ſanguis anima. Aliæ quoque rationes ex iſtis radicibus induci poſſunt. Quanquam igitur propoſitio iſta non ſit vera, tamen ſi aliquo modo ſaltem materialiter conſideretur, magis vera erit in brutis quam in hominibus. Nam in brutis anima non dicitur aliqua ſubſtantia ſpiritualis, quæ ſit verè ens, ſed eſt aliquid quo corpus eſt ens: ideo poteſt magis propriè vocari quo, quã quod; & iſtud eſt aliquid, quod nõ multum excedit conditionem materię: ideo ſecundum Ariſt. dicitur, ꝙ anima educitur de potentia materiæ, quantũ ad omnes res præter hominem: quia cauſatis ibi diſpoſitionibus conuenientibus ad eſſe ſpeciei, nulla alia interueniente actione, ſequitur ꝙ ipſa forma in materia tanquam prioribus præſuppoſitis innaſcatur; ſi tamen forma in materia eſſet aliquod ens multum excedens conditiones materiæ, poſitis materiæ diſpoſitionibus, non poſſet immediatè ſequi forma, ſed oporteret ibi quædam media intercidere, quoniam natura nihil agit per ſaltum, ſed ſingula nulla facta diſcontinuatione aut interruptione: in anima autem rationali nõ euenit ſic, quoniam ipſa eſt merè ſpiritualis, & traſcendit conditiones materiæ. Ideo quanquam ſit materia diſpoſita, niſi fortè ſequatur ibi aliqua actio alicuius agentis ſupremi, non erit anima in materia. ſed neceſſarium eſt, vt ab aliquo introducatur in materiam præter diſpoſitiones materiæ. & ſic dicit Ariſt. in lib. de Animalibus, ꝙ anima eſt ab extra, & Diuina; loquitur autem ibi de anima, quæ eſt intellectus. Applicando ergo ad iſtã propoſitionem, magis verum eſt, ꝙ anima brutorum ſit ſanguis, quam ꝙ humana anima: quia anima brutorũ appropinquat ad conditiones & diſpoſitiones materiæ: anima autem rationalis eſt ſupra omnem materię diſpoſitionem; non eſt ergo anima noſtra ſanguis. Alia propoſitio erat, ꝙ anima eſt in ſanguine. i. requiritur ſanguis tãquam quædam diſpoſitio prima ad hoc, ꝙ ſit anima in corpore. Pro quo ſciendum, ꝙ ad hoc ꝙ forma ſit in materia, requiritur diſpoſitiones in illa tam ad hoc quòd adueniat anima materiæ, ſiue forma quælibet quam actus, ad hoc ꝙ permaneat in materia. Nam ſi diſpoſitiones non præfuerint in materia, eſt impoſſibile ꝙ forma adueniat materiæ. Si autem poſtquam venerit forma in materiã, ceſſauerint diſpoſitiones quas requirebat illa forma, etiã non poterit cõſiſtere forma in materia, & propter hoc euenit, vt impoſſibile ſit animam humanam eſſe in lapide vel ligno, quia non ſunt ibi diſpoſitiones, quas præſupponit anima ad hoc ꝙ inducatur in materiam, vel educatur de potentia materiæ. De alio etiam patet exemplum, quia quamuis ſint omnes diſpoſitiones requiſitæ ad animam in corpore humano, tamen ſi deficiet aliqua diſpoſitio, non erit ibi anima; & iſta eſt cauſa quare homines & omnia alia animalia moriuntur, quia incipiunt deficere aliquæ diſpoſitiones, quas exigit anima ad exiſtere: vnde ſi ſemper diſpoſitiones quas exigit anima, manerent in corpore, erit impoſſibile ꝙ homo, aut aliquod animal moreretur: ſed conditio corruptibilitatis hoc non patitur. Cum autem multæ formæ ſint diuerſarũ ſpecierum, & diuerſarum operationum principia, oportet vt varias diſpoſitiones in materia præſupponant: alterius enim conditionis

Natura nihil agit per ſaltũ.

Notandum de diſpoſitionibus requiſitis ad hoc ut forma ſit in materia.

A eſt forma lapidis quam forma arboris. ideo diuerſæ conditiones debent eſſe in materia, quæ debet formari in lapidem, & in materia quæ formatur in arborem: ſic etiam de materia arboris ad materiam animalis differt. Rurſus autem, quia non omnia animalia eiuſdẽ ſpeciei ſunt, neceſſarium eſt, vt formæ eorum diuerſas exigant diſpoſitiones in materia. Vnde impoſſibile eſt, quòd in materia quæ eſt diſpoſita ſecundum cõditionem lapidis, recipiatur forma arboris, vel anima humana formaliter, ſcilicet, ad viuificandum: nam quanquam Deus poſſit facere, quòd anima humana ſit diffinitiuè in lapide, vel in aliquo alio corpore, ſicut eſt in igne inferni, eſt tamen impoſſibile quòd informet lapidem, vel talia corpora: quia non eſt ibi aliqua diſpoſitio, quam anima exigit ad exiſtendum & dandum eſſe. Requirit autem anima in cor-

B pore harmoniam qualitatum, & debitam quantitatem corporis. non. n. poteſt eſſe in corpore cuiuſcumq; quantitatis: nam nulla anima poſſet vegetare & viuificare corpus tantæ quantitatis, quantæ eſt turris magna; etiam aliquæ materiæ ſunt, in quibus propter paruitatem non poteſt exiſtere anima humana. non enim poteſt viuificare corpus tantæ quantitatis præcisè, quãtæ eſt vnus digitus, cum non poſſet ibi eſſe pluralitas diſtincta organorum; ſed habet quantitatem quandam determinatam. ſic enim dicit Ariſt. 2. de Anima, cap. de potentia nutritiua, ꝙ omnium natura conſtantium poſitus eſt numerus magnitudinis & augmenti. Sed hoc intelligo de tempore determinatæ magnitudinis hominis: nam non poſſet eſſe operatio humana in corpore tam paruæ quantitatis, vt eſt vnus digitus; ſecùs eſt de principio formationis: quia ibi

C corpus humanum adhuc poteſt eſſe minus quam vnus digitus, & eſt ſic in ſuo principio. Sunt autem præter varias diſpoſitiones vltimatæ diſpoſitiones in corpore animalis duæ. ſ. humidum radicale, & calidum naturale, in quibus duobus fundatur vita animalis. ideo ad hoc ꝙ vita animalis ſit longa, oportet ꝙ non ſit humidum radicale cito deſiccabile; nec calidum naturale cito extinguibile. quodcumq; autem horum deficiat, non poterit ſubſiſtere anima in corpore. Iſtæ autem duæ diſpoſitiones reperiuntur magis in ſanguine quam in aliquo alio humore: nam licet ad eſſe hominem requiratur phlegma, cholera, & melancholia, tamen non eſt vita ſpiritualiter in quolibet horum, ſicut in ſanguine: nam in ſanguine reperitur humidum, & calidum temperatum, in quo fundatur vita. In phlegmate autem reperitur frigidum & hu-

D midum, ſed frigidũ vitæ repugnat, mortificando; in cholera autem calidum & ſiccum eſt: ſed ſiccum repugnat complexioni, eo quòd totaliter tollit, humidum radicale. in melancholia autem ſiccum eſt & frigidum, quod adhuc magis repugnat vitæ quam omnia ſuperiora, cũ fundetur vita in duabus qualitatibus contrariis, ſcilicet, in calido & humido. in ſanguine autem calidum & humidum ſunt, & non qualitercumque, ſed in magna harmonia, cum ſit ſanguis de complexione aeris; ergo ſanguis magis agit ad calidum naturale & humidum radicale, quod eſt fundamentum vitæ, quam omnes alij humores, & conſequenter magis fundabitur anima in proportione ſanguinis quam in aliis humoribus. Rectè ergò dicitur, quòd anima carnis in ſãguine eſt: quia ideo in carne anima eſt, quia ibi ſanguis eſt. Si autem nõ eſſet ibi ſanguis,

E nec diſpoſitio calidi & humidi, quæ eſt in ſanguine, nullatenus poſſibile erat animam eſſe in corpore. Et rectè quidem dixit animam carnis eſſe in ſãguine, quæ importantur nomine carnis; quod patet: quia quanquam ad diuerſas formas ſequantur, & præexigantur diuerſæ diſpoſitiones, & in corporibus animalium hoc fiat, tamen omnia animalia in hoc cõueniunt ſecundum proportionem quandam calidi & humidi, quanquam non eandẽ. ideo omnia animalia ſanguinem habent, & in proportione illius dicitur eſſe anima. nulli ergo licebat ſanguinem comedere, quoniam anima in ſãguine eſt, & loquitur Deus de animalibus non aquaticis, quia in illis altera cõplexio eſt, licet vel ſanguinem habent, vel aliquid proportionale. *Et ego dedi illum vobis, vt ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris.* Iſta poteſt per ſe eſſe vna ratio, vel poteſt eſſe eadem cũ ſuperiori. Si enim ſit vna ratio, eſt ſen-

Per quæ dicatur anima eſſe in ſanguine.

ſus,

ſus, quòd Deus volebat expiare peccata animatum noſtrarum dando pro eis animas pecorum, ſed animæ pecorum in ſanguine ſunt: ergo non licebat ſanguinem comedere, quia comederetur anima, in qua deberet fieri expiatio. Si aũt ſit iſta per ſe ratio, eſt ſenſus, quòd oportet ad expiandum obſeruari ſanguinem, ſed Deus volebat in ſanguine fieri expiationem: ergo non debebat comedi ſanguis. Iſta ratio differens eſt à priori, quoniam prior fundabatur ex commutatione animæ pecoris pro anima humana, & quòd anima pecoris in ſanguine ſit. Iſta autem nullam cõmutationem præſupponit, ſed ſimpliciter profert quòd Deus mandet fieri expiationem in ſanguine, ſiue in eo ſit anima pecoris, ſiue non. *Vt ſuper altare in eo expietis.* Dicitur ꝙ Deus dedit ſanguinem ad expiandum ſuper altare, i. ipſe aſſignauit eum, vt expiaretur in illo: expiatur autem ſuper altare, quia omnis emũdatio in ſanguine, vt cõmuniter fiebat ſuper altare, quod patet, quia tam in holocauſtis, quam in hoſtiis pacificis fundebatur ſanguis per gyrum altaris ſuper parietes eius, vt patet ſupra 1. & 3. cap. In ſacrificiis autem pro peccato fiebat tinctio in cornibus altaris, & effuſio ad baſim eius. Aliquando tñ fiebat expiatio in ſanguine, & non ſuper altare, ſicut in die propitiationis, cum ſacerdos ſumebat ſanguinem in craterula ingrediebatur in Sancta Sanctorum, & aſpergebat ſepties coram Propitiatorio, & ſepties coram altari thymiamatum, vt patet præced. cap. Item ſic erat de leproſo, & de domo in qua apparebant maculæ lepræ, quia ibi fiebat aſperſio, & expiatio in ſanguine, & tamen non fiebat aſperſio ſuper altare, vt patet ſupra c. 14. Cum autem dicitur: *Super altare.* Intelligitur de vnico altari, ſ. de altari holocauſtorum, ſuper quod fiebat aliqua aſperſio ſanguinis, vel effuſio in quolibet ſacrificio, in altari autem thymiamatum nũquam fundebatur ſanguis, quia non fiebant ibi aliqua ſacrificia, niſi cum in die propitiationis ſacerdos tingeret cornua eius in ſanguine vituli, & hirci, vt patet Exo. 30. cap. cum dicitur: Non offeretis ſuper eo thymiama compoſitionis alterius, nec oblationem, & victimam, nec liba libabitis, & deprecabitur ſuper cornua eius ſemel per annum in ſanguine, qđ oblatum eſt pro peccato, & placabit ſuper eo. Alius autem modus eſt aſpergendi ſanguinem ſuper illud altare, cũ fiebãt ſacrificia pro peccato ſummi ſacerdotis, aut totius populi, vt patet ſup. 4. c. Sed iſtud rariſſimũ erat, ideo accipitur hic altare pro altari holocauſtorũ, in quo quotidie fiebant expiationes in ſanguine. *Pro animabus veſtris.* Dicitur aliquis expiare pro anima ſua, quando loco animæ ſuæ quæ perdenda erat propter peccata, ſanguis pecorum traditur, ſic.n. ſupra declaratum eſt, ꝙ quilibet peccans pro offenſa illata Deo, debebat vitam perdere. Deus tamen ex immenſitate bonitatis ſuæ pro anima hominis animam pecoris, quæ in ſanguine eſt, acceptabat. Iſta autem expiatio in omnibus ſacrificiis eſt, quod patet, quia in omnibus ſacrificiis tingitur altare in ſanguine, vt habetur ſup. 1. 3. & 4. cap. Proprius tamen in ſacrificio pro peccato dicitur fieri expiatio, cum iſtud ſpecialiter tendat ad peccatorum remiſſionem. *Et ſanguis pro anima piaculo ſit.* Iſtud eſt expoſitio præcedentis: dicitur eſſe ſanguis pro piaculo animæ, i. pro mundatione: piaculum.n. quattuor ſignat, ſ. culpam, remedium, maculam, & ablutionem. In quolibet autem horum hic aſſumi poteſt, ſ. ꝙ ſanguis eſt pro culpa, i. ad expiandum culpam, vel poteſt accipi pro remedio, ſ. ꝙ ſanguis eſt pro piaculo animæ, i. pro remedio vel ſalute animæ peccantis, vel pro macula, vt dicatur ſanguinem eſſe pro piaculo animæ, i. ad abſtergẽdam maculam animæ, ſed magis propriè accipitur in quarto modo, ſ. pro ablutione, vel mundificatione, quod patet, quia piaculum ab expiãdo dicitur, ſed expiare, mundificare, vel abluere eſt. *Idcirco dixi filiis Iſrael: Omnis anima ex vobis.* Hic ponitur cauſa vetationis ſanguinis in cibo. ſ. quia datus eſt ad expiandum. quod ergo datum erat in peccatorum remedio, nõ debebat ſumi in corporis alimentum. & quamquam aliquando non effunderetur ſpecialiter in expiationem, ſicut cum occidebantur animalia pro cibis humanis, tamen propter reuerentiam eius, quia in illo fiebat expiatio, comedi nunquam debebat. *Omnis anima ex vobis non comedet ſanguinem*, id eſt, nullus homo ex Iſraelitis comedet ſanguinem. anima enim hic pro homine ſumitur, qu oniã anima non comedit. *Nec ex aduenis qui peregrinãtur apud vos.* Demonſtratur iſtam legem eſſe communem, tam Iſraelitis ex genere, quam omnibus aliis conuerſis ad Iudaiſmum. Cuius cauſa eſt, quia conuerſi ad oẽs cæremonias obligabantur, ſicut ipſi nati in Iudaiſmo, qm̃ cæremoniæ vtriſque communes erant, cum iam omnes pertinerent ad populũ Dei: ſicut nũc eſt inter Chriſtianos ex genere & eos, qui ex Iudaiſmo ad Chriſtum conuertuntur. æqualis.n. vtriſq; neceſſitas obſeruandi præcepta euangelicæ legis incumbit. *Homo quicunque de filiis Iſrael.* Hic ponitur alius caſus, ſcilicet, quid agendum eſſet ſi homo apprehenderet feras ad cibum? & reſpõdetur, ꝙ deberet effundere ſanguinem antequam comederet. Iſta lex ponitur hic ad tollendum dubium: nam cum ſuperior lex daretur de animalibus, quæ ipſi Iudæi occidebant, ſ. de domeſticis, dubiũ erat de feris, cum caperentur in venatione, vel aucupio, an deberent comedi cum ſanguine, vel aliter. Et quanquam in hoc non eſſet magna ratio dubitandi, quia idem iudicandum erat ſicut de aliis animalibus, tamen vt Iudæi qui rudes erant in hoc, non dubitarent, lege expreſſum eſt, & melius quidem eſt in quibuſdam, etiam ſi ſatis clara ſint, legem ponere, quam prudentiæ vtentium relinquere. multi enim ex hoc diſcordias faciunt in pollitiis. *Homo quicumque de filiis Iſrael.* Ad hos pertinebat directius lex quam ad omnes alios: etiam quanquam æqualiter pertineret ad hos & ad alios, tamen iſti primo nominandi erant, cum eſſent digniores. ſic enim obſeruatur in omnibus actibus publicis, ſcripturis, vel edictis, vt excellentiores prius nominentur. *Et de aduenis, qui peregrinantur apud vos.* Etiam pertinebat iſta lex ad aduenas, ſcilicet, ad conuerſos ad Iudaiſmum.

Piaculũ quattuor ſignificat.

Cauſa vetationis ſanguinis in cibo.

Iudæi & conuerſi erant æquales in omnibus legibus præterquam in illis quæ honorem tangebant. Quæſt. VIII.

ET hoc generale eſt in omnibus legibus, quæ concernũt aliquam obligationem & legales cæremonias, ꝙ obligarentur conuerſi, ſicut qui ex natura Iudæi erant, & in omnibus eis iudicium æquum fieri iubetur, vt patet infra, 24. c. in ſolis autem legibus, quæ concernunt quaſdam dignitates, non erant æquales aduenæ & Iudæi ex natiuitate, vt patet Deut. 23. c. vbi dicitur de Ammonitis & Moabitis, ꝙ non intrabunt in Eccleſiam Dei in æternum. Idem autem dicitur de Idumæis & Aegyptiis, ꝙ non intrarent vſque ad tertiam generationem. fiebat autem in hoc differentia in eis ad tollendam contẽtionem, quia Iudæi ex genere multum affligebãtur, cum aliquis alienigena eis donaretur. Etiam dignitates debent dari hominibus nobilis conditionis, alienigenæ autem erant viles, ſaltem in oculis Iudæorum: ideo indignum erat eis accipere honores, & principatus. Hoc aut patet, quoniam dicitur de eunuchis, & de his qui habent amputatos teſticulos, vel abſciſſa virilia, ꝙ nunquam intrabunt in Eccleſiam Dei, & ꝙ illi qui ſunt de ſcorto nati, non introibunt in Eccleſiam, id eſt, non accipiẽt principatus vſque in decimam generationem, vt patet Deut. 23. cap. Sed manifeſtum eſt, ꝙ iſti duo non excluduntur à dignitatibus, niſi propter quandam imperfectionem repertam in eis. *Si venatione atque aucupio ceperit feram.* Non intelligitur hic de feris, quas nos vocamus propriè feras, ſed ſolum de quibuſdam animalibus quę ad eſum licita ſunt, & tamen non ſunt domeſtica, & iſta ſunt in ſeptem ſpeciebus aut ſex, vt melius dicamus, ſ. ceruus, caprea, tragelaphus, pygargus, oryx, cameleopardus. ſunt enim decem ſpecies pecorum, quibus licitum erat Iudæis veſci, & in his erant ſex ſpecies animalium non domeſticorum. De his habetur Deut. 14. c. & de his ſex ſpeciebus Iudæi venabantur, de aliis autem feris non licebat Iudęis ad eſum venari. Sciendum autem, ꝙ in his pecoribus, quæ Iudæi per venationem capiebant, nullum capiebatur à canibus, & ſi fortè canes momordiſſent aliquam feram, aut vna fera alteram, & ex hoc moreretur animal, quanquam acciperet homo illud ante mortem, non licebat comedere ex eo, vt patet Exod. 22. c. cum dicitur: Viri ſancti eritis mi-

Quando licebat comedere Iudæis animalia capta in venatione, & quando non.

hi,

hi,carnem quæ à beſtiis fuerit prægustata, non comedetis,ſed proiicietis canibus. Intelligitur tamen hoc,quando acciperent feras illas percutiendo lancea, vel ſagittis, aut comprehendendo in pedicis. De auibus autem ſiue per venationem,ſiue per aucupium capiantur,eadem lex eſt. Differt autem aucupium & venatio,quoniam aucupium poteſt ſignificare comprehenſionem auium, quoniam aucupium ab auibus capiendis dicitur,venatio autem ad feras magis pertinet. Alio modo poſſunt differre iſta. ſ. q venatio accipiatur pro apprehenſione auiũ, ſiue ferarum,quæ fit per vires,ſiue percuſſiones quaſdam, lãcea vel ſagitta, aut aliàs; aucupium dicitur quando capiuntur aues,vel feræ retibus, vel laqueis,aut pedicis,vel foſſatis,vel quacunque alia arte,quia tunc magis capiuntur quam occiduntur. *Quibus veſci licitum eſt.* Hoc tam de auibus, quam de feris intelligitur, non.n.extendebatur iſta lex niſi ad ea animalia, quibus eſſet licitũ veſci, quia etiam licebat omnia alia accipere ſaltem propter vſus pellium, & alias neceſſitates. Sed eſt ſenſus, q iſta cæremonia,quę erat de fundendo ſanguinem,debebat obſeruari ſolum in animalibus quib. licebat veſci, & hoc quia intendebat Deus per hoc prohibere eſum ſanguinis. Si autem in his animalibus quæ erant licita ad eſum, non poneretur lex de non comedendo ſanguinem, potuiſſent Iudæi comedere carnes illorum cum ſanguine;in animalibus verò, quæ ad eſum licita non erant, non oportebat ponere hanc legem:quia cum ibi Iudæi non comederent carnes, ſcirent quoque ſanguinem illorum eſſe interdictum ſibi. *Fundat ſanguinem eius, & operiat illum terra.* Nõ debebat ſanguis iſtorum animalium offerri ſuper altare, ad expiandum,ſed in terram fundi,quia non pertinebat ad ſacrificium:ſolus.n.ſanguis ſacrificiorum erat ad fundendum ſuper altare. Et ex hoc nimis falli illos apparet, qui exiſtimant, q quando Iudæi occidebant aliqua animalia ad eſum, q ſanguis eorum offerebatur ſuper altare,quanquam carnes nõ darentur in ſacrificium. Sed non poteſt ſtare:quia eadem cauſa eſt de ſanguine ferarum,& aliorum animalium,cum non pertinent ad ſacrificiũ, ſed ſanguis ferarum non offertur ſuper altare, ſed effunditur ſuper terram,vt patet hic;ergo ſanguis aliorũ animalium domeſticorum cum capiuntur ad cibos, ſic debet effundi. Item patet hoc manifeſtè Deuter.12.c. vbi dicitur de animalibus, quæ homines comederent, ſi procul fuerit locus quem elegerit Dominus Deus tuus, vt ſit nomen eius ibi, occides de armentis & pecoribus quæ habueris, & comedes in opidis tuis, vt ibi placet. Hoc ſolum caue, ne ſanguinem comedas,ſanguis eorum pro anima eſt: & idcirco non debes comedere animam cum carnibus, ſed ſuper terram fundere quaſi aquã; vt bene ſit tibi, & filiis tuis. Quòd autem ſanguis ſacrificiorum ſolum deberet ſuper altare fundi,apparet eod.c. cũ dicitur: ſanguinem hoſtiarum fundes in Altari,carnibus autem ipſe veſceris: q.d. ſolus ſanguis ſacrificiorum debet fundi ſuper altare. *Et operiet illum terra.* Non debebat ſolum ſanguis fundi ſuper terram,ſed etiam operiri,quod fiebat propter duo. Primò, propter immunditiam & fętorem, ne ſuperficies terræ macularetur ſanguine,& tranſeuntes contraherent immunditiam. Secundo,propter reuerentiam ſanguinis, quia cum fieret expiatio in ſanguine, non conueniebat vt aliquis ſanguis conculcaretur. *Anima enim omnis carnis in ſanguine eſt.* Hic replicatur cauſa ſupradictorũ.ſ. quare non comedatur ſanguis. Et dicit hoc eſſe: quia anima carnis eſt in ſanguine,quod poteſt referri ad duo.ſ.q non liceat comedere animalium ſanguinem, quia qui comederet ſanguinem, comederet animam, cum anima carnis in ſanguine ſit: comedere autem animam crudelitas magna eſt. Alio modo poteſt intelligi non debere comedi ſanguinẽ,quia eſt anima carnis in ſanguine.i. quia Deus volebat, vt fieret expiatio pro animabus noſtris. & hoc dando animam pecorum pro anima humana.Sed anima pecorum eſt in ſanguine, ergo nõ debet comedi ſanguis, quia tunc tolleretur opportunitas expiandi pro animabus;qũo autem anima omnis carnis ſit in ſanguine. ſupra declaratũ eſt. *Vnde dixi filiis Iſrael: Sanguinem vniuerſæ carnis non comedetis.* Iſta eſt frequens repetitio eiuſdem:nam ſępè hoc ſupra dictũ fuerat. Aſſignatur aũt hic cauſa quare Deus Iſraelitis dederit iſtam legẽ de ſanguine. ſ. *Vnde dixi filiis Iſrael.* i. propter hoc dixi filiis Iſrael,vt nõ comederent ſanguinẽ:quia anima carnis in ſanguine eſt. Si.n. nõ eſſet anima in ſanguine, ſed eſſet ſanguis velut aliqua pars carnis,comedi liceret: quia tamen eſt ibi anima,non licet. *Et quicumque comederit illum,interibit.* i. qui comederit morietur. ſ. q Deus occidet illum tradendo in manus hoſtium,vel in alia grauia diſcrimina. Nam cum aliquæ mortes ſic infliguntur, Deus illas pœnas dare dicitur. ſic patet Exod.21.c. vbi dicitur de illo, qui occiditur ab alio non inſidiante, q Deus tradidit eum in manus eius, qm̃ cum ille nõ intenderit occidere, & nunquam fiat aliquis effectus ſine aliquo agente intendente & regulante illum actũ; neceſſarium eſt, vt reducatur cauſalitas iſtius actus in Deum intendentem hoc. *Anima quæ comederit morticinum.* Hic ponitur alia lex,in qua euitatur ritus Gentilis, Interdum enim Gentiles comedebant animalia per ſe mortua, aut à beſtiis capta, ſiue lacerata. De Iudæis autem iubetur, quòd non comedebant morticina, vel capta à beſtiis, & hoc quia iſti deberent eſſe gens magis ſancta quàm alię nationes. Hoc autem præceptum de non comedendo morticina, ſupra datum fuerat, Exodi 22.cap.etiam infra datur 22.cũ dicitur: Morticinum vel captum à beſtia nõ comedet,nec polluetur in eis. Hic autem replicatur iſtud præceptum propter cæremonias purificationis, quæ fieri deberent in eo, qui comediſſet iſta ignorans. *Anima quæ comederit morticinum.* i. homo qui comederit animal per ſe mortuũ. Morticinum enim aliquando ſignificat per ſe mortuum, ſicut patet hic, & ſupra 11.cap. Alio modo dicitur morticinum, pro eo quod gladio cadit: & ſic habetur in Pſal.78. cum dicitur: Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas volatilibus.Ibi tamen manifeſtè accipitur pro hominibus occiſis gladio. Differunt tamen iſta duo nomina; quia quando morticinum accipitur pro eo, quod per ſe moritur, deriuatur de mors & cado,dis,quaſi mortuum cadens. Cum verò accipitur pro eo quod occiditur, deriuatur de mors & cædo,cædis. Et in primo modo acuitur accentus in antepenultima: In ſecundo modo acuitur accentus in penultima. *Vel captum à beſtia.* Idem iudicium eſt ſi aliquis comediſſet de carnibus animalis capti ab aliis beſtiis, vel etiam ſi non caperetur à beſtiis, dum tamen mordeatur ab eis, ſicut dicitur Exod. 22. cap. Carnem quæ à beſtiis prægustata fuerit, non comedetis.

Sciendum autem quòd iſta lex intelligitur de eo, qui comedebat iſta per ignorantiam, vt quia exiſtimabat eſſe carnes alicuius animalis liciti ad eſum. Si tamen hoc faceret ſciẽter, maiori plecteretur pœna. Et cum dicitur de animali capto à beſtia, intelligẽdum eſt,ſi aliqualiter laceratum aut remorſum ſit. Si tamen nullo modo eſſet ibi aliqua remorſio, vel laceratio, licebat comedere, quoniã ſolum vetatur laceratum vel remorſum: ſicut apparet Exod.22.cap. cum dicitur: Carnem quæ à beſtiis prægustata fuerit, non comedetis. Quia tamen raro videbatur poſſe accidere, feram ab aliqua beſtia capi,niſi præcedẽte morſu, dicitur generaliter quòd animal captum à beſtia erat illicitum ad eſum. *Tam de indigenis,quàm de aduenis.* id eſt, iſta lex erit generalis tã ad indigenas, quàm ad aduenas. Vocantur indigenæ alicuius terræ, illi, qui ſunt naturales, de illa terra,quaſi inde geniti. Et ſic vocantur indigetes Dij,qui ſunt nati in terra illa vbi coluntur; ſic Æneas factus eſt de Diis Indigetibus Italię:quia ibi habitabat, & aliquam partem eius populoſam reddidit,& poſtea Deus factus eſt. Aduenæ autem aliundè venientes ad habitãdum ſunt. *Lauabit veſtimenta ſua, & ſemetipſum aqua.* Si.n.qñ iſte comediſſet, ignoraſſet fuiſſe carnes illas illicitas ad eſum, & poſtea ei ſignificaretur, lauabat veſtimenta ſua tanquam verè immunditiã contraxiſſet: & fiebat iſta lotio in veſtibus, & in corpore,ad ſignificandum magnam immunditiam; vel ad ſignandum,q ille qui comediſſet has carnes, tam in veſte quam in carnibus immunditiam contraxiſſet: primus tamen modus conuenientior eſt, quia in paruis immunditiis ſolum lauantur veſtes,ſicut patet ſupra 11.& ſupra 15.cap. Aliquando tamen qui multum immundus erat, lauabat vtrumque, vt apparet de viro leproſo, & ſpermatico: hi enim

enim lauabant veſtes,& carnem. De leproſo habetur ſupra 14. cap. de ſpermatico habetur ſupra 15. cap. Summus ſacerdos autem in die propitiationis ſolum lauabat carnem,& non veſtes,& hoc, quia immunditia in eo parua erat: vel vt magis propriè dicamus iuxta quoſdã, quia ipſe in hoc deſignabat Iſraelitas liberatos ab omnibus iniquitatibus,& veris peccatis:hæc tamen non ſunt in veſtibus, ſed in ipſo homine. Ad horum igitur ſignificationem carnes,& non veſtes lauari debebant, ſi verius eſt ꝙ ſacerdos Magnus polluebatur, fiebat enim lotio iſta in aquis viuêtibus,quia aquæ luſtrationis non poſſunt mundificare corpus, & veſtes per defricationem, ſed magis coinquinant, ſolum enim aquę luſtrationis ſunt ad aſpergendum,& non ad defricandum,& abluendum: eædem autem rationes ſunt ad inducendum, ꝙ non intelligatur hic de aquis luſtrationis,quæ poſitæ ſunt præcedenti cap. & ſupra 15. cap. cum agitur de lotione veſtium, & carnis. *Et contaminatus erit vſque ad veſperum*, ſcilicet,quòd iſta munditia contracta in eo qui comederat carnem illicitam ad eſum, duraret vſque ad primum ſequentem Solis occaſum. Sed ſciendum eſt,quòd non computatur hic tempus, in quo aliquis deberet eſſe immundus, ab eo tempore quo comedit carnes illicitas ad eſum, quia hic non poteſt ſciri, cum dictum fuerit quòd intelligitur iſtud de illo, qui comedebat carnes immundas per ignorantiam, ſed intelligitur de tempore in quo primo ſciuit ſe comediſſe carnes immundas, quia ex tunc vſq; ad primum ſequentem Solis occaſum durabat immunditia illa,ſiue eſſet multum ante Solis occaſum,ſiue paucum tempus in quo hoc cognoſceret; ſi autem nunquam cognoſceret hoc,nunquam obſeruabatur cęremonia iſta. *Et hoc ordine mundus fiet*,id eſt,iſte ordo,qui ſupra poſitus eſt, teneri debet in mundificando aliquem hominem ab immunditia contracta per eſum carnium immundarum, ſcilicet, ꝙ primo lauet veſtes, & corpus, deinde permaneat vſque ad veſperum in hac immunditia. *Quod ſi non lauerit veſtimenta ſua, & corpus, portabit iniquitatem ſuam*, id eſt,iſte homo qui ſic immundus fuerit, ſi non fecerit ſe mundari,ſicut ſupra dictum eſt,patietur pœnam pro hoc peccato, non quidem quòd iudex aliquam pęnam inferret homini ſic facienti, quoniam iſta cognoſci non poſſũt per Iudicem, ſed Deus dabit iſtam pœnam, ſicut dicitur ſupra quòd ille qui fecerit contra ea quæ dicta ſunt comedendo ſanguinem,peribit de populo ſuo,ſcilicet,quòd Deus faceret eum perire. Dicitur autem quòd portabit iniquitatem ſuam,ſcilicet, ille qui iſta facit, id eſt, ꝙ tantum punietur à Deo, quantum meretur puniri pro iſta iniquitate, & hoc eſt portare eam ſuper ſe, & propriè dicitur portare ſuper ſe, quia quando aliquis expiabatur, vel faciebat ſacrificia, pęna quam ipſe tolerare debebat, transferebatur in alterum, ſicut patet ſupra cum dicitur, ꝙ in ſanguine pecorum expiabatur pro anima humana, & ſic transferebatur peccatum hominis in ipſum pecus, quod magis declaratur præcedent. cap. cum dicitur, ꝙ ſacerdos confitebatur omnia peccata Iſraelitarum hirco, & ipſe portabat ea in ſolitudine; non ergo manebant illæ iniquitates apud Iſraelitas,cum eas portaret hircus,& ſic fiebat tranſumptio: hic autem quando aliquis peccabat nolens ſe purificare de immunditia ſua, non tranſumebatur peccatum eius in aliquid alterũ, ideo neceſſarium eſt,vt ipſe portaret iniquitatem ſuam. Sciendum tamen eſt,ꝙ iſte, qui recordabatur iniquitatis, ſiue immunditiæ ſuæ,& non lauabatur ad expiandum ſe, & poſtea obliuiſcebatur, & iterum recordabatur immunditiæ ſuæ, non poterat iã ſe abluere, quia non permittebantur iſtæ ablutiones, niſi cum primo aliquis immundus eſſet, vel cum primo ſe immundum eſſe cognouiſſet: de hoc patet Numeri 19. cap. vbi dicitur de illo qui tetigiſſet mortuum, ꝙ deberet expiari tertio,& ſeptimo die,& ſi non expiaretur in die tertio, non expiaretur in die ſeptimo. Circa hoc tamen conſiderandum eſt,ꝙ iſte,qui cognoſcens immunditiam ſuã non purificabat ſe, habebat aliud remedium, ſcilicet,ꝙ ſi iterũ recordaretur immunditiæ ſuæ, ſ. in tertia, vel quarta, vel quinta vice, etiam ſi poſt valde multa tempora, quanquam non poſſet ſe purificare per lotionem in aqua, faciebat tamen ſacrificium ſine aliqua alia

Si aliquis efficeretur immundus, & nõ purificabatur, & obliuiſcebatur, & deinde recordabatur quõ liberãdus eſſet ab hac macula.

F lotione, & per hoc efficiebatur mundus, ſicut aliqui volunt. Hoc tamen falſum eſt, ſicut patet ſupra 5. cap. vbi ponitur iſte caſus in terminis, ſcilicet, ꝙ anima quæ tetigerit aliquid immundum, ſiue quod occiſum eſt à beſtia, aut per ſe mortuum, aut quodlibet reptile, & oblita eſt immunditiæ ſuæ, deliquit,& ſi poſtea cognouerit iniquitatẽ ſuam, ſubiacebit delicto, ſed ſubiacere delicto idem eſt quod portare iniquitatem, ergo ille qui recordabatur,& non expiabat ſe,& poſtea recordabatur, non poterat ſe aliquatenus expiare, ſed neceſſarium erat ꝙ portaretur iniquitatem ſuam. Dicendum autem, ꝙ intelligitur iſta lex de eo, qui poſtquam immundus erat, cognoſcebat immunditiam ſuam. Si tamen nunquam hoc cognouiſſet, & propter hoc nunquam mundificaretur, non portabat iniquitatem ſuam, cum non eſſet aliqua iniqui-
G tas in his,qui pure propter ignorantiam agunt. Sed conſiderandum, ꝙ ille qui incurrebat immunditiã aliquam, & non purificabat ſe ſtatim, ſed poſtea obliuiſcebatur,& demum recordabatur, aut à principio cum pollutus erat, agnouit immunditiam ſuam, & non voluit ſe purificare, aut non aduertit,ſcilicet,quia non cognouit eſſe tunc immunditiam,ſiue cognouit,& tamen impeditus eſt aduertere ad hoc impedientibus eum aliis rebus, ſi primo modo portabat iniquitatem ſuam, quia peccabat per ſuperbiam, & non expiabatur. Si ſecundo modo, dicebatur ſubiacere delicto,quia delictum conſiſtit in omiſſione,& ita iſte omiſit ſeruare cæremonias purificationis ad quas tenebatur:ideo etiam ſi nullo modo aduerteret delinquebat,& pro hoc offerebat ſacrificium, vt dicitur ſupra 5.c. Si tamen recordaretur ſemel de illa immunditia contra-
H cta,& non purificaretur, erat peccatum voluntarium, & per ſuperbiam, & iam non habebat locum cæremonialis purgatio, ſed tollebantur iam talia peccata ſolũ per contritionem, & ſatisfactionem, ſicut erat de omnibus peccatis aliis, pro quibus non imponebatur purificatio cæremonialis,vt eſt de peccatis,quę fiebant per ſuperbiam,& de illis de quibus quis iudicialiter condẽnabatur. Conſiderandũ aũt adhuc vlterius eſt, ꝙ iſte qui incurrebat hãc immunditiã,non ſolum lauabatur, qñ cognoſcebat delictum ſuum, ſicut apparet hic, ſed etiam offerebat aliqua ſacrificia,de hoc habetur ſup.5.c.vbi dr̃ de omnibus peccantibus per ignorantiam, ꝙ dicunt offerre, & habetur, anima quæ peccauerit per ignorantiam, feceritq. vnum ex his, quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea cognouerit iniquitatẽ ſuam, offeret arietem immaculatum
I Sacerdoti, qui orabit pro eo, quia neſciens fecerit, & dimittetur ei. De his tamen non fit mentio hic, quia ſupra poſita fuerunt, ſed leges poſteriores ſemper ſunt intelligendæ per leges priores, niſi illis repugnent, & ſic in multis aliis reperitur,in quibus præſupponuntur ea, quæ ſupra dicta ſunt.

CAP. XVIII.

Prohibetur vſus diuerſarum mulierum.

LOCVTVSQ; *eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: Ego Dominus Deus veſter. Iuxta conſuetudinem terræ Aegypti in qua habitaſtis, non facietis; & iuxta morem regionis Chanaan: ad*
K *quam ego introducturus ſum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. Facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis, & ambulabitis in eis. Ego Dominus Deus veſter. Cuſtodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. Ego Dominus. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. Ego Dominus. Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ nõ diſcooperies: Mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies: turpitudo enim patris tui eſt. Turpitudinem ſororis tuæ ex patre, ſiue ex matre, quæ domi vel foris genita eſt, non reuelabis. Turpitudinem filiæ filii tui, vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua eſt. Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis. Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies: quia caro eſt patris tui. Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis, eo quòd caro ſit matris tuæ.*

Rom. 10. 30.q.3.c. Piracuit, c.nõ oportet. 35 q 1.c. 1.in fi.q. 8. c. hac ſalubriter ibi omnis homo. 33.q.2.c. ſi quis cũ duabus. de reſtit. ſpol.c.litteras, in ver. Diuina lege.

tuæ. Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad A *vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui eſt, nec diſcooperies ignominiam eius. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui eſt. Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non ſumes, vt reueles ignominiam eius, quia caro illius ſunt, & talis coitus inceſtus eſt. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente.*

LOCVTVSQ. In ſuperioribus dictum eſt de præceptis, quæ amouebant immunditiam, hic agitur de præceptis, quæ ordinant vitam. Et diuiditur in duas partes; quia Primò, agitur de ordine communis ſtatus. Secundò, de ordine diuini cultus, infra 21. cap. Prima in B duas, quoniam Primo ponuntur præcepta ordinantia vitam abſolutè. Secũdò, de eiſdem agitur cum determinatione pœnæ, infra 20. cap. Iterum prima in duas, quia Primò agitur de ordinanda vita hominis, ſecundum ꝙ eſt principium propagationis. Secundò agitur de eadem, ſecũdum quòd homo eſt principium operationis ſequen. cap. Prima in tres; quia Primò ponitur inductio ad obſeruantiam dicendorum. Secundò adiungitur explicatio ordinantium præceptorum. Tertiò annectitur pœna infligenda pro contumacia tranſgreſſorum. Secunda ibi: *Omnis homo.* Tertia ibi: *Ne polluamini:* Secunda poteſt diuidi in valde multas partes, ſecundum quòd ponuntur multa præcepta ſpecialia directiua propagationis, de quibus ſatis patebit in proſecutione. Circa primum. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens.* Iſta locutio an fuerit ſimul cum C præcedentibus, vel in diuerſis temporibus, non poteſt patere, cum littera nihil tale exprimat: ſed quomodocumque fuerit, nihil in hoc differt. *Loquere filijs Iſrael.* Hic ponitur quibus loqui deberet, & non diſtinguitur, ſicut ſupra aliquando diſtinguebatur, ſcilicet, quòd loqueretur Moyſes Aaron & filijs eius, & filiis Iſrael. Hic autem ſolum ponitur, quòd loquatur filijs Iſrael, comprehendens per hoc in generali omnes, ſiue ſacerdotes, ſiue Leuitas, ſiue populares. Et ratio huius eſt: quia vbi diſtinguebatur ſupra de Aaron & filiis eius, & filiis Iſrael, quamuis ponerentur omnes ſimul: fiebat hoc; quia illa lex pertinet ſpecialius ad ſacerdotes, quam aliquos alios: vel ſaltẽ pertinet ad eos, & populares, tamen ex diuerſis cauſis. Hic autem iſta lex pertinet ad omnes, & eodem modo: ideo poſitum fuit in generali, cum loqueretur ad filios Iſrael. D *Ego Dominus Deus veſter.* Hic ponitur titulus locutionis ad filios Iſrael, ſcilicet, quòd Moyſes proponeret ante locutionem hoc ex perſona Dei, ſcilicet: *Ego Dominus Deus veſter.* In quo denotatur poteſtas loquentis: nam cũ Deus hic vellet mandare Iſraelitis multa, niſi fortè habuiſſet auctoritatem ad mandandum, eius mandata non ſuſciperentur. Præpoſuit ergo in ſua legiſlatione auctoritatem præcipiendi, vocãs ſe Deum & Dominum: propter quodlibet autem horum, habebat auctoritatem mandandi. Et iſte eſt modus quem obſeruant Iudices, quando aliquid mandant in forma, ſcilicet, ꝙ præponunt nomina ſua & auctoritatem iudiciariam in principio mandati.

Duo inductiua Iudæorum ad hanc legem ſuſcipiendam, ſcilicet, timor, & amor. Quæſt. I.

ET in iſtis verbis ſunt duo inductiua Iudæorum ad ſuſcipiendam hanc legem, præter hoc, ꝙ Deus demonſtrat ſe eſſe potentem dare hanc legem, & ſunt iſta duo, timor, & amor: hæc enim ſunt, quæ in omnibus paſſionalibus affectibus magis illiciunt hominem ad agendũ aliquid. Amor notatur per hoc ꝙ exprimitur hic nomen Dei: nam Deus nomen honorabile, & amoris eſt, & propter reuerentiam ſuam homines deberent facere omnia, quæ mandat, etiam ſi non timeant eum, præſertim quia dicitur hic: *Deus veſter,* ſcilicet, ꝙ quanquam Deus ad omnes gentes pertineat, ſpecialiter tamen pertinebat ad gentem Iudæorum, propter ſpecialia beneficia, vt habetur Exod. 19. cap. & Deuter. 7 cap. Beneficia autem naturaliter impellũt hominem ad hoc, ꝙ benefactori complaceat, atque ei obediat. Deum igitur propter hoc ſaltem Iudæi acceptare debuiſſent, ita vt eius præceptis obedirent. Ponitur ſecũdum, ſcilicet, timor, in eo ꝙ dicitur Dominus, quoniã Dominus nomen timoris eſt. Si ergo Deus erat Dominus Hebræorum, debebant eum timere valde, ſic habetur Malach. cap. 1. cum dicitur. *Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus: & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus dicit Dominus.* Propter hoc autem Iudæi timentes Deum, debebãt recipere præcepta eius, præcipuè cum dicatur: *Dominus veſter,* ſcilicet, ꝙ quanquam Deus ſit Dominus omnium gentium, ſpecialius tamen erat Hebræorum, ideo ipſi eum magis timere debebant: erat autem magis Dominus Hebræorum, quam aliarũ gentium, quia aliæ gentes erant ſubditæ Deo ſecundum naturam, debentes ei timorem, & reuerentiam: Iudæi autem erant B ſubiecti ſecundum naturam Deo, ſicut aliæ gentes, præter hoc autem Deo voluntariè ſe ſubiecerant, vt qui fecerant cum eo pactum, vt acciperent legem eius, & ei ſpecialiter obedirent, vt habetur Exod. 19. cap. Ideo Iudæi quando peccabant contra Deum, grauius peccabant, quã omnes aliæ gentes, in eodem genere delicti, cum magis obligarentur Deo obedire. *Iuxta conſuetudinẽ terræ Aegypti.* Hic Deus intendit vetare omne malum Hebræis, & hoc agit dupliciter, ſcilicet, in generali, & in ſpeciali; in generali, cum dicit, non eſſe tenendos ritus terræ Aegypti, & Chanaan; in ſpeciali autem, cum ſubdit infra Regulas de diuerſis modis commixtionis ſexuum: erant autem omnes ritus Gentiles valde mali, tum quia ſecũdum genus ſuum mali erant, tum quia in reuerentiam Dæmonum fiebant, ad quos omnes actus directos neceſſarium C eſt eſſe malos. Ponit autem ſpecialiter Deus de iſtis duabus terris, ſcilicet, Aegypti, & Chanaan, quia magis poterãt Iudæi imitari ritus terrarum iſtarum, quam omnium aliarum, cum magis cognoſcerent eos, & quod magis cognoſcitur magis amatur, exiſtente æqualitate amabilitatis: cognoſcebant autem Iudæi ritus iſtarum duarũ nationum qui in Aegypto habitauerãt multis temporibus, in quibus didicerant conſuetudines illarum gentium. In terra autem Chanaan habitaturi erãt, ideo potuiſſent cognoſcere ritus gentis illius: ab his igitur ſpecialiter debuit illis fieri prohibitio. Similis modus prohibitionis, & exhortationis habetur Deut. 29. cap. cum Moyſes hortaretur Iſraelitas ne colerent idola, & dixit: Vos enim noſtis quomodo habitauerimus in terra Aegypti, & quomodo tranſiuerimus per medium nationum, quas tranſeuntes vidiſtis abominatio- D nes, & ſordes, id eſt, idola aurum, lignum, & lapidem, q. d. quia vos tranſiuiſtis per terram harum gentium, & vidiſtis mala eorum, magis poteritis inclinari ad ſequendum ritus earum, quam aliarum gentium, quomodocunque tamen ſequerentur Iſraelitæ ritus gentium peccabant, vt habetur Ierem. 10. c. cum dicitur: Iuxta vias gẽtium nolite diſcedere, & à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ ſunt. *Iuxta conſuetudinẽ terræ Aegypti, in qua habitaſtis, non facietis.* Hoc intelligitur de conſuetudinibus colendi Deum, quia Aegyptij colebant bouem, qui vocabatur Apis qui erat Deus magnus Aegyptiorum, de quo latè diximus Exodi 2. cap. Colebant etiam alias immunditias animalium, ſicut innuitur Exod. 8. cap. cum dicitur: Quod ſi voluerimus mactare ea, quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Hanc cõſuetudinem E colendi intendit Deus auertere ab Iſraelitis, & oẽs alias conſuetudines deordinationis vitæ, qm̃ cum iſtæ gẽtes non timerent verum Deum, nec colerent, tradebãt ſe omni turpitudini, nullum habentes retractiuum à malo: ſic declarat Apoſtolus ad Rom. cap. 1. cum dicit de peccatis, quæ erant in gentilibus, ſcilicet, & ſicut nõ probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia: plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate: ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere ſine miſericordia. Et quãquam omnia vitia generaliter eſſent in Gentilibus, in nullo tamen magis deordinabantur quã in actu carnis. De hoc Apoſtolus ad Rom. 1. c. vbi vitia eorum deſcribit,

Dupliciter Deus vetare malum Iudæis intendit.

Gentiles maximè luxurioſi.

ſcribit, dicens: Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ: nam feminæ eorum mutauerunt vſum naturalem in eum qui contra naturam eſt, ſimiliter autem & maſculi relicto naturali vſu feminæ exarſerunt in deſideriis ſuis, maſculi inuicem in maſculos turpitudinem operantes. De hoc etiam Apoſtolus Petrus in Canonica 1. cap. 4. ait: Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium conſummandam, quæ ambulauerunt in luxuriis, & deſideriis; in violentiis, commeſſationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus.

Gentiles mirabantur de Chriſtianis in principio, quod non fornicarentur. Quæſt. 11.

VNDE Gentiles in principio Eccleſię primitiuæ, videntes Chriſtianos tantum abſtinere à fornicationibus, mirabãtur de eis. De hoc Beatus Petrus in eadem 1. Canonica, cap. eod. 4. dicens: In quibus nunc obſtupeſcunt, in quo admirantur, non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem, blaſphemantes, qui reddent rationem ei, qui paratus eſt iudicare viuos, & mortuos. Tantum enim increuerat in Gentilibus iſta deordinatio carnalis actus, ꝙ cum in primo Concilio Apoſtolorum eſſet decretum communi conſenſu de non obſeruãdis cæremoniis Legis Veteris, prohibitæ ſunt ſpecialiter duo, quæ pertinebant ad Gentiles, & duo quæ pertinebant ad Hebræos, ad Gentiles pertinebãt idololatria, & fornicatio, cum dicitur Actuũ 15. cap. Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Et cum iſtud vitium apud omnes Gentes eſſet, maximè autem apud Ægyptios erat, qui ſunt valdè potentes in actu venereo. Sic patet Ezech. 23. c. cum dicitur: Multiplicauit enim fornicationes ſuas, recordans dies adoleſcentiæ ſuæ, quibus fornicata eſt in Ægypto, & inſaniuit libidine ſuper concubitum eorum, quorum carnes ſunt, vt carnes aſinorum, & ſicut fluxus equorum, fluxus eorum. Ab hac igitur immunditia, & maxima turpitudine Ægyptiorum iuſſit Deus, vt cauerẽt Iſraelitæ, nec tamen penitus receſſerunt ab immunditiis, & ritibus eorũ. Nam ſicut Ægyptij colebant Deos, ita ipſi in deſerto petierũt, & fabricauerunt Deos ad colendum: de hoc habetur Exo. 32. cap. Hoc autem erat, quia aſſuefacti fuerant in Ægypto ad colendum Deos, vt declarauimus Exodi 2. cap. & præcedenti cap. *Et iuxta morem regionis Chanaan.* Iſta etiam erat alia terra, cuius conſuetudines vitare debebant, quia iſti quoque turpiſſimi erant, iuxta omnem immunditiam carnis, & cultus idolorum. De immunditia carnis habetur infra cum dicitur: Omnes enim execrationes iſtas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam: cauete ergo, ne & vos ſimiliter euomat, cum paria feceritis, ſicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. Patet etiam de iſta immunditia Geneſ. 19. cap. vbi agitur de Sodomitis, qui erant turpiſſimi virorũ: iſti enim erant de terra Chanaan, quia vallis Sodomorũ eſt in parte Orientali terræ Chanaan, & per eam tranſit Iordanis: ibi quoque habitauit Loth, poſtquam ipſe introiuit in terram Chanaan cum Abraham auunculo ſuo, vt patet Gen. 13. c. Quantum etiam ad omnia alia, erant peccata Chananęorum valde magna, ſicut habetur Gen. c. 15. cum dicitur de introductione Iſraelitarum in terram Chanaan, ꝙ eſſet poſt multa tempora, & non immediatè, ſubditur cauſa, ſ. Nondum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum vſque ad præſens tempus. Sciendum autem, ꝙ cum hic dicitur de terra Chanaan, non accipitur ſpecialiter pro terra vnius de ſeptem populis, qui vocatur Chananæus: iſte enim habebat terram ſuam iuxta Iordanem in introitu terræ promiſſionis, & circa mare, de hoc habetur Num. 13. c. cũ dicitur: Amalech habitat in Meridie, Ethæus, & Iebuſæus, & Amorrhæus in montanis, Chananæus verò moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis. Sed accipitur hic generaliter terra Chanaan pro terra ſeptem gentium, quã Deus promiſit Iſraelitis, de qua habetur per omnes quinque libros Moyſi in multis locis. *Ad quam ego introducturus* F *ſum vos.* Iſta eſt cauſa, quare vetatur ſpecialiter de terra Chanaan, ſ. quia Deus introducturus erat Iſraelitas in illam, & poſſent tunc addiſcere cæremonias illarum gentium: de hoc habetur Deuter. 12. cap. cum dicitur: Caue, ne imiteris eas, poſtquam fuerint te introeunte ſubuerſæ, & requiras cæremonias earum, dicens: Sicut coluerunt Gentes iſtæ Deos ſuos, ita & ego colam, non facies ſimiliter Deo tuo. *Nec in legitimis eorum ambulabitis.* Hic ponuntur tria, ſ. mos, & conſuetudo, & legitimum: dicitur enim legitimum id, quod per legem ſtatutũ eſt: mos aũt, & conſuetudo pertinent ad ea, quæ lege ſtatuta nõ ſunt, nec conſcripta, ſed ex vſu facientium obtinẽt robur; poſſent autem iſta duo, ſ. mos, & conſuetudo, diſtingui, ita ꝙ cõſuetudo dicatur id, quod à multis temporibus in vſum deductum eſt, ita ꝙ iam habeat vim, ſicut lex: mos autem G dicitur id, quod per vſum vtentium nõdum cauſauit firmitudinem, tamen ſit; vel poſſunt hic accipi iſta pro eodem: nihil enim differt, an ſic, vel aliter aſſumantur; hoc tamen conſtat, ꝙ Deus intendit vetare omnem modum viuendi Ægyptiorum & Chananæorum, ſiue ſcriptum, ſiue non ſcriptum. Poterant autem alio modo iſta accipi, ꝙ legitima dicantur eſſe leges, vel cæremoniæ pertinentes ad cultum Deorum, quas haberent iſti Gentiles: mores autem & conſuetudines dicantur eſſe ea, quæ pertinent ad homines inter ſe. Omnia autem hæc inter Gentiles deordinata erant, ideo omnia vitanda. *Facietis iudicia mea.* Ponit quid agere debeãt, cum poſuerit quid debeant cauere; & ponit hic duo. ſ. iudicia, & præcepta Dei. Iſta enim duo ſunt per quæ homines ſufficienter diriguntur ad Deum, & proximum. Iudicia dicuntur eſſe H quædam ordinationes, ſecundum quas homo dirigitur in proximum: & vocantur iſta pręcepta iudicialia, ſiue foralia. Præcepta dicuntur eſſe cæremonialia, ſecundum quæ diriguntur homines in Deum, & ſunt quędam leges colendi, quæ vocantur ritus, vel cæremoniæ. Omnia .n. hæc valdè conuenienter ſe habebant, quià à Deo data erant; ponit autem iſta duo Deus, vetans alia duo, vetuit namque legitima Gentilium, ſ. cęremonias colendi Deũ, hic ponuntur loco iſtorum alia legitima .i. cæremoniæ colendi Deum, quæ ſunt leges datæ ab ipſo Deo. Vetuit etiam ſupra, mores & conſuetudines Chananęorum & Aegyptiorum, quæ erant ad proximum: hic iubet iudicia ſua .i. à ſe data, quæ ſunt pertinentia ad proximum. *Seruabitis, & ambulabitis in eis.* Iſta duo poſſunt accipi pro eodem, vel pro diuerſis: ſeruare dicitur pertinere ad pręcepta negatiua, quod pertinet ad non agere. & dicitur I ſeruare .i. cauere ne fiat: ambulare pertinet ad præcepta affirmatiua, & eſt agere. Vel poſſunt accipi alio modo iſta duo, non diſtinguendo præcepta affirmatiua & negatiua. Sed dicitur ſeruare leges & iudicia .i. agere ſecundum illa. dicitur autem ambulare in eis .i. continuare in eis, ſemper procedendo ad vlteriora. *Ego Dominus.* Repetitio ſuperioris eſt, & ponitur auctoritas mandantis, & inductiua ad obediendum. ſ. timor & amor, ſecundum ꝙ ſupra declaratum eſt. Cauſa autem quare repetatur hic, eſt: quia Deus intendebat prohibere Iudæis omnem ritum Gentilium, quod facit dupliciter. ſ. in vniuerſali, & in particulari. Supra poſuit prohibitionem in vniuerſali, dicens non eſſe tenenda legitima, nec conſuetudines terræ Chananæorum, aut Aegyptiorum: & ideo ad hoc poſuit titulum auctoritatis ſuæ, dicens: *Ego Dominus Deus* K *veſter.* Hic autem vetat in particulari iſta mala, ponens leges de diuerſis commixtionibus ſexuum; & ad hoc iterum replicat auctoritatem ſuam mandandi, dicens: *Ego Dominus Deus veſter.* Et non ſolum ponitur conueniẽter, ſed vbi ſit magnum caput orationis, ſicut ponitur iſta interpoſitio. Locutus eſt Dominus. *Cuſtodite leges meas atque iudicia.* Hic loquitur in vniuerſali de legibus & præceptis; Vel poteſt accipi ſpecialiter de iſtis legibus quæ ponuntur hic, & in ſequentibus capitibus. Sed magis dicendum eſt, ꝙ hoc intelligatur in vniuerſali de omnibus præceptis & legibus; & ratio huius eſt: quia ſubditur hic, ꝙ homo faciens, viuet in eis, & tamen non ſolum refertur hoc ad iſta præcepta quæ hic ponuntur, ſed ad omnia quæ ſunt in lege. ſic .n. applicat Apoſtolus ad Rom. 10. c. cum dicit: Moyſes dicit iuſtitiam quæ ex lege eſt, qui fecerit,

Determinatio primi Concilij.

Quo capiatur hic Chanaã.

Duobus perfectè homo ad Deum dirigitur et ad proximum.

cerit, homo viuet in ea. Ibi tamen pro toto Veteri Teſta- A
mento,ſiue vt magis propriè dicatur, pro tota Lege Moſaica accipitur, quoniam de tota ibi agitur. Sic etiam hic patet: quoniam ſi aliquis cuſtodiret aliqua præcepta Moſaicæ Legis,& non omnia, Deus non daret illi vitam, nec ea quæ promittuntur hic, quia pro obſeruatione integra legis iſta dantur. Admonet igitur Deus hic obſeruandas omnes leges ſuas, & præcepta: per leges.n.intelliguntur præcepta cæremonialia, quæ ſunt quidam ritus colendi Deum,& propriè dicuntur leges,quia dependent ex ſola volũtate Legiſlatoris,& nihil illis eſt à natura ſecundum quod magis ſic, quàm ſic habere ſe debeant, ſicut declarat Ariſtot.Ethic.lib.5. dicens legalia illa eſſe, in quibus nihil differt,ſic vel aliter eſſe,antequam ponatur. Differt autem cum poſita fuerit; & ponit exemplum ibidem in cæremonialibus,dicens,vt ſacrificare vnam capram, ſed B
non duas oues; vocat autem hic iudicia præcepta,ſecundum quæ ſe habent directè homines bene in alterutrum. Iſta autem ſunt ſecundum quæ iudicatur in negociis humanis,& præcepta quæ ponuntur hic, pertinent ad modum præceptorum iudicialium. *Quæ faciens homo, viuet in eis*.i.ſi aliquis homo fecerit iſta præcepta,quæ ego mando,viuet in eis,id eſt,accipiet ꝙ poſſit viuere in illis, habendo magnum tempus ad iterum complendum illa.

Quæ vocentur p̃cepta Dei leges, & iudicia.

Quomodo intelligendum eſt, quòd facientes legem Moſaicam, viuent in ea, & de triplici vita, ſcilicet, naturæ, gratiæ, & gloriæ. Quæſt. III.

CIRCA quod conſiderandum eſt, ꝙ Deus dicit Iudæos habituros vitam, ſi obſeruauerint præcepta ſua cæremonialia, non tamen eſt intelligendũ hoc ſolum C
ſic, qm̃ tunc obſeruantes præcepta cæremonialia,& iudicialia,abſque moralibus haberent vitam;quod tñ falſum eſt: qm̃ ſi in moralibus peccarent, non poterant in iudicialibus,& cęremonialibus bene agere: nam iſta ſunt determinationes quædam præceptorum moralium,ſ. cæremonialia determinãt p̃cepta moralia pertinẽtia ad Deũ, & iudicialia determinant p̃cepta moralia pertinentia ad proximum. Item, nõ obſeruatis pręceptis moralibus,non poterant Iudæi placere Deo,qm̃ magis offenderent Deũ transgrediendo præcepta moralia,q̃ cæremonialia; cuius cauſa eſt: quia vbi eſt maior tranſgreſſio maioris obligationis,eſt maius pecatum,ſed magis obligantur homines ad obſeruanda præcepta moralia, quàm iudicilia,vel cæremonialia, qm̃ moralia ſunt ſecundum naturam, & ſecundum dationem à Deo:cæremonialia aũt, & iudicialia D
ſolum ſunt per collationem à Deo, & non ſm̃ naturam. Sũt igitur duæ obligationes in p̃ceptis moralibus,in aliis ſolum eſt vna. Deus hic ſolũ fecit mentionẽ de cæremonialibus, & iudicialibus, quia Deus volebat gentem Hebræorum facere ſibi ſpecialiter ſeruientem, ſed ſpecialis cultus dr̃ eſſe per præcepta cęremonialia, & iudicialia,cũ iſta ſpecialiter ordinent in Deum gentem Hebræorum: moralia aũt ordinant oẽs gentes; p̃ſupponũtur tñ hic moralia,quia cõia ſunt. Conſiderandũ vlterius eſt circa ea q̃ hic dicuntur, ꝙ homo faciens iſta, viuet in eis,ꝙ vita põt accipi tripliciter.ſ.pro vita æterna, vel pro vita gratiæ,vel pro vita carnis. Primo modo erat ſenſus,ꝙ homo faciens iſta viueret in eis,i.haberet per illa vitam æternã. In quo eſt aduertendum,ꝙ iſta p̃cepta cum executione ſua conſiderantur dupliciter,ſ.aut quantum ad intentionem fa- E
cientis,aut quantum ad genus actus. Si quantum ad deuotionem facientis,intendentis Deo ſeruire, iſta conſiderentur,ſunt promeritoria vitæ æternæ, ſicut per quẽlibet actũ in charitate factũ meremur vitã æternã de cõgruo: hæc aũt in charitate fiebant ab hominibus deuotis, ideo per illa merebantur. Si aũt conſiderentur iſtæ obſeruationes cæremoniales,vel iudiciales, ſecũdum ꝙ ſunt quidã actus in genere ſuo, non conſiderando conditionem operantis, nec finem, dicendum eſt, ꝙ iſta non promerebantur vitam æternam. Et iſto modo conſueuimus comparare obſeruationes Veteris Teſtamenti ad Sacramenta Nouæ Legis,cum dicimus, ꝙ per Sacramenta Noui Teſtamenti,quantũ eſt ex genere ſuo, confertur aliqua gratia,niſi recipientes ponãt obicẽ: cæremonialia aũt Veteris Legis ſecũdum ſe nullum bonũ cõferebant, niſi ꝙ per accidens hoĩes aſſuefacti in ipſis,habilitabantur ad aliqđ bonum agendum:hoc aũt ex conditione omnis actus boni eſt, ꝙ habilitet ad alios actus bonos, & omnis actus malus habilitat ad alios actus malos. Alio modo accipitur vita pro vita gratiæ,ſecundum quam iuſtificatur homo exiſtens gratus Deo:& de hoc dicendum eſt,ſicut de vita gloriæ dicimus, ꝙ iſtæ obſeruationes ſecundũ ſe nihil gratum efficiebãt hominem Deo magis, quam ſi nihil ageret, ſed ex deuotione agentiũ proueniębat; vt ipſi per hoc iuſtificarentur. Alio modo accipitur vita,pro vita carnis,& tunc dicendum eſt,ꝙ ille qui complebat iſta præcepta Dei in Veteri Teſtamẽto, viuebat, ſ. ꝙ temporaliter dabatur ſibi magna vita; qui aute trãſgrederetur hæc,cito delebatur de terra,ſicut ſup. Deus dicit ĩ multis locis,ꝙ qui tale vel tale fecerit,peribit de populo ſuo.Cõſiderandum aũt eſt cum dr̃ hic,ꝙ facientes hæc,viuent,ꝙ nõ ſolum accipitur hic viuere pro vita diuturna, quæ excludit morbos peſtilentes, & oẽs languores abbreuiationis, atque impeditiuos vitæ, ſed ẽt dicit fertilitatẽ rerum temporalium, & proſperitatem in oĩbus operationibus, & victoriam de hoſtibus,atq; oĩa alia bona,quæ in p̃ſenti conditione mortalium homini delectabilia eſſe pñt. De longitudine vitæ hr̃ Exo.15.c.cum dr̃: Si audieris vocem Dñi Dei tui, & obedieris mandatis eius,cuſtodieriſq; oĩa præcepta illius, cunctum languorem quem poſui in Ægypto,non inducam ſuper te,ego.n.Dñs ſanator tuus. De hoc ẽt Exo.23.c.dr̃: Nõ erit infęcũda,nec ſterilis in terra tua,numerũ dierũ tuorũ implebo. Idẽ patet Deuter.7.c. Etiam iſta obſeruatio p̃ceptorum erat promeritoria fertilitatis bonorum temporalium, quæ terræ naſcẽtia ſunt, & alia poſſeſſa. De hoc hr̃ Eſa.c.1.cum dĩ: Si volueritis, & in præceptis meis ambulaueritis, bona terræ comedetis.Idem patet Aggæi cap.1.& 2. Idẽ ẽt Malach.c.3. Sic ẽt in multis locis, habebant etiam Iudæi proſperitatem in omnibus rebus ad quas mittebant manum,vt hr̃ Deut. 12.c.& 16.& in multis locis. Idem pręualebant cõtra hoſtes ſuos, & non eueniebant eis aliqua mala, de his latiſſimè infra 26.cap.& Deuteron.6. & 28.c. Si autem aliqñ dimitterent Iudæi cæremonias legis colentes Deos alienos,vel aliqnid aliud facientes,tradebat eos Deus in manus hoſtium,atque in alias calamitates:de his habetur in præalleg.cap. Et quamquam poſſet littera iſta exponi de triplici vita, ſicut ſupra etiam expoſuimus, ſenſus tñ proprius eius eſt de vita carnis, hũc.n.intendit Apoſtolus ad Roman.c.10. vbi ponit differẽtiam inter Nouum Teſtamentum,& Vetus,dicens, ꝙ illi qui faciunt iuſtitiam legis,i.iuſtitiam ſecundum obſeruãtias Veteris Teſtamenti, viuunt in iuſtitia illa, quã faciunt, ſed illi qui faciunt ſm̃ fidem Noui Teſtamenti ſimpliciter viuũt: habẽtes vitam æternã.Item hoc patet ex eis quæ dñr hic,ſ. Cuſtodite præcepta mea, & iudicia, quæ faciens hõ, viuet in eis: nõ.n.dixit ꝙ hõ faciẽs iſta,viuet, quaſi ſimpliciter intelligatur de vita, ſed ꝙ viuet in eis.i.ꝙ dabitur ei vita in iſtis præceptis, ſ.ꝙ viuat ad cõplẽdum iterum illa, ſed in hoc manifeſtũ eſt,ꝙ nõ merentur facientes vitã gloriæ,ſed ſolum vitã præſentem,quia in vita æterna non viuitur in p̃ceptis,cum ibi erit ſtatus fruitionis,& nõ legis: hic tñ dr̃, ꝙ viuet in eis ea obſeruans, ergo intelligendum eſt de vita, quæ eſt dum manẽt iſta p̃cepta, & iſta eſt vita carnis: vñ eſt ſenſus, ꝙ homo faciens,viuet in eis, i. ꝙ illi qui iſta facerent, præter deuotionem operantis, ex ſolo opere facto merebantur vt viuerent in eis,i.vt viuerent ad faciendum iterum iſta præcepta, & ſic cum magis multiplicarent aliqui iſtos actus cæremoniales, magis merebantur operantes viuere ad vlterius complendum hæc.In Nouo autem Teſtamento intenduntur principaliter operationes ſecundum præcepta Decalogi, & ipſæ actiones Sacramentales. Iſtæ autem non ſunt promeritoriæ, vt aliquis viuat in eis, ſed ſolum promerentur directè vitam æternam: ideo de eis non dicitur,ꝙ homo faciens illa,viuet in eis,ſed dĩ,ꝙ viuet ſimpliciter,ſ.vita gratię,& in futuro vita gloriæ. Sic dixit Chriſtus cuidã iuueni quærẽti introitũ vitę ęternæ: hoc fac,& viues; non dixit viues cũ aliqua determinatione diminuẽte,ſ. viues in eis, ſed ſimpliciter dixit;ideo vitam perfectiſſimã ſignificauit,ſ. vitã æternam.*Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet.*

Vita triplex.

Viuere quid hic ſignet.

Lex Vetus, & Noua diuerſa promittunt.

Nouum, ac vetus teſtamentum, differunt.

det. Hic ponuntur præcepta explicitè in particulari, quæ dirigunt hominem, inquantum eſt principium propagationis. Impeditur autem propagatio legitima dupliciter: vno modo ex illegitimitate perſonarum; alio modo ex inordinata copula carnali, & ſm̃ hoc tanguntur duo: quia Primò excluduntur perſonæ illegitimæ ad contrahendũ. Secundò, caſus inordinatæ copulæ ad gignendũ, ibi: *Ad mulierem quæ patitur menſtrua*. Prima in duas, quia Primò excluduntur perſonę illegitimę ad copulam ratione conſanguinitatis. Secundò, perſonæ illegitimæ ratione affinitatis. Secunda ibi: *Turpitudinem patrui tui*. Circa primum. *Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet*. Hic ponitur excluſio indebitæ coniunctionis in fœdere matrimoniali, & hoc propter conſanguinitatem, ideo iubetur, vt nullus homo accedat ad proximam ſãguinis ſui, ſcilicet, ad eam, quæ ſibi coniuncta eſſet iure conſanguinitatis. Et non eſt intelligendũ, ꝙ hic prohibeatur acceſſus ad omnes proximas ſanguine, quoniam licebat in ſecundo, tertio, quarto, & in ceteris gradibus Iudæis miſcere connubia; ſed dicitur hic de cõſanguinea illa, quæ vetita eſt hic; ſunt enim aliquæ perſonæ vetitæ, quæ hoc nomine intelligũtur, de quibus infra. Poteſt autem intelligi dupliciter iſta littera, ſ. vniuerſaliter, & particulariter. Si intelligatur vniuerſaliter, eſt ſẽſus, ꝙ nemo accedat ad proximam ſanguinis ſui, ſ. ad nullam proximam earũ, quæ infra vetãtur. Alio modo poteſt intelligi in particulari, ſ. ꝙ nemo accedat ad proximã ſanguinis ſui, i. ad illam, quæ eſt ſibi magis coniuncta in deriuatione ab eodem ſanguine: Iſta autem vnica perſona eſt, ſ. ſoror: nam frater, & ſoror ſunt perſonæ immediatè deſcendẽtes ab eodem principio originis, & ad ſororem erat illicitus acceſſus, ſicut infra apparet, ſed magis eſt accipienda littera iſta in primo ſenſu, ſcilicet, ꝙ intelligatur vniuerſaliter. *Vt reueles turpitudinẽ eius*, i. non debet accedere ad eam ad turpitudinem reuelandam, i. ad cognoſcendam eam carnaliter, aliter enim licitum eſt eam tãgere. Dicitur autem turpitudo alicuius reuelari, qñ carnaliter cognoſcitur, eo ꝙ ibi reuelantur quæ turpia ſunt, ſ. genitalia, & actus turpes patrantur, ſ. cũ fit ſexuum cõmixtio. De mẽbris aũt genitalibus, ꝙ turpia vocentur, habetur Exo. 20. c. cum dicitur: Ne aſcendas ad Altare meum per gradus, ne reueletur turpitudo tua, ſ. mẽbra genitalia, & ob hoc appropriatè vocãtur verenda.

Propagatio legitima dupliciter impeditur.

Quid ſit alicuius turpitudinem reuelari.

Homo quare magis de actu venereo erubeſcat, quam de alijs. Quæſt. IIII.

MAGIS homo de actu venereo erubeſcit, quam de omnibus alijs, & de membris pudẽdis & genitalibus, quam de ceteris. Huius autem ratio eſt; quia nihil eſt in quo anima magis deprimatur, quã in iſto actu: anima autẽ eſt generoſa, ideo qñ ſibi nõ obeditur imperanti, erubeſcit, ſicut domini magni erubeſcerent, ſi eis ſerui ſui in publico imperantibus repugnarent. Sic etiam euenit animæ, vt cum aliæ paſſiones domitæ ſint, hæc tamen indomita eſt, erubeſcit ergo de hoc præcipuè, cum in aliis actibus paſſionalibus anima aliquid intelligat, in actu autem venereo, cum fuerit homo in extremo calore libidinis, nihil intelligere poſſibile eſt, ſicut ait Ariſtoteles 7. Ethicorum. Cũ ergo viderit anima ſe defeciſſe à ſua perfectione, & nihil intellexiſſe in actu illo, erubeſcit valde. Eſt etiam alia & potiſſima cauſa: quia iſta verecundia à Deo, tanquam pęna naturæ humanæ inflicta eſt poſt peccatum, ideo quanquam homines velint non verecundari, effugere tamen verecundiam illam non poſſunt. Vnde quanquam ſint alij actus magis culpabiles, nullus tamen eſt tantæ verecundiæ, ſicut pater de eo qui in publico hominem occidit, & de eo qui publicè cũctis aſtantibus fornicatus eſt. Fit autem ex hoc, vt quanquam iſte actus in coniugatis licitus ſit, tamen ſine magna verecundia non fit, ideo in publicum prodire; ſicut cetera bene facta non audet, vt ait Tullius, & recitat Auguſtinus 14. de Ciuitate Dei, ſ. omnia rectè facta in luce ſe collocari deſiderãt, hoc ſolum rectè factum, ſ. opus coniugale cum ſciri velit, videri non vult. Hoc autem natura in omnibus præualere ſit, quanquam Philoſophi quidam de ſecta Cynicorum, qui rectè Cynici. i. canini dicuntur, propter nimiam impu-

F dicitiam, dicentes omnia virtuoſè facta in lucem prodire debere, cum vxoribus ſuis in plateis coram tota multitudine coibant, non facientes differentiam an in domo, vel in platea actus is coniugalis per eos fieret. Sed humana verecundia iſtorum rationem præponderauit, præſertim, quia recta ratio laudabilibus paſſionibus non repugnat, quemadmodum eſt verecundia, propter quam quidam laudantur, vt habetur Ethicorum lib. 4. Vnde alij homines erubeſcentes, ꝙ iſtos Cynicos ſic turpiter agere viderẽt, durè eos percutiebant baculis, & lapidibus, lutum, & ſtercora ſuper eos, tanquam ſuper beluas proiicientes. *Ego Dominus*, i. ego ſum Dominus qui mando hoc, quaſi dicat, quia placet mihi qui ſum Dominus, vt faciatis hoc, ideo obligati eſtis facere. *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies*. Hic agitur de maiori
G turpitudine, quæ eſt reuelatio turpitudinis paternæ, & maternæ, & non accipitur hic turpitudo paterna propriè, qm̃ repugnat ſexui diſcooperire paternam turpitudinẽ, cum ſola feminę turpitudo reueletur, niſi fiat coitu Sodomitico, quod in patre, & in filio, nec ratio, nec natura patitur, licet aliqñ fuerit in filia, & patre, quia ſexus, conditio, & pulchritudinis incentiuum hoc perficerent. Item conceſſo quodam horribili, ꝙ pater filio abuteretur, tanquam minori, & ſubdito, & contradicere non valente, ſed ꝙ filius patre abuteretur omni monſtro monſtruoſius, & impoſſibili impoſſibilius vr̃. Dicendũ ergo, ꝙ intelligitur hoc de coitu cum matre: quoniã qñ aliquis matrem ſuam carnaliter cognoſcit, dicitur reuelare turpitudinẽ patris: nam eadem turpitudo eſt patris, & matris: nam qui matrem cognoſcit, reuelat turpitudinem eius, quia cognoſcit
H eam; & etiam reuelat turpitudinem patris ſui, quia ipſa vxor eſt patris ſui, & vir, & vxor ſũt eadem perſona. Ideo, qui vni iniuriam infert, alteri quoque infert, & qui vnius turpitudinem reuelat, alterius quoque reuelat turpitudinem. Cũ igitur turpitudo matris directè poſſit à filio reuelari, põt indirectè reuelari turpitudo patris, cũ vtriuſque eadem turpitudo ſit. Ideo dicendum eſt, ꝙ iſta coniunctio, &, non tenetur hic copulatim, nec copulatiuẽ, ſed expoſitiuè, ſcilicet, turpitudinem patris, & matris, i. turpitudinem patris, quæ eſt turpitudo matris, nõ reuelabis; & ſic poteſt accipi in omnibus aliis perſonis, vt ponatur vir, & vxor pro eadem perſona, & turpitudo vtriuſque pro eadem turpitudine. *Et turpitudinem matris tuæ nõ diſcooperies*. Nam cum filius matrem cognoſcit, dicitur reuelare, vel diſcooperire turpitudinem eius, quia videt genitalia
I eius, quæ vocantur caro turpitudinis, vt habetur Exodi c. 18. *Mater tua eſt, nõ reuelabis turpitudinem eius*, id eſt, quia mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem illius, quaſi dicat, etiam ſi nullum aliud peccatum eſſet, niſi quia mater tua eſt non deberes reuelare illius turpitudinem. Hoc autem intelligitur de reuelatione turpitudinis, ſiue accipiẽdo in vxorem, ſiue cognoſcẽdo carnaliter, quomodocumque; maius tamen eſt, ꝙ aliquis vellet accipere in vxorem matrem ſuam, & eam acciperet, quam ꝙ eã aliter carnaliter cognoſceret. Nam qui matrem in vxorẽ accipiebat, nõ ſolum turpitudinem faciebat, ſed etiam turpitudinem illam licitam eſſe dicebat, qui ſolum cognoſcebat eã aliter, non ſignificabat hoc eſſe licitum. Sic autem fuit de Ninia Rege Babyloniorum, filio Regis Nini, qui fuit ſecundus Regum Babylonis; quem mater ſua Semiramis
K mortuo patre Nino accepit in virum, ne ipſe accipiens aliam in vxorem, matrem regno priuaret. Induxit autem eum ad hoc mutis maternis blanditiis, cui filius à principio malum tantum non aduertens, conſenſit: Et vt illa turpitudo per legis quandam turpiſſimam honeſtatem velaretur, poſuit legem, vt licitum eſſet omnibus filiis accipere matres in vxores: ad extremum tamen Ninia de tanto ſcelere faſtiditus matrem, quæ eum ad inceſtũ perduxerat eam iugulauit, vt ait Paulus Oroſius libro primo de Ormeſta mundi. *Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies*. Hic agitur de alia perſona quæ eſt immediata apud matrem, & eſt nouerca: quę quanquam ſe nõ habeat ad aliquid ſecundum quod debeamus eã vitare, quia tamen eſt vxor patris noſtri, debemus ei maximam reuerẽtiam poſt matrẽ, & ſicut in matre, quia mater erat, quilibet vitare debebat reuelare eius turpitudinẽ, quoniam

De duplici turpitudine.

audito nomine matris natura hoc abhorret, in quolibet A animali habente cognitionem matris, ſicut in elephantibus,& equis,& camelis: ſicut ait Ariſtoteles in libris ſuis de Animalibus, ita audito nomine nouercæ, quia illa vxor patris eſt, debemus valde cauere ne eius ignominiam reuelemus. *Turpitudo enim patris tui eſt*. i. quamuis non caueas accedere ad mulierem illam propter ipſam, cum nihil ad te attineat, debes tamen hoc facere propter patrem tuum, quoniam turpitudo eius, eſt turpitudo patris tui: ideo ſi reuelas eius turpitudinem, reuelaſti quoque turpitudinem patris: patrē autem reuereri debes. Ex hoc infertur, quod ſupra dicebamus, ſcilicet, quòd ille qui reuelabat turpitudinem patris & matris, nō reuelabat turpitudinem duorū, ſed vnius, ſcilicet, matris turpitudinem; dicitur tamen vtriuſque reuelare turpitudinem, quoniam vtrique eſt eadē turpitudo. *Turpitudinem ſororis tuæ*. Hic B ponitur alius gradus propinquitatis immediatè. Tenetur namque in iſtis ordo ſecūdum maiorem vel minorem attinentiam; quoniam mater erat, quæ magis ad nos attinet inter feminas, & quam magis propter iura conſanguinitatis reuereri debemus, tamen poſt hanc eſt nouerca: non quidem propter ſeipſam, tāquam ad nos habeat aliquod ius conſanguinitatis, ſed propter patris reuerentiam & vnitatem carnis ad illum. Tertio loco ſuccedit ſoror, quæ ad nos pertinet immediatè, ex eo, ꝙ fratres & ſorores immediatè ſunt ab eodem principio, & habent maximam identitatem & amorem, qui eſt parentum ad filios, & econtrario: vt ait Ariſtot. Ethic. lib. 8. prohibetur autem, ne aliquis reuelet turpitudinem ſororis, cognoſcēdo eam carnaliter, & hoc ſiue volendo eam accipere in vxorem, ſiue aliter cognoſcendo: primus tamen modus maius ſce- C lus continet, quia non ſolum turpitudo fit, ſed etiam tanquam aliquid iuſtum defenditur.

Nunquam licuerit alicui ſororem in vxorem ducere?
Quaſt. V.

NVNQVAM licuit accipere ſororem ſuam in vxorem, ſed licebat in Veteri Teſtamento in gradu ſequenti poſt fratres fieri cōnubia. Etiam ante Legem Veterem nunquam talia fœdera contrahebantur, nec inter Gentiles, niſi in eis qui nulla fœdera matrimonialia habent, ex eo quòd penitus rationis vſu carent, ſicut ſunt Troglodiræ, & Garamantes. Aliæ quoque gentes, quæ magis videntur eſſe monſtra hominum, quàm homines, quibus plena eſt tota interior Æthiopia apud deſerta, & D viuas arenas. De his ait Solinus in Polihiſtor. cap. de Æthiopia. De his etiam Iſidorus Etymolog. lib. 11. Fuit tamen aliquādo ex neceſſitate, vt acciperet aliquis ſororem ſuam in vxorem, qm̄ nullam aliam feminam habere poterat, ſicut fuit à primordio generis humani: nam Adam genuit filios, & filias, vt habetur Geneſis 4. cap. Et ex his multiplicata eſt tota poſterorum ſucceſſio. Neceſſarium erat igitur, quod quilibet de filiis Adam, ſaltem ille qui primo acciperet vxorem, haberet vnam de ſororibus ſuis, cum nullæ aliæ gentes tunc eſſent; poſtea autem cum inceperunt homines multiplicari, potuerunt accipere alias in vxores, quæ ad eos minus attinerent. Cain ēt vxorem accepit de ſororibus ſuis, qm̄ vt ait Ioſephus 1. lib. Antiquitatum, accepit Cain ſororem ſuā, quæ vocabatur Calmana; ſic fortaſſis feciſſet Abel, niſi occiſus fuiſſet ante E tempus accipiendi vxorem. Sed contra hoc argues, ꝙ licuerit accipere ſororem in vxorem, quoniā Abraham accepit Saram in vxorem, ſed ipſa erat ſoror eius, vt habetur Geneſis cap. 20. Ad hoc autem aliquis reſpondebit, quod Sara non erat verè ſoror Abrahæ: tamen mētita eſt ſe eſſe ſororem Abrahæ: hoc enim ſibi Abraham conſuluit, ſicut patet Geneſis 12. cap. cum dicitur: Cumq; prope eſſent, vt ingrederentur Ægyptum, dixit Sarai vxori ſuæ: Noui ꝙ pulchra ſis mulier, & quòd cum viderint te Ægyptij dicturi ſunt, vxor ipſius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt: dic ergo ꝙ ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. Idem patet Geneſis 20. cap. Cū increpabat Abimelech Abraham, quia dixiſſet Saram eſſe ſororem ſuam, & reſpondit ei Abraham: Cogitaui mecum dicens, forſitan non eſt timor Dei in loco iſto, & interficient me propter vxorem meam. Ad hoc eſt reſpondēdum, ꝙ iſta non videntur adhuc procedere, quia Abrahā dixit ꝙ Sara erat vere vxor ſua, vt patet in excuſatione habita ad Regē Abimelech. Geneſis 20. cap. cum ait: Aliter autem verē ſoror mea eſt, filia patris mei, ſed non matris meæ. Ad hoc reſpondendum eſt, ꝙ Abraham accepit vxorem, & ipſa non erat ſoror eius immediata, ſed erat conſobrina ſua, ſ. filia Aram fratris ſui, ipſe tn̄ vocauit eam ſororem ſuā filiam patris ſui, quia accepit ibi patrem pro ipſo auo, ſ. pro Thare, qui erat pater Abrahæ, & auus Saræ: aui tn̄ aliqn̄ vocantur patres, & proaui ſecundū morem Sacræ Scripturæ: ſicut patet extra, de regul. iur. in cap. nam & Nabuchodonoſor, vbi accipitur pater pro eo, qui erat proauus. Adhuc aūt magis argui poteſt cōtra hoc, quia Thamar erat filia B Regis Dauid, & Amnon eodem modo filius Dauid, ſed cum vellet eam opprimere Amnon, dixit noli frater mi, noli opprimere me, neque.n. hoc fas eſt in Iſrael: noli facere ſtultitiam hanc. ego.n. ferre non potero obbrobrium meū, & tu eris quaſi vnus de inſipientibus in Iſrael: quin potius loquere ad Regē, & non negabit me tibi: Videtur igitur ꝙ Amnon poterat accipere in vxorem ſororē ſuam Thamar. Nec obſtat ſi dicas, ꝙ illa erat ſoror ex parte patris, ſed non ex parte matris, qm̄ de vtriſque eadem lex eſt, ſicut patet hic cum dr̄: Turpitudinem ſororis tuæ ex patre, vel ex matre, non reuelabis. Rn̄dendum eſt, ꝙ non poterat Amnon accipere Thamar ſororem ſuam in vxorem, & cum arguitur ꝙ ipſa dixit, ꝙ Rex daret eam ſibi in vxorem, reſpondēdum eſt ad hoc dupliciter; vno modo: quia illa non intelligebat multum de fœdere matri- C monij, an impediretur per iura conſanguinitatis, aut fortè quia turbata erat, voluit quomodocumque reſpondere, vt effugeret manus fratris ſui. Aliter dici poteſt, quòd ipſa intelligebat ſe non poſſe tradi in vxorem fratri ſuo, tamen quia erat frater ſuus perturbatus libidine incitante, credidit quòd ipſe non multum aduerteret ad rationem eius, an vera, vel falſa eſſet, & ꝙ ſic ſub qualicunque ſpe fruitionis illius relinqueret eam pro tunc.

Alio modo dici poteſt ſecundum Rabbi Salomonem, ꝙ Thamar nō erat filia Dauid, ſed erat filia vxoris eius, ſ. ꝙ accepit matrem Thamar in bello, & illam fecit ſibi vxorē, cum autem accepiſſet eam Dauid, erat fœcunda de altero viro, & tunc nata eſt Thamar, & non fuit filia Dauid. Amnon igitur qui erat filius Dauid, nō erat frater ex patre, vel ex matre: licebat.n. Iudæis, quando ibant in D bellum accipere mulieres Gentilium, & facere ſibi vxores: de hoc habetur Deuteron. 20. & 21. cap. Et ſi hoc verum ſit, reſponſio iſta conueniens eſt, quoniam tunc nullo impediente Thamar poterat eſſe vxor Amnon. Sed hoc non eſt ſatis concedendū, ſed potius videtur ꝙ eſſet Thamar filia Dauid, quia mater Thamar nō erat, vt captiua rapta in bello, ſed erat filia Regis Geſſur, & vocabatur Maacha; patet 2. Regum 3. cap. Vnde magis eam acciperet Dauid in vxorē, & ideo Abſalon, qn̄ occidit fratrem ſuum Amnon, quia ſtuprauerat ſororem ſuam Thamar, fugit de regno Dauid ad regnū Geſſur, cuius Regis filia erat mater ſua 2. Reg. 13. c. Et non ſolum eſt hoc rationabile, immo oportet dici, ꝙ verè Thamar erat filia Dauid, & erat ſoror Amnon, quia 1. Paralip. c. 3. Ponūtur ex nomine omnes filij Dauid legitimi, & concluditur, ꝙ oēs hi E habuerunt ſororem nomine Thamar: ergo verè erat Thamar filia Dauid, quia aliter nō poterat illa eſſe ſoror omnium filiorum Dauid, cum Dauid haberet filios ex multis vxoribus, vt patet 2. Reg. 3. & 5. & 1. Paralip. 3. Et ita erat illa verè ſoror Amnon, & nō poterat eſſe vxor illius, ſed ꝙ dixit, ꝙ Dauid daret eam illi propter aliquam de cauſis præcedentibus, & ita nō licuit inter Iudæos, neque factum legitur, ꝙ frater acciperet ſororē in vxorē. *Ex patre, ſiue ex matre*. i. iſta regula de non reuelando turpitudinem ſororis, intelligitur, cum ſint fratres ex patre, & matre ſimul, ſiue ex patre tantum, ſiue ex matre dumtaxat, quoniam vtrobique eadem attinentia eſt. *Quæ domi, vel foris genita eſt*. Dicitur ſoror genita in domo, quando gignitur ex fœdere matrimoniali; dr̄ aūt genita foris, qn̄ aliquis habens vxorem, ex concubina genuit aliquam filiam: nam intra domum ſunt ea, quę domū conſtituunt,

Regula de nō reuelādo ſororis turpitudinē.

ſcilicet, vir, & vxor, & ſeruus, vel bos arator, vt patet per Ariſtot. 1. Politicorum, cap. 1. Ideo genita ex vxore, in domo genita dicitur: quę autem gignitur ex cõcubina, vel adultera, non dicitur genita in domo, quia concubina, & mæchus non conſtituunt vnam œconomiam, cum non ſit permanſiua concubina. Qualitercumque autem aliquis ſororem habeat, ſiue ex legitimo matrimonio, ſiue per adulterium, aut aliter natam, eſt eadem lex ad illã quantum ad hoc, ꝙ non poſſit accipi in vxorē, & ratio eſt: quia matrimonialia fędera diſturbantur inter aliquos propter iura cognationis, cum autem aliquis ſororem habeat, ſiue illa legitimè, ſiue ex adulterio nata ſit, æqualia cognationis iura inter eos ſunt: ideo æqualiter impedientur inter eos matrimonialia fędera contrahenda.

Turpitudinem filiæ filij tui. Hic ponitur alia lex impedimenti coniungēdi matrimonij, & eſt alicuius ad neptem ſuam ex filio, vel ex filia, quoniam ſicut non licet patri accipere filiam in vxorē, nec filio accipere matrem, ita non licet alicui accipere neptē: eſt enim iſta regula in diſturbandis fęderibus matrimonialibus, ꝙ in aſcendentibus, & deſcendentibus in linea conſanguinitatis, nunquã poteſt licitè fieri aliquis contractus matrimonialis: in collateralibus autem, ſiue trãſuerſalibus, in quibuſdam gradibus licet, in aliis verò vetitum eſt. *Vel neptis ex filia non reuelabis*, id eſt, quòd non poteſt aliquis accipere in vxorem filiam filiæ ſuæ, quia eſt neptis ſua, & eadem cauſa eſt, ſicut in filia filij ſui. *Quia turpitudo tua eſt*. Iſta eſt cauſa, quare non liceat huiuſmodi contractus, ſcilicet, quòd turpitudo filiæ, & neptis, & omnium deſcendentium eſt turpitudo patris, à quo deſcēdunt, cum omnes ſint de ſubſtantia illius, quia aliquo modo habuerunt identitatem in illo, cum fuerint aliquando particulæ illius, nunc autem deciſæ ſunt ab illo, ſicut ait Ariſt. Ethicorum lib. 8. Turpe igitur eſt, quòd aliquis turpitudinem iſtarũ perſonarum reuelaret, quæ turpitudo ſua eſt. Idem videtur eſſe contra ordinē naturæ, quia natura ſemper vult propagationem, & dilatationem, cum autem perſonæ, quæ ab aliquo deſcendunt, ei in matrimonium vniuntur, iam non fit dilatatio, ſed conuerſio ad ſuum principiũ, quod turpe quoddam eſt. *Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo*. Hic ponitur alius gradus prohibitus contrahendorum matrimonialium fęderum, ſcilicet, cũ aliquis habet ſororem, quæ eſt genita ex patre ſuo, & non ex matre ſua: nam tunc inter eos contractus nullus intercidere poteſt, cum attineat ſibi in primo gradu tranſuerſaliũ. Nam nihil magis ſibi attinent illi, qui ſunt filij ſolum eiuſdem patris, vel ſolum eiuſdem matris, quoniam neceſſarium eſt iſtos attinere ſibi in primo gradu, ſed in iſto gradu nõ eſt dare magis, & minus. Namque quanquam ſecundum naturam ſit maior identitas inter eos, qui ſunt ex eodem patre, & matre, quam inter eos, qui ſolum ſunt ex eodem patre, vel ſolum ex eadem matre, cũ pater, & mater ſint duo principia generationis, & vterque aliquid conferat ad ſubſtantiam geniti: maior igitur erit idētitas inter eos, qui habent omnimodam principiorum vnitatem, ſiue identitatem, quam inter eos qui ſolum communicant in altero principio, tamen ſecundum computationem graduum conſanguinitatis in lege humana, & diuina, nõ aſſignatur maior cauſa attinentiæ, nec gradus in vno, quam in altero. *Turpitudinem filiæ vxoris patris tui*, id eſt, nouercæ tuæ, quoniam vxor patris tui, aut mater tua, aut nouerca eſt: idem autem dici poterat ſi eſſet filia concubinæ patris, quia ad diuerſitatem, vel identitatem graduum conſanguinitatis nihil agit natum eſſe ex matrimonio legitimè, vel aliter, ideo etiam ad hanc erat vetitus acceſſus, vt habetur ſupra cum dicitur: Turpitudinem ſororis tuæ ex patre, vel ex matre, quæ domi, vel foris genita eſt: dicitur foris genita ex concubina, vel adultera. *Quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua non reuelabis*. Hoc ponitur ad diſtinguēdum, qm̄ ſi iſta eſſet filia vxoris patris, id eſt, nouercę, ſi tñ non eſſet filia patris, ita vt eſſet ſoror, non interdicebantur matrimonialia fędera inter vtrumque cõtrahenda: nam tunc non erat ibi aliquis gradus cõſanguinitatis, cum iſti non deſcendant ex eodem capite, nec etiam eſt ibi aliquis gradus affinitatis impediēs: nam ſolus primus gradus affinitatis impedit; cuiuſlibet autem ad nouercam

Nihil magis attinēt qui ſunt ex eodē patre, & matre, quã qui ex altero ſolum.

F ſuam eſt primus gradus affinitatis, ad filiã tamen nouercæ, quæ non eſt genita ex patre ſuo, nõ eſt primus gradus affinitatis, ſed ſecundus, qui nõ impedit fędera matrimonialia. *Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies*. Hic ponitur alius gradus conſanguinitatis, ſcilicet, alicuius ad ſororem patris ſui. Nam ſicut nõ licet alicui reuelare turpitudinem patris ſui cognoſcēdo nouercam, vel matrem, ita non licet cognoſcere ſororem patris, quia vtrobique reuelatur turpitudo patris. Vocatur autem iſta, quę eſt ſoror patris, amita filij fratris ſui, & ſicut prohibetur inferioris ad ſuperiorem hic tranſuerſaliter matrimonium, ſcilicet, conſobrini ad amitam, ita ſuperioris ad inferiorem tranſuerſaliter, ſcilicet, patrui ad conſobrinã. Eſt autem patruus alicuius frater patris eius. Cauſa huius eſt: quia idem gradus attinentiæ eſt amitæ ad conſobrinum; G ſicut conſobrinæ ad patruum, & ſicut non licuit alicui reuelare turpitudinem patris ſui cognoſcendo ſororē eius; ita non licet alicui reuelare turpitudinem fratris ſui cognoſcendo filiam eius. *Quia caro eſt patris tui*, id eſt, ideo non debes reuelare turpitudinem amitæ, quia caro eius eſt caro patris, & ſicut non licet patris ignominiam reuelare, ita nec licet reuelare turpitudinem ſororis eius. Eſt autem ſoror eadem caro cum fratre ſuo in ab eiſdem eſſe, id eſt, quia ſunt nati ab eiſdem parentibus, & aliquando fuerunt idem in illis, ſicut ait Ariſt. lib. 8. Eth. *Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis*. Iſta lex eadem eſt cum ſuperioribus: nam eandem cõſanguinitatem, & eundem gradum habet filius ad matrem, quem habet ad patrem: neceſſario igitur habebit eandem attinentiã conſanguinitatis ad ſororem matris, quam habet ad ſororem patris, H ſed non licet reuelare turpitudinem ſororis patris: ergo eodem modo non licebit reuelare turpitudinem ſororis matris. *Eo quod caro ſit matris tuæ*, id eſt, propter hoc non facies, quia ſoror matris tuæ eſt caro eius, quoniam ſicut fratres ita ſorores habent identitatem in principiis, quia aliquando fuerunt idem in patre, & matre, ſed non licet reuelare turpitudinem matris: ergo nec licebit reuelare turpitudinem ſororis eius. *Turpitudinem patrui tui non reuelabis*. In ſuperioribus ponebantur impedimenta fœderum matrimonialium propter iura conſanguinitatis, hic ponuntur propter iura affinitatis. Et primo dicitur de vxore patrui: dicitur enim patruus alicuius frater patris ſui, & inde dicuntur patrueles filii duorum fratrum: ſic dicitur Eſaiæ, cap. 5. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ ſuæ, vocat ibi patruelem filiũ fratris I ſui: auunculus autem dicitur frater ex parte matris ſecundum proprietatem loquentium, quanquam aliquando permutantur iſta nomina non obſeruata in eis proprietate, & ſic accipitur hic patruus, i. frater patris. Ad huius aũt vxorem conſobrino accedere non licet, ſ. ꝙ nõ cognoſcat eam viuēte ipſo, nec accipiat eam in vxorem eo mortuo. Vnde in omnibus his iſta lex eſt, ꝙ cum non licet alicui tangere vxorem alicuius, qui ſibi conſanguinitate iunctus eſt, quando ipſe eſt viuens, non poſſet eam accipere in vxorē eo mortuo: fallit autem hoc in vxore fratris: qm̄ frater non poteſt accedere ad eam viuēte fratre ſuo: mortuo tñ maiore frater ſi ſine liberis mortuus eſt, minor debebat accipere vxorē illius; quod ſi non feciſſet incidebat in pœnã, quæ habetur Deut. 25. c. & Ruth. c. 4. ſ. ꝙ mulier ſolueret calciamētum de pede illius, & ſpueret in faciem K eius, atque vocaretur domus illius, domus diſcalciati in Iſrael. *Nec accedes ad vxorem eius*, ſcilicet, ad vxorem patrui tui. Hoc videtur intelligi patruo viuente, quoniam tũc vocatur aliqua vxor eius: mortuo autem ipſo nulla eſt vxor illius, qm̄ mortuo viro mulier ſoluta eſt à lege viri, vt hr̃ ad Rom. 7. c. ſed hoc ẽt intelligendum eſt poſt mortem patrui: nam tunc ẽt manet affinitas inter quemlibet, & vxorem patrui ſui, affinibus aũt non eſt ius contrahendi. Etiã non poteſt ſolum intelligi patruo viuente: nã tunc per illam cõem legem de non accedēdo ad vxorem alterius, quæ habetur infra 20. c. eſſet prohibitus iſte acceſſus: accedere tamen ad eam mortuo patruo, nõ poteſt prohiberi, niſi per hanc legem ex lege affinitatis. *Quæ tibi affinitate coniungitur*. Iſtud eſt quod impedit fędera matrimonialia licitè cõtrahi, vel fieri quemcumque alium carnalem acceſſum. Et ex hoc patet iſtam legem intelligi ſine

mortuo

Coitus ad nouercam ſui, eſt primus gradus affinitatis.

Impedimēta fœderũ matrimonialium propter iura affinitatis.

Vinculũ conſang. & affin. non diſſoluitur niſi per mortem.

mortuo patruo, ſiue viuente, quia cum iſta fiant propter A affinitatem, & manet idem ius affinitatis mortuo patruo, ſicut viuente, ſicut non licebat alicui accedere ad vxorem patrui ſui eo viuente, ita non licet accedere ad illam eo mortuo. Nam iura affinitatis, vel conſanguinitatis, quę ſemel inter aliquas perſonas contracta ſunt, impoſſibile eſt diſſolui, niſi altero eorũ mortuo. Cũ ergo ad vxorem patrui cauſata fuerit affinitas patruo viuẽte, ẽt ipſo mortuo permanebit, quia ad ipſum non erat affinitas, ſed ad vxorem eius, quanquam ipſe fuit cauſa cõtrahendæ affinitatis, cum affinitas ſemper ex conſanguinitate naſcatur. *Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis.* Iſtud eſt aliud impedimentum iungendi matrimonium: non enim licet cuiquam accipere nurum ſuam, ſ. cognoſcendo eam carnaliter filio viuente, nec etiam poſt mortem filij licebit eam accipere in vxorem, quoniam ſemper manet inter ſocerũ, B & nurum affinitas etiam mortuo filio; ideo impedientur ſemper fœdera matrimonialia. *Quia vxor filij tui eſt.* Hoc poteſt referri ad tempus quo viuit filius, tunc enim non licet filij vxorem tangi à patre, & hoc quia vxor illius eſt, id eſt, quia inhoneſtum eſt, ꝙ pater cognoſcat vxorẽ filij ſui: eſt autem propter hoc adhuc alia lex, ſecundũ quam impediretur iſte acceſſus, ſ. ꝙ non licet alicui accedere ad vxorem alterius, vt patet infra 20 cap. ſiue illa ſit vxor filij, ſiue cuiuſcumque alterius. Poteſt ẽt intelligi hoc poſt mortem filij, ſ. ꝙ pater non poſſit accedere ad eam, quæ fuit vxor filij, quoniam manent adhuc fœdera affinitatis inter ſocerum, & nurum mortuo filio, & affinitas ſemper impedit, ſicut ſupra reddebatur cauſa de vxore patrui, ꝙ non liceret alicui accedere ad eã, quia ſibi affinitate coniuncta erat: tamen ſi affinitas nõ excluderet vniuerſaliter C contractum matrimonij, nõ poneretur ibi cauſa illa. *Nec diſcooperies ignominiam eius*, i. non reuelabis verecundiam filij tui. Hoc enim non refertur ad vxorem filij, ſed ad filium. Nã ſupra dixerat de vxore, turpitudinem nurus tuæ non reuelabis: deinde ſubditur de filio. Nec diſcooperies ignominiam eius. Quia ante hoc dictum fuerat, quia vxor filii tui eſt, & non debebat ignominia filij reuelari. Nam ſicut non licet filio reuelare ignominiam patris cognoſcendo nouercam, quæ eſt vxor patris, cum illa ſit turpitudo patris; ita non licet patri reuelare turpitudinem filij cognoſcendo vxorem eius, quia illa eſt turpitudo filij. *Et vxorem fratris ſui non accipias.* Poteſt hoc intelligi dupliciter, vno modo fratre viuente, ſcilicet, ꝙ non licet fratri accipere vxorem fratris ſui cũ viuit, & hoc modo increpabat Beatus Ioannes Herodem, quia acceperat Hero- D diadem vxorem fratris ſui viuentis, vt habetur Matth. 14. cap. cum dicitur: Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum, & poſuit in carcerem, propter Herodiadem vxorem fratris ſui: dicebat enim illi Ioannes: non licet tibi habere eã. Alio modo poteſt hoc intelligi, mortuo fratre, & iſtud erat magis neceſſarium: nam viuẽte vno fratre, non poteſt alius tollere vxorem eius, non ſolum prohibente lege affinitatis, ſed prohibente lege illa vniuerſali, ꝙ non licet alicui ad alterius vxorẽ accedere ſub pœna mortis, vt hr̃ infra 20. cap. Poſt mortem autem ſi intelligatur iſta lex, erit magis neceſſaria, quia tũc nihil eſt, quod impediat fœdera coniungenda inter aliquẽ, & vxorẽ fratris ſui mortui, niſi ius affinitatis cõtractæ. Conſiderãdum tñ circa hoc, ꝙ cum moriebatur frater alicuius manente E vxore ſua, aut frater qui moriebatur erat maior, aut minor. Si erat minor, nunquam poterat frater maior accipe- pere vxorem eius, quia erant ibi affinitatis fœdera impedictia matrimoniũ. Si aũt ille, qui moreretur, eſſet maior, manente minore, aut moriebatur ſine liberis, aut habẽs liberos: ſi habens liberos, non poterat frater accipere vxorẽ fratris, quia ſẽper manebãt fœdera affinitatis: ſi aũt frater maior moreretur ſine liberis, frater minor nõ ſolũ poterat accipere vxorẽ fratris, ſed ẽt cogebatur ad hoc, vt acciperet in vxorẽ illam, vt ſuſcitaret ſemen fratri ſuo, & quanq̃ ibi manerẽt fœdera affinitatis, tñ Deus in hoc caſu ſpecialiter iuſſerat, vt non impedirent matrimoniũ contrahendũ, cũ cõſtituerit, vt frater acciperet vxorẽ fratris eo mortuo ad ſuſcitãdũ ſemen, de quo habetur Deut. 25. cap. An tamen ſoli minores fratres ſuſcitarẽt ſemen defuncto fratri maiori, vel ad inuicẽ quilibet frater alterius fratris; & alia dubia circa hæc dicetur Ruth. 4. cap. & Matth. 22.

Quando licebat fratri accipere vxorẽ fratris ſui, et quãdo ad hoc cogebatur.

Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis. Iſtud idem videtur eſſe cum ſuperiori, cum dicebatur, ꝙ nemo accipiet vxorem fratris ſui; hoc autem eſt reuelare turpitudinẽ eius. Sed hoc poteſt differre à ſuperiori, ſi accipiamus litteram illam de contractu matrimoniali, quia dicebatur, vxorem fratris ſui nullus accipiat; accipere aũt propriè denotat fœdera matrimonialia. Hic autem poteſt accipi pro alia cognitione, quæ eſt ſine matrimoniali vinculo: & etiam iſto modo non eſt reuelanda turpitudo vxoris fratris ſui, & hoc ſiue ſit viuens frater, ſiue mortuus: quoniam ſi viuens eſt, peccat in duas leges, ſ. in legem affinitatis, de qua habetur hic; & in legem adulterorum, de qua habetur c. 20. Si autem cognoſcat eam mortuo fratre, peccat in legem affinitatis, & nõ in legem adulterorum, quia mortuo viro mulier ſoluta eſt à lege eius; ideo non accuſabitur tanquam rea adulterij. *Quia turpitudo fratris tui eſt.* Hic ſubditur cauſa, quare non debeat cognoſci vxor fratris, & poterat dici non eſſe cognoſcendam, quia affinis erat, ſicut dicebatur ſupra de vxore patrui, ſed dicitur, ꝙ ſit vxor fratris, & ſic reducuntur fœdera affinitatis in iura conſanguinitatis; & hoc propter duo. Primò, quia minora vincula ſemper reducuntur in maiora: conſanguinitas autem maius vinculum, quàm affinitas eſt. Item quia affinitas oritur ex conſanguinitate; ideo debet reduci in ſuã cauſam: vnde magis rationabile eſt nominari conſanguinitatem quàm affinitatem, qñ conueniẽter nominari poteſt. Maior namque reuerẽtia eſt, & cauſa abſtinendi ab vxore fratris propter fratrem, ſ. quia iſta vxor fratris eſt, quàm quia affinis eſt: & quãquam idem ſit eſſe aliquam vxorem fratris mei, & eſſe eandem affinem mihi, magis tamen abſtinebo ab ea propter conſanguinitatem, quam habeo ad fratrem, quam propter affinitatem, quam habeo ad illam; reuerendum namque magis eſt conſanguinitatis, quàm affinitatis nomen. *Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis.* Iſta littera debet intelligi de copulato extremo, & non copulatiuè: nã tunc eſſet ſenſus, ꝙ nõ licet alicui reuelare turpitudinem vxoris ſuæ, ſ. cognoſceret vxorem ſuam, & non licet reuelare turpitudinẽ filiæ vxoris ſuæ; ſed hoc falſum eſt: nam cuilibet licet vxorem ſuam cognoſcere, immo inter omnia fœdera nihil magis licitum eſt: hoc tamen tolleretur ſi intelligeretur littera copulatiuè, quia neceſſariò tunc referretur ad quamlibet partem per ſe; ideo intelligenda eſt iſta littera de copulato extremo, ſ. *Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis*, i. non habebis ſimul in vxorem matrem, & filiam, quod eſt reuelare turpitudinem earum, quia ſic carnaliter cognoſcerentur: & vocatur hic filia vxoris tuæ, non illa quæ filia tua eſt, quia hoc ſatis improbatum erat, ſed filia vxoris dicitur priuigna, quæ nata eſt vxori tuæ ex alio viro: hanc aũt non licet accipere in vxorem viuente matre, quia hoc eſſet contra legem affinitatis, cum priuigna ſit vitrici ſui affinis, etiam nõ licebit huic viro accipere in vxorẽ filiã vxoris ſuę mortua vxore: nam eodem modo erat hoc contra legẽ matrimonij, ſ. contra affinitatis iura. Nam etiam ſi moriatur vxor, tamen vitrico ad priuignam ſemper manet affinitas: & ſicut nõ licet eam accipere in vxorem mortua, vel viuente matre, ita non licet illam carnaliter cognoſcere aliter. Nam iſta eſt regula generalis, quòd cuicumque non licet aliquam ducere in vxorem, non licet eam aliter carnaliter cognoſcere.

Iura affinitatis ſẽper reducenda ſunt ad iura conſanguinitatis, ſicut minus vinculũ ad maius.

Sciendum autem, ꝙ ſicut non licet alicui habere in vxorem matrem, & filiam, ſi primo acceperit matrem, ita non licet habere filiam, & matrem ſimul, ſi primo acceperit filiam: nam contracto matrimonio cum filia, nõ poterat contrahi cum matre, ſiue filia moreretur, ſiue non: nec ẽt poterat aliter licitè cognoſci carnaliter. *Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non ſumes.* Hic ponitur eadem lex ad eos, qui ſunt vltra deſcendentes: nam ſicut nõ licebat alicui accipere filiã in vxorem, ſi ſuſcepiſſet prius matrẽ, ita nõ licebat accipere neptem eius, quã in vxorem ſumpſerat, & hoc ſiue iſta eſſet neptis vxoris ſuæ ex filio vxoris, vel ex filia: quoniam vtrobique eſt eadem affinitas. Et ſicut dicitur hic, non licere aſſumi in vxorem filiam illius vxoris, quę eſt neptis vxoris, ita nõ licet accipere neptẽ,

nec abneptem,& vſque in quartum gradum. Nam cum aliqua perſona coniungitur alteri carnaliter, contrahit affinitatem ad omnes, qui ſunt conſanguinei alteri perſonæ in quarto gradu, ita vt quantum extenditur prohibitio in gradibus conſanguinitatis, tantum extendatur in affinitate, ſed tota iſta extenſio quattuor graduum cōſanguinitatis, quando comparatur ad affinitatem ſolum, dicit in ea vnum gradum: & iſte eſt, qui ſeruatur ſolum.

Sciendum autem, ꝙ ſicut ſi aliquis vir contrahat cum aliqua, non poteſt poſtea contrahere cū filia eius, nec cum nepte, nec cum abnepte, & ſic vſque ad quartum gradū; ita ipſa vxor non poteſt contrahere cum filio viri ſui, nec cum nepote, & ſic vſque ad quartum gradum: æqualis.n. affinitatis gradus eſt viro ad conſanguineos, vel deſcendentes ab vxore, ſicut vxori ad cōſanguineos, vel deſcendentes à viro. *Vt reueles ignominiam eius.* Iſtud relatiuum G (eius) poteſt referri ad vxorem, vel ad filiam, vel neptem eius, ſcilicet; quòd non debet aliquis ſumere in vxorem filiam vxoris ſuę ne reuelet ignominiā eius, ſcilicet vxoris ſuæ. Vel ignominiam eius, i. filiæ vxoris ſuæ, vel neptis ex vxore. vtrobique reuelatur ignominia matris, & filię, quia pertinent ad idem iſtæ perſonæ. *Quia caro illius ſunt*, i. filia vxoris tuæ, & neptis illius ſunt caro vxoris tuæ: reuelādo ignominiam illarum reuelas ignominiam vxoris tuæ.

Sed aliquis dicet non aſſignari hic conuenientem rationem: quia quādo vnum eſt tale propter alterum, illud eſt magis tale, quia confert cauſalitatem ad hoc. Si igitur non liceret reuelare turpitudinem filię vxoris tuæ, vel neptis eius, & ſic de aliis vſque ad quartum gradum; & hoc quia iſtæ ſunt turpitudo vxoris tuæ; ergo non liceret tibi reuelare turpitudinem vxoris tuę, ſed hoc falſum eſt; ergo H non eſt iſta cauſa, quare nō reueletur turpitudo aliorum.

Reſpondendum eſt, ꝙ nō licet alicui reuelare turpitudinem filiæ, aut neptis vxoris ſuæ; & hoc quia ſunt turpido vxoris ſuæ: tñ licet reuelare turpitudinem vxoris ſuæ.

Ratio diuerſitatis eſt: quia homini ad vxorem ſuā non eſt aliquis gradus attinentiæ in affinitate, vel cōſanguinitate: & tamen eſt ei affinitas ad omnes conſanguineos vxoris ſuæ, & illi ſunt ſibi affines propter vxorem. Cum autem dicitur, quòd id quod eſt tale propter alterum, eſt minus tale quam illud.

Reſpondendum eſt, ꝙ hoc intelligitur aliquando formaliter, & aliquando efficienter, ſiue virtualiter; ſicut ſi aliquis efficitur calidus propter ignem, ignis eſt magis calidus, & hoc eſt formaliter. Si aūt aliquis habet ebrietatem propter vinum, non oportet, ꝙ vinum ſit habēs ma- I gis ebrietatem, quam homo: tamen adhuc iſta propoſitio eſt aliquo modo vera, ſcilicet, vinum magis habet ebrietatem, quam homo, id eſt, vinum continet maiorē cauſalitatem ad inebriandum, quam homo ebrius; quia homo ebrius neminem ebrium facit, vinum autem ſic. Semper igitur eſt vera iſta regula, ſed aliqñ efficiēter, & aliqñ formaliter prædicando illam qualitatem, quæ denominat.

Quanquā vir non habeat ad vxorē aliquem gradum cōſanguinitatis, vel affinitatis: tamen omnes conſanguinei vxoris ſunt affines viri propter vxorem.

Huiuſmodi autem exemplum patet in conſanguinitate, & affinitate: nam pater & filius ſunt magis ſibi cognati in deſcendentibus, quam omnes alij: nepos autem cognatus eſt ipſi auo, & hoc propter filium qui medius eſt horum, & ſic magis eſt cognatus filius ad patrem, quam nepos ad eundem, & accepit eſſe cognatum per filium; ideo hic recipietur prædicatio formalis in eſſe magis, vel minus cognatum. Idem in tranſuerſalibus, quoniam illi qui K ſunt in ſecūdo gradu tranſuerſaliter ſunt ſibi cognati, propter eos, qui ſunt in primo gradu, ſed illi qui ſunt in primo gradu magis ſunt conſanguinei ſibiipſi, quam illi qui in ſecundo: & ſic de omnibus aliis. Vnde reperitur hic prædicatio formalis in eſſe magis, vel minus cōſāguineū.

In affinibus autem reperitur alius modus, quoniā omnis affinitas cauſatur propter coniunctionem duarū perſonarum in carne, ſcilicet, viri, & vxoris; & iſti non attinēt ſibi in aliquo modo affinitatis; alij tamen, qui ab eis ſunt, ſunt affines alteri eorum: & ſic vxor facit, vt omnes, qui ab ea deſcendunt, aut ad eam attinent in cōſanguinitate, ſint affines viri ſui; ipſa tamen non eſt affinis viro: & conſequenter nec magis affinis. Ideo non prædicatur hic eſſe magis tale de vxore, quoniam ipſa non accepit aliquam talem prædicationem etiam abſolutè: ſed prædicatur ſe- F cundum cauſam efficientem, ſcilicet, quòd vir, & vxor continent, vel efficiunt magis affinitatem, quàm omnes alij.

Attinentia conſanguinitatis eſt per originis deriuationē, affinitas per cōiunctionem perſonarum.

Cauſa autem varietatis huius eſt: quia in conſanguinitate omnis attinētia cauſatur per deriuationem originis, ſiue quantum ad eos, qui ſunt principia conſanguinitatis, ſiue ad omnes ſucceſſores. In affinitate autem principiū eius cauſatur per copulationem, & non per originem: extenſio autem eius eſt per originem. Vnde in conſanguinitate pater eſt principium ſecundum Ariſtot. 8. Ethicor. ipſe tamen habet conſanguinitatem ad eos, qui ſunt immediati, ſcilicet, ad filios: & conſequenter alij deſcendentes per originem ſunt conſanguinei, ſiue directè, ſiue lateraliter. In affinitate autem principium eſt vir & vxor; iſti tamen nō cauſant affinitatem per originem, ita quòd vnus deſcendat ab alio, vel alius ab alio ſit per copulationem, quia ambo carnaliter copulantur, ſed poſtea iſta affinitas deriuatur per originem: nam omnes qui ab vxore alicuius deſcendunt, vel cum quibus ipſa ab aliquo communi deſcendit, ſunt affines viro ſuo: ideo recipiunt prædicationem formalem affinitatis. Identidem illi, qui à viro deſcendunt, vel cū quibus ipſe vir ab aliquo communi deſcendit, ſunt affines vxori, & prædicatur de eis eſſe affinem formaliter. Si aūt affinitas nō haberet principiū per copulationem, ſed per deriuationem originis, ipſe vir & vxor, qui ſunt principium affinitatis, eſſent ſibi affines.

Inceſtus quid ſit.

Et talis coitus inceſtus eſt. i. coitus alicuius ad filiam vxoris ſuæ, vel ad neptem, vel pronepté, & ſic de ceteris vſq; ad quartum gradum, eſt coitus, qui vocatur inceſtus. Eſt enim inceſtus carnalis commixtio conſanguineorum, vel affinium in gradu non conceſſo: ſic autem eſt hic ſecundum affinitatem. Dicitur autem inceſtus quaſi nō caſtus, non ꝙ in ſolo iſto coitu tollatur caſtitas, quia in omnibus aliis, qui ſunt viri ad vxorem, generaliter tollitur caſtitas; ſed in iſto coitu, qui eſt cōſanguineorum, ſpecialiter tollitur, quia eſt magis vetitus, quàm alij communes coitus. *Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies.* i. nō poterit aliquis accipere ſororem vxoris ſuæ, & hoc ſiue in vxorem, ſiue aliter viuente ſorore ſua, quæ eſt vxor eius: & dicitur, ꝙ non accipietur in pellicatum, i. vt ſit pellex ſororis. Dicitur .n. eſſe aliqua pellex, quæ eſt concubina alicuius viri habentis vxorem, & eſt pellex nomen relatiuum æquiparātiæ, ſ. vt ſi aliquis habeat vxorem, & concubinam, ꝙ earum quælibet dicatur ad alteram pellex, licet ſolum concubina dicetur, & vocabitur pellex reſpectu vxoris, nam vxor non vocatur pellex. Dicitur autem aliqua eſſe pellex ſororis, quando duæ ſorores ab eodem viro cognoſcuntur, vna tanquam vxor, alia tāquam concubina. Si autem ambæ ſint, vt concubinę, neutra propriè vocatur pellex alterius, quoniam pellex à pelliciendo, i. decipiendo, vel inducendo dicitur, & ſic illa, quæ eſt concubina alicuius pellicit, i. decipit illum virum ſeparando eum ab vxore ſua, & ad ſe trahendo. Cum autem ambæ ſint concubinæ, neutra virum pellicit; cum neutri magis, quàm alteri alligatus ſit aliquo fœdere. Hoc autem modo conquerebatur Philomena, ꝙ eſſet facta pellex ſororis ſuæ, quæ vocatur Progne, quia Thereus vir ſororis ſuæ, cognouerat eam inuitam: ſicut habetur apud Ouidium Metamor. lib. 6. cum dicitur:

Pellex quid ſit ac ſororis pellex.

Pellex ego facta ſororis.

Pellicatus quid.

Dicitur aūt pellicatus ſtatus mulieris pellicis, & ſic aliquis ſumit mulierem in pellicatum, quādo facit eam ſibi vxoris ſuæ pellicem. In Hebræo aūt dicitur. *Non accipies ſororem vxoris tuæ ad anxiandum.* i. ad cōtriſtandum, quaſi dicat, quando vnus vir acciperet duas ſorores, vnam in vxorem, & alteram in concubinam, faceret ꝙ iſtæ ſorores anxiarētur: quia ſibiipſis in alterutram multum inuiderent, & erat ponere hoc magnas diſcordias inter duas ſorores, quod Deo odibile eſt, ſicut de illo, qui ſuſcitat diſcordias inter fratres. Sicut autem non licebat alicui accipere duas ſorores aliquo modo differentes in ſtatu, ſ. vnam in vxorem, & alteram in pellicem, ita non licebat accipere eas in vxores ſimul, & hoc ſatis ſignificat littera, cū dicat: *Adhuc illa viuente.* Quaſi dicat, ꝙ qñ viuit ſoror, quæ primo accepta eſt in vxorem, non licet accipere alteram, ſed cum ipſa mortua fuerit, poteſt accipi alia ſoror.

Mani-

Manifeſtum tamen eſt, quòd poſt mortem vnius ſororis A non erat licitum aliam ſororem ducere in concubinam, immo nullam feminam licebat accipere in concubinam; ergo intelligitur de vxore, ſcilicet, ꝙ non acciperẽtur duæ ſorores in vxores ab eodem viro, quia tunc erit vna tanquam pellex alterius, vel erunt ambæ ad mutuam anxietatem, ſcilicet, ꝙ vna faciet alteram anxiari, & ecõtrario.

Quomodo licuit Iacob accipere duas ſorores in vxores. Queſt. VI.

SED cõtra hoc aliquis arguet, quia Iacob habuit duas ſorores in vxores, ſcilicet, Liam & Rachel filias Laban, vt patet Geneſ. 29. & 30. cap. Iſte tamen erat vir ſanctus, & non redarguitur de hoc, & accepit vtramque ſimul, ſcilicet, vnam ſeptem diebus poſt alteram, vt habe- B tur Geneſ. cap. 29. cum dicitur: Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi, & poſtea ſequitur. Acquieuit placito, & hebdomada tranſlata Rachel duxit in vxorem.

Ad hoc reſpõderi poteſt dupliciter, primo ꝙ Iacob nõ fecit contra iſtam legem, quoniam non erat data iſta lex quãdo Iacob accepit vxores; quod patet: quia iſti quibus dabatur hæc lex in monte Sinai, erant filij Iacob multo tempore poſt mortem Iacob, ſed lex non poteſt obligare antequam detur, ergo non peccabat Iacob, quamuis ageret contra ea, quæ nunc iſta lege prohibentur. Nec valet ſi obiicias, quòd præcepta Decalogi obligabãt antequam darentur, nam ab exordio ſæculi homines obligauerunt: nunquam tamen data ſunt, niſi in monte Sinai. Nam iſta præcepta erant de iure naturæ, & erant innata in princi- C piis rationis practicæ; ideo obligabant antequam darentur, quia natura ipſa nobis dederat; & ideo etiam ſi nunquam illa Deus promulgaſſet, homines obligaſſent. Iſtud autem præceptum, de quo hic agitur, non procedit de iure naturæ, ſed ſolum ex poſitione Diuina; ideo ſi nunquam dediſſet, nunquam obligaſſet, ſed tempore Iacob non erat datum, ergo non obligabat.

Alio modo reſponderi poteſt, quòd quanquam non eſſet iſtud præceptum tempore Iacob, tamen ipſe ſolum intendebat ducere vnam de illis ſororibus in vxorem, & ſic fecit: quoniam pro Rachel pepigit ſe ſeruiturum, vt habetur Geneſ. 29. cum dicitur: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis. Reſpondit Laban, melius eſt, vt tibi eam dem, quàm viro alteri, mane apud me; & poſtea ſequitur, quomodo completo tempore petiit Ia- D cob vxorem ſuã dicens, da mihi vxorem meam, quia iam tempus eſt completum, vt ingrediar ad eã: Liam autem ipſe ſuſcepit in vxorem. Patet: quia cum cognouiſſet eam, in aurora diei nuptiarum conqueſtus eſt dicens, quid eſt, quod facere voluiſti: nonne pro Rachel ſeruiui tibi, quare impoſuiſti mihi? Deinde autem videns Iacob, ꝙ deflorauerat Liam, & ſi non acciperet eam in vxorem, maneret deluſa, pietate motus accepit eam in vxorem, quanquam ad hoc non obligabatur, quoniam non contraxerat matrimonium cum illa, ſed Laban deceperat illum. Rachelem autem poſt iſtam etiam accepit in vxorem, quia primo contraxerat cum ea matrimonium, & cogebatur eam accipere. De his omnibus latius dictum eſt Geneſ. 29. cap. Patet ergo, quòd nullo modo fecerit Iacob contra iſtam legem. *Adhuc illa viuente*. Hoc dicitur, quia E quando vxor alicuius viuit, nõ licet ei accipere in vxorem aliam ſororem ſuam: poſtquam verò illa mortua fuerit, licet accipere: nam tunc non accipiuntur duæ ſorores ad anxiandum, quia vna poteſt alteram contriſtare, cum altera eorum mortua fuerit. Hoc autem ſecundum Iudæorum cæremonias ſeruabatur, vt poſſet vir accipere duas ſorores in vxores ſucceſſiuè, & hoc, quia Deus diſpenſabat, ſiue potius, quia dabat legem communem, vt iſta affinitas non impediret matrimonium. Nunc autem apud nos non eſt talis obſeruatio, quoniam omnis affinitas impedit matrimonium, nec eſt aliquis gradus, in quo contrahatur. Dicitur autem hic, quòd non accipiet in vxorem aliquis ſororem vxoris ſuæ, nec reuelabit turpitudinem eius, quoniam iſta videntur pertinere ad duo, ſcilicet, accipere ad fœdera matrimonialia, reuelare turpitudinem ad alios concubitus, qui ſine fœdere matrimoniali ſunt, & vtrumque erat prohibitum.

Ad mulierem quæ patitur menſtrua non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. Cum vxore proximi tui non coibis; nec ſeminis commiſtione maculaberis. De ſemine tuo non dabis vt conſecretur idolo Moloch, nec polllues nomen Dei tui. Ego Dominus. Cum maſculo non commiſceearis coitu femineo, quia abominatio eſt. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non ſuccumbet iumento, nec miſcebitur ei: quia ſcelus eſt. Nec polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ ſunt vniuerſæ gentes, quas ego eijciam ante conſpectum veſtrum, & quibus polluta eſt terra: cuius ego ſcelera viſitabo, vt euomat habitatores ſuos. Cuſtodite legitima mea atque iudicia, vt non faciatis ex omnibus abominationibus iſtis, tam indigena quam colonus qui peregrinatur apud vos. Omnes enim execrationes iſtas fecerunt accolæ terræ qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & vos ſimiliter euomat, cum paria feceritis, ſicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. Omnis anima, quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi ſui. Cuſtodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. Ego Dominus Deus veſter.

Infra cá. 20. diſt. 5. cap. ad eius. infra ver. quippe. 35. q. 8. c. hac ſalubriter. 32. q. 1. c. ꝙ autem ver. mundabãtur. 3. Reg. 18. c. Infra 20. 23 q. 5. c. Reos. §. Item qui coieris. 23 q. 5 c. Reos. §. Item qui coieris.

Ad mulierem quæ patitur menſtrua. Hic ponitur tertium principale, ſcilicet, caſus inordinatæ copulæ ad gignendum; & hoc eſt, cum aliquis coit cum aliqua muliere menſtruata, nam inde ſolent proles maculatæ, & deformes naſci.

Caſus in ordinata copula ad gignẽdum hic tractatur.

Pro quo conſiderandum eſt, ꝙ aliqua mulier dicitur pati menſtrua, quando patitur fluxum ſanguinis venien- C tem ſibi per ſingulos menſes: iſtud enim eſt, quod in omnibus mulieribus accidit, poſtquam ſunt aptæ ad concipiendum, & toto tempore quo cõcipere poſſunt. Nã ſanguis menſtrualis eſt, quem femina propinat in generatione, ſicut viri ſemen infundunt, eo autem tempore, quo femina adhuc nõ habeat ſanguinem iſtum fluentem, eſt impoſſibile, ꝙ concipiat etiam ſi cognoſcatur à viro. Cuius cauſa eſt, quia nõ eſt aliquid, de quo formetur fœtus; ideo puellæ à principio ætatis cõcipere non poſſunt, quia nondum habent iſtum ſanguinem menſtrualem. Cum vero euenit ætas, in qua ſanguinem iſtum habeant, incipiunt eſſe potentes ad concipiendum, & tunc vocantur puellæ puberes, quia ad actum matrimonialem propriè pertinent. Durat autem in eis iſte fluxus ſanguinis toto tempore, quo cõcipere poſſunt: cum autem defecerint iſta D menſtrua per ætatem aut alio impedimento emergente: iam femina eſt inepta ad concipiendum, & ſic dicebatur de Sara, quod fuiſſet in ea miraculum concipere, quia ipſa & Abraham erant ſenes, & prouectæ ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria, id eſt, ceſſauerat fluxus ſanguis menſtrualis in ea. Geneſ. 18. Ceſſat autem iſte fluxus ſanguinis in feminis ad annos quinquaginta, vel ſexaginta, vel quaſi, & tunc vltra concipere non poſſunt naturaliter.

Sanguis autem iſte fluit in qualibet femina ſemel in menſe, ideo vocatur ſanguis menſtrualis; & hoc naturale eſt, niſi per ægritudinem, vel malam corporis diſpoſitionem impediatur: & eſt hoc grauiſſimum malum in femina. Cum autem femina in hoc ſanguinis eſt fluxu, nõ debet vir ad eam accedere, quia ille ſanguis qui emittitur, eſt ad naturæ purgationem, & eſt aliquomodo infectus, & peſtifer, & ſi aliquis coeat cum femina menſtrua- E ta, id eſt, patiente ſanguinem fluentẽ, qui venit per menſem, poſſet fieri formatio fœtus ex illo ſãguine, & id quod inde formatur, & naſcitur, erit deforme, & malæ cõplexionis, atque ægritudinem patiens. Qui autem ſciens mulierem eſſe menſtruatam coiret cum ea, iſte nõ ſolum non faciebat propter bonum prolis, ſed etiam deſtruebat prolem, præponens delectationes ſuas, & carnis illecebras, bono prolis, quæ ex tali coitu maculata euenire ſolet. Si autem homo coiens attenderet bonum prolis, cum ſciat prolem naſci frequenter deformem, & imperfectam, atque languidam, potius tolerare deberet anguſtias, quæ proueniunt ex deſiderio libidinis, quàm quòd faciendo ſecundum libidinem, proles maculata oriatur. Vetuit ergo Deus, ne quiſquam accederet ad feminam, quæ menſtrua pateretur: vnde, ſi vir accedere vellet ad

Quare prohibea tur acceſſus ad mulierẽ mẽſtruatam.

vxorem ſuam,& ipſa pateretur menſtrua, tenebatur illa dicere ei ſe eſſe menſtruatam, vt non tangeret eam vir, ſi autem id ſubticeret, ipſa erat iniquitatis rea.

Eſt autem dicendum, quòd iſta lex intelligitur de viro ad vxorem ſuam, vel ad quamcumque aliam. Nam ſi vir ſciens vxorem ſuam eſſe menſtruatam, eam tangeret carnaliter, agebat contra hanc legem, & merebatur mortem ſecundum id, quod habetur infra 20.c. Intelligitur etiam de illo, qui coibat cum aliqua, quæ non eſſet vxor ſua, ſiue eſſet vxor alterius, ſiue puella virgo, ſiue quæcumque alia cognita à viro. Si autem aliquis cognoſceret vxorẽ proximi ſui tempore menſtruorum, præter hoc, quòd merebatur mortem, quia cognouerat vxorem proximi ſui, vt habetur infra vigeſimo capite, adhuc ſupra hoc merebatur mortem, quia cognouerat eam tempore mẽſtruorum, vt patet eodem capite. Si aliquis cognouiſſet puellã virginem tempore fluxus menſtruorum, præter pœnã, quam perpeti debebat, de qua habetur Deut.22.cap. debebat ẽt pati mortem, quia cognouerat eam exiſtentem mẽſtruatam, vt habetur infra vigeſimo cap. ſiue etiam cognouiſſet feminam aliter in caſu, in quo nulla deberet infligi pęna, adhuc ei irrogabatur pęna mortis, ſi cũ mẽſtruata coiuiſſet ſicut habetur infra vigeſimo cap. Ad nullam igitur feminam propriam, vel alienam licitũ erat accedere, quando eſſet in tempore fluxus menſtruorum. Si quis autem faceret contra hoc, vel contra aliquod de his, quæ ſupra dicta ſunt, occidebatur, vt patet infra vigeſimo capite.

Nec reuelabis fœditatem eius. In ſuperioribus ponebatur reuelare turpitudinem, hic ponitur reuelare fœditatem; cauſa eſt: quia fœditas aliquid magis inhoneſtum ſignificat: nam turpitudo ſignat ipſa membra genitalia ſolum, quæ reuelabantur in ſuperioribus, quando aliquis cognoſceret aliquam feminam: hic autem eſt turpitudo, & eſt fęditas: eſt enim turpitudo, quia reuelantur membra genitalia ipſius feminæ menſtruatæ, quãdo ſic cognoſcitur: reuelatur etiam fęditas, quæ eſt quædam turpitudo præter naturalem turpitudinẽ, & iſta eſt propter ſanguinem fluentem, qui adhuc maiorem horrorem monſtrat, quam ipſa genitalia membra. Iſta differentia mulieris mẽſtruatæ ab omnibus ſuperioribus in fęditate, & turpitudine habetur infra vigeſimo cap. cum dicitur: Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipſaq; aperuit fontẽ ſanguinis ſui, interficientur ambo de medio populi ſui. & ſic ponuntur ibi tãquã diuerſa reuelare turpitudinem, & aperire fontem ſanguinis. *Cum vxore proximi tui non coibis*, i. non accedes ad mulierem, quæ eſt nupta alteri viro. Ex hoc innuitur, ꝙ omnis homo eſt proximus noſter, quia acceſſus ad quamcunque feminam nuptam alteri viro eſt vetitus: ſed omnes illi viri vocantur hic proximi, ergo omnis homo proximus noſter eſt. Si autem daretur, ꝙ aliquis homo non vocatur proximus, non poteſt intelligi iſta lex de vxore illius, & tũc licitum eſſet accedere ad vxorem illius, cum lege vetitum non ſit; ſed hoc falſum eſt, cũ ad nullius hominis vxorem nobis accedere liceat; ꝓximus ergo vocatur omnis homo.

Omnis homo eſt proximus noſter.

Iniuria eſt triplex in carnali cognitione vxoris alterius. Quæſt. VII.

SCIENDVM eſt, quòd quando aliquis cognoſcit vxorem alterius, infert iniuriã, & damnum. Iniuria autem poteſt eſſe triplex ibi, vel ad minus duplex. Prima iniuria eſt ipſi Sacramẽto Matrimonij, quia vnum de tribus bonis, quæ debent eſſe in Sacramẽto, eſt fides; ſcilicet, fidelitas, ſcilicet, quòd vir nõ cognoſcat aliam feminam, nec illa femina permittat ſe cognoſci ab aliquo alio viro. Iſta autem fidelitas frangitur cum aliquis cognoſcit vxorem alterius: nam tunc Sacramentum Matrimonij perdit fidelitatem. Secunda iniuria fit viro, cuius vxor illa eſt; qñ cum vxor & vir ſint vna caro, qui reuelat turpitudinem vxoris, reuelat turpitudinem viri, ſed reuelando turpitudinem viri, irrogaret ei iniuriam: idẽ igitur erit ſi quis vxorem illius cognoſcat. Tertia iniuria poteſt eſſe ad feminam, quæ cognoſcitur, qñ per hoc ipſa infamatur: hoc autem verum eſt ſi ipſa femina inuita coitum tolerat: ſi autem voluntariè hoc faciat, non eſt ei illata iniuria, quia

F ſcienti, & conſentienti præſertim ſi mandat, nulla fraus, vel iniuria fit, quodcumque ei bonum, vel malum fiat.

Eſt autem etiam in iſto coitu adulterino damnũ: quia ſi inde proles naſcatur, cum vir illius vxoris pater illam prolem eſſe ſuam, inſtituit eam hæredem in bonis ſuis, ſicut alios filios, ſi quos habet, vel relinquet hæredem in totum: & tunc cum nihil deberetur illi filio adulterino de bonis mariti, tantum damnum infligitur viro, quantum de bonis eius recipit. Fit etiam hic damnum filiis illius viri, quoniam ſi adulterinus ille non naſceretur, ſuccederent ipſi in tota hæreditate paterna: cum autem ille natus eſt, ſuſcipit cum eis partem ſucceſſionis, & ſic tantum eis tollet, quantum ſibi ſuſcipit. Alia quoque mala poſſunt conſiderari in coitu cum vxore alterius, quia ex hoc interdum mortes ſingulares ſequuntur, in-
G terdum verò ſeditiones, ſiue bella ciuilia, aliquando autem ſequuntur bella multorum Regnorum, ſicut patet in Bello Troiano quod dũrauit decem annis, & ex hoc ſolum exortum fuit quia Paris rapuit Helenam vxorem Regis Menelai. De hoc & de omnibus aliis vulgatiſſima exempla ſunt in multis hiſtoriis atque Poetis: Valde ergo vitandus eſt iſte coitus: ſic namque homines degeneres efficiuntur, ita vt neſciatur quorum filij ſint qui ex eo coitu illicito procreantur, quod maximè dignitati humanæ repugnat & æquitati.

Nec ſeminis commixtione maculaberis, i. non ſuſcipies iſtam maculam, quæ eſt in commiſcendo ſemen tuum ſemini mulieris, quæ nõ eſt tua, vel vocatur ſeminis commixtio, facere, vt filij qui tui ſunt, miſceantur filiis alterius: hoc aũt fit, cum aliquis cognoſcit vxorem alterius, &
H inde naſcitur ſoboles: qm̃ illa computatur inter filios viri mulieris illius, & ſic ſemẽn, id eſt filius non attribuitur ei cuius eſt, ſed computatur inter filios illius cuius non eſt. In hoc autem eſt macula, quia ille, qui hoc faciebat multum peccabat. *De ſemine tuo non dabis vt conſecretur idolo Moloch.* Hic ponitur quidam caſus, qui pertinet ad ſuperiora indirectè, nam ſupra dicebatur de illicita ſeminis effuſione, vel generatione inter perſonas illegitimas: hic autem ponitur alius caſus, qui pertinet ad infandam ſeminis effuſionem, vel abuſionem filiorum: & hoc eſt per conſecrationem factam idolo Moloch. Intelligitur autem hoc dupliciter, ſecundum quòd iſtud nomen ſemen poteſt dupliciter accipi; Vno modo accipitur ſemen pro ipſo humore, qui effunditur in coitu; Alio modo accipitur ſemen pro filiis genitis ex ſemine: & iſte modus acci-
I piendi eſt communis in Sacra Scriptura, ſicut dicitur in Pſal.131. De fructu vẽtris tui ponam ſuper ſedem tuam. & alibi habetur, & tamen ibi accipitur pro filiis. Primo modo accipiendo, eſt ſenſus, quòd nullus daret de ſemine idolo Moloch, id eſt, quòd non daret de humore menſtruali ad conſecrandum ei; hoc enim turpiſſimum erat: magna enim erat turpitudo & magnũ ſcelus. Primo aũt erat turpitudo & magna quidem, quòd aliquis effunderet ſemen, taliter vt cõſecrari poſſet: hæc aũt ab aliquibus propter cauſam amatoriam fiunt. Sic namque quaſi per quædã maleficia exiſtimant ſe moturos eas quas diligũt, vel potius ipſos Dæmones, vt eis in hac parte optatũ tribuant: in quibus tanta vilitas eſt, vt nec nominari ſaltem iſta liceat; in temporibus autem antiquis, qñ idolis offerebatur, iſta maximè obſeruata fuerunt. Alij autem erant
K qui idolis ſanguinem ſuum offerebant, percutientes aliquas partes corporis ſui vſque ad ſãguinis effuſionem; ſic refert fuiſſe cõſuetum Auguſtinus in ludis Deæ Berecinthię, de hoc in 2. de Ciuitate Dei: nam ibi incidebant brachia, & aliqui abſcindebant virilia, de quibus Ouidius in libris Faſtorum. De his ẽt Seneca in Tragœdia ſeptima. Hunc modũ obſeruabant ſacerdotes Baal, cõtra quos cõtendebat Elias Propheta. De hoc habetur 2. Regũ, c.18. cum dicitur de eis: Clamabant ergo voce magna, & incidebant ſe cultris & lanceolis, iuxta ritũ ſuum, donec perfunderentur ſanguine. Sacrificium autem de ſemine ad eundem modum pertinere videbatur. Alio modo poteſt intelligi iſta littera, ſcilicet, quòd aliquis offerat de ſemine ſuo idolo Moloch. i. filios ſuos. Erat enim apud Gentiles quoddam idolum magnum factum de cupro, & formatũ ad humanam figuram, interius aũt cõcauum. In illa

Semen dupliciter accipitur.

De conſecrantibus ſemen ſuũ Dijs.

Idolum Moloch quid ſit, & quomodo venerabãtur pueri ad honorem eius.

illa vero concauitate ſuccendebatur ignis, donec idolū incandeſceret. Dicebant autem Sacerdotes Gentilium illis, qui habebant filios, quòd nullum maius ſacrificium erat illis Diis, quàm offerre filios, & oblati in cælū portabantur. Gentilis autem fatuitas à Sacerdotibus decepta, hoc credebat, tribuens eis filios offerendos: ipſi vero ponebant eos in manibus idoli ardētis, & comburebantur: vt autem voces puerorum morientium non audirentur, Sacerdotes cum tympanis, & aliis muſicis inſtrumētis magnos ſonos reddebant, ſignificātes hoc modo puerum in cælum eſſe portatum, cum poſtea nunquam compareret, cum eum Sacerdotes combuſſiſſent. Iſte autem modus offerendi fuit apud Gentiles. Iudæi quoque acceperunt hunc modum immolandi à Gentilibus, addiſcentes ritum eorum in terra Chanaan. De hoc habetur Pſalm. 105. cum dicitur: Et commixti ſunt Gen- B tibus, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt eis in ſcandalum: & immolauerunt filios ſuos & filias ſuas Dæmonibus, & effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, quos immolauerunt ſculptilibus Chanaan. Iſta autem immolatio erat prohibita ſub pœna mortis; qui enim ſic offerebat lapidabatur, vt patet infra 20. cap. *Idolo Moloch.* Eſt nomen idoli Moloch: multi enim Dij erant apud Gentiles, & diuerſimodè nominabantur, de quibus erat vnus qui dicebatur Moloch. Nec tamen eſt intelligendum, quòd Deus conceſſerit immolari aliis idolis, & vetuerit ſolum Moloch hæc fieri, quoniam æqualiter omnibus idolis vetuit ſacrificari. Sed dictum eſt ſpecialiter de idolo Moloch, quia huic Deo apud Gentiles offerebantur pueri viuen- C tes, & non aliis Diis. Fuit quoque apud Gentiles Diana Etharica, cui immolabatur homo viuens, quicunque de alienigenis aduenisset quod erat terribile ſacrificium, quod quidem abolitum fuit per Oreſtem filium Agamemnonis, qui expoſuit ſe morti, aliundè veniens, vt raperet illam Deam, ſicq; factum eſt, vt poſtea talia ſacra ceſſauerint. De his Paulus Oroſius libro 2. de Ormeſta mundi, & Ouidius in libris de Ponto.

Nec pollues nomen Dei tui. i. non facies eſſe pollutum nomen Dei tui, offerendo talia ſacrificia aliis Diis; dicitur enim per hoc eſſe pollutum nomen Dei, quoniam, qui ſic offert, attribuit Deitatem aliis præter quàm Deo vero, & hoc eſt polluere nomen Domini, id eſt, infamare, vel dehonorare Deum, quia cum ipſe ſolus Deus ſit, aliis tribuitur honor Diuinus qui ei ſoli tribuendus erat. Alio D modo dicitur nomen Dei pollui per hoc, quia qui talia offert, agit, vt aliquid cōſequatur per iſta ſacrificia, quod ſi poſſet aliter conſequi, non faceret illa. Deus autem Hebræorum non petebat iſta ſacrificia; qui igitur hæc faciebat, ſignabat Deum Hebræorum non poſſe tribuere hæc, quæ tribuebat Deus, cui offerebantur infantes. *Ego Dominus*, id eſt, ego qui mando hæc, ſum Dominus, & poſſum mandare illa, ideo cogimini ad faciendum.

Cum maſculo non commiſceberis coitu femineo. Hic interdicit incidentaliter quendam alium coitum fœdiſſimum. ſ. coitum Sodomiticum, quia eſt cum maſculo: hic enim inter ceteros abominabilis eſt Deo, vnde ſequitur in littera, quòd abominatio eſt. Vocatur autem iſte coitus contra naturam, quoniam omnes alij coitus, qui ſunt ad feminam, etiam ſi ſint valde illiciti ſicut coitus ad ſo- E rorem, vel ad matrem, non ſunt penitus contra naturam, quia natura inuenit coitum ad generationem: cum matre autem vel ſorore, quamquam coitus execrabilis ſit, tamen ex eo generatio ſequi poteſt, quam intendit natura: non igitur eſt totaliter iſte coitus contra naturam. Ille autem coitus, qui eſt maſculi ad maſculum, dicitur eſſe contra naturam, quoniam cum natura ordinauerit coitum ad generationem, & in coitu maſculorum impoſſibile ſit ſequi generationem, erit neceſſariò coitus iſte contra naturæ intentionem. Nec tamen accipiendum eſt ſimpliciter, quòd iſte coitus ſit totaliter contra naturam, ſed dicitur eſſe contra naturam, id eſt, contra naturalem inclinationem communem, vel contra naturam ordinatam, non eſt tamen totaliter contra naturam, quia eſt ab inclinatione naturali deordinata. Nam cū natura intendat ſeipſam conſeruare, qđ fit per generationē, & iſta fit in maſculo, & femina, naturaliter viri, & feminæ ardent in alterutrum; ſi autem aliquando contingat, vt viri in viros ardeant, hoc quidem contra naturam factum eſſe dicetur, quia non eſt naturale deſiderium ad gignendum, quod natura in hoc actu inſtituit, eſt tamen aliquo modo ſecundum naturam iſta inclinatio, id eſt, ſecundum naturam eius, qui ſic inclinatur: eſt tamen natura iſta peruerſa: vnde qui ad talia inclinantur, beſtiales dicuntur ſecundum Ariſtotelem Ethicorum lib. 7.

Inepta Sodomiticorum inclinatio triplici de cauſa fit. Quæſt. VIII.

PROVENIT autem iſta inepta, atque deordinatiſſima inclinatio ex vna trium cauſarum. Interdum enim accidit propter ægritudines, vt aliqui, qui bonæ complexionis fuerant, valde permutati ex ægritudine incipiant habere alia deſideria, & inclinationes cauſatas ex tranſmutatione ægritudinis: ſic enim accidit in mulieribus prægnantibus, vt interdum deſiderent comedere ea, quæ nullus homo deſiderat, nec ipſæ deſiderarent ſi fecūdæ nō eſſent, vt comedere carnes crudas, vel carbones.

Interdum autem euenit iſta beſtialitas ex naturæ deprauatæ inclinatione, quoniam natura loci generationis facit, vt ibi geniti tales contrahant inclinationes, quod manifeſtè apparet, quoniam quarundam terrarum homines ad hoc vehementiſſimè inclinātur, quod quaſi vniuerſaliter videmus. Aliæ autem terræ ſunt, in quibus nihil horum omninò, aut rariſſimum eſt; hoc autem innuit Ariſtoteles dicens: maximè eſſe beſtiales apud Pontum, id eſt, quòd terra illa magis eſt ad gignendum homines beſtialis inclinationis, quàm aliæ terræ, vt patet Ethicorum libro ſeptimo.

Tertio modo accidit iſta beſtialitas, ſine ſuperabundans malitia, ex aſſuetudine facta à tenera ætate, quoniā cum conſuetudo ſit altera natura, iuxta Ariſtot. Ethicor. lib. 7. qui his turpitudinibus à puero aſſuefactus eſt, habebit earū inclinationes quaſi innatas. Hoc videtur fuiſſe in viris Sodomorum, qui quamquam ex natura loci, & deliciis, nimioq; etiam otio, ad hæc omnia mala inclinarētur, vt tangit Ezechiel 16. capite, tamen potiſſima cauſa huius multiplicati mali fuit, quia homines huic vitio dediti ex pueritia erant, & ſic tranſibat eis quaſi in naturæ legem. Sic patet Geneſis 19. cap. cum dicitur. Prius autem quàm irent cubitum, viri Ciuitatis vallauerunt domum à puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul: in quo videtur ipſos pueros à primordio ętatis ſuę ad infanda patranda aſſueuiſſe: vnde poſtea iſta quaſi naturaliter deſiderabant. *Cum maſculo non commiſceberis coitu femineo.* Hic nihil videtur prohibitum, niſi Sodomiticus coitus, ſed ad hoc fortaſſis non oportebat poni coitu femineo, quoniam maſculus non poteſt commiſceri maſculo, niſi coitu femineo in opere carnali, ſed ſi fortè aliquę alię commixtiones illicitæ maſculorum ſunt, præter eam quę Sodomitica eſt, inſiſtere nō oportet, quoniam in his prauitas humana terminum nullum habet; quicunque tamen modus detur, ſi duorū virorum eſt, neceſſarium eſt vnum altero abuti tanquam femina, quamquam abuſionis huius plures reperiantur modi. Vnus autem eſt, qui non pertinet ad concubitum, & vocatur mollicies: ſed quia iſta non eſt maſculi ad maſculum, ſed aliter in ſeipſo, non poteſt ad ſuperiora reduci: omnia autem iſta, quia mala ſunt, à Deo prohibita ſunt. *Mollicies quid.* Expreſsè tamen de actu Sodomitico hic vetitum eſt, quoniam iſte in terris Chananæorum magis abundabat, ſicut patet infra, immo ipſi Chananęi ſunt, qui primo Sodomitæ appellati ſunt, quia in terra illa eſt regio Sodomorū, ſicut ſupra declaratum eſt. *Quia abominatio eſt.* id eſt, nō miſcebitur maſculus maſculo, quia hoc abominatio eſt: nam ceteri coitus, qui ad feminas ſunt, quamquam interdum turpes valdè atque infamatiui ſint, tamen abominabiles, aut abominatio nō dicuntur: quoniam eos ſic natura humana non horret; hunc autem qui Sodomiticus dicitur, tota humana conditio ordinata tanquam monſtrum quoddam abhorret patrare, atque faſtidit, quod propriè abominari eſt.

Cum

Cum omni pecore non coibis. id eſt, cum nullo pecore,
quoniam non eſt ſenſus, quòd aliquis non debet coire cũ
omni pecore, & tamen liceret ſibi coitus cum aliquo pe-
core, quoniam omnis talis coitus interdictus eſt. Poteſt
namque iſte rectè dici contra naturam, id eſt, contra ſpe-
ciem, quia natura fecit ſimile ad ſimile: ea autem quæ in
duabus ſpeciebus ſunt, ad gignendum nũquam vniuntur
niſi in quibuſdam, quæ magnam propinquitatem ſpeciei
habent: in his enim poteſt ex tali cõcubitu aliquid ęqui-
uocũ gigni, ſicut patet in aſinis, & equis: homini autem
ad pecora contra naturam coitus eſt: quia in his genera-
tio nõ ſequitur, cum multum diſtẽt ſecundum perfectio-
nem ſpeciei, & ſi interdum aliquid gignatur, illud eſt
monſtruoſum valde, & toti naturæ horrendum: potiſſi-
mè cum natura homines ad meliores inclinauerit fœtus.
Nec maculaberis cum eo. id eſt, non coeas cum illo, quia
ex tali coitu macula ſequitur, cum valde turpis ſit. *Mu-
lier non ſuccumbet iumento*. Eadem lex eſt feminæ quæ vi-
ri, vt ſicut non licet viro agere per coitũ in pecora, ita non
licet mulieri pati coitum ab eiſdem. Vocantur autem hic
iumenta vniuerſaliter omnia bruta, in quibus aliquis coi-
tus eſſe poteſt, ſiue virilis, ſiue femineus: & adhuc eſt tur-
pius quaſi incomparabiliter feminam cognoſci à brutis,
quàm virũ cognoſcere illa, maiora quoque damna, atque
pericula inde proueniunt, de quibus ſubticuiſſe melius
eſt. *Nec miſcebitur ei*. id eſt, nullo modo ſuſcipiet femina
animalia bruta, vt cum eis miſceatur in actu carnali. *Quia
ſcelus eſt*. id eſt, valdè magnum peccatũm eſt, & dedecus
totius naturæ humanæ, vt mulier cognoſcatur à brutis;
ſcelus autem magnum vitium ſignat, quod eſt horrẽdum
valde. *Ne polluamini in omnibus his*. Hic ponitur conclu-
ſio contra tranſgreſſores horum præceptorum: & primo
admonentur in vniuerſali, vt talia vitia deuitent, deinde
ſubinfertur pœna. *Ne polluamini in omnibus his*. id eſt, in
nullo iſtorum, quoniam quodcumque horum fieri turpe
valdè erat, atque morte dignum, & infligebatur mors ta-
lia agentibus, vt patet infra 20. cap. *In quibus contamina-
tæ ſunt vniuerſæ gentes, quas ego eijciam*. Hic dicitur de Cha-
nanæis, ſ. de omnibus illis ſeptem populis, quòd dediti eſ-
ſent omnibus turpitudinibus. Et quamquam in omni ge-
nere vitiorum abundarent, magis tamen abundabant in
vitio carnis, & hoc ſiue ad cõſanguineas, ſiue affines, nul-
la naturæ reuerentia obſeruata; ad ceteras quoque turpi-
tudines tam maſculorum quàm pecorum promptiſſimi
erant; & has actu nefario perpetrabant & efficiebant.
Iudęi autem, qui intraturi erant terram harum gentium,
cum potuiſsẽt erudiri in moribus peruerſis earum, vetuit
Deus iſta omnino fieri. *Quas ego eijciam ante conſpectum
veſtrum*. id eſt, ego eiiciam iſtas gentes vobis videntibus,
vel ante conſpectum veſtrum, id eſt, quòd vobis intranti-
bus ipſæ fugient, atque terga vertent non potentes ferre
facies veſtras. *Et quibus polluta eſt terra*. id eſt, vitia iſto-
rum Chananæorum tam horrenda erant, vt non ſolũ ipſi
polluerentur, ſed etiam terra habitationis eorum; ita, vt
ipſa pro his ad Dominum clamatura videretur, ſicut di-
citur de occiſione Abel, de qua dicit Deus ad Cain: San-
guis fratris tui clamat ad me de terra. Dicitur autem ter-
ra pollui per peccata, cum ipſa ſcelera magna ſunt, ita, ꝙ
terra illa iam ferre non poſſit; ſic patet de occiſione inno-
centis, per quam terra pollui dicitur, vt habetur Numeri
35. cap. & Deuteron. 19. cap. *Cuius ego ſcelera viſitabo*. id
eſt, ego puniam peccata illius, non quidẽ quod terra iſta
aliqua peccata habeat, ſed habitatores eius; dicitur tamẽ
terra viſitari, quando ipſi habitatores viſitãtur; ſic autem
factum eſt, vt infra patet. Accipitur autem hic viſitatio
pro punitione; ſic patet Pſal. 88. Si autem dereliquerint
filij eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulaue-
rint: ſi iuſtitias meas profanauerint: & mandata mea nõ
cuſtodierint: viſitabo in virga iniquitates eorum: & in
verberibus peccata eorum. Viſitare igitur punire eſt. Di-
cit autem Deus ſe viſitaturum ſcelera Chananæorũ, quia
nondum viſitabat puniens eos quãdo erant Iudæi in de-
ſerto, ſed tunc incępit viſitare, cum Iudæi acceſſerunt ad
terram promiſſionis. Cauſa autem huius erat: quia non-
dũ conſummata fuerant omnia mala, propter quæ Cha-
nanæi occidi, & expelli de terra debebant; ſic habetur

Cõcluſio contra trãſgreſſores horũ præceptorum.

Terram pollui per peccata quid ſit.

F Geneſ. 15. cap. cum dicebat Dominus ad Abraham: nec
dum enim completæ ſunt iniquitates Amorræorũ, vſque
ad præſens tempus. Vocantur autem ibi Amorræi om-
nes ſeptem populi Chananæorum. *Cuſtodite legitima mea
atque iudicia*. Supra vetebantur mala, hic iubentur bona,
ſcilicet, quod Iſraelitæ cuſtodiant legem Dei; & ponun-
tur hic duo, ſcilicet, legitima, & iudicia: dicuntur autem
legitima, id eſt, leges, vel cæremonialia præcepta: vocan-
tur autem iudicia præcepta iudicialia, quæ in alterutrum
ordinantur: nam cæremonialia ad Deum pertinent. Et
in his duobus ponitur ſufficienter totius populi Iſraeliti-
ci directio. De moralibus autem præceptis, qualia ſunt
præcepta Decalogi, nihil hic dicitur, quod poteſt fieri ex
duobus; Primò, quia Deus ſolũ loquitur hic de illis præ-
ceptis, per quæ ſpecialiter dirigitur Iſraelitici populi ſta-
G tus: huiuſmodi autem eſt in præceptis iudicialibus, atque
cæremonialibus: nam præcepta moralia ad omnes na-
tiones pertinent, cum ſint ſecundum naturam. Alio mo-
do reſponderi poteſt, quòd in his duobus, quæ hic ponun
tur, exprimuntur ſufficienter præcepta Decalogi: nã om-
nia pręcepta, aut ordinantur in Deum, aut in proximum,
præter hæc enim nihil vlterius eſt in præceptis Decalogi,
aut quibuſcumque aliis. Hic tamen præcepta iudicialia
intelliguntur omnia, quæ in proximum ordinantur; per
legitima autem intelliguntur ea, quę ordinantur in Deũ;
ſufficienter igitur in his omnia præcepta quæcũque ſunt,
exprimuntur. *Et non faciatis ex omnibus abominationibus
iſtis*. id eſt, nihil faciatis de his quæ ſupra poſita ſunt, quæ
vocantur abominationes, quamquam ſpecialius quædam
illorum hoc nomen habeãt, ſicut peccatum in coitu ma-
H ſculorum, & pecorum. *Tam indigena quàm colonus*. id eſt,
ad legem obſeruandam tenebitur indigena, & colonus.
Dicitur indigena ille, qui eſt naturalis de aliqua terra re-
ſpectu terræ illius, colonus autem à colendo dicitur: &
quia colere multipliciter ſumitur, colonus etiam poteſt
accipi multipliciter; vno modo dicitur colere, id eſt, la-
borare, & pertinet ad agros; & hoc modo vocantur co-
loni illi, qui agros colunt; & ſic volunt aliqui, quòd acci-
piatur hic, ſcilicet, quòd tam ille, qui erat Iudæus, quàm
illi de Gentilibus, qui veniebant cum eo ad colendũ, ſiue
laborandũ in agris, deberent obſeruare hanc legem; ſed
hoc nõ conuenit: quia aut iſte colonus de Gentilibus erat
conuerſus ad Iudaiſmum, aut non: ſi enim fuiſſet conuer-
ſus, tenebatur ad omnes cæremonias, & præcepta legis,
ad quæ tenebantur alij Iudæi ex genere; ſi autem nõ fuiſ-
I ſent conuerſi ad Iudaiſmum, tenebatur ad nihil eorum,
ad quæ tenebantur Iudæi, immo non permittebatur ei,
quod faceret ea, quæ Iudæi faciebant, quia non poterat
celebrare Phaſe, vt habetur Exodi 12. cap. Si tamen acci-
peretur colonus pro quocumque agricola, neceſſarium
eſſet, vt ipſi Gentiles non conuerſi ad Iudaiſmum habi-
tantes tamen in terra promiſſionis, tenerentur ad has le-
ges, quod falſum eſt.

Alio modo accipitur colonus à colendo, quod eſt ho-
norare; & ſic dicuntur eſſe coloni illi, qui Deum amant,
vel colunt: & colonia vocatur ille cultus, vel cæremonia-
lis obſeruatio, quam Deo exhibent huiuſmodi obſerua-
tores: de hoc habetur Exodi 12. cap. cum dicitur: Si quis
peregrinorum in veſtrã voluerit tranſire coloniam, id eſt,
voluerit tranſire ad ritum colendi Deum, quem vos obſer
K uatis: & iſto modo colonus dicitur ille, qui cõuertitur ex
aliqua ſecta ad alterã, vt ibi colat Deum: ſic accipitur in
eodem cap. eadem lex erit indigenæ, & colono, id eſt, ei,
qui naturalis eſt, & ei qui conuerſus eſt ad coloniam ve-
ſtram. Hoc modo propriè accipitur hic, quòd tam indi-
gena, id eſt, qui natus fuerat in Iudaiſmo, & de genere
Iacob, quàm colonus, id eſt, qui conuerſus fuerat de Gen-
tilibus ad colendum Deum, obſeruabit iſtas leges.

Alio modo poteſt accipi colonus pro eo, qui de vno lo-
co tranſit ad alterũ, vt ibi habitet: nam colere etiam ha-
bitare eſt. Et hoc modo Romani dicebantur facere quaſ-
dam Ciuitates colonias, quando eas bello capiẽtes, tranſ-
ferebant habitatores earum ad alia loca, & alios ad ha-
bitandum in iſtas Ciuitates ponebant. De colonis autem,
& prouincialibus, & tributariis Ciuitatibus Romanorũ
Exodi 12. cap. dictum eſt. Sic etiam apud Iudæos, ſi ali-
quis

Legitima ac iudicia 3d.

Colonus & indigena multipliciter dicitur.

Colonia quid erat apud Romanos.

quis de Gẽtilibus veniret in terram Iudæorum, vt ibi habitaret, colonus eſſe dicebatur, & huic etiã iubetur huius legis obſeruatio: non eſt autem intelligendum hoc ſimpliciter, ſed ſolum quando Gentiles habitantes inter Iudæos volebant tranſire in eorum coloniam, id eſt, in cæremonias cultus eorũ, alioquin non obligabantur ad aliquam cæremoniam legis, vt patet Exodi 12. cap. de illis peregrinis, qui ad circumciſionẽ accedere nolebant, quoniã non permittebatur eis comedere de Phaſe, nec facere alias cæremonias legis. *Qui peregrinatur apud vos*. id eſt, qui viuit inter vos peregrè, ſcilicet, non quaſi naturalis. Erat autem iſta peregrinatio quantum ad duo, ſcilicet, quantum ad terram, & quãtum ad cultum viuendi: nam iſti Gentiles veniebant de terra ſua ad habitandũ in terra Iudæorum, trãſibant quoque de ritibus ſuis colendi Deũ ad ritus colendi Iudæorum; in nullo ergo volebat eis manere, quod innatum erat, ſed quantum ad vtrumque peregrinabantur. *Omnes enim execrationes iſtas*. Hic admonet timore pœnæ, ne Iudæi faciant iſta mala, quæ ſupra dicta ſunt, quia Chananæi illa fecerunt, & de terris ſuis expulſi ſunt; ita etiam in Iudæis eueniret ſi idẽ facerent: vocantur autem execrationes, ea quæ hic dicta ſunt, quoniam horribilia ſunt plurima illorum. *Fecerunt accolæ terræ*. id eſt, habitatores terræ huius Chanaan, fecerunt omnia hæc turpia, quæ ſupra enarrata ſunt; vocantur autem accolæ habitatores terræ; & dicũtur ab accolendo, id eſt, habitando, & ſic ſignificat idem aliquo modo, quòd colonus, quamquam accola dicatur eſſe, qui habitat in aliqua terra, in qua ortus eſt, colonus verò eſt, qui ad habitãdum ad aliquam terram extra locum ſuæ originis tendit. *Qui fuerit ante vos*. id eſt, habitatores terræ, qui fuerunt in terra Chanaan antequam vos eſſetis ibi; & loquitur hic Deus de hoc tãquam de re præterita, cum tamen adhuc eſſet futura, quia nondum fuerant Chananæi expulſi de terra ſua, nec Iſraelitæ fuerant introducti in illã, ſed poſtea hæc omnia completa ſunt; qui tamen Chananæi præceſſerunt Iudæos habitãdo in terra promiſſionis, dicitur de eis per modum præteriti, quod iam fuiſſent in terra illa. *Et polluerunt eam*. Hoc fuit per enormitatem vitiorum ſuorum, in quibus terra polli dicitur, & aliquando clamare, ſicut dictum fuit ſupra. *Cauete ergo ne & vos ſimiliter euomat*. Dicit terram euomuiſſe Chananæos, eo ꝙ non tenuit eos in ſe, ſed Domino faciente excluſi ſunt: de Iudæis autem ſimiliter futurum erat, ſi ſimilia facerent ſicut Gẽtiles fecerant: ſic enim factum eſt, quoniam terra illa euomuit eos, cum propter facinora eorũ vndecim tribus, vel decem (vt alio modo computatur) portatę ſunt in terram Medorum nunquam reuerſuræ in terram ſuam, vt habetur lib. 4. Reg. 17. cap. ſic quoque de tribu Iuda, & Beniamin factum eſt; nam euomuit eos terra, & captiui ducti fuerunt in Babylonem, vbi ſeptuaginta anni detenti fuere, vt habetur 2. Paralipom. vltimo cap. Iterum autem euomuit eos terra illa, cum à Romanis ſuperati occiſi, & venditi ſunt per omnes ferè gentium nationes, nunquam reuerſuri in terram ſuam. *Cum paria feceritis*. Si enim Iudæi ſimilia facerent, vt Gentiles, ſimilem paterentur pœnam, immò maiorem: quia magis obligati erãt Deo propter ſpecialia beneficia, & quia ab eo legem ſuſceperant, quod nulli aliæ genti factum fuerat; ſic habetur Pſal. 147. cum dicitur: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. *Sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos*. ſcilicet, gentem Chananæorum, quæ prius habitauit in terra illa, quàm Iudæi: loquitur autem hic Deus de præterito, & tamen quãdo ipſe iſta loquebatur, nondum terra Chanaan in ea habitantes euomuerat, cum poſtea factũ ſit, ſed Deus refert iſta ad tempus, quo Iudæi in terra Chanaan eſſent, cũ deberent iſtas obſeruare leges. *Omnis anima, quæ fecerit de abominationibus his quippiam*. id eſt, quicunque homo fecerit aliquid de ſuperioribus ſceleribus: quoniam omnia ſupra enarratã abominationes, vel ſcelera dici poſſunt, quamquam de quibuſdam hoc magis proprie dicitur, quàm de aliis, ſicut ſupra declaratũ eſt. *Peribit de medio populi ſui*. Iſtud poteſt accipi hic tãquam præceptum, & tanquam admonitio: eſt autem præceptum, quia Deus iubet, quòd omnis qui fecerit hæc, quæ habentur hic, occidatur à Iudici-

Ad duo eſt peregrinatio.

Quot vices terra Chanaã euomuit Iudæos.

A bus populi, ſicut patet infra 20. cap. Poſſunt autem interdum eſſe quædam denunciationes futurorum, ſ. cum iſta peccata non eſſent cognita apud Iudices punire potentes, vel ipſi punire negligerent, Deus inferebat pœnam, vt patet infra 20. cap. cum dicitur, quòd ſi negligens populus terræ, & quaſi paruipendens imperium meum dimiſerit hominem, qui dedit de ſemine ſuo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponam faciem meã ſuper hominem illum, & cognationem eius, ſuccidamq. ipſum de medio populi ſui. *Cuſtodite mandata mea*. Repetitio eſt ſuperiorum: nam ſæpè hoc mandatũ eſt, fit tamen ad magis imprimendum, potiſſimè cum multum homines inclinẽtur ad faciendum ea, quæ hic vetantur, ideo debent multoties admoneri. Hic autem accipiuntur mandata Dei vniuerſaliter, non diſtinguendo in legitima, & iudicia, ſed B omnia genera præceptorum tam moralium, quam cæremonialium, quam iudicialium intelliguntur hic. *Nolite facere quæ fecerunt hi, qui fuerunt ante vos*. ſcilicet, Chananæi, qui primò habitauerũt in terra iſta: nam ipſi omnes abominationes fecerunt, quæ enarratæ ſunt, vt patet ſupra. *Et ne polluamini in eis*. id eſt, non faciatis iſta peccata, vt per hoc ſequatur in vobis macula. Dicitur enim præcipuè in his peccatis homo maculari, quia iſta ſunt peccata ſecundum carnem, & in hoc propriè homo maculatur: ſic enim ait Apoſt. 1. ad Corinth. 6. cap. Omne peccatum, quod homo fecerit extra ipſum eſt, qui vero fornicatur, in carnem ſuam peccat, id eſt, carnem ſuam polluit, quam non contingit polluι in aliis peccatis. *Ego Dominus Deus veſter*. id eſt, debetis iſta facere, quia ego qui hæc iubeo, ſum Dominus Deus veſter, ideo habeo auctoritatem C tem mandandi.

De quadam moralitate duodecim graduum eorum, qui reuelant peccata proximorum, quod duodecim modis contingit. Sicut & reuelatio turpitudinis carnalis. Quaſt. IX.

CIRCA ea quę dicta ſunt (quamquam præter morem noſtrum ſit metaphoris inſiſtere) breuem moralitatem adiungemus. Dictum enim fuit in hoc capite, de nõ reuelanda turpitudine, & fuerũt hic expreſſi duodecim modi. Per reuelationem turpitudinis ſignificatur detectio criminis, in quo eſt vera turpitudo noſtra, & nos propriè turpes efficimur, & ſicut duodecim modis contingit turpitudinem reuelari, vt in littera patet, ita duodecim modis aliorum inhoneſta vitia reuelamus. Primus D modus eſt in detractoribus: dicuntur autem detractores qui aliorum famam non quidem corrumpunt, ſed minuunt, vt cum de aliquo apud multos bona opinio eſt, ſi aliquis non negans iſtam opinionem, dicat verum eſſe, ꝙ dicitur, ſed non tanta eſſe quãta referuntur, eſt detractor, id eſt, diminutor, quia partem bonæ famæ tollit, & dicitur detractor à detrahendo, id eſt, tollendo, vel ſeparando, ſcilicet, auferendo partem de aliqua re.

In ſecũdo gradu deteſtationis criminis eſt maleuolus, qui tacendo innuit, vt peius ſuſpicemur, veluti ſi quis opinionem bonam, quæ de aliquo habetur, ſciat aut credat eſſe veram, & cum interrogetur de illa, nihil aut bonum, aut malum exprimat, dicens, ſe de hoc nihil velle dicere, per hãc taciturnitatem de illo, de quo quæritur, ſiniſtrum quid ſuſpicari, aut præſumi facit. Idem eſt ſi iſte ſciat al-E terum mala feciſſe, & per hunc modum ſubiicendi cautelosè alium detegere velit.

In tertio gradu reuelationis criminis eſt reprehenſor, qui factum mordaciter reprehẽdit, atque nimis exaggerat ſermonibus paſſionalibus, atque rhetoricis, vt crimen grauius credatur quàm ſit, & iſte modus ad rhetoricam perſuaſionem pertinet, de quo Tullius in primo libro nouæ Rhetoricæ.

In quarto gradu horum ſuſurro ponitur, qui malum alterius alteri in aurem profert, vt ſic veritatem expreſſiſſe, atque ex charitate moueri credatur, vnde per hoc maiorem habet nocendi promptitudinem.

In quinto loco ponitur bilinguis, qui ſic varia profert, quaſi duas linguas haberet. Iſte enim aliter de abſente aliter de præſente loquitur, & aliud vni, alterum verò alij narrat, vnde per hoc plura veris dicere eum neceſſe eſt.

In ſex-

In ſexto gradu ponitur adulator, qui aliquando vitia detegit,& commendat,vt magis eis placeat quorum laudauerit vitia. F

In ſeptimo gradu ponitur æmulator, qui coram malo alterius bonum ſuum oſtêrat,vt ſic alius vilior habeatur: nam cum bona, & mala mutua opponuntur fronte, neceſſarium eſt bona meliora,& mala peiora videri, vnde modus iſte ad vituperandum cautus valde eſt.

In octauo gradu ponitur qui de aliquibus mala inter alios ſeminat,vt ſic ſaltem famam adipiſcatur: nam cum aliorum vitia dehoneſtauerit, innuit ſe bonorum zelatorem,atque malorum inſectatorem eſſe, quæ perfectè bonum efficiunt.

In nono gradu maledictus ponitur,qui aliorum maledicta publicè narrat, vt ex his ſcandalum generetur: ſic enim vitia multum exaggerantur, cum ex vno interdum plurima conſequantur vitia, & vitiorum cauſæ. G

In decimo gradu ponitur ſimulator, qui aliorum mala exaggerat,vt ſolus bonus videatur, horum narratu intrinſecè ſe collaudans: nam cum iſta mordaciter increpauerit,innuit ſe horum nihil facere,ſed vehementer habere exoſa.

In vndecimo loco diffamator ponitur,qui ex apparentibus malis bona dicta, & facta obnubilat, vt innocens condemnetur: ſic enim arguitur ex his quæ apparent, vt rerum veritas deſtruatur.

In duodecimo gradu ponitur mendax detractor, qui falſa de aliis profert,vt in hoc delectetur. Hoc enim valde malum eſt cũ ex habitu profecto fiat, ſiue aliquo paſſionis inſtinctu, quoniam ſignum eſt naturæ deprauatæ, & conuerſæ iam in vitia,apparet autẽ manifeſtè aliquem mendacem eſſe, cum delectabiliter eum mentiri de aliorum factis videamus: nam ſignum generati habitus eſt, delectationem fieri in opere, ſecundum Ariſtot.Ethicor. lib.2.Si autem aliquis odio,aut alia quacumque paſſione permotus,de alio falſa vitia referat, quamquam mentiatur,mendax tamen non eſt, quoniam non agit hoc ex habitu,ſed ſecundum quandam impellentem paſſionem. Si autem aliquis in mentiendo delectetur, aliorum tamen vitia nulla referat, mendax quidem erit, ſed ad detectores criminum nullatenus pertinet. H

CAP. XIX.

Sup. 11. 21. diſt. c. tenere. 81. diſt. c. cocrite. 82. diſt. c. poſuiſti. & c. plurimos. 1. Pet. 1. 23. q. 4. c. vindicta. in fin. ibi .n. ex infra 23. De pietate in pauperes. Matt. 5. 22. q. 4. c. actione. ibi iuramentum. & c. neceſſe. et q. 1. c. habemus. Inf. c. 27. et Zach. 8. Deut. 24. De pœn. diſt. 4. c. ſi ex bene ibi acceptio perſonarum.

LOCVTVS *eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad omnem cœtum filiorum Iſrael, & dices ad eos: Sancti eſtote,quia ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter. Vnuſquiſque patrem ſuum; & matrem ſuam timeat. Sabbata mea cuſtodite. Ego Dominus Deus veſter. Nolite conuerti ad idola,nec Deos conflatiles faciatis vobis. Ego Dominus Deus veſter. Si immolaueritis hoſtiam pacificorum Domino,vt ſit placabilis, eo die quo fuerit immolata comedetis eam, & die altero: quidquid autem reſiduũ fuerit in diem tertium, igne comburetis. Si quis poſt biduum comederit ex ea profanus erit, & impietatis reus: portabitq. iniquitatem ſuam, quia ſanctum Domini polluit, & peribit anima illa de populo ſuo. Cumq; meſſueris ſegetes terræ tuæ, non tondebis vſque ad ſolum ſuperficiem terræ: nec remanentes ſpicas colliges. Neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes. Ego Dominus Deus veſter. Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum. Non periurabis in nomine meo,nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. Non facies calumniam proximo tuo; nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui,apud te vſque mane. Non maledices ſurdo,nec coram cæco pones offendiculum; ſed timebis Dominum Deum tuum,quia ego ſum Dominus. Non facies quod iniquum eſt,nec iniuſtè iudicabis. Non cõſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuſtè iudica proximo tuo. Non eris criminator,nec ſuſurro in populo. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Ego Dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo,ſed publicè argue eum,ne habeas ſuper illo peccatum. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum ſicut teipſum. Ego Dominus. Leges meas cuſtodite.* I K

F *Locutus eſt.* In ſuperioribus ordinata fuit potentia concupiſcibilis ad actum delectationis, reſtringendo conditiones,& perſonas legitimas: hic conſequenter principaliter ordinat vim rationalem quantum ad quaſdam cæremonias. Quamquam ſi magis comprehendere volumus totius capituli ſententiam,dicendum eſt,quòd in ſuperioribus ponebantur præcepta ordinatiua vitæ humanæ, inquantum eſt principium generationis: hic autem ſubduntur præcepta regulatiua hominis, inquantum ipſe eſt principium ſuæ operationis. Et diuiditur in quattuor partes: quoniam Primò ordinatur affectus rationalis.Secundò motus vegetabilis. Tertiò actus ſenſualis. Quartò conuictus, vel communicatio ciuilis. Secunda ibi: *Iumenta tua*. Tertia ibi: *Non augurabimini*. Quarta ibi: *Coram capite cano*.

G

Quomodo in nobis ſint quædam deſideria ſecundum vires rationales, & quomodo cognoſcemus quòd ſint a viribus rationalibus. Quæſt. 1.

CIRCA primum conſiderandum eſt, quòd in nobis affectus rationalis dicitur eſſe, non quidem volũtas regulata ratione,ſed quodcumque deſiderium, quo mouemur in aliquid, in quod ferri non poſſunt niſi ea, quæ rationem,& rationis vſum habent. Et hoc modo dicitur eſſe affectus rationalis quædam vis, ſecundum quam ferimur in aliqua, in quæ beſtiæ nullo modo ferri poſſunt, ſed hominibus propria ſunt, ſicut velle honorari, velle multa poſſidere, atque præſidere aliis, & iuriſdictionem habere, & laudari ab omnibus: ſic etiam de multis aliis: H hæc enim à nullo animalium brutorum appetuntur,quoniam nullum eorum ad hæc intelligenda ſufficit. Hæc autem vis rationalis aliquando ordinata eſt, aliquando deordinata,quoniam contingit nos conuenienter, aut diuitias,aut poſſeſſiones,aut honores expetere,interdũ verò inconuenienter: regulatur ergo hic iſte affectus rationalis: tunc enim benè ſecundum hunc regulabimur, cũ ad ſuperiores habuerimus reuerentiam, & ad pauperes miſericordiam,& ad omnes innocentiam, & ſecundum hoc diuiditur in tres partes. Secunda ibi: *Cumque meſſueris*. Tertia ibi: *Non facietis furtum*. Circa primum. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen*. De iſta locutione non conſtat, quando facta fuerit, ſicut nec de aliis, ſed in hoc non differt, an fuerint immediatè hæc dicta poſt ea quæ ſupra dicta ſunt,vel aliquo tempore poſt, cõſtat namque,quòd iſta dicta fuerint in monte Sinai, & in Tabernaculo teſtimonij, vt patet ſupra 1.cap. & infra 27.cap. Non enim potuit eſſe magnum tempus inter omnia hæc, quãquam non ſimul dicta fuerint, quia ab eo die, quo iſta inceperunt dici, aut incipere potuerunt, ſ. à primo die conſtructionis Sanctuarij vſque ad diem, quo receſſerunt Iſraelitæ de monte Sinai, tranſierunt menſis,& dimidius, & paulo plus; quod patet: quoniam Tabernaculũ fuit erectũ prima die menſis primi,anni ſecũdi ab exitu de Ægypto,vt patet Exodi 40.cap. receſſerunt autem Iſraelitę de monte Synai in eodem anno ſecundo, menſe ſecundo, die vigeſimo menſis, vt habetur Num. 10.cap. & ſic dies quibus ſtetit Tabernaculum in monte Sinai erectũ, fuerunt quadraginta nouem, vel quinquaginta ad plus. In ſpacio autem horum dierum neceſſarium eſt facta fuiſſe omnia, K quæ habentur in hoc libro, & in principio Numerorum, vſque ad cap. 10. cum ibi agatur de receſſu Iſraelitarum de monte Sinai. *Loquere ad omnem cœtum filiorum Iſrael.* id eſt,loquere ad omnem multitudinem, nomine multitudinis comprehenduntur hic Sacerdotes,& Leuitæ,& totus populus Iſraelitarum, nec fit hic aliqua diſtinctio, vel poſitio ſpecialiter ad Sacerdotes,ſicut infra 21.cap.cũ dicitur: Loquere ad filios Aaron. Et cum pertineat iſta lex ad omnes Iſraelitas, non eſt aliqua cauſa ſpecialis in eis, quare magis pertineat ad quoſdam ſpecialiter quam ad alios, ideo nulla diſtinctio inter eos facta eſt, ſed dictum eſt, quòd loqueretur Moyſes ad omnem cœtum filiorum Iſrael, id eſt, ad omnes Iſraelitas, quaſi inter eos differentia nulla ſit.

Locus huius locutionis Dei ad Moyſen.

Numquid

Numquid Moyſes populum congregauerit ad audiendum iſta. Quæſt. II.

QVÆRET aũt aliquis, an Moyſes recitauerit iſta, quæ habentur in littera omnibus filiis Iſrael, ſcilicet, quòd congregauerit populum ad audiendum iſta. Et videtur dicendum, q; omnes Iſraelitæ conuenerunt ad hæc audienda, cum dicatur hic, loquere ad omnem cętum filiorum Iſrael. Ad hoc aliquis reſpondebit, dicens, q; non ſequitur ex hoc, q; Moyſes locutus fuerit iſta omnibus Iſraelitis, ſed ſenioribus de populo ſolũ, quod patet, cum dicatur, quaſi in medio capituli; vocauit autem Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael; & ſic quãquam iuſſum ſit, vt omni Iſraeli dicerentur illa, ſolum tamen dicta ſunt ſenioribus. Reſpondendum eſt, q; Moyſes congregauit omnem populum ad audiendam iſtam legem, & ſic videtur eſſe de omnibus aliis legibus, quæ hic habentur. Ratio autem huius eſt: quia eruditio inducenda per iſtam legem pertinebat ad omnes Iſraelitas, ergo omnes ipſi congregari debebant ad audiendum hæc, potiſſimè quia non erat hic aliquid, quod impediret omnes Iſraelitas cõgregari. Cum autem arguebatur de eo, quod habetur Exodi 12. cap. quòd ibi iuſſit Deus cõuocari omnem cętum Iſrael, & tamen Moyſes non conuocauit, niſi ſeniores.

Reſpondendum eſt, q; ibi alia cauſa erat, quoniam illa congregatio fuit facta in Aegypto, ibi autem non poterant conuenienter omnes Iſraelitæ congregari, quoniam darent occaſionem ſuſpicandi malum Aegyptiis de ſe, vt declarauimus Exodi 12. cap. ideo ibi non fuit conueniẽs, vt congregarentur omnes Iſraelitæ, ſed ſoli ſeniores, qui poſtea iſta aliis declararent. Hic autem non erat aliquod inconueniens, quia erant in deſerto, vbi nullus poterat aliquod malum præſumere, nec ſequebatur aliqua occaſio mali ex eorum congregatione, & ſic aliquando congregati leguntur omnes Iſraelitæ ad audiendum legem, vt habetur Deuteronomij 29. Satis ergo dicendum eſt, q; hic aggregati fuerint omnes Iſraelitæ.

Sancti eſtote. i. eſtote mundificati ab omni immunditia. Dicit hoc, quoniam in ſuperioribus poſitæ fuerãt multæ turpitudines, quæ erant in actu carnali illegitimè habito: hic autem iubetur, vt Iſraelitæ caueant ab illis immunditiis, & ab omnibus aliis. Nam hic ſanctitas vocatur ſeparatio ab omni cõtaminatione, ſiue corporali, ſiue ſpirituali, & quia quandocumque aliquis agit contra aliquod præceptum, incurrit aliquam immũditiam ſaltem ſpiritualem, ideo per omne peccatum agit aliquis contra ſanctitatem, & ſic quando Deus vult iubere, vt homines caueant ab omni turpitudine; & vitio, iubet eis, vt ſint ſancti, hoc autem magis ſignificatur in nomine Græco, quod hic ponitur, ſcilicet, agios, id eſt, ſanctus, nam agios dicitur ab a, quod eſt ſine, & ge, quod eſt terra, quia ſine omni terrenæ fęcis, aut immunditiæ contagione eſt. *Duplex littera ex poſitio.*

Quia ego ſanctus ſum. i. volens in vobis ſanctitatem, ſcilicet, munditiam, quia nullo modo diligo peccatum, ſic habetur Pſalm. 5. cum dicitur: quia Deus nolens iniquitatem tu es: Vel intelligitur aliter.

Quia ego ſanctus ſum. i. quia ego qui ſum Deus veſter, ſum ſpiritus ab omni labe prorſus immunis, ita volo vos, quantum poſſibile eſt humanæ infirmitati, nullis vitiis maculatos. Similem enim comparationem ponit Chriſtus ſæpè, & habetur Matth. 5. cap. cum dicitur: Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter cæleſtis miſericors eſt; & iterum in eodem cap. Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Hic tamen adhuc magis declaratur iſta ſimilitudo quàm in verbis Chriſti, quoniam ibi ponebatur (ſicut,) quod aliqualem ſimilitudinem, & æqualitatem ſecũdum ſe notat: hic autem ponitur (quia) quod ſignificat cauſalitatem, & eſt ſenſus, q; nõ debemus nos eſſe ſancti, ſicut Deus eſt, vel tantum ſancti, quantum Deus eſt; ſed debemus eſſe ſancti, quia Deus eſt Sanctus, & ſic intelligetur hoc ſecundum gradum poſſibilitatis noſtræ, ſcilicet, vt quãtum potuerimus à vitiis caueamus.

Vnuſquiſque patrem ſuum, & matrem ſuam timeat. In principio huius cap. ordinatur rationalis affectus noſter ad Deum, & ad omnes alios maiores; & Primò ponitur hic ordinatio quæ eſt ad maiores, qui ſunt parentes; & dicitur, quòd omnis homo debet timere parentes, ſcilicet, patrem, & matrem: ſunt enim parentes maiores, qui ſe habent ad nos in quodam gradu excellenti, & dicitur, quòd debemus hos timere, ſcilicet, honorare, & amare. Importat enim hic timor reuerentiam quandam, & amorem, & non timorem ſeruilem, quoniam timor ſeruilis ad filios non pertinet, & hoc debitum eſt patribus, quoniam ipſi ſunt maiores. Ad hos autem reuerentia maxima eſſe debet: vnde ponit hic Legiſlator ſimul præcepta pertinentia ad Deum, & ad parentes, quia inter Deum, & parentes non eſt aliquis gradus reuerẽtiæ, vel timoris, aut amoris, ſed primo Deo, deinde parentibus tenemur. Sic enim declarat Ariſtoteles Ethicorum lib. 8. dicens, quòd nobis eſt amor ad Deos, & ad parentes, tanquam ad bonum ſuperexcellens: bonum enim nobis fecerunt cauſæ eſſendi exiſtentes: vnde tenemur eis ad honores maximos, quos nobis alicui tribuere poſſibile eſt; quod patet: quia nos tenemur tribuere alicui, quantum debemus; cum autem non eſt poſſibile retribuere quantum debetur, ſaltem debemus retribuere quantum poſſumus, ſed parentibus iſte modus eſt ad filios, quia filij tenentur eis quaſi ad infinitum, ergo cum non poſſint reddere hoc, ad quod tenentur, quia ſemper beneficia parentum maiora remanent, quàm filiorum, ad parentes tenebimur retribuere quantum poterimus: ſic enim ait Ariſtoteles Ethicor. lib. 8. in fine, poſſibile amicitia requirit, quod autem ſecundum dignitatem: nec enim eſt in omnibus quemadmodum in honoribus, qui ad parẽtes, & ad Deos. Iſtud autem pręceptum de timendo parentes quamquam à Deo ponatur hic, tamen non eſt præceptum purè Veteris Teſtamenti pertinens ad iudicialia, vel cæremonialia, ſed eſt præceptum purè pertinẽs ad ius naturæ, quoniam hoc innatum eſt in principiis rationis practicæ: & etiam inter præcepta Decalogi ponitur, & eſt quartum eorũ, ſ. honora patrem tuum, & matrem. Nam timere, vt hic accipitur, eſt reuereri, reuerentia autem cum amore eſt, ſed non eſt timor ſeruilis: ideo dicendum eſt, q; hic recapitulantur, aut explicantur aliqua præcepta pertinentia ad ius naturæ, ſicut infra magis apparet. *Ordinatio rationalis affectus noſtri ad Deum, & ad omnes maiores.*

Sabbata mea cuſtodite. Hic ponitur aliud præceptum ordinatiuum rationis practicæ, & pertinet ad affectum rationalem: quoniam ſeruare, vel non obſeruare Sabbata non pertinet ad actum alicuius potentiæ ſenſitiuæ, vel vegetatiuæ, cum beſtiæ de hoc nihil iudicent; & in hoc ſunt in nobis propriè præcepta directiua affectus rationalis, in quo non communicamus cum beſtiis. *Secũdum præceptũ rationalis affectus.*

Quare repetantur hic aliqua præcepta Decalogi, & non omnia. Quæſt. III.

ISTVD præceptum, quod hic ponitur, eſt vnum de præceptis moralibus Decalogi pertinentibus ad Deũ, & quamquam de hoc iam dictum eſſet in Exodo, tamen hic repetit iſta, quoniam ipſi magis inclinabantur ad faciendum contra iſta quàm alia, & erant iſta, quæ minus iudicabantur ab eis eſſe mala, nam alia præcepta erant contra quæ ipſi agere inclinabantur, tamen illa reputabant eſſe grauiora, ſicut occidere, vel furari, aut accipere vxorem alterius. De his igitur magis repetit. De timore enim parentum patet, quoniam ipſi Iudæi erant duri cõtra parentes ſuos, non timentes, nec reuerentes eos, nec ijs neceſſaria ſubminiſtrantes, quod apparet Marci cap. 7. vbi Chriſtus arguebat Phariſæos, quia ipſi dicebant non eſſe neceſſarium, vt filij parentibus ſubuenirent in neceſſariis, ſed ſolum in verbis honorarent eos. Vnde Chriſtus dicit, bene irritum facitis pręceptum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis: Moyſes enim dixit honora patrem tuũ, & matrem tuam, vos autem dicitis, ſi dixerit homo patri, aut matri corbam, quod eſt donum, quodcunque ex me tibi, proderit, & vltra non dimittitis eum quicquam facere patri ſuo, aut matri, reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram. decuit igitur, vt in hoc Deus eos ſæpè admoneret, in quo duri erant.

De præcepto autem, quod eſt ad cuſtodiam Sabbati, rationabile fuit, vt hic poneretur, quoniam Iudæi male cuſto-

cuſtodiebāt Sabbatum propter auaritiam ſuam, aut irreuerentiam Dei, præuaricantes Sabbatum, ſic patet Exodi 16. cap. vbi Deus iuſſit, quòd nemo colligeret manna in Sabbato, ipſi tamen Iudæi collegerunt illud, eodem modo faciebant alia opera repugnantia cultui Dei in Sabbato, ſcilicet, colligere ligna, & alia opera ſeruilia facere, ſicut habetur Numeri 15. cap. de illo homine, qui colligebat ligna in Sabbato, & lapidatus eſt. De cuſtodia autem Sabbati, ſcilicet, à quibus abſtinere debebant Iudæi in Sabbato, & quid agere poterāt, & quomodo Chriſtiani feſta ſua colere debeant, & de maiori adſtrictione obſeruandorum feſtorum in Veteri Teſtamento, quàm in Nouo, dictum fuit Exodi, 12. capite, & 20. cap. Cum autem dicitur hic, quòd debent cuſtodiri Sabbata Dei, non ſolum intelligitur de feſtiuitatibus Sabbatorum, ſed etiā de alijs feſtis, quoniam alia feſta Iudæi habebant præter G Sabbatum, vt patet ſupra de expiatione 16. capite, & habetur de feſto azimorum Exodi 12. alia autem feſta ſunt, de quibus habetur infra 23. capite. & in his aliqua erant tantæ obſeruationis, ſicut Sabbatum, ſcilicet, dies propitiationis, quoniam ita mandatur abſtinendum eſſe ſimpliciter ab omni opere in illo die, ſicut in die Sabbati, vt habetur infra 23. capite; & ideo infringentibus feſtum propitiationis, ita infligeretur mors, ſicut non obſeruantibus Sabbatum. De alijs autem ſollemnitatibus, quamquā non ſint, tam ſtrictæ obſeruationis, tamen ita videtur eſſe de illis ſentiendum, quòd qui infringeret eas, moreretur. Nam ſicut in Sabbato facere, quodcunque opus, ſiue ſeruile, ſiue non ſeruile, erat dignum morte; ita in alijs feſtiuitatibus facere opus aliquod ſeruile, erat morte plectendum, ideo præceptum iſtud conuenienter intelligitur tam H de Sabbato, quàm de omnibus alijs feſtiuitatibus, præcipuè, quia dicitur in plurali, Sabbata mea cuſtodite.

Tertium præceptū rationalis affectus.

Ego Dominus Deus veſter. Hoc poteſt referri ad iſtud p̄ceptū de Sabbato, vel ad ambo præcepta ſimul ſumpta, ſcilicet, debetis obſeruare Sabbata mea, & timere patrē, & matrem, quia ego qui hæc mando, ſum Deus veſter, & obedire tenemini legibus meis. *Nolite conuerti ad idola*. Hic ponitur alterum præceptum morale, ſcilicet, nō conuerti ad idola. Et hoc eſt primum præceptum primæ tabulæ, ſcilicet, non habebis Deos alienos coram me. Et ſicut illud præceptum habet duas partes, ſcilicet, non habere Deos alienos, & non facere ſculptile nec omnem ſimilitudinem, vt habetur Exodi 20. capite, ita hic in duas partes diuiditur. Prima eſt cum dicitur.

Cauſa repetitionis quorūdā præceptorum Decalogi.

Nolite conuerti ad idola. Quoniam hoc eſt habere Deos I alienos in conſpectu veri Dei. Secunda pars tangitur inquantum dicitur immediatè: *Nec Deos conflatiles faciatis vobis*. Iſta enim præcepta penitus moralia ſunt pertinentia ad Decalogum: & hic non ponuntur tanquam aliqua præcepta iudicialia, aut cæremonialia ſpecialiter data à Deo, ſicut cetera, quæ ſupra dantur, & infra. ſed ponuntur tanquàm recapitulatio, vel repetitio aliquorum præceptorum Decalogi: & cauſa huius repetitionis eſt, quia quamquam iſta præcepta obligarent naturaliter, tamen Iudæi multum erant inclinati ad faciendum contrarium, & multoties faciebant. Vnde interdum reſpondebant publicè ſe magis velle colere idola, quam Deum cæli, vt habetur Hierem. 44. cap. vbi cum Hieremias prædicaret Iudæis transductis in Aegyptum, vt ceſſarent ab immolationibus, quas faciebant Dijs alienis, reſponderunt mani- K feſtè, quòd non facerent hoc, ſed magis volebant immolare Reginæ cæli: ſic enim dicitur in littera, reſponderūt Hieremiæ omnes viri ſcientes, quòd ſacrificarent vxores eorum Diis alienis, & vniuerſæ mulieres, quarum ſtabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in terra Aegypti: ſermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te, ſed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina, ſicut fecimus nos, & patres noſtri, & principes noſtri, & Reges noſtri in vrbibus Iuda, & plateis Hieruſalem, & ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat, malumq. non vidimus. Ex eo autem tempore, quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame conſumpti ſumus. Aliquando autem ipſi Iudæi

Aliqui Iudæi publicè dicebāt ſe potius velle colere ſidera cæli, q̄ Deum.

F tantum colebant Deos alienos, quòd perſequebantur cultores veri Dei ad mortem, ſicut patet Iudicum 6. cap. de illis qui voluerūt occidere Gedeonem, quia deſtruxit altare Baal idoli illius loci. Iſta tamen cultus impenſio erat directiſſimè contra Deum, nam alia peccata quæ erant contra alia præcepta, non ita militabant directè contra Deum, ſicut iſta: nam in aliis ſolum infertur Deo offenſio à non obſeruantibus, inquantum ipſe eſt legiſlator, & qui contemnit legem, contemnit legis datorem, tamen non faciebant ei aliquam offenſionem, inquantum erat, quaſi ſpecialis perſona: nam nihil videtur Deo derogari, quòd aliquis fornicetur, vel furetur, ſed magis iſta pertinent ad offenſionem proximorum. Ad Deum autem directè pertinet, ſi aliquis colat Deum, vel ſubtrahat ei debitum cultum, quoniam præter hoc, quod eſt legiſlator, agit ad eius offenſionem ſpecialiter tranſgreſſio iſtius præcepti, inquātum ipſe eſt tanquam ſingularis perſona, & quoniā hoc erat directiſſimè contra Deum, magis cauebat quàm omnia alia, & maiores infligebat pœnas tranſgreſſoribus. *Nec Deos conflatiles faciatis vobis*. Iſtud etiam ad primū præceptum Decalogi pertinet: ſed ſicut ponuntur ibi duę particulæ, ita hic. Et vetuit Deus fieri Deos conflatiles, nō quòd licitū eſſet facere aliquos Deos nō cōflatiles, quoniam omnes illiciti erant, vt patet Exodi 20. cap. cum dicitur: Nec omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quę ſunt in aquis ſub terra: nec adorabis, nec coles illa. Sic habetur Deuter. 4. c. cum dicitur: non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die, qua locutus eſt Dominus vobis in Oreb de medio ignis; ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi, vel feminæ, ſimilitudinem omnium iumentorum, quæ ſunt ſuper terram, vel auium ſub cælo volantium, aut reptilium quæ mouentur in terra, ſiue piſcium qui morantur ſub terra in aquis. Non ſolū igitur vetuit Deus fieri Deos conflatiles, id eſt, qui ſunt facti per conflationem ignis, ſcilicet, quādo aliquod metallum in forma fuſoria liquefit, & ibi recipit figuram, ſicut fit in campanis, & hoc pertinet ad Deos metallinos, quia metalla conflantur. Dij ſculptiles vocantur illi, qui per ſculpturam, id eſt, polituram, vel cauaturam fiunt, ſicut Dij facti ex lapidibus, vel ex lignis. Et non ſolum adhuc Dii ſculptiles prohibentur, ſed etiam Deorum imagines pictæ, & ſuperficiales. Hic tamen dicitur de Diis conflatilibus, quia Iudæi ſpecialiter mouebantur ad fabricandū tales Deos ſibi: nam in illos mouebantur: quia habebant aliquid maioris pulchritudinis, vt poſſent demonſtrare ſe eſſe Deos. Sic etiam erat in Diis conflatilibus factis ex auro, & argento, quoniam pulchriores erāt, & magis mouebantur Iudæi viſis illis. Et ob hoc quamquam fabricare quomodocūque aliquem Deum ſit peccatum, tamen Deus vetuit fabricandos Deos aureos, & argenteos, vt habetur Exodi 20. cap. cum dicitur: Nō facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Sic autem intendebat hic Deus vetare fieri idola de auro, vel argento, cū dixit non eſſe faciendos conflatiles Deos: per hoc tamen Iudæi intelligebant omnē modum fabricandi idolum eſſe ſibi vetitum. *Ego Dominus Deus veſter*. id eſt, non licet, quòd colatis alium Deum, vel fabricetis eū vobis, quia ego ſum Deus veſter, quem colere debetis. Vel aliter non facietis vobis Deos conflatiles, quia ego qui iubeo, illos non fieri, ſum Dominus Deus veſter. *Si immolaueritis hoſtiam pacificorum*. Hic ponitur incidentaliter vnum præceptum de modo immolationis; nō erat enim hic intentio legiſlatoris Dei tradere regulam de ſacrificiis, cum de eis determinatum eſſet ſufficienter à principio libri vſque ad octauum capitulum. Sed hic ponitur quoddam documentum, quantum ad ſacrificia communia, ex parte ipſorum popularium offerentium, & non agitur hic de holocauſto, vel ſacrificio pro peccato, ſed ſolum de hoſtia pacifica.

Dij ſculptiles quo

Quare Deus magis dixerit hic de ſacrificio pacifico, quàm de alijs. Quæſt. IIII.

ALIQVI dicunt, hoc factum fuiſſe, quia iſtud ſacrificium eſt communis, ideo Deus voluit dare magis regulam de illo, quam de aliis,

Sed

Sed hoc non conuenit, quoniam ſi propter hoc Deus (A) feciſſet, dediſſet regulam de toto ipſo ſacrificio pacifico, ſed non dedit, niſi quantum ad ritum comedendarũ carnium, ſcilicet quando licitum foret comedere carnes ſacrificij pacifici, & quando non. Sed dicendum eſt, quòd Deus dedit iſtud documentum circa ſacrificia pacifica, quia intendebat hic erudire populares, & quoniam de nullo ſacrificio poterat prouenire error popularious, ſicut de pacificis hoſtiis, locutus fuit Deus de hoſtia pacifica: patet hoc, quia error popularium in ſacrificio eſſe poterat, quantum ad id, quod cedebat vtilitati popularium de ſacrificio, ſed in nullo ſacrificio aliquid eis cedebat niſi in ſacrificiis pacificis: nam de holocauſtis nihil habebãt offerentes, ſed totum cremabatur Domino præter pellẽ, quæ cedebat ſacerdoti immolanti, vt habetur ſupra 6. capite. In ſacrificio etiam pro peccato, nihil cedebat offe- (B) rentibus, ſed Sacerdotes illud habebant præter adipem, qui comburebatur coram Domino, niſi eſſet ſacrificium, quod deberet cremari extra caſtra, vt patet ſup. 6. cap. In hoſtia autem pacifica multum cedebat offerentibus, ſcilicet, omnes carnes ipſius hoſtiæ præter adipem, qui dabatur Domino, & pectuſculum, & armum dextrum, qui cedebant Sacerdotibus ſi offerrent, vt habetur ſupra 7. cap. In hoc ergo poterant errare populares; modus aũt errorum eſſet, quia non obſeruarent tempus debitum ad eſum carnium oblatarum, fortè ſeruantes eas ad tertium, vel quartum diem comedendas: hic autem iubetur, quòd nunquam excedant ſecundum diem. *Si immolaueritis hoſtiam pacificorum Domino.* Non erat neceſſitatis offerre, ſed cum aliquis obtuliſſet, cogebatur obſeruare iſtas ceremonias quæ infra habentur. *Vt ſit placabilis.* id eſt, ſi of- (C) fertus Deo victimam pacificam, vt placabilis vobis ſit, ſcilicet, faciendo, quod vos petius.

Hoſtia pacifica duplex.

Pro quo ſciendum eſt, quòd hoſtia pacifica offertur pro pace ſecundum ſignificationem nominis ſui, & hoc erat dupliciter, ſcilicet, pro pace habita, vel habenda, pro pace habita erat in gratiarum actiones, ſcilicet, quòd aliquis offerret Deo hoſtiam pacificam, quia Deus placatus eſt ſibi faciendo, quod ipſe voluit, & iſta non dicitur eſſe, vt Deus placabilis ſit, ſed quia Deus placatus eſt, & in hac non tenebantur obſeruationes, quæ iubẽtur hic: nam offerens tenebatur eadem die qua obtuliſſet, comedere carnes hoſtiæ, vt patet ſupra 7. cap. cũ dicitur: Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, & poſtea ſequitur, cuius carnes eadem comedẽtur die, nec remanebit ex eis quicquam vſque mane. Aliquando autem fiebat oblatio paci- (D) fica pro pace habenda, ſcilicet, quòd aliquis volebat petere aliquid a Deo, ad quod volebat eum ſibi habere pacificum, offerebat igitur ad hoc hoſtias pacificas. Iſtæ autem dicũtur offerri, vt placabilis ſit Deus, id eſt, vt placetur ad faciendum id pro quo rogatur, & in iſto caſu tenetur obſeruantia laxior, ſcilicet, quòd offerens poſſet comedere carnes illius hoſtiæ in ſecundo die poſt oblationem, ſicut hic dicitur, & idem habetur ſupra 7. c. cum dicitur: Si voto, vel ſponte, quiſquam obtulerit hoſtiam, eadem, ſimiliter edetur die, ſed ſi quid in craſtinum remanſerit, veſci licitum eſt; quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis abſumet. *Eo die quo fuerit immolata comedetis eam.* Hoc refertur ad populares, qui comedebant partes hoſtiæ cedentis, illis in die quo immolabant. De Sacerdotibus etiam idem dicendum eſt, quantum ad partem, quæ (E) illis cedebat, ſcilicet, quòd comederent eam in eadẽ die, vel poſſent in ſequenti comedere, ſicut offerentes, fit tamen hic mentio ſolum de offerentibus, quia ad inſtruendum eos data fuerat iſta lex. Sacerdotes autem ſatis fuerant inſtructi in ſacrificiis, quantum ad ritus ſuos, ideo nihil repetitur hic de pertinentibus ad illos. *Et die altero.* id eſt, licitum erat comedere carnes huius hoſtiæ pacificæ in die, qua immolabatur, & in die ſequenti, & quantum ad hoc erat laxior obſeruantia in hac victima pacifica, quæ erat ad gratiarum actiones iam Deo placato. Cauſa autem diuerſitatis poſita fuit ſupra 7. cap. *Quidquid autem reſiduum fuerit in diem tertium, igne comburetis.* Offerentes ſacrificia pacifica comedebant partes illorum ſibi cedentes, ſed non ipſi ſoli, quoniam poterat comedere cum eis tota familia ſua, ſcilicet, filij, vxores, ſerui, & ancillæ, (A) ſicut patet Deuteronom. 12. & 16. cap. Si autem iſti comedere poterant partes hoſtiarum pacificarum cedentes eis in die primo, & ſecundo, adiungentes ſibi ſi vellent Leuitas, & pauperes, & aduenas, (vt patet ſupra in duobus capitulis allegatis) comedebant. Si autem nec ſic omnes carnes pacificæ hoſtiæ comeſtæ fuiſſent in ſecunda die, vtpote, quia multa ſacrificia facta fuerant, vel quia familia comedens erat pauca, cremabantur in die tertio, nec quiſquam de eis comedebat.

Notãdũ de offerẽte hoſtias pacificas.

Pro quo ſciendum eſt, quòd cum quis offerret hoſtias pacificas; non poterat partes ſibi cedentes dare, cuicumque vellet, ſ. vendendo, ſicut venderentur aliæ carnes, quia iam iſtæ ſacræ erant, & vendi non poterant. Nam ſi vendi potuiſſent, non obligatus fuiſſet offerens cremare remanentes carnes in die tertio, quia ante hoc vendere po- (B) tuiſſet eas.

Item, non poterat eas dare cuicumque vellet, ita quod ipſe nihil comederet de illis, ſed ipſe accipiebat partem illarum comedens, & poterat conuocare ſecum ad comedendum quoſcumque vellet, dum tamen eſſent mundi, quia immundis non licebat tangere carnes ſacras.

Item, non licebat offerenti tradere carnes iſtas, quæ cedebant ſibi, deuorandas beſtiis, quoniam hoc eſſet in vituperium Diuini ſacrificij. Item, quia ſi hoc liceret, nunquam daretur caſus, in quo deberent comburi carnes victimarum pacificarum: nam ante diem tertium, in quo cremandæ erant, ipſi darent illas canibus, vel aliis beſtiis, ita vt nunquam contingeret illas comburi, aliquando tamen tenebantur comburere eas, ergo nunquam poterant tradi canibus deuorandæ. Item, non poterant relinqui, (C) vt putreſierent lapſu aliquorum dierum, quia hoc eodem modo erat in vituperium ſacrificij Dei, & etiam quia in die tertio comburi debebant; ergo non poterant relinqui ad putrefactionem.

Igne comburetis. Hoc conueniens erat, quia iſtæ carnes erant ſacræ, & debebãt applicari ſacris vſibus, erat autem ſacrum, quòd ipſi offerentes comederent eas, quòd ſi ipſi comedere non expleuiſſent, nihil conuenientius videbatur quàm comburi eas igne, quia tunc reduci videbantur in primum ſtatum ſacrificij: ſic enim ſuper altare aliæ hoſtiæ cremantur. omnis alius vſus harum carnium quicumque foret, illicitus erat.

Notãdũ de carnibus cremandis.

Conſiderandum autem, quòd cum dicitur iſtas carnes eſſe cremandas, non eſt intelligendum, quòd cremarentur ſuper altare holocauſtorum, quia hoc ſolum pertine- (D) bat ad ſacrificia: ſed iſtæ carnes, quas nõ poterant comedere offerentes, non pertinebant ad aliquod genus ſacrificij, cum non eſſent holocauſtum, nec hoſtia pro peccato, nec pacifica, quoniam in omnibus his animal viuens, & integrum offerebatur, atque obſeruabantur cæremoniæ, quæ iam obſeruari non poterant in carnibus iſtis.

Item, intelligendum eſt, quòd nõ cremabantur carnes iſtæ in aliquo igne ſacro ſumpto de altari holocauſtorũ, ſed in aliquo igne profano, quoniam ignis ſacer, qui erat in altari, ſolum pertinebat ad miniſtrationes ſacras, & factas ad Deum, ergo non erat ibi accipiendus talis ignis, ſed cremabantur hæc quocumque igne profano.

Si quis poſt biduum comederit ex ea. id eſt, ſi aliquis comederit de carnibus iſtius hoſtiæ pacificæ poſt duos dies, incurreret pœnam, quæ infra ſequitur: hoc verum eſt cũ (E) comediſſet ſciens, ſi autem neſciens feciſſet, non incurrebat hanc pœnam: ſi tamen poſtea cognouiſſet peccatum ſuum, offerebat ſacrificium, ſicut habetur ſupra 5. cap. cũ dicitur, anima ſi præuaricans cæremonias per errorẽ fecerit vnum ex his, quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam, offeret arietem immaculatum. *Profanus erit.* Qui comederit iſtas carnes erit, tanquam excommunicatus, id eſt, ſeparatus ab omni ſanctitate, ſcilicet, nullo modo pertinens ad res ſacras: nam profana res diſtinguitur contra rem ſacram, & dicitur res profana, quæ nullo modo pertinet ad ſacrum miniſterium: & ſic iſte homo qui comediſſet carnes ſanctificatas poſt ſecundam diem, erat profanus, id eſt, ſequeſtratus ab omni munditia, & ſanctitate cæremoniarũ ſacrarum, tanquam nihil de lege obſeruaſſet. *Et impietatis reus.* id eſt, iſte erat reus tanquam ſi egiſſet impietatem, ſcili-

ſcilicet,aliquod peccatum magnum: & propriè accipitur hic impietas, quoniam pietas dicitur eſſe latria, vel cultus Diuinus,vt habetur 3.Sentent. diſt.9. impietas autem econtrariò dicitur id, quod eſt contra cultum Dei: & ſic eſt hic,quoniam ille, qui infringit cæremonias cultus Diuini,contra diuinum cultum agit. *Portabitq. iniquitatem ſuam.* Iſte habebit pœnam pro iniquitate, quam fecit comedendo de his carnibus in tertia die, vel poſtea: & dicitur portare iniquitatem ſuam, quia nō abluitur per aliquas cæremonias, vel ſacrificia, ita vt peccatum ſuum in alterum tranſmutatur, ſicut cum offertur ſacrificium pro peccato alicuius: nam tunc iniquitates offerentis dicuntur transferri ſuper caput victimæ immolatæ: hic autem, quia non ſit aliquod ſacrificium,nec expiatio, manet iniquitas in ipſo peccante, & dicitur eam portare ſuper ſe. *Quia ſanctum Domini polluit.* id eſt, iſte commaculauit res ſanctas; Dicūtur autem hic res ſanctæ ipſæ carnes hoſtiæ pacificæ: commaculari autem dicuntur, quia comeduntur contra legem datam à Deo de illis: nam cum in comedendo illas, obſeruatur ritus à Deo datus, tenetur eis honor ſuus; cum verò contra Dei ordinationem comeduntur, iam non ſunt in aliqua reuerētia, & dicuntur eſſe pollutæ. *Et peribit anima illa de populo ſuo.* id eſt,qui tale fecerit,occidetur. Non eſt autem intelligendum,q. Iudices iſtam pœnam infligerent inferendo mortē ſic facienti: ſed Deus inferebat eam, cum volebat, inducendo hominem in mortem quamcumque, & per hunc modū peribat homo de medio populi ſui, id eſt,nō manebat inter alios homines,cū Deus ſubtraheret eum de medio aliorū per mortem. De eo,qui præuaricatur cæremoniam iſtam, habetur ſupra 3. cap. quòd iſta oblatio, quam faciebat, nullius valoris erat,ſcilicet, q Deus non habebat eā gratam, nec proficiebat ipſi offerenti: ſed & ſuper hoc ipſe erat iniquitatis reus, cum dicitur: Si quis de carnibus victimæ pacificorū in die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti,quin potius quęcumque anima tali ſe edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit.

Ordinatio rōnalis affectus ad minores per miſericordiā.

Cumq. meſſueris ſegetes. Hic ponitur ordinatio rationalis affectus ad minores per miſericordiam, & hoc eſt, quantum ad fructus terræ relinquendo eis aliquid ex miſericordia de fructibus agrorum noſtrorum.

Cumq. meſſueris ſegetes terræ tuæ. Hic ponitur tam de ſegetibus colligendis, quàm de vuis, quòd in quolibet eorū eſſet relinquendum aliquid pauperibus ex miſericordia; & hoc eſt, ne aliquis cum diligentia exactiſſima colligat ſegetes, vel vuas,quoniam tunc nihil maneret pro pauperibus colligendum. *Non tondebis vſque ad ſolum ſuperficiem terræ.* id eſt,non ſecabis ſpicas vſque ad radicem, nihil relinquendo de granis, aut ſtipulis. Tondere enim frangere,aut ſecare eſt,ſic enim in ſpicis fit, quia ſecantur cum colliguntur, & in his non debent colligentes ſecare vſque ad terram,ad hoc, vt maneat aliquid colligendum ſaltem ipſæ ſtipulę,quoniam etſi non relinquatur pauperibus aliquid de ſpicis,ſaltem ſtipulæ eis proſunt ad multos vſus, ideo relinquendæ ſunt in magna quātitate,ita vt poſſent illas colligere pauperes. In Hebræo autem aliter habetur, ſcilicet: *Non finies, vel complebis angulum terræ tuæ ad metendum.* id eſt, quòd cum meſſueris terram tuā, non ſecabis omnes fruges, ſed relinques aliquid in extremitate, vel in angulo agri tui,vt pauperes colligere poſſint de illis, ſicut habetur Deuteronom. 24. capite. quòd etiam ſi aliquis metens obliuiſceretur manipulum, vel aliquam partem ſegetis in agro, non debebat redire, vt tolleret pro ſe, ſed relicturus erat pauperibus. Idem de omnibus fructibus terræ cum dicitur, quando meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulū reliqueris,non reuerteris,vt tollas eum,ſed aduenam, & pupillum, & viduā auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. Si fruges colligis oliuarū,quicquid remanſerit in arboribus, nō reuerteris, vt colligas, ſed relinques aduenę,pupillo,& viduæ. Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanentes racemos,ſed cedent in vſus aduenæ,pupilli,& viduæ. Sic autem apud Iudęos,qui erant boni animi,fiebat,vt cum ſcirent aliquos pauperes iuros ad colligendū ſpicas in agris eorum, iuberent meſſoribus, vt ex induſtria relinque-

Littera Hebraica.

F rent aliquos manipulos,quos pauperes colligerent.ſic faciebat Booz, colligente ſpicas Ruth in agro ſuo, vt habetur Ruth,capite 2. cū dicitur: præcepit autem Booz pueris ſuis dicens: etiam ſi vobiſcum metere voluerit,ne prohibeatis eam, & de veſtris manipulis proiicite de induſtria,& remanere permittite,vt abſque rubore colligat,& colligentem nemo corripiat.

Nec remanentes ſpicas colliges. Hoc intelligitur de ſpicis ſtantibus,ſcilicet,quas non ſecuerant meſſores, vel de illis quæ euaſerant metentium manus cadentes in terram, & non ſolum de ſpicis, ſed etiam ſi aliquos manipulos obliuiſcerentur meſſores, non debebant redire,vt colligerent illos,ſed relinquebant pauperibus colligendos.

Neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis. Idē etiam in vinea erat,quod in ſegetibus, & idem
G in oliuis atque ceteris fructibus colligendis, quoniā ſemper aliquid relinquendum erat, quo pauperes alerentur, & cum dicitur, quòd racemi cadentes, vel grana vuarum colligi non debebant,eſt ſenſus, quòd nō redirent ad colligendum ea,quæ obliti fuerant, vel ceciderant de manibus eorū racemi:non tenebantur relinquere eos,quoniam aliquando accideret, vt maiorem partem vindemiæ relinquere tenerentur in agro,vt cum eſſent vuę valde maturę,& ſpōte de vitibus racemi cadunt nemine diſcutiente, ſed referendum eſt ad ea, quæ per obliuionem relicta ſunt, aut ceciderunt, & etiam ſi aliquid caderet ipſis colligentibus,ſi tamen paucum erat, non erat colligendum, ſed pauperibus relinquebatur.

Omnibus pauperibus vniuerſaliter miſerendum erat.

Sed pauperibus,& peregrinis carpenda dimittes. Omnibus pauperibus miſerēdum erat vniuerſaliter,ſed de peregri-
H nis ſpecialiter ſemper fit mentio, & ponuntur tanquam pauperes,eo quod peregrini receſſerunt de terra ſua, & cognatione ſua, venientes, vt habitarent in terra Iudæorum, ideo poſſeſſiones ſuas, & omnia ſua ibi reliquerunt, qua in re communiter pauperes erant, præſertim cum in terra illa non haberent aliquos amicos, aut cognatos adiutores.

Quare Deus ſæpè prouocaret Iudæos ad miſericordiam etiam volatilium. Quæſt. V.

PRÆCEPTVM autem iſtud dabatur,quia Iudæi habebant dura viſcera non habentes miſericordiam in alterutrum, nam cum parentibus ſuis non miſererentur, quanto minus aliis poterant miſereri? ideo inducebat eos
I Deus ad miſericordiam per huiuſmodi præcepta, & eodem modo inducebat ad pietatem quandam in animalibus brutis, ſcilicet, vt non coqueretur hædus in lacte matris ſuæ, vt patet Exodi 23. cap. & Deuteron. 24. cap. Item inducebat ad miſericordiam in volatilibus, ſcilicet, ſi aliquis inueniſſet matrem cum pullis in nido, non acciperet matrem, & pullos, ſed pullos ſolum, vt habetur Deuteronom. 22. cap. cum dicitur: Si ambulans per viam, in arbore,vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis, vel ouis deſuper incubantem, non tenebis eam cum filiis, ſed abire patieris, captos tenens filios, vt bene ſit tibi, & longo viuas tempore. Sic etiam iubebat Deus adhuc relinqui pauperibus,& beſtiis, terræ fructus anni ſeptimi, ſcilicet, quòd in anno ſeptimo, qui erat annus remiſſionis,non ſerebant Iudæi,nec putabant vineas,
K nec alios labores faciebant; & etiam non colligebāt fructus illius annis, ſicut alias colligere ſoliti erant, ſed pauperes,& aduenæ,ſerui,& ancillæ,& beſtiæ terræ comedebant, vt habetur infra 25. capite. *Ego Dominus Deus veſter*, id eſt, iſta debetis facere propter me, quia ſum Dominus Deus veſter,& iubeo hęc fieri. *Non facietis furtum.* Hic ponitur ordinatio affectus rationalis, quantum ad omnes per innocentiam. Dicitur autem aliquis habere ſe innocenter ad alios, quando eis iura ſua nullatenus tollit, nec aliquam offenſionem infert, vnde dicuntur innocentes, quaſi non nocentes, quoniam nemini nocumentum inferunt.

Ordinatio rationalis affectus ad omnes per innocentiam.

An

A *An præcepta hic poſita, de viuendo innocenter, ſint cæremonialia, vel naturalia, & quæ, & quot ſint præcepta naturalia. Quæſt. VI.*

PRo quo conſiderandum eſt, quòd iſta præcepta quæ hic ponuntur, de habendo ſe innocenter, non ſunt aliqua cæremonialia præcepta, aut iudicialia, inſtituta per voluntatem legiſlatoris, ſed ſunt præcepta naturalia, quoniam naturaliter inſunt in principiis rationis practicæ, & quilibet homo habens granum intellectus, iudicaret de quolibet iſtorum, ꝙ fieri debeat, & ꝙ homo obligetur ad illud, etiam nulla exiſtente lege poſita, quæ hoc iubeat. Nec valet ſi aliquis arguat contra hoc, ꝙ iſta non ſint præcepta naturalia, quia illa ſunt, quæ habentur in Decalogo: hic aũt multa ponuntur, quæ nõ habentur ibi, B qm̃ non eſt putandum, ꝙ omnia iura naturalia ſufficienter expreſſa ſint in decẽ præceptis Decalogi, nam præter hoc multoties ponuntur alia in Sacra Scriptura, ſicut de eo, qđ dixit Chriſtus, quęcumq; vultis, vt faciant vobis homines, hec eadem facite illis, & alibi, ꝙ diligamus proximos noſtros, ſicut noſipſos, multa quoque in hunc modũ.

Præcepta naturalia nõ ſolũ ſunt præcepta Decalogi, ſed tot quot obligationes conſcientia nobis dictat in eſſe.

Ideo dicendum eſt, ꝙ præcepta naturalia valde multa ſunt, nec poſſunt comprehendi aliqua lege, ſed tot ſunt quot ratio noſtra iudicat eſſe obligationes inditas ſibi ſine aliquo legis poſitore, vnde quandocũque aliquid proponitur, & omnes iudicant illud debere fieri, etiam nulla lege exiſtente, illud eſt de præceptis naturalibus, qm̃ natura illud iudidit intellectui noſtro. Poteſt autem generaliter dici, ꝙ omnia illa ſunt de iure naturali, quæcumque conſcientia noſtra nobis faciẽda eſſe dictat nulla lege poſita, & qm̃ conſcientia generalis eſt in omnibus hominibus, C iura quoque naturalia apud omnes erũt communia: ſic enim videtur ſentire Apoſtolus ad Romanos cap. 2. dicens, Conſcientiam dictare ea, quæ ſunt ſecundum naturam inquiens: Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt, eiuſmodi legẽ non habentes ipſi ſibi ſunt lex; qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis: teſtimoniũ reddente illis Cõſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationũ accuſantium, aut etiam defendentium. Huiuſmodi autem ſunt omnia iſta, quæ hic dicta ſunt, quoniam ſi alicui proponantur, conſcientia ſua dictabit ei iſta facienda eſſe, quod eſt de ratione præcepti naturalis.

Et ſic dicendum eſt, non poſſe dari aliquam legem ſufficienter comprehenſiuam omnium præceptorum naturalium, qm̃ quotcumque dẽtur, adhuc plura reperientur, D quia quandocumque proponatur aliquid cõſcientiæ noſtræ, & illa iudicet ſic debere fieri, & aliter non, eſt ius naturale, ſic declarat Ariſtot. Ethic. lib. 5. cap. de iuſto politico dicens, iuſtum naturale eſt, quod antequam ponatur, differt ſic, vel aliter ſe habere, quia non dependet ex voluntate noſtra, ſed huiuſmodi ſunt omnia, ad quæ Conſcientia noſtra iudicat nos eſſe ſubiectos, in quocumque negocio aliquid proponatur: ergo illa ſũt de iure naturæ: ſed iſta talia negocia, & iudicia ſunt infinita, quia quantũque proponantur, adhuc plura poterunt oriri, ideo nõ eſt poſſibile omnia iura naturalia comprehendi aliqua lege.

Præcepta Decalogi, non ſunt totũ ius naturale, ſed ſunt ſolũ decẽ Concluſiones in iure naturali.

De præceptis autem Decalogi dicendum eſt, ꝙ in ipſis non continetur omne ius naturale, ſed ſunt quaſi decem Concluſiones manifeſtiſſimæ in iure naturali illatæ immediatè ex primis principiis iuris naturalis, ex ipſis autẽ E adhuc in quantum ſunt Concluſiones vniuerſales, poſſunt ſequi multæ aliæ Concluſiones iuris naturalis magis particulares. De habitudine aũt horum latè fuit dictũ Exodi 20. & 21. c. non igitur neceſſe eſt vt omnia præcepta iuris naturalis ſint in Decalogo, vel reducantur ad Decalogũ, tanquam Concluſiones elicitæ ex Decalogo, quia Decalogus non continet in ſe omnia iura naturalia explicitè, nec etiam eſt tanquam primum principium, & ſufficiens omnium Concluſionum iuris naturalis, quoniã ante præcepta Decalogi ſunt alia præcepta priora, ex quibus inferuntur multa alia, quæ nõ ſunt in Decalogo, & etiam ipſe Decalogus, ſecũdum ꝙ eſt iſtud principium, quæcumque vultis vt faciant vobis homines, hæc eadem facite illis: nam hoc ex ſecunda tabula Decalogi elicitur, & multa alia quæ non ſunt in eadem, quæ pertinent ad directionem proximi ad proximum. Sic igitur ſtat, iſta præcepta quæ hic ponuntur, eſſe de iure naturali, & tamen non eſſe in Decalogo, nec reduci ad Decalogum, quanquam in hoc facile nobis eſſet reducere omnia iſta ad Decalogum; ſed non expedit.

Conſiderandum autem, quòd iſta præcepta, quæ hic ponuntur, dirigunt hominem in comparatione ad proximum, vt ſe habeat innocenter. Eſt autem innocentia in non faciẽdo malum, & eſt quaſi priuatio; priuatio autem ſecundum naturam reducitur in ſuum habitum, cum ſecundum ſe non ſit cognoſcibilis; habitus autem ſuus eſt facere malum, quantum ad illud poſitiuum, quod præſupponit. Et ideo quot modis dicitur facere malum, tot prædicari neceſſe erit aliquem eſſe innocentem: malum autem tripliciter fit, ſcilicet, in executione, & in voce, & in corde. ideo de his tribus malis hic dicitur. Primò de eo, quod eſt in re. Secundò de eo, quod eſt in voce ibi: *Non mentiemini*. Tertiò de eo, quod eſt in corde ibi: *Nec oderis fratrem*. Quanquam iſtæ partes non ſint præciſè, quia aliqua alia interponuntur, quæ aliqñ ad vnum modum, & aliquando ad alterum pertinent. Circa primum dicitur: *Non facietis furtum*. Hic tollitur malum, quod eſt in executione, quoniam facere furtum, eſt alteri res ſuas clam ſubtrahere, per quod damnum ei irrogatur. Ad hoc autem oportuit Iudæos admoneri, quoniam ipſi erant valde auari, & ideo inclinabantur ad accipiendum res aliorum, quod patet ex dicto cuiuſdam gloſſæ, ſ. nullam gentem legimus Iudeis, & Romanis auariorem. Debuit ergo Deus de hoc replicare præcepta, vt ſic Iudæis fieret impreſſio, vt cauerẽt ab his. Omnia enim præcepta Decalogi, quaſi repetuntur hic, quanquam nõ eo ordine, quo in Decalogo deſcribũtur: & nõ ponitur hic de adulterio, cuius cauſa eſt: quia de hoc tetigerat præcedenti capite, per totum, & infra ſequenti cap. tãgit legiſlator, imponens pœnas pro his. De furto autem dicit hic, prohibẽs illud: nec tñ hic ſolum furtũ intelligitur eſſe vetitũ, quod eſt in clandeſtina ſubtractione rerũ inuito dño, ſed etiam intelligendum eſt de rapina, quæ eſt violenta ablatio rerum præſente domino, defendere non potente; & hoc directè prohibetur in hoc præcepto. Ex quadam autem cõſequentia prohibentur omnia, quæ pertinent ad modum inconuenientem acquirendi, vt omnis fraus, & dolus, & contractus illiciti, vt vſurarij, & ſimoniaci, & generaliter in omni illo dicitur eſſe furtum, in quo aliquis acquirit contra naturæ, vel legis præcepta. Quomodo autem intelligendum ſit iſtud præceptum de non furando, latius eſt dictum Exodi 20. cap. & Deut. 5. capite. *Non mentiemini*. Hic ponitur de ſecundo, ſ. de malo, quod eſt in voce: mentiri namque, plerumque in voce eſt. qm̃ mentiri eſt contra mentem ire, vel contra mentem dicere: & iſtud cauſatur qñdocumque aliquis verba aliqua exprimit, quæ ſic non ſe habent, vt loquens eſſe credit, & hóc vt auditorem fallat. Sic. n. diffinitur communiter, mendacium eſt falſa vocis ſignificatio cum intẽtione fallendi. Et cauſa huius eſt: quia voces noſtræ ſunt naturaliter ad ſignificandum ea, quæ ſunt in mente noſtra, iuxta illud quod hr̃ ab Ariſt. in 1. Perihermen. cum dicitur: Sunt ea, quæ ſunt in voce, earum quæ ſunt in anima, paſſionum notæ, id eſt, ipſæ voces ſunt ſigna paſſionum, ſiue conceptuũ, quæ ſunt in animo. Aliquando autem mendacium in rebus eſt, ſicut cum quis in habitu demonſtrat ea, quæ in ſeipſo nullo modo ſunt. Nã quemadmodum vox naturaliter eſt ad ſignificandum ea, quæ ſunt in anima, & quando vox non concordat eis, quæ intra ſunt, dicitur eſſe mendacium; ita cum habitus aliqñ ex quodam modo naturæ, vt communiter autem ex conditione, & humana conſuetudine ſignificet modum affectionum, & operationum humanarum, ſi igitur aliqui demonſtrant in habitu exteriori ea, ſecundum quę ipſi videntur eſſe boni, & tamen ſecundum rem mali ſint, erit mendacium ibi, quia aliter ſignificatur quam eſt. De hac autem ſpecie mendacij, ponit Ariſtoteles Ethicorum lib. 4. circa finem, cum ait: de veridicis autem, & falſidicis dicemus ſimiliter in ſermonibus, & operationibus, & fictione. Ecce, qualiter poſuit in operationibus eſſe aliquem veridicum, & falſidicum, & in fictionibus ẽt ſine ipſa falſitate vocum. Hic aũt de mendacio, quod in voce

Malũ in executione.

Rapina quid ſit.

Malũ in voce.

Mendacium dupliciter ſumptũ, aliud in voce & aliud in re.

eſt dicitur, quanquam ẽt ſatis prohibitum intelligitur mendacio, quod eſt in re, ſ. in habitu: ab hoc aũt mendacio, quod eſt ab in habitu dicit Chriſtus eſſe cauendũ, vt habetur Matth. 7. c. ſ. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimẽtis ouium, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoſcetis eos. *Nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum.* i. nullus decipiat proximum ſuum, per æquipollentiam negationis præpoſitæ ſigno vniuerſali. prohibetur aũt hoc poſt mendaciũ; nam per mendacium aliquis decipit proximum ſuum, cum ei in voce ſignificat id, quod in re non eſt, nec ipſe fortè intelligit. Sunt tamen præter hoc aliæ deceptiones, quæ sũt in rebus, ſ. cum aliquis imaginatur aliqua fraudem, per quam ſubtrahat proximo ſuo quæ poſſidet, vel ei aliud incutiat malum, ſiue hoc fit in contractibus, qui per verba fiunt, ſiue ſine verbis, per quemcũque modum aliquis ab intentione alteri det errandi occaſionem, & alicuius damni, vel offenſionis. Et cum prohibetur deceptio proximi, omnes homines proximorum nomine intelliguntur, ſicut probatũ eſt præcedenti c. Ideo nulli homini nocendum eſt, aut ei quæcumque offenſio offerenda. Multi aũt caſus ſunt, in quibus aliquis alteri iure nocere poteſt, ſed tunc nec propriè vocatur nocumentum, nec offenſio, aut deceptio; ſed ſolum materialiter: qm̃ nemini iniuriam facit, qui vtitur iure ſuo. *Non periurabis in nomine meo.* Hic ponitur qualiter aliquis ſe habeat innocenter ad Deum. Habet ſe. n. aliquis ad Deum innocenter, cum ei non nocet. Deo enim ſecundum veritatem nemo nocere poteſt, quoniam ipſe eſt ſummum bonum, & ſummè potens, in quo nec malum aliquod eſſe poteſt, nec quiſquam inferre valet, & hoc exprimit Malach. c. 3. cum ait: Si affigit homo Deum ſuum? quia vos configitis me, & dicitis: in quo configimus te? & ſic videtur ibi ſignare, ꝙ homo non propriè poteſt configere, vel affigere Deum, cum poſuit conditionaliter, ſi affigit homo Deum? dicitur tamen aliquis nocere Deo, inquantum eius leges contemnit, quoniam leges habet vim ex Legiſlatore, & ſi aliquis cõtemnat leges, contemnit quoque Legiſlatorem, & hunc modum loquẽdi habet Malachias in c. 1. Cum ait: Dicit Dominus exercituum ad vos, ò Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis, in quo deſpeximus nomen tuum? offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis: in quo polluimus te? in eo, ꝙ dicitis menſa Domini polluta eſt: ſimile patet Malach. c. 3. cum dicitur: Laborare feciſtis Deum in ſermonibus veſtris. Hoc igitur modo, inquantum aliquis præcepta Dei quocumque modo negligit, Deo nocet. Eſt autem alius modus, adhuc nocendi Deo ſpecialior, inquantum aliquis agit quicquam mali contra Deum, quod non ſolum militat in illum, vt in Legiſlatorem, ſed vt in perſonam priuatam. Et iſtis duobus modis qui periurat in nomine Domini, dicitur inferre ei nocumentum, qm̃ Deus vetuit periurium, & aſſumptionem nominis ſui in vanum, vt habetur Exodi cap. 20. qui igitur aſſumit vanè, vel deierat in nomine Domini, contemnit legem illam, & in hoc nocet Deo. Alio modo accipitur iſtud præceptum, vt militat in Deum, nõ inquantum eſt Legiſlator, ſed inquantum eſt quædam alia perſona, ſ. inquantum eſt Deus: eſt enim nomen Domini valde glorioſum, cum ipſe Deus ſit infinite bonus, qui igitur nomen illud recipit in locutione ſua, deberet illud accipere ex naturæ inclinatione, & obligatione, in maxima reuerentia, qua haberi poteſt, qui autem illud vanè aſſumit, vel propoſito eo in voce, falſum protulerit, vilipendit nomen illud, magna ergo Deum contumelia afficit: nam ſi mentiri quocumque modo malum eſt, quanto magis malum erit aſſumpto nomine Domini? De expoſitione autem huius præcepti, latius dictum eſt Exodi 20. cap. & Deuteron. 5. capite. *Nec pollues nomen Dei tui.* Iſtud nõ eſt aliud præceptum diſtinctum à ſuperiori, ſ. de non periurando, ſed eſt illius cauſa, & intelligitur non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui, i. non periures in nomine meo, quoniam ſi periuraueris, pollues nomen Dei tui. Nomen autem Dei propriè pollui non poteſt, quoniam in ſe maculam nullam, aut vilitatem ſuſcipere poteſt, ſed dicitur eſſe pollutum nomen Domini, quantum ad opinionem noſtram, inquantum coram no-

Quo aliquis ad Deũ innocenter ſe habeat.

F bis indecenter accipitur; ſic. n. habetur Malachiæ 1. cap. cum dicit Dominus, Offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis in quo polluimus te? in eo ꝙ dicitis menſa Domini deſpecta eſt. Modus autem per quem nomen Domini corã nobis deſpicitur, eſt, ſi illud in vanum aſſumatur, vel ſi illo ad aliquid aſſumpto in teſtificationem falſa proferamus: hoc aũt eſt periurare. *Ego Dominus.* i. ego ſum Deus, qui iubeo iſta fieri. *Non facies calumniam proximo tuo.* Iſtud p̃ceptum, ſicut præcedẽtia ad ius naturæ p̃tinet: nulla. n. humana lex eſt quæ hoc ſtatuerit, & ẽt ſi hoc ſtatuatur, primò tñ de iure naturæ eſt: qm̃ in rõne noſtra innatum eſt, vt nulli calumniam inferamus. Prouenit autem hoc ex ſuperioribus, quia ſupra dicebatur, ꝙ non decipiat vnuſquiſque proximum ſuum, quod ad omnem modum fraudis pertinet. Calumnia autem
G aliqualiter ad fraudem, & aliqualiter ad violentiam pertinet. eſt enim calumnia extorſio rei proximi per quandã ſimulatam, & non veram rationem: cum. n. aliquis quippiam alteri tollere vult, ad quod varios inquirit modos, ne hoc per violentiam facere videatur, ſed aliquid rationis habeat, eſt calumnia: & hoc quoque, ſicut ipſa violentia prohibitum eſt: habet enim ſe aliquis valde nocenter ad alios, cum eis calumnias irrogat, & hoc ad nullũ hominem fieri poteſt, quoniã prohibetur hoc fieri ad proximum, omnes autem proximi ſunt, quoſcumque natura humana nobis fecit eſſe participes, vt ex ſuperioribus patet. *Nec vi opprimes eum.* Iſtud eſt alterum præceptum, quod pertinet ad ius naturale: nam nõ eſt per legem humanam, ꝙ homo nulli inferre debeat aliquam vim; ſed nobis natura ipſa indidit. Et pertinet hoc ad præcedens
H præceptum: nam calumnia, & violentia de qua hic agitur, in aliquo cõicant: nam calumnia eſt cum alicui ſubtrahitur bonum, quod hẽt, per quandam coloratam rationem, ſed non exiſtentem veram: violentia aũt eſt cum bona ſua alicui detrahuntur, nulla vera, aut colorata rõne prætẽta, ſed ſolis viribus oppugnando, & ſic ambo ad ſubtractionem rerum pertinent: opprimere aũt, quod hic accipitur, idem eſt quod premere, vel humiliare, ſ. cum quis viribus præualens alium ſibi ſubiicit. *Non morabitur opus mercenarij, apud te vſque mane.* Iſtud eſt alterum præceptum de iure naturæ, quod immediatè pendet à ſuperiori, ſ. à violentia: nam mercenarij pauperes ſunt, & impotentes, ſi igitur aliquis mercedem eorum per aliquot dies detineat, eiꝰ violentiam infert: nam ſicut tollere eis mercedẽ ſuam, totaliter eſt opprimere eos, ita ꝙ merces
I eorum, quantum ad aliquod tempus tollatur, violentia quædã, vel oppreſſio eſt. Cum. n. mercenarius perfecerit opus ſuũ, merces ei promiſſa naturaliter debita eſt, ideo ſi quis eam vlterius detinuerit, iam tollit ei vſum illius mercedis pro hoc tp̃e, in quo violẽtiam infert, potiſſimè cum ipſe mercenarius pauper ſit, & Deus iuſſerit nullam calumniam, aut violentiam inferẽdam pauperibus, vel aduenis, & viduis, & peregrinis, vt habetur Exodi 22. c. cum dicitur: Aduenam nõ contriſtabis nec affliges: aduenę. n. ipſi fuiſtis in terra Ægypti, viduæ, & pupillo nõ nocebitis: ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorũ; & indignabitur furor meus, percutiãq; vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduę, & filij veſtri pupilli. *Non morabitur opus mercenarij.* Non accipitur opus propriè, qm̃ opus eſt ipſum, quod fit, vt domus, vel liber,
K vel aliquid, quod per laborem conſtituitur; opera autem eſt ipſa rei actio, i. labor agentis: mercenario autem non eſt dãdum opus, quia illud manet apud dominum, cuius eſt: ſed aliquid dandum eſt pro labore operis, ſ. pretium, & illud vocatur hic opus. *Vſque mane.* i. in eadem die in qua mercenarius operatus fuerit, reddetur ſibi pretium laboris ſui: cuius cauſa eſt, quia mercenarij pauperes sũt, & non habent aliquid alterum, vnde ſuſtentetur, niſi labores manuum ſuarum, quod ſi quis eis ad tẽpus ſubtraxerit, pro eo tẽpore victum eis tollit, quod faciendũ nunquam eſt, ſicut patet de eo qui recepit in pignus veſtẽ alicuius in qua dormiebat, ſi nullã aliã haberet ad dormiendum: nam ẽt ſi non ſoluiſſet debitum quotidie reddebatur ei veſtimentum ſuum ante Solis occaſum, quia ipſum ſolum eſt in quo dormiebat. ſic patet Exodi 22. c. cum dicitur: Si pignus acceperis à proximo tuo veſtimentũ, ante Solis

Calũnia quid ſit.

Calũnia & violẽtia differunt.

Opus, & opera differunt.

Solis occaſum redde ei: ipſum eſt enim ſolum quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat, ſi clamauerit ad me, exaudiam eum, quia miſericors ſum. Nulla igitur violentia aut calumnia mercenarijs, aut pauperibus facienda eſt. A

Peccatū mortale eſt detinere, vſque ad alteram diē pretiū mercenarij, niſi ex voluntate.

Vnde nō poteſt mercenarij pretium, vſque ad alteram diem detineri ſine peccato, niſi ex conſuetudine, aut mercenarij voluntate, vel alia quacumque rationabili cauſa ſolutio impediatur. *Nō maledices ſurdo*. Hic ponitur aliud præceptum de pertinentibus ad ius naturæ, ſcilicet, ꝙ nemo ſurdis maledicat: hoc enim eſt ab ipſa rerum natura inductum, & valde rationabile hoc omnes homines iudicabunt etiam ſi hoc nulla lex ſtatuerit. Et cum hic iubetur non maledices ſurdo, non ſolum prohibetur maledictio facta ad ſurdos: ſed etiam ad quoſcumque homines, nam cuicumque maledicere peccatum eſt. Iuſſit tamen B Deus id quod magis ratio inducebat: nā deterius eſt maledicere eis qui ſe defendere non poſſunt, quam eis qui hoc efficere poſſint. Huiuſmodi aūt ſurdi ſunt, quia cum nihil audiant ad maledicta nihil reſpondere valebūt: videtur namque eſſe quædam crudelitas, & miſeri animi conditio, vt eis moleſtias inferamus, qui nobis eaſdem inferre non poſſunt; etiam hoc fit ad tollēdam occaſionem maioris mali: nam cum aliquis audientibus maledicit, timere poteſt ſibi ſimilia, aut deteriora referri: & interdum ob hoc à maledicendo ſe cohibet: cum verò aliquis ſurdo maledicit ſcit illum ſibi reſpondere non poſſe, & ob hoc in maledictis amplius efferueſcit.

Item non ſolum eſt intelligendum directè ſurdis non debere maledici, ſcilicet, eis, qui auditiua potentia carent: ſed etiam illis qui pro tunc audire nō poſſunt, vt propter C abſentiam, & locorum diſtantiam. vnde ob hoc de abſentibus detrahere peccatum magnum & turpitudo eſt: & hoc tam ex parte maledicētis, quam ex parte eius, cui maledicitur. Ex parte maledicentis patet: qm̄ maiori malitia ad hoc incitari videtur, cum in præſentia alterius poſſet hæc verba in correctionem aliquam proferre: in abſentia autem ſola voluntas nocendi cauſa eſſe videtur. Ex parte autem eius cui maledicitur etiam hoc patet: quoniam ſi præſens eſſet, poſſet maledictis reſpondere, & maledicentem à maledicendo cohibere, apparet autem præter hoc quędam miſeria animi, & timiditas, cum quis ei offenſionem infert, à quo ſuſcipere non poſſit: ſicut ſi vir contra feminam bellum gerat. *Nec coram cæco pones offendiculum*, id eſt, nō pones coram cęco aliquid in quo cadat, vel non diriges eum per viam ſaxoſam, & præcipitem, vt cadat. D Hoc enim ſecundum naturam eſt, vt nemo his perſonis miſerabilibus vlteriorem inferat afflictionem. Et non ſolum ſunt iſta præcepta ſecūdum naturam, ſed etiam ſunt aliquid valde ſpeciale inter omnia præcepta naturæ. In omnibus namque præceptis naturæ apparet ratio debiti. ſed adhuc magis in quibuſdam quam in aliis, & illa magis ſpecialiter videntur pertinere ad ius naturę; ſic autem eſt in hoc: quia nullus homo eſt, qui non iudicet malum eſſe coram cęco ponere offendiculū: Cauſa huius eſt: quia ipſe illud vitare non poteſt, cum nullo modo videat.

De iure naturali eſt non ponere offendicula coram cæco, nec corā alio homine.

Conſiderandum autem, quòd non ſolum coram cęco non eſt ponendum offendiculum, ſed etiam coram nullo homine: quia iſta ſecundum ſe mala ſunt. ideo ad nullum hominem fieri debēt. Dicitur tamen magis de cęco, quam de videntibus: quoniam cęcus offendiculum vitare nō poteſt, videntes autem poſſunt. E Etiam vt ſupra dictum eſt ad euitandum maius malum. nam ſi aliquis velit ponere offendiculum coram vidente, ipſe conſiderans hoc, maiora offendicula ponet coram illo, qui hoc fecit: ideo quilibet timebit coram vidēte offendicula ponere: coram cęco tamen nullus hoc timebit: quia etiam ſi offendicula cæcus ſuſcipiat, & in illa incidat, tamen facienti ſimilia parare non poteſt, quoniam nec offendicula videt, nec eum cui parare debeat nouit. faciliter ergo quilibet malus mouerętur ad offendicula ponenda.

Sciendum autem, quòd non ſolum vocatur hic cæcus ille, qui potentia viſiua caret, ſed etiam ille, qui potētiam viſiua habēs, hæc quæ ponūtur videre nō pōt, ſi qs ponat inſidias, aut offendicula multum latentia in quæ quilibet ſatis videns incideret, dicitur ponere offendicula coram cęco: nam velut cęco impoſſibile eſt offendicula quæ ponuntur, intueri, ita & videntibus impoſſibile eſt ſi offendicula multum latentia ſint.

Prohibentur malè alteri cōſulere.

Dicunt etiam, tam Doctores noſtri quàm Hebræi, in hoc prohiberi, ne quis ſimplici viro malè conſulat: nam cū tota actio hominis ex cōſilio dirigatur, qui malè conſuluerit offendicula in actione parat: hoc aūt malum eſt in omnibus hominibus, ſ. quod cuicumque prauè conſuluerimus, iniquè agimus; hoc tn̄ magis eſt ad eos qui ſimplices ſunt, qm̄ intelligentes quanquam à nobis praua conſilia recipiant interdum illa prudentia ſua deuitare poterunt: illi aūt qui ſimplices ſunt, hoc facere nequeunt, ſed penitus ex nobis pendēt: ideo in his peccatum maius eſt. *Sed timebis Dominum Deum tuum*. Hic ponitur retractiuum à malo, quod aliquis faceret ponēdo offendicula coram cęco, vel maledicendo ſurdo, ſ. ꝙ timeat Deum, q.d. licet non timeas, ꝙ aliquis poſſit tibi malum inferre pro hoc malo, quod egeris ponēdo offendiculum coram cæco, & maledicendo ſurdo, qm̄ ipſi qui ſuſcipiunt perſonæ impotentes ſunt ad reddēdum vicem, tamen debes timere Deum, qui retribuet vicem pro his: ſic patet Exodi 22.c. cum dicitur: Aduenam non contriſtabis, nec affliges: aduenæ enim, & ipſi fuiſtis in terra Ægypti: viduę, & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. *Quia ego ſum Dominus*. Quaſi dicat iſta immediatè refertur, ſ. ꝙ debetis timere Deum, quia ego ſum Dominus, ſ. potens vobis retribuere ſufficienter pœnas pro peccatis veſtris. *Non facies, quod iniquum eſt*. Hic ponitur directio hominis Iudicis: nam quamuis quilibet homo ad alios ſe habere debeat innocenter: ad Iudicem tamen magis hoc pertinet. ipſe.n. eſt qui plura mala agere poteſt, ex eo quòd id quod ab eo prolatum fuerit, tanquam ius eſt, & dicitur: *Non facies, quod iniquum eſt*.i. nō inferes alicui aliquam pœnam contra legem, vel aliàs contra rationem aggrauando: & hoc eſt cum ad vnum ſolum Iudex ſe habet imponendo ei pœnas pro aliquo malo, cum autem inter duos, aut multos iudicat immediatè dicitur: *Nec iniuſtè iudicabis*.i. non proferes ſententiam iniquam contra legem, vel rationē, in qua id, quod vnius eſt, alteri tribuatur, quia tunc iniuſta diſtributio eſt; vel poteſt accipi, ꝙ per iſta duo præcepta prohibeantur duo, quæ pertinent ad eaſdem perſonas, ſ. nunquam proferre ſententiam, & prolatam executioni mandare. Primū prohibetur cum dicitur, nec iniuſtè iudicabis; nam cum iudicare ſit ius dicere, in ſolo verbo eſt, & non pertinet ad ſententiæ executionem. Secundum prohibetur cum dicitur: non facies, quod iniquum eſt, id eſt, non trades iniquam ſentētiam executioni: nam hoc eſt facere iniquum: malè autem ſententiare non eſt facere iniquum, ſed dicere iniquum, ſed hoc eſt inquantum diſtinguitur facere, & dicere; facere tamen aliquod ipſum dicere eſt, ſed reſpectu eiuſdem rei diſtinguuntur. *Non conſideres perſonam pauperis*. Hic ponuntur quædam impedimenta, quæ rectū iudicium excludūt: ſic.n. eſt receptio munerum, quoniā iſta excæcant iuſtos atque prudentes, vt patet Exodi 23. cap. & Deuteron. 16. cap.

Directio hominis Iudicis.

Quomodo fauor in iudicio aliquando licet, ſed non acceptio perſonarum. Quæſt. VII.

ALIVD autem eſt fauor, qui dicitur adiutorium factum alicui perſonæ ſine meritis in alterius præiudicium, hoc autem in iudicio eſt; nam in actibus non iudicialibus fauor eſſe poteſt ſine peccato, cū ſit liberum adiutorium, & videtur pertinere ad liberalitatem. Iſte autem fauor vocatur hic acceptio perſonarum: & vocatur acceptio perſonarum, quādocumque aliquis propter perſonam, quippiam agit meritis perſonæ non ſuffragantibus, & hoc in iudicio, vt ſi aliquis Iudex ſententiat pro aliquo, quia diues eſt, vel potens, aut cognatus ſuus, vel aliàs, quia iſta nō ſignificant merita cauſæ. Si aūt eſſent cōditiones, quæ cauſarū merita potiora facerent, nō eſſet acceptio perſonarū, ſed vnicuiq; tribuere ius ſuum. De perſonarum acceptione, quando propriè fit, & de regulis ad

cognoſcẽdum eam, & cui virtuti repugnet magis dictum eſt Deut. 1. cap. Hic autem dicitur, ꝙ Iudex nõ conſideret perſonam pauperis, quod poteſt dupliciter intelligi.

Quomodo intelligatur, ꝙ iudex nõ conſideret perſonam pauperis.

Vno modo, ꝙ non cõſideret perſonam pauperis, id eſt, propter hoc, ꝙ eſt pauper ſolum nõ ſententiet pro eo, niſi forte merita cauſæ ſuæ potiora ſint, quod dicitur contra aliquos Iudices, qui valdè miſerentur pauperibus, & tamen aliquando irrationabiliter. Ideo interdum ſententiant pro eis, quanquam hoc merita cauſe non expoſcant: & hoc vetuit Dominus, vt habetur Exodi 23. cap. ſ. pauperis quoque non miſereberis in negocio, id eſt, non miſereberis pauperi, quia pauper eſt, in negocio, id eſt, in iudicio ſententiando pro eo propter paupertatem. Sed iſte ſenſus non poteſt hic ſtare: quia repugnat littera, quæ ſequitur, ſ. nec honores vultum potentis: & iſta duo ponuntur hic, tanquam contraria, ergo ſi vultus potentis honorabatur neceſſarium erat, vt pauper deſpiceretur.

Alius ſenſus eſt, non conſideres perſonam pauperis, id eſt, non conſideres de aliquo, ꝙ pauper ſit, quando in iudicio fuerit, quia ſiue pauper, ſiue diues ſit, vnicuique æqua menſura diſtribuenda eſt. *Nec honores vultum potentis*, id eſt, in iudicio non honores potentem, quia potẽs eſt, ſ. dando ei plus de iuſto, quam dare debes propter hoc, ꝙ eſt potens, ſicut non debes deprimere pauperem in iudicio, quia pauper eſt auferendo ei, quod iuſtum eſt; ſic habetur Exodi 23. cap. cum dicitur: Non declinabis in iudicio pauperis, id eſt, quando dederis iudicium de paupere, non declines à rectitudine tollendo ei aliquid, quia pauper eſt. Vel intelligitur alio modo, quod nõ eſt deſpicienda perſona pauperis in iudicio, nec honorãda perſona diuitis, ſ. ꝙ non faciat iudex diuitem in iudicio apud ſe ſedere, quod eſt honorare eum, & pauperem ſtare, quod eſt proſpicere perſonam eius, ſ. ad dandum minus de honore: nam cum ſic fiat perſonarum acceptio eſt, & principium vt pauper formidet de bonitate conſcientiæ iudicis: credet enim iudicem eſſe affectum ad diuitem cum eum faciat apud ſe ſedere, & ſic intelliget ſe non poſſe conſequi ius cum diuite, ideo vt tollatur iſte ſcrupulus nõ debet iudex in iudicio honorare magis diuitem, quam pauperem; ideo iubetur Deuteron. 25. cap. ꝙ quando aliqui habuerint inter ſe cauſam, ſtent ambo coram iudice, id eſt, ambo ſtẽt pedibus, & nullus eorum ſedeat, ne ſic alius præſumere poſſit pro eo quem iudex ſedere iuſſerit: hoc namque conueniens valde eſt, quia non ſolum à malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali ſecũdum Apoſtolum fugiendum eſt. *Iuſtè iudica proximo tuo.* Hoc poteſt referri ad iudices quibus competit ex officio iudicare, & quia dicebatur ſupra de illis, quæ impediebant iudicium, ſcilicet, de perſonarum acceptione concluditur hic, ꝙ iudex debeat iudicare cauendo ab omnibus iſtis, ne ex aliqua cauſa, vt fauore, vel odio iudicium deprauetur.

Alio modo poteſt intelligi, quantum ad omnes homines, qm̃ omnes iudicant aliquid de proximis ſuis, ſcilicet, apud ſeipſos iudicãtes, ꝙ alij boni, vel mali ſint, vel quod actus ſui ob aliquam cauſam bonam vel ſiniſtram fiant. & quãtum ad hoc homines valde errant: qui de aliis praue iudicant, ſ. interpretãtes actus eorum in malum. Apoſtolus enim ſæpè hoc vetuit, & Chriſtus potiſſimè, cũ inquit, nolite iudicare & non iudicabimini. Matt. 6. cap. & Apoſtolus 1. Corinth. 10. cap. Nolite iudicare, quoaduſque veniat Dominus, qui iudicabit abſcõdita cordium, & reuelabit occulta tenebrarum; & quantum ad hoc, ſi aliquis iudicet de proximo quicquam, debet iudicare potius in bonum, quam in malũ, niſi fortaſſis ipſe actus, qui fit, talis ſit, vt nullatenus in bonum interpretabilis ſit: ſicut furtum, adulterium, & periurium. De hoc habetur extra, de regul. iuris, 3. cap. Eſtote miſericordes. ſic autem iubetur hic, vt vnuſquiſq; iudicet proximo ſuo iuſtè, ſ. non interpretando res eius in aduerſam partem, quia hoc iniuſtum eſt, niſi tales ſint de quibus repugnet dari bonam interpretationem, & fortè iſta ſententia eſt magis conueniens quam ſuperior: quia dicitur, iuſtè iudica proximo tuo. Proximus nomen æqualitatis eſt, Iudex verò nomen dignitatis, & excellentiæ cum gerat perſonam totius populi ius diſtribuentis, & hoc modo nõ vocaretur ipſe proximus aliorum, quia in hoc diceretur æqualis eis: ſed videtur

F tur pertinere ad perſonas priuatas, ſcilicet, ꝙ quilibet homo iuſtè iudicet proximo ſuo actus eius bene interpretãdo, & iſti propriè vocantur proximi: quia perſonæ priuatæ ſm̃ ſe, non ſm̃ aliquem maiorem, vel minorem excellẽtiam ad inuicẽ, ſed æquales, & proximi magis vocãtur.

Non eris criminator. Hic ponitur de eis quæ pertinent ad omnes homines, vt bene ſe habeant, & innocenter ad alios, & ſupra dicebat de eis quę erant in intentione, quale eſt iudicium, quod eſt in actu interiori: hic ponitur de eis quæ ſunt in voce; & dicitur, ꝙ non ſit aliquis criminator, i. accuſans omnes de criminibus, ſ. diffamans eos, vel accuſans in iudicio. eſt enim magnum inconueniens: quia cum aliquis accuſator aliorum eſt, alij oderunt eum, nec poſſunt ei pacificè communicare, & ſequuntur alia damna, & ſcandala. Sed in hoc diſtinguendum eſt, quomodo

G aliquis ſit criminator, qm̃ duo ſignificat criminator, ſcilicet, criminum impoſitorem, aut de criminibus accuſatorem, vel eorum narratorem. Primo modo eſt ſimpliciter prohibitum, ſcilicet, quòd nemo aliis crimina imponat: hoc enim ſemper valde illicitum eſt, & hoc gradualiter: nam iudicare malum de proximo, quod erat in ſolis interioribus, malum erat, & vetabatur: imponere autem crimina, quod eſt in voce, deterius eſt.

Criminator duas ſignificat.

Alio modo intelligitur, ꝙ aliquis ſit criminator, id eſt, de criminibus accuſator, vel enarrator: & tũc aut accuſat coram eo, qui corrigere iſta debeat, aut corã aliquo alio: ſi enim coram aliis perſonis hoc agat, non videtur agere zelo corrigendorum criminum, ſed infamandorum proximorum; & ſic enarratio criminis alicuius corã aliis, ſemper illicita eſt, niſi fiat ſecundum modum Euangelicæ

H correctionis, de qua habetur Matth. 18. capite.

Si autem aliquis iſta crimina enarret corã eo, qui hæc corrigere debet, ſcilicet, coram Iudice, aut illa corrigendorum criminũ cauſa, aut liuore motus, vel ira, aut alias enunciat. Si enim ſecundo modo, ſemper illicitum eſt. Si autem primo modo, aut vera, aut falſa enunciat, ſi falſa ſemper malè agit: ſi vera, aut ſunt talia, quæ niſi corrigerentur redundarent in damnum Reipublicæ, ſecundũ ꝙ ſunt quædam crimina, quę faciunt ad magnũ ſcandalum patriæ, vel perditionis eius, & in iſto caſu quilibet tenetur enarrare crimina ei, qui corrigere illa põt, alioquin peccat in Rempublicam. Si autem ſint aliqua crimina, quæ non redundant directè in damnum Reipublicæ, nec aliquod damnum iam ex eis ſequi poteſt, cũ ſemel tranſierint, non debet aliquis de talibus criminibus accuſare, niſi fortaſſis

Quando inconueniens eſt accuſare de criminibus, & quando homines cogantur ad hoc.

I ſit ille ad quem damnum, vel iniuria ex hoc crimine proueniebat, qm̃ tũc accuſare poterit. Vocatur autem hic criminator, qui alicui crimina imponit, ſiue vera, ſiue falſa ſint, ſcilicet, ꝙ quando cum aliquo loquitur, obiicit ei crimina ad diffamandum eum: talis namque homo dr̃ eſſe omnibus odioſus. Vel dr̃ criminator, qui publicè crimina de aliquo narrat, etiam ſi non ſit præſens ille de quo narratur. Vtrunque enim malum eſt. *Nec ſuſurro in populo.* Dicitur .n. ſuſurro ille qui occultè crimina de aliis enunciat, & iſte multum nocet, qm̃ eos quibus iſta narrat, prouocat contra illum, de quo ea refert, ſed adhuc iſte præſumitur magis falſum dicere, & ex peiori intẽtione moueri, quã ille qui in publico profert, & hoc etiam facit hominem valde odioſum aliis. Cauẽdum ergo eſt hoc: nam & criminatorẽ eſſe in aliquo caſu cõueniens eſt, vt oſten-

K ſum fuit nunc, eſſe tamen ſuſurronem nũquam licet. *Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui*, id eſt, non debes velle occidere proximum tuum, vel non iungeris illis, aut fauebis, qui proximum occidere quærunt: hoc enim eſt ſtare contra ſanguinem, i. ſtare ad occidendum, ſiue effundendum ſanguinem. Iſta omnia de iure naturæ ſunt, cũ ratio dictet ea ſic fieri debere, etiã ſi nulla lex de his poſita ſit. *Ego Dominus*, id eſt, ego Deus veſter, iubeo vobis hoc, & poſſum iubere, quia Dominus ſum. *Nec oderis fratrẽ tuum in corde tuo.* Hic prohibetur ſola ira, vel rancor, qui eſt in animo præter exteriorem pœnarum inflictionem.

Ira, vel rancor, quomodò prohibeantur in Veteri Teſtamento. Quæſt. VIII.

HOc eſt cõtra illos qui dicunt in Veteri Teſtamento non fuiſſe prohibitam intentionem, ſed ſolum opera-

operationem, rancor tamen eſt aliquid in corde ſolum, A præter vocem,& exteriorem pœnarum inflictionem. Ideo dicendum,ꝙ in Lege Veteri erat prohibita intentio,ſicut & manus,quod apparet ex eo,quod habetur Exodi 20.c. cum prohibemur concupiſcere vxorem alterius, concupiſcentia tamen in ſolo actu interiori eſt: nam ſi accipiatur pro actu coeundi, aliud præceptum ſpeciale ponitur ibidem, ſ.non mœchaberis; Reducendum igitur eſt præceptum illud ad ſolum actum mentis noſtræ. Ideo dicendum, ꝙ in Lege Veteri, ita prohibebatur actus interior, ſicut in Lege Noua;quia ille peccatũ eſt in multis,immò nunquam eſt peccatũ in opere exteriori, niſi primo ſit in actu interiori;tñ in Lege Noua magis exprimitur de peccato, quod eſt in interiori actu,quàm in Lege Veteri. Cauſa eſt, quia lex noua eſt lex præceptorum perfectionis.

Quando aliquis tenetur declarare alteri in vultu odium, quod contra ipſum concepit, & quando agit illicitè declarando. Quæſt. IX.

SCIENDVM autem,ꝙ habere rancorem non prohibetur hic ſimpliciter,ſed habere in corde:nam ſi aliquis demonſtret alteri in verbis,vel in vultu,non videtur contra hãc legem agere: quia in hoc videtur arguere eum de quo odium concepit. Et propter hoc aliqui Iudæi dicunt, ꝙ fratres Ioſeph iuſtè agebant, quia non velabant odium in corde,ſed manifeſtè demonſtrabãt ipſi Ioſeph, non potentes ei pacificè loqui, vt habetur Gen.37.c. Sed hoc falſum eſt:nam cum aliquis concepit odium de altero iuſtè,non debet illud tenere in corde, ſed magis reuelare ei de quo eſt, vt ſic ſatisfiat, vel odium tollatur, & C hoc intelligitur hic. Si autem aliquis de altero concepit odium irrationabiliter,nõ debet illud declarare,ſed magis intra ſe extinguere debet: magis.n. peccat,qui conceptum odium irrationabiliter in vultu,vel in verbis monſtrat, quàm qui in ſolo pectore tenet: cum iam ex eo, ꝙ alteri vultum turbidum mõſtrat, viam paret offenſionis. Si aũt intra ſe illud teneret, ſibi ſoli offenſus eſſet, nulli alteri nocens;hoc autem eſt,cum aliquis concepit odium de altero, & ſcit non habere ſe aliquam legitimã cauſam concepti odij; tunc.n. reuelare non debet: quia tunc pro nihilo alios offenderet. Si tamen aliquis odium rationabile conceperit, putans ſe iuſtè in alterum commoueri, conueniens eſt, vt ei odium ſuum monſtret, aut ſaltẽ extinguat in corde, quia cum monſtratum fuerit, patebit nullum eſſe,& tunc tolletur. Si autem ſubticeret ille qui D conceperat tale odium, maneret in eo odium illud, cum ſemper ſe exiſtimaret iuſtam odij fouere cauſam, & hoc inconueniens eſt, reuelandum ergo erit.

De fratribus autem Ioſeph non erat ſic, quoniam ipſi ſciebant ſe iniquam odij fouere cauſam, cum ex ſola inuidia mouerẽtur;quia ipſe ſomniauerat de ſe aliqua magna futura, quibus auditis, fratres concitabantur contra eum liuore quodam vt habetur Geneſ.37.c. Cũ ergo ipſi demonſtrarent Ioſeph odium ſuum, quod iniuſtè conceperant, deterius agebant quàm ſi illud occultaſſent.

Sciendum autem,ꝙ cum hic dicitur,non oderis proximum tuum, non prohibetur ira,ſed odium:nam ira dicitur eſſe quidam motus ſubitus factus in natura noſtra ex ſanguinis ardore,& iſte non permanet;odium verò dicitur eſſe quædã ira inueterata,manens in animo,quæ ſine E aliquo motu facto in natura,iam ibi manet, & iſtud non propriè vocatur ira, niſi large iram accipimus diſtinguẽtes,ſm Ariſt.Ethic.lib.4.in c.de manſuetudine,vbi ponit tres ſpecies.Primi dicuntur eſſe acrocholi,i.acuti,ſ.qui cito iraſcuntur,& de multis rebus etiam ſine cauſa,ſed immediatè ceſſant,iſti autem manifeſti ſunt propter velocitatem,& motum factum in eis,& iſta eſt propriè ira.Alij vocantur amari,& difficulter ſoluuntur ab ira,quæ in eis multo tempore manet, tunc autem iſti quieſcunt, cũ punierint eos quib. iraſcũtur: qm̃ punitio generaliter quietat impetũ iræ:iſti.n.in ſe magnam triſtitiam habent,qm̃ nullus poterit eam tollere, quia immanifeſta eſt, & neceſſarium eſt magno tempore manere,ad hoc,ꝙ digeratur. Alij ſunt qui vocantur difficiles, & iſti iraſcũtur magis quàm oportet, & maiori tempore, nec vnquam ceſſant ab ira,donec puniant eos quibus iraſcuntur. Iſtæ duę ſpecies vltimæ,ſ.amarorum, & difficilium odium continent,qm̃ ſunt immanentes: acrocholi autem non habent odium, ſed iram velociter tranſeuntem, & iſti manifeſti ſunt,ideo non retinent in corde. patet:quia de eis Ariſtoteles dicit,vbi ſupra,accidit autem ipſis hoc,quoniam retinent iram,ſed redeunt,vel manifeſti ſunt propter velocitatem,deinde requieſcunt. De ira quantum, & quæ illius ſunt, dicemus Matth.5.c. *Sed publicè argue*.i. non teneas iſtam irã intra cor tuum, ſed reuela illi de quo eam concepiſti,ſ. petendo, ꝙ ſatisfaciat tibi pro offenſa, vel damno dato,pro quo odium concepiſti,& tunc ſi iniuria fuit propter quam iuſtè odium conciperetur, vel fiet ſatisfactio, vel habebit manifeſtam cauſam proſequendi iniuriam ille,qui odium conceperat; & etiam proficit vt B ipſe,qui concepit odium,nõ torqueatur magno tempore: nam amari qui ſunt in ſecunda ſpecie iracundorum, qñ intra ſe conceptam iram tenent,graue aliquid tolerãt,& toto illo tempore torquẽtur.Si aũt aliquis reuelaret iſtud odium ei,contra quem illud conceperat,iam non maneret odium,etiam quia amici iſtius iracundi, poſſent lenire odiũ eius, ſi illud cognoſcerent; cum vero incognitum eſt,hoc fieri nequit. Item, iſte qui intra ſe concipit odiũ, ſibiipſi grauis eſt,& amicis ſuis amarus,atque infeſtus,donec odium iſtud digeſtum ſit. Vt igitur non maneat iſtud inconueniens,bonum eſt reuelari odium,hoc tangit Ariſtot.4.Ethicor.c.de Mãſuetudine,cum loquitur de amaris,dicens: graue habent, propter non manifeſtum enim eſſe,nec ſuadebit ipſis aliquis,in ipſo aũt digeri iram tempore indigent. Sunt autem tales ſibiipſis moleſtiſſimi,& maximè amicis. Aliæ ẽt cauſæ huius eſſe poſsũt,quæ immediatè tanguntur,cum dicitur: *Ne habeas ſuper illo peccatum*.i.argue proximum tuum publicè, vt non pecces in eo: tollitur.n.occaſio peccandi in proximum, qñ publicè arguitur, quia ille qui ante non cognoſcebat ſe odio haberi,non obſeruabat ſe ab eo, qui illum odio habebat, & ſic poterat ab eo incautè occidi; nunc autem obſeruabit ſe ab eo: vel ex eo, quòd aliquis arguit aliquem publicè, recipit ſatisfactionem pro iniuria. Nam quemadmodum per realem punitionẽ iracundia aboletur, ita & per verba dura coniecta in aliquẽ, quia tunc in verbis totus impetus iræ exhalat. Dicitur autem, ne peccatum habeas ſuper illum,i.ſi publicaueris odium,non peccabis in eum quem odio habes. Accipitur iſtud peccatum, eo quia in eo ꝙ aliquis retinet iram, ſi iniuſtè concepta eſt, peccat, cum verò illã excluſerit per redargutiones,iam non peccat: quia non tenet iram. Vel alio modo poteſt intelligi de peccato, quod eſt in executione per inflictionẽ pœnarum,ſ.ꝙ ſi aliquis ſemper teneret odiũ contra proximum ſuum, aliquando commotus illo odio, eum occideret,& eſſet hoc peccatum graue: ſi autem arguerit eum publicè,iam ceſſabit ex hoc odium,& non inſurget iſte ad occidendum alterum,vnde non peccabit. *Non quæras vltionem*. Hic ponitur alterum præceptum, quod aliquo modo eſt de iure Naturæ, & aliquo modo de iure Diuino, ſed magis de iure Diuino: nam ſecundum iura humana, poteſt aliquis petere vindictam, & permittitur ei iſta expetitio vltionis, quæ ex odio procedit, qui igitur vltionẽ expetit,charitatem non habet,& in morte manet, vt patet 1. Ioann. c. 4. qui igitur id prohibuit, vetuit quoque vltionis expetitionem:vnde depẽdet iſtud præceptum ex ſuperiori,quia ſupra prohibebatur odium,hic autem vltionis expetitio interdicitur, qm̃ illa ex odio procedit.

De trib. ſpeciebus hominũ iracundorum.

Secundũ iura humana cõceditur petitio vltionis ſed non ſecundum iura Diuina.

Quando quis poſſit licitè proſequi iniurias, & quando non. Quæſt. X.

IN quo conſiderandum eſt,ꝙ vltio non ſe extendit ad omnia mala inflicta, ſed ſolum ad iniurias: nam pro dano dato vltio directè non expetitur,ſed ſatisfactio perditarũ rerũ niſi fortè iniuriæ cũ ipſis damnis illatæ ſint, ſed hic agitur de ipſis iniuriis propriè ſumptis,pro quib. vltio expetitur, & hãc dicit littera non eſſe expetendam. Quod põt intelligi dupliciter: vno modo, ꝙ non quærat aliquis vltionẽ,i.non appetat eam manibus ſuis, qm̃ hoc eſſet contra iudicialem ordinem, & ſemper illicitum eſt.

Iudicialiter tamen ſatis poteſt quilibet agere contra proximum ſuum actione iniuriarum, immò iubebat Deus in Veteri Lege, ꝙ ſi aliquis volūtariè alterum occidiſſet, nullo modo viueret, ſed Iudices tollerent eum de terra, vt patet Num. 35. cap. & Deut. 19. c. Alio modo poteſt intelligi hoc, ſ. ꝙ non petat aliquis vltionem etiam corā Iudice, ſed remittat ei qui iniuriam fecit. Et tunc conſiderandum eſt, ꝙ accipiēdo large iniuriam pro omni malo, ꝙ infligitur, ſiue ſit damnum, ſiue vera iniuria, dicendum eſt, ꝙ quandocunque damnum inflictum eſt, ſolū licet fieri refectionem illius damni, ſcilicet, ꝙ plenè ſatisfaciat, & hoc non vetatur hic, cum agatur de vltione, quæ eſt ad pœnarū inflictionem. Si aūt inferatur iniuria, tunc aut aliquis proſequitur eam criminaliter, aut ciuiliter, ſ. ad pœnā, vel ad æſtimationem in pecunia. Si.n. ſecundo modo licitum eſt petere ab iniuriante talionem quaſi quandam præſtari ob illatam iniuriam loco ſatisfactionis, & iſto modo non vocatur directè vltio, quoniam in pœnā ſonat vltio, ſed magis pertinet ad quendam modum ſatisfactionis, tanquam in damnis datis. Si autem accipiatur vindictæ quaſi quædam expiatio ratione iniuriæ quantum ad pœnam, tunc poteſt eſſe ibi propriè vltio, & directè, quia infertur tale quid quale vnus hoſtis alteri hoſti inferre cupit: & tunc dicendum eſt, ꝙ iſte qui petit proximum condemnari ad pœnam actione iniuriarum, aut agit ex liuore, & rācore, aut ex quodam iuſtitiæ feruore. Contingit enim interdū, vt aliqui ita ſint malæ cōditionis, quòd ſi eorum prauitas impunita relinquatur, ad deteriora perpetranda procliuiores ſemper erunt, quoniam facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquēdi, vt patet extra, de vita & honeſt. cleric. in c. vt maiores. Si igitur aliquis hoc videns, iniuriā ſuam proſequatur, non tanquam iniuriam proſequens, ſed tanquam proximi infirmitati, & ad malum pronitati cōpatiens, puniri exigat eū, qui deliquit, rectè agit: immo fortaſſis malè ageret, ſi eum relinquens impunitū peiora audendi tribueret incentiuū, niſi fortè talis perſona ſit iniuriam ſuſcipiens, cui ex conditione ſtatus, vel profeſſionis conueniat magis iniuriam tolerare, quam pœnam expetere, & iſto modo non petitur vltio, quia non proceditur ex rancore. ſed magis ille qui alterum accuſat, ei miſeretur, velut ſi quis ægrotos curandos ad medicum ducat, quoniam tunc potius bonum quam malum eſt. de hoc Boetius, de Conſolat. Philoſoph. lib. 4. Proſa 4.

Si autem accipiatur expetitio iniuriæ ad pœnā ex rancore, & deſiderio vindicandi, tunc vocatur propriè vltio, quia iniuriam ſuſcipiens ſaturatur pœnis iniuriatoris, & hoc modo non licet iniuriam paſſo petere vltionem, qm̄ cum rancore, & odio fit, & qui ſic facit, mortaliter peccat. Quod autem ſic accipiendum ſit, apparet ex eo, quod ſubiungitur immediatè, ſcilicet: Nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Quanquam ſi rectè attendere velimus, magis ex illa littera ſequitur, ꝙ Deus iubeat hic, vt totaliter remittat aliquis iniuriam nullo modo petendo aliquam pœnam per ſe, vel à Iudice: ſic. n. ſignificatur cum dicitur: Nec memor eris iniurię ciuium tuorum: nam non memorari iniuriæ eſt totaliter eam tradere obliuioni, vt nullo modo eam expetat, nec ēt ſaltem eius recordetur, & iſto modo dicetur, ꝙ hoc non eſt præceptum, ſed magis conſilium quoddam, quod falſum eſt: quia tunc non poſſet aliquis expetere iniuriā ꝓ occiſo, vel vulnerato, quod eſt falſum, cum dentur de hoc aliquę leges ſupra Exo. 21. c. & Num. 35. & Deut. 19. c. Si autem accipiatur expetitio vltionis ſecundum rancorem, ꝙ hoc non liceat, præceptū eſt: nam quicunque expeteret vltionem rancorem habēs, peccaret mortaliter, & eſſet reus huius legis. Sciendū tamen, quod quanquam conſtaret de aliquo, ꝙ petebat directè vltionem, motos ex quodam rancore, tamen ſemper audiebatur in iudicio agens actione iniuriarum, ſicut patet de illis qui perſequebantur aduerſarios ob effuſū ſanguinem occiſorum cognatorum ſuorum: Nam cum fugerent in vrbes refugij illi qui occidiſſent aliquos, proximus occiſi, veniebat ad Ciuitatem illam petens coram Iudicibus occidi illum virum, & ſi reperiretur, ꝙ factum fuerat ex præmeditata & diu ꝓhabita deliberatione & intētione, tradebatur in manus accuſatoris, & ipſe occidebat eū; & ſic patet, quòd Deus ibi permiſerit vindictam, quando

Quanquā peccatū eſſet olim petere vltionē ex rancore tamen recipiebatur accuſatio.

F directè expetitur. Item quod amplius eſt, ſi aliquis occidiſſet alium caſu, & antequam confugeret ad vrbes refugij occideret eū proximus occiſi, non incurrebat aliquam pœnam, quanquam innocens fuiſſet in morte alterius; & etiam ſi iſte qui alterum occidit caſu, confugeret ad aliquam de vrbibus refugij, & ibi cauſa ventilata inueniretur fuiſſe homicidium factum caſu, & non ex intentione & propoſito, abſoluebatur occiſor. Si tamen ante mortem Summi Sacerdotis inueniebatur extra vrbē, poterat eum occidere impunè proximus ab eo occiſi, vt patet Numer. 35. & Deuteron. 19. cap. ſed manifeſtum eſt, quòd iſta eſt directa expetitio vltionis, nullus namque alium manu ſua occidit motus propria auctoritate, niſi propter vindictam agat. Permittebat ergo Deus directè iſtam vindictam, & tamen qui eam expetebant, peccabant mortaliter.

G *Quomodo leges iſtæ ſtare poſſint, cum vna vetet vltionem peti iniuriarum, & alia permittat ſimpliciter peti. Q. XI.*

SED quæret aliquis, quomodo iſtæ leges ſtare poſſint, cum vna vetet peti vltionem iniuriarum, & alia permittat ſimpliciter peti, & det ad hoc magnā libertatem: nam leges tunc repugnare dicuntur, cum vna vetat, quod alia iubet, aut vna præcipit, quod alia vetat: ſic autem eſt in his duabus legibus? Reſpōdendum eſt, ꝙ Deus poſuit iſtas duas leges, quaſi in duobus foris, ſ. in foro animæ, & foro iudiciali. Iſta lex, quæ habetur hic, q̄a vetat id, quod eſt ſimpliciter vetandū, eſt in foro animæ, & quicumque cōtra illam agit, peccat mortaliter. Alia autem quæ hr̄ de petitionem vindictæ, eſt ſecundum forum iudicialem, & ideo ille, qui vellet per aliquam iſtarum duarum legum
H ſe dirigere, attendere debebat, ꝙ per vtramque dabatur ei facultas ad agēdum, ū per iſtā rectè agebat, per aliam autem de petitione vindictæ peccabat, quanquam aliquo modo poſſet aliquis agere per illam legem perſequendo alterum ad mortem, ita vt non peccet, quia non agit deſiderio vindictę, ſed propter alteram cauſam, ſ. vt proximus corrigatur. Cauſa autem poſitionis harū duarum legum quæ ſibi aliquo modo videntur eſſe contrariæ, eſt in hoc: quoniam Deus volebat per legem ſuam ſtatuere id quod erat verè bonum, & quia non proſequi vindictam huiuſmodi erat, ſtatuit illud hic. Præter hoc autem Deus erat legiſlator, & ordinator politiæ Iudæorum ſpecialiter, ſm̄ ꝙ illa gens erat quidam populus ſpecialis diſtinctus ab omnib. aliis populis. Et iſto modo cum leges, & ordinatio politiæ debeant eſſe ſm̄ conditionem gentis, cui dantur,
I oportuit conſiderare cōuenientiam legum ſm̄ habitudinem ad ſtatum populi Iudæorum, & quia illi erant viri imperfecti, appetentes vindictam, niſi iſta concederetur, daretur occaſio ad multa alia maiora mala, tam ex parte eorum qui iniuriam faciebant, quam eorum qui ſuſcipiebant, qm̄ facientes iniuriā mouerentur facilè, nec poſſent conuenienter, & ſufficienter coerceri per legem, cum non eſſet licita iniuriarum expetitio ad vindictam. Illi autem qui iniuriam ſuſciperent, nihilominus vltionē expeterent, infringentes hanc legem, & ſic iſta contempta cōſequenter contemnerent multas alias, quod erat magnū incōueniens; debuit igitur hoc malum aut occaſio ad malū prohiberi, ne daretur ad maiora facultas, ſicut fuit de libello repudij, de quo dicit Chriſtus Matth. 19. c. ꝙ ad duritiam cordis Iudæorum datus eſt, cum hoc tñ voluit Deus patefacere
K quid bonum, & obſeruandum eſſet, vt illi, qui boni eſſent, illud tenerēt. Si autem iſta lex Iudæorum, inquantum erat ſpecialis politiæ illius, fuiſſet lex hominū perfectorum, nō poneretur iſta lex de permiſſione vindictæ, ſed ſolum illa, in qua vetatur. Sic enim in Nouo Teſtamento, quia eſt lex non concernens ſpecialiter vtilitatem, vel bonum ſtatum alicuius politiæ, vel gentis, nō curatur de eis, quæ conueniunt alicui ſpecialiter, ſed de eis, quæ ſunt ſimpliciter bona; ideo ibi non ponitur aliqua lex, niſi valdè iuſta, etiam ſi videatur eſſe grauis, nec aliquod malum permittit, etiam ſi ex permiſſione aliquod malū, aut peccandi occaſio non oriatur, ſed ſolum id quod bonum eſt ponitur. Leges autem humanæ aliter ſe habent, interdum mala aliqua permittentes, ſicut & ipſa lex vetus. De hoc latè dictum eſt Deuteronom. 24. c. & Exodi 21. c. *Nec memor eris iniuriæ ciuium tuorū*, id eſt, ſi ciues tui ali-

Cauſa iſtarum legū quæ contrariæ videntur.

quod

Nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorum dupliciter intelligitur.

A quod malum tibi intulerint, non recorderis iniuriæ iſtius ad expetendam vindictam pro illa, tanquam ſi nunquam fuiſſet illata iniuria. Poteſt autem dupliciter intelligi iſta lex, vno modo particulariter, ſ. ꝙ quamuis aliquis de ciuibus, ſiue compatriotis noſtris intulerit nobis aliquã iniuriam, non debemus recordari ad petendum vindictã pro illa, ſed ꝙ ſimpliciter remittamus. Alio modo poteſt intelligi de omnibus ciuibus Ciuitatis, ſcilicet, ſi aliquis ſuſcepit aliquam iniuriam, vel damnum, quia omnes ciues ſui contra eum aliquid iniquum egerunt, & ipſi rectores Ciuitatis, qui totius Ciuitatis perſonam repræſentãt: nam tunc non debet aliquis recordari iniuriæ illius, ſ. volendo nocere Ciuitati, quæ eſt patria ſua, pp eos, qui ſibi iniuriã intulerunt, ſicut pater de illis qui propter iniuſtitiam, vel ingratitudinem patriæ, efficiuntur hoſtes illius, ſicut de Coriolano Romano, cui qm̃ ciues exilium remittere noluerunt, conuerſus ad hoſtes eos duriſſimè inquietabat, de hoc Titus Liuius 2. ab Vrbe condita. B Et iſte eſt ſenſus magis conueniens, quam præcedẽs, quia magis debet aliquis toti patriæ miſereri, & eidem indulgere, quam vni homini; & maius malum eſt, vt quis pp ſuſceptam à ciuibus iniuriam contra totam patriam agat, quam contra vnum de ciuibus. *Diliges amicum tuum, ſicut teipſum*. Poſtquam poſitũ eſt ne aliquis malè ſe habeat, hic ponitur qualiter benè ſe habeat: nã tota vita hominis benè ordinati conſiſtit in hoc, vt malum non agat, & bonum operetur, iuxta illud Pſal. 32. Diuerte à malo, & fac bonũ, inquire pacem, & perſequere eã; & iſtæ duæ partes ẽt aliquo modo pertinent ad innocentiam. Nã ſicut omnibus obligamur vniuerſaliter non nocere, ita quibuſdã ſpecialiter obligamur benè agere, huiuſmodi aũt sũt amici, ideo hoc eſt ad eos ſe C habere innocenter. Cũ aũt dicitur, ꝙ diligat quilibet amicum ſuum, intelligitur dilectio ẜm omnia quæ pertinent ad amicos, ſ. beneuolentiam, & cõcordiam, & beneficentiam, de quibus Ariſt. in 9. Ethic. nã in his non ſufficit ſimplex, vel quęcumque dilectio, ſicut in aliis hominibus, ſed ſpecialiter requiritur. Iudæis autem iuſſum eſt hic, vt ipſi amicos diligerẽt, quoniam quanquam hoc ſit de iure naturæ, tamen Iudæi non bene ſe habebant ad iſtud nulla gerentes charitatis viſcera: & cum Deus iuſſiſſet eis vt bene ſe haberent ad amicos, ipſi quoque intelligebant ſibi eſſe iuſſum, vt odio haberent inimicos perſequentes eos, hoc innuitur Matt. 5. c. cũ recitat ibi Chriſtus opinionem antiquorum dicens: Dictum eſt antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum; ſed hoc non erat eis iuſſum, qm̃ quanquã bonum eſſet amicos diligere, ini- D micos tñ odiſſe ratione caret. *Sicut teipſum*. Non ſignificatur hic æqualitas, ſ. ꝙ tantum aliquis amicum ſuũ diligere debeat, quantum ſeipſum diligit, quia hoc nullus homo facere poſſet. Item quia rationi repugnat: nam rationabile valde eſt, vt bonum noſtrum magis quam aliorum intendamus, & procuremus, quanquã de modo & cauſa huius deſiderij, qñ peccatum ſit pro alio minus diligere, quam pro ſe, vel è contrario, aut qñ teneatur aliquis res ſuas pro altero perdere differentiæ multę ſunt, de quibus nunc nihil ad præſens; ſed ſignificatur hic ſimilitudo quædam, ſ. ꝙ ſicut diligit aliquis ſeipſum, ita quodammodo ſimiliter diligat amicum ſuum, quanquam non tantũ, vt ſeipſum, ſ. ꝙ ſicut ſibi benefacit, & pro ſe laborat, ita amico ſuo aliqualiter benefaciat pro eo laborãs & iſtud eſt in quo apparet aliquẽ eſſe alterius amicum, ſ. qñ pro eo talia qualia E pro ſeipſo agit. de hoc Ariſt. Ethic. lib. 9. Amicabilia quæ ad alterum venerunt, & ex amicabilibus quę ad ſeipſum. *Ego Dominus*, i. faciatis iſta quæ iuſſi propter me, qui ſum Dñs veſter: vel quia ego ſum Dominus & poſſum iubere hoc. *Leges meas cuſtodite*, i. obſeruate omnia quæ pp vos ſtatuo, & hoc quia ſum Dñs veſter. Poteſt aũt referri hoc ad ſuperiora, & inferiora, quia omnia iſta ſunt leges. Alio modo põt referri ad ea, quæ immediatè ſubſequuntur: nã ea quæ ſequuntur magis propriè dicuntur leges, quam ſuperiora, quia ea, quæ ſupra dicta ſunt erant de iure naturæ: iſta autem quæ immediatè ſequuntur, ſunt purè cæremonialia, & poſitiua: talia autem leges, aut legalia appellantur ſecundum Ariſtot. Ethic. lib. 5.

Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non ſeres diuerſo ſemine. Veſte, quæ ex duobus texta eſt, non indueris. Homo ſi dormierit cum muliere coitu ſeminis, quæ ſit ancilla etiam nubilis, & tamen pretio non redempta, nec libertati donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera. Pro delicto autem ſuo offeret Domino ad oſtium Tabernaculi teſtimonij arietem: orabitq; pro eo Sacerdos, & pro peccato eius coram Domino, & repropitiabitur ei, dimitteturq; peccatum. Quando ingreſſi fueritis terram, & plãtaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma, quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum ſanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. Ego Dominus Deus veſter. Non comedetis carnem cum ſanguine.

49. diſt. cap. fin. Deut. 1. Tom. 4. Rom. 2. Eph. 6. Act. 16. Iacob. 2. 1. Pet. 1. Eccl. 19. Matt. 18 Luc. 17. Eccl. 10. Matt. 5. Mar. 12. Gal. 5. Iac. 2. Deut. 22. 25. q. 4. c. cum in lege. in princ.

B *Iumentum tuum*. Hic ordinatur homo in ſecundo principali quãtum ad vires, & actus vegetabiles, ſcilicet, qualiter homo benè ſe habeat per actus potentiæ vegetatiuę. Sunt autem duo opera ad vegetationem pertinentia generaliter loquendo, ſcilicet, generare, & alimento vti, ſecundum Ariſt. 2. de Anima, & ſecundum hoc, quia alimentum eſt in duobus, ſcilicet, in augmentatione, & in nutritione, agitur hic de omnibus iſtis particulis. Primò de habitudine in generatione. Secundò in augmentatione. Tertiò in nutritione. Secunda ibi: *Quando ingreſſi fueritis*. Tertia ibi: *Ego Dominus*. Circa hoc conſiderandum eſt, cum ponãtur hic leges de directione actuum vegetabilium, quod actus virtutum vegetatiuarum non ſunt dirigibiles, nam ſolum dirigibile eſt id, quod eſt actus voluntatis, vel dependet ab actibus voluntatis, ſicut ſunt C actus potentiarum executiuarum. actus vero vegetatiuarum virium neceſſarij ſunt, nec eſt nobis liberum operari ſecundum illos, vel non operari, quia etiam ſi nolimus, nutrimur & augmentamur, digerimus, & appetimus, atque deciſo ſemine gignimus; & ẽt non eſt in poteſtate noſtra ſic, vel ſic agere, ſecundum iſtas potentias, ſed aliqñ intensè, & aliqñ remiſsè agimus, ſecundum ꝙ natura ipſa diſponit vires præbẽs. De his igitur directè lex nulla danda eſt, ſ. ꝙ faciamus, vel non faciamus aliquid ſecundum iſtas vires, vel ſic aut aliter faciamus; ſed dãtur regulæ de quibuſdam actibus præcedentibus actus vegetatiuos; & illi pertinent ad voluntatem, atque regulantur à nobis, vtpote, non eſt in poteſtate noſtra, ꝙ augmentemur, vel non augmentemur, nutriamur, vel non nutriamur, ſed eſt in poteſtate noſtra, vt accipiamus cibum, vel non accipia- D mus, ex quo cauſatur nutritio, & augmentatio: ſic ẽt liberum nobis non eſt, deciſo ſemine, vt inde aliquid generetur, vel non, ſed antequam decidatur, liberum eſt nobis nõ decidere, vel decidere. De his ergo actibus præcedentibus actus virium vegetatiuarũ, ponitur regula dirigens, de qua hic, & iſti liberi ſunt, nec vocantur propriè actus virium vegetabilium, ſed rationalium: ordinantur tamen ad actus vegetabiles, ideo ab eis nomen aſſumunt. *Iumentum tuum non facies coire*. Hic vetatur actus potẽtiæ generatiuæ quæ eſt in generare, nõ quantũ ad ſe, ſed quantum ad priorẽ actum ſuũ qui eſt coire, & hoc tã in hominibus q̃ in brutis. Coitus aũt vel quęcumque alia à beſtiis facta, ad homines non pertinent, niſi ẜm ꝙ ipſi ſunt miniſtri, vel cauſæ horũ, ſic aũt eſt, qñ ipſi faciunt animalia diuerſorũ generum coire: nam ipſa ſecundum ſe, hoc non facerent, E niſi induſtria humana, ad hoc inducerentur. *Non facies coire cum alterius generis animantibus*, i. cũ animalibus alterius ſpeciei: nam animalia nõ ſunt diuerſorũ generũ, cum animal in illis omnibus genus ſit, ſed accipitur genus vulgariter pro modo, vel ſpecie; & hoc eſt cum aliquis facit, vt aſinus coeat cum equa ad gignẽdũ mulos, & ſic de ceteris propagationibus ĩ quibus fit generatio æquiuoca.

Prohibitio actus potentiæ generatiuæ.

Quare prohibeatur ne homo faciat coire animalia diuerſorum generum. Quæſt. XII.

CAVSA huius prohibitionis eſt coitus iſte cõtra ordinem naturæ, ideo non conueniebat, vt homo eſſet principium ad deordinandum, vel deprauandum naturam. Item quia ex hoc ſequebatur inconueniens, ſcilicet, quod ex hoc homines mouerentur ad coitum pecoralem:

ſicut enim animalia diuerſarũ ſpecierum aliquando coire viderent,ita & ipſi coire deſiderarent, quod fœdiſſimũ erat. Poteſt autem fortaſſis alio modo dici,ſ. quod Deus voluerit deuitare in Iudæis ſimilitudinem idololatrarũ, idololatræ namque colentes ſeptem Planetas,& omnem militiam cæli (ſicut patet in multis locis Veteris Teſtamenti) ad honorem coniunctionis Planetarũ animalium diuerſarum ſpecierum commixtiones faciebant; quamquam hoc non multum agit.Sed adhuc non exiſtente altera cauſa hoc ſufficiebat, quia Deus volebat efficere Iudæos gentem honeſtiſſimam, & valdè bene ordinatam, ideo vetuit in eis quicquid aliquam turpitudinem deſignabat, cuiuſmodi eſt coitus iſte à principio introductus in animalibus diuerſarum ſpecierum. *Agrum non ſeres diuerſo ſemine.* Iſtud eſt alterum præceptum pertinẽs ad cæremonias,non ineſt.n.ex natura,ꝙ aliquis non debeat ſerere agrum duobus ſeminibus, ſed eſt cæremonia à Deo introducta.Cauſa aũt introductionis huius eſt:quia Deus vult, ꝙ idololatria tolleretur in Iudæis, & ritus ſuperſtitioſi magorum, atq; omnis illicita obſeruatio, ſed aliqui idolatræ diuerſa ſemina cõmiſcebant in eodem agro ad aliquas ſuperſtitioſas obſeruationes: ne igitur Iudæi ad hos ritus declinarent, vetuit Deus iſtam ſeminationem. *Veſte quæ ex duobus texta eſt,non indueris.*i. ꝙ nullus homo acciperet ad opertorium ſuum veſtem factam ex duobus generibus filorum, & alio modo habetur Deuter.22. iſta lex,ſ. non indueris veſtimento, quod ex lana linoq. contextum eſt. Iſtud autem quod dicitur non eſt intelligendum de veſte,quæ erat facta ex diuerſis pannis, ſicut nũc apud quoſdam in vſu eſt:nam iſtæ veſtes nõ dicuntur eſſe contextæ ex diuerſis pannis,ſed cõſutæ.Hic tñ non prohibentur veſtes ex pannis diuerſis cõſutæ,ſed ſolum textura ex diuerſis filis,vt ſi eſſet ex lino,& lana cõtexta veſtis,ita ꝙ linum eſſet ſtamen,vel è contrario, nam tunc eſſet contextio,quæ hic prohibetur, vel ſi fieret veſtis ex filis lanæ, ſed fila quædam eſſent rubea, alia verò alba, vel alterius coloris:ſi contexta ſimul forent.Cauſa aũt huius eſt deuitatio ſimilitudinis idololatrarum,qui ſimilibus aliquando vtebantur.Quidam Iudæi dicunt,vt Ioſephus,ꝙ prohibebatur talis veſtis propter hoc, ꝙ Summus Sacerdos habebat veſtes contextas ex diuerſis filis, ſ. ex cocco bis tincto,hyacintho, purpura, auro, & byſſo retorta, vt habetur Exodi 28.c. Aliqui autem dicunt, ꝙ hoc prohibetur, ne viri prætenderent in veſtibus ſuis ſimilitudinem mulierum;ad eas namque pertinebat tales veſtes habere, viris autem totaliter prohibitum erat femineis veſtibus vti, & econtrario, vt habetur Deut.22. cap.cum dicitur, non induetur mulier veſte virili, nec vir veſte feminea vtetur: abominabilis enim apud Deum eſt qui facit hæc. Sed iſta falſa ſunt: quoniam tam viris quam mulieribus prohibitum erat,ꝙ vterentur veſtibus contextis ex diuerſis,quod apparet ex eo quod habetur Deuter.22.cap.vbi primo dicitur,ꝙ non vtatur vir veſte feminea, nec econtrario,& interpoſitis aliquibus,ſubiungitur:non indueris veſtimento,quod ex lana linoq. contextum eſt,& ſic ponuntur ibi iſta tanquam diuerſa præcepta, ergo non eſt idem, vti virum veſte feminea, & accipere veſtẽ ex duobus contextam, non eſt igitur cauſa hæc.

Deus quare noluit Iudæos vario ſemine agrũ ſerere.

Quomodo præceptum hoc de non accipiendo veſtem ex multis contextam interſeratur hic, cum hic agatur de vetando illicito coitu. Quæſt. XIII.

QVÆRET aliquis, quomodo iſtud præceptum de non accipiendo veſtem contextam ex multis, interſeratur hic,cum hic agatur de vetando illicito coitu,ſed iſtud præceptum ad nihil tale pertinet? Fortè aliquis dicet,ꝙ veſtes ſic contextæ ex diuerſis,faciebãt non diſtingui viros à feminis, & hoc erat occaſio, vt viri talibus induti veſtibus illicita penetrarent quibuſcumq; feminis ſe miſcẽtes.Debuit ergo hoc vetari cum aliis quæ pertinent ad coitum. Rñdendum eſt, ꝙ hoc non poteſt ſtare: quia in hoc præſupponitur,ꝙ feminæ vterentur talibus veſtibus,ita vt non poſſent diſtingui à viris;probatũ tñ eſt hoc eſſe falſum, quia tam feminis quàm viris veſtes ſic contextæ illicitæ erant.Si autem Deus hoc vetare voluiſſet, iuſſiſſet id quod habetur Deuter.22. ſ. non induetur vir veſte feminea, nec femina veſte virili, ſed de hoc nihil dicitur: ergo non pertinet iſtud præceptum ad ea quæ vetantur circa illicitum coitum. Reſpondendum eſt, ꝙ hic vetatur illicitus coitus, qui eſt in permixtione animalium diuerſarum ſpecierũ. Iſta aũt duo præcepta, quæ hic immediatè poſita ſunt,quãquam non pertineant directè ad regulationem coitus,tñ pertinent indirectè,ex eo, ꝙ dicebatur ibi, ꝙ non coniungerentur animalia diuerſi generis, vetantur oĩa quæ pertinent ad commixtionem diuerſorum,ideo vetatur ne in agro diuerſa ſemina ponãtur ſimul, iubetur etiam ne quis vtatur veſte quæ ex diuerſis copulata eſt,vel cõtexta, qm̃ in omnibus his ſunt mixtiones variorum,varietas aũt quãdam inducit ſuperſtitionis præſumptionem. Sed aliquis arguet de veſtibus Sacerdotalibus, in quibus erat varietas filorum in materia,& colore,vt patet Exo.28.cap.Reſpondendum eſt,ꝙ iſta lex dabatur Iſraelitis,& nomine Iſraelitarũ non comprehenduntur Sacerdotes, inquantum applicãtur ad ritus cultus Diuini; ideo non prohibentur veſtes eorũ,quibus vtuntur in ſacra miniſtratione: benè tñ intelliguntur oẽs aliæ veſtes Sacerdotis vulgares, ideo non poterant in quotidiano vſu accipere veſtes cõtextas ex diuerſis,ſimile hr̃ de obſeruatione Sabbati, nã iuſſum eſt, vt nemo faceret aliquod opus in Sabbato,alioquin moreretur, vt patet Exod.31.c. Sacerdotes tñ in Sabbatis iugulabant animalia,& excoriabant,atq; in fruſta ſecabant diſponentes ſuper altare;& tñ in hoc nullum malum agebãt, nec pœnam incurrebãt. Sic patet Matt.12.c. Sacerdotes in templo Sabbatum violant,& ſine crimine ſunt. Item in Sabbato iuſſum eſt ne accẽderetur ignis,vt patet Exod.35.c. cum dicitur, non ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem Sabbati, tñ Sacerdotes quotidie ẽt in diebus Sabbatorum accendebant ignem in Sanctuario,qm̃ ſic iuſſum erat eis,vt patet ſupra 6.c.cum dr̃,ignis in altari meo ſemper ardebit;quẽ nutriet Sacerdos ſubiiciens ligna per ſingulos dies. Sic igitur in ceteris præceptum,quod dabatur ad populares, non extendebatur ad ea,quæ pertinebant ad Sanctuarium, niſi ſpecialiter exprimeretur. *Homo ſi dormierit cum muliere.* Hic ponitur alia regula directiua actus generationis, & pertinet ad ipſum hoĩem directè,ſ. cũ aliquis accederet ad aliquam feminam illicitè: nec tñ ponitur hic de omnibus modis illicitorum coituum, ſed ſolum de quodã ſpeciali caſu,ſ. qñ aliquis cognoſceret ancillam:nam de aliis caſibus dictum fuit præced.c. & dicetur in ſequenti, & habetur ẽt Exo.22. c. & Deuter.22.c. *Si dormierit homo cum muliere coitu ſeminis.*i. ſi dormierit cum ea decidendo ſemen, & hoc videtur eſſe ſuperfluum, nam omnis coitus qui cum femina eſt,in deciſione ſeminis conſummatur; ſed videtur hoc eſſe additum ex ſuperabundanti, ſicut aliàs ſolet fieri in Sacra Scriptura, & eſt quædam figura quæ vocatur pleonaſmus,vt cũ dicitur ore ſuo locutus eſt,& oculis vidi,qm̃ manifeſtum eſt,qm̃ nemo niſi oculis videre,nec niſi auribus audire poteſt. Alio modo poteſt intelligi,ꝙ ponatur hic iſta particula ad aliquid ſignificandum,ſ. ꝙ aliqñ dormiet homo cum femina ſine coitu ſeminis, & aliqñ cum coitu. Primo modo ſi aliquis dormierit in eodem lecto cum femina non tangens eam carnaliter,nam tunc pro tali dormitione nõ imponeretur pœna,quia non erat coitus ſeminis,præſumeretur tñ violenter contra virum,& feminam,ꝙ carnaliter commixti fuiſſent,quia in eodem lecto reperiebantur, niſi fortè per ſufficiẽtes probationes cõtrarium inueniretur, vtpote,ſi probaretur feminam eſſe virginem manifeſtè poſt talem dormitionẽ. Eſt autem dormitio in coitu ſeminis cũ deciditur ſemen, & recipitur in genitalia feminea, ſed hoc non oportebat probari ad inferendum pœnam iſtius legis, qm̃ videtur impoſſibile probari,niſi ex cõfeſſione viri, & feminæ qui coeunt,ideo ſi in eodẽ lecto reperiantur, vel in ſimilibus, quæ inducunt violentam præſumptionem,inferretur pœna huius legis, etiam ſi nihil vltra conſtaret de coitu ſeminis,quia lex nunquam ponitur de impoſſibili. *Quæ ſit ancilla.* Hic determinatur de conditione feminæ quæ cognoſcebatur, ſ. ꝙ eſſet ancilla: nam ſi libera eſſet mulier, non inferebatur pœna huius legis,ſed erant aliæ leges poſitæ

Duplex littera expoſitio.

Si aliquis fuerit in lecto cum femina, præſumitur violenter, ꝙ cognouerit eam, niſi probetur contrarium.

ſitę pręcedenti c.& ſequēti. & Exo.22.c.& Deut.22.cap. *Etiam nobilis*. id eſt, iſta pœna erit in ancilla, etiam ſi ſit nobilis, quoniam infra dicitur, quòd vapulabunt ambo.

De conditione ancillarum, & ſeruorum venientium de Gentilitate ad Iudæos, & de conditione ancillarum, & ſeruorum de genere Iudæorum. Queſt. XIIII.

DVBITARET autem aliquis, an illa ancilla deberet vapulare, ſi eſſet nobilis, & dicitur, quod ſic: Pro quo ſciendum, quod Iudæi habebant aliquas ancillas de genere Gentilium, nam quando accipiebant vrbes, poterant illas accipere in ancillas, quas ibi inuenirent, vt patet Deuteron. 20. cap. & in iſtis erat extrema ſeruitus, ſcilicet, quod ſeruirēt vſque in æternum, nec poſſent aliquo tempore redimi, ſcilicet, in anno 7. remiſſionis, vel in anno 50. Iubilæi, vt habetur infra 25. cap. & iſtæ ancillæ vocabantur ignobiles, quia erant propriè ancillæ habētes omnimodam conditionem ſeruilem. Sic autē de ſeruis Gentilibus erat, & in iſtis non reperiebatur aliquis nobilis, ēt ſi fuiſſet de magno genere inter Gentiles. Alij autē erant ſerui, & ancillæ, in quibus non erat propriè conditio ſeruitutis, ſed magis erant mercenarij, & iſti erant ſerui de Iudæis, vel ancillæ: nam iſti non erant ſerui in æternum, ſed ſi aliquis de Iudæis ſe in ſeruum vendidiſſet, ſolū ſeruiebat vſque ad annum remiſſionis, qui erat annus ſeptimus, ſcilicet, quod celebrabatur de ſeptennio in ſeptennium, & ſiue magnū tempus intercideret ab eo, quo vendidit ſe Hebræus in ſeruitutem, vſque ad illud quo eſt annus remiſſionis, non poterat ſeruire amplius, ſed egrediebatur liber, niſi forte dominus eius dediſſet ei vxorem, & habuiſſet ex ea liberos: nam tunc ſi vellet egredi cum filiis, & vxorę, non poterat egredi vſque ad annum Iubileį; ſi autem ſine eis egredi voluiſſet, poterat in anno remiſſionis exire. De hoc habetur Exodi 21. cap. & infra 25. & Deuter. 15. De ancillis autem de genere Hebræorum erat alius modus, nam nunquam poterat aliqua mulier Hebræa vendi in ancillā, nec ipſa poterat ſe vendere, niſi eſſet in parua ætate ante pubertatem, & tunc pater eius poterat eam vendere alicui viro ſub hac cōditione, vt acciperet eam in vxorem adueniente tempore pubertatis, vel traderet eam filio ſuo. Si autem adueniente tempore pubertatis nō accipiebat eam dominus in vxorem, nec dabat filio ſuo, redibat puella in domum patris ſui libera facta, & non debebat pater eius reddere domino aliquid de pretio ſuſcepto pro puella: de his habetur Exodi 21. cap. Iſtæ autem puellæ ſic ſuſceptæ in ancillatum, poterant eſſe nobiles, quia nō erant propriè ancillæ, ſed vt adueniente tempore pubertatis acciperentur in vxores, & ſic ſolum ſeruiebat illo tempore, quod erat inter tempus venditionis, & futuram pubertatem. Dicitur autem de iſtis ancillis, quòd etiam ſi eſſent nobiles, id eſt, ſi eſſent de magno genere inter Iudæos, ſuſtinerent iſtā pœnam, quæ hic dicitur, vnde lex iſta tam de ancillis venientibus à Gentilitate, quàm de ancillis Hebræis intelligi debet.

Rabbi Salom. dicit, quòd habetur hic in Hebræo. *Quæ ſit parata*. Vbi nos dicimus: *Quæ ſit nobilis*. Et dicit, quod intelligendum eſt de ancilla Gentili, ſcilicet, conuerſa de Gentilitate, quæ eſſet affidata alicui ſeruo Hebræo, ſcilicet, quòd eſſet cōtractum matrimonium inter eos, tamen non eſſet conſummatum per copulam, quia tunc ſuſtinere debebat ancilla iſtam pœnam, quæ infra habetur. Sed hoc non videtur fortaſſis conuenienter ſtare: nam ſi illa ancilla eſſet tradita in matrimonium quamuis non conſummatum, ſi coiret cum aliquo, mori debebat, quoniam erat adultera, ſed hic dicitur, quòd ſolum vapulabunt: ergo non fuit matrimonium contractum, ſed erat illa ancilla in virginitate, vel aliàs non tradita in matrimoniū. Sed contra hoc aliquis arguet dicēs, quòd ex littera ſatis videtur iſtam feminam fuiſſe in matrimonium traditam, quia dicitur in littera, & non morientur, quia nō fuit libera, q.d. quamquam iſta mulier, & vir, debuiſſent mori propter illicitum carnalem acceſſum, tamen conditio ſeruitutis facit quòd non moriantur. Sed hoc non poteſt ſtare: nam quamquam conditio ſeruitutis ancillæ faceret, quòd ipſe, qui cognouit eam, non moriatur, quia non

A eſt tanta iniuria in ancilla, ſicut in libera; tamen in ipſa ancilla nihil debebat excuſare, ſed quòd ſi ipſa adulterata eſt, quòd occideretur, ſicut ſi libera foret. Ad hoc tamen poſſet dici tenendo contrarium. quòd quamquā ancilla non excuſaretur à pœna criminis ſui propter cōditionem ſeruitutis, tamen excuſari debebat propter dominum, ne ipſe dominus perderet ancillam ſuam. Sed fortaſſis adhuc iſtud non ſtat: quia non debet permutari ſtatus legum, & totius politiæ, vt dominus perdat ancillam ſuam, ſicut dicebamus Exodi 21. cap. de ſeruo, qui occidebat alterum, ſiue ille eſſet ſeruus, ſiue liber, quòd mori deberet, quamquam eſſet damnum domini ſui, quia dominus ſuus talem eum emerat, ſcilicet, potentem peccare, & potentem mori: & ſicut ſeruus mori potuiſſet ſtatim vt dominus ſuus eum emit, non videretur eſſe dominus in
B hoc grauari, ita ſi ſeruus feciſſet aliquod delictū, propter quod ſecundum legem mori debebat, & occideretur, non videtur, quòd ex hoc infertur aliqua iniuria domino, vel damnum. Idem autem eſt in ancilla quod in ſeruo: ideo ſi ipſa egit contra legem matrimonij, debebat occidi, non obſtante quòd ipſa eſſet famula, & perderetur precium domini ſui. Dicendum ergò magis eſt, quòd intelligitur de iſta ancilla, quòd non eſſet tradita in matrimonium, & tamen aliter ille, qui eā violabat, moriturus erat, quia tamen ſerua erat non occideretur. *Et tamen precio non redempta.* Hic tanguntur duo modi, per quos iſta ancilla liberari poterat à cōditione ſeruili: nec tamen aliquis iſtorum modorū interceſſerat in illa ancilla, & ponitur hoc ad denotandum eius conditionem ſeruilem, & hoc propter pœnā, quæ imponitur à lege: nam ſi iſta libera fuiſ-
C ſet, maior pęna impoſita fuiſſet: quia autem ancilla erat, non imponebatur tanta pœna. denotatur autem ipſam fuiſſe ancillam, quia non interceſſit aliqua de his duabus conditionibus, per quas liberari poterat à ſeruitute.

Primus modus eſt, ſi ancilla non fuit redempta precio, id eſt, ſi non fuit datum pro ipſa precium, vt liberaretur à ſeruitute. In quo conſiderandum eſt, quòd vt ſupra dictum eſt, iſta lex intelligitur tam de ancilla, quæ eſt de genere Gentilium, quàm de illa, quæ eſt de genere Iudæorum. Accipiendo autem pro ea, quæ eſt de genere Gentilium, eſt dicēdum, quòd illa liberabatur à ſeruitute duobus modis. Primo modo per redemptionem, ſcilicet, ſi pro ipſa fuiſſet datum precium, vt exueret ſeruitutem: quoniam tunc liberabatur; quamquam in hoc differentia erat: quia ſi fuiſſet ancilla de genere Hebræorum, data
D pecunia pro illa ad redimendum, cogebatur eā dare dominus in libertatem, quamquam nollet. Si autem fuiſſet ancilla de genere Gentilium, non cogebatur dare eam dominus, quāquam offerretur pecunia pro illa: ſi tamen dediſſet eam libera fiebat. Cauſa diuerſitatis huius eſt: quia ancilla de genere Hebræorum non erat propriè ancilla, vt ſupra dictum eſt, ſed magis erat mercenaria ad tempus ſeruiens, ideo dominus non habens in ea perfectam rationem dominij, compellabatur eam dare oblato precio ad redimendum. Ancilla autem de Gentilitate conuerſa, aut veniens, & non conuerſa, erat propriè ancilla domini ſui, ideo dominus non compellebatur dare eam oblato precio eius, ſicut nemo compellitur dare, aut vendere id quod ſuum eſt, etiam oblato precio ſufficienti pro illo.

E Secundus modus liberandi ancillam Gentilem à ſeruitute, erat per libertatem donatam: ſcilicet, ſi dominus gratis faceret ancillam ſuam liberam. In iſtis duobus caſibus ſi aliquis coiret cum illa ancilla, quæ erat Gentilis, quia iam non erat ancilla, non puniebatur tamquam pro coitu habito cum ancilla, ſed tamquam pro coitu habito cum libera, & ſic iam rediretur ad illas regulas, quæ habentur præcedenti cap. & ſeq. & Deuter. 22. & Exodi 22. cap. Si autem iſta ancilla fuiſſet de genere Hebræorum, poterat liberari à ſeruitute aliis modis, ſcilicet, ſi daretur pro ea pecunia ſecundum tempora ſeruitutis: hoc modo illi, qui vendebant filias, dabant eas, vt domini ipſarū acciperent ipſas in vxores, vel filij ipſorum dominorum, & hoc cū adueniret tempus pubertatis. Si autem ante tempus illud pater puellæ daret precium pro ipſa, computando pro rata temporis, ſcilicet, conſiderando quantum

eſt

eſt tempus ab eo quo iſta puella vendita eſt, vſquequo perueniat ad pubertatem, & ſecundum tempora illa diſtribuatur, quantum cedat quolibet anno, vel menſe,& ſecundum hoc habita computatione,pater puellæ debebat ſoluere domino, & tunc liberabatur puella à ſeruitute. Hoc patet per ſimilitudinẽ inductam de ſeruo, quæ habetur infra 25. cap. nam ſicut liberabatur data pecunia pro rata temporis,ſic etiam liberabatur iſta puella,ſi aduenientę tempore pubertatis, dominus ſuus, vel filius eius non acciperet eam in vxorem:nam tunc nullo precio dato redibat puella libera in domum paternam,vt declaratum fuit Exo. 21.cap.

Alius modus erat liberandi iſtam puellam Hebræam à ſeruitute, ſi dominus donaſſet ei libertatem: nam iſto modo omnes ancillæ liberabantur. Ponuntur autem hic iſti modi ad cognoſcendum conditionem puellæ: nam ſi G fuerit in ea aliquis iſtorum modorum, erit iam libera,& ille, qui coiuiſſet cum illa puniebatur, tanquam coiens cum libera; Si autem nulla iſtarum cõditionum in puella fuiſſet,qualitercumque ſe habuiſſet,ſcilicet,ſiue fuiſſet de genere Hebræorum, ſiue de genere Gẽtilium,ille qui coibat cum illa,puniebatur tamquam coiens cum ancilla ſecundum leges, quæ habentur hic.

Vapulabunt ambo. i. tam vir, quàm ancilla carnaliter cognita vapulabunt per ſententiam Iudicis: de ancilla quidem cauſa eſt: quia ipſa tradidit ſe cognoſcendam libero,& pro hoc punienda erat,de homine libero cognoſcente eam, cauſa eſt quòd puniatur: quia aliquo modo iniuriam intulit domino puellæ, cognoſcens ancillã eius inuito illo. Iſta autem vapulatio, vel tormentum, quod infligendum erat, non determinatur hic quantum, vel H quale eſſet:ideo videtur relictum arbitrio Iudicis,nec tamen poſſet eſſe iſta vapulatio mors, quia immediatè dicitur, quòd non morientur:nec etiam poteſt eſſe detruncatio alicuius membri, quia detruncatio non dicitur vapulatio,vel percuſſio:ſed magis hoc intelligitur de fuſtigatione,quæ eſt in flagellis, vel in aliquibus aliis percuſſionibus non inducentibus mortem,vel membri detruncationem.

Cum aliquis apud Iudæos deliquiſſet, & non merebatur mortem,dabantur ei 40. flagella:& ſi delictum maius eſſet, poterant replicari, dum tamen in prima vice darentur ſolum 39. ſicut factum eſt in Beato Paulo. Quæſt. XV.

DE iſtis autem punitionibus quales, & quantæ eſſe I debeant, determinatur Deuter. 25. nam quandocumque aliquis deliquiſſet,ita vt mereretur pœnam corporalem in ſuſceptione plagarum, niſi fortè eſſet determinata pęna mortis, vel aliàs in aliqua lege, flagellabatur, & hoc ſolum vſque ad certum numerum.ſ. vſque ad 40. flagella, nec poterat plura Iudex imponere: iſta aũt coram Iudice infligenda erant. Si tamen peccatum iſtud graue fuiſſet,poterat iſta pęna 40.flagellorum ſæpius replicari,ita tamen ꝙ nõ eſſet ſimul,ſed poſitis quibuſdam interuallis, ita vt non videretur punitio excedere numerum 40.flagellorum, ſicut declaratum eſt Deuter. 25. c. Sicut etiam patet de Beato Paulo, qui à Iudæis multoties iſta flagella pertulit,& pro eadem cauſa. Erat tamen hoc ſpeciale: quia quando pro eadem cauſa multoties Iudex volebat aliquem percutere, nõ infligebat ei ſimul K 40.flagella,quia tunc non poſſet eum vlterius verberare, ſed infligebantur 39. & propter illud vnũ quod deficiebat,flagellabãtur multoties iſti, quibus talia infligebantur tormenta: nec in hoc Iudæi exiſtimabant ſe cõtra legem agere. Ideo cum B.Paulus à Iudæis percuteretur,nõ ſimul infligebantur ei 40.flagella, ſed 39. & illa multoties replicabantur, quoniam quinquies pro eadem cauſa iſta ſuſcepit:de hoc habetur 2.ad Corint.11.cap.cum dicitur, à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi.Sic autem in quolibet qui grauiter deliquiſſet,poterat ſæpius repeti eadem punitio. *Et non morientur, quia non fuit libera.* i. pro iſto coitu cum ancilla non morietur vir, nec ancilla,quia ipſa libera nõ erat: ſi autem libera fuiſſet, moreretur is qui eam cognouit, & ipſa.

Cauſa huius eſt: quia ſecundum grauitatem delicti F dantur punitiones in legibus rectè ordinatis: ſed cũ aliquis coit cum libera, grauius delictum eſt, quàm ſi coeat cum ancilla: ex eo,quòd tunc infamat liberam,ideo maius peccatum eſt,& maior punitio infertur. Cum autem ancilla cognoſcitur, parua infamia irrogatur, ideo non debet æqualis infligi pœna: ſic namque videtur in occiſione: nam ſi aliquis occidat hominem liberum, occidetur pro illo:ſi tamen occidat ſeruum,non punietur capitali ſententia, ſed condemnabitur ad æſtimationem in pecunia: Cuius ratio eſt:quia homo liber nõ recipit æſtimationem, ſeruus autem recipit eam, quia pecunia emitur, & redimitur. In litera Hebraica dicitur: *Et vapulabit ipſa.* ſcilicet, quòd ſolum ipſa puella,quæ ancilla eſt, ſufferet torturam,liber autem homo non: ſed ſolum pro peccato ſuo offeret arietem, vt immediatè habetur. Et cauſa huius videtur: quia cum aliquis liberum percutit, tenetur de percuſſo, tamen ſi percutiat ſeruum incutiens alapam,vel aliter eum percutiens,non tenebitur de occiſo, vel vulnerato, ſed magis tenebitur ad noxam, & fiet ęſtimatio in pecunia:ſi tamen ſeruus percuſſerit liberum, repercutietur. Ita hic ancilla vapulabat, qa ancilla erat, & tamen ipſe liber homo non vapulabat. Sed hoc non ſtat conuenienter: quia quandocumque aliquis percutit ſeruum, & pro hoc non incutitur ei pœna corporalis, fit æſtimatio in pecunia. Hic autem non ſoluitur aliqua pecunia,quoniam dicitur,ꝙ offeret Domino arietem. Nec põt aliquis ſe tueri ex hac parte, quia dicitur offerendum eſſe arietem Domino,quia quandocumque ſeruus percutitur,ſecundum leges humanas tenetur percuſſor Domino ad noxam, ſcilicet, vt det ei certam partem pecuniæ. Hic tamen nihil iubetur ſolui Domino,quia oblatio,quę fiebat non erat pro domino ancillæ, ſed pro Deo: ideo oportebat aliquam pęnam imponere aliam pręter oblationem, de qua hic dicitur, & hoc eſt, ꝙ ipſe vir vapularet ſicut ancilla. Item, hoc quod eſt offerre pro delicto, ſemper imponitur ſuper congruam ſatisfactionem pro delicto, ſicut patet ſup. 5. & 6.cap. Nam cum aliquis faceret aliquod delictũ, in quo inferatur iniuria, vel damnum domino, primo reſtituitur quãtitas damni,vel iniuriæ ei cui hoc irrogatum eſt, deinde pro peccato offerebatur aliquid Deo. Ita igitur hic,cũ dicatur,offerendum eſſe aliquid Deo pro delicto, intelligendũ eſt, ꝙ præter hoc erat aliqua alia pœna infligenda homini illi in ſatiſfactionem domino ancillæ faciendam,& hoc ſiue in pecuniis,ſiue in pœna corporali infligenda.Hic autem non ponitur aliqua ſatiſfactio in pecuniis facienda,ſed ꝙ puniatur ille;qui coiuit cum ancilla. Et ſic dicendum eſt,ꝙ ancilla,& cognitor eius vapulare debent, ſicut iſta littera ponit.De viro autem cognoſcente ancillam dicitur,ꝙ debebat offerre pro delicto ſuo,qm̃ præter ſatiſfactionẽ, quæ fiebat ipſi domino ancillæ, puniendo ancillam, & cognitorem eius, vterque debebat offerre aliquid Deo pro peccato, quod fiebat in Deum, & tamen hoc ſolum iubetur in viro ex eo, quòd ipſe liber eſt, & habet vnde ſoluat oblationem,vel habere poteſt. Ancilla autem non habet aliquid vnde ſoluat, quoniam nihil poſſidet, ſed quidquid habet, domini eſt, immò, nec ſeipſam habet, quia ſecundum Ariſt. 1. Politic. cap. 3. ſeruus eſt homo ens ſimpliciter alterius. i. ſeruus eſt homo, qui totaliter pertinet ad alterum, & nihil in ſeipſo habet. Alia etiam cauſa eſt:quia ſi iſta ancilla eſſet de Gentilibus,& nondũ conuerſa ad Iudaiſmum, non permitteretur introire in Sanctuarium ad offerendum, quãquam haberet aliquid quod offerre poſſet; & etiam de manu alienigenarũ non recipiebatur oblatio,vt habetur infra 22.c. cum dicitur, de manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro, & quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta,& maculata ſunt omnia,non ſuſcipietis ea.Si autem iſte,qui coiuit cum ancilla eſſet ſeruus,vapularet quidem ſicut ipſa ancilla,ſed non cogeretur offerre oblationem,quoniam ipſe nihil habere poterat vnde offeret; nec ei licebat offerre, ſi eſſet ſeruus Gentilis,ſicut ſupra dictum eſt: ſed ſolum erit in eo vnica pœna vapulationis, ſicut in ancillam. *Pro delicto autem ſuo offeret Domino.* Iſtud delictum eſt id, quod homo agit in Deum præter malum,quod illatum eſt domino ancillæ. Nam in iſto coitu vir peccabat

bat in duobus; Primò peccabat, quia inferebat aliquam A iniuriam domino puellæ, & propter hoc debebat ei infligi aliqua pœna. Secundum erat, quòd ipſe vir peccabat in Deum, agens contra legem eius: ideo pro primo peccato infligebatur vna pœna, quæ erat vapulatio; pro ſecundo quod erat in Deum, infligebatur alia pœna, ſ. q. cogeretur offerre Domino. Dicitur autem hic pro delicto offerendũ eſſe, non quòd eſſet hic verum delictum, ſed accipitur delictum pro peccato: nam delictum propriè in omiſſione alicuius quod fieri debet eſt, peccatum autem ad commiſſionem magis pertinet: hic autem commiſſio erat, quia fornicatio eſt pura commiſſio; aliquando tamen Scriptura non diſtinguit in iſtis ponens vnum pro altero.

Sed ſciẽdum, quod in exhibitione ſacrificiorum obſeruaretur differentia, & proprietas peccati, & delicti: nam B alia ſacrificia fiebant pro peccato, & alia pro delicto, vt habetur ſupra 6. cap. nec erant eædem cæremoniæ in illis. Nunc autem quamquam iſte coitus ſeminis vocetur hic delictum, tamẽ erat verè peccatum, ideo debebat offerri ſacrificium pro peccato, & non pro delicto: nam quamquam hic non obſeruetur differentia, neceſſarium tamen eſt obſeruari in oblatione, vbi diſtinguũtur peccatum, & delictum. *Offeret Domino ad oſtium Tabernaculi arietem*. Illud erat generale in omnibus ſacrificiis, quod quicumque offerret animal, vel aliquid alterum, præſentaret illud corã oſtio Tabernaculi, & hoc, quia Deus intra Tabernaculum eſſe videbatur ſpecialiter, & ea quæ Deo offerebãtur, oportebat coram eo offerri, & hoc erat, vt apud ipſum Tabernaculum præſentarentur. Alia cauſa erat, quia ſacrificium fieri debebat in ipſo altari holo- C cauſtorum, ſed hoc erat apud oſtium Tabernaculi, ibi ergo erat conueniens locus offerendi. *Orabit pro eo Sacerdos*. ſcilicet, ille Sacerdos, qui receperit oblationẽ de manibus huius offerentis, & qui facit cæremonias illius: nam ſicut dictum fuit ſupra, 6. cap. inter Sacerdotes diſtinguebantur ſacrificia æqualiter, ſcilicet, quod vni Sacerdoti vna pars ſacrificiorum tribueretur, & alteri altera, & tũc quicumque habuiſſet aliqua ſacrificia in partem ſuã, recipiebat omnia iura illorum ſacrificiorum ſecundũ regulas ſupra datas de holocauſtis, & pacificis hoſtiis, & ſacrificiis pro peccato. Iſte autem Sacerdos recipiens iſta iura, & faciens cæremonias ſacrificij, debebat orare pro ipſo offerente: quia generale erat, vt Sacerdotes pro ipſis offerentibus orarent. Sic enim Deus iuſſit, vt Sacerdotes portarent peccata populi in eis, quæ ſibi oblata erant, vt D habetur Exodi 18. cap. cum dicitur: Portabit Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt, & ſanctificauerunt filij Iſrael in cunctis muneribus, & donariis ſuis. Sic etiam dicitur de Sacerdotibus Oſeæ 4. cap. Peccata populi mei comedent, id eſt, comedent ſacrificia pro peccato, & orabũt pro præuaricationibus peccantium. *Et pro delicto eius*. id eſt, Sacerdos etiam orabit pro delicto illius peccantis. Fit enim hic differentia inter hoc quod eſt orare pro peccante, & orare pro delicto eius: nam orare pro delicto, eſt orare, ne Deus imputet illud peccatum ad pœnam, ei qui offert: orare autem pro peccante, eſt orare, vt Deus dirigat eum in omnibus actibus ſuis; vel vt faciat, quod non cadat in alia peccata: omnia namque hæc Sacerdos expetebat à Domino pro ipſo peccante. *Coram Domino*. id eſt, Coram oſtio Tabernaculi: Deus enim dicebatur E eſſe intra Tabernaculum, & qui corã Domino orare debebat, oportebat, quod accederet ad ipſum oſtiũ Tabernaculi, hoc autem erat, dum ipſe Sacerdos recipiebat de manu offerẽtis oblationem, & ibi orabat ante Dominum prius quam immolaretur hoſtia oblata, & hoc, quia Sacerdos manebat ad oſtium Tabernaculi, quando offerebatur aliquid, & ibi prius quam rediret ad altare holocauſtorum ad immolandum, orabat pro ipſo peccante. *Et repropitiabitur ei*. ſcilicet, quòd Deus miſerebitur iſti peccatori, quando orauerit iſte Sacerdos pro illo, quantũ ad remiſſionem alicuius pœnæ; quæ autem pœna foret iſta, quæ remittebatur, declaratum fuit ſupra, 1. & 4. cap. *Dimitteturq. peccatum*, id eſt, Deus non imputabit iſtud peccatum iam ad pœnam, ſicut ante imputabat: nã erat lex de iſtis peccantibus, vt offerrent aliquid pro peccato ſuo, ſi autem non offerrent, imputabatur illis illud in peccatum, & pro hoc puniebantur: ſi autem offerrent, dimittebatur illud peccatum, id eſt, non imponebatur iam eis aliqua pœna ex hoc. Quomodo autem aliquid debitum directè in pœnam tolleretur per ſacrificium pro peccato, declaratũ fuit ſupra, 1. cap. Sed dicendum, quòd hic non accipiatur peccatum, aut delictum prout eſt actio voluntaria contra legem Dei, id eſt, pro culpa illius peccati; neque etiam pro pœna debita illi peccato, quia ad remiſſionem horum non reſpiciebant cæremoniæ legales Veteris Teſtamenti; quia iſta per contritionem, & actus ſatisfactorios tollebantur ſine aliquibus cæremonialibus operationibus. Sed vocabatur peccatum, id eſt, immunditia legalis, vel irregularitas, ſecundum quam iudicabatur ineptus, & indignus ad accedendum ad ſacra, qui talia commiſiſſet, & eſſet condemnatus, quouſque offerretur pro eo ſacrificium iſtud, & oraretur pro ipſo. Orabat autem Sacerdos, vt Deus non iudicaret eum indignum introire in Sanctuarium, & Deus tũc miſerebatur, & remittebat peccatum, ſ. non reputabat eum indignum accedere ad ſacra. Sic oſtendimus ſupra, 12. cap. q. 13. & 17. de peccato parientis, & quomodo Sacerdos orabat pro illa; & iſte modus exponendi magis conſonat intentioni Veteris Teſtamenti quàm alij.

Generale in omnibus ſacrificiis.

Quando ingreſſi fueritis terram. Hic ponitur membrum ſecundum huius ſubdiuiſionis, ſcilicet, de directione potentiarum vegetatiuarum circa augmentationem: & dicitur hoc, quoniam hic agitur de arboribus, quæ plantabantur, quanto tempore dimitti debebant, vt creſcerent: nam ponitur hic lex de quinque annis. Sciendum autem circa hoc, ſicut ſupra dicebatur de potẽtia nutritiua, quòd etiam ipſa augmentatiua nõ habet actus regulabiles per intellectum, & rationem, quia non dependet eius operatio à libertate noſtra, ſed ab ipſa natura: eſt tamen regulatio quorundam actuum conſequentium, qui ſunt actus noſtri propter ipſam vegetationem, & augmentationem arborum. Nam quòd arbores creſcant, vel faciant poma, non eſt à nobis, ſed ab ipſa natura, ſed quòd nos comedamus, aut non comedamus eorum põma illis temporibus, quibus hic vetatur, à nobis eſt regulabile, & de hoc ponitur hic lex. *Quando ingreſſi fueritis terram*. ſcilicet, terram Chanaan, in qua habitaturi erant: nam in deſerto non obligabat eos iſta lex, nec poterat, quoniam ibi nullas arbores plantabant, cum non haberent manentes domos, ſed erant continuè in motu; veſcebantur autem fructibus, quos reperiebant.

Directio potentiarum vegetatiuarũ penes augmentationes.

Sciendum autem, quòd quando Iudæi introirent in terram Chanaan, adhuc non tenebantur ad iſtam legem, niſi iam habitarent in ea confidenter, expulſis hoſtibus ſuis, qui aliàs non poterant vacare alicuĩ cæremoniæ, cum eſſent in continuis bellis. *Et plantaueritis in ea*. Iſta lex intelligitur de arboribus, quas plantarent ipſi Hebræi, poſtquam introirent in terram Chanaan: nam ſi reperirent arbores plãtatas à Chananæis, quæ eſſent vnius anni, vel duorum, & vſque ad quintum, non tenebantur obſeruare cæremoniam, quæ hic iubetur; ſed comedebant liberè qualitercumque voluiſſent. In arboribus autem quas ipſi plantauiſſent, hoc obſeruabant.

Orare pro peccante, & orare pro delicto eius differunt.

Ligna pomifera, Vocantur hic ligna pomifera omnes arbores facientes aliquem fructum ad cibum humanum. Dicuntur autem pomifera, quæ poma ferunt, id eſt, producunt. & ſicut pomum accipitur multipliciter, ita & pomiferum.

Pomum tripliciter accipitur.

Primo modo dicitur pomum quidam fructus arborũ rotundus, & ſuauis in cibo, qui alio nomine vocatur malum, propter ſuam rotunditatem à malon quod eſt rotundum: & ſic pomifera dicuntur ligna, quæ ſunt pomi. & hoc modo non accipitur hic.

Secundo modo dicitur pomum omnis fructus habens corticem tenerum, ſicut poma, & pira, & ficus, & ſimilia; & iſto modo diſtinguuntur omnes fructus in duo, ſcilicet, in nuces, & in poma: nam omnis fructus, aut habet tenerum corticem, aut durum: ſi habet tenerum corticem, vocatur pomum: ſi habet durum corticem, vocatur nux, ſicut ſunt nuces, & amigdalæ, & auellanæ, & ſimilia: & iſte modus loquendi eſt vſitatus apud Scriptores, ſi vt fructus

ctus teneros poma dicant, & fructus duros nuces appellent; & hoc quidem modo etiam non accipitur hic, quoniam tunc ſolum intelligeretur iſta lex de arboribus habentibus fructus teneros, & non poſſet intelligi de nucibus, & auellanis, atque ſimilibus, quod inconueniens eſt; eadem quippe ratio in omnibus eſt.

Tertio modo accipitur pomum pro omni fructu conueniente in cibos humanos, & tunc diſtinguuntur ligna pomifera contra ligna ſilueſtria, quæ nullos vnquam fructus habent, & hoc modo accipitur hic, ſ. quod in omnibus arboribus habentibus fructus obſeruaretur iſta lex. *Auferetis præputia eorum*. id eſt, illorum lignorum pomiferorum: præputiũ enim non propriè accipitur in ligno, quoniam dicitur eſſe pars ſuperflua carnis, quæ abſcinditur in circumciſione. Sic habetur Gen. 17. cap. quod omnis anima, quæ non circumciderit carnem præputij ſui, peribit de populo ſuo. Ex hoc autem accipitur ſecundum metaphoram, vt omne ſuperfluum præputium appelletur, & ſic homo qui ſuperflua loquitur, dicitur habere præputium in lingua, & iubet Deus, vt abſcindantur iſta præputia, & ſecundum hoc vocatur aliquãdo lingua circumciſa; & etiam ſi aliquis non conuenienter voces proferat, dicitur habere præputium in lingua, vel eſſe incircumciſus in labiis: ſic enim dixit de ſe Moyſes, quod erat incircumciſus labiis, vt habetur Exodi 4. cap. Præterea præputium accipitur in corde, ſi aliquis habeat ſuperflua deſideria, vel mala, & ſic dicitur mens Iudæorum incircumciſa, quando malum volebant. de hoc habetur infra 26. cap. cum dicitur: Donec erubeſcat incircumciſa mens veſtra. Hic autẽ in arboribus accipitur conſimiliter præputium id, quod primo naſcitur in arboribus, nam præputium ſecũdum ſignificationem Latini nominis dicitur eſſe, quod eſt primum, vel ante caput: vnde præputium à præ quod eſt ante dicitur, & caput. Ea igitur ſunt, quæ primo in arboribus erũpunt, ſ. gemmæ ex quibus formari debent frõdes aut flores, & de iſtis iubetur hic, quod abſcindantur: nam per triennium, vt hic iubetur, tenebatur iſta lex, quod cum Iudæi viderent aliquas gemmas erumpere in arboribus, præſcindebant eas, ne amplius in fructus, aut frondes, vel flores concreſcerent. & ſi permittebant aliquos fructus naſci, præſcindebant eos, antequam venirent ad maturitatem: nec comedebat quiſquam de eis. *Poma quæ germinant immunda erunt vobis*. id eſt, quod p tres annos quidquid in iſtis arboribus naſcebatur, præſcindebant, non aſſumentes in cibum, & ſi aliqua poma creſcerent, non licebat cuiquam comedere de illis, quia immunda erãt, velut ſi quis comederet carnes ſuillas, aut alias immundas, & oportebat expiari factis cæremoniis ablutionum, ſicut pro aliis immunditiis: nam qui carnes immundas comediſſet, lauabat carnẽ ſuam, & veſtimenta ſua, & erat immundus vſque ad veſperum, vt patet ſupra 17. cap. Similis obſeruantia fieri debebat in eo, qui pollueretur per cibum fructuum immundorum.

Quòd præputiũ, & circũciſio ſint plurimis mẽbris, & rebus.

Quare Deus iubebat præſcindi arborum præputia tribus annis primis: & ſi aliqua poma creſcerent, non licebat cuiquam comedere de illis, ſed erant immunda. Quæſt. XVI.

CAVSA autem huius legis eſt de præſcindẽdis præputiis propter meliorationem ipſorum fructuum, & arborum: nam ſi arbores à principio permittantur fructificare, ſubſtantiale nutrimentum natum ad magnitudinem, & confortationem arboris, tranſit in fructus: & huiuſmodi arbores paruæ altitudinis efficiuntur, & modicę durationis, ſicut eſt de pueris, qui in tenera ętate coire incipiunt, in quibus ſtatura, & corporis robur, & pulchritudo deſtruitur, & cum peruenerint ad maiorẽ ætatem proles perfectas gignere nequeunt, vt ait Ariſtot. 18. Polit. Alia autem cauſa eſt, propter ſanitatem fructuum ad cibos humanos: nam fructus in primo terræ ſunt multum terrei, & aquoſi, quia ibi eſt parua caliditas potens digerere terreſtreitatem, & aquoſitatem fructus: ideo iſti propter ſuam indigeſtionem in cibo nociui ſunt; cum autem ad quartum annum peruenerint, fructus ſunt ſufficienter digeſti, quia eſt arbor perfecta in vigore ſuo, ideo iubetur in quarto anno offerri Domino. Sed dicet aliquis,

F quomodo hic dicitur, quod poma, quę germinant iſtæ arbores, erunt immunda, cum ſupra iubeatur, quod omnia præputia arborum abſcinderentur, ſ. gemmæ? manifeſtũ enim eſt, quod omnibus illis abſciſſis, nulla poma poterant germinare. Reſpondendum eſt, quod Deus iubebat præſcindi præputia, id eſt, primas gemmas, ita vt non naſceretur inde fructus: aliquando tamen Iudæis non videntibus, nec attendentibus ad omnes arbores, germinabant aliqua poma, & perueniebant ad maturitatem. Putarent autem Iudæi, quod tunc licet eis comedere de his fructibus. & ad hoc reſpõdetur, quod etiam ſi manſerint aliqua poma in arboribus, immunda ſunt. Alia autem cauſa ſecundum quoſdam redditur, quare præſcinderentur præputia, & dicitur hoc fieri, quia Gentiles offerebãt fructus annorum primorum Diis ſuis tãquam gratos illis:

G & vt hæc cæremonia ſimilis idololatrarum à Iudæis excluderetur, iuſſum eſt, vt præputia abſcinderentur. Sed iſta cauſa non ſtat: quia tunc etiam non darentur fructus Domino in quarto anno, quia Gentiles Diis ſuis offerebãt fructus, ſed hoc nihil eſt. Item, ſi ad hoc attendatur, tollerentur omnes primitiæ, quæ dabantur Domino, quoniã Gentiles primitias offerebant: Deus tamen iubet ſibi primitias offerri, vt patet Exodi 23. cap. Item, vetaretur feſtiuitas Tabernaculorum, quę fiebat in autumno congregatis meſſibus, vt patet Exodi 23. cap. & in qua fiebãt ſacrificia per octo dies, vt habetur Numeri 29. cap. hoc autem quia Gentiles eo tempore, collectis meſſibus, conueniebant ad templa Deorum ſuorum, & faciebant ibi feſtiuitates, & oblationes primitiarum, & conuiuia atque ludos, vt declarat Ariſt. Ethic. lib. 8. nihil tamen horum

H prohibebatur: ergo nec etiam vetabatur collectio pomorũ, in tribus primis annis, de qualibet arbore ex hac cauſa. *Nec edetis ex eis*. id eſt, non comedetis de fructibus trium annorum, quia immundi ſunt, etiam ſi aliqui per obliuionem in arboribus remanſerint. *Quarto anno omnis fructus eorum ſanctificabitur*. Cum enim peruenerint arbores ad quartum annum, ſunt perfectæ, faciẽtes fructus bonæ digeſtionis, & conuenientes ſanitati: ideo tunc accipiebantur in cibum; tamen non accipiebant eos domini earum, ſed offerebãt Deo loco primitiarum; & hoc eſt quod dicitur. *Sanctificabitur Domino*. id eſt, applicabitur Domino. Quod nullo modo pertinet ad ipſos laicos, & ſi ipſi de eo accepiſſent quicquam, fuiſſet illis tamquam ſi partem decimarum occultaſſent, quod peccatum erat: nam Deus integraliter decimas ſibi ſolui iubebat, vt ha-

I betur Malach. 3. cap. cum dicitur: Inferte omnem decimam in horreum meum, id eſt, totam decimam integraliter. Cum ergo iſte fructus pertineret ad Deum totus, quidquid inde laici ſubtraxiſſent, vt rem alienam contrectabant, & furtum erat: vnde tenebantur tantum reddere, & quintam partem vlterius, quia de ſanctificatis aliquid abſtulerant. Habetur infra, 22. cap. cum dicitur: Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comederit, & dabit Sacerdoti in Sanctuarium. Præter hoc autem offerebat pro peccato ſuo arietem, vt patet ſupra 5. & 6. cap. *Laudabilis Domino*. id eſt, iſte fructus quarti anni erit laudabilis Domino, ſcilicet, ad laudem eius pertinens. Vel dicitur laudabilis Domino: quia quando offerebatur, Sacerdotes laudabant Dominum. In Hebræo dicitur: *Laudantibus*

K *Dominum*. ſcilicet, quòd iſte fructus offerebatur pro Sacerdotibus qui laudabant Dominum: nam cedebant iſtæ primitiæ iuribus eorum. In omnibus enim generale erat, quòd primitiæ ad Sacerdotes pertinerent, vt habetur Numeri 28. cap. Sciendum autem circa hoc, quod non fiebat ſic in iſtis primitiis ſicut in primitiis farris: nã pars illorum, quæ offerebantur, cremabatur ſuper altare, alia autem cedebat Sacerdotibus contritis primo granis toſtarum ſpicarum, vt habetur ſupra 2. cap. In hoc autem nihil offerebatur Deo ſuper altare ad cremãdum, ſed totum cedebat iuri Sacerdotum: Nam ſecundum Doctores Hebræos fructus computabantur ſub nomine mellis, quia habent quandam mellis dulcedinem; de melle autem, & de fermentato iuſſum eſt, vt primitiæ offerrentur, & tamen non ponerentur ſuper altare ad cremandum, ſed cederent in Sacerdotum iura, vt habetur ſupra 2. cap.

Quare quarto anno oẽs fructus applicabãtur Domino, & quos anno illo licebat popularibus aliquid accipere.

Quinto

Quinto anno comedetis fructus. Ante quintum annum non licebat Iudæis comedere de fructibus arborũ, quas plantaſſent, & conſequenter in aliis annis, quia iam non erant fructus immundi. *Congregantes poma, quæ proferunt.* i. in iſto quinto anno cõgregabitis omnes fructus productos, non proiicientes aliquẽ, ſicut in primis tribus annis. Non eſt autem ſenſus, ꝙ Hebræi congregarent omnes fructus in iſto anno pro ſeipſis; quia debebant dare decimam, & primitias de illis: Sed dicitur, ꝙ congregarent pro ſe, in iſto anno quinto, ad differentiam quarti anni, in quo omnia congerebant pro Domino, & ibi non diſtinguebãtur decimæ, & primitiæ, cum ibi non reſtaret aliquid cuius decima pars daretur, nec aliquid, de quo primitiæ ſoluerentur, ſed totum iſtud quod erat, tribuebatur Deo. *Ego Dominus Deus veſter.* Hic prohibetur cibus ſanguinis, in quo homo ordinatur in actibus vegetabilibus, quantũ ad potentiam nutritiuam, quæ eſt per alimentum. & dicitur ego Dominus Deus veſter, id eſt, facietis ea, quæ dixi, & dicam, quia ſum Deus veſter, & iubere poſſum. *Non comedetis carnem cum ſanguine.* Supra 17. capite, iubebatur ne aliquis comederet ſanguinem: hic autem iubetur ne comedat cum ſanguine.

Quæ differentia ſit inter comedere ſanguinem, & comedere cum ſanguine. Quæſt. XVII.

DIFFERUNT enim iſta: nã comedere ſanguinem eſt comedere ipſum ſanguinem per ſe, ſicut in ſanguiticiis, aut aliter in quibuſdam pulmentis; comedere autem cum ſanguine, eſt, ꝙ comedatur aliqua res habens ſanguinem, vt ꝙ aliquis abſcindat membrum aliquod animali viuenti, & comedat illud. Iſtud namque cum ſanguine eſt, quia in membris ſic abſciſis eſt ſanguis, & hoc eſt magna crudelitas. Alio modo dicitur comedi ſanguis, vel cum ſanguine, quando aliquis facit pulmentum aliquod commixtum ex ſanguine, & aliqua alia re: omnes enim iſti modi vetiti ſunt, & de hoc magis declaratum eſt Gen. 9. capite.

Fuit autem hic iſtud præceptum repetitum propter duo. Primò, ad firmandam memoriam, & magis mouendum ipſos audientes: ſicut ſæpè fit in Sacra Scriptura, in qua multa repetuntur eorum quæ dicta ſunt. Secundò fit iſta repetitio, ad tollendum dubium: nam quamquã datum fuiſſet præceptum de non comedendo carnem cum ſanguine Geneſ. 9. capite, illud tamen fuit datum Noe, & eius poſteris tempore Gentilitatis, quando nondum lex Dei data fuerat: nec ipſe elegerat aliquem populum in peculiarem. Et quamquam ex hac lege omnes homines deriuati ex ſemine Noe obligarentur, etiam nulla alia lege poſita, vel ſuper hac repetitione facta: quia tamen poſteri Noe conuerſi ad idololatriam, faciebant varias abominationes, nihil tale cuſtodientes, dubitarent fortaſſis Iudæi, an iſta lex abolita foret; repetiuit ergo Deus iſtam legem, vt ſic manifeſtè pateret Iudæos ad hoc fore obligatos. De cauſis autem non comedendi ſanguinem, ſupra 17. capite dictum eſt tam in littera, quàm in commento. Eædem autem ſunt cauſæ non comedendi carnem cum ſanguine, quæ ſunt ad non comedendum ſanguinem per ſe.

Sup. 17. *Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. Neque in rotundum attondebitis comam nec radetis barbã. Et ſuper mortuo non incidetis carnem veſtram, neque figuras aliquas, aut ſtigmata facietis vobis. Ego Dominus. Ne proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Sabbata mea cuſtodite, & Sanctuarium meum metuite. Ego Dominus. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, vt polluamini per eos. Ego Dominus Deus veſter.*

Magi & arioli sũt fugiendi.

Directio actuũ noſtrorum, quo ad partẽ ſenſitiuam.

Non augurabimini. Hic ponitur tertium principale, ſ. directio actuum noſtrorum quantum ad partem ſenſitiuam: eſt enim hoc in quibuſdam ſuperſtitionibus auguriorum, & ſomniorum: nam iſta fiunt ſecundum ſenſitiuam apparitionem, quia auguria aſſumuntur à garritibus, & motu auium, quod ad ſenſitiuam partem pertinet, ſomnia verò pertinent ad quaſdam apparitiones fa-

A ctas ſecundum phantaſticam ſpecierum mutationem; & hoc ad partem ſenſitiuam animalium pertinet.

An auguria nunc ſint licita, & an per motum, & garritus auium, & mugitus iumentorum poſſint futura contingentia cognoſci. Et quæ ſunt ſuper quæ cælum habet aliquam cauſalitatem, & ſuper quæ poteſt Aſtrologus iudicare. Et de ſeptem artibus Necromanticis, an habeant aliquod fundamentum in natura. Quæſt. XVIII.

IUBET autem Deus hic non augurandum fore, id eſt, ꝙ non velimus per auguria, & ſomnia iudicare de futuris, & euentibus contingentium rerum in negociis humanis. Quidam enim inſpectis auibus, iſta iudicare ſolent. & quanquam auguria ab auibus dicantur, tamen B etiam fiunt per voces, & motus animalium greſſibilium. Iſta autem ſunt valdè inconuenientia. Primò, ex eo, quòd Deo repugnant: nam illi, qui huiuſmodi auguria obſeruabant apud antiquos, intelligebant aliquod numen eſſe in auibus, vnde colebant eas, quas credebant proficere ad auguria: etiam credebant iſtas aues habere aliquam virtutem ad ſignificandum res futuras; hoc autem eſt detrahere aliquam dignitatem Deitati, attribuẽdo futurorum contingentium ſignificationem, & manifeſtationem volatilibus, & quadrupedibus, quæ adhuc nõ eſt in ſubſtantiis rationalibus. ſ. in hominibus; futurorum autem neceſſariorum euentus præſciri inconueniens nullum eſt: hæc namque per ſpeculationem intellectus, ſine aliquo augurio apprehenduntur, vt futuram eſſe eclypſim, aut coniunctionem planetarum: hæc. n. certiſſimè, & ex neceſſa- C riis cauſis multo ante quam fiant cognoſci poſſunt. Nec ſi hoc dicat ſe cognoſcere iſta futura, detrahit aliquid dignitati Dei, quoniam ipſe dedit nobis viam inueſtigatiuam in intellectu, & cauſas in natura; & ſecundum hoc ſatis manifeſtè cognoſcitur futurorum neceſſariorũ euentus. Contingentia autem, quæ non habent aliquam cauſam in natura, ſed ſunt in libertate agentis, & mouentis, cognoſci non poſſunt antequam fiant, niſi primum agẽs, & intelligens quod eſt Deus, illa reuelauerit. Qui aũt fingunt ſe hoc ſcire per motus auiũ, & quadrupedum, Deo in hoc iniuriam inferunt, ideo vetauit Deus auguriis inſiſtere. Secundò, iſti qui inquirũt veritatem futurarum rerum contingentium per motum, & garritum auium, errant contra naturam, nam in natura nullum eſt ſignum ſufficiens alicuius rei, niſi ſit effectiuum illius, vel ipſum D ſit concauſatum ab effectiuo: Nam in agentibus ſecundum rationem, ſicut ſunt homines, poteſt poni aliquid pro ſigno, quod effectiuum nõ ſit rei ſignatæ, & hoc quia iſta ſigna imponũtur ad placitum, & ea, quæ ſunt ad placitum, non habent aliquam rationem ſignificandi: natura autem non eſt agens ſecundum libertatem, ſed ex neceſſaria inclinatione, ideo ſi aliqua ſigna ſunt in natura deſignantia certitudinem, oportet, ꝙ illa ſint cauſæ rerum ſignatarum, vt ſic ſe habeat res ad intelligere, ſicut ad eſſe. ſ. ꝙ ſicut natura ſignum eſt & cauſa neceſſaria ad intelligendum ipſum ſignatum per certitudinem; ita ſit cauſa neceſſaria ad tribuendum eſſe rei genitæ, vel cauſatæ, & à ſe ſignatę. Et ſic dicimus, ꝙ corpora cæleſtia ſint conuenientia ſigna in natura quorundam, quæ fiunt: nam corpora cæleſtia habent virtutẽ influxiuam ſuper totam E ſphæram elementalem in generabilibus, & corruptibilibus; imò per ipſa corpora cæleſtia gignuntur, & corrumpuntur omnia, quæ gignuntur & pereunt; ſic dicit Ariſt. in 2. de generatione, & corruptione, ꝙ per acceſſum, & receſſum Solis in circulo obliquo, cauſantur omnes generationes, & corruptiones in terra. Idem loquens in ſpeciali de generatione hominis, dicit in 2. Phyſic. ꝙ Sol, & homo generant hominem. Sicut igitur dicimus corpora cæleſtia habere cauſalitatẽ ſuper iſtas res naturales; ita dicimus habere ſignificationẽ. ſ. ꝙ ſunt ſignatiua euentuum futurorum. Et iſto modo cognoſcitur ex aſpectu cæli tempus pluuioſum futurum, aut ſiccitas, aut peſtes, aut fames, quoniam manifeſtum eſt, ꝙ iſta pertinẽt ad fundamentum quatuor qualitatum primarum, ſ. caliditatis, & frigiditatis, humiditatis, & ſiccitatis: nam temporis ſiccitas ex ſubtractione humiditatis, & ex influentia directa

Futura neceſſar. poſſunt cognoſci, ſed non contingentia.

Quo cælum habeat cauſalitatẽ ſuper omnia.

ſiccitatis inducitur, ſed manifeſtum eſt, quod corpora cęleſtia habent virtutem influendi humiditatem, & ſiccitatem, caliditatem, & frigiditatem, quia quidam planetæ dicuntur frigidi, alij humidi, alij ſicci, & ſic de diuerſis complexionibus aſtrorum, non quidem formaliter, ſed effectiuè. Influent igitur iſta corpora cæleſtia ſecundum naturam ſuam in iſta corpora inferiora frigiditatem, caliditatem, ſiccitatem, & humiditatem: & hoc neceſſario, cum ipſa agentia naturalia agant ſecundum neceſſitatẽ, & non ſecundum libertatem aliquam. Qui igitur cognoſcit conditionem corporum cæleſtium per ſpeculatiuam inquiſitionem, quod purè naturale eſt, cognoſcet neceſſario pluuiam affuturam, aut temporis ſiccitatem, & conſequenter cognoſcentur tempora magnæ famis, aut magnę vbertatis; quia iſta dependent ex ſiccitate, & humiditate, caliditate, aut frigiditate temporis.

Hæc autem vera ſunt, & neceſſariò cognita, niſi fortaſſis Deus miſeratus nobis interdum hoc auertat: nam quandocumque bona nobis ſecundum naturam affutura ſunt, & propter peccata noſtra Deus nobis illa aufert, nulla hoc ſignificante, vel efficiente natura, ſed mera Dei libertate iuſtè nos puniente. Sic & interdum mala euentura ſunt, & Deus illa conuertit in bonũ. De hoc habetur Pſal. 106. cum dicitur: Poſuit flumina in deſertum, & fontes aquarum in ſitim, terram fructiferam in ſalſuginẽ, præ malitia habitatorum eius. & iterum dicitur econtrario: Ponet deſertum in paludes aquarum, & terram inuiam in fontes aquarum. Hæc autem ſatis rationabiliter ſecundum Catholicos dicuntur, quoniam cum Deus poſſit cælum à motu ſuo aliquando perturbare, quod eſt ſibi maximè naturale, poterit permutare influentiam ſuper iſta corruptibilia, & generabilia, quæ non eſt tantum naturalis. Quòd autem poſſit Deus motum perturbare in cælo, patet Ioſue 10. cap. vbi Deus tenuit Solẽ per ſpacium vnius diei, ne moueretur, vt vindicaret ſe Ioſue de hoſtibus ſuis. Patet etiam de tempore Ezechiæ Regis, quando Sol reuerſus eſt poſterius per 10. gradus, vt habetur 4. Reg. 20. cap. & Iſaiæ 38. cap. Eſt etiam hoc ſatis rationabile ſecundum Philoſophos, & quoſcumque paganos conceſſa Dei omnipotentia: Nam cum infinita potentia ad quamlibet potentiam finitam habeat exceſſum ſine aliqua proportione, poterit Deus mouere cælu qualitercumque voluerit, & impedire cauſalitatem eius, ſicut voluerit: nam cælum potentiæ finitæ eſt; eſt autem etiã rationabile hoc fieri ſecundum eoſdem Philoſophos pręſuppoſita iſta poſſibilitate: Nam ſecundum Ariſt. 2. Phyſicor. nos ſumus quodammodo finis omnium, ſ. omnium entium, quæ in natura ſunt: & quia ſecundũ fundamentum naturæ ea, quæ ſunt ad finem, debent proportionari ſecundum habitudinem ad ipſum finem, conueniens eſt, vt ipſa corpora cæleſtia, quæ propter nos ſunt, ſecundum Ariſtot. aliquando mutentur à ſuis regularibus motibus, & influentiis, propter aliquam mutationẽ factam de nobis, ſ. ſi peccata noſtra, vel merita exigant aliam diſpoſitionem in motu cæli, quã eam, qua regulariter futura eſt. Et hoc aliquo modo ſignatur Deuteron. 33. cap. cum dicitur, quod Deus rectiſſimus eſt aſcẽſor cæli, & in magnificentia eius diſcurrunt nubes. Vocatur aſcenſor, & in littera Hebraica dicitur equitator, ſ. quòd Deus equitet ſuper cęlum dirigendo illud qualitercumque voluerit, ſicut equitator dirigit equum. Hęc autem omnia vera ſunt, cum Deus vult ex aliquibus cauſis ſpecialibus permutare ordinem in cauſalitatibus, & effectibus naturæ; alioquin tamen cælum naturaliter habet virtutem influxiuã humiditatis, & ſiccitatis, caloris, & frigitatis. Et hoc innuitur in Sacra Scriptura, vt habetur Deuter. 28. cap. cum dicitur: Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimũ cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ tempore ſuo. & poſtea in eodẽ cap. dicitur de ſiccitate inducta à cælo. Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris, ſit cælũ quod ſupra te eſt, æneum, & terra, quam calcas, ferrea. In quo innuitur, quòd ex cælo eſt virtus deriuatiua pluuiæ, vel ſiccitatis in inferiora: & aliquando dicitur eſſe cęlum æneum, id eſt, ſiccum, quia nullo modo infundit pluuiam.

Quomodo Deus aliquãdo turbet ordinẽ cælorum.

Quo ſecũdũ Sacrã Scripturam corpora cæleſtia ſint cauſa iſtorũ, quæ ſiũt, & ſigna.

Sicut autem corpora cæleſtia ſunt cauſæ iſtorum infe-

F riorum, vt efficiantur, & hoc ſecundum auctoritatem Sacræ Scripturæ, ita ſecundum eandem auctoritatem ſignificatur, quòd corpora cæleſtia ſunt demonſtratiua iſtorũ, quæ eueniunt: de hoc habetur Geneſ. cap. 1. cum dicitur: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, dies, & annos. Ecce igitur qualiter corpora cæleſtia ponuntur tãquam ſigna, & hoc ſecundum veritatem, & certitudinem, quia Deus illa poſuit in ſigna, nunquam tamen Deus ponit aliqua ſigna mendacia. ergo neceſſario ſignificãt effectus in iſtis inferioribus. Alia autem ſunt, quorum ipſa corpora cæleſtia ſunt cauſæ, tamen non præſtant cauſalitatem directam ad illa, ſed quodammodo incentiuè. & quia ſic ſe habent cauſæ in natura ad eſſendum ſigna, ſicut ſe habẽt ad eſſendum cauſas, ideo non erunt directè cauſæ horum
G ſed ſecundum quid: & hoc modo dicitur, quod corpora cæleſtia ſignificãt bella futura, aut mutationes locorum, vel dominiorum, quoniam aliquid ad hoc conferunt, ſed non plenè. Patet quia bellum, & mutatio locorum immediatè dependet ex libertate eorum, qui bella inuicem gerunt, vel ſedes mutant, mediatè autem dependent ex quibuſdam naturalibus qualitatibus, quas corpora cæleſtia cauſant: nam bella fiunt ex ira, cauſatur autem ira ex quadam ſiccitate diſtemperata, incendente ſanguinẽ circa cor, ideo quando talis influxus fit, magis diſponuntur homines ad mouendum bella quam aliis temporibus, quod homines in ſe ſatis experiuntur, cum quodã tempore magis ſint diſpoſiti ad bella, quam aliis temporibus, & ad magnam iracundiam. Et propter hoc poetæ Gentilium Martem Deum bellorum appellauerunt, quia Mars eſt
H planeta diſtemperatè calidus, & ſiccus, caliditas autẽ iſta ſuſcitat iram. Eſt autem ira cauſa bellorum. Cum ergo bella non cauſentur directè à corporibus cæleſtibus, quæ non poſſunt influere ſuper liberum arbitrium, ſed indirectè, & dando quædam incentiua, non erunt corpora cæleſtia ſignatiua bellorum, & pacis per certitudinem: ſed etiam ſi Deus nihil immutet de influentia corporum cæleſtium, illi qui per corpora ſupracæleſtia volunt declarare bella futura aut pacem, quantumcũque rectè inquirant in hoc regulas aſtrologicas, non dicent ſemper verũ, quoniam ipſa corpora cæleſtia non ſunt ſigna horum per certitudinem. Alia autem ſunt, quæ etiam corpora cæleſtia aliquo modo ſignant, non tamen ſecundum certitudinem, quia etiam ſi præſtent aliquam cauſalitatem, tamen non præſtant eam directam immediatè, cum imme-
I diata cauſalitas ſit à libero arbitrio. ideo in iſtis, qui iudicant per ſignificationem aſtrorum, magis fallũtur, quam verum dicant, cum cauſa immediata ſit magis potens ſuper effectum, quã cauſa remota, præcipuè cum cauſa immediata ſit voluntaria, & remota ſit neceſſaria atque naturalis. Iſte modus eſt, vt ſi vellemus iudicare de hominibus particulari quodam iudicio inquirentes, ſi futuri erant luxurioſi, vel ſeditioſi, aut inſtabiles, quoniam hoc, & ſimilia ortum quendam habent ex natura rerũ influente ſuper corpora qualitatem quandam, per quam homo ſit abundãs ſemine, & inclinatus ad libidinem, vel ſi natura influat quandam qualitatem, ſecundum quam homo ſit promptus ad iram, & paratus ad ſeditiones. Nam quanquam ex hac parte ſatis appareret per ſignificationem aſtrorum iſtas conditiones futuras eſſe, in aliquo ta-
K men manet liberum arbitrium, ſecundũ quod omnes iſti actus principiantur. Et quamquam aſtra contrarium ſignificent, tamen poteſt per liberum arbitrium fieri, quidquid voluerimus: & hoc modo dicit Ptolomeus in lib. Centiloquij, quod anima ſapiens dominabitur aſtris, id eſt, quod influentia ſiderum non principatur libero arbitrio. Quicumque igitur iudiciis ex hac parte inquiſitis acquieſcat multoties falletur, immo rariſſimè verum dicet, & ſi quis dicat iſta ex neceſſitate eſſe futura, errabit ſemper, quanquam aliquando accidat ſic fieri. Alia autẽ ſunt ſuper quæ corpora cæleſtia habent plenam cauſalitatem, ſicut ſuper hoc quod eſt, hominem eſſe rudem, vel ingenio acutum; nam iſta diſpoſitio prouenit ex habitudine organorum phantaſticorum, quia intellectus intelligit reſpiciendo organa phantaſtica, iuxta illud Ariſtot. in 3. de Anima. oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari;

Super quæ cælũ hẽt aliquam cauſalitatẽ ſed poſſunt tolli per arbitriũ.

Super quæ cæleſtia corpora plenã habẽt cauſalitatẽ.

culari : ſed diſpoſitio organorum phantaſticorum depen
det ex natura, cum ſit purè corporea, ſed cæleſtia corpora
influunt in omnia corpora elementalia : ergo cauſabitur
rudem eſſe, vel acutum totaliter ex actione corporum cæ-
leſtium, quoniam ad hoc non habet aliquã operationem
liberum arbitrium, quoniam liberum arbitrium princi-
patur eis, quæ ſunt poſteriora ipſo, ſed diſpoſitio ad acutè
intelligere, vel non, prius eſt quam ipſum liberum arbi-
trium, quod dicit intellectum, & voluntatem. Alia quo-
que ſunt ſuper quæ totaliter corpora cæleſtia cauſalitatẽ
habent, ſicut eſt arbores plantare, & ſeminare, & ſcinde-
re. Omnia enim hæc dependent ex corporibus ſupracæ-
leſtibus : ideo ſi quis agat hæc, non reſpiciendo habitudi-
nem corporum cæleſtium, totaliter eſt inſipiens, ſicut ſe-
minare non conuenit omni tempori, ſed alicui : nã ſi quis
ſeminet in Iunio, vel Iulio, inſipiens eſt, & hoc propter ni-
hil aliud, niſi quia Deus aſſignauit diuerſitatem qualita-
tum in tempore ſecundum varietatem influẽtiarum cor-
porum cæleſtium. Idem eſt, ſi aliquis vellet plantare ar-
bores, quoniam iſta plantatio non conuenit omni tempo-
ri. Idem etiam eſt in inciſione lignorum : nam ligna ali-
quo tempore cęſa ſunt permanentia magno tempore in-
corrupta, quę verò alio tempore inciduntur, cõfeſtim pu-
treſiunt : hoc autem eſt, quia iſta fundantur in quattuor
qualitatibus, quæ ſunt purè naturales, & corporales : ideo
corpora cæleſtia, quæ habent influẽtiam ſuper omnes res
materiales, & qualitates rerum materialium, habent ple-
nam poteſtatem ſuper hoc. de hoc Boetius de Conſola-
tione Philoſoph. lib. 1. Metro 6. ait:

Cum Phœbi radijs graue,
Cancri ſidus inæſtuat,
Tum qui larga negantibus,
Sulcis ſemina credidit
Eluſus Cereris fide.
Quernas pergat ad arbores.
Nunquam purpureum nemus.
Lecturus violas petas
Cum ſæuis Aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Ne quæras auida manu
Vernos ſtringere palmites.
Vuis ſi libeat frui,
Autumno potius ſua
Bacchus munera contulit.
Signat tempora proprijs
Aptans officijs Deus.
Nec quas ipſe coercuit
Miſceri patitur vices.
Sic quod præcipiti via
Certum deſerit ordinem,
Lætos non habet exitus.

Cetera autem quæ in qualitatibus corporalibus fun-
dantur, ad operationem, vel cauſalitatem cæli pertinent,
quæ verò ad liberum arbitrium attinent, per corpora cæ-
leſtia nequaquam diriguntur.

Quomodo ſint quædam ſuperſtitioſa ſuper quæ cælum non habet cauſalitatem. *Quæſt. XIX.*

ALIA autem ſunt, quæ nec ad liberum arbitrium
pertinent, nec ad cæli cauſalitatẽ, quoniam ſecun-
dum illa nec eſt directè actio, nec paſſio, ſicut, quod ali-
quis induat nouam veſtem, vel accipiat nouos ſotulares
in tali, vel tali die : vel aggrediatur viam, aut incipiat fa-
bricare domos, vel indicat bellum. Aliqui enim dicunt,
quod qui tali die nouam veſtem induerit, nunquam atte-
ret eam, id eſt, non ſuperuiuet quouſque atteratur : idem
de ſotularibus; vel qui viam tali die inchoauerit, non fi-
niet eam, aut non redibit in domum ſuam, vel qui domos
fabricare inceperit, non conſummabit; aut qui bellũ ge-
rendum inchoauerit, deuincetur, ſed dicunt eſſe alios dies
meliores ad hoc. Quantum autem hęc abuſiuè dicta ſint,
ſatis indicat ipſa natura: nam fabricare domum non con-
ſiſtit per hoc, quod eſſe frigidum, vel calidum, humidũ,
aut ſiccum : ſed conſiſtit in figura. Non eſt autem figura
principiũ operatiuum, vel paſſiuum, ad quæ corpora cæ-
A leſtia habent dominium : ſed conſiſtit in quadam figura-
tione partium reddentium ſuum totum per aggregatio-
nem : ideo ad hæc non habet cauſalitatem aliquam cor-
pus cęleſte, nec etiam liberum arbitrium, nec aliquod al-
terum agens : & figurã per ſe non eſt directè cauſa agen-
di, vel patiendi. Ideo dicendum, quod nihil differt ma-
gis inchoare fabricationem domus vna die quam altera,
& ſi quis alterum aſſerat, contra fidem agit, & contra na-
turam loquitur. Idem autem eſt circa eos, qui nouas ve-
ſtes fieri iubent, aut talibus diebus induunt : nam veſtes
conſiſtunt in figura, ſuper qua non habet directè domi-
nium corpus cæleſte, nec indirectè. Nam inquiretur, ſi
malum ſit in tali, vel tali die ſcindere veſtes, aut induere,
aut illud eſt ex natura panni, aut ex figura veſtium, aut ex
qualitate influentiæ corporum cæleſtium in die illo : non
B poteſt dici hoc eſſe ex conditione panni, quia tunc quan-
documque veſtes fierent ex illo panno, cũ ille habeat ta-
lem conditionem, in omni tempore, ſemper ſequetur, ꝙ
qui tales veſtes induerit, non atteret eas : ſed hoc abſur-
dum eſt. Si autem dicatur, quòd hoc ſit ex conditione fi-
guræ veſtium, non poteſt ſtare : quia contra omnia prin-
cipia naturæ eſt, & contra vulgatã experientiam, figuram
eſſe directè principium actiuum, vel paſſiuum; nihil igi-
tur ſequetur propter talem, vel talem figuram, qm̃ prin-
cipia actiua, & paſſiua inſtrumẽtalia, ſunt quattuor qua-
litates primæ. Item etiam ſi daretur figuram eſſe princi-
pium actiuum, hoc non concluderet : nam quandocum-
que manſerit eadem figura, erit identitas principij actiui,
& ſic quacumque die talis figura in veſtibus fiat, ſeque-
retur, ꝙ ille qui tali die, vel quacumque alia veſtem ta-
C lis figuræ indueret, nunquam eam attereret, quod nemo
concedit, & eſt cõtra omnem experientiam. Si autem di-
catur, quòd hoc ſit ex conditione influentiæ corporũ cæ-
leſtium in die illo, non magis erit nocumentum eis, qui
induuntur veſtibus nouis, quàm veteribus, vel quàm eis,
qui totaliter nudi ſunt. Concludendum igitur, quòd ni-
hil magis nocet in vna die veſtes ſcindere, vel induere,
quàm in alia : & aliud ſentire, contra naturam eſt. Idem
autem modus eſt arguendi in inchoãtibus fabricationem
domus : nam ſi malum eſt inchoare domus fundationem
in hac die, & nõ in aliis, aut hoc eſt propter conditionem
materiæ domus, ſcilicet, lapidum, & lignorum, & terræ,
aut propter figuram domus, aut propter conditionem in-
fluentiæ corporum cæleſtium in die illo. Si autem dica-
tur eſſe propter conditionem materiæ, cum eadem ſit con
D ditio materiæ in vna die, ſicut in altera, idem inconue-
niens ſequetur, in quacumque die incipiat fabricatio do-
mus ex illa materia : ſed omnes hoc negabunt; Si autem
dicatur, quòd hoc ſit ex conditione figuræ domus, non
poteſt ſtare, cum figura non ſit principium actiuum, vel
paſſiuum, & conſequenter non habeat aliquam cauſali-
tatem ad bonum, vel malum in futuro producendum.
Item, quia dato, quòd cauſalitas aliqua ex figura eſſet, nõ
poteſt ſtare: nam tunc ſequeretur, quòd quicumque inci-
peret domum talis figuræ, nunquam finiret eam, quo pa-
cto ſequeretur rariſſimos fore, qui domos, quas fabricare
incipiunt, finire poſſent, quod falſum eſt : inducitur er-
go nihil magis prodeſſe quantum ad hoc, incipere do-
mum fabricare vna die, quàm altera. Item, non poteſt
hoc contingere ex conditione influentię diei illius, ſecun-
E dum corpora cæleſtia influentia : nam tunc non ſolum
ſequeretur malum in eis, qui domos inchoant, ſed etiam
in eis, qui comedunt, & bibunt, & in omnibus aliis homi-
nibus, ſiue aliquid agant, ſiue non : ſed hoc falſum eſt,
nec aliquis concedet. Satis ergo patet, quòd non magis
confert incipere ædificationem domus vna die quàm al-
tera. Item de inchoatione viarum idem dicendum eſt :
nam cum dicatur alicui, quod non debet inchoare viam
in die Martis, vel Mercurij, vel Sabbati, & ſic de aliis
diebus, aut illud eſt, quia eſt dies Sabbati, vel Mercurij,
& ſic de ceteris : vel quia in die illo dominatur aliquis
planeta nociuus, vel quia qui tali die vias aggrediuntur,
nihil accipient de eo quod habere volunt, & qui aliis die-
bus ad itinera facienda ſe præparant & diſponunt, aſſe-
quentur quæ concupiſcunt, propter nullum enim iſto-
rum hoc ſequi poteſt : Nam ſi hoc fieret propter eſſe
diem

diem Martis, vel Mercurij, cum ſolum dicat dies quoddam tempus, & tempus ſit menſura motus, non poterit habere aliquam aliam cauſalitatem ad bonum, vel malum: eſt namque tempus quædam quantitas menſuratiua motus, cum commeſurentur tempora motibus ſecundum Ariſt. 4. Phyſic. quantitas autem nõ ponitur principium operatiuum, nec paſſiuum, ſed ſola qualitas. Item, nõ poteſt hoc accidere ex conditione planetæ dominantis die illa, ſcilicet, Saturni, vel Martis, quoniam tunc eodem modo omnibus eueniret malum, tam manentibus in loco, quàm ambulantibus. Sed hoc nemo concedit. Item, non poteſt dici, quòd hoc fiat ex conditione ambulationis, nam tunc quacumque die homo ambularet, inconueniens ſequeretur. Sed hoc à nullo cõceditur. Item, non poteſt hoc ſtare, tanquam ſi dicamus, quod planeta, qui dominatur illi diei, facit, vt qui ambulat adipiſcatur vel nõ adipiſcatur ea, quæ inquirit: nam iſta dependent ex libertate hominum inter ſe negociantium: ſuper hanc autem corpora cæleſtia nullam habent operandi facultatem. Item, non poteſt dici in corporibus cæleſtibus, ꝙ ipſa ſint ſigna conuenientis, vel diſconuenientis matrimonij, quoniam id ad quod corpora cæleſtia nullam habent cauſalitatem, nõ poteſt per ea ſignari; ad matrimonium tamen corpora cæleſtia nihil efficere poſſunt, ſcilicet, quòd contrahatur magis in vna die, quàm in altera: Nam matrimonium dicitur benè, vel malè ſe habere, ſecundum ꝙ ipſi contrahentes poſtea inter ſe conuenientes benè, vel malè ſe habent: ſed iſtud eſt liberrimum, purè dependens à voluntate humana: ergo corpora cæleſtia nihil ad hoc efficere poſſunt. Nec valet ſi aliquis obiiciat, ꝙ aliquæ feminæ acceptæ in matrimonium aliquando adulteræ ſunt, & hoc fortè prouenit, quia ipſæ ſunt multum libidinoſæ, inquirentes alios præter viros ſuos, eſſe tñ feminam, vel virum ad libidinem promptum, naturale eſt ſecundum influentiam corporum cæleſtium, & alias conditiones natiuitatis, & communicationis, atque nutrimenti. Ad hoc reſpondendum, ꝙ quanquam ſecundum naturam aliquis valdè inclinetur ad libidinem, poteſt tamen eam ſubiicere ſeruituti, nihil agens ſecundum eam: ideo feminæ poterunt eſſe continentiſſimæ, quanquam ſecundum corpora cæleſtia influentia in eas ad omne genus libidinis concitentur. Item, adhuc conceſſo, ꝙ corpora cæleſtia cauſarent neceſſitatem actuum venereorum in nobis, & quòd neceſſariò mulier, quæ in tali, vel tali tempore nata eſt, eſſet fornicaria, tamen nõ ſequitur hoc ex contractu matrimonij facto in hac, vel in illa die, ſed magis hoc proueniret ex influentia corporum cæleſtium ſecundum tempus natiuitatis, & conceptionis ipſius feminæ: vnde non differebat iſtam feminam contrahere matrimonium vna die, vel altera, quoniam ex conditione natiuitatis, vel conceptionis ſuæ haberet, quòd neceſſitaretur, vel ſaltem multum inclinaretur ad libidinem. Nec enim poteſt aliquo modo dici conuenienter, aut ſaltem apparenter, quòd contractus factus tali, vel tali die faciat aliquid ad eſſe feminam bonam, vel malam: nam dato, quòd ſecundum influentiam corporum cæleſtium in tali, vel tali die cauſaretur inclinatio, vel neceſſitas in feminis ad eſſe caſtas, vel incõtinentes, hoc ſequeretur in omnibus, nec magis in cõtrahentibus matrimonium, quam in non contrahentibus: nam corpora cæleſtia ad matrimonium aliquid agere poſſe eſt impoſſibile, quia matrimonium conſiſtit ex duobus, ſcilicet, ex mutuo conſenſu contrahentium, & ex verbis exprimentibus cõſenſum illum; ſed manifeſtum eſt, ꝙ impoſſibile ſit corpora cæleſtia agere ſuper aliquid horum: nõ enim poſſunt influere ſuper conſenſu, quia ipſe eſt actus liberi arbitrij directè, & in illud nõ poſſunt aliqua agentia naturalia. Item, non poſſunt ſuper verba, quia verba non ſunt aliqua accidentia corporalia inhærentia corporibus, & cauſata ex motu corporum cæleſtium, ſed ſunt aliquid cauſatum à libero arbitrio per potentiam interpretatiuam: ſed ſuper iſta non habent poteſtatem corpora cæleſtia. Item, adhuc dato, quòd corpora cæleſtia imponerent nobis neceſſitatem ad loquendum talia, vel talia verba, adhuc non ſequitur, quòd propter contractum matrimonij aliqua mulier efficeretur bona, vel mala; quia tunc oporteret,

F quòd verba prolata in tali, vel tali die, haberent poteſtatem ad faciendum aliquam feminam bonam, vel malã; patet conſequentia: quia obligatio inducta inter contrahentes, quæ vocatur matrimonium per verba conſiſtit: ergo ſi matrimonium in illa die, vel in alia factum, habet poteſtatem ad efficiẽdum feminam bonam, vel malam; neceſſarium eſt, vt hoc efficiant verba in tali, vel tali die prolata: ſed impoſſibile eſt, ꝙ verba habeant cauſalitatem aliquam naturalem, vel etiam ſuper liberũ arbitrium, quod adhuc difficilius eſt: ergo propter contractionem matrimonij in tali, vel tali die, non contrahitur ſecũdum verba aliquod bonum, vel malum in ipſis contrahentibus, nõ ſunt.n. voces de qualitatibus actiuis, quia iſtæ quattuor ſunt, ad quas nullo modo voces pertinent; potiſſimè, quia ſecundum Ariſt. in 2. Periherm. ab eo qđ
G eſt, vel nõ eſt, oratio vera, vel falſa dicitur eſſe; & propter affirmare, vel negare noſtrum, nihil mutatur in re. Si tñ verba haberent aliquam cauſalitatem ad efficiendũ bonum, vel malum, aliquid mutaretur in re propter affirmare, vel negare. Concludendum eſt igitur, ꝙ contrahere matrimonium, quod nos vocamus ſponſalia, per verba de præſenti, in die tali, vel tali; nihil efficit ad hoc, ꝙ ipſi contrahentes inter ſe benè, vel malè ſe habeãt: aut femina caſta, vel incontinens ſit. Nec poteſt aliquis cognoſcere hoc per certitudinem ex motu corporum cæleſtiũ. Sicut aũt contrahere matrimoniũ per verba nihil lædit in tali, vel in tali die, neque ex hoc proficitur: ita accipere vxorem ad conſummandum matrimonium carnaliter in tali, vel in tali die, nihil agit, quanquam in hoc aliqui valdè inſipienter ſe habeant, obſeruantes dies coniũctionum
H quorundam planetarum, & fugientes dies cõiunctionum aliorum planetarum: nam nullam cauſalitatem habent talia corpora cæleſtia ad hoc, ꝙ viri, & vxores conſummantes illa die matrimonium, benè, vel malè ſe habeant, & an eis liberi naſcantur, vel non, & an eis poſtea liberi naſcantur, vel ſteriles ſint: & ſic de ceteris, quę aliqui valde inſipienter ſentiunt. Cauſæ eorum apparent ex ſupradictis. Omnia iſta fugienda ſunt, quæ prorſus cęremoniæ ſuperſtitioſę ſunt, nullam virtutem naturalem, aut ſupernaturalem continentes.

An Medicus debeat tempora obſeruare, & an erret grauiter non obſeruando. & generalis regula de corporibus cæleſtibus, ſcilicet, quòd ſuper quæcumque habent directè cauſalitatem poſſunt habere ſignificationem. Quaſt. XX.

I ALIQVANDO tamẽ motus corporum cæleſtium, & coniunctiones planetarum, & dies lunationum obſeruandi ſunt, ſicut in Medicis in dandis pharmacis, & aliis medicinis: nam iſtæ operantur naturaliter ſecũdum qualitatem frigidi, & calidi, humidi, & ſicci: ſed iſtę qualitates aliquando adiuuantur, & aliquãdo impediuntur à corporibus cæleſtibus, ſecundum varietatem motus ſui. Obſeruandæ ſunt igitur temporum mutationes, & aſſignationes dierum à Medicis. Vnde, ſi aliquis Medicus pharmaca, & alias medicinas daret, maximè laxatiua, non obſeruata aliqua conditione temporis, ſtultiſſimus eſſet, agens contra naturæ ordinem, & peritiam Medicorum. De his autem infinita dici poſſent, ſ. quæ ſint ſuper quæ corpora cæleſtia poteſtatem habent, & quæ ſint ſu-
K per quæ non dominantur: ſed de illis quilibet poterit ſatis diffinire, & diffinitorum cauſas reddere, ſecundum modum probandi, & improbandi, qui in ſuperioribus habitus eſt.

Ex his autem colligitur regula generalis, ꝙ quandocumque corpora cæleſtia habent cauſalitatem naturalem ſuper aliquam rem, poſſunt habere ſignationem: & quilibet vir peritus in regulis aſtrorum, poterit cognoſcere ex illis euentum illarum rerum; & quando ſunt aliquæ res ſuper quas corpora cæleſtia non habent aliquam cauſalitatem, non poſſunt eſſe ſigna naturaliter illarum rerum; nec aliquis vir peritus in aſtris, poterit per motum aſtrorum inueſtigare illarum rerum euentum. Vnde quia corpora cæleſtia habent cauſalitatem naturalem ſuper pluuias, & ſiccitates, peſtes, & ſanitates, & qualitatem ipſarum arborum, atque cunctorum vegetabilium,

bilium, ſunt etiam ipſa corpora cæleſtia ſigna omnium iſtorum, & à viris peritis poſsũt iſta cognoſci per motum corporum cæleſtium. Et quia corpora cæleſtia non habẽt poteſtatem ſuper fabricationem domorum, & cõfectionem veſtium, & ambulationem viarum, & matrimoniorum contractus atque conſummationes, eſt impoſsibile, quòd aliquis vir peritus in aſtris, per modum corporum cæleſtium cognoſcat euentus iſtarum rerum ſecundum certitudinem. De iſta regula dictum fuit Geneſ. 40. & Exo. 12. cap. Manet igitur concluſum ſecũdum naturam, quòd vbi non eſt cauſalitas rei, non eſt ſignificatio illius. Nunc autem aduertendum eſt, quòd non ſemper in natura arguendum eſt ex cauſis efficientibus immediatis, ſed aliquando ex cauſis mediatis: & aliquando non arguitur ex primis, ſed ex poſterioribus, & aliquãdo etiam ex ſignis. In omnibus tamen his ſemper debet præſupponi aliquid habens naturaliter cauſalitatẽ ſuper ipſas res, ex quo cauſæ poſteriores, vel ſigna ortum habeant: vbi autem non dantur tales cauſæ, arguere ex ſignis eſt ſuperſtitioſum, & falſitatem concludens. Patet hoc in arte Medicorum, quæ ſecundum naturam operatur: ipſi tamen non cognoſcunt ægritudines, & alia accidentia ex cauſis ſuis, ſed potius ex ſignis, quę ſunt aliqua cõſequentia, & poſteriora ad res cauſatas, vtpote, quòd aliquis Medicus cognoſcit aliquam ægritudinem, aut complexionem, non ex cauſis ſuis, quæ ſunt priores ad ægritudinem, & complexionem; ſed ex quibuſdam proprietatib. ægritudinum, vel complexionum, quæ ſunt poſteriores ægritudinibus, & complexionibus. Iſta tamen cognitio dicetur eſſe naturalis, quanquam non ſit ex cauſis, ſed ex cauſatis: & cauſata ſunt hic ſigna cauſarum, vocatur autem talis modus arguendi ſecundum Dialecticos, à poſteriori. Iſte autem, & in aliis rebus naturalibus reperitur, vt ſicut cum cognoſcimus futuram pluuiam de propinquo per cantus ſiue vlulatus cornicum, & cũ cognoſcitur in mari futura tẽpeſtas per figuram mergulorum, & delphinum exeuntium ad ſuperficiem aquæ: nã voces cornicũ nõ ſunt cauſæ pluuię futurę, ſed potius ſunt cauſatæ ex pluuia iã exiſtente in potẽtia propinqua in principiis ſuis: nam corpora cæleſtia ſunt cauſa pluuiarum, & ſucceſſiuè diſponunt aerem ad cauſationem earum; vnde antequam fiant pluuiæ, ipſe aer diſpoſitus eſt, & aliqua animalia de brutis hoc ſentiunt, quãquam homines non ſentiant, quia illa cum non intendant alicui actui rõnis, ſolum mouentur ſecundum naturam, ideo poſſunt percipere in ſe magis mutationes naturæ quàm homines, qui magis vacant operationibus ſecundum rationem, quàm eis, quæ ſunt ſecundum naturam corporalem. Vnde ſit, ꝙ, quanquam corpora noſtra immutentur ſecundum alterationes naturæ, tñ nos non ſentiamus hoc, niſi ſit valde magna alteratio, & hoc, quia attentio ad operationes ſecundum rationem, tollit attentionem ad operationes, quæ ſunt ſecundum naturam. Ex quo etiam ſequitur, ꝙ homines valde ſtulti & carentes vſu rationis, magis ſentiant ea, quæ ſunt ſecundum naturam, quàm illi, qui ſunt ſapientes, & intenti actibus rationis, & ꝙ ſomnia ſtultorum veriora ſunt, quàm ſomnia ſapientum, & ꝙ fortunę, & infortunia magis accidant ſtultis, quam intelligentibus. De his ait Ariſtot. circa finem tertij libri de ſomno, & vigilia. Cauſa horum eſt: quia ſapientes, cum valde attendant ad operationes ſecundum rationem, parum aut nihil attendunt ad ſentiendum alterationes ſecundum naturam; in ſtultis autem econtrario accidit: vnde contingit, quòd cornices, quæ non habent aliquem actum rationis, ſed ſolum experiuntur in ſe alterationem naturæ, quando aduenit tempus pluuiarum, diſpoſito aere ad pluuiam replentur plumæ earum quibuſdam humiditatibus, & ſentientes hanc immutationem clamant, & per iſtum clamorem nos prognoſticamus pluuiam futurã de propinquo: hic tamen non arguimus ex cauſis, ſed potius ex poſterioribus, & cauſatis. Eſt tamẽ iſte modus ſignandi conueniens in natura, quia quanquam ipſum ſignum non habeat cauſalitatem ſuper rem ſignatam, ſed potius econtrario: tñ ponitur hic aliqua cauſa efficiens habens veram cauſalitatem ſuper rem ſignatam; nam quãquam voces cornicum non efficiant pluuiam, tamen efficitur

Quadrupliciter poſſit in natura argui.

Bruta quare magis mutationes naturæ ſentiant quàm homines. quod & ſtulti faciunt.

A per corpora cæleſtia diſponentia aerem, & pluuiam: & quia voces cornicum, quæ ſunt cauſatæ ex pluuia iam exiſtente in potentia propinqua, ſignant nobis naturaliter cauſalitatem corporum cæleſtium ſuper pluuiam immediatè futuram, conuenienter arguimus in naturalibus pluuiam futuram ex cantu cornicum. Similiter autem in ægritudinibus, & cõplexionibus, quanquam ipſa ſigna non ſint cauſæ ægritudinum, vel complexionum, ſed proprietates ipſarum, & aliquid cauſatum ab eis, tñ quia ſignificant nobis ipſam habitudinem cauſæ ægritudinis, vel complexionis, ad ægritudinem, vel complexionem; conuenienter arguunt Medici ex iſtis cauſatis, vel poſterioribus, tanquam ſi arguerent ex cauſis ægritudinum, vel complexionum, quanquam certius arguerent ex cauſis, ſi ſemper cognoſcere eas poſſibile eſſet, quòd tamen B non contingit, quia cognitio ſecundum naturam incipit ſecundum ſenſationem, quod conuenit effectibus. Cauſæ autem magis cognoſcuntur per ſpeculationem. De tempeſtate maris per motum delphinum, vel mergulorum, idem modus arguendi eſt: nam tẽpeſtas maris fit ex quadam commotione facta in arenis in profundo maris per ventos ſubintrantes, & ſi cognoſceretur tẽpeſtas per cognitionem huius cauſæ, eſſet cognitio à priore, cognoſcitur tamen per quædam accidẽtia, & poſteriora ad iſtam cauſam, ſ. per motum mergulorum, & delphinum: nam mergули vſque ad maris profundum ſe mergũt, vbi cum viderint arenas concitatas, fugiunt ad litus cum clamore magno: & ſic dant certum ſignum futuræ tempeſtatis, quoniam cauſam eius ſenſerunt. De hoc diximus ſupra 11. c. cum agebatur de mergulis. Delphini autem idem C faciunt, quoniam cum viderint in profundo maris arenas concitari, ad ſuperficiem fugiunt.

Argumentum Medicorum eſt à poſteriorib. ad priora.

In his igitur omnib. arguitur ex poſterioribus vel cauſatis ad priora: quia tamen aliqua cauſa determinata in his eſt, quæ talia efficiat, conuenienter accipiuntur talia ſigna. Vnde eſt ponenda regula, ꝙ quandocumque in naturalib. ponitur aliqua cauſa determinata ad aliquem effectum, ſiue arguatur ibi ex cauſa, ad cauſatum, ſiue ex cauſato, ad cauſam, conuenienter ponitur aliquid eſſe alterius ſignum ſecundum naturam.

Regula arguendi in naturalibus.

In augurijs, motus & voces auium non ſunt cauſæ eorum quæ nos prognoſticare volumus, nec cauſata determinatè ſe habentia ad cauſas. Quæſt. XXI.

D NVNC autem attendendum eſt ad ea, quæ in principio tangebantur de motibus auium ad cauſanda auguria, & de ſimilibus: quoniam in natura non poteſt poni aliquid ſignatiuum niſi ſit effectiuum eius quod ſignat, vel cauſatum ab eo, ſiue proprietas poſterior illo, vt patet ex duabus regulis ſuprapoſitis cum ſuis probationibus. Sic autem eſt in augurijs, ꝙ cũ aliquis per motum alicuius auis, vel quadrupedis, aut per vocem prognoſticat aliqua futura: nam tunc neceſſe eſt, vt iſtæ voces, vel motus ſint cauſæ eius, quod prognoſticamus, ſ. mortis alicuius, vel perditionis, aut acquiſitionis rerum, vel expeditionis, aut impeditionis negociorũ, & ſimiliũ, ſicut corpora cæleſtia ſunt cauſæ eorum quæ ſignant. Sed hoc falſum eſt: quia nullus dicet, ẽt ſtultus, ꝙ voces, aut motus aliquorum animalium, in quibus accipitur augu-E rium, habeant poteſtatem ad occidendum aliquem hominem, vel ad impediẽdum negocia, & ſimilia, cum aliqua iſtorum proueniant à libertate, ſuper quam nulla cauſa naturalis dominatur; alia aũt quanquam non proueniant à libertate, tamen tanta ſunt, vt indigeãt magna efficacia in cauſa ſua: iſtæ tamen voces & motus animalium non ſolum non habent aliquam cauſalitatem magnam immo nullam habent, quia non ſunt tales qualitates, quæ ponantur principia agendi, vel peccandi.

Item, non poſſunt dici, ꝙ iſta, ſ. motus, & voces, ſecundum quę auguria ſunt, dicatur eſſe aliqua cãta ex effectibus, quos ꝓgnoſticamus, ſicut cognoſcimus ęgritudines per effectus ſuos, qui sũt poſteriores. Idẽ eſt de cõplexionibus; hoc autem nõ ſtat: qm̃ voces, & motus animalium ſunt priores, quàm ea quæ nos prognoſticamus per auguria, effectus autem ſemper cauſis ſuis poſteriores ſunt.

Item,non poteſt dici, quòd iſtæ voces, vel motus volatilium, & quadrupedum, in quibus accipitur augurium, ſint aliqua cauſata immediatè ex cauſis eorum,quæ futura prognoſticamus per augurium,vtpote ſi diceremus, ꝙ ſignificatur per augurium aliquem eſſe moriturum, vel non expediturum negocia, aut perditurum honores, & ſimilia; & ꝙ iſti effectus cauſentur ex motibus corporum cœleſtium, & motus, & voces, in quibus accipitur augurium, cauſentur ex influentia corporum cœleſtium: nam ſic cum vtrumque habeat cauſam determinatam, benè poterit poni vnum tanquam ſignum alterius: ſicut cum prognoſticamus pluuiam futuram per voces cornicũ, & hoc naturaliter: quia pluuia cauſatur per motum corporum cœleſtium; & cornices quoque mouẽtur ad clamandum propter diſpoſitionem cauſatam in eis à corporibus cœleſtibus;ſic etiam de tempeſtate maris,quæ cauſatur ex commotione arenarum,& cognoſcimus eam per motum delphinum, & mergulorum, quia ipſi fugiunt propter motum illarum arenarum. Sed dicendum,quòd non poteſt ſtare hoc,propter duo: Primò, quia illa,quæ nos per augurium ſignari dicimus, non poſſunt habere aliquam cauſam naturalem, ſed voluntariam, ſicut quòd aliquis deponatur ab honoribus, vel quòd expediantur, aut impediantur negocia ſua, aut quòd inueniat eum quem inquirit, & ſimilia. Iſta enim ex libertate dependent, & quædam ſunt per accidens: ſuper ea autem, quæ libera ſunt, corpora cœleſtia dominium nullum habent, etiam ſuper illa,quæ per accidens ſunt: quoniam corpora cœleſtia ſunt cauſæ naturales,& neceſſariæ,ideo non poteſt includi ſub eis id quod eſt per accidens, & ſic non efficient corpora cœleſtia ea, quæ per augurium nos prognoſticamus.

Cœlum nõ poteſt mouere animalia ad faciẽdum tales motus vel voces quæ haberent ſe cõformiter ad ea, quæ nos prognoſticamus.

Item,non poteſt hoc ſtare,quoniam dato ꝙ corpora cœleſtia poſſent efficere iſta, quæ nos per auguriũ prognoſticamus; tamen non poſſent mouere animalia ad faciendum tales motus, qui conueniant ſignificationi illarum rerum. Nec eſt ſimile de cornice clamante ante aduentum pluuiæ, quoniam hoc fit, quia replentur plumæ eius aliquibus humiditatibus cauſatis ex motu cœli; tamen, quòd animalia ambulent ad partem dextram, vel ſiniſtram,vel quòd ſint ſuper arbores,vel in terra,& ſimiles circumſtantiæ non cauſantur aliquo modo ex conditione corporum cœleſtium, ſed magis iſta videntur eſſe per accidens,vel ex quibuſdam irrationabilibus motibus. Item, omnia principia agendi ſecundum naturam, fundantur in quattuor qualitatibus primis: ſed manifeſtum eſt,quòd animalia moueri ante nos,vel retro nos, nõ cauſatur ex aliqua iſtarum qualitatum, ſed magis per accidens: ergo videtur, quòd non eſt ibi aliqua cauſalitas ſecundum naturã, & cõſequenter nec eſt aliquid ſignatiuũ, quia ſignificatio in natura nunquã eſt ſine aliqua cauſalitate,vt ſupra probatum fuit in duabus regulis. Item patet ꝙ iſta ſint totaliter ſuperſtitioſa, non continentia aliquam virtutem naturalem ad ſignandum, vel efficiẽdum id, quod nos per auguria prognoſticamus: nam ſi in iſtis animalibus emittentibus voces,aut mouẽtibus ſe, deprehenderetur aliqua veritas futura, aut illud fieret ex cõditione cœli mouentis iſta animalia ad faciendum hoc, vel illud; vel eueniret ex conditione animalium ipſorum:non poteſt dici primo modo, ſcilicet, ꝙ proueniat ex motu corporum ſupracœleſtium: nam cum alia influentia ſit iſtorum corporum vno tempore, quam alio, conſequẽter K deberent variari auguria, cum ex varietate cauſæ ſemper varietur cauſatum; tamen augures non diſtinguunt varietates temporis,non curantes an ſit Ver,vel Autumnus, vel dominetur talis, aut talis planeta, ſed ſolum conſiderant diſtinctiones motuum, vel vocum ipſorum animalium: ergo non prouenit augurium ſecundum eas ex influentia corporum cœleſtium. Item patet hoc,quia ſi per influentiam corporum cœleſtium cauſarentur ſignificationes, & effectus augurioru, exiſtente vnitate cauſæ, oporteret ſequi ſimilitudinem in effectibus,ſed non eſt ſic in auguriis,quia alia auguria faciunt Lupi, & alia Lepores,& alia Aquilæ. ergo non attribuitur cauſalitas ſecundum iſtos corporibus cœleſtibus in auguriis. Item,nõ poteſt hoc aſſignari ex parte ipſorum animalium: nã ſi propter diuerſas conditiones animalium differrent auguria, F oportebat, vt in illis animalibus, quæ nõ habent aliquam ſimilitudinem in proprietatibus ſuis,non poneretur identitas auguriorum,& in eis, quæ ſunt ſimilia, non poneretur diſſimilitudo. Sed tradentes regulas auguriorum aliquando inter animalia diſſimilia ponunt auguriorum ſimilitudinem, & inter animalia ſimilia ponunt auguriorum diſſimilitudinem:ergo non fit ſecundũ conditionem animalium. Item,ſi eſſet hoc ex conditione animalium, cum virtus operatiua ſm naturã ſit abſolutiua,nihil attẽderetur ad reſpectus,& differentias poſitionũ,vtpote, ſi Lupus,vel Aquila haberet naturaliter virtutem faciendi tale,vel tale auguriũ, nihil differret eſſe ante, vel retro, vel ſupra,vel infra: ſed augures attendũt vtrum animalia facientia augurium progrediantur à parte dextra, vel ſiniſtra,vel ante,vel retro,vel ſedeant ſuper arborẽ,aut in terra, G ergo nõ eſt augurium ex aliqua cauſa naturali actiua. Maior patet: qm̃ ſi aliquis habeat aliquam qualitatẽ abſolutam,ſicut eſſe album,vel nigrũ, debilem, vel robuſtũ, & ſimilia,ſiue ſit ante nos ſiue poſt nos,vel ad quamcumque differentiã poſitionis,ſemper erit albus, vel niger,debilis,vel robuſtus,nec ex hoc aliqua mutatio fit. Sic igitur ſi animalia haberent vim naturalẽ ad faciẽdas ſignificationes auguriorum,nihil differret illa eſſe ante nos,vel retro,aut ꝓgredi à parte dextra,vel ſiniſtra, aut moueri, vel quieſcere,ſedere in arbore,vel in terra. Et ſi aliquis dicat, ꝙ differentiæ poſitionũ cõtinent aliquam virtutẽ, nam in hominibus,& in omnibus animalibus principium motus in parte anteriori eſt,& contra anteriorem. In omnibus ẽt facilitas operandi in parte dextra apparet magis, quã in ſiniſtra,& ſic de omnibus aliis differentiis poſitionum, de H quibus videtur, quòd ſingulæ habeant ſpeciales virtutes. Reſpondendum eſt, quòd differentiæ poſitionum contrahunt aliquas ſpeciales conditiones propter aliquas virtutes abſolutas, quæ ſunt intra ipſa animalia. hoc tamen eſt in quolibet animali ad ſeipſum, operando tñ vnum animal ad alterum, non tenetur aliqua proprietas poſitionis, quia id quod eſt vni animali dextrum, erit alteri ſiniſtrorſum, vel antrorſum;& cum varientur per accidens iſtimodi poſitionum ex volũtate noſtra, vel à fortuna,nõ poteſt dari aliqua proprietas determinata alicui differentiæ poſitionis, quia tunc illa proprietas, quæ pertinet ad antrorſum, aliquãdo attribueretur ſiniſtrorſum, vel retrorſum ſecundum varias mutationes. Sed iſti augures aduertunt iſtas poſitiones in auibus, ergo nõ habẽt aliquam cauſalitatem, vel ſignificationem auguria ſecundum naturam. Item ea,quæ ſunt reſpectiua,non ponun- I tur principia actionum,quia actio ſolum attribuitur prędicamento qualitatis quod eſt abſolutum: ſed differentiæ poſitionum pertinẽt ad regulationem extrinſecus aduenientem,ergo nõ debent poni principia actionum: augures tamen diſtinguunt auguria per reſpectus, ſcilicet, ante, & retro,& ſimiles, ergo non poteſt attribui cauſalitas aliqua in auguriis, nec ſignificatio ſecũdum naturam. Sed iſta eſt quædam deceptio inuenta à Dæmonibus, vt illaquearent animas miſerorum. Multa fundamenta interiora hic deduci poſſent ad deſtruẽda auguria, ſed hæc legenti ſuffecerint: aliã.n.tu ipſe lector inquirere poteris.

De arte illa quam Geomantiam vocant; & quomodo ſit ſuperſtitioſa,& non habeat fundamentum aliquod in natura. Quæſt. XXII.

SIMILITER autem de ea arte, quam Geomantiam vocant,dicendum eſt: hæc enim futura quoque, aut præterita, vel præſentia incerta conatur inquirere factis pũctis in terra, vel papiro, & per numerum horum inueſtigatur conditio incertorũ. Sed iſta penitus contra rationem ſunt: quia tunc aut ponentur iſta puncta cauſatiua futuri euentus,aut ſolum ſignificatiua:ſi ponãtur cauſatiua,ſtare non poteſt:quia cauſalitas eſt ad ea,quę nõ ſunt, ſed per Geomantiam multoties inquiritur de his quæ facta ſunt, & nunc fiunt, ergo non eſt ibi aliqua cauſalitas, quia tunc, quæ facta ſunt, nunc fierent, & effectus eſſet ante cauſam. Item, dato quòd ſolum eſſet inueſtigatio de futuris, non poſſet poni effectiuum principium in punctis,quoniam multa eorum, quæ inquiruntur

A per iſtam artem, dependent à libertate noſtra, & eſt impoſſibile, ꝗ aliquod agens naturale dominetur eis. Item, manifeſtum eſt, quòd ea, quæ inquiruntur per Geomantiam, ab hominibus, fiunt, vel per aliquas cauſas naturales facta ſunt: ſed hic quod ab vno fit, non poteſt fieri ab altero, ergo puncta facta ſecundũ artem Geomanticam, non habent aliquam cauſalitatem ſuper eas res, quas inquirunt Geomantici. Item, dato quòd puncta eſſent tanquam agentia vniuerſalia, & fieret ab eis id quod fit de cauſis particularibus, ſicut homo generat hominem, & tamen Sol generat hominem, ſicut ait Ariſtot. 2. Phyſic. Sol tamen, vt cauſa vniuerſalis, homo verò, vt cauſa particularis; non poteſt hoc ſtare: quia omnis actio ſecũdum naturam fit per contactum, vt ait Ariſtot. 2. de generatione, & corruptione. Vnde corpora cęleſtia quando agũt in iſta inferiora, tangunt ea radiis ſuis, ſine quibus nihil B agerent, ſed puncta facta à Geomanticis, non tangunt ipſas res, quæ inquiruntur per iſtam artem, ergo non ſunt cauſæ illarum. Item, nemo ponit punctũ eſſe principium actionis, quia aut diceretur eſſe principium actionis ſecundum aliquam extenſionem quam hẽt qñ à nobis fit, vel ſecundum ꝙ eſt ex incauſto, vel aliqua re factum, quamquam de hoc non curent Geomantici, ſed ſimpliciter in arena, vel in farina puncta faciunt; nõ poteſt primo modo dici: quoniam quantitas non ponitur, principium operatiuum, maxime quia tunc quæcumque, tanta quantitas, vt puncta deſcripta à Geomantico, ſemper ſignificaret id, quod ſignificant puncta, per quæ Geomanticus inquirit: ſed hoc falſum eſt, etiam ſecundum Geomanticos. Item, non poteſt hoc poni ex conditione incauſti, quia illud nec ſecundum ſe, nec ſecundũ aliquam C qualitatem eſt inductiuum talis effectus: nam ſi hoc modo concederetur actio, omne incauſtum poſſet tales effectus ſignificare, quod falſum eſt.

Item non poteſt hoc ſtare: qm̃ Geomantici inueſtigãt certitudinem rerum ex numero punctorum, & ex conditione eorum, ſ. an ille numerus ſit par, vel impar: ſed numerus non ponitur virtus actiua, qm̃ actio ſolum dicitur de qualitatibus, tãquam de principiis inſtrumentalibus, ergo iſta ars eſt ſuperſtitioſa, & contra fundamenta naturæ, quantum ad hoc. Idem modus arguendi eſſe poteſt contra auguria: nam augures inſpiciunt, an ſit vnum animal, vel plura, in quibus accipitur augurium, ergo in hoc ſuperſtitio eſt, & contra fundamenta naturæ.

Modus arguendi cõtra auguria.

Item, non poteſt dici, ꝙ iſta puncta ſint ſigna eorum, quæ inquiruntur, & non ſint cauſæ, quia tunc aut habe- D tur aliqua cauſalitas eorum, quæ inquirũtur, & prognoſticantur per artem Geomanticam, aut nulla eſt; ſi autem nulla ponatur cauſalitas, iſta ars nihil eſt: qm̃ in natura non eſt aliquid, cuius legitima cauſa non præceſſerit. Si autem dicatur, ꝙ aliqua cauſalitas eſt iſtarum rerũ, quæ inquiruntur: aut illa eſt ab iſtis punctis, aut ab aliquo agente, quod mouet facientem puncta: non poteſt poni, quod iſta cauſalitas rerũ inquiſitarũ ſit à punctis: qm̃, vt probatum eſt, puncta non poſſunt habere aliquam cauſalitatem ad res, quæ inquiruntur. Si autem dicatur, ꝙ iſta cauſalitas non eſt à punctis, ſed ab aliquo alio à quo mouetur ipſe, qui facit puncta, dicendum eſt, quod iſta agentia neceſſariò erant corpora cæleſtia: quoniam ipſa ſunt prima cauſa corporalis in natura, nec ſufficit aliqua altera cauſa inferior ad inducendum ea, quæ fiunt. Sed E nõn poteſt dici ꝙ iſta corpora cæleſtia ſint cauſa iſtorum punctorum, & eorum quæ inquiruntur per puncta, quoniam communiter ea quæ inquiruntur per artem Geomanticam, dependent à libero arbitrio, ſuper quod non eſt aliqua cauſalitas naturalis.

Item, dato ꝙ corpora cæleſtia haberent aliquam cauſalitatem naturalem ſuper factionem punctorum, tamen illa non ſignificarent aliquid quod cælum efficeret; quoniam oportebat tunc, ꝙ faciens puncta, moueretur ſecundum curſum corporum cæleſtium; ſed hoc non fit; quia ipſi Geomantici non inquirunt aliqua tempora ſpecialia, in quibus faciant iſta puncta, ſed quomodocumque eis eueniat, iſta faciunt, ergo non ordinatur iſta ars per motum corporum cæleſtium.

Item, ea quæ dependent ex libero arbitrio, non poſſunt regulari per agentia naturalia, quæ operantur ſecundum neceſſitatem, & determinationem ad vnum, ſed iſti, qui faciunt puncta per artem Geomanticam, faciunt per accidens, nihil obſeruando quid faciant. ergo non ſubordinatur operatio eorum motibus cæleſtibus, nec regulatur ab eis.

Item, id quod non poteſt fieri ſecundum aliquam regulam, vel operationem rationalem, ſed purè à fortuna, repugnat omni regulationi naturali, & cauſalitati corporum cæleſtium, quia ipſa vniformiter & ſecundum rationem mouentur in operationibus ſuis; ſed in arte Geomantica oportet fieri puncta purè à fortuna, ſ. ꝙ ipſe faciens nihil attendat, ſed faciat illa qñocumque ſibi euenerit, & ſi fecerit illa ex deliberatione, faciens tot, vel tot, non reperietur aliquid ſecundum artem Geomanticam, ergo non poteſt ſubdi iſta operatio corporibus ſupra cæleſtibus. Et ſic patet, quod ille qui ſecũdum artem Geomanticam operatur, nõ habet aliquam cauſalitatem in natura, & conſequenter apparet operationem illam eſſe ſuperſtitioſam, ſ. ꝙ nõ poſſit aliquid cognoſci per artem Geomanticam, quia non reperitur ibi aliqua cauſalitas, & conſequenter nec reperitur aliquod ſignum, quia in natura non poteſt eſſe ſignificatio aliqua ſine cauſalitate, alioquin ſigna erunt ad placitum impoſita, quod repugnat naturæ; cuius actio non eſt ſecundum libertatem, ſed ſecũdum neceſſitatem, & determinationem ad vnũ, vt ait Ariſtot. 9. Metaph. Patet ex his artem Geomãticam non habere aliqua naturalia fundamenta, & conſequenter ipſam eſſe penitus ſuperſtitioſam. Ad hoc multa alia induci poſſent, de quibus ſufficiant quæ dicta ſunt.

Omnes ſeptem artes necromanticæ, de quibus tractent; & quomodo omnes ſint ſuperſtitioſæ, & non habeant aliquod fundamentum in natura. Quæſt. XXIII.

SIMILIS modus arguendi eſſe poteſt de arte aerimantia quæ eſt diuinatio, vel augurium factum in aliquibus, quæ apparent in aere. Similiter etiam argui poteſt in arte, quæ dicitur pyromantia, ſ. diuinatio facta in igne, & de arte, quæ dicitur necromantia, quæ eſt diuinatio facta in cadaueribus mortuorum, vel per conuocationem factam animarum corpore exutarũ, vel ipſorum Dæmonum, qm̃ ad eandem artem vtrumque pertinet. Et de hydromantia, quæ eſt ars diuinatiua in aliquib. imaginibus apparentibus in aqua, & iſta multum vtebantur antiqui, ſicut patet in Numa Rege ſecundo Romanorũ, qui cum nympha Egeria dicebatur per noctem colloqui: de quo diximus ſup. 1. c. & Exod. 20. c. Similiter de arte, quæ dicitur ornimantia, quæ eſt diuinatio facta in viſceribus gallinarum ſiluestrum, quæ dñr gallinæ excæcatę. Similiter quoq; argueretur de arte, quæ dicitur pedoxomantia, quæ eſt ars diuinatiua per inquiſitionẽ factam in viſceribus puerorũ. Similiter autem de arte, quæ eſt aruſpicina, quæ eſt diuinatio facta ſuper aras, & ſuper viſcera animalium immolatorũ, & ſic de multis aliis artibus particularibus maleficorum, incãtatorum, diuinatorum, apparitorũ: hæ. n. habent aliquid cõe vniuerſale, cũ procedant ex ſuperſtitionibus: ſed habẽt aliquid adhuc ſpeciale, quia quælibet iſtarum artium determinat ſibi propriam materiam: & ex fundamentis illius materiæ argui poſſet ſpecialiter contra quamlibet earum, ꝙ eſſet ſuperſtitioſa, & inutilis, ſicut argutum fuit contra artem augurandi, & contra Geomantiam. Sed ſi in his particulariter intendamus, multum digredi compellemur: ideo ſufficiant, quæ dicta ſunt, quamquam de his fortaſſe ſpecialius alibi dicetur. Patet ergo hic de cauſa huius pcepti. ſ. de vitandis auguriis, quia illa repugnant cultui Diuino: ſunt etiam contra naturalia fundamenta. An tamen aliquo modo poſſit dari aliqua habitudo ad naturalẽ cauſam, ſcilicet, ad motum cæli, ex quo iſta proueniant potiſſimè in Geomantia, & auguriis auium, & adhuc maximè circa particularia iudicia Aſtrologorum, prolixior ſermo eſt, quem nunc deuitamus, quia iſti præcepto Dei non multum concordant. De maleficis autem artibus, id eſt, necromantica, hydromantica, aerimãtica, & huiuſmodi, conſtat, quòd ſunt ſuperſtitiones, & omnis operatio

Auguria cultui Diuino repugnant.

in eis eſt præter cauſam naturæ, à cauſa voluntaria, ſcilicet, de dæmone, qui aliqñ ſecretè, & aliqñ manifeſtè operatur in his; ideo de his non eſt quærendum an habeant cauſam in natura, quia prorſus ſunt irrationabiles, & nefariæ. *Nec obſeruabitis ſomnia.* Sicut augnria prohibentur, quia ſuperſtitioſa ſunt, ita & ſomnia prohibentur.

An ſit iudicandum per ſomnia, & de cauſis per accidens ſomniorum. Quæſt. XXIIII.

EST autem adhuc maior occaſio errandi in ſomniis quam in auguriis, quanquam aliqui ſuſpicentur aliqua eſſe euentura per motum, & voces auium, & aliorum animalium, quæ inſpiciunt; tñ non expreſsè ſignificatur ibi quod futurum ſit. In ſomniis autem magis determinatè res exprimuntur, ac ſi oculis ſuis homo eas inſpiceret, vel illas ei aliquis enarraret. magis igitur huic homines aſſentirent, nec eſſet aliqua ſuperſtitio, quæ magis homines moueret quam iſta, propter ea quod ſit magis determinatiua. tamen vſus eam aliqualiter excludit, cum homines communiter ſomnient, & ſomniorum ſuorum fallantur euentus. In auguriis autem & aliis artibus, non ità attendunt homines communiter: ideo non inueniunt falſitatem rerum ſignatarum ſecundum regulas harum artium, & conſequenter non tantum eas deſpiciunt. Nec tamen totaliter intelligendum eſt, quòd ſomnia nihil verum dicant: nam ſomnia nõ accipiuntur tanquam cauſæ rerum ſignatarum, ſed ſolum tanquam ſigna: nemo enim intelligit ſomnia eſſe cauſas aliquarum rerũ futurarum: ſigna tamen ſunt continentia aliquam certitudinem, vel non, ſecundum quòd procedunt ab aliqua cauſa neceſſaria, & determinata ad vnum, vel ſecundum quòd procedunt à cauſa per accidens. Cauſæ autem continentes certitudinem, & neceſſitatem, ſunt duæ, ſcilicet, Deus, & Natura. ideo cum ſomnia procedũt ab aliqua iſtarũ duarum cauſarum, id quod ſignificatur per ea, verum eſt. Somnia autem quæ à Deo ſunt, dicũtur ea, quæ aliquando in Prophetis fiunt, cum per noctem reuelat eis Deus ea, quæ facere vult. Sic apparet de Abimelech Rege Philiſthinorum cui Deus apparuit per noctem, vt habetur Geneſ. capite 20. cũ dr: Venit autem Deus ad Abimelech per ſomniũ nocte. Sic ẽt patet de Pharaone, cui Deus reuelauit ea, quæ futura erant, per ſomnium, vt hr Geneſ. 41. capite. Sic enim teſtatus eſt Ioſeph in eodẽ loco. Idem de Rege Nabuchodonoſor, vt habetur Daniel. cap. 1. & 2. Quando autem ſomnia dicantur eſſe à Deo, vel quid requiratur in homine, qui talia ſomnia habet, magis dicetur Iudicum c. 7. etiam dictum eſt aliqualiter Geneſ. 40. cap.

Deus, & Natura certitudinem ac neceſſitatem continent.

Alia autem cauſa ſomniorum neceſſaria & determinata eſt ipſa natura, ideo ſomnia illa, quæ procedunt à cauſis naturalibus, habent neceſſitatem ſicut ipſa natura: De his tractat Ariſtot. in 3. lib. de ſomno, & vigilia, vbi agitur de diuinatione, quæ eſt in ſomnis, & quæ ſomnia habeãt diuinationem, & quæ non. Cauſa autem per accidens ipſorum ſomniorum, ſunt cogitationes diurnæ, quoniã frequẽter per noctem verſatur circa illa, in quibus per diem verſabatur: amor etiam nimius ad ipſas res ſomnia cauſat per accidens, vnde ipſi amantes frequenter ſomniant ea, quæ diligunt. Cauſatur etiam ſomnium per accidens ex dominio ipſius naturæ: nam quando natura habet poteſtatem ſpecialiter ſuper aliquam rem, dato quòd homines in vigilia de illa non curent, per noctem ſomniabunt, & ſic continget eis, qui viri boni ſunt, nec aliquid turpe diligunt, quòd aliquando per noctem turpia ſomniant, ſicut circa actus venereos. Hoc autem ipſa naturæ poteſtas facit.

Somniũ per accidens quõ cauſetur.

Ex alia cauſa aliquando ſomnia per accidens veniunt, ſcilicet, ex impreſſione vehemẽti alicuius ſpeciei in phantaſia: nam quandoque ea, quæ nõ diligimus, & ſuper quæ natura poteſtatem ſpecialem non habet, imprimũtur vehementer in phantaſia, quia recipientes ſunt valde diſpoſiti, quando tales ſpecies ſuſcipiunt, vel quia ad has nimis in ſuſcipiendo attenderunt, & tũc venit ſæpè in ſomnis ad nos memoria illius rei ſignatæ per ſpeciẽ, ſicut frequenter in vigilia rerum taliũ recordamur. Multę quoque alię cauſæ ſunt, ex quibus per accidẽs cauſantur ſomnia, quo-

F niam in eis, quæ ſunt per accidẽs, proceditur in infinitum ſine aliqua determinatione, & ſicut cauſæ per accidens non ſunt determinatæ ad eſſe; nec ſua cauſata habent neceſſariam dependentiam ab eis, ita ſigna non accipiuntur conuenientia in ſomniis, quę ſunt ex cauſis per accidens: ideo qui ex talibus ſomniis nititur aliquam veritatem inuenire, fruſtra conatur. ſicut ille qui ex entibus per accidens vult cõcludere regulam neceſſariam. De his autem vberius dictum eſt Geneſ. cap. 40. & adhuc amplius dicetur Iudicum c. 7. *Nec in rotundum attondebitis comam.* Hic vetat Deus quaſdam alias ceremonias in Iudæis, quę pertinent ad habitus ipſorum, ſcilicet, quòd non tonderent comas ſuas, quia illud reperiebatur in Gentilibus, & volebat Deus cauere modum illum.

Prohibitio cæremoniarũ in Iudæis attinentium ad ipſorũ habitus.

Prohibetur autem hic, quòd Iudei tondeant comam
G ſuam in rotundum, ſ. ne ſcindant capillos per tempora, & aures, caput, & frontem, poterant tamen aliis modis ſcindere capillos. Nam aliquę gentes erant, quę capillos totaliter abſcindebant relinquentes capita raſa; & iſti erant vituperabiles apud omnes alias gentes, & pro vituperio accipitur in ſacra Scriptura ſic detonſum incedere. Sic hr Deuteron. 32. c. cum dicitur: De cruore occiſorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis. Vocantur homines nudati capitis, homines habentes caput raſum, & iſti erant in vituperium. Pręcipuè vetabat Deus hoc propter cultus Dęmonum, qui apud multas gentes fiebant raſis capitibus, & barbis. Sic habetur Baruch c. 6. ſ. Sacerdotes ſedent habentes tunicas ſciſſas, & capita, & barbam raſam. Et non ſolum raſio totius capitis, & barbę tanquam vituperium accipiebatur, ſed etiam tonſio in rotundum,
H quę vocabatur tonſio in comam. ſic enim dicit Ieremias. Viſitabo ſuper eos, qui attonſi ſunt in comam.

Dato, quòd maneret lex Moſaica de tondendo comam in rotundum, an per iſtam legem eſſet vetita raſura capillorum, quam nunc faciunt viri Eccleſiaſtici. Quæſt. XXV.

SCIENDUM etiam, ꝙ ex hoc non prohibetur tonſura, quam faciunt viri Eccleſiaſtici in vertice capitis, quæ à B. Petro in Ciuitate Antiochena exordiũ ſumpſit, & deinde in totum clerum deriuata eſt; quanquam Iudæi non vtebantur hac, nec aliæ gẽtes ante tempus illud, ſed tunc in vituperium B. Petro facta eſt, quam poſtea in honorem vniuerſus clerus accepit. Prohibebatur tamen
I per iſtud præceptum corona, quam clerici geſtant, ſ. rotunditas capillorum: nam ſecundum iura diſtinguuntur corona, & tonſura. dicitur enim tonſura à tondendo, i. radendo, & eſt quædam parua, vel magna tonſio circularis in vertice facta, quanquam aliqui errantes iſtam coronam vocant. Corona autem rotunditatem capillorum ſignat, ſcilicet, circulum quendam ab aure vſque ad aurem per caput, & frontem veniens. vnde corona conſiſtit in habitudine duarum tonſurarum, ſcilicet, ſuperioris, quæ eſt in vertice, & inferioris, quæ eſt ab aure vſque ad aurem: capilli autem medij qui ſupra, & infra circulariter tonſi ſunt, corona vocãtur. & ideo dicitur de clericis, ꝙ debent geſtare conuenientem coronam, & tonſuram. Iſta aũt corona vetita erat apud Iudæos ex verbis huius litteræ, qm̃ corona præſupponit tonſuram ſuperiorem, &
K inferiorem, ſed inferior vocatur attõſio comarum in rotundum, & iſta eſt prohibita hic. Numquam Iudæi tñ, nec aliqua gens, iſtam coronã habuit: ſed primo in B. Petro facta eſt in vilipenſionem; poſtea à toto clero ſuſcepta eſt in honorem: nec. n. nos ad iſtã legem obligamur, cum cæremonialia excluſa ſint, & etiã nouis cæremoniis vtamur. *Nec radetis barbam.* Sicut de attonſione comæ prohibitum erat, ita & de raſione barbæ: non enim Iudæi ſcindebãt barbam, ſed permittebant eam creſcere quantum vellent; iſte enim vſus fuit apud omnes antiquos, habebant enim tamquam in vituperium barbas radere: nam barba virilitatis ſignum eſt.

Quæ differentia ſit inter coronam & tonſuram.

In hoc tamen non erat Iudæis prohibitum ſimpliciter tollere barbam, ſed ſolum radere. poterant tamen ſi vellent alio modo amputare, ſ. ſcindendo qualitercumque, & hoc ſatis patet: quoniam ſi Iudæis nullo modo licitum

tum

tum eſſet radere, aut amputare barbam, vel comam, cogerētur omnes Iudæi eſſe Nazaræi. Nam lex Nazaræorum iſta erat, vt toto tempore, quo quis ſe cōſecraret Dño, non aſcenderet nouacula ſuper caput eius, vt habetur Num. 6. cap. & iſtud erat ſpeciale votum, vt patet ibidem; ergo Iudæi poterant aliter ſcindere capillos ſuos.

Item patet: quia Nazaręi quando finiebant votū ſuum, ſcindebātur capilli eorum coram Domino, & cremabantur ſuper altare, vt habetur Num. 6. cap. ergo aliquando licebat amputare capillos capitis.

Item patet hoc Iudicum capite 13. vbi locutus fuit Angelus Domini de Samſone naſcituro, mandans, quòd nunquam aſcenderet nouacula ſuper caput eius, & ipſe poſtea ſic confeſſus eſt, vt habetur Iudicum 16. cap. Sed hoc ei mandatum fuit ſpecialiter, ergo alij poterant capillos ſuos abſcindere. Vnde dicendum eſt, quòd Iudæi poterant capillos capitis ſui totaliter radere ſuperducta nouacula. Poterant etiam hoc facere ſine nouacula, vel poterant partem capillorum auferre, dum tamen nō tollerent comam in rotundum: vnde medietatem capitis, vel tertiam partem, aut quomodocumque aliter amputare poterant. & ſecundum hoc inter Iudęos non erant omnes Nazaræi, quia quicumque vellent, radebant capita ſua, ſiue in partem, ſiue in totum, dum tamen non tonderent illa in rotundum. Nazaræis autem tempore conſecrationis, id eſt, toto tempore, quo ſe vouebant Domino, non licebat abſcindere vel vnicum de capillis ſuis. qui autem ſe in perpetuum ad votum Nazaræorum obligabant, aut ad illud ſubeundū præceptum à Domino ſuſcipiebant, nunquam poterant abſcindere vel vnicum de capillis ſuis, ſed ſic manebant vſque ad mortem. Sic namque fuit de Samſone, ſuper cuius caput nunquam nouacula aſcendit, vſquequo Dalila de genere Philiſthinorū ei dormienti omnes capillos abraſit, vt habetur Iudicū 16. capite. De barba autem apud Iudæos alia lex erat: quia non licebat alicui, totam barbam radere, vel partem eius, ſicut licebat de capite, quanquam poſſent capillos barbæ forficibus amputare. Aliqñ tamen ex quibuſdam cauſis ſpecialibus licitum erat omnes capillos, tam capitis, quam barbæ radere; immò neceſſe erat, ſicut apparet ſupra 14. cap. de leproſo viro, in cuius emundatione radebantur omnes capilli tam capitis, quam barbæ quam totius corporis, & hoc qñ experimentum fiebat de aliquo an leproſus eſſet; qm̄ tunc radebātur capilli de corpore eius, & recludebatur per aliquot dies, vt habetur ſupra 13. capite etiam fiebat raſio iſta poſtquam aliquis erat emundatus à lepra, vt introiret in caſtra, vt habetur ſupra 14. capite. Sed iſta ex neceſſitate legis fiebant, & de his nō datur hic regula: ſed ſolū de illis, qui capillos ſuos ſpōte abſcindere volebant.

De barba apud Iudæos qualis erat lex.

Et ſuper mortuo non incidetis carnem veſtram. Hic prohibet Deus quādam cæremoniam, quæ pertinebat ad Gentiles, ſcilicet, quòd quando deplorarent mortuos ſuos, inciderent carnem ſuam. Hic tamen non ponitur iſtud præceptum integrè: prohibebantur namque duo, ſcilicet, inciſio carnis, & depilatio capillorum. Sic habetur Deuter. cap. 14. cum dicitur: Filij eſtote Domini Dei veſtri: nō vos incidetis, nec facietis caluitiū ſuper mortuo. Facere enim caluitium, eſt depilare caput in totum, vel quantū ad aliquam partem, faciendo illud caluum: per hoc autem, q Deus vetat hic inciſionem carnis, intelliguntur duo, ſcilicet, quòd non fierent aliquæ inciſſuræ ferro in carne; Secundò, quòd non inciderent vultum ſuum vnguibus, ſicut nunc mulieres faciunt in morte virorum ſuorum, & parentum, & propinquorum; & hoc eſt quod præcipuè intenditur hic, quoniam aliæ inciſiones, quæ fiebant ferro, magis pertinent ad ſtigmata, & figuras, de quibus modo immediatè ſequenti quæſtione dicetur.

Triplex cauſa huius præcepti ne fieret à Iudæis inciſio carnis. Quæſt. XXVI.

CAVSA huius præcepti triplex eſt. Prima erat propter munditiam. Deus enim volebat maximam munditiam in populo Iudaico, ideo tollebat omnes cæremonias inducentes quandam immunditiam. Sic apparet Deuter. 14. cap. vbi agitur de munditia Iudæorum

A quantum ad cibos, & cum aliis immunditiis vetatur iſta, quæ erat in faciendo caluitium, & incidendo carnē, cum dicitur: Filij eſtote Domini Dei veſtri: non vos incidetis, nec facietis caluitium ſuper mortuo, quoniam populus ſanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt ſis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus, quæ ſunt ſuper terram. Et ſic videtur ibi propter magnam munditiam Iudæis hoc mundatum eſſe, vt ipſi eſſent mundiores omnibus populis terræ, qa à Deo magis ſpecialiter electi erāt.

Secunda cauſa huius eſt propter excluſionem reſurrectionis: nam præter deformitatem, quæ ſequebatur inciſo vultu, & facto caluitio, erat quoddam alterum malum repugnando fundamento religionis Iudaicæ: intendebat enim religio illa perducere homines ad vitam æternam erudiendo eos hic prius, & exercitando in actibus cære-

B monialibus cultus Diuini: & qm̄ vita æterna, & conſummata beatitudo cōferebatur hominibus poſt mortem, & poſt reſurrectionem, inducebat religio Iudaica ad ſperādam reſurrectionem, quanquam aliqui de Iudæis, ſ. Saducæi eam negabant, qui etiam dicebant nō eſſe animas poſt mortem, nec Angelos, vel quoſcūque ſpiritus. Contra eos tamen argumentatus fuit Chriſtus cōuincens eos, & reſpondens eorum friuolis argumētis, Matth. 22. cap. Idem arguit Paulus Actuum 22. capite, & 23. Contra hāc reſurrectionem militat nimia cura in lugendis mortuis: nam aliqui ideo mortuos nimis lugent, quia eos redituros nunquam ſperant: ſ. n. aliquando cum eis ſe victuros ſperarent, non dolerent tamquam de mortuis, ſed modicum anguſtiarentur, tamquā de euntibus in lōgam peregrinationem: vnde qui multum accuratè, & inconſo-

C labiliter mortuos deflent, veritati Catholicæ multum repugnare videntur, & increpandi valde ſunt, quia ex hoc videntur tollere ſpem futuræ reſurrectionis. Ideo Paulus Apoſtolus multum reprehendit Theſſalonicēſes, qui iuxta morem Gentilium mortuos deplangebant inconſolabiliter, poſtquam ad Chriſtum conuerſi fuiſſent; hortatur autem eos non multū pro his debere triſtari, ſed magis conſolari ad inuicem in ſermonibus de reſurrectione, vt patet 1. ad Theſſalon. 4. cap. Iſte aūt planctus, quem Deus vetat hic in Iudæis, erat maximus, ſ. facere caluitium, & ſcindere carnē ſuam, vñ ſi fieret, videretur excluſa omnis ſpes futuræ reſurrectionis. Rationabiliter ergo iſta vetita ſūt; & qm̄ viri Sacerdotes ſpecialius, & firmius debent tenere futuræ reſurrectionis ſpem, quàm omnes alij, ipſi magis abſtinere debebant à deploratione mor-

D tuorum. Vnde Sacerdotibus minoribus in Veteri Teſtamēto prohibebatur deplorare mortuos vniuerſaliter, pter patrem, matrem, filium, filiam, fratrem, & ſororē virginem. Sacerdos aūt Magnus, qui ceteris excellentior eſſe debebat, & magis præbere aliis exemplum ſpei futuræ reſurrectionis, nō exibat ad deplangendum aliquē mortuum, vt patet infra 21. cap. In Nouo ēt Teſtamento Eccleſia vetuit vniuerſaliter miniſtris altaris huiuſmodi planctus publicos, & inhoneſtos facere quos laici faciūt.

Tertia cauſa huius præcepti eſt euitatio cæremoniarū idololatrarum: nam ſi Iudæi in planctu pro mortuis inciſiſſent carnem ſuā, viſum fuiſſet ipſos facere Dæmonib. obſequia ſpecialia: ipſi. n. maximè diligunt ſacrificia ſanguinis humani: vnde Sacerdotes Baal qñ faciebant ei ſa-

E crificia, incidebant brachia ſua cultris, & lanceolis, quouſque perfunderentur ſanguine, vt habetur 3. Reg. c. 18.

Similiter autem fiebat in ſacrificiis Deæ Berecinthiæ, quæ apud Gētiles vocabatur Mater Deorum: nam in feſtiuitate eius, Sacerdotes perfundebant ſe ſanguine, ſcindentes carnes brachiorum ſuorum, & inſanientes die illo. Ipſe autem qui Sacerdotum maior erat, amputabat virilia in honorem primi Sacerdotis iſtius Deæ, qui vocabatur Atis. de quo Aug. in 2. de Ciuitate Dei. & in 7. de hoc etiam Ouidius in libris Faſtorum. Vt igitur omnis præſumptio idololatrādi, atque vera idololatria tolleretur de actibus Iudæorum, vetita ſunt iſta cęremonialia idololatrarum. *Nec figuras aliquas & ſtigmata facietis vobis.* Hoc poteſt pertinere ad ea, quę dicta ſunt de planctu mortuorum, ſcilicet, quòd non facerent ſibi Iudæi ſtigmata, & figuras in carne, cum plangerent mortuos, in ſignum doloris pro mortuis.

De quibuſdam figuris quas aliqui faciebant ad perpetuam memoriam in carne ſua, propter amicos defunctos.
Quaſt. XXVII.

ET hoc differt à ſuperiori, quia ſupra dicebatur de inciſione carnis, quæ fiebat laniando vultum vnguibus in planctu pro mortuis. Hic autem ponuntur figuræ factæ in carne per modum plagarū, & iſtæ ſunt manentes ad perpetuam memoriam. Inciſiones aūt de quib. ſupra dictum eſt, non manebant ſemper, ſed leuiter tranſiebant. Vnde ſi aliqui volebant ſibi æternam memoriā facere mortuorum, conſtituebant ſibi facere in carne quaſdam figuras plagarum impreſſas ferro: & ſic manebat memoria in æternum cum plagis. Sed hoc etiam apud Philoſophos reprobatur. Seneca enim amicorum memoriam poſt mortem nobis manere debere dicit, non tamen in triſtitia, ſed magis in delectatione: nam ſi memoriam amicorum cum dolore apud nos habere conſtituerimus, paruum illis in mente noſtra manendi ſpacium conceſſerimus. ſic enim ait Epiſtolarum lib. 8. epiſtola 63. Si enim defunctorum amicorum nobis memoriā in lacrymis ducendam promittimus, iam hoc ipſo paruum illis ius manendi in pectore noſtro conceſſimus, cum iſtam, quam cū triſtitia memoriam agimus, breuiter deſerturi ſimus. Dolores etiam ſuis temporibus recedunt, & ſuis ſpaciis permulcentur. vnde ait: quid ergo, inquis, obliuiſcar amici? breuem illi apud te memoriam relinquis, ſi cum dolore manſura eſt. Iam iſtam frontem ad riſum quemlibet fortuita res transferret, nō differo in longius tempus, quo deſiderium omne mulceatur, quo etiam acerrimi luctus recidunt: cum primum te obſeruare deſieris, imago iſta triſtitiæ diſcedet: nunc ipſe cuſtodis dolorem tuum, ſed cuſtodienti quoque elabitur, eoq; citius, quo eſt acrior, deſinit, id agamus, vt iucunda nobis ſit amiſſorum amicorum recordatio, nemo libenter ad id tendit quod non ſine tormento cogitaturus eſt. & de hoc multa in eadem epiſtola.

Alio modo intelligi poteſt iſta littera non de planctu mortuorum, ſed de cultu Dæmonum, & initis pactis: nam illi, qui cum dæmonibus pacta inibant, aliquando in recordationem illorum pactorum faciebant ſibi aliquas figuras in corpore permanentes. Vnde ſciēdum, q̀ ſtigmata dicuntur eſſe impreſſiones profundæ factæ in carne ex applicatione ferri candentis, ſicut cicatrices vulnerum depreſſæ in carne. & iſto modo aliqñ vocamus ſtigmata quaſcunque plagas ſi manentes ſunt: Sic enim de ſeipſo dixit Paulus ad Galat. capite 6. De cetero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto. Hoc autem quia gerebat cōtinuam memoriā paſſionis Chriſti, & etiam in corpore ſuo quotidianos labores, & frequētes ſuſtinebat plagas, vt patet 2. ad Corinth. capite 11. in Hebræo dicitur:

Nec figuras profundas facietis. Tantum in littera noſtra ſignificatur per figuras, & ſtigmata, ſicut in littera Hebraica per figuras profundas, quia ſtigmata ſignificant impreſſionem factam profundam in carne. Vnde dicunt Iudæi, quòd idololatræ accipiebant laminam auream inſcriptam nomine Idoli, & inflammatam apponebāt carni ſuæ, & manebat ibi profundè impreſſum nomen Idoli, quod erat ad expreſſam proteſtationem de honorando & ſeruiendo illi Deo, ſicut ſubditi alicuius cū accipiūt inſignia dñi ſui, proteſtantur ſe per hoc eſſe ſubditos illi.

Ego Dominus, id eſt, ego ſolus ſum Deus, cuius nomen ſolum debetis ſcriptum habere in cordibus veſtris, nec inſigniri nomine alicuius Idoli. Vel ego ſum Dominus, qui iubeo iſta, & propter hoc debetis ea opere adimplere.

Prohibitio cuiuſdam vitij ſecundum carnem.

Non proſtituas filiam tuam. Hic prohibetur quoddam vitium ſecundum carnem, quod eſt in ſimplici fornicatione, ſcilicet, quando aliqua mulier publicè venalem ſe exhibet; hoc autem proſtituere dicitur, id eſt, ante omnes ſe ſtatuere, vel pro omnibus ſe ſtatuere; & cum hoc magnum peccatum ſit in femina, quæ ſe proſtituit, maius tamen eſt ſi pater filiam proſtituat, inuitam faciens ſcortari, vel inducens eam ad hoc; nunc autem etiam non licet alicui, vt filiam ſuam proſtituat, ſi tamen ipſa ſe proſtituere voluerit, cum nondum eſt alligata alicui viro, per-

F mittunt leges quanquam non impunè; quia talia facientes exhæredantur. omnes aūt politiæ humanæ huiuſmodi meretrices tolerant, vt maiora excludāt mala. de quo magis dictum eſt Deuter. capite 24. Lex autem Euangelica quæ nullum malum permittit, ēt hoc nō permittit, quanquam ſpecialiter non prohibeat, quia conditio eius eſt ea, quæ mala ſunt in vniuerſali vetare, niſi forte circa quędā.

Apud Hebręos autem vetabatur, ne eſſet aliqua mulier publicè proſtituta, nec aliquis vir tenēs mulierem in meretricatu, de hoc Deuteronom. capite 23. cum dicitur: Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael: non tamen propter hoc occidebantur meretrices, aut ſcortatores, ſed etiam apud Iudæos aliquæ publicæ erant, vt patet Deuteronom. 23. capite, cum dicitur: Non offeres mercedem proſtibuli, nec precium canis in do-
G mum Domini Dei tui, quidquid illud eſt quòd vouerint, quia abominatio vtrumque eſt apud Dominum Deum tuum. & ſic præſupponitur ibi aliquas meretrices fuiſſe. & illas aliquando voluiſſe offerre aliquid, vel vouere Domino.

Alio modo intelligitur iſtud præceptum de non tradendo puellas proſtituēdas Diis, quod pertinet ad idololatriam, ſ. ne darent parentes filias ſuas, vt coirent cum eis Dij Gentilium. Dicebant namque Sacerdotes Idolorum, quòd Dij ſui pulchras iuuenculas diligerent, vt ſæpè legitur in Ouidio: & magnam gratiam promereri, ſi parentes puellæ eam nocte traderent ad concubitū Dei in templo per noctem apparētis: vnde Sacerdotes Idolorum ad puellam in tenebris venientes, eam in templo Deorū cognoſcebant, putantem ſe à Diis cognoſci, & hoc modo ſa-
H cerdotes illudebāt toti populo, accipiētes ab eis pulcherrimas virgines, & abutentes eis, vt volebant.

Sacerdotes Idolorum cognoſcebant puellam per tenebras, dicentes à Dijs cognoſci.

Sic etiam faciebant non ſolum pro ſe, ſed etiam ſi aliquos amicos haberent concupiſcentes frui aliquarum feminarum concubitu, eſſiciebant, vt hoc modo optatis potirentur. Simile factum refert cōtigiſſe Ioſephus antiquitatum ſcriptor Romæ tēpore Imperatoris Tiberij, cuius Imperij anno 18. Chriſtus paſſus eſt, ſ. q̀ Paulina mulier pulcherrima, & nobilis, per Sacerdotes Iſidis Deæ decepta, à quodam iuuene, qui eius ardebat amore, per noctis tenebras ſtuprata eſt, quo cognito ab Imperatore, fano Iſidis Deæ ad terram proſtrato, omnes Sacerdotes ipſius crucifigi mandauit.

Iſti autem Sacerdotes, quanquam fallerent populum, hanc prætendentes fallaciam, aliquādo tamen dæmones
I puellas ſic in templum receptas per opus incuborum, & ſuccuborum granidas reddiderūt, vt refert Marcus Varro in libro Sacrorum, & Auguſtinus de Ciuitate Dei libro 7. vbi ait de æditno Herculis feriato, vocatur ædituus Herculis, id eſt, cuſtodiens ædes, vel templum Herculis. Iſte cum quadam die ab omni opere exiſteret feriatus, teſſeris luſit, id eſt, taxillis, vtraque manu teſſeras iaciens, vna manu pro ſe, & alia pro Hercule, hac conditione appoſita, vt ſi manu qua pro ſe ludebat, lucraretur, de ſtipēdiis templi cenam pro ſe, & amico pararet. Si autem manu qua pro Hercule ludebat, lucraretur, ipſe de ſuis expenſis Herculi magnum pararet conuiuium: ludens ergo victus fuit lucrante Hercule, adduxitq; meretricem nobilem Larentinam, conuiuium parans: nocte autem Hercules apparens meretrici (forte erat aliquis dæmon incu-
K bus in figura Herculis, quoniā anima Herculis in inferno erat, nec inde egredi ſinebatur, & ſi inde egreſſa fuiſſet non conuenienter explere potuiſſet incuborum opus.) Iſte igitur Herculeus dæmon apparens, dixit meretrici, pro hoc bono quod egiſti, cras diluculo primo iuueni, cui obuiaueris, adhærebis: quæ inde exiens Tarpeium iuuenem ditiſſimum obuium habuit, cui dicta Herculis reuelans, adhæſit; cui breui tempore morienti, in omnibus bonis ſucceſſit, quę etiam poſt in morte ſua populum Romanum hæredem ſcripſit, quam poſtea Deam Floram vocauerunt, conſtituentes ei feſtum in mēſe Maij. de quo Ouidius multa Faſtorum libro 5.

Et contaminetur terra. Dicitur enim terra contaminari, non quidem, quòd per peccata hominum ipſa aliquam maculam in ſe ſuſcipiat, quoniam terra nihil niſi corporaliter inficiens ſuſcipere poteſt, peccatum autem

ſpiri-

ſpiritualis fœditas eſt & ſordities: ſed dicitur terra contaminari ex eo, ꝙ homines habitantes in terra contaminantur: Nec dicitur hoc de quolibet peccato, ſed ſolum de eo quod in multos diffunditur. Sic etiam eſt hic: quoniam peccatum meretricatus ad multos extenditur, cum meretrix à pluribus cognoſcatur.

Et repleatur terra piaculo. Ad eandem ſententiam pertinet cum ſuperiori, ſcilicet, quòd peccatũ iſtud ad multos extẽdatur, quod ſignificat repleri; in aliis autem peccatis non fit ſic: quia peccatum cuiuſlibet in ipſo eſt, hic autem peccatum vnius in multos deriuatur. Vocatur autem piaculum hic peccatum, vel ſordes, quattuor enim ſignat, ſ. ablutionem, & peccatum, ſordes, & remedium. Hic autem ſolum pro peccato eſt. Sic habetur Iudicum cap. 20. nunquam tantum nefas, & piaculum factum eſt in Iſrael, id eſt, nunquam tam graue peccatum.

Piaculũ quattuor ſignificat.

Sabbata mea cuſtodite. A principio capitis poſuerat iſtud præceptum, ſed hic illud repetit, vt Iudæi ſemper recordarentur eius. Sic etiam de multis aliis fit. Et per Sabbata intelliguntur hic omnes feſtiuitates, quanquam non ſint tantæ obſeruationis ſicut Sabbatum. de quibus habetur infra 23. capite.

Et Sanctuarium meum metuite. i. timete à Sanctuario meo. Sic habetur infra 26. capite, cum dicitur: Cuſtodite Sabbata mea, & pauete Sanctuarium meum.

Quomodo arcebantur Iudæi populares à rebus ſacris, & à quibus etiam arcebantur Leuitæ. Quæſt. XXVIII.

INDVCEBANTVR per hoc Iudæi ad reuerentiam Dei. Conſiſtebat enim reuerentia Dei in duobus. ſ. in cuſtodia feſtorum, & in exhibitione ſacrificiorum. Primum notatur cum dicitur: Sabbata mea cuſtodite. Secundum cum dicitur, & Sanctuarium meum metuite. Conſiſtebat autem metus quantum ab Sanctuarium in duobus. Primò, quòd non accederet aliquis ad illud immundus. Secundo, ꝙ non accederet ad illud curioſè vltra id quod licebat. Quantum ad Primum, ſi aliquis de Iſraelitis ſciens ſe immundum introiuiſſet in Sanctuarium ad offerendum, vel ad aliquid aliud faciendum, moriebatur; Sic innuitur ſupra, 15. c. cum dicitur: Docebitis ergo filios Iſrael, vt caueant immunditiam, & non moriantur in ſordibus ſuis, cum polluerint Tabernaculũ meum quod eſt inter eos. De hoc etiam habetur Numer. 19. c. Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinũ, & aſperſus ex hac cõmixtione non fuerit, polluet Tabernaculum Domini, & peribit ex Iſrael: quia aqua expiationis nõ eſt aſperſus. Secundò debebant metuere Iſraelitæ Sanctuarium Domini, ne curioſè ad illud accederent; & hoc pertinebat ad omnes Iſraelitas cuiuſcumque ſtatus: nam popularibus non conueniebat accedere ad Tabernaculum, vel ẽt ad gyrum Sanctuarij ad caſtrametandum ibi, ſed ſolis Leuitis. Si autem contẽdiſſent ibi caſtrametari, moriebantur, vt habetur Num. c. 1. cum dicitur: Et erunt in miniſterio, atque per gyrum Tabernaculi metabuntur, cum proficiſcendum fuerit, Leuitæ deponent Tabernaculum, cũ caſtrametanda, erigent; quidquid externorum acceſſerit, morietur. Vocauit aũt externos omnes Iſraelitas, qui non erant Leuitæ, prohibens eos caſtrametari in circuitu Tabernaculi, vt patet ibidem cum dicitur: Metabuntur aũt caſtra filij Iſrael vnuſquiſque per turmas, & cuneos, atque exercitum ſuũ; porrò Leuitæ per gyrum Tabernaculi figent tẽtoria, ne fiat indignatio ſuper multitudinem filiorum Iſrael. Sicut autem non licebat Iſraelitis popularibus accedere ad caſtrametãdum circa Sanctuarium, ita non licebat accedere ad videndam Arcam, vel alia vaſa miniſterij, quando nuda eſſent. Si. n. vidiſſẽt, moriebantur, ſicut patet de Bethſamitibus, quos percuſſit Dominus, quia viderãt Arcam nudã, vt hr̃ 1. Reg. 6. c. cum dicitur: Percuſſit autem Dominus de viris Bethſamitibus 70. viros de populo ſuo, & 50. millia plebis, eo ꝙ vidiſſent Arcam fœderis. De Leuitis autem, qui magis pertinebant ad Sanctuarium, idem erat: nam quanquam ipſis licitum eſſet caſtrametari apud Sanctuarium, tamen non licebat eis introire ad videndum curioſè vaſa miniſtrationis ſanctæ, vnde ſi illa vidiſſent nuda, morie-

A bantur; ſic habetur Numer. cap. 4. cum dicitur de filiis Caath, ꝙ cauerent ne viderent vaſa Sanctuarij, ſcilicet: Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: ſed hoc facite eis, vt viuant, & non moriãtur, ſi tetigerint Sancta Sanctorum, Aaron & filij eius intrabunt, ipſique diſponent opera ſingulorum, & diuident quid portare quis debeat. Alij nulla curioſitate videant, quæ ſunt in Sanctuario priuſquam inuoluantur, alioquin moriẽtur. Sicut aũt in videndo Arcam nudam, vel alia vaſa, moriebantur, ita & ſi tangerent illa cum eſſent cooperta, niſi eo modo quo tangere debebant, ſic patet de Oza Sacerdote filio Aminadab, qui tetigit Arcam Domini extendens manum, & tenens eam in curru, quia calcitrantes boues declinauerant eam, Dominus autem iratus occidit eum, vt habetur 2. Reg. 6. c. Sic ẽt ſi Leuitæ tentaſſent accedere
B ad miniſterium Sacerdotum, volẽtes facere ſacrificia, aut ſimilia, moriebantur, vt patet Numer. 3. c. cum dicitur: Aaron autem & filios eius conſtitues ſuper cultum Sacerdotij. Externus, qui ad miniſtrandum acceſſerit, morietur. Idem patet Numer. 18. cap. ideo cum Leuitæ, qui erãt cum Chore, vellent ſacrificare, & offerre incenſum coram Domino, ignis combuſſit eos, & quidam à terra abſorpti ſunt, vt habetur Num. 16. capite.

De Sacerdotibus autem minoribus idem eſt. iſti enim habebãt altiorem gradum quàm Leuitæ: quia iſtis committebatur, quod facerent ſacrificia, & offerrent incenſum. Erant tamen quædam, in quibus differebant ipſi à ſummo Sacerdote, & ſi illa facere attẽtaſſent moriebantur: Summo namque Sacerdoti dumtaxat licebat introire in Sancta Sanctorum, vt habetur ſupra, c. 16. cum di-
C citur, ꝙ ipſe introiret in die propitiationis, ſcilicet: Expiabit autem Sacerdos qui vnctus eſt, & cuius initiata eſt manus, vt Sacerdotio fungatur pro patre ſuo: induetur ſtola linea, & veſtibus ſanctis, & expiabit Sanctuarium, & Tabernaculum teſtimonij atque Altare, Sacerdotes quoque, atque vniuerſum populum. Videtur ergo quòd ſoli ſacerdoti ſummo licebat facere ritus diei expiationis, & ſi aliquis de ſacerdotibus minoribus conatus fuiſſet illos facere moriebatur.

Similiter autem non licebat ſacerdotibus minoribus ſtare in Sanctuario, quando intrabat ſacerdos Magnus in Sancta Sanctorum ad orandum pro ſe, & pro populo, cum dicitur: Nullus hominum ſit in Tabernaculo, quando Pontifex ingreditur in Sanctuarium, vt roget pro ſe, & domo ſua, & pro vniuerſo cœtu Iſrael, donec egredia-
D tur. Si autem aliquis de minoribus voluiſſet ibi ſtare ad audiendum verba, quæ dicebantur ſummo ſacerdoti, moriebatur, quia proteruè agebat cõtra cæremonias Domini, & qui errabat in cæremoniis ſacerdotij ſui, moriebatur, ſicut patet de Nadab & Abiu, qui offerẽtes ignem alienum coram Domino mortui fuerunt, vt habetur ſupra, 10. cap. & 16.

Sacerdotes minores in quibus differant à ſummo Sacerdote.

De ſacerdote Magno eodem modo erat, ꝙ ipſe deberet pauere Sãctuarium Domini, i. nõ accedere quocumq; vellet, nec qñcumq;, ſicut patet de introitu in Sãcta Sãctorũ: nã non poterat Sacerdos Magnus introire in Sancta Sanctorum, niſi ſemel in anno: ſi autem aliàs introire voluiſſet moriebatur, vt habetur ſupra, 16. cap. ſcilicet: Loquere ad Aaron fratrẽ tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium quod intra velum eſt, coram Propi-
E tiatorio, quo tegitur Arca, vt non moriatur, quia in nube apparebo ſuper Oraculũ. & poſtea ſubditur in eodẽ c. ꝙ hoc deberet fieri ſolũ ſemel in anno, cum dicitur: Eritq. vobis hoc legitimum ſempiternum, vt oretis pro filiis Iſrael, & pro cunctis peccatis eorum, ſemel in anno. Patet igitur, ad hoc quòd Sacerdos Magnus ẽt debebat reuereri Sanctuarium, ne omni tẽpore ingrederetur in illud.

Præter hoc aũt erat aliud quod obſeruare debebant omnes Sacerdotes ad reuerentiã Sanctuarij, ſ. ne aſcẽderent ad miniſtrandum qualitercumque, ſed ꝙ primo lauarent manus, & pedes, alioquin morerentur, vt patet Exodi 30. cap. cum dicitur: Et miſſa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius, manus ſuas, ac pedes, quando ingreſſuri ſunt Tabernaculum teſtimonij & qn acceſſuri ſunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, ne forte moriantur. Sic etiam de ornamentis ſacerdotali-

bus, quòd deberent eis vti Sacerdotes, quando miniſtrarent,& ſi aliquando acceſſiſſent ſine eis ad altare, & potiſſimè ſine feminalibus, moriebantur, vt habetur Exodi 28.capite,cum dicitur: Facies feminalia linea,vt operiant carnem turpitudinis ſuæ à renibus vſque ad femora & vtentur eis Aaron & filij eius, quando ingredientur Tabernaculum teſtimonij,vel qñ appropinquant ad Altare, vt miniſtrent in Sanctuario,ne iniquitatis rei moriantur. Hæc omnia pertinebant ad hoc, vt Sacerdotes timerent Sanctuarium, ſ. vt non accederent ad illud irreuerenter, ſed cum omni diligentia obſeruatis debitis cæremoniis. *Ego Dominus*, i. ego iubeo,vt faciatis hæc, quia Dominus veſter ſum. *Ne declinetis ad magos*. Hic prohibetur quoddam alterum, quod pertinet ad quaſdam ſuperſtitiones, in quibus ſubtrahitur Deo honor debitus, & attribuitur quibuſdam qui nō ſunt Dij. Præſcire.n.futura antequam ſiant, Deitatis ius eſt, nec quiſquam poteſt ſibi hoc vſurpare: homines tamen ſuperſtitioſi conantur iſta inquirere per aliqua inutilia,ſicut per auguria, & necromātiam, & geomantiam,& alias prohibitas artes. Deus autem illud iubet ne inquiratur: qm̃ cum homines conantur inuenire veritates futurarum rerum per aliquas inueſtigationes,& ſigna,attribuunt illis aliquid Deitatis, exiſtimantes ſe talia poſſe inuenire per has inquiſitiones, in quo magnam Deo iniuriam irrogant,alij attribuentes quod eius eſt.

Præter hoc autem contra naturæ principia faciunt,arguentes ex ſignis naturæ circa illa, in quibus natura nullam habet cauſalitatem; quæ autem ſint illa, in quibus natura poteſt ſigna monſtrare, & habere cauſalitatem, ſup. ex parte tactum eſt, cum de auguriis ageretur.

Quando liceat quærere aliquid à magis, id eſt, à maleficis, & Aſtrologis, vel quando illicitum ſit. Et in quibus Aſtrologi inueſtigantes, verum dicere poſſint; & quando neceſſariò, & quando contingenter. Quæſt. XXIX.

HIc Deus vetat magos conſuli in inquirendis veritatibus.Et quanquam de magis ſolis dicatur,tñ de omnibus aliis intelligitur, qui contingentium rerũ euentus qualitercumque inquirere moliuntur. Sic patet Deuteronom.18.cap. vbi prohibentur omnes illi, qui ſtudent in his ſuperſtitionibus inquirendarum veritatum, cum dicitur: Nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum,aut filiam,ducens per ignem aut qui ariolos ſciſcitetur,& obſeruet ſomnia atque auguria,nec ſit maleficus, nec incantator, nec qui pythones conſulat, nec diuinos, aut quærat à mortuis veritatem. Hic autem dicitur de magis,& ſunt illi,qui per motum,& figurationem corporum cæleſtium conantur inquirere rerum futurarum veritatem, vt circa natiuitates,contra quos Beatus Auguſtinus arguit in 5.de Ciuitate Dei,deſtruens oroſcopium, ſcilicet,artem de inquirendis aſcendentibus, & ſeptem domibus cæli ad ſciendam conditionem, & ſtatum eorum, qui naſcuntur. Conantur etiam iſti magi inquirere euentus contingentes in aliis rebus per regulas traditas ab ipſis; hic autem Deus vetat conſuli magos: veritates tamen inquirere non vetat, cum ipſe ſit veritas, vt patet Ioan.14. cap. Quare inquirendum eſt, an magi per artem ſuam verum dicant.

Magi qui ſint.

Pro quo conſiderandum eſt, quòd Deus in præceptis ſuis negatiuis vetat duo, ſcilicet, ea quæ mala ſunt, & quæ ſunt falſa. De falſis tamen non eſt tanta cura Deo, quoniam falſa repugnant veritati, quæ pertinet ad intellectum ſpeculatiuum. Intellectus autem ſpeculatiuus per ſe non pertinet ad Deum, nec ordinatur in ipſum,niſi quantum ad quædam pauca, quæ Deus de ſe credi iubet, & tunc meritum eſt captiuare intellectum noſtrum in obſequium Chriſti, credendo illa quæ iubentur, etiam ſi videantur eſſe ſupra iudicium noſtrum. Intellectus autem practicus & voluntas, quantum ad omnes operationes ſuas, diriguntur in Deum: quia intellectus practicus ad iudicandum de omni agibili eſt: voluntas verò ad eligendum. Et quia in omnibus actionibus noſtris aut Deo placemus, aut eum offendimus, intellectus practicus, & voluntas, debent totaliter dirigi à Deo per leges datas ſiue naturaliter, ſiue poſitiuè: quoniam ſi ſit aliquod agi-

F bile in quo lex data non ſit, nec inſit intellectui noſtro naturaliter iudicium illius, erraremus circa agibile. Debuit ergo Deus per leges ſuas vetare omne malũ in operatione,quia illud repugnat directioni intellectus practici, & voluntatis. non tamen debuit vetare omne falſum, quia quamuis repugnet perfectioni intellectus ſpeculatiui,tamen nō ordinatur intellectus ſpeculatiuus in Deum quantum ad omnia, ſed ſolum quantum ad illa, quæ de ſe credi iubet. ideo ſolum debuit vetare falſa quæ repugnant veritatibus, de quibus Deo credere & eas de ipſo credere debemus.

Sciendum tamen eſt, quòd quanquam mala, & falſa ſecundum ſe prohibeantur,aliquādo tamen ea,quæ mala non ſunt,tanquam mala prohibentur,& ea quæ falſa non ſunt, vetantur tanquam falſa: & hoc eſt, quia iſta habent G aliquam coniunctionem cum malis & falſis: ſic namque vetat Chriſtus Matthæi 5.cap.non iurandum eſſe per cælum,nec per terram, nec aliquo modo. Idem Iacobus in Canonica ſua epiſtola cap.5. hoc autem non fit tanquam iurare malum ſit, quoniam Sacra Scriptura iurare permittit,vt habetur Ieremiæ 4. cap. cum dicitur: Iurabitis, viuit Dominus,in iudicio,iuſtitia,& veritate.& Deuteron. cap.6. dicitur: Dominum Deum tuum timebis,& illi ſoli ſeruies, atque in nomine eius iurabis. Vetatur tñ iuramentum, quoniam cauſa eſt periurij,quia: Vir multũ iurans replebitur iniquitate, & non recedet de domo eius plaga, vt habetur in Eccl. Sic quoque Apoſtolus vinum vetat, non quidem, quia vinum bibere malum ſit, ſed quia per vinum inciditur in luxuriam, ſicut habetur ad Epheſios cap.5. cum dicitur: Nolite inebriari vino, in H quo eſt luxuria: ipſe tamen Apoſtolus admonuit Timotheum, vt biberet modicum vini propter ſtomachum, & frequentes infirmitates, vt patet 1. ad Timotheum c. 4. exponũtur autem ſic auctoritates iſtæ de vino prohibito, & iuramento,vt patet extra de iureiuran.c.& ſi Chriſtus. Circa falſa autem ſic eſt, ꝙ aliqñ aliqua quæ falſa non ſunt prohibentur credi, non quidem propter ſe, ſed quia ex credulitate illorum perducerentur homines in multos errores:& propter hoc aliqñ multa vera ſubticentur,quia quibuſdam videntur dura,& recedunt à veritate fidei,aut contentiones faciunt. Sic etiam alicui fortè videbitur de magis,ꝙ Deus prohibuerit hic conſuli magos,non quidē ꝙ veritates inquirere neſciant, ſed quia permiſſo hoc, ꝙ homines conſulerent magos,& aſſentirent eis,quæ ab ipſis dicuntur,perducerētur in varia mala, ſ.ꝙ totaliter tol-I lerentur cultus Dei, cum homines tenderent ad inquirenda omnia à magis,& per eos ſe regerent.

Quædam prohibentur: non quia mala ſint: ſed quia per illa inducimur ad malum.

Ad hoc dicendum eſt, ꝙ quanquam fortaſſis horũ aliquid ſit, tñ non propter hoc ſolum Deus vetuit magos conſuli,ſed præcipuè, qm̃ ipſi magi vera non dicunt, nec per artem ſuam inueſtigari poſſibile eſt ea, quæ ipſi inquirere conantur. Pro quo ſciēdum,ꝙ magus duo ſignat, ſcilicet, Magicos,& Aſtrologos. dicuntur enim magi ipſi incantatores,& alij necromantici, & gñaliter omnes vtentes artibus illicitis. Et de his dicendum eſt,ꝙ non poſſunt inquirere omnes veritates,quas dicũt ſe inquiſituros: imò ſi de futuris loquantur, nulla veritas futurorum contingentium propriè à magicis cognoſci poteſt, quoniam ea quæ non habent cauſam in natura,ſine Diuina reuelatione cognoſci nequeunt; ſed iſta quæ inquirunt magici,per K Dæmonum conſilium & inuocationem inueſtigant: ipſi autem non poſſunt cognoſcere per ſe res futuras,ergo circa illas veritatem dicere nequeunt. Vnde neceſſe eſt,ſi à Dæmonibus aliqua inquirantur, de futuris purè contingentibus,vt ipſi falſum dicant; vel ſi dixerint verum, hoc ſi per accidens, ſicut nos de quacumque re verum dicere poſſumus per accidens, ſcilicet, ꝙ ſicut contingit nos circa illas res falſum dicere, ita contingat verũ enunciare, quia æqualiter ad vtrumlibet contingens eſt.

Magi ſunt duplices.

Hæc autem erat vna de cauſis, propter quã Dæmones, qui à Gentilibus colebantur, cum conſulerentur, æquiuocè reſpōdebant,vel in amphibolia, ſicut patet de Apolline magno Deo, qui ſemper obſcura reſponſa dabat, ita vt qualitercũque rei euentus ſe haberet in alterutram partē, reſponſio verabilis eſſet. Sicut patet in reſponſio dato Pyrrho Regi Epirotarum; & in reſponſio dato Appio

Romano

Romano militi, & Cræſo Regi Lydorum, de quibus diximus latè Exodi 28. cap. Rationabiliter ergo vetabantur magi: quia rariſſimè verum dicere poterant de futuris. Præter hoc autem quamquam aliquãdo magi verum dicere poſſint, ſemper tamen nefas eſt ipſis reſponſa petere: quoniam hoc modo petitur veritas à Dæmone, & aliquis cultus ei in hoc exhibetur: quoniam Dæmones ad iſta ſine aliquibus cæremoniis famulatus eis impenſis nunquã reſpondent. Exhibere autem famulatum Dæmoni nefas eſt: quia ſoli Deo cultus iſte debetur, præcipuè cum Dæmon generis humani hoſtis ſit, & hominũ ſtatum atque Diuinum cultum, quantum ſibi poſſibile eſt, ſemper deſtruere moliatur. Concludendum ergo quantum ad hoc, quod accipiendo magos pro magicis, & quibuſcumque maleficis, ſemper peccatum eſt eos conſulere, quicquid illud ſit ſuper quo conſulantur. Secundò accipitur magus pro eo, qui ſapiens eſt in aſtris, & iſti magi conantur prædicere aliqua futura per motum & figurationem aſtrorum, vt ſupra dictum eſt. De his autem non eſt concludendum ſimpliciter, quòd licitum vel illicitum ſit quærere aliquid à magis.

Pro quo ſciendum eſt, quod ſcientia aſtrorum habet duas partes, quędam enim eſt quę quantitatem & conditionem corporum cæleſtium inueſtigat, & velocitatẽ vel tarditatem motus in quolibet corpore cęleſti abſolutè, vel comparando vnum ad alterum, inueſtigat, vt etiam coniunctiones planetarũ, & directiones, vel obliquitates motuum, & varietates noctium & dierum, frigoris & caloris, ſecundum varietatem motus corporum cæleſtiũ: paſſiones quoque eorum vt eclypſim Solis, & Lunæ, & ſimilia. Iſta autem pars vocatur theorica Aſtronomiæ. Alia autem pars eſt Aſtrologiæ: ſecundum enim hanc inquirunt Aſtrologi de pluuiis, & ſiccitatibus, & peſte atque ſanitate: conantur etiam inquirere de bello, & pace, & de mutationibus hominum, & conditionibus eorum, & de fortuitis atque ceteris contingentibus.

Circa hoc autem diſtinguendum eſt, cum quæritur an licitum ſit aliquid inquirere à magis. Et reſpondendum eſt, quod aut inquiritur à magis de his quæ pertinent ad partem theoricam, aut de his quæ ad partem practicam. Si de eis quæ ad partem theoricam, reſpondendũ eſt vniuerſaliter, quod nunquam eſt peccatum aliquid inquirere à magis, nec Deus hoc vetat, vt ſi aliquis inquirat ab Aſtrologo, quot ſint cæleſtes orbes; vel in qua terra ſint maiores dies; vel an moueatur velocius Sol quàm Saturnus, & quando ſit coniunctio vel oppoſitio, vel aſpectus planetarum, & quãdo ſit eclypſis futura: nihil enim magis quis peccat quærendo ab Aſtronomo quando ſit futura eclypſis, quàm quærere à Grammatico quæ ſit oratio congrua, vel incongrua, & à Dialectico quæ ſit conſequentia bona vel mala.

Triplex ẽ inquiſitio ab Aſtrologis. de illis q̃ ad iudicia attinent.

Idem autem ſi inquiratur de temporibus coniunctionum planetarum, vel oppoſitionum, vel aſpectuum: iſta namque ad Aſtrologiæ theoricam pertinent, & neceſſariò eueniunt ex principiis naturæ. In eis ergo conſulere Aſtrologos illicitum nullo modo eſt. Si autem ab Aſtrologo aliquis inquirere velit ea, quæ pertinent ad practicã Aſtrologiæ, ſcilicet, ad iudicia, diſtinguendum eſt: quia aut inquirit de eis, quæ pertinent ad ſtatum naturæ, & ab ipſa natura ſine aliquo alio agente cauſantur; aut de quibuſdam aliis, quæ ab ipſa natura, aut non totaliter, aut nullo modo proueniunt.

Si primo modo, dicendum eſt, quod Aſtrologi vera dicere poſſunt, tamen non ita neceſſario, ſicut cum iudicant circa theoricam Aſtrologiæ: nam in theoricis Aſtrologus ſemper verum dicit, & verum neceſſarium: ideo credere quod ea quæ Aſtrologus dicit neceſſario euenient, nefas nullũ eſt; ſicut ſi aliquis quærat an eclypſis futura ſit cras, vel vſque ad quæ tempora Saturnus & Iupiter erunt in coniunctione, vel in oppoſitione, Aſtrologus dicet verum & neceſſarium; & credere iſta ſic neceſſaria eſſe, conueniens eſt: quoniam procedunt immediatè ex principiis neceſſariis: ſemper tamen relicta Deo omnipotẽtia & libera diſpoſitione ſuper res, ſ. quòd quamquã iſta ex principiis naturæ neceſſariò prouenire debeant, Deus tamen poteſt illa mutare. Modus autem mutandi illa, eſt: quia

A dependent hæc ex certitudine vniformitatis motuum in corporibus cæleſtibus. Deus autem poteſt impedire iſtos motus vniformes, vel totaliter motum cæli tollendo, aut velocius mutando, aut tardius eum efficiendo. Vnde ea quæ prouentura erant in tempore determinato ante, vel poſt, neceſſariò euenient, vel fortaſſis non euenient: & hoc aliquando Deus egit. ſic enim patuit quando tenuit Solem immobilem ſuper ciuitatem Gabaon per ſpacium vnius diei, tũc enim Aſtrologi parum ante hoc potuiſſent dicere ex principiis naturæ neceſſariis, quod Sol vſque ad tot horas erit in occubitu, ſed immediatè falſitas patuit: quia manſit Sol immobilis quaſi per duodecim horas, vt patet Ioſue, 10. cap. Similis modus arguendi haberi poteſt de retroceſſione Solis per decẽ gradus tempore Ezechiæ Regis, de quo habetur 4. Regum, cap. 20. & Iſaiæ, B 38. cap. Idem etiam de eclypſi Solari facta in paſſione Chriſti in plenilunio, iuxta teſtimonium omnium Euangeliſtarum, habetur. Hæc autem ſunt contra omnem doctrinam Aſtrologicam, & ſupra principia motus naturę: ideo in iſtis neceſſariò Aſtrologi falſum dicere poſſunt. Quamquam tamen verum hoc ſit, quòd Deus habeat libertatem ſuper ea quæ Aſtrologi per theoricam iudicãt, quia tamen illa ex principiis naturæ immutabiliter veniunt, iudicare illa, & credere neceſſario euentura, nefas nullum eſt. In illis autem, quæ pertinent ad practicam Aſtrologiæ, ſcilicet, de iudiciis, quamquam pertineant ad ea, quæ per ſe natura operatur, & Aſtrologus verum dicat, tamen inconueniens eſt, atque peccatum credere illa neceſſariò euentura. Cauſa huius eſt: quia quamquam iſta ad ſolam naturam pertineant, tamen non habent C cauſas determinatas in natura ad vnum ita regulariter, ſicut ea, quæ pertinent ad theoricam Aſtrologiæ: quamobrem in eis facilis eſt error. Huiuſmodi eſt quærere de pluuiis & ſiccitatibus: nam quòd tempora ſint pluuioſa, aut magnæ ſiccitatis, aut temperiei à ſolis naturæ principiis cauſatur, ſine aliqua actione noſtra, & quia corpora cæleſtia habent primam cauſalitatem inter corpora naturæ, horũ cauſalitas primo pertinet ad corpora cæleſtia, & per motum ipſorũ inquiritur de futuris ſiccitatibus, aut pluuiis, & ſimilibus. Hæc igitur cauſas habent in natura, & totales, non tamen ita determinatas, & ineuitabiles, nec patentes nobis. Ideo non contingit nobis dicere verum in eis per certitudinem, ſicut in eclypſi futura, vel in oppoſitionibus, & coniunctionibus planetarum. Idem modus eſt circa generationem grandinis, lapidum, & fulgurum, D & omnium impreſſionum meteorologicarum. Hæ namque ex cauſis puris naturalibus procedunt, ſed non ſunt determinatæ, & ineuitabiles, ideo in eis, & in terremotu, atque ſimilibus Aſtrologi per certitudinem non iudicãt æqualiter, vt in theorica. Ad iſtum modum pertinet inquirere de ſalubritate aut corruptione aeris futura. Nam iſta ex cauſis purè naturalibus veniunt, quamquam Deus interdum ea inducat vt vult. Cauſæ tamen iſtorum non ſunt multum determinatæ in natura: vnde iudicare de illis non conuenit per certitudinem omnimodam: præcipuè cum iſta Deus magis attendat quàm alia naturalia accidentia, cum magis reſpiciant puniiones peccatorum noſtrorum, vel liberationes pro bonis operibus. Et quamquam omnia quæ dicta ſunt pertineant ad ea, quæ fiunt per ſolam naturã, tamen non de omnibus iudicabit Aſtro- E logus æqualiter per certitudinem. Certius enim iudicabit de pluuia & ſiccitate, quam de corruptione aeris, vel ſalubritate, quia pluuia & ſiccitas habent cauſas magis determinatas in natura, & magis patentes, & per hunc modum comparari poſſunt ſecũdum maiorem & minorem certitudinem omnia, quæ pertinent ad puram cauſalitatem naturę. Secundus modus rerum iudicabilium per Aſtrologiam eſt in eis, quæ habent partim cauſalitatem ex natura, & partim ex operatione noſtra, & in iſtis aſſerere aliquid futurum eſſe per certitudinem, non caret ſuperſtitione: nam quamquam ea, quæ ex naturæ actione pendent, per indicium aſtrorum inquiri poſſent, ſuper ea tamen quæ libera ſunt, natura nullam cauſalitatẽ habet, & conſequenter, nec habere poteſt aliquam vim ſignatiuam: quia iſta duo ſe conſequuntur, vt ſupra declaratum eſt. Et ſic eſt iudicare de aliquo homine, quod infirmabitur,

Secundũ membrũ diſtinctionis. De quadã parte iudicabiliũ q̃ pertinet ad naturã, & parti ad libertatẽ noſtram.

bitur, vel ſanus erit: nam ſanitas & ægritudo ex principiis naturæ veniunt,& tamen facere,aut accipere illa,quę ſanitatis cauſatiua ſunt, aut ægritudinis, pendet ex libertate noſtra,aut euenit per accidens. Vnde dicendum, ꝙ poſtquã in aliquo ſunt cauſæ ægritudinis vel ſanationis, iudicare,quod ſic,vel ſic ægrotabit, aut ſanabitur,ad naturam purè pertinet. In eo tamen,qui nõdum habet cauſas ægritudinis,vel ſanationis quæ de eo inquiritur, ſanitas & ægritudo magis habet euentum liberum, vel fortuitũ, quàm naturalem: ideo de talibus inquirere ſuperſtitioſum eſt, velut ſi aliquis inquireret per motum aſtrorũ de aliquo, an vſque ad quinque annos maneret ægrotus,vel ſanaretur: id enim quod nunc eſt,naturales cauſas habet in homine, ſed id quod poſt quinque annos eueniet,nondum habet cauſas,ideo per accidens eſt, vel aliquo modo liberum talium, vel talium effectuum cauſas nobis prouenturas eſſe. Iudicare igitur de ſanitate, quæ erit poſt quinque annos,vel ægritudine,eſt iudicare de re ſine cauſa, natura tamen nullum proceſſum habet in efficiendo vel ſignificando ſine cauſis: ideo repugnat naturæ,& ſuperſtitionem quandam indicat, velle naturaliter inquirere ea, quæ naturaliter cauſas nullas habent. Alia autem ſimilia ſunt,quæ partim ex natura, & partim ex libertate,vel fortuna ortum trahunt; & quia ſemper in ordine actionum effectus ſequuntur naturam cauſæ magis deficientis, ſũpſit in actibus ſolis rationis,ſicut in Dialecticis ſi fiat Syllogiſmus ex vera & falſa, concludetur falſum, niſi per accidens, & ſi fiat ex contingenti & neceſſaria, concludetur contingens; ſic & in operationibus naturalibus, quæ ſunt extra intellectum, ſi vna cauſa eſt neceſſaria & alia libera, effectus eſt magis liber quã neceſſarius: vel ſi vna cauſa ſit contingens, & alia neceſſaria,effectus eſt contingens & non neceſſarius. Debet ergo in iſtis iudicari quaſi in purè liberis vel fortuitis.

Tertium membrũ. Tertius modus eorum quæ inquiruntur per Aſtrológiam eſt in his, quæ pendent purè à fortuna, ſine aliqua naturali cauſa agẽte,& ſine libertate noſtra, quamquam in hoc non aſtruo fortunam eſſe carentem penitus regulatione agentis & cauſalitate: nam huius contrariũ probat Ariſtot.2.Phyſic. & Boetius, 5.de conſolatione Philoſoph. in principio libri; ſed dico illa eſſe per fortunam, quæ quamquam ſint habentia aliquas cauſas liberas, & aliquas cauſas neceſſarias, tamen connexio illarum cauſarum nobis ignota eſt: vnde rectè dicitur inopinatus rei euentus caſus vel fortuna, ſecundum Ariſtotel. De his autem dicendũ eſt,quod velle iudicare de his, quæ per fortunam ſunt, per motum aſtrorum,eſt ſuperſtitioſum valde: nam res ſicut ſe habent ad eſſe,ita ſe habent ad ſignificare: ſi ea quæ ſunt per fortunam habent ſe contingenter ad eſſe, ergo habebunt ſe contingenter ad ſignificari, ſcilicet,quòd illa quę ponuntur eſſe ſigna iſtarum rerum, non ſunt ſigna per certitudinem, ſed contingenter: & tunc quia effectus ad vtrumlibet ſe habet, ita ſignum poterit ſe habere ad ſignificandum hoc, vel illud,& quia ea quæ ſignificari poſſunt infinita ſunt, cum fortuna non ſit determinata ad certum numerũ effectiuum, poterit eſſe tale ſignum habens ſe ad infinita; & ſic erit nobis impoſſibile cognoſcere,cuius illorum ſignum ſit. Item,operatio ſecundum naturam & ſecundũ fortunam diſtinguuntur: omnes enim de natura loquentes, ponunt naturam & fortunam cauſas diſtinctas,ergo quod eſt à fortuna,nõ eſt à natura, & econtrario: ſed corpora cæleſtia ſunt cauſæ naturales: ergo non eſt ab eis aliquis effectus fortunæ, & conſequenter nec ſignificari poteſt,cum ſignificatio & cauſalitas conſequantur ſe in natura, ſicut ſupra declaratum eſt. Si autem dicas, quod ea quæ ſunt à fortuna, à natura ſunt habentia cauſalitatem. Differunt tamen ab effectibus naturę,quia naturales effectus ſunt cogniti: ſed operationes à fortuna ignotæ ſunt: ideo bene poterunt ſignificari effectus fortuiti à corporibus cęleſtibus, inquantum procedunt à cauſis naturalibus.

Quæ ſint per fortunam, & an de illis poſſit iudicare Aſtrologus.

Reſpondendum eſt,quòd non poteſt hoc ſtare, propter duo: Primò,quia effectus fortuiti nõ ſolum ſunt à natura, ſed interdum ſunt liberi: nam cum caſus,vel fortuna ſint inopinati euentus rerum, cum contingat operationes liberas vnius,eſſe inopinatas alteri, ſicut operationes natu-

F ræ, & adhuc multo magis dicetur æque fortuna in liberis,ſicut in naturalibus,& adhuc magis. Item Secundò, quia quãquam operationes fortuitæ ſint à natura habentes cauſalitatem, tamen ſecundũ quod fortuitæ ſunt,inopinatæ ſunt,ergo non poſſunt ſignificari à corporibus cæleſtibus: nam ſi poſſent ſignificari per motum cæleſtem, iam nõ eſſent inopinati euentus, quia inde poteramus illos comprehendere. Nullo modo igitur ea quæ à fortuna ſunt, poſſunt ſignificari per corpora cæleſtia, ideo de iſtis inquirere, eſt purè ſuperſtitioſum, ſicut inquirere an alicui auferetur dignitas,vel an alicui conferetur honor, vel an Socrates adueniet cras ex itinere, aut reperiet theſaurum, iſta enim fortuita ſunt. De his igitur valde vanum eſt conſulere Aſtrologos, & repugnans Deo, atque naturalibus fundamentis.

G Quartus modus eorum, quæ aliquis per Aſtrologiam inquirere conabitur,eſt in purè voluntariis, quamquã de his rari ſint qui conſulant. Nec enim voco hic voluntarium illud, quod dependet ex voluntate alicuius, quoniã hoc modo coincideret fortuitum cum voluntario, quantum ad aliquid: ſed voco hic purè liberum voluntatium: non eſt autem aliquid purè liberum ei, qui conſulit per Aſtrologiam,niſi ꝙ dependet ex voluntate ſua. Id enim quod à libertate alterius dependet, quamquam ſimpliciter liberum ſit, huic tamen conſulenti liberum non eſt. quia ex voluntate ſua nequaquam dependet. Vnde omne illud quod depẽdet ex voluntate alterius quam ipſius cõſulentis,vocatur hic fortuitum, & pertinet ad tertium modum præcedentem. Id autem quod ex voluntate ipſius inquirentis dependet, dumtaxat vocatur hic liberum. *Quartũ membrum diſtinctionis.*

H Quòd autem talia per curſum aſtrorum inquiri non poſſint,ſatis manifeſtum eſt, quia corpora cæleſtia nihil poſſunt ſuper liberum arbitrium, & dato quod aliquid poſſent, cum liberum arbitrium habeat ſe indeterminate, & corpora cæleſtia ſint determinatæ cauſæ, variatet liberũ arbitrium, quicquid ſignificarent corpora cæleſtia. Non igitur poſſunt talia vllo modo ſignari: & dato quod iſta ſignarẽtur,ſtultiſſimum eſſet, quod aliquis extra ſeipſum quæreret id,cuius totaliter in ipſo cauſalitas eſt. Patet ergo de modis eorum, quæ per Aſtrologiam homines inquirere poſſunt, aut inquirere conantur, quamquam vniuerſaliter dictum fuerit. *An & his quæ ſunt purè libera, liceat Aſtrologo iudicare.*

An liceat Aſtrologo aliquid iudicare per tempora natiuitatum ſeu oroſcopium. Et quòd licet iudicare de ingenio & ruditate per natiuitatem. I *Quæſt. XXX.*

NVNC cum à principio tetigerimus improbare oroſcopium,id eſt, iudicia natiuitatum, quæ ſunt per aſcendentiam & diſpoſitionem 12. domorum cæli, dicendum eſt,quod iudicatio de natiuitatibus, nec eſt ſecundũ naturam,nec totaliter contra naturã,& Catholicam religionem; Hæc autem cognoſci poſſunt per iudicia eorum, quæ ſupra dicta ſunt. Nam ſi aliquis inquiret per iudicia natiuitatis ea, quæ purè dependent ex cauſis naturalibus, ſatis poterit inuenire: nullus enim negat corpora cæleſtia eſſe principia totius cauſalitatis naturæ, & conſequenter poſſe eſſe ſigna. Sed in natiuitate cuiuslibet oportet eſſe aliquam diſpoſitionem corporum cæleſtium, ſecundum quam ſequitur aliquis effectus naturæ: ergo talis effectus K poterit ſignificari per corpora cæleſtia: ideo ſi aliquis inquirat de ruditate hominis, vel ingenio, & de timiditate eius vel audacia,& de robore, vel debilitate, & bonitate vel malitia complexionis,ſatis poterit vera indicare, & ſic in ſimilibus. Patet enim de ingenio & ruditate: nam iſta ſunt in homine ſecundum diſpoſitionem organorum phantaſticorum. ſi enim homo habeat phantaſiam conuenienter diſpoſitam, acutè intelliget, ſi autem male diſpoſitam,rudis erit, & ſecundum gradus maioris vel minoris diſpoſitionis in bono vel malo, ſequetur hominem eſſe magis vel minus rudem vel acutũ. Cauſa huius eſt: quia operatio intellectus noſtri iuxta Ariſt. 3. de Anima, ſine phantaſmate non eſt, ſcilicet, oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari, quod autem corpora cęleſtia poſſint operari ſuper phantaſiam, manifeſtum eſt, quia ipſa eſt organum corporale, habens conditiones carnis, ſed corpora

corpora cæleſtia dominantur ſuper totam naturam corporalem, ergo dominabuntur ſuper conditiones phantaſiæ, & conſequenter diſpoſitio corporum cæleſtium, quæ eſt in natiuitate alicuius, poteſt ſignare ruditatem & ſubtilitatem eius. Similiter etiam dicendum eſt de timiditate & audacia, quia iſtæ ſunt proprietates corporales. ſ. affectiones conſequentes complexionem, & non dependẽt aliquo modo ex libertate noſtra: non eſt enim in nobis, ꝙ timidi ſimus, vel audaces, quidam enim etiam ſi nolint, timidi ſunt, quanquam iſtæ affectiones per aſſuefactionem, & admonitionem, & deprecationem, & increpationem pauliſper mitigari, & in contrarium verti poſſunt, ſicut ait Ariſtot. 1. Ethicor. Dominabuntur ergo corpora cæleſtia ſuper iſtas affectiones, quia purè naturales ſunt, & cum ab eis cauſentur, poterunt quoq; ab eis ſignificari. Idem autem eſt circa hoc, quod eſt aliquem eſſe libidinoſum, i. inclinatum valde ad actus venereos, vel non inclinatum; idem de voracitate & parcitate ciborũ; idem de inclinatione ad ebrietatem & ſobrietatem: omnia. n. hæc eaſdem cauſas habẽt. Patet etiam amplius hoc: nam ſi iſta cauſantur in hominibus propter diuerſitatem terrarum, multo magis cauſabuntur ſecundum influentiam corporum cæleſtium: nam ipſa terrarum diuerſitas propter nihil aliud habet diuerſam qualitatem, niſi propter diuerſam influentiam cæli ſuper partem illam: nam locus non ponitur eſſe principium operatiuum ſecundum eos qui loquuntur de natura, niſi inquantum eſt contentiuus influentiæ receptæ à corporibus cæleſtibus. Quòd autem diuerſitas terrarum cauſet iſtas diuerſitates conditionum in hominibus, apparet per Ariſtot. 7. Politicorum, ſ. ꝙ gentes quæ habitant in locis valde frigidis, in extremitatibus Europæ, ſunt multum animoſæ, & valde defectiuæ in intellectu: gentes autem quæ habitant in Aſia, in parte magis calida orbis, ſunt abundantes in intellectu, & ſagaces, & valde timidæ: gentes autem habitantes in medio. ſ. in quinto climate, & principio ſexti, ſũt temperatæ ex his, aliqualiter in intellectu, & aliqualiter in animoſitate, & ſic dicitur Græcos eſſe gentem valde temperatam inter vtrumque, & commixtam ex intelligentia & animoſitate. De hoc ait Ariſt. in 5. c. libri eiuſdẽ ſic: ꝙ quidem enim in frigidis locis gentes, & quæ circa Europam degunt, ſunt quidem plenæ animoſitate, intellectu autem & arte magis deficientes: propter quod liberæ quidem perſeuerant magis, nam politizare aut de vicinis principari non potentes: quæ autem circa Aſiam intellectiuæ quidem & artificioſæ ſecundum animam, ſine animoſitate autem, & propter quod ſubiectæ quidem & ſeruientes perſeuerãt: genus autem Græcorum, ſicut mediat ſecundum loca, ita de ambobus participat: etenim animoſum & intellectiuum eſt, propter quod quidem liberum perſeuerat, & maximè politizans, & potens principari omnibus. Cum igitur iſta eueniant ex natura locorum, neceſſariò ergo magis eueniunt ex corporibus cæleſtibus: per iudicia ergo quæ ſunt in natiuitatibus, iſta euenire poſſunt. Cauendum tamen eſt, ne aliquis nimis innitatur his iudicijs, poterit enim frequenter falli etiam circa ea, quæ ſunt purè à natura: quia quanquã ſupradicta habeant cauſas duntaxat naturales, tũ illæ non ſunt multum determinatæ & patentes, ideo ex multis particularibus incidentibus, quę difficillimũ eſt per ſingula cõſiderare, ipſum aſtrologicè inquirentem ſatis contingit errare. Tenebunt ergo iſta iudicia natiuitatum, quæ ſunt circa ea, quæ cauſantur purè à natura, mediũ inter poſſibile & neceſſarium: ſicut ait Ptolomæus. Propter hoc igitur quanquam in his aliqua veritas inueniri poteſt, melius tamen eſt, ꝙ non inquiratur. Similiter autem dici poteſt de robore, & de debilitate, & bonitate complexionis, & malitia, & de ſimilibus, quia iſtæ ſunt qualitates purè corporales, & conſequenter corpora cæleſtia habent cauſalitatẽ ſuper iſtas res, & poſſunt ſignificare illas, cum ſignificatio & cauſalitas conſequantur ſe in natura. Alia aũt ſunt, quæ Aſtrologi conantur inquirere in iudicijs natiuitatum, ſ. ꝙ pertineant partim à natura, & partim à fortuna, ſunt & alia quæ ſunt totaliter à fortuna, vt ſi ille qui naſcitur, erit honoratus, vel depreſſus; diues, vel pauper, gratus hominibus, vel odioſus & ſic de ſimilibus, quæ homines inueniA rè conantur. Quantum ad hæc autem dicendum eſt, ꝙ magis eſt ſuperſtitio, cum natura non habeat cauſalitatem, nec ſignificationem in his, & inquirere iſta peccatum eſt, & à Deo prohibita ſunt hic.

errarũ varietas conditionũ & varietates in hominibus causas.

Quando Astrologorum iudiciũ circa natiuitates verum sit, non tamẽ est ei mittendũ.

De iudicijs natiuitatum quantum ad eos, qui naſcũtur ſimul, & tñ non habent eadẽ accidentia ſecundum naturã, & an Aſtrologicus ꝓceſſus in iudicijs, ex hoc deſtruatur, & de quibuſdam alijs magis particularibus, ſatis dici poſſet: ſed non oportet omnia inueſtigare. Ex prædictis ergo patet, in quibus corpora cæleſtia habeant cauſalitatem, & ſignificationẽ; & in quibus Aſtrologi inueſtigantes, verum dicere poſſint; & quando neceſſario, & quando contingenter, & quando liceat quærere aliquid ab Aſtrologis, vel quãdo illicitum ſit. Ideo præceptum iſtud quod hic datur de non inquirendo aliquid à magis, non B eſt accipiendum vniuerſaliter, ſed reſtringendum ſecundum ea, quæ ſupra declarata ſunt. Sed adhuc cõſiderandum eſt, ꝙ Aſtrologi in iudicijs ſuis habẽt quattuor modos inquirendi euentum rerum, ſ. per reuolutiones, per natiuitates, per quæſtiones, & per electiones; & alij moderni Aſtrologi addunt quintam partem, quæ eſt de intentionibus, & incidunt aliæ particulæ ſpeciales: & per hos modos quæruntur ab Aſtrologis multa particularia, neque eſt aliquid quantumlibet fortuitum, & modicam cauſam habens à natura, de quo non conentur inquirere aliquid Aſtrologi: & ſequendo Canones iudiciorum traditos ab Aſtrologis, inuenimus veritates multas de illis rebus, de quibus etiam in natura nulla videtur eſſe vis affectiua, neque ſignificatiua: neque tamen iſta ſunt ſuperſtitiones, neque intercedit aliqua Dæmonis operatio; C & eſt dicere quòd aliqua cauſa ſit in natura ad hoc faciendum, quia corpora cæleſtia non ſignificant, niſi quæ efficiunt. Vnde eſt nobis difficultas, quia neque audemus negare ſimpliciter, neque rurſus aſſerere id, cuius cauſa latens eſt: & præcipuè, quia ſunt iſta multum aliena à rectitudine morum, quæ maximè tenenda eſt; & ideo potius iſta diſſimulamus quam aſſerimus, vel negamus; propter infirmos enim qui neſciunt quomodo veritas fidei & Sacræ Scripturæ ſtet cum veritate Iudæorum particularium, potius iſta ſepelienda ſunt nunc, quam vulganda. *Nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini*. Prohibentur eodem modo arioli ſicut magi: & dicuntur arioli qui in aris aliquid inquirunt: vnde, ſi quiſquam factis aliquibus ſignis in aris, conabatur inquirere aliquas veritates occultas, ariolus dicebatur; ſed multo magis arioli dicuntur D ſecundum propriam ſignificationem & antiquorũ vſum illi, qui in animalibus immolatis ſuper aras, inquirebant veritates, conſiderando venas animalium ſecundum colorem, & figuram.

Astrologi quattuor habent in iudicijs suis modos inquirendi rerum euentum.

Inuentor artis ariolandi quis fuerit, & an poſſit inquiri veritas per ariolos. Quaeſt. XXXI.

ISTA ars primo inuenta eſt à quodam qui Teges vocabatur, quem dicunt arando de terra prosiliſſe, & aruſpicinam inueniſſe artẽ. De hoc habetur in Decretis, 24. q. 5. in cap. Epiſcopi. De hoc & Lucanus in lib. illo de Bello plus quam Ciuili. De hoc etiam Ioan. Bocatius lib. 1. de Genealogia Deorum. Hac arte multum vtebantur antiqui. Nec erat aliquid, quo magis putabant ſe poſſe E inuenire latentes veritates. De hoc Seneca in Tragedia 3. quæ dicitur Thebais, & in omnibus alijs Tragędijs. Lucanus & in fine primi lib. de bello plus quam Ciuili.

Iſta ars ariolandi erat prohibita ſicut auguriũ, & aliæ artes ſupra poſitæ, propter duo: Primò, quia repugnat principijs naturæ. Secundò, quia nimium detrahit cultui & honori Diuino. Quantũ ad Primum apparet: quia cum arioli inquirant veritates latentium rerum, conſideratis venis & præcordijs animalium immolatorũ, aut iſta quæ inquiruntur habent cauſalitatem aliquam ex ipſis membris animalis mortui, aut ſolum habent ſignificationem, aut nihil. Si aũt nihil hẽant, vana eſt talis ariolorũ inquiſitio. Si autem dicatur, ꝙ cauſalitas eſt in illis membris, animalis mortui, ad res quæ inquiruntur, non põt ſtare: quia iſta cauſa aut eſſet per accidens, aut à natura. Si eſſet per accidens, non poſſet inde cognoſci aliqua veritas ſecundum

cundum certitudinem: quia ea quæ per accidens ſunt, ad multa ſe habent, & indeterminata, cum ſint à fortuna. Si autem membra illa habeant cauſalitatem naturalem, nõ poteſt ſtare: quia ab ariolis inquiruntur, vt communiter ea quæ dependent à libertate alicuius: ſed ſuper talia natura non habet poteſtatem: ergo iſta membra animaliũ mortuorum non habent cauſalitatem ſuper illa, quæ inquiruntur. Item, dato quod ea, quæ inquiruntur ſint corporalia ſubdita alicui cauſalitati naturæ, non poterit hoc ſtare: nam entia ſolũ operantur quando ſunt, ſed per iſta animalium membra aliquando conantur arioli inquirere ea, quæ præterita ſunt à multis temporibus, & quando illa facta ſunt, nondum erant iſta animalium membra: ideo ſuper illa cauſalitatem non habent. Item patet hoc: quoniam per iſtam artem ariolorum, aliquando inquiruntur futura, quæ poſt multa tempora erunt, & tunc iſta animalium membra immediatè euenirent; & tamen nõ eſſent tunc, quando per illa ſignificabãtur tales euentus, ſequitur ergo nõ eſſe iſta membra animalium ſigna illarum rerum: quia ſignificatio & cauſalitas ſimul ſunt ſecundum naturam, ſed iſta membra non poterant eſſe cauſæ, antequam cauſarent, ergo non poterant ſignificare. Patet hoc: nam quamquam aliquid ſit materialiter cauſa antequam cauſet, non tamen eſt formaliter cauſa, nec determinatè, niſi cum cauſat, nec cognoſcetur tanquam cauſa. Item, ſi iſta animalium membra eſſent cauſæ eorũ, quę inquiruntur, per ſeipſa oporteret quod ipſa applicaretur eis, quæ fiunt ad cauſandum, quia ſecundum naturam actio nunquam fit ſine contactu, vt patet per Ariſt. 2. de generatione & corruptione: ſed iſta quæ inquiruntur per membra animalium mortuorum, aliquando ſunt multum diſtantia ab eo loco, in quo ſunt iſta membra: ergo non poterunt eſſe cauſæ illorum.

Actio nũquam fit ſine contactu.

Item, ſi iſta membra animalium haberent aliquã cauſalitatem, hoc eſſet per principia ſua actiua naturalia, ſcilicet, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, vel ſiccitatem; ſed iſta non poſſunt pertingere ad tantam efficaciã, quanta inquiritur ab ariolis, ergo non habent cauſalitatẽ ſuper illa. Item, quia hoc dato, cum talis ſiccitas, vel caliditas, vel humiditas, & in tanta intenſione aut latitudine graduum reperiatur in multis aliis corporibus, omnia illa haberent ſimilem cauſalitatem, & per illa poſſet inquiri id, quod inquiritur per animaliũ membra; ſed ipſi arioli hoc negant, ergo non eſt cauſalitas aliqua in iſtis. Item patet quod hic ſit ſuperſtitio, & non ſit aliqua naturalis virtus ad efficiendum: quoniam cum eiuſdem qualitatis ſint membra animalium mortuorũ immolatorum ſuper altare, & alibi occiſorum, deberet eadem cauſalitas ſequi in vtriſque, & fieri eadẽ inueſtigatio: ſed arioli non poſſunt iſta inueſtigare in animalibus, niſi immolentur ſuper aras, ergo non eſt aliqua cauſalitas, ſed ſuperſtitio. Si autem dicas, quod iſta membra animalium mortuorũ non habent cauſalitatem ſuper ea quæ inquiruntur, ſed ſolum ſignificationem, non poteſt ſtare: quoniam in natura ſignum, nunquam eſt ſine cauſalitate; nam tunc ſignum eſſet falſo ſignificans, quia ſi cauſa non eſſet, nihil fieret, ſed ſignum aliquid ſignificat fieri, vel futurum eſſe, ergò neceſſariò falſum ſignificaret: natura autem nullũ falſum facit. Sed forte aliquis dicet, quod iſta membra animalium mortuorum non ſunt cauſæ eorum, quæ inquiruntur, ſed ſigna, ſubordinantur tamen naturalibus cauſis eorum quæ fient. Vnde dicent, quod corpora cæleſtia ſunt cauſæ eorum, quæ inquiruntur per artem aruſpicinam, & ſic id quod ſignatur per membra animaliũ mortuorum, cauſatur à corporibus ſupracæleſtibus. Sed hoc ſtare non poteſt, propter duo: Primò, quia corpora cæleſtia non poſſunt eſſe cauſæ eorum, quæ inquiruntur per artem aruſpicinam: nam vt communiter per hanc artem inquiruntur ea quæ ſunt in actionibus humanis, & illa pendent ex libertate arbitrij: ſuper liberum autẽ arbitrium corpora cæleſtia non dominãtur, nec aliquæ cauſæ naturales; ſed vbi non eſt cauſalitas, non eſt aliqua ſignificatio, ergò non poterit iſtud, quod apparet in membris animalium mortuorum, ſignificare ea, quæ ſunt in actionibus humanis.

Item, quia iſta quæ inquiruntur ab ariolis, aliquando

F pertinent ad fortunam, ſine aliqua humana libertate, ſed in illis corpora cæleſtia non habent poteſtatem, ergò non dicitur conuenienter, quod iſta quæ inquiruntur ab aruſpicibus, cauſentur ex motu corporum cæleſtium. Et iſtæ eædem rationes poſſunt dari in omnibus aliis agentibus naturalibus: nam ſi corpora cæleſtia non poſſunt habere aliquam cauſalitatem ſuper ea, quæ inquiruntur per auguria, à fortiori nec poterunt aliæ cauſæ naturales: quia corpora cæleſtia ſunt primæ cauſæ eſſentialiter ordinatæ in tota natura corporali, ideo non poterunt aliquæ aliæ cauſæ poſteriores operari, niſi primo deſcenderit cauſalitas ab ipſis corporibus cæleſtibus: ipſis ergo non potentibus influere, nullatenus influẽt aliqua alia naturalia agẽtia. Manebit ergo hoc modo, quod illa membra animalium mortuorum ſunt ſigna eorũ, quæ ab auguribus inquiruntur,
G & tamen non ſit aliqua cauſalitas in agẽtibus naturalibus ad producendum hæc: & tunc ſtare non poteſt, quia in natura ſignificatio & cauſalitas cõſequuntur ſe, nec poteſt eſſe ſignum vbi nõ eſt cauſalitas, ſicut ſupra probatum eſt, ergo nec etiam erunt iſta membra animalium mortuorum aliquod ſignum ad inueſtigandum ea, quæ ab ipſis ariolis inquiruntur. Secundo patet idem: quoniam dato quod corpora cæleſtia haberent aliquam cauſalitatem ad efficiendum ea, quę inquirunt aruſpices, nõ tamen poſſent illa ſignificari per membra animalium mortuorum: quia non videtur eſſe aliqua ſpecialis colligatio inter corpora cæleſtia, & ipſa membra animalium mortuorum, ad hoc, vt id quod efficitur à corporibus cæleſtibus, ſignetur per ipſa membra animalium mortuorũ: nam ad hoc oportebat, vt membra animalium mortuorũ
H eſſent aliquid, quod ſpecialiter moueretur à corporibus cæleſtibus influentibus: vel quod eſſet aliquod cauſatum ab ipſis immediatè ad hoc ſignãdum, ſicut patet de Mergulis & Delphinibus, per quos cognoſcitur futura tempeſtas, quæ eſt commotio facta in profundo maris. Idem etiam apparet in ægritudinibus & complexionibus: quoniam quædam poſteriora ſunt, quæ accipiuntur tanquam ſigna in eis, & Medici cognoſcunt ipſas ægritudines & complexiones per ſigna quædam, quæ ſunt poſteriora. Habent tamen quendam ordinem naturalem ad ea quorum ſunt ſigna. Nulla autem talis ſubordinatio eſſe videtur inter corpora cæleſtia & membra animalium mortuorum, vt quod corpora cæleſtia efficiũt, per animalium membra ſignetur. Non eſt igitur aliqua talis ſignificatio in membris animalium mortuorũ, quæ arioli inſpiciunt:
I quia hoc repugnat naturæ. Secundo autem fuit prohibita ars aruſpicina, quia per eam tollitur Deo debitus cultus: nam in eo quod futura (quorum interpretatio ad ſolum Deum pertinet, vt patet Geneſ. 40. & 41.) iſti inquirunt per artem aruſpicinã, tribuunt aliquid quod eſt Dei huic arti, & quod eſt ipſius Dei aufertur ab eo, ſicut in omnibus aliis artibus maleficorum. Sed adhuc magis in iſta arte tollitur Deo honor quã in auguriis, vel geomantia, aut pyromantia, & ſic de ceteris artibus maleficorum, quia in aliis tollitur Deo, quod ſuum eſt, ſcilicet, futurorum declarare euentus: hic autem non ſolum hoc tollitur Deo, ſed etiam ſpecialiter attribuitur Dæmonibus, quia non fiunt iſtæ inueſtigationes ariolorum in quibuſcumque membris animalium mortuorum, ſed ſolum in eis quæ immolata erant Diis ſuper altare, & ſic præſup-
K ponitur ſacrificium factum Dæmonibus, ad hoc, quod inquiratur aliquid per ariolos. Sunt ergo illicitæ tales artes, & ſpecialius iſta quæ Deo multum repugnat. *Vt polluamini per eos.* Id eſt, non inquiretis iſta à magis, vel ab ariolis, quia polluemini per eos. Pollutio ſignificat hic conſcientiæ immunditiam, quam incurrunt illi qui talia à Dæmonibus inquirũt, vel ab ariolis qui loquuntur, quæ per Dæmones adminiſtrantur: nam iſta ars ariolorum, non habet ſecundum naturam aliqua fundamẽta, vt probatum eſt, ſed ſolum eſt per Dæmones adminiſtrata. Eſt autem modus iſte, vt Dæmones ea quæ præſentia ſunt, vel præterita, etiam ſi in locis remotiſſimis ſint, cognoſcant: hæc autem quia ab hominibus cognoſci non valent, videntur eſſe tanquam admirabilia: & ipſi Dæmones volunt vt homines propter hæc eis quendã cultum tribuãt, & ad hoc ſtatuunt quaſdam cæremonias ſuperſtitioſas,

quæ

Quo Dæmones dent aliquas apparẽtias in artib. arieládi.

quæ ſecundum ſe nullam habent vim: tamen ipſi Dæmones dederunt eas tanquam regulas, & ipſi, vt fallant homines, faciunt videri ipſa animalium membra talis coloris, vel habitudinis, vt videantur cócordare eis, quæ a Dęmonibus tradita ſunt ad inueſtigãdam veritatem rerum, & hoc facilè eſt ipſis Dæmonibus circa inquiſitionẽ præſentium & præteritarum rerum, quas ipſi nouerunt. Si tamen aliquando fiat inquiſitio de rebus futuris, quę non habent aliquid per quod cognoſcantur, niſi Dæmones illa futura, ſubtilitate naturæ ſuæ per aliquas coniecturas inſpexerint, etrabunt multoties non potẽtes applicare regulas aruſpicinæ artis ad ea, quæ futura ſunt, & ſi aliquãdo dicant verum, hoc eſt per accidens, ſicut in nobis accidit, quòd interrogati de ea re, quam ignoramus, aliquando verũ reſpondeamus, & ſic qui talia interrogant à Dæmonibus, polluunt conſcientiam ſuam ſuffragia petentes à miſerrimis ſpititibus. Cum autem dicitur hic: *Vt polluamini in eis*. Lv (vt) non tenetur cauſaliter, exprimens cauſam finalẽ, ſed denotat conſequentiam: nam non poteſt eſſe ſenſus, quod Iudęi inquirerent aliquid ab ariolis, vt pollueruntur, id eſt, ad hoc quod peccarent, quia nemo intendit peccare, vel pollui, quamquam agat malum in quo polluitur, ſed eſt ſenſus, quod teneatur, vt, ſicut dicẽs conſequentiam, ſ. vt polluamini in eis, id eſt, ſi inquiſieritis, per hoc polluemini, quoniam talis inquiſitio ſine peccato eſſe non poteſt. *Ego Dominus Deus veſter*. id eſt, non faciatis hoc: quia ego ſum Dominus Deus veſter, & mando vt non faciatis; vel, quia ego ſum Deus veſter, qui declarabo vobis abſcondita cum conueniens fuerit, & ideo non eſt neceſſarium vt inquiratis ab auguribus, vel ariolis, ſic habetur Num. cap. 23. cum dicitur: Nõ eſt idolum in Iacob, nec videtur ſimulacrũ in Iſrael: Dominus Deus eius cum eo eſt, & clangor victoriæ Regis in illo. Deus eduxit illum de Ægypto, cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Non eſt augurium in Iacob, nec diuinatio in Iſrael. Tẽporibus ſuis dicetur Iacob & Iſraeli quid operatus ſit Deus. Vel aliter: Ego ſum Dominus Deus veſter, qui iubeo, vt non inquiratis aliquid ab ariolis, vel auguribus, quia ego dabo vobis Prophetas, qui iſta declarabunt; ſic habetur Deuteron. 18. cap. cum dicitur: Gentes iſtæ, quarũ poſſidebis terram, augures, & diuinos audiunt: tu autem a Domino Deo tuo aliter inſtitutus es, Prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies, vt petiſti à Domino Deo tuo in Horeb.

Exo. 22.
De aduenis amandis.
De regula, pondere, & menſura.

Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis: & time Dominum Deum tuum. Ego ſum Dominus. Si habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, nõ exprobretis ei: ſed ſit inter vos quaſi indigena: & diligetis eũ quaſi voſmetipſos: fuiſtis enim & vos aduenæ in terra Aegypti. Ego Dominus Deus veſter. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. Statera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquuſq. ſextarius. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Aegypti. Cuſtodite omnia Præcepta mea & vniuerſa Iudicia, & facite ea. Ego Dominus.

Regulatio hominis, vt bene habeat ſe in communicando alijs hominib.

Coram cano capite. Hic ponitur quartum principale huius capituli, in quo regulatur homo quantum ad conuictum ciuilem, vt bene habeat ſe in communicãdo aliis hominibus. & Primò ponitur regulatio hominis quantum ad ſenes. Habent enim ſenes ratione ætatis quaſi quendam modũ paternitatis ſuper omnes alios homines, & ſicut patribus debetur honor, ita & ſenibus debebitur.

Duplices ſunt ſenes, ſcilicet, ſecundum prudentiam, & ſecundum ætatem: & omnes honorandi ſunt.
Quæſt. XXXII.

SCIENDVM duplices eſſe ſenes, & ita diſtinguuntur: quoniam quidam ſunt ſenes ſecundum ætatẽ, alij autem ſecundum prudentiam. Conſequitur namque prudentia magnitudinem temporis, quæ ſenectuti conuenit. Ideo ſenes prudentes appellamus, iuuenes autẽ raro, iuxta Ariſt. Ethic. lib. 6. Et quia debent ſenes honorari A propter prudentiam, cum reperiatur ſenex non prudens, non videtur ei dandus honor. De iſta differentia ſenum ſecundum ætatem & ſecundum prudentiam habetur Sapien. cap. 4. cũ dicitur: Senectus enim venerabilis eſt non diuturna, neque annorum numero computata: cani aũt ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Vnde illi qui magnis vixerunt temporibus, ſi in prudentia non ſuperarint alios, ſed magis defecerint ab eis, nõ vocabantur ſenes, ſed pueri: & conſequenter non erunt honorandi: quia non eſt in eis ſenectus, cui debetur honor. De hoc habetur Iſaiæ cap. 65. cum dicitur: Non erit ibi amplius infans dierum, & ſenex qui non impleat dies ſuos: quoniam puer centum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit. Vocauit ergo hic eum qui ſenex eſt puerum, quia prudentiam non habebat. Di- B cendum adhuc, quòd quamquam ſeni debeatur honor propter ſapientiam: tamen ſi non ſit prudens ſecundum ſuam ætatem, dum tamen non ſit ſtultus & vilis, adhuc debet dari illi aliquis honor, idq. ſolum propter rationẽ ætatis, vt hoc patet per Ariſtot. Ethic. lib. 9. vbi ponit de diuerſis ſtatibus, quibus debetur honor, & diſtinguit ibi honorem, qui debetur ſapientibus, ab honore qui debetur ſenibus. Si tamen ſenes non honorarentur ſolum propter ætatem, idem eſſet honor qui exhiberetur ſeni & ſapienti. quod eſt falſum.

Item dicit ibidem Ariſtotel. quòd omni ſeni debetur honor ſecundũ ætatem, ergo videtur quod non ſit aliquis ſenex excludendus, quamquam nõ habeat magnam prudentiam, cum in eo ſit ætas prouecta. De hoc in 9. Ethic. in cap. 2. cum dicitur: Et honorem autem quemadmodũ C Diis: non omnem autem parentibus, nec eundem patri & matri, nec rurſus eum qui ſapientis, vel eum qui ducis exercitus, ſed paternum: ſimiliter autem & maternum: ſed & omni ſeni honorem eum, qui ſecundum ætatem. Patet igitur, quòd quicumque ſenes honorandi ſint aliqualiter, quia ſenes ſunt: qui tamen magis ſunt excellentes prudentia, & aliis perfectionibus, magis honorandi ſunt, qui verò minus excellentes, minus honorandi. *Coram cano capite conſurge*. id eſt, quandocumque videris ſenem, ſurgas coram eo faciendo ei reuerentiam, quia iſte eſt honor illi debitus. Sic ponit Ariſtot. Ethicor. lib. 9. cap. 2. & omni ſeni honorem eum qui ſecundum ætatem aſſurrectione, & inclinatione, & talibus; & ſicut dicit hic Scriptura, debere nos ſurgere coram cano capite, id eſt, coram ſenibus qui cani ſunt. Ita etiam intelligendum eſt, D quòd debemus coram illis inclinari, humiliando caput, & faciendo alias cæremonias honoris, quæcumque conueniant ſecundum tempus, & terram, in quibus honor exhibetur: nam Scriptura non poteſt tangere omnes particulares circumſtantias, ſed poſitis quibuſdam principiis ex prudentia hominum cetera intelligentur. *Et honora perſonam ſenis*. Iſta eſt replicatio ſuperioris dicti: nã idem eſt honorare perſonam ſenis, quod ſurgere coram cano capite, vel inclinari coram illo: Scriptura tamen facit repetitionem multoties eiuſdem ſententiæ, ſicut fit in carminibus, & hoc ſeruatur multum in Prophetis. Nam ſi eſſet aliquid alterum intelligendum per iſtum honorem, quàm per aſſurrectionem, vel inclinationem, intelligeretur omnis honor ſimpliciter, ſcilicet, quòd quicũque honor deberet tribui ſenibus: falſum tamen id eſt, quia nul- E li debet tribui omnis honor, ſed cuilibet ſtatui, cui debetur aliqua reuerentia, eſt determinatus certus modus honoris, id eſt, aliquid in quo cognoſcamus nos eſſe minores eo, quem honoramus. Vnde patribus tenemur ad honorem, non ſolum ad honorandum eos in verbo, & obediendo mandatis illorum, ſed etiam in operis executione, prouidendo eis in neceſſitate, & miniſtrando eis alimenta: & in hoc debemus eis prouidere abundantius quàm nobis ipſis. ſic ait Ariſtot. Ethic. cap. 2. ſcilicet, videbitur autem vtique nutrimento quidem parentibus oportere maximè ſufficere vt debentes, & cauſis eſſendi melius quàm ſibiipſis in hoc ſufficere. Deinde ponit quod Chriſtus ponit, ſcilicet, quòd ſunt alij honores exhibendi parentibus, ſcilicet, in reuerentia & famulatu, inquiens, & honorem autem quemadmodum Deos. Hoc etiam ſignificauit Chriſtus Marci cap. 7. vbi increpat Phariſæos diſtrahentes Iu-

Parentes quo debemus honorare.

tes Iudæos ab honore parentum,dicẽtes quòd ſufficit patrem & matrem in verbo honorare, etiam ſi nihil eis daretur,ſed quòd iſta magis deberent dari Sanctuario; cum inquit: Moyſes enim dixit: Honora patrem tuum, & matrẽ tuam: vos autem dicitis, ſi dixerit homo patri aut matri corbam, quod eſt donum quodcunque ex me tibi proderit, & vltra nō dimittitis eum quicquam facere patri ſuo,aut matri,reſcindentes verbum Dei per traditionẽ veſtram. Sic autem eſt de aliis ſtatibus, quibus debetur honor, quoniam cuilibet eorũ determinatus honor dandus eſt,ſcilicet,alius eſt dandus duci exercitus, vt ei obediatur imperanti,alius eſt dandus ſapienti, vt ei credatur dicenti,& pro ſapientia honoretur, & alius eſt honor debitus patri & matri, & iſti ſic differunt, vt honor qui tribuitur vni,non tribuatur alteri. Sic ait Ariſt. Ethic.lib.9. ſcilicet,non omnem autem honorẽ parentibus, nec enim eundem patri & matri; nec rurſus ei qui ſapientis,nec eũ qui ducis exercitus: ſed paternum ſimiliter autem & maternum. Poſt hoc autem concludit Ariſt. ibidem, quòd ſenibus propter ætatẽ debeatur quidam alius ſpecialius honor, qui differt à præcedentibus, & determinat quòd iſte ſit in ſurgendo coram eis,& inclinando ſe coram illis, & conſimilibus reuerentiæ cæremoniis, cum ait: Sed & omni ſeni honorem eum, qui ſecundum ætatem aſſurrectione, & inclinatione, & talibus. Videtur ergo, quod honor non intelligatur ſimpliciter in ſene, quòd ei pro ſenectute exhibendus ſit: ſed ſolum quantum ad reuerentiam aſſurrectionis & ſimilium: & hoc tãgebatur in prima propoſitione cum dictum fuit: Coram cano capite conſurge: ergo in ſecunda eadem ſententia replicabatur nullo addito. *Et time Dominum Deum tuum.* Hoc poteſt poni tanquam præceptum diſtinctum à ſuperiori,ſcilicet, quòd honoremus ſenes,& quod timeamus Deum: quoniam vtrumque debitum eſt,ſcilicet,Deo propter potentiam, ſenibus verò propter ætatem. Alio modo poteſt intelligi, quòd ponatur iſtud tanquam redditiuum cauſæ ſuperioris dicti,vel limitatiuum eius: & eſt ſenſus: Honora perſonam conſurgendo coram cano capite, & hoc fac propter timorem Dei tui: nam quamquam non timeas ſenes tanquam non potentes tibi malum infligere, & propter hoc non honorares eos, ſed potius deprimeres,tamen propter timorem Dei tui honora illos. *Ego ſum Dominus.* ſcilicet,debes me timere, quia ſum Dominus tuus,potens tibi infligere mala,quanquam ſenes non inferant; ideo propter timorem meum illos honora. *Si habitauerit aduena.* Hic ponitur alterum præceptum de conuictu in humanitate,quę redditur ad extraneos,quoniam alienigenæ in terra aliena ſunt amaro animo, non habentes conſolatorem; ideo nullus debet eis ſuper afflictionem ſuam aliam addere afflictionem. *Si habitauerit aduena in terra veſtra.* Non intelligitur hoc de aduenis Gentilibus venientibus ad habitandum in terram Iudæorum, ſicut nunc homines diuerſarum terrarum ad alias tranſeunt terrarum ſedes. Iudæis enim non erat licitum recipere inter ſe aliquos de Gentilibus ad habitandum: quoniam forte peruerti potuiſſent per eos ad cęremonias Deorum falſorum: & hoc fuiſſet Iudæis in ruinam. Vnde omnes contractus inter Iudæos, & Gentes vetiti erant. Sic habetur Exodi 34.cap. cum dicitur: Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum,ne cum fornicati fuerint cũ Diis ſuis, & adorauerint ſimulachra eorum, vocet tẽ quiſpiam vt comedas de immolatis. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne poſtquã ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in Deos ſuos. De hoc Deuter.7. cap. Vnde iubebat Deus, vt excluderentur iſti de terra,ad quã Iudęi intraturi erãt, alioquin ſemper aduerſarentur Iudæis,vt habetur Num. 33.cap. cum dicitur: Sin autem nolueritis interficere habitatores terrę qui remanſerint,erunt vobis quaſi claui in oculis, & lanceæ in lateribus; & aduerſabuntur vobis in terra habitationis veſtræ: & quidquid illis cogitaueram facere, vobis faciã. Nec valet ſi obiicias,ꝙ aliqui de filiis Iſrael non excluſerunt Gẽtiles de terra ſua: ſed permiſerunt illos habitare inter ſe,faciẽtes eos ſibi tributarios, vt patet de filiis Effraim relinquẽtibus in terra ſua Chananæos tributarios, vt habetur Ioſue 16.cap.& de filiis Ma-

Præceptū de conuictu in humanitate, q̄ redditur ad extraneos

F naſſe relinquentibus etiam inter ſe Chananeos ſub conditione tributi,vt habetur Ioſue 17.cap. Nam iſti vituperantur propterea quod hoc fecerunt, vt habetur Iudicum 2.cap. cum dicitur: Pollicitus ſum, vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum in ſempiternum: ita dumtaxat, vt non feriretis fędus cum habitatoribus terræ huius,ſed aras eorum ſubuerteretis: & noluiſtis audire vocem meam:cur hæc feciſtis? Quam ob rem nolui eos delere à facie veſtra, vt habeatis hoſtes, & Dij eorũ ſint vobis in ruinam. Neque tamen penitus eſt putandum,quòd Deus vetaret conuerſationem Iudæorum cum omnibus Gentilibus: ſed vetat cum Chananæis habitatoribus terræ,cum aliis autem poterant aliqualiter conuerſari, dum tamen vitarent mutua connubia; & cibos Gentilium, qui erant conſecrati Idolis, vt colligitur Exodi 34. cap. & ta-
G men iſta littera de aduenis Gentilium conuerſis ad Iudaiſmum intelligitur, quia permittebantur conuerti,imò incitabant Iudæi illos, vt conuerterentur, ſicut Chriſtus dixit Phariſæis & Scribis Matth.23. Circuitis mare & aridam, vt faciatis proſelitum vnum, id eſt, conuertatis vnum de Gentilitate ad Iudaiſmum. De omnibus enim Gentibus recipiebant cõuerſos,exceptis Chananæis: quia nullo pacto debebant iſtos permittere viuere,ſed occidere in ore gladij, Num.33.& Deuter.20. & cum hoc benignè agendum erat. Intelligẽda eſt ergo iſta littera de aduenis Gentilium,qui veniebant de Gentilitate ad Iudaiſmum, vt conuerſarentur in cæremoniis Iudaicæ legis. De his enim monet,quòd nõ exprobretur eis, in quo eſt propriè charitas: nam quòd aliquis miſericorditer ſe habeat ad propinquos in cognatione, & ad amicos ſuos,ex incli-
H natione naturali prouenit: vnde etiam Gentiles hoc obſeruant, vnde paruum in hoc meritum eſt: ſed propria dilectio eſt ad eos, qui à nobis ſũt ſeparati,vel potius contrarij,ſicut inimici noſtri. In dilectione enim horum perfecta conſiſtit charitas; & ideo hoc iuſſit Chriſtus Matth. cap.5.dicens: Diligite inimicos veſtros, benefacite his,qui oderunt vos:& orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri,qui in cælis eſt qui Solem ſuum: oriri facit ſuper bonos,& malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos,qui vos diligunt,quã mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tãtum, quid amplius facitis? nõne & Ethnici hoc faciunt? Hic autem non iubetur amor ad inimicos, ſed ſolum ad aduenas: nam diligere inimicos perfectionis magnæ eſt. Lex aũt vetus non
I erat lex perfectorum, ſed inſipientium: ſic enim ait Apoſtolus ad Hebræos 7. cap. Nihil enim ad perfectum deduxit lex, ſcilicet, lex Moſayca, quæ vocatur lex, vt diſtinguitur contra Euangelium quod non dicitur lex, ſed gratia & veritas,vt habetur Ioan. cap.1. ſcilicet: Lex per Moyſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt. *Et moratus fuerit inter vos.* Eadem ſentẽtia eſt quæ ſuperior, ſcilicet:ſi habitauerit aduena in terra veſtra. Vel poſſunt referri ad diuerſa, ſcilicet, quòd dicatur aduena habitare in terra Iudæorum, ex eo, quod accipit domicilium in terra illa: & dicatur habitare inter Iudæos, quia communicat cum eis in collocutione, & aliis contractibus. Nam ſi ſolum aliquis haberet primum,ſcilicet,quòd habitaret in terra Iudæorum, & nõ colloqueretur eis,nec haberet alios contractus ad illos, nõ eſſet locus exprobra-
K tionis,quæ eſt in collocutione. *Non exprobretis ei.* Solent enim illi qui ſunt indigenę alicuius terrę exprobrare alienigenis, quòd ſint de terra miſera, vel de vili genere; & ſic de aliis conditionibus,per quod affligunt aduenas. Iudæi autem maximè potuiſſent aduenis de Gentilitate improperare, quòd eſſent de gente vili à Deo abiecta, & ꝙ eſſent incircumciſi: hoc enim magnum vituperium erat apud Iudæos, vt habetur 1.Regum 14. cap. vbi dicit Ionathas ad armigerum ſuum, Veni tranſeamus ad ſtationem incircumciſorum horum: nihil enim habebat quod magis poſſet illis improperare. Sic etiam patet 1.Regum 17.cap. cum dixit Dauid de Goliath Philiſthæo, erit igitur & Philiſthæus hic incircumciſus, quaſi vnus ex eis. Sic autem nunc Chriſtiani vice verſa pro magno improperio ducunt, quòd aliquis circumciſus ſit, & ſic exprobrant conuerſis ad Chriſtum,quanquam hoc malũ valde eſt;

Diligere inimicos eſt magnæ perfectionis.

Nõ ſunt impropera-

rio aſſiciendi & uerſi ad Chriſtū.

eſt: quoniam eos quos in fide confirmare deberent, his dictis infirmant. Eccleſia autem non abhorret eos, nec dicit eſſe contemnēdos; nec excludit ab eccleſiaſticis beneficiis, vt patet extra, de Reſcript. cap. cam te, cum dicitur, quòd pro eo, quòd Iudæus extiterit, eum indignari nō debes. Fiebat autem econtrario in Eccleſia primitiua: nam conuerſi ex Iudæis contemnebant eos, qui de Gentilitate conuertebantur, & tumultuabantur contra Petrū, quia prædicaſſet Gentilibus, & veniſſet ſuper eos Spiritus ſanctus, vt patet Actuum 10. cap. cum dicitur: Et obſtupuerunt ex circumciſione fideles, qui venerāt cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc reſpondit Petrus: Nunquid aquam, quis prohibere poteſt vt non baptizentur hi, qui Spiritumſanctum acceperunt ſicut & nos? Cauſa huius contemptus B erat, quia Chriſtus de Iudæis natus eſt ſecūdum carnem, & ad oues quæ perierant de domo Iſrael ſe veniſſe dicebat: Gentiles autem ab hoc alieni erant. Sed poſtea conuerſa multitudine Gentilium, & manente Iſrael in ſua cæcitate, vt ait Apoſt. ad Rom. 11. cap. Gentiles incęperunt dominari fidei Chriſtianorum, Iudęis autē qui pauci erant, quādo conuertebātur, improperabant, & ſe mutuo irritabant verbis, contendentes in alterutrum de prælatione. Hanc mutuam diſſenſionem tollit Apoſt. ad Romanos, per totam epiſtolam vtroſque increpās, & omnes peccaſſe demonſtrans. *Sed ſit inter vos quaſi indigena.* id eſt, ſit tanquam naturalis de terra veſtra, ſ. non inferatis ei aliquam offenſionem, ſed habeatis vos ad eum ſicut ad illos, qui in terra veſtra nati ſunt: dicitur enim indigena quaſi inde genitus, ſ. qui in terra illa genitus eſt in qua ha C bitat. Deus enim valde vetat fieri offenſiones aduenis, quia ipſi non habent conſolatorem: & Iudæi erant duri corde contra aduenas. Etiam ſi Iudæi aduenas contriſtaſſent, rariſſimi de Gentilitate ad Iudaiſmum cōuerſi fuiſſent, & hoc erat peccatum graue, ſ. quòd hoc facto retrahebantur homines à cultu Dei: nullum enim videtur eſſe maius peccatum. Sic patet 1. Reg. cap. 2. cum dicitur de filiis Heli peruertentibus cæremonias ſacrificij: Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à ſacrificio Domini. ideo comminatur pœnas eis, qui aduerſantur aduenis, vt habetur Exodi 22. cap. cum dicitur: Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti. & paulo poſt ſubditur: Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum. *Et dili-* D *getis eum quaſi voſmetipſos.* Conſiſtit enim dilectio in duobus, ſ. in non faciendo malum, & faciendo bonum; Primum innuitur cum dicitur: non exprobretis ei? ſecundū cum dicitur hic: & diligetis eum quaſi voſmetipſos. Et hoc ſuadet Deus Hebræis per Moyſen Deuter. cap. 10. ſ. ſicut ipſe diligit aduenas, ita & Iudæi diligant, cū dicitur: Facit iudicium pupillo, & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum; & vos ergo amate peregrinos, quia ipſi fuiſtis aduenæ in terra Aegypti. & immediatè ſubditur incentiuum, per quod Iudęi debebant aduenas & peregrinos diligere, ſ. quia ipſi fuerant aduenæ & peregrini. Cum autem dicitur, ꝙ Iudæi diligere deberent ſicut ſeipſos aduenas ſuos, ly, ſicut, non dicit ęqualitatem: quoniam nemo tenetur alterum diligere æqualiter ſibi, præter Deum, quē magis diligere debet, quā ſeipſum E præcipuè, quoniam etſi talis lex eſſet, tamen Iudæis non dabatur, quia hoc ad perfectionē dilectionis pertinebat: ſed Iudæorum ſtatus erat imperfectus, ergo non dabatur eis talis lex. Eſt ergo ſenſus quòd ly, ſicut, dicat aliquam ſimilitudinem, ſed non æqualitatem, nec perfectam ſimilitudinē; ponitur tamen aliqualis ſimilitudo; quia quandocumque aliquis alterum diligit, etiam ſi eum modicū diligat, diligit ſicut ſeipſum, quia nemo alterum diligere dicitur, niſi faciat ei aliqua opera talia, qualia ſibiipſi facit, etiam ſi non ſint multa. de hoc Ariſtot. Ethic. lib. 9. Amicabilia quæ ad alterum prouenerūt ex amicabilibus q̃ ad ſeipſum. Conuenienter igitur ponitur in omni mandato dilectionis, ꝙ diligat aliquis alterum ſicut ſe. *Fuiſtis enim & vos aduenæ in terra Aegypti.* Iſta eſt ratio quare Iudæi non deberent eſſe infeſti aduenis, ſ. ſi aduenæ ſper-

Dilectio in duobus conſiſtit.

A nendi ſunt, quia aduenę ſunt; vos quoque ſpernendi eſtis, quia in Aegypto aduenæ extitiſtis. Vel alio modo aduenę fuiſtis in terra Ægypti, i. quia vos pertuliſtis miſeriam quam perferunt aduenæ, cum eſſetis in Aegypto, ideo debetis miſereri eis, qui nunc aduenæ ſunt. Naturaliter enim condolet homo aliis quos pati videt ea, quæ ipſe aliquando paſſus eſt: & ſic de Chriſto fieri debuit, vt ipſe in carne ſua omnes defectus noſtros aſſumeret, vt nobis ſciret compati, qui talia patiebamur, & vt tentaretur, vt aliis tentatis præſtaret ſuffragium. Sic ait Apoſtolus ad Hebr. 2. cap. ſ. Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari, vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi: in eo enim, in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari. *Ego Dominus Deus veſter.* ſ. qui iubeo, vt non affligatis B aduenas, & ſic diligatis eos, ſicut vos, propter me, qui ſum Dominus Deus veſter. *Nolite facere iniquum aliquid in iudicio.* Hic ponitur regulatio ad communicationem ciuilitatis quantum ad omnes: & hoc eſt quantum ad iuſtitiam. Debet enim omnibus communicantibus ineſſe iuſtitia in communicatione politica, alioquin nulla politia permaneret, immo nec aliqua ſocietas humana, nec ipſa communicatio œconomica & naturalis, quæ in viro & vxore eſt. Singulæ enim harum communicationum iuſta quædam habent, quibus ſublatis, illas permanere impoſſibile eſt, ſicut declarat Ariſtot. in 8. & 9. Ethicor.

Non poteſt ſtare aliqua communicatio, ſiue bonorum, ſiue malorum, ſine iuſtitia, & de partibus eius.
Quæſt. XXXIII.

C

ET ſicut in communicationibus quibuſcumque bonorum, & rectè ordinatis hoc tenet, ita & in cōicationibus malorum: nulla namque pax aut cōcordia malis manebit, niſi quādam inter ſe iuſtitię æqualitatem poſuerint. Vnde ipſi fures qui in furando participant, niſi inter ſe iuxta quandam diſtributionē res furto ablatas diuiſerint, in ſocietate manere nequibūt. Vñ ipſa Regna & Politiæ ablata iuſtitia nihil ſunt, niſi quædā publica latrocinia, vt ait Auguſt. de Ciuit. Dei, lib. 4. cap. 4. Conſiſtit autem iuſtitia in quādam æqualitate ſecundum Ariſtot. Ethic. lib. 5. Iſta autem eſt duplex: quædam eſt in diſtributione, alia in commutatione. Vnde duæ ſpecies particularis iuſtitiæ aſſignantur, ſ. Commutatiua, & Diſtributiua. De his autem tangitur hic; Dicere tamen de vtraq; D particularum harum per ſingula, maioris negocij eſt. De hoc aliqualiter dictū eſt Deuter. 24. cap. De Diſtributiua tangitur hic, inquantum dicitur: Nolite facere iniquum aliquid in iudicio; quoniam poteſt eſſe in iudicio aliquando diſtributio penarum, vel præmiorum: & hoc pertinet ad iuſtitiam diſtributiuam; aliquando autem in iudicio commutatiua iuſtitia eſt, ſecūdum diuerſas operationes. Dicitur autem non debere fieri aliquid iniquum in iudicio, i. non eſt ſententia iniuſtè proferenda, & pertinet directè ad Iudices: quanquam etiam poſſit intelligi de teſtibus, qui nō debent in iudicio falſa deponere, quoniam hoc modo tollerent iura partium, ſicut Iudices inique ſententiantes. *In regula.* Hic ponitur aliud in quo obſeruatur iuſtum, ſ. in regula: quoniam iuſtitia ſecūdum Ariſtot. æqualitas & menſura eſt: & litigantes ad iudicem E veniunt, tanquam ad regulam, cuique diuidentem quod ſuum eſt, & æquantem illos, vt patet in 5. Ethic. tota autem iuſtitia erit, quādo regula permanet vera regula. Iſta aliquando eſt extra hominem, & aliquando in homine. Eſt autem in homine regula ſicut in Iudice; qui eſt diſtributor iuſti litigantibus: exterius autem regula eſt, ſicut in ponderibus, & menſuris, & ſtateris, quoniam hæc diſtribuunt cuique quantum accipere debet, & determinant quantitates rerum. Primò autem iuſſit Deus non mutari regulam quæ eſt inter hominem, in hoc quòd dixit, quòd nihil iniquum in iudicio agerent. Deinde ponit de regulis quæ ſunt exterius, & primo ponit de regula, quæ dicitur eſſe virgula menſuratiua pannorum, debet enim eſſe æqua apud omnes communicantes in idem. *In pondere.* Pondera vocantur ipſæ magnitudines, quibus determinamus alias, ſicut dicimus libras, & alia maiora pondera,

Iuſtū in regula obſeruatū.

ra,vel minora: quoniam iſta debent eſſe eadem apud oẽs F qui eadem tractant negocia. Et per pondera non ſolum intelliguntur quantitates illæ,quæ apponuntur ad determinandum molem aliarum magnitudinum,ſed etiam id in quo iſta librantur vel trahuntur,ſ.vbi ponitur pondus, & res quæ ponderatur,quia in vtroque fraus eſt, ſi nõ reducantur ad determinatam magnitudinem. *In menſura.* Generaliter omnia iſta,per quæ determinantur quantitates rerum continuarum, dicuntur mẽſuræ: ſed ſpecialius ponitur nomen menſuræ ad ſignificandum ſolum ea vaſa,quibus res liquidas coæquamus,vel res ſolidas ſi minutæ ſint,vt menſuræ ſeminum,quæ non accipiuntur in pondere,ſed magis in vaſis menſuratiuis.

De habitudine omnium menſurarum rerum ſiue liquidarum, ſiue aridarum, ſiue permanentium, ſiue non permanen- G *tium: Et quare Deus non iuſſerit decipiendum eſſe nullum in numero,ſicut iuſſit in pondere & menſura. Q.XXXIV.*

CIRCA quod conſiderandum eſt, quòd menſurare & menſurari quantitati proprium eſt: ſic enim eam quidam diffiniunt dicentes,quantitatem eſſe ens quo aliquid eſt menſurabile vel menſurans; quantitas aũt menſurandarum rerum alia eſt continua,alia diſcreta. Quantitatum diſcretarum menſura determinatiua eſt ipſe numerus; de hoc non ponitur hic præceptum ſicut de regulis, menſuris, & ponderibus; cuius cauſa eſt: quia Deus dat legem habendam eſſe rectitudinem menſurarum in illis menſuris,quę malitia humana permutari poſſunt,ſicut eſt de regula, pondere, & menſura,quæ maioritatem & minoritatem recipere queunt. In numero autem non H eſt ſic, quia numerus eſt conſtitutus ſecundum naturam, & permanet immutabilis ſicut natura ipſa, & nunquam fit maior nec minor: menſuræ autem ſæpè mutantur, & pondera, atque regulæ: quia iſta in voluntate humana cõſiſtunt,quæ mutabilis eſt, potiſſimè, quoniam iſta conſiſtunt in quantitate continua, cui addi poteſt & ſubtrahi: numero autem non poteſt addi & ſubtrahi, quia conſiſtit in indiuiſibili: vnde ſi aliquid addatur vel ſubtrahatur, iam non manet eadem ſpecies numeri, ideo non oportuit poni legem de menſura, quæ eſt numerus. Si autem ſit menſura rerum continuarum, aut illæ res menſurabiles ſunt liquidæ,aut aridæ. Si ſunt liquidæ,recipiunt determinationem per quaſdam quantitates quæ vocantur menſuræ,ſicut patet de aqua,oleo,& vino: quãquam iſtæ res aliquando poſſint pertinere ad alteram determi- I nationem menſuratiuam, quæ vocatur pondus; ſed neceſſarium eſt,vt Primò pertineant ad mẽſuram. Si autem ſint res aridæ,aut ſunt minutę,aut magnæ: ſi minutę ſint, recipiunt determinationem per mẽſurã, quæ eſt vas continuum,& determinatiuum. Si autem ſint res magnæ, aut menſurantur ſecundum longitudinem,& latitudinẽ, aut ſecundum magnitudinem molis. Si autem conſiderẽtur ſecundum longitudinem,vel latitudinem, eſt menſura quædam,quæ vocatur regula. Si autem conſiderentur ſecundum magnitudinem molis, eſt in eis quædam menſura, quæ vocatur pondus: & iſti ſunt omnes modi menſurandi ſiue determinandi quantitates. *Statera iuſta & æqua ſint pondera.* Hic in ſpeciali ponitur quod dictum fuerat in generali, ſcilicet,quòd ſtateræ ſint iuſtæ, & põdera iuſta: ſtateræ enim ad pondera pertinent, & poſſunt K iſta duo accipi pro eodem, ſed magis conueniens eſt, vt accipiantur pro diuerſis.ſ.quòd ſtatera dicatur eſſe ipſum in quo appenduntur res ponderatæ,& pondera: & vocatur ſtatera à ſtando, quia tunc res conuenienter ponderatæ ſunt,quando ſtat id in quo appenduntur.ſ. non declinans magis ad vnam partem quam ad alteram: cum aũt ſtatera non ſtat,iam res conuenienter ponderatæ nõ ſunt, quia non poteſt ſic determinari de re quanta ſit; pondera autem vocãtur ea,quæ apponuntur in ſtatera: vtrumque autem in his debet eſſe æquale, quoniam ſiue pondera iniqua ſint,ſiue ſtatera inconueniens, ſcilicet, ꝙ ad vnam partem magis inclinatur,quàm ad alteram, iniuſtè ponderabitur. *Iuſtus modius, æquuſq. ſextarius.* Hic ponuntur duæ menſuræ in ſpeciali,quæ ſunt vaſa contentiua,& determinatiua quantitatum; quorum vnum pertinet ad res

F liquidas, alterum verò ad res aridas. Sextarius enim ad res liquidas pertinet: quia mẽſura maior in liquidis apud Iudæos vocabatur Hin: iſta autem diuiditur in ſex partes, & quælibet vocatur ſextarius. Eſt autem modius menſura pertinens ad res aridas.ſ.ad ſemina & farinam: & in his ſunt aliæ menſuræ.ſ.Ephi,& Gomor; eſt autem Gomor menſura parua, quæ eſt decima pars Ephi,vt habetur Exodi 16.cap. In omnibus autem his menſuris conſeruari debebat, quòd teneretur æqualitas quæ à principio inſtituta fuerat. *Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Aegypti.* Refertur hoc ad leges ſuperiores poſitas in ſpeciali,ſcilicet,quòd cuſtodiant eas, quoniam ipſe qui dedit eſt Dominus,& potuit ea mandare. Ponitur autem præter hoc aliud incitatiuum ad cuſtodiendas leges, ſcilicet, quòd Deus eduxit Iſraelitas de Aegypto; G & propter hoc beneficium debebant ſibi obedire in cunctis quæ iuberet. *Cuſtodite omnia præcepta mea. & vniuerſa iudicia.* In ſpeciali ſupra admonuerat Deus obſeruari pręcepta ſua,hic in generali iubet. Et dicitur,quòd cuſtodiãt omnia præcepta & vniuerſa iudicia: ſunt enim iudicia leges datæ de regulatione Iudæorum inter ſe, & pertinent ad actus iudiciales, vnde per has diffiniebant Iudices in cauſis: pręcepta autem poſſunt ſignificare duo, ſ.pręcepta moralia, quæ pertinẽt ad Decalogũ, & ad quaſcũque leges naturæ; vel poſsũt ſignificare præcepta ceremonialia: hic tñ accipiẽdum eſt pro vtroque ſimul,quia Deus iubet obſeruari omnia præcepta, quæ habentur in hoc capite. Sed hic non ſolum habentur ceremonialia, ſed etiã præcepta naturalia mixtim: ergo pro omnibus intelligendum eſt. *Et facite ea.* Ponitur differentia inter facere, H & cuſtodire, quoniam cuſtodire poteſt dupliciter accipi, ſcilicet,cuſtodire,id eſt,cauere ab aliquo,& tunc cuſtodire pertinet ad præcepta negatiua,ſcilicet,quòd fugiamus id quod ipſa vetant: & facere pertinet ad præcepta affirmatiua, in quibus complendum eſt, quod iubetur. Alio modo poteſt accipi cuſtodire,id eſt,tenere in corde,& ſic præcepta iſta debebãt cuſtodiri & fieri.i. teneri in corde, & opere compleri. Volebat enim Deus,vt Iſraelitæ cogitarent in præceptis ſuis, & vt ſemper eorum verteretur intentio ad placendum Deo. Sic patet Deuter.cap.6.cum dicitur: Eruntq; verba hæc,quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filijs tuis: & meditaberis in eis ſedens in domo tua,& ambulans in itinere,dormiens atque conſurgens. *Ego Dominus.* ſcilicet,qui iubeo fieri hæc: ideo cuſtodite illa ſemper.

Præcepta duo poſſũt ſignificare.

I

CAP. XX.

LOCVTVSQ. *eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Hæc loqueris filijs Iſrael: Homo de filijs Iſrael, & de aduenis, qui habitant in Iſrael, ſi quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur: populus terræ lapidabit eum. Et ego ponam faciem meam contra illum: ſuccidamq. eum de medio populi ſui,eo quòd dederit de ſemine ſuo Moloch, & contaminauerit Sanctuarium meum, ac polluerit nomen ſanctum meum. Quod ſi negligens populus terræ, & quaſi paruipendens imperium meum, dimiſerit hominem qui dedit de ſemine ſuo Moloch, nec voluerit eum occidere: ponam faciem meam ſuper hominem illum, & ſuper cognationem eius,ſuccidamq. &* K *ipſum,& omnes qui conſenſerunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi ſui. Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam,& interficiam illam de medio populi ſui. Sanctificamini,& eſtote ſancti,quia ego ſum Dominus Deus veſter. Cuſtodite præcepta mea, & facite ea: Ego Dominus,qui ſanctifico vos. Qui maledixerit patri ſuo, aut matri, morte moriatur: patri matriq. qui maledixerit,ſanguis eius ſit ſuper eũ. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur & mœchus & adultera. Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui,morte moriantur ambo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Si quis dormierit cum nuru ſua,vterque moriatur, quia ſcelus operati ſunt: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Qui dormierit cum maſculo coitu feminco, vterque operatus*

23.q.4.c. mali. §. ex his.q. 5.c. vers. §. ſed obijcitur.

Crimina morte pleƈtenda.

Nu. 15. Ioſue 3. 1.Re.16. Exod.21. Prou.20. 86.diſt. ceterum. 27.q.2.c. omne.§. ſi quis ſponſam.et c. qui deſponſatã. & c.inſtitutum. in fine.

rarius eſt nefas, morte moriantur; ſit ſanguis eorum ſuper eos. Qui ſupra vxorem filiam, duxerit matrem eius, ſcelus operatus eſt: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio veſtri. Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficietur cum eo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Qui acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui, vel filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinem eius, illaq. conſpexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati ſunt: occidentur in conſpectu populi ſui, eo quòd turpitudinem ſuam mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatem ſuam. Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinem eius; ipſaq. aperuerit fontem ſanguinis ſui, interficientur ambo de medio populi ſui. Turpitudinem materteræ, & amitæ tuæ non diſcooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis ſuæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem ſuam. Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi ſui, & reuelauerit ignominiam cognationis ſuæ, portabunt ambo peccatum ſuum: abſque liberis morientur. Qui duxerit vxorem fratris ſui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris ſui reuelauit: abſque liberis erunt.

Deut. 22. Supra 9. diſt. 15. q. 1. c. mulier. 23. quæſt. 5. c. reos. 35. q. 6. c. videtur.

LOCVTVSQ. in ſuperioribus Legiſlator poſuerat præcepta ordinantia vitam humanam abſque determinatione pœnæ: hic ſubiungit eadem, addens quædam alia cum pęnæ determinatione; & quia Sacra Scriptura prolixitatem fugit, quæ maximè eſſet ſi ſæpè repeterentur eadem, non ponit hic omnia quæ ſupra poſita ſunt, ſed quædam, & plura alia addit: in omnibus pœnam iniungens.

Quare ſit hic repetitio cum adiectione pœnarum. Quæſt. I.

EST autem ratio huius replicationis, quoniam intentio Legiſlatoris eſt, facere ciues bonos, & obauditores legum, iuxta Ariſtot. 1. Ethic. & in hoc leges dirigunt regulando actus noſtros; homines tamen dupliciter in bonum mouentur: quidam enim abſolutè mouentur in ipſum propter pulchritudinem eius, & iſti ſunt, qui habent generoſos, & liberos animos; his autem non oportet ponere legem, quoniam lex non eſt poſita iuſto, ſed peccatori, vt patet infra ad Thim. cap. 1. & ſi aliqua lex ponatur iuſtis, tamen non oportet quòd ponatur cum pœnæ adiectione. Alij autem ſunt, qui ad bonum non mouentur propter ſeipſum, quia pulchrum & bonū eſt, ſed propter timorem pœnæ reducētis ad illud; ideo propter hos D propriè leges poſitæ ſunt, & cum pęnarum adiectionibus validatæ, & quoniam bonum ſecundum ſe appetere, melius eſt, quam ſecundū pęnæ directionem; Primò poſuit leges de bono & malo, nulla addita pęna; Secundò, hic ſubiunxit pęnā: vnde hic fiunt tria. Primò, ponitur præceptorum iſtorum determinatio; Secundò, determinationis ratio; Tertiò, adiungitur intenta Concluſio. Secunda ibi: *Cuſtodite leges meas*. Tertia ibi: *Vir ſiue mulier*, Prima in tres: quia Primò ponitur directio circa partem rationalem; Secundò, circa partem iraſcibilem; Tertiò, circa concupiſcibilem; Secunda ibi: *Qui maledixerit patri ſuo*. Tertia ibi: *Si mœchatus fuerit*. Circa primum dicitur ibi. *Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen*. Circa omnia iſta generale eſt, quòd Dominus loqueretur Moyſi: nihil namque eorum fieri poterat niſi loquente Dño ad Moy- E ſen: quia leges iſtæ dabantur à Deo, & Deus non loquebatur populo pro ſe, ſed loquebatur Moyſi, & ille referebat Dei verba ad populum: quia ipſe erat ſequeſter & medius inter Deum & populum, vt habetur Deuter. c. 5. Iſtæ autē additiones, ſ. locutus eſt Dominus ad Moyſen, & ſimiles, quæ ponuntur, à Moyſe ſcriptæ ſunt, vbi videbat eſſe capita orationis, ſ. quòd cum de diuerſis materiis ageretur, non ponerentur omnia ſub eodem contextu. An autem iſta locutio fuerit in eadem vice, in qua Deus locutus fuit ſibi ea, quæ habita ſunt præcedenti cap. nihil differt: cū conſtat ex his quæ dicta ſunt ſupra 16. cap. fuiſſe ſimul dicta omnia quæ in hoc libro continentur. *Hæc loqueris filijs Iſrael*. Non ſolum Moyſes fuit locutus Iſraelitis ea, quæ continentur in hoc capite, ſed etiam omnibus qui aſcenderant cum eis ex Ægypto: multi nāque Ægy-

A ptij cū Hebræis receſſerant ex Aegypto, vt habetur Exodi cap. 12. cum dicitur: Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis. Iſti autem adhuc manebant cum Iſraelitis, quia poſt hoc fit mentio de eis, quòd commouerunt Iſraelitas ad peccandum deſiderādo carnes in ſepulchris concupiſcentiæ, ſicut habetur Num. 11. cap. cū dicitur: Vulgus quippe promiſcuum quod aſcenderat cū eis, flagrauit deſiderio carnium ſedens & flens, iunctis ſibi pariter filiis Iſrael. Et etiam ex littera patet, quòd iſtis Deus mandauerit Moyſen loqui, cum dicitur infra: Homo de filiis Iſrael, & de aduenis, qui habitant in Iſrael. aduenæ autem ſunt ipſi Aegyptij, qui cum Iſraelitis ad habitandum venerant; fit tamen mentio de filiis Iſrael: quia nomine eorum intelliguntur etiam aduenę, vel quia ſunt digniores. *Homo de filijs Iſrael*. Ponitur hic qui ſint B qui obligabantur per iſtam legem; lex enim obligat omnes illos quibus datur, & qui eam recipiunt: fuerunt autem principales filij Iſrael in recipiendo hāc legem: quia Deus dilexit iſtam gentem, & voluit ei dare legem, & nulli alteri genti, vt habetur in Pſal. 137. ſcilicet, Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Ideo iſtos nominauit Deus principaliter tāquam ſuſceptores legis, alios autem per accidens. *Et de aduenis qui habitant in Iſrael*. id eſt, iſta lex etiam eſt directa ad illos, qui veniunt de Gentilitate, vt habitent cum Iſraelitis, & teneant cæremonias eorum: nam non vocantur aduenæ illi, qui veniebant de alia gente ad habitādum ſolum inter Iſraelitas, niſi conuerterentur quoque ad ritus colendi Iudaicos: nam non permittebantur Iſraelitæ habere inter ſe Gentiles, niſi conuerſi fuiſſent ad cultum Dei, vt C declaratum fuit præcedenti cap. Verum idipſum eſt de gentibus Chananæorum in quorum terra Iſrealitæ habitabant, ſed de gentibus aliis non erat ſic prohibitum, niſi quantum ad contractus matrimoniorum, & cibos conſecratos Idolis: licet Iudæi ab omnibus Gentilibus ſe ſubtraherent quantum poterant, quia erant eis in ſcandalum propter Deos ſuos. Iſti autem aduenæ erant obligati ad omnes cæremonias legis, ſicut ipſi qui nati erāt in Iudaiſmo, ſicut habetur Exodi 12. cap. quia ibi dicitur, quòd illi, qui circumciſi fuerint permittantur facere phaſe, aliter non: & in multis huius libri & aliorum legibus in hoc Pētateucho Moyſi exprimitur in ipſis legibus, quòd obligentur filij Iſrael, & aduenæ: quoniam aduenæ circumcidebantur, & cum aliquis circumcidebatur obligabatur ad omnes cæremonias Iudaicæ legis. Sic patet ad Galat. D cap. 5. Ego Paulus teſtificor omni homini circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Sic etiā eſt in lege Euāgelica, quòd cum aliquis baptizatur, obligatur ad omnes cæremonias Noui Teſtamenti. *Si quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch*. Hic ordinatur rationalis pars ſecundum quam in Deum tendimus ad colēdum Deum, cum cultus eius pertineat ſolum ad vim rationalem; & ponuntur duo caſus. Primò, de adorando Deos alienos; Secundò, de conſulendo magos, & ariolos; Secunda ibi; *Anima quæ declinauerit*. Hic ponitur de ſacrificio facto Idolo Moloch; & frequenter de hoc dicitur, vt patet ſupra 18. cap. & hoc fit: quia hoc peccatum erat graue valde, & Iudæi erant multum inclinati ad illud, cū aliæ gentes hoc multum frequentarent. Et etiam quia iſtud Idolum erat principale inter omnia Idola; putabāt E etiam Iudæi & Gentes frequētantes talia ſacrificia, quòd per hoc conſequerentur ea, quæ volebant in hominibus, & diuitiis, & temporali proſperitate. De modo autem huius ſacrificij dictum fuit ſupra cap. 18. plenè, ideo ibi inquiratur. Hic autem ſolum adiungitur pœna taliter offerentium. *De ſemine ſuo idolo Moloch*. Dicebatur aliquis dare de ſemine ſuo dupliciter, ſcilicet, de humore ſeminali ad generationem deriuato, vel de filiis genitis: nam filij alicuius vocantur ſemen eius. Prima tamen eſt propria ſignificatio. de modo vtriuſque in offerendo, dictum eſt ſupra 18. cap. *Morte moriatur*. Hoc additur in iſto cap. ſcilicet, quia ſubiunguntur pœnæ ſupra autem 18. cap. quanquā ponerentur leges, nullæ tamen ſubiungebantur pęnæ. Infligitur autem mors pro iſto peccato. Nec eſt intelligendum quod inferretur à Deo, ſicut aliàs. cum dicitur: Homo qui talia vel talia fecerit, peribit de

Ordinatio rationalis partis ſecundum quam in Deum tendimus ad ipſum colēdum.

Dare aliquem de ſuo ſemine dupliciter dicebatur.

populo ſuo: ſed. per ſententiam Iudicis condemnabatur ad mortem, & populus occidebat eũ, vt patet immediatè paulo poſt: *Populus terræ lapidabit eum*. Hic determinatur genus mortis, ſcilicet, ꝙ lapidaretur: erat enim iſta ſatis grauis pœna, & iubebatur fieri à toto populo, vt omnes vindicarẽt iniuriam Dei ſui, quæ magna erat in eo, qui ſic offerebat: & etiam quia offerens filios ſuos Idolo Moloch totum populum offendebat, quoniam populus conſiſtit in multitudine hominum: qui autem occidit aliquem hominem, non ſolum ei iniuriam infert, cui vitã adimit, ſed etiam toti populo, cui vnum hominẽ aufert, qui erat pars populi, & iſte ſic diminuit populum; & hoc modo illi, qui ſeipſos occidunt, quanquam nõ videantur alicui iniuriam facere, irrogant tamen iniuriam Ciuitati, cui ſeipſos auferunt, qui erant pars politiæ. Vnde leges rectè ordinatæ irrogant pœnas dehonorationis, vt incarẽtiam ſepulchri, vel alias eis qui ſe occiderunt. Sic dicit Ariſt. Ethic. lib. 5. cap. vltimo, ſ. propter quod & Ciuitas damnificatur, & quædam inhonoratio adeſt ſeipſum corrumpenti. Alia autem cauſa eſt: quia Deus volebat, vt Iſraelitæ, qui imperfecti erant, viſis pęnis aliorum, diſtraherentur à malo. Sic habetur Num. 17. c. vbi Deus iubet eos, qui non obedierint Summo Sacerdoti, publicè occidi, vt totus populus audiens, timeat. Sic etiam hẽ Deut. 13. c. ꝙ omnis populus lapidabit illum, qui conatur abſtrahere aliquem à cultu Dei, vt omnes audientes timeant, & nequaquã vltra aliquid tale faciant. *Et ego ponam faciem meam contra illum*, ſcilicet, contra eum, qui dederit de ſemine ſuo Idolo Moloch. Dicitur Deus ponere faciem ſuam contra aliquem, quando totaliter attendit, vt aliquem deleat de terra: ſic enim nos loquimur humano modo, ꝙ vnus homo ponat vultum ſuum contra alterum, quando totaliter inquirit, vt eum occidat; & ſic dicebatur ſupra 17. cap. ꝙ Deus obfirmaret faciem ſuam contra animam, quæ comederet ſanguinem, & diſperderet eam de populo ſuo. *Succidamq; eum de medio populi ſui.* Eadẽ ſententia eſt cum ſuperiori, quanquam illud præcedens eſt antecedens ad hoc: quia prius quam Deus deleret aliquem de populo ſuo, ponebat faciem ſuam contra eum ad delendum illum. Dicitur autem ſuccidere, id eſt, tollere vitam; & loquitur de homine ad modum arboris: cum enim arbori tollitur radix, vel truncus ſcinditur, vitam nullam habere poteſt: ita & ſi homini auferatur vita, dicitur ſuccidi. *De medio populi mei*, id eſt, faciam quòd non ſit in populo meo; nam ille, qui moritur, iam non manet in populo. Dicitur autem de medio populi ſuccidi quicumque in populo eſt, quoniam in medio alicuius rei eſt ſecundum modum Sacræ Scripturæ quodcumque in illa eſt, ſiue in medio ſit, ſiue in extremitatibus. *Eo quòd dederit de ſemine ſuo Moloch*. Replicatur hic cauſa pœnæ inflictæ.

Iudæorum opinio friuola circa expoſitionem textus an teneat. Quæſt. II.

IN hoc loco dicunt aliqui Iudei, ꝙ illi incurrebãt pœnam huius legis, qui dabãt aliquem de filiis ſuis Idolo Moloch. Si autem aliquis daret omnes filios ſuos, non incurrebat hanc pœnam: quia dicitur in littera, qui dederit de ſemine ſuo, & hoc ſignificat partem. Sed hoc ita abſurdum eſt, vt condemnatione vel argumẽtatione in contrarium non egeat: nam quantumcumque aliquis magis peccat, magis puniẽdus eſt: ſed ille qui plures filios offert Dæmonibus, grauius peccat, ergo acrius puniendus eſt. Item, hoc exiſtente, ſi aliqua lex diceret, qui ſemel furatus fuerit occidatur, & aliquis ſi furaretur multoties, non deberet occidi? hoc etenim abſurdiſſimum eſt. Item, hoc modo daretur hominibus occaſio ad magis peccandum: nam ſi ille, qui vnũ de filiis offerebat, lapidabatur, & qui omnes obtuliſſet non patiebatur pœnam, offerre potuiſſẽt homines omnes filios ſuos, poſtquam ſemel offerre cœpiſſent, ne aliqua pęna plexi fuiſſent. Omnia aũt hæc abſurda ſunt. Alij aũt volentes iſtos corrigere, dixerũt, ꝙ illi qui dabant vnũ de filiis ſuis Idolo Moloch lapidabantur, vel qui darent aliquos, ſed non omnes: illi aũt qui darẽt omnes non puniebantur aliqua iſtarum pęnarum, ſed in fu-

F turo puniebantur in gehenna, nec poterat peccatũ ſuum remitti hic, vel in futuro ſeculo. Sed iſti errant in duobus. Primò, quia dicunt, quod iſti qui offerebant omnes filios ſuos Dæmonibus, non poterant expiari hic, nec in futurum. Secundò, quia dicunt, ꝙ propter hoc, quòd iſti in gehenna puniendi erant, non puniebantur hic. Primum non poteſt ſtare: quoniam quantumcumque peccaſſent poterant hic remitti peccata eorum, ſi pęnituiſſent de eis ingemiſcendo ad Dominum, ſicut habetur Ezechiæ 18. c. cum dicitur: Si autem impius egerit pęnitentiam, & cuſtodierit vniuerſa præcepta mea, omnium iniquitatũ eius, quas operatus eſt, nõ recordabor. De hoc magis dictum eſt ſupra 5. cap. in fine, vbi agebatur de peccato in Spiritũ Sanctum, an eſſet remiſſibile. Secundum quod dicitur etiam eſt falſum, ſcilicet, quòd illi qui offerebant omnes filios G ſuos Dæmonibus, quia in gehenna puniendi erant, non puniebantur hic; ſed hoc omni rationi repugnat: nam cum pro omni peccato mortali debeatur pœna gehennæ, qualitercumque aliquis moreretur, ſiue in paruo peccato, ſiue magno, punietur morte æterna. & ſic quantum ad habendum mortem gehennæ, nihil magis differt, ꝙ peccaret valde grauiter, quam parum, quanquam differat quantum ad grauitatem pœnarum, quoniam qui magis peccauerit, acrius punietur. Hoc ergo dato, nullus hic deberet puniri pro peccato, quia in gehenna puniendus erat: & ſic deſtrueretur omnis ſtatus legum dirigentium politiam, ſecundum quas mors infligitur eis qui peccant. Item non ſolum infliguntur pęnæ aliquibus, quia mala fecerunt, ſed etiam vt alij, qui non fecerunt, timeant, & facere caueant, ſicut patet Deuteronom. 13. H & 17. cap. ergo illi qui magis peccauerunt, quanquam in gehenna pro peccatis ſuis puniri debeant, tamen hic adhuc punientur: ne alij ad tam grauia perpetranda incitentur. Dicendum igitur, quòd iſta littera imponit pœnam omnibus, qui filios ſuos Dæmonibus offerebant, ſiue vnum, ſiue multos, ſiue omnes. Dixit tamen de ſemine ſuo, vt exprimat id, quod minus eſt: quanquam iſte modus loquendi non ſemper accipiatur ad ſignificãdum partem. *Et contaminauerit Sanctuarium meum*, id eſt, qui talia fecerit punietur, quia contaminauit Sanctuarium meum, id eſt, quia per hoc reputauit illud eſſe immundum. Nam non eſt ſenſus, quòd iſte immolans Idolo Moloch, pollueret Sanctuarium faciens aliquid immundum in illo: nam non introibat in Sanctuarium Domini taliter offerens, nec accedebat ad illud, ſed ibat ad Sa- I cerdotes Idolorum. Dicitur tamen contaminare Sanctuarium, quia ſic faciens videbatur iudicare Sanctuarium eſſe contaminatum: nam ſi non iudicaſſet illud eſſe contaminatum, magis offerre voluiſſet Deo ſacrificia, quę in ſuo Sanctuario offeruntur, & ſecundũ ritus huius Sanctuarij, quam offerre Idolo Moloch. Contaminabat ergo qui talis erat, Sanctuarium. *Ac polluerit nomen Sanctum meum*, id eſt, etiam punietur iſte immolans Moloch, quia polluit nomen meum. Dicitur autem nomen Dei pollutum, quia attribuitur eis, qui non ſunt Dij, ſcilicet, Idolis; ita facit qui offert Idolo Moloch: nam offerendo ei, reputat illum Deum, in quo nomen Dei polluitur. Vel dicitur eſſe pollutum nomen Dei, quoniam quod Dei eſt, transfertur ad alterum: ſacrificia enim ad ſolum Deum pertinent: quòd ergo aliquis alicui præterquam Deo ſa- K crificia faciat, eſt contemnere Deum attribuendo alteri, quod ad Deum pertinet, & ſic polluitur nomen Dei. *Quòd ſi negligens populus terræ*. Hic ponitur huius peccati pœna à Deo inflicta in negligentiam populi, tenebatur enim populus occidere eum, qui taliter obtuliſſet ſemen ſuum Idolo Moloch, vt ſupra dictum eſt. Si autem nõ occidiſſet eum populus, Deus occidebat: nunquam tñ Deus hoc agebat, niſi eſſet negligens populus terræ; erat aũt negligentia populi, quia ipſe tenebantur hoc facere, cum dictum fuerit: populus terræ lapidabit eum. *Et quaſi paruipendens imperium meum.* Ponit hic duos modos omittendi complere punitionem immolantis Idolo, vnus per negligentiam, qñ populus non aduertit ad eum, qui immolat Moloch, & nõ punit; alius modus eſt paruipẽſionis, vt cũ populus iſta videns reſpuit imperiũ Dei: quocũque. n. modo De⁹ ſupplebat id, ꝙ omittebat popul⁹. *Dimiſerit hominem;*

Nomen Dei pollutũ quare dicatur.

nem, qui dedit de ſemine ſuo Moloch. Dimittere hominem immolantem, eſt non curare de puniendo illum, qui immolauit Moloch. Vel ſi teneret eum ligatum ad occidendum, & poſtea abſolueret, quod deterius erat. *Nec voluerit eum occidere.* Eadem ſententia eſt, ſ. non curare de occidendo hominem, qui talem faceret vilipenſionem Deo, quam tenebatur populus vindicare, potiſſimè cū eſſet ſibi mandatū. *Ponam faciem meam ſuper hominem illum.* Hic ponitur pœna quam infligit Deus immolātibus Moloch, quando populus negligebat punire; & primum erat, ꝙ poneret faciem ſuam ſuper hominem illum, quaſi ſemper reſpiciens eum ad occidendum, vel nocēdum ei, ſicut illi, qui hoſtiliter ſe habent, ponunt vultum ſuū ſuper hoſtes, vt eos deleant. *Et ſuper cognationem eius.* Cognatio hominis illius à Deo punitur, quāquam non immolauerit Moloch: quia videtur, ꝙ ei conſenſerit non puniens, aut accuſans immolantem, & quòd ipſi ſcirēt magis, quàm alij cum magis coniuncti ſibi eſſent. Si autem ſcientes nō reuelarent vel punirent, rei criminis erant ſicut ipſi, qui feciſſent, & Deus delebat illos; & etiam Deus infligebat iſtam pœnā cognationi immolantis: quia ſic videtur eſſe aliquādo apud leges humanas, ꝙ in valde grauibus peccatis non ſolum ipſi, qui deliquerūt, puniuntur, ſed etiam eorum cognatio, quæ nihil egerit. *Succidamq. & ipſum, & omnes qui conſenſerunt ei.* Nō ſolum enim punitur ille, qui immolauerit Moloch, ſed etiam omnes cōſentientes. Dicuntur autem conſentire immolantibus illi, qui dabāt fauorem huiuſmodi immolatoribus, vt immolarent, defendētes eos ab aliis oppugnantibus; & de his manifeſtū eſt, ꝙ æqualiter puniri merentur cum ipſis, qui principaliter faciunt. Alij dicuntur conſentientes, qui ad iſtam immolationem conſilium præbebant, fortè participantes in hac immolatione, intendentes, ꝙ aliquod bonum ſibi eueniret ex tali immolatione, quam alij faciebāt per eorū conſilium. Et de his etiam patet, ꝙ debeant puniri ſicut ipſi principaliter delinquentes. Alij ſunt conſentientes, id eſt, quod quamuis nihil horum faciāt, quæ dicta ſunt, tamen ſciebant illos immolare, & non repugnabant illis, vel non accuſabant: tenebantur namque quilibet talia videntes zelare contra ſic immolantes, vel excluderentur de terra: ſicut habetur Deuter. 13. cap. & ex hoc habetur, quòd delinquentes & conſentientes delinquentibus pari pęna puniuntur, quanquam in quibuſdam delictis conſentientes magis attenduntur, quā in aliis. De hoc habetur ad Romanos cap. 1. cum dicitur: Quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: & non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. *Vt fornicaretur cum Moloch.* Dicebatur aliquis fornicari cum Moloch: quia relicto cultu Dei veri, tranſibat ad colēdum Moloch. & eſt metaphora de muliere adulterāte, quæ relinquit virū ſuū, coniungens ſe viro adulterino: ſic etiam nos cum teneamur colere Deū verum, ſi tranſiremus ad cultum alicuius Idoli, diceremur fornicari cum illo Idolo. *De medio populi ſui.* Refertur ad ſupradicta, ſ. ſuccidam ipſum de medio populi ſui, faciendo ne maneat in populo ſuo, ſed per mortē auferatur: *Anima quæ declinauerit ad magos.* Hic ponitur alterum præceptum de [illegible] idolatria: ſed nō eſt ita directè idololatria ſicut præced[illegible]: nam qui immolat Idolo Moloch, directè colit Dæm[illegible]ē ei ſacrificia faciendo, qui autem declinat ad mago[illegible]on colit ipſos magos, vel eos per quos magi conātur inquirere veritatem directè, ſed quodammodo indirectè faciēs quaſdam cæremonias cultus, vt veritatē de qua conſuluit, accipere mereatur in reſponſis. Dicitur autem declinare anima ad magos, id eſt, quòd aliquis homo declinet ad conſulendum, & inquirendum veritates à magis, hoc enim declinare eſt: quia quilibet tenetur Deo ſuo adhærere, & ab eo inquirere ſi aliquid inquirendum ſit, & non ab Idolis, vel à magis. Dicuntur autem hic magi vtētes arte magica, vel aliis prohibitis artibus; & iſto modo omnes magi ſunt prohibiti: quia per artem ſuperſtitioſam inquirunt. Secundò, quia à Dæmonibus inquirunt, & eis in hoc cultum quendam exhibent à quibus veritas nulla inquirenda eſt, nec eis cultus aliquis exhibendus. Alio modo dicuntur magi ſapientes in aſtris, à quibus aliquando licitum eſt inquirere: aliquādo autem vetitum, de quo latè dictum eſt præcedenti cap.

Fornicari eſt Moloch quid eſſet.

Præceptū alterum de idololatria.

A In Hebræo habetur Pythones, vbi nos dicimus magos; patet: quia talis dictio ponitur hic apud Hebræos qualis habetur in littera noſtra 1. Regum 28. cap. vbi dicitur de Pythoniſſa quam conſuluit Saul.

De Pythonibus & Pythoniſſis quid dicat Rabbi Abraham Aben Ezra. Et an ſint Pythones ſemper in ventre. Quæſt. 111.

DIXIT autem Rabbi Abrah. Aben Ezra, quod nomen pythonis in Hebræo ab vtre deriuatur: nā ſm enim, & Rabbi Moyſen Francum, in vtre fiebat talis operatio: vnde accipiebatur quoddā caput humanū pilis & carne nudatum, & in quodā vtre ponebatur, in cuius extremitatibus duabus, erāt duo ligna intra perforata quaſi B fiſtulæ, vt per vnū flaretur, & per aliud ſonitus redderetur, & aer tranſibat per caput poſitum in vtre, vbi opere Dæmonis verba reſponſiua formabantur: ſic dicunt fuiſſe pythoniſſam, quam conſuluit Rex Saul, de qua habetur 1. Reg. 28. Sed hoc falſum videtur: qm̄ iſte vter ſolū erat, vt in eo reſponſio Dæmonis haberetur; pythoniſſa autem per Dæmonis poteſtatē mortuos, vel Dęmones loco mortuorū apparere faciebat, quos ipſa ſola videbat, vnde dixit 1. Reg. 28. c. Deos vidi aſcendentes de terra: Saul aūt non videbat eos qui aſcenderant, ideo inquiſiuit ab illa qualis forma eſſet eius, qui aſcēdiſſet, & illa ait: vir ſenex aſcendit, & ipſe eſt amictus pallio: intellexit Saul, ꝙ Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit. Argumentum aūt Rabbi Abrahā Aben Ezra, ſumptum à nominis deriuatione, non multum concludit: C quia frequēter hæ interpretationes fallunt. Pythones aūt dicuntur eſſe ſpiritus exiſtētes in ventre hominum, & facientes eos loqui, ſicut patet de puella quadam, de cuius ventre Paulus Apoſt. Dæmonem pythonē excluſit, vt habetur Act. 16. c. Sic etiam patet de Apolline Deo Gentilium, qui introibat in vterum puellæ virginis, & faciebat eam loqui, atque futura prædicere, ſic patet per Lucanū lib. de bello plus quam Ciuili. Aliquando autem dicūtur pythones Dæmones venientes ad reſpondendū alicui factis quibuſdā cæremoniis. Sed primus modus conuenientior eſt. Sic accipitur in fine cap. Vir ſiue mulier in quibus pythonicus vel diuinationis ſpiritus fuerit, ſ. ꝙ intra illos viros eſt ſpiritus iſta loquens. *Ariolos.* Anima ēt declinās ad ariolos habebat pęnam, quæ ſupra ponebatur. Arioli ſm Rabbi Abraham Aben Ezra dicuntur illi, qui poſito D oſſe cuiuſdā animalis ſub latere, futura prædicebant; ſm Francum arioli habebāt oſſa ſub lingua, & ſic loquebantur de euentibus rerum. Sed primum magis conuenit ad modos augurū, & maleficorum; nos tn̄ ariolos vocamus eos, qui conſideratis animalium mortuorum fibris, aliqua futura conātur prædicere, de quibus dictū fuit præced. c. An arioli ſm artem ſuam aliquid prędicere poſſint, & an ars eorum ſuperſtitioſa ſit, vel aliquid veritatis contineat, præced. cap. dictum eſt. *Et fornicata fuerit cum eis.* Accipitur fornicatio, ſicut ſupra dicebatur, pro declinatione à vero Deo: nō tamen dicitur fornicari cum ariolis & magis, quaſi illos aliquis colat: ſed quia inclinatur ad credēdum illud, & inquirendum ab eis. Sed ad hoc non deberet aliquis inclinari, quia Iſraelitæ habebant alium modū inquirendi veritates, quando volebant inquirere, ſ. per inquiſitionem E à Summo Sacerdote poſito Rationali in pectore, & Ephod: qm̄ in Rationali erant lapides, qui demonſtrabant veritatem inquiſitarum rerum; vnde vocabatur illud Rationali iudicij, vt hr̄ Exodi 28. c. & ibi ſatis dictum eſt. Sic enim conſuluit Dauid Dn̄m, an viri Ceilæ tradituri eſſent eum in manus Saul, & Deus reſpondit ei, & hoc applicito Ephod, ſicut habetur 1. Reg. 23. c. & ſic dicitur Num. 23. cap. Non eſt Idolum in Iacob, nec videtur ſimulachrum in Iſrael: & paulo poſt: Temporibus ſuis dicetur Iacob & Iſraeli quid operatus ſit Deus. Fiebat etiam inquiſitio per Prophetas, quoniam ipſi reuelabant veritates, quas à Deo audiebant: & ob hoc vocabantur videntes, quia videbant ea quæ aliis occulta erant. Sic patet 1. Reg. 9. cap. de Samuele, ad quem conueniebant omnes Iſraelitæ ad inquirendum de rebus futuris vel abſconditis. Vnde Saul quæſiuit pro aſinis patris ſui, & ſi-

Iudæi inquirebāt futura in Rationali Sacerdotis.

bi reſponſum eſt. Et hoc habetur Deuter. 18. cap. quòd non eſſet inquirendum à Gentilium auguribus & maleficis, ſed à Prophetis, cum dicitur: Gentes iſtæ quarũ poſſidebis terram, augures & diuinos audiunt: tu aũt à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es: Prophetã de gente tua & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies, vt petiſti à Domino Deo tuo in Horeb. Cum ergo Iudæi eſſent determinati à Deo ad iſtum modum inquirendi veritates occultas, quando inquirere vellent, ſi hoc modo relicto inclinarentur ad magos, vel ad ariolos, à quibus inquirere non licebat, dicebãtur fornicari: & iſta fornicatio erat cum magis & ariolis, id eſt, inquirendo ab eis, quod licitum non erat ab eis inquiri. *Ponam faciem meam contra eum*. Supra declaratum eſt, ſ. quod Deus conuertat ſe ad aliquem in malum, ſ. vt deſtruat eum, & non auertat vultum ſuum, donec deſtruxerit. *Et interficiam illam de medio populi ſui*. ſcilicet, animã declinantem ad magos. Deus autem dicebatur occidere iſtum hominem, quia tradebat eum ex merito prçuaricationis huius in manus alicuius occiſoris, ſiue in manũ hoſtilem, ſiue in manum beſtiarum, aut in præcipitationem, aut aquarum ſubmerſionem, vel aliud genus mortis venientis à caſu. omnia enim hæc Deus ab intentione infligit, quæ nos à caſu eueniſſe iudicamus, & non ſolũ in hoc quod eſt de mortibus inflictis à rebus irrationabilibus, ſed etiam de morte quæ infligitur vni homini ab altero non intendente illud agere, ſicut ſi quis iaceat ſagittas, aut lapides ad aliquem locum, & alius tranſiens lapide vel ſagitta percuſſus occubuerit, à Deo iſta mors inflicta dicitur. Sic habetur Exodi 21. cap. cum dicitur: Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur: qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius: conſtituam tibi locum in quem fugere debeat. Cum ergo Deus ab intentione tradat aliquẽ in manus alterius, vt occidatur alio non intendente occidere; Deus hunc occidere dicitur, & non ille, qui actualem infligit mortem. Dicitur autem ꝙ aliquis occiditur de medio populi ſui, inquãtum per mortem tollitur, ne maneat in populo ſuo, ſicut erat quando viuebat. *Sanctificamini & eſtote ſancti*. Hic admonet Deus Iſraelitas, vt caueãt ab omni immunditia, quæ vetatur per præcepta ſupra poſita, & adhuc magis per ea, quæ infra ponuntur: nam quãquam in omni peccato immũditia quædam ſit, in peccatis tamen ſm carnem maior eſt immunditia: nam in ceteris ſola mẽtis contaminatio eſt, in peccato autem ſm carnem, corpus & anima maculantur, ſicut ait Apoſtolus, quod omne peccatum quod homo fecerit extra ipſum eſt, qui autẽ fornicatur in carnem ſuam peccat, vt hꝫ 1. Corint. 6. cap. & quia hic infra agitur de immunditiis ſm carnem, iubet Deus in vniuerſali Iudæis, vt caueant ab omni immunditia. hoc aũt eſt ſanctificari. Nam ſanctus idem eſt quod mundus, vel ſine terrena commaculatione. ſic enim in Græco idiomate hagios ſanctus dicitur, ſed hagios idem eſt, quod ſine terra, ſ. ſine terrena fece. Dicit aũt hic Deus quod ſanctificentur, & ꝙ ſint ſancti: hoc enim poteſt pertinere ad idem, ita, ꝙ ſit replicatio eiuſdẽ ſententiæ, ſicut ſæpe fit in Sacra Scriptura. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ iſta pertineant ad duo, ſ. quod ſanctificari ſit recedere ab immũditiis, ſanctum eſſe, ſit permanere in puritate, & ſic iubentur Iudçi, vt recedant ab immunditiis in quibus tũc erant, & vt poſtquam receſſerint non reuertantur in illas, ſicut canis ad vomitum: & iſte eſt conueniens ſenſus; & hoc notatur: quia Primò poſuit Sanctificamini; deinde dixit: & eſtote ſancti: quia ſic ordo eſt naturæ, vt quis primo vitia repellat, deinde autẽ in puritate permaneat, vt ait Boetius de Conſolatione Philoſoph. lib. 3. metro 1. *Quia ego ſum Dominus Deus veſter*. Hoc pôt intelligi dupliciter: vno modo ꝙ ſit ſenſus abſtineatis ab omni immunditia: quia ego qui iubeo hoc, ſum Dominus Deus veſter. Alio modo eſt ſenſus, ꝙ ſanctificemini: quia ego ſũ Dominus Deus veſter, id eſt, quia ego qui ſum Deus veſter, ſum ſanctus, ideo nolo habere populum iniquum, & immundum. Sic habetur Pſal. 5. Quoniam non Deus volens iniquitatẽ tu es, Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebũt iniuſti ante oculos tuos, odiſti oẽs qui operãtur iniquitatẽ, perdes oẽs, qui loquuntur mendaciũ.

F Iſte modus loquendi eſt vſitatus in Sacra Scriptura, reddendo cauſalitatem de Deo ad populum ſuum. Sic dicitur ſæpè ſupra, 11. c. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum; & ſeq. c. 21. dr̃. Sint ergo ſancti quia & ego ſanctus ſum, Dñs, qui ſanctifico eos. Eſt ẽt iſte modus in Nouo Teſtã, vt patet Matth. 5. c. cum dr̃: Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Et iterũ: Eſtote miſericordes; ſicut Pater veſter miſericors eſt. *Cuſtodite præcepta mea, & facite ea*. Ad omnia præcepta quæ Deus dedit hoc refertur: ſed ꝑcipuè ad ea quæ habentur in hoc c. Quòd autem dicit cuſtodienda præcepta, & facienda, dupliciter intelligi poteſt, ſicut dictum eſt præced. c. ſ. Vno modo, ꝙ cuſtodire ſignificet cauere, vel vitare, & referatur ad præcepta negatiua, qm̃ debemus cauere ea, quę vetantur per ipſa; & tunc facere pertinet ad ꝑcepta affirma-

Cuſtodire præcepta, & facere dupliciter intelligitur.

G tiua, in quibus eſt executio operis. Alio modo poteſt intelligi hoc indiſtinctè, ſ. ꝙ pertineat ad omnia præcepta: ſed cuſtodire pertinet ad præcepta ſecundum ꝙ ſunt in corde, facere aũt pertinet ad ea ſm ꝙ ſunt in opere. debet. n. quilibet in mẽnte ſua præcepta Dei habere aſſiduè recogitans qualiter vitam ſine Dei offenſione tranſigat, vt habetur Deut. 6. c. *Ego Dominus qui ſanctifico vos*. Hoc poteſt intelligi tripliciter; vno modo, ꝙ Deus ſanctificat homines, faciendo eos ſanctos: nã efficere hominem mundum, quod propriè ſtat in ablutione macularum peccati, ad Deum ſolum pertinet. Sic. n. patet Ier. c. 42. cum dicitur: Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Alio modo pôt intelligi, ego Dñs qui ſanctifico vos, i. ego ſũ Deus, qui volo vos eſſe ſanctos, qm̃ non ſum ſicut Dij Gẽtilium, qui diligunt immunditiam, & cultores contaminatos ſce-

Triplex litteræ expoſitio.

H leribus cupiunt, atque per ipſas ſuas cæremonias eos magis commaculant, vt patet de ſacrificiis Priapi, & aliorum Deorum Gentilium, de quibus multæ turpitudines narrantur per Auguſt. 2. de Ciuit. Dei, & per Ouid. in libris Faſt. Sed ego ſum Deus, qui volo omnem puritatem; ſic patet Pſal. 5. cum dicitur. Qm̃ non Deus volens iniquitatem tu es. & hoc magis declarat ſeq. c. cum Deus elegerit Sacerdotes mundos ad miniſterium ſuum. Alio modo intelligitur: ego Dñs, qui ſanctifico vos. i. ego ſum Deus, qui iubeo vos eſſe ſanctos; & ſic aliqñ accipitur ſanctificare, pro ſola iuſſione ſanctificationis, vt habetur Exo. 19. c. cũ dicitur: Sanctifica eos hodie, & cras, & lauent veſtimenta ſua. i. iube eis ꝙ ſanctificentur hodie, & cras: ipſe tamen Moyſes non poterat eos ſanctificare, ſed ſolum iubebat. *Qui maledixerit patri ſuo*. Hic ponitur ſecundum in quo

Regulatio iraſcibilis.

I agitur de regulatione iraſcibilis, quoniã maledicere alicui, vel percutere aliquem, aut offenſionem aliquam facere alicui, ad iram pertinet: & ad hoc genus reducuntur omnia homicidia, & vulnerationes, atque qualeſcumque iniuriæ. De his tamen non ponitur hic lex, quia de iis traditum fuit Exo. 21. cap. & in aliis locis. Solum autem replicatur vnum, ſ. de maledictione facta contra patrem, & matrem: nam hoc fortaſſis videbatur Iudæis non eſſe ita aliquid magnum & enorme ſicut percutere, ideo ab hoc non multum cauerent: reducit ergo ad memoriam imponens pœnam mortis, ſi aliquis patri aut matri maledixiſſet. Eſt namque cõtra naturam maledicere patri aut matri. Primò, quia iſta ſunt nom[illegible] dulcedinis, vt ait Ariſt. in 2. Polit. cap. 1. qui autem ali[illegible] maledicit, reputat nomen illius tãquam deteſtabile, & amarum: ſed hoc con-

Contra naturam eſt patri ac matri maledicere.

K tra naturam eſt: quia ponũt amarũ dulce, & dulce amarum, vt habetur Iſaiæ 5. cap. Item, eſt hoc contra naturã: quoniam filij tenẽtur honorare parentes ſuos ſicut Deos; & quantumcumque eos honorauerint, nunquã ſufficienter poterunt eos honorare: quoniã ſuperexcellens bonum ab ipſis ſuſceperunt exiſtentibus eis cauſa eſſendi, vt ait Ariſt. Ethic. lib. 8. & 9. maledicere autem patri, & matri eſt tollere eis omnem honorem, & deteſtari eos tanquam aliquid malum, ergo contra naturam agit, qui patri, aut matri maledicit; iuſtè ergo pœna mortis pro hoc inflicta eſt: magnum enim facinus, & horribile cunctis videbatur, vt quiſquam patri, & matri malediceret: quanquam ergo iſtud peccatum in ſola voce eſſet, debuit tamen morte puniri. *Morte moriatur*. Non eſt intelligendum, quod quandocumque filius malediceret patri, aut matri, deberet occidi: nam ſi iracundia aliquando motus leniter male-

male-

maledixiſſet, aliter puniendus videbatur, occidendus tamen non: ſed cum hoc in conſuetudinem duceret, & verba horrenda contra patrem proferret, vt dictũ fuit Exodi 21. *Qui maledixerit patri ſuo, aut matri, ſanguis eius ſit ſuper eum.* Iſta eſt replicatio ſuperioris ſententiæ, quoniam ad idem pertinet aliquem occidi, vel ſanguinem eius eſſe ſuper eum. Eſt enim iſte modus loquendi antiquus in eis, qui occiduntur: nam cũ aliquis gladio perit, ſanguis eius ſuper eum funditur: ideo dicitur eſſe ſanguis eius ſuper eum. Aliquando accipitur eſſe ſanguinem alicuius ſuper alterum, id eſt, habere pœnam pro morte illius, ſic dixerunt Iudæi in paſſione Chriſti: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, id eſt, ſi aliquod peccatum eſt in morte iſtius hominis, & pro eo pœna infligi debet, veniat ſuper nos, & ſuper filios noſtros, vt habetur Ioan. 19. Hoc etiam modo loquendi Chriſtus vſus eſt Matth. 23. c. contra Phariſæos dicẽs: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & ex illis occidetis, & crucifigetis, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine iuſti Abel, vſque ad ſanguinem Zachariæ. Dicit autem ſanguinem venturum ſuper Iudæos, id eſt, pœnam pro omni ſanguine effuſo. *Si mœchatus quis fuerit.* Hic ponitur tertium principale in quo regulatur cõcupiſcibilis vis quantum ad actus ſuos; eſt autem iſta ad delectationes, quæ ſunt in tactu, & in guſtu; ponuntur autem hic regulæ directiuæ ſolum quantum ad tactum, ſcilicet, pro actibus venereis, & fuerunt ſupra poſitæ iſtæ regulæ, vel plurimæ illarum; hic tamen replicantur: quia prius ſimpliciter poſitæ fuerant. Nunc autem pœna adiungitur, primo autem dicitur de eo, quod cõmunius erat, ſ. de coitu alicuius cum vxore alterius. *Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius.* Quanquam aliquando męchari accipiatur largè, pro omnium coitu, hic tamen accipitur pro coitu adulterino, potiſſimè, quia adiũgitur determinatio, ſcilicet, cum vxore alterius, qm̃ ſic adulterium fit. *Et adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui.* Replicatio ſententiæ eiuſdem eſt: quoniam idem ſignat adulterium facere, quod mœchari cum vxore alterius; ſed fit hoc ex modo Sacræ Scripturæ, quę ſępè multa replicat, pręcipuè in præceptis, vt ſatis patet in his libris Moyſis. Si tamen aliquis ſolicitaſſet vxorem alterius ad adulterium, ſed nõ cognouiſſet eam, non puniebatur hac lege, etiam ſi ambo conſenſiſſent in turpitudinẽ illam, cũ tamen adhuc opere non compleſſent. *Morte moriantur mœchus, & adultera.* Vterque occidendus erat, quia in vtroque æqualis turpitudinis cauſa erat. Nõ dicitur autem hic de genere mortis, ſ. qualiter occidendi fuiſſent; dicendum tamen eſt, ꝙ lapidari debebãt: nam, etſi non ponatur cuilibet iſtorum pœna determinata, ad omnes tamen refertur pęna lapidationis, de qua ſupra dicebatur, & infra habetur: Nam in ſingulis horum pęna mortis imponitur non determinando; deinde in fine ſubditur de lapidatione. Hoc autem patet: quoniam Iudæi ſic faciebant, vt habetur Dan. cap. 13. de Suſanna, quæ fuit accuſata, & conuicta per falſos teſtes de adulterio, & lapidari iuſſa eſt. Sic quoque Iudæi Chriſto dixerunt adducentes cotã eo mulierem in adulterio deprehẽſam, ſcilicet: Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio: in lege aũt Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Ex hoc autem videtur, ꝙ Iudæi intelligebãt per iſtam litteram mulierem adulterantem debere lapidari: quia dicunt, Moyſen mandaſſe in lege adulteras mulieres lapidari. Sed non reperitur alius locus in omnibus libris Moyſis, in quo iubeatur mulieres adulteras lapidari, & viros, ergo intelligẽda eſt iſta littera de lapidatione, quamquam non ſit hic expreſſa. Verum eſt autem, quod dictum eſt de iã coniugatis: nam de ſponſa alicuius cognita ſponte ab alio, habetur Deut. 22. cap. quod lapidentur ambo, & locus ille probat, quod hic diximus, ſ. quod adulterantes lapidentur, nã ſi in nondum traducta à viro ſuo ponitur lapidatio, erit à fortiori in iam traducta, quæ hic vocatur vxor, ergo licet non determinetur hic genus mortis, per hoc apparet, ꝙ deberet eſſe lapidatio, quia ibi dicitur, ꝙ ambo lapidabuntur. *Qui dormierit cum nouerca ſua.* Hic ponuntur aliæ regulæ quibus prohibetur illicitus coitus. In quo ſciendum, quod cũ hic ponatur pęna mortis in iſtis illicitis commiſtionibus

Regulatio concupiſcibilis quantum ad actus eius.

Lex coitus illiciti cũ nouerca.

A carnis: eodem modo debet intelligi in omnibus, quæ habentur ſupra 18. cap. nam eadẽ eſt turpitudo in vtriſque, nec ibi prohibita fuiſſent niſi turpia eſſent; ſubticentur tamen aliqua eorũ propter breuitatem: quia ſatis intelligibile eſt in omnibus debere infligi eandem pęnam, cum ex ſimilibus cauſis turpitudinis omnia vetita ſunt; & dicitur primo de coitu cum nouerca, quæ eſt vxor patris. In qua conſiderandum, quod aut pater erat viuens, aut non, ſi viueret erat iſte coitus illicitus ꝓpter duo; Primò, quia coibat iſte męchus cum vxore alterius, quia vxor patris non eſt filij: & tunc erant ambo rei mortis per legem ſuperiorem de adulteris. Erat autem alterũ propter quod merebantur mortem taliter coeuntes, ſ. ex lege affinitatis, ſcilicet, quia iſta mulier erat affinis coeunti cum illa, cum eſſet nouerca illius: & etiam propter hoc ambo erant rei

B mortis. Si autem pater huius, qui coibat cum nouerca, viuens non fuiſſet, adhuc ille, qui cũ nouerca coiret, mortis reus erat; quod patet: quia iſte actus erat illicitus propter affinitatem: ſed affinitas iſta manebat poſt mortem patris, cum ſemper conſanguinitas, vel affinitas contracta maneat permanẽtibus eis, inter quos iſta affinitas, vel conſanguinitas eſt, etiam ſi moriantur perſonæ illæ per quas fuerunt iſta introducta, ſed ad affinem non licebat accedere niſi in caſu ſpeciali ad ſuſcitandum ſemen, de quo Deuter. 25. cap. ergo non licebat iſti coeunti contrahere matrimonium cum nouerca ſua, & cõſequenter quicumque acceſſus carnalis ad illam illicitus erat, & ſic debebat morte puniri. Patet etiam hoc ex adultera, cum dicatur, quod coiens cum nouerca moreretur. Si tamen hoc intelligeretur de nouerca viuente patre, ſuperflua eſſet iſta

C lex: quia taliter coeuntes ſufficienter punirẽtur per legem de adulteris immediatè ſupra poſitam. Sed iſta addita fuit, ergo oportet, quod pręter adulteriũ, quod committitur cum nouerca viuente patre, adhuc ſit alius reatus, & iſte eſſe non poterit niſi cum pater mortuus eſt: quia tunc non punientur lege adulterorum, quia non ſunt adulteri, cum femina non ſit maritata, ſed lege coitus nouercalis, & iſta eſt, quæ habetur hic. *Et reuelauerit ignominiam patris ſui.* Dicitur aliquis reuelare ignominiam alicuius feminæ, quando eã carnaliter cognoſcit, quia tunc ipſi mutuo cognoſcunt turpitudines ſuas: quod quilibet eorum ante ignorabat. In viro tamen accipitur ſic: quoniam nõ dicitur aliquis reuelare turpitudinẽ patris ſui, quãquam ibi aliqua cognitio carnalis eſſet, quoniam hoc nefandiſſimum eſt, nec Scriptura Sacra aliquid tale nominaret,

D Sed dicitur aliquis reuelare turpitudinem patris, inquantum cognoſcit patris ſui vxorem, & quia ibi reuelatur turpitudo vxoris patris, & illa eſt eadem cũ turpitudine patris, cum vir, & vxor ſint vna caro, & turpitudo vnius ſit turpitudo alterius, reuelans ergo turpitudinem nouercæ ſuæ, dicitur reuelare turpitudinem patris. Similis modus habetur ſupra 18. cap. vbi cum aliquis cognoſcebat matrem ſuam, dicebatur reuelare turpitudinem patris, & matris: non, quod duorum turpitudines reuelentur, ſed quia turpitudo vnius, ſit turpitudo alterius. *Morte moriantur ambo.* Intelligitur mors iſta de lapidatione, quia ſicut ſupra dictum eſt, omnes de quibus hic aliqua pęna ponitur, niſi ſpecialiter illa nominetur, debent lapidari. *Sanguis eorum ſit ſuper eos.* id eſt, ipſi puniantur recipientes pęnam pro peccato ſuo. Dicitur autem ſanguis eorũ du-

E pliciter. Vno modo pro ſanguine, qui effunditur de corpore eorũ: & eſt ſenſus, ꝙ ſanguis eorum ſit ſuper eos, id eſt, moriantur, & fundatur ſanguis eorũ ſuper ipſos. Alio modo intelligitur, ꝙ ſit ſanguis eorum ſuper eos, id eſt, ꝙ veniat ſuper eos pęna pro peccato ſuo. *Si quis dormierit cum nuru ſua.* Hic ponitur alia lex coitus illiciti, ſ. cũ nuru, & hoc eodẽ modo ſit propter affinitatem. Et videtur eſſe æquale peccatum quantum eſt ex genere affinitatis, nam æquè ſe habet filius ad vxorẽ patris, ſi non ſit mater ſua, ſicut pater ad vxorem filij, ſed filius ad vxorem patris habet habitudinem tãquam ad nouercam, & pater ad vxorem filij habet habitudinẽ tanquam ad nurũ: ergo æquale peccatũ videtur ex genere affinitatis, ꝙ cognoſcat aliquis nouercam, vel nurum, differt tñ hoc ex habitudine perſonæ: quia quando aliquis cognoſcit nouercã offendit patrẽ ſuũ, cum verò cognoſcit nurũ offendit filium ſuum.

Lex coitus illiciti cum nuru.

Sed valde multum diſtat in eodem facto iniuria, quam pater filio irrogat, vel filius patri: quoniam filius tenetur patri ad magnum honorem ſicut Deo, vt patet per Ariſt. 8. & 9. Ethicor. pater aũt filio ad nihil tenetur, ſm Ariſt. in fine 8. Ethicor. Ideo raro pater filio iniuriam irrogare poteſt, niſi in quibus lex humana aut Diuina aliter ſtatuerunt: ſicut ſi pater cognoſcat vxorem filij, iniuriam ei irrogat, quoniam lex Diuina, & humana in tali caſu iniuriam poſuerunt. Dicendum igitur, ꝗ quanquam ex genere affinitatis non ſit maius peccatum cognoſcere nouercam, quam nurum, tamen ſi ſimpliciter inquiratur, ꝗ eſt maius peccatum, reſpõdendum eſt, quod cognoſcere nouercam eſt ſimpliciter maius. *Vterque moriatur.* Quia in eis turpitudinis cauſa æqualis eſt quantum ad hoc, vt mortem mereantur.

Si quis nouercam ſuam cognoſcat, quis magis peccet cognoſcẽs an nouerca cognita voluntarie. Quæſt. IIII.

ALIQVIS tñ quæret ſi aliquis cognoſcat nouercam ſuam, quis magis peccet? Ad hoc reſpondendum eſt, quod peccatum generaliter poteſt eſſe maius, vel minus ex multis: & vnum eſt ex libidine peccãdi, ſ. quod qui magis deſiderat peccare ceteris parib. magis peccat. Idẽ ex delectatione, qui enim magis delectatur in peccando, magis peccat, ſed hoc, & ſimilia dimittantur, quoniã iſta generaliter in omni peccato cauſant maioritatem, vel minoritatem. Sed quantum ad ſpeciem iſtius peccati, dicendum eſt, ꝗ grauius peccat cognoſcens nouercam ſuam, quam nouerca cognita, hoc patet: quia nouerca peccat ex duobus. Primò per legem adulterij, quia viuẽte viro eius permittit ſe cognoſci ab altero: Secũdò, peccat ex lege affinitatis, quia cognoſcitur à filio viri ſui, cui affinitate coniuncta eſt. Ille etiam, qui cognoſcit nouercam ſuam in his duob. peccat: Primò, quia adulter eſt, cum cognoſcat vxorem alterius; Secundò, quia agit contra legem affinitatis, cum illa ſit ei affinitate coniuncta inquantum nouerca; quãtum ad hæc autem æqualis turpitudo videtur eſſe ex vtraque parte, ſed habet aliquid grauitatis peccatũ filij ſuper peccatum nouercæ, cum ipſe offendat patrem tam graui offenſione, cui ad Diuinum honorẽ tenebatur, nouerca autem non offendit patrẽ ſed virũ, & iſta valde minor offenſa eſt, cum vir, & vxor ad paria iudicẽtur, maximè, quia offenſa feminæ in virum redit in primã ſpeciem grauitatis, de qua ſupra diximus, inquantũ peccat per legem adulterorũ. Adhuc autem patet magis iſta differentia, vt ſi quis cognoſcat vxorem fratris, vel cognati ſui in tertio, vel quarto gradu, quoniam ibi eſt adulterium, & violatio vinculi affinitatis, grauius tamen valde eſt cognoſcere vxorem patris, quam alterius cuiuſque cognati.

Si quis cognoſcat nurum ſuam, quis grauius peccet. Quæſt. V.

ALIQVIS autem adhuc dubitabit, cum aliquis cognoſcat nurum ſuam, quis grauius peccet vir, an femina? Et reſpondendum eſt quod omiſſis aliis circumſtantiis, quæ ſolent cauſare maioritatem, vel minoritatem vniuerſaliter in quolibet peccato, deſcendendo ad ſpeciales conditiones huius peccati, grauius peccatum eſt illius, qui cognoſcit nurum ſuam, quam nurus cognitæ. Cuius cauſa patet ex ſuperioribus: quoniam nurus peccat per legem adulterij, cum cognoſcatur ab alio viuente viro ſuo, peccat etiam per legem affinitatis, quia cognoſcitur à patre viri ſui, qui ei affinitate iunctus eſt. Vir autem cognoſcens nurum ſuam, peccat in his duobus; Primò, quia adulterium perpetrat cognoſcens vxorem alterius; Secũdò, quia violat iura affinitatis, cognoſcens vxorem filij ſui, quæ ſibi affinis eſt. Quantum autem ad hæc duo, æqualiter peccant nurus, & ſocer, ſed habet aliud in quo magis peccat ſocer, ſcilicet, quia filium ſuum grauiter offendit, cuius bonum ipſe magis obſeruare debet, quam omnes alij homines, cum parentum ad natos maxima dilectio ſit inter ceteras, vt patet per Ariſt. 8. Ethic. nurus autem in hoc nihil offendit, cum ſolum lædat virum, & hoc reducitur ad grauitatem, quæ eſt per adul-

F terium. *Quia ſcelus operati ſunt.* Iſtud adulterium, quod eſt ſoceri cum nuru ſua, nõ ſolum eſt peccatum, ſed etiam ſcelus, cum valde graue ſit, adulterium autem ſimplex vocatur peccatum, & non ſcelus: quia ſolum eſt ibi vna tranſgreſſio: in commixtione autem ſoceri, & nurus, ſunt multæ tranſgreſſiones, vt ſupra declaratum eſt. *Sanguis eorum ſit ſuper eos.* Exponatur ſicut ſupra expoſitum eſt. *Qui dormierit cum maſculo.* Hic ponitur alia lex de coitu valde illicito, ſcilicet, Sodomitico, eſt enim illicitus ſuper omnes coitus: nam taliter coeuntes, non irrogant iniuriam matrimoniali fœderi, ſicut in adulterio, nec irrogant iniuriam vinculo cognationis, aut affinitatis, ſicut eſt in coitu inceſtuoſo: ſed irrogant magnam iniuriam, & infamiam toti naturæ humanæ, quæ ordinauit coitum ad ſolas feminas: In viris autem vetuit, quoniam ibi ge-

Lex de coitu Sodomitico, & quæſitas eius ſceleris.

G nerationis opus nũquam exercetur; irrogatur etiam iniuria ſexui maſculino, qui natura reuerendus, & excellens eſt, & illi propter perfectionem actio, & remiſſio competunt; ad feminam autem ſexum imperfectiorem paſſio, & receptio pertinent. Hic tamen verſa rerum natura, maſculi quod efficere debuerant, recipiunt, & patiũtur, magnum ergo ſcelus, & ſupra omne ſcelus eſt, quoniam verè nefas dicitur talis infanda commixtio, quæcumque enim acceſſio carnalis ad feminam ad hanc ſi conferatur, quaſi nihil criminis habere videtur, vnde propter hanc labem exercuit Deus ſæuiſſimam punitionem in filios diffidentiæ, deſtruens quattuor Ciuitates Sodomorum igne, & ſulphure de cælo miſſo, perpetuo horrendi ſceleris in ipſa terræ facie exemplo manente, de hoc Geneſ. 19. capite, & in Deuteronomio. *Coitu femineo.* Hoc ponitur

H quaſi ex ſuperabundantia, quoniam nemo coit cum maſculo, niſi coitu femineo, ſ. ꝗ alter maſculorum, vt femina ſit, & ſic qualitercumque ſe habeant, ſemper eſt coitus cum maſculo femineus, ſed eſt explicatio, vt non intelligatur coire pro iacere, vel dormire, quod non importat carnalem acceſſum. Si autem maſculorum ad maſculos alij infandi coitus ſint, præter eos, ſecundum quos alter eorum femina dicitur, nec modus poni poteſt neque oportet: quoniam in his malitia humana nullis terminis concluſa eſt, ſed tantum eſt, quantum excogitari poteſt. Sed ſi accipere velimus ſecundum proprietatem dictionis, qualitercumque aliquis ſe habeat ex modo paſſionis in coitu, femina dicetur, & ſic omnes nefariæ actiones maſculorum ad maſculos ad hanc legem reducentur, aut ſi ſtrictè acciperetur coitus femi-

I neus maſculi ad maſculum, & eſſent aliæ turpitudines inuicem maſculorũm, eas per hanc legem prohibitas eſſe neceſſe erat. *Vterque operatus eſt nefas.* Quoniam tam agere, quam pati in Sodomitis nefariam eſt: dicitur autem eſſe nefas, quoniam ſignificat hoc quendam errorem, ſecundum quem res nominabilis non eſt. Sic autem accidit in hoc peſſimo vitio, in quo etiam ipſa nominatio peſtifera eſt.

Quodnam ſit maius peccatum in Sodomitis, agere, vel pati. Quæſt. VI.

SED quæret aliquis quodnam ſit maius peccatum in Sodomitis, agere, vel pati. Ad hoc poſſet aliquis reſpondere de infamia, & de reatu peccati. Cum autem agitur de infamia, dicendum eſt grauiorem, nec

K imparem infamiam eſſe Sodomiticè pati, quam agere: & ſi declinet ad inclinationem ſpeciei, non tamen declinat ab inclinatione ſexus, pati autem à ſexu, & natura: ideo notabilior infamia irrogatur ei, qui patitur, quam agenti. Quantum verò ad peccatum reſpondendum eſt, quòd in vtroque eſt peccatum contra naturam, ſed maius eſt in patiente, ceteris paribus; hoc autem patet: quoniam peccatum dicitur eſſe ſecundum ꝗ eſt deuiatio quædam à rectitudine ſecundum bonum omittendo, vel faciendo contra debitas circumſtantias actus, & propter hoc ponitur in omni peccato auerſio à rectitudine, & conuerſio ad malum. Cum ergo in aliquo peccato fuerint plures, & maiores deuiationes quam in alio, neceſſe eſt illud eſſe maius, & econtrario; in Sodomitis autem ſic eſt, ꝗ ſunt plures deuiationes in patientè,

quam

quam in agente: ergo maius peccatum erit pati, quam A agere. Hoc autem patet: quoniam ille qui agit in coitu maſculorum, deuiat à rectitudine naturæ, quoniam natura ordinauit coitum ad generationem, ſed in coitu maſculorum generationẽ ſequi impoſſibile eſt: hæc autem tam in patiente, quam in agente eſt. Ideo in hoc æquum iudicium illis eſt; eſt autem altera deuiatio in peccato Sodomitico quantum ad infamiam ſexus: nam ſic coeuntes non ſolum infamant naturam humanam, quæ ordinata eſt in maſculum, & feminam ad gignendum, ſicut in ceteris animalibus, ſed etiam infamant ſexum maſculinũ, qui magnæ reuerentiæ eſt, & debetur ei proprietas agendi, conuertentes eum ad paſſionem repugnantem ſuæ dignitati, hoc autem in agentibus Sodomiticè nõ eſt, ſed in ſolis patientibus, ideo patientes in actu Sodomitico grauius, quam agentes peccant. *Morte moriantur.* Quoniam B ſcelus iſtud adhuc aliquid maius merebatur, ſi aliquid maius eſſet, quod infligi poſſet, pœna autem, quæ iſtis irrogatur, eſt lapidatio ſicut in ceteris, quoniam non fit aliqua mentio ſpecialis de pena eorum. *Sit ſanguis eorum ſuper eos.* id eſt, iſti patiantur, & recipiant ſuper ſe pœnam peccatorum ſuorum, & hoc dicitur, quia quando aliquis occiditur, pro peccato ſuo, eſt ſanguis eius ſuper illum, id eſt, ipſe recipit pœnam ſuam, & ſi non infligeretur punitio pro peccato, non ſolum eſſet ſanguis eius ſuper eũ, ſed etiam omnium de populo, qui in hoc conſentiebant, & pollueretur terra. Sed dicebatur ſupra 18. cap. quod gentes contaminatæ ſunt in vniuerſis ſordibus coitus illiciti, & terra polluta eſt. Si verò peccans punitur, non manet terra contaminata, nec redundat pœna illius ſceleris in alios, vnde ipſe portat ſanguinem ſuum ſuper ſe. *Qui ſupra vxorem filiam, duxerit matrem eius.* C Hic ponitur alius caſus de coitu illicito propter affinitatem, & hoc eſt, cum aliquis habet aliquam mulierem in vxorem, quod nõ debet accipere matrem illius in vxorẽ; quod ſi faceret, comburebatur ipſe cum ea, quę ſecundo in matrimonium ducta eſt. Idem caſus eſt ſi aliquis haberet feminam aliquam in vxorem, & deinde filiam eius acciperet in vxorem. Idem enim modus affinitatis erat vtrobique, & æquale videbatur eſſe peccatum, ideo æqualis pœna.

Quis magis peccaret, an habens filiam in vxorem, & poſtea matrem accipiebat, vel qui econtrario.
Quæſt. VII.

SED aliquis quæret circa hoc, quis magis peccaret, an D ille qui habens filiã in vxorem, poſtea accipiebat matrem, vel qui econtrario? Reſpondendum eſt, quod ſicut in matrimonio ſemper ſunt duæ perſonæ, inter quas contrahatur, ita cum contractus illicitus eſt, peccatum ſemper duplex eſt, ſi vtroque ſciente iniquitatem, & volente contrahatur, iſta duo peccata poſſunt conferri ad inuicẽ, quantum ad maioritatem, & paruitatem, & tunc dicendum eſt, quod ille qui contrahit cũ matre, & poſtea cum filia, poteſt comparari ad ſeipſum primo contrahentem cum filia, & ſecundo cum matre; vel poteſt comparari filia contrahens cum aliquo matrimonialiter cui iam mater copulata erat, vel mater vnienda alicui cui iam filia iuncta eſt. Si autem primo modo fiat cõparatio viri contrahentis cum matre, ad eundem contrahentem poſtea cum filia, vel primo cum filia, deinde cum matre: dicen- E dum eſt, quod non eſt maius peccatum vno modo, quam alio, quoniam peccatum viri cõtrahentis primo cum matre, deinde cum filia, eſt infringere leges affinitatis, ſed ſiue contrahat primo cum matre, & deinde cum filia, vel econtrario, non irrogatur maior iniuria fœderi affinitatis vno modo, quàm alio, ideo non erit grauius peccatum, ſic quam ſic, vtrobique namque eſt affinitas in primo gradu, & in gradibus non eſt dare maius, aut minus ſecundũ ſe, ſcilicet, quod in eodem gradu affinitatis non eſt dare aliquos magis, aut minus affines, quamquam dentur aliqui duo affines ad vnum tertium in eodem gradu, qui inter ſe ſint magis, vel minus cognati, ſcilicet, in diuerſis gradibus. Vir igitur habens affinitatem ad filiam, quia contraxit cũ matre illius, eſt ei in primo gradu affinis: idem autem ſi habeat affinitatem ad matrem, quia contraxit cum filia, erit in primo gradu affinitas, & ſic ſemper manet æqualis violatio fęderum affinitatis, ideo æquale peccatum; nec poteſt aſſignari hic maioritas peccati propter maioritatem iniuriæ. Nam iſte quamquam contrahens cum ſecunda, aliquo modo facit iniuriã primæ, quia non perfectè habebit ius in virum ſuum, ſicut aliàs, tamen ſi habeat matrem in vxorem, & poſtea contrahat cum filia illius, vel habens filiam, poſtea contrahat cum matre, nihil magis offendit vnam, quam alteram, quoniam nõ tenetur amplius vni, quam alteri. Si autem inquiratur de maioritate, vel minoritate peccati, quãtum ad comparationem mulierum, cum quibus iſte contrahit, vt ſi contrahat primo cum matre, & poſtea cum filia, vel econtrario. Dicendum eſt, quòd peccatum hoc ex parte cuiuslibet illarum, cum quibus contrahitur, conſiſtit in duobus: Primò in violatione fęderum affinitatis: Secundò, in iniuria irrogata primæ vxori: nam ſi mater alicuius feminæ copuletur alicui viro, deinde filia eiuſdem copuletur illi, infringit iſta filia fędera affinitatis, quia vnitur matrimonialiter illi, qui affinis eſt ſuus propter matrem; & ſi filia alicuius ducta in vxorem à viro ſuperducatur, mater ipſa infringit fędera affinitatis, quia copulatur matrimonialiter illi, qui eſt affinis ſuus propter filiam: & quantum ad hoc æquale peccatum eſt in matre, vel in filia, cum vtraque infringat æqualiter fędera affinitatis, cum ſe copulet in matrimonium ei, qui ſibi in primo gradu affinis eſt. Secundum erat iniuria, quam infert vxor ſuperducta primæ vxori faciens ne ei integra reddantur matrimonialia iura: & in hoc dicẽdum eſt, cum iniuriam irrogare ſpontaneè, peccatum ſit; illud eſſe maius, in quo maior iniuria irrogetur: & in hoc reperitur maioritas peccati in hoc contractu, quoniam ſi mater alicui viro matrimonialiter iuncta ſit, & filia eius poſterius ei ſe vniat maiorem matri iniuriam irrogat, quam ſi filia vnita viro alicui mater ſe poſtea illi copularet. Cuius cauſa eſt: quia magis tenentur honorare filiæ matres ſuas, quam econtrario: ideo in æquali facto maiorem iniuriam filia matri irrogabit, quam mater filiæ. Ideo cũ quæratur ſimpliciter, an magis peccet filia contrahens cum aliquo, cui mater matrimonialiter copulata eſt; vel mater contrahens cũ aliquo cui primo filia vnita eſt, reſpondendum eſt, quod magis peccat filia. Sciendũ autem quod hoc intelligitur de contractu matrimoniali, cum dicatur, qui ſupra vxorem filiã, duxerit matrem eius: ducere autem ad matrimonialem contractũ pertinet. Sed etiam intelligitur ſi habens matrem in vxorem, acciperet filiam in cõcubinam, vel aliter qualitercumque cognoſceret: aut habens filiam in vxorem, matrem ſuſciperet in concubinam, vel aliter carnaliter tangeret: ſemper enim eadem pœna mortis infligenda erat: hoc patet ex eo, quod habetur ſup. 18. cap. cum dicitur: Turpitudinem matris, & filiæ non reuelabis; ſed reuelare turpitudinem, non ſignificat magis cognoſcere carnaliter aliquam affectu matrimoniali, quam adulterino, ſed & qualitercumque.

Quod eſſet maius peccatum habere filiam in vxorem, & matrem in concubinam, vel econtrario.
Quæſt. VIII.

QVÆRET aliquis, quod eſſet maius peccatum habere filiam in vxorem, & matrem in concubinam, vel econtrario? Reſpondendum eſt idem iudicandum eſſe, cum vna in concubinam accipitur, & altera in vxorem; vel cum ambæ ſumuntur in vxores, quia vtrobique violantur fędera affinitatis, ſiue enim ſit coitus matrimonialis, ſiue ſine matrimonio inter eos, qui aliqua affinitate iungitur, affinitatis ſemper iura læduntur: & ideo cum aliquis habuit matrem in vxorem, & deinde acceperit filiam in concubinã, vel econtrario: ea quæ poſterius accipitur, iura matrimonialia infringit quantum ad affinitatem. Sed in hoc dicendum eſt, quod quamquam vtrobique ſit violatio iurium affinitatis, tamen magis peccat filia, ſi accipi velit in concubinam ab eo à quo mater in vxorem aſſumpta eſt, quam ſi mater aſſumatur in concubinam ab illo, cui primo filia matrimonialiter vnita erat. Cauſa huius eſt: quia propter maiorem iniu-

riam augmentatur peccatum, ſed quæcumque accipiatur in concubinam poſt aſſumptam vxorem, præiudicat vxori, ergo peccat: in eodem tamen facto magis præiudicat filia matri, quam mater filiæ: cum teneatur ad maiorem honorem filia matri, quam econtrario.

Quid erit grauius, an aſſumi matrem, & filiam ab aliquo in vxores ſucceſſiuè: vel aſſumi primam in vxorem, & ſecundam in concubinam. Quæſt. IX.

SED adhuc quæretur, quid erit grauius an aſſumere matrem, & filiam ab aliquo in vxores ſucceſſiuè, vel aſſumere primam in vxorem, & ſecundam in concubinã? Reſpondendum eſt, grauius eſſe cum ambæ in vxores aſſumuntur: hoc autem non eſt ex violatione fœderum affinitatis, quoniam æqualiter affinitas læditur, ſiue matrimonialiter, ſiue aliter affines carnaliter coniungantur; ſed eſt maius peccatum: quoniam quanquam matrimonium faciat coitum licitum eſſe, qui aliàs illicitus foret, tamen, quando coitus totaliter ſecundum ſe illicitus eſt, nõ fit honeſtior per matrimonium, ſed turpior, quoniam præter prauitatem, quæ eſt in ipſo coitu illicito, inficiuntur matrimonialia fœdera, faciendo cõtractum inter perſonas illegitimas: & quoniam ille, qui peccatum ſuũ tanquã aliquid approbatum operatur, grauius errat, quam ille, qui occultè, aut aliter facit: ſic ſi aliquis contractus matrimonialis inter affines fiat, malum quidem fit in coitu inceſtuoſo: & præter hoc amplius, quoniam ipſe coitus illicitus tãquam legitimus per honeſtatem matrimonij approbandus ponitur, & minus erubeſcunt ſic facientes, quam ſi ſine fœdere matrimoniali inter affines inceſtuoſos coitus perpetretur.

Cognita matre, & filia, altera quidem vxore, altera verò concubina, vtrum ſit grauius accipere primo vnam earum in concubinam, & aliam poſtea in vxorem, vel primo ducta vxore poſtea alteram ſuperaddere concubinam. Quæſt. X.

SED adhuc quæret aliquis, cum aliquis cognoſcat matrem, & filiam, accipiens vnam in vxorem, & alteram in concubinam, quid grauius ſit, an accipere primò aliquam in cõcubinam, & alia poſtea in vxorem: vel primò ſuſcepta vxore, & poſtea ſuperaddere concubinam?

Reſpondẽdum eſt grauius eſſe, cum aliquis habet matrem, vel filiam in vxorem, & poſtea alteram earum accipit in concubinam, quam ſi primo habens vnam in cõcubinam recipiat alteram in vxorem. Cauſa huius eſt: quia quamquam hic ſit æquale peccatum quantum ad violationem fœderum affinitatis, tamen non eſt ipſe actus ſecundum ſe tantũ illicitus, & hoc, quia non facit iniuriam ea, quæ accipitur in vxorem ei, quæ in concubinam accipiebatur; ſicut econtrario fit, nã quando aſſumpta vxore accipitur concubina, grauatur ibi vxor iniuſtè, quia tollitur ſibi facultas viri ſui, non enim ſic habet liberè virum ſuum, cum alia accipitur in concubinã, ſicut cum ipſa ſola habet virum. Concubina ergo aſſumpta, præiudicat fœderi matrimoniali, quantum ad ipſam vxorem, quæ læditur per aduentum concubinæ; præiudicatur etiã ipſi fœderi matrimoniali quantum ad fidem, quoniam dato, quod ipſa femina aſſumpta in vxorem, per aduẽtum concubinæ non ſentiret ſe grauari, tamen ipſi fœderi matrimoniali irrogatur iniuria, quoniam vnum de bonis matrimonij eſt fides, id eſt, fidelitas obſeruata, ſcilicet, quod neuter coniugum cuiquam alteri ſe commiſceat: iſta tamen non obſeruatur hic; ipſum ergo matrimonium in ſe iniuriam recipit. Cum verò aliquis habens matrem, vel filiam in concubinam, alteram earum poſterius in vxorem aſſumat, præiudicatur vinculo affinitatis, quia ſemper infringitur fœdus affinitatis: non tamen irrogantur ibi duæ iniuriæ, quæ in ſuperioribus irrogari dicebantur. De prima patet; quia ſi aliquis habeat concubinam, & poſtea accipiat vxorem, adueniens vxor, non præiudicat concubinæ; quoniam tunc alicui præiudicatur, cum ei ius ſuum aufertur, concubina autem ius nullum habet in eo cuius concubina eſt, cum nullum ſit vinculum contractum inter illos; ideo vxor ſuperueniens, poterit tol-F lere aliquid ipſi concubinæ: & conſequenter nec præiudicabit ei, ſicut præiudicaret ſuperueniẽs cõcubina vxori, quia vxor habet ius in viro, dicente Apoſt. 1. ad Corint. 7. cap. Vir nõ habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier: concubina tamen ſuperueniens, vxorem facit impotentem iſtius iuris, quod habet in virum, ſiue in toto, ſiue in parte; maius ergo peccatum eſt hic. Item cum exiſtente concubina ſuperuenit vxor, non irrogatur aliqua iniuria alicui fœderi præexiſtenti; quoniã inter concubinam, & eum cuius concubina eſt, nullum fœdus contractum eſt; nõ ergo irrogabitur ei iniuria. Inter virum autem, & vxorem eſt fœdus matrimoniale, quod fidelitatem exigit; ergo ſuperueniente concubina, ei iniuria irrogabitur: maius ergo peccatum, nec in modicum eſt cum aliquis habens matrem, vel filiam, in vxorem, acciperet alteram G earum in concubinam, quàm ſi habens vnam in concubinam duceret alteram in vxorem.

Sciendum autem, quòd hoc, quod hic dicitur de contractu cum matre & filia, non ſolum eſt verum, quando vna earum accipitur in vxorem, & illa ſuperuiuente accipitur altera, ſed etiam cum aliqua iſtarum aſſumpta in vxorem, & ea mortua, alia accipitur in vxorem. Cauſa huius eſt: quia hic vetantur iſti coitus inceſtuoſi propter affinitatem, ſed ille qui accepit matrẽ alicuius in vxorẽ, habet filiam eius iam affinem, & iſta affinitas permanet, ſiue mater moriatur, ſiue ſuperuiuat, quoniam manentibus eis, inter quos eſt aliqua affinitas, vel cõſanguinitas, ſemper manebit iſta affinitas, vel cognatio; ſi ergo aliquis accipiat feminam aliquam in vxorem, & illa viuente, vel mortua, contrahat cum filia illius, vel cum ma-H tre, neceſſarium eſt, vt ſemper contrahat cum affine: erit igitur ſemper hoc vetitum.

Si mortua matre, quam aliquis vir habuerat in vxorem, contrahat poſtea cum filia ſua, an ſit maius peccatum, quàm econtrario. Quæſt. XI.

SED aliquis quæret, ſicut in ſuperioribus quærebamus, ſi mortua matre, quam aliquis vir habuerat in vxorem, contrahat poſtea cum filia ſua, an ſit maius peccatum, quam habita filia in vxorem, & mortua poſtea contrahat cum matre.

Ad hoc aliquis reſpondebit, ſicut in ſuperioribus, ſcilicet, maius peccatum eſſe cum mortua matre filia copulatur in vxorem ei, cuius mater ſua fuerat vxor, quam ſi I mortua filia, mater viro filiæ ſuæ matrimonialiter vniatur. Cauſam huius dicet eſſe: quia quanquam vtrobique æqualiter affinitatis iura violentur, tamen maiorem iniuriam filia irrogat matri, quã mater filiæ; ideo maius peccatum erit. Reſpondendum eſt, ꝙ non eſt totaliter ſimilitudo in moriẽtibus, & viuentibus: qm̃ cum vtraque viuit, illa, quæ ſecũdò in vxorem accipitur, præiudicat aliqualiter ei, quæ primò vxor erat, cum vir nequeat duabus, ſicut vni matrimonialia iura perſoluere æqualiter. In morientibus autem non eſt hoc: quoniam cum ſimul non ſint, non aufert vna ius ſuum alteri; ideo non ſubſiſtet grauitas peccati tanta, ſicut in viuẽtibus. Aliquo modo tamen dici poteſt grauius peccare filia accipiens poſt mortem matris virum illius in vxorem, quam econtrario; quoniam licet viuens non præiudicet mortuæ tollendo K ei aliqua iura matrimonialia, præiudicabit tamen auferendo aliquem honorem debitum: ſic autem eſt in matre, & filia: quia quæcumque earum nubat viro alterius iam mortuæ, prioris honorem aliqualiter adimit: ſed magis tenetur filia obſeruare honorem matris, quàm mater honorem filiæ; ergo aliqualiter grauius peccabit filia accipiens virum matris ſuæ mortuæ, quàm econtrario.

Mortua vxore, vtrum ſi quis eius filiam ducat in concubinam, ſit grauius, quam ſi ducat in vxorem. Quæſt. XII.

SED adhuc quæret aliquis, quiſpiam habuit feminã aliquam in vxorem, & illa mortua accipiat filiam illius in concubinam, an grauius ſit, q̃ ſi eam accipiat in vxorem. Ad hoc reſponderi dẽt, ſicut in ſuperioribus, ꝙ grauius eſt accipere in vxorem, quam in concubinã: nam

cum

A cum in vxorem accipitur, præter coitum qui ſemper inceſtuoſus eſt, adhuc ipſa fędera matrimonialia harum perſonarum coniunctione maculantur, & id quod malum eſt, tanquam bonum approbari videtur: hoc autem vitio non caret. Si autem accipiatur ſolum in concubinam, non infertur matrimoniali fęderi iniuria, minus ergo peccatum erit.

An grauius ſit prius accipere matrem, vel filiam in vxorem, deinde illa mortua, quòd altera accipiatur in concubinam, vel prius vna earum accepta in concubinam, ea mortua, altera in vxorem accipiatur. *Quæſt. XIII.*

QVÆRET præter hoc aliquis, an grauius ſit prius accipere matrem, vel filiam in vxorem, & deinde mortua illa, quòd idem vir accipiat alteram in B concubinam, vel ſi prius accipiens vnam earum in concubinam, ea mortua, alteram accipiat in vxorem. Ad hoc aliquis reſpondere conabitur, ſicut in ſuperioribus, ſcilicet, ꝙ grauius ſit mortua vxore, quæ mater erat, vel filia, accipere reliquam harum in concubinam, quam econtrario. Sed non conuenit ſic reſpondere, quoniam non ſtant rationes, quæ in ſuperioribus ponebantur, ſcilicet, quòd fiat iniuria fęderi matrimoniali, accipiendo cõcubinam, hic tamen non fit iniuria, quia nullum tale fędus eſt cui præiudicetur, quia mortuo viro, vel vxore, ſolutæ ſunt leges matrimonij. Item non fit iniuria vxori exiſtenti auferendo ei iura matrimonialia, quia iam vxor defuncta eſt: non eſt ergo hic ex eiſdem cauſis reſpondendum, ex quibus in viuentibus reſpondebatur. Sic poteſt dici ex alia cauſa, ꝙ ſit grauius accipere in vxorem filiam poſt mortem C matris, ab eo, cuius mater fuerat vxor, quam accipere in concubinam: quoniam quãdo accipitur aliqua in concubinam, quæ eſt affinis ſua, ſolum eſt ibi violatio fęderum affinitatis: cum verò accipitur in vxorẽ affinis, rumpũtur iura affinitatis, & matrimonialia fędera maculantur coniunctione illegitimarum perſonarum, maius ergo peccatum erit accipere in vxorem, quam in concubinam eo modo: hæc autem omnia intelliguntur, quando eis qui contrahunt matrimonium, conſtat de affinitate, quæ eſt inter illos, & ſciunt ſe non poſſe legitimè contrahere. Si autem ignorent, deterius eſt accipere in concubinã, quam in vxorem, quia eſſe concubinam ſecundum ſe illicitum eſt, eſſe autem vxorem, eſt licitum. Cum ergo ignoranter contrahunt, quia nõ conſtat eis de iniquitate contractus, non tantum peccant, ſicut ſi acciperetur mulier in concu- D binam, quod publicè malum eſt. *Scelus operatus eſt*, ſ. ipſe qui accepit matrem & filiã in vxores, vel etiam ſi vtramque acceperit in concubinam: eſt autem ſcelus, quoniam peccatum iſtud valde graue eſt, & ſcelus ſignificat errorem in aliquo actu. *Viuus ardebit cum eis*. In iſto peccato ponitur ſpecialis pęna, quoniam in omnibus aliis ponitur lapidatio, hic autem combuſtio: & ponitur tanquam grauior pœna, quoniam ſic eſt. Etiam quia non fuit facta aliqua differentia à ſuperioribus, niſi eſſet iſtud quod imponitur tãquam aliquid maius. Et propter hoc dicet aliquis iſtud eſſe maius peccatũ, quam alia quæ habentur in hoc cap. ſed falſum eſt: quoniam maius eſt, ꝙ aliquis accipiat ſororem ſuam in vxorem, vel cognoſcat matrem, ſed omnia hæc prohibẽtur hic: ponitur tamen hoc, qui homines magis erant aſſueti ad iſtud vitium quam ad alia, vt ſic E homines magis arcerentur ab illo. *Viuus ardebit*. Ponitur viuus, ne intelligatur, ꝙ lapidandus erat, ſicut ſupra, & infra habetur; & ꝙ poſt mortem combureretur, quoniam tunc minor pœna erat, quia combuſtio nihil attinebat ad eum; viuens ergo, & nihil læſus ponebatur in igne. *Cum eis*, id eſt, cum matre, & filia, quas aſſumpſit in vxores, quia ad omnes iſta iniquitas pertinet. Sed aliquis dicet hoc inconueniens eſſe, quia illa, quæ primo ducta eſt in matrimonium, ſiue mater, ſiue filia ſit, legitimè ducta eſt: ea verò, quæ ducta fuit poſtea, illegitimè fuit aſſumpta, ideo ſolum videtur debere comburi ſecundam? Reſpondendum eſt, ꝙ aut iſte vir contraxit matrimonium ſimul cum matre, & filia, vel diuerſis temporibus. Si eodem tempore cum vtraque, æqualiter eſt iniquitas in vtraque; ideo iuſtum eſt, quòd moriãtur ambæ; littera tamen iſta nõ vult intelligi in iſto caſu cum dicat: *Qui ſupra vxorem filiã, duxerit matrem eius*. In quo innuitur, ꝙ vna earũ erat prima vxor, & poſt eam ducta fuit alia. Si tamen detur iſte caſus, quòd cum vtraque ſimul iſte vir contraheret, eodem modo per iſtam legem reatus iſte puniendus erat; ſed quia hoc fortaſſis nunquam contingeret, poſitus fuit alius caſus, ſ. cum vna accepta in vxorem, altera ducebatur. Si autem diuerſis temporibus mater, & filia ab eodem ducantur in vxores, illa quæ primò contrahit, legitimè contrahit: quoniam non eſt ibi aliquod impedimentum faciens actum illicitum: illa autem, quæ ſecundò contrahit, illicitè contrahit, ideo de ea nõ eſt dubium, quin debeat comburi. Sed de prima dicendum eſt, quòd ad eam nihil de hoc actu illicito pertinet, niſi inquantum conſentit fieri matrimonium viri ſui cum matre ſua, vel filia: quia propter conſenſum in ſcelus, ipſa quoque comburitur. Si tamen iſta femina repugnaret ne iſte contractus illicitus fiat, & vir ea inuita cõtraheret nihil vlterius ea agere potente, ſed denunciãte Iudicibus, non comburetur ipſa, ſed ſolum vir, & ea quæ ſecũdo ducta eſt in vxorem. *Nec permanebit tantum nefas in medio veſtri*, ſcilicet, comburatis iſtos ſic contrahẽtes, vt non maneat iſtud peccatum inter vos: vituperat enim Deus iſtud peccatum vehementius quam alia: non quia maius ſit, ſicut ſupra dictum eſt, ſed vt magis caueretur, cum eſſet inter Gentes magis vſitatum. *Qui cum iumento, & pecore coierit*. Ponitur hic (&) pro (vel) ſcilicet, qui coierit cum pecore, vel iumẽto, quia non requirebatur, quòd coiret cum vtroque, ad hoc quòd infligeretur pœna, quæ habetur hic. Hic prohibẽtur omnes coitus viri ad quæcumque animalia, quæ ſunt extra humanam ſpeciem, & intelligũtur per pecora & iumenta: nam pecora dicuntur omnia animalia, quæ ad cibos pertinent in greſſibilibus quadrupedibus, ſicut oues, & boues, capræ, & ſimilia. Iumenta dicuntur animalia, quæ non pertinent ad cibos, ſiue ſint fera, ſicut leo, & vrſus, & ſimilia; vel manſueta, vt equi, & aſini, vel cameli.

Lex de illo qui coierit cũ iumento & pecore.

An ſit maius peccatum coitus Sodomiticus, vel pecoralis. *Quæſt. XIIII.*

IN omnibus his peccatum eſt magnum coitus humanus, & eſt contra naturam, quoniam natura ordinauit coitum ad generationem, ſed non poteſt fieri generatio in coitu hominis ad pecora, & iumenta: contra naturæ ergo ordinem eſt; & iſte coitus dicitur eſſe contra naturam, ſicut Sodomiticus. Et quidam ponũt eum eſſe deteriorem; ſed non videtur eſſe rationabile: Cauſa horum eſt: quoniam dicunt peccatum coitus eſſe maius, ſecundum quòd per eum magis receditur ab ſpecie animalium, in quibus fit coitus, ſed in coitu pecorali magis receditur à ſpecie, quam in Sodomitico, quoniam in Sodomiticis receditur à ſexu, ſed non à ſpecie, in coitu autem beſtiali, à natura ſpeciei receditur.

Opin. Sancti Thomæ ſecunda ſecundæ. q. 154. art. 12

Sed adhuc videtur hoc non militare: quoniam plures præuaricationes fiunt in coitu Sodomitico, quam in pecorali: nam in pecorali ſolum deuiatur à naturali ſpecie, & non à ſexu. In Sodomiticis autem deuiatur à ſexu; ideo videtur eſſe aliquid grauius, quanquam contingere poterit in coitu pecorali, ꝙ fiat deuiatio ſecundum omnia, ſcilicet, ſecundum ſpeciem, & naturæ inclinationem, & ſecundum ſexum, vt ſi aliquis coeat cum pecore maſculino: manifeſtum eſt enim ibi eſſe maximam peruerſitatem: Nam circa omnia ibi deuiatio eſt: deuiatur enim à ſpecie, quoniam non eſt in eadem ſpecie cum humana: deuiatur etiam ab inclinatione naturæ, quia natura inclinat ad gignere, ſed in talibus coitibus generatio impoſſibilis eſt, cum repugnet ſexus. Item deuiatur à ſexu, quoniam oportebat eſſe maſculinum ad femininum, ſed ibi eſt maſculinum ad maſculinum. Idem autem videtur aliqualiter, quoniam in feminis pecorum plura horũ inconuenientium ſunt, quia ibi fit contra inclinationem naturæ, cum natura inclinet ad id, quod eſt in ſua ſpecie: ſed femina pecoralis non eſt in ſpecie humana. Item, eſt hoc cõtra inclinationem naturæ, quoniam natura inclinat ad gignere, ſed in rebus diuerſarum ſpecierum, quæ non habent magnam propinquitatem in ſimilitudinẽ, non cauſat

Ratio cõtra S. Thomã.

ſat aliqua generatio: dico autem in eis, quæ non habent magnam ſimilitudinem, propter aliquas ſpecies, quæ habent inter ſe magnam cõformitatem: & poteſt ex eis gigni aliquod æquiuocũ, quod aliqualiter participat cum vtraque natura, ſicut equina, & aſinina ſpecies magnam habent ſimilitudinem; ideo quãquam æquiuocè aliquid gignatur ex vtriuſque mixtione; tamen id quod gignitur ex eis magnam habet cum illis ſimilitudinem, ſ. mulus: inter hominem tamen & alias ſpecies pecorum, vel iumentorum, non eſt ſimilitudo tanta: ideo rariſſimè poteſt aliquid ex commixtione harum gigni, & ſi cõtingat, illud eſt in diuerſis ſpeciebus valde imperfectum, & non pertinens ad dignitatem naturæ humanæ. Quanquam autem iſta rationabiliter dicantur à nobis: tamen ſemper maius videtur Sodomiticum peccatum, quàm pecorale, cum magis natura illud horreat. Contrarium tamen ponit B.Thom. de Aquino, ſ. ꝙ inter omnia peccata contra naturam, illud eſt maius, quod magis pertinet ad commiſſionem, illud verò minus, quod conſiſtit in omiſſione. Ideo peccatum immunditiæ, quod vocatur mollicies ſecundum quoſdam minimũ eſt in omnibus peccatis contra naturam: quia conſiſtit in ſola omiſſione concubitus ad alterum. Dicit autem ꝙ grauiſſimum eſt inter omnia peccata contra naturam peccatum beſtialitatis, vbi non ſeruatur debita ſpecies: vnde ſuper illud Geneſ. 37. cap. ſ. accuſauit fratres ſuos de crimine peſſimo, dicit Gloſſa, ꝙ cum pecoribus miſcebantur. Poſt peccatum beſtialitatis ſuccedit vitium Sodomiticum, vbi non ſeruatur debitus ſexus; poſt hæc autem ſunt alia peccata contra naturam, ex eo, ꝙ non ſeruatur debitus modus concumbendi: magis autem ſi non debitum vas, quàm ſi ſit inordinatio ſecundum alios modos agendi. Sed in hoc eſt dicendum, ꝙ ſecũdum naturam ipſum peccatum, quod eſt cum pecore, maius eſſe videtur, quàm Sodomiticum, eo ꝙ eſt ibi maior variatio ab inclinatione naturæ, quia receditur à ſpecie humana, tamen nos non ita horremus, cum aliquis dicatur commiſiſſe peccatum beſtiale, ſicut ſi fuerit Sodomita; cuius cauſa eſt: quia quanquam valde magnum peccatum ſit in beſtialitate, tamen non infamatur ibi dignitas naturæ humanæ in patiendo, ſicut in actu Sodomitico: magis ergo abominabilis eſt hominibus audientibus iniquitates Sodomitarum, quam accedentium ad pecora: quodcumque tamen horum, nefas magnum eſt; ſed de omnibus his, quæ ad luxuriam pertinent, latius dicemus Matth. 5. c. *Morte moriatur.* Refertur ad eum, qui coiuit cũ iumento, quia ibi debet lapidari ſecundum penam generalem poſitam hic cum aliis. *Pecus quoque occidite.* Hic iubet Deus pecora puniri, non tanquam pecora aliquid mali meruerint, quoniam hoc pertinet ad libertatem arbitrij, in pecoribus autem, nec arbitrium, nec libertas eſt, nec Deus dat eis pęnas pro eo, ꝙ agunt, aut patiũtur, ſed datur propter enormitatem, & errorem facti, ſ. quòd tale infandum vitium cum illo pecore perpetratum eſt: eſſet igitur valde inconueniens manere tale pecus ad exemplum illius facti, ſed in deteſtationem criminis, non ſolum homo, qui verè peccat, ſed etiam pecus, quod in nullo delinquit, puniuntur: ſic enim eſt apud quaſdam gentes, quòd ſi aliqua beſtia hominem comederit, vel occiderit, ſuſpendatur: Sic enim apud Gallos in quibuſdam locis aſſuetum eſt, vt porca comedens pueros ſuſpendatur. Idem modus quaſi habetur Exodi 21. cap. vbi dicitur de boue cornupeta, quòd ſi hominem occiderit, lapidibus obruatur. Poteſt quoque poni iſta pęna, vt non maneat illud animal, cum quo talis immũditia perpetrata eſt, quia ſimiliter inclinarentur alij ad idem ſcelus cum eo patrandum. *Mulier, quæ ſuccubuerit cuilibet iumento.* Sicut ponebatur lex de viro cognoſcente animalia bruta carnaliter, ita ponitur de femina, quæ à beſtiis cognoſcitur: & iſtud ſatis intelligeretur per regulam ſuperiorem de coitu cum pecore, tamen fuit facta maior expreſſio, vt per ſe poneretur iſte caſus.

Opi. Doc.

Quod ſit maius peccatum ſi vir coeat cum iumento, vel ſi femina ſuccumbat ei. Quæſt. XV.

IN quo conſiderandum eſt, ꝙ quanquam commixtio viri cum aliquo pecore, ſit de maximis peccatis in to-

F ta natura, tamen maius videtur eſſe coitus feminæ cum pecore: nam iſta duo ſunt æqualia quantum ad variationem ſpeciei, cum in vtroque commiſceantur indiuidua duarum ſpecierum: maior tamen infamia ſpeciei humanæ eſt, ꝙ aliqua femina cognoſcatur à pecore, quam ꝙ aliquis vir pecori commiſceatur: agere enim honorabilius eſt, cum non fiat per receptionem: pari autem inhoneſtius eſt, cũ recipiatur aliquid ab agente. Femina autem cum cognoſcitur à pecore, patitur, vir autem cum cognoſcit pecus agit; ideo magis dehoneſtat dignitatem ſpeciei humanæ femina cognita à iumento, quàm vir cognoſcẽs iumentum; Patet etiam maioritas peccati ex maiori libidine, quoniam femina quæ mouetur, vt cũ pecore coeat, maiori libidine teneri videtur, quàm vir idem agens, ſed ex libidine, id eſt, deſiderio peccãdi, peccatum maius efficitur. G Item, patet hoc ex turpitudine modi agendi, quoniam turpius oportet ſe habere feminam ad iumentum, ſi ab illo cognoſcatur, quàm ſe habeat vir ad iumentum, vt per ſe liquet: maius ergo peccatum in femina eſt. Dicitur autem hic. *Quæ ſuccubuerit cuilibet iumento.* i. alicui, qm̃ non eſt neceſſarium quòd aliqua femina ſuccumbat omnibus iumentis, ad hoc ꝙ patiatur pœnam huius legis: quoniam hoc impoſſibile erat, ſed ſufficit alicui ſuccumbere. *Simul interficietur cum eo.* ſ. quòd ambo lapidabuntur; & hoc propter cauſam ſupra poſitam, quia quãquam iumentum agens nihil peccet, cum neſciat quid agat, tamen propter horrorem facti punitur. *Sanguis eorum ſit ſuper eos.* Nõ poteſt exponi hoc totaliter, ſicut in ſuperioribus: nam quamuis quantum ad feminam ſit eadem expoſitio hic, & in omnibus ſupradictis, tamen quãtum ad H pecus non eſt, ſed erit ſenſus: ſanguis eorum ſit ſuper eos, id eſt, pœna imponatur in ſanguinis effuſione pro hoc, quod fecerunt; quanquam non ponatur vtrique, vt pœna peccati. *Qui acceperit ſororem ſuam.* Hic ponitur alius caſus, in quo non eſt licitum concumbere, ſiue matrimonialiter, ſiue aliter; & hoc eſt ad ſororem: qui enim talia faciebat mori debebat. Dicitur autem qui acceperit: non ꝙ importet matrimonium ſolum, vt conſueuimus dicere, ꝙ aliquis accipit mulierem aliquam in vxorem: ſed vt accipere pertinet ad acceptionem in matrimonium, vel accipere ad coeundum aliter illicitè. Vel dato, ꝙ non cognoſcat frater ſororem ſuam, ſed ſolum accipiat eam ad cognoſcendum ipſam, faciens aliqua præludia, mori debebat; & hoc propriè eſt accipere ſororem. Nam ſi diceretur ſolum pro coitu, nõ diceretur, qui acceperit ſororem, I ſed qui cognouerit, vel reuelauerit turpitudinem eius, & magis infra hoc probabitur. *Filiam patris, ſui vel filiam matris ſuæ.* ſ. ꝙ hoc intelligitur de ſorore, ſiue ſit ex patre & matre, ſiue ex patre ſolum, ſiue ex matre dumtaxat: de ſorore autem cum eſt ex patre, & matre eiſdem, non erat aliquod dubium, ſed ſolum quãdo frater, & ſoror ſe habent ſolum ex altero parentum; ideo dicitur filiam patris ſui, ſiue matris ſuæ: nam quanquam ad eundem gradum pertineant conſanguinitatis frater, & ſoror, cum ab eiſdem parentibus ſint, maior tamen identitas eſt inter illos cum ſunt ab eiſdem progenitoribus, vt patet per Ariſtot. 8. Ethic. Leges tamen humanæ, & Diuinæ curant de gradibus affinitatis, & conſanguinitatis non diſtinguentes an intra eundem gradum magis, vel minus ſe mutuo attingant, ideo æqualis pęna datur vtriſque. K *Et viderit turpitudinem eius.* Videre turpitudinem, eſt, ꝙ frater, & ſoror coirent: & accipitur, videre, largè, pro omni ſenſatione, ſicut interdum dicimus videre pro audire, ſ. ego video, ꝙ ſapit bene cibus iſte, vel video, ꝙ vox illa eſt delectabilis: & tamen iſta duo non pertinent ad viſum, ſed ad auditũ, & guſtum. Hic ita accipietur, ſic quòd frater videat turpitudinem ſororis ſuæ, id eſt, ꝙ ſentiat eam tangendo in cognitione carnali; & pro hoc dicitur, ꝙ infligenda eſt mors. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ accipiatur, videre turpitudinem, pro ſola viſione; & hoc ſatis ſignificat littera, cum dicitur, & viderit turpitudinem eius: in aliis autem non dicebatur videre turpitudinem, ſed reuelare. Patet etiam ꝙ dicitur hic immediatè. *Illaq; conſpexerit fratris ignominiam.* Nam conſpicere propriè videtur pertinere ad viſum. Diceretur autem ſoror conſpicere ignominiam fratris, ſi videret genitalia eius, & ipſe vide-

videret vaſa feminea illius: vnde ſignificatur in hoc, ꝙ non ſolum non debebant frater, & ſoror carnaliter commiſceri, ſed etiam non debebant ſibi demonſtrare inuicem genitalia, & ſi id feciſſent mori debebant, quod hoc fieret ad quandam inhoneſtam delectationem, & videbatur eſſe immediatum preludium ad coitum, vnde ſicut ipſe coitus puniri debebat. Rabbi Sal. ponit hic alias turpitudines circa oſtenſionem verendorum, de quibuſdam applicationibus, quas ore pudico proferre non licet, nec etiam exiſtimo Legiſlatorem aliquid tale voluiſſe.

An ſoror & frater occiderentur pro ſola monſtratione mutua genitalium, & de cauſa huius, & de paſſione inſurgente ex contactu genitalium. Quaeſt. XVI.

SED dicet aliquis, ꝙ non videtur multum rationabile, ꝙ pro ſola verendorum mutua demonſtratione, frater & ſoror occiderentur; ideo dicunt quidam, ꝙ non fuit in his ſola verendorum demonſtratio, ſed completio actus, vel inchoatio ſine propoſito complendi totalē carnis cōmixtionem, & hoc eſt in ſola genitalium vaſorum applicatione vtriuſque. Eſt autem modus iſte procedendi in opere nefario inter tales perſonas, quòd ſtimulata parte ſenſitiua concupiſcētiæ igniculo, ratio ſuperior repugnante ſibi paſſione in parte inferiori, propter naturalem coniunctionem vtriuſque, perturbatur; & licet in primo totalem actum nefarium horreat (quia partis inferioris motus nondum ad magnum gradum peruenit) ſentit tamen inclinationem genitalium vaſorum ad quendam delectationis gradum: facta autem tali applicatione, in immenſum creſcit carnis titillatio, ita vt totalis ratio obnubiletur, & deueniatur ad talem ſtatum, in quo impoſſibile eſt bene eligere ratione practica totaliter perturbata, vt inquit Philoſ. in 7. Ethicor. ita, vt iam videatur, ꝙ neceſſarium ſit talem actū complere, cum ſenſitiua pars nullis iam rationis vinculis teneatur, propriæ inclinationi relicta. Vnde pro hac ſola applicatione genitaliū, ſine ceteris actionibus mortis pœnam incurrebant; quoniam qui talia agunt iam actum compleſſe videntur, cum ſit quaſi neceſſarium inchoatum nefas compleri.

Sed adhuc præter hoc videtur dicendum, ꝙ pro ſola oſtenſione mutua genitalium vaſorum mortem merentur frater, & ſoror: nam ſicut ipſa applicatio, quia actui propinquiſſima eſt, mortem meretur; ita & in oſtenſione videtur dicendum: quoniam qui ex propoſito ſibi genitalia membra oſtendunt, actui nefario operam dare volunt, ideo morientur, quod ſatis videtur innuere littera dicens, ꝙ frater vidit turpitudinem ſororis ſuæ, id eſt, membra eius genitalia, quæ vocātur turpitudo: & quòd ſoror conſpexit fratris ignominiam, id eſt, virilia eius: in nullo autem alio ſimile dicitur: nec eſt intelligendum hic, ſi frater ſolum videat turpitudinem ſororis, vel ſoror ſolum viderit turpitudinem fratris, ſed ꝙ ambo mutuo videant, quia cum vnus videt ſolum alterius turpitudinem, non fit ab intentione, ideo pęnam non meretur. Cum verò vterq; conſpexit alterius ignominiam, videtur factum ab intentione talia videndi.

Fuit autem poſita lex iſta ſpecialior in fratribus, & ſororibus, quam in ceteris, quoniam fratres, & ſorores habent magnam opportunitatem ad omne nefas ſi voluerint, & nemo de eis malum quicquam ſuſpicatur, propter iura propinquiſſimæ conſanguinitatis: ipſi etiam quia interdum coętanei ſunt, colludunt, & continget fieri tales demonſtrationes, ibiq. titillati ad libidinem incitabuntur; ideo ſicut ipſa carnalis commixtio inter eos vetita eſt, ita, & oſtenſio verendorum, quæ huic ſatis propinqua eſt. *Illaq; conſpexerit fratris ignominiam*. i. ſi viderit verenda eius, quæ vocantur ignominia, vel turpitudo, propter veręcundiam harum partium, de quibus dictum fuit Exo. 20. capite & 29. *Nefariam rem operati ſunt*. ſ. frater, & ſoror, reuelando ſibi turpitudinem ſuam: ipſa namq; turpitudinis reuelatio turpitudo magna eſt, & vocatur nefas. Vel dicitur, quòd operati ſunt rem nefariam, ſcilicet, ſi genitalia applicuerunt, vel carnaliter commixti ſunt; hoc autem de demonſtratione verēdorum, in quibuſcumque perſonis illicitum eſt. Dictum fuit tamen de fratre, & ſo-

A rore, quia in his videtur magis poſſe contingere. *Occidentur in conſpectu populi ſui*. ſcilicet, lapidando illos, ſicut in omnibus aliis dictum eſt: populus vero lapidationē iſtam exequebatur: hic tñ non ponitur aliqua pęna in ſuſpenſione, ſed in lapidibus, aut igne. Cauſa huius eſt: quia hic ponitur pęna maiorum ſcelerum, & in eis debet dari magna pœna: ſuſpenſio autem pro minoribus peccatis, quæ mortem merentur, infligebatur, & erat communis ad omnia parua peccata, de quibus non erat impoſitus certus modus pœnæ; hoc habetur Deuteron. 21. cap. cum dicitur: Quando peccauerit homo, quòd morte plectendum eſt, & adiudicatus morti, appenſus fuerit in patibulo, non permanebit, &c. in quo videtur, ꝙ quando aliquis erat dignus morte, ſuſpendebatur, ſcilicet, ſi non eſſet alia pœna impoſita. *Eo quòd turpitudinem ſuam mutuo re-*

B *uelauerint*. Iſta eſt cauſa pœnæ, ſcilicet, quia reuelauerūt frater, & ſoror ſibi inuicem turpitudines ſuas. In quo videtur manifeſtè, ꝙ intelligatur de viſione verendorum, dato, ꝙ non fuerit ibi ſecutus coitus: nam in aliis dicebatur, ꝙ vir reuelabat turpitudinem mulieris, quod neceſſario intelligebatur de coitu, quoniam non reuelabat ipſa turpitudinem viro alicui, nec vir reuelabat turpitudinem ſuam illi, ſed vir reuelabat turpitudinem mulieris. Hic autem non dicitur, ꝙ frater reuelauerit turpitudinem ſororis, ſed ꝙ reuelauit turpitudinem ſuam ſorori ſuæ, quod neceſſario referendum eſt ad demonſtrationē genitalium vaſorum. Etiam dicitur, quòd ſoror reuelat turpitudinem ſuam fratri in eo, quod habetur hic, ſ. quòd turpitudinem ſuam mutuo reuelauerunt, ſed non poteſt intelligi de cognitione carnali, quia ſoror nō poteſt cognoſcere fratrem;

C ideo intelligendum erit de viſione, & oſtenſione mutua genitalium, dato ꝙ nihil vltra aliud operentur. *Et portabunt iniquitatem ſuam*. id eſt, recipient pœnam pro peccato ſuo, & non recipiet populus partem pœnæ pro iniquitate iſtorum, ſed ipſi ſolum portabunt ſuper ſe pęnam delicti ſui. *Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo*. Hic ponitur lex prohibens quandam turpitudinem, ſcilicet, acceſſus per commixtionem ad mulierem menſtruatā. Sunt enim mulieres determinatis temporib. anni in fluxu menſtruorum, quoniam quolibet menſe ſanguis purificationis earum defluit, propter quod menſtrua à menſibus nominantur; durat autem pauco tempore iſta effluxio ſanguinis, aliquādo tamen incipit fluere tempore menſtruali, & durat vltra tempora determinata à natura. Iſta diſtinctio habetur ſup. 15. cap. de muliere, quæ patitur flu-

D xum tempore menſtruorum, & de ea quæ extra tempus: vnde contingit, ꝙ aliqua mulier per multos annos valde, & fortè per maiorem partem vitæ ſuæ iſtum fluxum patiatur, ſicut patet de muliere illa, q̄ duodecim annis paſſa eſt fluxum huiuſmodi, quouſque eam Chriſtus ſanauit, vt habetur Lucæ 8. cap. vnde quandocumque eſſent in hoc fluxu, ſiue naturali, ſiue præter naturam, quicumque accederet ad huiuſmodi feminas morte plectebatur. *Et reuelauerit turpitudinem eius*. Hoc pertinet ad virum, qui reuelat mulieris turpitudinem, tangendo eam carnaliter tempore menſtruorū: vel quia reuelauit turpitudinem illius, id eſt, diſcooperuit membra genitalia feminæ, & vidit immunditiam ſanguinis fluentis. *Ipſaq. aperuerit fontem ſanguinis ſui*. Dicitur fons ſanguinis vas genitale mulieris, quia ſicut de fontibus aquæ oriuntur, ita tempore men-

E ſtruorum de vaſe feminino ſanguis menſtrualiter deſtillat. Hoc autem à coeuntibus reuelatur, & ipſa femina demonſtrare dicitur, quia tangentes carnaliter feminā menſtruatam hoc cognoſcunt. Obſeruandum ergo erat quouſque ceſſaret iſte fons ſanguinis, & tunc factis purificationibus legalibus, vir poterat accedere licitè ad feminā. De purificationibus autem mulierum fluentium ſanguine propter partum, habetur ſupra 12. capite. De purificatione autem mulierum menſtruatarum non parientium, & aliarum mulierum fluentium ſanguine extra tempus menſtruorum habetur 15. capite.

Interficientur ambo de medio populi ſui. id eſt, interficiantur, & per hoc tollantur de populo: quoniam qui occiditur de medio populi tollitur, quia non manet iam inter alios amplius.

An

An occidi debebat aliquis, quando acceſſerat ad mulierem menſtruatam, ſiue eſſet vxor ſua, ſiue aliena. Quæſt. XVII.

SCIENDVM autem ꝙ mulier menſtruata, quãdo cognoſcebatur à viro, ſiue ille eſſet vir ipſius, ſiue alienus, mori debebat vterque: nam non poteſt intelligi, ꝙ quidam dicunt hoc ſolum pertinere ad eum, qui cognoſcit vxorem alterius tempore menſtruorum. Nam tunc quæretur, an iſte qui cognoſcit mulierem menſtruatam, cognoſcit talem mulierem, quam nullo modo licebat cognoſcere, ſiue propter affinitatem, ſiue conſanguinitatem, ſiue quia erat alteri viro copulata, aut eam quam aliàs licitè cognoſcere poterat, ſed interdicitur ſibi propterea quod eſſet menſtruata. Si autem dicatur primo modo, ſcilicet, quòd ſolum vetetur quilibet cognoſcere feminam menſtruatam, ad quam aliàs ei accedere non licebat, erit iſta lex ſuperflua totaliter, quoniam nihil addet ad leges ſupra poſitas, ſcilicet, ad legem de adulterio, & de non cognoſcendo conſanguineas; ſed hoc inconueniens valde eſt: quia Deus non poneret aliquam legem, quæ totaliter ſuperflua eſſet. Si autem intelligatur de muliere, ad quam aliter accedere licebat coeunti, dicetur ꝙ cum propter hoc ſolum ꝙ mulier menſtruata eſſet, imponitur pęna mortis, oportet etiam, ꝙ intelligatur de viro ad vxorem ſuam ingrediente, quando ipſa menſtruata fuerit: nam non videtur eſſe alia cauſa de vxore ad virum, quàm de ipſo viro ad quamcumque feminam, ad quam ei aliter accedere licebat, & hoc neceſſariũ eſt concedere, ſ. ꝙ ſecundum iſtam legem ſi vir accederet ad vxorem ſuam tempore menſtruorum, incurreret pœnam mortis, & ipſa femina, q̃ ſciens ſe eſſe in fluxu ſanguinis, permittebat ad ſe virum accedere. Sed aliquis arguet, ꝙ non imponetur pęna mortis viris accedentibus ad feminas tempore menſtruorum, quia ſupra 15. cap. dicitur de muliere menſtruata: ſi coierit vir cum ea tempore ſanguinis menſtrualis, immundus erit ſeptem diebus, & omne ſtratum in quo dormierit polluetur. Si autem mori debuiſſet accedens ad huiuſmodi feminam, non impoſita fuiſſet illi pęna purificationis. Ad hoc reſpondendum eſt dupliciter; vno modo, ꝙ intelligatur illa lex de coeunte cum muliere menſtruata, ſupra 15. cap. Si ignoranter coiuerit, putans eam eſſe aliter mundam, ſi tamen coiuiſſet ſciens eam eſſe immundam, infligebatur ei pęna mortis. Vnde ſi accuſatus fuiſſet aliquis in iudicio, ꝙ cognouiſſet feminam tempore menſtruorum, ſi negaret ꝙ ſciuerat eam fuiſſe menſtruatam, non occidebatur, niſi conuinceretur ꝙ ſciuiſſet, vtpote, ꝙ probaretur feminam cognitam carnaliter, dixiſſe, nõ accedas ad me, quia iuxta conſuetudinem mulierum menſtrualem ſanguinem patior; vel ſi aliter cõuinci potuiſſet eum ſciuiſſe de fluxu menſtrui. Femina autem ſi accuſata fuiſſet iudicialiter, quòd fuiſſet ab aliquo cognita tempore menſtruali, non poterat ſe tueri, dicendo, ꝙ fuiſſet cognita ignoranter in menſtruis: nulla namq; femina ignorare poteſt an menſtruata ſit nec ne; ideo qñcumque conuicta fuiſſet, ꝙ tẽpore menſtruorum ab aliquo cognita fuiſſet, nulla exceptione tueri ſe poterat, quin moreretur, niſi violentata fuiſſet ad coitũ. Sic igitur iſta lex intelligitur de illo qui cognoſcebat mulierem menſtruatam ſciens: alia autem de illo qui cognoſcebat mulierem menſtruatam ignorans. Et hoc videtur apparere ex lege, quæ habetur ſupra 15. cap. quia ibi agitur de viro cognoſcente feminam menſtruatam, qũo purificari deberet, & non agitur de femina mẽſtruata, ſi cognita fuiſſet ab aliquo, quid ei imponendum erat: in quo innuitur ꝙ femina nõ habebat illam pęnam purificationis, quia ſemper ſciens cognoſcebatur, an eſſet in tempore menſtruorum. Alio modo reſponderi poteſt, ꝙ iſta lex intelligitur, qñ aliquis acceſſiſſet ad feminam mẽſtruatam, & iudicialiter accuſabatur, & conſtabat ꝙ ad eam ſciens acceſſiſſet. Alia autem lex, quæ habetur ſupra 15. c. intelligitur quando aliquis cognouiſſet feminam menſtruatã, etiam ſi ſcienter hoc feciſſet, dum tamen iudicialiter non conuictus fuiſſet: tũc enim ipſe vir aſſumere debebat illos dies purificationis ſecũdum præceptum legis. Diſtinguebantur autem iſtæ duæ leges datæ de acceſſu ad mulie-

Duæ leges diuerſæ de acceſſu ad mẽſtruatam, qũo intelligãtur.

F rem menſtruatam, tanquam ea quæ pertinent ad duplicem forum, i. ad forum conſcientiæ, & forum litigioſum. Iſta. n. lex intelligebatur in foro litigioſo, quia ſolũ in iudicio pęna mortis imponitur: alia autem lex quæ habetur ſupra 15. c. intelligebatur in foro conſciẽtiæ; & quanquam non fuerit ibi tanta diſtinctio, ſicut apud nos eſt in foro conſcientiæ, & litigioſo, quia in Veteri Teſtamento non erãt totaliter diſtincti fori, ſicut in Nouo, quia tñ imponere pęnam mortis pro acceſſu ad mulierem mẽſtruatam pertinet ad iudices, qui litigijs præſunt, & facere purificationes pertinet ad Sacerdotes, qui pęnam mortis nõ imponebant ſecundũ officium ſuum Sacerdotale, videntur eſſe diſtincti iſti duo fori. Cauſa autem prohibitionis huius eſt: quia quando fit copulatio viri, & mulieris menſtruatæ, ſolent inde gigni proles infectæ morbis, cum fiat G generatio de materia illa menſtruali, quæ ad naturæ purificationẽ excludenda erat; fit ẽt hoc propter immunditiam, & inhoneſtatem magnam in tali coitu, quod innuitur cum dicitur, & reuelauerit turpitudinem eius, ipſaq; aperuerit fontem ſanguinis ſui. *Turpitudinem materteræ, & amitæ tuæ non diſcooperies.* Hic prohibetur coitus illicitus inter aliquas perſonas propter cognationem, ſcilicet, cum matertera, & cum amita. Dicitur matertera, ſoror matris. Ad hanc autem accedere non licet matrimonialiter, vel aliter. Dicitur amita, ſoror patris, ad hanc quoque copula eſt illicita, ſunt enim in eodem gradu affinitatis iſtę duę ad eum, cuius ſunt materterę, vel amitæ, ideo æqualiter peccatur vtrobique, & æqua pęna infligi debet delinquentibus.

H *An grauius ſit accipere materteram, vel amitam in vxorem, vel concubinam. Quæſt. XVIII.*

CIRCA hoc inquiret aliquis, an grauius ſit accipere materteram, vel amitam in vxorem, vel cõcubinam. Et fortè aliquis diceret, ꝙ grauius eſt accipere aliquam harum in concubinam, quàm in vxorem, quia contractus matrimonialis ſecundum ſe licitus eſt, accipere autem in concubinam eſt illicitum. Reſpondendum eſt, ꝙ grauius ſit accipere in vxorem, quàm in concubinã quamcunque harum: quia qui accipit in concubinam, ſimpliciter peccat, qui verò in vxorem, peccat dupliciter. Quod apparet: quoniam qui accipit in concubinam amitam, vel materteram, ſolum peccat infringens iura conſanguinitatis, qui aũt accipit harum aliquam in vxorem, primò peccat I infringens fędera cognationis, & faciens coitũ inceſtuoſum: præter hoc aũt infringit, & dehoneſtat fędera matrimonij, faciens matrimonium inceſtuoſum, & ipſum matrimonium quod ſecundum ſe licitum eſt, efficitur in talibus inhoneſtum; etiam quia grauius peccat, qui malum agit, & approbat, quàm qui agit, & tanquam deteſtabile habet. Ille autem qui cum amita, vel matertera coit non matrimonialiter, quanquam illud agat, illicitum eſſe credit, ideo non ducit in publicum; ſed occultat: qui verò aliquã harum in vxorem accipit, malum agit, & approbat, credẽs illud ſibi licere; grauius ergo iſtud eſt. Cum autem dicitur, ꝙ actus matrimonij eſt licitus, & accipere in concubinam eſt illicitum? Reſpondendum eſt, ꝙ matrimonium ſecundum ſe licitum eſt, cum contrahitur inter perſonas legitimas, & accipere in concubinam ſemper eſt il- K licitum: tñ matrimonium quando inter perſonas illegitimas eſt, non eſt aliquid licitum, nec honeſtat actum, ſed magis dehoneſtat, cum ibi ſit vera fornicatio inceſtuoſa, velata fędere matrimonij; & in hoc matrimonium quod ſacrum eſt, inducitur ad tegendum aliquid inhoneſtum, ſicut cum aliquis mentitur, peccatum eſt. Si verò illam falſitatem iuramento confirmat, inducens nomen Domini, magis peccat, quia id quod ſacrum eſt, inducitur ad confirmandũ falſum. In omnibus ergo contractibus matrimonialibus generaliter diffiniendum eſt, quòd quandocumque aliquis contrahit, & matrimonialiter cognoſcit eam quam aliter licebat accipere, nullatenus erit aliquod malũ in matrimonio, & tunc cognoſcere mulierem matrimonialiter honeſtum eſt: accipere autem in concubinam turpe eſt. Econtrario autem, quando aliqua mulier matrimonialiter cognoſcitur, quam in matrimonium

Regula generalis in omnibus contractibus matrimonialibus.

accipere

accipere nō licebat, grauius eſt eam cognoſcere ſic, quam accipere in concubinam, vtpotè, ſi conſanguinea, vel affinis, aut alterius vxor ſit. Circa hoc adhuc ſciendum eſt, ꝙ ſicut accedere ad materteram, vel amitam illicitum eſt, ita ꝙ patruus, vel auunculus accedat carnaliter ad cōſobrinam, peccatum eſt. Cauſa eſt: quia in eodem gradu ſe habet aliquis ad materteram, vel amitam, in quo ſe habet auunculus, vel patruus ad conſobrinam, & cum hic peccatum ſit propter læſionem iurium cognationis, neceſſarium eſt, quòd vtrobique ſit peccatum.

An grauius ſit peccatum quòd conſobrinus materteram, vel amitam, vel quòd auunculus, vel patruus cognoſcat conſobrinam. Quæſt. XIX.

SED quæret aliquis, an grauius ſit peccatum ꝙ conſobrinus materteram, vel amitam, vel ꝙ auunculus, vel patruus cognoſcat conſobrinam? Reſpondendum eſt, ꝙ vtrobique eſt fractio iuris cognationis in eodem gradu; & quantum ad hoc peccati æqualitas eſt. Eſt autem aliud quod diuerſificat quantitatem peccati, ſcilicet, quòd fit iniuria, vel offenſa maior ſic, quam aliter; & quantum ad hoc ille, qui maiorem offenſionem irrogat, magis peccabit. Sic autem eſt in his, quoniam iura cognationis dicunt quandam reuerentiam, & honorem, propter quæ nō debet accedere carnaliter cognatus ad cognatam, qui igitur cognatæ maiorem irrogat infamiam, vel offenſionem, magis peccat, & quia illi qui deſcendentes ſunt in cognatione, debent maiorem honorē ſuperioribus, quam ſuperiores deſcendentibus, ſi cognouerit conſobrinus materteram, vel amitam offendet eam, quia ſuperior eſt in cognatione. Si autem patruus, vel auunculus cognouerit conſobrinam, dehoneſtat eam, quæ inferior eſt in cognatione, cui non tenetur tantum honorem ſeruare: magis ergo peccabit conſobrinus cognoſcens materteram, vel amitam, quam patruus, vel auunculus cognoſcens conſobrinam, quanquam idem gradus cognationis vtrobique ſit. Simile patet: quoniam ſi pater cognoſcat filiam ſuam, non æqualiter peccat, ſicut ſi filius cognoſcat matrem, tamen eodem gradu cognationis ſe habet pater ad filiam, in quo mater ad filium: nō eſt ergo æquale peccatum, propter æqualitatem cognationis in gradu. Vnde eſt regula vniuerſalis, quòd in cognatis quandocumque aliquis ſuperior cognoſcit aliquam inferiorem, ſcilicet, deſcendentem lateraliter, vel directè in cognatione, minus peccat, quam ſi aliquis inferior cognoſcat aliquam deſcendentem tranſuerſaliter, vel directè. Cauſa huius eſt: quia inferiores debent maiorem reuerentiam ſuperioribus, quam econtrariò, ideo conſequenter in iſto coitu magis dehoneſtabuntur ſuperiores ab inferioribus, quam econtrario: hæc autem ſunt, cum inter ſe comparantur coitus inter duos cōſanguineos, & coitus inter alios duos.

Vniuerſalis regula in cognatis.

In eodem coitu quis magis peccet, qui eſt ſuperior, vel inferior in cognatione. Quæſt. XX.

SI tamen aliquis quærat in eodem coitu, quis magis peccet, ille qui eſt ſuperior, an qui inferior in cognatione? Reſpōdendum eſt, quod præter cetera, quæ ſolent facere actum magis grauem, vel minus, ſcilicet, ad peccatum ſollicitare, vel cum maiori deſiderio agere, & ſic de ceteris. Dicendum eſt, quòd in illis, qui ſunt in eodem gradu cognationis, & non ſe habent ſicut deſcendentes, ſed æquales, peccatum ſemper æquale erit, ſicut inter fratrem, & ſororem, & inter duos patrueles. Si aūt inæquales ſunt, dicendum eſt quòd magis videtur peccare ſuperior, quam deſcendens, quia ſuperiores habēt quandam rationem dominij ſuper deſcendentes: ideo quaſi obtemperando eis faciunt hoc inferiores. Sicut ſi pater filiam cognoſcat, magis peccat pater, quam filia, & ſi mater à filio cognoſcatur, magis peccat mater, quam filius. Idem autem de auunculo cognoſcente conſobrinam, vel patruo, & de ceteris in hunc modum. *Qui hoc fecerit, ignominiam carnis ſuæ nudauit*, id eſt, qui talem coitum illicitum patrat, denudat ignominiam carnis ſuæ, reuelando turpitudinem ſuam. Patet hoc: nam pater, & mater ſunt vna

A caro, & ideo eadem eſt turpitudo illorum, ſicut dictū fuit ſupra 18. cap. & habetur ibi in littera. Filius quoque eſt eadem caro cum patre, & matre, quia eſt tanquam quædam particula ab eis deciſa, quæ aliquando fuit in patre, & matre, vt habetur 8. Ethicorum. Fratres quoque ſunt eadem caro habentes vnitatem, inquantum ab eiſdē nati ſunt, vt habetur in eodem 8. Ethicorum. Ille ergo, qui eſt patruus alicuius, vel auunculus, habet identitatem ad patrem illius, vel matrem, quia ſunt fratres: filij quoque habent identitatem ad patrem, & matrem: ergo patrui, & auunculi ad conſobrinos ſuos identitatem habent in carne: patet hoc per primam, & communem conceptionem animi, quæ habetur ab Ariſtot. 2. Elenchorum, ſcilicet, quæcumque vni, & eiſdem ſunt eadem, inter ſe ſunt eadem. Sicut ergo ſi filius cognoſceret matrem, reuelaret

B turpitudinem ſuam, quia eadem caro eſt vtriuſque, ita ſi conſobrinus cognoſcat materteram, vel amitam, aut patruus, vel auunculus cognoſcat conſobrinam, dicitur reuelare turpitudinem ſuā, vel nudare ignominiam carnis ſuæ. Vel poteſt hoc accipi generalius, ſcilicet, ꝙ iſta faciens, nudauit ignominiam carnis ſuæ, id eſt, cognationis ſuæ, ſicut habetur infra, de eo qui coit cum vxore patrui, vel auunculi. *Portabunt ambo iniquitatem ſuam*, i. patienter recipientes ſuper ſe pœnam pro delicto ſuo, nec dicitur hic ꝙ morientur, ſicut in aliis dicebatur, quia ſatis intelligitur per hoc quod dr̄, portabunt iniquitatē ſuam: nam cum aliquis portat iniquitatem ſuā, tolerat pœnam debitam pro illo peccato, & ſi debetur pro eo mors, tolerabit mortem: ſic autem intelligitur in his, quòd portabunt iniquitatem ſuam, id eſt, pœnam debitam pro ini-

C quitate, & iſta erat mors, ſecundum ꝙ in aliis illicitis coitibus, de quibus habetur in hoc cap. *Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi ſui.* Supra tollebatur coitus illicitus ꝓpter conſanguinitatem, hic tollitur alius, qui eſt illicitus propter affinitatem, hoc eſt accedere ad vxorem auunculi, vel patrui: patruus enim, & auunculus ſunt cognati nobis, & matertera, & amita in eodem gradu; iubebatur autem ſupra, ne accederet aliquis ad materteram, vel amitam; hic autem dicitur de vxoribus auunculorum, & patruorum, qui attinent nobis in eodem gradu cōſanguinitatis, & vxores eorum propter eos attinent nobis in affinitate. Conuenienter ergo poſt prohibitionem coitus illiciti in gradu illo conſanguinitatis, vetantur coitus illiciti in affinitate orta ex illo gradu conſanguinitatis. *Et reuelauerit ignominiam cognationis ſuæ*, id eſt, qui cogno-

D ſcit vxorem patrui, vel auunculi ſui, reuelat turpitudinem generis ſui: nā reuelādo turpitudinem vxoris auunculi, vel patrui, reuelatur turpitudo patrui, vel auunculi, ſed qui reuelat patrui', vel auunculi ignominiam, reuelat turpitudinem generis ſui, vel cognationis, quia ad eandem cognationem pertinent auunculus, & patruus, & illi quorum auunculi, & patrui ſunt, ſed reuelando turpitudinem vxorum illorum, reuelatur turpitudo ipſorum, ergo & cet.

Quis grauius peccet, ſcilicet, qui reuelat turpitudinem materteræ, vel amitæ, vel qui reuelat turpitudinem vxorum patruorum, vel auunculorum. Quæſt. XXI.

E QVÆRET aliquis quis grauius peccet, ſcilicet, qui reuelat turpitudinem materteræ, vel amitæ, vel qui reuelat turpitudinem vxorum patruorum, vel auunculorum: nam ad eundem gradum pertinent in cognatione matertera, & amita, auunculus, & patruus, quorum ſunt vxores illæ, quarum turpitudo reuelatur. Reſpondendum eſt, quòd quanquam vir, & vxor cēſeantur vna caro, & qui reuelat turpitudinem vnius, reuelat turpitudinem alterius, & amborum dicitur eſſe eadem turpitudo, tamen auunculi, & patrui pertinent ad eos, quorum ſunt auunculi, & patrui in genere conſanguinitatis, ſicut matertera, & amita. Vxor aūt patrui, & auunculi noſtri pertinet ad nos in genere affinitatis, ſed conſanguinitas eſt maius vinculū, quam affinitas, cum oriatur affinitas ex conſanguinitate, & rumpendo iura maioris vinculi, eſt maius peccatum: generaliter ergo magis peccabit ex ſpecie peccati, qui cognoſcit aliquam conſanguineam,

guineam, quàm qui cognoſcit affinẽ, ſed cognoſcere materteram, vel amitam, eſt cognoſcere conſanguineam: cognoſcere aũt vxorem patrui, vel auunculi, eſt cognoſcere affinem; grauius ergo eſt cognoſcere materterã, vel amitam, quàm vxorem patrui, vel auunculi. *Portabunt ambo peccatum ſuum*. i. ſuſcipient pœnam pro peccato ſuo, & iſta pœna eſt mors, quæ infligebatur pro illicito coitu; & dicitur, portabunt ambo, quia ad hos ſolos pena pertinere debebat, & non erat transferenda ab eis in populũ, quod fieret, ſi iudices permitterent eos, qui exercent hanc turpitudinem, impunitos: tunc enim pro peccato eorum totus populus puniebatur. *Abſque liberis morientur*. Non ponitur hoc, tanquam prænunciatiuum, ſed tanquam præceptum, ſ. abſque liberis morientur, i. iubeo, quòd moriantur, vel occidantur abſque liberis, ſcilicet, quòd non permittantur in hoc vitio tantum permanere, vt inde liberi naſci poſſent, ſed immediatè, vt tale nefas compertum fuerit, mori debent. Vel dicitur abſque liberis morientur, id eſt, quòd filij inde geniti illegitimi ſint, ideo non ſuccedent patri, nec matri: vnde pater, & mater dicuntur mori ſine liberis, quia nullos ſibi ſucceſſores relinquunt propter factos illegitimos filios; ſed ſenſus ſuperior eſt magis conueniens, quàm iſte. In Hebræo habetur. *Arumin*. Quod ſignat nudum, vel ſolum, & poteſt referri ad duo, vno modo, ꝙ morientur arumin, id eſt, nudi, ſcilicet, ꝙ quando lapidarentur pro hac iniquitate, eſſent nudi, ſicut conſueuit fieri in aliis, qui lapidantur. Sed iſte ſenſus non eſt conueniens; quia tunc littera iſta nihil explicaret, cum mori nudum, non ſit aliqua proprietas ſpecialis iſtorum, de quibus agitur hic, ſed omnes quotquot lapidabantur, moriebantur nudi: ergo oportet referri ad alium ſenſum, in quo aliquid ſpeciale ſignificetur, ideo accipitur conuenientius iſta dictio (arumin) in ſecundo ſenſu, ſ. pro ſolitario, & eſt ſenſus, ſ. ꝙ iſti morientur ſolitarij, ſ. ſine liberis, ſicut littera noſtra ſignificat. Nec idem eſt in hoc ſenſus, ꝙ iſti moriantur ſolitarij, i. ꝙ moriantur cum eis filij per hunc coitum turpem geniti, ſed ꝙ morientur ſine liberis, i. non permittentur ſtare tanto tempore in hoc vitio, vt inde liberos habere poſſint, ſed morientur abſque liberis, ſ. antequam eos habeat. Sciendum autem, ꝙ cum hic ponitur pena iſtorum, ſ. ꝙ portent iniquitatem ſuam, ꝙ ad mortem pertinet, & non eſt determinatum genus pœnæ, intelligendum eſt de lapidatione, & hoc generaliter quantum ad omnes prohibitiones factas in hoc cap. cum pœnarũ adiectionibus. Quod patet: quia in principio huius capituli ponitur pœna lapidationis in offerente ſemen ſuum idolo Moloch, & vltima prohibitione in fine iſtius capitis de habentibus ſpiritum Pythonicum, ponitur pœna lapidationis, & omnia alia ſunt ſub hoc contextu: ideo pœna eadem referenda eſt ad omnia, quando non expreſsè determinatur genus pœnæ. *Qui duxerit vxorem fratris ſui*. Hic ponitur alius caſus de illicito coitu propter affinitatem, & hoc eſt, cum aliquis accipit vxorem fratris ſui in vxorem eo viuente: nã poſt mortem fratris, licebat frati ſuperſtiti accipere vxorem illius, immò ſi mortuus fuiſſet prior inter fratres, cogebatur alius frater remanens accipere vxorem fratris mortui, vt ſuſcitaret ſemen illius in cognatione ſua, vt habetur Deuteron. 25. cap. quando prior frater moriebatur ſine filiis: cum enim viuebat frater, non licebat alteri accipere vxorem eius, & propter hoc mortuus eſt B. Ioannes Baptiſta, prædicans contra Herodem, quòd accepiſſet vxorem fratris ſui Philippi, vt habetur Matth. 14. cap. cum dicitur: Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum: & poſuit in carcerem, propter Herodiadem vxorem fratris ſui; Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. Et ſicut illicitum eſt accipere in vxorem fratris vxorem eo viuente, ita illicitum eſt accipere eam in concubinam eodem ſuperſtite.

Duplex litteræ expoſitio.

Non ſemper frater tenebatur accipere vxorẽ fratris defuncti.

Quid grauius ſit, an accipere vxorem fratris in vxorem, eo viuente, an in concubinam. Quæſt. XXII.

SED dicet aliquis, quid grauius ſit, an accipere vxorem fratris in vxorem eo viuente, an in concubinam? Reſpondendum eſt, quòd vtrobique, quantum ad iura af-

F ſinitatis, æquale peccatum eſt: nam ſiue coitu adulterino, ſiue matrimoniali cognoſcat quis vxorem fratris ſui viuentis, infringit fœdera affinitatis, & ſemper in æqualitate attinentiæ gradus affinitatis. Ex hac ergo parte non diſtinguentur iſti coitus. Eſt autem alterum in quo aggrauatur peccatum, accipiendo vxorem fratris, ſcilicet, faciendo ei magnam iniuriam in hac acceptione, & quantum ad hoc, ſiue accipiat eam in concubinam, ſiue in vxorem, non videtur eſſe diſtinctio grauitatis, quoniam quocumque nomine cenſeatur, neceſſe eſt eſſe propriè concubinam, cum non poſſit eſſe vxor. Si enim in vxorem licitè accipere poſſet, minor offenſio fratri irrogata foret: quoniam actus matrimonialis eſt licitus: accipere autem in cõcubinam illicitum eſt. Sed illicitum matrimonium verum inceſtum vel adulterium cauſat: ſicut dixit Chriſtus

G de eo, qui aſſumebat vxorem ab altero repudiatam, quòd mœchabatur, id eſt, quod erat adulter; & in hoc æqualitas erit: quia quocumque nomine accipiatur, eſt concubina, & non vxor. Iniuria ergo fratri irrogata æqualis erit. Eſt tamen alterũ in quo differunt iſta, ſ. quia qui accipit vxorem fratris viuentis in concubinam, accipit quaſi ex quadam paſſione, & non indicat hoc tanquam licitum, & approbatum: qui autem eam in vxorem ducit, iſtud nefas tanquam licitum approbat in matrimoniali honeſtate viuendo; ideo quantum ad hoc, dicendum eſt, grauius eſſe accipere vxorem fratris viuentis in vxorem, quàm in concubinam. Iſta prohibitio facta de vxore fratris, naſcitur ex hoc, ꝙ nõ licet fratri ad ſororem accedere, eo quod ipſum attingat per conſanguinitatem; ita non licet fratri accedere ad vxorẽ fratris ſui, quæ ad eum attinet per affi-

H nitatem inſurgentem ex eodem gradu conſanguinitatis. Si autem aliquis quæſierit quid grauius ſit, an cognoſcere ſororem, vel vxorem fratris? Reſpondendum eſt grauius eſſe cognoſcere ſororem, quia eſt conſanguinea; vxor autem fratris affinis eſt: Sed affinitas minoris vinculi eſt, quàm conſanguinitas. *Rem facit illicitam*. ſ. cognoſcendo vxorem fratris ſui: & quanquam dicatur de ipſo cognoſcente ſolum, quod rem illicitam facit, tamen etiam intelligendum eſt de ipſa muliere cognita à fratre viri ſui, quia turpitudinem facit.

Cum quis cognoſcit vxorem fratris ſui, quis grauius peccet, ipſe cognoſcens, vel vxor cognita. Quæſt. XXIII.

I SED quæritur cum aliquis cognoſcit vxorem fratris ſui, quis grauius peccet, ipſe cognoſcens vel vxor cognita? Et reſpondendum eſt, ꝙ relictis omnibus quæ faciunt generaliter maiorem vel minorem grauitatem in peccato, tangẽdo ſolum ea quæ pertinent ad ſpeciem huius peccati, grauius eſt quod facit vir, cognoſcens vxorem fratris ſui, quàm femina cognita; patet hoc: nam quantum ad violationem iurium affinitatis, æquale vtrobique peccatum eſt, cum vir cognoſcat affinem ſuã, & ipſa cognoſcatur ab affine; etiam quantum ad violationem fœderis matrimonij, æqualiter vtrobique peccatur: nã ipſe adulter eſt cognoſcens vxorem alterius, & illa eſt adultera permittens ſe cognoſci à viro alieno, & in hoc æqualis iniuria infligitur marito illius vxoris, inquantum illa eſt vxor illius. Sed eſt adhuc aliquid alterum, propter quod magis peccat vir cognoſcens, quàm femina cognita: quo-

K niam vir cognoſcit vxorem fratris ſui, & in hoc offendit fratrem ſuum, quod eſt magna iniuria, cum teneatur ei potius ad amoris exhibitionem, & bonorum operum: femina autem non facit iniuriam fratri ſuo, quia vir ſuus non eſt frater ſuus, ſed ſolum infert ei iniuriam inquantum eſt vxor eius: & hoc redit ad ſuperiorem iniuriã, quæ infligebatur per adulterium, & in hoc iam æquabuntur vir cognoſcens, & femina cognita: ideo magis peccat vir, qui addit vnam offenſionem ſuper feminã. Sic igitur cum aliquis cognoſcit vxorem fratris ſui, ceteris paribus grauius peccat ipſe, quàm illa. *Turpitudinem fratris ſui reuelauit*. i. talia faciens, reuelauit turpitudinem fratris ſui: quoniam reuelat turpitudinem vxoris eius, cognoſcendo illam: turpitudo autem viri & vxoris eadem eſt, vt habetur ſupra 18. cap. cum ambo ſint vna caro, vt ait Apoſtolus ad Epheſ. cap. 5. qui igitur reuelat turpitudinem vxoris fratris

tris ſui, reuelat turpitudinem fratris ſui. *Abſque liberis* A
erunt. Secūdum corticem litteræ poterat intelligi hoc per
modum denunciationis.ſ.ego prænuncio vobis, quod qui
cognouerit vxorem fratris ſui,quia rem illicitam faciunt,
nunquam habebunt prolem ex illo coitu. Sed iſte non eſt
ſenſus: parua enim pœna eſſet, ꝙ ſolum priuaret Deus li-
beris taliter coeuntes; cum interdum viros bonos liberis
priuet, etiam quia non naſci liberos ex tali coitu, non eſt
aliqua pœna humana, ſed Diuina:nam quanquam gene-
ratio liberorum,fit per naturam,cum quibuſdam contin-
gat non poſſe gignere,eis, qui enim gignunt ijs à Deo da-
tur,ꝙ gignant. Sic habetur Geneſ.30. cap.cum dixit Ra-
chel viro ſuo:da mihi liberos,alioquin moriar; cui iratus
reſpondit Iacob: Num pro Deo ego ſum, qui priuauit te
fructu ventris tui? in quo innuitur, à Deo eſſe, dare pro-
lem, vel ea priuare; ſed ſecundum legem humanam pu- B
niri debebat iſtud delictum à Iudicibus. Si igitur ſolum
haberent in pęnam,ꝙ non ſuſciperent prolem ex tali coi-
tu,non eſſet aliqua pęna data ab homine,ſed à Deo. Hoc
tamen falſum eſt: quia in omnibus his dabatur pœna ab
homine;eſt ergo ſēſus,vt intelligatur littera iſta,ſ.abſque
liberis erunt.i.ego mando vobis, ꝙ occidatis iſtos ſic coe-
untes,nec permittatis eos manere in tali opere nefario, vt
inde filios habere poſſint.Similis modus loquendi habe-
tur ſupra,cum dicitur:abſque liberis moriētur.i.occiden-
tur antequam poſſint habere liberos. Circa hoc quod di-
ctum eſt de vxore fratris, intelligendum eſt, ꝙ non lice-
bat fratri accipere vxorē fratris in vxorem,neque in con-
cubinam,quia vtrobique erat peccatum, & violatio iuris
affinitatis; & intelligitur ſiue frater ſit viuens, ſiue iam
defunctus;& licet maius peccatum eſſet accipere eam vi- C
uente fratre, quia erat maior iniuria fratri cum viueret,
quàm cum defunctus eſſet, & etiam quia tunc erat adul-
terium & violatio iurium affinitatis, tamen etiam mor-
tuo fratre peccatum erat.& illud prohibetur hic.Et patet
iſtud, quia ſi ſolum intelligeretur viuente fratre, ſuper-
uacua erat iſta lex,cum nullius vxorem liceat alteri acci-
pere viuente eo,quia eſt adulterium;& de adulteriis iam
erat poſita prohibitio, & tamē hic additur adhuc iſta lex
ſupra legē adulterorum; Ergo oportet intelligere ꝙ nul-
lo modo liceret accipere fratri vxorem fratris ſui,ſiue ille
viueret,ſiue mortuus eſſet;& hoc vetat Deus,non tanquā
adulterium,ſed quia violatur affinitas;ſicut non licet ali-
cui accipere nouercam ſuam in vxorem, etiam ſi pater ſit
mortuus,& hoc ſolum propter affinitatem, quæ impedit.
Sicut ergo propter reuerentiam patris non licet alicui ac- D
cipere nouercam in vxorem,etiam mortuo patre,ita pro-
pter propinquitatem nimiam fratrum inter ſe, non licet
vni accipere vxorem alterius in vxorem etiam eo mor-
tuo;& ad hoc maximè eſt lex hic poſita. & ſupra 18.nam
ad prohibendum accipere vxorem fratris viuentis, ſuffi-
ciebat lex adulterorum ſupra poſita. Cum autem obiici-
tur,ꝙ defuncto fratre,licet accipere vxorem illius,immò
eſt neceſſarium.Dicendum,ꝙ hoc in vnico caſu licet:cum
enim lex hic, & ſup.18.c.vetuiſſe accipit vxorem fratris à
fratre,nunquā licuiſſet,niſi lex aliud expreſſiſſet,& etiam
expreſſit vnicum caſum Deuter.25.c.ſ.ad ſuſcitandum ſe-
men; & hoc eſt cum vnus frater accepta vxore morieba-
tur abſque liberis, quia tunc frater ſuperſtes accipiebat
vxorem illius ad ſuſcitandum ſemen fratri ſuo. aliàs aūt
non licebat vxorem fratris mortui, vel viuentis accipere. E

Non licet fratri accipere vxorē fratris niſi in ſolo vno caſu.

*Cuſtodite leges meas, atque iudicia, & facite ea: ne & vos
euomat terra quam intraturi eſtis,& habitaturi. Nolite am-
bulare in legitimis nationum, quas ego expulſurus ſum ante
vos. Omnia enim hæc fecerunt,& abominatus ſum eas. Vobis
autem loquor: Poſſidete terrā eorum, quam dabo vobis in here-
ditatem,terram fluentem lacte & melle. Ego Dominus Deus
veſter,qui ſeparaui vos a ceteris populis. Separate ergo & vos
iumentum mundum ab immundo, & auem mundam ab im-
munda, ne polluatis animas veſtras in pecore, & auibus, &
cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis oſtendi eſſe pollu-
ta. Eritis mihi ſancti, quia ſanctus ſum ego Dominus,& ſepa-
raui vos à ceteris populis,vt eſſetis mei. Vir ſiue mulier in qui-
bus Pythonicus,vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte morian-
tur. Lapidibus obruent eos. Sanguis eorum ſit ſuper illos.*

A *Cuſtodite leges meas.* Hic ponitur determinationis ra-
tio, & eſt ſecundum principale huius capitis, datur enim
cauſa, quare omnia ſupradicta deberent obſeruari; &
primo ponitur præceptum de obſeruando illa in gene-
rali,& immediatè ſubditur ratio. *Cuſtodite leges meas,at-
que iudicia.* Iſta duo ſignificāt duos modos præceptorum
datorum Iudæis. Erant enim in vniuerſo tres modi, ſcili-
cet,moralia præcepta,cæremonialia,& iudicialia. Signi-
ficantur autem hic duo, ſ.iudicialia, & cęremonialia, in
eo, q. dicitur,leges,& iudicia: nam cæremonialia propriè
ſunt leges, ſ. poſitiones dependentes ex voluntate Princi-
pis,de quibus antequam ponantur, non differt magis ſic,
quàm aliter fieri. Differt autem cum poſita fuerint,vt ait
Ariſtot. Ethicorum lib.5. & hoc modo ſolū iuberet Deus
hic obſeruari præcepta cæremonialia, & iudicialia. Sed
B hoc falſum eſt: quia etiam ponuntur hic præcepta mora-
lia, ideo ferè omnes leges prohibentes hic coitum illici-
tum, ſunt præcepta moralia, quoniam ſunt partęs illius
præcepti:Non męchaberis. Dicendum eſt ergò,quod hic
intelliguntur omnia genera præceptorum per iſta duo,ſ.
leges, & iudicia:nam per leges accipientur moralia, &
cæremonialia,& per iudicia intelliguntur iudicilialia. *Et
facite ea.* Quæ ſit differentia inter cuſtodire præcepta, &
facere ea, ſupra poſitum eſt præcedenti capite, & in iſto,
cum iterum ponebatur ſimilis littera. *Ne & vos euomat
terra.* Hic ponitur cauſa obſeruationis huius præcepti,ſci-
licet,ne terra euomat Iudæos,ſicut euomuit alias gentes;
& hoc ſignificatur,cum dicitur:Ne & vos,id eſt,ne etiam
vos euomat, quaſi dicat,alios prius euomuit. Iſti erant
habitatores terræ illius, quos propter peccata euomuit

Cauſa finalis obſeruationis huius præcepti.

C terra illa,non quidem ꝙ iam euomuiſſet, quia immedia-
tè euomitura erat, ſicut dicitur inferius, ſcilicet,in legiti-
mis nationum,quas ego expulſurus ſum ante vos. Scien-
dum autem; quòd cum Deus dicit hic Iudæis, vt cuſto-
diant leges has, ne euomat eos terra, non ponit hoc tan-
quam finem præcepti ſui, quoniam Deus vult vt omnia
propter ipſum fiant. Non igitur propter timorem expul-
ſionis hoc iubebat fieri,præcipuè cum ipſe velit ordinare
nos in charitate ad ipſum, ſed non fit hoc per timorem:
ponit tñ hoc Deus propter ſtatus conuenientiam ad Iu-
dæos, qui imperfecti erant, imperfectis autem non con-
uenit moueri in bonum per amorem,ſed per timorem,&
per deſiderium bonorum temporalium, à quibus expel-
lerentur, ſi peccarent contra Deum; ipſi tamen Iudæi ſi
ſolum obſeruarent præcepta Dei, quia nolebant expelli
D de terra, non diligebant Deum, ideo nihil merebantur.
Ne & vos euomat terra. Eſt locutio tropica, quoniam,
euomere pertinet ad animal habens ſtomachum, vnde
euomere poſſit quod in cibum ſumpſit: terra autem non
habet ſtomachū vnde euomere poſſit, ſed eſt modus tro-
picus loquendi attribuendo proprietates animalium, re-
bus inanimatis;& ſimile habetur Numeri 16.cap.vbi di-
citur, quòd aperuit terra os ſuum,& deglutiuit Dathan,
& Abiron: terra autem non habet os, ſed quando aliqui
excluduntur de ſedibus ſuis, habitantes in aliqua terra,
dicitur eos terra euomere. Nec tñ eſt intelligendum, ꝙ
terra excluderet Iudæos de ſedibus ſuis, quando pecca-
rent contra Deum, quod eſt euomere, ſed ipſe Deus ex-
cludebat eos de terra, concitans contra illos hoſtes illo-
rum:hoc tamen ponitur ad maiorem expreſſionem diræ
E expulſionis de terra: nam non ſolum ipſe Deus qui eſt
agens rationale, excluderet illos de terra, ſed etiam ipſa
terra,quæ eſt inanimata non permitteret eos in ſe morari
propter peccata illorum. *Quam intraturi eſtis, & habita-
turi.* Iſta eſt terra ſeptem populorum Chananæorū, quos
Deus promiſerat tradere in manus Iſraelitarum,ſicut ſę-
piſſimè habetur in his quattuor libris vltimis Moyſis.Di-
citur, quòd intraturi erant in illam, quia non introierant
eo tempore, quo dicebantur hæc. Fuerunt enim iſta di-
cta in monte Synai in principio ſecundi anni exitus de
Aegypto, vt declaratum fuit ſupra 1.cap. Non autem
introierunt Iſraelitæ in terram Chanaan vſque ad an-
num quadrageſimum ab exitu de Aegypto, vt apparet
Deuteronom.1. & 8.& Exod.16.cap. *Nolite ambulare in
legitimis nationum.* Hic hortatur Deus Iſraelitas, ne fa-
ciant ſicut Gētiles, & ſignificat legitimam cęremoniam,

vel

vel ritum viuendi,ſiue colēdi Deum,& poteſt eſſe ſenſus, q non ambularent Iſraelitæ in legitimis nationum,i.non colerent Deum eo modo,quo Gentiles faciebant,per turpes, & infames cæremonias, ſicut habetur Deuter. 12.c. cum dicitur: Qñ diſperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes ad quas ingredieris poſſidendas & poſſederis eas, atque habitaueris in terra earum: caue ne imiteris eas, poſtquam te fuerint introeunte ſubuerſæ & requiras cæremonias earum,dicēs: Sicut coluerunt Gentes iſtæ Deos ſuos, ita & ego colam: Non facies ſimiliter Dño Deo tuo. Oēs.n. abominationes quas auerſatur Dominus,fecerunt Diis ſuis; offerētes filios,& filias,& comburentes igni. Alio modo poteſt intelligi pro ritu viuēdi, & dicit Deus,q non ambulent in legitimis nationum Iudæi,i.in cæremoniis viuendi illorum, & hoc quia Gentes faciebant omnes abominationes,quas Deus ſupra vetuit, & volebat ne eas facerent Iudæi. Et quanquam ſenſus ſuperior ſatis conueniens ſit, magis tñ conuenit iſte ſecundus,referendo ad legitima,quæ ſunt ritus viuendi,& non colendi Deum; quod patet ex ſequentibus, cum dicitur: omnia.n.hæc fecerunt,& abominatus ſum eas:in quo neceſſariò refertur ad ea,quæ immediatè dicta ſunt; & iſta pertinent ad ritum viuendi, & non colendi. *Quas ego expulſurus ſum ante vos.* Dicit Deus,q ipſe expellet gentes illas, quoniam quanquam Iudæi pugnauerint actualiter contra hoſtes,tñ Deus ſubiecit eis hoſtes,& introduxit illos in terram,vt patet Deuter.8.c. cum dicitur: Ne diceres in corde tuo:Fortitudo mea,& robur manus meç,hęc mihi omnia præſtiterunt.Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipſe vires tibi præbuerit, vt impleret pactum ſuum ſuper quo iurauit patribus tuis. Dicitur ēt Deus expuliſſe Gentes de terra Chanaan,quia ipſe miſit in eas terrorem ſecundum quem fugerent à facie Hebræorum,miſit crabrōes qui percuterēt oculos Chananæorum, ſicut habetur Exo.23.c.cum dicitur:Terrorem meum mittā in præcurſum tuum,& occidam omnem populum,ad quem ingredieris, cũctorumq; inimicorum tuorum coram te terga vertam,emittēs crabrones prius,qui fugabunt Heuçũ, & Chananæum,& Hethæum;antequam introeas.Simile habetur Deuter.7.cap. *Ante vos.* Deus dicitur expulſurus Gentes ante Iudæos, i. coram ipſis,ſ. videntibus ipſis Iudæis, & hoc erat q Iudæi aggrederentur bellum contra Chananæos, & ipſi fugerent à facie eorum,non potentes reſiſtere, ſicut habetur Ioſue 10.c. vbi cum perſequeretur Ioſue hoſtes ſuos,miſit Deus de cælo lapides grandes,qui percutiebant de Chananæis plures, quàm Ioſue occideret: ipſe ergo Deus fugabat hoſtes Iudæorum ante eos.i. videntibus eis, vt ſic lætarentur. Alio modo intelligi poteſt,q expellebat ante eos hoſtes ſuos.i.antequam ipſi ingrederentur in terram:quoniam prius quam Iudęi introirēt in terram Chanaan Deus miſerat timorē ſuper Chananæos,vt ſic Iudæis reſiſtere nō poſſent,ſic habetur Exo. 23.c.cum dicitur:Terrorem meum mittam in præcurſum tuum,ſcilicet,antequam tu vadas:& ſequitur,& occidam omnem populum ad quem ingredieris,cunctorumq; inimicorum tuorum coram te terga vertam, emittens crabrones qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum,antequam introeas. Simile habetur Ioſue c.2. vbi loquitur Raab Hiericontina ad exploratores,dicēs:Noui q tradiderit vobis Dominus terram, etenim irruit in nos terror veſter,& elanguerunt omnes habitatores terræ,audiuimus quòd ſiccauerit Dñs aquas maris rubri ad veſtrũ introitum, &c. Et ſequitur, hoc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum, nec remāſit nobis ſpiritus ad introitum veſtrum. *Omnia enim hæc fecerunt.* Loquitur Deus de gentibus Chananæorum, quos traditurus erat in manibus Iudæorum. Iſtæ enim fecerāt omnes immunditias, quæ ponuntur hic,nullā legem habentes in libidine:nam inter gentes illas Sodomiticum vitium ortum refertur,& ab eis nomen traxit, quoniam in terra Chanaan eſt terra Sodomorum, vt ſatis colligitur Geneſ.13.cap. *Et abominatus ſum eas.* Deus enim valde exoſas habuit iſtas gentes, quia enormiter nimis peccauerant, ideo expulit eas, tradens interficiendas manibus Iudæorum, quoniam iniquitates eorum peruenerant vſq; ad ſummum. Erant enim iſtæ gentes peccatrices à principio, cum cępit habitare

F Abraham in terra Chanaan veniēs de Meſopotamia,ſed nondum erant cōpletæ iniquitates earum,ideo Deus non tradidit eas immediatè Abrahæ, & ſemini ſuo, ſed dixit q ſemen Abrahæ eſſet peregrinum quadringentis annis in terra nō ſua,deinde introirent in terram Chanaan,& hoc quia nondum erant completa peccata Amorthæorum, propter quæ demerebantur perdere terram in qua erant.Sic habetur Gen.15.cap.cum dicitur: Scito prænoſcens q futurum ſit ſemen tuum peregrinum in terra non ſua,& ſubiicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis.Verumtamen gentem cui ſeruituri ſunt ego iudicabo: & poſt hæc egredientur cũ magna ſubſtantia. Tu aũt ibis ad patres tuos in pace,ſepultus in ſenectute bona. Generatione autem quarta reuertentur huc:necdum.n.completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum vſque ad præſens G tempus.q.d.ſi completa eſſent peccata Chananeorũ tempore, quo erat Abraham in terra Chanaan, non dilatum fuiſſet,quin immediatè traderetur ei,& ſemini ſuo poſſeſſio illius. Nunc autem quia completæ erāt omnes iniquitates Amorrheorũ,quibus demerebantur perdere terram in qua habitabant, abominatus fuit eas Deus odio perfecto,incipiens illas tradere in manus Iudæorum. *Vobis autem loquor: Poſſidete terram eorum.* In hoc Deus inducit Iſraelitas ad cauendum vitia ſua memorata: ſupra.n.dixerat q terra iſta euomerat habitatores ſuos, ſi inquinarentur in ſordibus ſupradictis & ob hoc expulſi fuerũt Chananæi:nũc aũt dicit Deus,vobis loquor: Poſſidete terram, id eſt,ego iam non loquor gentibus,quas expulſurus ſum de terra illa,quia demeruerũt,ſed vobis, vt accipiatis terram illorum,ideo cauete ne vos ſimiliter eiſdem inuolua- H mini vitiis, cum vobis tradam terram illorum habitandam. *Quam dabo vobis in hereditatem.* i.iſta terra non dabitur vobis,vt maneatis in ea pauco tempore, ſed vt habeatis eam tanquam hereditatem manentem in æternum, & poſteris veſtris eandem tranſmittatis. *Terram fluentem lacte & melle.* Iam hoc aliàs declaratum eſt.

Quare Deus nō tradidit immediatè terrā Chanaā Iudæis.

Terra quomodo dicatur fluere lacte & melle.
Queſt. XXIIII.

DICITVR enim fluere lacte & melle,non quidem q aliqua fontalis origo eſſet in terra Chanaan, de qua lac exundaret,aut mel, ſicut aquæ de terra ſcaturiũt: nam lac cum ſit ſanguis decoctus in animalibus decoctione ſecunda, aliundè fluere nequit,niſi ab vberib. ani- I malium,mel autem ab apibus confectum eſt, ideo à terra emanare nequit, quanquam facilius eſſet per impreſſiones meteoricas cauſari mel,quàm lac,ſicut in quibuſdam terris Lybiæ per noctem cadit ros ſuper arborum folia, qui condenſatus eſt vt mel,dulcedinē quoque mellis hēt. Sed hic modus eſt loquendi tropicus, ad deſignandam abundantiā terræ, quæ conuenienter exprimitur per lac, & mel à terra fluentia. Quanquam aliqui applicent verba iſta, dicentes, q per lac intelligitur abundantia pecorum, & paſcuorum,nam ex pecoribus lac fluit: per mel ſignificatur, q terra illa in montibus multas apes habeat, quæ mella conficiant. Sed iſta non eſt conueniens applicatio:quoniam ſi deberet ſignificari vbertas terræ, magis fieret mentio de tritico,& vino,in quib. eſt propriè abundantia terrę,quàm de melle,quod ad vbertatem nihil at- K tinet, quoniam potius in terris ſiluestribus nullos fructus facientibus mel gignitur: ideo cum vellet ſignificare Iacob abundantiam terræ Iuda ait: & ipſe erit expectatio gentium, ligās ad vineam pullum ſuum, & ad vitem aſinam ſuam,lauabit in vino ſtolam ſuā, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.Similiter exprimitur abundantia terræ infra 26.cap. Et terra gignet ſemen ſuum,& pomis arbores implebuntur: apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem, & comedetis panem veſtrum in ſaturitate. Simile habetur Deuteron.18. cap. & Iſaiæ 1.capite.

Dicendum ergo, q iſta verba dicuntur ad ſignificandam vbertatem terræ, quæ non ſignificatur per ipſa verba ex virtute ſermonis,ſed ſolum ex modo loquendi, qm iſta homines proferunt pro fertilitate terræ. *Ego Dominus Deus veſter, qui ſeparaui vos à ceteris populis*, id eſt, ego

qui do vobis terram iſtam, expellens gentes de illa, ſum A Dominus veſter, & ſeparaui vos ab aliis populis, & poteſt poni hoc tanquã cauſa ſuperioris dicti, ſcilicet, quia Deus dixerat ſupra: Poſſidete terram eorum, quam dabo vobis in hereditatem, & hoc ideo facio, quia ſum Dominus veſter, & habeo curam ſpecialem de vobis: hoc autem probat Deus per ea, quæ immediatè dicuntur, ſcilicet, ſeparaui vos à ceteris populis: nam ſeparatio iſta fuit, vt daret eis ſpecialia beneficia, & ſpeciales ritus colendi, atque viuẽdi. De ſeparatione iſta à populis ceteris, quando facta fuerit, dicendum eſt, q fuit inchoata in Abraham, & fuit conſummata tempore legiſlationis in mõte Synai; Primum patet: quia cum eſſet Abraham in terra idololatriæ dedita, venit in ſpiritũ ipſe, & tota domus patris ſui in Aran, quæ dicitur Meſopotamia, Geneſ. 11. Deinde mortuo patre ſuo Thare, Deus dixit illi: Egredere de terra B tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrabo tibi, faciamq; te in gẽtem magnam; vt habetur Geneſ. 12. & Actuum 7. cap. Deinde autem factæ ſunt multæ promiſſiones Abrahã, ſ. de poſſidendo terram Chananæorum, & de habẽdo filium, ſicut habetur Geneſ. 15. & 18. cap. Dedit etiam illi Deus circumciſionem, per quam fecit eum pertinere ad ſe ſpecialiter, iubens quòd omnes nati de ſemine eius circumciderentur, vt habetur Geneſ. 17. Manſit autem iſta applicatio ad Deum per multos annos, ſ. per quadringentos, & triginta: non erat autem iſta applicatio ad Deum, nec ſeparatio ab aliis populis perfecta, quoniam quamquam eſſent promiſſiones factæ, tamen nulla lex erat data ad directionem populi, præter legem de circumciſione. Volens ergo Deus Iudæos magis ſeparare ab aliis populis, C & vnire ſibi, dedit quaſdam alias leges; primo diſponens ad hoc educendo de Aegypto in mirabilibus magnis, & dãs legem de obſeruatione agni Paſchalis, & redemptione primogenitorum, vt habetur Exo. 12. & 13. cap. Cum autem ſibi illos totaliter vniuit, ſeparans ab aliis populis, dedit eis legiſlationem perfectam, quæ incipit, Exo. 19. c. & continuatur per omnes libros Moyſis, ſequentes; & quia iſta applicatio erat perfecta, in principio eius Deus locutus fuit ad populum, an vellet effici ſpecialis populus eius, recipiendo legem ipſius, & populus reſpondit, q volebat, vt habetur Exo. 19. c. cũ dicitur: Voſipſi vidiſtis, quæ fecerim Aegyptiis, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarũ, & aſſumpſerim mihi: ſi ergo audieritis vocem meã, & cuſtodieritis pactum meũ, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt.n. omnis terra, & vos D eritis mihi in Regnum Sacerdotale, & gens ſancta; & ſequitur: reſponditq. omnis populus ſimul, cuncta quæ locutus eſt Dominus, faciemus. Iſta autem fuit perfecta applicatio ad Deum, & ſegregatio à cunctis populis, quoniam hic leges datæ ſunt, per quas diſtinguerẽtur Iudæi in ritibus ſuis à ceteris gentibus. *Separate ergo & vos iumentum mundum à immundo.* i. quia ego ſeparaui vos à cunctis populis diſtinguendo vos ab illis, ita & vos ſeparate iumentum mundum ab immundo. i. diſtinguatis inter illa, aſſumendo animalia munda, & cauendo ab immundis. Doctrina autem per quã Iudæi cauerent ab immundis, habetur ſupra 11. & replicatur Deuter. 14. c. Accipitur autem iumentum impropriè, ſ. pro pecoribus comeſtibilibus: nam iumentum ſecundum vocis ſignificationem, quaſi iuuamentũ dr̃, quod ad animalia pertinet, E quæ laboribus humanis applicantur, vt equi, aſini, cameli, & boues: hic aũt non accipitur pro his, quia iſta diſtinctio animalis mundi ab immundo ſolũ attenditur, quantum ad cibũ, ſed iumenta ad cibũ non pertinent. *Et auem mũdam ab immunda.* In ambus etiã obſeruatur diſtinctio liciti, & illiciti, quia quædã pertinebant ad eſum, aliæ vero non, quæ prohibetur ſupra 11. c. Vnde Deus cum ſupra prohibuerit immunditias, quæ ſunt in tactu, ſ. circa actus venereos, hic vetat immunditias, quæ ſunt in guſtu circa cibũ, & ad hoc pertinet diſtinctio animaliũ mũdorũ, & immundorũ. *Ne polluatis animas veſtras in pecore & auibus.* i. cauete, ne cõtrahatis immũditiã in pecoribus, & auibus comedendo ea, quæ immunda ſunt. Accipitur hic anima pro ipſo homine, ſ. non polluatis animas veſtras. i. nõ polluatis voſmetipſos, & eſt iſte modus cõmunis accipiẽdi animã in Sacra Scriptura, cum dicitur Geneſ. 46. & Exo. 1. cap. Septuaginta animæ egreſſæ ſunt de femore Iacob. Alio modo accipitur anima pro ipſo corpore humano ſolum, & iſto modo dicitur aliquis eſſe immundus ſuper animam hominis, i. immundus, quia tetigit corpus mortuum alicuius hominis. Sic habetur Numeri c. 9. vbi dicitur, q quidam erant immũdi ſuper animã hominis, i. quia tetigerant corpus mortuum. Aliquando autem accipitur anima pro vita, & ſic accipitur ſæpè in Euãgelio, cum dicitur: Qui amat animam ſuam in hoc mundo, perdet eam in vitam æternam; vbi manifeſtum eſt, q nõ poteſt intelligi de anima, quæ eſt ſpiritus noſter, ſic habetur Matth. cap. 16. Alio modo accipitur anima pro ipſo ſpiritu noſtro, & iſta eſt propria ſignificatio huius dictionis, & de hoc frequenter apparet in Sacra Scriptura, iuxta illud Matth. 16. c. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mũdum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Hic autem magis propriè accipitur in prima ſignificatione, q̃ in aliis. *Et cunctis, quæ mouentur in terra.* Alia ſunt animantia quæ mouẽtur ſuper terram, & ſunt immũda, tamen non comprehenduntur appellatione pecorum, & auium, ſicut lacerta, ſtellio, mures, & talpæ, & omnia reptilia: iſta tamen immũda ſunt, vt hr̃ ſupra 11. c. *Et quæ vobis oſtendi eſſe polluta.* Per iſtã regulã nihil additur ad præcedẽtia, quoniam non eſt aliquod animal mundũ, & immundũ, quod non comprehendatur nomine pecoris, & auis, & cunctorum quæ mouentur in terra: ſed ponitur clauſula generalis, ad comprehendẽdum omnia ſuperiora, & de illis verum eſt, q Deus oſtendit cuncta eſſe polluta, vel munda, quæ ad cibũ pertinere poſſunt & ab omnibus quæ monſtrata ſunt eſſe polluta, ſiue ſint pecora, ſiue aues, ſiue alia animantia cauendũ eſt. *Eritis mihi ſancti.* Hic ponitur exhortatio ad mũditiam in vniuerſali, quoniam ſanctus, & immundus contraria ſunt: dicitur.n. ſanctus, qui omni fæce terrenæ immunditiæ caret: immundus aũt eſt, qui aliquã cõtaminationis maculã habet, ideo exhortatur Deus, vt Iſraelitæ ſancti ſint. i. caueãt omnẽ immunditiã, ſiue ſit immunditia in contactu carnis circa actus venereos, ſiue ſit in cibo, & potu, & ſimilibus. *Quia ſanctus ſum ego Dominus,* id eſt, quia ego ſum mundus, non habens aliquam fœditatem, nec eam diligens, ſicut diligunt Dij Gentium, vos qui eſtis ſerui mei, debetis eſſe mundi. Similis modus eſt loquendi in Nouo Teſtamẽto, vt habetur Matth. 5. c. vbi Chriſtus dicit: Eſtote miſericordes, ſicut Pater veſter miſericors eſt. & iterum: Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt; & eſt conueniens modus, vt fiat ſimilitudo aliqua proportionis inter Deum, & creaturam, cum ordinetur naturaliter creatura ad cultũ Creatoris. *Et ſeparaui vos à ceteris populis.* Eſt intelligendum eo modo, quo ſupra dictum eſt, ſ. quòd in modo viuendi, & in ritu colendi à ceteris differentes eſſent. *Vt eſſetis mei.* id eſt, ita ſeparaui vos à ceteris, vt eſſetis mei, id eſt, vt ſpecialiter pertineretis ad me: cum ergo ob hoc ſeparati ſitis, caute facere debetis, vt differatis à cunctis populis, & ſitis ſancti, cauentes omnem immunditiã. *Vir, ſiue mulier.* Hic ponitur intenta Concluſio, ſ. vt caueatur idololatria: nam ſecundum quoſdam, finis omniũ præceptorũ eſt, vt Deus ſpecialiter colatur, & tollatur ritus idololatrarum, ſed in pythonicis, vel diuinatoribus ſpecialiter coluntur Dæmones, quia per hos inquiritur veritas à Dæmonibus, & hoc eſt quod intẽditur. Alio modo poteſt intelligi, q Deus regulat hic partẽ noſtrã rationalem, ſicut ſupra regulauerat partem iraſcibilẽ, & cõcupiſcibilem, ad rationalẽ actum pertinet inquiſitio veritatũ, ad quã pertinẽt pythonici, & diuini, & beſtiæ ad hãc accedere non poſſunt. *Vir, ſiue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis ſpiritus fuerit.* Dicũtur eſſe viri pythonici illi, qui habẽt Dæmones pythones.

Dicuntur aũt pythones à pythone ſerpente: nam Apollo artem diuinatoriam inuenit, & in memoriã, atque laudem ſerpentis pythonis magni, quẽ in monte Parnaſo occidit, Pythius vocatus eſt, & artem diuinatoriam pythiam appellauit. Inde aũt in vſum Latinorum tractum eſt, vt omnes Dæmones, qui ad diuinandum aſſumerentur, pythones vocaremus: ideo omnes viri, vel feminæ habentes aliquos Dæmones, per quorum inquiſitiones veritates requirũt, pythonici appellãtur, quomodocũque hoc faciãt.

Quomodo Deus Iudæos ſeparauerit à ceteris gentibus.

Exhortatio ad mũditiã in vniuerſali.

Viri pythonici, qui dicti, & pythoniſſa.

Sed modus magis proprius, quo aliqui Pythonici appel- F
lantur,eſt, vt habeant intra ſeipſum loquentem veritates,
ſicut habent arrepticii in vtero: & ſic legitur Actuum 16.
cap. vbi de quadam puella agitur, quæ habebat ſpiritum
in vtero loquentẽ veritates omnibus inquirentibus, quem
Beatus Paulus excluſit,vt habetur ibidem. Similiter quo-
que habetur apud Gentiles, quoniam ipſi habebant Sa-
cerdotem feminam virginem,quæ ingrediebatur in tem-
plum Apollinis intra locum ſecretum,& inquirebat veri-
tates à Dæmone, quem ipſi Gẽtiles pythonem,ſiue Apol-
linem appellabant. Tunc ingrediebatur in eam Dæmon
ille, & reſpondebat ad ea, quæ puella inquiſiuerat per os
ipſius puellæ, tunc enim puella deſpumabat velut mori-
tura, & cadebat in terram, neſciens quid dixiſſet, donec
ab ea Dæmon euaneſceret: de hoc Lucanus lib. de bello
plus quam Ciuili. Iſti tamen nõ ſunt totaliter arrepticii, G
quoniam in poteſtate arrepticiorũ non eſt,vt intra ſe Dæ-
monem habeant, quin potius vellent non habere: hic tñ
dicitur de illis,qui voluntariè habebant,quod patet: quia
iubet, ꝙ moriantur habentes pythones, nemo tamen mo-
ritur ſecũdum legem pro eo quod in poteſtate illius non
eſt. Dicendum eſt ergo,ꝙ iſto modo dicuntur pythonici
illi,qui habent in vtero ſpiritus reſpondentes ad veritates
inquiſitarum rerum,dum tñ ad hoc faciant aliquas cære-
monias, vt illi Dæmones in eorum corpora intrent, tales
namque iuſtè morte plectuntur, quia Dæmonem volun-
tariè intra viſcera habẽt. Sic ẽt erat de illa puella virgine,
quę erat ſacerdos in templo Apollinis Delphici, qm̃ cum
aliquid inquireretur ab ea, ipſa introibat in ſecretũ locũ
tẽpli, & ibi ingrediebatur in eã Apollo, & incipiebat fu-
rere: ſicut patet per Lucanũ vbi ſupra, ſimiles aũt pytho- H
nes viros, ſiue mulieres, prohibebat Deus. Alius modus
pythonum eſt,qñ vir,ſiue mulier, habet aliquem Dæmo-
nem familiarem, à quo inquirit ea quæ vult, & hoc ſiue
habeat ſpecialiter alligatum,ſicut quidam vidẽtur habe-
re (quanquam de hoc an fieri poſſit latius diximus in
libro de quinque figuratis paradoxis) ſiue per conuoca-
tionem Dæmonum ab aliquo veritatẽ inquirat, quod ne-
cromantici faciunt. Et iſto modo vocatur Pythoniſſa mu-
lier ad quã iuit Saul,vt inquireret de euentu belli,& con-
uocatione facta, ſuſcitauit Samuelem à mortuis, vt habe-
tur 1. Regum. 18. cap. Quoniam de illa ſatis apparet, ꝙ
non haberet Dæmones in vtero,ſed ipſa ſuſcitabat quem
volebat à mortuis,vt patet ibidem cum dicitur: Dixitque
mulier ei,quem ſuſcitabo tibi? qui ait: Samuelem ſuſcita
mihi; & poſtea ſequitur ibidem, qũo apparuit ille quem I
mulier inquirebat; & ſic vocantur pythonici ibi cõſulen-
tes Dæmones,etiam ſi nõ haberent eos in vtero. Quicum-
que autem horum modorum prohibitus eſt. Dicitur au-
tem hic ſpiritus pythonicus,vel diuinationis,ille, per quẽ
inquirerentur veritates, & ad idem pertinet: qm̃ ſpiritus
diuinationis dicitur propter id,quod reuelatur, quia ille,
qui veritates iſtas reuelat, diuinat aliquid diuinum, cum
loquatur de veritatibus occultis, quarum interpretatio
ſolius Dei eſt. Vocatur autem pythonicus idẽ ſpiritus,qui
diuinatoriam exercet artem, propter eum, qui primo
iſtam artem inuenit,ſcilicet,propter Apollinem. *Morte
moriantur*, id eſt,omnes iſti occidantur. De modo autem
mortis iſtorum, immediatè ſubditur, ſcilicet: *Lapidibus
obruent eos*, id eſt, lapidabit illos populus: obruere enim
cooperire, vel frangere eſt. Dicuntur autem obrui lapi- K
dibus,qui tot lapidibus percutiuntur, vt lapides ſuper eos
iacti eorum operiant corpora,aut concutiendo frangant;
ſic autem fiebat de lapidatis: nam cum à toto populo la-
pidarentur, multis lapidibus percuti neceſſe erat.

Obrui lapidibus. quid ſit.

Sanguis eorum ſit ſuper illos, id eſt,moriantur pro pecca-
to ſuo, & portent pœnam illius, nec patiantur ceteri pro-
pter eos,cum eorum crimina vlti fuerint. Hæc pœna lapi-
dationis,quæ hic ponitur,ad omnes, de quibus in hoc ca-
pite agitur,referenda eſt,præterquam ad illos, de quibus
dicitur quòd comburerentur. Ponitur etiam in princi-
pio capitis, in ceteris autem non replicatur, vt illa poſita
in principio,& fine cetere leges poſitę in medio ſine diffi-
nitione pęnę ad hanc referri videantur,& eſt conueniens
breuiandi modus, quo vtitur Scriptura.

CAP. XXI.

DIXIT *quoque Dominus ad Moyſen: Loquere ad Sa-
cerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contami-
netur Sacerdos in mortibus ciuium ſuorum, niſi tan-
tum in conſanguineis, ac propinquis,id eſt, ſupra patre, & ma-
tre, & filio, & filia, fratre quoque, & ſorore virgine, quæ non
eſt nupta viro, ſed nec in Principe populi ſui contaminabitur.
Nec radent caput, nec barbam, neque in carnibus ſuis facient
inciſuras. Sancti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen eius:
incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo
ſancti erunt. Scortum, & vile proſtibulum non ducent vxo-
rem,nec eam, quæ repudiata eſt à marito: quia conſecrati ſunt
Deo ſuo, & panes propoſitionis offerunt. Sint ergo ſancti,
quia & ego ſanctus ſum, Dominus, qui ſanctifico eos. Sa-
cerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, & violauerit no-
men patris ſui, flammis exuretur.*

Sacerdos non contaminetur i morte alicuius.

Filia Sacerdotis. Exod. 30.

DIXIT. In ſuperioribus fuerant poſita præcepta or-
dinantia, communem totius populi ſtatum, hic
agitur de præceptis ordinantibus Diuinum cultum. Et
diuiditur in duo: quoniam Primò agitur de ordine mini-
ſtrorum. Secundò, de quibuſdam pertinentiis eorũ, in-
fra 32. capitẽ. Prima in tres partes: quoniam Primò,po-
nitur quid circa ſacerdotes minores ſit obſeruandum.
Secundò,quid circa Sacerdotem Magnum. Tertiò, qui
ſint inepti ad Sacerdotij cultum; Secunda ibi: *Pontifex*.
Tertia ibi: *Locutuſq; eſt Dominus*. Circa primum, *Dixit
quoque Dominus ad Moyſen*.

*An iſta præcepta data fuerint ſimul cum præceptis ſuperiori-
bus. Quæſt. I.*

AN fuerit dictum hoc ſimul cum præceptis ſuperio-
ribus, vel fuerit aliud tempus, in quo Deus iſta di-
xerit Moyſi, non apparet: ſed in hoc nihil differt: quo-
niam conſtat omnia hæc in monte Synai dicta fuiſſe in
Tabernaculo Domini,in principio anni ſecundi egreſſio-
nis de Aegypto,vt declaratum fuit 1. capite. Sed quan-
quam ſimul cum ſuperioribus hoc dictum fuerit, ponitur
hic caput orationis diſtinctiuum, quoniam non eſt ea-
dem materia hic cum ſuperiori, vnde conuenienter quaſi
articulus quidam poſitus eſt ad diſtinguendum.

Loquere ad Sacerdotes filios Aaron. Non dixit hic Deus,
vt loqueretur Moyſes ad cunctum populum Iſraelita-
rum, vt in aliis legibus dicere ſolitus erat, ſed ſolum lo-
queretur ad Sacerdotes.

Cauſa eſt: quia lex iſta ſolum tangit de diſpoſitione,
& conuenientia Sacerdotum, atque de proprietatibus ſta-
tus ſui: eis igitur dumtaxat proferri debuit; nec intelligi-
tur iſta lex de Leuitis, qui deſcendebant de genere Leui
vniuerſaliter, ſed ſolum de Sacerdotibus, qui erant filij
Aaron,quoniam Aaron, & filij eius conſecrati fuerant,vt
explerent miniſteria Domini, vt habetur Exodi 29.c. &
ſupra 8. cap. Alij autem Leuitæ non fuerant aſſumpti ad
iſtud miniſterium, ideo non obligabantur ad leges de ca-
uendo pollutionem ſuper mortuo, & ad alias, quæ infra
ponuntur.

Dicitur autem, ad Sacerdotes filios Aaron: non ꝙ eſ-
ſent aliqui Sacerdotes, qui non eſſent de genere Aaron,
qm̃ omnes deſcendebant ab illo: ſed ponitur,quaſi ex ſu-
perabundanti. Vel poteſt dici,ꝙ ponitur largè Sacerdos,
pro quolibet qui eſt de genere Leui, & tunc ponitur di-
ſtinctio inter Sacerdotes filios Aaron, & omnes alios Le-
uitas: qm̃ filij Aaron propriè erant Sacerdotes: preter hos
tamen etiam erant tres familiæ Leuitarum, ſ. Meraritæ,
Gerſonitæ,& Caathitæ,quæ deſcendebant de genere Le-
ui,vt habetur Exodi 6.c. & Numeri 3. cap. De his autem
non eſt accipiendum aliquid eorum, quæ in iſto capite
dicuntur: quoniam licebat eis contaminari in mortibus
quorumlibet defunctorum, Sacerdotibus autem id illici-
tum erat. Quod autem Leuitis eſſet licitum contaminari
ſuper mortuos, patet ſupra, 10. capite, vbi Moyſes iuſſit
Heliſapham,& Oziel, vt tollerẽt duos filios Aaron mor-
tuos,extra Sanctuariũ,& plangerent eos cum toto populo
Iſrael;

Quare dicatur in littera ad Sacerdotes filios Aaron.

Leges attinentes ad obſeruationem Sacerdotalem.

Iſrael: filiis tamen Aaron fratribus mortuorum hoc per- A
miſſum non erat. *Ne contaminetur Sacerdos.* Hic ponuntur leges pertinẽtes ad obſeruationem Sacerdotalem, & agitur de munditia quæ obſeruari debet in eis. Iſta autem eſt multiplex: ſolent enim homines cõtrahere immũditiam, quandam ex contactu, vel acceſſu ad corpora mortuorũ, ideo agitur hic de iſta immunditia vitanda. Solent quoque contrahere immunditiam accipiendo vilem vxorem, vel ab alio contaminatam, ideo agitur immediatè quas vxores Sacerdotes ducere debeant. Solet etiam in quibuſdam immunditia, & ineptitudo ad miniſtrandum prouenire ex ipſa rerum natura: & de hoc agitur infra, cum ponuntur aliquæ maculæ aduenientes hominibus ex natiuitate; propter quas Deus illos ad Sacerdotium iubet non admitti, & de hoc in fine cap. Primo dicitur hic de contaminatione Sacerdotum ſuper mortuos, ſcilicet, ne conta- B
minetur Sacerdos in mortibus aliquorum.

Quid ſit contaminatio in morte alicuius, & eius multiplicitas. Quæſt. II.

PRo quo quærendum eſt, quid ſit contaminatio in morte alicuius.

Et dicẽdum eſt, quòd iſta multipliciter accidit: Primo modo per contactum corporis mortui, aut alicuius pertinentis ad illud: nam ſi aliquis tetigiſſet quamcũque rem mortuam, non licebat ei accedere ad res ſacras, quouſque emundatus fuiſſet; ſed in hoc diſtinguẽdum eſt: quia aut illud mortuum, quod tangebatur, erat corpus humanum, aut alterius animalis: ſi autem fuiſſet alterius animalis, diſtinguendum erat, quia aut erat corpus animalis illiciti C
ad cibum, aut liciti.

Si primo modo, nullatenus licebat tangere cadauera illorum, ſiue illa animalia per ſe mortua fuiſſent, ſiue ab aliquo occiſa. De hoc habetur ſupra 11. capite, cum dicitur: De auibus, vel de quadrupedibus immundis, abominabile erit vobis, & execrãdum: carnes eorum non comedetis, & morticina eorum vitabitis.

Si autem erant animalia licita ad eſum, aut illa per ſe mortua fuerant, aut aliquis illa occiderat ad cibum.

Si occiſa fuerant ad cibum tangens carnes eorum non polluebatur: alioquin nunquam licuiſſet Iudæis comedere carnes alicuius animalis, cum non poſſent eas comedere, niſi illas tangerent. Et quod dicitur de quadrupedibus, vel aliis animalibus terreſtribus, & volatilibus; intelligendũ eſt etiam de piſcibus; quia quorumdam piſcium D
Iudæis eſus licitus erat, vt apparet ſupra 11. capite. Si autem animal licitum ad eſum per ſe mortuum fuiſſet, illud comedere non licebat, & quicumque tangebat illud, immundus erat, vt patet ſupra, 11. cap. cum dicitur: Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vſque ad veſperum.

Si autem cadauer fuiſſet hominis, ſiue ille per ſe mortuus fuiſſet, ſiue aliàs occiſus, quicunque tangebat illud, immundus erat; Nec ſolum qui tangebat cadauer hominis, ſed etiam ſi aliquis tangeret veſtes eius, quando mortuus erat, vel oſſa humana iam deſiccata, & reperta in agro, vel aliàs: aut ſi tetigiſſet ſepulchrum hominis, immundus erat, vt habetur Numeri 19. cap. Differt autem iſta immunditia à ceteris quæ ſunt per contactum mortuorum: nam in aliis ſolum erat immũditia vſque ad ve- E
ſperum: in eo autem qui tangebat morticinum corporis humani, durabat immunditia per ſeptem dies, & debebat expiari per aquas luſtrationis, in primo, & ſeptimo die, vt habetur Numeri 19. capite. Erat etiam alius modus pollutionis ſuper corpus humanum; vt ſi aliquis introiret in domum, in qua aliquis mortuus fuiſſet, etiam ſi non tetigiſſet cadauer mortui, immũdus erat ſeptem diebus, vt habetur Numeri 19. capite. Contrahebatur quoque immunditia ſuper hominem mortuum, cum aliquis ibat ad funus eius, comitando cadauer, aut plangendo: ſic patet ex eo, quod habetur ſupra 10. cap. vbi iuſſit Moyſes, ne Eleazar, & Ithamar irent ad plangendum fratres ſuos Nadab & Abiu mortuos, ne contaminarentur in eis. Cum autem iubebat Deus ne Sacerdotes contaminarentur in mortibus aliquorũ, omnes contaminationes has vetabat.

Ne contaminetur Sacerdos. Iſta lex non intelligitur de quolibet Sacerdote, ſed ſolum de minoribus: quoniã Sacerdoti Magno non licebat id, quod in hac lege ponitur, ſcilicet contaminare ſe ſuper patre, & matre, filio & filia, fratre & ſorore virgine, quoniam ſuper nullum mortuum licebat ei contaminari, vt patet infra, cum dicitur: Pontifex, id eſt, Sacerdos maximus ſuper cuius caput fuſum eſt oleum vnctionis, caput ſuum non diſcooperiet, & veſtimenta ſua non ſcindet, ad omnem mortuum non ingredietur omninò, ſuper patre quoque ſuo, & matre non contaminabitur: nec egredietur de Sanctis, ne polluat Sanctuarium Domini. De Sacerdotibus ergo minoribus iſta lex accipienda eſt.

In mortibus ciuium ſuorum. Non ſolum intelligitur de ciuibus, ſed etiam de omnibus alienigenis: ponitur tamen de ciuibus, quoniam communius, & veriſimilius erat, ꝙ aliquis egrediatur ad planctum, & funera ciuis ſui, quàm ad planctum alterius viri incogniti. Et nomine ciuium non ſolum intelliguntur ciues, qui non habent aliquam conſanguinitatis, vel affinitatis coniunctionem, ſed etiam omnes cognati ipſorum Sacerdotum, & affines, vt patet: quia cum generaliter diffinitum eſſet, ab illa regula excluſæ fuerunt ſex perſonæ habentes coniunctiſſimã conſanguinitatem, ſ. pater, & mater, filius, & filia, frater, & ſoror: ſi enim nomine ciuium non intelligerentur omnes, tam conſanguinei, quàm non conſanguinei, non excluderentur iſtæ ſex perſonæ à regula data.

Quare Sacerdotes non contaminabantur in mortibus aliorum, ſicut vulgaribus licitum erat. Quæſt. III.

NVnc autem inquirendum eſt, quare Sacerdotes non contaminabantur in mortibus aliorum, ſicut vulgaribus licitum erat?

Et dicendum eſt, ꝙ eſt triplex cauſa. Prima eſt, propter neceſſitatem miniſterij: nam quando aliquis contaminatus erat, non poterat miniſtrare in Sanctuario, nec accedere ad illud, maximè autem in miniſtratione Sacerdotali erat impedimentum, in qua requirebatur maior diſpoſitio, quàm quòd ſimpliciter aliquis accederet ad res ſacras: potiſſimè aũt circa contaminationem, quæ erat per contactum cadauerum humanorũ, aut rerum pertinentium ad illud, quia in aliis durabat immunditia ſolũ vſque ad veſperã, in mortibus aũt hominũ, durabat per ſeptem dies contaminatio: vnde contingere poterat, quod ſi Sacerdotibus permiſſum fuiſſet contaminari ſuper mortuos, aliquando omnes eſſent polluti, ita vt nullus eorum miniſtrare poſſet, quod magnum inconueniens erat, & Diuino cultui repugnans.

Secunda cauſa eſt propter dignitatem miniſterij: nam cum Sacerdotes tractarent res ſacras, debebãt eſſe ceteris mundiores: vnde quanquã poſt immunditiam expiarentur, & redirent ad miniſtrandum, eſſet aliqua indignitas in miniſterio eorum, ſicut illi qui infames efficiuntur, vel grauibus ſceleribus ſe immiſcent, quanquam de patratis pœniteant, ad miniſterium tamen ſacerdotale ſecundum Eccleſiæ ſtatuta non redeunt, quoniam eorum miniſterium propter ſemel habitam indignitatẽ ſemper vile, & paruæ reuerẽtiæ haberetur. Si ergo Sacerdos quotidianè mortuorum contagio ſe maculaſſent, effecti fuiſſent valde indigni ad miniſtrationem, quod non conueniebat.

Propter ſignificãdam vitã cæleſtẽ non conueniebat Sacerdotib. pollui.

Tertia cauſa eſt, quoniam Sacerdotes erant exemplar vitæ cæleſtis omnibus de populo, eſt autem vita cæleſtis præcipuè poſt corporum reſurrectionem, ideo Sacerdotes debent vberius in opere ſuo ſpem reſurrectionis prætẽdere: qui autem grauiter & accuratè mortuos plãgunt, de eorum reſurrectione deſperare videntur: ſic enim tales eos plangunt, tanquam prorſus pereãt, ad vitam nunquam redituri: ſi autem eos non vt verè defunctos, ſed vt in longam abeuntes peregrinationem exiſtimarent, & aliquando ad propria redituros, non ſic grauiter dolerẽt, ſed quodam eorum abeuntium tenero deſiderio tenerentur. Sacerdotibus autem ſic ineſſe debebat, vt cũctos poſt mortem per reſurrectionem redituros credant. De eis igitur, tanquam de mortuis affligi non debebant. Gentiles autem, qui de reſurrectione nullam ſpem habebant, immo de

mo de ea nullatenus cogitabant, in mortibus charorum ſuorum acerrimè lamentabantur, inconſolabiliter anguſtiati pro illis: vnde multos dies in luctu ducebant, ſicut patet de Ægyptiis, quib. mos erat mortuos ſuos per quadraginta dies deplorare, quanquam alii ſeptuaginta dies, apud eos dicant in continuo luctu agi. De hoc Geneſ. cap. vltimo, & ſicut multos dies in luctu ducebant, ita & acriter anguſtiabantur, ſeipſos percutientes, & depilantes, atque inciſionem carnis facientes: & hoc vetuit Deus Iudæis, vt habetur præcedenti capite, cum dicitur: Et ſuper mortuo non incidetis carnem veſtrã, nec figuras aliquas, & ſtigmata facietis vobis. De hoc etiam Deut. 14. capite, cum dicitur: Filij eſtote Dñi Dei veſtri, non vos incideritis, nec facietis caluitium ſuper mortuo, qm̃ populus ſanctus es Domino Deo tuo. Quanquam autem Iudæi vitarent iſtas inciſuras in carne, tamen multis diebus lugebant pro mortuis: vnde apud Theſſalonicenſes conuerſi ad Chriſtũ de Iudæis, obſeruãtes Iudæorum antiquum morem, multos dies in luctu pro mortuis agebant, quod valde repugnabat religioni Chriſtianæ: ideo Apoſtolus eos redarguit, 1. ad Theſſalonicenſ. cap. 4. dicens: Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & ceteri qui ſpem non habent: ſi enim credimus, quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo. Completo autem colloquio de reſurrectione, infert, in fine capitis: Itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis, id eſt, in mortibus charorum noſtrorum leuiter tolerare debemus, cogitantes, ꝙ aliquando ſurrecturi ſunt, & nos cum eis in æterna vita gaudebimus.

Niſi tantum in conſanguineis, id eſt, quòd in conſanguineis liceat minoribus Sacerdotibus contaminare ſe, eundo ad eorum funera. Non eſt autem intelligendum, quòd in omnibus conſanguineis licitum fuiſſet Sacerdotibus ſe contaminare, ſed ſolum in ſex perſonis quæ infra exprimuntur.

Cum Sacerdotibus interdictũ fuerit, ne ad aliquem mortuum accederent, quare licuit eis contaminari ſuper his ſex conſanguineis. Quæſt. IIII.

SED quæret aliquis, cum Sacerdotibus interdictum foret, ne ad aliquem mortuum accederent, aut intrarent in Tabernaculum eius, vel comitarentur eum ad ſepulchrum, vel eum deplorarent (quæ omnia intelliguntur nomine contaminationis) quare licuerit eis contaminari ſuper iſtis conſanguineis, qui hic exprimuntur?

Reſpondendum eſt, quòd lex Dei iuſta valde eſt, ideo nec humanitatis pietatem debuit auferre, nec inhoneſtatem tolerare.

Erat autem Sacerdotibus inhoneſtum, ꝙ ad omnes mortuos egrederentur, plangendo eos, quoniam ſic præiudicarent dignitati miniſterii ſui, & reſurrectionis ſpem abſtuliſſe viderentur. Si aũt eis ad mortem patris, matris, & filiorum egredi non licuiſſet, tota humanitatis pietas ablata fuiſſe videretur, quod legem hanc ſatis crudam demonſtraret. Decuit igitur, vt ab omnibus mortibus lex Sacerdotes contaminari vetans in horum propinquorum funeribus pollui permiſiſſet, vt ſic humanitati, & honeſtati ſatisfactum videretur, potiſſimè, quoniam hic non ſubſiſtunt tres cauſæ propter quas in ſuperioribus contaminatio in mortuis vetabatur.

Prima erat impeditio miniſterij: hoc enim proculdubio eueniſſet ſi ad cunctos mortuos accedẽdi ſacerdotibus facultas data fuiſſet, qm̃ cum frequentiſſima mors ſit, ſæpiſſimè pollui contigiſſet: & cũ quælibet huiuſmodi pollutio per ſeptẽ dies duraret, eueniſſet, vt ſacerdotes multoties à miniſtratione ſacrorũ impediti fuiſſẽt. Data tñ lege de cõtaminatione ſup patre, & matre, filio, & filia, fratre & ſorore virgine, huiuſmodi impedimentum rariſſimè eueniſſet: nam mors patris, & matris, & aliarum quatuor perſonarũ rara erat: ideo ſi aliqñ pollui in hac contigiſſet, parum impediri ſacerdotale miniſterium videbatur.

Secunda etiam identidem non ſubſiſtit cauſa: quoniam indignitas quam aliquis incurrit propter contaminationẽ, quæ eſt in mortibus, ideo fit, quia frequẽtata eſt;

F talis autem contaminatio raro facta, nullam videbatur inducere indignitatem: potiſſimè quoniam hoc non fiebat ſecundum voluntatem, ſed ex neceſſitate quadã. Eodem modo tertia cauſa non ſubſiſtit, ſ. ablatio ſpe reſurrectionis: nam cum aliquis ad omnes mortuos accedit, & eos plangit, videtur vniuerſaliter ablata reſurrectionis ſpes: quia ibi de humana miſeria, quæ per mortẽ eſſe deſinit, condoletur. Cũ verò aliquis in morte patris, aut matris lamentando polluitur, non videtur hoc factum eſſe propter vniuerſalem humanæ cõditionis miſeriam; quaſi omnes homines per mortem totaliter eſſe perdant, ſed ex ſpeciali quadam pietate qua quis fertur ad illas perſonas coniunctiſſimas; quoniam quamquam eas aliquando reſurrecturas certiſſimè ſperemus, illis tamen nunc morientibus, tanquam malum aliqd paſſis, condolemus. Et præ-

Honor de functorũ.

G cipua huius cauſa eſt: quia honor defunctorum eſt, vt eis honorabiles exequiæ fiant, & vt pro eis plangatur, quanquam hæc eis ſecundum rem, nullatenus proficere queãt; ſi enim aliquis eſſet pro cuius morte nullus plangeret, nec condoleret, aut aliquid honoris funeri impẽderet ille miſerabilis, & ab omnibus deſpectus, dũ viueret, fuiſſe videretur: hoc autem repugnat honori ad quem filius tenetur patri: ſemper enim ad eius honorem procurandum tenetur; Sacerdotibus autem iſta pietas humana auferri non debuit; quamquam ergo tunc plangerent, ſpes reſurrectionis nullatenus abolita, nec concuſſa videretur.

Quomodo Deus permiſerit alicui, quòd pollueretur, cum pollutio ſit contra legem Dei, & conſequenter peccatum. Quæſt. V.

H QVÆRET etiam aliquis, quomodo licebat alicui pollui, aut quomodo Deus alicui concederet, quod pollueretur in mortibus aliorum; cum iſta pollutio eſſet contra legem Dei: huiuſmodi autem peccatum eſt: & nemini ex aliqua cauſa peccare liceat; nulli igitur licere poterat in mortibus aliquorum, ſiue conſanguineorum, ſiue non conſanguineorũ maculari vel pollui.

Reſpondendum eſt, ꝙ pollutio ſuper mortuo nullum eſt peccatum, quin potius meritum eſt, vt aliquis mortuos lugeat, vel eorũ funera comitetur, aut cadauera tumulet: nam vnum de ſeptem operibus pietatis computatur, propter quod aliqui in ſacra Scriptura valde clari & celebres euaſerũt; quemadmodum patet de Tobia, vt habetur Tobiæ cap. 1. & per totum librum; potiſſimè autem hoc eſt circa parentes, cum eis naturaliter ad huiuſmodi
I pietatis exhibitionem præ reliquis teneamur; ſed ſolum iſta pollutio tollebat, ne homo poſſet accedere ad res ſanctas, hoc autem peccatum non erat. Et quandò arguitur, ꝙ eſt contra præceptum Dei, & idcirco peccatum: Reſpondetur dupliciter: Primo modo, quòd non eſt contra præceptum Dei, qm̃ non reperitur vetitum in toto Veteri Teſtamento, ꝙ aliquis pollueretur ſuper mortuo, niſi quantum ad Sacerdotes, de quibus hic. Reperitur tñ vetitum de mortuis aliorum animalium, ꝙ non tangat aliquis illa, vt hr̃ ſup. 11. cap. non poterit ergo eſſe peccatum, tanquam prohibitum. Alio modo rñderi poteſt, ꝙ dato, ꝙ vetaretur contaminatio ſuper mortuo, nõ ſequebatur ex hoc peccatum patrari per contaminationem, ſed ſolum quædam corporalis irregularitas, ſecundum quam aliquis vetabatur accedere ad res ſacras; multoties tamen talis pro-

Pollutio non eſt cõtra præceptum Dei. ſed ſolum eſt præceptũ, ꝙ pollutus non accedat ad res ſacras tractandas.

K hibitio erat ſine peccato, ſicut patet ſupra, 11. c. cum dicitur: ꝙ ſi aliqñ neceſſe fuerit, vt quis portet ſuper ſe morticina animaliũ, lauabit veſtimenta ſua: ſed ibi manifeſtum eſt, ꝙ non ſit peccatum, cum ſit neceſſarium, & tñ qui huiuſmodi faciebat, immundus erat vſque ad veſperũ. Idem patet de viris leproſis, & fluentibus ſemine: qm̃ iſti arcebantur ab acceſſu rerum ſacrarum propter morbos illos; in hoc tñ nihil peccabant. Sic igitur in hoc erit. Et ſi aliqs arguat contra hoc, quia Num. 19. c. dr̃, de contaminatione ſuper homine mortuo, & de expiatione. Rñdendum eſt, ꝙ ibi non agitur de hac contaminatione, prohibendo ne quis contaminetur, ſed enarratur quõ aliquis immundus fiat ſuper mortuo, & qualiter emundãdus ſit. Erat tñ peccatum ſi aliquis immũdus fuerat ſuper mortuo, vel aliàs, & immũditię ſuæ cõſcius, ingrediebatur Sanctuariũ, qm̃ tunc peccabat, & peribat de populo ſuo, vt hr̃ Num. 19. c.

& de

& de hoc ibidem præceptum ponitur. licitum ergo erat cuilibet de populo cõtaminare ſe in mortibus cuiuſcunque, cum vetitum id non eſſet præterquam ſacerdotibus, quibus ſolum vetitum erat hoc modo contaminari. Ideo iſti quãdo cõtaminabantur in mortibus ciuium ſuorum, plangendo, vel comitando funera eorum, nõ ſolum contaminabantur, ſed etiã peccabant: nec peccabant ex hoc, ꝙ contaminarentur, ſed quia contra legem Dei agebant, ſicut ſi populares contaminati fuiſſent ſuper mortuo, & non expiati ingreſſi fuiſſent Sanctuarium; tunc.n. peccabant, nõ quidem, quia contaminati fuerant, ſed quia contaminationẽ habentes Sanctuarium introibant. Laici aũt cum contaminabantur in mortuis, ſolum contaminationem incurrebant, ſed non peccabant, hoc tempore duntaxat priuati à communione ſacrorum. Sic etiam erat de ſacerdotibus minoribus, ſi pollucrentur ſuper mortuo in ſex perſonis, qm̃ hoc tempore quo durabat hæc pollutio & immunditia, miniſtrare non poterant, nec accedere ad res ſacras, ſed tamen non peccabant. Patet ergo ex hoc, ꝙ Deus non permittebat aliquod peccatũ, non iubendo ſacerdotibus minoribus, vel aliis de populo, ꝙ abſtinerent ab omni contaminatione ſuper mortuo. *Ac propinquis.*

Duplex literæ expoſitio.

Idem ſignatur, quod per conſanguineos: nam cum exprimãtur hic in litera ſex perſonæ, in quibus duntaxat licebat ſacerdotibus minoribus cõtaminari, & iſtæ erant habentes cõſanguinitatem ad eum ad quem referebãtur, ergo propinqui, & conſanguinei ad idẽ pertinebant, & videbitur poſitũ hoc ex ſuperabundanti. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ propinqui ſint aliquid addentes ſuper cõſanguineos, & dicatur eſſe propinqui illi, qui in genere conſanguinitatis maximè aliquẽ attingunt propinquitate, ſicut pater, & mater ad filium, & ecõtrario; & fratres inter ſe: omnes aũt alij vocabuntur conſanguinei, ſed non propinqui: quia nõ ſunt in cõſanguinitate propinqui ſed diſtantes, & tunc vnum eſt expoſitiuum alterius. Et cũ ponitur hic copulatiua inter propinquos, & conſanguineos, debet vel tolli; vel poni pro expoſitiua; vt dicatur conſanguineis, aut propinquis, id eſt, in conſanguineis propinquis, ſcilicet, qui ſunt in magna propinquitate.

Alio modo in cõſanguineis ac propinquis, ſ. in conſanguineis, i. propinquis, i. ſup patre, & matre. Hic exprimũtur perſonæ in quibus licebat ſacerdotibus minorib. contaminare ſe ſuper mortuos, & de iſtis duabus perſonis rationabilius eſt, quã de aliis oĩbus. Nam ratio quare permittatur ſacerdotibus minoribus, vt cõtaminaretur in his perſonis, & nõ in aliis, eſt pp charitatem naturalem, quæ magis eſt ad has perſonas quam ad alias. Inter has tamen principaliores sũt iſtæ duæ primæ, ſ. pater, & mater: nam filiis, & filiabus ad charitatem naturalẽ tenemur, ad honorẽ tamen nequaquam, ſic etiam fratres in alterutrum.

Ad patres dupliciter tenemur.

Ad patres autem tenemur dupliciter, ſ. ſecũdum amorem, & honorem: patres enim diligimus naturaliter, qm̃ ab eis orti ſumus, & eorum particulæ aliquando fuimus, ſicut patet 8. Ethicorũ, tenemur autem ſuper hoc ad honorem pro excellenti beneficio, tanquam ad eos, qui bene nobis fecerunt, cauſæ nobis eſſendi exiſtentes, vt pater Ethicor. lib. 8. & 9. cum autem iſte honor ad parentes ſit, neceſſe eſt, vt viuentibus, & morientibus tribuatur. Nam etſi ſecundum Ariſtot. Ethicor. lib. 1. dubium ſit, an de eis quæ accidunt pronepotibus, & amicis, aliquid perueniat ad hos, qui defecerunt: dubium tamen non eſt, qm̃ honores exhibiti parẽtibus, & aliis, in funeribus eorum, ad eos aliquo modo pertineant: non quidem quantum ad rem, ſed quãtum ad opinionem, & eſſe quoddam, quod in nobis morientes habent: recordamur enim eorum qui defecerunt, & de eis ſemper concipimus, ꝙ felices, vel infelices fuerint, & ſecundum hoc eſſe, quod in nobis habent, euenit illis bonũ quoddam, vel aduerſum: potiſſimè autem quoniam dicit Ariſtot. Ethicor. lib. 1. in cap. Pronepotum autem fortunas; ꝙ in eis quæ pronepotibus, vel nepotibus adueniunt poſt mortem ipſorum felicium defunctorum, vel infelicium, multum differt, an illa magno tempore poſt mortem, vel paruo acciderint: in eis enim quæ pauco tempore poſt mortem accidunt pronepotibus vel amicis, aliquanta fit ipſorum defunctorum permutatio in bonum, vel in deterius: in eis vero quæ magno tempore poſt obitum acciderint, qualiacunque ſint, non eſt talis permutatio. Sed in honoribus, vel dedecore quæ accidunt circa funera defunctorum, eſt aliquid huiuſmodi, ſcilicet, ꝙ morti propinquum eſt: ergo ad ipſos defunctos ſatis attinere videtur. Filij autem tenentur honorare parentes: ergo circa funera tenentur eos honorare, quoniam ibi parentibus mortuis honor, vel dedecus accidit. Vnde ſi filij funera patrum pio affectu non proſequerentur, viderentur eos non dilexiſſe, atque ob id illis magnum dedecus inferre.

Qũo honor, vel dedecus, quæ apud mortuos ſunt pertineant ad viuentes.

Eſt igitur honor ſepulchri debitus parentibus à filiis: quoniam honor ille bonum quoddam humanũ eſt, quod honeſtati non repugnat: ideo Deus interdum condeſcendens deſiderio humano, promittebat aliquibus, ꝙ ſepelirentur honorificè, & in pace, vt habetur de Abraham Geneſ. 15. capite, cum dicitur: Tu autem ibis ad patres tuos, Sepultus in pace in ſenectute bona. Sic etiam factum eſt de Iacob, quoniam cum iret in Ægyptum, Deus promiſit ei, tanquam aliquod bonum, ꝙ filij ſui aſtarent funeri eius; & Ioſeph poneret manum ſuam ſuper oculos eius. Sic habetur Geneſ. 45. cum dicitur: Ego deſcendam tecum illuc, & reducam te inde reuertentem, Ioſeph quoque ponet manum ſuam ſuper oculos tuos. Eodem modo de laudibus Meſſiæ ponitur, tanquam priuilegium datum à Deo, ꝙ haberet gloriam in ſepulchro ſuo. De hoc habetur Iſaiæ cap. 11. cũ dicitur: In die illa erit radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum.

Cum ergo in exequiis funerum honor quidam ſit, & filii teneantur parentibus ad honorem, non quidè ad aliquem gradum determinatum honoris, ſed ad quantumcumque poterunt, quemadmodum Diis, vt ait Ariſtoteles Ethicorum libro 9. tenebuntur filij parentibus ad honorem ſepulchri: ſic enim Sancti Patres loquebantur filiis ſuis, vt ſepelirent eos, & clauderent oculos eorum, ſicut dixit Tobias filio ſuo, vt habetur Tob. cap. 12.

Item, quoniam naturale deſiderium ad bonum eſt, ſed naturaliter homines deſiderant ſepeliri in terra ſua, & per manus ſuorum, ſicut ait Ouid. in 1. lib. de Ponto.

Mollius oſſa cubant, manibus tumulata ſuorum.

Filij igitur elaborare debent, vt patribus ſuis compleant hoc deſiderium, quod cõſiſtit in impenſione exequiarum ad funus. Pertinet igitur ad ius naturæ, quòd filij parentibus impendant honorem ſepulchri, ideo non debuit lex tollere iſtam pietatem. In his ergo duabus perſonis, principalius lex permiſit vt pollnerentur Sacerdotes quam in aliis. *Filio & filia.* Iſtæ ſunt aliæ duæ perſonæ, in quibus idem licebat, quod in parentibus: nam quanquam magis teneamur naturaliter parentibus, quam filiis, quoniam à parentibus omne bonum ſuſcepimus, à filiis autem nihil, naturaliter tamen intentio inclinat, vt amplius filios, quã parentes diligamus: eis igitur ex hac naturali pietate tenemur ad honorem funeris, ideo iuſtè permiſſum fuit, vt Sacerdotes in morte filiorum pollucrentur: nam ſi parentes iſta filiis non impendant, nõ videtur eſſe alius qui hęc ita rationabiliter impendere debeat: eis igitur non impendentibus, eueniret, & ſatis rationabiliter, corpora defunctorum inſepulta relinqui.

Iſta autem ratio adhuc magis militat, ꝙ filij teneantur parentum funeribus intereſſe. De his tamen maior ratio eſt, quam de filiis, cum obligatio potior ſit filiorum ad parentes quam è contrario.

Nunquid Sacerdotes poſſent contaminari in mortibus nepotum ac pronepotum. Quæſt. VI.

SED aliquis circa hoc quæret, an Sacerdotes poſſent contaminari in mortibus nepotum, & pronepotum. Et fortè alicui videbitur, quòd eodem modo liceret in eis pollui, quoniam omnes deſcendentes ſecundum modum Sacræ Scripturæ filij vocantur, & omnes ſuperiores vocantur patres, ſic habetur extra, de regulis iuris, in c. nam, & Nabuchodonoſor; & etiam quoniam ad ſucceſſiones humanas, ita nepotes ſuccedunt ſicut filij.

Ad hoc reſpondendum eſt, ꝙ non, poterant pollui Sacerdotes in mortibus nepotum, aut pronepotũ, quoniam

iſtud erat quaſi quoddam priuilegium conceſſum ſacerdotibus,& erat contra ius commune, & explicabantur in eo ſolum perſonæ ſex. De his igitur ſolum intelligendum erat, præcipuè, quoniam cauſa iſtius legis ceſſat in pronepotibus,& aliis deſcendentibus. Nam ſacerdotibus cōceſſum erat, ꝙ poſſent pollui in mortibus perſonarū hic expreſſarum, & non aliarum, qm̄ ad iſtas ſpecialis eſt obligatio, & affectio naturalis: ſed in aliis non eſt iſta affectio, ergo nec ſtabit iſta lex; patet hoc, qm̄ permittebatur Sacerdotibus, vt filios ſuos ſepelirent, qm̄ eos tenerrimè diligebant, nepotes autem quanquam filij ſm morem Scripturæ appellentur, tamen non æqua charitate diliguntur, vt filij; pronepotes autem cum minus diligantur, conſequenter abnepotes, & trinepotes: inquātum enim magis diſtant à radice conſanguinitatis, tanto minor eorum eſt dilectio quo vero proximiores ſanguinis ſunt coniunctione intenſius diligūtur, vt ait Ariſt. Ethic. lib. 8. cuius ratio patet: qm̄ diligit ſeipſum quilibet naturali amore, & omnis alius amor deriuatur ex amore qui eſt hominis ad ſeipſum, iuxta eundem Ariſtotel. Ethic. lib. 9. dicuntur amicabilia quæ ad alterum veniſſe ex amicabilibus quæ ad ſeipſum ſunt; qn̄ ergo aliqui habuerint amorem qui aſſimilatur dilectioni, quæ eſt vnî ad ſeipſum, multū ſe diligent, & quāto fuerit maior ſimilitudo, intēſior erit amor, cū vero minor ſimilitudo, amor quoque minor erit. Quāto igitur aliqui magis ſunt propinqui in parentela, tanto magis accedunt ad amorem qui eſt hominis ad ſeipſum, cum magis coapproximentur trunco in quo omnes cognati ſunt. Item, quia ibi aliqn̄ fuerunt idem realiter, nūc verò ſunt particulæ deciſæ ab illo. neceſſarium eſt ergo, ex inclinatione naturæ, vt qui in cognatione propinquiores ſunt, intenſius ſe diligant, qui vero magis diſtāt, remiſſiori copulantur amore. patet ergo, ꝙ plures non inclinantur ad amorem nepotum, & pronepotum, ſicut ad amorem filiorum, ſed lex iſta data eſt propter affectionē magnam: ergo nō intelligetur de nepotibus, & pronepotibus, quāquam aliquando ſecundum morem Sacræ Scripturæ filij appellentur, ſed ſolum de filiis propriè dictis qui ſūt immediatè geniti ab aliquo. *Fratre quoque.* Hic ponūtur aliæ duæ perſonæ, ſcilicet, frater, & ſoror, quoniam debent iſti ſibi hanc mutuam charitatem: valde enim ſe naturaliter diligere debent, cum ſint immediatè geniti ex eiſdem, & coapproximentur trunco: vnde eſt in eis maior identitas, quam in omnibus aliis conſanguineis: & hoc eſt in abeiſdem naſci, iuxta Ariſt. Ethic. lib. 8. Cum autem dicitur de fratre, intelligitur, ſiue ſit frater ex patre & matre, ſiue ex patre tantum, aut ex matre ſolum, quoniam quantum ad hoc nihil diſtinguitur: idem enim gradus eſt fratribus, ſiue totaliter ex eiſdem ſint, ſiue ſecundum partem: quanquam ſecundum affectionem naturalem multum differt: nam qui totaliter ab eiſdem ſunt, valde ſe diligunt, qui verò in altero tantum participant identitatem, minus ſe diligunt: iura tn̄ humana ad hoc nihil reſpexerūt, diſtinguentia gradus attinentiæ, & non curantia de radicibus naturalis dilectionis. Sed circa hoc aliquis arguet, qm̄ ſupra 10. c. dictum eſt, ꝙ Eleazar & Ithamar nō egrederentur ad plangendum fratres ſuos, quos incendium cōſumpſerat, nec nudarent capita ſua, nec ſcinderent veſtimēta, alioquin morerentur, & ſuper totum populum oriretur indignatio: fratrum ergo funera Sacerdotibus plangere non licebat; nec egredi ad aliquē mortuum, imò nec ad patrem, & matrem, vt patet infra; qm̄ Sacerdos Magnus erat Aaron. iſti verò erant minores, vt ſatis colligitur Exo. 28. & 29. & ſup. c. 8. & etiam quia Sacerdos Magnus ſemper vnus erat, iſti autem duo. Identidem autem argui poteſt, ꝙ non liceret Sacerdotibus plangere, aut proſequi funera filiorum ſuorum, quod amplius eſt, cum magis filij ad patres pertineant, quam fratres ad alterutrum. Hoc patet: qm̄ Moyſes dixit Aaron; cum mortui fuiſſent duo filii eius, ſ. Nadab, & Abiu, ꝙ non egrederetur ad plangendum, ſed maneret in Sāctuario, alioquin moreretur, vt hr̄ ſup. 10. cap. Reſpondendum eſt ad vtrumque, ꝙ licebat Eleazar, & Ithamar intereſſe funeribus fratrum ſuorum, & Aaron licebat intereſſe funeri filiorum ſecūdum quoſdam ſed tunc non licebat intereſſe, qm̄ nouiter conſecrati erant, ſcilicet, quia præcedenti die finitum fuerat opus

De amore parentum ad deſcendentes.

F conſecrationis, & in die qua mortui ſunt Nadab, & Abiu primo miniſtrauerant; non debebat igitur oleum vnctionis, quod nouiter ſuper eos fuſum fuerat, pollui per acceſſum ad funéra eadem cauſa redditur in eodem capit. cum dicitur: Vos autem non egrediamini fores Tabernaculi, alioquin peribitis: oleum enim ſāctæ vnctionis eſt ſuper vos. Si autem multis ante diebus cōſecrati fuiſſent, licuiſſet eis funera fratrum ſuorum proſequi, & plāgere: Aaron autem nō licebat vllo tempore, quia erat ſacerdos Magnus, qui cōmaculandus non erat in mortibus aliquorum quantumcumque propinqui eſſent. Qui aūt dicunt, ꝙ Aaron potuiſſet plangere filios ſuos, ſi multi dies tranſiiſſent a conſecratione eius, errant: qm̄ ipſe erat ſacerdos Magnus, cui nunquam licebat ad funera progredi. *Et ſorore virgine, quæ non eſt nupta viro.* Nō licebat ſacerdotibus

G intereſſe funeribus omnium ſororum ſuarum, ſed ſolum illarum quæ virgines erant, id eſt, quæ habebantur tanquam virgines, qm̄ nunquam à viris cognitæ fuerant, aut putabatur nunquam eas cognitas extitiſſe. Cauſa huius eſt duplex. Prima, quia ſacerdos ad res mūdas pertinebat, ſoror autem eius, quando cognita erat ab aliquo viro, iam turpior effecta erat, ideo ſuper eam pollui non debebat Sacerdos, quoniam ipſa polluta erat. Alia cauſa eſt, quia femina quæ non erat in virginitate, ſed nupta viro, habebat aliquem qui eam ſepeliret. Cum autem non eſſet tradita viro, nemo erat qui eā ſepeliret niſi pater, in cuius cuſtodia erat; & fratres eius ad quos eodē modo ſororis cura attinet. Dicitur hic de virgine quæ non eſt nupta viro, in quo innui videtur, ꝙ ſi iſta mulier non fuiſſet nupta viro, quanquā non fuiſſet virgo, ꝙ frater eius Sacerdos po-

H terat pollui in morte eius plangendo ad funus. Sed nō eſt ſic intelligendum, quoniam ſi aliqua puella cognita fuiſſet à viro, quanquam non fuiſſet deſponſata, aut in matrimonium alicui tradita, non tamen poterat frater eius Sacerdos licitè pollui in morte eius. Identidē, ſi aliqua fuiſſet femina cognita a viro, q̄ viro perdito vidua remāſiſſet, non potuiſſet frater eius Sacerdos pollui in morte illius: & etiam intelligendum eſt, quando dicitur hic femina nupta viro, ꝙ illa ſit ei copulata non ſolum per ſponſalia de præſenti, ſed etiam per carnalem copulam. Nam ſi aliqua fuiſſet femina deſponſata viro, ſed nondum carnaliter cognita, & mortua fuiſſet, frater eius ſacerdos poterat licitè plangere eam; aut ei impendere cetera officia funeris: qm̄ iſta virgo erat, etiam ſub cuſtodia patris manebat, & fratrum ſuorū, nec pertinebat ad virum ſuum, donec ei

I tradita ei fuiſſet, ac vnita per carnalem copulam.

An licuerit Sacerdoti intereſſe funeri ſororis ſuæ deſponſatæ, ſed nondum traditæ viro. Et de ſorore quæ erat cognita non tamen nupta, an licuerit pollui in eius funere. Quæſt. VII.

CIRCA hoc, quod dicitur de filia Sacerdotis, quæ non erat viro nupta, eſt conſiderandum, quòd filia Sacerdotis, aut erat virgo, aut non: & dico non eſſe virginem eam, de qua notum eſt, quòd ſit cognita: nam ſi putetur eſſe virgo, etiam ſi non ſit, eodem iure gaudebit quo verè virgo; quia iura non reſpiciunt, niſi quod apparet, & non quod eſt de quo non conſtat: nam apud iura idem eſt non eſſe, & non apparere.

K Si autem filia Sacerdotis ſit virgo, poteſt pater contaminari in morte eius, & fratres, & hoc ſiue ſit virgo; quia nulli erat deſponſata, ſiue quia iam deſponſata, nondum tamen tradita: nam illa manet tunc adhuc in poteſtate patris, ac ſi non eſſet deſponſata viro, & adhuc non pertinet ad curam illius viri ſed patris.

Sed quid ſi ſit filia Sacerdotis tradita alicui in vxorem, tamen adhuc ſit virgo, vt quia vir nondum voluit cognoſcere eam, vel quia nondum potuit, an poterit pater contaminari in ea?

Dicendum, ꝙ regulariter non poſſet: quia licet contingat mulierem viro traditam non eſſe cognitam; eſt tamen præſumptio iuris, ꝙ ſit cognita, & ob hoc, quia iudicatur vt cognita, idem fieret de illa, ac ſi verè cognita eſſet, & ita pater non poterit contaminari in morte eius.

Sed quid ſi manifeſtè conſtaret eam nunquam fuiſſe cognitam, quia multis modis poterat conſtare, an liceret patri

patri contaminari in morte eius? & videbitur alicui ꝙ ſic, quia ceſſat ibi præſumptio iuris cum de veritate conſtet, & ita videbitur idem faciendum, quod in virgine.

Dicendum, ꝙ etiam ſi cõſtaret eam eſſe virginem, non licebat patri pollui ſuper ea, neque fratribus eius, & hoc quia erat iſta nupta viro, & ideo iam pertinebat ad aliũ, ſ. ad maritum: nam quamdiu mulier habet virum, ſiue cognita ſit ab eo, ſiue non, ad ipſius poteſtatem pertinet, & non alterius, & de illius familia eſt: & ſimile apparet ſeq. cap. de filia Sacerdotis, quæ quamdiu manebat in domo patris, poterat comedere de ſanctificatis, cũ aũt traderetur viro iã nõ licebat ei comedere de ſanctificatis. Sed ex hoc aliquis diceret, ꝙ ſi Sacerdos tradidiſſet filiã ſuam alicui laico, vel Leuitæ, non poterat contaminari in morte eius, ſi tamen tradidiſſet eam in vxorem alteri Sacerdoti, licebat ei contaminari in morte eius, & hoc eſt, quia nõ tranſibat ad aliam tribum, vel familiam, ſed manebat in familia Sacerdotis: ſimile patet in ſequenti c. quia dicitur, ꝙ filia Sacerdotis, dum manebat in domo patris, poterat comedere de ſanctificatis, & ſi traderetur alicui de populo, id eſt, non Sacerdoti in vxorem, non licebat ei manducare de ſanctificatis quamdiu virum illum habebat. Si autem tradita erat alicui Sacerdoti, licebat ei manducare de ſanctificatis, ſiue in domo viri, ſiue in domo patris.

Ita ergo nũc videtur, ꝙ ſi fuiſſet data Sacerdoti in vxorem licebat patri contaminari ſuper ea, ſicut ſi maneret in domo patris. Sed dicendum, ꝙ non licebat in hoc caſu contaminari patri ſuper morte filiæ. Primò, quia non erat virgo non nupta, ſed erat corrupta; & ideo non gaudebat hac dignitate; vel ſi fuiſſet virgo, erat tamen tradita viro: lex tamen dicit de ea, quæ non eſt nupta viro. Secundò, quia iam iſta pertinebat ad alienam curam, cum haberet virum in cuius poteſtate erat, & exiuerat poteſtatem paternam. Cum aũt obiicitur, ꝙ licebat contaminari patri in ea, ſicut licebat filiæ tunc manducare de ſanctificatis, qđ erat ſpeciale. Dicendũ, ꝙ non eſt ſimile: & cauſa eſt, quia filiæ Sacerdotis, quæ ab alio Sacerdote erat ducta in vxorem, licebat manducare de ſanctificatis, nõ quidem propter patrem, ſed propter virum: nam ſi propter patrem licebat ei, ſemper licebat cuicumque traderetur in vxorem, quia ſemper manebat filia Sacerdotis, & tamen non licebat ei manducare ſi acciperetur in vxorem ab aliquo non Sacerdote, ſequenti c. ergo non licebat ei propter patrem, ſed propter virum: nã cum eſſet vir eius Sacerdos, licebat ei manducare de eis, quæ mãducabat tota familia Sacerdotis: ſed alij de familia eius mãducabant, vt patet ſeq. c. & colligitur ſupra 9. c. ergo à fortiori vxor quæ erat præcipua in familia viri, poterat comedere de ſanctificatis, & quia licebat comedere ei ſanctificata in domo viri ſui, licebat ẽt comedere in domo patris, & ẽt in domib. aliorũ Sacerdotum ſi inuitaretur, ſicut qñ erat in domo patris in virginitate, licebat ei comedere ibi ſanctificata, & in domo cuiuſlibet alterius ſacerdotis, ſi inuitaretur ibi. Et ideo cui conueniebat propter virum, & non pp patrem comedere de ſanctificatis, & contaminari in morte filiæ, cõpetebat patri propter ſe, & nõ propter virum filiæ: ideo non potuiſſet pater contaminari etiam in morte filiæ ſi fuiſſet Sacerdoti nupta, quamuis liceret filiæ manducare in domo paterna de ſanctificatis, ſi eſſet alteri Sacerdoti nupta. Si autem filia non eſſet virgo, & haberetur vt non virgo: dicendum, quòd licet maneret in poteſtate patris ſui Sacerdotis, ſiue non maneret nequaquam licebat patri contaminari in morte eius. Et hoc patet: quia aut illa perdiderat virginitatem matrimonialiter, aut nõ matrimonialiter, i. quòd puella adhuc exiſtens deflorata erat manẽs in domo patris; aut volente illa factum fuerat illud, aut coacta. Si coacta, nullam pœnam merebatur, quia tñ perdiderat honorẽ virginitatis, nõ licebat patri contaminari ſuper illa, quia non erat virgo, & ſcriptura dicit hic: ſuper filia virgine. Si aũt ſpontè deflorata erat, non ſolum non licebat patri honorare eam, in morte ſe contaminando; ſed etiam illa ſuſtinebat grauiſſimam pœnam, nam comburebatur, & hoc erat ſpeciale in filiabus Sacerdotum, & propter honorem eorum filiæ eorum debebat ſeruare magnam pudicitiam. Et ſi filia in domo patris manens etiam nondum deſpõſata, permittebat ſe cognoſci ab aliquo, comburebatur, quod non fiebat in aliis mulieribus, vt dicitur in littera infra, ſcilicet, Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomen patris ſui, flãmis exuretur. Si autem matrimonialiter fuerat cognita, dicendum, ꝙ aut erat cõiugata, aut vidua, & tamen quocumque modo fuiſſet, non poterat ſui pater contaminari in morte eius; quia non erat virgo. Sed aliqui dicunt non eſſe idem de omnibus his, quia aut erat coniugata, aut vidua: ſi coniugata, aut erat vxor Sacerdotis, aut alicuius alterius, etiam ſi fuiſſet Leuitæ, non licebat patri contaminari in morte eius: ſi erat vxor Sacerdotis, licebat patri contaminari. Si verò fuiſſet vidua, aut fuerat vxor Sacerdotis, aut alicuius alterius: ſi Sacerdotis, ſiue habuiſſet filios, ſiue non, licebat patri contaminari in morte eius. Si autem erat vxor alterius, aut habebat filios, aut non: ſi habebat filios, non licebat patri contaminari in morte eius; ſi verò non habebat filios, licebat patri contaminari.

Et hoc dicunt per ſimilitudinem eius, quod dicitur ſequenti c. Si filia Sacerdotis fuiſſet vxor ſacerdotis, licebat ei manducare de ſanctificatis: ſi autem alterius, non licebat. Si autem mortuo ſacerdote viro, rediiſſet vxor in domum patris ſui ſacerdotis, licebat ei manducare de ſanctificatis, ſiue rediiſſet cum filiis, ſiue ſine filiis. Si autem fuiſſet vxor alterius, & vidua rediiſſet in domum patris ſine filiis, licebat ei de ſanctificatis manducare, ſed non licebat ſi haberet filios.

Sed dicendum, ꝙ nullo modo licebat patri cõtaminari ſuper filia cognita matrimonialiter, & ſimilitudo allegata nihil probat: quia vt dictum fuit ſupra, filiæ Sacerdotis ductæ in vxorem ab alio ſacerdote licebat comedere de ſanctificatis, ſed non propter patrem, imò propter virum, & tamen poſſe patrem contaminari in eius morte, non competebat ei propter virum, ſed propter patrem, ideo non competeret iam cum non eſſet virgo, quod lex requirit, maximè, quia illa cum ſit vxor alterius, non pertinet ad patrem, ſed ad maritum.

Sed nunc quæretur, quis ſepeliebat vxorem Sacerdotis filiam alterius ſacerdotis? Aliquis dicet, ꝙ maritus, quia propter hoc pater nõ ſepelit, quia illa ad virum pertinet.

Quis ſepeliebat vxorem Sacerdotis filiam alterius Sacerdotis.

Sed dicendum, quòd iſtud nõ ſtat: quia ſicut patri non licebat illã ſepelire, quia erat ſacerdos, ita nec marito cum & ipſe eſſet ſacerdos: Nam lex dixit vniuerſaliter, non debere ſacerdotem pollui in mortibus aliquorum, niſi in patre, & matre, & filio, & fratre, & ſorore virgine: ſed vxor non erat de his perſonis, ergo non licebat ei contaminari ſuper vxore.

Dicẽdum ergo, ꝙ aut vxor ſacerdotis erat filia laicorũ, aut ſacerdotum; ſi laicorum ſepeliebatur à patre, & matre, & omnibus cognatis. Si autem fuiſſet filia ſacerdotis, non licebat patri contaminari in morte eius. Sed obiicietur, quòd vxores ſacerdotum erant deterioris conditionis, quàm vxores aliorum hominum: quia non honorabantur in morte à viris ſuis.

Dicendum, quòd non eſt inconueniens; quia idem accidebat filiabus ſacerdotum, ẽt ſi non eſſent ſacerdotum vxores. quia non licebat parentibus contaminari in mortibus earum, cum iam non eſſent virgines: ſed iſtud non erat, vt pœna inflicta, imò propter honorem, & excellentiam paternam: erant enim talium hominum filię, quibus nõ licebat cõtaminari in mortib. omnium, ſed paucorum. Dicendum tñ, ꝙ nõ deerat ob hoc honor funeris talibus, quia iſta vxor ſacerdotis, aut erat filia non ſacerdotis, aut ſacerdotis: ſi primo modo, patri, & matri, & toti ſuæ cognationi licebat eam honorare in funere, quia iſti non vetabãtur contaminari: ſi autem fuiſſet filia ſacerdotis, ſicut non licebat marito contaminari ſuper morte patris, ita non licebat patri, licebat tñ matri; quia vxores, & filię ſacerdotum, & tota progenies fœminarum non vetabatur in mortuis cõtaminari, ſed ſoli maſculi, quia illi erant ſacerdotes, & pertinebat ad eos miniſtratio ſacrorum; ad feminas aũt nequaquã; Filiis etiam licebat contaminari ſuper matre, & omnibus cognatis, qui non erant ſacerdotes; ſic patet ſupra, 10. cap. de morte Nadab, & Abiu, in quorum mortibus nõ licuit Aaron contaminari, & iuſſit Deus, ꝙ Oziel filij, ſ. Heliſaphan, & Miſael tollerent illos, & ſepelirent, & cum illis iuſſit eſſe omnes cognatos ſuos

Leuitas, quibus non erat vetitum contaminari in mortibus. Et conſiderandum, quòd quando alicui perſonæ erat vetitum honorare mortuos ſuos, honorabantur magis funera illorum: quia ex eo, ꝙ illi non licebat, conueniebat populus, & honorabat mortuum illũ quaſi eſſet omnium, licet ad nullum eorum aliàs pertineret: ſic enim Deus fieri iubebat Leuit. 10. capite, in morte Nadab, & Abiu, quia non licuit Aaron patri eorum, & Eleazar atque Ithamar fratribus, ſepelire, aut plangere illos, & iuſſit Deus, quòd totus populus Iſrael lugeret eos, cum dicitur: Fratres veſtri, & tota domus Iſrael plãgant incendium, quod Dominus ſuſcitauit. Cum autem filia Sacerdotis erat vidua, non licebat patri contaminari in morte eius. Et ſimilitudo atque diſtinctio inducta nihil valet: quia ſunt diuerſa fundamenta harum rerum: ad hoc enim, ꝙ filiæ Sacerdotis liceret manducare de ſanctificatis, quæ pertinent ad Sacerdotes, & quòd illa eſſet de familia Sacerdotali, licebat manducare de ſanctificatis ſequenti c. ad hoc aũt, ꝙ patri liceret contaminari in morte filiæ, oportebat, ꝙ illa eſſet virgo, vt dicitur hic in littera. Ad oſtendendum autem, qñ erat filia Sacerdotis de familia Sacerdotali, erat diſtinctio: quia aut illa erat habens virum, aut nõ: ſi habebat virum, & is fuiſſet Sacerdos, erat illa de familia ſacerdotali, quia de familia viri, ideo licebat ei mãducare de ſanctificatis, tam in domo viri, quam patris, quam aliorum Sacerdotum. Si autem haberet virum non Sacerdotem, quia erat de familia viri, qui non erat ſacerdos, non licebat ei tunc manducare de ſanctificatis in domo patris, vel alterius, quia non erat de familia patris, neque Sacerdotali. Si autem fuiſſet vidua, aut ſupererãt aliqui filij eius, aut nulli: ſi nulli, ſiue fuiſſet vxor Sacerdotis, ſiue laici, licebat ei comedere de sãctificatis in domo patris, & cuiuſlibet alterius Sacerdotis, quia erat tunc de familia Sacerdotali, ſ. de familia patris, cum deſiiſſet eſſe de familia viri, per mortem illius. Si verò erat habens filios, aut fuerat vxor Sacerdotis, aut alterius; ſi Sacerdotis, licet ei manducare de ſanctificatis, quia manebat in familia filiorum ſuorum, ſed illi erant Sacerdotes, ergo erat in familia Sacerdotali. Si autem fuerat vxor nõ Sacerdotis, non licebat ei manducare de ſanctificatis, quamuis rediret in domum patris, quia erat in familia filiorum, & illi non erant de ſtirpe Sacerdotali. Sed quòd patri ſacerdoti liceat contaminari in morte filiæ, nõ erat ex alio, niſi quia illa erat virgo, vt dicitur in littera, ſed quæcũque erat coniugata, aut vidua, iã non erat amplius virgo, ergo non eſt diſtinguendum hic, an fuerit coniugata, vel vidua, & an fuerit vxor Sacerdotis, vel nõ Sacerdotis, & an habuerit filios, vel non: quia omnibus his modis caret virginitate, & nihil facit ad hoc, eſſe de familia Sacerdotali, vel non: quia licet omnibus de familia Sacerdotali liceret manducare da ſanctificatis, ſequenti capite, nõ licebat tamen Sacerdoti contaminari in morte omnium de familia ſua, ſed ſolum in mortibus ſex perſonarum ſupra relatarum, id eſt, patris, matris, filij, filiæ, fratris, & ſororis virginis, vt patet in littera. *Sed nec in Principe populi ſui contaminabitur*, id eſt, Sacerdos minor non poteſt pollui plangendo, vel faciendo cetera officia funeris in morte ciuium ſuorum, niſi in ſex perſonis ſupra poſitis: quicumque verò alius moreretur non polluebatur in morte illius, etiam ſi fuiſſet Princeps populi.

Dicitur autem de Principe populi, quoniam iſte erat magis honorificus in toto populo, ideo rationabilius erat vt ad funera Principis omnes conuenirent quam ad funera cuiuſlibet alterius: vnde potuiſſet Sacerdos conuenire cum aliis ad plangendum defunctum Principem populi ſui, quod tamen prohibuit Deus.

Quomodo tenerentur ſubditi ad honorandum Principem defunctum in exequijs, & quod non honorare eum peccatum eſſet. Quaſt. VIII.

DE Principe autem populi dicendũ eſt, ꝙ omnes ſubditi debebant eius funus magno cum plãctu proſequi, quod duorum efficax eſt, ſcilicet, honoris impẽtiuum, & doloris atque deſiderij ſignatiuum: nam tenebantur ſubditi honorare Principem ſuum valde, ſic enim dicit

F Ariſtoteles Ethicorum, libro 5. vbi tractat de iuſto politico; quòd premium leue principantium eſt gloria, & honor: quia iſta ſunt bona verè politica, & ciuilitas nulla alia æquiualentia bono regimini dare potens, honorem, & gloriam principantibus impendit. Tenentur ergo ſubditi Regi ſuo ad maximum honorem inter mortales, idq; pro merito boni principatus: & ſicut eum viuentẽ honorant, ita & morientem honorare debent: nam qui mortuos dominos, aut amicos non honorant, viuẽtes nec amarunt, neque honorarunt. In Hebræo habetur aliter: quia vbi nos dicimus in principe, Hebræi habent Baal, quod ſignificat maritum, vel dominum; & quia ponitur in nominatiuo, littera eorum ſic habet: nec maritus in populo ſuo contaminabitur, vbi nos dicimus: ſed nec in principe populi ſui contaminabitur, & tunc eſt ſenſus, quòd ſacer- G dos non debet contaminari in morte vxoris ſuę, ſed ſolum in ſex perſonis iam antea propoſitis, quanquam vxor ad virum multum attineat.

In hoc tamen ipſi Iudæi diſtinguunt: quia aũt vxor Sacerdotis erat vilis, aut bona: ſi fuiſſet vilis, Sacerdos nõ debebat contaminari in morte eius plangendo, vel impendendo cetera officiã funeris; ſi autem fuiſſet bona, aut erat aliquis qui potuiſſet eam ſepelire, aut non: ſi erat aliquis qui eam potuiſſet ſepelire, non debebat Sacerdos pollui in morte illius; ſi verò nemo fuiſſet, qui eam potuiſſet ſepelire, contaminabatur Sacerdos in ſepeliendo eam.

Si autem accipiatur Baal pro Principe, vel domino, tũc eſt ſenſus, qui ponitur in littera noſtra: & hunc ſequitur Rabbi Abraham Aben Ezra. Debet autem cõuerti iſtud nomen, quod ponitur ſecundum litteram Hebraicam in H nominatiuo, in ablatiuum cum præpoſitione, quoniã ſecundum litteram Hebraicam frequenter fiunt tales mutationes: non enim poteſt conuenienter ſtare ſenſus quem Hebræi ponunt, ſ. ꝙ accipiatur Baal pro marito, quoniam tunc dici deberet, nec maritus in vxore contaminabitur; ſed non ponitur, quin potius dicitur in populo ſuo; & dato, quòd non poneretur, nec maritus in vxore, ſaltem poni debuiſſet, nec maritus cõtaminabitur: quoniam iſtud nomen maritus, cum ſit relatiuum, intelligetur ſuum correlatiuum, etiam ſi non ponatur, tamen exprimitur in populo ſuo: ex quo manifeſtum eſt, ꝙ non pertineat ad maritum, nam ad maritum vxor pertinet, populus autem nõ pertinet ad maritum, ſed ad Dominũ, vel Principem: ſed hic dicitur in populo ſuo; ergo referendũ eſt ad aliquem cuius dicatur eſſe populus, & iſte eſt Princeps, vel domi- I nus. Vnde neceſſariò accipitur Baal, pro principe, ſm ſenſum litteræ noſtræ. Et ita conuenientius accipit Hieronymus ſenſum litteræ Hebraicæ quam ipſimet Hebræi, potiſſimè, quia non ſequuntur ſenſum illum omnes Hebræi, ſed quidam eorum doctiſſimi tenent ſenſum litteræ noſtræ, ſicut facit Aben Ezra, vt dictum eſt; & apparet, ꝙ iſte ſenſus erat, quem ſequebantur periti inter Hebræos tempore Hieronymi, quia aliàs aliter tranſtuliſſet. Sed quicumque ſenſus teneatur, verus eſt: nam tenendo ſenſum litteræ noſtræ, eſt verum, quia princeps populi nõ eſt aliqua de ſex perſonis in quarum mortibus licebat contaminari, ergo non contaminabitur ſacerdos etiam in Principe populi. Tenendo autem ſenſum Hebræorum, verum eſſet: quia vxor non erat de ſex perſonis exceptis, ideo non licebat ſacerdoti cõtaminari in morte vxoris. Erat etiam K vtrumque horum rationabiliter dictum, ſi littera illud haberet, vel pateretur, vt dicatur: neque in principe populi ſui contaminabitur: ac ſi dicat, præter iſtas ſex perſonas in nulla contaminabitur, quantumcumque excellentiæ, vel dignitatis ſit, etiam ſi ſit princeps populi, qui eſt maior, & honorificentior omnibus. Dicendo autem, neque maritus cõtaminabitur, ſ. in vxore, rationabiliter dictum erat, ac ſi dicatur, in nulla alia perſona præter iſtas ſex contaminabitur, quantumcumque attineat, vel coniuncta ſit ei: nam non poteſt eſſe aliqua perſona maioris attinentiæ quam vir ad vxorem, cum ſint vna caro Geneſ. 2. & Matth. 19. cap. & tamen in morte vxoris nõ licebit Sacerdoti contaminari, ergo à fortiori, nec in mortibus aliorum, præter iſtas ſex perſonas. Sed aliquis quæret, cũ dicatur hic: neq; in Principe populi ſui cõtaminabitur, de quo Principe intelligatur: nã Princeps populi eſt Rex, & non erant

Hieronymus melior interpres.

Hic de quo principe intelligatur.

A erant Reges inter Iudæos,qñ data eſt Lex.neque præſupponitur hic ex verbis legis,ꝙ futuri eſſent Reges.Dici poteſt vno modo, ꝙ intelligitur de Regibus, qui erãt ꝓpriè Principes in populo, Oſeæ 8.cap. Regnauerunt, & nõ ex me, Principes extiterunt,& non cognoui ; & ſic accipitur pro eodem regnare,& Principem eſſe. Et cum dicitur,ꝙ nondum erant Reges,dicendum,ꝙ præſupponebãtur futuri, licet iſta lex hoc non præſupponeret, alibi enim dictum fuerat, quia Deus dixerat Abrahæ Gen.18.c. quod daret ei ſemen ex Sara, quod eſſet in nationes, & Reges crearentur ex eo ; & etiam Iacob moriens, prænunciauit futuros Reges inter Iudæos,& de ſemine Iuda, Gen.49.c. Non auferetur ſceptrum de Iuda:ſed ſceptrum eſt dignitatis regalis inſigne apud omnes gentes : ergo ſignificauit futuros Reges. Et etiam illud Deus per Moyſen oſtendit in lege : nam Deut.17.c. ponit doctrinam de Rege quem B facerent Iudæi, qualis eſſe deberet, & ita intelligitur de Principe populi, id eſt, Rege. Secundò, poteſt intelligi Princeps populi,id eſt,ſummus ſacerdos,& erat tũc ſummus Sacerdos, quando iſta dicebantur, quia erat Aaron, & traditur ſtatim doctrina de Principe Sacerdotum, qui eſt Pontifex ; Et hoc conueniẽter dicitur:quia ſummi Sacerdotes erant Principes. Vnde vocantur Principes Sacerdotum Matth.2. & 26.c. & non ſolum vocatur Princeps Sacerdotum,ſed &t Princeps gentis ſuæ:ſic patet Eccleſ.45.c. vbi dicitur de Phinees, ſtatuit eum Principem ſanctorum, & gentis ſuæ, & tñ Phinees erat ſolum ſummus Sacerdos,vt ibi patet. Etiam Princeps populi vocatur ſummus Sacerdos, & ſic vocauit eũ Paulus Act.c.23. vbi Ananias ſummus Sacerdos iuſſit Paulum percuti in ore,& Paulus dixit ad Ananiam:percutiet te Deus paries C dealbate,& dixerunt tunc qui aſtabãt Iudæi ad Paulum: ſummum Sacerdotem Dei maledicis ? & Paulus dixit: Neſciebam fratres,quid Princeps eſt ſacerdotum.Scriptũ eſt.n.Principẽ populi tui non maledices. & ita illam auctoritatem Exo.22.c.ſ. Principi populi tui nõ maledices, dixit intelligi de ſummo Sacerdote,vocans illum Principem populi. Et ita põt hic vocari Princeps populi ſummus Sacerdos;& tunc eſſet ſenſus,ꝙ etiam in morte Principis Sacerdotum non deberent lugere,& comitari funus Sacerdotes minores,ſed laici hoc deberent facere,ſicut in morte Nadab,& Abiu filiorum ſummi Sacerdotis Aarõ, non planxerunt ſummi Sacerdotes fratres eius, & Aaron pater eorum;ſed iuſſit Deus, ꝙ Leuitæ fratres eorum, & tota domus Iſrael,plangerent mortem illorum;& Sacerdotes minores, qui maximè pertinebant ad Sacerdotem D Magnum, non plangebant funus eius. Tertio modo põt accipi,& melius,ꝙ per Principem populi non deſignetur perſona aliqua certi gradus,vel ſtatus,ſed ille qui regeret populum pro tẽpore, quicumque ille eſſet, quia illi tanquam maximo impendendus erat multus honor, & huiuſmodi Principes ſemper in populo Iudæorum erant:qa cum eſſet tanta multitudo, nõ poterat eſſe ſine Gubernatore. Primus autem qui fuit Princeps populi, fuit Moyſes,ſub quo exiuit totus populus de Aegypto, & ſic dixerunt Iudæi,qñ petiuerunt Deos ab Aaron, dicentes: Fac nobis Deos qui nos præcedãt,Moyſi.n.viro huic,qui eduxit nos de Aegypto, ne ſcimus quid acciderit. Exo.32.c. non erat tamen Moyſes Rex, ſed Dux populi. Poſt eum conſtituit Deus Ducem,& Principem totius populi,i.Ioſue viuente adhuc Moyſe, Num.27.cap. & iſte erat verè E Princeps populi : nam ad mandatum eius non ſolum populus, ſed etiã Eleazarus ſummus Sacerdos filius Aaron mouebantur,eodem cap. & iſte etiam non fuit Rex, ſed Princeps, vel Dux. Poſt mortem autem Ioſue, ſuſcitauit Deus alios Principes populi, qui vocabantur Iudices, vel Saluatores,Iudic.2.& 3.c.& nõ erãt iſti Reges, ſed principatus eorũ erat minor : vnde neque vocabantur Dñi,vt patet Iudic.8.c.& ibi latius dicetur,Durauit autem principatus iſte longo tempore, ſ. vſque ad Samuelem, qui fuit vltimus Iudicum, & tempore eius petiuerunt Iſraelitæ Regem,1.Regum 8.& 12.c. Poſt Iudices ergo ſucceſſit principatus Regalis, nam viuente Samuele vltimo Iudice,& Propheta;petiuerunt Iudæi Regem,1. Reg.8. & Deus iuſſit dari Regem,& datus eſt ante omnes Saul, 1.Reg.9.& 10.c.durauit aut principatus iſte longo tẽpore,ſcilicet,vſque ad captiuitatem Babylonis, quando erat Rex Sedechias,lib.4. Regum,25. c. Poſt reditum de Babylone non habebant Iudæi Regem,ſed ſũmi Sacerdotes erant Principes populi, & manſit iſte principatus vſque ad Chriſti natiuitatem. Verumtamen, aliquanto tempore ante Chriſtum natum,Summi Sacerdotes qui erant Principes populi, aſſumpſerunt nomen Regale, & coronam,& perſeuerauerunt ſic vſque ad Herodem alienigenam, qui occidit Hircanum ſocerum ſuum ſummum Sacerdotem, & Regem, & per poteſtatem Romanorũ effectus eſt Rex Iudæorum.& hoc tempore Chriſtus natus eſt,ſcilicet,in diebus Herodis Regis,Matth.2. Hiſtoriam autem iſtam ſucceſſionis principatuum Iudæorum vſque ad Natiuitatem Chriſti, eodẽ cap. latiſſimè deducemus. Et ita Iudæi pro diuerſis temporibus habuerũt Principes diuerſorum ſtatuum,& omnes erant Principes populi,& de omnibus illis intelligitur, quòd ſacerdos non pollueretur in morte alicuius iſtorum Principum de populo ; & non ſolũ accipitur de Principibus qui erant totius populi, id eſt, totius gentis Iudæorum, ſed etiam de Principibus aliquorum populorum ſpecialiter, in quibus viuerent ſacerdotes,quia idem ius erat de vtriſque Principibus, & in nullis eorum licebat ſacerdotibus contaminari.

An licuiſſet in Veteri Lege Sacerdoti pollui ſuper morte vxoris ſuæ. Quæſt. IX.

SED circa id quod dixerunt Iudæi quidam de contaminatione ſacerdotis in morte vxoris, eſt aduertendũ. Dicunt enim,aut erat vxor vilis, aut bona : ſi vilis,non licebat illi contaminari, ſi bona, aut erat qui ſepelire poterat, & tunc non licebat ſacerdoti contaminari ; aut nemo erat, & tunc licebat. Sed dicendum, quod non ſtat iſta diſtinctio : quia aut agitur de Sacerdote Magno, aut de minoribus ; ſi de magno,planum eſt, quòd nunquã licebat ei contaminari in morte vxoris, cum non liceret ei pollui in morte alicuius, neque etiam patris, aut matris, vt patet in littera; ſed nulla perſona eſt,cui circa hoc magis quã patri,& matri teneamur, ergo non licebat ei contaminari in aliquo. Si autem fuiſſet ſacerdos minor,non habet locum diſtinctio illa. Primò, quia in littera vetatur generaliter ſacerdotibus pollui in mortibus aliquorũ, niſi ſex perſonarum, quæ ponuntur ibidem in littera, de quibus non eſt vxor, ideo nullo modo licebat pollui in vxore. Secundò,quia tenendo ſenſum litteræ, quem Iudæi iſti ſequuntur, adhuc magis apparet, cum dicatur : neque maritus contaminabitur, ſed maritus dicitur relatiuè ad vxorem,ideo eſt ſenſus, quòd nõ liceret contaminari in vxore. Tertiò, quia patet illam diſtinctionem ex ſolo arbitrio ſuo eſſe fabricatam,ſine vllo fundamento,cũ de hoc nihil dicatur in littera. Et cum dicunt, quod ſi eſſet vilis,non licebat contaminari in ea,non ſtat: quia ſacerdotes nunquam tales poterant ducere in vxores, cum dicatur hic in littera,ſcortum,& vile proſtibulum nõ ducet vxorem. Niſi fortè dicant vxorem vilem,quæ in moribus ſe vilem reddidit,dum maneret apud Sacerdotem, fornicans, vel aliud quid turpiter agens, & quæ non erat talis quando in vxorem ſuſcepta fuit ; & hoc non conuenit : quia ſi notum fuiſſet illam fuiſſe vilem, punita fuiſſet tanquam adultera ; vel ſi ſacerdos vir eius eam ſuſpectam habuiſſet,& non potuiſſet probare, coegiſſet eam ſe purgare per aquas amariſſimas, quæ erat probatio zelotypiæ, per quam purgationem ſi mulier commiſerat peccatum,computreſcebat femur eius,& moriebatur. Num. 5.cap. & ſic ſacerdos non habuiſſet vxorem vilem in hoc, niſi fortè ſuſpectam eam habuiſſet, vel de illius peccato certus fuiſſet, quamuis illud non fuiſſet manifeſtum, & ne ſeipſum infamaret, funus illius proſequutus fuiſſet, ſi licuiſſet ei contaminari in illa. Cum autem dicunt, ſi erat vxor bona, & nemo erat qui eam ſepeliret, licebat ſacerdoti in illa contaminari : dicendum, quòd non ſtat : quia nunquã iſtud accidere poterat, eo quod erant ſemper aliqui de cognatione materna aut paterna mulieris iſtius, quibus licebat contaminari in morte eius;imò etiam ſi filios habebat licebat illis contaminari in morte eius, quãuis eſſent ſacerdotes, quia filio licebat in matre defuncta

conta-

contaminari. Item etiã ſi nemo fuiſſet de cognatis, quod non eſt concedendum (quia non eſt facilè) adhuc totus populus erat, qui in honorem Sacerdotum celebraret funus, quia putabat ſibi hoc eſſe mandatum à Deo, inquantum vetuerat ſacerdotibus hoc facere: ſicut patet in morte Nadab & Abiu, vbi Deus vetuit patri, & fratribus, plãgere illos, iuſſit tamen toti populo plangere eos, ſupra, 10. cap. Cum vero dicunt, quòd non licebat ſepelire, vel contaminari aliquo potente eam ſepelire, neque iſtud ſtat: quia iſta neceſſitas nõ faciebat opus licitum, quia eodem modo licuiſſet in vxore, quamuis fuiſſet vilis, quia vt non relinqueretur cadauer inhumatũ (quod erat dedecus totius humani generis) licuiſſet; ſed Scriptura voluit, quòd nullo modo liceret ſacerdoti contaminari in vxore. *Nec radent caput, nec barbam.* Hic ponuntur quædam cæremoniæ, quę vitari debebant in ſacerdotibus, ſcilicet, quod nõ G raderent caput ſuum, nec barbam; & hoc intelligitur hic inductum propter mortuos, quoniam aliqui in mortibus ſuorum obſeruabant hanc raſionem: ideo vetat Deus ne ſacerdotes vtantur talibus ritibus. Et quamquam inducta ſit iſta prohibitio propter ritus morientiũ, tamen vniuerſaliter tenebat, ſcilicet, quòd nunquam raderent barbam, & caput. Hoc præceptum poſitum fuit ſupra 19. c. cum dictum fuit: nec in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbã, & ſuper mortuo non incidetis carnem veſtram. Faciebant autem ſolum Gentiles iſtas cæremonias pro morientibus, & patet, quia dicitur hic de inciſuris quæ fiebant in carne. Iudæi verò imitabantur illos in cæremoniis ſuper mortuos eadem facientes. In Hebræo habetur: *Non pilabitis caput, nec barbam.* Iſta littera videtur magis exprimere quàm littera noſtra, applicando hęc ad mortem propinquorum, & amicorum, quoniam in his multi euellebant capillos capitis, & barbæ, in ſignum vehementis doloris, nullus tamen caput ſuum, & barbam in ſignum doloris radebat; intelligenda eſt ergo iſta raſio pro depilatura capillorũ magis conueniente ad mortuos. *Neque in carnibus ſuis facient inciſuras.* id eſt, non ſcindẽt, vel lacerabunt carnem ſuam vnguibus, in ſignum doloris pro mortuis. Sic dicitur ſupra, 19. cap. & ſuper mortuo non incidetis carnem veſtram; nec figuras aliquas, & ſtigmata facietis vobis. Idem patet Deuter. 14. cap. ſcilicet, Non vos incidetis, nec facietis caluitiũ ſuper mortuo, quoniam populus ſanctus es Domino Deo tuo. De cauſis huius, & cæremoniis Gentilium in ſcindendo, & vulnerando carnem ſuam, dictũ fuit ſupra, 19. cap. Hoc autem in ſacerdotibus cauendum erat propter inhoneſtatem, & ſimilitudinem ad idololatriam. De raſione capitis, & barbæ, fuit dictum ſupra, 19. cap. qualiter licitum fuiſſet Iudæis hoc facere. Dicunt quidam ipſorum, quod licitum erat eis radere omnes pilos faciei in vtraque maxilla, pilos autem prope frontem, & aures, radere non licebat; & hoc probant: quia dictum fuit ſupra: Non attondebitis in rotũdum comam veſtram; Cum autem relinquerentur duo anguli capillorum prope aures, & frontẽ, non attondebatur coma in rotundum, quãquam eſſet attonſa coma; Etiam dicunt, quòd non licebat radere barbam totaliter, ſed quòd raſis omnibus pilis barbæ manebant duo anguli pilorũ in barba, ita vt non eſſet tota barba raſa, & ſic faciunt aliquæ nationes. *Sancti erunt Deo ſuo.* Sanctitas dicitur munditia ab omnibus turpibus cæremonijs; cum verò ſacerdotes cauebant omnia hæc turpia, quę Gentiles obſeruabant, ſiue in cultu Deorum ſuorum, ſiue in ritu viuendi, dicebantur eſſe ſancti, id eſt, ſine aliqua fęce conuerſationis immundæ. *Et non polluent nomen eius.* id eſt, nomen ſacerdotale, ſcilicet, quod vocabantur ſacerdotes Dei; & cum iſti ſe haberent in officio ſacerdotali conuenienter, honorabant Deũ, & miniſterium ſuum: cum verò habebant ſe immundè, miniſteriũ pollutum iudicabatur, & nomen Dei, ſicut dicit Apoſtolus 2. ad Corinth. 3. cap. Per vos nomen Dei blaſphematur in terris. Ita per ſacerdotes polluitur nomen Dei, inquantum ipſi vocãtur ſacerdotes Dei, & polluunt miniſterium ſuum, vel quia faciunt, quod alij videntes tales cæremonias immundas, dicant hunc Deum eſſe immundum, qui tales cæremonias ſibi fieri velit, quoniam ad immundos Deos pertinet immunda expetere: Deus autem verus ini-

Quæ cæremoniæ vitari debebãt in ſacerdotib.

Sãctitas quid ſit.

Sacerdotes quare mũditiã in cæremonijs ſuis obſeruare debebãt.

F quitatem non vult, nec immunditiam aliquam, vt habetur Pſal. 5. Vel aliter poteſt intelligi, quòd ſacerdotes iſti polluerent nomen Domini miniſtrando, aſſumptis immunditiis cæremoniarum Gentilium, tunc enim ſi taliter ſe habentes accederent ad miniſtrandum coram Deo, nõ curarent de illo, ſed tãquam aliquid immundum tractarent miniſterium eius. *Incenſum enim Domini.* Hic ponitur cauſa quare ſacerdotes deberent obſeruare mũditiam in cæremoniis ſuis, ſcilicet, quia miniſtrant coram Domino, offerendo incenſum, & panes; non eſt tamen intelligendum, quòd ſolum munditia obſeruanda erat, quia ſacerdotes panes, & incenſum offerebant: nam populares ſic inter Hebræos non obligati fuiſſent ad obſeruandum aliquam munditiam, cum hoc quod eſt offerre incenſum, & panes, eis non conueniret, ſed ſacerdotibus tantum. G Hoc tamen falſum eſt: nam omnibus de populo iubebatur, vt ſancti eſſent, abſtinendo ab immunditiis, vt habetur ſupra, 11. & præcedenti cap. Sed intelligitur iſta cauſa quæ datur hic, de maiori puritate, ſ. q̃ ſacerdotes ſancti erunt, qui offerunt panes, & incenſum, id eſt, propter hoc habebunt maiorem munditiam quam alij de populo; offerebant autem ſacerdotes incenſum Domini, id eſt, thymiama, quod ponebatur in altari thymiamatum quolibet mane, & veſperi, quando lucernæ parabantur intra Sanctuarium, & ad hoc introibat vnus ſacerdotũ, ſiue maior, ſiue de minoribus. De hoc Exodi 30. cap. *Et panes Dei ſui offerunt.* Dicuntur offerre ſacerdotes panes Dei ſui, id eſt, panes quos iuſſit offerri Deus ſuus, & iſti ſunt panes propoſitionis.

H *De panibus propoſitionis, quare non dabantur niſi hominibus mundis, maximè à mulieribus, & hoc ſolis Sacerdotibus. Quæſt. X.*

LEx horum panum erat, quòd acciperent ſacerdotes à filiis Iſrael ſimilam, & coquerent ex ea duodecim panes, quorum ſinguli haberent duas decimas, & illi ponerẽtur coram Domino per ſingula Sabbata, ſuper menſam auream Domini, quæ vocabatur menſa propoſitionis, quia proponebantur ibi panes, & erant in memoriam duodecim tribuum Iſrael; manebant autem iſti duodecim panes à Sabbato in Sabbatum, ſcilicet, per dies octo, & tunc auferebantur inde, & ponebantur alij recentes: tali autem facta ſucceſſione, ſemper erãt aliqui panes ſuper altari; de hoc infra, 34. cap. De his autem panibus nõ I licebat comedere, niſi ſolis ſacerdotibus, vt hr̃ Matth. 12. cap. cum dicitur: Non legiſtis quid fecerit Dauid, quando eſuriit, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Domini, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, nec his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? Iſti etiam panes erant ſancti, & non licebat comedere de eis, niſi viris mundis: ſi autem aliquis contaminatus fuiſſet maximè cum mulieribus, comedere non licebat ex eis. Sic patet 1. Reg. 21. cum Dauid petiit panẽ à ſacerdote Achimelech, & iſte non habens panes laicos, obtulit ei panes propoſitionis, de munditia inquirẽs, cum dixit: & reſpondens ſacerdos ad Dauid, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum: ſi mundi ſunt pueri, maximè à mulieribus, mãducent; & reſpondit Dauid Sacerdoti, & dixit ei: Equidẽ, K ſi de mulieribus agitur; cõtinuimus nos ab heri et nudiuſtertius, quando egrediebamur, & fuerunt vaſa puerorum ſancta. Hunc ergo panem ſacerdotes offerebãt, & comedebant; ſanctos ergo illos, id eſt, mundos, eſſe oportebat. *Scortum, & vile proſtibulum non ducent vxorem.* Supra poſitum fuit de mũditia, quam ſeruare debebant ſacerdotes abſtinendo à ritibus Gentilium circa contaminationẽ in mortuis; hic agitur de munditia quã obſeruabant in vxoribus ducendis: nam qui accipit vxorem vilem, ex hoc ſuã perſonam vilificat, commiſcens carnẽ ſuam turpi. Eſt autem & alterum in eo inconueniens, qm̃ accipiens vxorem vilem, facit filios vilis conditionis, & degeneres, quamuis pater nobilis conditionis ſit; potiſſimè, ſi illa quæ aſſumitur in vxorem, infamis ſit, qm̃ tunc filij inde nati viles reputantur, quod multum repugnabat honori ſacerdotali, & dignitati miniſterij; ideo vetantur hic aliqua genera

perſo-

perſonarum, cum quibus Sacerdotibus minoribus cōtrahere non licebat:& dicitur, quòd non acciperet Sacerdos vxorem ſcortum, & vile proſtibulum; dicitur enim ſcortum meretrix abſcondita, quæ ſe venalem tribuit, ſeipſam tamen publicè non exponit, quæ vocatur vulgariter ramera. *Vile proſtibulum.* id eſt, meretrix viliter expoſita omnib. de populo: vnde dicitur proſtibulum, à proſternendo, quia coram omnibus ſe proſternit. Hæc etiam viliſſima dicitur: quia turpitudinem ſuam omnibus notam facit; vel quia cunctorum ſuſcipit vilitates, quamlibet autem harum prohibetur accipere in vxorem Sacerdos, quia vilis eſt. In Hebræo habetur: *Meretricem, & ſordidam non ſuſcipiet.* Eam enim meretricem vocant, quæ precio ſe locat, ſiue omnibus, ſiue quibuſdam. Sordidam autem appellant illam, quæ licet non ſit meretrix vllo modo, tamen inuerecundia eſt, cum inuerecundè loquatur de mulierum, & virorum turpitudine: hoc autem feminam valde vilem, & contemptibilem reddit, & de malo impudicitiæ & lubricitatis ſuſpectam. Littera autem noſtra per vile proſtibulum, duo intellexit, aut ſatis intelligere potuit, ſ. publicam meretricem, quæ vocatur proſtibulum, & mulierem inuerecūdam quæ dicitur vilis: hoc autem patet infrà, de ſummo Sacerdote cum dicitur, ꝙ non accipiet viduam, & repudiatam, & ſordidam, atque meretricem: in quo diſtinguitur meretrix à ſordida. Sic autem eſt & hic intelligendum. Iſta autem lex quæ hic ponitur, de accipiendis vxoribus, non eſt intelligenda de ſummo Sacerdote, ſed præcisè de minoribus: quia tunc omnes feminas, quæ non prohiberentur hic, licitè accipere poſſet ſummus Sacerdos in vxores; ſed id falſum eſt: quia hic nō prohibetur vidua; tamen Sacerdos Magnus non poterat accipere viduam, vt patet infra. Itē, prohibetur hic puella aliqualiter corrupta, ſacerdos autem magnus non poterat accipere niſi puellas virgines, vt habetur infra. Item, non fuit prohibitum hic accipere vxorem de paruo genere, vel magno, & tamen ſummus Sacerdos non poterat accipere vxorem, niſi de magno genere, vt patet infra, cum dicitur: Sed puellam de populo ſuo, ne cōmiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ; ideo lex iſta de ſolis Sacerdotibus minoribus intelligitur, in his enim non erat tanta obſeruatio munditiæ, ſicut in ſacerdote Magno, quod patet in cauendo à contaminatione mortuorum: nam ſacerdos maior, ab omnibus inquinamentis mortuorum abſtinere debebat: nam nec polluendus ſuper patre erat, & matre, vt patet infra. Sacerdotes aūt minores, quanquam abſtinerent à mortibus ciuium ſuorum, tamen non abſtinebant ab omnibus ſimpliciter, cum eſſent eis ſex perſonæ licitè, ſuper quas pollui potuiſſent, vt patet ſupra. Item non obſeruabatur æqualitas mūditiæ in accipiendo vxores: nā ſtrictius hoc obſeruabaūt ſacerdotes magni quàm minores, vt patet ex perſonis, quæ hic vetantur in minoribus ſacerdotibus; & ex his, quæ infra vetantur in magnis. *Non ducet vxorem.* id eſt, nullam iſtarum poterit ſacerdos accipere in vxorem.

Scortum quid ſit.

B

De differentia vxoris Sūmi Sacerdotis & minorum.

C

D

An licuiſſet alicui Sacerdoti minori habere meretricem in concubinam. Quæſt. XI.

SED quid ſi vellet accipere in concubinam aliquam iſtarum? Reſpondendum videtur forte alicui, quòd poſſet: quia ſolum vetatur hic accipere in vxorem, & non in concubinam? Reſpondendum eſt tamen, quòd hoc non poteſt ſtare: quia minus licitum erat accipere in concubinam, quàm in vxorem; quod patet: quia Deus prohibuerat, quòd non acciperentur iſtæ feminæ in vxores, ne naſcerentur filij degeneres, ſi autem accepiſſent ſacerdotes tales feminas in concubinas, proles eſſent magis degeneres: quoniam paterentur duplicem defectum in natalibus. Primus eſt, quoniam de vilibus feminis nati fuiſſent. Secundus eſt, quia de illegitimo coitu, cum non eſſet ibi contractus matrimonialis; magis igitur neceſſe erat, vt iſti qui naſcerentur de talibus concubinis, eſſent magis degeneres, & viliores, quàm ſi nati fuiſſent ex eiſdem feminis, in matrimonium ductis. Sed aliquis arguet contra hoc, dicens, ꝙ ſacerdotes habebant concubinas: ſic enim habetur Iudicum 19. cap. de quodam Le-

E

A uita, qui habebat concubinam, quæ poſtea mortua eſt in Gabaa, opprimentibus eam viris de Beniamin; & vocatur ibidem ſæpe concubina.

Ad hoc reſponderi poteſt multipliciter. Vno modo ꝙ ille non erat ſacerdos, ſed Leuita; & de ſacerdotibus ſolum tradita erat hic regula, ꝙ non deberent facere filios degeneres; de Leuitis autem nihil differebat; quòd autem vir ille fuerit Leuita, apparet Iudicum 19. c. cum dicitur: Fuit quidam vir Leuites habitans in latere montis Effraim. Alio modo reſponderi poteſt, dato, ꝙ ille ſacerdos fuiſſet, nihil ex hoc inferri: nam quanquam prohibitum foret haberi concubinas, tamen aliqui habebāt: ſicut omnia alia vitia vetita erant, multi tamen peccabant. Et ſi obiicias contra, quia ponitur in ſacra Scriptura, & ſic videtur approbatum tanquam bonum. Reſpondēdum eſt, quòd non ſequitur: nam ſacra Scriptura interdum habet modum hiſtoricum, referens ea, quæ facta ſunt, nihil diſtinguens, an vera, vel falſa, bona, vel mala ſint. Nā ſi omnia, quæ in ſacra Scriptura dicuntur bona eſſe diceremus, neceſſe erat vt crucifixio Chriſti, & venditio eius, licitè facta eſſet, cum in ea referatur: multa namque ſunt in Canone Bibliorum fieri vetita, quæ poſtea facta narrantur in ſacra Scriptura. Sic patet: quia Deus mādauerat quòd Iſraelitæ occiderent omnes Chananæos exiſtentes in terra quam accepturi erant, vt habetur Numer. 34. & Deuter. 20. cap. filij tamen Effraim permiſerunt Chananæos habitare in ſorte ſua, facientes ſibi tributarios, vt habetur Ioſue 16. cap. Filij quoque Manaſſe permiſerunt in terra ſua Chananæos, ſubiicientes ſibi in tributum, vt habetur Ioſue 17. cap. ſed hæc contra Dei mandatū facta fuerunt, & Deus conqueritur, & comminatus eſt Iudæis mala infligenda, quia hæc fecerint, vt habetur Iudicum capite 2. Quamuis igitur referatur de illo Leuita, quòd habuerit concubinam, tamen ex eo nōn ſequitur, quòd id licebat. Aliter reſponderi poſſet ſecundum aliquos, quòd illa non erat concubina, ſed homo in cuius hoſpitio manebat ille Leuita, dixit eam eſſe concubinam, cum loquetur ad viros Gabaa, vt ſic faciliùs inclinarentur ad accipiendum illam in abuſum, & dimittendum Leuitam, vt patet eodem capite, cum dicitur: habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinem compleatis: tantum obſecro vos, ne ſcelus hoc contra naturam operemini in virum. Sed hoc ſtare non poteſt: Primò, quia ratio iſtorum non eſt conueniens, ſ. quòd illa, quæ erat vxor, vocaretur concubina, vt faciliùs inclinarentur viri Gabaa ad accipiendum illam: nam non curaſſent illi viri, an eſſet concubina, vel vxor, dummodo pulchra eſſet; hoc. n. fortaſſis teneret rationabiliter in viris non penitus malis, qui faciliùs inclinarentur ad concubinam, quàm ad vxorem; ſed hoc nihil proficere poterat ad viros Belial, qui volebant abuti illo viro Sodomiticè: qui enim tam nefarium ſcelus operari vult, nullum aliud eſt quod horreat. Secundò patet non poſſe hoc ſtare: quia non ſolum hoc dixit vir ſenex in cuius hoſpitio manſerat Leuita, quia tunc aliqualiter trahi poſſet ad id, quod dictum eſt: ſed etiam hoc refert ſacra Scriptura, vt patet in eodem capite, cum dicitur immediatè, nolebant acquieſcere ſermonibus eius; quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam ſuam, & eis tradidit illudendam; & poſt hoc etiam dicitur: mane facto, ſurrexit homo, vt cęptam expleret viam, & ecce concubina eius iacebat ante oſtium ſparſis in limine manibus: non poteſt ergo hoc modo reſpōderi. His omiſſis dicendū eſt aliter, ſcilicet, quòd iſta fuerit vxor, & non concubina, vt patet in eodem 18. cap. cum dicitur in principio. Fuit quidam vir Leuites, habitans in latere montis Effraim, qui accepit vxorem de Bethleem; & iterum poſtea vocat eam vxorē, cum dicitur: Surrexitq; adoleſcens, vt pergeret cum vxore ſua, & puero. Et etiam multoties in eodem cap. pater illius puellæ vocatur ſocer Leuitæ. ſi autem ipſa non fuiſſet vxor, non vocaretur pater eius ſocer. Vocatur etiam illa femina vxor, poſtquàm mortua erat, vt patet Iudicum 19. capite, cum dicitur: quam cum eſſet ingreſſus, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum oſſibus ſuis, in duodecim partes, ac fruſta concidens, miſit in omnes terminos Iſrael. Et 19. cap. Iudicum, idem

Doct. reſponſio.

vir

vir vocat illam vxorem ſuam, dicens: veni in Gabaa Beniamin,cum vxore mea,illucq. diuerti. & poſt hæc: Circumdederunt nocte domum in qua manebam homines ciuitatis illius, volentes me occidere, & vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes.

Dicendum ergo eſt, quòd iſta erat vxor eius, non concubina; vnde argumentum factum à principio, non ſtat. Sed aliquis obiiciet,quomodo ergo vocatur concubina, ſi erat vxor? Reſpondendum eſt, quòd aliquando ſacra Scriptura vocat concubinas eas,quæ ſunt vxores, ſed non conuertitur:vt patet de Agar ancilla Abrahæ, & de Cethura:ambas enim accepit in vxores Abraham, & tamen iſtæ vocantur aliquando cõcubinę eius.Quòd autem iſtæ fuerint vxores,apparet, & primo de Agar,Geneſ.16.cap. cum dicitur: Cumq; ille acquieſceret deprecanti, tulit Agar Aegyptiam ancillam ſuam poſt decē annos, quàm habitare cœperant in terra Chanaan, & dedit eam viro ſuo vxorem. Quod etiam Cethura fuerit vxor Abrahæ, habetur Gen.25.c.cum dicitur:Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Cethuram. Quod autem Agar, & Cethura vocētur concubinæ Abrahæ, habetur Gen.c.25. cum diuiſit hereditatem Abraham inter filios ſuos,& dicitur: Deditque Abraham cuncta quæ poſſederat, Iſaac: filiis autem concubinarum largitus eſt munera. Nō poſſunt autem ibi intelligi concubinæ niſi pro Agar, & Cethura, quoniam ex nulla femina Abraham habuit filios, niſi ex Sara,& Agar & Cethura. Et ſi aliquis velit proteruè inſiſtere dicens, quòd habuerit alias feminas in concubinas, de quibus Scriptura nihil tangit, quoniam non omnia narrantur,quæ facta fuerunt.

Reſpondendum eſt, ꝙ etiam hoc non obſtat:nam conceſſis aliis concubinis, neceſſarium eſt, quòd Cethura, & Agar vocentur concubinæ: quoniam ſacra Scriptura diuidit omnes filios Abrahæ in duas partes, ponens Iſaac per ſe, alios autem ad aliam partem, & illos vocat filios concubinarum:ſed Abraham habuit aliquos filios ex Cethura, & Agar, quoniam ex Agar habuit Iſmaelem, vt habetur Geneſis 16.capite. ex Cethura habuit ſex filios, quorum nomina habentur Geneſ.26. cap. ergo illi vocantur filij concubinarum.

An inter Iudæos fuiſſent aliquæ meretrices, vel omnes occiderentur. Quæſt. XII.

NVNC quoque quæret aliquis, quomodo hic dicatur, ꝙ nullus Sacerdos accipiat in vxorem ſcortū, & vile proſtibulum,i.meretricem, cum inter filios Iſrael non eſſent meretrices, Deus enim vetuerat, ne aliquis filiam ſuam faceret meretricem, vt habetur ſup.19.cap. cum dicitur:Ne proſtituas filiam tuam,ne contaminetur terra,& impleatur piaculo.

Ad hoc fortè aliquis reſpondebit, quòd pater non debebat filiam proſtituere,ipſa tamen poterat ſe proſtituere ſpontaneè,& ſic multæ meretrices fierent, quæ ſpontè ſe proſtituerent.Sed hoc non poteſt ſtare:quia non ſolum prohibetur, ne aliquis proſtituat filiam ſuam, ſed etiam ne ipſa ſeſe proſtituat,vt habetur Deuter.23.cap.cum dicitur:non erit meretrix de filiabus Iſrael,nec ſcortator de filiis Iſrael; vbi totaliter prohibetur accipi meretricem, vel ſcortatorem in populo.

Ad hoc aliquis reſpondebit, ꝙ in populo Iſrael non erant meretrices de filiabus Iſrael, ſed de mulieribus de gente Chananæorum.Et hoc nō poteſt ſtare:quia Sacerdotes non poterant contrahere cum mulieribus alienigenis,immò nec alij Iſraelitæ,potiſſimè,quia dato, ꝙ licuiſſet contrahere cum mulieribus alienigenis, non tñ cum mulieribus de genere Chananæorum, quia iubebat Dominus, vt de illis nullum omninò viuere permitterent, nec feminam,nec virum,vt habetur Deuteronom.20.c.

Sed dicetur, ꝙ quanquam nō eſſent meretrices de genere Chananæorum,tamen erant de genere aliorū Gentilium conuerſorū. Sed hoc adhuc non pōt ſtare:quia tales meretrices non potuiſſent ſacerdotes accipere in vxores,non ſolū quia erant meretrices, ſed quia erāt de gente aliena. Deus aūt iuſſerat, vt quilibet de Iſraelitis contraheret cum vxore tribus ſuæ, vt habetur Numeri 36.c.

F Et ſi obiiciatur de Ruth Moabitide, quæ fuit accepta in vxorem à Maalon Iudæo, filio Noemi,vt habetur Ruth, 1.cap. & poſtea fuit accepta in vxorem à Booz Iudæo, vt habetur Ruth,4. cap. Et ſi obiicietur de Rahab Ierichōtina, quæ fuit accepta in vxorem à Salmon Principe tribus Iuda, vt colligitur ex eis quæ habentur Ioſue 6. & Matth.1. capite.

Reſpondendum eſt, hoc fuiſſe factū ex rationibus ſpecialibus. De Ruth cauſa videtur: quoniam Maalon erat in terra Moab, & manſit ibi magno tempore propter famem,quæ vrgebat terram Iſrael,vt habetur Ruth, 1.cap. non potens ergo habere aliquam vxorem de gente ſua, accepit illam. De Booz, quod acceperit Ruth iam conuerſam ad ritum Iudaicum,cauſa videbatur eſſe, quoniā ipſe voluit ſuſcitare ſemen propinqui ſui mortui in cogna-

G tione ſua,vt habetur Ruth, 4.cap. & iſta erat cauſa licita, maximè,quia Deus incitabat eum ad hoc, volens,vt ex illo coniugio naſceretur poſteritas Dauid, & aliorum Regum Iuda,& ad vltimum ipſe Meſſias: nam & in Genealogia Saluatoris Ruth, & vir ſuus Booz ponuntur,vt habetur Matth.cap.1. De Rahab Ierichontina, quòd ducta fuerit in vxorem à Salmon Principe filiorū Iuda, vt habetur Matth. 1. cap. cum dicitur: Salmon autem genuit Booz de Rahab. Cauſa eſt, quia Rahab fecerat miſericordiam cum exploratoribus filiorum Iſrael, vt habetur Ioſue,cap.2. & ipſi iurauerunt, quòd facerent miſericordiam cum ea, & cum tota cognatione eius: cum verò capta eſſet Ciuitas Iericho, fecit Ioſue educi Rahab Ierichontinam,& datum eſt ſibi, quòd habitaret inter Iſraelitas pro bono,quod fecerat,vt habetur Ioſue,cap.6. cum

H dicitur: Ingreſſiq. iuuenes,eduxerunt Rahab, & parētes eius,fratres quoque, & cunctam ſupellectilem ac cognationem illius; & paulo poſt Rahab verò meretricem, & domum patris eius,& omnia quæ habebat,fecit Ioſue viuere,& habitauerunt in medio Iſrael vſque in pręſentem diem: eo quòd abſconderit nuncios, quos miſerat vt explorarent Iericho. Sed adhuc obiicietur, quòd generaliter licebat Iſraelitis accipere vxores de mulieribus Gentilium,vt patet de Samſone, qui accepit vxorem de filiabus Philiſthinorum,vt habetur Iudicu,cap. 14. & tamen iſti erant de Gentilibus, & ipſe Samſon non reprehenditur in hoc,ſed magis dicitur illud à Deo factum.

Reſpondendum eſt,quòd non erat licitum tale coniugium, quale fecit Samſon: ideo parentes eius increpabāt eum, cum ipſe dixit: Vidi mulierem in Thamnatha de

I filiabus Philiſthinorum, quam quæſo, vt mihi accipiatis vxorem. Cui dixerunt pater,& mater ſua: Nunquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo, quia vis accipere vxorē de filiabus Philiſthiim,qui incircumciſi ſunt? ſi namque licuiſſet Samſoni hoc facere,non fuiſſet redargutus à parētibus, qui eum tenerrimè diligebant; & non ſolum ex hoc probatur illicitum eſſe tale coniugiū, quia contraxerit Samſon cum muliere alienigena,ſed magis, quia illa erat de genere Philiſthinorū; & illi erant Chananæi,de quibus iuſſerat Deus,quòd occiderentur, & nullus de Iudæis acciperet aliquam de filiabus eorum in vxorem, & nulla de filiabus Iudæorum traderetur vxor alicui de Chananæis, vt habetur Exodi 34.cap. & Deuter.7. cap.

K Reſpondēdum eſt, quòd graue peccatum erat hoc niſi fortè habuiſſet aliquam cauſam, propter quam factum fuiſſet. Cauſa autem erat: quia Deus quærebat occaſionem contra Philiſthinos, vt multos eorum perderet, hoc autem cōuenienter fieri non poterat, niſi acciperet Samſon vxorem de Philiſthinis, & propterea iurgiorum materia oriretur; & ipſi parentes Samſon, quando eum increpabant,ideo increpabant, quoniam neſciebant, quòd à Domino res acta fuiſſet: ſed æſtimabant hoc eſſe ex iuuenili deſiderio, cum tamē eſſet ex Deo monente. De hoc habetur Iudicum,cap.14. Dixitq. Samſon ad patrem ſuum: Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. Parentes autem eius neſciebant, quòd res à Domino fieret, vt quæreret occaſionem contra Philiſthiim.eo enim tempore Philiſthiim dominabantur Iſraeli. Sed adhuc aliquis arguet, quod ſine aliqua ſpeciali cauſa, non licuiſſet Iudæis accipere vxores de alienigenis, vt habetur Deuteron.21.

ron. 21. cap. dicitur enim, quòd quando Iudæi exirent in bellum, & acciperent captiuos vrbium, ſi in numero captiuorum appatuiſſet aliqua fœmina, quæ placeret oculis alicuius de Iudæis, poterat eam accipere in vxorem, factis cæremoniis quæ ibi habentur. Ad hoc reſpondēdum eſt, quòd Deus non concedebat ſimpliciter, vt Iudæi acciperent vxores de gentibus alienis, ſed cum acciperent illas mulieres captiuas, ſi placeret oculis eorum, ſumerent eas in concubinas, vt igitur hoc peccatum tolleretur, permiſit Deus vt acciperent eas in vxores, quoniam magis licitum erat vxores eſſe, quam concubinas; alioquin tamen non erat licitum, vt aliquis aſſumeret vxorem de Gentilibus, tanto magis ergo Sacerdotibus non licebat, in quibus requirebatur maior honeſtas, præſertim, quoniam filij Sacerdotum ingrediebantur ad miniſtrandum in Sanctuarium poſt patres ſuos, & etiam viuētibus illis; filij autem mulierum Gentilium non ſic permittebātur accedere ad ſacra, quoniam filij quorundam Gentiliū prohibebantur accedere ad Eccleſiam Dñi, vſque ad decimā generationem; alij autē nunquā permittebantur accedere, vt Amonitæ, & Moabitæ. Alij autem vſque ad tertiam generationem non permittebantur, vt filij Ægyptiorum, & Idumæorum, vt habetur Deuter. 23. cap. Si igitur Sacerdotes accepiſſent in vxores filias Amonitarum, vel Moabitarū, aut Ægyptiorum, vel Idumæorum, non poterant filij eorum introire in Sanctuarium, donec complerentur generationes determinatæ. Sed hoc non ſtat: ergo non licebat Sacerdotibus accipere vxores de filiabus Gentilium, & ſic conſequenter, quamquam eſſent aliquæ meretrices de conuerſis ad Iudaiſmum de Gentilitate, nō oportebat, vt poneretur lex Sacerdoti, ne acciperent eas in vxores, quia per aliam legem hoc eis vetabatur. Sed dicendum eſt, quòd iſtæ meretrices, quarum hic vetatur concubitus, erant de genere Iſraelitarum. Et quando arguebatur ſupra, quòd nō poterāt eſſe meretrices inter Iſraelitas, quia Deus id vetuerat; Reſpondendum eſt, quòd non valet iſta conſequentia: nam non omnia quæ Deus iuſſit, fiebant, alioquin nullum peccatum fuiſſet.

Meretrices, quæ hic vetātur erant de filiab. Iſrael.

Et ſi dicas quod hoc poteſt ſtare de his quæ momentaneæ ſunt, ſicut adulterium, & homicidiū, & ſimiles actus; tamen quantū ad illos actus, qui ſemper manent, non videtur dictum rationabiliter: quia ſi vno tēpore non corrigerentur, alio tempore punirentur, ſicut eſſe meretricē, quod dicit peccatum publicum & permanens. Ideo ſi Deus prohibuiſſet meretricium actum, ſub impoſitione pœnæ, non potuiſſent manere meretrices, quia à iuſtis Iudicibus ſublatæ fuiſſent.

Quare Deus vetuerit meretriciū actu in Iſrael.

Reſpondendum eſt, quòd Deus vetuit meretricium actum, quoniam erat aliquid reddens perſonas viles, ipſe autem volebat populum illum eſſe honeſtum, & reuerendum: tamen quia difficile erat in tam copioſa multitudine gentis, nullam pœnam impoſuit, ſi aliquæ meretrices eſſent, & ſecundum hoc erant aliquæ meretrices in Iudæis, ſicut in aliis populis, & hoc Deus ſic intelligebat, & ſatis expreſſit in lege ſua, quòd aliquæ meretrices futuræ erant inter Iſraelitas. ſic habetur Deuter. 23. cap. vbi cum ponatur præceptum, ne ſint aliquæ meretrices, ſcilicet, nō erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael, immediatè ſubiunxit, quod aliquæ futuræ erant, dās regulam de illis, dicens: Non offeres mercedem proſtibuli in domum Domini Dei tui, quicquid illud eſt, quod vouerit, quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum; in hoc enim dedit legem de oblatione meretricium, in quo neceſſariò præſupponebat, quòd aliquæ futuræ erant, alioquin nullam de illis legem dediſſet. De his ergo intelligitur iſta lex, ſcilicet, quod nullus de ſacerdotibus acciperet vxorē de meretricibus iſtis de filiabus Iſrael, quas aliàs in vxores ducere licitum erat, niſi meretrices fuiſſent. *Nec eam quæ repudiata eſt à marito.* Aliquæ vxores repudiabantur à maritis, ſicut habetur Deuteron. 24. cap. Aliquando expreſſa cauſa, aliquando ſine cauſæ expreſſione, quāquam textus præſupponit, ꝙ ſemper propter aliquam fœditatem daretur libellus repudij, vt patet ibidem; non oportebat tamen ꝙ exprimeretur cauſa, ſed erat in libertate repudiantis exprimere, vel non. De his repudiatis nullus Sacerdos maior, vel minor poterat

A accipere vxorē; poterant tamen minores Sacerdotes accipere vxores viduas, quæ repudiatæ nō fuiſſent, & patet: quoniam infra prohibetur de ſummo Sacerdote, ꝙ non duceret vxorem viduam, vel repudiatam. De minoribus Sacerdotibus ſolum dicitur, quod non haberent repudiatas. Inter has magna differentia eſt: Nam viduæ quanquam ab aliis viris cognitæ fuiſſent, tamen non erant factæ viles, repudiatæ autem viles factæ erant, vt habetur Deuter. 24. cap. Ideo receptis viduis, non adhuc licebat recipi repudiatas.

Quare non recipiebantur repudiatæ in vxores à Sacerdotibus minoribus, & tamen licitè recipiebantur viduæ.

Quæſt. XIII.

B QVÆRET aliquis, quare non recipiebantur repudiatæ in vxores à Sacerdotibus? Reſpondendum eſt, quod repudiatæ erant factæ viles, ex eo, quod viri earum eas repudiauerant; qui ergo acciperet tales in vxores, quamquam non fuiſſent ſecundum rem viles factæ, accipiebat tamen eas quæ erant in opinione vilitatis: ſed Sacerdotes debebant habere omnem honeſtatem, erat ergo inconueniens, ꝙ ipſi acciperēt vxores ab aliis repudiatas, qui potius deberent habere vxores valde ſelectas. Item illa quæ repudiabatur à viro, propter aliquam fœditatem repudiabatur, vt habetur Deuteron. 24. Tunc igitur, aut erat illa fœditas in moribus, aut in corpore: ſi erat fœditas in corpore, non conueniebat eam ſumi in vxorem ab aliquo Sacerdote, quoniam iam ex hoc mulier illa deſpectior habebatur quàm aliàs: Deus autem

C nolebat aliquē deſpectio directè, vel indirectè in Sacerdotibus, ne ſic contemneretur miniſterium eius; quoniam nō ſolum Deus cauebat in perfectiones ſpirituales in Sacerdotibus, quæ ſunt veræ imperfectiones, ſed etiam defectus quoſdam corporales, qui non ſunt defectus ſecundū rem, ſed ſecundum opinionem noſtram; quod patet: quia dicitur infra; ꝙ Summus Sacerdos accipiet vxorem virginem, nō viduam, nec repudiatam, & ꝙ illa non eſſet de vulgaribus, ſed de excelſo genere; manifeſtum tamen eſt, ꝙ eſſe vulgarem, vel de excelſo genere, non eſt de bonis, quæ ſunt verè bona, ſed de eis quæ ſunt bona ſecundum opinionem. Sic ergo in minoribus Sacerdotibus aliqua ſimilia requirebantur. Item, quoniam ſolent matres gignere filios ſecundum colorem, & figurā ſuam, vt ſi mater deformis fuerit, proles quoque deformis oriri ſolet,

Qualis Sacerdotis Sūmi vxor eſſe debebat.

D quoniā iſta proueniunt ex conditionibus materiæ, & proles habet ea ex generantibus; Deus autem volebat ſacerdotes non ſolum pulchros in moribus, ſed etiam in vultu, ideo repellebantur claudi, cæci, & habentes aliquam albuginem, vel ſi haberent naſum tortum, aut curuum, aut valde longum, aut differenter paruum. Hæc enim omnia reſpiciunt quandam pulchritudinem, vel deformitatem corporis, & tamen propter iſta repellebantur aliqui ab adminiſtratione Sacerdotij, quamuis fuiſſent filij Sacerdotum, vt habetur infra, in littera. Feminas ergo repudiatas quæ propter aliquam fœditatem corporis repudiatæ erant, non licebat Sacerdotibus accipere in vxores. Si autem iſtæ feminæ repudiatæ fuiſſent propter fœditatē, quæ eſſet in moribus, à fortiori Sacerdotes eas accipere nō debebant in vxores, quoniam feminæ male ordinatæ in

E moribus ſuis, filios inconuenienter inſtituūt, efficientes eos malos: nam in parua ætate fiunt in pueris fortiſſimæ impreſſiones, propterea quod ſit materia valde diſpoſita ad recipiendum, & quia nouæ impreſſiones fiunt nullis aliis præexiſtentibus, illæ tenaciſſimè manebunt, ſicut eſt de vaſis vinariis, aut alterius liquoris contentiuis, quæ ſi à principio ſuſceperint aliquem odorem, ſiue bonum, ſiue malum, ille manebit in eis, iuxta illud Horatij in Epiſtolis ſuis:

Ad gignendum bonos filios oportet habere vxores virtuoſas.

Quem noua teſta capit, ſemper ſeruabit odorem.

Vnde dicit Auguſt. I. de Ciuitate Dei, cap. 3. quòd apud Romanos pueri primo Virgiliū legunt, vt ille velut egregius poetarum teneris inbibitus annis, non poſſet faciliter aboleri; ideo Ariſtot. in 2. Ethicor. in principio, infert, quod non modicum differt à iuuene ſic, vel ſic aſſueſci. Vnde, ſi aliquis vult filios bonos facere, habeat vxorem

bonam,

bonam, quæ per eruditionem teneræ infantilis ętatis conuenientia rudimenta tribuat, vnde poſtea conuerſationis probæ in viris trahatur origo. Vnde ſecundum eundem Ariſtot. in 1. Politic. cap. vltimo, in vltima propoſitione, mater eſt dimidium liberorum, id eſt, ad hoc, quod filij boni, vel mali ſint, dimidium conferr bonitas, vel malitia matris erudientis eos in tenera ætate. Ideo ibidem idem Ariſtot. dicit, quod volens ſtatuere rectam politiam, inſtituendo viros conuenienter in moribus, oporter, vt de regulationem feminarum legem ponat, quoniam feminæ ſunt proficientes ad bonitatem futurorũ ciuium per maternam eruditionem. *Quia conſecrati ſunt Deo ſuo.* Hic redditur cauſa ſuperiorum, ſ. quod debebat Sacerdos vitare vxores viles accipere, quales ſupra deſcriptæ ſunt: & hoc, quia conſecratus erat Domino Deo ſuo; quaſi dicat: ſi non fuiſſet conſecratus, licuiſſet ei accipere in vxorem quã veller, ideo in laicis nõ dabatur lex de aliquo horum, ſed aſſumebant vxores, iuxta libitum ſuum: ſacerdotes autẽ, quia conſecrati erãt, debebant habere aliquam excellentiam ſuper alios in honeſtate, & pulchritudine vxorum. Dicuntur autem Sacerdotes cõſecrati, quoniam per conſecrationem accipiebãt poteſtatem miniſtrandi, ſicut Sacerdotes noſtri per collatos Ordines. Erat autem iſta conſecratio facta per ſacrificia, & vnctiones, atque aſperſiones olei, & ſanguinis ſuper veſtes, & extremitatem auriculæ dextræ, & extremitatem pollicis manus, & pedis dextri, cum multis cęremoniis quæ habentur Exodi 29. c. & ſupra 8. cap. vbi agitur de conſecratione Aaron, & filiorum eius. *Et panes propoſitionis offerunt.* Hic adiungitur alia cauſa quare Sacerdotes vitabant ſupradicta, quomodo autem Sacerdotes offerrẽt panes propoſitionis, declaratum fuit ſupra quæſt. 10. Ex his autem apparet, quod Sacerdotes minores miniſtrabant in Sanctuario, ſicut Sacerdos magnus offerendo incenſum, & panes propoſitionis: quoniam iſta lex, quæ hic habetur, ſolum conuenit Sacerdotibus minoribus, quia de Sacerdote magno datur alia lex quæ habetur infra; ſed de iſtis Sacerdotibus dicitur, quod offerunt panes propoſitionis, & incenſum, vt ſupra habitum eſt. Sciendum autem, quod cùm hic dicitur, quod Sacerdotes non poterant accipere in vxores eas, quæ ſupra deſcriptæ ſunt, non eſt intelligendum pręciſè, quod iſta ſit cauſa; ſed omnes alię miniſtrationes hoc prohibent, ſcilicet, offerre incenſum, parare cãdelabrum, & facere ſacrificia, ideo non ſolum propter offerre panes prohibetur Sacerdoti iſtæ vxores, ſed etiam propter omnes alias miniſtrationes. Etiam non eſt accipiendũ, quod iſta ſit principalis miniſtratio inter omnes alias; & propter hoc, quod ipſa ſola exprimatur, quoniam & principalior videtur ſacrificiorũ oblatio, ſed poſita fuit iſta hic, quia per hanc intelliguntur ceteræ. Et eſt ſenſus, ꝙ Sacerdos ex eo, quod conſecratus eſt, id eſt, ex eo, ꝙ habet Ordinem Sacerdotalem, & ex eo, quod offert panes propoſitionis, id eſt, quia habet omnes alias miniſtrationes, non licet ei accipere in vxores perſonas viles, quę ſupra deſcriptæ ſunt. *Sint ergo ſancti.* id eſt, Sacerdotes ſint mũdi, abſtinentes ab immunditiis, quæ fiunt in accipiendo vxores iſtas viles: nã ſic ipſi Sacerdotes pollui videntur per contactum carnis vilium perſonarum, & magis adhuc generando proles, quæ ſint viles, & abiectæ. *Quia & ego ſanctus ſum, Dominus, qui ſanctifico eos.* id eſt, ideo Sacerdotes mei debent eſſe ſancti, id eſt, mũdi, quia ego Dñs illorum ſum ſanctus, id eſt, mundus ab omni contagione, vel ſum mundus, ſ. quia immunditias nolo, nam odi iniquitatem, & iniuſtitiam, nec ſum, ſicut Dij Gentilium, qui rębus vilibus delectantur. *Qui ſanctifico eos.* id eſt, qui iubeo eos eſſe ſanctos: alio modo poteſt accipi ſanctificare, id eſt, ſanctum efficere, ſed non eſt hic huiuſmodi ſenſus, cũ ſolum ponatur hic iuſſio, & nõ effectus: efficere autem hoc ad ipſos Sacerdotes pertinebat. *Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro.* Hic ponitur lex de vitanda contaminatione adueniẽte ex aliqua extrinſeca perſona. Sacerdotes enim pollui poterant ſi filij eorũ delinquerent, quia ex hoc ipſi infamabãtur: & quemadmodũ ex facto ꝓprio quoddam dedecus accidit, ita ex facto coniunctarum perſonarum: ſic etiam eſt de filia reſpectu patris ſui: Nam ſi ipſa fornicatur, patri ſuo dedecus quoddã accidit, et quoniam

F in Sacerdotibus obſeruari debebat mũditia, & decus magis quàm in aliis, ſi filiæ eorum fornicatæ fuiſſent tollebãtur de vita, propter infamiam patribus irrogatam. *Si deprehenſa fuerit in ſtupro.* i. ſi fornicata fuerit patiens ſe deflorari ratione virginitatis ſuæ.

An lex iſta de comburenda filia Sacerdotis fornicante, intelligeretur de deſponſata, vel maritata ſolum. Quæſt. XIIII.

ALIQVI dicunt, ꝙ hoc debet intelligi de filia Sacerdotis, quando erat tradita à viro in vxorem, vel quando per verba de præſenti contraxerat, quoniam iam erat alligata illi, & poterat de adulterio accuſari, ſicut ſi eſſet matrimonium per copulam conſummatum. Hoc ta-
G men non poteſt ſtare: quoniam tunc filia Sacerdotis puniretur lege adulterarum, quia erat ibi verum adulterium, & non punita fuiſſet tanquam filia Sacerdotis. Item, hoc dato, debebat filia Sacerdotis lapidari, cum adulteræ lapidarentur, vt patet præcedenti capite, tamen hic iubetur comburi.

Item, ſi filia Sacerdotis adulterium perpetraſſet, iniuria principaliter irrogabatur viro ſuo, & non patri; ideo propter offenſionem factam viro, debebat puniri, & non propter iniuriam factam patri, ſed id falſum eſt: quia hic dicitur: Sacerdotis filia ſi fuerit deprehenſa in ſtupro, & violauerit nomen patris flammis exuretur. Exprimitur ergo hic violatio paterni nominis, quod eſt ei iniuriam eſſe illatam, & non viro.

Item, ſi propter adulterium iſta puella punita fuiſſet,
H quia erat deſponſata viro, vel tradita in vxorem, nulla differentia eſſet inter filias ſacerdotis, & alias, cum omnes aliæ ſi in adulterio deprehenderentur, occidendæ erant, vt apparet præcedenti capite, ſed hic ponitur, tanquam aliquid ſpeciale iſta lex, ergò filia ſacerdotis morte plectenda erat, etiam ſine adulterio commiſſo, dum tamen aliàs fornicata fuiſſet.

Item non poteſt intelligi iſta lex in adulterio: quoniam adulterium, & ſtuprum diſtinguuntur, ſicut aliæ ſpecies luxuriæ: quia adulterium eſt, quandocumque mulier quæ alligata viro, ſiue ſolis verbis, ſiue carnali copula, ſiue vtroque vinculo, ab altero viro ſponte cognoſcitur. *Adulteriũ quid, & ſtuprum.*

Dicitur autem ſtuprum, quando virgo nulli alligata, defloratur; Sed hic dicitur, quòd filia ſacerdotis deprehenſa ſit in ſtupro, ergo non fuit adultera, & conſequen-
I ter non erat alicui viro alligata, ſed ſolum puella in domo patris ſui.

De hoc flagitio autem dicitur, quòd flammis deberet exuri, quia erat aliquid ſpeciale in iſta puella, & non in filiabus aliorum hominum: quoniam maior infligebatur iniuria ſacerdoti à filia ſua, quàm infligatur alicui alteri, cum ſit maior reuerentia ſeruanda, & honor ſacerdotibus, quàm alijs.

De puellis patientibus ſtuprum, ſiue voluntariè, ſiue inuoluntariè qua pœna plecterentur, item de ſtupratoribus. Quæſt. XV.

CIRCA alias puellas, quæ patiebãtur ſtuprum conſiderandum eſt, quia aut voluntariè patiebantur, aut
K inuitè; Si puellæ patiebantur inuitè ſtuprum, nulla pœna infligenda erat, quia eorum quæ inuoluntariè eueniunt lex non infert vltionem. Si autem puella voluntariè deflorabatur, aut hoc erat per aliquam ſeductionem, & tunc qui eam ſeducebat, tenebatur eam accipere in vxorem, ſi poterat, & pater puellæ eã voluiſſet ei dare, & dotabat eam vir, ſcilicet, aſſignans ei tantam pecuniam, quantam illa puella datura fuiſſet pro dote, ſi in matrimonium accepta fuiſſet, & illa pecunia erat illius puellæ, ſicut bona dotalia ſunt ipſarum vxorum. Si autem pater puellæ dare eam noluiſſet in vxorem ſtupratori, dabat vir qui defloraucrat eam, tantam pecuniam puellæ, vt acciperetur ab altero in vxorem, quantam aliæ puellæ accipere conſueuerãt. De hoc habetur Exodi, 22. cap. ſcilicet: Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam, dormieritq; cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis da-

re

re noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quàm virgines accipere conſueuerunt. Cũ autem puella virgo patiebatur ſtuprum inuoluntariè, vtpote, quia in agro reperta erat, vbi non potuit habere adiutorem, ſi pater accuſaſſet defloratorẽ, acciperet puellam is tenebatur in vxorem, & non poterat eam dimittere toto tempore vitæ ſuæ, dabatq. quoque patri puellæ quinquaginta ſiclos argẽti. De hoc habetur Deuteron. 22. cap. ſcilicet: Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet ſponſum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit: dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam: non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ ſuæ. An verò iſti puellæ inuoluntariè defloratæ aſſignaretur dos à corruptore, ſicut puellę ſeductæ, de qua Exodi 22. cap. vide quæ diximus Deuter. cap. 22. circa finem.

Si autem puella fuiſſet voluntariè deflorata, aut erat filia ſacerdotis, aut cuiuſlibet alterius; ſi filia ſacerdotis, exurebatur flammis, vt habetur hic in littera. Si autem erat filia alicuius alterius, aut illa ſtuprum paſſa erat, & geſſit ſe pro virgine, & poſtea alicui viro tradita fuit, vt virgo, aut paſſa eſt ſtuprum, & poſtea manifeſtatum eſt de ipſa, quòd non eſſet virgo, prius quam alicui viro traderetur in vxorem.

Si primo modo, puella lapidabatur, non quidem quia ſtuprum paſſa fuerat, ſed quia poſt ſtuprum vt virgo tradita fuerat in vxorem; immò ſi aliqua puella fuiſſet inuitè ſtuprata, & poſtea ſubticens illud conſenſiſſet ſe tradi in vxorem alicui homini tanquã virgo, lapidabatur. De hoc Deuter. 22. c. cum dicitur; Quòd ſi verum eſt quod obiicit, & non eſt in puella inuenta virginitas, eiicient eam extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: qm̃ fecit nefas in Iſrael, vt fornicaretur in domo patris ſui: & auferes malum de medio tui.

Si autem puella poſtquam ſtuprum paſſa fuit voluntariè, non permiſit ſe tradi in vxorem alicui tanquam virgo, nihil patietur; quod patet: quoniam ſi puellæ omnes propter admiſſum ſtuprum debuiſſent mori, ergo nulla differentia fuiſſet inter filias ſacerdotum, & alias; patet tñ q́ ſit differentia, ex hac littera, cum hic ſpecialiter detur lex de filiabus ſacerdotum, q́ morerentur ignis incendio conſumptæ quãdo ſtupratæ fuiſſent. Idem patet, quoniam non reperitur in toto Veteri Teſtamento, q́ puellis ſimpliciter patientibus ſtuprum infligeretur aliqua pœna.

Item, ſi puellis voluntariè fornicantibus pęna ſecundum legem infligi potuiſſet, nulla poſſet eſſe meretrix in toto Iſrael, ſed meretrices erant in Iſrael, ſecundum quòd præſupponitur hic, & Deuteronom. 22. cap. & ſupra declaratum fuit, ergo puellæ ſtupratæ nihil patiebantur; Conſequẽtia patet; quoniam meretrices ex puellis virginibus fiunt, quæ enim meretrices ſunt, aliquando virgines fuerunt. Omnes igitur meretrices hoc modo occiderentur, quia argui poſſet, vt quibuſdam videtur cõtra earum qualibet, tu es meretrix, ergo aliquando fuiſti ſtuprata; quanquam ergo non conſtaret de tempore ſtupri, occideretur. Sed hoc falſum eſt: quia meretrices erant in Iſrael, & ſemper fuerunt, etiam tempore Chriſti, cum ipſe dixerit: meretrices, & publicani præcedent vos in Regno Dei; quod non dixiſſet, ſi nullæ fuiſſent meretrices inter Iudæos, quibus loquebatur.

Dicendum ergo, q́ puellæ voluntariè ſtupratæ nihil patiebantur in caſu dicto; de filiabus autem ſacerdotum de quibus hic dicitur, erat aliquid ſpeciale.

Puella filia Sacerdotis, ſi quando fornicabatur quam pœnam ſubibat.

Et propter hoc Rabbi Salomon, & quidam Iudæi exiſtimauerunt, q́ Thamar nurus Iudæ erat filia ſacerdotis, quia cũ probaretur fornicata, iuſſit eam Iudas comburi; vt habetur Geneſ. 38. cap. Sed in hoc nullum eſt motiuũ, ſicut ibi ſatis latè declaratum fuit. Hoc tamen ſolum ſufficiebat, quoniam ibi Thamar nõ accuſabatur de ſtupro, ſed de adulterio, qm̃ erat affidata filio Iudæ minori, vt acciperetur ab eo in vxorẽ; Cum ergo cognita fuiſſet ab altero viro, erat adulterium, & non ſtuprum. Hic aũt agitur de puella nouiter deflorata. Quòd autem Thamar non fuiſſet paſſa ſtuprum, patet: quia ipſa tunc non erat virgo, cum prius habuiſſet duos viros, ſcilicet, Her, & Onan filios Iudæ, vt habetur Gen. 38. c. Sed circa hoc, an puella permittens ſe deflorari, ſi non eſſet filia Sacerdotis, puniretur, poteſt dubium eſſe. Et videtur dicendum, quòd lapidaretur, & patet, Primò, quia Deuter. 22. cap. dicitur de puella, in qua nõ eſt inuenta virginitas, quòd lapidaretur, quia fecit nefas in Iſrael, vt fornicaretur in domo patris ſui, ergo pœna imponitur ibi propterea quod fornicata fuiſſet in domo patris ſui, & nõ propter matrimonium; vel quia occultauit ſe defloratam eſſe. Secundò, quia ratio illa quę inducebatur, ſ. ſi puellis inferretur pęna pro ſtupro, nulla meretrix fuiſſet: quia aliquando ſtupratæ fuerant, & ita conſtaret, quòd merebantur mortẽ: nam poterant eſſe meretrices quæ non punirentur, vt ſi factæ fuerant meretrices poſt viduitatem: nam vidua ſi fornicaretur, nulli alligata erat, & ita poterat eſſe meretrix; & etiam illæ puellæ quæ defloratæ fuiſſent inuitè, & ita nullam meruiſſent pœnam, poterantq. poſtea effici meretrices.

Puella q̃cũque permiſſẽs ſe deflorari, an puniatur.

Dicendum, quòd in hoc aliqualiter poterat dubitari, & tamen videtur dicendum ſicut ſupra, & vt communiter tenetur, quòd puellæ non ſponſatæ ſpontè defloratæ, non infligebatur mors, niſi fuiſſet filia Sacerdotis; & patet hoc per rationes ſupra poſitas. Item, ſi inferretur pęna, erat lapidatio, vt dicitur Deuter. 22. cap. ſed tunc nulla eſſet differentia inter adulterium, & ſimplicem fornicationem, ſed adulteræ lapidabantur, præcedenti cap. ergo ſi puellæ ſpontè defloratæ lapidarentur, nulla differentia eſſet inter adulterium, & ſtuprum, vel fornicationem ſimplicem, quod eſt inconueniens. Secundò, quia Apoſtolus ad Roman. 7. cap. dicit, quòd mulier quamdiu vir eius viuit, eſt alligata legi viri, cum autem mortuus fuerit vir, ſoluta eſt à lege viri, vt non iudicetur adultera, ſi inuenta fuerit cum viro alio; & ita vult, propter hoc puniri mulierẽ fornicantẽ, quia eſt alligata legi viri: ſed puella non deſponſata, nulli eſt alligata, ergo nõ lapidabitur pro fornicatione. Tertiò patet, & efficacius, quia Exodi 22. c. dicitur: quòd ſi ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dotabit eam, & habebit in vxorem, ſi pater virginis dare eam voluerit. Sed quandocumque ſeducitur virgo, & defloratur, ſpontè cognoſcitur, quia non cogitur, ſed ſeducitur, id eſt, promiſſis allicitur, vel datur ei fides, quòd accipietur in vxorẽ, ſed iſta non punitur aliqua pœna ſi non eſt deſponſata. Si autem fuerit deſponſata, ambo lapidantur. Deuteron. 22. cap. ergo apparet manifeſtè, quòd pro adulterio infligitur, & pro fornicatione ſimplici, vel ſtupro, nulla pęna imponitur puellæ.

Quartò patet: quia poſſet aliquis excuſare puellam, dicendo, quòd fuerit ſeductio, tamen ſeductorem nihil poteſt excuſare, & tamen ille non punitur corporaliter, ſed ſolum in pecunia: ergo non erat debita aliqua pœna corporalis pro ſtupro. Confirmatur hoc: quia ſi pœna aliqua corporalis fuiſſet debita ſtupro, nõ excuſaretur puella ab illa, quia ſeducta, quia ſeductus inter eos ponitur qui volentes dicuntur, cum nõ inferatur ei vis, & non excuſat ſeductio adulteram mulierem quin lapidetur, quia quocunque modo mulier coniugata miſceatur alteri, niſi illata vi, lapidatur. Deuteron. 22. & tamen dato, quòd ſeducta aliqualiter excuſaretur, ſeductor tamen nullo modo, immò eſt grauius peccatum ipſius, inquantum non ſolum deflorauit, ſed etiam ſeduxit, & tamen non punitur iſte corporaliter; ergo non debetur pęna corporalis pro ſtupro.

Quintò, quia viro, & feminæ fornicantibus in eodem actu, debetur eadem pœna ſicut adulteris: Si ergo puella lapidari debebat, quæ in domo patris ſui fornicata erat, Deuteron. 22. cap. debebat etiam qui cum ea fornicabatur, lapidari: ſed viro non imponebatur pęna fornicanti cum virgine, ergo nec illa punienda erat corporaliter.

Sextò patet hoc: & efficacius, quia non ſolum ſi vir ſeduceret virginem, & defloraret eam, non puniebatur corporaliter, ſed etiam ſi inferret ei vim, deflorando illam, nõ occidebatur ſi non eſſet deſpõſata; ſed ſoluebat quinquaginta ſiclos, & accipiebat puellam in vxorem, nec poterat vnquam repudiare eam, Deuter. 22. ſi tamen fuiſſet puella deſponſata, lapidabantur ambo ſi ſpontè actũ fuiſſet; ſi autẽ illata fuiſſet vis puellæ, ſolus vir lapidabatur, eodem cap. & ita apparet manifeſtè, quòd pro ſtupro,

vel

vel fornicatione virginis, quantumcúque voluntaria non imponebatur pœna lapidationis, neque alia pœna mortis. Cum autem obiiciebatur de illo Deuteron. 22. cap. Dicendum, quòd non lapidabatur puella, quia in domo patris ſui fornicata erat, ſed quia cum fornicata fuiſſet in poteſtate patris manens, geſſiſſet ſe pro virgine, & hoc tacito permiſiſſet ſe deſponſari vt virginem, illudens patrẽ, & ſponſum, hoc caſu lapidabatur; in nullo autem alio caſu pro fornicatione ſimplici, ſiue ſtupro mulier lapidabatur, id eſt, ſi nihil aliud feciſſet niſi fornicari.

Cum autem obiiciebatur de meretricibus, concedendum eſt, quòd non eſt illud argumẽtum efficax, quia meretrices eſſe poterant quæ non lapidarentur, & tamen licet non eſſet illud argumentum efficax, non tollitur quin ſit verum id, q; per illud argumentum quidam nitebantur probare. De filiabus autem Sacerdotum erat ſpeciale, propter honorem patrum, quòd filiæ tenerentur potius ſeruare caſtitatem, & omnem mũditiam, quàm aliæ mulieres: & ideo eis non ſeruantibus, imponebatur pœna, & non aliis mulieribus; & hoc verum erat, ſiue illa fornicaretur, & tacita fornicatione, vel, quod virgo non eſſet, permitteret ſe deſponſari vt virginem, ſiue etiam non deſponſaretur, ſed ſolum fornicaretur. Et ideo illa lex Exodi 22. cap. de virgine ſeducta, & cognita ab aliquo, non habebat locum in filia Sacerdotis, quia ibi virgo deflorata, & ſeducta nõ punitur, ſed ducitur in vxorem; filia autem Sacerdotis quomodocumque in domo patris, id eſt, manẽs in poteſtate patris fornicaretur, erat fl ãmis exurenda, niſi eſſet ei vis illata, & tamen ſeductæ non infertur vis, ergo occidẽda erat. Habebat tamen locum lex Deuteron. cap. 22. de puella non deſponſata violenter cognita, quia deflorans eam accipiebat eam in vxorem & non poterat repudiare, & dabat quinquaginta ſiclos patri puellæ: ſic enim quidam volunt. Sed potius videtur dicẽdum, q; neque illa lex haberet locum in puella, quia licet tunc filia Sacerdotis nihil pati deberet, tamen deflorator non poterat eam accipere in vxorem, quia occidendus erat. Nam vir, & femina ſimul fornicantes, eodẽ genere pœnæ puniri debebant, ſed ſi illa ſponte cognoſceretur, cremãnda erat; ergo tunc ambo cremandi erant; & quando puellę vis illata eſſet, ſolus deflorator comburebatur, ſicut in adulteris ſi mulier deſponſata permiſiſſet ſe cognoſci, ambo lapidabantur; ſi autem violenter deflorata fuiſſet, ſolus vir lapidabatur, Deuter. 22. cap. & hoc eſt verius. *Et violauerit nomen patris ſui.*

Quomodo puella filia Sacerdotis violabat nomen patris fornicando. Quæſt. XVI.

DICITVR puella violare nomen patris ſui, quando infamat eum per fornicationes ſuas, & iſtud eſt, propter quod hic puella patitur: nam in aliis filiabus laicorum, quia nulla earum fornicãs magnam patri iniuriã irrogabat, nulla occidebatur: in filiabus autem Sacerdotum irrogabatur pęna, quia nomen patris ſui, quod honorabile erat, dehoneſtabant. Si autem filia alicuius Sacerdotis fuiſſet tradita in vxorem alicui viro, & fornicaretur, non comburebatur flammis, ſed ſolum lapidabatur, ſicut aliæ adulteræ, vt patet præcedenti cap. & Deuteron. 22. cap. Ex quo patet: quòd aliquando pro minori peccato maior pęna datur, maius namque peccatũ eſt adulterium, quàm ſtuprum, quod coincidit cum ſimplici fornicatione: filia tamen Sacerdotis pro ſtupro exuritur flãmis, vt patet hic; & pro adulterio lapidatur, vt habetur præcedenti cap. maior autem pœna eſt comburi, quã lapidari. Cauſa autem huius eſt: quoniam quando mulier adulterium committit eſt in poteſtate viri ſui, cũ verò ſtupratur, eſt in poteſtate paterna, iniuria ergo quæ per adulterium irrogatur, ad virũ fertur, ea verò quæ per ſtuprũ, cadit in patrem. Quamquam ergo grauitas adulterij ſecundum ſe maior ſit, quàm ſtupri, tamen quia Sacerdos eſt perſona dignior quàm vir, cui traditur vxor filia Sacerdotis, magis punitur pro ſtupro, quàm pro adulterio, cum maior ſit iniuria, quæ infligitur patri per ſtuprum in Sacerdotibus, quàm viro per adulterium.

Aliquando pro minori peccato datur maior pœna.

F *Si puella filia Sacerdotis deſponſata, ſed nondum cognita, & manens in domo paterna fornicaretur, an deberet comburi, vel lapidari. Quæſt. XVII.*

SED quæret aliquis, ſi puella filia Sacerdotis fuerit deſponſata viro, nondum tamen tradita carnaliter cognoſcenda, ſed manens in domo paterna, fornicetur, an debeat comburi, vel lapidari ſecundum legem adulterarum. Aliquis dicet, q; tunc puella debeat comburi, quia quanquam ipſa pertineat ad virum, eo q; iam deſponſata ſit, & vir eam poſſit accuſare de adulterio, tamen adhuc ſub patria poteſtate manet, cũ in domo eius ſit, quouſque tradatur viro. ergo ſicut antequam deſponſaretur, infamabat patrem Sacerdotem, ita diffamabit eum ſi poſt deſponſationem fuerit ſtuprata: ſed pro defloratione ante

G deſponſationem exurebatur flammis, pariter ergo exuretur, ſi poſtquam deſponſata fuerit, defloretur.

Reſpondendum eſt, q; ſi ita eſſet de filiabus aliorum Iudæorum, ſatis nota foret pęna eius: quoniam pater non poſſet eam de aliquo accuſare: ſponſus tamen poſſet, quia adulterium admiſit: ideo adulterarum lege lapidanda eſſet. De filia autem Sacerdotis nõ perfectè conſtat, quid agendum ſit in tali caſu, quoniam neſcitur an plenè ad virum pertineat, vel ad patrem. Si enim totaliter ad patrem pertineret, manifeſtum eſt, q; cremanda foret, ſicut cum ante deſponſationem ſtuprum perpeſſa fuerit, quoniam eam ad patrem pertinere totaliter, patet. Si autem totaliter ad virum pertineret, ſicut cum ei actualiter tradita fuit conſummato matrimonio, & liberata à patria poteſtate, etiam manifeſtum eſt, q; ſolum adulterarum lege

H plectenda foret, vt lapidibus obrueretur; cum autem deſponſata fuerit eſt, nec tamen viro adhuc tradita, non plenè conſtat an patris, an viri lege punienda ſit; ſed ſatis probabiliter dicendum videtur, q; exurenda flammis ſit. Nam ſicut antequam deſponſetur, ad patrem pertinet, quia in domo eius eſt, & eum infamat ſi defloretur, & pp hoc flammis exuritur, ita ſ. poſt deſponſationem in domo patris manet, ex eius defloratione, nomen patris violatur, ideo flammis exurenda eſt: nam cuſtodia illius eo tempore non ad virum, ſed ad patrem pertinebat.

Si filia Sacerdotis ab alio Sacerdote in vxorem duceretur, & adulterium committebat, an flammis exurenda erat. Quæſt. XVIII.

I SED aliquis inquiret, ſi filia Sacerdotis ab alio Sacerdote in vxorem duceretur, & cum eſſet in poteſtate viri ſui, adulterium perpetraret, an flammis exurenda ſit? Ad quod aliquis arguet, q; ſic: nã filia Sacerdotis qñ defloratur volens in domo paterna, exuritur flammis: quia patri ſuo ſacerdoti iniuriam irrogat, nomen eius infamãdo, & tunc arguitur. Maior eſt offenſio quã irrogat vxor viro qñ fornicatur, quã filia patri ſi in domo eius defloretur, quia filia ſolũ pertinet ad cuſtodiam patris: vxor aũt pertinet ad identitatẽ carnis viri, quia vir, & vxor ſunt eadem caro: pertinet etiam ad cuſtodiam eius. Cum ergo femina fornicata fuerit, magis virum quam patrem offendit, quia ex pluribus & grauioribus cauſis: ſed filia quando patrem ſacerdotem infamat fornicando in domo eius, flammis exuritur: ergo ſi tradita ſit in vxorem

K alicui Sacerdoti, & in poteſtate eius adulteretur, flammis exuritur. Reſpondẽdum eſt, q; ſi attendatur ad radicem poſitionis huius legis, ſ. q; poſita eſt propter magnam infamiam, quã filia patri ſuo ſacerdoti irrogabat, dicẽdum eſſet, quòd etiam ſi tradita fuerit in vxorem alteri Sacerdoti, & in poteſtate eius adulteretur, flammis exuri deberet: qm̃ Sacerdotes in dignitate Sacerdotali æquales ſunt, maiorem tamen infamiam irrogat femina viro ſuo Sacerdoti, ſi in poteſtate eius adulterium committat, quàm patri, cum in domo illius ſpõtanea defloratur; ergo à fortiori deberet exuri flammis qñ ſic adulterium committit, q̃ cum ſtuprum in domo paterna volens patitur. Lex tñ iſta non tribuit. iſta namque non habent determinatum eſſe ratione, ſed cum fundamentũ quoddam ex ratione hẽant, complementum tamen & principale eſſe habent ex voluntate Legiſlatoris; & quia in hoc Legiſlator non ex-

preſſit

preſſit eſſe cremandam filiam ſacerdotis, non videtur, ꝙ (A) cremanda foret; Contra ea quæ ſupra dicebantur, aliquis arguet: Dicebatur enim, ꝙ ſi femina nnlli deſponſata, in domo paterna ſpõtaneè defloraretur, nullam pęnam habebat ſecundum legem, ſed videtur ꝙ debebat mori, qm̃ filius exiſtens in poteſtate patris, cum fornicationibus vacat, occiditur: à fortiori ergo filia occiditur. quia iſtud vitium damnabilius eſt ſecundum legem Diuinam & humanam, & rectam rationem in feminis quam in viris. Si igitur vir occiditur, à fortiori femina occidetur in ſimplici fornicatione. Nec valet ſi aliquis arguat, ꝙ vir exiſtens ſub poteſtate patris, occiditur, ſi vacet luxuriis; non quia luxuriatur, ſed quia illud vitinm frequentat. Nam ſi iſtud peccatum de ſe mortem non meretur, pro eius frequentatione non infligetur mors. Quòd autem filio exiſtenti ſub paterna poteſtate, pro ſimplici fornicatione (B) mors infligatur, habetur Deuteron. 21. cap. ſ. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contempſerit: apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius & ad portam iudicij, dicentq; ad eos: Filius noſter iſte proteruus, & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis lapidibus eum obruet populus ciuitatis: & morietur vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. Videtur ergo magis hoc inferẽdum eſſe filiæ, ſi fornicetur in domo paterna. Reſpondendum eſt, quòd ille vir non occiditur, quia fornicatur ſimpliciter, nulla namque lex humana, aut Diuina pro ſimplici fornicatione viris mortem, aut aliquam pœnam inferendam duxit: ideo nec feminis niſi ex aliqua circumſtantia (C) aggrauetur delictum, & ſit maius quam ſimplex fornicatio, ſicut ſtuprum in filia ſacerdotis, quod ex perſona aggrauatur. Non eſt ergo intelligendum, quòd pro fornicatione vir ille occidatur: ſed magis dicendum eſt, quòd pro contumacia & obedientia ad patrem, & pro vaſtatione bonorum paternorum in luxuriis & commeſſationibus, occiditur. Sic patet ex ipſamet auctoritate Deuteronom. 21. cap. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contempſerit: apprehendent eum. & ſic lex non expreſſit cauſam mortis eſſe luxuriam, ſed inobedientiam & pertinaciam: luxuria autem poſtea exprimitur cum aliis cauſis; manet ergo quod dicebatur, ſcilicet, in caſu prædicto mulierem pro defloratione nihil puniri.

An filius familias propter fornicationis frequentationem lapidari potuerit.

Pontifex, id eſt, ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius manus in Sacerdotio conſecratæ ſunt, veſtituſq; eſt ſanctis veſtibus, caput ſuum non diſcooperiet veſtimenta non ſcindet: & ad omnem mortuum non ingredietur omnino. Super patre quoque ſuo, & matre non contaminabitur. nec egredietur de ſanctis, ne polluat Sanctuarium Domini, quia oleum ſanctæ vnctionis Dei ſui ſuper eum eſt. Ego Dominus. Virginem ducet vxorem: Viduam autem & repudiatam, & ſordidam, atque meretricem non accipiet, ſed puellam de populo ſuo: ne commiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ: quia ego Dominus, qui ſanctifico eum.

Eze. 44. Sacerdos vxorem virginẽ accipiat.

Pontifex, id eſt, Sacerdos maximus. Hic agitur de his, quę (E) pertinet ad ſummum ſacerdotem, cum ſupra dictum fuerit de his, quæ pertinent ad minores; & ponitur hic regula immunditiæ quantum ad ipſum. & ſicut in aliis ſacerdotibus conſiderabatur immunditia in duobus, ſcilicet, circa cæremonias mortuorum, cauendo ab illis, & in ducenda vxore. Ita & in ſummo ſacerdote iſta duo conſiderantur. Sed quodlibet eorum ſtrictius ſeruabatur in ſacerdote magno, quam in minoribus; & primo ponitur de munditia quæ eſt in cauendo cæremonias mortuorum. *Pontifex, id eſt, Sacerdos maximus inter fratres ſuos.* Iſtud vocabulum Pontifex, à proprietate Latini idiomatis ductũ eſt: nam in Hebræo ſemper ponitur ſacerdos Magnus; Põtifex aũt ſecũdum vſum Latinorum Ep̃m ſignat. Dicitur autem Pontifex quaſi pontem faciens, qui ipſe immediatius ſe habet ad Deum quàm alij Sacerdotes,

Quid circa Sacerdotes Summum ſit obſeruandum.

(A) vnde ipſe dicitur mediator Dei & hominum, quoniam pro hominibus apud Deum intercedit. Sic habetur ad Hebræos 5. cap. ſ. Omnis namque Pontifex ab hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, qui condolere poſſit his, qui ignorant, & errant.

Quare Summus Sacerdos vocetur Pontifex; & quis filius Summi Sacerdotis ſuccedebat ei. Quæſt. XIX.

DICITVR autem Pontifex maximus inter fratres ſuos, ſ. maximus in dignitate, quia alij ſunt Sacerdotes minores, ipſe verò eſt maior. & tunc vocantur fratres ſui, omnes qui ſunt de genere Aaron, etiam ſi nõ ſint fratres ſui ex patre, vel ex matre. Vel dicitur Põtifex ma- (B) ximus inter fratres ſuos, ſecundum ætatem, quoniam ſi Sũmus ſacerdos haberet multos filios, maior ſuccedebat ei in ſummo ſacerdotio. Patet hoc de Eleazar, qui erat maior in filiis Aaron viuentibus, & factus eſt Sacerdos magnus moriente patre, vt habetur Numer. 20. c. & tunc ſumuntur fratres propriè pro fratribus ſecundum carnem, qui ſunt ex eiſdem parentibus. ſ. ꝙ ſit maior in ætate, quàm alij fratres. & ex hoc haberi poteſt, ꝙ Summus ſacerdos quando aſſumẽdus erat de filiis Pontificis mortui, accipiendus erat maior ætate aliis fratribus. Sic namque eſt in dignitatibus ſæcularibus, quæ habentur ſecundum ſucceſſionem, quia primogeniti ibi patribus ſuccedunt, cum ſint de legitimo matrimonio nati; Apud Hebræos ergo hoc obſeruari debuit in ſacerdotibus magnis, cũ ibi proueniret iſta dignitas ſecundum ſucceſſionẽ; ſer- (C) uabatur autem maxime ſucceſſio primogenitorum apud Hebræos, qm̃ primogeniti efficiebantur duplices in paterna ſucceſſione, & hoc etiam erat ante datam legem; Quod patet ex his quæ fecit, & dixit Iacob. nam Ruben erat primogenitus eius, & habere debebat iura iſta; ſed quia concubuit cum Bala vxore patris ſui quæ fuerat ancilla priuauit eum primogenituræ iuribus, ſignans quid habiturus eſſet ſi in hoc non deliquiſſet, vt habetur Gen. 49. c. ſ. Rubem primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratũ eius. Patet etiã ex eo quod fecit Iacob: nam mutauit iura primogenituræ à Ruben in alios fratres, dans poteſtatem principandi Iudæ, quæ cõpetebat Rubẽ, cũ dixiſſet Iacob, maior in imperio. De- (D) dit etiam duplicẽ partem hereditatis Ioſeph, quæ cõueniebat Ruben, cum dixiſſet de eo Iacob, prior in donis. De hac duplici parte hereditatis tranſlata in Ioſeph habetur Geneſ. 48. quoniam Manaſſe & Effraim poſiti ſunt tanquam duæ tribus, cum deberent habere vnam: quia erant filij Ioſeph: de hoc latius habetur 1. Paralip. 5. cap. vbi ponitur quomodo ad Ruben pertinebant primogenita, tam ad duplicẽ partem ſortis, quàm etiam ad principatum; & data ſunt hæc Ioſeph, & Iudæ, & fuit illis priuatus Ruben, cum dicitur: Filij Ruben primogeniti Iſraelis, ipſe fuit primogenitus, ſed cum violaſſet torum patris ſui, data ſunt primogenita eius filiis Ioſeph, filij Iſrael: & non eſt ille reputatus in primogenitum: porro Iudas erat vir fortiſſimus inter fratres, de ſtirpe eius germinati ſunt Principes. Et non ſolum hoc obſeruatum fuit (E) ante legem datam, ſed etiam poſtea pro lege poſitum eſt, vt primogenitus haberet duplicem partem hereditatis paternæ. nec ſolum in magnis viris hoc obſeruatum fuit, in quibus tempore noſtro primogenituræ iura ſeruantur, ſed in omnibus aliis, vt habetur Deqter. 21. cap. cum dicitur: Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alterã odioſam, genuerintq; ex eo liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, volueritq; ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ, ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitq; ei de his quæ habuerit cuncta duplicia: iſte eſt. n. principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. Patet ergo quòd in Sacerdotibus magnis ſecũdum iura primogenituræ ſucceſſio facienda erat. *Super cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum.* Ponuntur hic aliqua, quæ notificant Sacerdotem Summum,

[Tria notificātia Summū Sacerdotem, & eum diſtinguentia ab alijs.]

& ſunt tria, vnū in quo ſacerdos Magnus differt ab aliis, & duo, in quibus concordat. Primum autem, in quo differt eſt, ꝙ ſacerdos Magnus vngebatur fundendo oleum vnctionis ſuper caput eius; nā in ſacerdotibus minoribus ſolum fiebat vnctio ſuper aures, & pollices manuum & pedum dextrorū. In ſacerdote autem magno vngebatur caput oleo, effundendo oleum ſuper caput eius, ita, vt decurreret vſq; ad barbam ſacerdotis. ſic habetur Pſal. 132. Sicut vnguentū in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, quod deſcendit in oram veſtimēti eius. Iſtud autem oleū, quod fundebatur ſuper caput ſacerdotis magni, nō erat oleum ſimplex, ſed vocabatur oleum vnctionis; dr̄ autem oleum vnctionis, aliquid factum ex oleo, & multis ſpeciebus aromaticis in debito pondere confectis; quod poſtea denſum erat ſicut vnguentum: vnde vocatur oleum vnctionis, id eſt, oleum per modum vnguenti. De confectione huius olei, & pōderibus rerum admixtarum, habetur Exo. 3. c. Sed aliquis obiiciet contra prædicta, ſ. ꝙ ſummus ſacerdos non differret ab aliis ſacerdotibus in hoc, ꝙ ipſe eſſet vnctus in capite, & alij non: nam habetur Exo. c. 29. & ſupra 8. cap. quòd ſuper Aaron, & veſtes eius, & ſuper filios eius, & veſtes illorum, aſpergebatur oleum vnctionis. Sed cū hoc fieret, neceſſe erat, vt aliquid aſpergeretur ſuper capita eorum, alioquin diceretur eſſe facta aſperſio ſuper veſtes ſacerdotum, & nō ſuper eos, cum nihil ad eos attingeret illa aſperſio: & tunc etiam ſacerdotes minores dicebātur vncti in capite, ſicut ſacerdos Magnus. Ad hoc reſpondendum eſt, ꝙ ſacerdos Magnus differt in iſta vnctione à ceteris. Et cū obiicitur, ꝙ alij aſpergebantur, reſponderi poteſt dupliciter: vno modo quòd iſta aſperſio differt ab effuſione: nam effuſio dr̄ quandocumque aliquod vas contentiuum liquoris inclinatur ſuper aliquē, vt liquor fluat, & ſic erat ſuper ſummū ſacerdotē; qm̄ vas olei vnctionis inclinabatur ſuper caput eius, & inde cadens oleum, fluebat vſque ad barbam, & vſque ad veſtes, vt patet Pſal. 132. prœallegato, ſ. Sicut vnguentū in capite, quod deſcēdit in barbam, barbam Aaron, quod deſcendit in oram veſtimenti eius. Aſperſio autem quæ erat ſuper ſacerdotes minores, non erat effuſio olei ſuper caput, ita vt flueret ad partes inferiores, ſed erat quædam emiſſio guttatim facta ſuper veſtes ſacerdotum minorum, & ipſos. Primum autem ad ſacerdotes magnos tantum pertinebat. Secundum verò, tam ad maiorem quam ad minores, vt habetur Exo. 29. & ſupra 8. c. cū dr̄: Cumque tuleris de ſanguine, qui eſt ſuper altare, & de oleo vnctionis, aſperges Aaron & veſtes eius, & filios eius, & veſtimenta eorum. Secūdo differt aſperſio ſuper ſacerdotes minores facta, & effuſio ſuper ſacerdotē magnum, quia ſuper ſacerdotem magnum fundebatur oleum vnctionis aſpergendo, & hoc mixtum cum ſanguine arietis, qui fuerat immolatus pro conſecratione ſacerdotum. Sic patet Exo. 29. cū dicitur; Cumque tuleris de oleo vnctionis, & de ſanguine qui eſt ſuper altare, aſperges ſuper Aaron, & veſtes eius, & filios eius, & veſtimenta eorum; Vbi per ſe dr̄ de oleo vnctionis, & deinde de ſanguine. Differt igitur ſacerdotis magni vnctio ſuper caput, & aſperſio ſacerdotum minorū, & in hoc excellit ipſe alios, quia ſuper eū fiebat aſperſio, quæ erat ſuper alios, ſed ſuper alios non fiebat vnctio, quæ erat ſuper caput eius. *Et cuius manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt*, i. manus illius etiam ſunt conſecratæ, vt ſit ſacerdos, vel vt miniſtret ſicut ſacerdos. Aliquis exiſtimabit, ꝙ iſta vnctio manuum dicatur eſſe aliquid ſpeciale in ſummo ſacerdote, quod nō eſſet in minoribus, ſicut effuſio olei ſuper caput ad eum ſolum pertinebat; & hoc qm̄ dicūt, ꝙ Deus uoluit dare hic dr̄iam Summi ſacerdotis ab aliis, ſicut in particula præcedēti. Sed uidetur dicendum, ꝙ non differat in hoc: nam ita conſecrabantur manus minorū ſacerdotum ſicut maioris, ut apparet Exo. 29. & ſupra c. 8. fiebat aūt iſta conſecratio per tinctionem in ſanguine: nam tingebatur extremum auriculæ dextræ cuiuſlibet ſacerdotis, & pollex manus dextræ, & pedis dextri, & per unctionem ſolius pollicis dicebantur ambæ manus conſecratæ, ſicut declaratum fuit ſupra 8. c. Nec poteſt hoc ſtare: niſi fortè aliquis dicat, ꝙ ſuper manus Aaron, & aliorum ſacerdotum maiorum fundebatur oleum unctionis ſolum; & ſuper manus minorū ſacerdotum

F tum non fundebantur, ſed ſolum tingebantur in ſanguine; & ſic dicunt intelligi ex hoc textu. Et quando arguitur contra eos, ꝙ oleum vnctionis fuit pro Sacerdotibus Magnis, & minoribus, & ſupra 10. cap. dicitur de ſacerdotibus minoribus oleum ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos. Dicunt reſpōdendum eſſe, ꝙ ſolus Aaron vngebatur iſto oleo vnctionis per modum infuſionis, ſed filij eius ſolum per modum aſperſionis, vt habetur ſupra 8. cap. cum iubeatur effundi ſuper Aarō oleum indutum veſtibus ſuis: ſed de filiis Aaron nihil tangitur quantū ad iſtud oleum, ſed dicitur ꝙ induerentur veſtibus ſuis lineis; & poſtea fuit poſita aſperſio facta ſuper Aaron, & filios eius de ſanguine mixto cum oleo; & ſic ipſum oleum vnctionis ad ſolum ſacerdotem Magnum pertinebat. Dicēdum eſt, *[Doct. opi.]* ꝙ ea, quæ dicuntur de vnctione Aaron, & de aſperſione

G facta ſuper ſacerdotes minores, vera ſūt, tamen non concluditur inde, ꝙ Aaron fuerit ſpecialiter vnctus in manibus oleo vnctionis, quæ vnctio non eſt in aliis ſacerdotibus; & patet hoc. nam forma vngendi ſacerdotes, & omnes cæremoniæ ad illud requiſitæ deſcribuntur Exo. 29. & ſupra 8. cap. ibi tamen non ponitur aliquid de conſecratione manuum niſi ſecūdum tinctionem in ſanguine, quæ etiam erat in ſacerdotibus minoribus; & ſi ibi non ponatur, ſatis videtur argutum, quòd non eſſet: quia formæ conſecrationis, & ſimilium actionum dependebant ex voluntate Legiſlatoris, & non ex dictamine rationis, ſed ſi non expreſſiſſet Legiſlator omnia, nequiuiſſent legentes intelligere ea, quæ non exprimerentur, cum nihil haberent ſecundum quæ determinarentur ad intelligendum hoc, vel illud. ergo dicendum eſt, quòd omnia ex-

H preſſa ſunt, potiſſimè, cum in duobus locis eadem forma conſecrationis ponatur, & tamen in nullo eorum ſit expreſſum de conſecratione manuum ſummi Sacerdotis, niſi ſecundum tinctionem ſanguinis, quod erat commune minoribus Sacerdotibus. Nec aliquis poteſt arguere quòd conſecratio facta in manibus Sacerdotis ſummi, ſit differens ad conſecrationem minorum Sacerdotum: quia ponitur hic cum conſecratione capitis, ſecundum quam differebat ab aliis ſacerdotibus. Sed non poteſt ſtare: quia tunc per omnia, quæ ponuntur hic, differret ſacerdos magnus à ſacerdotibus minoribus, quod eſt falſum: quia dicitur hic, & indutus eſt veſtibus ſanctis, ꝗꝗ plures veſtes Aaron eſſent quàm aliorum ſacerdotum. Dicendum eſt ergo, ꝙ intentio litteræ huius nō fuit ſolum aſſignare differentiam inter ſacerdotem maiorem, & minores, ſed po-

I nere omnia quæ pertinebant ad ſacerdotem maiorem ex parte conſecrationis, ſiue in illis concordaret cum minoribus ſacerdotibus, ſiue differret. & iſta ſunt tria ſolum. ſ. vnctum eſſe in capite, & conſecratum eſſe in manibus, & veſtitum eſſe veſtibus ſanctis, in quorum primo differebat ab aliis; in duobus autem ſecundis conueniebat cum illis. *Veſtitusq. eſt ſanctis veſtibus*. Hoc etiam pertinebat ad ſacerdotem magnum ex parte conſecrationis ſuæ, & miniſterij: nam nemo conſecrabatur, niſi indutus veſtibus ſacris, & primo lotus aqua, vt habetur Exodi 29. & ſup. 8. c. Nemo etiam miniſtrabat in ſacerdotio, niſi his veſtibus indutus, vt habetur Exo. 28. cap. Quòd autem dicitur hic, ſacerdotem magnum indutum veſtibus ſanctis, eſt intelligendum de omnibus veſtibus pertinētibus ad eum, quæ

K erant nouē, ſ. Feminalia, & Tunica linea, Balteus, Cidaris, *[Veſtes ſacerdotales.]* Tunica hyacinthina, Lamina aurea, Rationale, & Superhumerale; vt habetur Exo. 28. cap. Ioſephus autem addit decimum ornamentum Pontificale, ſ. Cingulum. Vocantur autem iſtæ veſtes ſanctæ: quia erant ſanctificatæ per aſperſionem olei vnctionis cum ſanguine ſuper ipſas, vt habetur Exo. 29. id eſt, determinatæ, vel applicatæ ad cultum Dei; & hoc eſt, quia non licebat vti illis veſtibus niſi ad miniſterium Diuinum, ad alios vero profanos actus habebat ſacerdos Magnus ſuas veſtes vulgares. *Caput ſuū non diſcooperiet*. Hic ponitur à quo debet cauere ſummus *[A quo debeat cauere ſummus Sacerdos.]* Sacerdos, poſtquam fuit declaratum quid ipſe habebat ex conſecratione ſua; & ponūtur omnia illa ad deſignandam excellentiam ſummi Sacerdotis, vt ſic intelligatur rationabile eſſe ipſum cauere ab omnibus, quæ ſubiunguntur. Et dicitur, quòd non diſcooperiet caput ſuum, & hoc intelligitur quantum ad exequias funerum, quo-

niam

niam ibi ſolent viri & feminæ capita ad plangendum di- A
ſcooperire.

Sed hoc poteſt intelligi dupliciter; vno modo, ꝙ non diſcooperiat caput, id eſt, non depilet, abradēdo capillos capitis, quod fit in plangentibus ſuper mortuos. Alio modo, quòd non diſcooperiat caput, ſcilicet, tollendo capitis tegumentum; nam ad honeſtatem magnam Hebræorum erat, capita habere velata, maximè cum ad orationem introibant, vt latè declaratum eſt ſupra 14. cap. Quòd ergò ſacerdos magnus tolleret capitis ſui tegumentum ad plorandum ſuper mortuos, dehoneſtabat caput ſuum, ideo non debebat diſcooperire. Sed primus ſenſus eſt conuenientior, ſcilicet, quòd non depilet caput. Sic innuitur ſupra 10. cap. cum Moyſes locutus fuit Aaron, & filiis eius, in morte Nadab, & Abiu. Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta veſtra nolite ſcindere; quod etiam ali- B
quid magnum eſt. & iſta depilatio non ſolum erat ſacerdotibus prohibita, ſed etiam Laicis, vt habetur Deuter. 14. cap. cum ad totum populum ſermo dirigitur, ſcilicet: Filij eſtote Domini Dei veſtri: non vos incidetis, nec facietis caluitium ſuper mortuo. Et ſubditur quomodo intelligatur de omnibus Iſraelitis, ſcilicet, quoniam populus ſanctus es Domino Deo tuo. *Veſtimenta non ſcindet.* Etiam hoc vetatur in ſummo ſacerdote, ſcilicet, ne ſcindat veſtimenta ſua pro mortuo, quia hoc pertinet ad ritus plangentium atque dolentium. Erat enim apud antiquos conſuetudo; quòd quandocunque aliquis valde doleret de aliquo malo veſtes ſuas ſcinderet: ſicut ſæpè habetur in Veteri Teſtamento. Sic patet de illo qui venit de caſtris Iſrael ad Dauid, nuncians ꝙ mortuus fuiſſet Saul, & Ionathas. Iſte enim venit veſte conſciſſa, & puluere C
aſperſus caput, vt habetur 2. Reg. cap. 1. Idem patet de ſummo ſacerdote, qui ſcidit veſtimenta ſua coram Chriſto, quando dixit. Amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Et hoc factum fuit, quia ſacerdos Magnus intellexit, quod Chriſtus blaſphemauerat. Vnde, & in compunctione magna peccatorum aliqui veſtes ſcindebant: Deus tamen hoc vetat, vt habetur Iohel cap. 2. ſcilicet: Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. De ſummo ſacerdote ſcindente veſtes habetur Matth. 26. cap. Iſtæ duæ cæremoniæ erant principales in morientibus, cum deplorabantur, ideo vetantur hic, vt per has omnes aliæ intelligantur eſſe prohibitæ. *Et ad omnem mortuum non ingredietur omnino*, id eſt, ſacerdos Magnus nō ibit ad aliquem mortuum comitando funus eius: nec etiam ingredietur D
ad mortuum, ſcilicet, in domum in qua iacet: nam quādo aliquis moriebatur, domus, in qua moriebatur, erat immunda, & vaſa, quæ erant in illa, & omnes qui ingrediebantur domum illam, vt habetur Numer. 19. cap. Ne autem ſacerdos immundus fiat, iubetur ne ad aliquem mortuum ingrediatur. *Super patre quoque ſuo, & matre non contaminabitur*, id eſt, etiam ſi moriantur pater, & mater, non contaminabitur in illis eundo ad funera, vel faciendo officia plangētium; & ponitur de his duabus perſonis, quia iſtæ ſunt quibus magis tenemur: ſi ergo pro his non eſt plangendum, à fortiori nec pro aliquibus aliis, cum nullæ ſint perſonæ nobis coniunctiores.

Quare Sacerdoti Summo iubebatur ab omnibus mortuis abſtinere. Quæſt. XX. E

SED quæret aliquis, quare ſummo ſacerdoti iubebatur abſtinere ab omnibus mortuis. Reſpondēdum eſt, ꝙ eædem cauſæ, quæ erant in ſacerdotibus minoribus ad non plangendum ſuper mortuos, ſunt in ſacerdotibus maioribus, & adhuc intenſius, ideo prohibentur eis omnia, quæ prohibentur minoribus, & alia amplius. Prima cauſa erat, propter miniſtrationem, nam ſacerdotes ſi pollucrentur in mortibus defunctorum plangendo, non poterant miniſtrare. Dicunt autem quidam, quòd miniſtratio ſacerdotis magni frequentior erat, quam miniſtratio Minorum ſacerdotum, ideo magis debebat ſe obſeruare ne contaminaretur. Sed hoc non apparet: nam quanquam liberum eſſet ſummo ſacerdoti miniſtrare qn̄ vellet, tamen non videtur, ꝙ ipſe frequentius quam alij miniſtraret; nam lex non cogebat eum ad hoc, iſti autem qui magni prælati ſunt, rarius, quàm Sacerdotes ſimplices miniſtrant; & ſic forte videtur factum de illo.

Sed aliæ duæ cauſæ ſunt in Summo Sacerdote, propter quas magis debet cauere immūditiam quam omnes alij. Prima, propter indignitatem: nam quādo aliquis de Sacerdotibus polluebatur, quamquam poſtea mundari & miniſtrare poſſet, tamen non erat in eis ita excellens honorando miniſtratio, ſicut ſi nunquam incidiſſent in immunditiam: qui autem frequenter pollucrentur, in magnam abiectionem incidebant, ita, vt miniſterium eorum iam vilipendendum foret, potiſſimè, quia Summus Sacerdos erat caput totius munditiæ Iudæorum, indignum ergo erat, vt ipſe pollueretur, & ab alio mūdari deberet. Aliqui autem dicunt, quòd magis erat neceſſarius ſummus ſacerdos ad miniſtrationem, quàm alijs ſacerdotes: nam alij quamquam pollucrentur, tamen habebant aliquos, qui eorum ſupplerent vices, cum vnus minor poſſet miniſtrare pro alio: Summus autem Sacerdos non habebat aliquem potentem pro eo miniſtrare in eis, quæ pertinebant purè ad officium ſuum, ſicut non poſſunt minores Sacerdotes ſupplere locū Epiſcoporū, quātum ad ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. Sed hoc non multū obſtat: nam propriū officium Summi Sacerdotis quod per eū ſolū fieri debebat, raro erat, ſ. in die expiationis, quando ei ſoli incumbebat miniſtratio, vt hī ad Hebr. c. 9. & ſupra c. 16. ideo quanquā pollueretur ex hoc, nihil impediebatur; niſi eo tempore pollueretur, quo populum expiaturus erat. Alia cauſa erat propter ſignificationē & exemplum vitæ cæleſtis. Nā ſacerdotes debent dare ceteris ſpē reſurrectionis, ex fide Sacrarū Scripturarū, cui repugnat accuratus planctus pro mortuis factus: ideo omnes viri in Sacra Scriptura eruditi, quemadmodū Sacerdotes erāt, debebant vitare tales planctus, ne viderētur abſtuliſſe ſpem reſurrectionis: ſed hoc in ſummo ſacerdote principalius eſſe debebat, cum ipſe eſſet caput omnium ſacrorum miniſtrorum: ideo totaliter ei vita cæleſtis conuenit; nec debet aliquatenus plorare pro mortuis. Et quamquam iſta ſimpliciter vera eſſent, tamen in deſerto erat aliquid ſpecialius in Summo Sacerdote, quam omnibus temporibus poſterioribus fuerit, propter quod valde cauere debebat immunditiā, alioquin potuiſſet accidere magnum incōueniens. Nā Iſraelitæ quando erāt in deſerto, mouebātur ad motū nubis, quādo. n. nubes, quæ erat ſuper Tabernaculo, mouebatur, ipſi quoque mouebantur, mutantes caſtra, & ſi nubes ſubſtitiſſet, ipſi permanebant, vt habetur Exo. 40. & Num. 9. c. Cum vero caſtra mutanda forēt, ſacerdos magnus introibat intra Sancta Sanctorū, & velabat Arcam, & cetera, quæ ibi erant, vt habetur Num. c. 4. Si aūt ipſe immundus fuiſſet, non potuiſſet introire intra Sancta Sanctorū, & ſic contingeret ꝙ cū nubes moueretur, & caſtra mouēda forent, tamē ſacerdos magnus non poſſet introire intra Sanctuarium, ad deponēdum, & velandum ea, quæ erant in Tabernaculo. Prædicta vera videntur, quia ſacerdos ſummus introibat in Sācta Sāctorū ad operiendum Arcā: & tñ non eſt verū ꝙ ſequeretur iſtud inconueniens. ſ. ꝙ non poſſet moueri Sanctuarium, ſi ſummus ſacerdos eſſet immundus, & ideo, ꝙ oporteret eum eſſe ſemper mundum: nam etiam ſi ſummus ſacerdos eſſet immundus, poterant moueri caſtra. Ad id verò quod de immunditia dr̄, poteſt dupliciter reſpōderi; vno modo, quòd etiam ſi ille immūdus eſſet, & ſeruaretur in deſerto lex immunditiæ & purificationis, adhuc caſtra moueri poſſent; & ratio eſt: quia poterat deponi Tabernaculum non intrante illuc ſummo ſacerdote, cum poſſet hoc fieri per ſacerdotes minores, & quia illi multi erant, licet eſſet immundus ſummus ſacerdos, vel aliqui illorum, alij ſupplerent pro eis; & patet hoc: quia Numer. 4. cap. dicitur. Tabernaculum fœderis, & Sanctū Sāctorum ingredientur Aaron, & filij eius, quando mouenda ſunt caſtra, & deponent velum, &c. & ita nō intrabat ſolus Aaron; & ideo, ſi accidiſſet Aaron occupatum eſſe, vel morbo, aut alio impedimēto teneri, licebat filiis eius, qui erant ſacerdotes minores, intrare ſolos in Sancta Sanctorum, & ideo poſſent caſtra moueri. Nam ſi ſoli ſummo ſacerdoti liceret introire in Sancta Sanctorum,

in nullo caſu licuiſſet alteri nō ſummo ſacerdoti,ſicut erat intrare in Sancta Sanctorum die expiationis cum ſanguine:nam ei ſoli id licebat; & ei non licebat omni tempore, ſed ſolum ſemel in anno,ad Hebræos 9.capite,& hoc erat in die expiationis, & tunc non licebat ei intrare ſine ſanguine,& thymiamate fumante:& ſi aliàs introiuiſſet,moriebatur, ſupra 16. capite, & hoc non licebat alicui alteri ſacerdoti, quando introibat ſummus ſacerdos in tēplum, nā moriebatur quicumque ibi eſſet, ſupra 16.capite, ideo impedito,vel polluto ſummo ſacerdote, nō licebat alicui alteri ſupplere illa die vices eius, niſi conſtitueretur in ſummum ſacerdotem: ſic enim Ioſephus in lib. Antiquitatum,& dicemus illud latius 1. Paralip.6.c. de quodam ſummo ſacerdote, quem accidit pollui nocturno ſomnio in nocte præcedente ad diem expiationis, & nō auſus fuit introire in Sancta Sanctorum,ſed cōſtitutus fuit alius ſtatim in ſummum ſacerdotem, qui introiuit ipſa die illuc; id tamen quod licebat ſimul ſummo ſacerdoti,& minoribus,licebat abſente ſummo. Et ſic erat de introitu in Sancta Sanctorum ad operiendum Arcam, & deponendum velum,Num.4.cap. ergo licebat illuc ſacerdotibus minoribus introire,non introeunte ſacerdote magno;licet ergo ille fuiſſet immundus,potuiſſent moueri caſtra. Secundò poterat dici, quòd non ſolum introibant minores ſacerdotes, ſed etiam ſummus ad operiendum Arcam non obſtantibus legibus immunditiarum,quia lex immunditiæ, & purificationis non ſeruabatur in deſerto; & patet hoc Primò, quia circumciſio erat in Iudæis maximè neceſſaria, quia data fuit ante legem, & in fœdus inter Deum & Iudæos, Gen.17.cap.Et fuit datum mandatum illud obſeruandum ſub pœna mortis, eod. cap. & tamen non ſeruatum fuit in deſerto, quia nemo eorum qui nati ſunt in deſerto per quadraginta annos, quibus ibi manſerunt Iudæi,circumciſus fuit: ſed circumcidit Ioſue poſtea omnes Iordane tranſmiſſo in Galgala,Ioſue 5.cap.ergo à fortiori cæremoniæ obſeruationis immunditiarum & purificationis, quæ erant de minimis præceptis, non obſeruarentur; & ſic non obſtante immunditia, liceret ſacerdoti introire in Sanctuarium, quia illa immunditia non iudicaretur immunditia, quia non tenebantur tunc Iudæi ad obſeruationem illius. Secundò patet:quia Moyſes oſtendit, quòd lex data à Deo non obligat ad obſeruationem, quamdiu manebant Iudæi in deſerto, vſquequo tranſirent Iordanem. & ſic quicquid facerent, non imputaretur eis in malum. Nam dicitur Deuteronom.12. cap. non facietis ibi,id eſt,in terra Chanaan,quæ nos hic facimus hodie,ſinguli quod ſibi rectum videtur. Neque enim vſque in præſens tempus veniſtis ad requiem quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis. Tranſibitis Iordanem, & habitabitis in terra, quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis &c.q.d. vos manētes hic in deſerto, non obſeruatis hic legem, ſed quiſque facit quod ſibi placet: quia nondum veniſtis in terram quam eſtis habituri.poſtquam autem illuc veneritis tranſito Iordane,obſeruabitis legem, & non facietis, ſicut nos hic facimus. Et iſta fuit cauſa quare Ioſue ſucceſſor Moyſi quamdiu manſit citra Iordanem,non compulit Iudæos ad obſeruādam legem: ſtatim autem,vt Iordanem tranſierunt,ſ.in Galgala, quæ fuit prima manſio, circumcidit omnes qui non erant circumciſi,incipiens in hoc ſeruare legem. Et ita videtur, ꝙ quamdiu in deſerto manebant, non obligabantur Iudæi ad legem purificationis,& immunditiarum, & ita licuiſſet Aaron intrare Sanctuarium,licet incidiſſet in immunditiam. Sed obiicietur, ꝙ leges de immunditia, & purificatione ſeruabantur in deſerto: quia quando mortui ſunt Nadab,& Abiu,in monte Synai, iuſſit Deus Aaron patri eorum ſummo ſacerdoti, & Eleazar atque Ithamar fratribus ipſorum,ne plangerent illos ſupra 9.cap. & ita iuſſit cauere immunditiam ſuper mortuo. Etiam patet ꝙ ſeruaretur lex purificationis:quia Numer.19. cap. iuſſit immolari vitulam ruſam per Eleazarū ſacerdotem, & cremari, vt cineres illius eſſent ad purgandum pollutos ſuper mortuo. Aliquis poſſet dicere,ꝙ non ſeruabantur cæremoniæ immunditiæ, & purificationis, & quod dicitur de Aaron, & filiis eius,fuit caſus ſpecialis,quia in toto deſerto non fuit ſeruata lex de ſacrificiis, niſi in mōte Synai,

Lex immūditia non ſeruabatur in deſerto.

F eo tempore,quo conſecrati fuerunt Sacerdotes: ante hoc autem, non fuerant facta ſacrificia, neque poſtea fuerunt facta in toto deſerto, & ideo cum fierent tunc in monte Synai, ſicut iterū debebant in terra promiſſionis, debebat ſeruari tota lex purificationis,& immunditiarum, ſicut in terra promiſſionis: cum tota immūditia cæremonialis Iudæorum ſeruaretur propter acceſſum ad Sanctuarium, vt patet ſupra 15.c.maximè autem eſſe debuit hoc in Aaron & filiis eius,qui tunc erant actualiter intra Sanctuariū,& cōſecrabantur in Sacerdotes: ideo debuerunt obſeruare, ne contaminarentur ſuper mortuo. Sed an poſtea ſic fuerit,non apparet. Similiter & populus ſeruauit ibi legem, quia fecerunt Phaſe quartadecima die primi menſis ad veſperum,iuxta omnes cæremonias eius. Numer.9.cap.& tamen poſtea in toto deſerto nūquam celebrauerūt Pha-
G ſe: & ideo propter illa non viget. Ad ſecūdum diceret aliquis,ꝙ purificatio contaminatorum ſuper mortuo, fiebat per aquas luſtrationis:& tamen illæ non fuerunt in deſerto.& ita non ſeruabatur ibi iſta purificatio. Et de vitula ruſa dicetur fortaſſis,ꝙ Deus iuſſit eam cōburi, non ꝙ in deſerto combuſta ſit, ſed ꝙ dedit ibi præceptum quod ſeruandum eſſet in terra Chanaan. Sed dicendum,ꝙ neque iſta ſtant.Pro quorum veritate conſiderandum,ꝙ lex data à Deo in deſerto per Moyſen,non obligauit Iudæos ad obſeruandum eam in deſerto, ſed cum tranſirent Iordanem, & manerent in terra promiſſa, vt patet Deut.12. cap.lex tamen non continet niſi præcepta. Erant autem præcepta triplicia. ſ.Moralia, Iudicialia, Cæremonialia. De Moralibus dicendum, ꝙ obligauerunt Iudæos in deſerto æqualiter,vt in terra promiſſionis, & obſeruata ſunt
H ab eis: & hoc ſiue accipiatur de Decalogo præceptorum, ſiue de omnibus aliis præceptis Moralibus, ſiue traditis Iudæis per Moyſen,ſiue non traditis:nam preter Decalogum,qui erat de præceptis moralibus, dedit Deus multa alia moralia,quæ habentur ſupra 18.& 19.& præcedenti cap.& tam iſta quam illa, quæ non fuerunt vnquam eis tradita obligabant Iudæos in deſerto; & patet hoc: quia iſta præcepta ſunt de iure naturæ, & obligabant etiam ſi non data fuiſſent. vnde quādo Iudæi exirent de Ægypto, erant obligati ad Decalogum licet nondū datus erat, quia in monte Synai fuit datus. De his præceptis non eſt dubium, ꝙ in deſerto obligauerunt; & ob hoc quidam,qui blaſphemauit nomē Domini in deſerto,iuſſus eſt lapidari infra 24.c.& blaſphemia eſt contra præcepta Decalogi. etiam obſeruatio Sabbati erat mādatum Decalogi,& ob-
I ſeruabatur in deſerto, vnde quidam qui colligebat ligna in Sabbato lapidatus eſt. Num.15.cap. Alia erant præcepta Iudicialia; & de his dicendum eſt, ꝙ in deſerto obligabant, & obſeruabantur:quia iudicialia non dirigūt hominem in Deum,ſed hominem in proximum:& quia vtilitas,& bonus ſtatus hominum inter ſe, vbique ſeruandus erat,ſeruabantur in deſerto iudicialia præcepta,vt de furto,& violatione,atque ſeductione virginum, & occiſione maleficorum, & aliis: nam ſi quis ibi adulterium committeretur lapidandus erat,vt præcedenti c.& ſi quis virginem non deſpōſatam ſeduceret,atque cognoſceret, dotabat eam,& habebat in vxorem,Exod.22.& ſi puella accepta in vxorem in deſerto, non inueniebatur virgo, lapidaretur, Deut.22.cap. iſta.n.vbique ſeruabātur ſicut Moralia,quia non determinabant locum: ſed in hoc differe-
K bant,quia Moralia ſunt de iure naturæ,ideo ſemper obligabant,etiam antequam darentur: Iudicialia autem ſunt poſitiua,ideo nunquam obligauerūt quouſque data ſunt. Alia erant præcepta cæremonialia, & iſta dirigunt hominem in Deum quantum ad cultum eius: cultus verò Dei præcipuè conſiſtebat in ſacrificiis, & in his, quæ in templo fiebant: cetera autem pertinebant ad faciendum hominem aptum ad accedendum ad Sanctuarium, & exercendum ſacra; & iſtæ erant cæremoniæ cauendi immunditias, & modi purificationum. Iſta præcepta non obligabant in deſerto, neque fuerunt ibi obſeruata; & hoc eſt propriè quod dixit Moyſes Deuteron.12.capite. Non facietis ibi quod nos hic facimus, ſinguli quod ſi rectum videtur. Neque enim vſque in præſens tempus veniſtis ad requiem. quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis. & deinde dicitur, quod quando tranſirent Iordanem conſer-

Triplicia erāt præcepta.

conferrent omnia holocauſta, & hoſtias ad locum, quem A Dominus eligeret, vt poneret nomen ſuum in eo, & ſic innuit, ꝙ illud intelligitur de ſacrificiis, quæ certo modo & in loco certo fieri deberent, & conſequenter de omnibus aliis cęremoniis, quæ cóſequebantur ad ſacrificia, & non fiebat obſeruatio horũ in deſerto, quia non habebant domũ Sanctuarij manentem, quod tamen requirebantur ad cæremonias ſacrificiorum. Et etiam requirebantur ad ſacrificia multa animalia, & vinum, & oleum, & ſal, & tus, & farina, quæ erant libamenta ſacrificiorum, Num. 15. c. Sed hæc non poterant habere Iudæi in deſerto, cum eſſet illa terra, quæ nullos cibos daret, neq; ſeri poſſet, neque arari, Numer. 20. c. & erat terra, in qua non habitabãt homines, à quibus hæc emere poſſent; nam neque tranſitus hominum erat per loca illa, Ierem. 2. cap. & ob hoc Deus dedit Iudæis Manna in deſerto in cibum, quia nullũ ci- B bum humanitus ibi habere poterant, Exo. 16. & Deut. 8. c. & ita propter has duas cauſas non poterant Hebræi obſeruare cęremonias ſacrificiorum in deſerto; Cum autem eſſent in terra promiſſionis, ceſſabant iſtæ duæ cauſæ, ideo poterant tũc facere omnes cæremonias ſacrificiorum. De prima patet: quia ibi poterat collocari Sanctuarium Domini mobiliter in aliquo loco; & non erat timor de quotidiana, aut incerta mutatione ad motum nubis, ſicut in deſerto: ideo poterant ſecurè fieri cęremoniæ ſacrificiorum; & iſtam cauſam præcipuè tetigit Moyſes Deuter. 12. cap. dicens, quòd nondum venerant ad requiem, quam daturus erat Deus. ibi. ſ. in loco quẽ Deus elegiſſet, vt maneret nomen eius in eo. i. firmiter ſtaret, poterãt, & debebant omnes cęremoniæ fieri. De ſecundo patet: quia terra Chanaan ſiue promiſſionis, quæ erat terra fertilis in om- C nibus terræ naſcentibus, abundãter gignebat omnia, quæ pertinebant ad ſacrificia, & libamina eorum: ideo poterãt ibi conuenienter omnia haberi, vt fierent ſacrificia. In deſerto autem, propter duas cauſas iam nominatas non poterant fieri ſacrificia, ideo non obligabãt, neque vnquam facta ſunt niſi in monte Synai in conſecratione Sacerdotum; & fuit hoc conueniens, quia ibi nouiter data fuit lex, & ibi fabricatum eſt Sanctuarium, & conſtituti ſunt ſacerdotes, ideo debuit dari aliquod initium obſeruationis legis, vnde fuit conſecratum Sanctuarium; in cuius conſecratione, vel ſanctificatione, obtulerũt omnes Principes tribuum ſacrificia, & dona, Num. 7. c. Et etiam conſecrati ſunt tunc ſacerdotes per dies ſeptem, & die octaua miniſtrauerunt, & oblata ſunt ibi ſacrificia, ſupra 8. & 9. cap. populuſq; ſeruauit cęremonias legis quia obtulit pro ſe ſa- D crificia, ſupra 9. & etiam ſeruauerũt Phaſe die quarta decima menſis primi, cum omnibus ſuis cęremoniis Num. 9. Ad ſacrificia autem conſequuntur cęremoniæ munditiæ, & purificationum; ideo dicendum, ꝙ cum populus ſeruauit legem ſacrificiorum, & Phaſe in monte Synai, ſeruauit quoque cęremonias mũditiæ, & purificationis requiſitæ ad hæc. Et in vtriſque apparet: nã Sacerdotes, quia tũc cum conſecrabantur erãt in Sanctuario, & offerebant ſacrificia iuſſi ſunt cauere immũditiam ſuper mortuo, & ꝙ non ſepelirent, neque plangerent Nadab, & Abiu occiſos à Deo ſupra 10. cap. ſed ꝙ alii eos ſepelirẽt; populus quoque inquantum celebrauit Phaſe quod requirit munditiam in manducantibus, habuit munditiam: & ideo quidam qui dixerunt ſe immundos ex tactu cadaueris, prohibiti ſunt manducare Phaſe cum aliis, ſed iuſſum eſt, ꝙ E manducarent ſequenti menſe Num. 9. cap. In deſerto autem Synai ſicut fuit conueniens iſta fieri, ita fuit aptitudo ad hoc, quia ibi potuerũt Iſraelitæ habere vinum, & ſimilam, & oleũ, & neceſſaria ad ſacrificia de terra Madian, de qua tũc venerat Ietro Socer Moyſis Sacerdos Madian. nam venit ad Moyſen cum eſſet populus iuxta montem Synai, Exod. 18. cap. eſt enim mons ille iuxta terram Madian; nam Moyſes quando paſcebat gregem Ietro ſoceri ſui, paſcebat illum in monte Synai, & ibi apparuit ei Deus in rubo, Exod. 3. cap. ideo cum eſſet nunc Ietro amicus Iudæorum, poterat facere portari de terra Madian neceſſaria ad iſta ſacrificia; poſtea autem cum mota ſunt caſtra de loco illo, & non haberent Iudęi neceſſaria ad facienda ſacrificia, ideo neque obtulerunt. Ex hoc autem ſequetur, ꝙ cum in alio toto tempore, quo fuerunt in de-

Libamenta ſacrificiorum.

ſerto, non fecerunt ſacrificia, ꝙ etiam non ſeruarẽt aliqua alia cęremonialia, cum omnia præcepta cæremonialia ordinentur ad ſacrificia, & reliquum cultum, qui fiebat in templo; ex quo etiã apparet, ꝙ generaliter quamdiu manebant Iudæi in deſerto, non obligabãtur ad obſeruationes aliquorum cęremonialium præceptorum: & quia cæmoniæ munditiæ & purificationum ad ſacrificia principaliter pertinebant, cum ad ea diſponerent, & ſunt de purè cæremonialibus, non obligabãt tũc Iudæos. Et hoc verum eſt, ꝙ generaliter liberi erant ab omni obſeruatione cæremonialium, niſi Deus ſpecialiter aliqua de illis mãdaſſet expreſsè cuſtodiri in deſerto. Et de his fuerunt aliqua ſpecialiter circa munditiam, & purificationes; nam lex iubebat vitari omnem immunditiam tam naturalem, quam legalem; & quando ſeruabatur lex quãtum ad cæremonialia, omnis hæc immunditia cauẽda erat, & quando accideret, purificandus erat qui eſſet immundus. De his iuſſit Deus ſeruari aliquid in deſerto. ſ. caueri à leproſis, & fluentibus ſemine, & immundis ſuper mortuo; nam hos Deus iubebat eiici de caſtris. Sic patet de lepra Numer. 12. cap. quando Maria ſoror Moyſis facta eſt leproſa per ſeptem dies: nam illis ſeptem diebus iubente Domino de caſtris excluſa eſt, & manſit ibi quouſque ſanitati reddita fuit. & de omnibus tribus patet Num. 5. cap. ſ. Locutus eſt Dominus ad Moyſen: Præcipe filiis Iſrael vt eiiciant de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit, pollutuſq; eſt ſuper mortuo; tam maſculum quam feminam eiicite de caſtris, ne contaminẽt ea cum habitauerint vobiſcum, & ſequitur: Feceruntq; filij Iſrael quod locutus eſt Dominus Moyſi: Erat autem intentio Dei, ꝙ Iſraelitæ cauerent naturalem immũditiam, potiſſime morbum infectiuum, qualis eſt lepra, ideo iſtos iuſſit eijci de caſtris, etiam in deſerto, quia ibi potius inficere poterant ceteros quàm cum habitarẽt in vrbibus ibi enim erat maior conuerſatio hominum quàm in vrbibus. Eadem ratio erat de fluentibus ſemine, quia eſt morbus iſte infectiuus, & idem de muliere fluente ſanguine extra tempora mẽſtruorum intelligitur, quia illud eſt, vt fluxus ſeminis in viro, ſupra, 15. cap. & iſte expellebantur de caſtris, ſicut patet de muliere fluente ſanguine, quam Chriſtus ſanauit Luc. 8. cap. & iſtæ ſunt naturales immũditiæ: ideo etiam non exiſtente obſeruatione aliqua cæremonialia cauerentur hic; ſed pollutos ſuper mortuo eiici de caſtris, pertinebat purè ad cęremonialia, quia plangendo mortuum, & intrando domum eius, non incurrebatur aliqua immunditia naturalis, aut vera; ſed ſolum ſecundum opinionem, & tamen, quia reputabatur magna apud antiquos, iuſſit Deus pro hac eiici de caſtris pollutos, ſicut pro immunditia verã & naturali. Et ex hoc poteſt dici ad id quod ſupra tangebatur, an vitula rufa, quam Deus iuſſit cremari ad cineres purificationis, Num. 19. fuerit in deſerto cremata, vel ſolum fuerit datum in doctrina pro poſteris. Et dicendum, quod illa fuit cremata in deſerto; & patet. Primò, quia eodem cap. deſignatur perſona quæ cremendam vaccam deberet immolare. ſ. Eleazarus filius Aaron, & ille erat in deſerto, ergo tunc cremata eſt vacca. Secundò patet: quia eod. cap. dicitur, quòd contaminati ſuper mortuo non poſſent aliter purificari, niſi die tertio, & ſeptimo aſpergerentur aqua illa cum cineribus mixta: & tamen in deſerto erat illa immunditia, & qui ſic polluti erant, eiiciebantur de caſtris, Num. 5. cap. ergo neceſſaria erat tũc purificatio ab illa immũditia, quæ fiebat per cineres vitulæ rufæ: & ita illa occideretur tunc; & quando expenſi eſſent omnes cineres eius in commixtione aquarum luſtrationis, occidebatur ſimiliter alia vitula rufa, vt duraret ſemper iſte ritus, ſicut dicitur eodem cap. Sed de aliis immunditiis non apparet, an abſtinebant Iudæi ab illis, & an purificationes fiebant de illis in deſerto. Et ſatis videtur dicendum, quòd non: quia iſtæ diſponebant hominem ad facienda, vel offerenda ſacrificia, & accedendum ad Sanctuarium pro his; Sed in deſerto non fiebant hæc, ergo nec erat ibi obſeruatio harum immunditiarum, & purificationum. Et ex hoc patet reſponſio, ad id propter quod omnia hęc introducta ſunt, ſcilicet, an deberet ſummus ſacerdos in deſerto magis cauere immunditiã quam alio tempore. Et dicendum eſt, quòd immũditiam ſuper

Tres immũdos de caſtris eijci iubebat Dns.

mortuo cauere debebat propter duo, Primò, quia iſta du-
rabat in deſerto, ſicut oſtenſum eſt. Secūdò, quia ei ſpecia-
liter vetitum erat; & iſta erat cauſa præcipua: nam pecca-
tum erat Summo ſacerdoti pollui in aliquo mortuo, quia
ei vetitū erat: populares aūt licet polluerentur in mortuis,
non peccabant, imò interdū merebātur, quia eis non erat
vetita contaminatio in mortuis, ſed ſolum, ꝙ quando eſ-
ſent polluti, non accederent ad ſacra, & etiam manerent
extra caſtra. Alias tamen immunditias non tenebatur vi-
tare ſummus ſacerdos in deſerto, quia non manebant in
deſerto, vt dictum fuit ſupra; & ita magis teneretur ſum-
mus ſacerdos vitare immunditias dum eſſet in terra pro-
miſſionis, quam cum eſſet in deſerto: quia plures immun-
ditiæ erant in terra promiſſionis requirentes purificatio-
nem, quam in deſerto. Sed dicēdum, ēt ſi omnes immun-
ditiæ, & purificationes, quæ erant in lege ſeruandæ fuiſ-
ſent in deſerto, ſicut in terra promiſſionis, adhuc magis
neceſſarium fuiſſet ſacerdoti ſummo cauere immūditiam
in terra promiſſionis, quam in deſerto. Et fundamentum
aſſerentium contrarium falſum eſt: putabant enim, quòd
non poſſet deponi Tabernaculum, & moueri caſtra, niſi
ſacerdos illuc introiret, & tamen hoc falſum eſt, quia ſa-
cerdotes minores poterant intrare non introeunte ſacer-
dote Magno, vt dictum eſt; & non fuit neceſſarium in to-
to tempore quadraginta annorum, quo fuerunt Iſraelitæ
in deſerto, quòd intraret ſummus ſacerdos in Sanctua-
rium, quia nulla cæremonia tunc facienda fuit, quæ non
poſſet fieri per ſacerdotes minores, & tamen quando erat
in terra promiſſionis, quolibet anno ſemel intraturus erat
ſummus ſacerdos in Sancta Sanctorum, & non poterat
hoc ſuppleri per ſacerdotes minores, ſupra 16. & ad Heb.
9. cap. vt dictum fuit ſupra; ergo maior neceſſitas ei erat
abſtinendi ab immunditiis in terra promiſſionis. Niſi for-
te dicatur, ꝙ etiam in deſerto quolibet anno introibat ſa-
cerdos ſummus in Sancta Sanctorum ſemel in anno die
expiationis: quia tunc deberet eſſe mūdus; ſed falſum eſt,
quia nunquam in deſerto celebratum eſt iſtud feſtū, cum
illud conſiſteret in ſacrificiis quibuſdam, ſupra 16. cap. &
nunquam fuerūt facta ſacrificia in deſerto niſi ſemel tan-
tum, cum erant in monte Synai, vt dictum eſt: & nō acci-
dit tunc eſſe diem propitiationis, quia ille dies erat dies
decimus menſis ſeptimi, vt patet infra 23. cap. & Numer.
29. c. & tamen ſacrificia in monte Synai facta ſunt circa
principium anni, ſcilicet 1. vel 2. menſe, vt oſtenſum eſt
ſupra 9. capite, in principio: nam die viceſimo menſis ſe-
cundi, mota fuerunt caſtra de monte Synai, Numer. 10.
cap. ſed de hoc, quod ſupra dicebatur an obſeruarentur
in deſerto omnes immunditiæ, & purificationes, ſicut in
terra promiſſionis, poterit aliquis aſſerere, quòd ſic; & li-
cet ſit rationabilius, quòd non, ſicut dictum eſt, ſi quis ta-
men contendat, nō eſt inſiſtendum. Satis tamen dicemus,
ꝙ purificatio ab immunditia in pollutione nocturna, ob-
ſeruabatur in deſerto: quia qui erat ſic pollutus, iubeba-
tur diluculo exire caſtra, & non reuerti ad illa vſque poſt
Solis occaſum, Deuter. 23. cap. & hoc in deſerto obſerua-
batur. *Nec egredietur de ſanctis*, id eſt, non egredietur de
Sanctuario ad plangendum aliquem mortuum. Sic dici-
tur ſupra 10. capite, cum loqueretur Moyſes Aaron, & fi-
liis eius in morte Nadab, & Abiu, ſcilicet, fratres veſtri, &
omnis Iſrael plangant incendium, quod Dominus ſuſci-
tauit: vos autem non egrediemini fores Tabernaculi,
alioquin peribitis.

*An Sacerdotes cogerentur manere in Sanctuario quando ali-
qui moriebantur, & quomodo manebant ibi toto tempore
miniſtrationis ſuæ, non venientes ad vxores. Quæſt. XXI.*

SED in hoc ſciendum eſt, quòd ſacerdotes non debe-
bant ſemper manere in loco ſancto, cum aliquis mo-
reretur: nam ſic omni tempore obligati fuiſſent manere
in Sanctuario, quod eſt falſum: quoniam ſolum mane-
bant ibi quouſque explerent miniſteria; deinde redibant
ad domos ſuas, & familias. Nec valet ſi obiicias, quòd
Aaron, & filii eius erant in Sanctuario eo tempore quo
mortui ſunt Nadab, & Abiu, & mandauit Moyſes ne in-
de egrederentur. nam tunc erat tempus cōſecrationis eo-

F rum, ideo non debebant exire toto illo tempore, vt habe-
tur ſupra cap. 8. in fi. aliàs tamen ſacerdotibus licebat eſ-
ſe in domibus ſuis. Nec eſt ſenſus ꝙ quandocumque ali-
quis moreretur, ſacerdos Magnus veniret ad Sanctuariū:
ſed eſt ſenſus, quòd ſacerdos Magnus, vel alij, ſi eſſent in
Sanctuario, eo tempore quo aliquis moreretur, non de-
berent inde egredi ad plangendum, maximè de ſacerdote
Magno, cui nunquam licebat ire ad aliquem mortuum.
In ſacerdotibus autem minoribus, ſi eſſent in Sanctuario,
& moreretur aliquis de ſex perſonis ſupra poſitis, egredi
licebat ad officia funeris: ſi autem non eſſet de illis, non
licebat egredi. Et ponitur de iſta egreſſione, quoniam
ſacerdotes minores manebant in Sanctuario, non diuer-
tentes in domos ſuas eo tempore, quo accidebat eis vt mi-
niſtrarent, & hoc, ne accederet Sacerdos ad vxorem, vel
G ad alia negocia profana declinaret. Sic habetur Lucæ
cap. 1. vbi dicitur de Zacharia patre Beati Ioannis Bapti-
ſtæ ꝙ miniſtrauiſſet in templo ſecundum ſortem ſuam,
in diebus quibus miniſtraturus eſſet, & poſtea ſequitur:
Et factum eſt vbi impleti ſūt dies officij eius, abiit in do-
mum ſuam, q. d. ꝙ tempore illo quo miniſtrabat, non li-
cebat ei egredi de Sanctuario. Quomodo autem habere
ſe poſſent ſacerdotes in cibis, & potibus, ceteriſq; neceſ-
ſitatibus humanis conuenienter, non egrediendo de San-
ctuario, dictum fuit ſupra 7. cap. *Ne polluat Sanctuarium
Domini*, id eſt, non egredietur ſacerdos de Sanctuario ad
plangendum aliquem mortuum, quoniam tunc pollueret
Sanctuarium; quod fiebat hoc modo: ſacerdos, qui egre-
diebatur de Sanctuario ad plangendum mortuum, plan-
gendo polluitur, & poſtea ſi pollutus ad Sāctuarium ac-
H cedebat, polluebatur Sanctuarium: ſic enim erat de om-
nibus, qui polluti accedebant ad Sanctuarium, ꝙ pollue-
rent illud, vt habetur Numer. 19. cap. Vel dicitur aliter
polluere Sanctuarium ſacerdos, qui egrediebatur de illo,
ſolum inquantum egrediebatur, etiam ſi non rediret pol-
lutus ad Sanctuarium; & dicitur polluere Sanctuarium,
quia cum iubeatur ne egrederetur de Sanctuario, & ipſe
egrediebatur, contemnebat illud tanquam pollutū: nam
ſi exiſtimaſſet illud tanquam aliquid reuerendum, non
egreſſus fuiſſet illud poſt factum inhibitionem. Similis
modus accipiendi habetur ſupra 19. cap. cum dicitur, ꝙ
ille, qui dedit de ſemine ſuo Idolo Moloch, contamina-
uit Sanctuarium Dei, & polluit nomen eius: at non pote-
rat ibi intelligi contaminari Sanctuarium, quaſi applica-
retur aliquid immundum Sanctuario, quoniam non fie-
I bat ſacrificium Idolo Moloch intra Sanctuarium Dei:
quia tamen debebat immolare id, quod erat immolabile
in Sanctuario, & non immolauit, ſed magis conſecrauit
de ſemine ſuo Idolo Moloch, quod erat ſacrificium non
pertinens ad Sanctuarium, dicebatur polluere Sanctua-
rium, id eſt, polluere vel contemnere, aut pollutum iu-
dicare. Sed primus ſenſus magis videtur applicari ad
litteram, ſcilicet, ne polluat Sanctuarium, id eſt, ne cum
ipſe redierit pollutus de planctu mortuorum, contaminet
Sanctuarium per acceſſum ſuum. *Quia oleum ſanctæ vn-
ctionis Dei ſui ſuper eum eſt.* Hic redditur cauſa ſuperio-
rum, quare ſacerdos Magnus non egrediebatur ad mor-
tuum aliquem; & dicitur hoc eſſe: quia oleum ſanctæ vn-
ctionis eſt ſuper eum. Sic etiam dicebatur ſupra 10. cap.
Fratres veſtri, & omnis domus Iſrael plangant incēdium
K quod Dominus ſuſcitauit: vos autem non egrediemini fo-
res Tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe ſanctæ
vnctionis eſt ſuper vos.

Summus Sacerdos quare nō egrediebatur ad aliquem mortuū.

Hoc autem poteſt intelligi dupliciter, ſecundum quòd
oleum vnctionis ſumebatur dupliciter; Vno modo oleum
non mixtum, & illud fundebatur ſuper caput ſummi ſa-
cerdotis ſolius, vt habetur ſupra 8. capite.

Alio modo accipitur oleum vnctionis prout eſt mix-
tum cum ſanguine arietis, de quo fiebat cōſecratio, vt ha-
betur Exod. 29. & ſupra, 8. capite; & iſtud oleum funde-
batur aſpergendo ſuper ſacerdotem Magnum, & veſtes
eius, & ſuper ſacerdotes minores, & veſtes eorum, vt patet
in præallegatis capitibus; id aūt quod habetur ſupra 10. c.
ſcilicet: Oleum quippe ſanctę vnctionis, ſuper vos eſt, non
pōt intelligi ibi de oleo vnctionis primo modo ſumpto,
quia quamuis illud eſſet ſuper Aaron: tamen non erat ſu-

per filios eius; ſed Moyſes ad omnes locutus eſt, dicens: A oleum vnctionis eſt ſuper vos. ergo non poteſt intelligi de primo, ſed de ſecundo oleo, quod erat commixtum ſanguini arietis; & eſt commune Sacerdotibus minoribus, & maioribus.

De quo oleo intelligatur hic. Et quomodo quoddam erat mixtum ſanguine & quomodo non. Quæſt. XXII.

QVÆRET autem aliquis de quo oleo intelligatur hic? Et fortè dicet aliquis, ꝙ de oleo mixto ſanguini, qm̃ pro eodem oleo effuſo aſpergendo ſuper Sacerdotes, datum fuit tale præceptum, quale hic, vt habetur ſupra 10. cap. cum mandauit Moyſes Aaron, & filiis eius vt capita nõ nudarent, nec ſcinderent veſtes, nec egrederentur de Sanctuario ad plangendum, qm̃ oleum ſanctæ vnctionis erat ſuper eos. Idem autem præceptum B erat hic; ergo ſufficit eadem olei effuſio, vel aſperſio. Reſpondendum eſt, ꝙ non poteſt intelligi niſi de vnctione primo modo, quoniam hic agitur de ſummo Sacerdote, & obſeruationibus eius: ideo debet poni pro cauſa iſtarũ obſeruationum vnctionis, quæ pertinebat ad ſummũ Sacerdotem. Iſta autem eſt vnctio in oleo primo modo dicto, ſ. pro oleo quod non eſt mixtum, maximè quoniam non ſufficit vnctio olei mixti cum ſanguine ad ea, quę hic iubentur. Nam illa erat communis ſummo Sacerdoti, & minoribus, ideo non poterat eſſe cauſam plurium, quàm eorum, quæ Sacerdotibus minoribus conueniebant: erat autem hoc minorum Sacerdotum, vt non pollucrentur in aliquo mortuo niſi in ſex generibus perſonarum, vt patet ſupra; Si igitur de oleo quod aſpergebatur ſuper eos, fieret hic ſermo, non poſſet conuenienter reddi ratio ad ea, C quæ hic iubentur, ſ. vt ſummus Sacerdos ad nullum mortuum egrederetur, ſed liceret ei egredi ad ſex genera perſonarum, de quibus ſupra dicitur. Eſt ergo intelligendum hic de oleo non mixto, quod effundebatur ſuper caput ſolius ſummi Sacerdotis, & tunc conuenienter ponitur littera iſta, ſ. quòd ſicut in ſacerdote ſummo erat ſpecialis vnctio, quæ non erat in aliquo aliorũ Sacerdotum, per quam ſpecialius applicabatur ad Deum, ita in eo eſſet ſpecialis lex de contaminatione vitanda, hoc eſt, vt non concederetur ei plangere aliquem mortuum, aliis autem Sacerdotibus permitteretur plangere ſex perſonas; vnde dicitur: *Quia oleum ſanctæ vnctionis*. i. oleum ad vngẽdum ſine aliqua mixtione ſanguinis arietini. *Dei ſui*. i. ꝙ iſta vnctio erat à Deo ſuo, quia ipſe iubebat eam fieri, vel erat Dei ſui, vt per eam Sacerdos applicaretur ad Deum, vel determinat D iſte genitiuus oleum, ſ. quod oleum vnctionis erat Dei, quia non erat oleum vulgare quod in cibum ſumitur, ſed erat factum per multas confectiones aromaticarũ rerum ſpecialiter determinatum ad vſus Dei in rebus ſacris, vt habetur Exodi 30. capite, cum dicitur: Hoc oleum vnctionis ſanctum erit mihi in generationes veſtras: Patet etiam magis, quòd iſtud oleum erat Dei, quia iubebat, vt nullus homo conficeret illud, vel vteretur eo, præterquã in vſus Sanctuarij, qui erant vſus Dei, vt patet eod. cap. *Super eum eſt*. i. iſtud oleum erat ſuper ipſum Sacerdotem, ſ. in capite eius, quia in conſecratione eius effuſum erat ſuper caput ipſius, ita vt flueret ad barbam & veſtes, vt habetur ſupra, 8. cap. & Pſalm. 132. *Ego Dominus*. i. ego ſum Deus, qui iubeo vobis iſta facere: ideo facere obligamini. *Virginem ducet vxorem*. Supra poſuerat Legiſlator munditiam Sacer- E dotis Summi, cauendo immunditias, quæ ſunt in plãgendo alicuius mortem. Hic ponitur de vitanda immunditia, quæ eſt in ducendo vxorem: nam ſicut homo polluitur ex contactu rerum exteriorum, ita polluitur in contactu vilis vxoris: ideo ſicut cetera, quæ vilia ſunt Sacerdos Magnus vitare debebat: ita & vxorem vilem; nec ſolum propter ſe, ſed magis propter liberos inde genitos, quoniam ex vilibus feminis turpes proles generari ſolẽt. Quid autem efficaciæ habeat eſſe feminam bonam, vel malam, vt filij inde geniti boni, vel mali ſint, ſupra tactum eſt.

Conditiones, quas habere debebat vxor Summi Sacerdotis, & de vxoribus minorum Sacerdotum. Quæſt. XXIII.

PONIT, ergo hic conditiones, quas debet habere femina ducenda in vxorem à Sacerdote magno; & ponitur Primò, quòd deberet eſſe virgo, i. quòd haberetur tanquam virgo: nam etſi conſtitiſſet viro poſtquam accepiſſet eam, ꝙ ipſa non eſſet virgo, vtpote, quia ab alio cognita fuerat, & hoc non fuit publicatum, tamen poterat eam habere in vxorem ſi à principio vt virgo habebatur. Si vero noluiſſet eam tenere, accuſabat eam, ꝙ non fuerat virgo, ſicut accuſabant alij Iſraelitæ vxores ſuas, ſi non inueniſſent eas virgines ſecundum modũ, qui habetur Deuteron. 22. Si tamen fuiſſet alteri copulata in vxorem, & nunc eſſet vidua, vel ſi fuiſſet cognita ab aliquo, & hoc cõſtaret manifeſtè, non poterat eam ducere in vxorem: quoniam in hoc iam excedebat formam mandati. Iſta conditio, ſ. quòd femina eſſet virgo, requirebatur ſpecialiter in ea, quam eſſet ducturus in vxorẽ ſummus Sacerdos: nam Sacerdotes minores poterant accipere in vxores eas, quæ alios viros habuiſſent, & iam erant viduæ: vel ſi ab aliis cognitæ fuiſſent, etiam ſi non eſſent vxores eorum, dum tamen non eſſent meretrices, vel repudiatæ ab aliis viris. Summus autem Sacerdos non poterat aliquam accipere in vxorem niſi virgo eſſet, vel tanquam virgo haberetur. Hoc aũt quod eſt mulierem eſſe virginem quando accipitur in vxorem, poteſt eſſe propter tria, vel propter deſiderium hominum carnalium, vel propter bonum quoddã, & pacem coniugij, vel propter honeſtatem quãdam: propter vltimum autem horum accipiebatur vxor virgo à Sacerdote ſummo. Primum eſt deſiderium hominum viuentium ſecundum ſolam carnem; & in iſtis ſunt amatores virginum; harum. n. cõplexus, & carnales acceſſus ſuper omnia diligunt, ipſam veram felicitatem in illis eſſe putantes; vnde ardentiſſimo quodam amore feruntur in virgines, aliarum concubitus reſpuentes. de quarum carnalibus complexibus an aliquid habeant delectabile ſuper complexus aliarum feminarum, vel in ſola opinione hoc conſiſtat, aliqualiter dictum eſt Gen. 29. cap. & fuſius 38. cap. Deus autem nõ iuſſit propter hoc Sacerdotes magnos accipere vxores virgines, tãquam inde eis maior delectatio quàm ex aliis habenda eſſet. Deus enim de his non curat, quin potius iſta fugit, & ab iſtis nos diſtrahit, quoniam hoc modo incitaret homines ad felicitatẽ æſtimandam fore in his terrenis, & caducis, & ad proſequendum hæc apparentia bona: ſed hoc maximè repugnabat intentioni Dei ordinantis homines ad famulatum ſuum; quoniam famulatus Diuinus non habet aliquod bonum præſens, propter quod diligatur, ſed magis qui Deo famulantur, in ſpe futurorum bonorum ambulant: ideo homines ſi bona, quæ videntur, ſequi deſtinarent, ad famulatum Dei raro accederent, ſed potius ab eo fugerent, & elongarentur. Deus tñ potiſſimam partem famulatus ſui conſtituit in cultu Sacerdotum ſecundum ſtatum Veteris Teſtamenti. ergo ibi nõ debebat homines inducere, vt felicitatem ponerent in his caducis bonis, quæ videntur. Si autem eo modo, quo diximus, de virgine intellexiſſet, maximè incitaſſet homines ad ſequendum iſta momentanea bona, quanquam aliquando Deus loquens ad vulgares, iſta quæ non ſunt vera bona, ſed apud vulgares tanquam vera bona conſiderantur, commemoret ad cõparationem verorum bonorum: ſicut apparet Iſaiæ cap. 62. vbi dicit de virgine: Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui, & gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Dominus Deus tuus. Ecce qualiter cõparauit delectationem, quæ eſt virginis cum iuuene, & ſponſi cum ſponſa, ad delectationem noſtram, quæ erit cum Deo in felicitate, eo quòd vulgares exiſtimãt iſta eſſe magna bona: ſed ad hoc nihil Deus attendit. Secundò, propter hoc, quia quando femina virgo ducitur in vxorem, & non ab alio ducta eſt, bonum quoddam, & pax ſequitur in coniugio. Nam feminæ, quæ ab aliis ductæ fuerunt, & cum eis aliquo tempore manſerunt, ſunt eruditæ iuxta mores priorũ virorum, ideo cũ viri ſequentes eas ducere volunt ad conformitatẽ morum ſuorũ difficulter id aſſequi poſſunt, ex quo grauitas q̃dã, & difficultas cõhabitationis, atq; litigium inter virũ, & vxorem exoritur; quod malum graue eſt. Sed in coniugio maximum bonum eſt pax, & concordia animorum: ergo ducere feminam, quę alterius viri vxor fuit, ſatis graue eſt: niſi ipſa excellentem habeat probitatẽ. Cum vero femina ducitur in vxorem

Vxor virgo ꝓpter tria ſolet expeti.

Cum aliqua femina ducitur virgo, maior pax eſt in coniugio.

rem in virginitate, non habet hoc inconueniens: nam à nullo cognita eſt, nec alicuius moribus aſſueta, ideo facile eſt ad quodlibet eam trahi. Amplius etiam feminæ quæ ab aliis in vxores prius ductæ fuerunt, & poſterius in vxores ab aliis accipiuntur, non habent cor perfectum cum viris ſuis, eos integrè diligentes: nã ſi prior vir bonus fuerit, femina ſecundo viro alligata frequenter illius recordabitur, & quantum eum dilexerit, tantũ dilectioni præſentis viri ſubtrahit, quoniam potẽtia dilectiua finita eſt: fieret autem interdum, vt femina dulciter recordata prioris viri, in eius dilectionem tota feratur, vnde nihil præſentem virum diliget; potiſſimè autem hoc eueniet, ſi inter virum, & vxorem non ſit perfecta concordia: tũc enim femina tranſactæ vitæ quam cum priori viro habuit recordata, eum quem habet incipiet faſtidire, vnde nec vetus amor, nec cõcordia in eis erit; Fieret autem maximum in coniugio impedimentum, ſi femina prioris viri coram præſente recordetur, eius memoriam dulciter recolẽs: tũc enim fortiſſimus ſtimulus in animo viri infigeretur, per hoc exiſtimans ſe non perfectè amari, quoniam ſi perfectè amaretur ipſe ſolus in cogitatione, ipſe quoque ſolus in affectione feminæ eſſet. Cum verò alterius vitam tamquam delectabilem coram ſe recoli videt, ſe non amari exiſtimat, aut contemptum credit; vnde fortiſſima cordi eius inſurgit tribulatio, ſi vxorem amat, quoniam zelus eſt amor priuatus, nolens habere conſortium in amato, abominationis autem grauis cauſa ſi non diligit. Zelus namque non ſolum eſt ad eum, qui eſt, ſed etiam ad eum qui non eſt; qui enim zelum habet, ſingulariter diligi cupit, ſingularitas autem omnem aliam dilectionem excludit, quæ eſt ſecundum illud genus. Quantum ergo ad hoc, non videtur magis impediri ſingularitas amoris ad virum, ſi alium diligat, qui eſt, quàm ſi eum qui non eſt: nam ita ardenter amari poteſt qui non eſt, vt ad eum qui eſt, nulla amoris particula relinquatur. Differt tamen quantum ad id quod ex amore ſequi poteſt: nam ſi vxor alium ſuperſtitem amet, adulterium cõmittere poteſt: ſi verò defunctum nihil inde tale ſequitur directè, quamquam per accidẽs inferri poteſt, ſ. ex eo, quòd amat eum qui defunctus eſt, remiſſius viuentem, & præſentem diliget. Cũ verò minus dilexerit, facilius ad amãdum alium, cum quo adulteretur, inclinabitur. Grauius ergo eſt quantum ad hæc vxorem ducere, quæ ab alio in vxorem habita fuit, quàm quãtum ad alia: nam hoc modò niſi vxoris probitas ſuperexcreſcat, nullum bonũ matrimonio relinquetur. Si autem aliquis feminã ducat virginem in vxorẽ, nullius alterius recordabitur, nec viro ſuo recolet, quoniam à nullo alio cognita eſt, nec aliquando cum alio coniugalem vitam egit, vnde ſiue malum, ſiue bonum femina à viro patiatur, diſceſſus cauſam non habet, & diſcordiæ, ſicut ſi ab alio cognita foret, quem dulciter in memoriam reduceret, cum à præſenti affligeretur viro qualitercumque moleſtata. Melius ergo eſt quantum ad hoc, vxorem ducere virginem, quàm viduam, nec paruum bonum eſt, ſed excellens valde ſi prudenter attendatur. Ad hoc tamen Deus non attendit: nam ſi propter concordiam egiſſet, eodem modo in Sacerdotibus minoribus hoc iuſſiſſet; patet etiam, ꝙ non egerit propter hoc: nam hic ſolum vetatur immunditia, ergo iſtud præceptum ſolum conſiderandum eſt ex ea parte, qua aliquam munditiam, vel immunditiam habet; ſed quãtum ad hoc, quod eſt maiorem eſſe, vel minorem concordiam inter virum & vxorẽ, aut intenſius diligi, nulla munditia, vel immunditia conſideratur, ergo Deus non intendit hoc in præcepto ſuo. Tertium propter quod viri volũt habere in vxores mulieres virgines, eſt honeſtas quædam: nam videtur eſſe quoddam inhoneſtum, vel ſaltem minor honor, quòd aliquis aſſumat in vxorem eam, quæ ab alio cognita fuit. Cum verò primi amplexus ad eum pertinent, honor maior eſſe videtur; Hoc modo Deus iubebat, vt Sacerdotes magni acciperent in vxores eas, quæ ab aliis cognitæ non fuerant, ſ. virgines: nam ab alio cognita ab eo polluta eſſe videtur, quæ verò à nullo cognita eſt, honeſtior viro ſuo accedit: & quia in Summis ſacerdotibus maxima requiritur honeſtas, hoc etiã obſeruari debuit. In ſacerdotibus autem minoribus hoc non ſeruabatur: licebat namque eis

Maximũ i cõiugio impedimentum.

F accipere in vxores viduas, vel alias cognitas, dum tamen non eſſent meretrices, vel repudiatæ: & hoc quia non erat obſeruanda in eis tanta munditia, ſicut in ſacerdote magno. *Viduã autem & repudiatã.* Hic ponuntur conditiones aliæ pertinentes ad vxorem, quam ducere debebat Sacerdos magnus, ſ. quòd non ſit vidua, nec repudiata; & iſtæ non ſunt aliquid addentes ad priorem, nam ea quæ virgo eſt, nec repudiata eſt, nec vidua, cum tam vidua, quàm repudiata à viris cognitæ ſint.

Nec valet ſi obiicias aliquam feminam repudiari, quãdo eſſet deſponſata, antequam cognoſceretur carnaliter: nam tunc eſſet virgo, & repudiata, quoniam nemo poteſt repudiare feminam antequam eam accipiat, & teneat eam in ſua poteſtate per conſummationem nuptiarum, & ſic iam femina eſt carnaliter cognita; hoc apparet Deute-
G ronom. 24. cap. cum dicitur: Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: ſcribet libellum repudij, &c. oportet ergo, quòd prius eam haberet quã repudiaret, & hoc eſt cũ vir tenet vxorem in domo ſua poſt expletas nuptias, & ſic iam carnaliter cognita eſt. Si autem obiicias, ꝙ aliqua eſt vidua, & virgo: ſicut eſt de illa quæ deſponſata eſt; & ante copulã carnalẽ vir mortuus eſt: illa. n. iã caret viro, quoniã ille, cũ per verba de præſenti copulata erat, vir eius dicebatur, velut ſi eam carnaliter cognouiſſet.

Reſpondendum eſt, quòd quamquam femina deſponſata ſit per verba de præſenti, niſi à viro cognita ſit, non vocabitur vidua moriẽte viro: nã ſm vſum Latinitatis vidua dicitur, quæ à viro diuiſa eſt. Illa vero quæ viro nunquam coniuncta fuit, vidua dici non poterit, cuiuſmodi
H eſt illa, quæ antequam cognoſceretur carnaliter, ſponſum perdidit. Sed adhuc obiicies, ꝙ aliqua mulier poteſt eſſe verè vidua, vel repudiata: & tamen, quòd virgo ſit, ſicut ſi aliqua expleuerit ſollemnitatem nuptiarũ cum viro ſuo, & manſerit cum eo aliquo tempore, & tamen vir carnaliter non cognouerit eam, aut quia noluit, aut quia nequiuit, ſicut interdum accidere ſolet.

An poſſit eſſe aliqua vidua, & virgo.

Reſpondendum eſt, ꝙ tales feminæ, ſecũdum ius præſumuntur eſſe cognitæ à viro, quia tanto tempore in eius poteſtate matrimonialiter permanſerunt: ideo tanquam verè cognitæ à viro uiduæ iudicantur, & ſi fortè probaretur manifeſtis argumentis, ꝙ femina uirgo erat, quãquam habita fuiſſet in uxorem, adhuc non debebat accipi à Sacerdote magno matrimonialiter, quoniam præter defloIrationem quædam turpia accidere poſſunt in femina, quæ
I alicuius uiri poteſtati ſubdita eſt, ſi carnaliter non poſſet cognoſci; de quibus nihil ſpectat hic dicere, quoniã per ſe cognita exiſtimo: & ſic apparet pro eodem accipi non eſſe uiduã, & repudiatã, pro eo quod eſt eſſe uirginẽ. *Et ſordidam, atque meretricem non accipiet.* Hic ponuntur aliæ duæ proprietates, quæ nihil addunt ad primã, ſed ſunt expoſitiuæ eius: nã femina quæ uirgo eſt, nec ſordida, nec meretrix eſt: & quamquam nõ fuerit in proſtibulo vniuerſaliter proſtituta, ſed occultè ſe pro mercede cognoſcẽdã tradidit. Alio modo poteſt accipi ſordida pro ea, quæ etſi carnaliter cognita non ſit, tamen turpitudines uirorum, & mulierum publicè dicere non ueretur. Ea quæ primo modo eſt ſordida, manifeſtũ eſt, ꝙ non ſit uirgo, quoniam occultè ſe pro mercede cognoſcẽdam tradidit: & hæc ſordida eſt, cum ab aliquibus uiris cognita ſit. Si autem acci-
K piatur ſordida ſecũdo modo, pro illa quæ eſt publicè, narrans turpitudines carnalis coniunctionis, etiam non præſumitur uirgo, licet uirgo ſit, cum ex uerbis arguatur id, quod eſt in re: maxime in feminis quarum ſexus uerecundus eſſe debet: utraque ergo harum recuſanda eſt, nec accipienda in matrimonium à Sacerdote magno, quoniam uirgo non eſt. *Sed puellam de populo ſuo.* Puella nomen eſt ætatis, & pudicinæ, uel uirginitatis: unde accipitur aliqñ puella pro ætate ſolũ, aliquando aũt pro ætate & uirginitate. Hic aũt non poteſt accipi primo modo, quoniã ſupra dicebatur, ꝙ non eſſet uidua, nec repudiata, nec ſordida, nec meretrix: ergo debet huic repugnare hoc, quod eſt eſſe puellam; ut dicatur, quod non ſit, nec repudiata, nec ſordida, nec meretrix, ſed puella. Si tamen accipiatur puella pro ætate, non repugnat ſuperioribus, quia ſatis ſtat eſſe puellam, & meretricem ſimul, uel ſordidã, & repudiatam,

Puella quomodo accipiatur.

pudiatam, aut viduam: ſed oportet hic accipere puellã, A vel pro virgine ſolum, vel pro virgine cum ætate: de ætate tamen non multum differt, an eſſet iuuencula, vel maioris ætatis, ſi tamen virgo eſſet, quoniam tollebatur tunc omne inconueniens.

Quid facere debebat Sacerdos, ſi haberet puellam in vxorem quæ non eſſet virgo. Quæſt. XXIIII.

SI autem aliquis dicat, quid ſi Sacerdos acciperet aliquam puellam in vxorem, & tamen poſtea non reperiret eam virginem?

Reſpondetur, quòd eam dimittere debebat, & accipere aliam in vxorem, & tunc aut illa erat filia Sacerdotis alterius, aut de populo. Si erat filia alterius Sacerdotis, & non reperiebatur virgo, igne comburenda erat: ſicut B habetur ſupra, ſ. Puella filia Sacerdotis, ſi fornicatur in domo patris ſui, flammis exurenda eſt. Si autem fuiſſet de populo, & reperta fuiſſet, quòd ipſa fuerat fornicata, antequã traderetur Sacerdoti in vxorẽ, lapidibus obruebatur; hoc autem erat cum procedebat Sacerdos contra vxorem ſuam per modum accuſationis, & probabatur ꝙ intendebat. Poterat autem alio modo ſine aliqua accuſatione repellere feminã, quæ non eſſet virgo, repudiando eam, quia non inuenerat gratiã in oculis eius, propter aliquam fœditatẽ, & hanc non tenebatur vir exprimere, nec probare: de hoc habetur Deuteron. 24. cap. Debebat ergo tũc Sacerdos vxorem illam dimittere, & aliam virginem accipere; quamquam in hoc non multum differebat tenere, vel repudiare, ſi illa quã Sacerdos accepit in vxorem, reputabatur apud omnes de populo, vt virgo: ipſe C autem inuenit eam non eſſe virginem: nam hoc fiebat in Sacerdotibus, vt haberẽtur in maiori reuerentia; exhibetur nunc maior, vel minor reuerentia, quantum ad ea quę apparent: nam nemo de popularibus iudicat per exiſtens bonum, ſed per id quod apparet, ſiue illud verum bonum ſit, ſiue non. Cum ergo à populo toto exiſtimaretur femina illa virgo, in tanta reuerentia haberetur Sacerdos eam habens in vxorem, ſicut ſi verè virgo eſſet: parũ ergo differebat repudiare eã, vel non repudiare. *De populo ſuo.* id eſt, debet accipere vxorem quæ non ſit alterius gentis: nõ enim accipitur hic populus ſtrictè pro familia, vel pro congregatione hominum habitantium in eodem loco, ſicut nos accipere ſolemus: & eſt talis modus loquendi in Sacra Scriptura cum dicitur, ꝙ Manaſſes creſceret in populos, & tamen erat vna tribus: & ſic accipietur ibi po- D pulus pro familia, vel pro communitate gentis vnius loci. Sic habetur Geneſ. 48. cap. cum dicitur: Scio fili mi, ſcio, & iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur, ſed frater eius iunior maior illo erit, & ſemen illius creſcet in gentes. Hoc modo accipiendo populum, neceſſe erat intelligi pro familia, vel tribu, & ſic ſolum poſſet accipere Sacerdos magnus vxorem de familia ſua Amramitarum, quæ erat familia Aaron filij Amram; vel ſolum de tribu Leui. Sed hoc falſum eſt: quoniam licebat Sacerdoti magno accipere vxorem de aliis tribubus filiorum Iſrael, ſicut de tribu Iuda. Sed quãdo hic accipitur populus ſuus, ſolum diſtinguitur cõtra populum alienum, qui erat populus Gentilis, ſ. ꝙ non poſſet Sacerdos magnus accipere vxorem de Gentilibus: nam in ceteris Iudæis erat id vituperabile, quãto magis in Sacerdote magno, in quo de- E bebat eſſe maior honeſtas quàm in ceteris? Nec etiam licebat Summo Sacerdoti accipere vxorem de cõuerſis ad Iudaiſmum, ſed ſolũ de his, quæ erant propriè de genere Hebræorum. *Ne commiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ.* id eſt, Sacerdos non accipiet aliquam vxorem de mulieribus vulgaribus gentis ſuæ, ſed de magno genere: accipere enim vxorem de vulgaribus, eſt commiſcere ſtirpem ſuam vulgo gentis ſuæ, ſ. quòd cum Sacerdos accipit vxorem vulgarem, ex eo, & ex vxore illa, naſcetur ſtirps, id eſt filij: & iſti erant vulgares propter matrem vulgarẽ. erat aũt tũc cõmixta ſtirps Summi Sacerdotis vulgo gentis ſuæ, quia cum filij ſui ex parte eius eſſent generoſi, & ex parte matris eſſent vulgares, erat cõmixta ſtirps ex generoſa, & vulgari. Vel non commiſceat ſtirpem ſuã vulgo gentis ſuæ, id eſt, non generet in muliere vulgari, per quod ſtirps ſua ſit commixta vulgo. Alio modo poſſet intelligi, quòd Sacerdos magnus non commiſceat ſtirpem ſuam vulgo gentis ſuæ, id eſt, nõ accipiat filiis ſuis vxores de vulgaribus, quoniam filij ſui ſunt ſtirps ſua: & ſi accipiat eis vxores vulgares, commiſcebit ſtirpem ſuam vulgo gentis. & patet hoc maximè de illo filio, qui patri ſucceſſurus erat in Summo Sacerdotio: nam ſicut pater non debebat habere vxorem vulgarem, ita nec filius. Sed iſte ſenſus non eſt conueniens ſicut prior: quoniam tunc intelligeretur de omnibus filiis Summi Sacerdotis, cũ proferatur vniuerſaliter; ſed tunc non eſt verum: quia ſufficiebat, quòd filius Summi Sacerdotis, qui ſucceſſurus erat in Pontificatu, acciperet vxorem nobilem. Alij autem etiam ſi acciperent de vulgaribus, nihil differebat. Vnde iſti Sacerdotes magni accipiebãt vxores de genere Iuda, quoniam illa tribus erat excellentior omnibus aliis, cum in ea eſſet poteſtas regnatiua, & nihil honorabilius erat. Sic patet de Aaron qui aſſumpſit vxorẽ Eliſabeth filiam Aminadab, ſororem Naaſon, qui erat Princeps in tribu Iuda, vt habetur Exodi cap. 6. quòd autem eſſet Naaſon Princeps in tribu Iuda habetur Num. 1. cap. & ponitur in linea Saluatoris, quia directè erat de genere eius Dauid, vt habetur Matth. 1. capite.

Sacerdotes magni accipiebãt vxores de genere Regali de tribu Iuda.

An conuenienter probetur commixtas eſſe tribum Leuiticam, & Iuda in ducendis vxoribus per hoc, quòd Aaron accepit in vxorem Eliſabeth ſororem Naaſon Principis Iuda. Quæſt. XXV.

HOc autem aliqui dicunt, ſed non eſt conueniens exemplum ꝙ poſitum eſt: nam cum accepit Aaron vxorem de filiabus Iuda, non erat magis principatus regnatiuus in tribu Iuda quàm in aliis tribubus, cum omnes eſſent pariter in ſeruitute Aegyptiorum, vt patet ex diſcurſu principij Exodi. ſed in Aegypto erat quando Aaron ſuſcepit vxorem Eliſabeth filiã Aminadab de tribu Iuda; quod patet: quia quattuor filij eius Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar iam erant viri magni, quando exierunt de Aegypto Iſraelitæ; quod patet: quia in principio anni ſecundi fuit facta conſecratio Sacerdotum, vt habetur ex eo quod eſt Exodi 40. cap. cum his, quæ dicta ſunt ſupra, 1. cap. & tamen non poterãt fieri Sacerdotes niſi eſſent magni viri; Quòd verò omnes quattuor filij Aaron facti fuerint Sacerdotes, habetur Exodi 29. cap. Sed adhuc aliquis dicet, quod tribus Iuda principatum habebat, quãdo Aaron ſumpſit in vxorẽ Eliſabeth filiam Aminadab de tribu Iuda, quãquam Principatus regnatiuus adhuc non eſſet, quia Naaſon frater Eliſabeth vxoris Aaron erat Princeps in tribu Iuda, vt habetur Num. 1. c. & tribus Iuda tũc præerat aliis tribubus in ſituatione caſtrorum, & præcedendo in motu: nam cũ caſtra mouenda eſſent, filij Iuda qui erant ad partem Orientalem, in primo ordine proficiſcebãtur, vt patet Num. 2. cap. Conuenienter ergo videbitur dicẽdum, quòd tunc Aaron accepit vxorem de tribu Iuda, quia illa tribus principabatur aliis. Reſpondendum eſt, quando Aaron ſumpſit vxorem Eliſabeth de tribu Iuda nõ principabatur tribus Iuda aliis tribubus, quia erant in Aegypto, & ibi ſimpliciter ſeruiebant Aegyptiis, nõ habentes inter ſe aliquod genus principatus; & filij Aaron nati fuerunt ei in Aegypto, ſicut patet Exodi cap. 6. & quando intrauerunt in deſertũ, Aaron habebat iam filios magnos, quoniã in tertio menſe anni primi exitus de Aegypto, quando aſcendit Moyſes in montem, iuſſit Deus, vt illuc quoque aſcenderent Nadab, & Abiu, vt habetur Exodi 24. cap. ergo iam erant viri habẽtes auctoritatem, quando de Aegypto exierunt; nõ ergo accepit Aaron vxorem de filiabus Iuda, quia iſta tribus haberet maiorẽ principatum quàm aliæ, quoniam tũc nihil tale erat in Iudæis. Sed incępit poſtea iſte principatus in deſerto, cum familiæ tribuum Iſraelitarum diſtinguebantur, vt procederent ordinatè: & ibi Deus voluit, vt tribus Iuda præeſſet aliis in motu, & in locatione caſtrorum, vt habetur Numeri 2. cap. Huius ſignum eſt: quoniam nõ computantur aliqui Principes in tribu Iuda ante Naaſon, quamquam ante eum fuerint alij viri de recta linea tribus Iuda; ſicut patet de Aminadab patre

Eliſabeth vxoris Aaron: nō tamen vocatur ipſe princeps, ſed ſolum Naaſon filius eius, quia ipſe egreſſus eſt de Aegypto, & præerat tribui Iuda in deſerto.

Item nō poteſt argui ex hoc exemplo de vxore Aaron, quòd tribus Regalis, & Sacerdotalis eſſent coniunctæ: nam quando Aaron ſumpſit in vxorem Eliſabeth, nō erat ipſe Sacerdos Magnus, nec minor, immo nec aliquis Sacerdos erat in toto Iſrael à Deo inſtitutus. Hoc apparet: quia Aaron accepit in vxorem Eliſabeth, dum adhuc Iſraelitæ eſſent in Aegypto, ſicut patet ex ſuperioribus, ſed ipſe, & filij eius non fuerunt conſecrati in Sacerdotes, vſquequo introierunt in deſertum, & hoc in ſecundo anno exitus de Aegypto, non ergo accepit Aaron vxorem de tribu Iuda ſpecialiter, quia ipſe Sacerdos eſſet. ſed per accidens, quoniam ſic licebat accipere filias Iuda in vxores à filiis Ruben, vel Beniamin, vel aliarum tribuum. Item, G dato quòd Aaron fuiſſet Summus Sacerdos eo tempore, quo accepit in vxorē Eliſabeth de tribu Iuda, tamen non accepit propter hoc, quòd eſſet Sacerdos, quia nondū data erat iſta lex de non commiſcendo ſtirpem ſuam vulgo gentis. Dicendum ergo eſt, quòd Sacerdotes Magni ſemper aſſumebant vxores de magno genere, ſed an illæ eſſent de tribu Iuda, vel de alia tribu non conſtat; quanquam ſi velimus dicere, quòd tribus Sacerdotalis, & Regalis erant coniunctæ, ex alio loco probandum erit, ſcilicet, quia Sacerdos Magnus Ioiadas accepit in vxorem Ioſabam filiam Regis Ioram, vt habetur 4. Reg. cap. 11. Sed an tales contractus matrimoniales filiarum Regum cum Sacerdotibus magnis frequenter fierent, non cōſtat: ſatis tamen rationabile eſt debuiſſe fieri, quoniam Summi Sacerdotes erant viri potentes, habentes magnos redditus, & honorem in populo, talibus autem Reges tribuunt filias ſuas. Aſſignantur autem duæ cauſæ, propter quas tribus Sacerdotalis, & Regalis coniungebantur.

Propter quid tribus Sacerdotalis, & Regalis coniungebātur.

Prima erat, vt Reges per familiaritatem, quàm habebant cum Sacerdotibus erudirentur in lege Dei magis quam aliàs; & hoc illis multum neceſſarium erat, vt timerent Dominum, & mouerēt populum ad cultum Dei. Iſta autem doctrina per eruditionem legis à Sacerdotibus fieri debebat, ideo iuſſit Deus, vt quādo aliquis Rex conſtitueretur, acciperet Deuteronomium legis à Leuitis, & Sacerdotibus, vt ibi erudiretur, vt habetur Deuteron. 17. cap. cum dicitur: Poſtquam autem ſederit in ſolio Regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, legetq; illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & cæremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. Secunda cauſa erat, propter reuerētiam Sacerdotalis miniſterij: nam cum ſacerdotes magni acciperent in vxores filias Regum, magis honorarentur à toto populo, quia erant affines Regis, & haberent maiorem potentiam ad corrigendum delinquētes contra cultum Dei, adiuti per Regalem potentiam: nam potentia eſt organum ad felicitatem, vt ait Ariſtot. in 1. Ethicorum, quoniam multa per amicos, & per potentiam temporalem operata ſunt.

Sanctificare quid importet.

Quia ego Dominus, qui ſanctifico eum, id eſt, non debet Sacerdos Magnus accipere vxorem de vulgo gētis ſuę, quia ego qui iſta iubeo, ſum Dominus eius, & ſanctifico eum, id eſt, volo quòd ſit ſanctus. Accipitur hic ſanctitas, vel munditia quædam, quæ eſt in abſtinendo à cōtaminatione feminarum vulgarium: nam ſi ſacerdos Magnus commiſceret genus ſuum vulgo gentis ſuæ, eſſet per hoc contaminatus, Deus autem volebat, quod non haberet iſtam contaminationem, volēs vt acciperet vxorem de magno genere: ideo dicitur eum ſanctificare, ſic enim accipitur Exo. 19. cap. cum dixit Deus Moyſi, q ſanctificaret populum vſque in diem tertium; ibi autem accipitur ſanctificare, id eſt, iubere, quòd ſanctificarentur: nam Moyſes nihil efficiebat de illa ſanctificatione; quod patet: quia illa conſiſtebat in abſtinendo ab vxoribus ſuis, & lauando veſtimenta, vt habetur eodem capite.

46. diſt. c. 1.
Defectus

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen dicens: Loquere ad Aaron: Homo de ſemine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium F *eius: Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel herrnioſus. Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo: veſcetur tamen panibus, qui offeruntur in Sanctuario, ita dumtaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedet ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet Sāctuarium meum. Ego Dominus, qui ſanctifico eos. Locutus eſt ergo Moyſes ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Iſrael cuncta quæ fuerant ſibi imperata.*

Sacerdotem maculatum: 1. 33. diſt. c. vſque adeo. 36. diſt. c. ij. q. 1. c. Sacerdotes. 43. diſt. c. fin. 54. diſt. c. multos. in Gloſ. 2. q. 7. c. ſeſtes ſòi. diuina iubet.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen. Hic ponitur tertium principale huius capitis, ſcilicet, qui abiiciebantur ne miniſtrarent in Sacerdotio de genere Aaron.

Qui abijciebantur ne miniſtrarēt in Sacerdotio de genere Aaron.

G Pro quo ſciendum, quòd de nulla tribu permittebantur homines accedere ad miniſtrādum in Sacerdotio niſi de filiis Aaron: & ſi aliquis de extraneis acceſſiſſet, ſiue ille Leuita eſſet, ſiue alius, moriebatur, vt habetur Numer. cap. 3. & 17. & patet de Ozia Rege, qui voluit miniſtrare in Sacerdotio, & percuſſus eſt lepra in fronte, & manſit ſic vſque ad mortem ſuam, vt habetur 4. Regum cap. 15. patet etiam de Chore, Dathan, & Abiron, & de eorum ſequacibus, qui voluerunt vſurpare ſibi Sacerdotium, offerentes tura: vnde eorum quidā combuſti, alij verò à terra viuentes abſorpti ſunt, vt habetur Num. 16. cap. Rurſus autem conſiderandum, quòd eorum, qui erant de genere Aaron, non omnes habebant idem miniſterij genus, ſed quidam miniſtrabant vt Summi Sacerdotes, alij verò, vt minores; quòd ſi ille, qui erat Sacerdos minor, vſurparet H ſibi officium Summi ſacerdotis, moriebatur. Dico autem de eis, quæ ſoli ſummo ſacerdoti conueniebant, ſicut introire in Sancta Sanctorum, & reliquas cæremonias explere quæ pertinebant ad diem expiationis, iſtæ enim erāt ſummi ſacerdotis, vt habetur ſupra, 16. c. & ad Hebræos 9. Ad hoc autem ſummum ſacerdotium vnus tantum aſſumebatur, & iſte veniebat per ſucceſſiones per lineā rectam primogenitorum ab Aaron per poſteros; & hoc, niſi Deus aliter voluiſſet ex aliqua ſpeciali cauſa, vt patet de ſacerdotio Heli: nam Deus tranſtulit ſummum ſacerdotium de domo Heli ſacerdotis Magni, propter peccata filiorum eius, & quia ipſe non corrigebat eos, vt habetur 1. Regum 2. cap. & 3. & mutatum eſt ſacerdotium ad alteros, in eadem tamen tribu & linea Aaron. Si quis autem de aliis præſumpſiſſet aſſumere ſibi ſummū ſacerdotium I miniſtrando, moriebatur. Alij autem erāt minores ſacerdotes: & in his non aſſignabatur aliqua differentia quantum ad miniſterium ſacerdotale, quoniam omnes filij ſacerdotum ſacerdotes erant: non erat autem ſic in filiis ſacerdotis magni, quia ſolus vnus eorum erat ſacerdos magnus, alij uerò computabantur inter minores. Sed adhuc non licebat omnibus his miniſtrare, niſi haberēt plenam munditiam: & quia ſupra poſitum fuit de mūditia in cauendo mortuos, & cauendo uiles uxores, hic dicitur de munditia, quæ eſt in integritate corporis, & pulchritudine, ita quòd non ſit ibi aliqua macula reddēs ſacerdotem deformem: nam hoc efficeret, ne vllatenus miniſtraret. Ponuntur autem maculæ infra. *Loquere ad Aaron*. Non ſolum loquebatur ad Aaron, ſed etiam ad filios eius, quia ad omnes pertinebat iſta lex de uitandis maculis, uel non K miniſtrando, cum haberent maculas. Loquitur tamen Moyſes principaliter ad Aaron, quia ipſe prohibere debebat, ne illi, qui erant de genere ſuo maculati, miniſtrarent. *Homo de ſemine tuo*. Ad Aaron loquitur, quoniam de ſemine eius ſolum erant ſacerdotes. In Leuitis autem non inquirebatur iſta munditia: quoniam non applicabantur ad aliquos cultus Dei ita ſpeciales, ſicut ſacerdotes, ſed ſolum ferebant onera Sanctuarij, cum mouēda eſſent caſtra. In hoc autem an deformes, uel pulchri eſſent, non differebat: quia non erant miniſteria alicuius excellētiæ, uel præpoſituræ, ſicut eſſe ſacerdotem. Iſti enim præponebantur populo quantum ad honores, & quantum ad redditus. Requirebatur ergo in eis magna honeſtas, maximè propter reuerentiam cultus Diuini, ne uituperaretur, aut contemneretur, dum tales miniſtrarent. Sic etiam ſit in ſacerdotibus noſtris, qui debent eſſe honeſti, & non defor-

deformes. *Per familias*. id eſt, in quacumque familia ſit. Dicitur hoc, quòd quandocumque aliqui eſſent de filiis Sacerdotum, & haberēt maculam, nihil differebat, quòd eſſēt de genere, vel familia vna, vel altera, quia omnibus eadem lex erat. *Qui habuerit maculam*. id eſt, corporis deformitatem notabiliter apparentem, ſiue in ſuperabundantia alicuius membri, vel defectu, aut mala alicuius partis figuratione, vel membri læſione.

Eccleſia obſeruat Sacerdotem non eſſe deformem, & quare, & quæ ſint illæ deformitates. Quæſt. XXVI.

HOc autē Eccleſia ſeruat, vt habetur extra de corp. vitiat. & de cleric. ægrot. per totum. Hoc autē erat propter horrorem, & ſcandalum populi: nam ſi populares viderent Sacerdotem leproſum miniſtrantem, horrerent ab eo recipere Sacramēta. Item, propter periculum: quia aliquando contingere poſſet defectus ex impotentia bene adminiſtrandi; vt ſi quis ſit claudus, vel non bene videns, multa poterunt inconuenientia ſequi. Item fiebat hoc propter ſignificationem eius quod fiebat: Nam ſacrificia, & omnia alia miniſteria Sacerdotalia Veteris Teſtamenti, ſignificabāt ea, quæ ventura erant in Nouo Teſtamento: & quoniam iſta perfecta erant, debebant Sacerdotes in Veteri Teſtamento eſſe perfecti, non habentes maculas. Item propter ſignificationem in Nouo Teſtamento multi excluduntur, ne ſint Sacerdotes, ſicut eſt in bigamis: nam ſignificant vnitatem Chriſti, & Eccleſiæ indiuiſam, quoniam iſti diuiſerunt carnē ſuam in plures; de hoc ad Titum cap. 1. & extra, de bigam. per totū. Sic etiam eſt de eis, qui ſunt turpes, quoniam in eis deficit aliquo modo ratio ſignificationis, cū non poſſunt perfectè ſignificare perfectionem, quę eſſe debet in operibus Dei: iuxta illud Deuteron. 32. Dei perfecta ſunt opera. *Non offeret panes Deo ſuo*. id eſt, non ponet panes propoſitionis ſuper menſam. De panibus iſtis propoſitionis ſupra dictum fuit q. 14. quid ſint, & quomodo conficiātur; iſti namque erant ſemper coram Domino ſuper mēſam, & erant 12. vt habetur infra, 24. cap. Sacerdotes autem ponebāt eos ſuper menſam propoſitionis per ſingula Sabbata tollentes 12. & ponentes totidem recentes. Cum autem auferrentur iſti panes è conſpectu Domini, ſumebāt eos Sacerdotes in cibum: eis nāque ſolis licebat illis veſci, vt patet 1. Reg. 21. cap. & clarius Matth. 12. cap. *Nec accedet ad miniſterium eius*. Per hoc tanguntur alia Sacerdotalia officia, ſ. offerre hoſtias ſuper altare holocauſtorū, & offerre thymiama coram Domino quotidie mane, & veſperi, vt patet Exodi 30. cap. & diſponere lucernas quotidie in candelabro, vt habetur Exodi 27. & 40. & infra, 24. cap. Aliæ autē miniſtrationes erant, quæ non pertinebant ad Tabernaculum, ſed fiebant extra, vt patet de contemplatione leproſorum, quādo Sacerdotes ibant extra caſtra ad videndum, an aliqui leproſi eſſent; & faciebant in eis ritus purificationis. Item, quando contemplaturi erant, an in domo appareret plaga lepræ, vt habetur ſupra, 13. & 14. c. Hæc enim ad ſolos Sacerdotes pertinebat; ideo, ſi aliquis fuiſſet de genere Sacerdotum, habens maculam, non poterat facere aliquid prædictorum. *Si cęcus fuerit*. De cęco patet cauſa: quoniam videre non poſſet, quid in miniſtratione tractare deberet. Idem etiā ſi modicum videret, quoniam eodem modo eſſet periculum circa miniſtrationes: non enim bene ſciret iudicare de eis, in quibus miniſtrabat. Si tamen aliquis eſſet ſacerdos ſatis videns, & poſtea præ ſenectute, vel aliās caligarent oculi eius, non amouebatur à miniſterio ſuo, etiam ſi eſſet ſummus Sacerdos, ſed manebat vſque ad mortem in filio ſuo; verum in talibus neceſſe erat dari coadiutorem; ſic etiam in Eccleſia conſueuit, ſi aliquis Sacerdotum, vel Epiſcoporum efficeretur claudus, vel cęcus, aut leproſus, dabatur ei coadiutor, & non amouebatur à beneficio, vel dignitate, patet hoc de Heli ſummo Sacerdote, cuius oculi iam caligauerant, ita, vt videre non poſſet, vt habetur 1. Reg. cap. 3. cum dicitur: Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur: & ideo iſte iam non miniſtrabat, licet eſſet ſummus Sacerdos, ſed habebat duos filios

Quare cæci non recipiebantur in miniſterii.

A ſcilicet, Ophni, & Phinees, qui miniſtrabāt, 1. Reg. 2. cap. Sed Ioſephus dicit lib. 4. Antiquitatū, quòd Phinees ſupplebat vices patris, adminiſtrans in ſummo ſacerdotio. *Si claudus*. Etiam ſacerdos repellebatur ne miniſtraret, ſi claudus fuiſſet, quoniam ignominia, & abiectio quædam erat, vt tales miniſtrarent, maximè quando erant notabiliter claudi; & etiam quia periculum erat in miniſteriis iſtorum, vt cum offerrent vinum, vel oleum, aut ſimilam in libamentis, cadere poſſent, & effundere libamenta; & etiam quia ſacerdotes iugulabant, & excoriabant animalia offerenda; ſed hoc non poterant facere conuenienter homines claudi, non potentes bene inniti pedi claudo.

Nec claudi.

Item ſacerdotes aſſumebant ſanguinem in crateris, & aſpergebant effundentes per girum Altaris, aliquādo ſuper parietes, aliquādo ad baſim, vt patet ſupra, 1. 3. & 7. c. B ſed hoc facere non poterant conuenienter claudi. Dicendum tamen eſt, ſicut in ſuperioribus, quòd quāquam aliquis, qui miniſtrabat prius, efficeretur poſtea claudus, nō amouebatur à ſacerdotio, ſed ſuſcipiebat iura ſacerdotalia ſicut ceteri, quamquam non miniſtrabat, ſi deformitas fuiſſet notabilis: ſecùs ſi parua, quæ non impediret miniſterium, nec multum à populo videretur. Et ſi fuiſſet Sacerdos magnus, & effectus fuiſſet poſtea claudus, nō ſubrogabatur ei alius in ſummo ſacerdotio, ſed ſemper habebat redditus, & honorem, quamquam alius vices eius gereret in miniſtrando. Si autem filius alicuius ſummi Sacerdotis, qui eſſet primogenitus, & ſucceſſurus erat in Pontificatu, antequam acciperet ſummum Sacerdotū effectus fuiſſet claudus, vel cęcus, aut aliquid iſtorū ei contigiſſet non aſſumebatur in ſummū Sacerdotem, ſed alius C ex fratribus eius, ipſe verò alebatur ex redditibus ſacerdotum, ſicut ceteri habentes huiuſmodi maculas. Ratio diuerſitatis erat: quia facilius aliquis ad honores, vel officium non admittitur, quàm admiſſus repellatur: nam

Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.

Vt patet extra, de iureiuran. in cap. 4. *Si vel paruo, vel grandi, vel torto naſo*. Hic ponitur alia proprietas propter quam excludebantur ſacerdotes à miniſtrando, ſcilicet, ſi haberent enormitatem in naſo, & ponuntur tres proprietates, ſcilicet, ſi naſus eſſet enormiter magnus, vel enormiter paruus, quodlibet enim horum ad monſtrū quoddam declinat. Dicitur autem naſus tortus, quandocumque in dextrum, vel in ſiniſtrum flexus eſt; vnde per magnum, vel paruum naſum ſignificatur id, quod nos Aquilinum, & Simum dicimus. Naſus enim Aquilinus, & D arcuatus eſt, ſicut in ipſis Aquilis roſtrum recuruum eſt; naſus Simus dicitur, naſus paruus, & in medio depreſſus, ad extremum autē aliqualiter eleuatus, ſicut in Simiis eſt; tortus autem naſus nō dicitur ſecundum recuruationem eleuationis, vel depreſſionis, ſed ſecundum fluxionem in partem dextram, vel ſiniſtram. In Hebræo dicitur, ſine ſuperabundans, vel deficiens, & ad idem pertinet: nam ſuperabundans dicitur, qui naſum enormiter magnū habet, deficiens autem, qui naſum enormiter paruum habet: & hęc dicunt quaſdam deformitates, propter quas excludebantur ſacerdotes, ne miniſtrarent.

Qua in naſo deformitate reijciebātur à miniſterio Sacerdotali.

Quare in Nouo Teſtamento quamquam obſeruetur in Sacerdotibus, quòd non ſint deformes corpore, non tamen tantum hoc obſeruatur ſicut in Veteri. & cur Vetus Teſtamentum exigebat maiorem pulchritudinem in miniſtris, & veſtibus, & alijs cæremonijs & in feſtorum obſeruatione, quam Nouum, & quare feſta in eo obſeruabantur ſtrictius. E *Quæſt. XXVII.*

COnsiderandum autem, quòd quamquam in Nouo Teſtamento vitium corporis impediat ab Ordine ſuſcipiendo, vel in habēte Ordinem adminiſtrationem tollit, non tn̄ accipiūtur ita ſtrictè aliqui eſſe corpore vitiati, ſicut in Veteri Teſtamento: nam habere naſum magnum, vel paruum in Nouo Teſtamēto nihil impedit, in Veteri autem excludebat ab adminiſtratione; idē erat in eis qui haberent gibbū, vel erāt lippi, vel albuginē habebant in oculo, vel impetiginem in corpore, vel hernioſi erant nihil impedit. In Veteri tn̄ Teſtō prorſus excludebantur. Strictior ergo horum obſeruantia erat in

Veteri

Veteri Teſtamento quàm in Nouo. Simile etiam eſt de F feſtorum obſeruatione: nã in Veteri Teſtamento in Sabbatis nihil agere licebat, nec parare cibos, nec etiam ſuccendere ignem. qui enim talia operabatur moriebatur, vt habetur Exo.32.& 35.c. In Nouo Teſtamento autem non eſt tam ſtricta obſeruatio: Nam in quolibet feſto licet cibos parare, & quædam alia facere, quæ antiquata conſuetudo obſeruat; de quibus latiſſimè diximus Exodi 12.cap. Cauſa autem quare in Sacerdotibus Veteris Teſtamenti obſeruabatur ſtrictius conſideratio vitiorũ corporis, quàm in Sacerdotibus Nouæ Legis, eſt: quia Sacerdotes Veteris Teſtamẽti ponebantur, vt incitarent populum illum proteruum, & contumacem ad cultum Dei: ſi igitur illi vidiſſent aliquam occaſionem contemnẽdi cultum Diuinum, facilè contempſiſſent; oportebat ergo Sacerdotes eſſe nullam maculam habentes, vt non poſſet in G eis aliquid reperiri, propter quod Diuinus cultus vilipenderetur.

Alia cauſa eſt & cauſalitate ipſius cultus Diuini in Nouo & Veteri Teſtamento: Nam ſacrificia Veteris Teſtamenti, & omnia alia miniſteria, nullam in ſe ex ſeipſis virtutem proficiendi continebant, præter circumciſionem: nam vt ait Apoſtolus: Impoſſibile eſt ſanguine taurorum, & hircorũ auferri peccata, vt habetur ad Hebræos 10.c. Quia ergo iſta cæremonialia miniſteria in ſeipſis nullam efficaciã, & reuerentiã habebant, ſi non fuiſſent honorificata ex qualitate miniſtrorum, neceſſe erat immediatè ea contemni; oportuit ergò, vt in ſacerdotibus ſtrictè obſeruaretur munditia, & ornatus veſtiũ, vt ipſorum Sacerdotum qualitas & habitus, ipſa imperfecta ſacrificia ornarent & honorarent, ſicut eſt in hominibus honorandis. Si H enim aliquis voluerit honorare eum, qui honore dignus eſt, etiam ſi paruam impenderit reuerẽtiam, ſatis ille honoratus erit, cum ex ſeipſo habeat reuerentiam. Si autem aliquis honorare velit eum, qui nulla dignus eſt reuerentia, oportet, ꝙ magna diligentia ei honorem impendat: alioquin confeſtim ille deſpicietur, cum ex ſeipſo nullum reuerentiæ pondus habeat. In ſacrificiis autem & cæremoniis Noui Teſtamenti longe differens eſt ratio & cauſalitas: quoniam ipſa ſecundum ſe reuerentiam magnam habent, quia per ſeipſa proficiunt habentia ab intrinſeco proficiendi virtutem; ideo non oportuit, vt in eis tot cæremoniæ eſſent ad obſeruandum honorem eorum, ſicut in Veteri Teſtamẽto; & ſic quanquã in Sacerdotibus non ita ſtrictè accipiatur, eſſe corpore vitiatos, vel immaculatos, nihil refert: immo debet requiri puritas, ſaltem quantum I ad exteriora tam in miniſtris Veteris Teſtamenti, quàm in Sacerdotibus Nouæ Legis. Aliæ etiam huiuſmodi cauſæ ſunt: *Si fracto pede, ſi manu*. i. ſi ſacerdos ſit habẽs pedem fractum, vel manum fractam: per hoc etiam intelligitur ſi habeat manũ totaliter abſciſſam, vel pedem: nam tunc non poſſet perfectè miniſtrare, cum ad hoc requiratur vtriuſque manus operatio, quemadmodum eſt in iugulando, & excoriando animalia, quod erat officium ſacerdotum in animalibus immolatis. Idem autem ſi pes eſſet abſciſſus, quoniam non poſſet conuenienter moueri ad faciendum hæc; vel etiam ſi eſſent iſta fracta, ſ. ꝙ penderẽt ab aliis membris, ita ꝙ non haberent in ſe aliquam virtutem motiuã, ſicut ea, quæ prorſus à corpore abſciſſa ſunt. Differunt autem iſta ab hoc, quod eſt eſſe claudum: nam K qui claudus eſt, habet pedes læſos, ſiue ex natiuitate, ſiue à caſu, non tamen habet eos abſciſſos, vel fractos: deterius enim eſt habere fractum pedem, quam eſſe claudum: & cum vtrumq; malum ſit, deterius eſt quod in manu eſt, quia iſta magis pertinet ad miniſtrationem, quàm pes. *Si gibbus, ſi lippus*. Iſtæ ſunt aliæ proprietates propter quas aliquis excludebatur ne miniſtraret. Prima ſi gibboſus eſſet; eſt autem duplex gibbus, ſ. vnus in dorſo, alius in pectore; ille qui in dorſo eſt, vocatur gibbus: qui verò in pectore, vocatur ſtruma. vtrumque autem deforme malum eſt, & impediebat in Veteri Teſtamento volentes miniſtrare. Et quanquam gibbus ſecundum Latinam ſignificationem ſolum ſignet id quod in dorſo eſt uitium, tamen hic pro utroque aſſumitur, quia vterq; gibbus excludebat à ſacerdotali miniſtratione. In Nouo Teſtamento, in quo dictum eſt iſta non accipi tam ſtrictè, non curatur an aliquis habeat gibbum, vel ſtrumam, niſi quodlibet eorum ualde notabile ſit, ita ut talis homo inter ceteros, quaſi monſtrum habeatur: tunc.n. quoniam eſſet ſcandalum, & vilipendium Diuini cultus, tali affectus deformitate impediretur ne ordines ſuſciperet. Idẽ etiam dicitur ſi quis ſit lippus. Dicuntur autem homines lippi, qui habẽt oculos teneros, emittentes quendam fluxum in modum lacrymarum, & iſti patiuntur incommoda à valde magna luce, & aſſidua; His autem in palpebris inhæret quidam humor concretus, qui cum effluat per eius effluxum deformes redduntur; multum etenim hoc impedit humani corporis pulchritudinem, quæ maxima ex parte in oculis eſt; propter hoc Iacob dilexit Rachel, & non Liam ſororem ſuam; quoniam Lia lippis oculis erat, Rachel autem venuſta facie, vt habetur Gen.29.cap. cum dicitur: Habebat duas filias nomen maioris Lia: minor autem appellabatur Rachel, ſed Lia lippis erat oculis, Rachel venuſta facie, & decoro aſpectu, quam dilexit Iacob. In ſacerdotibus autem Veteris Teſtamẽti requirebatur pulchritudo, vt ſic magis miniſterium eorum honoraretur; ſed lippido oculorum tollebat pulchritudinem, ideo excludebantur à miniſtrando. *Si albuginem habens in oculo*. Albugo dicitur albedo quædam quæ in oculis eſt, & non quælibet, ſed ea ſolum quæ eſt ſuper pupillam impediens viſionem, & vocatur vulgariter nubecula, quoniam denſitatem habet quandam in modum nubis. Hæc enim ſecũdum Nouum Teſtamentum nihil impedit, quin aliquis ordinetur, & miniſtret: impediebat tñ in Veteri Teſtamẽto, in quo erat ſtrictior obſeruantia. *Si iugem ſcabiem*. id eſt, ſi habebat ſcabiem continuam: iuge.n. continuum dicit; dicitur autem eſſe iſta quædam ſcabies mala, & infectiua, ſemper inhærens cuti, quæ ex corruptione complexionis naſcitur: tali autem ſcabie laborantes ſemper immundi iudicabantur, vnde non debebant admitti ad miniſtrandum. Sciendum autem ꝙ iſta ſcabies non eſt lepra, quoniam qui leproſus erat, non ſolum repellebatur ne miniſtraret, ſed ẽt repellebatur à communitate omnium de populo, ita vt habitare cogatur extra caſtra. Sic hr̃ ſup.13.& 14.cap. qui autem habet ſcabiem iugem, præſumptionem habet magnæ infectionis, ideo non admittebatur ad miniſtrãdum. Si autem tali ſcabie laboraret aliquis in Nouo Teſtamẽto, niſi fortè illa ſcabies eſſet aliquid extra parens, in locis in quibus cauſaret notabilem horrorem, & deformitatem non impediretur laborans ab ordine aſſumendo. Lepra tamen impedit etiam ſacerdotes Noui Teſtamenti, quoniam eſt morbus contagioſus, vnde talis leproſus ceteros quibus communicaret, inficeret. Et non ſolum propter leprã aliquis repellitur à miniſtratione futura, immò ſi iam ordinatus ſit, repellitur ne miniſtret; patet extra, de cleric. per totum. Si tñ aliquis matrimonium contraxerit, & poſtea incidat in lepram, non fiet diuortium matrimonij, quantum ad vinculum, nec quantum ad cohabitationem, vel torum, vt patet extra de coniugiis leproſ. per totum. *Si impetiginem in corpore*. Impetigo dicitur eſſe ſcabies quædam valde ſicca, in modum circuli corpori inhærens: & hæc hominẽ valde deformat: ſi ergo aliquis impetiginem haberet, quæ faciliter curari poſſet, nõ excluderetur à miniſtratione: ſi autem non poſſet curari, ſacerdos non poteſt effici. Hæc autem inter maculas minima eſt, ideo in Nouo Teſtamento nec ordinari impedit, nec à miniſtratione prohibet ordinatum, qm̃ non eſt hoc aliquid infectiuum, nec tanquam deforme reputatur: tñ vt dictum eſt, maior requirebatur pulchritudo in ſacerdotibus Veteris Teſtamenti quàm Noui. *Vel hernioſus*. Hernia dicitur eſſe infirmitas teſticulorum, quę nota eſt: hęc etiam impediebat ne quis miniſtraret. Cauſa aũt impedimenti non poteſt aſſignari propter ſcandalum, qm̃ hernia aliquid abſconditum eſt, niſi fortè de aliquo publicum eſſet, ꝙ herniã haberet: ſed oportet reducere ad quandam aliam cauſam, qm̃ hernia per accidens à miniſtrando impedit, vt cuilibet aſpicienti notum eſt. Sed in Nouo Teſtamento hæc non põt impedire, qm̃ ibi ſolum impeditur aliquis ne ordinetur, vel ordinatus ne miniſtret, quia deficit potentia perfectè miniſtrãdi, vel quia ex tali miniſtratione ſcandalũ aliqd ſequitur, ſicut in quibuſdã aliis notum eſt: hernia aũt à nullo horum impedit, nec ſcandalum aliquod cauſat,

Duplex eſt gibbus.

Lippi qui.

Albugo quid ſit.

Scabies an eſſet lepra.

Impetigo quid ſit.

Hernia quid ſit.

ſat, ergo non impedit ordinandum, nec miniſtrare prohibet ordinatum. Iſtæ autem proprietates, quæ hic poſitæ ſunt de Sacerdotibus Veteris Teſtamẽti, quamquam ſecundum rationem litteralem aliquid ſignificent, vt declaratum eſt, ſecundum quòd conueniebāt ſtatui Iudæorum, tamen ſecundum ſignificationem tropologicā quaſdam proprietates notant, quæ in Sacerdotibus Noui Teſtamenti eſſe debent, de quibus nihil ad nos, cum non intenderimus tropologias, & allegorias, vel anagogias ſequi. De his requiratur in Gloſſa Ordinaria. *Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron Sacerdotis*: Supra fuerant poſitæ in particulari conditiones, quę prohibebant miniſtrare Sacerdotes Veteris Teſtamenti, hic in generali lex ponitur, ſcilicet, ꝙ quicumque haberet maculam nō poſſet miniſtrare, & hoc ſiue nunquam cępiſſet miniſtrare, ſiue iam cępiſſet miniſtrare: in Nouo tamen Teſtamento differt, quia facilius prohibetur aliquis ne ordinetur, quàm poſt ordinationem ei adminiſtratio interdicatur. Sed in Veteri Teſtamento non erat conueniens iſta cauſa, quia filij Sacerdotum ex hereditate habebant, ꝙ miniſtrarent Sacerdotes patribus ſuis in miniſtratione, & redditibus: & ſic de iſtis ita erat, ac ſi iā ordinati eſſent: ideo ſi inciderent in aliquam maculam, propter quam nō deberent miniſtrare, ſolum vetabatur eis ne miniſtrarent, ac ſi iam ordinati eſſent; in nobis autem miniſtratio Sacerdotalis non euenit ex hereditate, ſed ſolum ex ordinatione: ideo in nobis eſt duplex prohibitio, ſcilicet, quòd non ordinemur, & quòd ordinati non miniſtremus. *Qui habet maculam*. Intelligitur de maculis ſupra poſitis: nulla

Quæ maculæ impediebant miniſtrationes, & quæ non.

enim alia macula impediebat miniſtrationem niſi iſtæ; quod verum eſt de maculis quaſi naturalibus, & permanentibus, ſecùs eſt de quibuſdā maculis per accidens euenientibus. ſicut ſi aliquis efficiebatur leproſus, vel ſemine fluens, vel pollutus ſomnio nocturno, aut in coitu, vel in contactu reptilium, & animalium immundorum, efficiebatur inhabilis ad miniſtrandum non ſimpliciter, ſed pro eo tempore quo durabant in eo iſtæ immunditiæ; iſtæ autem non vocantur maculæ ſed contaminationes: quoniā maculæ dicuntur eſſe, quæ permanent, contaminationes verò, quæ tranſeunt, iſtæ autem de quibus dictum eſt hic, permanentes ſunt. Aliæ verò, quæ tranſeuntes ſunt habentur ſequenti cap. & non vocantur maculæ. *De ſemine Aaron Sacerdotis*. Dicitur autem de ſemine Aaron, quia iſtæ conditiones macularū non obſeruabantur niſi in Sacerdotibus qui erant de genere Aaron: quoniam in Leuitis, & aliis popularibus nihil horum erat. Dicitur Aaron Sacerdotis, non ad differentiam aliorum, qui dicerentur Aaron, cum multi ſic vocarentur, ſed ponitur quaſi ex ſuperabundantia: non enim omnes termini poſiti deſignant aliquam differētiam rerum in Sacra Scriptura, ſed aliqui ſunt, qui interdum nihil agunt. *Non accedet offerre hoſtias Domino*. Offerre hoſtias, eſt iugulare animalia oblata, & excoriare illa, atque ſanguine eorum fundere ad expiandum, & adipes, vel carnes ſecundum conſuetudinem ſacrificiorum variorum ſuper Altare adolere. Dicitur autem, non accedet, quoniam ad hoc, ꝙ aliquis offerret hoſtias, oportebat ꝙ accederet ad Sanctuarium, introeundo in illud: ab huius autem ingreſſu non prohibebantur habentes maculas ſuprapoſitas: nam quamquam contaminationes prohiberent ab acceſſu ad Sanctuarium, non tamen maculæ prohibebāt: quinimmò neceſſe erat, vt aliquando iſti intrarent in Sanctuarium, quia iſti comedere debebant de his, quæ offerebantur, vt patet infra, in littera. Aliquando tamen non poterant comedi oblata niſi in Sanctuario, vt habetur ſupra, 6. cap. cum dicitur: Reliquam autem partem ſimilæ comedet Aaron cū filiis ſuis, abſque fermento: & comedet in loco Sanctuarij Tabernaculi. Accedebat etiam miniſtrans ad labrum æneum, vt lauaret ibi manus, & pedes, cum miniſtraturus eſſet, alioquin moriebatur, vt patet Exodi 30. cap. Accedebat etiam miniſtrans ad oſtium Tabernaculi ad offerendum ibi coram Domino animal, quod à popularibus offerebatur, & ad orandum pro eo, qui offerebat, vt patet ſupra, 1. & 3. & quaſi per omnia capita. Accedebat etiam miniſtrans ad altare holocauſtorum, vt ibi ſanguinem funderet ſuper parietes, vel ad baſim Altaris, ſecundum varie-

A tatem ſacrificiorum, & vt ibi carnes, & adipes cremarentur, vt patet ſupra, 1. & quaſi per omnia capita. Ad iſta tria loca non licebat hominibus habentibus maculas accedere, quoniam ſolum pertinebat hoc ad miniſtrantes: ipſi verò prohibiti erant miniſtrare.

Si autem aliquis dicat, quod iſti etiam quia maculati erant, prohibebantur introire in Sanctuarium, ſicut contaminati, Reſpondendum eſt, quòd nō poteſt ſtare: quia infra ſolum vetatur, ne iſti miniſtrent, & intrent intra Tabernaculum, ſed non prohibetur quin intrent in Atrium. De hoc infra dicitur, ſcilicet, veſcetur panibus, qui offerūtur in Sanctuario, ita dumtaxat, vt intra velum nō ingrediatur, nec accedet ad altare, qui maculam habet. *Nec panes Deo ſuo*. id eſt, etiam non offeret panes Deo, qui huiuſmodi maculas habet; hoc intelligitur de panibus pro-
B poſitionis, de quibus ſupra dictum eſt. Dicitur autem Sacerdos aliquis offerre iſtos panes, non quòd ipſe traderet de ſubſtantia ſua ſumptus illorum, quoniam hoc faciebāt filij Iſrael, dantes farinam ad conficiendum iſtos panes, vt patet infra, 24. cap. cum dicitur; Per ſingula Sabbata mutabuntur coram Domino ſuſcepti à filiis Iſrael fędere ſempiterno. Sed dicitur aliquis Sacerdos offerre panes hos, quia ponebat eos coram Domino in Menſa propoſitionis: erāt autem menſa iſta intra Tabernaculū ad partem Septentrionalem eius, vt habetur Exo. 26. cap. Tangitur autem hic de his duabus miniſtrationibus, ſcilicet, hoſtiarum, & panis: tamen intelligitur etiam de omnibus aliis, vt habetur ex ſupradictis, ſcilicet, de incenſione candelarum, & de oblatione turis ſuper Altare thymiamatum. Non enim poteſt dicere aliquis, ꝙ non vetaren-
C tur iſta duo miniſteria, quia non exprimuntur; nam non poteſt ſtare; quoniam ſatis apparet ex littera, ꝙ prohibentur, quia dicitur, quòd iſti non intrarent intra velum. Et de Candelabro habetur Exodi, 27. cap. de Altari thymiamatum habetur Exodi, 30. cap. non ergo poterat quis facere iſta miniſteria, niſi introiret intra Tabernaculum, quod erat iſtis vetitum, ergo pariter vetita erant miniſteria, quæ non poterant niſi intra Tabernaculum fieri. *Veſcetur tamen panibus*.

De pluribus generibus panis oblati, & de quibus liceret comedere Sacerdotibus maculatis, & alijs ex familia maioris Sacerdotis. Quæſt. XXVIII.

HIc ponitur, quòd quamquam iſti prohiberentur à
D miniſtratione propter horrorem quendam, & defectum, qui accidere poterat in miniſtratione: tamen non prohibebantur, vt ſumerent cibos qui cedebant in vſus Sacerdotum de oblationibus. Dicuntur autē panes oblati in Sanctuario ipſi panes propoſitionis: quoniam ſimilam ad illos conficiendum offerebant Iſraelitæ, ſed Sacerdotes eos conficiebant, & offerebant coram Domino, intra Tabernaculum, ſuper Menſam propoſitionis. Iſtos verò per ſingula Sabbata Sacerdotes tollebant, & apponebant alios, vt patet infra, 24. cap. & hoc fiebat, vt tollerentur duri, & ponerentur recentes, vt patet 1. Reg. 21. c. eos autem qui duri ſeparabantur, comedebant Sacerdotes, & ſoli Sacerdotes, vt innuitur 1. Regum 21. & magis Matth. 12. cap. Ex hoc autem infertur, quod iſti qui erant de genere Aaron maculati, & nūquam miniſtrabant, vo-
E cabantur Sacerdotes; quoniam vt dictum eſt ſolis Sacerdotibus licebat comedere de his panibus: ſed iſti maculatis licebat comedere: ergo vocabātur Sacerdotes. Item apparet ex hoc, quòd filiæ Sacerdotum vocabantur Sacerdotes, quoniam eis licebat comedere de his panibus: ſolis tamen Sacerdotibus hoc licebat. Quòd autem filiabus Sacerdotū liceret comedere, apparet, quoniam maiora eis licebant, ſcilicet, comedere de pectuſculo, & armo conſecrato hoſtiarum pacificarum, quæ partes pertinebāt ad ius Sacerdotum. De hoc patet ſupra, 10. cap. cum dicitur: Pectuſculum quoque, quia oblatum eſt, & armū qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſſimo, tu, & filij tui, & filiæ tuæ tecum: tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtiis ſalutaribus filiorum Iſrael, eo ꝙ armū, & pectus, & adipes, qui cremantur in Altari, eleuauerint corā Domino. Patet etiam hoc ſeq. cap. vbi dicitur, quòd filia Sa-

cerdo-

cerdotis, quæ erat in domo patris ſui, nondum tradita viro, vel iam effecta vidua, comedebat de ſanctificatis. Quibus autem liceret comedere de ſanctificatis, habetur eodem cap. Licet adhuc de panibus iſtis ſatis dubiũ ſit quibuſdam, an liceret Sacerdotum filiabus comedere de illis, de quibus dicetur infra, 24. cap. Offerebantur etiam panes in Sanctuario, ſ. ſimila conſperſã oleo; nondum redacta in paſtam, nec formata in panem: & iſta totaliter cedebat vni Sacerdotum, præter pugillum, qui tollebatur de ea, & cremabatur ſuper Altare, vt patet ſupra 2.c. Offerebantur etiam panes de clibano, cum hoſtiis pacificis, aliquando fermentati, & aliquando non fermentati, vt patet ſupra, 7. cap. & 2. Aliquando autem offerebantur panes in ſartagine frixi, qui vocabantur lagana, oleo lita, & interdum ſimila frixa, vt apparet eodem 2.c. Aliquando etiam offerebantur panes de craticula, vt apparet eod. 2. cap. Aliquando etiam offerebantur panes fermentati in primitias: cum enim coquebant Iudæi panes, offerebant Sacerdotibus aliquid de illis, tanquam primitias: & ſic de aliis pulmẽtis. Sic habetur Num. 15. cap. De his omnibus panibus comedere poterant iſti filij ſacerdotum, qui maculati erant, & non miniſtrabant. Alio modo accipi poteſt hic panis pro omni eo, quod offerebatur in Sanctuario, ſiue eſſent carnes, ſiue panes, ſiue vinum. Scriptura enim interdum omne comeſtibile panem vocat, vnde nomine ſolius panis ciborum varietas intelligitur. Sic patet 4. Regum, cap. 6. vbi iuſſum eſt, q; apponeretur panis, & ſequitur, q; appoſita eſt ciborum præparatio. Et etiam non ſolum cibi cõmunes, ſed quolibet aliud comeſtibile nomine panis intelligitur, ſic patet Exodi 24. cap. cum dicitur de Moyſe, q; aſcendit in montem, & ſtetit ibi 40. diebus, & 40. noctibus cum Domino, & panem non comedit, & aquam non bibit. Sed ibi non loquitur de pane, quoniam manifeſtum eſt, q; in deſerto panis non erat, ſed loquitur de Manna, ſ. quòd non comedit Manna, quod erat loco panis: ſic enim habetur Exo. 16. cap. cum dicitur: Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate. Et quod amplius eſt, poſita lege, ne aliquis guſtaret panem, intelligebatur ne aliquis comederet mel. Sic habetur 1. Reg. 14. cap. cum dicitur: Maledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam, donec vlciſcar de inimicis meis. & ſequitur ibi, quòd Ionathas comedit paululum de melle, & propter hoc Dominus iratus eſt, ceciditq; ſuper eum ſors ad mortẽ, atque pater ſuus præfinito conſilio occidiſſet eum, niſi populus de manu eius eum liberaſſet. Sic autem intelligendum eſt hic de pane pro omni comeſtibili, ſcilicet, quòd de quocumque offertur in Sanctuario partem haberet. Patet hoc rationabiliter dictum: nã feminæ filiæ Sacerdotum comedere poterant de carnibus conſecratis, ſcilicet, de armo dextro, & pectuſculo, vt patet ſupra 10. cap. quanto magis ipſi viri, filij Sacerdotum? patet hoc: nam quædam partes ſacrificiorum licitæ erant ipſis viris ad eſum, feminis autem nõ licebant, vt apparet de ſacrificio pro peccato: quoniam ſolis maſculis comedere illud licebat. Sic patet ſupra 6.c. cum dicitur: Mares tantum ſtirpis Aaron comedent illud: legitimum ſempiternum eſt in generationibus veſtris, de ſacrificiis Domini.

Nomine panis ciborũ varietas intelligitur.

Item, omnia conceduntur iſtis Sacerdotibus habentibus maculas, præter hoc, q; non accedant ad miniſtrandum, ſicut alij Sacerdotes, vt patet cum dicitur hic: Veſcetur tamen panibus, qui offeruntur in Sanctuario, ita dumtaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad Altare, quia maculam habet. Sed aliis ſacerdotibus nõ maculatis licebat. Item, comedere de ſanctificatis concedebatur filiis, & filiabus Sacerdotum, & ſeruis empticiis eorum, niſi eſſent contaminati. Sed iſti per hoc, quòd habebant maculas, non erant immundi, ſiue contaminati: quia multum differt eſſe contaminatum, & habere maculam: cum dicantur maculæ quædam deformitates in defectu, vel inordinata poſitione partiũ corporis, ſicut eſſe claudũ, vel cæcum, & ſic de omnibus ſuprapoſitis. Eſſe cõtaminatum, eſt habere aliquam immunditiam aduenientem accidentaliter, quæ nõ eſt aliquid corpori immanẽs, nec eſt aliqua pars, aut defectus partis corporis, ſed magis aliquid accidens corpori noſtro, vt in contaminationibus, de quibus dictum eſt ſup. 11. cap. & ſequenti. Maculæ aũt non impediunt ſicut immunditiæ & contaminationes: quia contaminationes aliquando excludunt à communicatione hominũ, vt patet in leproſis ſup. 13. & 14.c. & in fluentibus ſemine & mulieribus mẽſtruatis, vt patet ſupra 15.c. & in viris pollutis ſomnio nocturno, vt habetur Deuter. 23. cap. etiam in eo, qui comburebat vitulam rufam, vt patet Num. 19. cap. & in eo qui portabat caprũ emiſſarium in deſertum, vt patet ſup. 16.c. idem de eo, qui erat pollutus ſuper mortuum, vt patet Num. 5.c. Aliquando autem contaminationes ſolum excludebant ab acceſſu ad Sãctuarium, & comeſtione rerum ſacrarum, atque miniſtratione: & hoc generale erat in omnibus immunditiis, vt nemini liceret accedere ad Sanctuarium, vel ad aliquã rem ſacram, vt patet ſupra 15. cap. cum dicitur: Docebitis ergo filios Iſrael vt caueant immunditiam: & nõ moriantur in ſordibus ſuis, cũ polluerint Tabernaculum meum, quod eſt inter eos. Vnde, quicumque polluebatur, & non expiatus accedebat ad Sanctuarium, morte dignus erat: & dicebat Deus, q; periret de populo ſuo; vt habetur ſupra 19. cap. maculæ autem non impediebãt hominem à communione aliorum, excludendo à caſtris, nec ab acceſſu ad Sanctuarium impediebãt, nec à comeſtione rerum ſanctificatarum, ſicut patet hic de habentibus maculas, ſed ſolum impediebant à miniſtratione rerum ſacrarum, vt hic dicitur. Multum ergo differunt maculæ, & contaminationes, vel immunditiæ. *Veſcetur tamen panibus*. id eſt, omnibus rebus comeſtibilibus. *Qui offeruntur in Sanctuario*. id eſt, in Atrio Tabernaculi; omnis enim oblatio de animalibus, vel aliis rebus, fiebat in Atrio Tabernaculi, & præſentabatur res oblata ad oſtium Tabernaculi: & deinde ſi eſſet animal, occidebatur coram Altari holocauſtorum. Hæc autem omnia fiebant in Atrio Tabernaculi. In ipſo autem Tabernaculo nulla de his banauſis miniſtrationibus gerebatur: cuius cauſæ explicatæ fuerunt Exod. 27.c. *Ita dumtaxat, vt intra velum non ingrediatur*. Hoc eſt quod vetatur iſtis maculatis de omnibus quæ pertinent ad Sacerdotes: nam omnia concedebantur eis quibus alij ſacerdotes gaudent; hoc autem ſolo priuabantur, vt non miniſtrarent; quod ſignificatur per hoc quod dicitur, q; nõ ingrederentur intra velum, nec accederent ad Altare.

Differentia cõtaminatorum, & maculatorũ, & quæ vtrique licebant.

Immunditia, à quibus generaliter prohibebant.

F G H

Miniſtrationes Sacerdotum quæ erant in Sanctuario in quattuor diſtinguuntur, & quòd nulla illarum licebat Sacerdoti maculato. Quæſt. XXIX.

I

MINISTRATIONES Sacerdotum, quæ erant in Sanctuario diſtinguebantur in quattuor, ſcilicet, offerre hoſtias immolãdo ſuper altare holocauſtorum; & ponere thymiama ſuper Altare thymiamatum; diſponere quoque lucernas in Candelabro; & ponere panes ſuper Menſam propoſitionis; Nullum horum licebat ſacerdotibus habentibus maculas. De primo intelligitur prohibitum cum dicitur: Nec accedat ad Altare, ſcilicet, holocauſtorum: quia ſuper iſtud fiebant carnium cremationes in ſacrificiis. Secundum, tertium, & quartum, prohibita fuerunt per hoc, quod dicitur, q; nõ ingrediatur intra velum: nam iſtæ tres miniſtrationes fiebant intra velum, id eſt, intra Tabernaculũ. Patet de oblatione thymiamatis, quod eſt ſuper Altare thymiamatum: quoniam illud erat intra Tabernaculum, vt patet Exodi 30. & ſupra 16. cap. patet etiam de diſpoſitione lucernarum in Candelabro: quoniam ipſum ponebatur intra Tabernaculum ad partem Auſtralem, vt patet Exo. 26.c. Item patet de Menſa propoſitionis, ſuper quam offerebantur panes propoſitionis: ipſa enim erat intra Tabernaculum ad partem Aquilonarem; vt patet Exo. 26. cap. Cum ergo alicui prohibebatur, ne ad Altare accederet, & ne introiret vltra velũ, omnia Sacerdotalia miniſteria eidẽ interdicta erant. Quod autem dicitur hic de velo, non intelligitur de velo quod pendebat ante ſancta Sanctorum; ſed de illo quod pendebat ante Tabernaculum; & vocatur tentorium. Erat enim in Tabernaculo pars ſecretiſſima ſancta Sanctorũ, & illa diſtinguebatur à reliquo Tabernaculo interpoſitis quattuor columnis, & velo pendente ante illas, deinde ipſum Tabernaculum diſtinguebatur ab Atrio: quoniã in tribus

K

lateribus

lateribus circumdebatur tabulis de lignis Setim, & operiebatur quattuor velamẽtis in tecto, atque parietibus tabulatum. In parte verò Orientali relinquebatur quartum latus ſine tabulis: & iſtud erat introitus ad Tabernaculum: ne tamen ea quæ erant intra Tabernaculũ paterent, poſita quadam cortina occupante totum illud latus, velabantur. & iſta vocabatur tentorium. De his omnibus habetur Exodi 26. cap. Erant ergo duo velamina poſita in Tabernaculo ad diſtinguendum, quorum vnum vocabatur velum, alterum autem tentorium. Hic autem dicitur, ne iſti maculati de ſemine Aaron, intrarent vltra velum: & non accipitur hic propriè velum, ſicut aliàs accipi conſueuit, ſed accipitur velum pro tẽtorio; quod apparet: quia velum eſt, quod diſtinguit Sancta Sanctorum à reliquis partibus Tabernaculi. Cum ergo dicitur de aliquo, ne ingrederetur vltra velum, ſenſus erat, quòd non introiret in Sancta Sanctorum. Non tamen poteſt accipi hic iſte ſenſus: quoniam tunc ſolum fuiſſet prohibitũ iſtis maculatis introire in Sancta Sanctorum; ſed hoc falſum eſt: quia hoc non ſolum maculatis, ſed etiã omnibus Sacerdotibus prohibitum erat, præterquam Sacerdoti magno, qui ſolus ingrediebatur in Sancta Sanctorum, vt habetur ad Hebr. 9. cap. cum dicitur: In priori quidem Tabernaculo ſemper introibant Sacerdotes ſacrificiorũ officia conſummantes: in ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine ſanguine, quem offert pro ſua, & populi ignorantia. Idem patet ſupra, 16. cap. Prohibebatur ergo hic maculatis ne ingrederentur vltra velum, id eſt, vltra tentorium; & hoc erat eſt interdici eis ne ingrederetur in Tabernaculum; & in hoc differunt ab aliis ſacerdotibus, quoniam aliis licebat ingredi in Tabernaculum quotidie ad miniſtrandũ in Candelabro, & Menſa propoſitionis, atque Altari thymiamatum, vt patet in præallegata auctoritate ad Hebr. 9. cap. ſcilicet: In priori quidem Tabernaculo ſemper introibãt ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes. Item patet, quòd intelligatur hic tentorium per velum, quoniam intentio eſt, ꝙ iſti ſacerdotes maculati prohibebantur ab omnibus miniſtrationibus, vt patet ſupra cum dicitur: Non accedet offerre hoſtias, nec panes Deo ſuo. Sed intra velum, ſi accipiatur pro velo Sancti Sanctorum, non fiebat aliqua de communibus miniſtrationibus, ſed ſola aſperſio ſanguinis ſemel in anno à ſolo ſummo Sacerdote, vt patet ſupra, 16. cap. ergo non prohibebãtur ab aliquo miniſterio hoc modo per hanc particulam: quia non ingredientes intra velum, ſcilicet, in Sancta Sanctorum, poterant ingredi intra tentorium, ſcilicet, in Tabernaculum vbi erant miniſtrationes in Candelabro, & Menſa, & Altari thymiamatum. ergo intelligendum eſt de velo, & tentorio pendente ante Tabernaculum. *Nec accedet ad Altare*. Duo Altaria erant in Sanctuario, ſcilicet, Altare holocauſtorum, & Altare thymiamatis; erat autem Altare holocauſtorũ extra Tabernaculũ in Atrio eius, vt patet Exodi 27. cap. Altare autem thymiamatis erat intra Tabernaculum, vt habetur Exodi 30. cap. In nullo autem horum poterant iſti maculati miniſtrare, ſcilicet, nec facientes ſacrificium, nec offerentes thymiama: hic tamen ſolũ ponitur de vno eorum, ſcilicet, de Altari holocauſtorum, quod non accederet maculatus ad offerendum in eo hoſtias; de alio autem iam vetitum erat cum dictum fuit, vt non ingrediatur intra velũ, Altare autem thymiamatum intra velum erat. Qui igitur non poterat introire intra velum, nec poterat miniſtrare in Altari thymiamatum. Dicitur autem, quòd non accederet ad Altare, ſcilicet, vt miniſtraret in eo: nã bene licebat accedere aliter illud tangendo. *Quia maculam habet*. Exprimitur cauſa huius prohibitionis, ſcilicet, quòd iſti maculati non miniſtrarent intra velum, vel extra: quia habebant maculas; aliis autem non maculatis, vtrobique licitum erat miniſtrare. *Et contaminare non debet Sãctuarium meum*. Hic declaratur adhuc magis cauſa, ſcilicet, quod iſti non introibant intra velum ad miniſtrandum, vel extra ad Altare, quia contaminarent Sanctuarium Dei. Non eſt autem ſenſus, quòd Sanctuarium reciperet aliquam contaminationem, ſicut ſi aliquis contaminatus tangeret Sanctuarium; vel ſi aliquis nunc ſanguine vel ſemine etiam violaret; eſt enim hic contaminatio, & expiatio requiritur: ſed dicitur hic contaminari Sanctuarium in quantum redditur cõtemptibile ipſum, & miniſteria, quæ in eo fiunt; ſicut enim dicebatur ſupra, quòd ſi miniſtrans ſit deformis, vel vilis qualitercumque, miniſteria eius contemnuntur propter eum: ita ipſe locus in quo fiunt miniſteria pariter contemnebatur; & hoc eſt eſſe contaminatum, id eſt, ꝙ contemnatur tanquam ſi eſſet cõtaminatus, vel vilis. *Ego Dominus qui ſanctifico eos.* id eſt, omnia ſupradicta facere debent, quia ego qui iſta iubeo ſum Deus illorum, & ſanctifico eos, id eſt, volo eos mihi eſſe ſanctos, cauentes omnem contaminationem. *Locutus eſt ergo Moyſes*. Hic ponitur præpoſitorum executio: quoniam ſupra iubebatur, vt Sacerdotes cauerent omnia iſta, quę dicta ſunt, & Moyſes eis hæc denunciaret: nunc verò Moyſes denuncians inducitur. *Ad Aaron, & ad filios eius, & omnem Iſrael*. Iſta enim pertinebant ad ſacerdotes, quoniã ipſi cauere debebant immunditias, quæ hic expreſſæ ſunt, ideo debuerunt principaliter dici Aaron, quia Princeps erat ſacerdotum; aliis verò conſequenter, quia ei ex aliqua parte attinebãt: Populo autem Iſrael dicta ſunt vltimatè, quoniã ad eos non pertinebant directè; ideo in principio non exprimitur, quòd deberet loqui Moyſes Iſraelitis, ſed ſolum Aaron, & filiis eius, cum dicitur: Loquere ad ſacerdotes filios Aaron. Sed dicet aliquis, cum in aliis locis in quibus lex data ſolum pertinet ad ſacerdotes, ipſis ſolis illa refertur, quare hic cum pertineat lex ad ſacerdotes, ſolum fit mentio de Iſrael. De primo habetur exemplum ſupra 6. & 16. cap. in quibus lex data ſolum pertinebat ad ſacerdotes, & his ſolis denunciatur. Hic autem contrarium patet. Reſpondendum eſt, quòd iſta lex quamquam ad populares directè non pertineat, tamen ex aliqua parte ad eos attinet; nam dicebatur ſupra de ſummo Sacerdote: Puellam de populo ſuo accipiet, ne commiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ. In quo innuitur, quòd Sacerdos Magnus deberet aſſumere in vxorem puellam de magno genere, & quia ſi ipſe eam peteret, forte non daretur illi, neceſſe erat, vt diceret Deum iuſſiſſe hoc. & quia ei dicenti non crederetur, quoniam ſibiipſi in hac parte fauorabilis erat, conueniens fuit iſtam legem poni coram toto populo, vt ſic inclinarentur Iſraelitæ ad dandum filias ſuas ſacerdotibus in vxores. Moyſe autem dicẽte iſta, nulla contra ipſum præſumptio erat, quoniam ipſe erat Propheta Dei, cui firmiter credebatur, vt Deus illi prædixerat, Exodi 19. cap. ſcilicet, Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentẽ ad te, & credat tibi in perpetuum. Etiam credebatur illi, quia non præſumebatur ſibiipſi fauorabilis, cum nulla ex lege hac ei vtilitas proventura eſſet, quia non erat ſummus Sacerdos, nec minor, ſed ſimplex Leuita. *Cuncta quæ fuerunt ſibi imperata*. ſcilicet, omnia quæ habentur in hoc capite: quia omnia hæc fuerant illi imperata, vt diceret Sacerdotibus filijs Aaron.

Duo velamina in Tabernaculo poſita ad diſtinguendum.

Duo Altaria erant in Sanctuario.

CAP. XXII.

LOCVTVS quoque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad Aaron & ad filios eius, vt caueant ab his quæ conſecrata ſunt filiorum Iſrael, & non contaminẽt nomen ſanctificatorum mihi, quæ ipſi offerunt. Ego Dominus. Dic ad eos, & ad poſteros eorum: Omnis homo, qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filij Iſrael Domino, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino. Ego ſum Dominus. Homo de ſemine Aaron, qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis, non veſcetur de his quæ ſanctificata ſunt mihi donec ſanetur. Qui tetigerit immundum ſuper mortuo, & ex quo egreditur ſemen quaſi coitus, & qui tangit reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus eſt ſordidus, immundus erit vſque ad veſperum, & non veſcetur his quæ ſanctificata ſunt: ſed cum lauerit carnem ſuam aqua, & occubuerit Sol, tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis; quia cibus illius eſt. Morticinum & captum a beſtia non comedent, nec polluentur in eis. Ego ſum Dominus. Cuſtodiant præcepta mea, vt non ſubiaceant peccato, & moriantur in Sanctuario, cum polluerint illud. Ego Dominus qui

De impedimentis filiorum Aaron.

Exo. 22. Ezech. 4.

qui ſanctifico eos. Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis, inquilinus Sacerdotis, & mercenarius non veſcentur ex eis. Quem autem Sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. Si filia Sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit: de his quæ ſanctificata ſunt, & de primitijs non veſcetur. Sin autem vidua, vel repudiata, & abſque liberis reuerſa fuerit ad domum patris ſui: ſicut puella conſueuerat, aletur cibis patris ſui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet poteſtatem. Qui comederit de ſanctificatis per ignorãtiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit Sacerdoti in Sanctuarium. Nec cõtaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael, quæ offerunt Domino: ne forte ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, cum ſanctificata comederint. Ego Dominus qui ſanctifico eos.

Sanctificata non eduntur niſi à Sacerdotib. & ſuis.

LOCVTVS *quoque eſt*. In ſuperioribus dictum fuit de perſonis miniſtrantibus circa diuinũ cultum. Hic agitur de conditione ipſarum miniſtratarum rerum, ſcilicet, qualiter ſe habere debeant res, quæ Domino offeruntur. Et diuiditur in duas partes: quia Primò ponitur quid obſeruandum ſit circa ea, quæ ſunt iam oblata. Secundò quid circa ea quæ ſunt offerenda. Tertiò ponitur iſtorum quædam ratio inductiua. Secunda ibi: *Locutusq. eſt Dominus*. Tertia ibi. *Cuſtodite mandata*. Prima in duas: quia primò ponitur circa res ſanctificatas tranſgreſſio: Secundò tranſgreſſorum punitio atque promiſſio. Secũda ibi. *Qui comederit de ſanctificatis*. Circa primum. *Locutus quoque eſt Dominus ad Moyſen*. Iſta locutio facta ad Moyſen an fuerit ſimul cum ſuperioribus, vel non, non multum refert: quoniam in ſuperioribus declaratum fuit non fuiſſe omnia iſta ſimul dicta: ſed quædam neceſſariò ab alijs ſeiuncta ſunt. hoc tamen videtur ſimul dictum eſſe cum ſuperioribus, quoniam eadem materia eſt de qua dicitur hic, & in præcedentibus: quia tamen ſupra dicebatur de conditionibus Sacerdotum offerentium; hic autem de conditione rerum oblatarũ, poſitum fuit caput orationis quod eſt. Locutus eſt. *Loquere ad Aaron & ad filios eius*. Iſta lex ponitur Sacerdotibus, cum agatur hic de conditione rerum oblatarum, & offerendarum. offerre autem aliquid, vel vti rebus oblatis, ad Sacerdotes pertinet: quia tamen ſunt hic aliqua quæ pertinẽt etiam ad populares, ſcilicet, offerre ipſas hoſtias præſentando Sacerdotibus, poſſunt etiam delinquere abutendo rebus ſanctificatis. Conuertitur etiam ſermo ad eos, vt patet infra cum dicitur: Loquere ad Aaron & filios eius, & ad omnes filios Iſrael. ea autem quæ hic in principio dicuntur, ad ſolos Sacerdotes pertinent, ideo de eis ſolis ſermo fit.

Regula prui res oblatas, & conſecratas.

Vt caueant ab his quæ conſecrata ſunt. Hic ponitur regula circa res oblatas, & iam conſecratas, ſ. quis debeat illi veſci; & excluduntur hic octo perſonæ, ſcilicet, leproſus, ſemine fluens, immundus ex tactu vel eſu, alienigena, inquilinus, mercenarius, filia Sacerdotis matrimonialiter copulata. In his autem ratio prohibitionis eſt propter cauſam litteralem & figuralem, de qua infra dicetur. *Vt caueant ab his quæ conſecrata ſunt*.

De diuerſis generibus ſacrificiorum, & oblationum, & quid de omnibus illis licebat comedere Sacerdotibus.

Quæſt. 1.

DICVNTVR filij Aaron debere cauere ab his quæ conſecrata ſunt, non quòd ea in cibum aſſumere vetentur, ſed quia eſus illicitus prohibeatur. Conueniebat namque Sacerdotibus, vt comederent de oblationibus Domini. Nam ſi erat oblatio in pane, cum vino, & oleo, quæ ſunt libamenta ſua, tota cedebat ſacerdotibus, præter pugillum qui inde ſumebatur, aut aliquid paruum de pane ad cremandum ſuper altare, vt patet ſupra 2. cap. & hoc ſiue eſſent panes fermentati, ſiue azimi, vt patet ſupra 7. capite, niſi eſſet panis oblatus in conſecratione Sacerdotum; quoniam iſta tota cremabantur ſuper altare, nec comedebat quiſquam ex illis. Sic habetur ſupra 6. cap. cum dicitur. omne enim ſacrificium Sacerdotum igne conſumetur, nec quiſquam comedet ex eo. Si autem ſacrificium de carnibus, diſtinguebatur in tria genera, ſcilicet, in holocauſtum, victimas pacificas, & hoſtiam pro

F peccato. Si autem erat holocauſtum, nihil de carnibus ſacerdoti cedebat, quoniam omnes carnes, & caput cum inteſtinis, & pedibus in altari cremabantur, vt ſupra 1. cap. ſola autem pellis cedebat Sacerdoti de holocauſto, vt patet ſupra 6. cap. cum dicitur: Sacerdos qui offert holocauſti victimam, habebit pellem eius. Si autem erat hoſtia pacifica, habebant inde Sacerdotes armum dextrum, & pectuſculum, vt patet ſupra 7. & 10. cap. quanquam Deuteronomij 18. capite, videatur aliquid alterum addi, de quo ibi declaratum eſt. aliæ autem partes Deo & offerentibus cedebant: nam Deo ſoli adipes dabantur; præterquam ſi offerretur aries vel ouis: quia tunc præter adipes offerebatur cauda, in alijs autem ſoli adipes. ceteræ autem carnes offerentibus cedebant, vt patet ſupra 3. cap. Si vero eſſet ſacrificium pro peccato generaliter dictum,
G aut erat pro peccato ſpecialiter dicto, aut pro delicto. Si eſſet pro peccato, omnes carnes, & pellis ſacerdotibus cedebant præter adipes, qui coram Domino cremabantur. Si autem eſſet ſacrificium pro delicto, omnes carnes ſacerdotibus cedebant, præter caudam & adipes, qui cremabantur coram Domino: de vtroque habetur ſupra 6. capite. Patet ergo quòd non iubebat Deus, vt ſacerdotes cauerent à conſecratis; quin potius dabat illa ſibi in cibos pro miniſterio, quod faciebant in Sanctuario, vt patet Numer. 18. & Deuteronom. 18. cap. vbi diſtinguuntur iura Sacerdotalia in oblationibus, & quibuſcumque alijs conſecratis Domino.

Dicuntur tamen ſacerdotes debere cauere res conſecratas, ſcilicet, quòd non abutantur eis ſumentes eo modo, quo non conuenit. Hoc autem erat cum immundi eſ-
H ſent, vel haberent aliquam de conditionibus infra poſitis. Eſt autem cauere habere ſe reuerenter, ſcilicet, quòd non accederent ſacerdotes per omnem modum ad res conſecratas Domini; ſed ſolum reuerenter & munde, diſtinguentes eas à rebus profanis, à quibus nõ cauent, ſed vtuntur illis, vt volunt.

Ab his quæ conſecrata ſunt filiorum Iſrael. Dicuntur conſecrata filiorum Iſrael ea, quæ conſecrantur ab eis. & ſunt conſecrata ea, quæ offeruntur, vel donantur, aut vouẽtur, vel qualitercumque in ius Dei tranſeant ſpecialiter, patet: quoniam ea quæ vouentur dicuntur conſecrari, vt habetur infra 27. cap. & dicuntur conſecrata, quia fiunt ſacra, & ad Dominum applicantur: Nam antequam iſtæ res offerrentur, vel vouerentur, profanæ erant, pertinentes ad ius vulgarium dominorum. Cum vero oblatæ vel voto
I obligatæ erant, in ius Dei tranſibant: quod eſt eas ſacras eſſe vel conſecratas, id eſt, ei à nobis applicatas. Iſtæ aũt res non dicebantur conſecrari, quãdo ſacerdotibus tradebantur portatæ ad ſanctuarium, ſed quando in ius Domini cedere incipiebant. vnde in oblationibus, quoniam libera traditio erat, nunquam tranſibat aliquid in ius Dei, vel cõſecrabatur, quouſque ſacerdoti traderetur: quoniam ante illud liberum erat offerenti, retrocedere: cum vero ſemel tradidiſſet, non licebat. per traditionem ergo conſecrabantur oblationes: Ea vero quæ donabantur, aut vouebantur, tranſibant in dominium Dei per donationem, vel ſponſionem, cum donans vel vouens ipſa donatione vel voto abrenũciet iuri, quod habet in re ideo antequam traderentur iſta Domino, iam erant conſecrata, nec erat liberum ipſi donanti vel vouenti aliquid aliud de illis fa-
K cere. Etiam non poterant ea, quæ pertinebant ſemel ad Deum, voueri, vel donari etiam ipſi Deo, ſicut patet de primogenitis pecorum, quæ offerebantur Domino: quoniam illa pertinebant ad Deum ex lege, vt patet Exo. 13. & 34. cap. cum dicitur, quòd primogenita quæ ad Deum pertinent, nemo ſanctificare poterit, & vouere, ſiue bos, ſiue ouis fuerit: etenim Domini ſunt. Ideo non poterat aliquis facere quidquam in iſtis primogenitis, accipiendo vtilitatem ab eis; vt tondendo, vt accipere lanas, ſicut patet Deuteronomij cap. 15. cum dicitur: Non operaberis in primogenito bouis, nec tondebis primogenita ouium; non poterat ergo aliquid agere in iſta qui tenebat ea; ſed iam totaliter erant Dei, cui tenebantur; & ex tunc erant conſecrata ei, ex quo eſſe cœperant; quoniam ex tunc erant Dei. *Et non contaminent nomen ſanctificatorum mihi, quæ ipſi offerunt*. id eſt, ſacerdotes non polluant ea,

Quæ dicebantur conſecrari vel tranſire in ius Dei.

quæ

quæ ſanctificata ſunt mihi per eos. Idem eſt enim contaminare ſanctificata, vel non cauere à conſecratis: quoniam ſicut habere ſe irreuerenter ad conſecrata, eſt non cauere illa, & peccare, ita polluere ſanctificata: quoniam qui non obſeruat reuerentiã rebus ſanctificatis, ſicut debet, polluit illas. Dicitur quòd non polluant nomen ſanctificatorum, id eſt, non polluant ea, quæ vocantur ſanctificata, quaſi dicat poſtquam res eſt Deo oblata, vel donata: & per hoc quòd vocatur ſanctificata, non debent abuti illa Sacerdotes; quod eſt contaminare eam, & reddere contemptibilem. *Quæ ipſi offerunt*. i. ipſa quæ ſanctificantur ab Iſraelitis, & applicabantur Deo per ipſos ſacerdotes offerentes, non debebant contaminari vel contemni. Dicuntur iſta eſſe oblata per Sacerdotes, non quaſi ipſi obtuliſſent; vel de ſubſtantia ſua tribuiſſent: ſed quia Iſraelitæ Domino tribuebant. Ipſi tamen non poterant per ſe Domino applicare, ſed Sacerdotes applicabãt, quia iſta applicatio eſt operatio ſacerdotalis: operationes autem iſtæ, nemini licitæ erant niſi ſacerdotibus: & ſi quis aggrediebatur illas, mori debebat, vt aliàs dictum fuit. Cum ergo ipſi ſacerdotes immediatè res ſanctificabant, Deo applicabantur. Hoc autem totum eſt, vt non abuterentur iſtis rebus ſumendo eas, quãdo immundi eſſent, in cibum. *Ego Dominus*. id eſt, iſta facere debetis propter reuerentiam meam: quia ego iubens iſta ſum Dominus Deus veſter, quem colere & honorare debetis, atque tenemini. *Dic ad eos, & ad poſteros eorum*. Hic exprimitur præceptum magis in ſpeciali de obſeruando munditiam, & reuerentiam circa res ſacras. Obſeruabatur autem dupliciter, ſcilicet, in eo, quòd Sacerdotes non abuterentur rebus conſecratis; & in eo, quòd non permitterent alios abuti illis. Nam cuſtodia rerum ſacrarum, & diſpenſatio earum erat commiſſa Sacerdotibus: ideo ſiue ipſi peccarent abutendo rebus; ſiue alij abuterentur, ad eos pertinebat peccatum: quoniam non poterat hoc fieri ſine eorum peccato; ſi enim ipſi abuterentur per commiſſionem peccabant, ſi verò alij abuterẽtur, iſti peccabant per omiſſionem: quoniam ex negligentia ſua, aut permiſſione, alij fecerunt, quod licitum non erat. propter hoc ergo omnia peccata quæcumque fiant in tranſgreſſione cultus Sacerdotalis, ſiue ab ipſis Sacerdotibus, ſiue ab aliis fierent imputabantur ſacerdotibus. ſic patet Numeri 18. cap. cum dicitur: Tu, & filij tui, & domus patris tui, tecum portabitis iniquitatem Sanctuarij: & tu & filij tui ſimul ſuſtinebitis peccata ſacerdotij veſtri; id eſt, ad te, & ad filios tuos pertinent omnia peccata quæcumque fiant in ſacerdotio, ſcilicet, contra regulas Sacerdotij: & hoc ſiue per vos fiat, ſiue per alios; ideo hic quanquam ſubdatur quomodo aliquando contaminentur ipſa conſecrata per Sacerdotes, aliquando per aliquos alios, ſemper tamen dicitur Sacerdotibus, ne contaminent ſanctificata filiorum Iſrael, id eſt, ne ipſi contaminent, vel ne ab aliis contaminari ſinant.

Et dicitur, quòd hoc ſit dicendum Aaron, & filiis eius, & poſteris eorum: non quòd iſta lex pronunciari poſſit poſteris iſtorum, quia illi nondum erant; ſed quòd pronunciaretur iſtis, qui erant: & per hoc eſſent obligati iſti, & ſucceſſores eorum.

Leges datæ in monte Synai de iſtis cæremoniis magis obligabant futuros quam præſentes. Quæſt. 11.

HOc autem dicitur ne intelligerent Sacerdotes, & alij Iſraelitæ, quòd iſta lex ſolum ligabat eos, qui præſentes erant: quoniam magis ligabat futuros quàm iſtos, non quidem quantum ad efficaciam vinculi, quia æqualem obligationem habet lex ad omnes illos, quibus imponitur; ſed quantum ad exercitium legis; quia magis eueniret materia operandi ſecundum iſtam legem eis, qui futuri erant, quàm eis qui nunc exiſtebant: quoniam in deſerto non operati ſunt Iſraelitæ ſecundum præcepta cæremonialia iſta eis data; quia non occurrebat eis materia operandi, ſcilicet, quia non habebant omnia quæ requirebantur ad ſacrificia, & ad alia quæ facere iubebantur. Etiam non erat eis facultas faciendi iſta, quia erant ſemper in motu; & operationes cæremoniales requirebant quandam determinationem temporis, & quietem, quæ non occurrebat ambulãtibus in deſerto. Etiam non erat intentio Dei obligandi ad iſtas cæremonias eos, qui nunc erant, ſed eos, qui poſtea futuri erant: quod patet: quia non obligauerũt illa præcepta quouſque Iſraelitæ intrauerũt in terram promiſſionis, & poſſederunt eam pacificè: quod fuit ſpacium plurium quã quinquaginta annorum; quod patet: quia ex eo tempore, quo iſta data ſunt vſque ad egreſſum de deſerto, fuerũt quaſi quadraginta anni: quoniam data ſunt in principio ſecundi anni exitus de Aegypto, vt declaratum fuit ſupra præcedenti cap. & ſtetit populus in deſerto quadraginta annis, vt patet Exodi decimoſexto cap. & Deuteronomij cap. octauo. Poſtea autem antequam pacificaretur terra, tranſierunt anni quattuordecim, ſecundum quòd quidam referunt: & ſi non conſtet determinatè quantum tempus fuit, conſtat tamen quòd fuit longum tempus, vt habetur Ioſue vigeſimoſecũdo cap. vbi loquitur Ioſue ad Rubenitas & Gaditas de tempore, quo ſteterunt cum aliis tribubus ad ſubiiciendum eis hoſtes: & dicit feciſtis omnia quæ vobis præcepit Moyſes famulus Domini, mihi quoque in omnibus obediſtis: nec reliquiſtis fratres veſtros longo tempore vſque in præſentem diem: quia ergo dedit Dominus Deus fratribus veſtris quietem ac pacem, reuertimini in tabernacula veſtra. Eſſet ergo iſtud tempus quod longum dicitur, decem annorum vel plurium: & ſic à principio iſto legum datarũ vſque ad illud tempus tranſiuiſſent anni quinquaginta, vel plures. Finitis autem iſtis quinquaginta annis, rari ſupereſſent de his, quibus iſtæ leges datæ fuerant: ſed iſti ſoli obligabantur ad executionem iſtarum legum. ergo magis obligabantur poſteri quam qui præſentes erant.

Quod autem illi qui poſt quinquaginta annos aut plures futuri eſſent, ad executionem obligarentur, & nõ qui præſentes erant; patet, quia in primis legibus dicitur. cum ingreſſi fueritis in terram Chanaan; & tradiderit eam Dominus Deus veſter, vobis facietis hoc, vel illud. Sic patet ſupra 14. cap. ſic etiam habetur Numeri cap. 15. & Deuter. 7. capite, & in aliis pluribus locis.

Et non ſolum Iudæi quando erant in deſerto non obligabantur ad iſtas leges cæremoniales: ſed etiam non operabantur ſecundum illas, ſed ſecundum quòd volebãt, & eis occurrebat, vt apparet Deut. 12. cap. cum dicitur: Hæc ſunt præcepta atque iudicia, quæ facere debetis in terra, quam Dominus Deus daturus eſt tibi. & poſtea adiungitur: nõ facies ibi, quæ nos hic facimus hodie ſinguli, quod ſibi rectum videtur: nec enim vſque in præſens tempus veniſtis ad requiem, & poſſeſſionem, quam Dominus Deus daturus eſt vobis: tranſibitis Iordanem & habitabitis in terra, quam Deus daturus eſt vobis, vt requieſcatis à cunctis hoſtibus per circuitum: & abſque vllo timore habitetis in loco, quem elegerit Dominus Deus veſter, vt ſit nomen eius in eo: illuc omnia quæ præcipio conferetis, holocauſta & hoſtias. ecce qualiter Iſraelitæ in deſerto nihil obſeruauerint de legibus datis ex obligatione, ſed faciebant quod volebant; obligatio autem cępit eo tempore quo data eſt pax in terra Chanaan. Fuerunt tamen aliquæ iſtarum legum executioni traditæ immediatè vt datæ fuerunt, ſcilicet, de ordinatione ſacerdotum, & de ſacrificiis, & ſimilibus, & obſeruatione Paſchali, vt habetur Exodi 29. cap. & ſupra 8. cap. nam ſacerdotes conſecrati fuerunt per ſeptem dies: & in qualibet die fiebant ſacrificia, vt patet ſupra 8. Poſtea in octauo die facta ſunt ſacrificia pro populo & ſacerdotibus, vt patet ſupra 9. c. tunc etiam principes populi per 12. dies obtulerunt ſinguli oblationes ſuas vt habetur Num. 7. c. fuit ẽt tunc obſeruatum Paſcha in monte Synai, vt hẽ Num. 9. c. Hæc aũt incępta ſunt fieri eo tẽpore quo datæ ſũt iſtæ leges; ne ſi tunc nihil inciperetur, Iſraelitæ, qui poſt quinquaginta, vel plures annos venirent, neſcirẽt cæremonias ſacrificiorum, & aliarũ legum explẽdarum; vel forte putarent illas leges eſſe abolitas: quia tãtis temporibus nunquam executioni traditæ fuerant. ideo cũ circa finẽ quadrageſimi anni ab exitu de Aegypto Moyſes repeteret aliqua pcepta de ſacrificiis, retulit ſe ad ſacrificia quæ facta erãt in mõte Synai, quaſi nulla alia facta fuiſſẽt toto tpe inter-

interſpedio 38. aut trigintanouem annorum. Sic patet Numeri 28. cap. cum dicitur: Hæc ſunt ſacrificia, quæ offerre debetis. Et deinde ſequitur. Holocauſtum eſt iuge quod obtuliſtis in monte Synai in odorem incenſi Domini. Quòd autem illa dicta fuerint circa finem quadrageſimi anni ab exitu de Aegypto, patet ex his quæ diximus Deuter. 1. cap. Infertur ergo ex his, quòd iſtæ leges datæ fuerint Iudæis, & poſteris eorum, magis tamen obligauerūt poſteros, quam præſentes: quia præſentes obligati ſunt ad recipiendum, ſed nō ad exequendum quod iubebatur. poſteri vero ad vtrumque. *Omnis homo, qui acceſſerit.* Loquitur hic Deus ad ſacerdotes, mandans vt reuerenter ſe haberent in accedendo ad res ſacras: vnus ad faciendum ſacrificia vel quamlibet aliam miniſtrationē, alius autem ad guſtandum de ipſis rebus ſanctificatis. In primo acceſſu ſacerdotes reuerenter habere ſe debebant nō omittendo aliquam de cæremoniis, quam facere debebant. Primò, ꝙ non eſſent immundi, alioquin morerētur accedentes ad res ſacras, vt patet ſupra 15. cap. & Numer. 19. cap. etiam requirebatur, ꝙ iſti lauarentur pedibus, & manibus cum miniſtraturi eſſent: alioquin morerentur, vt patet Exodi 30. cap. Item exigebatur, ꝙ induerentur veſtibus ſacris non omittentes aliquam de illis, nec etiam minimam, ſcilicet, feminalia alioquin morerentur, vt patet Exodi 28. cap. Item quòd non miniſtrarent in loco in quo miniſtrare non debebant, vtpotè immolantes in agris, quoniam ſic etiam morerentur, vt patet ſuprà 17. capite.

Quid requirebatur in Sacerdotibus miniſtrantibus, ad hoc, ꝙ nō morerentur.

Item quòd non accederent ad miniſtrandum, vel aliàs ad loca illa quæ propter ſanctitatem ſuam adiri vetita erant, vt ſcilicet, quòd non introirent in Sancta Sanctorū, nam etiam tunc morerentur, vt patet ſupra 16. cap. Item, quòd non offerrent de aliis rebus, quàm de quibus offerri iuſſum erat: quoniam ſic mortis pœnam incurrerent, vt patet de Nadab, & Abiu, qui mortui fuerunt quod obtuliſſent ignem alienum, vt patet ſupra 10. & 16. cap. & generaliter quandocumque ſacerdos in miniſtratione, & reuerentia, vel negligentia omitteret aliquid, moriebatur: vel ſi faceret contra ea, quæ iuſſa erant: eo quia tunc agebat per ſuperbiam; & anima quæ per ſuperbiam peccaret, peribat de populo ſuo, vt patet Numeri 15. cap. Hæc ſunt pertinentia ad conditiones accedentiū ad miniſtrandum: quod eſt accedere ad res ſacras; & de hoc non dicitur hic. Alius modus accedendi ad res ſacras eſt, accedere ad guſtandum de eis, poſtquam conſecratæ ſunt: & de iſto dicitur hic, ꝙ illi, qui accederent ad res ſanctificatas, deberēt habere munditiam. *Omnis homo qui acceſſerit,* ſcilicet, ad comedendum de rebus conſecratis. *De ſtirpe veſtra.* Loquitur Deus ad ſacerdotes, & datur eis præceptū, vt non accederent ad res ſacras deguſtandas immundi. Non dicitur hic de ſtirpe ſacerdotum tanquam ſoli ſacerdotes peccarent, ſi deguſtarent de rebus ſanctificatis exiſtentes immūdi: quia ēt peccabant laici, inimo magis peccabant in hoc quam ſacerdotes, qm̄ ſacerdotes peccabant ſimpliciter, populares aūt dupliciter. Sacerdotes.n. peccabant ſolum ſi immundi comederēt de ſanctificatis: populares autem peccabant ſi comederent, & ſi immundi comederent: nam nullis licebat comedere de rebus ſanctificatis niſi ſacerdotibus, & familiis eorū, eo modo, quo infra determinatur in littera. Alij autem ſiue mundi, ſiue immundi comederent, peccabant; Sed dicitur: *De ſtirpe veſtra.* Quia ſolis eis comedere licebat; ideo eis tātummodo debebat dari lex de comedendo cū puritate. Si tamen contingeret ex aliquo caſu, ꝙ vulgares comederent de rebus ſanctificatis, debebāt & ipſi eſſe mundi; ēt ſi cum neceſſitate comederent, quod patet de Dauid & pueris eius, qui acceperūt de panibus propoſitionis ad comedēdum, quos ſolis ſacerdotibus comedere licebat, & licuit eis comedere propter neceſſitatem: quia tunc miſericordia præualebat ſacrificio, vt Chriſtus teſtatur de iſtis Matth. 12. cap. tamen quāquam eſſent in neceſſitate, ſacerdos Achimelech quæſiuit ab eis, an eſſent mundi maxime à mulieribus: nec eis dare voluit, quouſque dixerunt ſe eſſe mundos, vt patet 1. Regum 21. c. cum dicitur. Nūc ſi habes ad manū, vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris, & reſpondens ſacerdos ad Dauid, ait: non habeo panes laicos ad manum, ſed tantū panem ſanctum: ſi mūdi ſunt

F pueri, maximè à mulieribus, manducent. & reſpondit Dauid ſacerdoti. & quidem ſi de mulieribus agitur, continuimus ab heri, & nudiuſtertius, quando egrediebamur; & fuerunt vaſa puerorum ſancta. Dedit ergo ei ſacerdos panem ſanctum.

Ad ea quæ conſecrata ſunt. Intelligendum ſi accedit aliquis ad comedendum: nam ſi accedat ſolum tangendo, non eſt tanta iniquitas, quanquam peccatum: quia ipſæ res quæ contingunt res ſacras, ex earum contactu ſanctificantur, vt patet ſupra 6. capite, cum dicitur: Quicquid tetigerit carnes eius, ſanctificabitur: Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa, lauabitur in loco ſancto; vas autem fictile in quo cocta eſt confringatur. quòd ſi vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. Aliquando tamen res ſacra contingens res non ſacras, non ſancti-
G ficat eas; ſicut ſi qui in ora veſtimenti ſui haberet modicum de carnibus ſacris, & poſtea contingeret panem, aut pulmētum non ſanctificabat illa, vt patet Aggæi c. 2. de quo dicendum eſt, ſicut declarauimus ſupra 6. cap. In eo autem qui accedebat ad guſtandum & guſtabat, maior erat contaminatio.

Nota duas lit.

Conſecratum quid dicatur: & quale ius eſſet rerum conſecratarum. Quæſt. III.

DICITVR autem hic de rebus conſecratis: Et ſicut ſupra declaratum fuit, vocantur conſecrata omnia illa, quæ Deo applicantur tranſeuntia in poteſtatem eius, & hoc ſiue per oblationem, ſiue votum, ſiue donationē; vel quemlibet alium modum transferendi dominium.
H Et ſecundum hoc decimæ quæ debebantur Domino ex lege data, erant conſecratæ: quia non pertinebant ad poteſtatem eorum, qui reddituri erant. Idem de primitiis. Sed iſta conſiderantur dupliciter: quia aut antequam ſepararentur de reliquo aceruo frugum ad dandum ſacerdotibus, aut poſtquam ſeparabantur. Si antequam ſepararentur, dicendum eſt, ꝙ non erant decimæ conſecratæ: quia cum non eſſet ibi ſeparata pars decima ab aliis nouē, nihil poterat ibi ſpecialiter eſſe obligatum Deo tanquam decima: quia nō eſt maior ratio, quare vna pars eſſet magis obligata q̄ alia, cum de qualibet parte poſſet ſolui decima; & quamcumque dando ſatisfaciebat ille, qui dabat: ideo nihil erat ibi conſecratum: alioquin omnia fuiſſent conſecrata; & ſic, ſi comederet laicus de illo aceruo frumenti non decimato, nihil peccabat, nec dice-
I batur comedere de rebus ſacris, quanquam de illo poſtea decima ſoluenda erat. Si autem ſeparata fuiſſet decima pars à reliquis, vt inde ſolueretur Dño, quod debebatur, qui comederet de illa, peccabat, nec ſatisfaciebat ſi daret tantumdem, ſed tenebatur ad pœnam, quæ hr̄ infra, & eam quæ hr̄ ſupra 5. cap. & hoc, quia Deo faciebat iniuriam ille, qui rebus ſacris veſcebatur, tanquam vtens iure ſuo, cum iam illa ad Deum ſpecialiter pertinerent: ideo Iſraelitæ qn̄ veniebant ad offerendum decimas coram Domino in Sanctuario, & primitias, excuſabant ſe, ꝙ non applicaſſent illas ad aliquos vſus illicitos, vt habetur Deuteron. 26. c. cum dicitur: Abſtuli quod ſanctificatum eſt de domo mea, & dedi illud Leuitæ, atque aduenæ, pupillo, & viduæ, ſicut iuſſiſti mihi; non præteriui
K mandata tua; nec ſum oblitus imperij tui. Non comedi ex eis in luctu meo, nec ſeparaui ea in qualibet immūditia, nec expendi ex his quidquam in re funebri. Si aūt eſſent decimæ ſoluendæ de animalibus, & primitiæ, non poterant eſſe ſeparatæ à reliquis pecoribus decimalibus, ſicut in decimis frugum. ideo non erant ſanctificatæ: qm̄ iſta non pertinebant ſpecialiter ad Deum, quouſque ipſa eſsēt ſeparata à rebus profanis, alioquin omnia alia animalia eſſent ſanctificata, cum ſit æqualis ratio in omnibus. Quòd aūt non poſſent ſeparari iſta animalia ad dandum decimam de eis, antequam darentur, apparet infra 27. capite, cum dicitur: Omnium decimarum bouis, ouis, & capræ quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino. Nō eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur, ſi quis mutauerit, & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt ſanctificabitur Domino, & non redimetur.

Ideo in iſtis animalibus antequam decimarentur, quanquam aliquis conuerteret illa ad quoſcumque vſus, nihil agebat illicitum, cum non pertinerent ad Deum determinatè quouſque traderentur ei. Si autem eſſent aliqua animalia, quæ eſſent ſpecialiter obligata Deo, iā illa erant ſancticata: ideo non poterat quiſquam in illis facere mutationem tollendo vnum, & dando alterum: quoniam ſic tam illud animal quod dabatur, quàm illud pro quo dabatur, conſecratum erat, & vtrumque pertinebat ad Dominum. Sic habetur infra 27. c. cum dicitur: Si quis mutauerit, & quod mutatum eſt, & pro quo mutatū eſt, ſanctificabitur domino, id eſt, vtrumque efficietur ſanctum & applicitum Deo. Sic autem erat in primogenitis, quia illa erant determinata ſpecialiter Deo, vt habetur Exodi 13. & 34. cap. ideo non poterat ille qui habebat ea, comedere, aut vendere dando alia pro illis: etiam ſi meliora eſſent; ſed tenebatur illa dare: & ſi comederet vel venderet illa, etiam cum intentione dandi alia meliora pro illis, contrectabat rem ſacram, & illicitè agebat. Ideo non ſolum comedere, vel vendere, ſed etiam lanam eius accipere non poterat. vel ſi eſſet animal ad laborandum ſicut bos, qui habebat illud animal non poterat laborare cum eo, antequam redderet Domino. Sic habetur Deuteron. c. 15. cum dicitur: Non operaberis in primogenito bouis; nec tondebis primogenita ouium.

Alia aūt erant quæ pertinebant ad Deum ex donatione, & ſine voto: & talia debebant dari eadē quæ donarentur: & quia ex eo tempore quo res donatur, tranſit in dominium eius, cui donatur; cū aliquid Deo donaretur, neceſſe erat, vt immediatè efficeretur ſacrum: ſed re ſacra licitè non poſſunt vti populares: ergo non poſſunt tales res donatas ad ſuū vſum applicare dando alias pro illis; ſed compelluntur reddere eas Domino: & vtēdo illis peccāt.

De rebus autem de quibus vouemus, idem dicendum eſt, ꝙ res per votum traditæ ſunt obligatæ illi, cui vouentur. Eſt tamen diuerſus modus eorum, quæ vouentur; & ideo de eis diuerſæ regulæ traduntur de quibus infra 27. c. Sed eſt regula generalis, quòd quandocumque res quæ vouetur, pertinet determinatè ad Deum, & non poteſt commutari, qui vtitur illa, applicando eam ad ſuos vſus, contrectat rem ſacram, & peccat.

Alius autem modus erat applicandi Domino res, ſcilicet, per oblationem; & tunc de rebus oblatis quę ſanctificantur, ad offerētem nihil pertinet, nec poteſt tangere illas: cum ſpecialiter ſint illæ iuris Dei per applicationem, & actualem oblationem in Sanctuario. Si autem aliquis laicus offerens aliquod animal in holocauſtum, vel pro peccato, comederet poſtea de carnibus eius, accedebat ad rem ſanctificatam, & peccabat.

Sed cōtra hoc aliquis arguet, quia Iſraelitæ accipiebāt partes ſacrificiorum ſuorū pacificorum cedētibus eis omnibus carnibus animalium oblatorum præter adipes, qui Domino cedebant, & pectuſculum, & armum, quæ iuri ſacerdotali cedebant, vt patet ſupra 3. iuncto 7. cap.

Reſpondendum eſt, ꝙ ea quæ ſanctificata erant, non poterant conuerti ad vſus profanos. Cum vero obiicitur de partibus quæ cedebant laicis, reſponderi poſſet, quòd illæ non ſunt ſanctificatæ: quia illud dicitur eſſe ſanctificatum quod in ius Dei tranſit: ſed ipſe determinauit, ꝙ in ſacrificiis pacificis ſolum pertinerent ad eum adipes pro ſe, & pectuſculum & armus pro ſacerdotibus, ceteris manentibus apud eos qui offerebant, ergo voluit, quòd illa non eſſent ſanctificata: comedendo ergo de illis, non comedebant laici de ſanctificatis; ideo non peccabant.

Alio modo reſponderi poteſt, quòd iſtæ partes cedentes offerentibus ſanctificatæ ſunt: tamen Deus tradit eas offerentibus, vt ſic magis inclinentur ad offerendum. & ſic quanquā aliàs nihil habituri erant, Deo tamen concedente habere poterant. Et vocantur iſtæ partes ſanctificatæ, quoniam non licet offerentibus vendere eas, aut tradere beſtiis comedēdas, vel conuertere in quamlibet immunditiam, vel comedere de eis quando immundi erant, vel comedere de eis poſt tertium, vel quartum diem: quod eſt falſum. Si tamen ipſa fuiſſent nullo modo ſanctificata, poterant vti eis, vt volebant: & ſic requirebatur in iſtis partibus hoſtiarum pacificarum comedentium vulgaribus, aliqua munditia, ſ. quòd quando ipſi comederent mundi eſſent: quia tn̄ non erāt iſtæ partes ita ſanctificatæ ſicut alia quæ Deo offerebantur, non requirebantur in eis tot obſeruationes. *Et quæ obtulerunt filij Iſrael Domino.* Idem eſt conſecratū & oblatum. Nam ea quæ offeruntur Domino, conſecrata ſunt, quia per iſtā oblationem ſpecialiter ad eum pertinebant, non tamen hæc conuertuntur: quia eſſe conſecratum, eſt generalius, quam eſſe oblatum, cum dicantur omnia illa conſecrata, quæ ad Dominū ſpecialiter pertinent: ſed hoc non ſolum eſt in rebus oblatis, ſed etiam in eis quæ vouentur, & donantur, & in eis quæ aliter obligatę ſunt ex lege, quanquā hic nō accipiatur tam generaliter. Nam licet debeant eſſe ſacerdotes mundi quandocumque comedunt aliquas res ſanctificatas, non tamen requirebatur hoc quantū ad omnia quæ conſecrata vocabantur; quia decimæ, & primitiæ conſecratæ erant, cum ſpecialiter Dn̄o deberentur: tn̄ quando ſacerdotes & Leuitæ comedebāt de rebus datis in decimam, non requirebatur ꝙ eſſet in eis munditia. Et ſic decimæ & primitiæ quantū ad ipſos laicos ſoluentes, erant ſacræ: ſic & oblationes primogenitorum, non tn̄ quantum ad ſacerdotes, quia ipſi poterant comedere de iſtis, ſicut de qualibet alia re profana. Pro quo conſiderandū eſt, ꝙ in eis quæ conſecrabantur Domino, quædam applicabantur ei per oblationem; & cedebat aliqua pars Domino de illis: & iſtæ res erant multum ſanctificatæ. Aliæ autem erant quæ dabantur Domino, ſed non offerebantur, nec cedebāt pars illorum Deo, ſed miniſtris, ſicut in decimis, & primitiis, de quibus nihil offerebatur Domino ſuper altare, & in iſtis non erat tanta ſanctitas. Ideo in eis quæ primo modo erant conſecrata, requirebatur quòd illi qui ea comederent, eſſent mundi: & de his intelligitur hic. In aliis autem quæ non offerebantur Domino in Sanctuario, nec aliqua pars eorum cedebat Deo, non requirebatur, vt qui comederet, eſſet mūdus, ſed tam mundi, quam immundi comedere poterant, & nō ſolum comedere, ſed etiam poterant conuertere ad alios vſus, ſcilicet, quòd venderent, vel aliquid alterum facerent de illis. Et hoc patet de decimis. Nam poſtquam diuidebantur decimarum partes inter Leuitas, poterat quilibet facere de parte ei contingenti quod voluiſſet, ſcilicet, comedendo, vel vendendo: difficillimum namque fuiſſet, quòd ipſi Leuitæ facti fuiſſent comedere omnes decimas quæ illis cedebant & non potuiſſent aliquid ex illis vendere, quoniam tūc videretur hoc repugnare ſtatui, quem Deus eis dederat, ſcilicet, quòd non habebant aliam hereditatem inter Iſraelitas, niſi decimas, vt patet Num. 18. cap. Ideo oportebat, quòd de his haberent omnia neceſſaria ad vitam, quoniam nihil poterat eis attribui ex agricultura: non enim colebant agros, nec datus fuerat eis locus, in quo haberent agros, vt habetur Numer. 35. cap. ſcilicet, quòd Leuitis darentur ſolum opida ad habitādum, & non darentur termini eorum ad colendum ibi: ſed ſolum dabantur ſuburbana ciuitatum per mille paſſus in circuitu ad alenda ibi pecora, & iumenta. oportebat ergo quòd omnia neceſſaria ad vitam haberent Leuitæ ex decimis, ſcilicet, veſtes, & calceamēta, & ſimilia. ſed iſta non poſſunt haberi ſine venditione & commutatione; ergo neceſſe erat, quòd iſti venderent partem decimarum ipſis attributarum, alioquin viuere non potuiſſent. Non requirebatur ergo munditia ad comedendum de decimis & primitiis, ſicut ad comedendum de eis quæ erant oblata Domino: nam propter partes illas quæ cedunt iuri Dei, ceteræ conſecratæ ſunt, & maiorem munditiam acquirunt, quam aliàs habituræ erant. Patet hoc ſupra 6. cap. cum dicitur de ſimila, quę cedebat iuri ſacerdotum, quod illa comedenda erat ſine fermento: quia erat pars alterius non fermentatæ quæ oblata erat Domino, cum dicitur: Reliquam autem partē ſimilæ comedet Aaron cum filiis ſuis; & comedet abſque fermento; & in loco Sanctuarij Tabernaculi: ideo autem non fermentabitur: quia pars eius in Domini offertur incenſum, Sanctum Sanctorum erit. *In quo eſt immunditia*, id eſt, homo de genere ſacerdotum, qui immundus eſt, non accedet ad miniſtratarum, & ſacratarum rerum cibos. Dicitur autem, ꝙ non ſit aliqua immunditia, in quo excluditur omne genus pollu-

Non requirebatur in Leuitis munditia ad comedendum de decimis, ſed de rebus oblatis.

pollutionis, quæ in homine eſſe poteſt, vt ſi aliqui immũdi ſint per contactum reptilium, vel rerũ morticinarum, vel ſi immundi ſint per cibum, vtpote, ſi comediſſent de aliquo quod immundum erat, aut ſi tetigiſſent virum leproſum, vel fluentem ſemine, aut mulierem mẽſtruatam, vel ſi eſſent ipſi leproſi; aut fluentes ſemine, vel polluti ſomnio nocturno, vel per coitum. & ſic de omnibus aliis generibus immunditiæ. De his habetur ſupra à principio 11. cap. vſque ad 17. habetur etiam Numer. 19. & in quibuſdam aliis locis & infra etiam hoc tangitur.

Qui erant immundi, quare non deguſtabant de ſanctificatis, ex duabus cauſis: & illis comedentibus qua pœna foret.
Quæſt. IIII.

CAVSA autem propter quam illi, qui erant immundi, & ceteri quæ infra ponuntur, non deguſtabãt de ſanctificatis, in ſpeciali de quolibet dari poteſt, ſed in generali ſunt duæ cauſę. Prima eſt literalis, ſcilicet, quòd iſtę oblationes, & ſacrificia fiebant ad cultum Diuinum, & hoc vt Deus in magna reuerentia haberetur. Debebant ergo taliter ſe habere, vt poſtea videretur honorari Deus. Si autem permitteretur cuilibet, ꝙ poſſet comedere de rebus ſanctificatis, ex hoc vileſcerẽt ſanctificata: nam quod commune eſt omnibus, magnum honorem nõ habet. Debuerunt ergo iſta prohiberi perſonis indignis, vt ſic apud ceteros in maiori reuerentia eſſent. Alia eſt cauſa allegorica, ſcilicet, per comparationem ad Chriſtum: nam per hæc ſignificabãtur ea, quę in Nouo Teſtamẽto circa Chriſtum futura erant: & maximè per ipſa ſacrificia ſignificabatur verum ſacrificiũ corporis Chriſti: per ſumptionem autem horum in cibum, ſignificabatur aſſumptio Euchariſtiæ. Appoſitæ ſunt ergo hic conditiones eorũ; qui non poterant ſumere de ſanctificatis, vt ſignificaretur qualitas ſumentium Euchariſtiam: nam ſi ad ſumendum iſta ſacrificia corruptibilia, & parui valoris, requirebatur mũditia, & aliæ conditiones, quanto magis requireretur in ſumptione Euchariſtię, vbi eſt totus Chriſtus, Deus verus, & homo? In ſpeciali autem cauſa propter quam immundi non poterãt ſuſcipere eſcas iſtas ſanctificatas, erat: quia ſi Deus permiſiſſet ꝙ immundi iſta reciperent, iudicaretur immundus Deus, qui ſacrificia ſua immundis ſumenda relinqueret. Deus tamen immunditiam non vult, neque iniquitatem, aut aliquod malum, vt patet Pſal. 5. quin potius iubet omnia eſſe munda, dicens: Sãcti eſtote, quia ego ſanctus ſum, id eſt, eſtote vos mundi, quia ego ſum mundus, vt patet ſupra 11. cap. & 19. & 20. cap. & non ſolum ipſe Deus iudicaretur immũditiam volens, ſed etiam de ſacrificiis eius diceretur, quòd immunda eſſent. Sic enim quidam dicebant, quòd altare Domini pollutum erat, & ignis, qui ſuper eum erat, & omnia ſacrificia, quæ ibi erant, vt patet Malachiæ cap. primo, cum dicitur: & vos polluiſtis in eo, quòd dicitis. menſa Domini polluta eſt, & quod ſupponitur contemptibile eſt, cum igne qui illud deuorat. Non decuit ergo, vt immundi de ſacrificiis Domini guſtandi haberent licentiam. *Peribit coram Domino*, id eſt, morietur coram Domino. In hoc innuitur, ꝙ Iudices non debebant punire eum, qui contra talia egiſſet, ſed Deus. Niſi fortè quiſquam in contemptum religionis publicæ repugnaret iſtis: quoniam tunc tanquam ſuſpectus de hæreſi, immo tanquam publicus deſtructor ſtatus fidei, & religionis, occidi debebat à Iudicibus. Dicitur autem ꝙ peribit coram Domino, id eſt, morietur coram Deo in Sanctuario. & eſt ſenſus iſte: res conſecratæ comedebantur in Sanctuario, vt patet ſupra in multis locis, 6. & 10. cap. & ſi aliquis ibi immũdus comederet, à Domino occideretur ibidem. & hoc eſt perire coram Domino. Sic enim fuit de Nadab & Abiu, qui peccauerunt coram Dño, ſ. in Sanctuario offerentes ignẽ alienum, & idcirco ibi mortui fuerunt, vt patet ſupra 10. cap. vel dicitur: peribit coram Domino, id eſt, ꝙ quamuis iſte, qui comedit res ſacras exiſtens immundus, coram hominibus non moreretur, tñ peribit coram Dño, id eſt, cenſebatur à Dño tãquam mortuus. Primus autem ſenſus conuenientior eſt, ſ. ꝙ Deus occideret huiuſmodi virũ in Sanctuario; vel ſi aliquando non occideret ibi, alibi hoc efficeret: & ſemper dicebatur perire coram Domino, quia ipſe ſolus iſtam vindictam expetebat nullo Iudice agente. *Ego ſum Dominus*, id eſt, ego iubeo, vt faciatis, quia ſum Dominus veſter. *Homo de ſemine Aaron, qui fuerit leproſus.* Supra ponebatur, ꝙ immundi non comederent de ſanctificatis, hic autem explicatur magis. Sed aliquis arguet, quòd Deus facit hic replicationes inutiles, quia ante hoc dixerat de immundis, ꝙ non comederent de ſanctificatis: nunc autem de eiſdem loquitur repetens eadem. Reſpondendum eſt, ꝙ non eſſet habendum tanquam inconueniens, ꝙ eadem res ſæpè dicatur in Sacra Scriptura: quoniam hoc ſupra ſatis patuit diſcurrẽdo per hos libros Moyſis, & infra etiam hoc ſatis apparet. Hic tamen non fit talis repetitio, quia ponuntur ea, quæ dicta ſunt, vt declarentur. Dixerat enim immundos non debere accedere ad ſanctificata: hic autem declarat, qui ſint iſti immundi. Sed adhuc argues, quòd non ſit hoc conueniens: quoniam ſupra ſufficienter declaratum eſt à principio 11. cap. vſque nunc, qui ſint immundi iudicandi, ideo non oportebat explicari hic. Reſpondendum eſt, quòd conueniens fuit explicari: nam dubitaretur an omnes illi, qui ſupra dicebantur eſſe immundi, vocarentur hic immundi; & an eſſent aliqui alij, qui eſſent immundi, & non ſunt ſuprà narrati. Cum autem hic explicantur, tollitur omne dubium. Aliter adhuc poteſt reſponderi & conuenientius, ꝙ hic non ponuntur iſta ad explicãdum qui ſint immundi, ſed vt detur regula, quid de immundis agendum ſit: nam cum dicatur ꝙ immundi non debeant accedere ad comedendum de rebus ſanctificatis, eſſet autem nunc dubium, an ille qui ſemel fuit immundus, ſemper repelleretur à ſumptione ſanctificatorum, ſicut qui ſemel contrahit irregularitatem, pro ſemper eſt repulſus à miniſtratione, vel ab ordine ſuſcipiẽdo, vel an ſit impedimentum iſtud temporale, & ſi temporale, quanto tempore duret; & hoc determinatur hic: ſcilicet, ꝙ toto tempore, quo aliquis manſerit in immunditia, repellatur à ſumptione ſanctificatorum: cum vero factus fuerit mundus, recipiatur. *Homo de ſemine Aaron.* Dicitur de ſemine Aaron, quia iſta lex non tribuitur pro aliis: nam quamquam alij peccent non comedendo de rebus ſanctificatis, manentes in immunditia, tamen magis peccant laici, vt ſupra declaratum fuit; tamen nunquam datur aliquis caſus communiter, in quo laici licitè comedant de rebus ſanctificatis; ideo non oportet ponere in eis regulam determinatiuam conditionum particularium ipſorum comedentium: cum comedere in illis vniuerſalem malum ſit. Si tamen contingeret ꝙ illi laici comederent de rebus ſanctificatis, magis peccabant ſi fuiſſent immundi, iuxta ea, quæ hic dicuntur, quam ſi fuiſſent mundi: ſicut declaratum fuit ſupra de Dauid & pueris eius comedẽtibus panes propoſitionis, ꝙ quãquam eſſent in neceſſitate, non dabantur eis illi panes propoſitionis, niſi fuiſſent mundi, & maximè à mulieribus. Sacerdotes autem ſemper licitè comedebant de ſanctificatis, niſi fuiſſent immundi: ideo de eis datur regula conuenienter. *Qui fuerit leproſus.* Hic explicantur immundi, qui non debebãt comedere de ſanctificatis: inter quos primo ponitur leproſus, quia ipſe continet maximam immũditiam, & non ſolum nõ accedebat ad res ſacras: ſed etiam non permittebatur cõmunicare cum aliis; quia lepra eſt morbus contagioſus, & poſſent infici illi cũ quibus communicaret. vnde à caſtris leproſi eiiciebantur, vt patet Num. 5. c. Iſta n. eſt vna de immũditiis veris. Aliæ autem ſunt immunditiæ ſolũ ſecundum opinionem: ſicut ꝙ aliquis portauerit caprum emiſſarium in deſertum, vt patet ſupra 16. c. & ꝙ introiret in domum mortui, vel tetigerit ſepulchrum; & ſic de ceteris: iſta enim nõ dicunt immunditias naturales, & verè exiſtentes; ſed ex opinione noſtra. eſſe autem leproſum, eſt vera immunditia ſecundum naturam. Habet autem alterum præter hoc; quoniam aliæ immunditiæ ſunt veræ, & tamen non contagioſæ, id eſt, quòd non deriuaretur idem morbus vel immunditia per contactum. Sic patet in fluentibus ſemine, & menſtruatis mulieribus: quoniam iſtæ ſunt verè immunditiæ, ſed non contagioſæ. non enim incurrit fluxum ſeminis, qui tangit fluentem ſemine. *Aut patiens fluxum ſeminis.*

Quare [...]catur h[...] de ſemi[...]ne Aar[...]

Triplex ſeminis fluxus: & quomodo omnes cauſarent immunditiam, & de immunditia lepræ: & quomodo ea ſanabatur. *Quæſt. V.*

ALIQVI dicuntur pati fluxum ſeminis, & alij dicuntur pollui, & alij effundere ſemen. pati autem fluxum ſeminis eſt, quandocumque aliquo nolẽte humor ſeminalis defluit: & tunc cognoſcitur eſſe iſtud vitium in aliquo, cum per momenta ſingula adhæret carni eius, & concreſcit fędus humor, vt patet ſupra 15. cap. Iſta autem eſt ægritudo ſicut ceteræ habens cauſas ſuas ex natura: & vocatur apud Medicos gonorrhæa. Quid autem faciendum ſit in hac ægritudine, quãdo aliquis eam patitur, & quid quando ab ea ſanatur, dictum fuit ſupra 15. cap. Ad iſtum autem modum pertinet fluxus ſeminis, vt paſſio eſt. De hoc intelligitur hic. Eſt autem alius modus fluxus ſeminis, qui dicitur eſſe pollutio nocturna; & iſta inuoluntaria eſt: nam etiam nolentes iſta patiuntur; & hoc facit hominem immundum. & ſeparatũ ab omnibus rebus ſacris. Nec ſolum hoc, ſed etiam vt maneat extra caſtra, vt patet Deuter. 23. c. cũ dicitur: Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra, & non reuertetur prius quam ad veſperum lauetur aqua. Sic etiam erat tertius modus fluxus ſeminis per voluntariam emiſſionẽ, ſcilicet, in coitu; & tunc etiam cauſabatur immunditia: nec poterat aliquis taliter coinquinatus ad res ſacras accedere, niſi prius lauaretur aqua; & manebat immundus vſque ad veſperum, vt patet ſupra 15. cap. cum dicitur. Vir de quo egreditur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum, & immundus erit vſque ad veſperũ. omnibus enim his modis repellebatur aliquis, ne comederet de rebus ſanctificatis. Hic autem ſolum dicitur de fluentibus ſemine primo modo.

Sed dicet aliquis, ꝙ intelligitur iſta littera de omnibus, quanquam exprimatur de vno ſolo. Sed non poteſt ſtare: qm̃ ponuntur hic iſta duo, ſ. leproſus, & fluẽs ſemine: quia iſtæ ſunt immunditiæ & ægritudines: aliæ autem quæ infra ponuntur, ſunt immunditiæ, & non ægritudines. Patet: quia dicitur hic, non veſcetur de his, quæ ſanctificata ſunt, donec ſanetur. Sanatio autem nunquam dicitur niſi ab ægritudine. Ergo accipiuntur iſta duo tanquã ægritudines, & non tanquã immunditiæ ſolum, & pollutio nocturna quanquã immunditia ſit, tñ nõ eſt ęgritudo. Idem etiam de effuſione ſeminis in coitu; ideo nõ poſſunt intelligi per fluxum ſeminis de quo hic dicitur. & iſta etiã eſt cauſa quare cum omnes iſtæ immũditiæ ſint, quæ ponuntur hic, dicatur de his duobus per ſe, & deinde de aliis. Apertè autem patet quod dictum eſt; quia iſtæ immunditiæ non ſolum ſunt immunditiæ, ſed ægritudines: quia id quod ſanatur, ægritudinẽ habet; ſed dicitur homo ſanari qui lepram patitur, & fluxum ſeminis, cum dicatur in littera, non veſcetur de his, quæ ſanctificata ſunt, donec ſanetur. ergo ſunt ægritudines, & tamen pollutio nocturna non eſt ægritudo, ſed naturale accidens in eis, qui perfectam ſanitatem habẽt: emiſſio autem per coitum non eſt ægritudo, ſed actio voluntaria: ideo non intelligitur littera de illis. Item dicitur aut patiens fluxum ſeminis; & ita fluxus ſeminis eſt paſſio. ſed pollutio nocturna, & emiſſio in coitu, non vocantur paſſiones, ergo non intelligitur de illis. Itẽ, iſte fluxus ſeminis, de quo hic dicitur, eſt aliquãdiu durans, cum dicatur; non veſcetur de his, donec ſanetur: ſed pollutio nocturna, & emiſſio in coitu, ſunt momẽtanea, ergo non intelligitur de illis. *Nõ veſcetur de his, quæ ſanctificata ſunt mihi*, id eſt, nõ comedet de eis quæ oblata ſunt Domino, de quibus pars cedere ſolebat ſacerdotibus; poterit tamen comedere de decimis & primitiis; quoniã quanquam iſtæ ſanctę eſſent, tamen non ſanctificabantur Domino offerendo ea: qm̃ totaliter cedebãt ſacerdotibus, nulla parte Deo tributa. Sicut autem prohibetur, ne iſti immundi accederent ad comedendum de rebus ſanctificatis, ita prohibebantur accedere ad miniſtrandum: immo maior prohibitio erat in miniſtratione, quam in cibo: quoniam de cibis ſanctificatis non ſolum comedebant ſacerdotes immaculati, ſed etiam maculati: in miniſtratione autem ſolum erat conceſſum ſacerdotibus immaculatis ſe gerere. Et etiam comedere de cibis ſanctificatis, non ſolum conueniebat Sacerdotibus, ſed etiam filiabus eorum, vt patet ſupra, 10. cap. & hic in littera. conueniebat etiã empticiis: nulla tamen femina aut empticius ſeruus, poterat miniſtrare, ſed ſoli Sacerdotes. *Donec ſanetur*, ſcilicet, à lepra, ſi leproſus erat, vel à fluxu ſeminis, ſi hunc pateretur morbum. Accipitur autem hic ſanari: nõ ſolum pro ſanatione, ſed etiam pro emundatione: nam non poterat immediatè quo ſanabatur, miniſtrare, ſed requirebatur vt prius mũdaretur, quàm miniſtraret. Erant namque hic duo. ſ. ęgritudo, & immunditia: ex eo namque ꝙ aliquis erat leproſus habebat ægritudinẽ, quæ eſt ſecundum naturam: ex eo autem, quòd quædam pollutio, habebat immunditiam: ſecũdum quam arcebatur à cõmunione aliorum, & à contactu ſacrorum. & quoniam iſta duo diſtincta ſunt, poterat vnum mundari ſine altero; eſſe enim leproſum eſt ægritudo, & iſta poteſt ceſſare, ceſſante illa corruptione ſecundum quam eſt ille morbus. Habere autem immunditiam, eſt habere quandam irregularitatem ſecundum quam arcetur aliquis à communione aliorum, & à contactu rerum ſacrarum.

Sanari quid importet.

De triplici immunditia lepra.

Quantum ad primum, poteſt ſanari ægritudo lepræ ceſſantibus cauſis ipſius, ſm quas manet, & tamen quia irregularitas erat inducta ſecũdum lepram, manebat; adhuc. n. iam curata lepra non mundabatur aliquis ab immunditia, quanquam eſſet ſanatus à lepra. Patet hoc ex eo quod habetur ſup. c. 14. dicitur. n. ꝙ poſtquã aliquis fuiſſet purgatus à lepra, debebat fieri in eo quædã ablutio, & raſio omnium pilorum corporis, & deinde debebat ſtare per ſeptẽ dies, quibus non accedebat ad Sanctuarium: & tamen ſi ipſe fuiſſet mundus, cõceſſum fuiſſet, vt accederet ad Sanctuariũ; ergo in illis ſeptẽ diebus erat ſanus à lepra; tamen nõ erat mundus à pollutione. Item, patet de viro fluente ſemine: quoniã ille habebat ægritudinẽ, quæ deſtillabat ſemen contra eius voluntatem; propter hoc aũt dicebatur eſſe immundus, cum haberet iſtam ægritudinẽ. Poteſt autem ceſſare primum, quod eſt eſſe ægritudinẽ, non ceſſante ſecundo, quod eſt immunditiam eſſe; nam quandocumque ſunt aliqua duo diſtincta realiter, poteſt vnum deſinere eſſe, non deſinente alio. Patet hoc ex eo quod habetur ſupra 15. c. ſcilicet, ꝙ poſtquam ceſſaret infirmitas in aliquo, quæ eſſet fluxus ſeminis, maneret per ſeptem dies; & in die ſeptimo lauaret totũ corpus ſuũ, & veſtes, & in die octauo offerebat ſacrificia: erat ergo iſte mundatus ab ægritudine, & tamen poſtea manebat per ſeptem dies, in quibus non erat mũdus, quoniam non poterat accedere ad Sãctuarium. ergo differebãt eſſe ſanum & eſſe mundum. Hic tamen nõ poteſt accipi ſanari pro ſola ſanitate; ſed ſanari pro ſanitate & emundatione: quoniam his completis, iſte quia ante fuerat leproſus, vel ſemine fluens, poterat accedere ad res ſacras, ſicut patet de leproſo ſupra, 14. cap. & de fluente ſemine ſupra 15. cap. *Qui tetigerit immundum ſuper mortuo*. Hic ponitur alia conditio eorum qui accedere non poterant ad guſtãdum de ſanctificatis: & hoc eſt in illis qui polluebantur in rebus mortuis, & dicitur qui tetigerit immundum ſuper mortuo, id eſt, qui tetigerit immunditiam quæ eſt res mortua. Nõ. n. accipitur hic (ſuper) propriè, prout ſignificat ſuppoſitionem: quia tũc eſſet ſenſus, ꝙ eſſet aliqua res immunda; ſic ſi ipſa contingatur, immundũ efficeret contingentẽ. & nihil refert an ſuper mortuo ſit, vel alibi; ſed accipitur (ſuper) prolin, vel de, ſ. qui tetigerit immũdum ſuper mortuo, & immunditiã in mortuo, vel immũditiã, quæ eſt ipſe mortuus. Si aũt accipiatur (ſuper) pro, de, eſt ſenſus, qui tetigerit immunditiã ſuper mortuo. i. immunditiã de mortuo, vel quæ pertinet ad mortuum, & ſic ponitur hic ſpecialis immũditia, quæ eſt cõtingere mortuũ, diſtincta ab omnibus aliis; & erat generale, ꝙ qui contingeret mortuũ eſſet immundus. Sed differt, cũ accipiatur mortuus diuerſimodè; & qũo cauſentur diuerſæ immunditiæ in contactu diuerſorũ mortuorũ. Pro quo ſciẽdum, ꝙ qñ aliquis cõtingebat mortuũ, ꝙ fuerat homo, aut nõ, ſi contingeret mortuum quod non erat homo, ſed erat de aliis animalibus cõſiderandũ erat an fuiſſet animal reptile, an non. ſi fuiſſet animal reptile, ſemper erat immunditia quocumque contingeretur, ſiue viuens, ſiue mortuũ, vt patet ſupra cap. 5. & 11. Si autem fuiſſet animal non re-

Morticinorũ diſtinctio quo ad eſum, & tactum.

ptile,& fuiſſet mortuum,aut erat de illis animalibus,quæ licebat accipere in cibum,aut de illis,quæ non licebat accipere. Si autem eſſet de illis,quæ non licebat accipere in cibum, quomodocumque animal moreretur, ſiue per ſe moreretur,ſiue ab alio occideretur, erat illicitum tangere cadauer illius,vt patet ſupra, 11. vbi ponitur de animalibus illicitis ad eſum, ꝙ illorum carnes non comedent, & morticina vitabunt. Si autem fuiſſet animal de his,quę licebat accipere in cibum,aut per ſe moriebatur,aut ab alio occidebatur; Si per ſe moreretur,erat illicitum ad eſum, vt patet ſupra, cap. 11. cum dicitur: Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadauer tetigerit,immundus erit vſque ad veſperum. Si aũt illud animal ab alio occiſum fuiſſet, aut occidebatur ab homine, vel à beſtia: ſi occidebatur à beſtia, non debebat comedi ex illo,vt habetur Exo. 22. cap. cum dicitur: Viri ſancti eritis G mihi: carnem,quæ à beſtiis fuerit prægustata,nõ comedetis,ſed proiicietis canibus. Si autem illud animal occidebatur ab homine, aut non occidebatur ad comedendum, neque immediatè comedebatur, ſed occidebatur ad alios vſus, & poſtea carnes relictæ poſt aliquot dies, & ab aliis inuentæ comedebantur,aut occidebatur ad eſum carniũ, & comedebatur immediatè. Si primo modo,dicendũ eſt, ꝙ non licebat tangere,vel comedere illud animal,qm̃ reputabatur iam vt morticinum: quia ad alios vſus fuerat occiſum; & quia per aliquot dies relinquebantur carnes eius. Si aũt occidebatur ad eſcam,& immediatè comedebatur,licitum erat comedere tale cadauer;& conſequẽter licebat contingere: qm̃ nunquam eſt guſtus ſine cõtactu, cum ſit guſtus quidam cõtactus, iuxta Ariſt. in 2. de Anima. Hæc quæ de contactu corporum mortuorum in ani- H malibus brutis,& immunditiis eorum dicta ſunt,durabãt per vnam diem, ſ. ꝙ qui immundus eſſet, ſolum erat immundus vſque ad primum ſolis occaſum, vt patet ſupra 11. cap. quia in omnibus his dicitur: immundus erit vſque ad veſperum. Si autem aliquis contigiſſet cadauer humanum,ſiue illud per ſe mortuum fuiſſet, ſiue alius eum occidiſſet,nihil refert, qm̃ quocumque modo illud cadauer fuiſſet,qui illud tangebat immundus erat. Sed differt,qm̃ qui tangeret cadauer alterius animalis, immundus erat ſolum vſque ad veſperũ, vt patet ex ſupradictis: ſi aũt cõtingeretur homo mortuus,contingens erat immundus vſque ad dies ſeptẽ,vt patet Num. 19. c. Et tñ contingere cadauer hominis,vel morticinũ hominis, accipitur largius: nam ſi aliquis tetigiſſet mortuũ hominem,dicebatur pollutus ſuper morticinum humanum, vel ſuper animã ho- I minis: ſi aũt aliquis tetigiſſet oſſa hominis reperta in agro, ẽt iam arida,eandem incurrebat immunditiam. Idem ẽt ſi cõtingeret ſepulchrum humanũ, vt patet Numer. 19. c. Item dicebatur aliquis contaminari ſuper mortuum, qñ exibat ad exequias eius plangens,vel ſcindens veſtimenta ſua,aut depilans caput,vel contaminãs funus: in omnibus enim his immunditia erat,vt patet ex præcedenti cap. vbi iubetur ne ſacerdotes contaminentur in his. Quomodocumque ergo in aliquo iſtorum modorum diceretur aliquis eſſe pollutus, indicabatur pollutus ſuper mortuo, & ſiue maneret immunditia ſua magno tempore,ſcilicet ſeptem diebus,ſicut in morticino humano,ſiue vſque ad ſolis occaſum, dicebatur toto illo tẽpore prohibitus ab acceſſu ad res ſacras,ſiue miniſtrãdo, ſiue guſtãdo, ſiue ſimpliciter tangendo; & omnes iſti modi includuntur in iſta K particula. *Et ex quo egreditur ſemen quaſi coitus.* Hic ponitur alia conditio eorum qui prohibebantur deguſtare res ſanctificatas,ſ. ſi egrederetur ab eo ſemen quaſi coitus: dr̃ aũt (quaſi coitus) ad comprehendẽdum duos modos,ſ. effuſionem ſeminis,quæ eſt per pollutionem nocturnam,& effuſionem quæ eſt in coitu,per vtrumque enim horũ immunditia contrahebatur: nam per effuſionem ſeminis in ſomnio nocturno,contrahebat aliquis immunditiã,ꝙ non poſſet accedere ad res ſacras; & etiam ꝙ eiiceretur extra caſtra, vt patet Deuter. 23. cap. cum dicitur: Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra, & non reuertetur, prius quam ad veſperam lauetur aqua: & poſt ſolis occaſum regredietur in caſtra. Similiter contrahebatur immũditia in eo, qui effundebat ſemen in coitu,vt patet ſupra 15. cap. vbi dicitur, ꝙ vir, de

F quo egreditur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpuſ ſuum,& immundus erit vſque ad veſperum. Idem etiam de femina dicitur. Ponitur hic (ſemen quaſi coitus) ad cõprehendendum vtramque ſeminis effuſionem, ſ. eam quæ eſt in coitu, quia ibi eſt verè ſemen coitus, & aliam deciſionem quæ eſt in pollutione nocturna: quia ibi eſt ſemen quaſi coitus: nam quanquã non ſit ſemen coitus, habet tñ eandem quaſi deciſionem cum ſemine coitus; quia natura agente deſcinditur. Et ponitur (quaſi coitus) ad differentiam ſeminis fluentis ex ægritudine: quoniam hoc non fit natura agente, ſed deficiente, quia ibi deficit vis retẽtiua, ideo per ſingula momenta fluit, & inhæret fędus atque cõcretus humor, vt patet ſup. 15. cap. In ſemine autem deriuato per nocturnam pollutionem, ex quodam alio impetu deciſio fit, vt declaratum eſt ſup. 15. c. vult aũt comprehendere hic Legiſlator omnes modos effuſionis ſeminis, quoniam in quolibet illorum eſt immunditia. Primus autem modus habetur per id quod ſupra dixit, ſ. qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis. Alij duo intelliguntur per hoc quod hic dicitur.

Quomodo non omnes contaminationes haberent idem remedium. Quæſt. VI.

CONSIDERANDVM autem ꝙ non omnia quæ hic ponuntur, habẽt eandem ſpeciem remedij: nam in iſtis quæ ponũtur hic, dicitur, ꝙ qui fuerit contaminatus, lauabit carnẽ ſuam, & cũ ſol occubuerit erit mundus; & veſcetur de ſanctificatis. Ad duo tñ ſuperiora nõ poteſt hoc extendi: nam qui eſſet immundus in illis, non purificabatur in primo ſolis occaſu, ſed ſeparabatur vſquequo ſanaretur. Sic ſupra dicit littera. Vnde ſi per mille occaſus ſolis duraret illa immunditia, & ægritudo, non licebat illi homini comedere de ſanctificatis; & propter hoc illa duo poſita ſunt per ſe, quia in illis non poterat poni tẽpus præfinitum. In his autem quæ hic ponuntur, poterat præfiniri tempus, ſ. vſque ad primum ſolis occaſum; ideo poſita ſunt per ſe. Sed in hoc intelligẽdum eſt, ꝙ adhuc non eſt totaliter ſic diffiniendum, quia dicitur, ꝙ qui pollutus fuerit tangens immundum ſuper mortuo, ſit pollutus vſque ad veſperum; & poſt ſolis occaſum liceat ei comedere de ſanctificatis. Secũdum tamen ꝙ ſupra diſtinximus, aliquando pollutio ſuper mortuo durabat plus quam vſque ad ſolis occaſum. In omnibus aũt animalibus mortuis & contaminantibus, quicumque tetigiſſet morticinũ, manebat immundus vſque ad veſperum, vt ſupra declaratum eſt. Si autem aliquis tangeret morticinum humanum, vel oſſa reperta in agro, vel tumulum hominis mortui, erat immũdus vſque ad ſeptem dies. erat quoque immundus ſi planxiſſet hominem, vel aſtitiſſet funeri illius; vel etiam ſi introiſſet in domum in qua aliquis erat mortuus: nam & ipſa vaſa domus, in qua aliquis moriebatur, immunda erãt, vt patet Numer. 19. & propter hoc quando aliquis moritur inter Iudæos, ipſi effundunt totam aquam, quæ in domo eſt, quidam exiſtimantes, ꝙ aqua immunda ſit, quia aliquis ibi mortuus eſt: aliqui verò arbitrantur, ꝙ anima lauet ſe in aqua, & ꝙ ex hoc fiat munda. Iſtæ aũt immunditiæ pertinẽtes ad hominẽ mortuũ, ſ. quę cauſabantur ex contactu hominis mortui; vel alicuius rei pertinentis ad hominem mortuũ, durabãt per ſeptem dies, vt patet Num. 19. c. nõ debebat ergo in ſolis occaſu, poſtquam immundus fuiſſet, qui iſta contingebat, effici mundus ad comedendum de ſanctificatis, ſed finitis ſeptem diebus. Item, hoc quod eſt pollutum eſſe ſuper morticinum humanum, æquiparatur duobus ſuperioribus, ſ. leproſo, & fluente ſemine: qm̃ ſicut excludebãtur à caſtris iſti duo, ita & qui pollutus erat ſuper mortuo humano, vt patet Num. 5. c. Non debet ergo intelligi hoc, quòd ponitur hic de mortuo ſimpliciter, quantũ ad contactũ oĩum mortuorum, ſed ſolũ ad contactũ mortuorũ animalium brutorum non hominũ. De hominibus aũt dicendum eſt, quòd iſta lex intelligatur, niſi limitando eã, vt concordet cũ aliis legibus, quæ dantur de talibus mortuis, ſ. quòd cũ dr̃ hic: qui tetigerit immũdũ ſuper mortuo, ſ. ſup mortuo ãĩalibus brutis, lauabit carnẽ ſuã, & poſt ſolis occaſũ poteſt comedere de ſãctificatis; vel qui tetigerit immũdũ ſup

Pollutio ſup mortuo quanto tempore duraret.

mortuo,

mortuo,ſcilicet humano,manebit per ſeptem dies;& tunc A in ſeptimo die poſt occaſum Solis,lota carne ſua,comedebat de ſanctificatis. Et non fuit hic expreſſum de iſto contingẽte humanum morticinum, ꝙ poſt ſeptem dies mundus fieret, quia erat manſurus extra caſtra,vt patet Num. 5.capite, & tunc non erat dubium, an comedere deberet de ſanctificatis. Satis enim notum erat ꝙ non: quia erat excluſus à caſtris,quod fortius erat. In die autem ſeptimo redibat homo,qui immundus fuerat,in caſtra. Et tũc erat dubium, an immediatè comedere poſſet de ſanctificatis. Et reſpondetur, ꝙ poſt primum Solis occaſum lota carne taliter contaminati mundi erant, & ſic tenebatur eadẽ lex cum omnibus aliis,ſ.ꝙ poſt ſolis occaſum eſſet munditia. Neque tamen eſt hic intelligendum, ꝙ completis diebus ſeptẽ, quibus mãſerat extra caſtra immundus ſuper mortuo, rediret in caſtra, & expectaretur occaſus ſolis diei ſe- B quentis, & tunc lauaretur aqua, vt eſſet mundus: quia ſic per octo dies maneret immundus, qui cõtaminabatur ſuper mortuo, quod falſum eſt, quia ſeptem dies ſolum ponuntur Num.19.cap. Erat ergo modus, ꝙ qui polluebatur ſuper mortuo, ſi pollueretur intra caſtra,exibat ſtatim extra caſtra; & manebat ibi. Si autem pollueretur extra caſtra,non redibat in illa,ſed manebat ibi,donec purificaretur;cõputabantur aũt iſti dies non de momento ad momentum,ſed dies ille,in quo accidiſſet immunditia,computabatur pro vno die, etiam ſi accidiſſet per duas horas vſque ad ſolis occaſum. ſtatim ergo vt contraheretur immunditia, debebat eſſe immundus extra caſtra, & manebat vſque ad tertium diem non faciens aliquam cæremoniam purificationis:in ipſo autem die tertio aſpergebatur immundus aqua luſtrationis, & illa erat quædam cõmix- C tio facta de aqua ſimplici,& cineribus vitulæ rufæ,& manebat poſt hoc vſque ad ſeptimum diem nullam cæremoniam faciens:in ipſo autem ſeptimo die rurſus aſpergebatur aqua luſtrationis; & hoc poterat fieri in quacunque parte illius diei: ſed fiebat multo ante ſolis occaſum, & poſt prædictam aſperſionem lauabat immundus carnem ſuam, & veſtimenta ſua, & manebat immundus vſque ad veſperum.i.vſque ad occaſum ſolis ipſius diei ſeptimi.hęc habẽtur Num.19.cap. In ipſo autem occaſu ſolis erat per ſe mundus nulla alia cæremonia facta, & tunc redibat in caſtra, & non expectabat aliquem alium ſolis occaſum in caſtris,ſed ſtatim licitum erat ſibi comedere de ſanctificatis,& accedere ad quæcumque ſacra, & ſic totum tempus immunditiæ ſuper mortuo erat ſeptem dierum.& intelligitur hic de illo ſolis occaſu,qui erat in die ſeptimo, quan D do erat mundificandus, & adhuc manebat extra caſtra.

Et qui tangit reptile. Hic ponitur alius caſus immunditiæ propter quem excludebatur aliquis de guſtatione rerum ſanctificatarum.ſ.cũ tetigiſſet reptilia: & intelligitur hoc de reptilibus viuentibus, quoniam de mortuis dubium nullum erat,quia in omni morticino occiſo,quod comedi non licebat, contactus erat immundans contingentem,vt patet ſupra 11.c. In reptilibus verò quicumque aliquod tangeret etiam viuens,erat immundus,vt patet ſupra,5.c. & 11. vbi ponitur ſpecialiter de contactu reptilis diſtinguendo contra contactum rerum mortuarum: & hoc eſt quia reptile eſt maioris immunditiæ quam omnia alia.

Et quodlibet immundum, cuius tactus eſt ſordidus. Hic ponitur regula generalis quantum ad omnia alia genera immunditiæ, quæ ſunt per contactum, ſicut eſt de contactu E auium immũdarum,vel quadrupedum, & aliarum quaſi reptilium. & iſta ſunt multa de quorum quibuſdam habetur ſupra 11.cap. Alia autem ſunt, vt qui occidiſſet vitulam rufam,vel qui cremaſſet eam, vt habetur Num.19. c.quoniam in his manebat immunditia vſque ad veſperum. idem de illo qui portaſſet hircum emiſſarium in deſertum,erat enim immundus vſque ad veſperam.Sic quoque alij caſus erant.

De muliere menſtruata quanto tempore erat immunda, & de immunditia tangentium illam, ac omnino de qualibet immunditia quæ eſt ſecundum tactum. Q. VII.

SED arguet aliquis de muliere menſtruata quæ erat immunda toto tempore quo durabant menſtrua,& ſi patiebatur menſtrua naturalia, quæ pauco tempore durant,erat immunda ſeptem diebus; ergo non erat munda ad comedendum de ſanctificatis poſt ſolis occaſum lota carne. De his ſupra 15.cap. Ad hoc aliquis reſpondebit,ꝙ ad hoc nihil agit argumentũ de femina polluta: quia hic agitur de munditia illorũ,qui comedere debebant de ſanctificatis: feminæ aũt non licebat comedere de ſanctificatis. Rñdendum eſt,ꝙ hoc ſtare non poteſt,quia filiab. Sacerdotum licebat comedere de ſanctificatis,vt patet ſupra 10.cap.vbi dicitur de pectuſculo & armo,ꝙ ſeruata eſſent pro Aaron,& filiis,& filiabus eius.Idem patet hic in littera, quia filię ſacerdotis ſiue quę erat puella in domo patris ſui,ſiue vidua,comedere poterant de ſanctificatis, qñ purgatæ erant à mẽſtruis:filiæ.n.Sacerdotis ẽt ſi viris traditæ non eſſent,ſi tñ veniſſent ad pubertatẽ,menſtrua habebant.Idem autem de viduis filiabus Sacerdotum;& de his dicendum eſt, ꝙ quanquam ipſis liceret comedere de ſanctificatis, tñ tempore menſtruorũ per ſeptem dies non comedebant, quia erant immundæ; poſt diem autem ſeptimum licitum erat eis comedere,quia ad priorem munditiam reſtitutæ erant. Et cum hic dicitur, ꝙ omnia alia cõtactus genera,quæ immundum aliquem faciebant, durabant vſque ad veſperum. Dicendum eſt, vt cõiter, quia quaſi generaliter oẽs immunditiæ durabant vſque ad veſperum: aliquæ tñ erant quæ durabant maiori tpe, & de his intelligẽda eſt iſta regula cum determinatione ſpeciali exceptorum de illis immunditiis.Et ſic cum iubeatur,ꝙ ſint in illis per ſeptem dies, vel plures,qui immundi ſunt; & hic dicitur,ꝙ poſt ſolis occaſum contingens immundus eſt.Dicẽdum eſt, ꝙ intelligitur de vltimo illorum dierum iſta regula,in quo poſt ſolis occaſum lota carne erat ablata immunditia. Sed adhuc conuenientius reſpondendum eſt,nihil militare iſtud argumentum: qm̃ hic dicitur,qdlibet immũdum,cuius tactus eſt ſordidus, & ſic agitur de immunditia quæ cauſatur per contactum: in muliere tñ menſtruata non cauſatur immunditia per contactum,ſed ipſa immunda eſt à ſeipſa, ſicut qñ eſt immunditia ægritudinalis;nõ poteſt ergo intelligi iſta lex de muliere menſtruata,ſed neceſſarium eſt,ꝙ referatur in talibus ad regulas ſpeciales,in quibus agitur de iſtis immunditiis.Similiter ẽt argui poteſt de muliere quæ patitur fluxum ſanguinis multis diebus extra tps fluxus menſtruorum, qm̃ tunc non erat munda illa quæ pateretur poſt ſolis occaſum lota carne;ſed ſi ita manſiſſet multo tpe,ſemper erat immũda,vt habetur ſupra, 15.c.quia iſta erat ægritudo; vnde ſi remanſiſſet iſte fluxus ſanguinis in aliqua muliere tota vita, fuiſſet ſemper immunda, nec licuiſſet ei vnquã comedere de ſanctificatis,ſicut illi mulieri accidit,quæ fuit patiens fluxum ſanguinis per annos duodecim,quouſque eã Chriſtus ſanaret, vt habetur Luc. 8.c. De iſta immunditia reſpondendum eſt, ꝙ nihil arguitur contra litteram: quia in littera dicitur de immunditia per contactum, ſed mulier patiens fluxum ſanguinis multo tempore, nõ erat immunda per contactum,ſed ab intrinſeco,qm̃ erat ęgritudo iſta paſſio.Ideo ponẽda eſt regula ſine temporis diffinitione ſicut in duobus ſuperioribus.ſ.in leproſo & fluente ſemine, ꝙ immundi ſunt, & non licet eis comedere de ſanctificatis quouſque ſanẽtur, ita de patiẽte fluxum ſanguinis neceſſariò dicetur, ꝙ non comedat de ſanctificatis vſque ad ſanitatem perfectam, cum iſtud ſit ægritudinale; & non ſolum accipitur hic ſanari pro ſanatione perfecta,quæ eſt ceſſare ab ægritudine,ſed etiam pro emundatione ab immunditia. Nam poſtquam aliqua mulier erat curata perfectè à fluxu ſanguinis ſui, manebat immunda per aliquot dies, vt apparet ſup.15.c. nam erat immunda ſeptem diebus,& in octauo die efficiebatur munda,& offerebat,ſicut habetur ibidem. Hæc autem femina curata à profluuio ſanguinis ſui, ſi fuiſſet de genere Sacerdotali manens in domo patris ſui,non poterat comedere de ſanctificatis in primis ſeptem diebus poſt redditam ſanitatẽ, ſed in octauo die licebat ei comedere de ſanctificatis.

Sed aliquis arguet de viro ꝙ qui accedebat ad feminam menſtruatam,vel ad eam quæ patiebatur fluxum ſanguinis: qui.n.aliquã harum carnaliter cognoſcebat,erat immundus ſeptem diebus:ſed hoc erat ꝑ ſolum cõtactum,vt patet ſupra 15.cap.Hic tñ dicitur,ꝙ immunditia cõtracta

per contactum cuiuſlibet rei ſordidæ durabat vſque ad veſperum. Reſpõdetur, ꝙ hoc eſt de lege communi, quia fere in omnibus caſibus, ille qui tãgeret aliquam rem immundam, erat ſolum immũdus vſque ad veſperum. Sunt tamen aliqui ſpeciales caſus, in quibus immunditia per contactum durat per plures dies, ſ. ſeptem; & iſti erãt tres caſus, ſ. quando aliquis coiret cum muliere mẽſtruata: erat enim immundus ſeptem diebus. Secundus erat, ſi coiret cum muliere patiẽte fluxum ſeminis longo tempore, quia etiam erat immundus ſeptem diebus. De his duobus habetur ſupra 15. cap. Tertius caſus erat in eo, qui tangebat morticinum humanum; vel oſſa, vel ſepulchrum, aut alia pertinentia ad morticinum humanum. De hoc habetur Numer. 19. cap. Ideo in iſtis recurrendum eſt ad regulas ſuas ſpeciales, quia nõ poſſunt comprehendi ſub hac lege.

Poteſt tamen alio modo reſponderi in hoc caſu, quòd id quod efficiebatur immundum per contactum rei immundæ, erat immundum vſque ad veſperum, ſi eſſet ille contactus ſimplex: ſed aliter ſi fuiſſet commixtio ſexuum. Diuerſitatis autem ratio patet: ideo de immunditia cõtracta per coitum, non eſt ſic iudicandum, ſicut de aliis immunditiis: nam quicumque tangeret feminam menſtruatam, vel fluentem ſanguine multo tẽpore, non cognoſcendo carnaliter, ſed ſolum tangendo eam, efficiebatur immũdus per vnam diẽ, ſ. uſque ad primum ſolis occaſum, ut patet ſupra, 15. cap. qui aũt eas carnaliter cognoſcebant, maiorẽ immunditiã incurrebant: ideo pluribus diebus, ſ. ſeptem immundi manebant. Etiam contactus iſte præter alia, habent magnam pęnam, quia, ſ. cognoſcendo carnaliter menſtruatam uel fluentem ſemine, ſequuntur aliqua damna in prole, de quibus dictum eſt ſupra, 15. cap. Item, coitus ſecundum ſe immundus eſt, alij autem cõtactus ſecundum ſe, non ſunt immundi; ſed ſolum ex accidẽti, propter ipſam rem, quæ contingitur: ideo contingere quamlibet feminam ſolum tangendo immunditia non eſt, niſi illa immunda ſit: coitus tñ cum quacumque femina immundus eſt: quia quicumque coierit cum aliqua femina, etiam cum vxore ſua, immundus eſt vſque ad veſperum, & debet lauare carnem ſuam aqua, vt patet ſupra, 15. c. Debebat ergo maior eſſe immunditia in coitu, quãdo aliquis carnaliter accederet ad aliquam feminam, quæ alias immunda erat, quam cum eam ſimpliciter tangeret; erat enim ibi duplex immunditia. ſ. quia tãgebat, & quia tangens coibat. Vnde rationabiliter multiplicari debuerunt dies immunditiæ pro hoc facto. Sed iſta ratio redditur quantum ad duos caſus: ſed quantum ad tertium, id eſt, contactum mortui, non eſt hæc ratio: quia ibi eſt cõtactus ſimplex, immo & aliquando non eſt tactus, ſicut in eis qui plangunt defunctos, vel comitantur funera non plangendo, vel qui intrabant in domũ in qua iaceret aliquis mortuus, etiam ſi non tangerent illum, qui omnes hi contrahebant immunditiam per ſeptem dies, vt patet Num. 19. cap. Dicendum, ꝙ hoc fuit non propter realem immũditiam, ſed propter honeſtatem: pendet enim iſta immunditia ex opinione legali: nã iudicat lex cadauer hominis eſſe aliquid valde immũdum ſuper omnia alia immũda; ideo in illius contactu iudicat homines magis pollutos. vnde ſicut homo viuens eſt excellentior & ſanctior omnibus animalibus; ita mortuus iudicatur immundior omnibus illis. Et hoc patet, quia pro cõtactu cadauerũ oĩum animaliũ aliorũ morticinorũ contrahebatur ſolũ immunditia vſque ad veſperum, in contactu aũt hominis mortui immunditia ſeptẽ dierum. Et fecit differentiã lex de immunditia contracta ex tactu mortui humani ad alias immunditias contractas ex tactu in tribus. Primò, quantũ ad tempus durationis, nam nulla immunditia alia contracta ex tactu durabat, niſi vſque ad occaſum, iſta aũt per ſeptẽ dies durabat. de aliis patet ſupra 11. c. & hic, de immũditia ſuper mortuo Num. 19. cap. Secundo differunt quantũ ad modum purificationis, & hoc tam in pluralitate cæremoniarum quam in diuerſitate, nã pro omnibus aliis immunditiis erat, ꝙ lauaret homo veſtimenta ſua, vt cõiter, aliqñ autem carnem & non veſtimenta; aliqñ ſolam carnem. iſtæ differentiæ patent in diuerſis caſibus. ſupra 11. 15. & 16. cap. In immunditia autem ſuper mortuo fiebat lotio carnis, & veſtimentorum, & quædã alia purificatio,

Differentia triplex immũditia ex contactu mortui ad alias.

F quæ non fiebat in aliqua immunditia, ſcilicet, aſpergebatur aqua luſtrationis: nã iſta aqua fiebat de cineribus cõmixtis cum aqua, & ſolum aſpergebãtur immundi ſuper mortuo, Num. 19. c. Nã nõ ponitur ibi facta ad aliud, licet aliqui ſoleãt dicere, ẽt alios immũdos illa aſpergi cõſueuiſſe vt tetigimus. ſup. c. 15. ſed nõ eſt ſatis bene dictũ. Multiplicabãtur ẽt iſtę purificationes: quia in tertio, & ſeptimo die aſpergebatur immundus aqua luſtrationis, & poſtea lauabat carnẽ ſuã, & veſtes. De his cæremoniis declarauimus latius ſup. q. 7. Tertiò differebãt, & maximè, quia pro nulla immũditia ex contactu cadaueris alterius rei, aut pro quocũq; cõtactu eiiciebatur immũdus de caſtris, ſed ſolũ ſeparabatur à Sãctuario, & rebus ſanctis: pro ſola aũt immũditia ſuper mortuo, eiiciebãtur immũdi de caſtris, Num. 5. c. & hoc erat grauiſſimũ. Et in hoc cõparabatur immũditia ſuper mortuo immunditiæ naturali,
G & æquabatur ei: quia pro vtriſque eiiciebantur immundi extra caſtra, ſicut dr̃ Num. 5. cap. Locutus eſt Dñs ad Moyſen. Præcipe filiis Iſrael, vt eiiciãt de caſtris omnẽ leproſum, & fluentẽ ſemine, & qui pollutus eſt ſuper mortuo, tam virũ q̃ feminã eiicite de caſtris. Nec erat aliqua differẽtiã, niſi quia pro leproſis, & fluẽtibus ſeminè, non erat tempus determinatũ manẽdi extra caſtra, ſed ſolum vſquequo ceſſarent iſtæ immũditiæ; pro immũdo autem ſuper mortuo, erant determinati ſeptem dies: quia erat immunditia legalis; immo erat aliquid maius in immunditia ſuper mortuo, quam in quibuſdam immũditiis naturalibus, quia immunditia pariẽtis: & mulieris mẽſtruatæ, erat naturalis, quia erat ibi verus fluxus humoris immundi, & infectiui: & tamen nõ eiiciebãtur de caſtris pa-
H rientes tempore immunditiæ ſuæ, nec etiam menſtruatæ, ſed manebant in caſtris in ſua immunditia; menſtruata quidem per ſeptem dies, ſupra, 15. c. pariẽs autem ſi maſculũ peperiſſet quadraginta diebus, ſi verò feminã, octoginta diebus, ſup. 12. cap. Et ita in ipſa immunditia ſuper mortuo erat maxima ſeparatio; tres. n. gradus ſeparationis erãt quantũ ad immundos: quidẽ ſolũ vetabantur accedere ad Sãctuarium, & res ſacras, ſicut quicumque per contactum quantumcumque leuem eſſet immundus, vt qui tetigiſſet virũ fluentem ſemine, vel mulierẽ mẽſtruatã, vel fluentem ſanguine, ſup. 15. c. Alia erat ſeparatio à cõuerſatione hominum, & ſimul ab acceſſu ad res ſacras, licet non eiiceretur immundus de caſtris, ſicut in mulieribus mẽſtruatis ſeptẽ diebus, ſup. 15. c. Nam menſtruata mulier nõ ſolũ nõ accedebat ad ſacra, ſed etiam ſeparata
I manebat à conuerſatione & tactu aliorũ, tñ non eiiciebatur de caſtris: ideo dies quibus menſtrua patiebatur mulier, non ſolũ vocabantur dies immũditiæ, ſed & ſeparationis. Tertius gradus ſeparationis erat in eis, qui non ſolũ à ſacris & ab hominũ cõuerſatione, ſed etiã de caſtris eiiciebantur, ſicut erat in leproſis; & fluentibus ſemine. Num. 5. c. & quædã immũditiæ erãt, quæ vno tẽpore habebãt vnum modũ ſeparationis; & eædem alio tempore habebant alium modũ ſeparationis, ſicut immũditia parientium: nam pariens maſculum, erat immũda quadraginta diebus, ſup. 12. c. Sed ſeptẽ diebus primis erat immunda non ſolũ vetita accedere ad ſacra, ſed etiã à cõtactu hominũ, ideo dicebatur tunc eſſe immunda iuxta legem ſeparationis menſtruatæ: in ſequentibus aũt triginta tribus diebus, erat ſolũ immunda. i. vetita accedere ad res
K ſacras, eod. c. Et ſimiliter erat de pariẽte feminã, quæ erat octoginta diebus immũda: nã quattuordecim diebus primis erat immũda iuxta ſeparationẽ mẽſtruatę, & in ſexaginta ſex ſequentibus, erat immunda ſolũ abſtinẽdo à rebus ſacris, eod. c. Cõtaminatio aũt ſuper mortuo habebat iſtos tres gradus: nam ſic immundis non licebat accedere ad res ſacras, quia hoc quantum ad omnes immundos erat generale, ne contaminarent, vel polluerent Sanctuariũ Domini ſup. 15. c. Etiã erant ſic prohibiti à cõmunicatione aliorũ hominum: ne eos inficere dicerentur, vt patet Num. 5. c. Erat etiã tertius gradus, nã de caſtris eiiciebantur, & hoc erat maximũ, & in quo excedebãt alias immũditias per contactũ. Sed obiicietur, ꝙ alia immũditia præter naturales erat huic æqualis. ſ. qui pollueretur ſomnio nocturno: nã egredi debebat de caſtris Deut. 23. c. Dicẽdũ, ꝙ non erat æqualis immũditiæ huius prohibitio, aut

Tres gradus ſeparationis quãtum ad immundos.

repu-

reputatio, ſicut contaminationis ſuper mortuo. primò in tẽpore manendi extra caſtra: nam immundus ſuper mortuo manebat extra caſtra diebus ſeptẽ, cum noctibus ſuis, Num. 19. cap. qui autem polluebatur ſomnio nocturno, manebat per vnum diem artificialem, ſcilicet, ab ortu ſolis vſque ad occaſum, Deuter. 23. cap. Secundò, quia fiebant plures cæremoniæ purificationis circa immundum ſuper mortuo, quia pollutus in ſomnio ſolũ lauabat ſeipſum, id eſt, carnem ſuam, Deuter. 23. cap. ſed pollutus ſuper mortuo, lauabat carnem ſuam, & etiam veſtes, & inſuper duobus diebus, ſcilicet, tertio & ſeptimo, aſpergebatur aqua luſtrationis Numeri 19. cap. & hac aqua non aſpergebatur alius immũdus: ideo reputabatur iſta maior immunditia, & maioris obſeruationis. Aliqui etiam addunt, quod de immundis ſuper mortuo mandat Deus, ꝙ eiicerentur de caſtris, & eiiciebantur, Numeri 5. cap. de pollutis autem ſomnio nocturno, nõ iubebat, quod eiicerentur, ſed quod ipſi exirent, & ita fiebat. Dicendum, ꝙ iſtud nõ addit aliquam grauitatem, quia polluti ſomnio non iubebantur eiici, quia non erat nota eorum immunditia: nemo enim nouit quis fuerit pollutus ſomnio nocturno, niſi ipſe qui pollutus eſt, ideo nemo poterat eum eiicere de caſtris; & ob hoc iuſſit Deus eis, quod egrederentur, & nõ quod eiicerentur, quaſi relinquens conſcientiæ eorum: ſecùs autem de immũdis ſuper mortuo: quia de his poterat eſſe notum, ideo iuſſit, quod eiicerentur. *Cuius tactus ſordidus eſt.* Dicuntur res habere tactum ſordidum, quandocumque tangentes ſe ſordidos efficiunt; quę autem ſint iſtæ res, habetur ſupra à principio. cap. 11. vſque ad 17. & Numeri 19. cap. & in quibuſdam alijs locis. *Immundus erit vſque ad veſperum.* id eſt, vſque ad ſolis occaſum.

Quomodo intelligatur, quòd qui tangeret aliquid immundum, pollutus eſſet vſque ad veſperum.
Quæſt. VIII.

QVOMODOCVMQVE contraheret aliquis immunditiàm per contactum rei immundæ, niſi in tribus caſibus ſupra poſitis, erat immundus vſque ad veſperum, ſcilicet, ſolũ vſque ad ſolis occaſum; ideo ſiue multo tempore, ſiue pauco ante ſolis occaſum contraheretur immunditia, tollebatur in ſolis occaſu; vt ſi aliquis oriente ſole contraxiſſet immũditiam, manebat in ea vſque ad ſolis occubitum. Idem ſi contraxiſſet illam in meridie, vel hora nonæ, vel ſaltem dimidia hora ante ſolis occaſum, ita vt ſol eſſet ſuper horizontem, manebat immunditia vſquequo occubuiſſet ſol: & confeſtim poſt ſolis occubitum erat mundus, & licebat ei comedere de ſanctificatis, ſi eſſet de genere Sacerdotum. Quare autem manebat iſta immunditia vſque ad ſolis occaſum, & non maiori, nec pauciori tempore, cauſa declarata fuit ſupra 11. cap. Si autem ponatur, quod aliquis immediatè poſt ſolis occaſum incurriſſet immunditiam, erat immundus vſque ad ſolis occaſum ſequentem, ſcilicet, per 24. horas. Sic etiam ſi contraxiſſet illam in media nocte, vel paulo ante auroram.

Quò dies Meſſiæ dicatur eſſe dies vltimus. Per hoc autem, quod ille qui eſt immũdus, manet immundus vſque ad veſperum ſecundum allegoriam ſignificatur, quod nullus homo qui in immunditia eſſet, poterat penitus ab immunditia ablui quouſque occũberet ſol, ſcilicet, vſque ad finem dictum temporẽ aduentus Chriſti. tunc enim per mortẽ ipſius ab omnibus inquinamentis noſtris eripimur, tam nos, quam qui præceſſerunt: dies autem Meſſiæ dicuntur eſſe vltimi dies, vel fines dierum. Sic habetur Iſaiæ cap. 2. cum dicitur: Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium. & patet hæc intelligi de tempore Meſſiæ. Et etiam Micheæ, cap. 4. dicitur, quod tempus Meſſiæ eſt vltimus dies, ſcilicet: Et erit in nouiſſimo dierũ præparatus mons Domini, & intelligitur eodem modo de Meſſia. Apoſtolus etiam tempus Meſſiæ vocauit finem ſæculorũ, dicens: Nos ſumus in quos fines ſæculorum deuenerunt, vt patet ad Hebr. 12. cap. Ioannes autem in Canonica ſua epiſtola prima ſtrictius loquens, tempus Meſſiæ vocauit horã nouiſſimam, dicens: Filij nouiſſima hora nunc eſt, vt habe-

A tur ibid. in cap. 2. In hoc autem ſolis occubitu, id eſt, in fine temporum, moriente Chriſto ab omnibus immũditiis eripimur. Vel dicitur, quod immunditiæ tolluntur poſt ſolis occaſum, id eſt, in morte Chriſti; eſt enim ipſe ſol iuſtitiæ, & moriente eo, occumbit ſol. tunc ergo ad ſolis occubitum immundi erimus. Vel dicitur, quod homo erit immundus vſque ad veſperum, id eſt, vſque ad finem vitæ ſuæ: quia quantumcũque aliquis in peccato non ſit, dum tamen viuit, ſemper in potentia ad peccandum eſt, & in aliquo delinquit, cum autem fuerit in occaſu vitæ, cũ ſol dicitur ſibi occumbere, erit mundus, quia poſt vitam nullus peccare poteſt. Hoc autem verum eſt, niſi in illis, quibus ſpeciali priuilegio donatum eſt, vt cum viuerent, peccare nõ poſſent, ſicut eſt de Apoſtolis, qui viuentes in gratia confirmati ſunt. De Beata Virgine, idem quoque di-
B cendum eſſe videtur, & apud quoſdam alios hoc priuilegium eſt, ſed in raris quidem ſic euenire poteſt. Generaliter autem ad occaſum ſolis ſiue veſperum, id eſt, ad finẽ vitæ omnes mundi eſſe poterunt. *Et non veſcetur his quæ ſanctificata ſunt.* ſcilicet, dum fuerit in immunditia. Vocantur autem ſanctificata nõ omnia illa quæ ſancta ſunt, ſed ea quæ Domino ſuper altare ſanctificantur: Nam decimæ & primitiæ ſanctę ſunt, quia à rebus ſacris appellationem ſuſcipiunt, & ſeparantur à rebus profanis, cum ſacerdotibus tribuantur, tamen non ſanctificãtur Domino ſuper altare, ſed ſolum ipſis Sacerdotibus, vel Leuitis iſta dantur; & licet de eis comedere cuicumque, licet etiam illa vendi, vel in quoslibet commutari vſus potuerint, vt in ſuperioribus probatum fuit. Hic autem ſolum vetatur immundus comedere de ſanctificatis, quæ ſunt Domino *Sanctificata, & ſancta q̃ dicãtur.*
C oblata, & conſecrata in Sanctuario, ſicut dicuntur carnes ſacrificiorum, & panes, & libamenta: quia iſta Sacerdotibus tribuuntur, & pars eorum crematur ſuper altare. *Sed cum lauerit carnem ſuam aqua.* Hic ponitur quid faciendum ſit ad hoc, quòd auferatur immunditia iſtorum, qui non poterant comedere de ſanctificatis, & dicitur quod lauabit carnem ſuam quilibet immundus: in quo ſignificatur immunditiam illam ſibi inhæſiſſe, & ꝙ nunc abſtergatur, quia ſicut aqua ſordes corporũ tollit, ita iſti qui lauantur, videntur ablui ab omni immunditia. Hic enim dicitur de lotione carnis, & non de lotione veſtium.

Sed circa hoc tenendum eſt, ꝙ aliqua iſtorum requirũt lotionem veſtium, vt apparet ſupra 11. cap. immo ſemper ibi ponitur de lotione veſtium, & non de lotione corporis; & iſta lex debet per illam interpretari, quia prior
D eſt, & nõ repugnat illi, ſed id quod in illa ponitur addendum eſt hic, ſcilicet, ꝙ ille qui immunditiam incurrerit, lauabit veſtimenta ſua, ſicut dicitur ſupra 11. cap. lauabit etiam corpus ſuum in aquis viuentibus, ſicut hic dicitur, & erit duplex lotio. An verò ad quamlibet immunditiam requireretur lotio veſtium & corporis, nõ patet hic. Dicendum tamen videtur, ꝙ non requirebatur in omnibus, ſed in hac ſpecialiter requirebatur, quia maior munditia debebat eſſe ad hoc quòd aliquis eſſet mundus ad comedendum de ſanctificatis, quam ad hoc ꝙ eſſet mundus ſimpliciter. Ad munditiam autem ſimpliciter videbatur faciendum, ſicut habetur ſupra 11. 14. & 15. capitibus, in quibus aliquando iubetur lotio veſtium, aliquando autem veſtium, & carnis, interdũ etiam ſolius carnis, de quo ſupra 16. cap. Hic autem ad omnem immunditiã
E requiritur lotio carnis, & veſtiũ, quia eſt iſta ſpecialis immunditia ad inducendum etiam ſpecialem immunditiã. *Et occubuerit ſol.* Hic ponitur alia conditio quæ requiritur ad hoc, quòd aliquis efficiatur mundus ad comedendum de ſanctificatis, ſcilicet, quòd occumbat ſol. Nam ſi ſolum lauaretur aliquis aqua, nondum occumbente ſole, non erat mundus ad comedendum de ſanctificatis, ſed oportebat vt ſol occumberet. Nec etiam ſufficiebat ſolem occumbere, niſi qui immundus erat, lauaretur aqua, quia tunc non fuiſſet mundus. Iſta ergo duo ſimul fieri debebant. Quid autem horum prius eſſe deberet, non apparet expreſſè, niſi aſſumatur argumentum ex ordine litteræ, ſcilicet; quia primo habetur mentio de lotione, quàm de occubitu ſolis; & ex hoc videtur eſſe dicendum rationabilius, quòd prius fieri debuiſſet lotio quàm ſolis occubitus, niſi aliquid contrarium appareat. Item,

hoc

hoc videtur manifeſtè deduci ex eis quæ habentur ſupra, 11. cap. vbi cum agitur de immunditia, dicitur: Lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum. In quo innuitur manifeſtè, quod prius deberet lotio fieri quã veſperum vel ſolis occubitus eueniret, cum dicatur, lauabit veſtimenta ſua, & poſt lotionem ponit immundiam, cum dicit, & immundus erit vſque ad veſperum, id eſt, poſtquam fuerit lotus, manebit immunditia in eo, donec veniat ſolis occaſus. Item patet: quia terminus immunditiæ eſt ſolis occaſus, cum dicatur immundus erit vſque ad veſperum, & non extendebatur immunditia vlterius. & tunc quæritur an immunditia neceſſariò requirat ad ſuam ablutionem lotionem veſtium & carnis, vel non. Si dicatur, quod nõ requiratur, falſum eſt: quia tunc ſuperfluè poneretur in omnibus: ſed vbicumque agitur de immũditia, dicitur, quod lauabitur caro vel veſtes, ideo erit neceſſaria ablutio: & tunc quæritur, an ablutio deberet fieri neceſſario ante ſolis occaſũ, vel poſſet fieri poſt eiuſdem occaſum. Si dicas, quod aliqua poſſet fieri poſt ſolis occaſum, nõ poteſt ſtare: quia tunc cum ipſa ſit de neceſſitate mundationis, non poſſet eſſe munditia ſine illa, ergo munditia non eſſet ibi inducta vſque poſt ſolis occubitum. Sed falſum hoc eſt: quia tunc non terminaretur immũditia in ſolis occubitu; Scriptura tamen ſemper dicit de quolibet immundo per leuem cõtactum, quod immundus erit vſque ad veſperum: ergo non poterat extendi immunditia poſt ſolis occubitũ; oportebat ergo quod fieret lotio veſtium ante occubitum ſolis, & hoc eſt quod intendebatur. Et ſic eſt ille ordo in mundatione, quandocumque aliquis eſſet immundus leui immunditia, quæ finiebatur per vnam diem, cum ſol occubiturus eſſet, aut paulo ante lauaret veſtimẽta ſua, & cum ſol occumberet efficiebatur mundus; in hoc tamen nihil differebat, quia non ſolum poterat fieri lotio paruo tempore antequã ſol occumberet, ſed etiam immediatè quo immunditia contracta fuiſſet, vel parum poſt, & totaliter ad arbitrium ipſius, qui immundus erat. *Tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis.* Hoc refertur ad id quod immediatè dictum eſt, ſcilicet, ad ſolis occubitum: ita quod poſtquam aliquis lauiſſet veſtimenta & carnem, & occumberet ſol, eſſet mundus. ex quo patet, id quod ſupra dicebatur, ſ. quod lotio eſſet de neceſſitate mundationis, quia dicitur hic, quod cum lauerit ſuam carnem, & ſol occubuerit, tunc erit mundus, & poterit veſci de ſanctificatis. Hoc non refertur ad omnes immundos, ſed ſolum ad eos, qui erant de ſemine Aaron, quia de eis dictum fuit in principio legis huius, ſ. Homo de ſemine Aaron, &c. *Quia cibus illius eſt.* id eſt, quia ad eum iure pertinet comedere de ſanctificatis. Vbi autem probetur, quod de iure pertineat ad filios Aaron comedere de ſanctificatis, id eſt, de his quæ offerrentur? Dicendũ, quod probatur ſupra 7. & 10. c. vbi de filiis & filiabus dicitur, & infra in littera expreſsè, & etiam hic: nam cũ dicatur, quod ſanctificata ſunt cibus hominis de genere Aaron: ſatis inductum patet, quod ad eum pertineant, quia iſta lex dat ei ius in rebus ſanctificatis, etiam ſi nulla alia eſſet. & ponitur hoc hic tanquam cauſa ſuperioris, ſ. poſtquam homo mundus fuerit comedet de ſanctificatis, quia cibus illius eſt. q. d. iſte de iure ſuo habebat, quod poſſet comedere de cibis ſanctificatis: ideo non oportebat, vt aliquid alterum fieret ad hoc, quod iſte efficeretur idoneus ad comedendum de ſanctificatis, ſed ſolum quod tolleretur immunditia. Sic etiam eſt in naturalibus, vt ſi aliqua res habeat virtutem ad operandum, & poſtea ponatur aliquod impediens, nõ poterit agere; ablato autem illo impediẽte & prohibente agere, non oportet quod addatur aliqua vis ipſi rei operanti naturaliter, ſed immediatè per ſe agit: quoniam virtutem habebat ad agendũ. Sic dicitur de Sacerdotibus & aliis filiis Aaron, quod res ſanctificatæ cibus illorum erant, ſ. quod ex ſeipſis habent ius ad comedendum de ſanctificatis; ideo ſolum inquiritur, quod remoueatur immunditia, quæ impediebat eos. *Morticinum & captum à beſtia.* Hic ponitur alia lex de vitando cibos immũdos, ſcilicet, quod non comedatur morticinum, nec captum à beſtia; & iſtud ponitur incidentaliter, quoniam ſupra dicebatur, quod filij Aaron nõ comederent de ſanctificatis cibis eo tempore, quo erant immundi: quia tũc erant ipſis iſti cibi illiciti. Hic autem

Terminus immunditiæ erat ſolis occaſus.

F ponitur incidẽtaliter de alio cibo illicito, ſ. de capto à beſtia, & morticino: cibi autem iſtorum erant immũdi non ſolum illis, qui erant de genere Aaron, ſed etiam toti populo, vt patet Exodi 22. c. vbi cum ponerentur leges vniuerſales concernentes totum populum, dictum fuit. Viri ſancti eritis mihi, carnem quæ à beſtiis prægustata fuerit, non comedetis, ſed proiicietis canibus. Hic autẽ non ponebantur leges omnibus Iſraelitis, ſed ſolum eis, qui erãt de genere Aaron. Ergo iſtud quod ad totum populũ pertinet, incidentaliter poſitum eſt, maximè, cum non pertineat hoc ad res ſanctificatas, de quibus hic agitur. *Morticinum.* Poteſt autem duo ſignificare morticinum. Vno modo quod per ſe moritur, & tunc dicitur morticinũ penultima correpta, & dicitur de mors & cado. Alio modo dĩ morticinũ pro eo quod ab alio occiditur, penultima pro-

G ducta, & dicitur de mors & cedo cedis, quod eſt occidere vel percutere. Primus modus accipiendi morticinum eſt vulgaris: communiter enim morticinum pro eo quod per ſe moritur, accipitur. Secundo modo accipitur morticinum rarius, & tamen de hoc habentur aliqua exempla in Scriptura; ſic patet ſupra 11. c. vbi dicitur de animalibus immundis ad eſum: quia carnes illorum vetabantur, ita vt & morticina eorum non contingerentur: & ibi neceſſariũ eſt accipi morticinum pro eo quod per ſe moritur, & pro eo quod ab altero occiditur: quia ſi acciperetur ſolũ pro eis, quæ per ſe moriuntur, non eſſet differentia inter animalia mũda ad eſum, vel immũda: in animalibus enim mundis ad eſum, ſi aliquod per ſe moreretur, non debebat contingi, vt patet ſupra 11. cap. neceſſe eſt ergo, quod in animalibus illicitis ad eſum, non cõtingatur animal mor-

H tuum, ſiue per ſe mortuum, ſiue ab alio fuerit occiſum: & ſic eſt morticinum pro vtroque. Sic etiam patet Pſal. 78. cum dicitur: Poſuerunt morticina ſeruorum tuorũ, eſcam volatilibus: vbi neceſſe eſt, quod accipiatur morticinum pro eo, quod ab altero occiditur, quia ibi agitur de Iudęis occiſis à Gentilibus, vt patet ex littera. Hic autem poteſt accipi pro altero eorum, ſ. pro eo, quod per ſe moritur, & dicemus quòd eſt intelligendũ in animalibus, quæ aliàs ad eſum licita erant. Illa enim quando ab aliquo occiduntur, ad veſcendum licita ſunt. Cũ verò per ſe moriuntur, ſunt illicita; ſic habetur ſupra 11. cap. Si autem accipiatur morticinũ pro vtroque, ſ. pro eo, quod per ſe moritur, vel ab alio occiditur: dicendum eſt, quod morticinũ duplex eſt, quia aut pertinet ad animalia, quæ ad cibũ licita ſunt, aut ad ea, quæ ſunt illicita; ſi accipiatur pro eis quæ ad

I eſum licita ſunt, dicendum eſt, quòd aut ſunt morticina, quæ per ſe moriuntur, aut morticina, quæ ab alio occiduntur: ſi morticina quæ per ſe moriũtur, ſunt illicita, vt patet ſupra 11. cap. ſi autem ſunt morticina, quæ ab alio occiduntur, tunc aut occiduntur à beſtiis, vel ab hominibus: ſi à beſtiis, illicita ſunt, vt patet Exodi 22. cap. & immediatè cum dicitur: Captum à beſtia. Si autem occidantur ab homine, aut occidũtur ad cibos, vel ad alterum vſum: ſi ad cibos, & immediatè comedantur, licita ſũt: ſi autẽ ad alios vſus, & poſtea comedantur, ſunt illicita. Si verò accipiatur morticinũ in animalibus illicitis ad eſum, aut eſt morticinum, quod per ſe moritur, aut quod ab alio occiditur: quocumque autem iſtorum modorum accipiatur, erant immundi cibi illi. Sed dicet aliquis, in quo caſu horum conuenientius hic accipitur?

K Reſpõdetur, quòd morticinum accipitur pro eo, quod per ſe moritur, & pertinet ad animalia, quæ aliàs erant munda ad eſum; & patet: quia dicitur ibi immediatè: & captum à beſtia, id eſt, occiſum à beſtia. Si tamen acciperetur hic morticinum tam pro eo, quod per ſe moritur, quàm pro eo quod ab alio occiditur, non oportebat ſubiungi, & captum à beſtia: quoniam vtrumque eſſet morticinum. De morticino autem pertinente ad animalia illicita ad eſum, nihil oportet hic dicere; quia hic agitur de vetatione ciborum, animalia autem, quæ ſecũdum ſe ad cibum illicita erant, ſiue occiderentur ab aliquo, ſiue per ſe morerentur, ſemper erant illicita ad eſum: ideo non oportebat de eis dicere, quòd non comederentur. *Et captum à beſtia non comedent.*

Morticinum duo ſignificat: & diſtinctio eius quo ad immunditiam.

Quando

Quando animalia capta à beſtijs, ſeu in venatione, erant licita comedi, aut non licita. Quæſt. IX.

VETANTVR hic animalia capta à beſtiis ad cibos, & intelligitur de animalibus, quæ per ſe erãt alias licita ad eſum. nam ſi fuiſſent illicita nihil differebat, an caperentur à beſtiis, vel aliàs morerẽtur. Ea tamen quæ erant licita ad eſum, quando per ſe moriebãtur, erãt illicita, quia morticina erant; ſi vero ab altero occidebantur erant aliquando licita, vt ſi occiderentur ab homine, & aliquãdo illicita, vt ſi occiderentur à beſtia. Dicitur aũt animal captum à beſtia, ad differentiam animalium captorum aliàs in venatione, vel aucupio: nam ſi caperentur feræ à ſagittariis vel lancearíis, cibo cõgruebant, dum tamen prius quam morerentur, iugularentur, & effunderetur ſanguis earum. Idem ſi caperentur in decipula, vel pedica, de hoc habetur ſup. 17. c. cum dicitur: Homo quicumque ſi venatione, aut aucupio feram, vel auem ceperit, quibus veſci licitũ eſt, fundat ſanguinem eius, & operiat illum terra: anima enim carnis in ſanguine eſt; ſi autem eſſet capta fera à beſtiis, non erat licita ad eſum. Dicitur autem hic beſtia quodcumque animal, ſiue ad venationem, ſiue aliàs: vtpote, ſi aliquis acciperet partem alicuius animalis de manu Leonis, vel Vrſi, aut aliorum animaliũ non domeſticorum, non licebat comedere, quia à beſtia captum erat. Idem, ſi caperetur ab aliquibus animalibus venaticis, ſicut ſunt canes, aut muſtelæ, vel ab auibus vt accipitribus, vel aſturconibus, vel quibuſcumque aliis erat immundus talis cibus; ſemper enim dicetur animal captum a beſtia.

Sed ſic conſiderandum eſt, ꝙ iſtud animal, quòd à beſtiis capiebatur, aut ab ipſiſmet beſtiis occidebatur, antequam perueniret ad hominem, aut vulnerabatur, ſed non occidebatur, aut capiebatur & non vulnerabatur, nec occidebatur. Si primo modo, manifeſtum erat, ꝙ non licebat comedi: quoniam ſolum comedere debebant Iudæi animalia, quæ ipſi occidebant ad eſum, vt patet Deuter. 12. cap. vt patet cum dicitur: Si comedere volueris, & te eſus carnium delectauerit, occide, & comede in vrbibus tuis. & ſic animal, quod ab aliqua beſtia occiſum fuiſſet, quamquam homo illud videret occidi, capiebatur tanquam morticinum. Si autem ſecundo modo accipiatur captum à beſtia, pro eo quòd vulnerabatur, ſed non occidebatur, dicendum eſt, quod non licebat comedere illud, quia à beſtia prægustatum erat; ſic patet Exodi 22. c. cum dr̃: Viri ſancti eritis mihi, carnẽ, quæ à beſtiis prægustata fuerit, nõ comedetis. Dicitur aũt caro prægustata à beſtiis, non ſolum ꝙ beſtiæ aliquid inde comedant, ſed ꝙ eam mordentes lacerent, cum autem vulneratur fera à beſtiis, prægustata dicitur, quoniam partes eius lacerantur. Si autem accipiatur tertio modo captum à beſtia, pro eo, quod ſolum eſt captum, & non eſt occiſum; nec vulneratum, dicendum eſt, quòd erat licitum ad eſum, quoniam non erat à beſtiis laceratum. Et ſi obiicias, quia dicitur hic, & captum à beſtia. Reſpondendum eſt, ꝙ non debet accipi captum à beſtia pro eo, quod ſolum capitur, ſed pro eo quod capitur, & laceratur; ſic patet Exo. 22. c. cum dicitur. Carnem quæ à beſtiis prægustata fuerit, non comedetis. Etiam non dicitur quæ capta fuerit à beſtiis, Cum ergo accipitur hic, & ſupra, 17. cap. capi à beſtiis, & prohibeantur comedi animalia à beſtiis capta, intelligitur capi, id eſt, lacerari, vel prægustari, ſed quia raro contingit, aut difficillimum, ꝙ animalia à beſtiis capta non lacerentur, aut prægustẽtur, diffinitur vniuerſaliter quòd animalia à beſtiis capta non comedantur. *Nec polluentur in eis.* i. & non polluentur comedendo illa; per hoc enim, quòd Iudæi comederẽt animalia capta à beſtiis, vel morticina, polluebantur, id eſt, erant inepti ad introeundum in Sanctuarium, & accedendum ad res ſacras. Hanc tamen pollutionem Deus vetat: quia per eam impeditur cultus ſuus; cum illi qui polluti ſunt, non poterant accedere ad locum Diuini cultus. *Ego ſum Dominus.* ſ. qui iubeo ea quæ dicta ſunt; ideo illa facere debetis. *Cuſtodiãt præcepta mea.* Hoc refertur ad præcepta de immũditia vitanda: nam quanquam verum ſit, ꝙ Deus iubeat omnia præcepta ſua cuſtodiri; tamen hic non intelligitur, niſi de

A præceptis pertinẽtibus ad munditiam Iudæorum: & hoc patet cum dicitur; & non ſubiaceant peccato, & non moriantur in Sanctuario, cum polluerint illud. Sed pollutio Sãctuarij non erat, niſi quando aliquis incurriſſet immunditiam, & poſtea immundus introiuiſſet in Sanctuarium, vt habetur 15. cap. & Numer. 19. cap. *Vt non ſubiaceant peccato.* id eſt, cuſtodient iſta præcepta, vt non ſubiaceant peccato. i. vt non ſubiaceant culpæ; quia quãdo aliquis non cuſtodiret iſta præcepta in culpa erat; vel dicitur ſubiacere peccato. i. ſubiacere pęnę peccati; & iſta eſt proprior ſignificatio: Nam ſubiacere ſignificat obligatum eſſe, & eſt aliquid inuoluntarium: peccatum verò ſiue ipſa culpa, voluntaria eſt: non ergo ſubiacetur ei, ſed pœnæ: quoniam pęna & obligatio ad pœnam in peccatis neceſſaria ſunt: ipſum autem peccatum eſt ſimpliciter voluntarium; B ideo eſt ſenſus, ꝙ cuſtodiant iſta præcepta, ne ſubiaceant peccato, id eſt, ne ſubiaceant pœnæ quæ eſt propter peccatum.

Sciendum autem eſt, circa iſtam pollutionem, ꝙ ipſa non eſt ſecundum ſe mala, niſi cum eſt prohibita: Nã pollui ſuper mortuos, iniquitas nulla eſt, ſed magis pietatis miniſterium, cum alicui funeris officium impenditur. Iſta autem non erat vetita in popularibus, ſed ſolum ſignificabatur eis, ꝙ erat immunditia, & ſi eam contraxiſſent, ꝙ arcerentur ab ingreſſu Sanctuarij, ſed non prohibebãtur contrahere talem immunditiam, ideo etiam ſi contraherent, nihil peccabant: ſolum autem erat peccatum ſuum ſi cõtraxiſſent immunditiam, & non expiati introiuiſſent in Sanctuarium: cuilibet enim talis ingreſſus ad res ſanctas, & acceſſus interdictus erat, vt patet ſup. 15. cap. & C Num. 19. c. & iſtud eſt peccatum quod dicitur hic. ſ. vt non ſubiaceant peccato. i. non ſint obligati ad pęnam pro peccato, quod eſt intrando in Sanctuarium poſt pollutionem, & declaratur immediatè cum dicitur: Ne moriãtur in Sanctuario, cum polluerint illud. In Sacerdotibus autem præceptum de immũditia vitanda ſtrictius erat: quoniam non ſolũ prohibebatur eis introire in Sanctuarium, poſtquam polluti eſſent; ſed etiam iubebatur, ne pollucrentur, vt habetur ex ſuperioribus, cum Sacerdoti magno non permitteretur pollutio ſuper mortuum. Sacerdotibus autem minoribus prohibita erat pollutio, niſi in ſex perſonis: ideo quandocumque agerent contra hoc, peccabãt contrahendo immunditiam voluntariam, etiam ſi non polluerent ſanctuarium: quia ſolum ipſi faciebant contra id quod vetitum erat. *Et moriantur in Sanctuario, cum polluerint illud,* D id eſt, obſeruent præcepta iſta Iſraelitæ, ne moriantur in Sanctuario, cum introierint in illud infecti pollutione.

Quomodo Sacerdotes magis peccarent quando intrabant in Sanctuarium polluti, quam populares. Quæſt. X.

SCIENDVM quòd iſta lex traditur tã ſacerdotibus, quam aliis de populo: omnes enim quicumque polluti in Sanctuarium ingrediebantur, polluebant illud; & obligati erant ad pęnã. magis tamen in hoc delinquebant ſacerdotes quam populares. Primò, quia ſacerdotes erant, & in ſacerdotibus ceteris paribus peccata grauiora ſunt. Secundò, quia magis tenebantur ſacerdotes obſeruare honorem, & munditiam Sanctuarij, quam omnes E alij de populo; immo ipſi ſoli ſacerdotes erãt obligati ad pęnas omnium malorum, quæ fierent in Sanctuario, vt patet Numer. 18. cap. cum dicitur: Tu & filij tui tecum, portabitis iniquitatem Sanctuarij: & tu, & filij tui ſimul ſuſtinebitis peccata ſacerdotij veſtri. Vulgares autem nõ tantum tenebantur ex officio ſuo ad obſeruandam munditiam domus; ideo quando peccabat ſacerdos contra munditiam, grauius peccatum erat, quam ſi deliquiſſet aliquis de popularibus. Item, eſt maius peccatum ſacerdotum polluentium Sanctuarium, quam aliorum: quoniam ipſi dupliciter peccabant; populares autem ſimpliciter; quod patet: quia ſacerdotes peccabant ex eo, quòd pollucrentur accedentes ad res immundas, etiam ſi non intrarent in Sanctuarium, quia iſta pollutio eis inhibita erat. Secundò peccabant, cum intrarent in Sanctuarium polluti, populares autem ſolum peccabant ſimpliciter,

ſcilicet,

Notandum.

ſcilicet, quando intrabant in Sanctuarium polluti. Nam F quod ante pollucrentur non erat in eis peccatum, ſicut in pollutionibus, quæ fiebant ſuper mortuo. quamuis ergo vtrique occiderentur in Sanctuario, cum polluerēt illud, velocius tamen occidebantur, & ſepius, illi, qui eſſent Sacerdotes, quam alij: & in ipſo Sanctuario moriebantur, vt ibi peccauerant, ibi pœna infligeretur: hoc autem erat ad maiorem reuerentiam Sanctuarij. Nam ſi ibi aliquis peccaſſet, & non punitus fuiſſet ibidem, ſed alibi ſciri nō potuiſſet an punitio illa, quæ ſequebatur, fuiſſet facta propter peccatum contractum in Sanctuario, an propter aliquid aliud; & ſic non tantum timeretur Sanctuarium. Si autem peccantes in Sanctuario ibidem immediatè puniti fuiſſent, manifeſtū eſſet, quòd illa punitio fiebat propter offenſam illatam Sanctuario. Sic patet de Nadab & Abiu filiis Aaron, qui in Sāctuario mortui fuerunt co- G ram Domino, cum malè miniſtraſſent, vt habetur ſupra 11. & 16. cap. Sic etiam patet de Rege Ozia, qui conatus in Sanctuario miniſtrare, ſicut ſacerdotes, percuſſus fuit lepra in fronte, vt patet 4. Reg. 15. cap. Idem de Heliodoro Principe miſſo à Seleuco Rege Syriæ, vt acciperet pecunias depoſitas in Sanctuario: ſed ibidem apparuerunt duo viri, qui quaſi vſque ad mortem eum verberando perduxerunt, vt patet 2. Machab. cap. 3. & ibi confeſſus fuit Heliodorus eſſe virtutem Dei in loco illo, quia ibi punitus fuit, & timuit locum illum valde. Sic patet cum dicitur: Si quidem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatū eum recipies, ſi tamen euaſerit. Si namque iſte Heliodorus non fuiſſet punitus in Sanctuario, ſed extra, nō cognouiſſet virtutem Dei eſſe in loco illo, ſed putauiſſet ex aliquo alio ſibi proueniſſe: cō- H ueniebat ergo vt morerentur in Sanctuario, qui contra Sanctuarium peccabant. *Cum polluerint illud.* id eſt, cum per contaminationes ſuas illud inquinauerint: Nō enim inquinatur Sanctuarium in ſeipſo: quia non eſt aliquid potens recipere contaminationem; ſed dicitur coinquinatum, quantum ad exiſtimationem noſtram: quia nos exiſtimamus illud eſſe immundum, cū homines immundi in illud introierint: & per hoc verè contemnitur. *Ego Dominus qui ſanctifico eos.* id eſt, ego ſum Deus eorū, qui volo eos eſſe mundos: nam non accipitur hic ſanctificare, id eſt, ſanctum efficere: quia iſta ſanctitas, quæ hic induci debebat, nō inducebatur à Deo, ſicut eſt de ſanctitate, de qua nos hic loquimur, ſ. de iuſtificatione quę eſt in infuſione gratiæ, & deletione peccatorū, Deus enim iſtā ſanctificationem operatur: quia purè ſpiritualis eſt, ſed I ſanctificatio de qua hic dicitur, eſt munditia inducta purè per operationes Iudæorum, ſ. cauendo à quibuſdā corporalibus immunditiis, in quibus nullus labor eſt abſtinere: conſiſtit ergo iſta ſanctificatio purè in operatione Iudæorum; non ergo ſanctificabat eos Deus ſanctos efficiens, ſed ſanctos eſſe iubens. *Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis.* Hic ponitur regula de perſonis prohibitis à comeſtione ſanctificatorum: & fuerat ſupra poſita vna conditio, ſ. mūditia: hic autem ponuntur aliæ, ſ. vt qui comeſturi eſſent de ſanctificatis, non eſſent de alienigenæ, & dicitur: omnis alienigena non comedet de ſanctificatis, id eſt, nullus alienigena per æquipollentiam.

Quo fuerit conueniens, vt qui intra Sanctuarium peccarēt intra illud occiderentur.

Regula de perſonis prohibitis à ſāctificatorū comeſtione.

Alienigena tripliciter accipitur, & quibus alienigenis erat prohibitus eſus ſanctificatorum. Quæſt. XI. K

CONSIDERANDVM, quod alienigena, vel externus, multipliciter accipitur. Vno modo pro illis, qui non erant de gente Iudæorum: Sic patet 3. Reg. 11. c. cum dicitur: Rex aūt Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, ibi enim accipiuntur alienigenæ pro mulieribus, quæ non erant de gente Iudæorum, quod patet in eo, quod ſubditur: filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hethęas: de Gentibus, ſuper quibus dixit Dominus filiis Iſrael non ingrediemini ad eas.

Alio modo dicuntur alienigenæ omnes Iſraelitæ, qui non ſunt de genere Leuitarum, ſic habetur Num. 1. cap. cum dicitur de ipſis Leuitis, ꝙ excubent in circuitu Sanctuarij figentes caſtra ſua; & mādatur ne aliquis alienus F accedat, cum dicitur, quiſquis externorum acceſſerit, occidetur; ſic etiam patet Num. 18. cap. cum iubetur, quod Sacerdotes, & Leuitæ faciant omnia miniſteria Sanctuarij, & nullus accedat ad eos; & ſubditur: alienigena non miſcebitur vobis. Vocauit ergo alienigenas omnes Iſraelitas, qui non erant Leuitæ.

Tertio modo accipitur alienigena pro omnibus, qui nō ſunt de genere Sacerdotali; ſic habetur Numeri cap. 3. cum iubetur, quod Aaron, & filij eius facerent officia in miniſtratione Sanctuarij: & nemo aliorum hoc conaretur efficere cum dicitur, Aaron autem, & filios eius conſtitues ſuper cultum Sacerdotij: externus, qui ad miniſtrandum acceſſerit, morietur, vbi etiam Leuitæ vocantur externi, vel alienigenæ, niſi ſint de genere Aaron, & patet in Chore, & ſociis eius, erant enim de genere Leui, vt pa- G tet Exodi, 6. cap. & Numeri, 16. cap. quia tamen contendebant miniſtrare in officiis Sacerdotalibus, à Domino occiſi ſunt; vt patet Numeri, 16. cap. Simile habetur Numeri, 18. cap. cum loquitur Deus ad Aaron, dicens: Tu autem, & filij tui, cuſtodite Sacerdotium veſtrum, & omnia, quæ ad cultum altaris pertinent; & quæ intra velum ſunt, per Sacerdotes adminiſtrabuntur: ſi quis externus acceſſerit, morietur. Vocauit autem externos ibi etiam Leuitas. Hic autem manifeſtum eſt quod non accipitur primo modo externus, vel alienigena, pro eo ꝙ eſt Gentilis: qui tunc concederetur aliis, quod comederent de ſanctificatis; ſed hoc falſum eſt, quoniam hoc modo nulli de Iſraelitis id prohibitum fuiſſet, cum non eſſet alienigena: niſi eſſent in eo aliæ conditiones. Falſum tamen eſt illud: qui etiam filiæ Sacerdotis quando erāt traditæ aliis H viris, quàm de genere Aaron, non poterant comedere de ſanctificatis, vt patet immediatè. Idem dicitur de omnibus, qui comederent de ſanctificatis per ignorantiam, quod ſoluerent, quod comederant, & quintam partem inſuper.

Item, non poteſt hoc accipi pro ſecundo modo, ſcilicet, quod nullus alienigena comederet de ſanctificatis, id eſt, nullus de Iſraelitis præter Leuitas; ſed & hoc falſum eſt: quia tunc licuiſſet omnibus Leuitis comedere de ſanctificatis; quod etiam falſum eſt: quoniā ſolis viris, & feminis de genere Aaron conceſſa erant ſanctificata, vt patet ſupra 11. cap. cum dicitur: Tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtiis ſalutaribus filiorū Iſrael: eo quod armum, & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt corā Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos I lege perpetua, ſicut præcepit Dominus. Solum ergo accipitur hic alienigena tertio modo, ſcilicet, pro illo, qui non erat de genere Aaron, etiam ſi eſſet de Leuitis, non enim liceret ei comedere aliquod ſanctificatum: ſolis autem Aaronitis tam filiis, quam filiabus, ex iure hoc conueniebat, vt dictum fuit.

Sed contra hoc aliquis arguet, quod alienigenis primo modo dictis conueniret comedere de ſanctificatis: Nam conuerſi de Gentilibus erant alienigenæ primo modo, iſtis tamen licebat vt comederent de ſanctificatis; patet: quia licebat eis cum circumciſi eſſent, celebrare Phaſe, vt habetur Exodi 12. cap. cum dicitur: Quod ſi quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circumcidetur prius omne maſculinū eius, & tunc rite celebrabit; eritq. ſicut indigena terræ: ſi K quis autem circumciſus non fuerit, non veſcetur ex eo. Quòd autē carnes Agni paſchalis eſſent ſanctificatæ apparet: quia ipſe paſchalis Agnus eſt ſacrificium, vt habetur Num. 9. cap. cū dicitur: Si quis autem & mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificiū Domino non obtulit tempore ſuo: peccatum ſuū ipſe portabit.

Dicendum eſt, quod comedere de Agno Paſchali erat comedere de aliquo ſanctificato: tamen non erant vetita ſanctificata omnia, ſed ſolum ea, quę offerebantur Domino, & de quibus aliqua pars cedebat ei. Alia autem erāt ſanctificata, quæ ſeparabātur à rebus profanis: tamen de eis nihil offerebatur Domino ſuper altare, ſed comedebāt Sacerdotes de illis, & poterant tradere laicis vendendo, aut aliàs, vt ſupra declaratum fuit. Agnus autem Paſchalis erat aliquid ſanctificatū: cedebat tamen alienigenis;

quia Deus dabat eis ius comedendi illud, quod erat ſacrum; Etiam quia iſta ſanctificata, de quibus vetantur hic comedere alienigenæ, ſunt ea, quæ pertinebant ad ſacerdotes: ſed Agnus Paſchalis non pertinebat ad ſacerdotes, tanquam populares deberent eis dare aliquid de Agno Paſchali, ideo licebat popularibus comedere de talibus ſanctificatis: quanquam aliquid de Agno Paſchali pertineret ad eum, ſcilicet, ſanguis, & adeps.

Sed adhuc arguet aliquis de ſacrificiis pacificis, in quibus licebat popularibus accipere partes carnium oblatarum, totum.n.eis cedebat, præter adipes, & pectuſculum, & armum, vt colligitur ex his, quæ habentur ſupra, 7.c. & tamen iſta ſanctificata erant, de quibus offerebatur aliquid Domino ſuper altare, ſcilicet, adipes: & aliquid de eis cedebat iuribus ſacerdotum, ſcilicet, pectuſculum, & armus: & tamen remanebat aliquid pro vulgaribus. Reſpondendum eſt, quod ſicut ſupra dictum eſt, iſta ſanctificata intelliguntur de illis quæ cedebant iuri ſacerdotū: ſed in hoſtiis pacificis ſacerdotibus ſolū proueniebat pectuſculum, & armus dexter. De his igitur non licebat alicui populari comedere, ſecus autem de aliis partibus, quæ non cedebant iuri ſacerdotum: quoniam illæ cedebant iuri laicorum offerentium ex determinatione Dei.

B

Sciendum autem, ꝙ cum dicitur, quòd alienigenæ non deberent comedere de partibus ſanctificatis, quę cedebāt ſacerdotibus, non intelligitur hoc ſolum inuitis ſacerdotibus: quoniam hoc generaliter malum eſſet; etiam ſi illa quæ auferuntur, non eſſent ſanctificata: nam ablatio cuiuſlibet rei inuito domino peccatum eſt. Sed intelligitur iſta comeſtio ſanctificatorum, ſacerdote permittente, vel etiam dante: nam quanquam ſacerdos alicui daret carnes ſanctificatas, non liceret illi comedere de eis, ſi ſciret eas ſanctificatas: tunc.n. tam ipſe, quam Sacerdos peccabant.

C

Nec obſtat ſi dicas, ꝙ iſtæ carnes ſanctificatæ pertinebant ad ſacerdotem; ideo poterat de eis dare cui vellet. Reſpondendum, ꝙ non licebat ſacerdoti hoc facere: quia quanquam res ſanctificatæ eſſent purè ipſius quantum ad vſum in cibos, non poterat tamen de eis diſponere ad libitum ſuum: quia ſacerdotibus cedebant iſta ex lege; ideo non poterant in eis habere maiorem diſponendi poteſtatem, quam lex eis tribueret, præcipuè lege vetante, quod ſacerdotes facere vellent, ſed ſacerdotes habebant ſanctificata ex lege, & ipſamet lex determinabat eis, ne aliquis de alienigenis comederet de ſanctificatis, ergo non poterant ipſi alicui tradere alienigenæ tāquam diſponentes de rebus ſuis.

D

Quæ dicatur hic ſanctificata. Sciendum autem, quod ſanctificata dicuntur hic, quæ de ſacrificiis iuri ſacerdotum cedebant; & de iſtis non licebat alicui edere; ſed alia erant magis ſanctificata, ſcilicet, ea, quæ pertinebant ad Deum, vt in holocauſtis omnes carnes, & caput, & pedes, cum inteſtinis. In ſacrificiis autem pro peccato, & victimis pacificis pertinebant adipes, & aliquando aliæ particulæ: & de his nullus comedebat. Non poteſt tamen intelligi iſta lex de ſanctificatis iſtis: quoniam de his non ſolum non comedebant alienigenæ, ſed etiam nec ſacerdotes: nulli enim hominum licebat comedere aliquid de ſanctificatis, quæ in partem Domini cedebant: ſicut in omni ſacrificio cedebat Domino ſanguis ad expiandum: ſi quis autem comediſſet de illo, mori debebat; ſic patet ſupra 7.cap. cum dicitur: Sanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibo, tam de auibus, quam de pecoribus. Omnis anima, quæ ederit ſanguinem, peribit de populis ſuis. Sic etiam patet ſupra 17.cap. cum dicitur: Homo quilibet ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eum de populo ſuo, quia anima carnis in ſanguine eſt: & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſāguis pro aīæ piaculo ſit.

E

Eodem modo pertinebat ad ſacrificiū Domini adeps in omnibus ſacrificiis: & ſi quis comediſſet adipem; moriebatur, vt patet ſupra, tertiò capite, cum dicitur: Omnis adeps, Domini erit iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis veſtris: nec ſanguinem, nec adipem omnino comedetis. Sic patet ſupra, 7.cap. cum dicitur: Si quis adipem qui offerri debet in incēſum Domini, comederit, peribit de populo ſuo. Similiter quoque ad Deum

A pertinebant carnes totaliter in holocauſtis, vt patet ſupra 1. cap. Si quis ergo de illis comedere voluiſſet, eandem pœnā incurrebat, quā in omnibus ſuperioribus: ſiue iſte eſſet Sacerdos, ſiue quicumque alius: quoniam nemini ius erat ſuper id quod ad Deum pertinebat. Ideo dicēdum, quod ſolum agitur hic de illis, qui comederent ſanctificata, quæ pertinebant ad Sacerdotes: ſi quis autem comederet ſanctificata, quæ pertinebant ad ſolum Deum, aut comedebat ſcienter, aut neſciens: ſi comedebat ſcienter, agebat per ſuperbiā, & moriebatur, iuxta illud Numer. 15. cap. ſcilicet: Anima verò quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, (quoniam aduerſus Dominum rebellis fuit) peribit de populo ſuo: verbum enim Domini contempſit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem ſuam. Si autem comedebat neſciens, non erat aliqua pœna determinata, quæ ei inferri deberet, ſed videtur, quod debuiſſet imponi ſatis magna pœna: vtpotè ſi comediſſet partem adipis, qui cremari debebat; aut de carnibus, quæ deberent ſuper altari adoleri, ꝙ daret in holocauſtum, vnum, vel duos arietes; & ꝙ daret aliquid pro peccato: quoniam quando aliquis comedebat per ignorantiam de ſanctificato, quòd pertinebat ad ſacerdotem, dabat tantundem, & quintam inſuper partem, vt patet infra; præter hoc etiam offerebat vnum arietem pro peccato, vt patet ſupra, 5.c. Maior ergo debebat imponi pœna, qn̄ aliquis comederet de ſanctificatis, quæ pertinebant ad Deum ſolū, & ſic imponeretur pœna, quæ prædicta eſt. *Inquilinus Sacerdotis.* Dicuntur inquilini illi, qui morantur cum Sacerdote, non illi, qui ſeruiunt conducti pro mercede: quoniam iſti vocantur mercenarij, & de eis immediatè dicitur: ſed qui ſeruiunt ad aliquem leuem famulatum, ſiue aliquam ſubiectionem paruam ſacerdoti debent & exhibere dicuntur, & habitant cum illo; ſunt autem iſtæ perſonæ excluſæ à cibis ſanctificatis, quoniam non pertinent ad ſacerdotem, & iſtæ ſunt tertiæ perſonæ inter excluſas.

Sciendum autem, quod iſti inquilini intelliguntur pro illis, qui ſunt extra familiam, & cognationem Aaron, ſiue ſint de Leuitis, ſiue de Iſraelitis: qm̄ ſi fuiſſent de genere Aaron, ſiue eſſent inquilini, ſiue quicumque, ſuſciperētur ad cibos ſacros; intelligitur tn̄ de illis, qui erant extra cognationem Aaron, & iſti vocabātur ſupra alienigenæ reſpectu ſacerdotum, de quibus dixerat vniuerſaliter littera: Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis. *Inquilini hic, qui dicantur, et an prohibeantur à ſanctificatorū eſu.*

Aliqui tamen dubitarent de inquilinis, an comederent de rebus ſanctificatis; quoniam ipſi aliquo modo pertinebant ad ſacerdotes: & videtur, quòd deberent comedere, quia quantum ad hoc non erant alienigenæ.

Et reſpondetur, quod non poſſent comedere de ſanctificatis; quia ad hoc, vt comederent de eis, deberent totaliter pertinere ad ſacerdotē, ſed non pertinent. *Et mercenarius.* Hic excluditur alia perſona, quæ eſt quarta, ſ. mercenarius. Dicuntur autem mercenarij, qui non ſunt ſerui alicuius, ſed propter mercedem conducti ſunt ad aliquem famulatum. Iſti.n. non debent comedere de ſanctificatis pertinentibus ad ſacerdotem; quia non ſunt de familia illius. *Non veſcentur ex eis.* Nullus iſtorum comedere poterat de ſanctificatis, quanquam ſtarent in domo ſacerdotis; motiuū aūt huius eſt: quia qui ſunt in poteſtatē alicuius, comedūt de cibis quos eis Dñi ſui largiūtur: ſed ſacerdotes habēt in partes ciborum ſuorum res ſanctificatas: patet Numer. 18.c. Vr̄ ergo, ꝙ deberent dare ſacerdotes, inquilinis ſuis, & mercenariis ſuorū ciborū partes; Sed rn̄detur, ꝙ non. ſ. ꝙ quanquam ſacerdotes veſcantur ſanctificatis, & tribuant aliis famulis ſuis, tn̄ non dabant mercenariis, vel inquilinis. *Quem aūt Sacerdos emerit.* Hic ponuntur quædam perſonæ de familia ſacerdotis, quibus licitum erat comedere de ſanctificatis cibis, & inter hos ponitur prius ille quē ſacerdos emerit, i. ſeruus empticius.

Quare ſerui empticij Sacerdotum poterant comedere de ſanctificatis, & non mercenarij, nec inquilini. Quæſt. XII.

DIFFERVNT autem iſti à ſuperioribus: quoniam inquilini, & mercenarij non comedebant de cibis ſan-

ſanctificatis, ſerui autem, & vernaculi de quibus infra, comedebant de iſtis cibis. Ratio huius eſt: quoniam lex intendit, vt Sacerdos comedat de cibis ſanctificatis, & omnes de genere ſuo, & illi qui pertinent ad eũ totaliter: mercenarij autem & inquilini, non erant de genere Sacerdotis, & ſi fuiſſent non computabantur tanquam mercenarij, & inquilini, ſed comedebant. Sed hic dicuntur mercenarij prout non pertinent ad Sacerdotem.

Item mercenarij, & inquilini non ſunt totaliter aliquid ipſius Sacerdotis; de inquilino patet: qui manet paruo tempore cum Sacerdote, vel eſt ei obligatus ad aliquem paruum famulatum, & ſic manifeſtum eſt, quod non pertineat totaliter ad ipſum Sacerdotem. De mercenario eodem modo patet: quoniam mercenarij ſunt homines liberi, non obligati alicui totaliter, & agunt quicquid volunt, ſolum autem in hoc ſubiecti ſunt, quod cum ipſi recipiant mercedē à conductoribus, tenentur ad illam operationem, pro qua precium receperunt. Si tamen conductores aliquid aliud iubere illis voluiſſent non erant obligati ad faciendũ: non ergo licebat iſtis comedere de ſanctificatis, quia non pertinebant totaliter ad familiam Sacerdotum: ſerui aũt empticij ad eos, quorum ſerui erant, ſic ſe habebant, quod erant totaliter illorum: nam ſeruus dicitur eſſe poſſeſſio domini ſui, iuxta Ariſt. 5. Ethic. Vocatur etiã ſeruus pecunia domini ſui, vt patet Exodi 21. c. ſicut enim pecunia totaliter eſt eius, cuius eſt pecunia, ita ſeruus totaliter eſt eius, cuius eſt ſeruus: ſic enim ait Ariſtot. 1. Polit. cum dicitur, ſeruus eſt homo ens ſimpliciter alterius; ideo ſicut ſeruus eſt totaliter domini ſui, ita ea quæ ſunt domini, debent communicari ſeruo, cum ſeruus nihil alterum habeat præter id quod eſt domini ſui. Rationabiliter ergo ſerui Sacerdotum totaliter pertinentes ad Sacerdotes debebant comedere de ſanctificatis: mercenarij autem, & inquilini minimè.

Apud Iudæos erãt ſerui duplicis generis.

Sciendum autem, quod ſerui dicebantur eſſe duplices apud Iudæos. Quidam enim erant ſerui de Gentilibus nati, & iſti erant ſerui ſimpliciter: quoniam tranſmittebantur ad poſteros, vt patet infra, 25. cap. cũ dicitur: Seruus, & ancilla ſint vobis de nationibus quæ in circuitu veſtro ſunt. Et de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos habebitis famulos: & hereditario iure tranſmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æternũ. Alij erant ſerui nõ ſimpliciter, ſed ad tẽpus, & iſti erãt Iudæi inter ſe: nã ſi venderetur vnus Iudæus alteri, non permanebat ſemper vẽditus in ſeruũ, ſed in anno remiſſionis, qui erat ſeptimus, liber egrediebatur; vel ſi accepiſſet vxorem à domino ſuo, & vellet eam cum liberis ſuis inde ſuſceptis liberam educere, expectabat vſque ad annum Iubileum, qui eſt annus quinquageſimus, de hoc habetur Exodi, 21. cap. & inf. 25. & Deuter. 15. c. De his autem omnibus erat verũ, quod hic dicitur, quod ſiue eſſet ſeruus empticius, ſiue de Iudæis, ſiue de Gentilibus, debebat comedere de ſanctificatis. Idem etiam erat ſi fuiſſet aliqua puella vendita in ancillam de Iudæis alicui Sacerdoti: quoniam tunc comederet de ſanctificatis, ſicut ſerui. Vendebantur autem puellæ Hebræorum ſolum ante pubertatem, vt acciperentur in vxores ab illis, qui emebant eas, vel à filiis eorum: quæ ſi non acciperentur in vxores à dominis ſuis, adueniente pubertate, redibant in domos patrum ſuorum adueniente pubertate nul lo precio dato. De redemptione autem harum, & de modo precij latè dictum eſt Exodi, 21. cap. vbi de hac materia agitur.

Sed Rabbi Salomon, dicit, quod ſerui de genere Hebræorum non debent cenſeri eodem iure, quo alij ſerui de Gentilibus, nam ſerui de Gentilibus ſunt ſimpliciter ſerui ad omne tempus, vt patet inf. 25. cap. Serui autem de genere Hebræorum nõ erant ſerui ſimpliciter: ſed quaſi mercenarij; vt patet eodem capite, cum dicitur: Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſeruitute famulorum, ſed quaſi mercenarius, & colonus erit: vſque ad annum Iubilæum operabitur apud te, & poſtea egredietur cum liberis ſuis, & reuertetur ad cognationem, & ad poſſeſſionem patrum ſuorum. Mei n. ſerui ſunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti, non veneãt conditione ſeruorũ. Si ergo Iudæi non vendebantur tan-

F quam ſerui, ſed mercenarij, & mercenarij non comedebant de ſanctificatis, vt patet ſupra, nõ debebant ſerui comedere de ſanctificatis. Reſpondendum eſt, ſiue eſſent ſerui Hebræi, ſiue de Gentilibus, quod licebat eis comedere de ſanctificatis: quia quocumque modo pertinebãt totaliter ad eum, cuius erant ſerui: & ſi ſerui de genere Gentilium eſſent ſerui in æternum, & ſerui de genere Iudæorum ſolum eſſent vſque ad annũ remiſſionis, vel Iubilæi: tamen eo tempore quo ſerui de Iudæis erant ſerui, ita erant propriè ſerui, & totaliter pertinẽtes ad dominos ſuos, ſicut ſerui de Gẽtilibus, nihil enim ſibi poterant acquirere, ſed dominis, & alias conditiones ſuorum habebant. Cum ergo nihil haberent iſti, inquantum erant ſerui, nec aliquid erat eis liberum, ita pertinebant ad dominos ſuos, ſicut ſerui de genere Gentilium: ideo debebant G comedere de ſanctificatis ſicut alij ſerui. In littera Hebraica vbi nos dicimus. *Quod autem Sacerdos emerit*. Habetur apud Hebræos. *Anima empta precio Sacerdotis*. Et intelligit Rabbi Salomon per hoc, ſeruũ de genere Chananæorum, vel aliarum gentium, qui perpetuo manebat apud dominum ſuum, vt habetur infra, 25. cap. Intelligit etiam puellam emptam de genere Hebræorum, quam emerat, vt eſſet vxor ſua Sacerdos. De puellis iſto modo venditis habetur Exodi, 21. cap.

Iſta expoſitio Rabbi Salomon non tenet quantum ad primam partem, in qua dicit, intelligi hoc de ſeruis Gentilibus per hoc excludere volẽs ſeruos de genere Hebræorum: nam vt ſupra dictum eſt, ita pertinebant totaliter ad dominos ſerui empti de genere Iudæorum, ſiue manerent vſque ad Iubilæum, ſiue vſque ad annum remiſſio- H nis, ſicut ſerui de Gentilibus: ideo non debebant eſſe peioris conditionis in comedendo.

Quantum ad aliam partem, in qua dicit, intelligi hoc de mulieribus emptis à Sacerdotibus, vt acciperentur in vxores; aliqui dicunt, quod non poteſt ſtare: quia Sacerdotes debebant accipere vxores de nobili genere; ſed tales nunquam venduntur eo modo, quo venduntur puellæ, de quibus habetur Exodi, 21. cap.

Reſponderi poteſt, quod in iſta parte vera ſit poſitio Rabbi Salomonis. Poterat namque vnus Sacerdos vendere filiam ſuam alteri, vt acciperet in vxorem: quia forte pauper erat, vel quilibet de popularibus hoc facere poterat. Cum autem obiicitur, quod Sacerdotes accipiebãt in vxores ſemper puellas nobiles; Reſpõdetur id falſum eſſe: quia hoc ſolum iuſſum fuerat ſummo Sacerdoti, vt I patet ſupra præcedenti cap. aliis autem vetitum erat, vt acciperet feminas repudiatas ab aliis, vel meretrices, aut viles; Summo autem Sacerdoti iubebatur inſuper, quod acciperet nobilem feminam; poterat ergo quilibet minoribus ſacerdotibus accipere in vxorem aliquam puellam, quam emiſſet, ſiue ab alio ſacerdote, ſiue ab aliquo de popularibus. *Et qui vernaculus domus eius fuerit*. Hic ponitur alia perſona, quæ non erat de genere Sacerdotum, ſed erat in domo Sacerdotum: & iſti vocantur vernaculi.

Vernaculus dupliciter dicitur.

Dicitur autem vernaculus dupliciter, vno modo pro eo, qui cum aliquo ad famulandum habitat, non conductus certa mercede, ſed expectans ab eo aliquod bonum, iuxta determinationem ipſius domini.

Alio modo dicuntur vernaculi illi, qui ſunt filij ſeruo- K rum, ſcilicet, quod ipſi non ſunt capti in bello; nec precio empti, ſed nati in domo dominorum ſuorum à ſeruis, & ancillis: & iſti totaliter pertinebant ab ius dominorum ſuorum, ſicut ſerui, qui nihil habent, nec acquirunt, ſed ſimpliciter ſunt ipſorum dominorum; ideo ſicut ſeruis licitum erat comedere de cibis conſecratis, ita licebat & ipſis vernaculis: æqualiter enim pertinebant ad dominũ vernaculi, & ſerui; & iſte modus eſt quem magis Scriptura frequentat; & ſic accipitur hic: nam accipiendo primo modo, nõ debebant vernaculi comedere de cibis dominorum ſuorum, ſcilicet, de conſecratis: nam non totaliter pertinebant ad dominos. In ſecundo modo totaliter pertinebant. *Hi comedent ex eis*. id eſt, vernaculus, & ſeruus, quamquam non ſint de progenie Sacerdotum, comedent de ſanctificatis. *Si filia Sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit*. Hic ponitur alia perſona, cui non licebat come-

come-

comedere de ſanctificatis, ſcilicet, filia Sacerdotis in caſu A quo fuiſſet accepta in vxorem ab aliquo viro, non erat de ſtirpe ſua. Pro quo ſciendum, quod filiis, & filiabus Sacerdotũ licebat comedere de ſanctificatis, vt patet ex eo, ꝙ habetur ſupra, 10. cap. ſ. pectuſculũ quoque, ꝙ oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt, edetis in loco mũdiſſimo, tu, & filij tui, & filiæ tuæ: tibi enim, ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtiis ſalutaribus filiorum Iſrael. Quamquam autem generaliter pertineret ad omnes de genere Sacerdotum comedere de ſãctificatis, tamen aliquis caſus erat, in quo id non licebat filiabus Sacerdotum, & iſte erat cum acciperentur in vxores à viris alterius tribus.

Filiæ Sacerdotum quãdo nõ licebat edere de ſanctificatis.

Et ratio huius eſt: quoniã iſti, qui comedebant de ſanctificatis, ideo comedebant, quia videbãtur pertinere ad Sacerdotem miniſtrantem: ſed filiæ quando erant in poteſtate patrum, pertinebãt ad eos: ſi verò traditæ fuiſſent B in vxores viris aliarum tribuum, iam non amplius pertinebant ad familiam Sacerdotum, ſed ad familiam virorum ſuorum, cum femina ſequatur familiam viri; & quia eis qui erant de altera familia, de ſanctificatis comedere non licebat; ita eis feminis filiabus Sacerdotum quæ in vxores acceptæ erant à viris aliarum tribuum, non licebat comedere.

Sed quæret aliquis, cum filia ſacerdotis tradita in vxorẽ viro alterius tribus, non habeat ius comedendi de ſanctificatis, an filius ſacerdotis ducens vxorem de altera cognatione, poſſet comedere de ſanctificatis? Reſpondendum eſt, ꝙ licitum erat filio ſacerdotis quomodocumque contraheret, comedere de ſanctificatis: Nam filia ſacerdotis contrahens cum viro alterius tribus, vel familiæ, nõ comedebat de ſanctificatis, quia trãſibat ad aliam tribũ. C Filij tamen ſacerdotum, etiam ſi contraherent cum mulieribus aliarum tribuum, non tranſibant ad alias tribus, cum viri non ſequãtur familias vxorum, ſed magis è contrario, ideo nihil maius erat, ꝙ acciperẽt ſacerdotes vxores de ſuis tribubus, quam de aliis; cum non acquirãtur aliquid viro per vxorem; nec deperdatur, potiſſimè, quia ipſis ſacerdotibus conueniebant cibi ſanctificati, propter miniſtrationem in Sanctuario: ſed nihil magis miniſtrabant, ſi haberent feminas de ſtirpe ſua, quàm ſi haberent quaſcumque alias de ſtirpe aliena, viris ergo ſemper licebat comedere, quomodocũque ſe haberent in contrahendo. *Cuilibet ex populo nupta fuerit.* id eſt, ſi fuerit matrimonialiter copulata alicui de populo, quicumque ille ſit: dicitur de populo, ad differentiam ſacerdotum, qui erant diſtincti à popularibus. Nam ſi filia ſacerdotis duceretur D in vxorem ab alio Sacerdote, licitum erat ei comedere de ſanctificatis: quia quamquam exiret de familia vnius ſacerdotis, ſ. patris ſui, introibat tamen in familiã alterius, ſcilicet, mariti ſui, qui erat ſacerdos, & propter hunc licebat ei comedere de ſanctificatis, quia nõ egrediebatur familiam ſacerdotum. Cum autem dicitur hic cuilibet de populo, intelliguntur etiam per hoc Leuitæ: quia ſacerdotes per ſe accipiebantur hic, & inter hos ducebantur vxores illæ, quibus licebat comedere de ſanctificatis: quomodocũque autem exeat aliquis cognationem ſacerdotũ, nõ erat iam de illis, ad quos pertinebat comedere ſanctificata, & vocabãtur omnes externi, vel alienigenæ, aut de populo, reſpectu ſacerdotum. *De his quæ ſanctificata ſunt, & de primitiis non veſcetur.* ſcilicet, ſi iſta femina fuiſſet iã tradita viro ſuo; ſecus autem ſi fuiſſet deſponſata, & ta- E men adhuc manens in domo paterna: nam tunc pertinebat ad familiam patris, & curam: cum verò tradita fuiſſet in vxorem, pertinebat ad virum cui tradebatur: ideo deſponſata comedebat, maritata autem non.

An liceret vxoribus Sacerdotum comedere de ſanctificatis pertinentibus ad viros ſuos, ſicut licebat filiis, & filiabus. Quæſt. XIII.

Sed quæritur hic circa id, quod quidam dicunt, ſcilicet, quod filiabus ſacerdotũ licebat comedere de ſanctificatis, matribus autem nõ: & probant hoc: quĩa ſupra, 10. cap. dicebatur, ꝙ pectuſculum, & armus pertinebant ad ſacerdotes, & filios, & filias eorum, lege perpetua: ſed vxores Sacerdotum non erant filij, vel filiæ eorum, nec pertinebant ad eorum genus: ergo non licebat eis comedere de ſanctificatis.

Idem patet: quoniam dicitur hic de filiabus Sacerdotum, quod aliquando liceret eis comedere, & aliquando non; ſi autem matribus licuiſſet id expreſſum fuiſſet: ſed nihil expreſſum fuit, ergo non licebat eis.

Item dicitur, quod omnis alienigena non comedet de ſanctificatis: ſed feminæ Sacerdotibus copulatæ erant alienigenæ reſpectu generis Sacerdotalis, ergo non licebat eis comedere.

Ad hoc reſpondẽdum eſt, quod vxoribus Sacerdotum ſemper licebat comedere de ſãctificatis; quod patet: quia aut vxores Sacerdotum erant de familia Sacerdotum, aut non: ſi de familia Sacerdotum, licebat eis comedere: quia quomodocumque acciperentur in vxores, ſemper manebant in familia Sacerdotum, ſcilicet patrum, & virorum. Si autem fuiſſent vxores acceptæ de aliis familiis, dicendum eſt, quod ẽt erat eis licitum comedere de ſanctificatis. Nam ſicut filiabus Sacerdotum, quando manebant in familia illorum, licebat comedere de ſanctificatis; cum verò acciperentur in vxores ab aliis viris, non licebat eis comedere de ſanctificatis; ita ſi feminæ non pertinentes ad tribum Sacerdotalem, quando erant extra tribum illam, non poterant comedere de ſanctificatis: poterant autem poſtea, ſi reductæ fuiſſent ad illam tribum: ſed feminæ de aliis familiis aſſumptæ in vxores à Sacerdotibus, efficiebantur de eorum familia, ergo licitum erat iam illis comedere de ſanctificatis.

Item, alij erant magis extranei à familia Sacerdotum quam vxores eorum, vt patet de ſeruis, & vernaculis: quoniam vir, & vxor ſunt eadem caro, ſerui autem, & vernaculi ſatis differunt: & tamen iſti comedunt, vt patet in littera, ergo vxores magis comedent. Item valdè videbatur irrationabile, quod vir, & femina haberent cibos diſcretos, cum cetera eis communia eſſent, ſed cibi ſanctificati erant ipſius Sacerdotis, ergo ad vxorem etiam pertinebant.

Nunc reſpondendum eſt ad rationes in contrarium factas. Ad primam cum dicebatur: Tu, & filij tui, & filiæ tuæ, comedetis armum, & pectuſculum, quæ tibi repoſita ſunt iure perpetuo. Dicendum eſt, quod quanquam non fiat mentio ibi de vxore, tamen licitum erat ei comedere: quia eodem modo argueretur, non fit hic mentio niſi de filiis, & filiabus, ergo non poterant comedere aliqui alij: ſed hoc falſum eſt: quoniam ſerui, & vernaculi comedere poterant, qui nullo modo pertinebant ad familiam Sacerdotalem: eodem modo ergo de vxore dicendum erit.

Ad alterum argumentum, quando dicitur, quod hic fit mentio de filia Sacerdotis an ei comedere liceat; & non fit mentio de matre, ergo non licebat matri: magis enim filia pertinet ad patris progeniem, quam vxor. Ad hoc reſpondendum eſt, quod hic non agitur de filia Sacerdotis inquirendo, an ei liceat, vel illicitum ſit comedere de ſanctificatis; quoniam hoc conſtans eſt; ſed agitur de filia Sacerdotis, prout aliquãdo pertinet ad familiam Sacerdotis, & aliquando non, & tunc cum non pertineat ad familiam Sacerdotis, minus ei licebat comedere de ſanctificatis, quam matri. Vnde ſi accideret vxori Sacerdotis fieri non de familia Sacerdotis, ſicut filiæ, non liceret etiam eiiam comedere de ſanctificatis; vt ſi illa mortuo Sacerdote acciperetur in vxorem ab aliquo non Sacerdote, vel ſi repudiaretur, & à non ſacerdote ſumeretur: quia iam non licebat ei comedere de ſanctificatis.

Ad alterum argumentum cum dicitur, quod omnis alienigena non comedet de ſanctificatis: reſpondendum eſt, quod vxor Sacerdotis nunquam eſt alienigena, quomodocumque accipiatur; Nam aut illa eſt de familia Sacerdotum oriunda, & tunc manifeſtum eſt, quod non erat alienigena, & tunc licebat ei comedere; ſi autem non eſſet de familia Sacerdotum, ſed ducebatur in vxorem, etiam iam non erat alienigena; quoniam quanquam non eſſet orta de familia Sacerdotum; erat tamen iam in familia alicuius Sacerdotis; & hoc ſufficiebat ad hoc, vt comederet de ſanctificatis; quod patet, quoniam ſerui, & vernaculi non ſunt de cognatione Sacerdotum: tamen non

non veſcantur vt alienigenæ,imò comedunt de ſanctificatis. *Et de primitijs non veſcetur*,id eſt,quod filia ſacerdotis tradita in vxorem non poterat comedere de primitiis.

Primitiæ dupliciter accipiuntur & earũ ſolutio.

Pro quo ſciendum eſt, quod primitiæ accipiuntur dupliciter; vno modo primitiæ, pro ipſis, quæ ſoluuntur de fructibus;& iſtæ ſunt triplices, ſcilicet, quædam in feſto aximorum in principio meſſis hordeaceæ, quãdo offerebatur Domino faſciculus ſpicarũ, vt patet ſequen.c. & de iſtis aliquid cremabatur ſuper altare coram Deo, & aliquid cedebat iuri Sacerdotũ,vt patet ſup.c.2.& ſequenti.

Aliæ autem erãt primitiæ meſſis triticeæ,& ſoluebantur in feſto Pẽtecoſtes,ſcilicet,de qualibet domo duo panes triticei:&.de his aliquid ad ſacerdotem pertinebat,& aliquid ad eum;De hoc habetur ſequẽti capite.Aliæ primitiæ erant de omnibus fructibus, & ſoluebãtur in menſe Septembri, cum colligerentur omnes fructus de area, & torculari;& tunc ſoluebantur integræ primitiæ, & aliqui partem ſexageſimam fructuum,& aliqui quadrageſimam. Et iſtæ primitiæ,quanquam eſſent ſanctæ,tamen nihil earum Deo cedebat, ſed ſolis Sacerdotibus; & ſicut ſupra declaratum fuit,poterant Sacerdotes vẽdere de his primitiis,vel dare cui voluiſsẽt,ſicut de decimis:& de his licebat comedere filiæ Sacerdotis acceptę in vxorem à viro alterius tribus, & omnes iſtæ primitiæ quæ ſoluebantur de fructibus,pertinent ad vnum modum, ſcilicet, ad ea quæ colliguntur de terra.

Alio modo accipiuntur primitiæ pro omnibus bonis & electis,quæ ſeparabantur pro Deo ad offerẽdum, nam primitiæ dicuntur de primus.Accipitur autem dupliciter primus, ſcilicet, vt ſignificat præceſſionẽ temporis,& dignitatis. Primo modo accipiendo dicuntur primitiæ illa, quæ ſoluuntur de fructibus: & ſunt primitiæ, quia antequam quicquam de fructibus colligatur;dantur,ſic enim patet in ſingulis earum.

Aliæ dicuntur primitiæ de primus, vt ſignificat dignitatem:& hoc eſt cum de aliquibus rebus eligitur id,quod melius eſt,& datur Deo, & iſte modus ſecũdus accipiendi eſt communis in Sacra Scriptura;ſic patet Exo.25.cap. cum dicitur: Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias, ab omni homine, qui offert vltroneus accipietis eas, hæc ſunt autem quæ accipere debetis: aurum,argentum, & æs,hyacinthum,& purpuram.Sed manifeſtũ eſt,quod de his non poſſunt accipi hic primitiæ, prout denotabat aliquid primo erũpens,& acceptũ de fructibus terræ, ſed dicuntur primitiæ.i.partes meliores,vel magis electæ, & hoc ſignatur Exo.35.c.cum dicitur: Separatæ apud vos primitias Domino. Omnis voluntarius & prono animo offeret eas Domino:aurum & argentũ,& æs,hyacinthum & purpurã,coccumq. bis tinctũ.&c. Et hoc modo dñt eſſe primitiæ ſacrificia Iſraelitarũ,& omnia,quę vonẽt Domino ad ſanctificandũ ſibi in Sãctuario. De his autẽ habetur Num.18.c.cũ dicitur: Ecce dedi tibi cuſtodiã primitiarũ mearũ. Omnia quæ ſanctificantur à filiis Iſrael, tradidi tibi & filiis tuis pro officio Sacerdotali legitima ſempiterna. Ecce quomodo vocauit ibi Scriptura primitias,ea quæ offerebãtur ab Iſraelitis, quæcumque illa eſſent. Et eodẽ modo habetur in eod.c. Primitias aũt,quas vouerint & obtulerint filij Iſrael,tibi dedi,& filijs tuis,ac filiabus tuis iure perpetuo. & ibi manifeſtũ eſt,quod accipiũtur primitiæ pro oblationibus quibuſcũque,ẽt ſi poſtea declaretur pertinere ad hos iſtas primitias, quæ naſcũtur ex terra;& omnia hæc erãt Sacerdotũ:ſed non omnia erãt de primitiis,quæ de terra naſcuntur.Sic habetur etiam ſup.7.cap. vbi pectuſculum, & armus dexter, prouenientia de ſacrificio pacifico,vocantur primitiæ Sacerdotum, cum dicitur: Pectuſculum autem erit Aaron, & filiorũ eius. Armus quoque dexter de pacificorum hoſtiis cedet in primitias Sacerdotis. Ecce igitur ipſas ſacrificiorum carnes vocari primitias,inquantum ſunt quædã partes ſeparatæ, & electæ. De his aũt intelligitur hic, quod filiæ Sacerdotum traditæ aliis viris,nõ poterant comedere de primitiis. Accipiendo aũt primitias pro primitiis ex terra, tertio modo dictis,dicendum eſt, ꝙ filiæ Sacerdotum poterant comedere de primitiis: nam hoc modo decimæ,& primitiæ aliqñ idem ſunt, ſicut patet in decimis Leuitarũ,quia ipſi ſoluebant decimã partem decimarum

F ſuarum Sacerdoti Magno:& iſtæ decimæ vocabãtur primitiæ, vt habetur Num.18.cap. 18. *Sin autem vidua, vel repudiata*. Hic ponuntur conditiones ſecundum quas filia Sacerdotis ſemel accepta in vxorem à viro alterius tribus, poterat comedere de ſanctificatis. Prima conditio eſt, quia ſi eſſet vidua, reuertebaturq. in domum patris ſui, & manebat ibi; ſicut puella antequam contraheret, veſcebatur de cibis ſanctificatis.

Secũdum quas conditiones filia Sacerdotis ſemel accepta in altera tribu poterat de ſãctificatis edere.

Cauſa huius eſt: quia quanquam filia Sacerdotis,dum eſſet tradita viro alterius tribus, nec poterat comedere de ſanctificatis, tamen cum redibat in domum patris ſui vidua, reducebatur ad familiam patris ſui; quia iam non habebat aliquem virum, de cuius familia eſſet.

Secunda conditio eſt,ſi eſſet repudiata,quia tunc deſerebat eã vir ſuus,& propter aliquam fœditatem & ſic non G manebat in familia viri, ſed redibat ad priorem familiã, ſcilicet,paternam. *Et abſque liberis reuerſa fuerit ad domum patris*. Si enim puella iam viduata,vel repudiata acceperit filios ex viro,à quo iam deſerta eſt,ſiue per repudium, ſiue per mortem relicta foret: non poterat redire ad domum patris ſui; nec comedere de ſanctificatis: nam tunc non poterat iam pertinere ad familiam patris; ſed ipſa magis familiam aliam faciebat habens filios. Identidem autem non poterat eſſe iſta filia Sacerdotis in domo patris ſui ſicut puella, ſicut littera infra dicit: ſed magis eſſet vt mater familias, alens filios ſuos: & ſic non pertinebat ad patrem Sacerdotem.

An filia Sacerdotis data in matrimonium viro alterius tribus, & ſuſceptis inde liberis ac mortuis, rediens ad patrem H licitè poſſit comedere de ſanctificatis. *Quæſt.* XIIII.

QVID autem ſi habuiſſet filia Sacerdotis filios à viro, cum quo ſtetiſſet,& illi mortui fuiſſent? Reſpondendum eſt,quod nihil impediebat ad hoc,quod eſſet in domo patris: quoniam ſecundum iura, qui nunquam fuit,vel qui mortuus eſt,pro eodem habentur; ſic patet extra de regulis iuris, 3.cap. Nam, & ego, vbi dicitur,quod Salomon vocat ſe vnigenitum apud patrem ſuum,vt habetur Prouerb.4.& tamen ante eum natus fuerat alius paruulus qui cito poſt natiuitatem mortuus erat; vt habetur 2. Reg.12.cap.& quia mortuus eſt, ipſe manens vnigenitum ſe vocauit. Sicut ergo ſi filia Sacerdotis nullos filios habuiſſet ex viro alterius tribus, poterit redire,liberè ad domum patris, & comedere de ſan- I ctificatis: ita ſi habuiſſet, & mortui fuiſſent,potiſſimè cũ dicat hic littera, & abſque liberis reuerſa fuerit, id eſt, quod venerit in domum patris ſui ſine liberis; quia nullos ſecum tunc ducebat.

Sed contra hoc aliquis arguet dicens, quod iſta eadem cauſa eſt, ſi femina rediens ad domum patris ſui, habeat filios virilis ætatis, qui habeant diſtinctas partes hereditatis ſuæ, & non ſtent cum matre: quia tunc eadem cauſa exiſtit,quæ in ſuperioribus, ſcilicet, quod reuertetur ſicut puella, vel ſi parui filij eſſent, & tenerentur apud tutores, vel curatores; & nihil mater de eorum ſubſtantia attingeret; tunc enim nullum impedimentum videbantur inferre matri, vt ipſa tranſiret ad domum patris, & ibi aleretur.

K Aliqui autem dicunt, quod iſta mulier,quæ habuit filios à viro non ſuæ tribus, non tranſibat in domum patris ſui; nec licebat comedere de ſanctificatis: quia per hoc, quod acceperit aliquos filios, etiam ſi illi ſuperſtites non ſint,videretur tranſire in alteram tribum, in qua fuerant filij, vel nunc erant.

Reſpondendum eſt,quod iſta littera,quę eſt,& abſque liberis reuerſa fuerit, poteſt intelligi multipliciter. Vno modo, quod reuerteretur ſine liberis, id eſt, quod reuerteretur non habens liberos, & tunc eſt ſenſus, quod illa nunquam habuit aliquos liberos,nec nunc habet,& tunc eſt manifeſtum, quod poterat reuerti in domum tanquam puella, & comedere de ſanctificatis.

Alio modo poteſt intelligi, quod reuertetur abſque liberis,id eſt,quod quamquam aliquo tempore iſta femina habuit liberos,tamen perditis eis, nunc reuertitur ſine liberis, & iſto modo etiam videtur dicendum quod poſſet

come-

comedere puella de ſanctificatis,quia filij mortui, & nū- A quam exiſtentes pro eiſdem habentur,ſi moriantur antequam relinquant prolem.

Alio modo poteſt intelligi,quod reuertetur abſq; liberis.i.quod reuerteretur puella in domum patris ſui, & non reduceret liberos,quamquam eos haberet ſicut ſi eſſent emancipati, vel ſub curatoribus aut tutoribus, & in hoc caſu dicendum videtur rationabiliter, ꝙ non poſſet redire filia ſacerdotis ad domum patris:quoniā iam pertinet ad aliam tribū;quia habet ſucceſſores in alia tribu.

Circa hoc conſiderandum eſt vt plenius intelligatur, quod quando filia ſacerdotis dimittebatur à viro ſuo, aut dimittebatur vt vidua,aut vt repudiata: & etiam an ille à quo dimittebatur, erat Sacerdos vel non, ſed Leuita aut popularis.Si ille cuius fuiſſet vxor,erat Sacerdos,non referebat an haberet filios vel non;& an repudiata, vel vi- B dua eſſet; quia quomodocūque eſſet, redibat ad domum patris,& manducabat de ſanctificatis:quia iſta nunquam fuerat extra familiam Sacerdotum,ſiue cū viro,ſiue cum patre eſſet.Si autem vir erat non ſacerdos,non referebat, an eſſet Leuita,vel popularis,quia idem erat iudicium:& tunc differebat,an mulier eſſet vidua,vel repudiata,ſi vidua,an haberet filios,an non,ſi autem non haberet illos, neq; vnquam habuiſſet, redibat in domum patris ſui, & licebat ei comedere: quia licet fuiſſet extra familiam Sacerdotum, quamdiu fuit cum viro,nunc quando erat ſine viro,ceſſabat eſſe in familia; quia mors ſoluit familiā, & abſoluit eam à lege viri,ad Roman.7.c. & incipiebat eſſe de familia paterna,de qua prius fuerat; & hoc eſt quod dicit littera,ſicut puella conſueuerat,aletur cibis patris,ſi abſque liberis reuerſa fuerit,id eſt, ſicut quādo erat puel- C la in domo patris, veſcebatur cibis eius, quia erat de familia ſua; ita nunc reuerſa ſine liberis incipiet rurſus eſſe de familia patris ſui, & veſcetur cibis eius.

Si autem non haberet nunc filios, ſed aliquando eos habuerat,& defuncti erant; putant aliqui, vt dictum eſt, quod non poterat illa pertinere ad familiam patris; ſed pertinebat ad familiam filiorum defunctorum,& ita non manducabat de ſanctificatis. Sed iſtud nihil eſt: quia licet mater ſequatur familiam filiorum,ſequitur eam propter patrem illorum,cui illi ſuccedūt, & erat illa de certa progenie; & tamen mortuo viro deſinebat eſſe mulier de familia eius,& redibat ad familiam patris,ſi nō haberet liberos: ergo licet filios habuiſſet, de quorum familia effecta fuerat,illis mortuis ceſſabat eſſe de illorū familia: quia ſic habuiſſe virum de alia familia non impediebat D nunc viduam eſſe de familia patris. Si autem filios haberet mulier,diſtinguunt aliqui,quod aut illos ſecum habebat,aut non.Si ſecum habebat,non poterat reuerti in domum patris,& comedere de ſanctificatis. Si autem non haberet illos, vt quia magni erant, & habentes vxores, vel tenebantur apud tutores, vel curatores dicunt, quod reuertebatur mulier abſque filiis, ideo poterat manere in domo patris, & manducare de ſanctificatis.

Sed dicendum, quod hoc non ſtat: quia quocumque modo mulier haberet filios viuentes,non licebat ei manducare de ſanctificatis, quia non erat iam vt puella,quia reuertebatur cum liberis, nam motiuum iſtorum debile eſt.Putant,enim quòd mulier quando filios ſecum haberet, eſſe vt matrem familias, quæ domum ſpecialem faciebat,& familiam: & ideo non erat in alterius familia, E & cum non haberet ſecum filios; nō erat,vt mater familias, ſed vt mulier ſimplex, & puella: ideo non faciebat per ſe familiam, ſed poterat manere in domo patris ſui, & manducare de ſanctificatis.

Sed iſtud nihil facit: quia non impediebatur manere mulier in domo patris;quia ipſa per ſe poterat facere domum. Nā ſicut ipſa poterat manere in domo patris ſola, ita & poterant manere filij eius:quia nepotes Sacerdotis erāt,& ipſe alebat eos,licet nō de ſanctificatis;& ideo dicitur, quòd non poterat illa manere in domo patris, vt puella: quia filij faciebant eam non poſſe eſſe de familia patris, ſed de familia patris eorum, cui ſuccedebant filij in hereditate, & ideo quocumque modo & qualiſcumque ætatis filios mulier haberet, faciebant illi,qđ ipſa eſſet de familia eorū, & hoc quia cēſebatur adhuc manere vir eius,cum manerent hæredes eius: & illo manente,nō poterat illa eſſe de patris familia: ergo quomodocumque filios haberet, non poterat mulier reuerti ad domum patris. Et non differebat quantum ad filios, an eſſent paruuli,de quibus mater curam habere poteſt,vel coniugati, de quibus nullam curam ipſa haberet: quia vtroque modo faciebant eam non eſſe de familia Sacerdotis: & in his caſibus dicitur mulier ſemper reuerti cum liberis; non,quod illos ſecum in domum patris reducat: ſed quia reuertitur habēs illos; ſiue habet illos,quando reuertitur.

Cum autem dictum ſint ſupra, quod ſi mulier habuit filios,& mortui ſunt,reuertitur ad domum patris ſui,ac ſi nunquā habuiſſet filios: intelligendum eſt ſi illi filij mortui fuerant, antequam alios filios haberent; ſi autem reliquerant filios,qui erant nepotes huius mulieris,non poterat redire in domum patris ad manducandum de ſanctificatis; & ratio eſt: quia habendo nepotes, cenſebatur habere filios: nam ſicut manentibus filiis, cenſetur manere pater eorum,& ideo mulier eſſet de familia viri: ita manentibus nepotibus cenſentur manere filij,quia nō iudicatur mortuus,qui filium reliquit,iuxta illud Eccleſiaſtici, 30.cap. mortuus eſt, & non eſt mortuus pater eius: reliquit enim filium ſimilem ſibi, ſed manentibus filiis, nō poterat mater eſſe de familia Sacerdotis patris ſui: ergo exiſtentibus nepotibus idem erat. Et cauſa eſt: quia familia eſt propter hereditatem:& quando mulier vidua non habebat filios,non manebat in familia viri: quia hereditas viri non deferebatur ad eam,ſed deuoluebatur ad cognatos viri: ideo nō erat aliquid, propter quod illa maneret in familia viri, exiſtentibus autem filiis, quia illi ſuccedebant patri, manebat mulier in familia viri mortui, de qua erant filij,ſed mortuis filiis,relictis tamen nepotibus,deferebatur hereditas viri ad illos, ergo manebat familia illius & in illa erat mulier.

Familia eſt ppter hereditatem.

Sed quid ſi mulier habuiſſet filios, & illi nepotes, & poſtea moriebantur tam filij, quam nepotes, an illa poſſet redire in domum patris, & manducare de ſanctificatis?

Dicendum, quod aut iſti mortui fuerant viuēte adhuc marito mulieris, aut poſtquam illa vidua remanſerat, ſi viuente illo,non refert,an habuerit aliquos filios, aut nepotes, vel nullos: quia tunc illa manebat in familia viri: non quia haberet filios, ſed quia habebat maritum, & ideo moriente viro, perdebat ipſa familiam viri: & cum nullus maneret de poſteris eius, idem erat ac ſi non genuiſſet aliquem. Si autem moriente viro manebant filij, vel nepotes mulieris huius, erat illa de familia viri: ideo non licebat ei comedere de ſanctificatis in domo patris. Si autem poſtea moriebantur filij,& nepotes, ita vt nulli manerent de poſteris illius mulieris, tunc mulier incipiebat eſſe de familia patris, quia deſinebat eſſe de familia viri, eo quod hereditas eius iam deferebatur aliis, & ceſſabat eſſe penes mulierem, vnde erat iam illa ſicut omnino à viro aliena, & ſubſtantialiter ad patrem pertinens.

Quid ſi rediret filia Sacerdotis in domum patris habens filias, & non filios, an licuiſſet ei manducare de ſanctificatis in domo patris? Quæſt. XV.

SED quid ſi mulier vidua rediret habens filias,& non filios, an liceret ei mādučare de ſanctificatis in domo patris? Aliquis diceret,quod non,quia idem erat ſicut de filiis, nam nomine filiorum intelligūtur etiam filiæ,ideo ſicut exiſtentibus filiis erat mater de familia illorum, & non de patris familia, & ideo non manducabat, ita & exiſtentibus filiabus. Secundò, quia hic littera non dicit filiis,ſed liberis in ablatiuo, ſcilicet, reuerſa fuerit abſque liberis, quod nomen ſine aliqua figura cōceptionis ſignificat tam filios,quam filias. Dicet aliquis,quod iſtud non ſtat: ſed mulier habens filias ſolas, erat ac ſi nullum genuiſſet; ideo licebat ei manducare de ſanctificatis in domo patris; & ratio eſt: quia in Veteri Teſtamento erat aliquid ſpeciale,ſ.quod feminæ nō ſuccedebant in aliqua parte hereditatis,ſed filij ſuccedebant in omnibus,Num. 27.cap. & tamen familia fiebat propter ſucceſſionem,

cum ergo filiæ non ſuccederent patri, non iudicabantur de familia patris, & conſequenter, neque mater de familia filiarum, ſed erat de familia patris ſui Sacerdotis, de qua erat oriunda; & ita licebat ei manducare de ſanctificatis.

Dicendum, quòd ſi haberet filias, idem eſſet, ac ſi haberet filios: ſed illi faciebant eam manere in familia viri, ergo & filiæ idem faciebant.

Ad rationem autem dicendum, ꝙ exiſtentibus filiis in Veteri Teſtamento, non ſuccedebant filiæ, vnde ſi etiam fuiſſent multæ filiæ, & vnus tantum filius, non ſuccedebãt illæ in parte aliqua, ſed filius ſolus ſuccedebat in omnibus, Numer. 27. cap. Si autem ſolas filias haberet quis, illæ ſuccedebant, & diuidebatur inter eas equaliter hereditas, ac ſi fuiſſent filij: ſicut patet in filiab. Salphaad: nã mortuus erat Salphaad ſine filiis, relictis tribus filiabus; & illæ conqueſtæ fuerant, ꝙ fraudarentur hereditate paterna, & pater perderet nomen in Iſrael, quia non relinquebat heredem: & Deus dixit, ꝙ iuſtam rem poſtulabãt filiæ Salphaad: ideo dedit regulam, ꝙ ſi quis non habens filios moreretur relictis filiabus, illæ ſuccederẽt ei, Num. 27. & ita poſtea factum fuit; quia erat Salphaad de tribu Manaſſe, & data eſt hereditas filiabus eius in ſorte dimidiæ tribus Manaſſe tranſacto Iordane per manum Eleazari Sacerdotis Magni, & Ioſue, vt patet Ioſue, 17. capite.

Sed quia mulier non poterat retinere firmiter nomen familiæ, cum tranſiret ad familiam viri, accipiebant mulieres tales viros de familia, & domo patrum ſuorum, vt remaneret ſemper hereditas in eadem cognatione, & ſic fuit in prædictis filiabus Salphaad, quæ ſucceſſerunt in hereditatem paternam, petentibus filiis Manaſſe vt non diminueretur poſſeſſio ſortis eorum, ſi filiæ Salphaad acciperent viros de alia tribu: iuſſit Deus, vt illæ acciperent viros de tribu ſua, Numer. 36. capite, & ſic cum filiæ ſolæ exiſtentes ſuccederent patri, manebat familia patris in eis, propter hereditatem. Si autem mulier vidua manſiſſet cum ſolis filiabus, erat illa de familia viri, ſicut ſi habuiſſet filios mares; ideo non poterat eſſe de cognatione patris ſui ſacerdotis, & conſequenter non licebat ei iam de ſanctificatis comedere, niſi illæ quoque filiæ morerentur; quia tunc deuoluebatur hereditas viri ad cognatos eius; & non manebat mulier vidua in familia viri, & conſequenter licebat ei comedere de ſanctificatis.

An filia Sacerdotis repudiata à viro ſuo, poterat in domo patris edere de ſanctificatis. Quæſt. XVI.

SED quid ſi filia ſacerdotis receſſiſſet à viro ſuo repudiata, an reuerſa in domum patris poſſet manducare de ſanctificatis? Dicendũ, ꝙ aut iſta mulier repudiata accipiebat alium virum, aut non: ſi accipiebat aliũ, aut erat ſacerdos, aut non: ſi erat ſacerdos licebat ei manducare de ſanctificatis, quia erat de familia ſacerdotis, ſi acciperet alium virum non ſacerdotem, non licebat ei manducare. Sed dicendum, ꝙ iſta diſtinctio non ſtat: quia ſacerdos non poterat accipere in vxorem eam, quæ repudiata erat ab alio, præced. c. ideo ſi acciperet virum, oportebat, ꝙ acciperet non Sacerdotem, & tunc ſiue fuiſſet Leuita, ſiue de populo, erat alienigena, & nõ licebat mulieri mãducare de ſanctificatis in domo patris: quia erat nupta viro extraneo. Si autem non accipiebat alium virum, diſtinguunt quidam, an haberet filios, vel non, ſi non haberet filios, licebat ei manducare, quia erat de familia patris; ſi haberet filios, vel filias, dicunt, ꝙ non licebat ſicut cum erat vidua. Sed dicẽdũ, ꝙ iſta diſtinctio nõ tenet: quia de muliere repudiata non differt, an haberet filios, vel non, ſed quomodocumque repudiaretur, ſi rediret ad domum patris ſui ſacerdotis, licebat ei manducare de ſanctificatis. Et ratio eſt: quia quãdo vidua filios habebat, ideo non licebat ei manducare de ſanctificatis, quia ratione filiorũ, qui ſuccedebãt patri, ipſa manebat adhuc in familia mariti mortui, quæ erat familia filiorũ ſuorũ: ſed quamdiu in familia viri eſſet, non poterat eſſe in familia patris: ideo nõ mãducabat. Sed quãdo mulier erat repudiata, viuebat vir, & mulier per repudiationẽ deſinebat eſſe de familia viri, cum ipſe repelleret eam, ideo redibat ad familiã pa-

F tris ſui, filij autem non faciebant, quod tunc eſſet in familia illorum: quia filij erant de familia patris. Si ergo vir repellebat mulierem de familia illa, non poterant retinere filij matrem in ea, cum non facerent diſtinctam familiam à parte, à qua vir, qui eſt pater filiorum, repellebat vxorem. Sed adhuc aliqui diſtinguunt, an filij eſſent parui, vel magni: quia ſi minores triennio erant, debebant educari apud matrẽ, ſi autem maiores triennio, apud patrem educabantur, ideo dicunt, quod ſi parui erant, non licebat matri manducare de ſanctificatis: quia reuertebatur cum filiis, ſi autem fuiſſent magni, licebat manducare, quia non pertinebant filij ad eam; & ita reuertebatur ſine filiis. Et tamen iſtud non ſtat: Primò, quia iſta lex de alimentis filiorũ poſt repudiationem mulieris, non videtur ſic fuiſſe apud Hebræos ſicut eſt de iure communi;

G & ratio eſt: quia de iure cõmuni, & ferè apud omnes gentes, feminæ ſuccedunt patribus etiam ſtantibus filiis: ideo & filij ſuccedunt matribus, quia habent aliquid in quo ſuccedant; & ideo alimentatio poterat pertinere ad matres, inquantum habebunt vnde alimentarent eos: ſed in Veteri Teſtamento mulieres nõ ſuccedebant patribus ſtantibus filiis, ideo neque filij ſuccedebãt matribus, quia non habebant illæ in quo eis filij ſuccederent, & ideo neque alimentatio videbatur pertinere ad illam, cum non haberet vnde eam filiis præſtaret, ſed ad patrem pertinebat: ideo ſoluto matrimonio per repudium, nõ ſequebantur filij matrem, ſed ſemper patrem debẽtem parare alimẽta. Secundò, & præcipuè quia mulier vetabatur manducare de ſanctificatis, quando erat de aliena familia, & hoc contingebat, quando reuertebatur cum liberis: quia

H manebat in familia viri mortui propter filios, qui de familia patris erant, & in eorum familia erat mater. Et tamen etiam ſi filij paruuli alerentur apud matrẽ repudiatam, cum viuente viro nunquam fuiſſet mulier de familia eius, & ipſe repudiauerat eam, erat ipſa de familia patris ſui Sacerdotis, & licebat ei manducare de ſanctificatis; & tamen filiis non licebat manducare de ſanctificatis, quia pertinebant ad familiam patris, quæ erat aliena à Sacerdotibus. Et ob hoc Scriptura non diſtinxit hic de muliere repudiata, ſicut de vidua, an comederet de ſanctificatis: quia præſupponit, quòd repudiata indiſtinctè comederet de ſanctificatis: quia erat ſemper de familia patris ſui Sacerdotis.

I *An femina filia Sacerdotis, quæ habuerat filios à viro iam defuncto, & illi iuuenes erant manentes in alia tribu, rediens ad patrem, poſſet comedere de ſanctificatis? Quæſt. XVII.*

SED quid ſi mulier repudiata habens filios rediret ad patrem, an licebat ei manducare de ſanctificatis, ſi poſtea remanſiſſent filij moriente viro: nam viuente viro repudiante, etiam ſi filij ſupereſſent, licebat ei manducare de ſanctificatis, vt dictum eſt, quia non erat illa de familia filiorum, de qua maritus expulerat eam; ſed mortuo illo dubium erat, an mater eſſet iam de familia filiorum, & vetaretur mãducare de ſanctificatis? Dicendum, quòd ſemper licebat ei comedere de ſanctificatis: quia cum mulier per repudiationem deſineret eſſe de familia viri, & rediret ad familiam patris, manebat ſemper in familia illa; niſi ipſa egiſſet aliquem actum nouum, per quem

K perderet familiam, & tranſiret in aliam: vt ſi contraheret matrimonium cum aliquo; & tamen per mortem viri à quo repudiata erat, non faciebat ipſa actum nouum, ergo non ceſſabat eſſe in familia patris, vt tranſiret ad familiam filiorum. Facilius enim erat mulieri perdere familiam, quam acquirere: nam perdere poterat ſine aliquo actu ſuo; ſcilicet, per mortem alicuius, ſed acquirere non poterat niſi per actum nouum, quem tamen hic non faciebat. Et ſic apparet, quando mulier vidua relicta haberet filios, quia erat de familia illorum ſiue viri mortui, non licebat ei comedere de ſanctificatis; ſi autem morerentur filij, perdebat ipſa familiam, deuolutis bonis eorũ ad alios cognatos viri: ideo licebat ei tunc de ſanctificatis manducare, redeundo ad familiam patris ſui ſacerdotis. *Sicut puella conſueuerat, aletur cibis patris ſui.* id eſt, iſta puella, quando reuertebatur in domum patris ſui vidua,

vel ro-

A vel repudiata,comedebat de cibis patris ſui, ſicut conſueuerat comedere, quando erat puella in domo patris ſui: quia ſicut tunc erat de familia patris ſui,ita,& nũc. *Omnis alienigena.* Hic datur regula generalis de illis,qui comedere non debebant, ſcilicet, quod alienigenæ non comederent de ſanctificatis. Vocabantur autem alienigenæ,omnes qui erant extra tribum Sacerdotum,ſiue eſſent Leuitæ,ſiue populares, dum tamen non pertinerẽt ad ipſos Sacerdotes totaliter, ſicut erant ſerui empticij,& vernaculi: nam iſti non erant de cognatione ſacerdotum, & tamen pertinebant ad eos, quia erant totaliter ipſorum, cum ſeruus ſit res domini ſui. *Comedendi ex eis non habet poteſtatem*, id eſt, quamquam iſti aliquando comedant de rebus ſanctificatis, tamen non erat eis licitum, ꝙ comederent,ideo peccabãt: quia non habebant poteſtatem ad hæc,& puniebãtur,ſicut immediatè ſubditur.Qui comederit de ſanctificatis,quibus licitum erat. B Et ſciẽdum, quòd ſanctificata erant duplicia,quædam enim ſunt ſanctificata Deo,quæ totaliter pertinent ad Deum.Alia ſunt ſanctificata Deo,quæ pertinent ad ſacerdotes. Sanctificata autem Deo primo modo dicuntur eſſe illa, quæ cedebant in partem Dei, ſicut adipes in omnibus ſacrificiis,& ſanguis: & in holocauſtis quædam alia iura,ſcilicet,omnes carnes. De his autem ſi quis comederet valde peccabat, & non datur regula hic de iſto modo: quoniam hic dicitur, quòd de ſanctificatis licet comedere filiis, & filiabus ſacerdotum, & ſeruis vernaculis; falſum eſt tamen, intelligendo de his, quæ Domino ſanctificabantur cedentia ſolum in partem eius: quoniam nulli hominum, nec etiam ipſis Sacerdotibus licebat comedere de talibus. De adipe patet ſupra, 7. cap. C De ſanguine autem habetur ſupra,17.cap.& de vtroque ſimul habetur ſupra, 3. cap. Item patet, quòd non intelligatur de his ſanctificatis: quoniam ſi ſic aliquis deliquiſſet,ſatisfactio ſolum Deo facienda erat, quoniam nulli alteri præiudicabatur: ſed ſecundum ꝙ infra ponitur,ſatisfactio fiebat ſacerdoti: aut ipſi Sanctuario, cum dicitur: quòd qui iſto modo comederit de ſanctificatis, ſolueret quod comedit,& addet quintam partem inſuper.Manifeſtum eſt autem, quòd hoc nõ poterat intelligi de ſatisfactione facienda Deo: quoniam ſi aliquis partem animalis immolati aſſumpſiſſet in cibos, debebat dare tantumdem, & quintam partem eius: hoc tamen nõ poterat offerri Deo; quia Deo nunquam offerebatur niſi integrum animal, ſiue eſſet in holocauſtum, ſiue in hoſtias pacificas, ſiue pro peccato, cum deberet inde ſumi ſanguis, & adeps; D ergo referenda ſunt ad ſanctificata, quæ pertinebant ad ſacerdotem. Item, ſi fuiſſet ablatum aliquid de ſacrificio Dei, non diſtinguerentur ibi duæ pœnæ, ſcilicet, vna, quæ eſt pro ſacerdote, & alia pro Deo: ſed vtraque eſſet ad Deũ,quia offendebatur Deus.Hic tamen ponitur duplex pœna,ſ.tantum, & quintam partem reddere ſacerdoti; & pro peccato vnum arietem Deo, vt patet ſupra,5.cap.Non eſt ergo factum iſtud peccatum contra ſanctificatum,quod cedebat Deo: ſed contra ea, quæ cedebant ſacerdotibus: ſi autem aliquis deliquerat in eis, quæ erant ſanctificata Deo,puniebatur ſicut ſupra declarauimus,diſtinguentes, an voluntariè, an per ignorãtiam feciſſet. *Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam*, ſcilicet de ſanctificatis,quæ cedebant iuri ſacerdotum:nam de his quæ cedebant Deo, dictum eſt, quòd non poſſit E intelligi iſta lex.Dicitur autem hic,ſi comederit per ignorantiam,non dicitur, ſi comederit per ſuperbiam; & non videtur hic aliqua pœna expreſſa, ſed videtur innui ex littera, ꝙ ſi aliquis comederit per ſuperbiam, ꝙ moreretur, cum dicitur, ne fortè ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, cum ſanctificata comederint; Sic etiam datur regula generalis Numer.15.cap.de illis, qui faciũt aliquid contra cæremonias legis; ꝙ anima,quæ per ſuperbiã aliquid commiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, (quoniam aduerſus Dominum rebellis fuit) peribit de populo ſuo: verbum enim Domini contempſit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem ſuam. Dicitur autem per ignorantiam, quoniam peccata per ignorantiam facilè à Deo remittuntur; Sic patet ſupra 5.cap. cum dicitur: Qui orabit pro eo, quia neſciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in Dominum. Ex hoc autem videtur, quod ſi aliquis deliquiſſet comedendo de ſanctificatis, quæ ad Deũ pertinebant, propter hoc quod grauius peccatum eſt in Deum,quàm in hominem; adhuc grauius eſſet comedere de ſanctificatis pertinentibus ad Deum, quàm de ſanctificatis pertinentibus ad Sacerdotes. Non enim poterant ignorare comedentes de ſanctificatis Deo, ſicut de ſanctificatis ſacerdotum: nam cũ aliquis comederet ſanctificata, quæ pertinebant ad Deum, aut comederet ſanguinem,aut adipes,aut carnes holocauſti, aut caudã animalis, quæ aliquando cedebant Deo de hoſtiis pacificis, & de ſacrificio pro delicto, aut partes ſimilæ conſperſæ oleo cremandæ ſuper altare. Si autem aliquis delinqueret comedendo adipem, non poterat hoc imputari ignorantiæ: quoniam generaliter vetitum erat,ne quis comederet adipẽ,& ſub pœna,vt patet ſupra 3. & 7.capitibus.

Sanctificata erant duplicia.

Quare dicatur per ignorantiam comedere, cum nõ poſſet ſcomedere.

Eodem modo ſi aliquis ſanguinem comederet, & in hoc delinqueret,non poterat ignorare: nam ſanguis vniuerſaliter prohibitus erat, vt nemo de illo guſtare auderet, vt patet ſupra 7. & 17. cap. ſiue ergo eſſet ſanguis de immolatis Deo, ſiue de quibuſcumque animalibus, ſemper erat illicitum comedere illum; ideo nemo poterat ignorare, an delinqueret in comedendo de ſanctificatis. Si autem eſſent carnes holocauſtorum, identidem nõ poterat in earum comeſtione eſſe ignorantia; quia aut aſſumeret eas ſacerdos, qui faciebat holocauſtum,aut aliquis alius. Si eas acciperet ſacerdos, non poterat eſſe in hoc ignorantia: quoniam cum ipſe faceret holocauſtum, bene nouerat illas carnes holocauſti nõ pertinere ad res ſui iuris, potiſſimè, quia ipſe ſacerdos iugulabat, & excoriabat animalia pertinentia ad holocauſtum, & immediatè ibi antequam ad quidquam aliud diuerteret, cremabat carnes holocauſti: non poterat ergo ipſe aliquid tollere, niſi ex induſtria, & totaliter volens: impoſſibile eſt enim circa talia vetita comedi quidpiam ignorare. De his ſupra 1. cap. Si autem aliquis alius auferret carnes holocauſtorum,non videbatur hoc poſſibile, niſi violenter abſtraheret ipſi ſacerdoti facienti holocauſtum. Nam cum ſacerdos incepiſſet holocauſtũ iugulando animal, quouſque compleſſet holocauſtum cremando carnes ſuper altare, non diuertebat ad alios actus; ergo erat impoſſibile, quod aliquis auferret carnes holocauſtorum, niſi has violenter abſtraheret; & ſic non poterat ignorare ſe delinquere contra Dominum. Idem etiam erat circa carnes, quæ cedebant Deo in ſacrificio pro delicto, ſcilicet, caudam animalis: & idem aliquando cedebat, cum offerretur pacifica hoſtia de genere ouium, vt patet ſupra, 3. cap. In his enim non poterat accipiens ignorare, quin iſta pertinerent ad Deum: quoniam ſicut in holocauſtis dictum eſt, ita eſt de iſtis, quòd poſtquam incipiebantur, producebantur vſquè ad finem, & ſacerdos aſſiſtebat, cum iſta cremarentur; ideo ſi ipſe auferret carnes ſanctificatas Domino volens auferret. Si autem aliquis alius auferret eas inuito ſacerdote, ſic nullo modo contingebat ignorare in accipiendo carnes ſacras, quæ cedebant iuri Dei. In carnibus autem ſacris cedentibus iuri ſacerdotum erat facilè ignorare: quoniam ſacerdos habebat familiam,& amicos,& alios,qui aliquando veſcebantur cibis eius: & quia aliquibus de familia ſacerdotum licitum erat comedere de ſanctificatis, aliis autem non, contingeret facilè, vt aliquis de illis, qui eſſent in domo ſacerdotis, non diſtinguens, qui eſſent cibi ſacri, vel qui profani, comederet de ſanctificatis; & hoc modo erraretur per ignorantiam. Circa ea autem quæ cõſecrata erant Deo, non contingebat ſic errare, ſicut ſupra declaratum eſt; ideo non fuit data lex de comedentibus ſanctificata pertinentia ad Deum per ignorantiam; ſed de comedentibus ſanctificata ſacerdotum. *Addet quintam partem cum eo, quod comedit.* Hic ponitur pœna comedentium de ſanctificatis, & eſt duplex, ſcilicet, quod ſoluet totum, quod ſuſcepit, & inſuper addet quintam partem illius. Dare enim tantum quantum ſuſceptum erat, erat dare pro damno illato: dare autem quintam partem inſuper erat pro offenſione: nam in iſto peccato, & in quolibet alio, in quo eſt aliqua oblatio rerum, committun-

Duplex pœna comedẽtiũ de ſãctificatis, et cui perſoluenda erat.

tur duo,ſcilicet,damnum in re oblata,& offenſio ad eum cui res aufertur,quia illius erat. Pro primo,quoniam iuſtitia ſemper conſiſtit in æqualitate,oportebat,vt tantum pro tanto redderetur; præter hoc autem erat ibi offenſio quædam,cum id quod ſacrum erat,cõuerteretur ad profanos vſus,& pro hoc aliqua ſatisfactio,fiebat, ſ.ꝙ ſolueretur quinta pars rei oblatæ ſuper datã æqualitatem. De his duob. hic dicitur, ſed ſupra c.5.ponitur alia pœna,ſcilicet,quòd qui taliter peccauiſſet, daret tantumdẽ quantum abſtulerat, & quintam partem; & inſuper arietem offerret pro peccato ſuo. Iſte autem aries erat pro peccato, quod committebatur in Deum: nam præter offenſionem,quæ fiebat Sacerdoti,& Sanctuario in hoc ꝙ aliquis abſtuliſſet de rebus ſanctificatis, peccabatur in Deũ; & pro hoc dabatur ſacrificium arietis pro peccato, vt ſic iuxta omnia,in quibus peccatum fuerat,fieret ſatisfactio. Hic autem ſubticetur de ariete offerendo, & hoc, quia iſta lex refertur ad ea, quæ poſita ſunt ſupra, 5.cap.quoniam ſic eſt conſuetudo in legibus humanis, ꝙ leges poſteriores interpretentur per priores, niſi illis repugnent: ſic autem hic. Vel alio modo dicendum eſt,quòd hic ſolum ponitur lex quantum ad ipſa ſanctificata in offenſione, quæ fit in iſtis:& quæ pœna dabatur pro tali offenſione; & quantum ad hoc, ſolum ſufficiunt pœnæ quæ hic habentur: ſupra 5.cap.dicebat de remiſſione totali peccatorum: & quia in tali peccato non ſolum fiebat damnũ, & offenſio Sacerdoti in rebus ſanctificatis, ſed etiam fiebat Deo offenſio generaliter ex eo, ꝙ peccatum erat: ideo iubetur ibi, ꝙ offeratur aries pro peccato, ſ.pro peccato commiſſo in Deum. *Et dabit Sacerdoti in Sanctuarium*,id eſt,dabit Sacerdoti ille,qui peccauit,tantũ quantum comedit, & quintam inſuper partem, & hoc in Sanctuarium.i.pro Sanctuario,vel ad vſus Sanctuarij: ſupra enim 5.cap. dicebatur,ꝙ iſta duo darentur Sacerdoti; & ſic ſignificabatur,vt videtur,ꝙ darentur Sacerdoti pro ſe: hic autem dicitur declarãdo, ꝙ dentur Sacerdoti ad vſus Sanctuarij. Sed aliquis contra hoc arguet. ſ.ꝙ hic facta fuit Sacerdoti offenſio, & illatum damnum, inquantum fuit ablatum aliquid de rebus ſuis: ſi autem iſtud quod ablatum fuit, & quinta inſuper pars darentur pro Sanctuario, eſſent duo inconuenientia; Primum, quod id quod non debebatur Sanctuario,daretur ei, ſ.damnum, & ſatisfactio offenſionis. Secundum inconueniens erat, quod ei cui erat illata offenſio,& damnum, nihil ſatisfaciebat,ſcilicet,Sacerdoti,qui vtrumque paſſus fuerat. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd iſta pœna erat conuenienter poſita pro Sanctuario, nec aliquod inde ſequebatur inconueniens. Ad primum inconueniens, quando dicitur, quòd ſatisfaciebat de damno, & offenſa ei, cui nihil tale illatum fuerat,ſ.Sanctuario. Dicendum eſt, ꝙ Sanctuario vtrumque inferebatur: nam in his rebus non imponitur iſta pœna, eo ꝙ aliquid aufertur, vel comeditur de rebus Sacerdotis,ſed quia id,quod comeditur,ſacrum erat: eſſe autem ſacrum,non pertinebat ad Sacerdotem, ſed ex eo, quòd eſt aliquid pertinens ad Sanctuarium, in quo accipit, quòd ſit ſacrum. Nam non ideo res ſacra erat,quia ſacerdotis erat, tunc enim omnes res Sacerdotales ſacræ eſſent, quod falſum eſt: ſed ideo ſacrum eſt, quia ad Sanctuarium pertinet, & omnes res Sanctuarij ſacræ ſunt; offenſio ergo illata pro ablatione rei inquantum ſacra erat,directè pertinebat ad Sãctuarium, & non ad Sacerdotem. Conuenienter ergo factum eſt, vt pro Sanctuario tantundem, quantum ablatum eſt, & quinta inſuper pars ſoluantur. Ad ſecundum inconueniens, quod obiiciebatur, ſ.quòd ei cui offenſio illata eſt, & damnum,nihil ſoluatur, ſ.Sacerdoti. Reſpõdendum eſt, eſſe falſum;immò quanquam iſta dentur Sanctuario, tamen fit ſatisfactio Sacerdoti in toto illo,in quo læſus eſt, & amplius: Nam quando aliquis huiuſmodi ſanctificata comediſſet, dabat tantundem,& inſuper quintam partem pro Sanctuario, præter hoc offerebat vnum arietem pro peccato, vt patet ſup.5.c. de illo autem ariete Sacerdos habebat omnes carnes,quoniam in ſacrificio pro peccato nihil Deo cedebat; plus ergo haberet, quam quod ablatum fuerat ſibi in ſanctificatis carnibus. Aliter poteſt dici, quòd iſta quinta pars, & tantumdem quantum

F ablatum eſt dabatur Sacerdoti, & non Sanctuario. Primò,quia ſupra 5.cap.dicitur: Anima ſi præuaricetur cæremonias per errorem,& in his, quæ Domino ſanctificata ſunt, peccauerit, offeret pro peccato ſuo arietem, ipſumq; quod intulit damnũ reſtituet, & quintam partem ponet ſupra, tradens ſacerdoti; & ita iubet ſacerdoti dari,& non Deo, vel Sanctuario. Item quia dicitur, ꝙ offeret quantum damni intulit;&.tamen damnum non dicitur niſi reſpectu eius cui illatum eſt,ſed non eſt illatum Sanctuario, immò ſacerdoti cuius erant ſanctificata, ergo ei ſoluetur. Nam Sanctuario, vel Deo poteſt dici eſſe facta offenſa,vel iniuria, inquantum id quod ſanctificatum erat per mandatum, & ad honorem Dei tranſit ad vſus aliarum perſonarum, quàm illarum, de quibus Deus voluit, & tamen non eſt damnum Deo, vel San-

G ctuario, quia damnum à diminutione rerum dicitur, & tamen nihil minuitur hic de rebus pertinentibus ad Deũ, ſed ad ſacerdotem, ergo ei dandum erat tantumdem, & quinta inſuper pars. Item patet hoc, quia Numer.5. cap.dicitur: Vir, ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum, & reddent ipſum caput, quintamq; partem deſuper ei, in quẽ peccauerint; & tamen peccatum fuit commiſſum hic contra illum, cuius res ſacra vſurpata fuit, ſ.contra ſacerdotem; ergo illi ſoluetur quinta pars, & tantumdem. Item hoc apparet: quia ſicut fuit aliquod peccatũ commiſſum contra Deum,vel offenſio,ita fit ſatisfactio, quia datur aries pro peccato,Leuit.5.cap.ergo tãtumdem, & quinta pars

H non reſpondet ibi Deo, ſed ſacerdoti. Et confirmatur hoc:quia Leuit.5.cap. diſtinguũtur iſta,ſcilicet,peccatum & damnum: & pro peccato redditur ſacrificium; & pro damno ſolutio æſtimationis cum quinta, ſed peccatum ſemper committitur in Deum: ideo in ſatisfactionem illius datur ſacrificium pro peccato; reſtat ergo, quòd id, quod nomine damni datur, alteri detur, id eſt, ſacerdoti cui illatum eſt. Dici poteſt dupliciter, vno modo, quod daretur hoc totum,id eſt, tantumdem,& quinta,& etiam aries pro peccato Deo: ſed ſacrificium propriè dabatur Deo: quia erat ad honorem, & erat in ſatisfactionem offenſæ, tantundem autem, & quinta pars, quia erant precium quoddam dabantur Sanctuario, & cedebant in eius vtilitatem. Et hoc modo dicendum ad auctoritatem ſupra 5.capite, quæ videtur eſſe præcipua, quod da-

I bunt ſacerdoti quintam, & tantumdem, vt intelligatur non pro ſe, ſed pro Sanctuario: quia illa lex intelligetur per iſtam, cum ſit iſta poſterior, & addat ad illam,& hic dicitur,quod dabit ſacerdoti in Sanctuarium, id eſt,pro Sanctuario. Secundo modo poteſt dici,ꝙ iſtud tantumdem,& quinta pars,dabantur ſacerdoti,cui damnum illatum erat, & aries ſolus dabatur Deo. Et quando dicitur hic, ꝙ dabit ſacerdoti in Sanctuarium, poteſt intelligi vno modo, ꝙ dabit in Sanctuariũ, i.quando ſacerdos fuerit in Sãctuario,vt intelligatur, quòd qui ſe reum inueniebat huius delicti, ſatisfactionem debebat: & ad hoc offerre debebat arietem pro peccato ad oſtium Tabernaculi, quia ibi offerebantur omnia ſacrificia,& tunc quando offerret arietem, portabat ſecum æſtimationem, & quintam partem inſuper damni: & dabat ſimul ſa-

K cerdoti cui offerebat arietem. & ita omnia dabantur in Sanctuarium. Secundo modo quantum ad hoc adhuc poteſt intelligi, quòd dabãtur ſacerdoti in Sanctuarium.i.pro Sanctuario.ſ.quòd damni æſtimatio, & quinta inſuper pars eſſet ad vſus Sanctuarij, & nõ ſacerdotis; & hoc quando damnum datum erat in rebus ſanctificatis, quæ pertinebant ad Deum. Circa quod conſiderandum,ꝙ ſanctificata erant duplicia, vt patet ſupra ſæpè dictum,ſ.quædam, quæ ad ſacerdotes pertinebãt de partibus ſacrificiorum, & oblationum; & alia quæ pertinebant ad Deum, ſcilicet,ſanguis,qui fundebatur, & adeps qui cremabatur; & carnes quædam aliquorum ſacrificiorum. Quando autem delinquebant populares circa carnes Sacerdotibus debitas,quæ erant ſanctificatæ,quia Deo erat facta offenſa, offerebatur ei aries pro peccato: & quoniam Sacerdotibus erat damnum datum,ſoluebã-

Duplicia erãt ſanctificata.

tur eis

tur eis æſtimatio damni, & inſuper quinta pars. Quando A autem vſurpabantur à popularibus ea, quæ erant conſecrata Domino, & cedebāt ei, totum debebatur ei, ſcilicet, aries pro peccato, quia contra eum fuit commiſſa offenſa, & æſtimatio damni cum quinta parte, quia ei datum eſt damnum eo modo, quo dici poteſt damnum datum eſſe Deo; ſed quia Deus non poteſt recipere precia rerū, quia neque illis indiget, Pſal. 15. Bonorum meorum non eges, iubebat dari Sanctuario, quod loco Dei erat: ſicut quādo factum eſt fœdus inter Iſraelitas, & Deum, fuſus eſt ſanguis aſpergēdo ſuper populum, & debebat aſpergi quoque ſuper Deum, ſed quia Deus incorporeus eſt, & ſanguine aſpergi non poteſt, loco eius aſperſus fuit Liber legis, & Altare, vt dicitur Exodi 24. cap. & magis ad Hebr. 9. cap. & licet iſtud eſſet difficile, quod peccaret quis per ignorantiam circa carnes ſanctificatas Deo, vt dictū fuit B ſuprà: tamen non erat impoſſibile: & ita quando id accideret, fieret ſicut hic dicitur. Dicendum inter iſtas duas opiniones, quod aut erat delictum circa carnes ſanctificatas Deo, quæ in eius partem cedebant; aut circa ſanctificata, quæ cedebant in partem Sacerdotum. Si primo modo, non erat dubium, quin totū, id eſt, æſtimatio, & quinta pars debebant dari pro Sanctuario, & non Sacerdoti. Si autem delictum fuerat circa ſanctificata commiſſum, quę cedebant iuri Sacerdotis, eſt dubium an Sacerdoti deberent dari æſtimatio, & quinta pars, vel Sanctuario; & de hoc ſunt iſtæ duæ opiniones: vtraque autem ſatis poteſt ſuſtineri: ſed rationi magis conſonat ſecunda, ſ. quòd Sacerdoti detur æſtimatio, & quinta pars; & huic adhuc conſonat quod habetur Num. 5. cap. Vir, ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus acci- C dere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatū ſuum, reddent ipſum caput, quintamq. partem inſuper ei, in quem peccauerint. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit Sacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, vt ſit placabilis hoſtia. Et ſic apparet, quod quandocunque conſtat de eo cui damnum datum eſt, ſemper debet ei fieri reſtitutio æſtimationis, & quintæ partis; & Deo debet dari aries pro peccato. Si autem nō conſtaret cui erat res debita, dabatur Deo æſtimatio, & quinta pars: non quidem vt cederet in vſus Sanctuarij, ſed vt eſſet Sacerdotum; ſed in præſenti quando deliquerat quis circa ſanctificata, quæ pertinebant ad Sacerdotem, conſtabat cui erat damnum illatum, ideo ei debebat dari æſtimatio, & non Sanctuario; niſi fortè diceretur, ꝙ D aliquis eſſet ſibi conſcius, quod comediſſet de ſanctificatis, & neſciret cuius Sacerdotis illa fuerant, debebat offerre arietem pro peccato, & dabat Domino æſtimationem, & quintam partem, quia non erat, qui reciperet; & ſic dicebatur dari in Sāctuarium: & poſtea cum ſemel pertineret ad Sanctuarium, volebat Deus, quod cederet Sacerdotibus; & ita concordabit littera iſta, cum illa quæ habetur Numeri, 5. cap. Tenendo autem poſitionem aliā, diximus, quod qui delinquebat in ſanctificatis pertinentibus ad aliquem Sacerdotem ſpecialiter, non dicebatur damnum illi dediſſe, ſ. Sanctuario, vel Deo, in cuius dedecus vſurpabantur ſanctificata à perſonis illegitimis; & ideo etiam ſi conſtaret de Sacerdote, ad quem ſanctificata pertinuerant, nō erat illi reddenda æſtimatio, ſed Sanctuario, ſiue Deo: & tunc faciebat Deus, quod illa perti- E tinerent ad Sacerdotes, quia non relinquebantur in vſum Sanctuarij; & hoc etiam modo concordabit littera iſta, quæ dicit, quod dabitur Sacerdoti in Sanctuario, cum illa littera, quæ habetur ſupra, 5. cap. ſcilicet, quod dabitur Sacerdoti: non, ſcilicet, illi cuius erant ſanctificata, ſed ei cuius manibus cōtingit iſta offerri, vt dicitur 5. cap. Num. Vel fortè diuidebatur inter omnes Sacerdotes, de quo ibi declarabitur. *Nec contaminabunt ſanctificata filiorū Iſrael.* Hoc poteſt legi dupliciter: vno modo per modum præcepti: alio modo indicatiuè. Primo modo eſt ſenſus, nec contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael, id eſt, caueāt ne contaminent. Fiet autem iſta contaminatio, quando illicitè comeduntur. Alio modo poteſt intelligi indicatiuè, ſcilicet, nec contaminabunt ſanctificata filiorū Iſrael, id eſt, ſi aliquis quando comederit de ſanctificatis, quę nō

Duplex litteræ expoſitio.

licet, per ignorantiam, dederit tantundem, & quintam partem, non cōtaminabuntur ſanctificata filiorum Iſrael. Si autem non fuerit iſta pœna ſoluta, cum compertū fuerit, quod aliquis per ignorantiam comedit, iam contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael. Dicuntur autem contaminari ſanctificata, non quidem quod ipſa in ſe contaminationem recipere poſſint, cum ſint res inanimatæ, niſi quis fortè poneret ea in loco immundo, quia ibi eſſet realis contaminatio, ſed dicuntur cōtaminari, id eſt, contemni, quando à nobis tanquam vilia, & contemptilia reputātur: ſic patet Malach. cap. 1. cum dicitur: Magnum eſt nomen meum in gentibus dicit Dominus exercituum. Et vos polluiſtis illud in eo, quod dicitis: menſa Domini contaminata eſt: & id quod ſuperponitur, contemptibile eſt cum igne, qui illud deuorat. Dicuntur autem ſanctificata non contaminari, ſed honorari, quando tenentur in ea reuerentia, qua teneri iuſſa ſunt, & comeduntur ab eis dumtaxat, quibus hoc permiſſum eſt. Si verò ſanctificata irreuerenter tractantur, & comeduntur ab aliis, quàm quibus iuſſum ſit, iam polluta ſunt, quia à nobis nihil reputantur. Sic autem eſt ſi aliquis per ignorantiam comederet de ſanctificatis, & nondum conſtaret, an comediſſet de ſanctificatis, & propter hoc non ſubiret aliquā pœnam, non erant adhuc cōtaminata ſanctificata: quoniam ignorabatur aliquid contra ea fuiſſe illicitè perpetratum. Si autem aliquis per ignorātiam comediſſet, quamquam ibi non eſſent ſanctificata contaminata, ſi tamen poſtea cognoſceretur, quod erant ſanctificata, niſi pœna impoſita ſolueretur, cōtaminabantur: quia hoc erat ac ſi voluntariè ab eo cui non licebat, comederentur; & hoc Deus vetat hic, ſcilicet, ne contaminentur ſanctificata filiorum Iſrael, id eſt, poſtquam cognitum fuerit de aliquo, quod comederit ſanctificata illicitè, condēmnabitur ad hanc pœnam, vt non contaminentur filiorum Iſrael ſanctificata. Vel ſi legatur indicatiuè, dicitur quod contaminabuntur ſanctificata filiorum Iſrael, ſcilicet, ſi quando cognouerint aliquem comediſſe illicitè de eis, eum ad pœnam diffinitiuam condemnauerint. Si autem condemnare contempſerint, iam ſacrificia polluta iudicantur. Sciēdum quod iſta littera vel poteſt referri ad populares, vel poteſt etiam referri ad Sacerdotes. Referendo ad populares, eſt ſenſus, non contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael, id eſt, caueant populares, ne comedant de ſanctificatis, cum eis non liceat: vel non contaminabunt ſanctificata, id eſt, ſi ipſi populares comederint de ſanctificatis per ignorantiam, & poſtea cognoſcentes pœnam impoſitam ſoluerint, non contaminabunt ſanctificata, quia iſto modo tenentur in reuerentia, quæ iuſta eſt. Si autem cum cognouerunt, pœnam ſoluere neglexerint, iam contaminabunt ſanctificata, cum non exiſtiment ea alicuius reuerentiæ.

Quid ſit contaminari ſanctificata.

Alio modo poteſt referri ad Sacerdotes, ſcilicet, quod non cōtaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael, id eſt, caueant ne contaminent permittendo popularibus, quod comedant de illis: quoniam tunc magis ipſi Sacerdotes commaculant ſanctificata, quam populares, cum in eorum poteſtate ſit, quod ſæculares abutantur ſanctificatis, vel non abutantur. Vel alio modo, non contaminabunt ſanctificata, ſcilicet, Sacerdotes, ſi quando ipſi cognouerint, quod aliquis comedit de ſanctificatis per ignorantiam, compellunt eum ad ſoluendum pœnam à lege diffinitam. Si tamen iſtam pœnam contempſerint imponere, iam contaminant ſanctificata, non arbitrantes ea aliquid eſſe. Et quamquam iſta littera poſſit exponi tam de Sacerdotibus, quam de popularibus, conuenientius tamen exponitur de Sacerdotibus, quia dicitur: & non contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael, quia filij Iſrael vocantur populares, prout diſtinguuntur contra Sacerdotes. Si autem iſta littera accipienda foret de popularibus, diceretur, & non contaminabunt ſanctificata, ſed non adderetur ibi filiorum Iſrael, quoniam iſti qui contaminant ſanctificata, neceſſariò ſunt diſtincti ex littera à filiis Iſrael, ſcilicet, à popularibus; ſignificando ergo ſolos populares, diceretur præcisè, & non contaminabunt ſanctificata, vel diceretur: & non contaminabunt ſanctificata ſua, ſcilicet, ea, quę ſanctificauerunt ipſi,

& obtulerunt Domino; ſed referendum eſt ad Sacerdotes,& ipſi contaminant ſanctificata filiorum Iſrael,inquantum permittunt populares comedere de illis: vel poſtquam comederunt eos non puniunt. Et ſic id quod filij Iſrael ſanctificāt Domino offerentes, Sacerdotes cōmaculant,illud comedi inhoneſtè permittentes; vel eos qui comederint, poſtquā cognouerint,comediſſe,non punientes. *Sanctificata filiorum Iſrael, quæ offerunt Domino.* Dicuntur ſanctificata filiorum Iſrael,quæ ipſi ſanctificāt, id eſt, Domino applicant: quoniam ſanctum idem eſt, quod Domino applicitū. Et declaratur quomodo ſit hoc, cum dicitur: Quæ offeruntur Domino, ſ. quod per oblationem iſta ſanctificatio fit. Alij autem modi ſunt ſanctificationis,ſ.per votum,& per donationem, vt ſupra dictū eſt: nam quamquam nō ſit facta oblatio Domino,tamen per donationem,& votum erit facta renunciatio proprietatis, & applicatio rei ad Deum; & hoc eſt ſanctificare. *Ne fortè ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, cum ſanctificata comederint.* Senſus litteræ huius pendet ex ſuperiori, & ſicut ſuperior exponebatur indicatiuè, vel præceptiuè,ita iſta poteſt intelligi. Si enim littera ſuperior intelligatur præceptiuè, tunc eſt ſenſus, quod caueant filij Iſrael ne contaminent ſanctificata, & hoc ne fortè moriantur ſuſtinētes pęnam pro peccato ſuo, poſtquam comederint ſanctificata. Si autem legatur littera ſuperior indicatiuè,eſt ſenſus,ne contaminent ſanctificata filiorum Iſrael, id eſt, facientes ſic, ſicut ſupra dictum eſt, non contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael, quia ſi fortè cōtaminauiſſent nolentes imponere pœnam eis,qui comederūt, morerentur. Accipitur hic delictum dupliciter, vno modo pro omni peccato generaliter,ſiue ſit in committendo,ſiue in omittendo; & tunc poteſt referri ad vtrumque ſenſum ſupra poſitum, ſcilicet, ſi Iſraelitæ comedunt ſcienter de ſanctificatis: tunc enim ſuſtinebunt pœnam peccati ſui, quia morientur,& iſta commiſſio vocatur hic delictum. Vel poteſt accipi delictum pro omiſſione, quod eſt proprium ſignificatum; & tunc eſt ſenſus, quòd Iſraelitæ ſi comederint ignorantes de ſanctificatis; & poſtea cognoſcentes ſe peccaſſe non curant ſoluere pęnam diffinitam, delinquunt, quia omittunt agere id, ad quod obligabantur. Idem autem ſi Sacerdotes omittant punire Iſraelitas peccantes in comeſtione ſanctificatorum: vel ſi ignorantes fuerint,& poſtea cognouerint, eodem modo ſi poſtea pœnam non imponant: pro quolibet enim horum mors infligi poſſet; ideo cauere debebant Iſraelitæ. *Ne fortè ſuſtineant iniquitatem.* Ponitur ſub dubio: quia Deus non ſemper puniebat iſta peccata inflictione mortis,quāquam mortem mererentur: ſed aliquando puniret cum ei viſum foret. *Iniquitatem delicti ſui.* Dicitur iniquitas delicti, id eſt,pęna debita pro delicto, propriè autem iniquitas ipſa culpa eſt,& ſignificat factum ex malitia: & in hoc habet ſpecialem rationem peccati. *Cum ſanctificata comederint.* id eſt, cum Iſraelitæ comederint de ſanctificatis volentes, moriebantur: vel ſi Sacerdotes permiſiſſent, quod Iſraelitæ comedant de ſanctificatis, ipſi morientur cum Iſraelitis, poſtquam Iſraelitæ comederint. Vel ſi Iſraelitæ ignorantes comederint, & poſtea cognoſcentes ſe comediſſe, non ſatisfecerint, morientur; cum comederint,id eſt, poſtquam comederint, & non ſatisfecerint; vel ſi Sacerdotes ſciuerint Iſraelitas comediſſe ignoranter de ſanctificatis,poſtea verò cognouiſſe, & eos ſine pœna reliquerint etiam ipſi morientur,cum ſanctificata comederint,id eſt,cum non correxerint Iſraelitas comedentes ſanctificata. *Ego Dominus qui ſanctifico eos.* id eſt, faciant Iſraelitæ iſta, quæ dixi: quia ego qui iubeo hæc fieri, ſum Deus qui iubeo eos eſſe ſanctos, vel mundos: ſanctificare enim non accipitur hic, pro facere ſanctum, vel mundum, ſed pro iubere eſſe ſanctum: ſicut in ſuperioribus declaratum fuit.

Delictum dupliciter accipitur. — *Iniquitas delicti, quid ſit.*

Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad Aaron & filios eius, & ad omnes filios Iſrael, diceſq. ad eos: Homo de domo Iſrael, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationē ſuā, vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, quidquid illud obtulerit in holocauſtum Domini, vt offeratur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus,& ouibus, & ex F *capris. Si maculā habuerit,non offeretis,neque erit acceptabile. Homo qui obtulerit victimā pacificorū Domino,vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, tam de bobus quam de ouibus,immaculatum offeret,vt acceptabile ſit: omnis macula non erit in eo. Si cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi papulas, aut ſcabiem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino; nec adolebitis ex eis ſuper Altare Domini. Bouem & ouem, aure & cauda amputatis voluntarie offerri poteſt,votum autem ex his ſolui non poteſt. Omne animal,quod vel contritis,vel tuſis vel ſectis, ablatiſq; teſticulis eſt, non offeretis Domino, & in terra veſtra hoc omninò ne faciatis. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro, & quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta,& maculata ſunt omnia: non ſuſcipietis ea. Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen,dicens: Bos,ouis,et capra cū genita fuerint, ſeptem diebus erunt ſub vbere matris ſuæ: die* G *autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino. Siue illa bos, ſiue ouis; non immolabuntur vna die cum fœtibus ſuis. Si immolaueritis hoſtiam pro gratiarum actione Domino, vt poſſit eſſe placabilis, eodem die comedetis eam, non remanebit quidquam in mane alterius diei. Ego Dominus. Cuſtodite mandata mea, & facite ea. Ego Dominus. Ne polluatis nomen meum ſanctum, vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael. Ego Dominus qui ſanctifico vos,& eduxi de terra Aegypti,vt eſſem vobis in Deum, Ego Dominus.*

Animal oblatum debet eſſe de maſculis,et mūdis. — *Animal caſtrati nō poteſt offerri.*

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen,dicēs. Hic ponitur ſecūdum principale huius c. ſ.de adminiſtratione circa ea, quæ ſanctificāda erāt,i.qualiter habere ſe debeant Iſraelitæ circa ea, quæ ſanctificāda erāt, ſ.circa ea, quæ debebant offerri,an eſſent licita, vel illicita. *Loquere ad Aaron* H *& filios eius,& ad omnes filios Iſrael diceſq; ad eos.* Hic ponuntur perſonæ,ad quas dirigitur iſta lex, ſ. ad Sacerdotes, & ad populum, ſed principalius pertinet ad Sacerdotes: eſt.n. iſta lex communis Sacerdotibus,& popularibus,quia tam Sacerdotes,quàm populares offerunt Domino oblationes de facultatibus ſuis. & quia ad offerentes pertinet inquirere de munditia, vel immunditia animalium immolādorum: ad vtroſque debet dirigi iſta lex, quæ de hac munditia agit: principalius tamen ad Sacerdotes, quam ad filios Iſrael pertinet: quoniam ad Iſraelitas ſolum pertinet ex vna parte. ſ. inquantum ſunt offerentes: ad Sacerdotes aūt dupliciter pertinet. Primò in eo, ꝙ ipſi volunt offerre,ſicut populares. Secundò, quia Sacerdotes debent ab aliis recipere animalia immolāda & iudicare de eis,an munda, vel immunda ſint, & ſic ea I recipere,vel excludere. *Homo de domo Iſrael.* Hic ponitur lex, quæ communis eſt iam eis, qui nati ſunt in Iudaiſmo, quam illis, qui ex Gentilibus aduenerunt. Et primò dicitur obligari per iſtam legem homo de domo Iſrael.i.homo natus de progenie Iacob,& hoc ſiue de ſacerdotibus, ſiue de popularibus, aut de Leuitis, nulla enim differentia in his eſt. *Et de aduenis qui habitant apud vos,* id eſt,etiam obligantur ad hanc legem aduenæ. Non vocantur hic aduenæ ipſi, qui veniebant de Gentilibus ad morandum inter Iudæos cauſa negotiationis exercendæ,aut propter alterius rei gratiam, ſcilicet, terræ vbertatem: propter has enim homines ſolent mutare ſedes; nam nulli tales aduenæ inter Iudæos permittebantur, ſed omnes quotquot venirent ad habitandum inter Iudæos, compellebantur accipere ritum Iudaicum: K & iſtos vocat Scriptura aduenas,quia relicta terra ſua,& cultu Deorum ſuorum, venerant ad colendum verum Deum Iudæorum. Iſti autem circumcidebantur, ſicut ceteri Iudæi, & tunc licebant eis ea, quæ licebant aliis Iudæis,ſcilicet,comedere Paſcha, vt patet Exodi 12.cap.

Item obligabantur ad faciendum omnia,quæ faciebāt alij Iudæi,vt patet ad Galat.cap.5.cum dicitur: Si circūcidimini,Chriſtus vobis nihil prodeſt: & iterū. Ego Paulus teſtificor omni homini circumcidenti ſe,quòd vniuerſæ legis faciendæ debitor ſit; ad hos ergo ſicut ad Iſraelitas lex proferri debet de obſeruatione cæremoniarum in offerendo. *Qui habitant apud vos.* ſcilicet, quòd iſti aduenæ habitant apud Iſraelitas, id eſt, in terra eorum: quoniam veniebant de terra ſua, vt habitarent inter Iſraelitas, & colerent Deum eorum. *Qui obtulerit oblationem ſuā.* Hic ponitur determinatio oblationum quantum ad ſexum;

Quid obſeruandū ſit pro eis, quæ ſunt offerenda. — *Determinatio oblationū quantum ad ſexū.*

Determinatione oblationũ quantum ad ſexũ.

ſexum; & hoc in quibuſdam oblationibus, ſ. in holocauſtis, quoniam iubetur offerre pecora maſculina. Ponitur autem hic oblatio generaliter pro oblatione, quæ eſt holocauſtum, & quæ eſt hoſtia pacifica, & quæ eſt pro peccato; & tamen ſolum agitur immediatè de holocauſto: deinde verò de hoſtia pacifica. *Vel vota ſoluens, vel ſponte offerens.* ſcilicet, ſi Iſraelita vouit Domino dare vnum animal ad holocauſtum, compellebatur dare maſculinum: idem ſi offerret ſponte holocauſtum. Iſtis enim duobus modis poteſt holocauſtum offerri: & ſequitur infra, quòd erit maſculus immaculatus.

An obligaretur ſemper ſoluere maſculum in holocauſtum, qui vota ſoluebat, vel ſponte offerebat. Et de diuerſitate votorum quomodo aliqua eſſent determinata, alia indeterminata. Quæſt. XVIII.

CIRCA hoc eſt quærẽdum quomodo dicatur, quòd ſi aliquis ſoluerit vota, debet offerre maſculũ in holocauſtum: quoniam primò videtur, quòd non obligetur aliquis offerre maſculum: quia tunc daretur, ꝙ nũquam offerretur femella: ſed hoc falſum eſt: quia aliquando offerebantur femellæ, vt patet ſup. 3. & 4. c. Item non videtur conuenienter dictum, ſ. quod qui vouerit quando vota ſoluerit, debet offerre holocauſtum: nam videtur, ꝙ poſſet aliquis offerre hoſtias pacificas, vel pro peccato. Reſpondendum eſt ad primum, quãdo dicitur, quòd qui offert ſoluendo vota, debet offerre maſculum. Non enim eſt intelligendum, quòd iſta vota ſint indeterminata, vtpote ſi aliquis dicat: ego voueo Deo vnũ animal, aut voueo Deo aliquid offerre, ſed intelligitur determinatio mo- C di oblationis, ſ. an dicatur: ego voueo Deo offerre holocauſtum, vel hoſtias pacificas, vel ſacrificium pro peccato; ſed intelligendum, quòd fuerit factum votum cum determinatione certi ſacrificij, vtpote, quòd dicat: ego voueo hoſtiam pacificam, vel pro peccato, vel in holocauſtum. Si enim primo modo indeterminatè voueretur aliquid, erat ſoluendum iuxta voluntatem offerentis, vt ſi diceret: voueo Domino vnũ animal, poterat offerre vnum quodcumque voluiſſet, dum tamen eſſet de immolaticiis. Sed ſecundo modo cum dicitur, offero Domino vnũ animal in holocauſtum, determinatur ad certum ſexum: quia quamquam non dicat animal maſculinum, vel femininum, tamen intelligitur, quòd erit maſculinum, & non poterit offerre niſi maſculinum, quia inducitur hoc ex lege holocauſti, ſcilicet, quòd ſemper offerantur ma- D ſculi, de quacumque ſpecie animalium offerantur, vt patet ſupra, 1. cap.

Quæretur, quid ſi aliquis offerat vouens feminam in holocauſtum, dicens: ego voueo iſtam ouem, vel iſtam capram in holocauſtum.

Reſpondetur, quòd iſtud votum ſtare nõ poterat, quia erat contra legem: determinabat enim lex ſemper in holocauſtis eſſe maſculos offerendos; ideo cum in voto iſto conſtet vouentem voluiſſe facere holocauſtum, quod repugnat legi, & ſe ad hoc aſtrinxiſſe per votum: modus explendi holocauſtum iam non dependebat ex voluntate vouentis, ſed ex determinatione legis: & quia lex iubet maſculum offerri in holocauſtum, quamquam iſte vouerit feminam, quia tamen holocauſtum vouit, cogetur offerre maſculum, quem lex iubebat offerri.

Ad alterum autem argumentum, quando dicebatur, quòd qui ſimpliciter vouit, non obligatur magis ad holocauſtũ, quàm ad victimas pacificas, quàm ad ſacrificium pro peccato: ſed hic ponitur, quod ſoluens vota, debebat offerre maſculum in holocauſtum.

Reſpondendum eſt, ſicut ſupra dicebatur, quòd qui offerebat, ſicut hic dicitur, primò determinans ſe quantum ad genus ſacrificij, ſ. quo ad holocauſtum, ſed non quantũ ad ſexum animalis, vt ſi diceretur voueo offerre vnũ animal in holocauſtũ: tunc enim quia lex determinabat animalia immolanda in holocauſto, quamquam vouens non exprimat ſexum, intelligitur: lex tamen determinat nos magis ad vnum modum obligationis, quàm ad alterum; ideo ſi aliquis voueat abſolutè dicens: ego voueo offerre Deo vnum animal; non magis tenetur ad maſculum,

A quàm ad feminam; nec magis ad holocauſtum, quàm ad victimas pacificas, quàm ad hoſtias pro peccato, ſed erat liberum offerre, quod voluiſſet vouens. Idẽ ſi vouerit aliquis dicens: ego voueo vnum animal maſculum, nihil vltra adderet: non intelligebatur magis de holocauſto, quàm de aliis generibus ſacrificiorum. Si autem voueatur holocauſtum, etiam ſi nõ vouebatur aliquod animal, intelligitur eſſe promiſſum animal maſculinum; vtpote, ſi aliquis dicat, voueo holocauſtum, nihil vltra dicens: tunc enim erat obligatus ad offerendum maſculum, quia omne holocauſtum de animalibus fit, & tunc aut fit de auibus, aut de quadrupedibus, ſi fiat de auibus, fiet eo modo, quo dicitur ſupra, 1. cap. ſcilicet, de turturibus, aut pullis columbæ. Si autem de quadrupedibus, offerretur neceſſariò maſculus de bobus, vel ouibus, aut B capris, quia in his tribus fiebat ſolum holocauſtum; Si autem aliquis voueret facere holocauſtum, nihil vltrà exprimens, non obligabatur determinatè offerre de arietibus, vel capris, aut bobus. Si autem eſſet determinatio, illud erat ad quod obligabatur. ſed in indeterminatis erat electio ipſius vouentis. *Vel ſponte offerens.* Dicitur hic, ꝙ ſponte offerens debebat in holocauſtũ offerre maſculum immaculatum. Hic poſſent fieri argumenta, quæ ſupra fiebant, ſed iam ad ea reſponſum eſt.

Sed adhuc aliquis dicet, quòd inconuenienter dicitur, debere offerri ſemper maſculum immaculatum in holocauſtum in ſpõtaneis ſacrificiis: nam præter holocauſtum erat victima pacifica, & ſacrificiũ pro peccato. Si autem hoc ſtaret; daretur, ꝙ nũquam haberet locum ſacrificium pro peccato, & victima pacifica, quia omne ſacrificium, C aut eſt voluntarium, quod vocatur ſpõtaneum, aut eſt neceſſariũ, quod vocatur votiuum. Sed dicitur, quòd ſi aliquis offert ſacrificium vota ſoluens, vel ſpõte offerẽs, debet offerre holocauſtum, & ſi aliquis offerat ſacrificium ſponte offerens, debet offerre holocauſtum; ergo non manebat locus pro ſacrificio pacifico, vel pro peccato. Reſpondendum eſt, quòd ſacrificia erant tria, & cuilibet erat licitum offerre, quod maluiſſet de eis. Cum autem dicitur hic, quòd ſpontè offerens, vel vouens offert holocauſtum dans animal maſculinum. Dicẽdum eſt: quòd non eſt iſte ſenſus, nec ordo litteræ; ſed intelligitur, quòd omnis homo offerens holocauſtum, ſiue illud offerat ex voto, ſcilicet, quòd vouerat holocauſtum, ſiue ex voluntaria operatione, debet offerre maſculum. Si tamen accipiatur offerens per ſe, ita vt dicatur, qui offert D aliquid ſponte, vel ex voto, debet offerre holocauſtum, & animal maſculinum: falſum eſt; & hoc ſignificat littera cum dicitur, qui obtulerit oblationem ſuam, vel vota ſoluens, vel ſpontè offerens, quicquid illud obtulerit in holocauſtum maſculus erit, i. quicquid offerre voluerit ad holocauſtum, erit maſculus: & non dicitur, quidquid obtulerit, erit holocauſtum, & maſculus. *Quidquid illud obtulerit in holocauſtũ Domini.* Hic declaratur quomodo iſtud votum non erat indeterminatum, ſed limitatum ad ſpeciem ſacrificij, quia dicitur quidquid: quia ſiue maſculum ſiue feminam aliquis vouiſſet, tenebatur ſemper maſculum dare, & ſic exigit lex holocauſti, & ſic patet quæſtio, quę ante proponebatur, ſi aliquis vouiſſet feminã in holocauſtum, & dicitur, quod quidquid obtulerit, id eſt, ſiue ſit maſculinum, ſiue femininũ, ꝙ offerens vouerit, & of- E fere voluerit, ſemper dabitur maſculus. Alio modo etiam accipitur quidquid illud obtulerit, id eſt, de quacumque ſpecie: quoniam fiebat holocauſtum de tribus ſpeciebus, ſcilicet, de bobus, ouibus, & capris, vt patet ſup. 1. cap. & hic. Si ergo aliquis diceret, voueo offerre holocauſtum de capris, vel arietibus, aut bobus: ſemper maſculus eſſe debebat. *In holocauſtum Domini.* Hic determinatur genus ſacrificij quantum ad ipſum offerẽtem, ſcilicet, holocauſtum: ita ꝙ ipſe offerens vouerit aliquid in holocauſtum, quod patet: quia dicitur, quidquid illud obtulerit in holocauſtum Domini, id eſt, ad holocauſtum. *Vt offeratur per vos.* Loquitur Moyſes ad Sacerdotes, ſcilicet, quod ipſi offerebant ſacrificia Iſraelitarum. Sed dicet aliquis; quomodo hic dicitur, quod Sacerdotes offerunt; cum dicatur ſupra immediatè, quod Iſraelitæ offerunt, & refertur ad eandem rem oblatam, ſcilicet, quidquid of-

Quæ ſunt hoſtiæ ſpõtaneæ requirẽtes maſculũ.

ferre voluerit Iſraelita, & hoc, vt per vos offeratur; & ſic circa eandem rem vtrique attribuitur oblatio. Dicendum eſt, quod quælibet res oblata bis offeratur. Primò enim offerebat eam vulgaris ſacerdoti præſentans eam in Sanctuario; deinde offerebat eam Sacerdos corā Domino in oſtio Tabernaculi, & faciebat cęremonias eius; immolando, & cremando, ꝙ ſuper altare cremandum erat. De prima oblatione dicitur, ſ. quicquid obtulerit in holocauſtū, ſcilicet, popularis. De ſecunda dicitur immediatè, vt per eos offeratur, ſ. quod ipſi Sacerdotes poſtea offerebāt Domino, cum accepiſſent ab Iſraelitis. *Maſculus immaculatus erit.* Hic ponitur determinatio ſexus animalis in holocauſto, ſcilicet, quod ſemper erit maſculus: femina autem offerri nunquam poterat in holocauſtum.

An ſacrificium ſpontaneum pertineret ad vnum genus, ſcilicet, holocauſtorum, vel omnia ſacrificia poſſent eſſe ſpontanea, vel votiua. Quaſt. XIX.

ALIQVI arguunt contra hoc quod in hoſtiis ſpontaneis non ſemper offeratur maſculus; quia hoſtię pacificæ ſunt ſpōtaneæ, vt habetur ſupra cap. 7. & tamen in eis licebat offerri maſculum, vel feminam indifferenter? Reſpondendum, quod non dicitur ſecundum eos ſpōte offerre, qui pro aliqua cauſa ſpeciali offert; ſed gratis, hoſtiæ autem pacificæ fiebant, vel pro beneficiis ſpecialiter ſuſceptis à Deo, vel pro petitis, vt ſuſciperentur ad hoc quod aliqua naturalis obligatio induceretur, quæ nō cauſatur in nō ſuſcipiente talia, ideo pacifica oblatio propriè ſpontanea non dicitur, niſi largo modo, prout omnes oblationes præter votiuam ſpontaneæ dicebantur, & præter illam, quæ pro peccato eſt; illa verò oblatio, quæ ad ſolum Dei honorem dirigebatur, & non ex aliqua alia cauſa, ſpontanea dicebatur. Vnde holocauſtum erat, quod ad ſolam Dei laudem offerebatur, in hoc ſoli maſculi offerebantur, vt patet ſupra, 1. cap. & ſic eſt intentio iſtorum, quod ſolum dicitur hoſtia ſpontanea holocauſtum.

Sed hoc nō ſtat: nam ſi ideo dicant hoſtiam pacificam non ſpontaneam: quia pro aliqua cauſa eſt: eodem modo dicent hoſtiam holocauſti eſſe non ſpontaneā; quia eſt ad remiſſionem peccatorum proficiēs, vt patet ſupra, 1. c. Sed ipſi vocant eam ſpontaneam; ergo non poteſt ſtare. Item littera diſtinguit hic omnia ſacrificia per duo membra oppoſita, ſcilicet, an eſſent votiua, quod eſt eſſe neceſſaria; an ſpontanea, quod eſt eſſe totaliter voluntarium; ergo oportet, quod non ſolū per iſta duo membra intelligatur holocauſtum, ſed etiam intelligantur omnia alia ſacrificia. Iſti tamen obligant ſe ad hoc propter non intelligere litteram: exiſtimant enim quòd omnis oblatio votiua, & ſpontanea debeat habere maſculum, ſcilicet, quòd quandocumque aliquis vouerit animal, etiam ſi nihil exprimat vltra, debet dare maſculum: & quādocumque fecerit ſacrificium ſpontaneum, cogatur offerre maſculum; ſed hoc eſt, quia non intelligunt litteram. Nam ſi ideo dicunt ſemper offerendum eſſe maſculum, quandocumque eſt ſacrificium votiuum, vel ſpontaneum; ita dicent, quòd omne ſacrificium erit holocauſtum; quoniā dicitur, quod quicquid vouerit, vel ſpōte obtulerit in holocauſtum Domini, &c. Sed falſum eſt, quia præter holocauſtum ſunt alia ſacrificia. Dicendum ergo, quod hic non intelligitur de omni ſacrificio votiuo; quoniam tunc daretur, quòd nullus poſſet vouere niſi maſculum, quod erat tollere libertatem in vouendo, & nimis diſtrahere homines à cultu Dei. Item valde irrationabile eſt: quoniam quando aliquis offerret ſacrificium pacificum, poterat offerre femellam, vt patet ſupra, 3. cap. ergo ſi voluiſſet offerre aliquis ſacrificium, poterat offerre femellā. Et ſic non erit omne ſacrificiū votiuum de maſculis; alioquin dabitur, quòd nemo poſſit vouere ſacrificium pacificū, quod eſt abſurdum: quoniam ſi poſſet vouere illud, poſſet vouere femellam. Vel dabitur, quòd ſi aliquis vouerit pacificum ſacrificium, non poſſit reddere pacificū, ſed holocauſtum, quod adhuc abſurdius eſt. Patet conſequentia; vt ſi aliquis vouit ſacrificium pacificum ſecundum cæremonias eius, dando femellā ſatisfacit, & tamen

F ſi vouendo obligatur dare maſculum, dabitur quòd non permaneant iam cæremoniæ liberæ ſacrificij pacifici, ſed cogatur vouens ad alias cæremonias, quæ non ſunt ſacrificij pacifici.

Ideo dicendum, ꝙ non accipitur ſacrificium votiuum pro omni votiuo: poteſt enim quis vouere holocauſtum, vel pacificas victimas, vel pro peccato: ſed accipitur ſacrificium votiuū cum determinatione, ſcilicet, quòd aliquis vouerit facere holocauſtum, & tunc dato quòd non determinauerit animal, neceſſarium eſt vt offerat maſculum, non ex natura voti, ſed ex lege holocauſtorum: ipſa enim ſemper requirunt maſculum, vt patet ſupra 1. c. Similiter autem de ſacrificiis ſpontaneis dicēdum eſt, quòd in omni genere ſacrificiorum poteſt eſſe aliquid ſpontaneum, vt quòd ſit aliquod holocauſtum ſpontaneum, &

G aliqua hoſtia pacifica ſpōtanea, ſimiliter & aliqua victima pro peccato, quanquam ſacrificia pro peccato fuerint determinata ſecundum certa genera peccatorum, vt patet ſupra 4. & 5. cap. & quantum ad hoc erant coacta. Poterat tamen aliquis ſpōtaneè offerre ſacrificium pro peccato; vt ſi quis non exiſtens ſibi conſcius alicuius ſpecialis peccati, pro quo teneretur offerre, offert pro peccatis ſuis in generali; erit ergo hoc ſpontaneum. Et magis adhuc patet: quoniam votiuum, & ſpontaneum opponuntur; quot modis ergo dicitur vnum, tot modis dicitur alterum ſecundum regulam Ariſt. 2. Topicor. Sed votiuum dicitur de omnibus ſacrificiis, ergo modo eodem dicitur ſpontaneum: antecedens patet: quia aliquis voueret holocauſtum, vel pacificam hoſtiam, vel pro peccato, ergo omnia iſta ſpontaneè offerre poterat. Sed in iſtis aliquan-

H do offerebantur femellæ, ergo ſpontaneum ſacrificium non erat ſemper de maſculis. Item patet hoc: quoniam tunc nunquam daretur, quòd aliquis offerre potuiſſet niſi maſculum, cum omnia ſacrificia, aut ſpontanea, aut votiua eſſent.

Sed dicendum eſt, quòd accipiatur ſpōtaneum pro eo ſolum, quod cum determinatione offerebatur: nam poterat offerre ſpontaneas hoſtias, dando femellam: ſed ſi offerre voluiſſet hoſtias ſpontaneas in holocauſtum, nō poterit dare niſi maſculum, quia ſic determinabatur ex lege holocauſtorum: & iſto modo intelligitur hic littera cum dicitur, quidquid illud obtulerit in holocauſtū Domini, id eſt, quòd iſta offerrentur pro holocauſto. Quòd autem in holocauſtis offerebatur ſolum maſculus cauſa erat; quoniam inter ſacrificia nullum erat, quod ita di-

I rectè tendebat in Deum, ſicut holocauſtum: nam ſacrificium pro peccato erat directè ad peccatorum remiſſionem. Sacrificium autem pacificum erat ad aliquid obtinendum; vel pro aliquo iam obtento; ſacrificium tamen holocauſti erat ad laudem Dei directè: Deus autem in rebus ſuis volebat perfectionem: ſexus autem maſculinus eſt magis perfectus; cùm femina appetat eſſe virum; & ſit femina ſecundum Ariſtot. vir occaſionatus; debebant ergo dari animalia maſculini ſexus: in aliis autem ſacrificiis, quæ non pertinebant ad Deum ita directè, non referebat an maſculus, vel femella offerretur. *Immaculatus erit*, id eſt, talis maſculus oblatus carere debebat omni macula: quanquam in hoc differentia erat; quia in quibuſdam ſacrificiis requirebatur magis munditia, quàm in aliis: Quæ autem eſſent maculæ quæ repellebant ab omnibus ſacrificiis; & quæ eſſent maculæ quæ repellebant à quibuſdā, & nō ab aliis, immediatè in-

K fra habetur in littera. *Ex bobus, ex ouibus, & ex capris.* Ponuntur iſta tria genera, vel modi animaliū, quia de his tribus poterat fieri quodlibet genus ſacrificij, & præcipuè ponitur in holocauſto, vt patet ſupra 1. cap. vbi declaratur de quolibet iſtorū animaliū, quomodo deberent in eo fieri cæremoniæ. Quando autem aliquis volebat vouere holocauſtum, liberum erat ſibi vouere, de quo voluiſſet. Si autem voueret indeterminatè dicens: ego voueo vnum animal in holocauſtum, quanquam neceſſarium eſſet, ꝙ offerretur maſculus ſecundum regulam, quæ data eſt hic, tamen in electione offerentis erat, an vellet dare de bobus, vel ouibus, aut capris. *Si maculam habuerit non offeretis.* Quæ autem macula eſſet, non poterat ſic diſtingui vniuerſaliter; ſed ſecundum genus ſacrificiorum vita

Nullū ſacrificium in Deum directiùs tēdit holocauſto.

diſtinguebantur diuerſi modi macularum excludẽtium, A vt patet infra. Cum autem reperiretur macula in animali, non poterat offerri; ideo ipſi qui offerebant, diligenter cauebant, ne eſſent aliquæ maculæ in animali offerẽdo: & cum ipſi inquiſiuiſſent, ſacerdotes quoque reſpicientes identidem inquirebant, ne eſſet aliquod animal maculatum, & ſi contingeret, ꝙ poſtquam animal immolaretur, reperiretur ꝙ erat maculatum, non offerebatur ſanguis eius, nec cremabatur aliquid de eo ſuper altare, & ſi forte ſanguis eſſet effuſus ad expiandum, nõ cremabantur carnes: quoniam poſtquam conſtaret animal eſſe immũdum, quicquid ſupereſſet de ſacrificio, non debebat compleri: quoniam ſi completum fuiſſet videretur volũtariè offerri id, quod maculatum erat; & hoc erat incõueniens. *Neque erit acceptabile*, id eſt, animal maculatum nõ debebat offerri; & ſi contingeret, ꝙ offerretur; Deus nõ acceptabat B illud, & non ſolum non acceptabat; immo ſi aliquis obtuliſſet, non merebatur aliquid pro oblatione; & propter hoc ipſe qui offerebat peccabat: ita ꝙ melius eſſet illi non obtuliſſe, quam offerre; de hoc hr̃ ſupra 7. c. cũ dicitur: Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti, quin potius quæcumque anima tali ſe edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. Hoc autem erat, quia tranſgrediebatur cęremonias ſacrificiorum pacificorum; & ita eſt in omnibus aliis, ꝙ quũcumque aliquis obtuliſſet aliquod aliud ſacrificium, & ſcienter in omnibus cæremoniis peccauiſſet, oblatio eſſet irrita; & præter hoc ipſe offerẽs valde peccabat. *Homo qui obtulerit victimã pacificorũ Domino*, Supra ponebatur quædam regula circa oblationes holocauſtorum. Hic ponuntur aliæ circa oblationem hoſtiæ paci- C ficorum: & ponitur hic qualis debeat eſſe hoſtia pacifica. Dicebatur autem ſecundum genus ſacrificiorum hoſtia pacifica, à pace pro qua fiebat, aut fiebat ad aliquid acquirendum; aut pro re acquiſita. Si fiebat ad aliquid acquirendum vocabatur à pace habenda: nam quando aliquis vult habere aliquid, conſiderat, ꝙ non poteſt habere niſi Deo propitio; quoniam totus gerendarum rerum ordo Deo agente diſponitur, quem ſi aliquis habeat ſibi aduerſum, non conſequetur quod intẽdit; ideo vt habeat finem intẽtum, oportet vt Deum ſibi pacificum habeat; & tũc dicitur offerri pro hoſtia pacifica, ſcilicet, vt Deus placatus ſit, & tribuat quod petitur. Aliquãdo autem aliquis acquiſiuit bonũ, quod intendit, & tunc quia hoc fieri non poterat niſi Deo dirigente, pro tali bono accepto hoſtia pacifica offerebatur, & iſta dicitur ad gratiarũ actiones. D iſta autem hoſtia pacifica diſtinguitur in duas, ſ. in votiuam, & in ſpontaneam, & hoc patet cum dicitur: *Vel vota ſoluens, vel ſponte offerens.* Ex hoc patet, ꝙ ſupra dicebatur, ſcilicet, ꝙ hoſtia votiua, & ſpontanea non ſemper limitabantur ad holocauſtum: ſed aliquando ad alias oblationes. Aliqui tamen dixerunt hoſtiam votiuam, & ſpontaneam ſemper eſſe holocauſtum, vt patet ex ſupra dictis, & hoc vt ponerent in omni oblatione ſpontanea, & votiua offerri maſculum ſicut offertur in holocauſto. Sed falſum eſt, quoniam hic eodem modo diſtinguitur circa hoſtiam pacificam: nam ſicut ſup. dicebatur, holocauſtũ aliquando eſſe ſpontaneum, & aliquãdo votiuum: ita de hoſtia pacifica dicitur, ꝙ aliquãdo ſit ſpontanea, & aliquando votiua, & ſic non eſt aliqua differentia in holocauſto, & victima pacifica, quantum ad hoc, ꝙ eſt eſſe ſponta- E neum, vel votiuum. Quod autem diſtinguatur hoſtia pacifica per votiuum, & ſpontaneum, tanquam per duas partes ſuas, apparet: quia dicitur hic, qui obtulerit victimam pacificorum vota ſoluens, vel ſponte offerens, ergo victima pacifica aliquando offerebatur ſoluendo vota, & aliquando offerendo ſponte. Et ſi aliquis adhuc velit proteruè inſiſtere dicens, ꝙ non diuiditur hic hoſtia pacifica per votiuam, & ſpontaneam, ſed ſunt iſta tanquam tres partes inter ſe diſtinctæ ita, ꝙ diſtinguatur hoſtia pacifica a votiua, & ſpontanea. Dicendum eſt, ꝙ non poteſt ſtare: quia ſup. 7. c. vbi agitur dũtaxat de hoſtia pacifica, diſtinguitur per ſpõtaneam, & votiuam, ꝙ patet: quia dicitur, hæc eſt lex hoſtiæ pacificorũ, quæ offertur Dño: ſi pro gratiarum actione fuerit oblatio, offerẽt panes, &c. & poſtea dicitur, ſi voto, vel ſpontè quiſquã obtulerit hoſtiam,

Hoſtia pacificæ diſtinctio.

eadem ſimiliter die comedetur: ſed ſi quid in craſtinũ remanſerit, veſci licitũ eſt. Ecce qualiter diſtinxit hoſtiã pacificam in votiuam, & ſpontaneã. Et ſi aliquis dicat, ꝙ iſta diſtinctio non ponitur ibi de hoſtia pacifica, ſed de aliqua alia hoſtia incidẽtaliter, non poteſt ſtare: quia littera immediatè declarat. In littera namque præallegata dicebatur, ꝙ comederetur hoſtia ſpontanea, vel votiua in primo, vel in ſecundo die, & ꝙ non comederetur in tertio, immediatè autem ſequitur eadem ſententia, & dicitur, ſi quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, & ſic patet, ꝙ ad hoſtiam pacificam referebatur, eſſe votiuam, vel ſpontaneam. Item patet hoc, quia dicitur in eadem littera, ſi voto, vel ſpontè quiſquam obtulerit hoſtiam, eadem comedetur die, tunc quæritur de iſta hoſtia ſpontanea, vel votiua, an eſſet holocauſtum, vel hoſtia pacifica. Si autem dicitur, ꝙ eſt hoſtia pacifica, habetur intentum, ſcilicet, quod hoſtia pacifica diſtinguitur per votiuam, & ſpontaneam: quod illi negabant. Si autem dicatur, quod iſta hoſtia ſpontanea, vel votiua, ſit holocauſtum, non poteſt ſtare: quoniam holocauſtum non comedebatur ab aliquo, ſed totum cremabatur in altari, ſ. carnes, & inteſtina, & pedes, & caput, vt patet ſup. 1. cap. de hoſtia, quæ pacifica, & ſpontanea dicitur, quod eadem comedebatur die, vt patet, ſup. 7. capite, ergo eſt impoſſibile intelligi ibi de holocauſto, ſed de hoſtia pacifica, illi tamen dicebant, quod ſpontanea, vel votiua ſolum eſt holocauſtum: apparet ergo quod intendebatur, ſcilicet, hoſtiam pacificam diuidi per votiuam, & ſpontaneam, ſicut holocauſtum, & hoc intendit hic littera.

Quare diſtinguatur hic hoſtia pacifica ſolum per ſpontaneam & votiuam? Quæſt. XX.

SED adhuc aliquis quæret quare diſtinguatur hic hoſtia pacifica ſolum per ſpontaneam, & votiuam, quia ſup. 7. cap. vbi agitur de lege pacificarum hoſtiarum diſtinguitur in tres partes, ſ. in hoſtiã pro gratiarum actione, & hoſtiam votiuam, & ſpontaneam, vt patet ibi in littera? Reſpondendum eſt, quod diuidi in votiuum, vel ſpontaneum eſt prima diuiſio hoſtiæ pacificæ, & non ſolum huius, ſed etiam omnium aliarum, quãdo autem ſupra 7. cap. diſtinguitur hoſtia pacifica per votiuam, & ſpontaneam, & pro gratiarum actione, non eſt conueniẽs diuiſio, non enim fit per oppoſita ſecundum regulam bonarum diuiſionum: quoniam hoſtia pro gratiarum actione, aut eſt ſpontanea, aut votiua, impoſſibile eſt enim fugere iſta duo membra; & ipſa hoſtia pro gratiarũ actione ſub vtroque cadere poteſt, quanquam magis propriè ſub parte hoſtiarum ſpontanearum. Ideò ſi aliquis vellet rectè diuidere hoſtiam pacificam, deberet ſic diuidere. Hoſtiarum pacificarum quædam ſunt pro pace habẽda; aliæ ſunt pro gratiarum actione. Si autem ſint pro pace habenda, quædam ſunt ſpontaneæ, & quædam votiuæ. Si autem pro gratiarum actione, eodem modo quædam ſunt ſpontaneæ, quędam votiuę. Patet exemplum harum; vt ſi aliquis dicat, ego voueo offerre Domino hoſtiam pacificam, vt det mihi, quod opto, iſta eſt oſtia pacifica pro pace habenda, & votiua. Si autem aliquis dicat, ego offero Domino iſtam ouem, vt det mihi, quod opto, eſt hoſtia pacifica pro pace habenda, & ſpontanea. Si aũt quis dicat, ego offero Domino iſtam hoſtiam pacificam, quia dedit mihi, quod deſideraui, eſt hoſtia pacifica pro gratiarum actione, & eſt ſpontanea. Si autem dixerit, ego voueo offerre Domino arietem, quia dedit mihi, quod deſiderabam: eſt hoſtia pacifica pro gratiarum actione, & votiua. Iſta enim eſt conueniens diuiſio ſecundũ modum diuidendi Logicorum. Sacra tamen Scriptura interdum non curat de modis diuiſionum, modo conſequatur intentum rerum; ſic etiam ętat ſup. 7. c. quoniam hoſtia pacifica, quæ eſt pro gratiarum actione, videtur magis applicari ad hoſtiam pacificam ſpontaneam: quia eſt pro re iam facta; Hoſtia autem pro pace habenda, non magis applicatur ad victimas pacificas, quæ ſunt votiuæ, quam ſpontaneæ: ideo quando dixit de hoſtia pro gratiarum actione, non expreſſit an eſſet votiua, vel ſpontanea: quia magis

Hoſtiarũ pacificarum vera diuiſio.

magis applicatur ad ſpontaneam, cum verò dixit de hoſtia pro pace habenda, dixit ſi eſſet ſpontanea vel votiua: quia indifferenter applicatur ad alterutram.

Cum hic detur regula de hoſtijs pacificis, quare nō detur etiam regula de hoſtia pro peccato. Quæſt. XXI.

SED adhuc aliquis quæret, cum hic detur regula de hoſtiis pacificis ſpontaneis ſiue nō coactis, quare non detur regula de hoſtia pro peccato. Reſpondēt quidam, quod intētio Legiſlatoris eſt dare hic regulam de hoſtiis pacificis ſpontaneis, ſiue non coactis: hoſtia aūt pro peccato erat magis coacta, quam omnes aliæ, ergo de ea mētio facta non eſt; patet hoc: quoniam holocauſtum magis voluntarium eſt, cum ex ſola voluntate offeratur, & ſacrificium pro peccato offertur in neceſſitate mandati. Etiam hoſtia pacifica eſt magis voluntaria, quàm ſit victima pro peccato: nam licet ea quæ eſt pro gratiarum actione, ſit ex quadam naturali obligatione pro ſuſcepto beneficio, tamen nemo ad illam compellitur, quia obligatio illa naturalis inter benefactorem, & bene paſſum, vigorem ex lege naturali habet ſolum, & non ex poſitiua; ſed ſacrificium pro peccato, ex lege poſitiua obligationē hēt. Item, ſacrificium quod per votum fit, adhuc magis ſpōtaneum eſt, quàm ſacrificium pro peccato: quoniam ſacrificiū pro voto, quanquam neceſſarium ſit, poſtquam votum emiſſum eſt, tamen antequam emitiatur, totaliter eſt voluntarium. Sacrificium autem pro peccato ſemper eſt neceſſarium, ſiue antequam fiat, ſiue quando fit. Sed aliquis obiiciet, ꝙ tantæ neceſſitatis ſit oblatio votiua, ſicut pro peccato, quia ſicut antequam aliquis voueat ad reddendum obligatus non eſt, cum vero votum emiſerit, obligatur: ita cum aliquis nondum peccauit, non eſt obligatus ad offerendum pro peccato, quando verò iam peccauerit obligatus eſt, vt reddat ſacrificium ſecūdum exigentiam illius peccati. Reſpondetur, ꝙ non eſt ſimilis obligatio in vouente offerre, & in peccante, quia obligatio vouētis ad offerre, eſt directè cauſata à voluntate, cum hoc intendat vouens, ſ. ſe obligare ad id quod vouit: ſed in ſacrificio pro peccato, non fit ſic: quia ad peccatum, quod eſt actio voluntaria, ſequitur neceſſariò obligatio ad offerendum, & nunquam eſt voluntas offerendi, vel voluntas obligandi ſe ad offerendum in peccante, ideo minus voluntaria eſt obligatio in peccantibus, quàm in vouentibus, quia peccans non vellet ſe obligare ad offerendum, ſicut vouens vult directè ſe obligare ad offerendum; patet: quia peccans ſcit ſe peccando ad mortem æternam obligari, ſed nollet ad illam obligari, obligatur tamen, quia iſta duo ſunt cōiuncta, ſ. peccare, & obligari ad mortem æternam: ſic autem peccantes in Lege Veteri ſciebant ex peccato ſequi neceſſitatem obligationis, & ipſi volebant peccare, ſed nolebant offerre. Iſta quæ dicta ſunt, vera ſunt, non tamen conuenienter redduntur pro cauſa eius quod quærebatur: nam nihil magis intendit Scriptura de hoſtiis ſpontaneis, quàm de non ſpontaneis; quod patet: quia hic agitur de hoſtia, tam votiua, quàm ſpontanea; votiuum tamen & ſpontaneum diſtinguuntur tanquam oppoſita, vt patet ex modo loquēdi litteræ, & ex prædictis. Sed dicendum eſt, aliam eſſe cauſam, ſ. quòd Sacra Scriptura intendit dicere de ſacrificiis de quibus ſupra perfectè declaratum non eſt, & qn̄ de ſacrificio holocauſtorum, & victimæ pacificæ non fuit tantum expoſitū, ſicut de ſacrificio pro peccato, nihil repetitur de ſacrificio pro peccato: patet hoc, quoniam ſupra plenè dictum eſt de perſonis offerentibus, ſ. quando fit ſacrificium pro peccato Principis; & qn̄ pro peccato Summi Sacerdotis; & qn̄ pro peccato totius populi; vel pro peccato ſingularium perſonarum; & quid in qualibet oblatione iſtarum debeat obſeruari, vt patet ſupra, 4. c. Diſtinguūtur etiam ſacrificia pro diuerſis generibus peccatorum, & aliquando precia ipſorum animalium offerendorum, vt patet ſup. 5. c. De aliis autem non tātum fuit declaratum, vt patet in præcedentibus, ideo decuit hic fieri repetitionem de ipſis duobus, & non de ſacrificio pro peccato. *Vel vota ſoluens.* id eſt, aliquando iſtud ſacrificiū fit ſoluendo vota, vt ſi aliquis dicat, ego voueo offerre Deo hoſtiam pacificā, vt det mihi,

F quod intendo; vel quia dedit mihi, quod deſiderabam; & ſic pertinebit hoſtia pacifica votiua, tam ad hoſtiam pacificam, quæ eſt pro gratiarū actione, quam ad eam quæ eſt pro pace habenda. *Vel ſponte offerens.* In hoc patet, ꝙ ēt hoſtia pacifica pertinet ad oblationes ſpontaneas; & hoc extenditur tam ad eam quæ eſt pro pace habenda, quam ad illam, quæ eſt pro gratiarum actione, vt ſi quis dicat, ego offero Domino iſtam hoſtiam pacificam, vt det mihi, quod deſidero, & tunc eſt ſpontanea pro pace habenda. Si autem dicatur offero Domino iſtam hoſtiā pacificam, quia mihi dedit, quod intendebam, eſt ſpontanea pro pace habita, ſiue pro gratiarum actione. *Tam de bobus, quam de ouibus.* Iſtud ponitur hic ad ſignificādum, quæ ſint animalia de quibus offertur hoſtia pacifica, ſ. de ouibus, bobus, & capris; & quanquam dicatur hic ſolum de ouibus,

G & bobus, tamen eſt etiam intelligendum de capris, quia de his tribus fieri poterat hoſtia pacifica, vt patet ſupra, 3. cap. *Immaculatum offeret,* id eſt, animal quod offertur in hoſtias pacificas, non habebit aliquam maculam. An vero ſint eædem maculæ impedientes ab holocauſto, & ab hoſtia pacifica, vel an ſecundum hoc non reperiatur aliqua differentia, ſed magis ſecundum ſpontaneum, & votiuū, infra dicetur. *Vt acceptabile ſit,* id eſt, ſi offeratur aliquod animal, & volumus ꝙ ſit acceptabile coram Domino Deo, oportet, ꝙ illud ſit immaculatum: nā aliàs oblatio à Deo non acceptaretur; & quod amplius eſt, ille qui ſcienter offerret talem oblationem, peccaret. Sic enim dicitur ſup. 7. c. & 19. circa cæremonias hoſtiarum pacificarum; ꝙ ſi aliquis in tertio die comederit de hoſtia pacifica, oblatio eius irrita fiet, nec proderit offerenti. & quod

H amplius eſt, anima quæ ſe edulio tali commaculauerit, peribit de populis ſuis. *Omnis macula non erit in eo,* id eſt, nulla macula per æquipollentiam negationis poſtpoſitæ vniuerſali ſigno: & dicitur, ꝙ nulla macula erit in eo de eis, ſ. quæ infra vetantur eſſe in hoſtia pacifica ſpontanea, vel votiua. *Si cæcum fuerit.* Iſta eſt prima conditio quæ requirebatur in excluſione macularum, ſ. ꝙ animal non eſſet cæcum. & dicitur animal cæcum, ſi nihil videret, vel ſi haberet vnum oculum erutum, vel vtrumque, tūc enim non poterat offerri; & quanquam iſta nihil facerent ad hoc, ꝙ carnes animalis eſſent immundæ, vel mundæ, aut ſapidæ & conuenientes cibo, vel non, tamen faciebant ad honeſtatem, quoniam videbatur eſſe inhoneſtum, & contemptibile, ꝙ animal cæcū offerretur Domino. Deo namq; omnia perfecta offerri debēt, quia Dei perfecta ſunt opera. Cæcitas autem magna imperfectio eſt. Non debebat

I ergo animal cæcum offerri. Cauſa principalis huius eſt, ipſe contemptus oblationis, quoniam Duces terreni recuſarent recipere talem oblationem ſibi factam, & ſi aliquis faceret, non acceptarent faciem illius. Sic enim patet Malach. cap. 1. Deus ergo volebat eadē accipere in oblatione, quæ ipſi domini temporales, tanquam honorabilia acceptarent: cum dicatur ibidem: Dicit Dominus exercituum ad vos ò ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis in quo deſpeximus nomen tuum? offertis ſuper altare meum panem pollutū, & dicitis in quo polluimus te? in eo ꝙ dicitis menſa Domini polluta eſt. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? & ſi offeratis claudum, & languidum, nonne malum eſt? offer duci tuo, & ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam dicit

K Dominus exercituum, & nunc deprecamini vultum Domini, vt miſereatur veſtri: de manu enim veſtra factum eſt hoc, ſi quo modo ſuſcipiet facies veſtras. *Si fractum.* Dicitur eſſe animal fractum, quod habet aliquam partē corporis fractam, vt pedes anteriores, vel poſteriores; vel cōquaſſatum caput; aut in aliqua alia corporis parte habeat aliquam fracturam, vt in oculo, vel ſimilibus.

Si cicatricem habens. Dicitur autem cicatrix vulneris clauſi ſignum, vt ſi aliquod animal fuiſſet percuſſum, & poſtea ſanato vulnere; manente tamen cicatrice offerretur; ſi enim fuiſſet obducta cicatrix, licitum erat offerri, ac ſi nunquam habuiſſet maculam, vel cicatricem aut ſi habeat cicatricem non obductam; illa tamen nō multum appareat, nō impedietur quin offeratur: quia in his ſolum attenditur ratio defotmitatis: nunquam tamen deformitas eſt, niſi cicatrix ſit notabiliter apparens; poteſt etiam vocari

Quæ maculæ excludātur ab immolandis.

Cæcitas.

Fractura.

Cicatrix.

vocari hic cicatrix quodlibet alterũ ſignum à natura in- A exiſtẽs, vel per ægritudinem cauſatum in corpore animalis: ideo quanquam ibi non eſſet aliquod vulnus, impediret illud ſignum. *Papula.* *Si papulas.* Dicuntur papulæ in animalibus quidam tumores carnis per ſe ceteram carnem excellentes, & per hoc multum deformantes. Sunt autem iſti tumores cauſati ex decurſu humorũ ad aliquam partem ſpecialem corporis, & ibi caro tumeſcit ſuper reliquam. Vel ſecundum quoſdam dicuntur papulæ quoddam genus ſcabiei peſſimæ, quando ſcabies non eſt minuta, ſed magnas habet maculas extenſas: quicquid enim horum ſit impedit animal ne offeratur. Primum tamen magis verum eſt ex littera Hebraica: quia vbi nos dicimus papulas, Hebræi dicunt verrucas, quod dicit quandam eleuationem duram, & ſiccam in carne. Aliud verò, quòd dicebatur non erant papulæ, ſed puſtulæ. B *Scabies.* *Aut ſcabiem.* Accipitur enim ſcabies in animalibus brutis, ſicut in hominibus, ſcilicet, cum ipſa cutis animalis inficitur ex aliquo putrido humore veniente à parte interiori, & interdum fit, vt tota ſuperficies carnis reſpergatur illa ſcabie. & tunc dicuntur animalia infecta, & ſunt nociua ad eſũ: ex eiſdem enim ferè cauſis ſcabies naſcitur in hominibus & in pecoribus. ſicut ergo homines infecti ſunt per ſcabiem, ita & pecora. Sicut igitur homo immundus eſt ſcabiem habens, & infectus eſt, ita & pecus, potiſſimè, cum pertineat ad cibum. animalia namque ſuſcepta in ſacrificium ad cibum pertiuent, ideo munditiæ quæ obſeruari debent in animali iugulato ad cibum, debent ẽt obſeruari in animali offerẽdo. *Sacrificia ad cibũ etiam conferebant.* Omnia namque ſacrificia pertinebãt ad cibum: patet.n. de ſacrificio pacifico, in quo carnes partim cedebãt Deo, ſ. ipſi adipes; partim autem pertine- C bãt ad ſacerdotes, ſ. pectuſculũ, & armus; partim verò ad offerentes, ſ. reliquæ carnes. Sicut ergo in cibis aliàs ſumptis ad ſanitatẽ, obſeruaretur munditia animaliũ, ita & cõuenẽtius ſeruari debebat in cibis ſumptis in ſacrificio. Idẽ patet in ſacrificio pro peccato: qm̃ omnes carnes cedebant ſacerdotibus in cibos, vt patet ſup. 6.c. niſi fuiſſet oblatio pro delicto, in qua Deo proueniebat cauda animalis: adipes aũt ſemper Deo cedebãt. In ſacrificiis aũt holocauſtorum non ſumebat in cibum quiſquam de illis; tñ pertinebant ad Dñm ſm ſe tota, & cremabãtur ſuper altare. & quantum ad hoc, dicebãtur cibus Dei, cum ipſum Altare dicatur menſa Dei, vt patet Malach. 1.c. *Aut impetiginem.* *Impetigo.* Dicitur impetigo quædam macula carnis deſiccatæ in ſuperficie carnis deformantis ipſum animal, & eſt cõmunis morbus hominibus, & brutis. & ſic facit defor- D mitatem iſte morbus in brutis, ſicut in hominibus. *Non offeretis ea Domino.* De vulgaribus hoc dicitur, qui non deberent offerre Domino talia animalia, quia in hoc videbantur contemnere Deum, dantes res immundas in ſacrificia eius; & hoc, ſiue ſpontanea, ſiue votiua eſſent. Item ſacerdotes non debebant offerre talia animalia ſuſcipiẽtes de vulgaribus, dato, ꝙ vulgares illa tradere vellent, qm̃ ad eos pertinebat obſeruare munditiã, & honorem miniſterij ſui. *Nec adolebitis ex eis ſuper Altare Domini*, id eſt, non poterãt cremari ſuper altare, qm̃ in ſacrificiis quibuſcũque ſemper fiebat aliqua crematio partiũ animalis pro Domino, & illud erat adolere ſuper altare Dño. In omnibus aũt hoc fiebat in holocauſto totũ, quod erat in animali, ſ. carnes, inteſtina, pedes, & caput, cremabatur; in hoſtiis pacificis cremabantur adipes. Idẽ quoque E in hoſtiis ꝓ peccato; & fiebat iſtud adolere, i. cremari, ſuper altare Dñi, ſ. ſuper altare holocauſtorũ, in quo omnia ſacrificia cremabantur. *Bouem & ouem, aure & cauda amputatis.* *Amputatio quarundam partium.* Hic ponitur aliud genus maculæ in aĩalibus offerendis. oẽs aut maculæ ſuperiores pertinebãt ad naturam, iſtæ aũt pertinẽt ad illationẽ, ſ. ad violentiã in amputatione aliquarũ partium, ſ. aurium, & caudæ. Iſtæ.n. duæ partes faciunt ad pulchritudinẽ, ac ſi tollantur, faciũt deformitatẽ, non tñ cauſant tantam deformitatẽ, ſicut alię partes neceſſariæ. vnde ſi animali abſcinderẽtur pedes anteriores, vel poſteriores, vel abſcinderentur teſticuli, nõ poſſet immolari; qm̃ iſtæ partes ſunt magis dę neceſſitate, q̃ caudæ, & aures. Dicitur autem de bouę, & oue, nõ tamen eſt intelligendum in eis ſolum, ſed etiam in capris, quia iſta tria genera animaliũ pertinebãt ad oblationes, vt patet ſupra 3. & 4. cap. Sed expreſſis boue, & oue, & capra quoque intelligitur. *Voluntariè offerri poteſt, votum autem ex his ſolui non poteſt.* id eſt; quòd quando animalia offerenda habuerint partes iſtas abſciſſas, poterunt offerri, ſi quis illa voluntariè offerret. Si autem aliquis voueret, nõ poterat ſoluere animal habens huiuſmodi maculas. In quo conſiderandum eſt, ꝙ in omni ſacrificio exigebatur animal mũdum. Differt tamen in maculis: quia quędam ſunt maculæ magnæ, aliæ aũt minores. Maculæ magnæ erant oẽs quę ſupra poſitæ ſunt, & illæ quæ infra ſequuntur de abſciſſione, vel confractione teſticulorũ, & iſtæ impediũt oĩa ſacrificia, ſiue ſint holocauſta, ſiue pacificę hoſtiæ, ſiue pro peccato, & hoc ſiue ſint dę ſpontaneis, ſiuę de votiuis. Aliæ autem maculæ quæ hic ponuntur, nõ impediunt omnia ſacrificia, ſed quædam: nam propter hoc, B ꝙ habeat animal caudam, vel aures amputatas, non prohibebatur totaliter ab holocauſto, vel pacificis hoſtiis, aut ſacrificio pro peccato. ſed prohibebatur à ſacrificiis votiuis, & neceſſariis. Vnde ſi quis ſpõte offerret holocauſtum, poterat offerre animal habens caudã, vel aures amputatas: idem ſi ſpontaneè offerret hoſtiam pacificam. Si tamen voueret offerre holocauſtum, non poterat de animalibus habentibus huiuſmodi membra amputata offerre. Sed adhuc circa votum conſiderandum eſt, ꝙ non totaliter prohibebantur iſta animalia à votis, ſed prohibebantur à ſolutione votorum. Si enim aliquis ſic voueat: ego voueo Domino vnum arietem, tunc ſi poſtea vellet dare arietem abſciſſis auribus, vel cauda, nõ poterat: quia cum ibi votum factum eſſet, erat obligatio Deo acquiſita: & quia ſimpliciter prolatum erat, intelligitur de anima- C libus totaliter mundis, idq; in fauorem Dei. Alio modo poterat fieri votum ita, vt aliquis dicat, ego voueo iſtud animal Deo, ſiue illud ſit habens caudam amputatam, vel aures, ſiue neutrum: illud ſolum tenebitur dare, quia cum fuerit ibi facta ſpecialis expreſſio de illo animali, illud ſolum obligatum fuit, ſecus autem quando generaliter prolatum fuiſſet. Littera autem intelligitur, quando fuiſſet factum votum in generali, ita, vt aliquis diceret, ego voueo vnum animal: quia tunc tenetur dare totaliter mundum, cum nulla facta fuerit expreſſio de certo indiuiduo. Et hoc ſonat littera cum dicit: ex his autem votum ſolui non poteſt; & nõ dixit: ex his autem votum fieri non poteſt. Aliud namque eſt votum fieri, & aliud votum ſolui. *Votũ fieri, ac votum ſolui differũt.* Votum fieri eſt, ꝙ aliquis nouiter voueat, votum ſolui eſt, ꝙ pro voto iam facto fiat ſatisfactio. Hic enim pro- D hibetur votum ſolui de animalibus habentibus caudam, vel aures amputatas, ſcilicet, quòd poſtquam factum fuerit aliquod votum indeterminatè, non erat in poteſtate vouentis, ſoluere votum de animali habente caudã amputatam, vel aures; ſi tamen quis voluiſſet Deo votum facere, nemo prohibebat. Item patet hoc neceſſario: nam quanquam aliquis poſtquam vouiſſet, eſſet totaliter coactus ad ſolutionem, tamen cum vouebat liberrimum erat ei vouere, vel non vouere, ideo cum aliquis votum faciebat à principio tantam habebat libertatem, ſicut ille qui ſponte offerebat. Sed de animalibus habẽtibus caudam, vel aures amputatas poterat fieri oblatio ſpontanea, vt littera dicit, ergo & de eis poterat fieri votum, quanquam non poterat votum iam factum ſolui, ob cauſam iam declaratam.

E

An animalia habentia caudam, & aures amputatas poſſent offerri in ſacrificio pro peccato. Et de diuerſitate ſacrificiorum pro peccato. Quæſt. XXII.

NVNC circa ſacrificium pro peccato dubium eſt, an poſſet fieri de his animalibus cauda, & auribus amputatis. Aliquis enim dicet, ꝙ poſſit: quia hic dicitur, quòd ſacrificia ſpontanea fieri poſſent de talibus animalibus, ſed vota nõ poſſent ſolui: ergo in ſacrificio pro peccato in quo non erat ſolutio votorum, poterant iſta animalia offerri. In contrarium aliquis dicet, ꝙ non poſſent offerri iſta animalia pro peccato: quia ſola ſacrificia ſpõtanea fieri poterant de animalibus huiuſmodi habentibus maculas, ſed ſacrificia pro peccato non erant ſpontanea, immò potius coacta, ergo non poterant fieri de his

anima-

animalibus. Reſpondendum eſt, quòd ſacrificiū pro peccato poterat fieri dupliciter, vno modo ex determinatione, & compulſione legis, vnde quando lex mandabat pro tali peccato, tale genus animalis offerri, aut fiebat ſine aliqua determinatione legis ex volūtate noſtra: ſi autem fiebat ex voluntate noſtra, vtpote cum aliquis non conſcius ſibi alicuius peccati ſpecialis, propter quod debebat offerre aliquid, volebat offerre in generali pro peccatis ſuis, ſciens, quòd nō eſt homo ſuper terram qui faciat bonum, & non peccet, vt patet 3. Regum 8. c. tunc dicitur de iſto ſacrificio pro peccato, ꝙ poterat fieri dupliciter, quia aut fieret ex voto, aut ex voluntate ſola nō vouendo. Si primo modo pertinebat ad genus ſacrificiorum votiuorum. & tunc eſt diſtinguendum ſicut ante: quia aut iſte qui vouebat dicebat: ego voueo offerre iſtud animal pro peccato, aut dicebat, ego voueo vnum hircum, vel capram, vel ſimile. Si dicebat primo modo, poterat offerre animal habens aures, & caudam amputatam, quoniam licet votum fuerit, tamen fuit determinatum, & potuit vouere, quod voluit. Si autem dicebat, voueo offerre vnum animal, non determinando indiuidualiter, tunc non poterat offerre animal caudæ, & aurium amputatarum, quia generaliter vouit. Si autem ſine voto offerret ſacrificium pro peccato, pertinebat propriè ad genus ſpontanearum oblationum, & poterat offerre quicquid volebat ſicut in littera dicitur de ſpontanea oblatione. Si autem aliquis offerret ſacrificium pro peccato ex determinatione legis, dicendum eſt, ꝙ non poſſet offerre animal amputatarum auriū & caudæ: nam tunc erat coactio a lege, & non offerebat aliquis hoc ſpontaneè; qm̄ immo lex determinabat eum ad ſpeciem, & ſexū animalis, vt patet ſupra, 4. & 5. c. & aliquando determinabat ad valorem, vt patet ſupra, 5. c. cum dicitur, ꝙ offeratur aries valens duos ſiclos. Si autem aliquis obiiciat, ꝙ iſtud ſacrificium non erat votiuum: ergo non debebat offerri, ſicut in votiuis, ſed ad volūtatem offerentis. Reſpondendum eſt, non valere conſequentiam, quia quanquam dicatur, ꝙ non poterat aliquis ſoluere votum de animalibus caudę, & aurium amputatarum, nō tamen conceditur, ꝙ omnia alia ſacrificia de illis fieri poſſent, cū littera prohibeat, ſolum permittēs hoc in ſacrificiis ſpontaneis. Sacrificia autem pro peccato quæ à lege determinabantur non erant ſpōtanea, cum lex cogat homines ad illa, imò ipſa ſacrificia pro peccato erāt magis coacta quā ſacrificia votiua: nā ſacrificia votiua quāquam poſtquam votum erat emiſſum, eſſent neceſſaria, antequā votū emitteretur, erāt purè libera: ſacrificia autem pro peccato, non erant libera; cum lex cogat ad illa. magis ergo erat neceſſariū offerri animalia munda in ſacrificiis pro peccato, q̃ in ſacrificiis votiuis. Sed in votiuis nō poterant offerri ipſa animalia habentia caudam, & aures amputatas: ergo nec in pacificis offerri poterant. Cauſa aūt quare in ſacrificiis votiuis nō eſſent offerenda animalia caudæ, & auriū amputatarū, & offerebantur in ſacrificiis ſpontaneis, eſt: quia maior obligatio erat in votiuis quā in ſpontaneis. nō ergo debebat Deus alligare offerentes ad vitandū omne genus maculatū in ſacrificiis ſpōtaneis, ſicut in votiuis; cum non eſſent æqualis obligationis. Itē quia ſic homines multum diſtraherentur à ſpontaneis oblationibus Dei. Circa votiuas aūt oblationes non contingebat hoc, quia iſta rariora erāt & fiebant ex maiori obligatione Dei, ſ. quia homo eſt in maiori neceſſitate, vel facit pro obtinendo magno bono. Facilius aūt ibi homines inducūtur ad quæcūque quā cum faciunt ſacrificia ſpontanea; quod eſt cum ſunt extra neceſſitatem: non debet ergo eſſe tanta obligatio quātum ad munditiā ſacrificiorū, in ſpōtaneis, ſicut in votiuis. Sed arguet aliquis, ꝙ nunquā ſit licitum, ſiue in ſpōtaneis, ſiue in votiuis offerre animal caudæ, & auriū amputatarum, quia ſupra dr̄, ꝙ ſiue aliquis offerat ſponte, ſiue vota ſoluens in holocauſto, debet offerre maſculū immaculatū, & ꝙ nulla macula erit in eo. Item dicit, ſi quis offerat hoſtiam pacificam ſpontaneā, vel ſoluendo vota, ꝙ eſſet animal immaculatū. Rn̄detur ſm̄ quoſdam, ꝙ animalia maculata nullo modo poterant immolari corā Dn̄o, & cremari ſuper altare, vt patet ſupra, ſ. nō offeres ea corā Dn̄o, nec adolebitis ex eis ſuper altare. ſed poterāt gratis offerri ſacerdotibus, tn̄ non immolarentur, ſed venderentur, &

F conuerterentur in vſus Tabernaculi, ſiue ſacerdotū. ſic patet de primitiis mellis, & fermentatorū, quia offerebātur Deo in munera, & non ponebantur ad cremandum ſuper altare, ſed cedebant in vſus ſacerdotum; & ob hoc dicunt, ꝙ ſupra Deus nō vetuit oblationem animalium iſtorum, qm̄ offerri poterāt, ſed eorum cremationem ſuper altare: hoc enim erat illicitū. Sic enim patet de panibus fermentatis, & primitiis pulmentorum: hoc enim Deus iubebat dari ſacerdotibus, vt patet Num. 15. c. tamēn non offerebantur ſuper altare, vt patet ſup. 2. c. & ibidem dr̄ de melle. Sed dicendum eſt hoc non eſſe cōuenienter dictū. nam cum ipſi reſpondent, ꝙ iſta animalia poterant offerri, & conuerti in vſus Sanctuarij, ita ꝙ venderentur, & non cremarentur ſuper altare, non poteſt ſtare: quia ſi loquamur ſolum de venditione ad conuertendum precium in vſus
G Sanctuarij, nō ſolum poterat aliquis offerre animalia habentia caudam, & aures amputatas; ſed ēt ſi haberent pedes amputatos, vel fractos, vel ſi eſſent cęca, aut habentia impetiginem, vel quamlibet aliā maculam. Nam iſta quę ſic cōmutabantur in precium, nihil attinebant ad res ſanctas, ideo ſiue ipſa in ſeipſis eſſent maculata, ſiue nō, nihil impediebat; & quātum ad hunc modum non ſolū offerri poterant animalia, quę aliàs ad immolationē licita erant; ſed poterant offerri equus, & aſinus, & domus, & ager, & quælibet res quę pecunia ęſtimari poteſt: nam cum pecunia offerri poteſt, poſſunt quoque res, quę pecunia appreciabiles ſunt, offerri. Item, non poteſt hoc ſtare: nā ſi iſtud offerri, quod hic accipitur, ſolum habeatur pro oblatione facta ſacerdotibus, ita, ꝙ animal nō crematur ſuper altare; cum dicatur, ꝙ ex his votum ſolui non poteſt: erit ſen-
H ſus, ꝙ non poterant fieri vota horum animalium ad conuertendū in vſus Sanctuarij, valet conſequētia, quia iſtud verbū (offerre) refertur hic tam ad votiua, quam ad ſpontanea. Sed dr̄ de votiuis, ꝙ non poſſunt offerri ad ſolutionem votorū talia animalia, caudam, & aures amputatas habentia, & de ſpontaneis dr̄, quòd offerri poſſunt. ergo eodem modo refertur offerri ad vnum, & ad alterū. Sed ipſi dicunt, ꝙ huiuſmodi animalia ſpontaneè offerri poſſunt, non ad cremandum ſuper altare, ſed ad ſoluendū ea in pecunias conuertendas in vſus Sanctuarij, ergo de votiuis è contrario dicetur, ſ. ꝙ non poſſint offerri ad cōuertendum in pecunias applicandas vſibus Sanctuarij. Sed hoc falſum eſt: quia ſi aliquod animal immūdum ſit, non ſolum hac immunditia caudæ, & aurium amputatarum, quæ parua eſt, ſed etiam ſi habeat magnā immunditiam,
I & quamcumque poterit ſic offerri, & de omnibus animalibus hoc eſt. Sic habetur infra 27. c. ꝙ offerri poterāt, & conuerti in precium, cum dicitur: animal immundum quod immolari Domino non poteſt, ſi quis vouerit, adducetur ad ſacerdotem, qui diiudicās vtrum bonum, an malum ſit, ſtatuet precium. & non ſolū iſta animalia voueri poterant, ſed etiam omnia alia, quæ non licebat immolare, vt equos, & aſinos, & agros, & domos & cetera cōuertibilia in pecuniam, vt patet infra, 27. cap. non poteſt ergo ſtare iſte ſenſus. Item, ipſi valde deficiunt exiſtimantes ex illa littera ſuperiori, ſe obligari ad ponendum, ꝙ iſta animalia habentia caudam, & aures amputatas, non deberēt cremari ſuper altare, ſed non obligantur. Nam cum obiicitur, ꝙ tam in votiuis ſacrificiis, quam in ſpontaneis deberent accipi animalia munda. Reſpondetur, ꝙ immun-
K ditiæ ſunt duplices in animalibus immolandis, quædam ſunt quæ ſunt ſimpliciter immūditiæ, aliæ autem ſunt quę vocantur immunditiæ ſolum quantum ad determinatos modos, & non quantum ad omnes. Immunditiæ autem ſimpliciter ſunt illæ, quæ ponebantur ſupra, & illæ quæ habentur infra de amputatis, vel ſectis, vel contritis teſticulis. Aliæ ſunt immunditiæ ſecundum quid, ſ. ꝙ non faciunt ſimpliciter animalia eſſe immunda ad ſacrificia, ſed ſolum ad quędam ſacrificia ſpecialia, ſcilicet, ad ſacrificia votiua. Et quando dicitur, ꝙ tam ſacrificia ſpontanea, quam votiua debebant eſſe de animalibus mundis: reſpondetur, ꝙ verum eſt, ſcilicet, quòd non debebant eſſe ibi animalia munda. Et quando dicitur, quòd iſta animalia, quæ habent caudam, vel aures amputatas, ſunt immunda, falſum eſt, ſed dicuntur eſſe immunda ad votum ſoluendum. Cum autem ſupra dicebatur; quòd tam in ſacrifi-

In animalibus immolādis duplices maculæ poterant eſſe. & quæ illæ ſint.

ſacrificiis ſpõtaneis, quàm pacificis debebat ſeruari munditia, ſcilicet, ꝙ non offerretur aliquod animal immundum: verum eſt de immundis ſimpliciter, illa tamen quæ habent caudam, vel aures amputatas, non ſunt ſimpliciter immunda, ſed ſolum ad votum ſoluendum. Ad ſpontanea ergo ſacrificia conueniebant: potiſſimè, cum littera dicat hoc, ſcilicet, ꝙ offerri poſſunt, voluntariè, ſed non poteſt de eis ſolui votum ſi haberent iſtas diminutiones.

Sciendum, quod in Hebræo aliter habetur littera, nam vbi nos dicimus: *Aure, & cauda amputatis.* In Hebræo dicitur additum, vel diminutum, quod ſonat in quandam monſtruoſitatem, ſ. ꝙ habeat plura membra quàm habere debet, vel pauciora, ſed proprior eſt ſenſus litteræ noſtræ: nam quanquam pro amputatione caudæ, & aurium non ſit animal totaliter illicitum ad ſacrificia, tamen ſi haberet aliqua membra ſuperflua, vel ſi naturaliter careret aliquibus membris haberet maculam notabilẽ, ſ. deuiaret à figura ſpeciei. ea autem quæ mõſtruoſa ſunt, abominabilia ſunt. videtur ergo, ꝙ illa nõ eſſent licita ad aliquem vſum Sanctuarij propter nimiam deformitatem. *Omne animal, quod vel contritis.* Hic ponuntur alij modi immunditiarum ſimpliciter, quæ ſunt circa ablationem vel ſectionem; & iſtæ faciebant quòd animalia totaliter eſſent illicita ad immolandum, & ponuntur hic quattuor proprietates circa genitalia, propter quæ animal fiebat illicitum. Prima erat, ſi eſſent teſticuli totaliter fracti, ſcilicet, ꝙ ſi per aliquam magnam percuſſionem, vel compreſſionem fuiſſent fracti totaliter, non licebat enim tale animal offerre. *Vel tuſis.* Dicuntur teſticuli tuſi, id eſt, a aliqualiter læſi, vel percuſſi, ſed non totaliter fracti; & eſt iſta minor immunditia, quàm ſuperior. Differentia autem iſtorum duorum, ſ. contritorum, & tuſorum teſticulorum, eſt, quoniam tuſus dicitur compreſſus, cum inter aliqua duo dura teſticuli compreſſi ſunt, & molliores effecti, & aliqualiter à figura mutati, ſed non totaliter fracti ſunt. *Vel ſectis.* Iſta eſt alia immunditia cum teſticuli ſecti ſunt, & dicuntur ſecti, quaſi gladio amputati.

Ablatisq; teſticulis eſt. Dicuntur teſticuli ablati, quando totaliter auferuntur animali, ſed non gladio, immo viribus. quicumque autem iſtorum modorum eſt illicitus, & non poterat fieri de talibus animalibus ſacrificium.

Non offeretis Domino. Iſta eſt prohibitio ſimpliciter, ſ. ꝙ non offerrent in holocauſtum, vel in victimas pacificas, aut in ſacrificium pro peccato, & hoc ſiue ſacrificia voluntaria ſint, ſiue votiua. nullo enim modo licebat applicari iſta animalia ad ſacrificium, cum etiam non liceret applicari illa ad humanum cibum, vt patet immediatè cum dicitur.

Et in terra veſtra hoc omnino ne faciatis. ſ. quòd in terra in qua vos habitaueritis, non caſtrabitis animalia ſecando, vel auferendo, aut conterendo teſticulos animalibus. Iſta enim apud Gentiles conſueta erãt, & nunc apud nos fiunt, quoniam ſaniores, & molliores ſunt generaliter carnes animalium caſtratorum, quam non caſtratorum, & hoc tam in auibus, quàm in quadrupedibus; Iudæis tamen erat hoc prohibitum; quia Gentiles talia frequentabant, & ne ipſi viderentur eis ſimiles. Vnde ſi contingeret, ꝙ aliquod animal haberet teſticulos tuſos, vel fractos, vel amputatos, & dominus eius animalis cognoſceret hoc, non poterat vouere illud ad immolandum corã Domino, nec ſponte offerre poterat: & ſi aliquando feciſſet ſpeciale votum de illo animali, neſciens an haberet teſticulos fractos, vel ſectos, aut ablatos, & poſtea reperiret illud eſſe immundum, non dabatur in ſacrificium, ſed pro eo precium ſoluebatur, vt habetur infra 27. cap.

Sed aliquis arguet, qm̃ ſicut dicebatur apud quoſdam de animalibus habentibus caudam, vel aures amputatas, ꝙ non poterant offerri Domino ſuper altare, ſed Sacerdotibus tradebantur, & ipſi conuertebant illa in precium: nunquid poterat fieri in iſtis? Satis enim videtur, ꝙ iſta dari poſſent Sacerdotibus, vt conuerterentur in precium, ſiue pro ipſis, ſiue pro Sanctuario, quia nihil pertinebat tunc de iſta re immunda ad Sanctuarium, ſed conuertebatur in pecuniam in qua non eſt immunditia. Hic tamen totaliter dicitur, ꝙ non deberent offerri, ſcilicet, nec ad cremandum ſuper altare, nec ad hoc, quòd ſacerdotes

An liceret offerre animalia caſtrata in aliquibus ſacrificijs.

A acciperent talia animalia. Dicunt enim cauſam eſſe, quia nihil poterat offerri Deo, quod ad comedendum licitum non eſſet, ſed talia animalia non licita erãt ad eſum, quia iubebat Deus hoc nullatenus debere fieri. ergo non offerebantur ei. Reſpondetur, quòd iſta quæſtio fundatur ſuper errore, qui in ſuperioribus poſitus eſt; quia dicebant quidam, quòd non licebat offerre Deo animalia habentia caudam, vel aures amputatas, ſed ſolum offerebantur Sacerdotibus ad conuertendum in precium. Sed hoc falſum eſt: quia licitum erat offerre Deo talia animalia ſuper altare, cum eſſent hoſtiæ ſpontaneæ, ſed non licebat ſoluere vota. De hoc autem dicendum eſt, ꝙ non licebat offerre ad immolandum animalia habentia teſticulos fractos, vel ablatos, vel ſectos, ſed licebat illa offerre ad hoc, ꝙ conuerterentur in precium, & illud erat pro

B Sanctuario, ſic patet infra, 27. cap. cum dicitur; Quod ſi aliquis vouerit Domino animal immundum, quod immolari non poteſt, adducetur ante Sacerdotem, qui diiudicans vtrum bonum, vel malum ſit, ſtatuet precium. Et cum dicunt iſti, quòd non licebat offerre aliquod animal Deo, quod nõ liceret comedere, falſum eſt: quoniam poterat aliquod animal offerri Deo in voto, vel ſpõtè, quod non eſſet licitum ad eſum, ſicut equi, & aſini: poterãt etiã offerri res inanimatæ in votum, ſicut agri, & domus, vt patet infra, 27. cap. erat tamen verum, ꝙ ſi animal offerretur Domino, non poterat offerri, vt cremaretur ſuper altare, niſi eſſet animal mundum ad eſum. Cum autem dicitur, ꝙ iſtud animal habens teſticulos fractos, vel amputatos, non erat licitum ad eſum, ergo non poterat offerri. Reſpondetur, ꝙ ex hoc ſequitur, ꝙ non poterat of-

C ferri ad immolandum, poterat tamen offerri ad conuertendum in precium. *De manu alienigenæ nõ offeretis panes.* id eſt, non aſſumeris aliquod ſacrificium ad offerendum Deo veſtro de manu alienorum. Sciendum autem eſt, ꝙ alienigenæ non aſſumuntur hic, ſicut ſupra aſſumebãtur, ſcilicet, omnis alienigena non comedet de ſanctificatis; quia ibi dicuntur alienigenæ omnes qui non ſunt de genere Aaron: nam nulli alij licebat comedere de ſanctificatis, niſi Aaron & famulis eius, vt ibi declaratum fuit. Sed accipitur tripliciter. Vno modo alienigena ſumitur pro eo qui erat de Gentilibus natus, & nondum conuerſus ad Iudaiſmum. Alio modo alienigena capiebatur pro omnibus de populo, qui non erant de tribu, vel familia Aaron. De his omnibus poſita fuerunt exempla ſupra, cum dicebatur de alienigenis. Hic autem non poteſt

Alienigena accipitur tripliciter.

D intelligi, niſi primo modo, ſ. pro eo qui eſt natus de Gentilibus, & nondum cõuerſus ad Iudaiſmum; quia de manu iſtorum non licebat accipere ſacrificia, vt infra declarabitur. Non poteſt etiam accipi ſecundo modo, pro eo, qui eſſet de Iſraelitis, ſed nõ de tribu Leui, & in hoc modo comprehenduntur omnes nati de Gentilitate, & conuerſi ad Iudaiſmum, quia iſtis licebant ea quæ licebant Iudæis. Quod autem non intelligatur de iſtis, patet: quia iſtis licebat offerre ſacrificia, & accedere ad Sãctuarium, ſicut innuitur ſupra, 17. cap. vbi vetatur, ne quis de Iſraelitis, vel de peregrinis offerat hoſtiam extra Sãctuarium, ſed iubetur, ꝙ quilibet iſtorum, quando obtulerit, offerat ad oſtium Tabernaculi. Nec poteſt accipi tertio modo alienigena pro eo qui eſt de tribu Leui, tamen non eſt de familia Sacerdotali, quoniam iſtis licebat offerre, ad-

E huc magis quàm alijs, quia erant magis appliciti ad cultum Dei quàm ceteri, & ipſi portabant vaſa Sanctuarij, vt habetur Numer. 4. capite, ipſi etiam excubabant in circuitu Sanctuarij, nemine de popularibus accedẽte, vt habetur Numer. 1. cap. Vocantur ergo alienigenæ ſolum primo modo, ſ. illi qui erant nati à Gentilibus, & nondum conuerſi ad Iudaiſmum: iſti enim, quamquam vellent offerre aliquid Domino, illud nõ recipiebatur de manu eorum, quia Gentiles erant. *Non offeretis panes Deo veſtro.* Hoc refertur ad Sacerdotes, ſcilicet, ꝙ mandabat eis Moyſes loco Dei, ne ipſi offerrent panes, vel aliqua ſacrificia accepta de manu Gentilium, ſcilicet, accipiendo ab eis, & ponendo ſuper altare, ſicut etiam erat in omnibus aliis ſacrificiis: quoniam quando aliquis de Iudæis volebat aliquid offerre, præſentabat illud ſacerdotibus ad oſtium Tabernaculi, & ibi ſacerdotes accipiebant, &

offici-

offerebant Deo. Hoc ſignificatur ſupra, cum dr: Quidquid illud obtulerit in holocauſtum Domini, vt offeratur per vos; in quo ponitur duplex oblatio, ſ. popularis offerentis, & ſacerdotis recipientis, & poſtea offerentis. Hoc autem vetatur in alienigenis, ſ. ꝙ quanquam ipſi offerre vellent, tamen Sacerdotes nihil recipiebant de manu ipſorũ. *Panes Deo veſtro.* Panes dicuntur eſſe aliquando panes propoſitionis, qui offerebantur à ſacerdotibus, vt ponerentur ſuper Menſam propoſitionis, vt patet infra, 24. cap. De iſtis panibus nõ poteſt intelligi hoc, quoniam populares non offerebant iſtos panes; quia vt habetur infra, 24. capite, Sacerdotes accipiebant farinam à filiis Iſrael de ſimila, & de hac conficiebãt panes ad ponendum ſuper Menſam propoſitionis. F

Alio modo dicuntur offerri panes, ſcilicet, illi qui offerũtur cum ſacrificiis pacificis, vt patet ſupra, 7. cap. Sed in hoc magis denominatio fieret à ſacrificiis carniũ quàm à panibus, quia panes, vinum, & oleum, non ponuntur tanquam ſacrificia, ſed tanquam ſacrificiorum libamenta, vt apparet Num. 15. capite, & aliquando etiam offerebãtur iſta per ſe, vt ſi aliquis vellet offerre ſolam ſimilam conſperſam oleo, vel lagana, vel panes azymos de clibano, vel cruſtulas oleo frixas, vel panes coctos in craticula. De his omnibus habetur ſupra, 2. capite, poterant enim per ſe offerri, vel cum ſacrificiis. G

Alio modo accipiuntur panes pro ipſis ſacrificiis carnium, quoniam omnia quæ comeſtibilia ſunt, panes hoc modo appellantur. Sic patet ſupra, præcedenti cap. cum dicitur: Oĩs qui habuerit maculã de ſemine Aaron Sacerdotis, nõ accedet offerre hoſtias Dño, nec panes Deo ſuo, veſcetur tñ panibus, qui offeruntur in Sanctuario: ibi aũt accipiuntur panes pro carnibus ſacrificiorũ, & pro omnibus alijs quæ offeruntur, quia de omnibus illis licitũ erat veſci Sacerdotibus habentibus maculas, vt ibidem declaratum fuit. *Et quidquid aliud dare voluerit.* Intelligitur hoc de omnibus rebus pertinentibus ad ſacrificia, ſ. quòd non acciperentur à Gentilibus panes, id eſt, carnes ad ſacrificandum, nec etiam aliqua alia quæ pertinebant ad ritus ſacrificiorum, ſcilicet, libamenta in pane, oleo, vino, & ture. Non tamen eſt intelligendum, quòd omnino nihil acciperent Sacerdotes de manu Gentilium; quoniam licebat eis accipere pecunias, ex quibus emerentur animalia ad ſacrificia. Sic patet de Rege Aſiæ Seleuco qui erat Gentilis, & tamen dabat omnes expenſas pro ſacrificiis, quæ fiebant in Sanctuario Domini, vt patet 2. Machabæorum, cap. 3. & alij Gentiles ſimiliter faciebant. H I

De manu Gentiliũ accipiebãtur pecunia, & nõ animalia.

Sic etiam videtur factum de Eunucho Reginæ Candacis Æthiopiæ, qui venit de longinquis terris in Ieruſalem ad Sanctuarium; in quo videtur, ꝙ aliquid obtulerit: non enim inutiliter de extremitate mundi veniſſet in Ieruſalem vir ille prudens. De hoc habetur per Hieronymum in Epiſtola ad Paulinum, cap. 5.

Nec etiam Deus vetabat hoc, quoniam ſolum dictum erat, ne de manu eorum acciperentur panes, vel aliquid aliud ad offerendum Domino. Pecunia autem cum accipiebatur, non offerebatur Domino: quoniam nõ erat aliquid cremabile, ſed de pecunia emebatur aliquid, quod eſſet ad vſus Sanctuarij. Hic autem ſolum dicitur, non accipiendum eſſe aliquid de manu Gentilium, quod offeratur Domino, id eſt, quod crèmetur coram Domino, vel ponatur ſuper altare. Vnde ſi aliquis Gẽtilis voluiſſet offerre panes, ita vt illi cremarentur ſuper altare, vel cederent iuri Sacerdotum, aut vellet offerre aliquod animal, vt immolaretur, non recipiebant hoc Sacerdotes Iudæorum, quia hoc immolandum erat per ſe. Si tamen aliquis Gentilis daret panes, aut animalia, non vt per ſe immolarentur, aut offerrentur, ſed vt venderentur; & conuerterentur in pecunias, applicandas ad vſum Sanctuarij, recipiebatur talis oblatio, quoniam hoc ſolum prohibitũ erat, ſcilicet, id, quod ipſi darent, poni ſuper altare, vel offerri Deo, ita vt efficeretur ſacrum. K

Si autem Gentiles darent pecuniam, vel aliquid aliud conuertendum in pecunias, non efficiebantur iſta ſacra, ſed poſtea ex eis emebantur alia, quæ ſacra eſſent, ſcilicet, animalia, vel panes, directè autem non efficiebantur ſacra, quæ illi dabant: quia poſtquam acciperentur pecuniæ datæ ab eis in Sanctuario, tranſibant in ius Sanctuarij, & ideo ſiue emerentur inde animalia, ad ſacrificia facieđa; ſiue ad aliquid aliud, non dicebatur tale ſacrificium, vel talis res data à Gentili, quia iam emebantur iſta ad voluntatem Sacerdotum miniſtrantium in Sanctuario; & hoc ſufficiebat ad hoc, quòd non acciperetur ſacrificium de manu Gentilium. *Quia corrupta, & maculata ſunt omnia: non ſuſcipietis ea.* i. omnia quæ offerunt Gentiles, corruptionem & maculam habent: ideo recipi non debent in ſacrificium, quia maculata & corrupta reiiciebantur. Si autem Gentiles darent pecunias ad emendum animalia ad ſacrificium, & poſtea ſacerdotes ex illis emerent quod vellent, non dicebantur iſta ſacrificia eſſe corrupta, & maculata, quia ſacerdotes illa elegerant ad voluntatem ſuam.

An ſacrificia Gentilium eſſent immunda, quia deficiebat eis proteſtatio Meſſiæ futuri; & an ſacrificia deberent fieri cum expreſſa mentione Meſſiæ. Quæſt. XXIII.

QVANDO autem dicitur, ꝙ animalia, quæ iſti offerebant in ſacrificium, erant corrupta, & maculata, non eſt intelligendum quantum ad ſeipſa, ſed quantum ad offerentes: nam ita poterant Gentiles accipere aliqua animalia munda ad immolationem, ſicut Iudæi; eodem modo & de panibus fieri poterat: ſed dicuntur iſta corrupta quantum ad ipſos Gentiles: quia iſte qui offerebat, corruptus erat, & maculatus, ſ. vilis, & indignus, vt de manu eius ſacrificia reciperentur, quia non inſtructus erat in cultu Dei veri. Ratio aũt huius corruptionis eſt: quia ſacrificia Legis Veteri ſecũdum ſe efficaciam nullam habebant, ſed ſolum erant quædam vmbra futurorum bonorũ, vt ait Apoſtolus ad Hebr. 10. c. vbi ſignificat ea nullam habere efficaciam, quia offerebantur ad quãdam peccatorum remiſſionem: dicit tñ ibi Apoſtolus: impoſſibile eſt. n. ſanguine hircorum, & taurorum auferri peccata: ſolum ergo habebãt efficaciam ex deuotione offerentium, & conſiſtebat in hoc virtus eorum, ꝙ fiebant ſub quadam proteſtatione futuri Meſſiæ, ſ. quia iſta ſignificabant eum venturum, & ea quæ in illo futura erant. Cum autem Iudæi offerebant talia ſacrificia, publicè, vel expreſsè profitebantur Meſſiam futurũ, & ſic iſta fiebant in fide eius. Gentilibus autem non erant hæc, qm̃ ipſi non profitebantur Meſſiam futurum, cum nihil tale cognoſcerent: ergo non pertinebant ad eos iſta ſacrificia. Sed aliquis diceret, ꝙ hoc non ſit conuenienter dictum: nam cum dicitur, ꝙ ſacrificia fiebant cum quibuſdam proteſtationibus Meſſiæ futuri, quæritur an illæ proteſtationes fierent expreſsè, vel ſubintelligerentur ex natura ſacrificij. Si dicas, ꝙ fiebãt expreſsè, falſum eſt: quia non cognoſcebant Iudæi Meſſiam futurum vniuerſaliter, ſed ſolum illi qui erant magis ſapientes: proprietates tñ futuri Meſſiæ neſciebant ẽt ipſi ſapiẽtes, ſed ſolum Prophetæ eas cognoſcebant: quanquam adhuc nõ ſit manifeſtum, an quilibet de Prophetis cognouerit omnia myſteria Chriſti. Cum autem Iudæi facerẽt ſacrificia, & cæremonias cum proteſtationibus expreſſis futuri Meſſiæ, neceſſe erat, vt ipſi cognoſcerent ſignificationes omnium ſacrificiorum, & cęremoniarum, quia dicit Apoſtolus 1. ad Corint. c. 10. Omnia in figura cõtingebant illis, ſ. in figura futuri Meſſiæ: omnia ergo illa figurata cognoſcere debebant, vt ſcirent proteſtari id quod faciebant in opere per illa ſacrificia: ſed cognoſcere ſignificationes omnium horũ in Chriſto, erat cuicumque difficile, vt vix aliquis eorũ ſciret. Ergo nõ fiebãt tales proteſtationes expreſsè; potiſſimè, quia ſi tales proteſtationes manifeſtè fierẽt, & eſſent de neceſſitate ſacrificiorũ, ad hoc ꝙ offerentes in oblationibus ſuis mererentur, Deus expreſſiſſet illas in Lege: alioquin fuiſſet peſſimus ordo, ſ. ꝙ exprimerentur omnes cæremoniæ ſacrificiorum, & tñ id in quo erat ſubſtantia meriti ſacrificiorum ſubticeretur; non ergo fiebant expreſsè. Itẽ, quia ſi iſtæ proteſtationes expreſsè fierent, quanquam non eſſent determinatæ à Lege, omnes vulgares eas ſcirent per frequentationem ſacrificiorum, & ſic cognoſcerẽt manifeſtè Chriſtũ moriturum, quod principalius ſignificabatur per omnia ſacrificia. Iudæi tñ non intelligunt Meſſiam

An oportebat, ꝙ Iudæi intelligerẽt ſignificationes ſacrificiorũ, quæ faciebant, vel eſſet occulta. & ſimiliter de Gentiliũ ſacrificijs an eis proficerent.

ſiam eſſe moriturũ pro peccatis populi; nec etiam hoc intelligebant tempore Chriſti, quãdo frequentabant ſacrificia: quin potius admirabantur, quia aliqui eorum exiſtimabant Chriſtum eſſe Meſſiam: & quãdo dicebat ſe eſſe occidendum, admirabãtur, vt habetur Ioan. cap. 12. cum dicitur: Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum, hoc autem dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba, nos audiuimus ex Lege, quia Chriſtus manet in æternum, & quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis, quis eſt iſte filius hominis? patet ergo, ꝙ exiſtimabant Chriſtum Meſſiam nõ eſſe moriturum. Si autem dicas, ꝙ Hebræi in ſacrificiis ſuis non expreſsè proteſtabantur Chriſtum eſſe moriturum, & alia quæ ſignificabantur in ſacrificiis, ſed ex natura ſacrificiorum inducebatur iſta proteſtatio; idem dicetur de Gentilibus, ꝙ ipſi quando offerrent iſta ſacrificia, ſubintellectè proteſtarentur id quod iſta ſacrificia ſignificabãt: & ſic non eſſet aliqua difficultas quin offerrent. Reſpondetur, ꝙ Gentiles, quando offerrent, non proteſtabantur implicitè ea quæ futura erant in Chriſto, & ſignificabantur per iſta ſacrificia, quia quanquam Iudæis hoc conueniret implicitè, Gentilibus tamen nõ conueniebat: & hoc eſt propter duo. Primò, quia iſta ſignificatio Chriſti futuri, & eorum, quę circa ipſum contingere debebãt, non importabatur per iſta ſacrificia naturaliter, ſ. quòd ex natura actus ſignificaretur. nam tunc quandocunque aliquis faceret tale ſacrificium, intelligeretur neceſſariò id ꝙ pertinebat ad Chriſtum futurum, ſed hoc falſum eſt; pertinebat ergo iſta ſignificatio ad voluntatem inſtituentis, ſ. ꝙ Deus inſtituit iſta ſacrificia, & inſtituit ea, vt eſſent ſigna talium, & talium rerum futurarum in Chriſto. Sed iſta ſignificatio in ſacrificãdo non poteſt competere Gentilibus; quia cum non ſit naturaliter, ſed ex voluntate inſtituentis, ſolum pertinebit quantum ad illos, quibus inſtitutor tales leges futurorum ſignificatiuas impoſuit: ſed ipſe Deus, qui iſta condidit, non dedit iſtas leges, niſi populo Hebraico, ergo quando Gentiles facerent iſta ſacrificia, non ſignificarentur per illa ea quæ erant futura in Chriſto. Item, non poterant ſignificari futura bona Legis Nouæ per ſacrificia, quæ facerent Gentiles; quia ſignificatio iſtorum ſacrificiorum erat de rebus pertinentibus ad fidem, vt de Chriſto venturo, & aliis quæ pertinent ad eum, & iſti articuli fundantur ſuper alios articulos fidei præcedentes, ſ. ſuper vnitatem, & veritatem Dei, & ſuper creationem mundi, quia iſti ſunt priores. Iudæi autem à lege eruditi concedebãt omnia iſta, ideo proteſtatio fidei implicita quantum ad articulos futuros proficiebãt; Gentilibus autem proficere nõ poterat, quia ipſi negabant articulos fidei præcedentes, ſcilicet, creationem mundi, & vnitatem Dei: ideo non potuiſſet per actus eorum ſignificari aliquis alius articulus fidei de futuris, cum ille fundetur ſuper prioribus: non ergo conueniebat Gentilibus ex hac parte facere Deo ſacrificia. Item nolebat Deus, vt acceptarentur ſacrificia Gentilium, quia ipſi erant perſonæ viles, ſubditi ſacrificiis immundis Idolorum; Dei autem ſacrificia erant munda, non pertinebat ergo ad eos offerre. Item Deus reputabat munera eorum eſſe corrupta, & immunda, quia erant ſuſpecta de aliqua ſuperſtitione Idolorum, ſcilicet, quòd in his quę offerrent Domino Deo, primo facerẽt aliquas cæremonias Idolorum, & quanquam conſtaret, ꝙ nihil tale obſeruauiſſent, & munera in ſe eſſent conuenientia, quia ipſi tamen erant contemptibiles, non recipiebantur.

Reſpõſio. Sacrificia non pertinebant ad Gentiles.

Item cauſa potiſſima huius eſt, quia iſta ſacrificia erant cæremonię cultus Diuini, & fundabantur ſuper recta fide de Deo, cum principalis cultus Dei ſit in fide, ſpe, & caritate, vt ait Auguſt. in Enchiridio. Alia autem pertinent ad cultum Diuinum, ſecundum quòd fundantur ſuper fide & amore, quoniam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Sed Gentiles non habebant fidem de Deo, immò repugnabant articulis fidei creditis à Iudæis, & traditis in Sacra Scriptura, ergo ſacrificia eorum erant deteſtabilia. Item ritus talis, vel talis ſacrificiorum nõ eſt à natura, nec à determinatione rationis in vniuerſali, ſed eſt ſpecialiter pertinens ad aliquem ſtatum viuendi, & ſecundum quòd ſtatus viuendi, & colendi Deum ſunt diuerſi, ita ritus colendi, ſcilicet, ſacrificia exhibere, debent eſſe diuerſa: ſed Deus ſtatuit iſta ſacrificia, tanquam quoſdam ritus ſpecialiter pertinentes ad ſtatum Iudaicum, ergo non licebat aliis qui non erant in hoc ſtatu, taliter offerre: ſed Gentiles non erant in ſtatu, vel cultu Iudæorum, ergo non conueniebat eis offerre ſacrificia. Sed ſi ſemel circumciderentur, licebat eis omnia iſta facere, quia per circumciſionem tranſibant in ſtatum, & obligationem Veteris Teſtamenti, & totius Iudaici ritus, vt patet ad Galat. c. 5. cum dicitur: Ego Paulus teſtificor omni homini circumcidenti ſe, ꝙ debitor ſit vniuerſæ legis faciendæ.

Similia autem ſunt in Nouo Teſtamento: nam Sacramenta quibus nos vtimur, ſ. Euchariſtia, & Vnctio, & Confirmatio, & Ordo, & cetera, ſunt Sacramenta Noui Teſtamenti, & pertinent ſolum ad eos, qui tenent fidem, ſtatum, & obſeruantiam Noui Teſtamenti. Si quis ergo infidelium à nobis peteret Euchariſtiam, aut Confirmationem, vel Ordinem, nõ conferremus ei: quia iſta ſolum pertinent ad eos qui ſunt in ſtatu Noui Teſtamenti, niſi prius Baptiſmũ receperit, qui eſt ianua Noui Teſtamenti: tunc enim ius habet accipiendi, & petendi Sacramenta, ſicut & nos. Habetur etiam ſimile exemplum, quantum ad omnia quæ hic dicũtur, ſcilicet, quòd ſi aliquis Iudæus voluerit, vel alius infidelis, in Eccleſia inter Catholicos ſacris intereſſe, & offerri ſacerdoti, cum ceteris non admittetur: quoniam iſti ſunt ritus eorum, qui permanent in fide, & ſtatu Noui Teſtamenti. Si tamen aliquis de Hebræis voluerit præſtare aliquid ad reſtaurationem Eccleſiæ, vel ædificationem, non intrans in Eccleſiam, nec offerens cum ceteris illud ab eo recipietur.

Quędam ſunt in Nouo Teſtamento quæ dantur omni infideli petẽti, vt Baptiſmus: alia non, vt Euchariſtia.

Sic etiam & ipſimet Iudæi faciebant, quoniam ſi aliquis vellet ędificare eorum Synagogas, & conſtruere aliquid de templo eorum, recipiebant eius eleemoſynam, ſicut patet de Cẽturione, cuius Chriſtus filium ſanauit: dicebant enim Iudæi de illo, Domine dignus eſt, vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram & Synagogã ipſe ædificauit nobis, vt habetur Lucæ 7. cap. Poteſt autem eſſe adhuc alia cauſa, propter quam non recipiatur oblatio, vel ſacrificium de manu Gentilium: ſic enim in Nouo Teſtamento non recipitur oblatio ab excommunicatis, & in Veteri Teſtamento nõ recipiebatur oblatio de mercede proſtibuli, nec etiam precium canis. Sic patet Deuter. 23. cap. Hoc autem erat propter vilitatem perſonarum, vel rerum, à quibus iſtud accipitur. Sic ergo in Gentilibus erit, ꝙ quia ipſi perſonæ viles erant, non ſuſciperet Deus oblationes eorum tanquam indignas. Item, Nicolaus ponit alias rationes, propter quas non licebat Gentilibus offerre oblationes Domino; quia nullus admittebatur ad Agnum Paſchalem comedendum, & immolandum, vt habetur Exodi 12. c. niſi iam eſſet circumciſus: ſed Gentiles non erant circumciſi; ergo non licebat eis offerre Domino victimas: quia ſi prohibebatur id, quod erat minus, ſcilicet, comedere de Paſchali Agno eis, qui non erant circumciſi, à fortiori prohiberetur id quod erat maius, ſcilicet, offerre victimas, quòd autem hoc ſit maius, patet: quia comedere de Agno Paſchali, ſolũ requirebat eſſe in loco, quem Dominus elegiſſet, ſcilicet, in loco Sanctuarij, non tamen requirebat eſſe comedentes in Sanctuario, vt habetur Deuteronom. 16. cap. cum tamen aliquis deberet offerre victimas, oportebat ꝙ eſſet offerens intra Sanctuarium ad oſtium Tabernaculi, vt habetur ſupra, 17. cap. Item, illi quorum oblatio recipiebatur ad offerendum ſuper altare, ingrediebantur Atrium Tabernaculi, in quo erat Altare holocauſtorum, vt patet ſup. 17. c. Sed Gentiles non debebant ingredi in Sanctuarium, vt habetur Trenorum. 1. cap. vbi dicitur: Vidi Gentes ingreſſas in Sanctuarium tuum, de quibus pręceperas, ne intrarent in Eccleſiam tuam. Etiam Ezec. 44. c. dicitur: Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſrael: eo quòd inducitis filios alienos incircumciſos carne, vt ſint in Sanctuario meo, & polluant domum meam. Dicebat enim hoc Deus Sacerdotibus, qui cupiditate ducti, accipiebãt Gentiles in Sanctuarium, vt haberent ab eis oblationes. Similiter etiam Iudæi accuſabant Paulũ, & cõmota eſt contra eum tota ciuitas Ieroſolymorum, exiſtimantes ꝙ introduxiſſet in templum Trophimum, & Epheſinum, qui erant Genti-

Nicolai rõnes ꝑ quas non licebat Gentilib. Domino oblationes offerre.

Gentiles, vt habetur Actuum 21. c. Si fuiſſet licitum, ꝙ Gentiles intrarent in Sanctuarium, non accuſaret totus populus Paulum, quod introduxiſſet Trophinū, & Epheſinum in Sanctuarium; ſi etiam alicui offerre licuiſſet, neceſſe erat, vt introiret in Sanctuarium, ergo Gentiles non poterant offerre aliquid Domino.

Sed adhuc dicet aliquis, iſta argumenta Nicolai non habere vigorem: Deus enim vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem eius venire, hoc autem fit per cōfeſſionem eius nominis: ſic patet 1. ad Thimoth. c. 2. In ſacrificio aūt maximè proteſtamur Deum, cum ſacrificium nulli niſi Deo conueniat. Si ergo Gentiles vellent Deum Iudæorum manifeſtè proteſtari eſſe Deum in ſuis ſacrificiis, non videtur cauſa adeſſe quare prohiberi deberēt. Et fortè rationes aſſignatæ ſupra nihil obſtant; & qn̄ primò dicitur, ꝙ ſacrificia ſolum proficiebant, vel erant accepta G ex opere operantis, & non ex opere operato, hoc aūt non erat in Gentilibus, cum non haberent proteſtationē Meſſiæ futuri: ergo non licebat eis. Ad hoc reſpondebunt, ꝙ deuotio ita poterat eſſe in Gentili, ſicut in Hebræo ad offerendum, quia inter Gentiles aliqui ſalui fuiſſe dicuntur ſecundum Doctores Catholicos, ſicut Iob, & fortè Plato, & multi de aliis, quoniam modus ad ſaluationem eorum erat ſatis facilis, ſicut declarauimus in libro noſtro, de quinque figuratis Paradoxis, in quinto Paradoxo, vbi de ſtatu hominum ante circumciſionem, & de ſtatu Gentilium tempore Legis Veteris permanentis plenè actū eſt. etiam Franciſcus Petrarcha, in 3. libro Inuectiuarum dicit, ſe non credere aliquem de Philoſophis, & Poetis idola coluiſſe, cum ipſi veritatem cognoſcerēt. Deuotio ergo æqualiter in Iudæis, & Gentilibus eſſe poterat. Quantum H ad alterum autem, ꝙ iſta ſacrificia fiebant in proteſtatione Meſſiæ futuri, dicendum eſt, ꝙ non erat expreſsè neceſſaria proteſtatio Meſſiæ futuri, vel alicuius alterius rei, nec etiam Iudæi hoc exprimebant, ſed ſimpliciter offerebant, imò ſi voluiſſent exprimere, neſciuiſſent quid ſignificabatur per illa ſacrificia, & cæremonias eorum: Sed ſolum ex natura ſacrificij ſecundum voluntatem inſtituentis erat occulta proteſtatio; quia ex hoc, ꝙ aliquis volebat offerre aliquid ſecundum ꝙ erat à Domino in lege mandatum, impliciter proteſtabatur ſe expectare Meſſiam, quem iſta ſacrificia præfigurabant. Item, quādo obiicitur de oblatione mercedis proſtibuli, & meretricis, & pretio canis, & de oblatione excommunicatorum, nō eſt ſimile; quia iſtorum oblationes repudiantur, vt iſti rubore ſuffuſi ad bonum conuertantur; quod non fieret, ſi eorum oblatio reciperetur: quia ſe æqualiter dignos reputarent aliis. Ideo excommunicati fidelium communione priuantur, vt tædio, & rubore affecti ad mandatum Eccleſiæ cōuertantur. Gentilis autem qui extra legem eſt, non debet in veritatis inquiſitione turbari, ſed cum māſuetudine accipi, & tractari, vt ad fidem conuertatur. Item, qn̄ dicitur, ꝙ ſoli Iudæi admittebantur ad Agnum Paſchalem comedendum, vel qui conuerſi erant, & ꝙ maius ſit, offerre victimas, quàm comedere de Agno Paſchali, dici poſſet, ꝙ maius ſit comedere de Agno Paſchali, quàm offerre aliquid Dño, quoniam cæremoniæ Veteris Teſtamenti dicuntur eſſe maioris, vel minoris dignitatis, non à gratia quam conferunt, quia non conferunt ex ſe aliquid, nec etiam dicuntur maiora à maioritate morbi quem curant, ſicut Sacramenta Noui Teſtamenti, cum nullū eorum aliquid curet præter circumciſionem, ſed dicuntur maiora, quia maiorem rem ſignificabant. Nunc aūt nihil eſt in Veteri Teſtamento, quod expreſſius Chriſtum ſignificet, quàm Agnus Paſchalis, vt patet ſi reſpiciantur cæremoniæ eius quæ habentur Exodi 12. c. ideo Euangeliſtæ magis Chriſto applicuerunt Agnum Paſchalem, quàm aliquid aliud de cæremoniis Veteris Teſtamenti, vt patet Ioan. 19. capite, vbi dicitur, quòd quando milites fregiſſent crura latronum cum perueniſſent ad Ieſum & vidiſſent eum iam mortuum, non fregerunt ei crura, & facta ſunt hæc, vt impleretur Scriptura quæ dicit: Os non comminuetis ex eo: conſtat tamen ꝙ hoc dictum eſt de Agno Paſchali, vt habetur Exodi 12. c. Item, quia Agnus Paſchalis erat ſacrificium, ſicut cetera ſacrificia, vt habetur Numer. c. 9. cum dicitur; Si quis aūt, & mundus eſt, & in itinere non

Multi Gentiles fuerunt viri ſancti.

Iſte liber auctoris eſt nunc apud nos.

F fuit, & tn̄ non fecit Phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium Dño non obtulit tempore ſuo: peccatum ſuum ipſe portauit. Ipſum Agnum Paſchalem vocat ſacrificium Dñi. Item, qn̄ dicitur, ꝙ non poterant Gentiles offerre Dño, quia non poterant intrare in Sanctuarium, & tn̄ offerentes introibant vſque ad oſtium Tabernaculi. Rn̄deri poteſt, ꝙ quanquam Gentiles per ſe non introirent vſque ad oſtiū Tabernaculi, poſſent dare aliquibus Iudæis hoſtias ſuas, vt loco ipſorū offerrent in Sanctuario, & ſic ſufficiebat, ꝙ offerrent. Itē, ſi Gētilibus licebat offerre pecunias ad vſum Sanctuarij, vt patet 2. Machab. c. 3. non vr̄ eſſe cauſā, quare non immolētur animalia ab eis oblata, quia quantum eſt ex deuotione offerentis, eadem deuotio eſſe poterat in offerendo animal, ſicut denarios. Quantum verò ad id quod offertur, non vr̄ G eſſe aliqua differentia, ꝙ offerantur panes, vel animalia, vel offerantur denarij. Nam nihil mali, vel boni in rebus iſtis ſm̄ ſeipſas eſt: & ſic non videbitur eſſe aliquid, pp qd̄ non deberent accipi oblationes de manu alienigenarum.

Nunc aūt ad ea quæ dicta ſunt reſponderi poteſt. Ad primum, qn̄ dicebatur, ꝙ Deus vult omnes homines ſaluos fieri per confeſſionem nominis ſui, & hoc fit in ſacrificio: ergo omnibus debent permitti ſacrificia.

Reſpondendum eſt, ꝙ Deus vult omnes fieri ſaluos, & ꝙ confiteantur nomen eius, tamen ex eo non ſequitur, ꝙ permittat ſacrificia ab omnibus fieri; nam non venit aliquis ad agnitionem Dei, & cōfeſſionem nominis eius per ſacrificia, ſed potius venit ad ſacrificia per confeſſionem nominis Dei: nam omnia illa quæ pertinent ad cognitionem Dei, & ad hoc, ꝙ aliquis illum amet, & colat, & ad H hoc, ꝙ ſaluetur, nulli debent negari. Ea tamen quæ ſunt propria alicuius ſtatus, vel modi viuendi, debent negari omnibus exceptis eis, qui ſunt in illo ſtatu, vel modo viuendi, ſcilicet, ꝙ aliqua ſunt quæ præcedunt ad ſtatum colendi Deum, & alia ſunt quæ conſequuntur, tanquam propriæ cæremoniæ illius ſtatus. De primis autem dicendum eſt, quòd tam in Nouo, quàm in Veteri Teſtamento omni homini concedebantur: ea tamen quæ conſequebantur ſtatum illum, non concedebantur cuicumque; immo nulli, niſi ei qui iam in illo ſtatu eſſet.

Sic autem erat in Veteri Teſtamento, quia præcedentia ad ſtatum populi Iudaici erant fides, & circumciſio, ſcilicet, quòd qui vellet tenere illum ſtatum, primo crederet omnia, quæ dicebantur à Prophetis, & in omnibus libris Veteris Teſtamenti.

I Secundum autem erat, ꝙ circūcideretur, ideo iſta nulli denegabantur; ꝙ tamen aliquis vellet offerre, vel introire in Sanctuariū, vel eſſe Iudex in populo Iſrael, erant quædam conſequentia ad ſtatum illum: ideo non permittebantur alicui, niſi iam eſſet in ſtatu Veteris Teſtamenti. Gentiles autem non erant in hoc ſtatu, quamdiu permanebant in Gentilitate, ideo nō licebat eis tūc offerre, quia hoc erat aliquid cōſequēs ad ipſum ſtatū populi Iudaici.

Sic etiam eſt in Nouo Teſtamento, quia quædam præcedunt ad Nouum Teſtamentum, quædam conſequūtur. Ad illud aūt præcedūt Fides, & Baptiſmus: ideo iſta duo nulli denegantur, ſed potius incitari debent omnes infideles ad hæc, & debent recipi in ſermonibus factis de fide, & obſeruantia Chriſtianorum, & ſi quis eorum quæſierit volens informari de fide, aut de aliquo pertinente K ad illam, ab aliquo legis perito Chriſtianorum gratis hoc faciendum eſt, & ſi quiſquam petierit Baptiſmum dādus eſt. Alia autem ſunt quæ conſequuntur ſtatum Noui Teſtamenti, vt poſſe recipere omnia alia Sacramenta, ſ. Confirmationem, Euchariſtiam, & Extremam Vnctionē, vel Ordines ſacros: vnde ſi quis infidelium petierit ſe ordinari in Sacerdotem, aut Confirmari ab Epiſcopo, aut tradi ſibi Euchariſtiā, nihil horum fiet, quia poteſtas recipiēdi iſta conſequitur Nouum Teſtamentum, & non præcedit. Nemini ergo dabūtur, niſi q. ſit in ſtatu Noui Teſtamēti.

Fides, & Baptiſmus nulli denegantur.

Et ſi dicas recipere Euchariſtiam, & fieri Sacerdotem pertinet ad Diuinum cultum, ergo nulli petenti debent negari.

Reſpondendum eſt, quòd non valet conſequentia; quia verum eſt de illis quæ præcedunt ad aliquem ſtatum colendi Deum, non de illis quæ conſequuntur ſtatum; & ſic

& ſic quando dicitur, per ſacrificia Deus colitur, & proteſtantur homines Deum eſſe, ergo cuilibet permitti debet facere Sacrificium. Reſpondetur, quod non valet conſequentia: quia facere ſacrificium eſt aliquid conſequens ad ſtatum Veteris Teſtamenti.

Ad aliud argumentum, quando dicebatur, ſcilicet, quod profectus qui erat in ſacrificiis ex deuotione, ita poterat eſſe in Gentilibus, ſicut in Iudæis, quia ipſi poterant habere deuotionem; quantum verò ad proteſtationē Meſſię futuri, non erat neceſſarium quod exprimerent manifeſtè, ſed ex natura ſacrificij importabatur, ergo ita poterant ipſi offerre cum proteſtatione tanta, ſicut Iudæi.

Quæ deuotio requirebatur in ſacrificijs.

Reſpondetur, quod in Gentilibus non poterat eſſe ea deuotio, quæ requirebatur ad acceptabilitatem ſacrificij ſicut in Iudæis: nam nō vocatur hic deuotio eleuatio mentis in Deum, ſed eleuatio cum quibuſdam conditionibus, B ſed iſtæ non poterant eſſe in Gentilibus. Primò, quia non poteſt aliquis habere deuotionem in Deum, niſi eum cognoſcat; quia deuotio pars amoris eſt; amor aūt nunquam eſt in incognitū. Sed Gentiles non cognoſcebant Deum, ſed exiſtimabant quaſdam inſanias de eo, pluralitatem Deorū aſſerentes, quod repugnabat valde dignitati Dei; nec poterant Deo complacere, cum de eo falſa exiſtimarent, nec hoc exiſtimabant tanquam veritatē cognoſcere non poſſent, ſed quia nolebant: nā Iudæi illos libēter docuiſſent. Itē cum ſacrificare eſſet quædā pars cultus Diuini in Veteri Teſtamento, non ſolum requirebatur, quod iſti vellent offerre propter Deū, ſed ēt, quod ceteras partes cultus acceptarent: nā niſi eo modo facerent, quo Deus iubebat, non videbātur facere, quod Deus inſſerat: ſed dederat iſtā cæremoniam Deus ſacrificandi cum aliis cęremoniis Veteris Teſtamēti, ſi ergo aliquis vellet diſtinguere inter cæremonias vnam acceptans, & aliā reiiciens, non faciebat C quod Deus iubebat, ſed quod ipſe volebāt, non erat ergo acceptabile tale ſacrificium. Ad aliud quando dicitur, quod ita poterant Gentiles tacitè profiteri Meſſiam futurum, ſicut Iudæi in ſacrificiis: cum hoc induceretur ex natura ſacrificij, & non erat neceſſaria expreſſio vocalis.

Reſpōdetur, quod quanquam fieret proteſtatio tacitè, non poterat fieri per Gentiles. Iſtæ enim proteſtationes nō inducebantur ex natura actus, quaſi actus ſecundum ſe hoc ſignaret, ſed inducebantur ex voluntate inſtituentis. Non poterat ergo aliquis per iſtos actus ſignificare quicquam occultè proteſtando, niſi inquantum conformabatur voluntati inſtituentis: ſed Gentiles nō conformabantur huic voluntati, ergo non proteſtabantur aliquid tacitè. D Hoc patet: quia Deus inſtituit ſacrificium, tanquā quandam cæremoniam cultus ſui fundatam ſuper fide eorum, quæ de ſe credi mandabat, & cum intentione ſimulandi eum ceteris quæ iuberet: ſed Gentiles non tenebant iſtam fidem, nec reliquas partes cæremoniarum acceptabant, ergo non debebant permitti facere ſacrificia ſecundum ritum Iudæorum. Ad aliud argumentum quod dicebatur, quod

Nota.

non eſt ſimile de Gentilibus ad oblationem meretricum, & precium canis, & oblationes excommunicatorum, quia excommunicati, & meretrices increpandi ſunt, vt tædio affecti ad bonum conuertantur: ſed Gentiles, & omnes infideles dulciter tractandi erant, vt ad fidem venirent.

In malo perſeuerantes dupliciter ad bonū trahi poſſūt, & quomodo infideles tractandi.

Reſpondendum eſt vno modo, quod in excommunicatis, & infidelibus ſimilitudo eſt, & in omnibus aliis qui in malo perſeuerant: nam poſſunt iſti trahi ad bonum dupliciter, E vno modo per timorem, vel ſubtractionem boni; alio modo per amorem: & ſic nos infidelibus facimus, & excommunicatis: nam excommunicatis interdum blandimur, vt ad bonum conuertantur, proponentes eis bona quæ perdunt priuati communione, & bona quæ acquirerent, ſi ad communionem redirent. aliquando etiam per illationem malorum eos reducimus afficientes eos tædio, cum illis non loquamur, eoſq; ſic rubore ſuffundimus, aliiſque bonis communicationis noſtræ priuamus. In infidelibus aūt eodem modo eſt; quia aliquando eis mala infligimus priuantes eos bonis communicationis noſtræ; quoniam non communicamus eis ſicut fideles inter ſe communicant: alia quoq; vitæ ſubſidia eis ſubtrahimus, vt hęc intelligāt ſibi fieri, quoniam fideles non ſunt. Aliquando autem eos per amorem trahi conuenit, vt eis dulciter communicemus, A & alia bona eis faciamus: maximè autem quantū ad eruditionem quę eſt in fide. Ideo Paulus Apoſtolus quando communicabat Gentibus, ſequebatur ritus eorum, vt eis magis perſuadere poſſet, & cum eſſet inter Iudæos faciebat ſicut Iudæus, cum verò eſſet apud barbaros, faciebat ſicut barbarus, vnde ait: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes Chriſto lucrifacerem. Sic quoque beatus Petrus cum eſſet inter Gentiles, conuerſabatur ſicut Gentilis, vt perſuaderet eis. Cum verò eſſet inter Iudæos, aut aliqui dę Iudæis ad eum veniſſent, ſeparabat ſe à Gentilibus incipiens diſtinguere cibos, vt patet ad Galat. cap. 2. quanquam eum Paulus reprehendit, vt patet ibidem. Ideo quantum ad hoc, reſponderi poteſt, quòd de excommunicatis, & meretricibus, & infidelibus idē modus trahendi eſt, ideo ſicut excommunicatorum prohibentur, & meretricum oblationes, ita & oblationes infideliū; & hoc pertinet ad id vt trahantur per timorē, quanquā ad infideles magis dulciter nos habere debeamus, quam ad excōmunicatos, & meretrices, cum maiorem poteſtatem Eccleſia habet ſuper excōmunicatos, & meretrices, quia ſunt intra Eccleſiam, quam ſuper infideles qui ſunt extra eam. Alio modo adhuc conuenientius reſpōderi poteſt: quia dulcius tractari debēt infideles, quam excommunicati, vel meretrices, vt ad fidem trahantur: facilius tamen eſt recipi excommunicatorum, & meretricum oblationes, & ſacrificia, quam infidelium, quia poteſtas faciendi ſacrificium, vel offerendi inter Catholicos, & meretrices eſt: quia iſta poteſtas cōſequitur eos qui ſunt in ſtatu Noui Teſtamenti, huiuſmodi aūt ſunt meretrices, & excommunicati, ideo de eis permitti deberet, quod offerrent, niſi vt rubore ſuffuſi C facilius cōuertantur ad bonum; in infidelibus autem non ſic eſt: quoniam poteſtas offerendi, & faciēdi ſacrificium, conſequitur ipſum ſtatum Veteris, & Noui Teſtamenti, ſecundum cæremonias cuiuslibet eorum; ideo non poteſt eſſe in aliquo niſi in eo, qui iam eſt in ſtatu Noui vel Veteris Teſtamenti. Infideles autem nō ſunt huiuſmodi, ergo non licet eis offerre. Ad alterum argumentum quando dicebatur, quod minus erat facere ſacrificia quam comedere de Agno Paſchali: ideo quòd non licebat Gentilibus nō circumciſis comedere de Agno Paſchali, tamen quòd liceret eis facere ſacrificia. Dicendum, quòd non videtur

Quid ſit maius, offerre ſacrificia, vel comedere de Agno Paſchali.

eſſe maius, quia Agnus Paſchalis non pertinebat ad tot cæremonias ſacrificiorum, ſicut ipſamet ſacrificia: nam de Agno Paſchali nihil cedebat iuri Sacerdotū, ſicut de pacificis hoſtiis, vel pro peccato. Eodem modo non cedebāt D eædem partes Deo, quæ cedebant de aliis ſacrificiis, ſed totum cedebat iuri ipſorum laicorum occidentium agnum, præter adipem, & ſanguinem; quæ alias nunquam eis licebat.

Item fiebant plures cæremoniæ in ſacrificiis, quam in Agno Paſchali: nam in Agno Paſchali non videtur, quod fieret ritus offerendi ad oſtium Tabernaculi, ſicut expreſſè iubetur de omnibus aliis ſacrificiis; nec etiam comedebātur carnes Agni Paſchalis intra Sanctuarium, ſicut comedebantur carnes aliorum ſacrificiorum pacificorū, & pro peccato: ſed ſufficiebat, quod comederentur in loco, quem Dominus elegiſſet, vt patet Deuteron. cap. 16. Item, quando dicitur, quod Agnus Paſchalis erat ſacrificium, dicendum eſt, quod non erat propriè ſacrificium, ſed largè dictum ex eo, quòd erat quædam immolatio à Deo iuſſa, & ſigni- E ficatiua aliquorum diuinorum beneficiorum, ſcilicet, liberationis de Ægypto; propriè tamen ſacrificium non erat: quia aut eſſet de holocauſtis, vel hoſtiis pacificis, vel pro peccato, ſed nullum horum erat; quod patet; quia non erat holocauſtum: nam in holocauſtis carnes totaliter Deo cedebant: in Agno autem Paſchali nihil Deo de carnibus cedebat, ſed totum ipſis laicis.

Item non erat victima pacifica, quia in pacificis victimis Sacerdotibus cedebant pectuſculum, & armus, vt patet ſupra, 7. & 10. capp. Sed de Agno Paſchali nihil cedebat iuri Sacerdotum.

Item non erat ſacrificium pro peccato; quia iſta fiebant pro ſpecialibus peccatis, quod non videtur in Agno Paſchali: quia non fiebat ad peccatorum remiſſionem, ſed ad recolendum beneficiā liberationis de Aegypto. Item, quia in ſacrificio pro peccato, omnes carnes cedebant Sa-

ſcerdotibus, vt patet ſupra 6.cap. ſed in Agno Paſchali nihil cedebat ſacerdotibus, ergo non pertinebat ad ſacrificium pro peccato; & ſic patet cōſequenter, quòd non erat Agnus Paſchalis ſacrificium.

Ad aliud quando dicitur, ꝙ in Veteri Teſtamento non dicebantur eſſe aliqua maiora Sacramenta aliis, propter efficaciam quæ nulla erat: ſed propter maioritatē rerum ſignificatarum, vel propter magis expreſſam ſignificationem. Reſpondendum eſt, ꝙ in Veteri Teſtamento aliqua dicebantur maiora Sacramenta largè ſumpta: quia magis efficiebant; ſicut patet in Circumciſione, quæ inter omnes cæremonias Veteris Teſtamenti efficaciam habebat, quia erat Sacramentum fidei; & hoc erat maius quàm oblatio Agni Paſchalis. Alia autem erant maiora Sacramenta, quia requirebāt plures cæremonias, & ſollemniores aliis, & ſic ſacrificia dicūtur eſſe maioris dignitatis, quàm omnes cæremoniæ Veteris Teſtamenti, quia requirebāt plures diſpoſitiones, & ritus, tam ex parte offerentium, quàm ex parte Sacerdotum, & ex parte rerum oblatarum, & loci in quo offerebantur; & tandem quantum ad modos ipſius actionis; in aliis autem non requirebantur tot: ideo maioris dignitatis erant quantum ad hoc, ſacrificia in Veteri Teſtamento, quàm immolatio Agni Paſchalis.

Alio modo poſſunt dici Sacramenta, vel cæremoniæ maiores ex parte rerum ſignificatarum, ex modo expreſſiori repræſentandi; & hoc ſatis conuenit Agno Paſchali inter cætera, quę erant in Veteri Teſtamento. magis tñ efficit dignitatem modus ſecundus ſupra dictus, quàm iſte tertius, & quantum ad illum ſacrificia excedunt Agnum Paſchalem. Item, quando dicitur, quòd magis adaptatur Agnus Paſchalis ad ſignificandum Chriſtum, & magis ponitur ab Euāgeliſtis, quam aliqua alia cæremonia Veteris Teſtamenti. Reſpondendum eſt, ꝙ etiam ponuntur aliæ cæremoniæ Veteris Teſtamenti in Nouo tanquam ſignificatiuæ eius. Nam ſicut Beatus Ioannes dixit, quòd non erat os aliquod confringēdum in morte Chriſti: quia dictum fuerat de Agno Paſchali, os non comminuetis ex eo, vt patet Ioannis 19.cap. ita ipſemet Chriſtus ſignificās paſſionem ſuam, expreſſit ſe per ſerpentem æneum, quem fecit Moyſes in Veteri Teſtamento, vt patet Ioan. 3. cap. cum dicitur: & ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis; vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non ergo videtur quantum ad hoc, excedere Agnus Paſchalis alias cæremonias Veteris Teſtamenti.

Ad aliud argumentū, quando dicebatur, ꝙ quanquam Gentiles per ſe offerre non poſſent introeuntes in Sanctuarium, poterant tamen dare oblationem ſuam aliquibus Iudæis, vt offerrent nomine eorum, & ſic nihil videbatur differre, an ipſi offerrent, vel alij pro eis.

Reſpondetur, ꝙ aliquid differat, quòd Gentiles per ſe offerrent, vel alij nomine eorum: quoniam ſi offerrent ſecundum cæremonias Veteris Teſtamenti, oportebat, vt per ſe offerrent: ſic enim lex iubet, vt patet ex proceſſu libri huius. Et tamen adhuc non inſiſtentes huic, dicemus, ꝙ quanquam voluiſſent Gentiles offerre aliqua ſacrificia, non permittebantur, nec accepiſſet quiſquam Iudæus illa de manu eorum, quia Deus prohibet hoc in littera dicēs: De manu alienigenæ nō offeretis panes Domino Deo veſtro, & quicquid alterū dare voluerit. Et quanquam ipſi populares fortè reciperent ad offerendum panes nomine Gentilium, quando Sacerdotibus hoc conſtaret, non reciperent talia ſacrificia: & ſic nullo modo licebat accipere ſacrificia de manu Gentilium. Sed ſi dicas, quòd poterant populares Iudæi offerre ſacrificia Gentilium Sacerdotibus, non explicando quorum erant, & ſic reciperentur.

Reſpondendum eſt, ꝙ lex data hominibus nunquam datur niſi de eis, quæ hominibus nota eſſe poſſunt: de occultis nāque ad Deum iudicare pertinet: ideo quanquam Sacerdotes illud reciperent, quod Gentiles offerebant, nihil tamen referebat ad iſtam legem; quia ipſi neſciebant aliquid ſe recipere à Gentilibus. Alio tamen modo adhuc reſponderi poteſt, ſ. quòd nullo modo Sacerdotes recipiebant ſacrificia pro Gentilibus; quia prius inquirebant quorum erant illa ſacrificia, ad hoc, ꝙ orarent pro eis qui offerebant. Nam Sacerdotes quando faciebant cæremo-

F nias, orabant pro offerentibus, vt patet ſup. 5. & 6. capp. & ſic cognouiſſent an iſtæ eſſent oblationes Gentiliū vel Iudæorum. Si aūt confiterentur vulgares eſſe illas oblationes ſuas, quas pro Gentilibus offerebant, non proficerent Gentilibus, quia nō oraſſent Sacerdotes pro illis, ſed pro Iudæis offerentibus, nec etiam proficerent iſtæ oblationes Iudæis offerētibus, quia mētiebātur, nulli ergo profuiſſēt.

Ad aliud argumentum, quando dicebatur, ꝙ ſi licebat Gentilibus offerre pecuniam ad vſus templi, licebat etiam dare ſacrificia; quia nihil magis videbatur eſſe in vno quā in altero, ſiue ex deuotione, ſiue ex re oblata. Reſpondendum eſt, ꝙ non eſt ſimile: quia quando offerebant Gentiles Domino aliquas pecunias ad vſus Sanctuarij, illę nō conſecrabantur, ſicut ſacrificia oblata ſuper altare, & incēſa coram Domino; ſed ſolum manebāt in theſauro Sanctuarij ad vſus futuros. Cum autem aliquod animal offe-

G rebatur, illud ſacrum efficiebatur, & ponebatur ſuper altare ad cremandum, quod erat pertinens ad dignitatem eius, qui obtuliſſet, ſcilicet, quòd res conſecratæ ab eo acceptarentur à Deo. Cum autem offerebat pecunias quiſquam, non pertinebat ad eius dignitatem, quia illæ reciperentur, quia non efficiebantur ſacræ, ſed ad quoſcūque vſus applicari poterant, cum ibi nō conſideretur ſubſtantia, ſed valor rei. Vnde ſi aliquis offerret vouendo Domino aliquod animal, non poterat dare aliud pro illo, etiam ſi id, quod dabat, eſſet maioris valoris, quā id, quod prius datum erat, & id quod pro eo commutabatur, pertineret ad Deum. ſic patet infra, 27. c. cum dicitur: Animal aūt, quod immolari poteſt Domino; ſi quis vouerit, ſanctum erit, & mutari non poterit, i. nec melius malo, nec peius

H bono, quia ſi mutauerit, & ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatum eſt; conſecratum erit Domino. Item, multum differt, quòd offerrentur pecuniæ, vel ſacrificia: nam offerre pecunias, non erat aliquid pertinens magis ad eos, qui erant in ſtatu Veteris Teſtamēti, quàm ad quoſlibet alios: offerre autem ſacrificia, erat quoddam cæremoniale, cuius poteſtas conſequebatur eos, qui erant in ſtatu Veteris Teſtamenti, ideo offerre pecunias omnibus licebat: quia non concernebat aliquem ſtatum; offerre autem ſacrificia, non pertinebat ad omnes, ſed ſolum ad eos, qui iam erant in ſtatu Veteris Teſtamenti. Patet ergo, quòmodo Gentilibus nō licebat offerre ſacrificia, nec aliquid pertinens ad modum ſacrificiorū: licebat tamen offerre pecunias, aut quodlibet conuertibile in pecunias, etiam ſi eſſet animal aptum ad immolandum, dum ta-

I men non offerretur ad immolandum, ſed ad reducendum in pecunias.

Sciendum, ꝙ iſta littera aliter exponitur ab Hebræis, & habetur ſic in Hebræo. *De manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro, nec de omnibus alijs, quia corruptio eorum in eis.* Intelligunt aūt Rabbi Salomon, & Rabbi Abraham Aben Ezra: quia ſupra dictum fuerat, ꝙ maculata non debebant recipi in ſacrificiis, fortè crederet Sacerdos, quòd iſta lex non intelligebatur, niſi de Iudæis: & quod liceret illis accipere iſta maculata à Gentilibus. *Expoſitio litteræ Hebræorum.*

Reſpondet ergo Deus, quod non offerrentur iſta, nec etiam à Gentilibus; quod eſt recipi de manu alienigenarum, quia corruptio eorum in ipſis eſt, id eſt, quia iſtæ oblationes in ſe corruptæ, & maculatæ ſunt. Volunt ta-

K men iſti Hebræi, quod ſi Gentiles offerrent aliqua animalia immaculata, quòd Sacerdotes illa reciperent, ſed non conuenit hoc textui: Nam aliqui dicūt, quòd per panem ſignificatur hic panis; ſed & hoc non conuenit: quia in pane non eſt aliqua macula, propter quam offerri non liceret; ſed accipitur pro ſacrificiis, ſecundum quòd ſupra declaratum eſt. Iſta autem reſpuuntur propter ipſorum Gentilium vilitatem, & quia non erant de ſtatu Veteris Teſtamenti, potiſſimè, quia ſi de manu Gentilium licuiſſet accipere ſacrificia munda, ſicut de manu Iudæorum, nihil differrent Iudæi quantum ad hoc in dignitate à Gentilibus; quia æqualiā eis licuiſſent, quod falſum eſt: qm̄ tūc ita intelligerent Gentiles ſe pertinere ad cultum Dei, & acceptari munera ſua, ſicut ipſorum Iudæorum.

Si autem aliquis obiiciat, quòd non intelliguntur hic per panes niſi panes, non ſtat: quia cum oblatio principalius fieret in carnibus, q̄ in pane, debet magis fieri men-

tio de carnibus, ergo intelligendæ ſunt hic carnes ſacrificiorum per panes, & hoc ſatis conuenit litteræ Hebraicæ quæ ponit pro pane lehen, & tamen generaliter ponitur in littera noſtra pro quocumque pabulo, vel nutrimento; ſic patet ſup. 3. c. vbi littera noſtra dicit in pabulum ignis; in littera autem Hebraica dicitur in panem ignis, ſcilicet, ad nutrimentum, & ponitur ibi lehen; & ſic accipitur ibi panis pro ſacrificio carnium, & per hoc etiam poſſunt intelligi panes, & omnia alia quæcumque offerri poſſunt. *Quia corrupta, & maculata ſunt omnia*, ſcilicet, munera Gẽtilium, quæ dabant ad immolandum, vel ad cremandum quomodocumque ſuper altare, & hoc, quia erãt ſuſpecta de aliquo ritu Idolorum facto ſuper illa; vel dicũtur corrupta, quia in ſe grata non erãt, ſed ſola ſacrificia Iſraelitici populi grata erant, eo quòd omnia ſacrificia fiebant ſecundum aliquam ſignificationem, & ad hanc inſtituta erant vt patet 1. ad Corinth. 10. ſcilicet: Omnia in figura contingebant illis. In Gentilibus autem non eſt ſignificandi ratio, quæ cõueniebat ſacrificiis, quia iſta ſignificatio data fuerat ab impoſitore legis, & fuerat data eis qui manebant in ritu cultus eius: ſed Gentiles non erant in ritu illo, ergo non pertinebat ad eos iſta ſignificatio, cũ non pertineret fides ſuper qua fundabatur. Vnde ſi Gentiles etiam non colentes Idola alicubi terrarum, ante legislationem, vel poſtea feciſſent Deo ſacrificia, quæ iuſſa erant in lege, non habuiſſent eandem ſignificationem, quã habebant cum à Iudæis fierent, cum iſta ſignificatio non ſit naturaliter ex conditione actus, ſed ex volũtate inſtituentis; ſed non fuerant inſtituta iſta ſacrificia Gentilibus, ſed ſolis Iudæis, ideo apud eos ſolos legitimè repræſentabantur. De pecuniis autem alia ratio eſt, quia pecuniæ non dantur ad rationem ſignificationis, ſed ad neceſſitatẽ ſupplendã: ſuppletio aũt neceſſitatis, ita fiebat per pecuniam Gentilium, quam Iudęorũ. ergo vtrique licitum erat dare pecuniã offerẽdo. *Locutuſq; eſt Dominus, ad Moyſen; dicẽs.*

Cæremoniæ quantum ad determinationem temporis in animalibus offerendis. *Quæſt.* *XXIIII.*

HIc ponuntur aliæ cæremonię pertinentes ad oblationem, ſcilicet, quantum ad determinationẽ temporis in animalibus offerendis; & ponitur hic principium orationis, ſcilicet, locutus eſt; quia ſunt iſta præcepta alia à ſuperioribus. *Bos, ouis, & capra.* De his tribus ſolum ponitur, quia iſta ſolũ ſunt immolaticia inter omnia quadrupedia, & de omnibus eſt idem ius. Alia autem animalia D quanquam eſſent munda ad eſum, tamen non erant munda ad ſacrificium, quia maior immunditia requirebatur in ſacrificio, quam in cibis. Cauſæ autem horũ ſupra 1. c. poſitæ fuerunt. *Cum genita fuerint, ſeptem diebus erunt ſub vbere matris ſuæ.* Hic determinatur tempus ad offerendũ, ſcilicet, ꝙ ſi aliquis vellet offerre aliquod animal, nõ poterat offerre ante dies octo, ſed remanebat primò quodlibet animal nouiter genitum ſeptem diebus cũ matre ſua, & poſtea in die octauo poterat offerri. Dr aũt, ꝙ erat ſub vbere matris, quia in ſeptẽ diebus permitti debebat lacte nutriri, nec. n. ante aſſumendum erat animal in ſacrificiũ, nec etiam in cibos; & hoc ſignificabatur Exodi c. 23. cum dicitur: Non coques hœdum in lacte matris ſuæ, i. non coques eum ante dies octo. Idem habetur Deuteron. 24. c. & eſt ſenſus, quia ſi coquatur hœdus ante dies octo, magis E habet ſubſtãtiam lacteam, quam traxit à matre, quã ſubſtantiam carnis, qm̃ caro illa tenera eſt in modum lactis. *Die octauo, & deinceps offerri poterunt Domino.* In die enim octauo iam animalia duriora ſunt, ideo cõuenientius occidi poterant, non tamen erat neceſſarium, ꝙ occiderentur in die octauo ad immolandum, ſed poterant offerri etiam poſt vnum annum, vel quando vellent ipſi offerentes: nam ſicut offerre eis liberum erat, ita tẽpus offerendi pariter liberum remanebat eis. Sed magis hoc pertinebat ad ipſa animalia, quæ ex neceſſitate Domino tradi debebant, ſicut primogenita pecorum, quæ offerebantur: hæc enim poterant dari in die octauo, vel vltra, Domino. Sic patet Exodi cap. 22. cum dicitur: Primogenitum filiorum dabis mihi, de bobus quoque, & ouibus ſimiliter facies, ſeptem diebus ſint cum matre ſua, & die

A octauo reddes illum mihi. Quòd autem non eſſet neceſſarium offerri in octauo die, ſed poſtea poſſent offerri, patet; quia dicitur: Die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino.

Cauſa huius eſt: quia ſacrificia Dei dicuntur cibus eius, ideo ſicut in cibis requiritur, ꝙ ſit conueniens diſpoſitio, ne ſint multum liquida, & limoſa inſtar lactis, & ꝙ non ſint multum dura, ita quoque in ſacrificiis Dei, ſicut fuit declaratum ſupra, 1. cap. vbi cauſæ horum datæ ſunt. *Siue illa bos, ſiue ouis.* Hic ponitur alia regula de non occidẽdis matre, & filiis in eadem die, & dicitur de boue & oue: intelligendum etiam eſt de capra, quia iſta tria erant animalia immolaticia, & omnium erat idem ius: præcipuè, quia ſupra immediatè dictum eſt de boue, oue, & capra non offerendis ante octauum diem, ergo per illa intelligi B debuit hic capra, etiam ſi non exprimatur. *Non immolabuntur vna die cum fetibus ſuis*, ſcilicet, ꝙ non occidetur ad ſacrificium mater eadem die cum filiis.

Sacrificia Dei ſunt, vt cibus eius.

Hoc enim de matre intelligitur reſpectu cuius filij vocantur fetus, quia eos fouit in vtero ſuo; reſpectu autem patris non vocantur fetus, ſed filij, vel geniti. Et quanquam hoc intelligatur de matre, tamen ad patrem etiam referendum eſt, ſi cognoſcatur. dicitur tamen hoc de matre, quia in brutis matres cognoſcuntur, cum apud eas filij paruuli nutriantur, patres autem rariſſimè, ideo lex nihil poſuit de eo quòd raro accidit: quia tamen eſt eadem ratio legis in patre, & matre, quãdocumque pater cognoſcatur, non occidetur eadem die cum prole ſua, & dicitur hic hoc debere ſeruari in immolatione, ſcilicet, in ſacrificiis, tamen etiam intelligendum eſt de aliis immolaC tionibus, quæ non erant ſacrificia; magis tamen pertinet ad ſacrificia, quam ad alia.

Ratio huius eſt: quia Deus volebat ordinare populum Iudaicum ad pietatem; quoniam Hebræi duri corde erãt, non habentes in alterutram viſcera caritatis: Deus ergò, vt erudiret eos ad pietatem, mandauit talia in pecoribus: erat autem quoddã crudelitatis genus, ſi pater cum filiis eodem occideretur die: ideo iuſſit Deus, vt nõ occiderentur. Alia quoque ſimilia mandauit, ſcilicet, ſi alicui occurreret nidus auium, & inueniret matrem deſuper incubantem pullis, non teneret omnes ſimul, ſed matrem, relinquens filios acciperet, vt habetur Deuteronom. cap. 22. Hoc autem pietatis exemplum cum Deus vellet obſeruari in actibus Iudæorũ, maximè obſeruari fecit in actibus pertinentibus ad cultum ſuum, ſcilicet, in ſacrificiis, dicens ſpecialiter, ꝙ mater, & filij nõ immolarentur eadem die. *Si immolaueritis hoſtiam.* Hic ponitur cæremonia de tempore comedendi carnes pacificarum hoſtiarum, ſcilicet, an deberent comedi in eadem die, vel poſſent comedi in ſequẽtibus; de holocauſtis autem nihil dicitur: quoniam carnes illorum non comedebantur, ſed cremabantur ſuper altare immediatè, vt patet ſupra, 1. cap. de carnibus autem hoſtiæ pro peccato etiam nihil dicitur: quoniam eadem die à ſacerdotibus comedebantur, vt patet ſupra, 6. cap. Dicitur tamen de hoſtiis pacificis: quia in his aliquando licebat comedere carnes in ſequenti die, aliqñ autem ſolum die qua offerebantur, vt patet ſupra, 7. cap. *Pro gratiarum actione Domino.* Erant enim hoſtiæ pacificæ duplices: quædam erant pro gratiarum actione, ſcilicet, pro beneficiis ſuſceptis; aliæ autem pro ſuſcipiendis. Illæ quæ erant pro ſuſceptis, dicebãtur eſſe ad gratiarũ actiones; quæ verò erant pro beneficiis ſuſcipiendis, dicebãtur eſſe pacificæ ad impetrandum. De his aũt pacificis diſtinguebatur ſupra, 7. cap. quòd quædam erant ſpontaneæ, aliæ votiuæ; & de his dicitur, ꝙ poterant comedi carnes iſtarum in eadem die, qua occidebãtur victimæ, vel in ſequenti, dum tñ nihil comederetur de illis in die tertio. Si quis autẽ comederet de hoſtia pacifica die tertio, periret anima illa de populo ſuo, vt patet ſupra, 7. & 19. capp. De hoſtiis tñ pro gratiarum actione dicitur, ꝙ eadem die comederẽtur. *Vt poſſit eſſe placabilis*, i. vt ſit conueniẽs ad placandum Deum: Nam ſi non obſeruarentur cæremoniæ, quas Deus iubebat i ſacrificiis ſuis obſeruari, nõ placabatur, ſed potius iraſcebatur, & aliqñ occidebat eos, qui trãſgrediebantur cæremonias, vt patet de Nadab, & Abiu filiis maioribus Aaron, q mortui fuerũt, qa obtulerãt ignẽ alienum,

Hoſtiæ pacificæ erãt duplices.

alienum, vt habetur ſup. 10. c. Similiter quoque de hoſtiis pacificis erat; quoniam data erat lex, vt non comederentur die tertio, vel vlterius, carnes pacificarum hoſtiarum; & ſubditur, ſi aliquis hoc feciſſet, ſcilicet, ſi quis de carnibus victimæ pacificorum comediſſet, irrita fieret oblatio, nec proderat offerenti, quin potius quæcumque aĩa tali ſe edulio commaculauerat, peribat de populis ſuis, vt patet ſupra, 7. & 19. capp. Oportebat ergo obſeruare cæremonias, ad hoc ꝙ eſſet hoſtia placabilis. *Eodem die comedetis eam.* Hic loquitur ad Sacerdotes, & ad populares: qm̃ nullus eorum comedere debebat de hoſtia pro gratiarum actione, in die ſecundo. Cuilibet tamen horum contingere poterat, quòd peccaret in comedendo carnes pacificæ hoſtiæ: quia Sacerdos recipiebat partem hoſtiæ pacificæ, ſcilicet, pectuſculum, & armum, vt patet ſupra, 7. & 10. capitibus. Ceteræ autem carnes cedebãt popularibus offerẽtibus, ideo cuilibet erat poſita iſta lex, quòd eadem die comederet partem ſuam; ita & vtriſque eorum lex poſita erat, quòd ſi offerretur hoſtia pacifica non pro gratiarum actione, quòd poſſent comedere de illa in primo, & ſecundo die, non tamen in tertio.

Cauſa autem quare in victima pacifica pro gratiarum actione eſſet maior aſtrictio, ſ. ad comedendum carnes eius eodem die, quàm in aliis victimis, in quibus licebat comedere in ſecundo die erat, quia quando aliqua oblatio erat maioris obligationis, Deus ponebat in ea ſtrictiores obſeruationes, ſed maioris obligationis erat victima pro gratiarum actione, quàm aliæ victimæ pacificæ, ergo cum maiori & ſtrictiori cæremoniarum obſeruantia ſeruãda erat hoſtia pacifica pro gratiarum actione, quàm aliæ hoſtiæ pacificæ: ꝙ autem iſta eſſet maioris obligationis, apparet: qm̃ gratiarum actio erat pro bonis iam collatis, & ipſa bona collata habẽt obligationem præſentem. Aliæ autem hoſtiæ pacificæ erant pro bonis conferendis, & quia obligatio naturaliter cauſatur ex collatione boni, ea quæ pro bonis conferendis erat nondum habebat aliquam obligationem, ſed ſolum originem quandam cauſandi obligationem; quę verò erat pro gratiarum actione, & bonis iam collatis, maiorẽ obligationem habebat, quia illa iã erat in eſſe. ergo debuit Deus rationabiliter imponere maiorẽ obligationem, & ſtrictiorem cęremoniarũ in hoſtiis pacificis, pro gratiarum actione oblatis, quàm in aliis. *Non remanebit quidquam in mane alterius diei.* Dicitur hoc, quia licebat Iudæis in aliis ſacrificiis pacificis, comedere in ſequenti die de carnibus immolatæ hoſtiæ. Exiſtimaret ergo aliquis, quòd in hoſtia pacifica, pro gratiarum actione, licitum fuiſſet aliquid reſeruari ad alterum diem, dicitur autem hic quòd non.

Quid de reſiduo hoſtiæ pacificæ faciendum erat. Quæſt. XXV.

QVÆRET ergo aliquis, ſi aliquid remaneret de hoſtia pacifica vſque ad diem alterum, ita quòd comedi nõ poſſet, vel ex aliqua alia occaſione manſiſſet, quid de illo faciendum erat?

Reſpondetur, ꝙ ad hoc non habetur aliqua regula exprimens in hoc caſu: tñ rationabiliter dicendum eſt, quòd quidquid remaneret, comburi debebat: qm̃ in alio caſu ſic fiebat, ſ. in aliis hoſtiis pacificis, de quibus licebat comedere in die ſecundo, ſi aũt aliquid remanſiſſet in diem tertium, debebat igne comburi, vt patet ſupra, 7. cap. cum dicitur: Quidquid aũt tertius inuenerit dies, ignis abſumet. Cum ergo in hoſtia pacifica pro gratiarum actione, terminus comedẽdi eſſet primus dies, ſicut in aliis hoſtiis terminus comedendi erat ſecundus dies, videtur dicendũ, ꝙ ſi aliquid remaneret vſque ad diem ſecundum, in mane debebat cremari, qm̃ non poterat conuerti in alium vſum conuenienter. *Ego Dominus.* i. faciatis omnia quæ dico vobis, qm̃ ego qui mando iſta, ſum Dñs Deus veſter, & tenemini illa facere. *Cuſtodite mandata mea, & facite ea.* Refertur ad iſta quæ dicta ſunt ſupra de cuſtodia cæremoniarum circa res oblatas, & offerendas. Dicitur ꝙ cuſtodiantur mandata, i. teneantur in corde, ſ. quòd Iſraelitæ conſiderarent in eis, faciendo ea quæ Deus iubebat, ſ. vt teneant in memoria ea, quæ dicuntur, ne obliuiſcantur aliquo tempore. Vnde Deus iubebat, ꝙ ſiue dormientes

F eſſent, ſiue vigilantes Iſraelitæ, conſiderarent in mandatis eius, vt patet Deuteron. 6. cap. & cum Dauid vellet deſcribere virum bonum, dixit eum eſſe ſtudioſum in lege, tam per noctem quàm per diem, vt Pſal. 1. cum dicitur: Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Dicit Deus, vt Iſraelitæ faciant mãdata ſua, i. ꝙ opere compleant id quod ipſe iubet. Nam facere, ad executionem pertinet. Iſte. n. finis legis eſt, vt homines per eam facientes dirigantur. *Ego Dominus.* Exponatur ſicut ſupra. *Ne polluatis nomen meum ſanctum.* Iſta locutio eſt generalis ad omnes Iſraelitas, tam Sacerdotes, quàm non Sacerdotes, quoniam omnes debebant obſeruare, ne contaminarent nomen Dei, principaliter tamen ad Sacerdotes dirigitur: quia ipſi tenebãtur magis obſeruare, ne pollueretur nomen Dei. Pollui nomen Dei eſt, ꝙ Dei nomen pollui quo dicatur.

G Iſraelitæ nõ obſeruent mandata Dei: nam nomen Dei ſecundum ſe pollui non poteſt, nam non tale eſt, quod pollutionem recipiat, ſed dicitur pollui nomen Dei, quando Deus contemnitur, ipſum autem contemni, eſt non obſeruari mandata eius, quia Deus Legiſlator eſt, & vigor Legiſlatoris eſt in iubendo. Si autem legiſlatio non ſuſcipitur, aut ex aliqua parte contemnitur, dicitur Legislatoris nomen pollutum, vel contemptum. Hoc autem pertinet ad omnes Iſraelitas; quoniam quilibet poterat contemnere nomen Domini; ideo hortatur Deus omnes Iſraelitas, ne polluant nomen eius. Sacerdotes aũt ſpecialiter polluunt nomen Dei, ſi cæremonias eis iuſſas negligant explere, & magis Deus polluitur in horum contemptu, quàm in contemptu popularium: quia magis pertinent iſti ad Dei miniſterium, & magis quiſquam deſpectus eſſe videtur, cum à ſuis deſpicitur, quàm ſi ab alienis negli-

H gatur. Quòd autem iſta littera referatur ad Sacerdotes, apparet ex eo, quod ſequitur, ſcilicet, vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael, ſi enim iſta referrentur ad omnes Iſraelitas, non diceretur conuenienter, vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael; ſed vt ſanctificer inter vos. neceſſe tamen eſt ex littera, quòd alij ſint quibus Deus hic loquitur, & alij ſint filij Iſrael. Sed filij Iſrael vocantur populares, qui non ſunt de genere Leui, ergo refertur ad alios qui non ſunt de iſtis, ſcilicet, ad Sacerdotes, quòd ipſi non polluant nomen Domini, & tunc ſequitur littera, *Vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael.* id eſt, non contemnatis nomen meum, vt ego ſanctificer, id eſt, iudicer ſanctus, vel glorioſus in medio filiorum Iſrael. Et eſt ſenſus: ſi vos non pollueritis nomen meum, cuſtodiẽdo omnia quæ ego iu-

I beo, ſanctificabor in medio filiorum Iſrael, id eſt, filij Iſrael videntes, quòd vos diligenter, & cum magna reuerentia obſeruatis ea, quæ ego iuſſi, intelligent me eſſe magnum Deum. Si autem vos nomen meum pollueritis, non obediendo iuſſis meis, intelligent me nihil eſſe, vel eſſe aliquid contemptibile, & non honorabunt me, nec apparebo glorioſus inter illos. Dicitur namque aliquis Deum ſanctificare, quando laudat eum coram aliis, vel facit aliquid propter quod Deus appareat glorioſus, & laudetur ab aliis. Et ſic dixit Deus Moyſi, & Aaron, quòd noluerũt eum ſanctificare, vt patet Numeri 20. cap. cum dicitur: Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hoc autem erat, quia Moyſes, & Aaron quando eduxerunt aquam de petra, debuerant aliquid glorioſum

K de Deo dicere, vt prouocarent Iſraelitas ad laudandum Deum pro tanto beneficio: ſed non fecerunt, ſed potius conuerterunt eos ad amaritudinem, arguentes eos, atque dicentes; audite rebelles, & increduli, num de petra hac vobis aquã poterimus eiicere, & pro hoc puniti ſunt. Volebat ergo Deus, ꝙ taliter ſe haberent Sacerdotes, vt facerent nomen eius apparere glorioſũ in medio Iſraelitarũ. *Ego Dominus qui ſanctifico vos.* i. debetis facere iſta; quia ego qui iubeo vobis hæc facere, ſum Deus veſter. Et dicitur qui ſanctifico vos, i. qui iubeo vos eſſe ſanctificatos, quoniam in hoc, quòd Deus mandabat ſupra Sacerdotibus abſtinere ab immunditiis, & complere debitè omnes cæremonias cultus ſui, iubebat eos eſſe ſanctificatos. *Et eduxi de terra Aegypti.* Hic ponitur alia cauſa, quare Iſraelitæ deberent Dei mandata obſeruare, ne polluant nomen Domini, ſ. quia Deus eduxit illos de terra Aegypti, & hoc

Deũ ſanctificare quid ſit.

Quomodo Moyſes & Aaron non ſanctificauerint nomen Domini.

& hoc erat maximum bonum, cum daret eis libertatem, quæ eſt maximum bonorum, & eriperet eos de ſeruitute duriſſima, qua premebantur, propter quam grauitatem vocabatur illa ſeruitus ergaſtulum Aegypti, vt habetur Exodi 6. cap. vocabatur etiam fornax ferrea, vt habetur Deuteronom. 4. cap. cum ergo Deus educeret iſtos de hac grauiſſima ſeruitute conferebat eis magnum bonum, propter quod tenebantur ei naturaliter obligati ad omnia quæ mandaret. Sic patet Exodi 19. cap. vbi cum Deus induceret Iudæos ad accipiendum legem ſuã, dixit: Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Aegyptiis, & quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum, & aſſumpſi mihi in populum. Quando ergo Deus vult perſuadere Iudæis aliquod valde magnum, vt faciant, commemorat eis egreſſionem de Aegypto, quæ valde magnum bonum fuit. *Vt eſſem vobis in Deum.* Ideo eduxi vos de terra Aegypti, vt eſſem vobis Deus, ſcilicet, vt me coleretis.

Non eſt enim intelligendum, ꝙ Deus eduxiſſet Iſraelitas de Aegypto, vt eſſet Deus eorum, qm̃ ſi nõ eſſet Deus eorum, non potuiſſet eos educere de Aegypto, etiam quia Deus naturaliter Deus eſt, ſicut homo naturaliter eſt homo, & ſicut Deus naturaliter eſt Deus, ita eſt Deus naturaliter omnium gentium, ẽt ſi nihil agat: quoniam Deus nomen abſolutum eſt, ſignificans naturam: ideo eo, quòd Deus eſt, eſt Deus omnium gentium, ſicut ſi aliquis homo eſt, eo ipſo eſt homo cõparatus ad quamcumque gentem. Sed accipitur Deus, i. Dominus, & eſt nomen relatiuum, dicitur autem eſſe Deus omnium gentium, quia dominatur omnibus gentibus, & in hoc etiam eſt Deus Iudæorum, quia eis dominatur, ſicut & ceteris. Dicitur tamen, vt eſſet Deus eorũ, ſcilicet, ꝙ quamuis Deus haberet dominium plenarium vniuerſale ſuper Iudæos ex natura, ſicut ſuper omnes alias gentes, voluit tamen facere eos ſibi ſpecialiter ſubiectos, ſcilicet, quantum ad quendam modum ſpecialis cultus. Nam quanquam obligẽtur omnes naturaliter Deum colere, non tamen ad certum cultum, vt ad iſtum modum ſacrificiorum, vel ad illum, vel ad has cæremonias, vel ad illas, ſed iſta obligatio eſt ex voluntate, & ad hanc Deus perſuadet hominibus, vt recipiant eum in Deum: nam ſicut naturaliter non obligantur ad hoc, ſed ſpontanei induci debent; ita Deus inducit illos per ſacrificia, & alios cultus ad vnionẽ ſuam, & hoc commemorans eis beneficia quæ eis fecerit. Et quia homines naturaliter non obligantur ad iſtum modum cultus ſpecialem, quem Deus vult; nec ad aliquem alium, poſſunt vouere Deo, ꝙ accipiant eum in Deum, quantum ad aliquem modum colendi ſpecialem. & ſic vouit Iacob Deo cum iret in Meſopotamiam, ꝙ acciperet eum in Deum, ſi dirigeret illum in via, vt habetur Geneſ. 28. cap. cum dicitur: Vouit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentũ ad induendũ, reuerſuſq; fuero proſperè ad domũ patris mei: eritq; mihi Dominus in Deum, & lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei; cunctorumq; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi: rectè ergo Deus perſuaſit Iudæis, vt eſſet eis in Deum.

Deus quo eſt oium Deus.

Alio modo poteſt intelligi hoc, ſ. ꝙ quanquam Deus ſit Deus omnium ex neceſſitate naturæ, vult tñ magis, ꝙ ipſi voluntariè eũ colant, & ad hoc nõ ſufficit, ꝙ ipſe ſit Deus naturaliter, ſed ꝙ faciat eis aliqua bona, per quæ inducat illos ad colendum ipſum ſpecialiter. Sic aũt factũ eſt hic, quia cum vellet perſuadere Iudæis, vt eum colerent, induxit eis beneficia impenſa, & iſte modus inducendi pertinet ad homines ſimplices terrenos, qui beneficiis incitãtur. Nam ẽt ſi Deus non feciſſet Iudæis aliqua ſpecialiora beneficia, quam aliis Gentibus, tenerentur ei mandanti in ſingulis obedire, quia Deus eſt, nulla alia cauſa aſſignata. *Ego Dominus*, i. omnia iſta faciatis, quia ſum Deus veſter, & Dñs potens hæc iubere, & vos tenemini obedire mihi.

CAP. XXIII.

LOCVTVSQVE *eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis ſanctas. Sex diebus facietis opus: dies ſeptimus, quia Sabbati requies eſt, vocabitur ſanctus. Omne opus non facietis in eo Sabbatum Domini eſt in cunctis habitationibus veſtris. Hæ ſunt ergo feriæ Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus ſuis. Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperum, Phaſe Domini eſt, & quintadecima die mẽſis huius ſollemnitas azimorum Domini eſt. Septem diebus azima comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus, ſãctuſq. omne opus ſeruile non facietis in eo, ſed offeretis ſacrificium in igne Domino ſeptem diebus. Dies autem ſeptimus erit celebrior, & ſanctior: nullumq; ſeruile opus facietis in eo.*

De ferijs licet.

25. q. 1. c. ideo. §. his ita. i. contra litteram legis. inf. eo. Exod. 12. nu. 28.

De Paſcha Iudæorum.

LOCVTVSQ. eſt. In ſuperioribus actum eſt de ſacrificiis, & qualitate offerendorum, & diſpoſitione offerentium. Hic conſequenter ponitur de temporibus oblationũ, & ſollemnitatum; & iſta eſt tertia pars principalis huius libri. Vnde deſcribũtur hic tempora, in quibus fiebant ſacrificia, quæ nõ erant quotidiana, quoniam de quotidianis iam dictum fuit ſupra 6. cap. ſcilicet, de ritu matutini, & veſpertini ſacrificij.

Et diuiditur in duas partes; quia Primò deſcribuntur tempora iſtarum ſollemnitatum. Secundò inducũtur homines ad obſeruantiam eorũ infra, cap. 26. Prima in duas, quia primo agitur de quibuſdã ſollemnitatibus, quæ durabant per aliquam partem anni. Secũdò ponuntur quædam, quæ durabant per totum annum, infra 25. cap. Prima in duas, quia Primò ponũtur ſollemnitates pertinentes vniuerſaliter ad omnes. Secundò, quædam cæremoniæ pertinentes ad ſolos ſacerdotes infra, 24. c. Prima in duas, quia Primò ponitur ſollemnitas Sabbati, quæ erat magis continua. Secundò, feſtiuitates aliæ quæ ſemel in anno accidebant; Secũda ibi: *Mẽſe primo.* Circa primũ, *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen dicens.* Hic agitur de ſollemnitatib. quas obſeruare debebant filij Iſrael, vt in eis colerent Deũ ſuum, & eas denunciauit Deus Moyſi, vt ipſe illas populo patefaceret. Sic.n. omnes leges dabantur: quia per ſe nunquam Deus loquebatur Iſraelitis, poſtquam locutus fuerat in monte Synai, ſed Moyſes erat medius inter eos, & Deum. De iſta locutione an fuerit diuerſo tempore facta cum aliis locutionibus ſuperioribus, vel in eodẽ tempore, non conſtat: ſed quanquam non ſit in diuerſo tẽpore, quia tamen id de quo Deus hic loquitur, eſt diuerſum ab omnibus ſuperioribus, debuit poni hic caput orationis, ſcilicet, locutus eſt. *Loquere filijs Iſrael.* Iubet Deus Moyſi, vt ipſe denunciet Iſraelitis has feſtiuitates, quas obſeruare debebant. *Hæ ſunt feriæ Domini*, id eſt, iſtæ quæ ponuntur hic, ſunt feſtiuitates quas Deus iubet obſeruari.

Hic agitur de ſollemnitatibus quas obſeruare debebãt.

Quid vocentur ſollemnitates, & quid feriæ, & quomodo differant. Et an melius iſtæ dicantur ſollemnitates, quam feriæ. Quaſt. I.

FESTIVITATES, ſollemnitates, & feriæ licet idem ſint, feſtiuitates tamen, & ſollemnitates dicunt aliquam excellentiam obſeruationum, & cæremoniarum, factam in talibus diebus, feriæ autem ſolum dicunt ceſſationem ab operationibus; & hoc generale eſt omnibus iſtis ſollemnitatibus, de quibus hic dicitur; id tamen ſecundum, quod ſunt ſollemnitates, ſcilicet, obſeruantiæ, non eſt commune, ſed in aliquibus obſeruatur aliquid, & in aliis alterum: melius ergo vocantur iſtæ feriæ, quam ſollemnitates.

Dicit autem eſſe iſtas ferias Domini, id eſt, ferias inſtitutas à Deo, ad hoc, ꝙ populus vacet ſibi in his temporibus: nam vt declaratum fuit ſupra, & in Exodi cap. 20. de iure naturæ erat, ꝙ homines vacent Deo, ſeparantes aliquam temporis particulam ſpecialiter ad colendũ Deum: ſed iſta particula quæ debeat eſſe, vel quãta, vel aut multum frequentata, aut rara, non conſtat, ſed debet eſſe ex determinatione legiſlatoris. Erat enim hoc naturale, vt quia Iudæi, & ceteræ Gentes omne bonum Deo tãquam à cauſa ſuprema receperunt, aliquod tempus deligerent, quòd impenderent in cultum eius; nec ad hoc oportebat eſſe aliquam legem humanam, vel Diuinam hoc iubentẽ. Sed de iſta vacatione eſt diuerſitas: quoniã poteſt eſſe ſine feriis, ſcilicet, vt ſi aliqua die, vel multis diebus vellẽt ho-

mines occupati laboribus ſuis in Deum intendere, contẽplantes, vel alios actus latriæ impendentes, ad hoc non ſunt neceſſariæ aliquæ ſpeciales feriæ, cum quotidie ſine aliqua ſpeciali temporis remiſſione poſſit eſſe vacatio in Deum; cetera autem determinanda pertinent ad legiſlatorem: quia diſtinguere debet in ſingulis. Et quia Deus ſuſceperat Iſraelitas in populum ſibi particularem, vt ipſi tribuerent ſpecialem cultum, & ille eis beneficia ſingularia impenderet, decebat vt ſuper ſtatu feriarum aliquid determinaret: & quia conuenientior modus fuit, quòd ſepararentur aliqui dies ſpecialiter in cultum Dei, quam quòd quotidie Deus coleretur, & quotidie vacaretur laboribus, diſtinxit dies ad cultum ſuum: nam ſi in diebus quibus laboribus vacatur, cultus Diuinus impendendus eſſet, propter laborum exercitium non potuiſſent homines in Deum attendere, & ſic excluderetur intentio naturæ, quæ eſt, vt homines Deo vacent. De feriis autem quot eſſe debeant, & an magna diſtantia eſſe debeat inter eas, ratio reddi non poteſt; ſed id vel dependet totaliter ex voluntate legiſlatoris, vel ex quadam congruitate ipſos obſeruantium; & ſic fit hic: quoniam ponuntur feſtiuitates in talibus temporibus, quæ conueniant ritibus, propter quos inducuntur feriæ, ſ. oblationibus faciendis, & conueniant ſignificationibus, & cauſis inſtrumentorum: nã fuerunt inſtituta feſta, quę infra habentur, in memoriam aliquorum beneficiorum collatorum Hebræis, & vt hæc nõ effugiant mẽtem eorũ, recolebantur per ferias obſeruandas, & per cæremonias quæ obſeruabantur in ipſis feriis, & propter hoc ſecũdum, ꝙ infra dicitur, cæremoniæ, quæ obſeruabantur in iſti, ſollemnitatibus, erãt diuerſæ, ſecundum quòd congruebant diuerſis rebus ſignificandis, de quibus infra magis dicetur. *Hæ ſunt feriæ Domini.* Refertur ad has ferias quæ infra habentur, & ſunt Sabbatum; & Feſtum Azymorum; & Feſtum Pentecoſtes; & Feſtum Clangoris; & Feſtum Propitiationis; & Feſtum Tabernaculorum. Primum enim omnium Feſtorum, ſcilicet, Sabbatum, fiebat qualibet hebdomada, reliqua autem eueniebant ſolum ſemel in anno.

Feriæ apud Hebræos ſũt ſex.

Quare in Nouo Teſtamento non fuit aliqua feſtiuitas determinata à legiſlatore Chriſto, ſicut in Veteri: & quare plures inſtituta poſtea fuerint feſtiuitates, ſicut etiam apud Iudæos aliæ fiebant. *Quæſt.* 11.

ET ſciendum, ꝙ quãtum ad obſeruationem feſtorum aliter eſt in Teſtamento Nouo, & aliter in Veteri: Nam in Veteri Teſtamento Deus ſtatuit determinatas feſtiuitates, in quibus Iudæi vacarent ei: in Nouo autem Teſtamento nulla feſtiuitas determinata fuit à legiſlatore Chriſto, ſed in Eccleſia prælati iſta ſtatuerunt. Ratio huius differentiæ eſt: quia in Veteri Teſtamento homines inchoabant Deum colere, nondum habentes aliquas ſpeciales cæremonias, per quas Deum colerent, & neſcirent an aliquas feſtiuitates obſeruare deberẽt: ſed ſi nullas impoſuiſſet eis obſeruandas, nullas obſeruaſſent. Hoc autem erat inconueniens, ideo datæ ſunt cæremoniæ colendi eũ, & feſtiuitates ſpeciales. Cum autem datum fuit Nouum Teſtamentum, iam erant eruditi homines in ritu colendi Deum, & in feſtiuitatibus celebrandis; ſcientes ꝙ oportebat eſſe aliquas ſpeciales ferias, in quibus Deũ colerent, & aliquem ſpecialem ritum colendi, & quanquam non eſſent eædem feſtiuitates, nec idem modus colendi, qui fuerat in Veteri Teſtamento, ſcirent tñ, ꝙ cõueniebat eis accipere aliquem modum colendi, & aliquas feſtiuitates, vnde ipſi ſcirent quas, & qñ ſtatui obſeruãdas conueniret, & illas ſtatuerent, & ita non oportebat, ꝙ Chriſtus illas inſtitueret, licet ad hoc multę alię cauſæ ſint. Determinauit autem Deus Iudæis paucas feſtiuitates; quoniam ſi multas eis determinaſſet, nullam obſeruarent, quia nouiter erant eruditi ad cultum Dei. In nouo autem Teſtamẽto feſtiuitates plures ſunt, quod ex duobus accidit. Primo, quia homines in Nouo Teſtamẽto debent magis vacare Deo, quam in Veteri, ad maiorẽ autem vacationem requiritur pluralitas ſollemnitatũ. Secunda cauſa eſt, quia in Veteri Teſtamento homines nõdum aſſueti iugo legis, grauiter ferebant multas ſibi imponi feſtiuitates, cum per

F has nimis diſtraherentur ab operibus ſuis, & repugnaret cultui Diuino. In Nouo autem Teſtamento ſunt homines magis aſſuefacti ad ferendum onus legis, ideo quanquam plures feriæ eis imponantur, tolerabunt.

Sciendum autem, ꝙ omnes feſtiuitates Iudæorum regulares, quæ à principio à Domino inſtitutę ſunt, ponuntur hic, pręter has tamen faciebãt Iudæi alias ſollemnitates, quæ poſtea ex aliqua magna, & rationabili cauſa ab eis inſtitutæ ſunt, vt eſt Dedicatio Templi, & vocatur Feſtum Enceniorum, ſcilicet, innouationis pro tẽplo reædificato ſub Zorobabel. De hoc Ioan. 10. cap. dicitur: Facta ſunt Encenia, & hiems erat, ſcilicet, in menſe Decembri. Erat quoque aliud feſtum, quod vocatur Dies ſortium, qñ Iudæi occiderũt omnes aduerſarios ſuos ſub Rege Aſſuero, agente hoc Mardochæo. De hoc Eſter 16. cap. & iſtud
G feſtum celebratur die quintadecima menſis Adar, qui eſt mẽſis duodecimus, & ſemper eſt per 30. dies ante ſollemnitatem Azymorum, & vocatur apud Iudæos iſta ſolemnitas feſtum Mardochæi.

Aliud etiam erat feſtum Purificationis, quando Iudas, & qui cum eo erant, purificauerunt templum, quod Gentiles ante polluerant 20. die menſis Octobris, qui apud Hebræos Caſleu dicitur. De hoc 2. Machab. cap. 1.

Erat etiam aliud feſtum de igne, quando venientibus de captiuitate Babylonica Iudæis ignẽ altaris per ſeptuaginta annos in puteo latentem in aquam craſſam conuerſum inuenerunt, quæ poſtea rurſus in flammas accenſa cremauit omnia ſacrificia impoſita ſuper altare, & lapides altaris. De hoc habetur 2. Machabæor. cap. 1. *Quas vocabitis ſanctas*, id eſt, vos dicetis iſtas ferias quas ego vo-
H bis diſtinguo, eſſe ſanctas, i. applicatas ad cultum meum.

In quo innuitur, ꝙ quanquam in feſtiuitate feriandum ſit ab omnibus operibus ſeruilibus, nõ tamen hoc faciendum eſt propter quietem corporalem hominum, ſed vt magis intendant cultui Diuino. Nam ſi Deus ſolũ curaſſet de quiete hominum ſecundum corpus ceſſando à laboribus, nil attinebat hoc ad cultum ſuum. Etiam quia ſi ſolum intellexiſſet, ꝙ feriæ eſſent ad quietem corporũ ſolum, diceret: Hæ ſunt feriæ. Nunc autem dicit, ꝙ iſtæ feriæ ſunt quæ vocantur ſanctæ, id eſt, quia dicuntur ad Diuinum cultum applicitæ, ſcilicet, ꝙ homines debent magis colere Deum in feſtiuitatibus quam in aliis diebus, immò totaliter in diebus feſtiuis Deo vacare deberent, ſi humana fragilitas hoc pateretur; ideo maius peccatum eſt, ſi quis in die feſtiuo peccet mortaliter, quam ſi peccet
I in aliis diebus, cum magis Deum tũc teneatur colere. Vel dicuntur iſtæ feriæ ſanctæ, id eſt, Deo applicitæ, ſcilicet, ꝙ ſunt ſeparatæ ab omnibus negotiationibus humanis, ita quod non liceat aliquid fieri in illis.

Magis peccat q in die feſto peccat.

Circa obſeruationem iſtorum feſtorum conſiderãdum eſt, ꝙ quanquam data fuerint in deſerto, tamen non fuerunt ibi obſeruata penitus, ſecundum quòd hic iubentur: nam hic mandantur fieri ſacrificia quædam, & cæremoniæ in panibus oblatis, & ſpicis, & carnibus, ſed iſta non poterant habere Iſraelitæ in deſerto, ergo non poterant obſeruare ſollẽnitates in vacationibus ipſorum dierum à laboribus, & quantum ad hoc facilius poterant obſeruare, quam quantum ad aliud. Sed adhuc de iſto non conſtat, an fuerint obſeruatæ totaliter, quin potius conſtat, ꝙ non fuerint ſemper obſeruatæ. De Sabbato autem, quod
K ponitur primum in ſollemnitatibus, conſtat ꝙ Deus fecerit illud obſeruari, quantum ad vacationem, quę fiebat in eo diligenter, vt habetur Exodi 16. capite, vbi iubebat Deus, ꝙ in die Sabbati nullus exiret ad colligendũ Manna, ſed quilibet maneret apud ſe, & quia in prima obſeruatione aliqui exierunt ad colligendum Manna in Sabbato, à Moyſe valde increpiti ſunt, vt patet eodem c. Item apparet iſta obſeruatio Numer. 15. c. vbi legitur de quodam, ꝙ lapidatus ſit, quia colligebat ligna in Sabbato.

De aliis autem ſollemnitatibus, ſcilicet, Azymorum, & Pentecoſtes, an fuerit facta obſeruatio, quantum ad vacationem, non tantum conſtat: nã quantum ad ſacrificia, & ſpeciales cæremonias, quæ in eis fiebant, dubium non eſt nullam fuiſſe obſeruationem: nam neque in Sabbato iſta obſeruabantur; quia ibi requirebatur oblatio duorum holocauſtorum, ſcilicet, matutini, & veſpertini, vt

habe-

habetur Num.28.c. ſed hoc non poterant facere Iudæi. De ſacrificiis etiam quæ fieri deberent in aliis ſollemnitatibus, habetur ibidem, & Numeri 29. cap. Sed adhuc de ipſa obſeruatione faſtorum, quantum ad quaſdam cæremonias, quæ non ſunt ſacrificia, apparet, quòd non fuerint cuſtodita, quia Deus iuſſit ſpecialiter in ſecundo anno exitus de Ægypto, quando erant Iſraelitæ in monte Synai, vt obſeruarent ibi Phaſe ſecundum omnes cæremonias ſuas; non tamen iuſſum videtur hoc in toto alio tempore, quo manſerunt Iſraelitæ in deſerto, de hoc Numeri, cap.9. Item non videtur, quòd poſſint obſeruari iſtæ feriæ quantum ad vacationem ab operibus: nam Iudæi mouebantur per deſertum dirigente eos columna nubis; & ad motum illius mouebantur, & cum ipſa ſtabat, ipſi quoque caſtra figebant, vt patet Exodi 44.& Numeri 9.c. Sed contingeret aliquando, quòd nubes moueretur, dum vellent manere; quia erat aliquod feſtum iſtorum, & neceſſe erat eos moueri cum nube, & ſic non obſeruarent iſtas ſollemnitates.

Item patet hoc, quia nulla obligatio erat in Iudæis ad obſeruandum iſta feſta dum erant in deſerto: ergo nõ obſeruabant illa plenè. Quòd autem non eſſet obligatio, apparet infra, cum dicitur, cum ingreſſi fueritis terrã, quam ego dabo vobis, & etiam vbi innuitur, ꝙ non erat obligatio in deſerto, ſed in terra Chanaan. & ſic dato, ꝙ Iudæi aliquando iſta obſeruabant, non tamen ſemper, de Sabbato aũt maior neceſſitas obſeruandi erat, ideo dicendum eſt, ꝙ ſine ſollemnitate cæremoniarum, quæ non poterat obſeruari in aliqua de feſtiuitatibus, Sabbatum nũquam à toto populo violatum eſt in deſerto, ſine neceſſitate nubis motæ, vel belli faciendi. De aliis autem non ſic. *Sex diebus facietis opus.* Hic incipiunt ſollemnitates obſeruandæ, & diſtinguuntur in quinque partes ſecundum quod ponuntur quinque feſtiuitates, quę fiebant ſemel in anno. Primo de ſollemnitate Paſchali cum Sabbato. Secundo de ſollemnitate Pentecoſtes. Tertio de ſollemnitate Tubarum. Quarto de ſollemnitate Expiationis. Quinto de ſollemnitate Tabernaculorum. De feſto Azimorum habetur ibi: *Hæ ſunt ergo feriæ Domini.* Secunda ibi: *Numerabitis.* Tertia ibi: *Locutuſq; Dominus.* Quarta ibi. *Decimo die.* Quinta ibi: *Et locutus eſt Dominus.* Circa primum dicitur. *Sex diebus facietis opus.* Et ponitur hic feſtum, ꝙ accidit qualibet hebdomada, ſ. feſtum Sabbati, & dicitur, ꝙ ſex diebus homines faciant opera ſua, vt claudatur, quòd in die ſeptimo nihil operentur. Accipiuntur hic ſex dies numerãdo à primo die ſecundum originem dierum, & non ſecundum voluntatem hominum: nam tunc non daretur Sabbatum determinatum, ſed aliqui inciperent cõputare iſtos dies à die Martis, alij à die Iouis, & ſic vario modo; vnde neceſſe erat diem ſeptimum, ſ. Sabbatum variari.

De ſollemnitate Sabbati.

Quomodo computabantur iſti ſeptem dies, & à quo die inchoabatur computatio. Et an Iudæi haberent aliquem modum computandi continuatum a principio ſæculi per quem ſcirent quis eſſet primus dies ſæculi, & quis ab illo eſſet ſeptimus. Quæſt. III.

SED dicet aliquis, quomodo ergo computabantur iſti ſeptem dies, & quis erat dies à quo inchoabatur iſta computatio ſex dierum non vacatiuorum? Rñdendum eſt, ꝙ primus dies inter iſtos dr̃ eſſe ille, qui eſt primus in origine ſæculi. ſ. in quo primo res creatæ ſunt, & iſte fuit dies Dominicus; quod patet ex eo quod habetur Geneſ. cap.1. quia ponitur ibi operatio ſex dierum. Deinde concluditur de die ſeptimo, ꝙ ille eſt Sabbatum, & in illo requieuit Dominus Deus ab omnibus operibus ſuis, & ideo quieſcendum eſt in eo. Sed non eſt alius reſpectu cuius dicatur Sabbatum dies ſeptimus, niſi dies Dominica, ergo illa eſt in quo cępit origo rerũ, & creatio ſæculi, & illa eſt prima dies quæ dr̃ hic. Eſt aũt iſta computatio valde rationabilis, vt illa dicatur eſſe prima dies cõputatione, quæ fuit prior in origine ſæculi. & hoc modo computãdo oẽs ſeptenarios dierũ, manebit præciſius numerus ab origine ſæculi, quod aliàs non contingeret. Sed adhuc quæreret aliquis, quõ poſſẽt Iudęi cognoſcere, quis eſſet primus dies, vel ſeptimus dies? nã poterant incipere computare

A ab aliquo qui nõ erat primus. Fortè aliquis dicet, ꝙ tempus erat diſtinctũ per hebdomadas, ſicut nunc diſtinctum eſt, & ideo continuato ordine ab origine mundi, ſatis poterat ſciri, quis eſſet primus dies. Sed dicendũ eſt hoc non poſſe ſtare; qm̃ à principio ſæculi non fuerant diſtincta tempora, vt nunc per menſes, annos, & hebdomadas; qđ patet ex eis quæ declarauimus Exodi 12.c. ſed vario modo apud diuerſas gentes iſta computabantur, præcipuè, quia etiam ſi apud Gentiles eſſet computatio tẽporis per ſeptem dies, diſtinguendo ſicut nunc, tñ ipſi neſcirẽt quis eſſet primus dies, qm̃ non cognoſcebant originem ſæculi, ideo poſſent incipere cõputationem horum ſeptem dierum ab aliquo die, qui non eſſet primus in origine ſæculi. Aliquis autem ad hoc dicet, ꝙ Iudæi non computabant iſtos dies ſecundum enarrationem Gentilium, ſed ꝙ ipſi B habebant ſpecialem computationem iſtorũ ſeptẽ dierum continuatã ab origine ſęculi, quia ipſi Iudæi cognoſcebãt originẽ creati mundi; aliæ autem gentes non, & per hoc poſſent ſcire quæ erat prima dies creati ſæculi, vel prima dies ſimpliciter in hebdomada. Sed dicendum, ꝙ adhuc hoc non poteſt ſtare: quia quamquam Iudæi cognoſcerẽt creationem mundi, non cognoſcebant eam à principio, ſed ſolum eam cognouerunt quãdo Moyſes deſcripſit illis, & hoc fuit in deſerto; ideo non poterant ipſi ſcire quæ fuiſſet prima dies creati mundi, cũ totũ tempus intermediũ tranſiſſet ſine aliqua cõputatione. Sed dicendũ eſt aliter, ꝙ Iudæi neſciebant, quæ eſſet prima dies ſæculi, vel in qua die facere deberent Sabbatum, ſiue quis modus eſſet computandi. Sciuerunt tñ hoc dicente Moyſe. ipſe namque qñ dedit eis primo præceptum de Sabbato in mõte C Helim, dixit eis, requies Sabbati ſanctificata eſt Dño: & addidit, ꝙ omnia quæ facere deberent ſequenti die, quæ erat dies Sabbati, facerent die ſexta, quæ erat dies Veneris, & ſic cognouerunt ibi Hebræi, quæ erat dies ſeptima, & qũo eſſent computandi ſex dies; poſtea aũt nunquam potuit tradi obliuioni illa computatio, ſed ſemper fuit diſtinctum tp̃s per hebdomadas, & manet vſque in hodiernum diem: & hoc modo Hebræi manifeſtè ſciuerunt, qũo eſſent cõputandi ſex dies, & quis eſſet primus. Contra ea q̃ dicta ſunt aliquis obiiciet, quia hic vocantur feriæ Dñi oẽs ſollemnitates, quas Iudæi obſeruarẽ debebãt, & diſtinguuntur feriæ cõtra dies nõ vacatiuos, qũo ergo Eccleſia vocat oẽs dies ferias, dicens, ſecundam feriam, tertiam feriam, & ſic de ceteris vſque ad Sabbatum, & diem Dominicam? Reſpondendum eſt, ꝙ feriæ propriè dicuntur D à feriando, i. à quieſcendo, & ſolum hoc pertinet ad dies ſollemnes, vel vacatiuos, Eccleſia tñ vocauit omnes dies ferias propter duo. Primò, quia in omni die à vitiis feriãdum, i. ceſſandum eſt. Eccleſia ergo quæ nititur homines deducere ad hoc, vt à vitiis ceſsẽt, oẽs dies ferias vocat. Secũda cauſa eſt, quia quantũ ad officia Eccleſiaſtica, & miniſtros Eccleſiæ, omnes dies feriæ ſunt, cum ibi ab omnibus occupationibus ceſſandum ſit, & ſoli Diuino cultui vacãdũ. Deus aũt loquebatur Iſraelitis popularibus dans legem, quantum ad ceſſationẽ ab operibus, & quia non omnibus diebus vacare debent ab operibus, ſed quibuſdam ſpecialiter, quoſdam dies ferias vocauit, alios autem non. ſed dies ſeptimus computatur inter eos, quia feriæ ſunt. *Facietis opus.* i. in ſeptem diebus poteritis facere opera veſtra, quæcumque ſint; quod intelligitur, dum tamen E non interciderent in his diebus aliæ feriæ de quibus infra dicetur. *Dies ſeptimus, quia Sabbati requies eſt.* Comptatur apud Hebræos omne tempus per ſeptem dies, & rurſus poſt illos ſeptem dies incipiunt alij ſeptem dies: & ſic circulatione ſeptem dierum omne tempus in æternũ menſurabitur. vnde inter ſeptem dies quos Hebræi ponunt, vltimus eſt feria, & iterũ redit primus. Cauſa autem horum eſt duplex; Prima ex ipſa diuina inſtitutione. Secunda ex natura rerum, & ordine vniuerſi. Pro quo conſiderandum eſt, quòd tempus ſecundum quòd dicit Ariſtot. in 4. Phyſicor. eſt menſura motus: & ſicut in ipſo motu non eſt aliqua diſtinctio, ſed continuitas, ita in ipſo non eſt diſtinctio aliqua, vel articulus ſeparatiuus, ſed totalis continuitas. Quamquam.n. omnia naturalia moueantur, vel ſint conditiones motuum (vt dicit Ariſt. in princip. Phyſic.) tempus tamen non fundatur in quolibet iſtorum

Cur Eccleſia oẽs dies vocat ferias.

tanquam in ſubſtantia, ſed in primo mobili, iſtud autem eſt nonum cælum, à quo eſt origo motus in omnia alia entia naturalia. & hoc nunquam ceſſat, nec habet aliquam diuerſitatem in velocitate, & tarditate: ideo tempus quod fundatur in eo, non poteſt habere aliquam diuerſitatem, vt poſſimus aſſignare aliquas partes temporis propriè diſtinctas ex ipſa natura rerum: cum nullus terminus ſit in motu; donec totaliter claudatur. Nos tamen qui volumus cognoſcere durationem noſtrã, diſtinguimus ipſum tempus in particulas durationis noſtræ aliquibus partibus temporis: & ſic nota fiet menſura durationis noſtræ: Et quoniam ſecundum quòd dicit Ariſtot. in 10. Metaph. minimum eſt menſura in quolibet genere, oportet vt nos diuidamus tempus in paruas particulas, vt ſic diſtinctius cognita ſit nobis menſura vitæ, & operationũ noſtrarum.

Tempus quõ diuidatur in plures partes.

Tempus autem diuidi poteſt iuxta voluntatem noſtram in quantumcumque particulas paruas voluerimus, quia continuum eſt, & omne cõtinuum eſt diuiſibile in infinitum, iuxta Ariſt. 2. & 7. Phyſic. & tñ iſta menſura & diuiſio temporis magis cognita ſic debet reduci ad id, à quo tempus cauſatur: eſt autem cauſa ipſius temporis cælum, qm̃ fundatur tempus in motu, & motus primo eſt à cælo. Et qm̃ quanquam corpora cæleſtia omnia moueantur, tñ quædam nobis magis cognita ſunt, quam alia: ideo per ea quæ magis cognita ſunt, debet fieri apud nos diſtinctio temporis, quia cognitio noſtra ex magis notis eſt, vt patet per Ariſt. in 1. Phyſic. & in 1. Poſter. Inter corpora autem cæleſtia nulla nobis magis nota ſunt, quam duo luminaria magna, ſcilicet, Sol & Luna, ideo per iſta duo magis debuit fieri diſtinctio temporis, quam per alia: & quia Sol adhuc magis notus eſt nobis, & magis regulatus in motu ſuo, atque magis cauſans in iſtis inferioribus, cum ipſe dicatur pater Deorum, & virorum, iuxta Ariſt. 2. de Anima, & ipſe per acceſſum & receſſum ſuum cauſet omnes generationes & corruptiones in terra, ſm̃ propinquitatẽ in circulo obliquo, vt patet in 2. de generatione, debuit tẽpus magis diſtingui per motum illius, quam alicuius alterius aſtri. Menſura aũt prima, & diſtinctio, quę hr̃ per motum Solis, eſt dies; & dicitur eſſe dies quantitas tẽporis, in quo Sol pertranſit à puncto Orientis, ad punctum eundem, & iſta vocatur dies naturalis, in quo nos vulgariter loquentes diſtinguimus diem & noctem, ſ. artificialẽ, & eſt quãtitas temporis, in quo Sol pertranſit à puncto Orientis noſtri, vſque ad Occaſum noſtrum. Iſtũ autem diem naturalem nos diuidere poterimus in quotcumque particulas æquales voluerimus, ſed conſueuimus diuidere in 24. partes æquales per inſtrumenta artificialiter facta, & iſtæ partes vocantur horæ. Amplius autem per Solem diſtinguitur nox à die, ſed iſta diſtinctio non eſt ſemper vniformis in quantitate, quia aliqñ ſunt dies maiores, & aliqñ minores, & conformiter de noctibus, ſed dies naturalis ſemper æqualis eſt 24. horas continens, ideo prima menſura regularis, quam attribuimus motui Solis, eſt dies naturalis. Pręter hanc aũt eſt alia menſura cauſata per motũ Solum, ſ. annus, & eſt duratio, vel quantitas temporis, in quo Sol pertranſit à puncto in punctum cæli per ſuũ curſum naturalem: non poſſunt aũt reperiri vlteriores menſuræ per Solem: habet enim duas mẽſuras, vnam per motum raptus complendo circulum, & eſt dies; aliã per motum naturalem complendo circulum, & vocatur annus.

Cap. 1.

Diei & anni, diſtinctio ꝑ Solem.

Menſis ꝑ Lunã & etiã magis per Solem.

Per Lunam etiam quæ ſm̃ luminare maius eſt, accipitur diſtinctio menſuræ in tẽpore, & ipſa ſicut Sol habet duos motus, ſ. motum raptus, & motũ naturalem, ſed per motum raptus non accipimus aliquam menſuram diſtinctiuam, cum non appareat aliqua notabilis diuerſitas, cum peruenit Luna à puncto in punctum per motum raptus, ſicut apparet in Sole. Accipitur autem diſtinctiua menſura in Luna, quãtum ad motum naturalem, ſ. à coniunctione vſque ad coniunctionem, qui ſunt fere 30. dies per medium motum, per verum aũt motũ aliter accipitur; & hic eſt notabilis diuerſitas: quia ante coniunctionem & poſt coniunctionem Luna apparet aliqñ plena, aliqñ non plena: in cõiunctione autem nihil apparet. Ideo ſm̃ iſtũ motum accipimus quandam menſuram, quæ dicitur menſis, quæ eſt tempus, in quo peruenit Luna à coniunctione Solis ad alteram coniunctionem: quanquam aliqui non di-

F ſtinguunt menſes per Lunationes, ſed per motum Solis, nam faciũt duodecim menſes in anno. ſi tñ computentur per Lunationes fere quattuordecim & tredecim menſes ſunt, ſed magis cõputant menſes diuidendo tempus anni in duodecim partes, ſm̃ q̃ Sol cauſat motu ſuo: cauſat. n. perfecte annũ tranſeundo per duodecim ſigna cæli æqualia. Hæ autem menſuræ ſunt quas accipimus per motus corporum cæleſtium, & has voluit nobis tribuere ipſe naturæ conditor, quando iſta luminaria fecit. ſic habetur Gen. c. 1. cum dicitur. Fiant luminaria in firmamẽto cæli; & diuidant diem ac noctem: & ſint in ſigna & tempora, & dies & annos, & luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Menſura aũt diſtinctiua temporis, quæ eſt circulatio ſeptem dierum, ex his adhuc non habetur, ſed inuenta eſt propter duas cauſas. Prima eſt ex diuina ope-

Tẽpus diſtinguitur ꝑ hebdomadas: quã item variè.

G ratione, quia Deus creauit mundum in ſex diebus, & in ſeptimo requieuit ab omni opere quod patrauerat: ideo voluit, vt Iudæi, qui acceperant ſpecialiter legem eius, cuſtodirent diem ſeptimum, & ob hoc oportebat, vt totum tempus diſtinguerent per ſeptenarios. Si autem Deus iuſſiſſet, vt Iſraelitæ colerent eum in die quarto, oportebat quod ipſi diſtinguerent omne tempus ſuum computantes per quaternarios dierum: & ſic eſſet de ternariis, vel quinariis. Hoc patet Geneſ. 2. cap. & Exo. 20. & 31. cap. cum dicitur: q̃ ſex diebus creauit Deus cælum & terram, & in ſeptimo die requieuit ab omni opere: ideo benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.

Cauſa autem ex natura rerũ eſt alia, ſcilicet, quia ſicut nos dirigimur per motum Solis, & Lunæ, ita dirigimur per motum omnium ſeptem planetarũ ſimul. Nã quan-

H quam omnia ſidera influant ſuper nos, tñ ſpecialius influunt ſeptem planetæ, propter latitudinem quã habent, ſcilicet, quia declinant aliquando ad Auſtrum, & aliquãdo ad Septentrionem: aliæ autem ſtellæ non habent latitudinem, ſed dicuntur fixæ. influunt ergo magis planetæ. Iſti autem planetæ ſic ſe habent, q̃ vnus dominatur principaliter in vna hora; & alius in alia: & per iſtum modum euenit, vt vnus planeta dominetur in prima hora vnius diei, & alius in prima hora ſequentis diei. Vnde in die quam nos Dominicam vocamus, dominatur Sol. ideo apud Gentiles dies Solis vocabatur: apud Iudæos autem prima ſabbati, id eſt, prima dies poſt Sabbatum, vel vna Sabbati, id eſt, vna dies poſt Sabbatũ, vt habetur Matth. c. 28. Nos autem propter reſurrectionem Dñi hanc diem Dominicam appellamus; ſic enim eam cępit appellare

Quõ Eccleſia cõputet hebdomadã ꝑ ferias. Iudæi per Sabbata & Gentiles per planetas.

I Beatus Ioan. Apocalyp. cap. 1. In prima autem hora ſequentis diei poſt Dominicam dominatur Luna: ideo eam diem Lunæ appellamus, tam nos, quam Gentiles: Iudæi autem eam ſecundam Sabbatorum vocant, id eſt, ſecundum diem poſt Sabbatum. In ſequenti die prima hora diei dominatur Mars: ideo tam nos quam Gentiles diem Martis appellamus. Iudæi autem appellãt illam tertiam Sabbatorum. In ſequenti die Mercurius, & in alia Iupiter, & in alia Venus: & ſic ab eis nominantur dies nomine noſtro & Gentilium. Iudæi autem quartam, & quintã, & ſextam Sabbati vocant. In ſequenti autem die in prima hora dominatur Saturnus, & propter hoc apud Gentiles dies Saturni appellatur. Iudæi autem eam Sabbatum vocant, id eſt, quietem, quia ibi Dominus quieuit ab omni opere quod patrarat, vt habetur Gen. 2. capite. Nos item

K diem hanc Sabbatum vocamus propter quietem corporis Domini in ſepulchro: qm̃ tota illa die ĩ ſepulchro fuit. Et quia non ſunt plures planetæ, non poſſunt denominari plures dies ab eis, ſed immediatè reditur ad diem Dominicam, quæ eſt dies Solis. Patet ergo vnde habuerit originem, q̃ tempus computaretur per ſeptenarios ſiue hebdomadas. & qũo dies Sabbati ſit dies ſeptimus. *Quia Sabbati requies eſt*. Hic datur cauſa quare dies ſeptimus appropriatur ad cultum Dei. & dicitur hoc eſſe, quia eſt requies Sabbati Domini: nam cum creaſſet Deus cælum & terram, in die illo ſeptimo requieuit. & dicitur requies Sabbati duplicando, qm̃ Sabbatum, & requies, idem ſunt ſecundum ſignificationem Hebraici nominis: ſed hic accipitur quies pro quiete Dei, & Sabbatum quanquã quietem ſignificet, tamen accipitur pro ipſa die, in qua Deus requieuit. *Vocabitur ſanctus*, id eſt, dies Sabbati dicetur

ſanctus,

ſanctus, id eſt, ſanctificatus, vel applicitus ad cultum Dei, A quia alij dies applicātur ad opera noſtra, dies autem ſabbati applicatur ad ſolum Diuinum cultum, ſcilicet, vt orarent, vel contemplarentur manētes in cogitationibus ſanctis, vt habetur Exod. capite 16. cum dicitur: Maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum: nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo. & ob hoc, quia quandocumque aliquis peccat, ſubtrahit illud tempus Deo, cum peccatum dirigi non poſſit in Deum: magis peccabit ſi malum egerit in die ſolemni quàm in diebus non vacatiuis, nam dies ſollemnis debita eſt Domino; & cum aliquis eam prauis occupationibus applicat, Deo ſubtrahit cui debita erat & ſanctificata.

In alijs autem diebus quamquam quiſque peccat praue agens. Deo tamen tempus non ſubtrahit, quia ſibi ſpecialiter debetur: minus ergo peccat. *Omne opus non facie-* B *tis in eo*, id eſt, nullum opus facietis, per æquipollentiam negationis poſtpoſitæ ſigno vniuerſali.

Quid ſit non facere opus ſeruile. vt ſollemnitas feriarum agatur. Quæſt. IIII.

IN quo conſiderandum eſt, quòd cum agitur hic de feriis, dicitur quòd nō fiat in eis opus, ſed diuerſimode: quia de quibuſdam dicitur, quòd nullum opus ſeruile fiet in eis: de alijs autem dicitur, quòd nullum opus fiat in eis: nam in die Sabbati, & infra in die Propitiationis dicitur, ꝙ nullum opus fiat. In die autem Azimorum primo, & ſeptimo, & in die Pentecoſtes, & Clangoris, & Feſtiuitate Tabernaculorum dicitur, quòd nullum opus ſeruile fiat in eis, vt patet infra in littera. Vnde diſtin- C guitur hic nullum opus fieri, & nō fieri opus ſeruile. maioris enim obligationis eſt nullum opus fieri, quam non fieri opus ſeruile: nam cum denegatur omne opus ſeruile, denegantur omnia opera pertinentia ad adminiſtrationem ſeruorum, præter parationem ciborum, & diſpoſitionem ciborum, & diſpoſitionem omnium, quæ ad cibos pertinent, ſcilicet, accendere ignem, & coquere, & diſponere vaſa. Non facere autem aliquod opus, eſt denegare omnia opera ſeruilia, & parationem ciborum: ideo quia in feſto Azimorum ſolum prohibebantur opera ſeruilia, licebat parare ea, quæ ad cibos pertinebant, vt habetur Exod. 12. cap. cum dicitur: Nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad veſcendum pertinent, & obſeruabitis Azima.

In die autem Sabbati, quia prohibebatur omne opus, D etiam non licebat parare cibos, vel accendere ignem: ſed ex præcedenti die iſta parata habebātur, ſic habetur Exo. 35. cap. cum dicitur, ſeptimus dies erit vobis ſanctus: Sabbatum eſt requies Domini, qui fecerit opus in eo, occidetur: non ſuccendetis ignem in cunctis habitaculis veſtris per diem Sabbati. Sic autem erat de die Propitiationis, in qua illicitum erat omne opus. Quid autem opus ſit ſeruile, late dictum eſt Exodi 12. Cum autem dicitur hic, quòd nullum opus fieret in Sabbato, non eſt ſic intelligendum, quòd tunc non eſſet licitum in Sabbato comedere, & bibere, & ſimilia facere. Sed falſum eſt: omnia enim iſta licent, etiam bellum gerere licet, reſiſtendo hoſtibus in die Sabbati, vt patet 1. Machab. cap. 2. Sic etiam habetur extra, de regul. iuris. in cap. quod licitum nō eſt, Licebat etiam paſcere iumenta, & adaquare, quoniam E Chriſtus dixit licere vnicuique ducere aſinum ſuum, aut bouem, ad aquandum, vt habetur Luc. 13. capite. Similiter etiam ſi iumenta noſtra, vel res ceciderint in locum periculoſum in die Sabbati, extrahere inde licebat. ſicut habetur Luc. 14. cum dicitur: Cuius veſtrum aſinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum in die Sabbati. Licebat quoque parare ea, quę ad medicinas pertinent, in diebus his, vt innuitur ex eo quod habetur Luc. 13. & 14. c. Licebat etiam in Sabbato hominibus propter neceſſitate famis colligere cibos, & parare, ſicut patet Matth. 12. vbi Iudæi accuſauerūt Diſcipulos Chriſti; quòd in die Sabbati ambulantes per ſata vellebant ſpicas, & confricatas comedebant. Chriſtus autem reſpōdit eis, licere propter neceſſitatem, ſicut licuit Dauid comedere de panibus Propoſitionis, quando erat in neceſſitate fugiens à facie Saulis: quamuis nulli niſi Sacerdotibus licitum eſſet comedere de panibus illis. Alia autem ſimilia in ſabbato facere licebat, & generaliter omne opus neceſſariū fieri poterat in Sabbato, & quodlibet, quo omiſſo magna rerum perditio accidiſſet. Quæ autem ſint opera licita in Sabbato, & quæ illicita; & de differentia obſeruationis diei Sabbati ab aliis feſtiuitatibus Veteris Teſtamenti, & quæ differentia ſit inter obſeruationem feſtorum in Nouo Teſtamento, & in Veteri, & de cauſa horum, latiſſimè dictum fuit Exo. 12. capite. De Sabbato autem quomodò ſit præceptum ceremoniale, & quomodo morale; & de aliis pertinentibus ad illud, dictum fuit Exo. 20. cap. *Sabbatum Domini eſt in cunctis habitationibus veſtris*, id eſt, nullū opus facietis in Sabbato, quia requies Domini eſt, id eſt, quia Deus requieuit in die illo ab omni opere quod patrarat, vt habetur Geneſ. 2. c. Vel dicitur requies Domini. i. requies mādata à Deo. ſ. ꝙ Deus mandauit, vt in die illa quieſceremus. Vel aliter, & melius, requies Dñi. i. requies ordinata ad Deū. ſ. ꝙ in aliis diebus homo ſi requieuerit, pro ſe requieſcet: in die tñ Sabbati non iubetur, ꝙ requieſcat homo pro ſe, ſed pro Deo. Sic patet Exo. 16. cap. cū dr̃: Requies Sabbati ſanctificata eſt Dño. i. ad diuinū cultū applicita. *In cunctis habitationibus veſtris*. i. Sabbatū ſolū eſt in habitationibus veſtris: quaſi dicat in veſtris domibus obligamini obſeruare Sabbatū. i. ꝙ ibi non faciatis aliquod opus; tamen in Tabernaculo Domini ibi non obſeruabatur Sabbatum: quoniam ibi in die Sabbati parabant Iſraelitæ ignē, & ponebāt ligna; qm̄ per ſingulos dies iubebat Deus ſacerdoti ponere ligna in altari, vt eſſet ignis perpetuus, vt ſupra 6. c. ergo in die Sabbati ponebant ligna ſuper altare. Sacerdotes ēt in die Sabbati animalia immolabantur, & excoriabantur, & ſecabantur in fruſta, atque cremabantur ſuper altare; quod patet: quia fiebat ſacrificiū matutinum, & veſpertinū, & in matutino occidebantur duo agni anniculi, & in veſpertino totidē, vt hr̃ Numer. 28. c. & ſic licebat in die Sabbati facere opera, quæ eſſent quaſi ſeruilia, quæ in aliis prohibita erant, & in Sanctuario licita, nā quandocumque fit mentio de obſeruatione Sabbati, exprimitur ibi illam obſeruationem eſſe in Tabernaculis Iudæorū, non tñ in Tabernaculo Dei: & ſic Exo. c. 35. cum diceretur de obſeruatione Sabbati, expreſſum eſt, non ſuccendetis ignem in cunctis Tabernaculis veſtris per diem Sabbati; & non dixit ſimpliciter non ſuccendetis ignem; quaſi non videatur incluſum Sanctuarium in hac lege. Ideo ſi aliquis arguat contra obſeruationem Sabbati de eo, quod fiebat in Sāctuario, quia videbatur infringi Sabbatū: Reſpondendū eſt, ꝙ non infringebatur, cū nō comprehendatur Sanctuariū in hac lege. Aliquis tamen adhuc diceret Sanctuariū comprehendi hac lege, quantum eſt ex continentia, & vniuerſalitate legis, ſed ex priuilegio factū eſſe, vt non obligaretur Sanctuarium ad leges communes; ſic videtur haberi Matth. 12. c. cū dicitur: Aut nō legiſtis in lege, quia in Sabbatis Sacerdotes in tēplo Sabbatū violāt, & ſine crimine ſunt? Ecce enim violari legem de Sabbato dixit per ea quæ in Sanctuario fiūt: & tñ lex nunquam violatur, niſi cum agitur contra id quod in ea cauetur. Reſpōdendū eſt, ꝙ violari legē ſtat dupliciter. ſ. materialiter, & formaliter; violari legē. n. formaliter, eſt, quandocumque fit cōtra id quod in lege ſignificatur, & cōprehenditur in lege; violari autem materialiter legem, eſt, qñcumque fit contra verba legis, etiam ſi nō fiat contra intentionē eius, & ille caſus nō ſit ſubiectus legi. Et ſic qñcumque aliquis habeat priuilegiū, vt non ſit ſubiectus legi cōmuni, & vtatur illo, dicitur violare legē materialiter, quia videtur facere cōtra id quod in lege mādatur; non tamen facit, quia non eſt obligatio in illo ad faciendū ea, quæ mandat lex; ſed exemptus eſt. Conformiter autem eſt circa ea, quæ dicuntur de Sanctuario: Nam in Sanctuario fit aliquid per Sabbatum, quod materialiter eſt cōtra præceptum legis, ex eo, quòd ſunt tales actus quales prohibentur à lege: tamen quia lex non obligat Sanctuarium, ſed ceteras domos ad iſtam obſeruationē, non dicitur frangi præceptum de Sabbato in Sanctuario. Et quando Chriſtus dicit Matth. 12. cap. quòd Sacerdotes in templo Sabbatū violant, & ſine crimine ſunt: intelli-

Quæ in Sabbato fieri licebant.

Lex dupliciter violatur.

De ſolēnitate Paſchali cū Sabbato.

intelligendum eſt, de violatione materialiter, & non de violatione formali, quia in illa neceſſarium eſt, quod ſit peccatum. *Hæ ſunt ergo feriæ Domini.* Hic ponitur pars ſecunda principalis,ſ.de feſtiuitatibus,quę ſolum contingunt ſemel in anno. Sabbatum namque de quo ſupra dicebatur, in qualibet hebdomada euenit. Iſtæ autem feſtiuitates, de quibus hic agitur, ſolum accidunt ſemel, vt feſtum Azimorum,Pētecoſtes, Propitiationis,Clangoris, & Tabernaculorum: quorum tempora infra habentur. *Feriæ Domini ſanctæ.* Vocantur feriæ Domini feſtiuitates,de quibus infra dicetur; & dicuntur ferię,à feriando, quia in eis ceſſandum eſt ab opere ſicut in Sabbatis; quāquam nō eſſet tanta obligatio in obſeruatione iſtarum feriarum, de quibus hic dicitur. Vocantur iſtæ feriæ ſanctæ,id eſt,applicitæ ad Dominum, quoniam iſti dies feſti totaliter ad laudem Dei conuertendi erant, quod eſt eſſe ſanctum. Ceteri autem dies conuertebantur ad vſus humanos. *Quas celebrare debetis temporibus ſuis.* id eſt,quòd iſtæ feſtiuitates debent obſeruari non continuè; quia non continuè accidunt,ſed temporibus ſuis, id eſt,certis temporibus anni; & in hoc ponitur differentia à Sabbato, de quo nō dicitur,quòd tempore ſuo celebraretur,quia multoties celebrabatur. *Menſe primo.* Hic ponuntur feſtiuitates, quæ accidunt certis temporibus anni: & ponitur primo feſtiuitas, quæ eſt feſtiuitas Azimorum.

Quomodo cum poſſet Deus ordinare feſtiuitates qualitercumque vellet, tamen ſolum ordinauit eas ad recolendum beneficia eo tempore quo data ſunt; & explicantur ſingula. Quæſt. V.

PRo quo conſiderādum eſt, quòd ſicut ſupra dictum fuit, quamquam à natura ſit obligari nos ad colendū Deum in aliquibus temporibus: tamen quantum ſit tempus,quod debeat ſeparari ad cultum Dei, vel quando illud ſit, non eſt determinatum à natura: ideo in hoc Legiſlatores diffinire debent,quantum ſit, & quomodo obſeruandum. Deus autem hic tanquam proprius Legiſlator Hebræorū diffinit feſtiuitates, & tempora ipſum colendi: & quamquam poſſet ad placitum ſuum diffinire (quoniam iſta ex ratione dependere difficile eſt) tamen ordinauit feſtiuitates eo modo,quo rationabilius ordinari poterant. Et quoniam in feſtiuitatibus homines applicantur ad cultum Diuinum, cum ad hoc ſolum feſtiuitates ordinatæ fuerint, fecit, vt in illis temporibus eſſent feſtiuitates, in quibus recoleretur memoria aliquorum beneficiorum humano generi datorum. Et hoc proficiebat ad duo; Primò,ad hoc, quod ipſi Iſraelitæ Deum intenſius,& deuotius colerent: nam cum ipſi recordarētur datorum beneficiorum, facilius inducerentur ad opera cultus quam aliàs, quoniā beneficia naturaliter obligant ſuſceptorem dicente Ariſt. Ethic. lib.5. quod ſuſcipiens beneficium tenetur ad contrapaſſum,& famulatum. Si autem Iudæi non recordarentur aliquorum beneficiorum à Deo collatorum,tepidius hoc agerent. ſed Deus intendebat eos ducere ad amorem ſuum quantum duci poterāt; ideo conuenientius fuit valde, vt ponerentur feſtiuitates, quæ collatorum beneficiorū memoriam agerent. Et hoc eſt quantum ad vnum de duobus,vel quātum ad vtrumque,ſcilicet, quantum ad tempus in quo beneficia collata ſunt, ſcilicet, quod tali tempore anni iſtæ feſtiuitates obſeruentur, quali ipſa beneficia quæ commemorantur collata fuere; & hoc obſeruantur in iſtis feſtiuitatibus, quæ ſignificant beneficia collata in certo tempore,ſcilicet, feſtum Azimorum, cuius beneficium ſignificatur, ſcilicet, eductio de Aegypto, quæ fuit decimaquinta die menſis primi: ideo in eadem die celebrabatur, vt patet Exodi, 12.cap. & hic. Sic etiam eſt in feſtiuitate Pentecoſtes, quæ vocatur ſollemnitas hebdomadarum: hęc enim fuit pro datione legis,ſicut aliqui dicunt, & eo tempore, vel quaſi eſt. Secundum in quo recolitur beneficium collatum in feſtiuitatibus,ſunt ipſæ cæremoniæ obſeruationis, quæ etiam ſi non ſint in tempore collati beneficij, tamen ex ipſis cæremoniis manifeſtatur,pro quo feſtū illud fiat. Sic patet de feſto Tabernaculorum,& Propitiationis: nā iſta non determinant ſibi certa tempora in collatis bene-

F ficiis,quoniam feſtum Tabernaculorum fit ad memoriā, q. Iſraelitæ habitauerint in deſerto ſub habitaculis frondium, vt patet infra in littera. Iſtud autem non fuit determinatum,quantum ad aliquod tēpus anni,ſed in tempore,quo fuerunt Iſraelitæ in deſerto. Cæremoniæ tamen obſeruationis demōſtrant, quod iſtud feſtum fiat ad memoriam Tabernaculorum, in quibus habitauerunt Iſraelitæ in deſerto: Sic etiam eſt de feſto Propitiationis: nam propitiatio, quæ eſt remiſſio peccatorum,non determinat ſibi ſpecialiter aliquod tempus, cum conuerſis ad Deum quolibet tempore remittantur peccata: quamquam imperiti Iudęi dicūt in die Propitiationis,qui eſt in Septembri,ſedere Deum ad propitiandum,& ad iudicandum, & nō alia die anni,quorum poſitionem ſatis improbauimus ſupra, 16. cap. Recolitur tamen memoria præteritæ re-
G miſſionis, & futura demonſtratur, vel quādocumque fiat in cęremoniis illius diei,quæ ſunt afflictiuæ,& manifeſtè ſignificant mętorem & remiſſionem peccatorum. ergo hæc duo fuerunt conuenientia feſtiuitatibus ad recordationem beneficiorum, vt ſic deuotius mouerentur Iudæi quàm aliàs ad Deum colendum.

Secunda cauſa eſt ex parte Dei. Deus enim inſtituit feſta,vt in eis coleretur,& laudaretur, ſed magis laudatur cum fiunt feſtiuitates eo tempore, quo beneficia collata ſunt,quàm aliter, ergo debuit eſſe ordinatio feſtiuitatum tali tempore; quod patet: nam cum aliquis recolit beneficium à Deo traditum, aſſurgit in laudem Dei congratulando ei: cum verò nihil tale recolitur, non aſſurgitur in laudem. Deus ergo, qui volebat laudari à populo ſuo,inſtituit feſta, quæ recolerent ſpecialiter beneficia tradita:
H & ſunt iſta quinque quæ habentur hic. De quorum cauſis magis ſpecialiter dicetur in quolibet eorum.

Horum autem primum eſt feſtum Phaſe, quod fiebat in menſe primo,quintadecima die: & erat ad recordationem exitus Iſrael de Aegypto, quando illo tempore fuerat liberatus de captiuitate, vt habetur Exodi 12.& 13.c. Eſt autem hoc feſtum primum inter omnia feſta anni ſecundum duo,ſcilicet, quantum ad tempus,& quātum ad cæremonias. Eſt primum quantum ad tempus, quia in primo mēſe anni collatum eſt beneficium illud, vt apparet Exodi 12.cap. Etiam eſt primum in cæremoniis: quia fiunt hic plures cæremoniæ, quā in aliis: quia erat maior cauſa propter maius beneficium datum: & hoc fuit cauſa,vt notaretur principiū anni,quia antea dicebatur principium anni menſis Septembris, poſtea vero mutatū eſt,
I & factum vt eſſet principium anni menſis Martius,vt habetur ſupra 12.cap. In hoc autem feſto fiebant ſacrificia, & oblationes ſpicarum,vt immediatè habetur.

Feſtum Phaſe eſt primū inter cūcta feſta anni.

Sciendum autem,quòd quādo dicitur hic, quòd menſe primo fieret feſtum Phaſe, non eſt accipiendus menſis primus pro ipſo Ianuario, quem nos primum in mēſibus tanquam ianuam ponimus: ſed accipitur menſis primus, id eſt,Martius,qui olim apud Gentiles conſueuit eſſe primus, vt patet ex computatione aliorum menſium: cum dicimus Septembrē,Octobrem,Nouembrē, id eſt,ſeptimus,octauus,& nonus menſis; non poſſent autem iſti vocari ſic,niſi computatio inciperet eorum à Martio. Poſtea tamen Latinitas mutauit iſtos mēſes apud Romanos; faciens Ianuarium & Februarium eſſe primos, de quorum mutatione tractat Solinus in Polihiſtor. cap.1. de diebus
K intercalaribus: & nos diximus Exodi 12. Fuit tamen mutatus ordo menſium apud Iudæos, ita vt Martius primus menſis eſſet. Facta eſt autem iſta mutatio propter cauſam quæ aſſignatur Exodi 12.cap. tam in littera quā in commento. Vocatur autē iſte menſis primus apud Hebræos Niſan. & nō incipit incipiente noſtro Martio. Cauſa huius eſt: quia Hebręi non cōputant menſes per aſſignationem dierum Romanorū, quātum ad Solis motum, & diuiſionem temporis per illum; ſed quantū ad lunationes, facientes quamlibet lunationem vnū menſem: & poſtea in principio ſequētis lunationis faciebant feſtum magnū clangentes tubis,& facientes conuiuia,ſicut patet Numeri 10.cap. & 29. Hoc enim vocatur feſtum Calendarum, quoniam nos Calendas principium menſis ponimus.

Principiū anni diuerſū apud Latinos, & Hebræos.

Vocatur etiam feſtum iſtud Neomenia,id eſt,noua lunatio,à neos,quod eſt nouum,& mene,quod eſt defectus, quaſi

Feſtū Calendarū.

quaſi nouus defectus; quaſi dicat, quòd tūc luna nouiter deficit obfuſcata à radiis ſolaribus. Sic patet Pſal. 80. cum dicitur: Buccinate in Neomenia tuba inſigne die ſollemnitatis veſtræ. Modus ergo Iudæorum incipiendi menſem primū, qui Martius dicitur, eſt, quia inquirebāt quomodo erat æquinoctium vernale quod fit quaſi in medio Martij noſtri. & tunc inquirebant vbi incipiebat lunatio propinquior ad illud æquinoctium, ſ. an ante æquinoctium, vel poſt: & in die prima lunationis propinquæ ad æquinoctium, faciebant primam diem menſis Martij. & iſta erat prima dies ſecundum computationem Iudæorū. Poterat autem aliquādo incipere iſte menſis Martius in prima die menſis noſtri, vel in ſecunda, vel in tertia, & ſic conſequenter, vel poſt medietatem menſis noſtri, vſque circa finem eiuſdem; & ſic aliquando menſis primus Hebræorum qui vocatur Niſan, conincidit pro maiori parte cum menſe Martio: aliquādo autem quaſi cum toto Aprili; interdum autem cum maiori parte Martij, & minore Aprilis, & econtrario. *Quartadecima die menſis.* Hic ponitur terminus feſtiuitatis, ſ. in decimaquarta die menſis primi. Inuenta. n. prima die Martij Hebræorum, computetur ex illa vſque ad quartamdecimam, & ibi eſt feſtum. *Ad veſperum Phaſe Domini eſt*, id eſt, in die quartadecima ad veſperum eſt Paſcha, vel eſt feſtum trāſitionis Domini: quia tranſiuit per Aegyptum.

Modus incipiēdi menſem Martiū apud Hebræos.

A

B

A quo tranſitu Paſcha Iudæorum vocatur tranſitus. Quæſt. VI.

ALIQVI exiſtimant quòd iſtud feſtū dicatur Phaſe, ſiue tranſitus, propter liberationem Iſrael de Aegypto, ſcilicet, quia tunc exierūt Iſraelitæ de Aegypto.

Sed hoc non ſtat: quia non vocatur Phaſe, quia tranſierit Iſrael, ſed quia tranſiuit Dominus: nam cum exiturus eſſet Iſrael de Aegypto, in nocte illa percuſſit Dominus omne primogenitum in Aegypto: & tunc ambulabat Angelus percutiens per omnes domos: quia in qualibet domo erat aliquis occidendus iuxta illud Exodi 12. cap. Non fuit domus in Aegypto, in qua non iaceret aliquis mortuus. Quando autem accedebat Angelus Domini ad domum Hebræorum, tranſibat, dimittens eam, & percutiebat in domo ſequenti, in qua eſſet Aegyptius, vt occideret eum. Ad honorem autem huius tranſitus, facta fuit iſta feſtiuitas, ſicut patet Exod. 12. capite, cum dicitur: Et cum dixerint vobis filij veſtri, quæ eſt iſta religio? dicetis eis: victima tranſitus Domini eſt, quando tranſiuit per domos filiorum Iſrael in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos noſtras liberans.

C

D

Fiebant autem multæ cæremoniæ in hac feſtiuitate, quarum quædam pertinebant ad obſeruationem ipſorum popularium; aliæ ad vacationem operationum; aliæ ad ſolum ſacrificium Diuinum. Primæ cæremoniæ erant in operatione Agni Paſchalis, ſcilicet, quomodo eum deberent Iudæi iugulare; & quomodo deberent comedere, obſeruatis multis cæremoniis; de his habetur Exodi 12. capite.

Cæremoniæ quæ fiebāt in feſto Phaſe.

Aliæ autem erant cæremoniæ eodem modo pertinentes ad populares in comeſtione azimorum, & hoc erat p ſeptem dies, in quibus non licebat comedere panem fermentatum; de hoc habetur hic, & Exo. 12. c. Aliæ cæremoniæ erant in vacatione ab operationibus, & hoc erat per ſeptem dies. Quamquam in hoc erat differentia, quoniam primus dies & vltimus, erāt multū celebres alij autem nō erant celebres, quantū ad vacationē ab operibus, ſed quantū ad azima obſeruanda: quia non comedebant in illis ſeptem diebus Hebræi panes fermentatos. Erant etiam aliæ cæremoniæ quantum ad ſacrificia, & hoc erat dupliciter, qui erant quædam ſacrificia in oblatione ſpicarū nouarū hordeacearū, de quibus habetur hic in litera; & dicetur infra. Alia erant ſacrificia in oblatione animaliū, fiebant. n. in qualibet ſeptem dierum, & in qualibet die offerebantur duo vituli, & vnus aries, & ſeptem agni anniculi cum libamentis ſuis, ſcilicet, cum ſimila, vino, & oleo. Offerebatur etiam hircus pro peccato, & ſacrificia matutina, & veſpertina. De his Numeri cap. 28.

E

Hic autem non enarrantur omnes cæremoniæ huius feſtiuitatis, ſed quædam illarum, quia aliæ poſitæ fuerunt alibi. *Ad veſperum, Phaſe Domini eſt.* i. in veſpere diei quartædecimæ eſt feſtum Phaſe, id eſt, tranſitus Domini. Hoc dicit, quia in quartadecima die immolabatur Agnus per omnes domos Hebræorum, & iſtud erat ad veſperum, ſ. iam inclinata die: nam poſt meridiem immediatè Iudæi veſperum vocant. Et erat iſte modus, ꝙ poſt meridiem Hebræi incipiebant inquirere in qualibet domo, an eſſet panis fermentatus: nam dum eſſet fermentum in domo, non poterat immolari Agnus Paſchalis, vt habetur Exodi 23. & 24. capite, cum dicitur; Non immolabis ſuper fermento ſanguinem hoſtiæ tuæ. Vocatur autem hoſtia Hebræorum Agnus Paſchalis, & dicitur immolari ſuper fermentum, quando manente fermento in domo, non immolabatur poſtea autem excluſis omnibus illis, quæ pertinebant ad fermentum, poterat immolari Agnus, hoc tamen non poterat fieri ante meridiem: quia nondum erat veſperum; incipiente tamen declinare Sole à meridiano circulo ad occaſum, veſperum dicebāt; & in toto illo tempore exiſtimabant licitum ſibi eſſe immolare Agnum. Veſperum tamen propriè ſignificat paruulam partem diei, quæ eſt ante Solis occaſum: & tunc quaſi occumbente Sole fiebat iſta immolatio, vt habetur Deuteronom. 16. capite, cum dicitur; Immolabis Phaſe veſpere ad Solis occaſum, quando egreſſus es de Ægypto. Et dicitur eſſe iſte dies quartuſdecimus feſtiuitatis Phaſe: quia iſte pertinet ad immolationem Agni, qui fiebat pro Phaſe.

Hoſtia Hebræorū quid eſſet.

In quo conſiderandum eſt, quòd in feſto menſis primi quod vocatur Paſcha Hebræorum, erant duo beneficia magna deſignata: ideo fiebant ibi cęremoniæ duplices ad horum ſignificationem. Primum beneficium collatum in tempore illo fuit liberatio Iſraelitarum in morte primogenitorum: nam cum Iſrael egreſſurus eſſet de Ægypto, Angelus Domini percuſſit in omnibus domibus Ægyptiorum omnia primogenita, ab homine vſque ad pecus; & nihil tetigit de his, quæ pertinebant ad filios Iſrael, ſed tranſibat Angelus percutiens domos Aegyptiorum. Secundum beneficium tempore illo collatum, fuit in ipſa eductione Iſraelitarū de Aegypto, quia ſequenti die quintadecima menſis eiuſdem primi, educti ſunt omnes Iſraelitæ de Aegypto. Sicut autem iſta erant diſtincta beneficia, ita in iſto feſto Iudæorum, in quo vtrumque ſignificabatur, fuerunt poſitæ duæ principales cæremoniæ, Prima erat immolatio Agni Paſchalis, & iſta fiebat ſolum ad ſignificandum primum beneficium, ſ. quomodo Angelus percutiens in domibus Aegyptiorum primogenita tranſierit vltra domos Iudæorum, nihil in eis percutiens: & ad hoc ſignificandum ſolum erat conuenienter poſitus Agnus Paſchalis, vt patet Exo. 12. c. Conuenientia autem ad ſignificationem huius liberationis erat: quia quando Deus percuſſit primogenita Aegyptiorum, mandauit ꝙ Iudæi occiderent Agnum, & ponerent de ſanguine ſuper vtrumque poſtem domus, & in ſuperliminaribus: & cum videret Angelus Domini percuſſor ſanguinem illum, nō ingredietur domus Iſraelitarum, vt patet Exo. 12. capite. Cum ergo tunc per immolationem Agni liberati fuiſſent Hebræi, conueniens erat, vt ad colendam illam liberationem immolarent Agnum, & fiebat hoc in quartadecima die ad Solis occaſum, menſe primo: quia in eadem decimaquarta die poſt Solis occaſum, in Aegypto primogenita Aegyptiorū percuſſa fuerunt. Et non pertinebat iſta cæremonia agni Paſchalis ad ſignificandā liberationem Iſraelitarum de Aegypto, vel ad aliquid altero, ſed ad id ſolum, quod primo dictū eſt. Secundum verò beneficium collatū hoc tpe, fuit eductio Iſraelitarum de Aegypto, & iſta fuit in die decimaquinta mēſis primi, in cuius aurora receſſerunt, vt habetur Exo. 12. & Numer. 33. c. & hoc eſt beneficiū diſtinctum à liberatione primogenitorum: ideo ponitur ſpecialis cæremonia ad ſignificandum illud, ſ. comeſtio Azimorum. Et iſta eſt conuenienter tradita ſignificatiua huius liberationis: nam qn̄ Iſraelitæ egrederētur de Aegypto conſperſerant farinā, vt portarent cibos pro itinere; quoniam voluerant coquere eam prius fermētantes; ſed Aegyptij preſſi ab Angelo percutiente timentes, quòd

In feſto mēſis primi, duo erant beneficia magna deſignata.

quòd tota Aegyptus deſolaretur, niſi exirent Iudæi velociter, compulerunt eos velociter exire, & tunc tulerunt farinam conſperſam antequam fermentaretur, & ligantes in palliis poſuerũt ſuper humeros ſuos, & abierunt: poſtea comederunt de huiuſmodi panibus nõ fermentatis. Ad ſignificandum ergo beneficium huius liberationis, iuſſit Deus, vt comederent panẽ non fermentatum, ſicut comederant in exitu de Aegypto: & ſic non obliuiſcerẽtur egreſſionis de Aegypto, ſicut habetur Deuteron. 16. cap. cũ dicitur: Septem diebus comedes abſque fermento afflictionis panem: quoniam in pauore egreſſus es de Aegypto, vt memineris diei egreſſionis tuæ de Aegypto, omnibus diebus vitæ tuæ. Et ſic erat vnum feſtum principale quod vocabatur Paſcha Hebræorum: quia tamen erant ibi duo beneficia, de quibus fiebãt ſpeciales cæremoniæ, dicebantur eſſe duo feſta. primum feſtum erat de Phaſe, id eſt, de immolatione Agni Paſchalis: & hoc ſolum erat in quartadecima die menſis primi ad veſperum, dum immolaretur, & comederetur Agnus. Secundum feſtum erat feſtum Azimorum, & iſtud erat à quintadecima die, vſque ad 22. & hoc ſignificat littera cum dicat, quòd quartadecima die menſis primi, ad veſperum eſt Phaſe Domini; & quintadecima die eſt ſollemnitas Azimorum; & ſic ſunt tanquam feſta diſtincta.

Quare dicebatur Phaſe Domini.

Phaſe Domini eſt. Vocatur Phaſe Domini, id eſt, quia fit ad honorem Domini; vel, quia Deus iuſſit illud fieri, vel magis propriè vocatur Phaſe Domini: quia quando percutiebat Deus primogenita Aegyptiorum, tranſibat per domos Hebræorum nihil lædens, & ab hac proprietate tranſitus, vocatur iſtud feſtum Phaſe. Sic namque habetur Exodi 12. cap. cum dicitur: Tranſibit enim Dominus percutiens Aegyptios: cumque viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in vtroque poſte, tranſcendet oſtium, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras & lædere. *Et quintadecima die menſis huius ſollemnitas Azimorum.* id eſt, in die quintadecima menſis primi, Iudæi comedebant Azima, & propter hoc vocabatur ſollemnitas Azimorum. Cauſa autem quare comederentur Azima, ſupra poſita fuit.

Quando incipiebant Hebræi comedere Azima, & quanto tempore ea comedebant. Quæſt. VII.

SCIENDVM eſt, quòd cum dicatur hic ſollemnitatem Azimorum eſſe in die quintadecima, non eſt ſenſus, quòd in illa die inciperent Hebræi comedere Azima: quia ante hoc in diem quartamdecimam ad veſperum ea comedebant, vt apparet Exodi 12. cap. vbi dicitur, quod agnum debebant comedere cum lactucis agreſtibus, & cum Azimis: ſed agnum comedebant die quartadecima, vt immediatè dictum fuit, ergo in die quartadecima ad veſperum incipiebat comeſtio Azimorum. Sed dicitur hic, quòd die quintadecima erat ſollemnitas Azimorum ad diſtinguendum hic duo feſta, ſ. feſtum Phaſe in comeſtione Agni Paſchalis, & feſtũ Azimorum: quia iſta duo fiebant propter diuerſas res ſignificatas, ſicut ſupra dictũ fuit; & erant diuerſæ cæremoniæ; vt ergo hoc ſignificaretur, dictum fuit, quòd in die quartadecima erat feſtiuitas Phaſe; & in decimaquinta feſtiuitas Azimorum. Alia cauſa quia iſta feſta diſtinguuntur ſecundum tempus, in quibus acciderunt: nam quamquam Iſraelitæ in Aegypto comederint Agnum Paſchalem cum Azimis, tamen non incœpit ibi exordium; nec cauſa Azimorum obſeruandorum: ſed incęperũt Azima propter hoc, quod Hebræi exeuntes de Aegypto, non potuerunt aliquid habere ad comedendum niſi Azima; quoniam Aegyptij non permiſerunt eos fermentare maſſam in Aegypto compellentes eos velociter ad exitum, vt patet Exodi 12. cap. & iſta velocitas fugæ, quæ impediuit eos à fermentando, & in qua non potuerunt comedere niſi Azima, fuit cauſa, vt inſtitueretur ſollemnitas Azimorum. ſed iſtud incępit in die quintadecima: quia tunc exierunt Iſraelitæ de Aegypto, vt patet Exodi 12. & Numeri 33. cap. ergo quamquã Azima comedantur in die quartadecima menſis, tamen feſtum Azimorum non erat niſi in quintadecima: quoniam ibi ſumpſit exordium. *Sollemnitas Azymorum Do-*

F *mini eſt.* id eſt, in iſta quintadecima die incipit ſollemnitas Azimorum: non enim intelligitur, quòd ſolum in illa decimaquinta eſt ſollemnitas, cum duret per dies ſeptẽ: ſed ibi incipit ſollemnitas, quo ad originem, & cauſam, quamquam etiam quartadecima dies obſeruetur in Azimis. Dicitur iſta ſollẽnitas eſſe Domini: quia Deus mandauit eam obſeruari; Vel quia propter liberationem factam à Deo de terra Aegypti, obſeruatur. *Septem diebus Azima comedetis.* Hic ponitur ritus obſeruationis Azimorum, ſ. quòd deberet durare iſta comeſtio per ſeptem dies: in quo differt à Paſchalis Agni comeſtione, quia Agnus Paſchalis ſolũ ſemel comedebatur, & hoc in decimaquarta die: Azima autem comedebantur per ſeptem dies continuos. Non ſunt autem computandi iſti dies ita, quòd ſint artificiales: quia tunc per diem nõ licuiſſet co-

Ritus obſeruationis Azimorum.

G medere fermẽtatum, ſed per noctem comederetur, quod falſum eſt: quia in toto illo ſpacio ſeptem dierum, nullus comedere debebat fermentatum: ſed ſunt computandi iſti dies ita, quòd ſint naturales, & computantur à puncto in punctũ, ſ. quòd iſti incipiebant comedere Azima in die quartadecima ad veſperum, cum ipſo Agno Paſchali, & durabit vſque in diem viceſimam primam menſis eiuſdẽ: nec tamen durabat per totam illam diem; quia tunc eſſent ſeptem dies & amplius, ſcilicet, id quod obſeruatum fuerat in Azimis ex die decimaquarta menſis eiuſdẽ. Sed fiebat hoc modo, quòd tantum adimeretur de die vigeſimaprima quantum acceptũ fuerat de die quartadecima: vt ſi aliquis incępiſſet comedere Azima in die quartadecima per duas horas ante Solis occaſum, licebat ei comedere fermentatum in die viceſimaprima per duas horas

H ante Solis occaſum. ſic complebantur dies ſeptem à puncto in punctum. *Dies primus erit vobis celeberrimus, ſanctuſq.* Hic ponitur de obſeruantia ſeptem dierum Azimorum: & ponebatur ſupra obſeruatio eorumdem quantũ ad comeſtionem; & in hoc non erat aliqua differentia in illis diebus: quia quolibet illorum ſeptẽ dierum æqualiter Azima comedebantur. Sed ponitur hic differentia quantum ad obſeruationem in ſollemnitate feſtorũ; quia non erant omnes dies æquales, & ſollemnes, ſed ſolũ primus, & vltimus dies; alij autem intermedij nõ erant ſollemnes; quia licebat in eis quodcumque facere opus. In quo conſiderandum eſt, quòd quattuor obſeruabantur in feſtiuitate Azimorum; & quantum ad iſta, poteſt aſſumi differentia inter dies ſeptem. Primum erat comeſtio Azimorum. Secundum erat vacatio ſiue ceſſatio laborum.

Quatuor cæremonia i Azimorũ feſtiuitate obſeruabantur.

I Tertium erat oblatio ſacrificiorum. Quartum erat oblatio ſpicarum.

Quantum ad Primum, non erat maior ſollemnitas, vel obſeruantia in aliquo iſtorum ſeptem dierum, quam in aliis: ſed in omnibus æqualiter comedebantur Azima. Quantum ad ſecundũ, erat differentia in iſtis diebus, quia obſeruabantur duo dies in magna ſollemnitate, ita quod in eis nihil fieri ſeruile liceret, ſcilicet, primus dies & vltimus, vt patet in littera: quia vnus vocatur celeberrimus, & alter celebrior: quinque autem dies intermedij, non erant alicuius obſeruationis, quantum ad vacationem à laboribus.

Tertium erat in hac ſollemnitate oblatio ſacrificiorũ: & in hoc omnes dies erant æquales, quoniam in quolibet eorum offerebatur ſacrificium matutinum & veſpertinũ,

K quod erat iuge: & non mutabatur propter aliquam cauſam: & in quolibet eorum offerebantur duo vituli, & vnus aries, & agni anniculi ſeptem, cum æqualibus libamentis, & vnus hircus; in hoc autem nulla erat differentia, vt habetur Num. 28. cap. ſed excellebat ſecũdus dies, qui non erat ſollemnis, alios dies: quia in eo offerebatur agnus anniculus præter omnia alia ſacrificia: & hoc qñ offerebatur manipulus nouarum frugũ, vt patet infra in littera. Quartum erat oblatio ſpicarum: & in hoc differebat dies ſecundus Azimorum ab omnibus aliis: quia in illo offerebatur manipulus ſpicarũ nouarum frugũ, vt hr̃ infra in littera; & in nulla alia die hoc fiebat. Patet ergo ex hoc, quantũ & ad quid differebant, vel conueniebant ſeptem dies Azimorũ. *Celeberrimus, ſanctuſq.* Dicitur dies primus celeberrimus, id eſt, multum ſollemnis: quoniam celeber à colẽdo dicitur, id eſt, ab obſeruãdo; ad ſolos ergo dies

go dies

go dies in quibus vacamus à laboribus pertinet, q́ ſint celebres. Dicitur autem celeberrimus non ſuperlatiuè, ita q́ excedat alios dies in celebritate; quia vt infra declarabitur, dies primus non eſt celebrior die ſeptimo: ſed dicitur celeberrimus abſolutè, id eſt, valde celebris: dicitur etiam ſanctus, id eſt, applicatus ad Deum: quoniam iſte dies obſeruabatur ad vacandum Deo. Quamquam differentia ſit inter hoc quod eſt eſſe celeberrimũ; & eſſe ſanctum: quoniam eſſe celeberrimum ſolũ conueniebat duobus, ſ. primo, & vltimo, in quibus ceſſabatur ab omni opere ſeruili: eſſe ſanctum poterat conuenire omnibus diebus ſeptem: quoniam dies ſanctus dicitur Deo applicitus. De quolibet autem iſtorum hic conuenit quòd ſit applicitus Deo; quamquam non quantum ad vacationem à laboribus, tamen bene quantum ad comeſtionem Azimorum. & quia Azima comedebantur propter mandatum Dei,
B dicebantur iſti dies applicati Deo, vel ſanctificati. *Omne opus ſeruile non facietis in eo.* Hic ponitur determinatio obſeruationis quantum ad vacationem à laboribus; & dicitur, quòd non fieret in iſto die primo aliquod opus ſeruile.

In quo ſciendum, quòd non ponit Deus tantam adſtrictionem in obſeruando feſtiuitatem Phaſe, vel Azimorum, ſicut ponit in cuſtodiendo Sabbatum, & cuſtodiendo diem Propitiationis: quia Sabbatũ cuſtodiebatur cum prohibitione omniũ operũ: idem etiam erat de die Propitiationis: ſed feſtum Phaſe, vel Azimorum, & omnia alia feſta, obſeruabantur cum ſola prohibitione operis ſeruilis. non enim dicitur de eis nullum opus facietis in eis: ſed nullum opus ſeruile. Addit autem omne opus, ad opus ſeruile, ſolam ciborum parationem, cum omni præ-
C cedenti & ſequenti diſpoſitione. Iſtud enim computatur inter omnia opera: tamen non computatur inter ſeruilia, vt declaratum eſt Exo. 12. c. Ideo in Sabbato, & in die Propitiationis, non licebat parare cibos, & nec accendere ignem; in aliis autem feſtiuitatibus id licebat. Quòd autem omne opus addat ad opus ſeruile ſolũ hoc, quod eſt parare cibos, & præcedentia atque ſubſequentia, apparet ex eo, quod habetur Exodi 12. cap. cũ dicitur de ſollemnitate Azimorum: Dies prima erit ſancta, atque ſollemnis, & dies ſeptima eadem feſtiuitate venerabilis, nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad veſcendum pertinent. Ecce quomodo in ſollemnitate Azimorum vetuit Deus omne opus, ſicut vetat hic in Sabbato: & ab illo nihil excluſit niſi ciborum parationes: & hic dicitur, quòd
D in feſtiuitate Azimorum abſtinendum eſſet ab omni opere ſeruili; ergo nihil addit omne opus ſuper opus ſeruile, niſi ciborum parationes, cum præcedentibus & ſubſequentibus ad hoc.

Quare Sabbatum erat maioris obſeruationis quàm feſtum quodlibet Veteris Teſtamenti, præter expiationem: & de cauſis obſeruationis omnium feſtorum Veteris Legis. Quæſt. VIII.

CAVSA quare cum maiori abſtrictione obſeruabatur Sabbatum, & dies Propitiationis, quàm omnes aliæ feſtiuitates, aſſumitur ex ipſa maioritate, vel minoritate feſti. Dicuntur autem feſta maiora, vel minora, poſtquam inſtituta ſunt ex voluntate Legiſlatoris, ſecundum quòd maiores, aut minores cæremonias obſeruationis ha-
E bebant. Sed adhuc antequam feſtum aliquod ponatur ſeruandum, habet aliquam maioritatem, vel minoritatem ad alia feſta poſita, vel non poſita, ex origine & cauſa, ſcilicet, quòd ſecũdum quòd vnum feſtum habet maiorem cauſam obſeruationis, dicitur eſſe maius: inquantum verò habet minorẽ cauſam, dicitur eſſe minus. Nunc autem ſecundum quòd in præcedentibus dictum eſt in hoc cap. ratio feſtorum Veteris Teſtamenti accipitur ex ſignificatione beneficiorum, vel rerum geſtarum temporibus illis: ideo quanto aliquod beneficium fuerit maius, vel res geſta, tãta erit maior ipſa ſollemnitas, quæ ad illa recolenda ponitur. Nunc ergo ſi conferatur cauſa, propter quam Sabbatum cuſtodiri præceptum eſt, ad cauſas propter quas alia feſta inſtituta fuerunt, reperietur eſſe maius beneficium; vel res geſta id, vnde Sabbatum ha-

A buit originem, quàm ea ex quibus ceteræ ſollemnitates ortæ fuerunt. Sabbatum enim cuſtoditũ eſt propter hoc, q́ requieuit Dominus Deus in illo ab omni opere quod patrarat; & ſic Sabbatũ eſt repræſentatiuum creationis, cum dicatur obſeruari, quia Deus tunc requieuit à creatione operum, vt habetur Geneſ. 2. & Exo. 20. & 31. capp. ſcilicet, ſex diebus fecit cælum & terram; & in ſeptimo requieuit ab omni opere quod patrarat: ideo benedixit diei Sabbati, & ſanctificauit illum. Feſtũ autem Azimorum, & Phaſe data fuerunt propter duo beneficia collata Iſraelitis, primum, ſcilicet, propter liberationem primogenitorum ſuorum, cum occiderentur primogenita Aegyptiorum; & ſecundum quia eduxit eos Deus ex Aegypto liberãs eos à duriſſima ſeruitute, vt magis ſupra declaratum fuit; Sed maius eſt beneficium creationis quàm li-
B berationis à morte, & etiam quàm eductionis & liberationis à ſeruitute: ideo maioris obſeruationis debuit eſſe Sabbatum, in quo recolitur creatio rerum, quàm feſtum Azimorum, in quo recoluntur duo beneficia tradita Iudæis; maioris ergo obſeruationis eſſe debuit.

Cauſa feſti Phaſe.

Item feſtum Pentecoſtes (vt aliqui referunt) fuit datum propter legis dationem, quam dicũt fuiſſe die quinquageſima poſt exitũ de Aegypto; ſed maius beneficium eſt creatio, quàm legiſlatio, cum per creationem conferatur eſſe ſimpliciter, per legiſlationem autem ſolum conferatur quædam directio; maioris ergo obſeruationis eſſe debuit Sabbatum, quam feſtum Pentecoſtes. Item feſtum Clangoris (vt Iudæi dicunt) fiebat in memoriam liberationis Iſaac, quando Deus dedit arietem, vt immolaretur pro eo, cum iam eum pater ſuus ad immolan-
C dum colligaſſet; ſed maius beneficium erat creationis intenſiuè, & extenſiuè quàm illud: ergo cum maiori adſtrictione debuit obſeruari Sabbatum quàm feſtum Clangoris.

Cauſa Pentecoſtes.

Cauſa feſti Clangoris.

Idem etiam eſt de feſto Tabernaculorum, quoniam illud ſtatutum fuit, vt Hebræi recordarentur ſe habitaſſe in vmbraculis, quando erant in deſerto; & quod Deus eduxiſſet eos de illis vmbraculis ducendo eos in terram bonam; maius autem beneficium eſt creatio, quàm iſta perductio; ergo ad maiorem obſeruationem pertinebat Sabbatum quam feſtum Tabernaculorum.

Cauſa feſti Tabernaculorũ.

Quare feſtum Propitiationis erat in maiori obſeruatione quàm omnia alia præter Sabbatum. Quæſt. IX.

D NVNC quæret aliquis, quare feſtum Propitiationis eſſet apud Hebræos in maiori obſeruatione, quàm omnia alia præter Sabbatum, nam Sabbatum, & feſtum Propitiationis erant in æquali obſeruatione? Cauſa poteſt patere ex prædictis: nam conferendo beneficium propter quod obſeruabatur feſtum Propitiationis, maius reperietur quàm omnia beneficia, vel res geſtæ propter quæ ſtatutæ fuerunt aliæ feſtiuitates. Fiebat enim feſtum Propitiationis propter remiſſionem peccatorũ, quoniam illa die orabatur pro remiſſione peccatorum Sacerdotum, & totius populi, vt patet ſupra 16. capite; & fiebant ad hoc ſpeciales cæremoniæ, de quibus ibidem dicitur; Sed maius beneficium eſt remiſſio peccatorum, quàm liberatio primogenitorum à morte, vel eductio Iſraelitarum ex Aegypto, ergo cum maiori obſeruatio-
E ne debebat ſeruari feſtum Propitiationis, quàm Azimorum. Item, maius beneficium erat peccata tolli, quàm dari legem: ſed dies Propitiationis pro peccatis eſt, & dies Pentecoſtes pro lege data. maioris autem beneficij eſt ipſa liberatio à peccatis, quàm datio legis, ergo ſtrictius debebat obſeruari dies Propitiationis, quàm Pentecoſtes. Item, feſtum Clangoris erat pro liberatione Iſaac, & feſtum Tabernaculorum pro eductione Iſraelitarum ex deſerto, in quo habitauerant ſub vmbraculis, ſed maius beneficium erat liberatio à peccatis, quam illa duo, ergo maioris obſeruantiæ eſſe debuit feſtum Propitiationis, quam Tabernaculorum, vel Clangoris. Alia autem cauſa conuenientior eſſe poteſt quantum ad feſtum Propitiationis, ſcilicet, quòd feſtum Propitiationis ſecundum ſe, non erat maioris obſeruantiæ quàm cetera, ideo ſicut in aliis ſolum, prohibe-

hibebatur opus ſeruile, ita in hoc futurum erat; ſed quia omne opus nihil addit ſuper opus ſeruile, niſi parationem ciborum, cum præcedentibus, & ſubſequentibus, & iſta non erat neceſſaria; immo nec fieri debebat in die Propitiationis, quia in tota illa die nullus comedere debebat aut bibere, ſed totaliter affligi, vt patet ſupra 16. c. & infra in littera, ergo non erat pro illa die neceſſaria ciborum paratio. Tantum ergo fuit dici quòd in feſto Propitiationis nullum opus ſeruile fieret, ſicut, quòd nullum opus fieret: immo ſi in die illa licuiſſet Hebræis comedere, & bibere, ſicut in aliis diebus, non prohibuiſſet Deus ciborum parationem: & ſic ſolum diceret, quòd non facerent aliquod opus ſeruile; & nõ prohiberet omne opus: vel ſi prohibuiſſet omne opus, non fuiſſet hoc ex cauſa ſupra poſita, ſed ideo, vt nulla occupatio Iudæis in illa die accideret, ſed totaliter vacarent Deo, vt remitteretur peccatum totius populi. *Sed offeretis ſacrificium in igne Domino ſeptem diebus.* Iſta aduerſatiua, quæ hic ponitur, refertur ad quandam propoſitionem ſubintellectam. Dixerat enim de primo die, quòd erat celeberrimus, & ſanctus, de aliis autem mediis inter primum, & ſeptimũ nihil dixit: in quo intelligi dedit, quòd alij dies non erant in aliqua celebritate obſeruandi: ideo poſuit quantũ ad quid erant iſti feſtiui, dicẽs: ſed offeretis ſacrificium Domini ſeptem diebus, id eſt, nullam obſeruationem facietis, niſi quòd offeretis ſacrificium in igne in ſeptem diebus: & conſequẽter offeretis in quinque, qui ſunt inter medij inter primum, & vltimum. Dicitur autem ſacrificium in igne illud, quod igne cremabatur: & iſtud erat æquale in omnibus ſeptem diebus, ſcilicet, quod quotidie offerebantur duo vituli, & ſeptem agni anniculi, & vnus aries, & vnus hircus, cum libamentis ſuis, vt patet Numeri cap. 28. & quantum ad hoc, non erat aliqua diuerſitas. Hoc autem quod Moyſes de ſacrificio dicturus erat, nõ expreſſit hic: quoniam Numeri 28. cap. expreſſurus erat. In quo concluditur, quòd iſtæ leges non immediatè ſcribebantur, poſtquam dabantur: quoniã tunc ſi iſta lex fuiſſet ſic data, & immediatè ſcripta, illi qui audiuiſſent eam, neſciuiſſent de iſto ſacrificio, quod igne cremandum erat, quale eſſe deberet; nulla autem lex ſic daretur, ergo neceſſariũ erat, quòd quando iſta lex data fuit, etiam dicta fuerint ea quæ habentur Num. 28. cap. tamen Moyſes poſtquam dediſſet omnes iſtas leges, ordinauit eas conuenientiori modo, quo ordinari poterant, vt non fieret frequens repetitio. Et quia de ſacrificiis omnium dierum ſimul dicturus erat Num. 28. cap. noluit hic ſuperuacuè dicere. *Dies autem ſeptimus erit celebrior, & ſanctior.* Hic ponitur ritus ſeptimi diei Azimorum, & ponitur de primo, & ſeptimo ſolum: quia quantum ad celebritatem vacationis ab operationibus, alij dies medij nihil habebant, ſed ſolũ quantum ad obſeruationem Azimorũ, & ad ſacrificia, quæ fiebant in igne per illos ſeptem dies. Quamquam aliqui exponant ſacrificium illud in igne, de ſacrificio ſpicarum combuſtarum, de quo infra dicetur; ſed hoc falſum eſt: quia illud fiebat vna die, vt infra patet, & tamen iſtud de quo hic dictum eſt, iubetur fieri per ſeptẽ dies. Item, quoniam faſciculus ſpicarum eleuabatur corã Domino poſt primam diem Azimorum, vt patet in littera, cum ſacrificium in igne fiebat per ſeptem dies, vt patet hic; & ſic neceſſe erat, quòd etiam in prima die Azimorum offerretur ſacrificium; & ſic nõ poteſt intelligi de illo ſacrificio, ſed de alio, in quo cremabantur animalia. Hic autem ſolum ponitur de obſeruatione in vacatione ab operationibus; & dicitur, quod iſte dies erit celebrior, & ſanctior, quod non eſt referendum ad omnes alios dies, ſed ſolum ad quinque dies intermedios, quia in aliis nihil obſeruabatur quantum ad vacationem: in hoc autem vacabatur ab omni opere ſeruili.

Ritus ſeptimi diei Azimorum.

Quis fuerit dies celebrior in Paſcha, dies primus, an ſeptimus, & an fuerint aliqua ſacrificia in ſeptimo, quæ non fuerint in primo. Quæſt. X.

CIRCA hoc aliqui dubitant, quis fuerit dies celebrior in Paſcha primus, vel vltimus. Quidam dicũt fuiſſe diem primum maioris obſeruationis quàm vltimũ, F & omnes alios; quod videtur probari ex littera: quoniã ponuntur hic tres gradus, poſitiuus, comparatiuus, & ſuperlatiuus: ſed ſuperlatiuus excedit comparatiuum, ergo id de quo prædicatur ſuperlatiuus, erit maius omnibus aliis. Sed hic dicitur de die ſeptimo, quòd erat celebrior, & ſanctior; de die primo, quòd eſſet celeberrimus. In quo intelligitur poſitiuus in aliis quinque diebus, ſ. quod ſint celebres, vel ſancti, ergo dies primus erat maioris obſeruationis, cum de eo dicatur gradus ſuperlatiuus.

In contrarium alij probãt, quòd dies vltimus erat maioris obſeruationis quàm ceteri, & etiam quàm primus; quod patet: quia hic ponuntur ſolum duo dies, ſcilicet, primus, & vltimus, ergo inter eos ſolum fiet comparatio, dicitur tamen de die ſeptimo, quòd erat celebrior, & ſanctior. ergo ipſe erat celebrior primo, ad quem re-G fertur.

Cum autem obiiciebatur, quod de die primo dicitur ſuperlatiuus, ſcilicet, celeberrimus.

Reſpondendum eſt, quòd nõ tenetur ibi ſuperlatiuus ſuperlatiuè, ſed abſolutè: hic autẽ tenetur comparatiuus comparatè; quando autem tenetur comparatiuus cõparatè, & ſuperlatiuus abſolutè, maior excellentia ſignificatur per comparatiuum, quàm per ſuperlatiuum. Quòd autẽ teneatur hic abſolutè ſuperlatiuus, ſcilicet, pro gradu poſitiuo, apparet aliqualiter: quia cũ ponatur ſuperlatiuus, ſubiungitur ei nomen poſitiuum, cum dicitur celeberrimus & ſanctus. Hic autem in die ſeptimo fit econtrario; quia accipitur vtrumque nomen in comparatiuo gradu, cum dicitur celebrior, & ſanctior.

Item patet hoc: quoniam Ioan. cap. 7. dicitur: In no-H uiſſimo autẽ die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus clamans, & ſic accipitur ibi feſtiuitas pro Paſcha Azimorum; & iſtud Paſcha habet vltimum diem magnum; videtur ergo, quòd ille dicatur eſſe maximus: nam ſi ſolum poneretur ibi dies magnus poſitiuè, nihil videretur dictũ: quia tunc etiam dies primus erat dies magnus; ſed oportet ponere iſtum diem magnum, id eſt, maiorem, vel maximũ: ſic enim eſt conſuetum in Sacra Scriptura; vt cum in Veteri Teſtamento dicebatur aliquis Sacerdos Magnus, accipiebatur ibi magnus, id eſt, maximus. Vnde aliquando vocabatur magnus, & aliquando maximus; & ſic dies ſeptimus iſtius feſtiuitatis dicetur eſſe maior aliis diebus. Quidam enim reſpondentes ad iſta, vltimatè tenẽt, quod dies primus eſſet maioris obſeruationis quàm vltimus, ex eo, ꝙ vocetur celeberrimus: & quia non poſſunt in eo aſ-I ſignare aliquam maiorem vacationem ab operibus quàm in ſeptimo die, dicunt, quòd hoc erat quantum ad aliquã cęremoniam ſacrificij, ita, quòd fieret in eo aliquod ſacrificium maius, quàm in ſex diebus ſequentibus.

Sed hoc non poteſt ſtare: quia omnes iſti ſeptem dies ponuntur æquales quãtum ad ſacrificia, tam quotidiana, quam non quotidiana, ſed pertinentia ſpecialiter ad feſtiuitatẽ, vt habetur Num. 28. cap. immò, ſi vellemus attendere ad hoc, dies ſecundus Azimorũ erat celebrior omnibus aliis diebus, etiam primo: quia in eo offerebãtur duo ſacrificia, quę non offerebantur in aliis diebus, ſ. Manipulus ſpicarum, & Agnus anniculus, qui eadem die occidebatur, vt patet infra; & in nullo alio die hoc fiebat: non ergo erat celebrior dies primus omnib. aliis diebus, quantum ad ſacrificia. Nunc reſpondendum eſt, quòd dies pri-K mus, & ſeptimus erant æquales in omnibus obſeruationibus ſuis; quod patet Exodi 12. cap. cum dicitur: Dies prima erit ſancta atque ſollemnis, & dies ſeptima eadem feſtiuitate venerabilis, ergo æquales habebant cæremonias in obſeruationibus. Item patet hoc: quoniam in obſeruatione feſti Azimorum, vt ſupra dictum eſt, ſolum erant quattuor, ſcilicet, comeſtio Azimorum, ceſſatio laborum, oblatio ſacrificiorum, & oblatio ſpicarum. Sed quantum ad omnia iſta, dies primus, & ſeptimus æquales erant, ergo totaliter erant æquales. De primo quantum ad Azimorum comeſtionem æquales erant, quia in omnibus ſeptẽ diebus comedebantur Azima, & illicitum erat omne fermentum. Quantum ad ſecundum autem, eodem modo erant æquales, ſcilicet, quantũ ad ceſſationem laborũ: quia dicitur hic de prima die: Omne opus ſeruile nõ facietis in eo. & die ſeptima dicitur: Nullũq. opus ſeruile

facietis

facietis in eo, ergo non eſt aliqua inæqualitas. De tertio quantum ad oblationem ſacrificiorum; eodem modo apparet æqualitas, vt apparet Num. 28. capite, præterquam in ſecunda die, in qua offerebatur Agnus anniculus cum Manipulo ſpicarum. Quãtum ad quartũ, nec ſunt æquales, nec inæquales: quia in nullo eorũ fiebat aliqua oblatio ſpicarum, ſed ſolum in ſecundo die, vt patet infra in littera; patet ergo, diem primum & ſeptimum penitus eſſe æquales. Ad argumenta facile eſt reſpondere; & iam reſponſum eſt ad primam partẽ, in qua arguebatur diem eſſe celebriorem primum ſeptimo. Ad argumenta ſecundæ partis reſpondetur. Ad primum, quando dicitur, quòd dies primus comparatur ſeptimo: & ponitur hic comparatiuus comparatè; & ſuperlatiuus abſolutè, ergo maioris celebritatis eſt dies ſeptimus, quàm primus. Reſpondendum eſt, quòd poſſet aliquis dicere iſtum comparatiuum non teneri hic comparatè, ſed abſolutè, ſicut de ſuperlatiuo dicebatur, & ſic argumentum nullum eſſet. Alio modo tamen debet reſponderi, ſcilicet, quòd teneatur hic comparatiuus comparatè; & cum dicitur, quòd comparatur hic dies ſeptimus primo, negãdum eſt, quamquam primus & ſeptimus ſolum ponantur in littera: ſed dicendum, quòd refertur ad quinque dies intermedios, de quibus ſubticetur: & de iſtis verum eſt; quòd dies ſeptimus erat celebrior illis, & ſanctior. Ad alterum argumentum ex verbis Chriſti, ſcilicet, ꝙ clamabat Ieſus in die nouiſſimo magno feſtiuitatis. Reſpondendum eſt, quòd accipitur hic magnus pro comparatiuo, & tamen non refertur ad diem primum, ſed ad intermedios, & ſic verum eſt quòd dies ſeptimus erãt maior aliis, ſcilicet, intermediis, & non primo. *Nullumque ſeruile opus facietis in eo.* Iam C declaratum fuit, quid ſit hoc: & quomodo prohibeantur per opus ſeruile omnia opera; quæ non licebat facere in Sabbato præter ipſas ciborum parationes.

De oblatione nouarũ frugum.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filiꝭs Iſrael, & dices ad eos: Cum ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum, primitias meſſis veſtræ ad Sacerdotem: qui eleuabit faſciculum coram Domino, vt acceptabile ſit pro vobis, altero die Sabbati, & ſanctificabit illum. Atque in eodẽ die quo manipulus conſecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtum Domini. Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo in incenſum Domini, odoremq; ſuauiſſimum: liba quoque vini, quarta pars hin. Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex ſegete vſque ad diem qua D *offeretis ex ea Deo veſtro. Præceptum eſt ſempiternum in generationibus, cunctiſq; habitaculis veſtris. Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas, vſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ: id eſt, quinquaginta dies: & ſic offeretis ſacrificiũ nouũ Domino ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarũ duos de duabus decimis ſimilæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini. Offeretiſq; cum panibus ſeptem agnos immaculatos anniculos; & vitulum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in holocauſtum cum libamentis ſuis, in odorem ſuauiſſimum Domino. Facietis & hircum pro peccato, duoſque agnos anniculos hoſtias pacificorum. Cumq; eleuauerit eos Sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in vſum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque ſanctiſſimum: omne opus ſeruile* E *non facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus veſtris. Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ veſtræ, non ſecabitis eam vſque ad ſolum: nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus, & peregrinis dimittetis eas. Ego ſum Dominus Deus veſter.*

De Pentecoſte.

Supr. 19.

De ſpicarũ oblatione.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen dicens: Hic agitur de ſpicarum oblatione; & erat iſta vna de cæremoniis, quæ fiebant in feſto Azimorum, & pertinebat ad diem ſecundum Azimorum, qui erat dies ſextuſdecimus menſis primi; & ponitur hic caput iſtud orationis: quia iſta erat iam aliqua cæremonia diſtincta à prædictis. *Loquere filiꝭs Iſrael, & dices ad eos.* In hoc monſtratur cui data fuerit iſta lex; & dicitur de filiis Iſrael, non diſtinguẽdo Sacerdotes, quoniam iſtud quod ſequitur, non magis pertine- A bat ad Sacerdotes quàm ad filios Iſrael: immo magis pertinebat ad filios Iſrael, quàm ad Sacerdotes; quoniam hic agitur de oblatione Manipuli ſpicarum, hæc autem oblatio magis pertinebat ad Iſraelitas quam ad Sacerdotes. quia ipſi offerebant ſpicas & non Sacerdotes. *Cum ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis.* Hic ponitur præceptum, quãdo lex obligaret; & dicitur quòd obligaret poſtquam ingreſſi fuiſſent Iſraelitæ in terrã promiſſionis. nam iſta præcepta cæremonialia, potiſſimè de ſacrificiis, quæ requirebant aliquam diſpoſitionem Iſraelitas non obligauerunt ſemper; quia non ſemper poterant eſſe animalia ad voluntatem offerentium, quæ requirebantur ad ſacrificium: nec ſemper poterant haberi libamenta, ſcilicet vinum, oleum panis, & tus, quæ erãt quædam operationes ſacrificiorum; ideo non obligabant vſ- B que ad illud tempus, in quo potuiſſent haberi iſta ad libitum & voluntatem: & hoc erat, cum eſſent in terra promiſſionis: ideo quanquam obſeruationes aliquæ feſtorũ, ſicut Sabbatum durabant, vt patet Numer. 15. capite, tamen aliæ cæremoniæ non erant ſub obligatione, nec obſeruabantur, vt apparet Deuter. 12. c. & hoc erat, quia in deſerto quilibet faciebat quod volebat, quia nondum venerant in terram promiſſionis; cum dicitur: Non facies ibi, quæ nos hic facimus hodie ſinguli, quod ſibi rectum videtur: nec .n. vſque in præſens tempus veniſtis vſque ad requiem, quam Deus daturus eſt vobis. Quaſi dicat, ex eo quòd non veniſtis adhuc in terram promiſſionis, quam Deus dabit vobis, non tenemini obſeruare iſta. Et quaſi generaliter ſic erat de omnibus cæremoniis Veteris Teſtamenti; quia non tenebantur Iudæi ad obſeruandum il- C las, vt patet in circũciſione: ipſa enim erat prima & maxima, quam tenebantur obſeruare omnes Iſraelitæ, ex eo, quòd ipſa erat quædam ianua ad Vetus Teſtamentum; & erat ſignum diſtinctiuum populi Dei ab omnibus aliis populis: & ſignificabat quoddã fœdus ſpeciale inter Deũ, & Iſraelitas, vt apparet Gen. 17. c. cum dicitur: Circumcidetur ex vobis omne maſculinum: & circumcidetur caro præputij veſtri, vt ſit ſignum inter me, & vos. De hoc etiam habetur ad Roman. cap. 4. Iſta tamen circumciſio in deſerto non manſit, vt habetur Ioſue cap. 5. cum dicitur: Omnis populus, qui egreſſus eſt de Ægypto generis maſculini, vniuerſi bellatores viri, mortui ſunt in deſerto per longiſſimos viæ circuitus, qui omnes circumciſi erãt: populus autem qui natus eſt in deſerto per quadraginta annos itineris, latiſſimæ ſolitudinis, incircumciſus fuit, D donec conſumerentur qui non audierunt vocem Domini; horum filij in locum ſucceſſerunt patrũ, & circumciſi ſunt à Ioſue, quia ſicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos aliquis in via circumciderat. De cauſa autem quare circumciſio iſta facta non fuerit in quadraginta annis, quibus fuit Iſrael in deſerto, dictum fuit Exo. 12. cap. ſatis latè. & dicitur Ioſue 5. capite. *Terram quam ego dabo vobis.* Hic loquitur Deus de terra populorũ Chananæorum, qui erant ſeptem populi: & Deus promiſerat illos tradere in manus Iudæorum, vt hr̃ Exod. 6. & 23. capitib. & in multis locis. Dicit autem, ꝙ ipſe dabit terrã iſtam; quoniam Iudæi non erãt potentes ad eiiciendos hoſtes illos de terra illa; quoniam, vt ipſi teſtati ſunt, habitatores terræ illius erãt viri fortiſſimi, & in magna multitudine; habebant quoque vrbes valde muratas: & Iudęi timebãt E congredi cũ eis, vt habetur Num. 13. c. cum dicitur: Venimus ad terram, ad quam miſiſti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognoſci poteſt: ſed cultores fortiſſimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Et deinde ſequitur inferius: Terra, quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos; populus quem aſpeximus, proceræ ſtaturæ eſt. Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur. De hoc habetur Deuteronomio, cap. 1. Propter hoc ergo Deus videns iſtius populi infirmitatem, promiſit quòd ipſe per ſe expelleret gentes illas, vt habetur Exod. 23. cap. cum dicitur. Terrorem meum mittam in præcurſum tuum; & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorumq; inimicorum tuorum coram te terga vertam: emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & He-

Locutio Dei de terra Chananæorũ ĩ qua obligabãtur ad obſeruantiam cæremoniarum.

& Hethæum, antequam introeas. Et ideo quamquam Iſraelitæ pugnauiſſent contra iſtas gentes, eaſq; deleuiſſent, non erant ipſi qui delebant, ſed Deus, qui dabat eis vigorem ad faciendum iſta omnia, ſicut habetur Deuter. 8. cap. cum dicitur: Ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præſtiterunt. Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipſe vires tibi præbuerit, vt impleret pactum ſuum, ſuper quo iurauit patribus tuis. *Et meſſueritis ſegetem.* Hic ponitur quo tempore obligabantur Iſraelitæ, ſcilicet, quando meterent ſegetes; & ex hoc patet, quod ipſi non obligabantur in deſerto ad iſta: quoniam in deſerto nihil ſeminabant, vel metebant: quoniam non manebant iuxta voluntatem ſuam, nec per tempus determinatū, ita, vt ipſi ſcirent quantum eis manendum eſſet in loco: ſed manebant quamdiu nubes manebat ſuper Tabernaculum, ſiue modico, ſiue multo tempore. Cum autem ipſa nubes receſſiſſet à Tabernaculo, mutabant etiam Iſraelitę caſtra ſua, ſequentes nubem præuiam, & dirigentem in via, vt habetur Exodi vltimo, & Num. 9. cap. Et quoniam iſtud tempus non erat eis limitatum, non audebant ſeminare, vel aliquid facere, præcipuè, cum Deus eis dediſſet Manna quo alerentur: & ſi voluiſſent ſeminare, vel facere alia opera humana inquiſitiua alimenti, viſi fuiſſent diffidere bonitati Dei; ideo non audebant hoc facere. Et ſic pro tempore illo non obligabantur ad iſta ſacrificia: quia nondum habebant ſegetes, hoc enim modo habuiſſent obligationē ad impoſſibile. Ex hoc etiam patet, quòd Iudæi etiam non obligabantur ad iſtam cæremoniam, quandocumque eſſent in terra promiſſionis: nam ipſi aliquando fuerunt in terra promiſſionis, & non vacabant agriculturæ, ſed bellis: quia nondum poſſederant terram illam pacificè; & hoc durauit eis magno tempore, vt habetur Ioſue cap. 21. cum dicitur: Deditq; Dominus Deus Iſraeli omnem terram, quam traditurum ſe patribus eorum iurauerat: & poſſederunt illam, atque habitauerunt in ea. Dataq; eſt ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nulluſq; eis hoſtium reſiſtere auſus eſt, ſed cuncti in eorum ditionem redacti ſunt. Et poſtea in principio cap. 22. dicitur quomodo Ioſue miſit Iſraelitas, ſ. Gaditas, & Rubenitas, & dimidiam tribu Manaſſe, dicens eis: Mihi quoque in omnibus obediſtis, nec reliquiſtis fratres veſtros longo tempore vſque in præſentem diem. Et ſic videtur, quod magno tempore poſtquam ingreſſi fuerunt Iſraelitæ terram promiſſionis, non tenuerunt eam pacificè: ſed vſquequo eam non tenerent pacificè, non obligati fuerant ad cuſtodiendas cæremonias. ergo non obligati erant immediatè, quo intrauerunt terrā promiſſionis; ſed quouſque poſſiderent eam pacificè: ſicut habetur Deuter. cap. 12. cum dicitur: Tranſibitis Iordanem, & habitabitis in terra, quā Dominus Deus veſter daturus eſt vobis, vt requieſcatis à cunctis hoſtibus per circuitum: & abſque vllo timore habitetis in loco, quem elegerit Dominus Deus veſter, vt ſit nomen eius in eo. Illuc omnia, quæ præcipio conferetis. Et ſic iubetur quod poſtquam fuerit data pax, faciant ea, quæ præcepta ſunt, ſcilicet, offerre ſacrificia, & alia cæremonialia de quibus ibidem. *Feretis manipulos ſpicarum.*

An ad Sacerdotes ferendus eſſet vnus manipulus, vel plures; & an quilibet Iudæus cogeretur offerre manipulum.

Quæſt. XI.

ALIQVI quærunt circa hoc, an ad Sacerdotem ferendus eſſet vnus manipulus, vel plures? Dicet aliquis quòd ſatis apparet debuiſſe ferri plures manipulos, quia dicitur hic: Feretis manipulos. Sed ad hoc aliquis reſpondebit: quòd ex hoc non probatur eſſe vnum manipulum, vel plures: quia quamquam dicatur hic feretis vnum manipulum, vel plures, non eſt intelligendum pro eodem tempore: ſed pro multis aliis, ſcilicet, quòd in vno anno ferrent manipulum vnum, & aliis annis alios manipulos: & ſic conſequenter; ita q; quolibet anno eſſet vnus; tamen in pluribus annis eſſent plures manipuli. Quod autem ſit vnus, adhuc magis videtur ex littera: quia dicit. qui eleuabit faſciculū coram Domino, vt accepta-

F bilis ſit pro vobis, & ſanctificabit illum. ecce enim, q; de vno loquitur; & poſtea ſubiungit: atque in eodē die quo manipulus conſecratur, cædetur Agnus immaculatus. ergo vnus manipulus conſecrabatur. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd ad Sacerdotem ferebantur in Sāctuariū plures manipuli, non tamen conſecrabantur omnes. Nec etiam intelligendū eſt rurſus, quod omnes Iſraelitæ portarent manipulos de ſegetibus ſuis: quoniam iſtud fiebat in loco, in quo erat Sanctuarium: ſed non habebant ibi Iſraelitæ omnes ſegetes ſuas; ſed ſolum illi qui habitabāt in illo loco: ergo non offerrent omnes manipulos ſpicarum. Nec etiam valet ſi dicas, quod ferebat quilibet ſpicas de terra ſua; quia iſtæ ſpicæ debebant eſſe virentes: ſed non poterant de terris longinquis adferre ſpicas virentes: ergo non adferebantur; ſed ſolum de loco illo in

G quo erat Sanctuarium. Et tunc non erat etiam vniuerſale præceptum, quod omnes qui erant in loco illo, & habebant ſegetes, adferrent manipulos coram Domino: quia iſtæ primitię nō erant vniuerſales: ſed adferebat qui vellet ſolum ex deuotione, ſed non ex aliqua obligatione: quia tamen multi erant ad hoc deuoti, ferebāt plures manipulos ſpicarum in Sanctuarium die illa. Et quando arguitur, quòd dicitur infra vnum manipulum conſecrari; reſpondendum eſt, quòd plures manipuli deferebantur; & tamen de illis omnibus accipiebatur vnus, & ille cedebat in conſecrationem, alij autem pure cedebant iuri Sacerdotum; quoniam omnes primitiæ ſiue frugum, ſiue aliarum rerum, ad Sacerdotes pertinebant, vt habetur Num. cap. 18. cum dicitur: Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum mearum. Omnia quæ ſanctificantur à filiis Iſ-

H rael tradidi tibi & filiis tuis, pro officio Sacerdotali legitima ſempiterna; & deinde in eodem cap. dicitur: Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi. Vniuerſa frugum initia quas gignit humus, & Domino deportantur, cedēt in vſus tuos. Sciendum etiam, quòd de illo manipulo qui Domino conſecrabatur non cedebant omnes partes Domino, ſed pauciſſimum, ſcilicet, Sacerdos conterebat ſpicas in farris morem, poſtquam eas excuſſiſſet, & cremaſſet: & de illis accipiebat vnum pugillum plenum, & ſuperfuſo oleo, & ture, ponebat ſuper altare ad cremandū: reliquum autem de farre fracto cedebat iuri Sacerdotū, vt comederent, vt habetur ſupra 2. cap. Pro quo ſciendum eſt, quòd modus oblationis erat iſte in ſecunda die Azimorum, quæ erat ſextadecima dies menſis primi, offere-

I bantur manipuli, ſcilicet, quòd quilibet de Iudæis qui eſſet deuotus habitans in loco Sanctuarij, adferebat de ſegetibus ſuis vnum manipulum in Sanctuarium: & aliquando erant valde multi manipuli, & aliquando pauciores; ſecundum quòd eſſet deuotio offerentium: quoniam nemo cogebatur ad offerēdum manipulum, ſed accipiebatur ſpontanea oblatio cuiuſlibet. Oblatis autem omnibus manipulis ſimul, Sacerdos accipiebat vnum de illis, quem vellet, & eleuabat coram Domino faciens cæremonias, quæ fiebant in aliis ſacrificiis, de quibus infra dicetur, & omnes alios manipulos accipiebat pro ſe, & pro aliis Sacerdotibus, non faciendo aliquā cæremoniam in eis: quia iſti cedebant eius iuri. Deinde ille manipulus qui eleuabatur torrebatur ad ignem, vt grana indurarentur, & deſiccarentur, atque excuti poſſent de ſpicis; &

K tunc conterebantur lapide in modum farris, ſcilicet, ſicut ſolet farinam per concuſſionem fieri ex tritico. Ponebatur autem illa farina conquaſſata in quodam vaſe capiente quantitatem gomor, & ſuperfundebatur oleū, atque imponebatur tus: & de hoc etiam non fiebat mentio; quoniam iſta ſunt libamenta communia, & intelliguntur ex aliis ſacrificiis. Et tūc Sacerdos accipiebat pugillū vnum de illa farina, quæ erat in vaſe, & totū tūs, atque ponebat in igne altaris, vt cremaretur coram Domino: tota autem altera farina cum oleo cedebat iuri Sacerdotum. De hoc habetur ſupra 2. cap. cū dicitur: Sin autem obtuleris munus primitiarū de ſpicis adhuc virentibus, torres eas igne, & confringes in modū farris; & ſic offeres primitias tuas Domino, fundens ſuper eam oleum, & tus imponens: quia oblatio Domini eſt, de qua adolebit Sacerdos in memoriā muneris partem farris fracti, & olei, atque totum tus.

D: modus oblationis manipulorum in ſecunda die Azimorum.

Cum

Cum autem iſti populares offerrent manipulos ſuos Domino,& manipulus vnius crematetur, & non aliorũ,non inuidebant alij illi, quamuis non eſſent eleuatæ oblationes eorum coram Domino,quia cum ſemel eſſent omnes manipuli oblati Domino, omnes æqualiter pertinebant ad Dominum; quòd autem poſtea Sacerdos vellet offerre de hoc manipulo, vel de illo, in electione ſua erat, & non pertinebat aliquo modo ad offerentes: ideo non faciebat oblationem acceptabiliorem in vno quam in alio. *Primitias meſſis veſtræ*,id eſt,iſti manipuli erunt primitiæ. Dicuntur autem iſti manipuli primitiæ:quia primo accipiebantur de ſegetibus, & ante hoc nemini licebat comedere quidquam de ſegetibus: cum dicitur infra , panem, & polentam , & pultes non comedetis ex ſegete vſque ad diem,qua offeretis ex ea Deo veſtro . Sciendum autem,ꝙ erant tria genera primitiarum, & quædam erant generales,aliæ autem ſolum ex deuotione offerentium dabantur. Primæ erant de quibus dicitur hic,ſcilicet,ꝙ quando erat feſtum Azimorum,portabant Iſraelitæ,qui vellent, manipulos ſpicarum , vt primo de eis crematetur Domino,quam ipſi aliquid comederent:& fiebat eo modo,quo ſupra dictum eſt. Primitiæ autem iſtæ non erant generales , quia non cogebantur omnes Iſraelitæ offerre , immo nullus cogebatur, ſed qui voluiſſet ſponte offerre, offerebat,& iſtæ primitiæ magis dabãtur pro cæremonia oblationis ad Deum, quam pro eis, quæ cedebãt iuri ſacerdotum : quanquam ibi ſacerdotibus maior pars cederet eo modo,quo ſupra dictum eſt. Secundum genus primitiarum erat offerre de panibus : & hoc fiebat in feſto Pentecoſtes, ſcilicet, quòd offerret quilibet duos panes de ſimila, coctos,& fermentatos, & iſti dabantur ſacerdotibus. nihil enim de his cedebat Domino:quoniam fermentum non poterat offerri ſuper altare , vt habetur ſupra cap.2. & de iſta primitia immediatè dicitur in littera. Iſtæ autem primitiæ erant generales, quia compellebatur quilibet offerre duos panes . Tertium genus primitiarum erat ex omnibus fructibus , vt ex hordeo , frumento , vino , & oleo,& ceteris . Iſtæ autem erant in maiori quantitate,& erant propriè primitiæ: dabat enim quilibet pro primitiis partem quadrageſimam , vel ſexageſimam ſaltem, vel medium inter has, ſicut tangit Ezech. & Beatus Hieronym. declarat ſuper Ezech. habetur quoque extra de deci.in cap.1.& iſtæ erant ſub obligatione : compellebatur enim quilibet de Iſraelitis iſta dare ſacerdotibus; vt habetur Numer. cap.18. & portabantur iſtæ primitiæ in locum quem Dominus elegiſſet, vt habetur Deuter. 12. cap. *Ad Sacerdotem*,id eſt, deferetis manipulos ſpicarum ad ſacerdotem , erat enim ſacerdos recipiens oblationem omnium volentium offerre . & ſic cum populares deferrent in Sanctuarium manipulos, ſuſcipiebat eos ſacerdos de manu illorum . *Qui eleuabit faſciculum coram Domino*. Plures enim erant faſciculi,cum multi offerrent, vt ſupra declaratũ eſt; tamen non eleuabantur faſciculi omnium, cum non omnes conſecrarentur, ſed ſolum vnus: alij autem pure cedebant iuri ſacerdotum . Et de iſto vnico faſciculo dicitur,quòd eleuabit eum ſacerdos,quia cum accepiſſet eum in manibus ſuis, ponebantur.n.ad oſtiũ Tabernaculi , vbi omnes oblationes offerri conſueuerant, & ante ipſum altare holocauſtorũ , quod erat apud oſtium Tabernaculi,eleuabat faſciculũ ſacerdos, aliquando ſurſum eleuans, & aliquando deprimens, aliquando autem in dextrum, aliquando in ſiniſtrum, & antrorſum , & retrorſum . Fiebat aũt eleuatio,& depreſſio ad has ſex partes poſitionis , ad ſignificandum ꝙ ille cui iſta offerebantur, erat Dominus totius mundi, & omnium ſex partium poſitionis.Dicebatur autem eleuare faſciculum corã Domino, quando eleuabat coram altari holocauſtorum , in quo Deus eſſe dicebatur cum ibi fierent ei ſpecialia miniſteria:*Vt acceptabile ſit pro vobis*. Iſtud eſt redditiuum cauſæ ſuperioris dicti,ſcilicet,ꝙ ſacerdos eleuaret faſciculum coram Domino ; quoniam cum offerretur faſciculus, illa eleuatio faciebat ſacrificiũ eſſe acceptabile ; quòd poteſt intelligi duobus modis.Vno modo,ꝙ eſſet ſacrificium acceptabile,id eſt, quòd Deus acceptaret ſacrificium illud; quia iſte offerens complebat cæremonias à Deo iuſſas , in quo obediebat Diuinis præceptis : obedientia autem eſt

De tribus generibus primitiarum, & quæ offerebantur in Paſcha.

Cæremonia eleuationis facit acceptabile ſacrificiũ.

A promeritoria , vt operationes noſtræ ſint acceptabiles ; & iſto modo omnes cæremoniæ dicuntur facere oblationes, & ſacrificia acceptari : quia quando completur aliqua illarum,eſt obedientia,& conſequenter eſt meritum . Alio modo poteſt accipi , quòd iſta cæremonia eleuationis faceret ſacrificium acceptabile ; quia non erat aliqua cæremonia , quæ ita notaret Diuinam excellentiam ſicut iſta ; eo quòd cum eleuaretur ad ſex partes mundi manipulus, ſignificabatur Deum Dominum eſſe omnium partium, & poſitionum mundi ; & in hoc Deus acceptabat ſacrificium, quia laudabatur , & ſacrificium laudis eſt Deo acceptabile,ſicut habetur Pſal.49.cum dicitur: Sacrificium laudis honorificabit me; & illic oſtẽdam iter ſalutarium meorum.*Pro vobis*.In hoc ſignificatur,ꝙ vnus manipulus ſolus eleuabatur coram Dño, quanquam multi offerren-
B tur; quod patet: quia dr: vt ſit acceptabilis pro vobis: ergo vnus manipulus erat acceptabilis pro omnibus Iſraelitis . Si autem multi manipuli eleuarentur coram Domino, ſicut multi offerebantur, non diceretur de vno manipulo quòd ille eſſet acceptabilis pro omnibus Iſraelitis; ſed ſolum pro ipſo offerente,ſed nõ exprimitur ſic,immo,quòd vnus manipulus pro omnibus eſſet acceptabilis , ergo vnus ſolus eleuabatur. *Altero die Sabbati*,id eſt, ꝙ iſta eleuatio manipuli, & oblatio fieret altera die poſt Sabbatum, pro Sabbato ſicut nos vocamus, quia tunc neſciremus in quo Sabbato iſta oblatio facienda erat, cum non determinetur hic tempus: ſed intelligitur hic Sabbatum pro ipſa prima die Azimorum. Nam vocatur Sabbatum omnis dies feſtus: Sabbatum enim quietem notat,& ſic omnis dies vacatiua Sabbatũ dicetur: prima verò dies Azi-
C morum erat dies vacatiua , quia erat celeberrima, & ſancta, & nullum opus fiebat in illa , (vt habetur ſupra) vocatur autem Sabbatum reſpectu aliorum dierum ſequẽtium ; quia in ſequentibus quinque diebus poſt primum nõ erat aliqua celebritas.Dicebatur autem alius dies poſt Sabbatum , id eſt , dies ſequens poſt primum diem Azimorum,ſcilicet,ſecũdus dies, qui erat dies ſextuſdecimus mẽſis . Et ponitur oblatio debuiſſe fieri in hac die,& non in prima, quamuis eſſet prima celebrior:quia die,qua offerebantur manipuli ſpicarum , populares metebant eos de ſegetibus ſuis,& deferebant ad Dominum : ſed non licebat in prima die Azimorum fieri aliquod opus ſeruile, quia erat celeberrima : ideo fiebat in die alio,in quo liceret metere ſegetes , & iſte erat dies ſecundus Azimorum; qm̃ ibi cum ſequentibus quatuor diebus licebat vacare
D quibuſcumque operibus. Sed aliquis dicet,ꝙ non eſſet illicitum in die primo Azimorum metere ſegetes ad cremandum ſuper altare , vel qualitercumque offerendum, quãquam eſſet dies celeberrimus, & hoc,quia vetatur ibi opus ſeruile : ſed ſolum ſeruile eſt opus, quo homo ſeruit homini,& nõ id quo ſeruit Deo; hic autem ſolum eſt ſeruitus Dei . Ergo reſpondẽdum eſt,ꝙ quanquam opus ſeruile dicatur magis directè id , quo homo ſeruit homini, adhuc dicitur ſeruile opus , niſi ſit id quo immediatè homo ſeruit Deo , quod dico propter ſacrificia, quæ fiebant in templo:nam illic erant cęremoniæ,quæ immediatè applicabantur ad cultum Dei , aliæ autem diſpoſitiones ad iſtas cæremonias inquantum erant magis diſtantes, erant magis ſeruiles : ideo non permittebantur , immo & ipſæ cæremoniæ immediatæ ſacrificiorum non permitteban-
E tur in diebus ſollemnibus,niſi quia præceptum datum de obſeruãda feſtiuitate Sabbati, vel aliarum celebritatum, non obligabat ipſos miniſtros Sanctuarij,ſolũ exprimens de popularibus , vt patet ſupra cum dicitur : Omne opus non facietis in eo : Sabbatum enim Domini eſt in cunctis habitationibus veſtris . Solum ergo obligauit habitationes popularium,& non Tabernaculum Domini. Ergo in Sanctuario poterãt fieri quæque operationes pertinentes ad miniſteria eius ſine violatione feſtiuitatis . Illi tamen, qui meterent in die illa manipulum ſpicarum ad offerendum Domino,facerent opus perturbatiuum quietis Sabbati,& non facerent illud in Sanctuario : ergo erat illicitum . Sic igitur non licebat in prima die Azimorum,quæ ſollemnis erat,metere manipulos ſpicarũ : ideo nec poterant offerri ; in die aũt ſequenti licebat hoc,quia non erat dies celebris; ideo populares eodem die metebãt in agro,

Sabbatũ vocatur & omnis dies feſtus.

Opera ſeruilia quæ ſint.

& confeſtim deferebant manipulos in Sanctuarium ad offeredum. *Et ſanctificabit illum.* Refertur ad manipulum qui ſanctificabatur, id eſt, Domino conſecrabatur; & per iſtam ſanctificationem intelliguntur omnes cæremoniæ, quæ fiebant in illo manipulo, ſcilicet, ꝙ torrerentur ſpicæ, & excuterentur grana, atque frangerentur in modum farris: deinde autem infuſo oleo, & ſuperpoſito ture, accipiebat ſacerdos pugillum illius, ponens ſuper altare, reliquum autem aſſumēs ſibi in partem ſuam, vt habetur ſupra 3. capite. Hoc autem noluit hic explicare littera, quia iam fuerant poſitæ cæremoniæ, cap. 2. *Atque in eodem die quo manipulus conſecratur.* Hic ponitur aliud ſacrificium quod fiebat in eadem die, ſcilicet, quòd offerretur vnus agnus immaculatus cum libamentis ſuis, & hoc erat in eodem die quo manipulus conſecratur, ſcilicet, in die ſecunda Azimorum, quoniam tunc vtrumque fiebat. dicitur manipulus conſecrari, quia applicabatur ad Dei cultum cremando in altari. *Cadetur agnus immaculatus.* id eſt, occidetur vnus agnus immaculatus in ſacrificium Domini, & erat iſte agnus præter agnum, qui offerebatur in ſacrificio matutino, & præter agnum, qui offerebatur in ſacrificio veſpertino: quia iſti propter nullum ſacrificium ceſſabant, vt habetur ſupra 6. & 9. cap. & Num. 28. c. erat enim iſte agnus anniculus præter ſeptē agnos anniculos, qui offerebantur in qualibet die de ſeptē diebus Azimorum, vt habetur Numer. 28. cap. & quantum ad hoc excedebat ſecundus dies omnes alios dies in ſacrificiis, quia iſte agnus anniculus offerebatur ſuper ſacrificia aliorum dierum. *Anniculus in holocauſtum Domini.* Dicitur iſte agnus immaculatus, & anniculus: immaculatus quidem, quia deberet carere omnibus maculis, de quibus dictum eſt præcedenti cap. & habetur ibi in littera. Dicitur anniculus, id eſt, vnius anni: non quidem, quòd eſſet præciſè vnius anni; quoniam difficillimum erat inuenire agnum, qui præciſè eſſet vnius anni. i. non excederet per vnam diem, neque deficeret: ſed dicitur agnus anniculus. i. qui haberet vnum annum integrum, vel infra annum eſſet, dum tamen non excederet annum. Non enim poterat offerri aliquod animal Domino in ſacrificium, donec eſſet octo dierum, vt habetur præcedenti cap. cum dicitur bos, ouis, & capra cum genita fuerint, ſeptem diebus erunt cum matre ſua; die autem octauo, & deinceps offerri poterūt Domino. Idem habetur Exo. 22. cap. deinde autem vſque ad annum completum vocabatur quodlibet anniculum: & ſic offerri poterat. ſi autem excederet annum, iam non poterat offerri hic tanquam agnus, ſed offerretur in aliis ſacrificiis tanquam aries.

An offerri poſſet in Paſcha agnus habens caudam, vel aures amputatas. Quæſt. XII.

SED quæret aliquis circa hoc quod dictum fuit de agno immaculato; an poſſet offerri agnus habēs caudā, vel aures amputatas. Et forte aliquis dicet, ꝙ ſic, quia quanquam prohibeantur hic maculæ, tamen iſtæ nō ſunt prohibitæ; quia ſunt maculæ nō ſimpliciter. dicitur enim præcedenti cap. ꝙ bos, & ouis, & capra, quæ habent aures amputatas, vel caudam, voluntariè offerri poterant: votum tamen ex eis ſolui non poterat; ſed hic non ſoluebatur aliquod votum: ergo poterat dari agnus habens iſtas maculas. Reſpondetur, ꝙ non poterat offerri in iſto ſacrificio huiuſmodi agnus, quia ſolum dicebatur ſupra, ꝙ animal habens caudam amputatā, vel aures, poſſet ſpōtè offerri. ergo quando erat ſacrificium, vel oblatio facta non ſpontaneè; non poterat offerri animal harum macularū; hic autem non erat oblatio ſpontanea: quia ideo dicitur oblatio ſpontanea, quando aliquis nullo cogēte, vel mandante offerebat. hic aūt non erat ſic: qm̄ non offerebatur ſpōtè ab aliquo iſte agnus; ſed Deo mandāte offerebatur de ſumptibus Sanctuarij: & ſic erat obligatio ad offerendum; ideo non poterat offerri cum aliqua illarum macularum. *In holocauſtum Domini.* id eſt, quòd iſte agnus offerebatur in holocauſtum, & cremabantur omnes partes eius, nulla carnium parte cedente Sacerdotibus, vt habetur ſupra cap. 1. *Et libamenta offerentur cum eo.* Vocantur libamenta ſacrificiorum, ea, quæ offerebantur cum quolibet ſacrificio. ſ. panis, vinum, oleum, tus, & ſal. hæc

Libamenta quæ.

F enim in ſingulis ſacrificiis offerebantur Domino, vt habetur ſupra, cap. 2. niſi in quibuſdam, quæ pertinebant ad inueſtigationes malorum, ſcilicet, zelotypiæ, vt habetur Numer. 5. cap. ibi enim non ponebatur tus. Et dicuntur libamina, à libando: libare autem idem eſt quod bibere, vel deguſtare. & quanquam aliquando dicatur de rebus aridis, propriè tamen conuenit ad res liquidas: & ſic ſunt maxima iſtorum libamētorum, ſcilicet vinum, & oleum; & declarantur hic, quæ ſunt iſta libamēta, & in qua quantitate: cum dicitur infra duæ decimæ. Erat autem generale in omnibus ſacrificiis, quod ſemper offerrentur libamenta, ſed quantitas non erat eadem, & in eis non referebat de quantitate ſalis quanta eſſet; nec differebat de quantitate turis; ſed relinquebantur iſta in poteſtate, & voluntate offerentiū. Alia autem tria libamina. ſ. oleum,

G vinum, & panis erant in determinata quantitate; & variabantur ſecundum conditionem ſacrificiorum diuerſorum. de his habetur regula Numer. 15. *Duæ decimæ ſimilæ.* Hic ponitur quantitas iſtorum libamentorum. & primo dicitur de pane, ꝙ eſſēt duæ decimæ ſimilæ. i. de ſimila. erat. n. ſimila farina delicata, ex qua fiebāt panes valde albi, & de iſta offerebantur duæ decimæ. ſ. duæ decimæ ephi. eſt. n. Ephi vna menſura magna apud Hebræos, & Ægyptios, & illa habebat decem partes, quarum quælibet vocatur Gomor, vt habetur Exo. c. 16. cum dicitur: Gomor aūt decima pars eſt Ephi. ideo cum dicitur, ꝙ darentur duæ decimæ de ſimila, eſt dicere, quòd darentur duo Gomor, vel; vna quinta Ephi. nam duæ decimæ faciunt vnam quintam, ſicut duæ viceſimæ faciunt vnam decimam. & aſſumebantur iſtæ duæ decimæ, & conſper-

Ephi quid ſit.

H gebantur oleo, ſicut ſi conſpergerentur aqua ad faciēdum paſtam. & de iſtis duabus decimis aliquid cedebat Deo, & aliquid Sacerdotibus. *In incenſum Domini.* i. iſtæ duæ decimæ offerebantur ad incenſum Domini. i. ad hoc, ꝙ incenderentur, quia incendebantur ſuper altare holocauſtorum. Non eſt tamen ſenſus, ꝙ iſtæ duæ decimæ totaliter incenderentur, ſed ꝙ offerrentur ad incendendum: cum tamen oblatæ eſſent Sacerdos accipiebat pugillum vnum de illis, vt poneretur ſuper altare cum oleo, & ture, reliquum autem manebat pro ipſo Sacerdote. Sic patet ſupra, c. 2. cum dicitur: Anima cum obtulerit oblationem ſacrificij Domino, ſimila erit oblatio eius fundetq. ſuper eam oleum, & ponet tus, ac deferet ad filios Aaron ſacerdotis, quorum vnus tollet pugillum plenum ſimilæ, & olei, ac totum tus, & ponet memoriale ſuper altare, in

I odorem ſuauiſſimum Domino; quod autem reliquū fuerit de ſacrificio erit Aaron & filiorum eius. Cum autem offerrentur iſtæ duæ decimæ cum agno anniculo, & imponeretur pugillus de ſimila, totum reſiduum pertinebat ad Sacerdotem illum, qui offerebat. Sic patet ſup. 6. cap. cum dicitur: Omne ſacrificium ſimilæ quod coquitur in clibano, & quidquid in craticula, vel in ſartagine præparatur, eius erit Sacerdotis à quo offertur; ſiue oleo cōſperſa, ſiue arida fuerit. *In odorem ſuauitatis.* i. ꝙ iſta ſimila cōburebatur ad hoc, ꝙ inde ſurgeret Dn̄o odor ſuauis. Deus tñ odorem nullum ſentit, cum non ſit animal, nec habet potentiam odoratiuam, vt organa odorandi: hoc. n. ſolis animatis rebus conuenit; & dato, ꝙ Deus odoraret, non eſſet ſibi iſte odor ſuauis: qm̄ potius eſſet grauis, quia odor farinæ combuſtæ non eſt ſuauis odor, quomodo tñ hoc

K intelligendum ſit, ſup. 1. cap. declaratum eſt. *Liba quoque vini.* i. ſicut offerebantur libamenta de ſimila, ita offerebantur ēt de vino, & adhuc magis propriè eſt in vino q̄ in pane; quia libare pertinet ad res liquidas, cuiuſmodi eſt ipſum vinum, & oleum: panis aūt res arida eſt. Aliqui aūt volunt aſſignare differentiam inter libum, & libamentū, qm̄ libum dicunt eſſe ad rem liquidam, & tunc vinum dr̄ eſſe libum, & oleum quoque, qm̄ iſta duo liquida ſunt; libamentum aūt, vel libamen dr̄ eſſe, de re arida, ſicut panis eſt, & ſic vocatur hic libum pro ipſo vino, quia liquidum eſt. Iſta differentia aliqn̄ obſeruatur, ſicut vr̄ haberi Num. 15. c. non tñ ſemper obſeruatur, qm̄ aliqn̄ vocatur libamentum totum ipſum, quod offertur cum ſacrificio carnium, ſcilicet, panis, vinum, oleum, & tus. Sic habetur 14. cap. vbi vocantur omnia operamenta ſacrificij libamenta. *Quarta pars hin.* Iſta eſt mēſura vini liban-

Libum et libamentum differunt.

Hin quid eſſet.

di

di cum ſacrificio. ſ. quarta pars menſuræ cuiuſdam, quæ A
vocatur Hin.i.vnus ſextarius. Dicunt enim aliqui q hin,
dicatur eſſe menſura maior, & ſextarius dicatur menſura
minor, quæ dicebatur includi quater in ſextario. Sed forte
nō videtur hoc conuenienter dictum, quia ſextarius denominat
partem ſextam: ſi ergo ſit pars Hin, non diceretur
eſſe pars eius quarta, ſed ſexta: ſicut dicimus de Gomor,
qui eſt decima pars Ephi; & propter hoc vocatur decima
ſine aliqua connotatione, ita erit de ſextario, quia ſi alicuius
pars eſt, erit ſexta pars. & quando dicitur hic, q fundatur
quarta pars Hin, debet magis intelligi, quòd quarta
pars Hin ſit ſextarius, & dimidius, ſicut quarta pars numeri
ſenarij eſt vnum cum dimidio, & duo ſextaria erunt
tertia pars Hin, & tres ſextarij ſunt medietas Hin: quattuor
autem ſextarii non ſunt quattuor quartæ, ſed quattuor
ſextæ. De oleo nihil dicitur hic, in qua menſura eſſet. B
Et fortè aliquis dicet, q non offerebatur oleum, in iſta
oblatione, ſed hoc falſum eſt: quia ſupra 2. cap. dicitur, q
ſi fuerit facta aliqua oblatio de ſimila, debet fundi ſuper
eam oleum: & ſic intelligitur, q ſemper fundetur oleum,
cum indefinita legis æquipolleat vniuerſali. Item patet:
quia in eodem cap. ponuntur omnes modi ad offerēdum
panem, ſiue ſit ſimila non cocta, ſiue panes de clibano, ſiue
lagana, ſiue panes de craticula, aut ſartagine. & de omnibus
his dr, q ponetur in eis oleum: ergo quandocumque
fieret oblatio panis, & oleum ponendum erat. Item,
ſi propter hoc diceremus, q non poneretur hic oleū, quia
non fit mentio de illo, eodem modo diceremus, q nō poneretur
tus, quia de illo nihil dr, nec poneretur ſal, & tñ
neceſſe erat in omni ſacrificio poni ſal, vt hr ſup. 2. c. quidquid
obtuleris ſacrificij, ſale condies: nec auferes ſal fœ- C
deris Dei tui de ſacrificio tuo, in omni oblatione offeres
ſal. Item patet hoc Num. 15. c. vbi iubetur, q quicumque
aliquis obtulerit oblationē holocauſti, vel victimā pacificam
ſpōte, vel vota ſoluēdo, vel offerendo munera, debet
poni ſimila, & vinum, & oleum. ſed iſtud de quo hic
dicitur, erat holocauſtum: ergo oportebat poni in eo oleū.
Dicendum eſt igitur, q fuit hic oleum poſitum, quāquam
non exprimatur. Cauſa aūt quare non exprimebātur iſtæ
omnes res, eſt: quia omnia iſta erant quædam operamēta
ſacrificiorum, quæ vocantur libamēta, cum ergo iubeatur
de vno, intelligitur de reliquis, non oportet ergo ſemper
exprimi de omnibus. Cum aūt quæris quantum de oleo
funderetur in hoc ſacrificio? Reſpondendum eſt, q fundebatur
quarta pars Hin. ſ. tantum, quantum de vino: hoc
aūt videtur, quia cum ex ſuperioribus probatū ſit, q eſſet D
neceſſarium poni hic oleum, & tñ non dicitur quantum,
ergo poneretur tantum quantum de vino, aliàs fuiſſet expreſſa
mēſura determinatè. Item patet hoc Numer. 15. c.
quoniam ibi qñ ponitur regula de variis libamentis ſacrificiorum,
tm̄ ponitur ſemper de oleo, ſicut de vino. *Panē, & polentam, & pultes non comedetis.* Hic vetat Deus comedi
aliquid de panibus, & ſegetibus, donec offerrentur primitiæ
Domino. Iuſſum. n. fuerat ſupra, vt offerrentur primitiæ
Dño de ſegetibus. & quia dicūtur primitiæ eſſe primę,
ſ. id quod ante omnia alia venit, oportet vt antequam
aliquid de ſegetibus comedatur, offerrentur Domino: ſi
enim aliquis prius de eis comederet, quàm Domino offerret,
iam non vocabuntur primitiæ; quoniam alius iam comedit
primitias, ſed erunt illa quædam iura, vel dona data
Domino. Et vetantur hic tria, ſcilicet, panes, polenta, & E
pultes; panes dicuntur eſſe facti ex farina redacta in paſtam:
polenta dicitur eſſe cibus factus ex granis toſtis ad
ignem, & decorticatis, pultes dicuntur eſſe cibus factus ex
farina cocta in aqua. Si tamen comederentur aliquæ ſpicæ,
euellendo eas virides, & comedendo ſine aliqua alia
operatione, antequam primitiæ darentur, non erat interdictum:
q̄m illud agit contra decimarum ſolutionē, quod
tranſit in formā cibi, & ſic eſt de pultibus, pane, & polēta,
iſti. n. ſunt veri cibi, & habent formam ciborum; ſi tñ aliquis
comederet grana viridium ſpicarum, non faciendo
alios apparatus, nō habebat formam cibi, quanquam eſſet
aliquis cibus; nō ergo prohibetur hic comeſtio ſpicarū
viridiū, ſed panum, polentæ, & pultiū. *Vſque ad diem qua offeretis ex ea Deo veſtro.* i. q primò oportebat ex ſegetibus
nouis primitias offerre, quàm ex ea quidquam come-

Polenta, & pultes quid eſſent.

deretur. Poterat tamen fieri polenta, & pultes ex ſegetibus
antiquis, exiſtentibus nouis ſegetibus, antequam de
illis offerrētur primitiæ, quia in antiquis iam oblatæ fuerat
primitiæ. *Præceptum eſt ſempiternum*, ſcilicet, hoc, quod
eſt offerri primitias frugum, eſt præceptū ſempiternum.
Non eſt autem accipiendum ſempiternum propriè, quoniam
tunc ſignificat id quod non habet finē, quanquam
habuerit principium hoc enim nulli legi conuenit, quia
nulla lex ſic eſt æterna, nec etiam ipſum nouū Teſtamentum,
quia poſt diem iudicij, nulla lex erit, ergo nec noua.
Alio modo accipitur præceptum ſempiternum pro illo
præcepto, cui non ſuccedit alterum contrariū, quanquam
illud finem aliquando habeat. & iſto modo dicimus legem
nouam eſſe æternam, ſicut dixit Chriſtus, quando
conſecrauit corpus ſuum, & ſanguinem. Hic eſt calix noui,
& æterni teſtamenti, in meo ſanguine; quanquam dicatur,
q iſta particula non ſit poſita à Chriſto, quia nō reperitur
in Euangeliis, vel in epiſtolis, determinatum tamen
eſt ab Eccleſia q Chriſtus iſta dixerit, vt patet extra,
de celeb. miſſar. c. cum Marthæ, & ſic verum eſt, q lex noua
eſt æterna, quia non ſuccedet ei alia lex, quanquā ipſa
aliqñ deſinet, ſ. in die iudicij. Lex aūt vetus non poteſt vocari
iſto modo ſempiterna, quia ei alia ſucceſſit, ſ. nouum
Teſtamentū, ſed vocatur lex ſempiterna, i. magno tempore
duratura. *In generationibus, cunctiſq; habitaculis veſtris*,
id eſt, durabit iſta lex per omnes generationes veſtras, id
eſt, quamdiu durauerint filij veſtri, & filij filiorum, & ſic
de aliis durabit iſta lex. etiam hoc erit in cunctis habitaculis
veſtris, i. q iſta lex habebit vigorem in omnibus habitaculis
veſtris. Et iſta littera poteſt intelligi dupliciter.
Vno modo in omnibus habitaculis veſtris, id eſt, omnes
domus veſtræ erunt obligatæ ad hanc legem. talis modus
loquendi habetur Exo. 35. cap. cum dicitur: Non ſuccendetis
ignem in cunctis habitaculis veſtris per diē Sabbati.
in quo obligat omnia habitacula ad iſtam legē, excludēs
Sāctuarium. Simile habetur ſupra in littera. cum dicitur,
Sabbatum Domini eſt in cunctis habitaculis veſtris, quaſi
dicat, omnes habitationes veſtræ tenebuntur ad obſeruationem
Sabbati. Sed iſte ſenſus non poteſt ſtare: quia tunc
eſt ſenſus, q de qualibet domo Hebræorum deberet eſſe
ſolutio primitiarum, quod eſt falſum, quia non poterant
Iſraelitæ omnes ſoluere primitias frugum ad offerēdum,
quia veniebant de terris longinquis, & non poterant ſecum
primitias frugum portare, potiſſimè, cum deberent
ſegetes meti in eadē die, quia offerebantur ad incendendum
ſuper altare. Alio modo eſt ſenſus in cūctis tabernaculis
veſtris, id eſt, quòd iſta lex tenebit in cunctis tabernaculis
veſtris, id eſt, quamdiu manſerint habitacula veſtra.
& tunc eſt ſenſus, q iſta lex manebit in generationibus
& habitaculis veſtris, i. quamdiu manerent generationes
de habitaculo veſtro. *Numerabitis ergo.* Hic ponitur
de ſecunda ſollemnitate, quæ erat dies Pentecoſtes. &
iſta eſt (vt aliqui volunt) ad memoriam legis datæ. nam
ſicut fuit magnum Dei beneficium eductio Iſraelitarum
de Ægypto, & pro hoc celebratum fuit feſtum Azimorum,
ita fuit magnum beneficium datio legis in monte
Synai. & iſta fuit ſignificata per feſtum Pentecoſtes, quia
fuit quinquaginta diebus de exitu ab Aegypto, vt declaratum
eſt Exod. 19. Et ſicut in præcedenti feſto iubebat
Deus offerri primitias de ſegetibus in manipulo, ita iubebat,
vt in hoc feſto offerrentur primitiæ de panibus ceteris,
vt habetur infra in littera. & primo ponitur hic quando
eſſet iſtud feſtum Pentecoſtes, & declaratur hic, quòd
eſt poſt quinquaginta dies, & ob hoc vocatur Pētecoſtes,
vel feſtum hebdomadarum, vt infra dicetur. *Numerabitis ergo ab altero die Sabbati in quo obtuliſtis manipulum.* Ponitur
hic quomodo computandi ſint quinquaginta dies,
qui eſſe debebant inter Paſcha, & Pentecoſten, & dicitur
quod erant computandi ab altera die poſt Sabbatum, ſcilicet,
à ſecunda die Azimorum, & tunc cum acciperentur
ſeptem hebdomadæ perfectæ, & ſequens dies eſſet Pentecoſtes,
efficiebantur quinquaginta dies. Sciendum aūt,
q in iſta computatione quinquaginta dierum, non accipiebatur
vterque dies Paſchę, ſed ponebatur vnus eorum
excluſiue, ſ. dies Pētecoſtes, vel primus dies Azimorū. vnde
ſi vterque computaretur, darentur quinquaginta vnus

De ſollemnitate Pentecoſtes.

dies.ad hoc autem accipiebantur ſeptem hebdomadę integræ, & faciunt dies quadraginta nouem. præter hoc accipiebatur vnus dies poſt iſtas hebdomadas ſeptem, qui erat dies quinquageſimus,& iſte erat dies Pẽtecoſtes. Ante cõputationem autem ſeptem hebdomadarum, accipiebatur vnus dies,ſcilicet,dies primus Azimorum: & ſic erãt quinquaginta vnus dies:& hoc modo à feſto Paſchæ vſque ad Pentecoſten,ſecundum Iudæos, erant quinquaginta dies non computando primum diẽ,ſcilicet,Paſchæ, & tamen ſecundum computationem Chriſtianorum à feſto Paſchæ vſque ad Pentecoſten non ſunt quinquaginta dies,niſi includatur vterque dies Paſchæ:& vt accipiatur vnus dies excluſiuè, ponitur hic, quòd iſtæ ſeptem hebdomadæ non ſint computandæ à primo die Azimorum,ſed à ſecundo; & hoc eſt quod dicit hic littera, ſcilicet. *Ab altera die Sabbati*, id eſt, ab alia die poſt Sabbatum. Dicitur alia dies poſt Sabbatum,ſecunda dies Azimorum; prima autem vocatur Sabbatum, quoniam erat ſollemnitas, & vacabatur ab omni labore: ſequentes autem dies non erant Sabbata, quia nõ erat in eis ſollennitas,ſed ſolum in primo, & ſeptimo,vt ſupra dictũ fuit. *In quo obtuliſtis manipulum primitiarum.* offerebatur manipulus primitiarum in ſecũda die Azimorũ, vt ſupra dictum eſt. dicitur autem ille manipulus primitiarũ tanquã vnus ſit,non quidem,ꝙ vnicus offerretur manipulus,quia plures erant,vt ſupra dictũ eſt. Sed dicitur hic de vno manipulo, quia in multis vnus eligebatur, & cremabatur partim corã Dño, vt ſupra dictum fuit. *Septẽ hebdomadas plenas.* Ad inueniendum iſtud feſtum, fiebat cõputatio hebdomadarum ſeptem:& propter hoc vocãnt iſtud feſtum hebdomadarum.vt habetur Deuter.16.cap.& in aliis locis. Dicitur autem,ꝙ computentur iſtæ hebdomadæ plenæ, ad ſignificandum plenè, quòd dies Pentecoſtes, qui per iſtas computationes inuenitur, erat dies extra iſtas ſeptem hebdomadas:nã ſi eſſet in fine iſtarum ſeptem hebdomadarum,iam nõ eſſent hebdomadæ plenæ: quia vna dies eſſet adempta vltimæ hebdomadæ; computabantur ergo iſtæ integrę, & poſt eas in die ſequenti erat Pentecoſtes, alioquin non eſſent quinquaginta dies à primo die Azimorum vſque ad Pentecoſten excluſiuè. *Vſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ*, id eſt,ꝙ debet fieri iſta computatio,vt accipiantur ſeptem hebdomadę integræ: & poſt eas alia dies, quæ eſt poſt expletionem ſeptimæ hebdomadæ plenæ,id eſt, *Quinquaginta dies*, ſcilicet, ꝙ iſta computatio erit quinquaginta dierum ab eo die, quo incepta eſt vſque ad diem, quo finitur incluſiuè, ſcilicet,accipiendo ſeptem hebdomadas plenas, & vnam diem poſt illas, erunt dies quinquaginta: & ſic manebit ſemper primus dies Azimorum excluſus, vt ab eo vſque ad diem Pentecoſten ſint quinquaginta dies. *Et ſic offeretis ſacrificium nouum*,id eſt,offerentur aliæ primitiæ,ſicut offerebantur in feſto Azimorum.

Feſtũ hebdomadarum.

In feſto Pẽtecoſt. tria erãt obſeruanda.

Circa quod conſiderandũ,ꝙ in feſto Pentecoſtes erant tria,ſicut in feſtiuitate Azimorum. Primum erat vacatio à laboribus;ſecundum oblatio de panibus; tertium oblatio de animalibus. In primo dicẽdum eſt,ꝙ in feſto Pentecoſtes erat vna dies obſeruationis ſolum,& in hoc differebat à feſto Azimorum,in quo erant ſeptem dies, & primus, & vltimus erant in magna obſeruatione, intermedij autem non: vnde quãdo agitur de iſtis feſtiuitatibus hic, & Deuter.16. & in aliis locis, non ponitur pluralitas dierum, ſed ſolum fit mentio de vna die obſeruationis, in aliis autem fit mentio de pluribus. Secundum quod erat in iſto feſto,erat oblatio de panibus: nam ſicut in ſuperiori feſto offerebantur primitiæ de ſpicis virẽtibus, ita hic offerebantur primitiæ de panibus nouis.Et ſicut antequam offerretur manipulus ſpicarum, non licebat alicui facere cibum de ſpicis,faciendo polentam, aut pultes, ita antequam offerrentur panes primitiarum in feſto Pentecoſtes, non licebat alicui comedere de panibus: & erat conueniens tempus ad faciendum iſta, quia cum in feſto Azimorũ nõdũ eſſent ſpicæ maturæ,ſed ꝑ aliqualiter virentes, offerebantur ſuper altare, & poſt iſtud feſtũ inciperent meti ſegetes ad feſtum Pentecoſtes,quod erat poſtea ꝑ dies quinquaginta,eſſet iã tẽpus comedendi de panibus nouarum frugũ, cum iſtud feſtũ veniret; ideo iuſſit

F in eo Deus ſibi dari primitias de panibus nouarum frugum, ſcilicet, duos panes de duabus decimis. Tertium quod erat in iſto feſto,erat in oblatione animalium: fiebat enim oblatio animalium multorum, ſicut habetur infra in littera. & Numer.28.cap. de quo magis poſtea dicetur. *Et ſic offeretis ſacrificium nouum Domino.* id eſt, poſtquam computaueritis iſtos dies quinquaginta,facietis ſacrificium nouum Domino. vocatur ſacrificium nouum id, quod ſoluebatur in primitiis panum, ſicut accipit littera.Non enim poteſt accipi hic ſacrificium pro ſacrificio animalium, quia dicitur, ꝙ erat ſacrificium nouum,quod fiebat de animalibus,quia quotidie aſſuetum erat. Vocatur autem propriè nouum ſacrificium primitiarum, quia illa die offerebantur panes de nouis frugibus,& ante hoc non offerebantur. *Ex omnibus habitacu-*
G *lis veſtris*. id eſt, omnes Hebræi obligabantur ad iſtam oblationem, quæ erat de panibus primitiarum.

An omnes Iudæi cogebantur offerre panes in die Pentecoſtes, vel ſolum volentes. Quæſt. XIII.

ET in hoc differebat oblatio iſta ab oblatione primitiarum in manipulo ſpicarum, quoniam non cogebantur omnes Iſraelitæ offerre manipulos ſpicarum: hic autem iuſſum eſt omnibus,ꝙ offerant.Et ſi dicas,quomodo poterant offerre illi, qui erant de terris longinquis, Domino panes primitiarum de nouis frugibus, quoniam non poterant eos adferre de terra ſua?

Reſpondendum eſt, quòd quanquam Iudæi non adferrent panes primitiarum de terra ſua, tamen in loco
H Sanctuarij iſtos ad emendum reperirent. Sic etiam erat de animalibus pertinentibus ad ſacrificia, quoniam vendebantur in loco illo pro venientibus emptoribus vt haberent vnde offerrent; quod patet; quoniam Ieſus quando introiuit in Sanctuarium, & ejecit inde ementes, & vendentes primo,& euertit menſas nummulariorum,& cathedras vendentium columbas, vt habetur Matth. 21. capite,inde manifeſtè patet,quod columbæ pro ſacrificiis faciendis venderentur ibidem, ſcilicet, ad ſacrificium pauperum,cum eſſet illud minimum ſacrificium: & ideo erant ibi in Sanctuario, vt ibi venderentur: ſic ergo de aliis rebus vt animalibus,& reliquis intelligendũ eſt,quæ pertinebant ad ſacrificium, vel quaſcumque oblationes, quia ibi vendebantur ea venientib. ab illis qui erãt in loco. Sed quæres quomodo vocatur hic ſacrificium oblatio
I facta de panibus,quoniam ſacrificium ad animalia pertinebat? Reſpondendum eſt, quòd quanquam ſacrificium propriè dictum, de animalibus magis dicatur, quàm de aliis rebus oblatis, tñ in panibus adhuc ſacrificium erat. Sic patet ſupra,2.c.vbi vocatur ſimila ſacrificium,& dicitur, ꝙ offeret ſacrificium de ſimila, vel de ſartagine: ſed omnia hæc ad panem pertinebãt. Sic etiam habetur Numer.15.cap. vbi magis vocatur ſacrificium ipſum, quod offertur de pane,quàm de carnibus: nam dicitur ibidem, quòd qui obtulerit victimam,offerat,& ſacrificium de ſimila. Et quantum ad iſtum modum, ita conſueuit diſtingui,vt ipſa oblatio de carnibus vocaretur victima,vel hoſtia,oblatio autem de panibus vocaretur ſacrificium, & oblatio de vino,& oleo vocaretur libamen,aut libum,vel libamentum, licet in communiore locutione id quod de
K carnibus erat, vocaretur ſacrificium. *Panes primitiarum duos.* Iſtud determinatur de oblatione primitiarum. Non enim determinabatur quãtitas oblationis in primitiis feſti Azimorum,quia ibi nõ erat ſub obligatione talis oblatio, hic autem eſt ſub obligatione: vnde ponuntur hic panes duo dandi à quolibet offerente, & iſti erant de duabus decimis,id eſt, de duobus Gomor, quoniam Gomor eſt decima pars Ephi:& vtrumque erat menſura:cum autem accipitur decima ſine determinatione, ſcilicet, cuius erat decima,accipitur pro decima parte Ephi. Aliqui.n. dicunt,ꝙ iſti panes erant de duabus decimis,id eſt, quilibet erat de duabus decimis farinæ conſtans. Sed non videtur eſſe conuenienter dictum,ſed magis videtur dicendum,ꝙ eſſent duo panes, & de duabus decimis, ſcilicet, quilibet de vna decima, quoniam valde magnus panis eſſet,qui duas decimas haberet.

Num-

Nunquid cum iſtis panibus offerrentur libamenta. Quæſt. XIIII.

QVÆRET aliquis, an cum iſtis panibus offerrentur libamenta, ſcilicet, vinum, oleum ſal, & tus, quæ erant communia libamẽta, vt patet ſupra, 2. cap. Et videbitur alicui dicẽdum, quòd ſic: quia iſta nũquam ſeparabantur: cum ergo offerretur hic panis, offerrentur quoque libamenta. Sed dicendum eſt, ꝙ non offerebantur aliqua libamenta cum iſtis panibus: & dicet aliquis cauſam eſſe, quia offeruntur libamenta cum ipſis ſacrificiis carnium, vt habetur Numer. 15. cap. & ex multis aliis locis, hic autem ſolum offertur panis: ideo non erant cum eo libamenta. Sed dicetur hoc eſſe falſum: quia quandocumque aliquis offert ſacrificium de ſimila, offert tus, oleum, & alia libamenta cum illa, vt habetur ſupra, 2. c. Item dicitur ibi de oblatione noui farris fracti de ſpicis adhuc virentibus; ideo dicendum, ꝙ ẽt cum pane offerebantur libamenta: ſed hic non poterant offerri, quia iſte panis erat fermentatus, & non poterat directè poni in ſacrificio, cum non cremaretur. Et quia libamenta ſunt ea, quę ponuntur cũ ſacrificio, quod principaliter offertur, & crematur in altari, qñ nõ eſt aliquod tale, nec etiam cum eo libamenta erunt: ſed hic offerebantur panes iſti primitiarum, qui erant fermentati: & de fermento, & fermentato nihil ponebatur ſuper altare ad cremandum, ſup. 2. cap. ideo cum his panibus non offerebantur aliqua libamenta, cum illa eſſent, vt aliqua pars eorum cremaretur ſuper altare; & iſta eſt cauſa vera. *Simila fermentatæ.* i. ꝙ iſti panes erant de ſimila, & fermentati. Aliquis intelligeret hos debere eſſe de ſimila non fermẽtata, quia Deus fermentum nolebat: ideo expreſſum eſt, ꝙ eſſent fermentati. Et propter hoc dicendum, ꝙ iſti panes non pertinebant aliquatenus ad Deum, ita vt de eis quidam cremarentur ſuper altare: nam prohibitum erat Dño cremari fermentata: ſacerdotes tamen accipiebant illa in partem ſuam. Et quanquam Deus vetaret cremari ſuper altare fermentata, tñ non vetabat offerri, vt habetur ſup. 2. cap. Omnis oblatio, quæ offertur Dño abſque fermento fiet, nec quidquam fermenti aut mellis adolebitur in ſacrificio Domini: primitias tñ eorum offeretis, & munera, ſuper altare verò non ponentur in odorem ſuauitatis. Et quoniam iſta fermẽtata non poterant cedere aliquatenus Deo, neceſſe erat, vt cederent in partem Sacerdotum, quoniam omnia, quæ offerebãtur, partim Dei, & partim Sacerdotum erant. Si autem contigiſſet aliquando, ꝙ ſacrificia aut oblationes ad Deum non pertinerent, omnia iura pertinebãt ad Sacerdotes, quoniam ſimpliciter omnia iura Sanctuarij ſacerdotum erant, vt habetur Num. 18. cap. *Quos coquetis in primitias Domini.* i. coquetis eos, vt ſoluatis inde primitias Domino. ſ. ꝙ primo acciperent quantitatem duarum decimarũ de ſimila, & de illis fierent duo panes qui offerrẽtur, vt hic patet. *Offeretiſq; cum panibus ſeptem agnos.* Hic ponitur ſacrificium in animalibus, quod fieri debebat in die Pentecoſtes, & iſtud erat potiſſimè, quoniam erant multa ſacrificia. Et dr̃ primo de agnis immaculatis ſeptem, de quibus quæret aliquis quõo offerrentur. ſ. an in holocauſtum, vel pro peccato, vel in hoſtias pacificas. Et rñdetur, ꝙ erant iſta holocauſta, ſicut inf. hr̃; & dato, ꝙ non exprimeretur, quid eſſe deberent talia ſacrificia, dicendum eſſet, ꝙ erant holocauſta. Nam cum aliquid iubetur offerri, & non exprimitur in quo genere oblationis, intelligendũ eſt, ꝙ eſt oblatio holocauſti, quia illa potiſſima eſt, & magis ad honorẽ Dei.

Quõo ſeptem agni immaculati offerrentur.

An hæc ſacrificia ſint eadem cum illis, quæ habentur Num. 28. cap. vel ſint ſuperaddita. Quæſt. XV.

QVÆRET adhuc aliquis, an iſta ſacrificia ſint eadem cum illis quæ habentur Numer. 28. c. vbi agitur de ſacrificiis omnium feſtorum.

Et dicet aliquis, ꝙ eadem ſint, quia ibi ponuntur plenè omnia ſacrificia feſtorum. ergo quidquid hic ponitur, dicendum eſt, quòd eſt de illis quæ ibi exprimuntur.

Reſpondendum eſt, quòd iſta ſacrificia non ſunt eadem cum illis, quæ ibi iubentur, quanquam ibi iubẽatur

A ſeptem agni, & hic totidẽ: & ibi vnus hircus & hic alius: differunt tamen quantum ad ſacrificia arietum, & vitulorum: quia hic iubetur offerri vnus vitulus, & duo arietes: ibi autem econtrario duo vituli, & vnus aries. Itẽ differunt ſacrificia iſta ab illis: quia hic ponuntur duo agni anniculi pro hoſtiis pacificorum, ibi autem nulla pacifica hoſtia iubetur. Dicendum ergo, ꝙ totaliter differebant ſacrificia diei Pentecoſtes, quæ iubẽtur hic, & ea quæ habentur Numer. 28. cap. ſed iſta erãt ſuperaddita illis. Vnde ſciendum, ꝙ in hac die, ex iure & neceſſitate feſti, offerebantur agni anniculi decem & octo, ſcilicet, ſeptẽ qui iubentur hic, & ſeptẽ qui iubentur Numer. 28. cap. & iſti erant in holocauſtum ſpecialiter propter diẽ feſti: & alij duo agni anniculi, qui offerebantur in ſacrificium matutinum & veſpertinũ: & hoc pertinebat ad holocauſtum,

B & erat iuge ſacrificium. Offerebãtur etiam alij duo agni anniculi in hoſtias pacificas, vt habetur hic, & iſti erãt ex conditione feſti: & ſic erunt decem & octo agni anniculi. Offerebantur quoque tres vituli, ſ. duo vituli, de quibus dicitur Numer. 28. cap. & vnus vitulus de quo hic: & hoc erat ex conditione feſti; erant quoque iſta in holocauſtũ. Offerebantur ẽt tres arietes, duo de quibus hic, & vnus de quo Numeri 28. capite, & ſic erãt ſimul omnia animalia, quæ illa die offerri iubebantur ſex & viginti, ſ. agni anniculi, decem & octo, arietes tres, vituli tres, & hirci duo.

Quando autem ſupra arguebatur, quòd eſſent ſacrificia eadem, de quibus hic, & de quibus Numer. 28. capite: dicendum, non poſſe ſtare, vt declaratum eſt. Nec etiam tenet ex hoc: quia ibi declarantur omnia ſacrificia feſtorum. Nam ſi ideo dicamus, quòd ſacrificia quæ ponuntur

C hic, & Numeri 28. capite, ſint eadem, & ob hoc quicquid ponitur hic, habetur ibidem. Dicendum eſſet, ꝙ agnus anniculus, de quo dicebatur ſupra in feſto Azimorum, quòd offerretur cum manipulo ſpicarum, non differret à ſacrificiis feſti Azimorum, quæ habentur Numeri 28. capite. Sed falſum hoc eſt, quia in omnibus diebus ponuntur ibidem ſacrificia æqualia: hic tamen augentur cum pro ſecundo die Azimorum agnus anniculus offerebatur cum manipulo ſpicarum, quod non fiebat in aliquo aliorum dierum. Quod autem Numeri 28. capite, ponantur plenè ſacrificia feſtorum, verum eſt, quantum ad illa quæ ſunt ſacrificia per ſe, non facta cum aliqua ſpeciali cæremonia, ſcilicet, quòd non fierent ex cauſa alicuius cæremoniæ ſpecialis. Et ſic eſt, quòd ſacrificia illa quę habentur Numeri 28. capite, in feſto Azimorum

D & Pentecoſtes, fiebanr abſolutè, non propter cauſam alicuius cæremoniæ ſpecialis propter honorem feſtorum, & illa plenè ponuntur. Alia autem ſacrificia erant, quæ fiebanr propter ſpeciales cæremonias. Et ſic erat de agno anniculo, qui offerebatur cum manipulo ſpicarum: nam ille ſolum offerebatur propter primitias oblatas. Ita autem & in feſto Pentecoſtes offerebantur aliæ primitiæ, ſcilicet, de panibus nouarum frugum, & propter has fiebant multa ſacrificia, de quibus hic, ſcilicet, ſeptem agni anniculi, & duo arietes, & vnus vitulus: & hoc in holocauſtum, & duo agni anniculi in hoſtias pacificorum. Sacrificia autem, quæ habentur Numeri 28. capite. Non erant propter decimas oblatas: ſed propter honorem feſti ſolum. *Immaculatos anniculos.* Dicuntur eſſe agni immaculati, quia non debent habere aliquam de maculis,

E de quibus dicitur præcedenti capite; quæcumque enim illarum ſit, repellit à ſacrificio. Dicuntur anniculi, ſcilicet, non maiores vno anno, nec minores octo diebus, vt ſupra declaratum eſt. *Et vitulum de armento vnum, & arietes duos.* Iſta etiam animalia offerebantur in holocauſtum, vt hic patet. Et hoc erat, vt de omni genere animalium immolaticiorum offerretur holocauſtum. De numero autem iſtorum animalium immolandorum, quare tot eſſent, & non plura, nec pauciora, ratio reddi non poteſt: quoniam iſta dependent purè à voluntate Legiſlatoris, ſicut aſſignationes, & prefixiones ad aliquid agendum, vel determinationes quantitatis pœnarum; quoniam non eſt maior ratio ſic quam aliter fieri, vt iam alibi dictum fuit. *Et erunt in holocauſtum,* id eſt, omnia iſta animalia ſupradicta erunt pro holocauſto: in aliis aũt generibus ſacrificiorum, ſcilicet, in pacificis hoſtiis,

& pro peccato, non ponitur tanta differentia, & multitudo offerendorum animalium, quia ſolum ponitur vnus hircus pro peccato, & duo agni anniculi in hoſtias pacificas. Cauſa huius erat: quia holocauſtũ fiebat directius ad laudem Dei, quàm alia ſacrificia; quamquam etiam in aliis ſacrificiis laus Dei intenderetur. Magis ergo debuit multiplicari id, quod erat ad laudem & honorem Dei, quàm cetera.

Quòd autem holocauſtũ directius pertineret ad laudem Dei ſpecialius quàm alia, apparet: quia alia ſacrificia habebant ſpecialem cauſam ex nobis, ſcilicet, hoſtia pro peccato ad peccatorum expiationem, & hoſtia pacifica ad pacem habendam, ſcilicet, pro aliquo beneficio obtinendo, vel pro gratiarum actione, ſcilicet, pro rebus obtentis: holocauſtum autem non habebat aliquam ſpecialem cauſam ex nobis, ergo videtur, quòd fieret magis propter laudem Dei.

Item patet hoc, quia de holocauſto Deus ſibi omnia ſuſcipiebat, faciens cremari carnes, & caput, & pedes, & inteſtina, vt habetur ſupra, 1. capite. De ſacrificiis autem pacificis ſolos adipes ſuſcipiebat, niſi eſſet victima pacifica de genere ouium: tũc enim aſſumebat caudam cum adipibus, vt habetur ſupra, capite 3. In ſacrificiis autem pro peccato, nihil præter adipes Deus habebat. In ſacrificiis autem pro delicto, accipiebat adipem, & caudam, vt patet ſupra, 6. capite. Magis ergo holocauſtum pertinebat ad Deum quàm cetera ſacrificia. *Cum libamentis ſuis.* Sunt libamẽta iſtorum ſacrificiorum quidam apparatus, cum quibus offerebantur, ſcilicet, panis, vinum, oleum, tus, & ſal, de quibus ſupra, 2. capite. Vocantur autem libamenta omnia, ſiue arida, ſiue ſicca, quæ offeruntur cum ſacrificiis carnium: quanquam aliquando ſupra fiebat differentia, quòd liba pertinerent ad res liquidas, vt vinum, & oleũ: & libamẽta, vel libamina pertinerent ad res aridas, vt ad panem, tus, & ſal: ſed hic nihil diſtinguitur: vnde iſta differentia magis eſt aliquãdo obſeruata per accidens, quàm ab intentione dantis. *In odorem ſuauiſſimum Domino,* i. omnia iſta animalia cremabantur, vt exhalet inde Domino odor ſuauis. De hoc ſupra declaratum fuit. *Facietis & hircum pro peccato.* Duo hirci pro peccato immolabantur hac die: vnus cum primitiis, de quo hic: & alius ſine primitiis, de quo habetur Numeri 28. capite. Et erat hoc pro peccato totius populi; nec fiebat ſpecialiter pro aliquo peccato, ſed generaliter pro omnibus peccatis populi: nã alias ſolebat fieri ſacrificium pro peccatis ſpecialibus, de quibus dicitur ſupra, 4. & 5. capp. Hic autem ſine cõſcientia alicuius ſpecialis ſceleris, fit ſacrificium. Sic etiam fiebat in feſto Propitiationis, vbi non orabatur ſpecialiter pro aliquo peccato, ſed pro omnib. peccatis populi: quãquam aliqua peccata ſpecialiter exprimerentur, vt declaratum fuit ſupra 16. capite, vbi de hoc. & dicitur, facietis hircum, id eſt, immolabitis: quoniam facere, in modum Sacræ Scripturę accipitur pro diſponere, vel ornare, etiam ſi res eſſe non ſuſcipiat; & ſic dicitur aliquis facere capillos, id eſt, ſcindere vel ornare, vt eſt modus vulgaris loquendi. Sic etiam Sacra Scriptura ſępè loquitur, cum dicat fieri vnum animal in holocauſtum, & alterum in hoſtias pacificas, vel pro peccato. Sic habetur ſupra, 14. capite. Iſte etiam modum loquendi eſt apud Poetas, vt quòd aliquis dicat, ego facio vaccam, id eſt, diſpono eam in cibos. Sic loquitur Virgilius in Bucolicis in Ecloga 3. quæ incipit.

Dic mihi Damœta cuium pecus an Melibœi? cũ dicit.
Cum faciam vitulam, pro frugibus ipſe venito.

id eſt, dum ego coquo vitulam, vade pro pane. *Duoſq; agnos anniculos hoſtias pacificorum.* Etiam iubentur hic offerri hoſtiæ pacificæ; & quanquam non videatur eſſe aliqua cauſa ſpecialis, pro qua fiant hoſtiæ pacificæ, ſiue pro pace habita, id eſt, pro gratiarum actione, vel pace habenda, aut obtinenda aliqua re: tamen fiebat immolatio pacifica pro aliquo iſtorum in generali, ſicut dicebatur ſacrificium pro peccato in generali fieri.

F *Cuius iſta pacifica ſacrificia erant quæ offerebantur in feſto Azimorum; & à quo offerebantur. Quæſt. XVI.*

SED quæret aliquis, cuius erant iſta ſacrificia pacifica: nam de ceteris non eſt dubiũ. Holocauſtum enim ſiue offerebatur ab aliqua perſona priuata, ſiue offerebatur de ſumptibus communibus Sanctuarij, non eſt aliqua ratio dubitãdi, cuius ſit illud holocauſtum, quia vtroque modo conuenienter fieri poterat. De ſacrificio autem pro peccato, etiam ſatis notum erat, quoniam poterat fieri aliquando pro peccato vnius hominis, aliquando autem pro peccato totius populi. Sed de pacificis hoſtiis erat dubium, quo oblatæ fuerint hic, & à quo. Non. n. poteſt dici, ꝙ eſſent oblatæ de ſumptibus Sanctuarij, quia illa offerebantur de ſumptibus Sanctuarij, quæ ad ſolum Deũ per-
G tinebant, vt ſacrificium iuge matutinum, & veſpertinum. Sacrificium autẽ pacificum non erat ſpecialiter pro Deo, ſed magis pro ipſis offerentibus: offerebant enim vt impetrarent aliquam rem; vel quia eam iam impetrauerant: ideo non debebat fieri hoc ſumptibus Sanctuarij.

Item patet: quoniam in oblatione pacifica ad ipſos offerentes pertinebant omnes carnes ſacrificij, præter armũ dextrum, & pectuſculum, vt patet ſupra, 7. capite. Oportebat ergo dari hic aliquos offerentes ad quos pertinerent iſtæ carnes hoſtiarum pacificarum: ſed hoc non poteſt referri ad quamlibet perſonam priuatam, quia tunc eſſet ſenſus, ꝙ quilibet de populo offerret pro ſe iſta ſacrificia ſupradicta. Sed hoc ſtare non poteſt: quia non ſufficienter potuiſſet quilibet de populo tot ſacrificia offerre, nec ſacerdotibus etiam ſufficienter potuiſſent tot animalia im-
H molare, & diſponere in ſacrificium.

Reſpondendum eſt ergo, quòd iſta oblatio non fiebat ſpecialiter à quolibet de populo, ſed fiebat pro toto populo, & tunc adhuc remanet dubium: quia cum carnes ſacrificiorum pacificorum pertinerent ad eum, qui offerebat, præter armum dextrum, & pectuſculum; quomodo poterat totius populus comedere de his hoſtiis pacificis, cum eſſet multitudo immenſa populi, & duó agni ſolum eſſent oblati in hoſtias pacificas?

Dicendum eſt, quòd in iſta oblatione pacifica fiebat contra legem communem aliarum pacificarum hoſtiarum, ſ. in ceteris pertinebant carnes ad offerentes, hic autem cum à toto populo oblati fuiſſent iſti duo agni in hoſtias pacificas, non cedebant iuri populi, ſed iuri ſacerdotum; & hoc non ideo erat, quia Deus vellet, quæ erãt po-
I puli, dare ſacerdotibus: quia in aliis ſacrificiis pacificis nunquam hoc facere conſueuerat: ſed hoc factum fuit, quia carnes pacificarum hoſtiarum erant inutiles toti populo, cum nequaquam ſufficeret accipere carnes duorum agnorum pro tam numeroſa multitudine; tribuit ergo ſacerdotibus iſtas carnes, quia eorum commodis cedere poterant, ſicut immediatè habetur. *Cumq; eleuauerit eos Sacerdos.* Hoc non refertur ad omnia ſuperiora: quia nõ eleuabantur omnia illa, potiſſimè, quia dicitur immediatè, ꝙ cedent in vſum Sacerdotis, & non poteſt intelligi de omnibus ſupradictis, quia holocauſta, de quibus ſupra dicebatur, non poterant pertinere ad ſacerdotes, nec cedere vtilitati alicuius hominis, ſed ſoli Deo, & cremabãtur ſuper altare. Eleuatio autem iſta, de qua hic dicitur, talis erat, vt poſtquam Sacerdos immolaſſet victimas pacifi-
K cas, & fudiſſet ſanguinẽ apud altare, eleuabat ſuper manus ſuas pectuſculum, & armum, & adipes, porrigendo manus ſurſum, & deorſum, ante, & retro, dextrorſum, & ſiniſtrorſum: & iſta erat propria cæremonia ſacrificij pacifici, de qua magis dictum fuit ſupra 7. capite. *Cum panibus primitiarum.* Scilicet, quod carnes duorum agnorum pacificorum eleuarentur coram Domino, & ſimul panes primitiarũ. Vocantur hic panes primitiarum panes facti de duabus decimis ſimilæ, vt dictum fuit in littera, & iſti erant fermentati: eleuabantur quoque modo eleuationis carnium pacificarum, faciendo eaſdem cæremonias. Iſti tamen panes, non cremabantur ſuper altare, nec aliquid eorum, quia erant fermentati, vt dicitur hic. De fermentis autem, & fermentatis nihil ſuper altare cremaretur, vt habetur ſupra ſecundo capite. cum dicitur, Omnis oblatio quæ offertur Domino, abſque fer-

mento fiet; nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificium Domini: primitias tantum eorum offeretis & munera: ſuper altare verò non ponentur in odorē ſuauitatis. *Coram Domino*, id eſt, quòd iſta eleuatio panum & carnium fiebat coram Domino, ſcilicet, coram altari holocauſtorum, in quo ſpecialiter erat Deus, vel coram oſtio Tabernaculi, in quo fiebant omnes oblationes: & vtrumque propinquum erat. *Cedent in vſum eius*, id eſt, in vſum Sacerdotis. Hoc refertur ſolum ad iſta ſacrificia pacifica, de quibus dictum fuit immediatè: nam non poteſt referri ad ſuperiora, quę erant holocauſta: quia de illis nihil pertinebat ad Sacerdotem præter pellem, quæ dabatur immolanti, vt habetur ſupra, capite 6. De ſacrificio autem pro peccato, quanquam iſta littera non loquatur, tamen manifeſtum eſt, ꝙ carnes illius pertinerent ad Sacerdotem; quanquam aliqui dicant, ꝙ cremarentur totaliter: cauſam huius aſſignant, quia erat hircus oblatus pro peccato multitudinis, & in ſacrificio oblato pro multitudine, nihil cedebat Sacerdotibus, quoniam cremabatur totaliter animal cum fimo, & corio, vt habetur ſupra 4. capite. Sic ergo hic, quia pro toto populo offerebatur iſtud ſacrificium.

Ad quē pertinēt carnes ſacrificij pro peccato, & quare nō inferebatur de ſanguine eius in Sāctuariū.

Dicendum eſt, quòd nō ſufficiebat eſſe ſacrificium pro peccato populi, ad hoc, ꝙ crematetur totaliter: ſed requirebatur quòd de ſanguine eius inferretur intra Sācta Sāctorum, ſicut dicitur ſupra, 6. capite. Scilicet, hoſtia, quæ cedebatur pro peccato, cuius ſanguis inferebatur in Tabernaculum teſtimonij ad expiandum, in Sāctuario non comedebatur, ſed comburebatur igni. De iſto autem hirco non erat ſic: nam quando offerebatur vitulus pro populo, vel pro peccato Sacerdotis Magni, ferebatur ſanguis intra Tabernaculum, vt patet ſupra, 4. capite. Quando autem offerebatur hircus, nunquam inferebatur ſanguis in Sanctuarium, niſi in quodam caſu ſpeciali, ſcilicet, in hirco, qui occidebatur in die propitiationis: illius enim ſanguis cum ſanguine vituli introferebatur intra Sancta Sanctorum; & deinde vterque cremabatur extra caſtra, vt patet ſupra, capite 16. Hic tamen non erat ſic: ſed erat iſtud ſacrificium pro peccato, quaſi vnum de communibus ſacrificiis; ideo pertinebant carnes eius ad Sacerdotem: cedebāt etiam iuri Sacerdotis carnes duorum agnorum immaculatorum in hoſtias pacificas, & hoc totaliter præter adipes, qui non computabantur inter carnes, & caudas agnorum: nam licet in aliis ſacrificiis pacificis ad Deum nihil pertineret de ſacrificio, niſi adeps: tamen ſi fuiſſet de genere ouium, pertinebat ad Dominum cauda cum adipibus, vt habetur ſupra, 3. capite, agni autem ad genus ouium pertinent.

Sacerdos verò habebat iſtas carnes duorum agnorum, ex duplici iure; Primo, ex iure communi: quia Sacerdotes ſemper habebant de hoſtiis pacificis partem, & quantum ad hoc ſolum cedebat eis pectuſculum, & armus dexter, vt habetur ſupra, 7. & 10. capp. Secundò, cedebant carnes horum agnorum Sacerdoti, ex conceſſione ſpeciali, vel quaſi priuilegio, ſcilicet, quia Deus tranſtulerat partes carnium, quas habere debuerant populares, ad ipſos Sacerdotes; & quantum ad hoc, cedebant eis omnes carnes, quæ aliàs popularibus offerentibus cedebant. Et iſtæ erant reliquæ carnes animalium oblatorum, præter pectuſculum, & armum dextrum, quæ cedebant Sacerdotibus. *Cedent in vſum eius*, ſcilicet, in vſum illius Sacerdotis, qui offerret. Non enim habebant alij partem de hoc, ſcilicet, quòd ſi vnus Sacerdos offerret duos hircos pro peccato, qui offerebantur in hac die, & duos agnos anniculos, qui offerebantur in victimas pacificas, ad eum ſolum pertinebant iſtæ carnes, & alij Sacerdotes nihil de hoc habebant, vt patet ſupra, 6. capite, vbi dicitur: Hoſtia pro peccato, & pro delicto, ſcilicet, ſicut pro peccato offertur hoſtia, ita & pro delicto, vtriuſque lex vna erit: ad Sacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit. Idem etiam erat in holocauſto, quia de illo nihil habebant ſacerdotes præter pellem, & tamen illa cedebat ſacerdoti offerenti, & facienti holocauſtum. Sic habetur ſupra, 6. capite, cum dicitur: Sacerdos qui offert victimam holocauſti, habebit pellem eius.

Idem etiam de hoſtia pacifica: quoniam armus dexter, & pectuſculum, cedebant ſacerdotibus de illa, & iſta duo dabantur Sacerdoti, qui offerebat eam, vt patet ſupra, 7. capite, cum dicitur: Cumque ambo oblata Domino conſecrauerit, tradet Sacerdoti, qui adolebit adipem ſuper altare, pectuſculum autem erit Aaron, & filiorum eius; armus quoque dexter de pacificorum hoſtiis, cedet in primitias Sacerdotis, qui obtulerit ſanguinem & adipem, filiorum Aaron: ipſe habebit armum dextrum in portione ſua. Sacerdoti ergo illi, qui offerret iſtas victimas, ſiue pro peccato, ſiue victimarum pacificarum, cedebant omnia iſta iura; ita quoque cedebant panes iſti oblati. Nam ſicut erat de ſacrificio carnium, ita etiā erat de panibus oblatis, qualeſcumque eſſent, qui cedebant Sacerdoti, qui obtuliſſet illos. Sic habetur ſupra, 6. capite, cum dicitur. Et omne ſacrificiū ſimilæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in ſartagine præparatur, eius erit Sacerdotis, à quo offertur; ſiue oleo conſperſa, ſiue arida fuerit. Sed hic offerebantur panes, ergo etiam iſti cedebant Sacerdoti.

Sed videtur, quòd hoc non poſſit ſtare: nam ſi ſacerdoti qui in die illa offerret, cederent omnes panes oblati, tunc plus ille haberet in panibus, quam omnes ſacerdotes, qui offerrent ſacrificium toto anno, cum in illo die Pentecoſtes teneretur dare quilibet paterfamilias duos panes habentes duas decimas ſimilæ, vt ſupra dictum fuit; & ſic non poſſent alij ſacerdotes æquari in iuribus ſacerdotalibus iſti ſacerdoti qui obtuliſſet in die Pentecoſtes oblationes; Omnes tamen ſacerdotes æquandi erant in redditibus ſacerdotalibus, vt patet ſupra 6. capite, vbi cum dictum fuiſſet de iuribus ſacerdotalibus, ſubiunctum fuit: Cunctis filiis Aaron æqua menſura per ſingulos diuidetur, ſcilicet, quòd iura ſacerdotalia ita diuidenda erant, vt æqualiter omnibus ſacerdotibus præſtarentur.

Ad hoc reſpondendum eſt, quòd quædam iura ſacerdotalia erant, quæ quibuſdam ſacerdotibus cedebant, in ſolidum, ita, quòd alij nihil de his haberent. Alia autem erant, quæ diuidebantur inter eos. De primo patet in decima decimæ, quam recipiebat ſacerdos Magnus. nam Leuitæ recipiebant omnes decimas Iſraelitarum integraliter, pro laboribus ſuis, deinde ipſi dabant decimam partem illarum decimarum Summo ſacerdoti, ac ſi ipſi collegiſſent de agro fructus illos, vt patet Num. 18. capite, & de his nihil cedebat ſacerdotibus minoribus, ſed ipſi ſoli ſacerdoti Magno cedebant. Ita etiam erat circa oblationes ſacrificiorum, & libamentorum ſuorum, quia cuilibet ſacerdoti offerenti cedebant integraliter omnia iura ſacerdotalia de quolibet ſacrificio, quod ipſe feciſſet, & aliis de hoc nihil cedebat, ſicut apparet in ſupradictis. Alia autem erant iura ſacerdotalia, quæ non cedebant alicui ſacerdoti in ſolidum, ſed diuidebantur inter omnes; ſic patet de redemptione primogenitorum humanorum, quoniam pro quolibet eorum dabantur quinque ſicli, vt habetur Numer. 18. capite, & iſta emolumenta ex ſiclis datis prouenientia, cedebant iuri ſacerdotum, & in his conuentionibus non magis vni quam alteri commodum aliquod emergebat, quoniam hoc dabatur pro miniſterio, quod faciebant ſacerdotes in Sanctuario; & illud tenebantur facere omnes primogeniti Iſraelitarum, & quia non faciebant, cum Deus ad hoc elegiſſet ſpecialiter familiam Aaron, dabant primogeniti precium ſacerdotibus, quia pro eis ſeruirent. Et quia ipſi cum ſeruirent, tota vita obligati erant ad ſeruiendum, dato precio liberabantur ab hac ſeruitute, & dicebantur eſſe redempti. Cum ergo miniſterium iſtud, pro quo dabantur pecuniæ redemptionis primogenitorum, eſſet æquale apud omnes ſacerdotes, debebat inter eos æqualiter diuidi. De hoc habetur Num. 3. cap. cum dicitur: Dabiſq; pecuniam Aaron & filiis eius, precium eorum qui ſupra ſunt; tulit igitur Moyſes pecuniam eorum qui fuerant amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Iſrael, mille trecentorum ſexaginta & quinque ſiclorum, iuxta pondus Sanctuarij, & dedit eam Aaron & filiis eius, iuxta verbum, quod præceperat ſibi Dominus. Iſtud ergo precium redemptionis primogenitorum erat æqualiter diuidendum inter omnes Iſraelitas, ita vt nō haberet magis vnus Sacer-

De iuribus Sacerdotalibus in ſacrificijs & oblationibus.

Sacerdos quam alius, quanquam ipſe acciperet primogenitos redimendos, quando adducerentur in Sanctuarium, & præſentarentur Sacerdoti.

Erant etiam alia iura æqualia omnibus Sacerdotibus, ſcilicet, redemptio primogenitorum in pecoribus. Nam pecora quæ erant munda, non redimebantur, ſed ipſamet primogenita tradebantur, & non debebant offerri in holocauſtum, nec in victimas pacificas, ſed ſolum ſanguis & adipes eorum cedebat Domino, carnes autem erant deſtinatæ iuribus Sacerdotum, ſicut patet Numer. 18. cap. cum dicitur: Primogenita autem bouis, & ouis, & capræ non facietis redimi, quia ſanctificata ſunt Domino: ſanguinem tantum eorum fundes ſuper altare, & adipem adolebis in ſuauiſſimum odorem Domino; carnes verò in vſum tuum cedent, ſicut pectuſculum conſecratum, & armus dexter, tua erunt. Iſta igitur quando accipiebantur, non cedebant alicui Sacerdoti ſingulariter, ſed inter omnes Sacerdotes diuidebantur: quia hoc non pertinebat ad aliquod ſacrificium. Similiter autem erat de animalibus immundis, pro quibus redemptio dabatur, vel commutatio: quoniam id quod cõmutabatur, vel precium redemptionis ad Sacerdotes pertinebat. Sic patet Numer. 18. c. cum dicitur; Quidquid primum erumpit de vulua cunctæ carnis, quam offerunt Domino, ſiue ex hominibus, ſiue ex pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita dumtaxat, vt pro primogenito hominis precium accipias, & omne animal immundum redimi facias. In his ergo neceſſe erat, vt Sacerdotibus æqualia cederent iura.

Aliud autem erat, quod cedebat omnibus Sacerdotibus ſimul, ſcilicet, primitiæ fructuum, quoniam iſtæ non erant aliquod ſacrificium, nec fiebat in eis aliqua ſpecialis miniſtratio, ſicut in ſacrificiis, propter quam magis vni Sacerdoti quàm alteri conueniret; ſed diuidebãtur æqualiter inter omnes. Nam ideo in ſacrificiis iura proueniebant ſpecialiter offerenti, & non alij: quia Sacerdos offerens faciebat ceremonias ſacrificij, & nullus alius: ſed circa primitias ſuſceptas nullus Sacerdotum aliquid ſpecialiter agebat; & etiam ipſæ iam erant debitæ antequam offerrentur, ideo nulla videbatur cauſa, quare vni Sacerdoti cederet aliquid magis de illis, quàm alteri. Quod autem primitiæ debitæ eſſent Sacerdotibus habetur Numer. 18. cap. cum dicitur: Vniuerſa frugum initia, quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vſus tuos. Simile etiam erat in eis, quæ vouebantur Domino: nam quicquid voueretur Domino, pertinebat ad Sacerdotem, vt habetur Numer. 18. capite. cum dicitur, Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael, tuum erit. Aliquando tamen Iſraelitæ vouebant ſeipſos, & dabant certum precium: aliquando etiam agros ſuos, vel domos, & eodem modo dabant iſta, quæ vouerant, vel precium; ſic etiam quando vouiſſent ſeruos, vel animalia munda, vel immũda, de quibus votis & redemptionibus habetur infra, 27. capite, per totum, tunc enim iſta precia diſtribui debebant inter Sacerdotes æqualiter: quia nihil magis ad hoc agebat vnus quàm alius. Patet ergo de iuribus Sacerdotalibus aliqualiter, & magis dicetur Numer. 18. capite, quomodo quædam erãt determinata ad quoſdam Sacerdotes ſpecialiter, alia autem ad omnes, & diuidebantur inter omnes.

Sic etiam in propoſito dicendum eſt: quoniam ſacrificium tam pro peccato, quàm in victimas pacificas, erat de his, quę pertinebant ſpecialiter ad aliquos Sacerdotes: ideo ille, qui offerebat in die Pentecoſtes ſacrificia, habebat ius illorum. De panibus autem dicendum eſt, quòd illi non cedebant ſpecialiter ex ſacrificio, ſed cedebant ex iure primitiarum, & erant iam debiti, ideo non pertinebant ſpecialiter ad Sacerdotem qui illa die offerebat victimas, ſed ad omnes Sacerdotes, & diuidebantur inter eos. Si autem arguas de eo, quod dicitur in littera, ſcilicet, quòd Sacerdos eleuabit agnos anniculos cum panibus, & cedent in vſus eius.

Reſpondendum eſt, quòd Sacerdos, qui illa die faciebat ſacrificium, eleuabat panes primitiarum, cum carnibus agnorũ coram Domino, non tamen omnes, ſed vnum vel duos, & illi cedebant ſpecialiter iuri eius: alij autem diuidebãtur inter alios Sacerdotes. Quòd autem non ele-
F uaret Sacerdos omnes panes, ſed aliquos, quanquã multi offerrentur, patet ex his, quæ ſupra declarata ſunt, & habentur aliqualiter in littera. Sed quòd Sacerdos in die ſecundo Azimorũ, quando offerebantur primitiæ frugum in ſpicis virentibus, conſecrabat vnum manipulum eleuãs illum coram Domino; multi tamen illa die offerebantur, vt patet in littera; ſic ergo fiebat hic, quòd illi panes, quos eleuaret Sacerdos, cum carnibus agnorum, pertinerẽt ad eum ſpecialiter; quoniam quanquam eſſent de primitiis, tamen erant in modum ſacrificiorum, quia fuerant eleuati coram Domino factis quibuſdam cæremoniis circa ipſos, ſicut circa carnes ſacrificiorum.

Alij autem panes erant in modum primitiarum, quia non fiebant circa ipſos aliquæ cæremoniæ, ideo diuidebantur inter reliquos Sacerdotes. Sic quoque dicendum
G eſt de primitiis frugum nouarum, quæ offerebantur in feſto Azimorum. Nam multi manipuli offerebantur, & circa vnum ſolum fiebant cæremoniæ conſecrationis eleuando eum coram Domino, & torrẽdo ſpicas, atque conterendo in farinam, ideo ſumpto inde pugillo, & poſito ſuper altare ad cremandum, reliquum pertinebat ad ipſum Sacerdotem offerentem. Alij tamen manipuli, qui offerebantur, circa quos non fiebant aliquæ cæremoniæ ſacrificiorum, diuidebantur inter Sacerdotes æqualiter, quia purè pertinebant ad primitias. *Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque ſanctiſſimum.* Hic agitur de vacatione ab operibus, quæ erat in die Pentecoſtes, & dicit, quòd in hac die ceſſandum erat ab omnibus operibus, & vocandus erat dies celeberrimus. Dicitur enim celeber à colendo: celeberrimus autem, quia multum pertinet ad cultum *Dies Pentecoſtes excellentia.*
H Dei, ceſſando ab omnibus operibus ſeruilibus: & dicitur celeberrimus & ſanctiſſimus.

Celeberrimus quidem, quia ceſſabatur ab operibus laborum: ſanctiſſimus autem, quia applicabatur ad cultum Dei, ſcilicet, quòd in illa die Sacerdotes & populares magis applicarentur ad cultum Dei, quàm in aliis diebus non vacatiuis. Et ſignatur hic, quòd ſolum eſſet vna dies in feſto Pentecoſtes, quia dicitur vocabitis hunc diem: ſi enim fuiſſent plures dies, non dixiſſet hunc diem ſpecialiter. *Omne opus ſeruile non facietis in eo.* Quid autem opus ſeruile ſit, aliqualiter declaratum fuit ſupra in principio huius capitis, & magis Exodi 12. capite. Vnde in hoc iſta feſtiuitas eſt minoris obſeruationis, quàm Sabbatũ, quia in Sabbato prohibebatur omne opus, in hac aũt ſolũ opus ſeruile. Addit aũt omne opus, ad opus ſeruile ciborum pa-
I rationes, & quia in die Pentecoſtes non erat prohibitum omne opus, ſed ſolum opus ſeruile, licebat parari cibos, ſicut in feſto Azimorum, in quo omnia opera vetita erãt præter ciborum parationes, vt patet Exodi 12. capite. *Legitimum ſempiternum erit:* id eſt, ipſum mandatum datum ſupra de offerendo, & de obſeruando diem Pentecoſtes, erit legitimum ſempiternum, id eſt, lex durans in æternum. Quomodo autem intelligatur, quòd iſta ſit lex durans in æternum, declaratum fuit ſupra, quando dicebatur ſimile de feſto Azimorum. *In cunctis habitaculis, & generationibus veſtris:* id eſt, iſta lex erit quamdiu durauerint generationes veſtræ, & habitacula veſtra. Non debet *In q. 12.* intelligi ſic indeterminatè, quòd quantocumque manerent Hebræi & progenies eorum, tanto tempore maneret iſta lex: quia nunc manent domus & progenies Hebræo-
K rum, tamen lex nõ manet: cum omnia cæremonialia abolita ſint: ſed intelligitur, quòd maneret iſtud præceptum, quamdiu manerent generationes Hebræorum & domus: id eſt, quamdiu maneret ſtatus Iudaicus. Nunc aũt quanquam maneant Iudæi, tamen ſtatus eorum abolitus eſt, ideo non manet lex, ſed ceſſauit tempore quo cępit habere vigorem lex noua. Vel intelligitur alio modo, ſ. in cunctis habitationibus & generationibus veſtris, i. iſta lex hẽt obligationem ſuper oẽs generationes veſtras, ita q̃ non ſit aliquis homo de genere veſtro, qui nõ obligetur ad hanc legem, vt in hac die requieſcat à laboribus, & offerat primitias de panibus nouis. Oẽs iſti ſenſus proprij ſunt, ſed prior eſt conuenientior, & omnes debent reduci ad illum.

Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ veſtræ. Hic ponitur quoddam præceptum incidentaliter de modo metendi ſegetes, ſcilicet, ne quãdo Iſraelitæ meſſuerint ſegetes,

tes,totaliter aſſumant eas,nihil relinquentes de ſpicis,vel ſtipulis,ſed quòd relinquant aliquid pro pauperibus. Et ponitur iſtud præceptum hic incidentaliter,quia ſupra in duobus feſtis dicebatur de metendis ſegetibus, & de primitiis offerendis ex illis: tetigit ergo hic qualiter ſe deberent habere in metendo ſegetes,nè nimis accuratè, & ſolicitè eas meterent,nihil relinquentes pro pauperibus.

Quare Deus moueret Iudæos ad pietatem aduenarum peregrinorum, & auium. Quæſt. XVII.

ET in hoc mouebat Deus Iſraelitas ad pietatem,quia erant duri corde, potiſſimè contra pauperes; nam etiam contra animalia bruta mouebat eos ad quandam miſericordiam,vt patet præcedēti capite,quo iuſſum fuit ne bos, vel capra, aut ouis occiderentur vna die cum fetibus ſuis. Etiam mouebat ad pietatem irrationabilium rerum Deuteronom. 22.capite,cum dixit: q. ſi inuenirentur mater & filij in nido, non tenerentur ſimul, ſed permiſſa matre abire,pulli tenerentur. In hoc autem mouet ad pietatem in reſpectu ad alios homines, quia erant pauperes inter Iſraelitas,nō habentes vnde colligerent ſpicas,ideo iuſſit,vt non accuratè colligerentur ſegetes,vt ſic aliquid remaneret colligēdum pauperibus. Iſtud præceptū poſitum fuerat ſupra 19.capite.cum dicebatur:Cum meſſueris ſegetes terræ tuæ, non tondebis vſque ad ſolum ſegetes terræ tuæ,nec remanentes ſpicas colliges,nec in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis: ſed pauperibus, & peregrinis capienda dimittes.Sic etiam Deuteronom.24.capite, inſſerat Deus, vt ſi aliquis obliuiſceretur in agro ſuo manipulos ſegetum, ne rediret pro illis,cum dicitur:quando meſſueris ſegetem in agro tuo,& oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris vt tollas eum,ſed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patieris,vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarū: ſi fruges colliges oliuarum, quicquid remanſerit in arboribus,non reuerteris,vt colligas,ſed relinques aduenæ, pupillo,& viduæ. Si vindemiaueris vineam tuam,non colliges remanentes racemos, ſed cedēt in vſus aduenæ,pupilli,& viduæ. *Non ſecabitis eam vſque ad ſolum*:i.non tolletis totaliter ſpicas & ſtipulas, ſed ſaltem relinquetis aliquid pro pauperibus. Magis tamen eſt ſenſus hic, quòd non ſecabuntur ſpicæ vſque ad ſolum.i. vſque ad extremitatem agri,quaſi dicat,quando metitur ager,nō metatur totus, ſed ſaltem maneat aliquid in extremitate eius: quoniam magis intelligitur hic de ſpicis quàm de ſtipulis. & hoc ſignificat littera Hebraica, cum ponitur iſtud idem præceptum,cum dicitur;Cū meſſueris ſegetes,non ſecabis angulū terræ tuæ.i.vt relinquatur ſaltem aliquid in extremitate agri. *Nec remanentes ſpicas colligetis.* Hoc intelligitur de ſpicis,quæ euadūt manus meſſorum,quando iam deciſæ ſunt ab agro. Etiam intelligitur de ſpicis,quæ manent ſtantes in agro,ſi contingat aliquas manere euadentes falcem meſſorum; pro neutris.n. redeundum erat. Si autem aliquis obſeruaret iſtud præceptum, Deus adaugeret omnes fructus terræ eius, ſicut habetur Deuter.24.c.cum dicitur: Non reuerteris,vt tollas eum, ſed aduenam, & pupillum auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omnibus operibus manuum tuarum, id eſt, benedicet Dominus Deus tuus tibi in omnibus operibus manuum tuarum. Si verò quiſquam in hoc nimis auarus,nollet permittere pauperibus aliquid colligendum, Deus diminueret ei ſubſtantiam ſuam, & omnes fruges terræ ſuæ, ſicut erat de decimis, quas ſi aliquis ſolueret perfectè,Deus dabat ei abundantiam frugum in terra; alioquin penuriam magnam. De hoc Malachiæ cap.3. Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum & dixiſtis: In quo reuertemur? Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixiſtis; in quo configimus te? In decimis, & in primitiis. Et in penuria vos maledicti eſtis, & me vos configitis gens tota.Inferte omnem decimam in horreum meum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus ſi non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem meam vſque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem,& non corrumpet fructum terræ veſtræ,nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes: eritis enim vos terra deſiderabilis; dicit Dominus exercituum. *Sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas.* Iſta erat cauſa propter quam ponebatur iſtud præceptum,& non ſolum hoc,immo etiam iubebatur, quòd in anno ſeptimo non colligerentur fructus terræ,ſed permitterentur pauperibus, & aduenis, & etiam beſtiis terræ, vt habetur infra 25.capite, & Exodi 23.cap. *Ego ſum Dominus Deus veſter*, id eſt,facietis hoc, quia ego,qui iubeo vobis,ſum Dominus Deus veſter.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen,dicens. Loquere filiis Iſrael. Menſe ſeptimo: prima die menſis erit vobis ſabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur ſanctum: Omne opus ſeruile non facietis in eo: & offeretis holocauſtum Domino. De Septembri.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen. Hic agitur de tertio feſto, & principali in toto anno, ſcilicet, de feſto Clangoris. Erat enim iſtud feſtum, vt clangerent in eo buccinis in Tabernaculo, & facerent ſollemnitatem magnam.

De feſto Clangoris, ac de eiuſdem cauſa. Quæſt. XVIII.

CAVSA autem huius feſtiuitatis erat: quia Deus liberauerat Iſaac à morte, cum vellet eum pater ſuus immolare, & poſuit pro eo arietem, vt habetur Geneſ.22.cap. In memoriam ergò huius, clangebant in ſynagogis ſuis, & in Tabernaculo buccinis corneis: non.n. clangebant in tubis metallinis, vt per buccinam corneam eſſet memoria arietis immolati pro Iſaac.

Conſiderandum autem quòd in iſta feſtiuitate Clangoris, quæ apud Hebræos feſtum cornu appellatur, tria accipiūtur, ſcilicet,vacatio à laboribus, & pulſatio in cornibus, & oblatio in animalibus. Quantum ad primum dicendum,quòd erat iſte dies ſollemnis,ſicut dies prima, & ſeptima Azimorum, & ſicut dies Pentecoſtes, & erat vna dies ſolum,vt apparet hic: in ea enim obſeruatio fiebat ab omni opere ſeruili.Secundum erat in clangore tubarum, & quantum ad hoc differebat iſtud feſtum ab omnibus feſtiuitatibus,quæ hic nominantur.Nam de feſtiuitate Neomeniarum aliter erat, quoniam ibi clangebatur buccinis, ſed differebat: quia quamquam in omni feſto Neomenię clangeretur tuba, erant tamen illæ tubæ metallinæ, ſcilicet, & argenteæ. Quòd autem clangeretur tunc, patet Pſalmo 80.cum dicitur: Buccinate in Neomenia tuba inſigni die ſollemnitatis veſtræ. Quòd verò in tubis argenteis clangeretur, habetur Numeri capite 10.cum dicitur: Si quando habebitis epulum, & dies feſtos, & Calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, vt ſint vobis in recordationem Dei veſtri. Et tamen ibi dicebatur de tubis argenteis, quia dictum fuerat à principio capitis. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles,quibus conuocare poſſis multitudinem, quando caſtra mouenda ſunt. Tertium erat in ſacrificiis: & in hoc erant duo feſta, ſcilicet, feſtum Clangoris, & Calendarū: cū eſſet feſtum Clangoris in prima die mēſis ſeptimi,& in omnibus principiis menſium, faciebant Iudæi feſtum Calendarum, ſiue Neomeniarum: quia prima dies menſis eſt prima dies lunationis ſecundum Iudæos,qui computant menſes per lunationes: & in his Calendis habebant ſollemnitatem magnam clāgentes buccinis, & facientes ſollemnia ſacrificia. Erat autem ſacrificium Calendarum offerre in holocauſtum vitulos de armento duos, & arietem vnū, & agnos anniculos ſeptem, & hircū pro peccato, cum libamentis ſuis. hæc ergo offerri debebāt in feſto Clangoris,vt patet Num.cap.28.& hoc nō quia erat Clangoris,ſed quia erat principiū menſis. Erāt ēt alia ſacrificia in illa die,quia erat feſtū Clangoris,ſ.q. offerretur in holocauſtum vitulus vnus,& aries vnus, & agni immaculati ſeptem cum libamentis ſuis,& hircus pro peccato. *Menſe ſeptimo,prima die menſis.* Iſte menſis erat, in quo erant plurimæ feſtiuitates,ſcilicet, feſtum Propitiationis, & Clangoris, & Tabernaculorum. Feſtiuitates mēſis ſeptimi plures.

De mo-

De modo accipiendi menſem Septembris apud Iudæos. Et quomodo aliquando haberent menſes duodecim, aliquando tredecim, in anno. Et de arte emboliſmorum ad hoc, vt apud Iudæos principium anni maneat fixum. Et de vera celebratione Paſchæ ſecundum Chriſtianos. Quæſt. XIX.

DE feſto autem Tabernaculorum dicitur, quod erat in menſe ſeptimo, qui apud nos vocamus Septẽber, eo quòd Iudæi non incipiunt menſes ſuos à Ianuario ſicut Latini, ſed à Martio. Dicitur autem prima die menſis, quia iſtud feſtum fiebat in Calendis; nec erat iſtè primus dies mẽſis ille, quem nos facimus primum diem Septembris, quia ipſi non inchoant menſes ſuos, ſicut nos, ſed per lunationes computãt: ideo in prima die lunationis principium menſis inchoant, & propter hoc principia menſium apud eos vocantur Neomeniæ, id eſt, defectus lunares, quoniam tunc luna deficit à toto lumine ſuo, cum ſit in coniunctione ad ſolem. Non poſſunt tamen Iudæi multum præuenire diem primam Septembris noſtri, immo (vt ſolet dici) non poſſunt præuenire per vnam diem integram, quia ipſi inchoant Septembrem ſuum in lunatione, quæ eſt propinquior æquinoctio Autumnali, ſcilicet, principio Libræ, & quia principium Libræ eſt in medietate menſis Septembris, vel ferè, non poteſt propinquior lunatio æquinoctio incipere ante Septembrem noſtrum: poteſt tamen incipere September Hebræorum in fine Septembris noſtri, vel circa finem: vnde aliquando faciunt ipſi feſtum Clangoris circa finem Septembris noſtri.

De inchoatione mẽſium Iudæorũ per lunationem.

Præcedentia vera ſunt, ſcilicet, quòd principium menſis ſeptimi Hebræorum non poteſt diu incipere ante principium Septembris noſtri, & tamen poteſt incipere plus quam per duos, aut tres dies. Et quòd præſupponitur quod principiũ menſis ſeptimi ſit proxima lunatio æquinoctio Autumnali, ſiue præcedens, ſiue ſubſequens, non eſt verum: ſed lunatio ſeptima computando à principio anni ſui, vbicumque euenerit, eſt principium mẽſis ſeptimi ſui. Sed illud fundamentum inſpicitur ſolum à Iudæis ad principium anni tenendum: nam oportet quòd principium anni ſui incipiat ſemper in eodem loco, ſcilicet, circa æquinoctium Vernale, quod eſt in Martio, vt ſemper Phaſe, quod erat die quartadecima menſis primi, Exodi 12. cap. fiat in tempore quo incipiunt fruges nouę, eo quòd in die ſextodecimo menſis huius, offerri debebat manipulus ſpicarum virentium. Si autem principiũ menſis primi, vel anni, poſſet variari per quantitatem duorum menſium ante vel retro, non poſſent fieri hæc duo, ſ. quòd offerretur manipulus de ſpicis adhuc virentibus, & quòd ante diem illum nemo comederet ex ſegete pultes, polentam, neque panem, vt dicitur ſupra in littera. Si ergo poſſet præcedere per duos menſes, aut vnum principiũ anni Iudæorum ad æquinoctium vernale, quod eſt in Martio, non eſſent tunc ſegetes virentes, quæ poſſent offerri, vt inde grana excuti poſſent, & in modum farris conteri in farinam, & tamen neceſſe erat hoc fieri, vt oſtenſum fuit ſupra. Ergo non debebat principium anni eorum præcedere æquinoctium vernale per vnum, aut duos menſes, quia tũc nullæ fruges adhuc eſſent in terra Iudæorum habentes grana aliqualiter matura. Si autem poſſet principium anni Iudæorũ eſſe duobus, aut tribus menſibus poſt æquinoctium vernale, iam non eſſent ſegetes virentes in agris, de quibus offerretur manipulus, immo fortaſſis nullæ ſupereſſent virides, vel aridæ, ſed eſſent omnes collectæ de agris, & oportuiſſet iam Iudæos manducaſſe de frugibus pultes, polentam, & panes. Ideo ad hoc, quòd iſta duo accideret quolibet anno in die ſextodecimo menſis primi, oportebat quod ſicut principium meſſium & maturatio quolibet anno eueniunt tempore determinato, & non præueniunt neque poſteriorantur, ita & principium anni Iudæorum ſemper inciperet determinato tempore. Hoc autem eis qui diuidũt tempora per ſolem, vel æqualitatem dierum facile eſt, quemadmodum nobis, & omnibus Latinis ante nos: nam annum ſuum à principio Ianuarij incipiebant, & nos ſic facimus, & cum ſic non antecedat, neque ſuccedat principiũ anni, ſemper & in quolibet anno eſt idem menſis, in quo nobis ſunt ſegetes ma-

F turæ, ſcilicet, Iunius: ſed eis, qui menſes ſuos, & tempora per lunam computant, difficile eſt hoc: quia luna non adæquat ſolem in motu; & ſi faciamus annum ex duodecim lunationibus, deſinit dies vndecim ad equandum annum ſolarem, & propter illos vndecim dies, quibus quolibet anno retrocedit lunæ computatio, mutatur principium anni per ſingulos annos, & hoc mutatione magna, intantum, quod ſi accideret hoc anno eſſe principiũ anni lunaris in principio Ianuarij, quando inchoat annus noſter, vſque ad decẽ & ſeptem annos eſſet principium anni lunaris die viceſimaoctaua vel quaſi, vel paulo ante menſis Iunij: nam in decem & ſeptẽ annis retroceſſiſſet computatio lunæ per centum octuagintaſeptem dies, qui faciunt ſex menſes. & quattuor dies, vel quaſi. Et hoc modo principium anni Saracenorum, & mẽſis eorum nouus

Luna nõ adæquat ſolem in motu.

G Ramadan, in quo ieiunant, voluuntur per totum annum noſtrum, vt aliquando ſit Ramadan ſuus in Ianuario noſtro, aliquando in Februario, aliquando in Aprili, vel Auguſto, aut Octobri, & in quolibet menſe anni noſtri, quia ipſi computãt annos ſuos per lunationes, nihil ad curſum illum addendo, ſicut dicit Alfraganus in principio. Si autem quis voluerit facere annum lunarem ex tredecim lunationibus, erit maior diuerſitas, & in breuiori tempore: quia cum duodecim lunationes deficiunt ab integritate anni noſtri per vndecim dies, tredecim lunationes excedent annum noſtrum per decem & nouem, aut decem & octo dies, & tunc mutabitur quaſi in duplo velocius principium anni lunaris per omnes menſes noſtros, vt addantur quolibet anno decem & nouem dies. Sed hoc accidit ordine oppoſito: nam ſi annus habeat duodecim luna-

H tiones, retrocedet per vndecim dies quolibet anno principium anni lunaris ad annum noſtrum, vt ſi incipiant nunc ſimul ambo anni prima die Ianuarij, in ſequenti incipiet annus lunaris die viceſima Decembris, & in alio anno in die nona eiuſdem, & in alio anno in die viceſima octaua Nouembris, & ſic decurtando per vndecim dies. Si autem fiant tredecim lunationes, erit ordo conuerſus: nam ſuccedet per decem & nouem dies annus lunaris ad principium anni noſtri, vt ſi nunc eſſent ſimul prima die Ianuarij principium anni noſtri & lunaris, ſequenti anno erit principiũ anni lunaris die viceſima Ianuarij; & alio anno die nona Februarij, & ita ſequeretur multo maior diuerſitas; propter quod omnes qui cõputant annos ſuos per menſes lunares, faciunt duodecim lunationes regulariter, & nõ tredecim, & ita tam Iudæi quàm Saraceni fa-

I ciunt, qui computant per mẽſes lunares, eo quòd ſic proximius ſe habent ad integritatem anni, qui conficitur ex completo motu ſolis. Eſt etenim ſol regula in temporibus, & quia ſecundũ eum fiunt quotidianæ alterationes, & diuiſiones quattuor temporũ anni, id eſt, Veris, Aeſtatis, Autumni, & Hiemis, ideo, licet ita poſſet diuidi tẽpus faciẽdo annum ex tredecim vel quattuordecim lunationibus, ſicut faciendo ex duodecim; quia tamen non tam proximo conueniret anno ſolari, & vniformitati eorum, quæ apparent in conditionibus temporis, diuiſerunt potius totum annum ex duodecim lunationibus; & hoc ſecutæ ſunt omnes gentes, quæ tenent lunares menſes: ſed hoc ſuppoſito, Saraceni, & quidã alij, qui non aſtringuntur ad faciendum principium anni eodem determinato tempore, faciũt annum ſuum ex ſolis duodecim lunatio-

Sol eſt regula in tẽporibus.

K nibus; & quia non complent annum ſolarem noſtrũ, variatur principium anni ſui per noſtrum annum; ſicut dictum eſt. Iudæi autem cõguntur ad determinatum principium anni; quoniam oportet ꝙ principium anni ſui ſit ſemper, quando ſunt virentes ſpicę, & vocatur menſis nouorum, Deuter. 16. cap. & hoc fuit, quia tali tẽpore egreſſi ſunt de Aegypto, Exodi 12. cap. & iuſſit Deus tunc, ꝙ ille menſis, quo exibant, eſſet eis ſemper primus menſis, & principium anni. eod. cap. vnde ad hoc oportuit ꝙ Hebræi aliquo modo inquirerent, per quẽ ſemper eſſet principium anni illo tempore. & ſic haberent menſes ſolares, facile erat illud, quia mẽſis Martius eſſet eis ſemper primus: & concordaret illi tẽpori, in quo egreſſi ſunt Iſraelitæ de Aegypto, & in die ſextodecimo eius in terra Chanaan ſemper ſunt ſpicæ virentes, & quaſi maturę, quę offerri poterant in manipulum, & cõteri in modum farris.

Sed Iudæi non vtuntur mẽſibus ſolaribus; ſed lunatibus; immò, & in tempore exitus eorum de Ægypto non erant menſes ſolares, quibus Latini vſi ſunt, & nos nunc vtimur, ſed erat vſus menſium lunarium: & ideo illis oportuit, ꝙ vterẽtur Iudæi, maximè, quia hoc videbatur Deus dixiſſe, vel innuiſſe in creatione rerum. ſ. quòd luminaria duo eſſent in ſigna, & tempora, dies, & annos, Gen. 1. cap. dies & anni fiunt per ſolem, tempora, id eſt, menſes, fiunt per lunam.

Ars embolismorum quid apud Iudæos.

Ad hoc ergo quòd computando menſes ſecundum lunam maneret principium anni, quaſi fixum pro determinato tempore; oportuit eſſe artem emboliſinorum, qua vtuntur Iudæi. ſ. faciunt quoſdam annos duodecim lunationum, qui vocantur communes, & alios tredecim lunationũ, & vocantur emboliſmales. i. ſuperexcreſcẽtes, quia additur ibi vnus menſis ad annos communes. Et iſta ars B eſt, vt ponantur duo anni communes, & tertius emboliſmalis, & rurſus duo communes, & tertius emboliſmalis, & aliquando poſt vnum communem; vnum emboliſmalem ponimus, & ſic non poteſt principium anni multum variari.

Nota bene ꝑ annus Iudæorum.

Vt ſi poneretur iſto anno luna prima primi menſis, quæ eſt principium anni, eueniſſe die quintadecima Martij; ſi fiat iſte annus communis. i. duodecim lunationum, detraherentur vndecim dies ab anno noſtro, & erit principium ſequentis anni die quarto Martij, & ſi ſequẽs annus eſſet communis, detractis alijs quindecim diebus, fieret principium anni in die vigeſimoſecundo Februarij; & rurſus, ſi tertius annus ſequens eſſet communis, detractis alijs vndecim diebus fieret principium anni die vndecima Februarij, & ita longe recederetur à principio annorum primo dato, ſcilicet, die quintodecimo Martij, C circa quod eſt nunc æquinoctium vernale, id eſt, introitus ſolis in Ariete, ſcilicet die vndecimo, vbi poſt duos annos communes ſequetur vnus annus emboliſmalis habẽs tredecim lunationes, & ita reditur ad principium, ſicut in exemplo dato in primo anno communi; ſcilicet, poſt emboliſmum fuit principium in quintodecimo Martij, & eſt vnus annus communis: in alio anno erit in viceſimoſecundo Februarij, & quia ſequens annus, qui eſt tertius & emboliſmalis, habebit tredecim lunationes, erit principium anni in die viceſimatertia Martij; & eſt tunc vltra æquinoctium. Poſtea ſequuntur duo anni communes, & reducent ad primam diem Martij detrahendo in quolibet dies vndecim. Et hoc modo in arte emboliſmorum nunquam ponuntur tres anni communes ſimul, ſed duo ſoli, & poſt eos tertius emboliſmalis, & aliquando poſt D vnum cõmunem ſequetur vnus emboliſmalis, & aliquãdo, quod eſt valde rarum, ponuntur duo emboliſmales ſimul. i. duo anni, quorum quilibet habeat tredecim lunationes. hoc aũt apparet clariſſimè in arte Cicli Paſchalis, qui continet quinque ciclos, & nonagintaquinque annos, vbi videtur quando debet eſſe annus communis, & quando emboliſmalis, vt oſtendit Iſidor. lib. 7. Etymol. c. de Ciclo Paſchali. Et iſtud modum ciclorum obſeruant Iudæi, vt teneant principia annorum ſuorum fixa, vel quaſi, tenendo menſes lunares. & nos ſeruamus ciclos ad inueniendum Paſcha, quia Eccleſia ſemper celebrat Paſcha in menſe primo Iudæorum, ſiue habeat annus duodecim, ſiue tredecim lunationes, & ſemper eſt Paſcha noſtrum poſt Paſcha Iudæorum. Nam Iudæi celebrant Paſcha die quartadecima menſis primi, vt patet hic, & Exodi 12. cap. E nos verò ſecundum ſtatuta Patrum in Synodo Nicena facimus ſemper Paſcha inter diem quartumdecimum lunæ & viceſimumprimum, vt ait Iſidorus lib. 7. Etymol. & ratio eſt, vt ibi redditur, vt nos non coincidamus cum Iudæis in Paſcha, & vt ſemper in Dominica die celebremus, ſed in ſeptẽ diebus ſemper eſt vna dies Dominica. nos vero aliqñ extendimus Paſcha vſque ad lunã viceſimamquartam menſis primi Iudæorum. Hoc autem videbit quis ſi aduertat, quia nos ſemper facimus Paſcha, poſt Paſcha Iudæorum: & tñ ad plus non poſſunt eſſe plures quàm decem dies poſt; ſed hoc non eſſet poſſibile, niſi aliquando faceremus annum ex duodecim, aliquando ex tredecim lunationibus. Hoc ſuppoſito, aliqualiter apparet, licet groſsè, quando Iudæi habent annum emboliſmalem. Nam quando eſt Paſcha valde altum, ſcilicet, vltra quindecim dies Aprilis, neceſſe eſt annum eſſe tredecim lunationũ: quando autem eſt Paſcha in Martio ſemper eſt annus communis, id eſt, duodecim lunationum. Sed iſta doctrina non datur generaliter ad cognoſcendum, quando eſt annus emboliſmalis, & quando communis.

Sed poteſt videri ex hac doctrina id quod principaliter petimus, ſcilicet, quando maximè recedit principium anni antecedendo introitum in arietem, & quãdo maximè ſubſequitur & tardat: nam in illo anno, quo eſt Paſcha maximè anticipatum, eſt annus communis, & maximè antecedit ad principium commune anni. quando verò eſt Paſcha tardiſſimum, eſt annus emboliſmalis, in quo maximè tardat, & elongatur principium anni à communi principio; & voco talem annum emboliſmalem, non in quo emboliſmus eſt: ſed ſequens ad emboliſmũ, quia emboliſmus præcedens facit tardare Paſcha.

Paſcha anticipatum.

Eſt autem ſecundum regulas noſtrorum ciclorum Paſcha maximè anticipatũ die vigeſimoprimo Martij, quale fuit in anno Domini milleſimo, quadringẽteſimo ſeptuageſimo octauo: & erat tunc luna prima menſis primi Iudæorum die quarta menſis noſtri Martij.

Paſcha tardiſſimum.

Paſcha autem tardiſſimum quod eſſe poteſt, eſt die vigeſimaquinta menſis Aprilis, quale fuit anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimoprimo. & tunc principium anni Iudæorum, id eſt, luna prima fuit die ſecundo Aprilis. Et ſic apparet quantum diſtet luna prima, quæ eſt principium anni Iudæorum, ab æquinoctio quod eſt die vndecimo vel duodecimo Martij. Nam luna quæ maximè anticipat, eſt circa principium Martij, & tamen intra Martium: & luna quæ maximè diſtat eſt intra Aprilem ad duos, vel tres dies eius. Et hoc modo regula illa poſita, quòd lunatio magis coniuncta æquinoctio vernali, ſit principium anni Iudæorum, eſt vera communiter, & tamen aliquando non eſt vera; vt quandocumque luna, in qua celebratur Paſcha noſtrum & Iudæorum, incipit poſt diem vigeſimumquintum Martij: nam tunc luna præcedens eſt magis coniuncta æquinoctio vernali; & nõ eſt illa principiũ anni, ſed finis. ſicut in prædicto anno Dñi milleſimo quadringenteſimo quinquageſimoprimo; cũ luna prima menſis primi eſt dies ſecũda Aprilis, & luna prima lunationis præcedentis die tertio Martij: illa. n. coniunctiſſima eſt æquinoctio vernali. ideo ita debet accipi veritas illius regulæ, quæ cõiter traditur, quæ ſemper vera eſt, niſi in quibuſdã annis ſequentibus poſt emboliſmales: quia tunc eſt luna menſis primi circa finem Martij, vel in principio Aprilis. Sed prædicta vera ſunt quantum ad lunam primam menſis primi: quia illa diſtat modo prædicto ab æquinoctio vernali. Sed quantum ad lunationes aliorum menſium, non ſit ſic, ſ. ꝙ illa ſit prima luna mẽſis ſeptimi, quæ maximè appropinquat æquinoctio autumnali, quod eſt in tertiadecima vel quartadecima Septembris: quia poſtquam luna prima inuenta fuerit, quæ eſt principium anni, nihil ſit, niſi computare vnam lunam vno menſe, & ita facimus alios menſes non reſpiciendo alias habitudines ad æquinoctium, vel introitus ſolis in aliqua ſigna. vnde ſit per oppoſitum in menſe ſeptimo Hebræorum. Nam quando lunatio, quæ eſt principium anni, incipit ante æquinoctium vernale, eſt illa propinquiſſima ad æquinoctium: quia non eſt ante initium Martij noſtri, & tamen æquinoctiũ eſt ad vndecimum vel duodecimum diem: ideo minus diſtat luna prima ab æquinoctio quam per quindecim dies. Quando aũt eſt lunatio poſt æquinoctium, poteſt eſſe luna magis diſtans ab æquinoctio principiũ anni, & hoc eſt quandocumque incipit luna poſt vigeſimumquintum diem Martij noſtri, ſicut in anno prædicto milleſimo quadringẽteſimo quinquageſimoprimo: quia luna prima primi menſis eſt ſecundo die Aprilis, & ita diſtat, quaſi per vigintitres dies ab æquinoctio. luna autem præcedens, quæ fuit pro vltimo mẽſe anni, fuit die tertio Martij. Et ita ſolum diſtat per ſeptẽ dies, vel quaſi ab æquinoctio, & non eſt ibi principium anni, licet deberet eſſe iuxta regulam prædictam, ſi eſſet vniuerſaliter vera. De menſe ſeptimo Hebræorum reſpectu menſis noſtri Septembris, & æquinoctij autumnalis, eſt per contrarium: quia quando luna, quæ eſt principium ſeptimi

menſis,

menſis, eſt poſt æquinoctium, eſt ſemper propinquior æquinoctio quàm quælibet alia. Non eſt autem ſic generaliter quando præcedit luna prima ad æquinoctium: quia quandoque eſt propinquior quã ſequens, aliquando remotior, & apparet de lunatione, quæ maximè diſtare deberet ſuccedendo, ſ. in anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimoprimo, quando luna prima primi menſis erat ſecunda die Aprilis, & erat maximè diſtans poſt æquinoctium: tunc enim luna prima, in qua incepit menſis ſeptimus, fuit die vigeſimaquinta Septembris noſtri. & ita diſtabat ab æquinoctio autumnali per vndecim vel duodecim dies: quia illud eſt quartadecima aut tredecima die menſis Septembris, & iſti non faciunt mediam lunationem. & ita illa eſt æquinoctio propinquior, quàm illa lunatio, quæ præceſſit, quæ eſt vigeſimo ſexto die mẽſis Auguſti; & ita præcedit ad æquinoctium quaſi per viginti dies. Econtrario autem quando luna prima menſis primi Iudæorum eſt ante æquinoctium vernale, quando eſt Paſcha valde anticipatum, eſt luna prima ibi magis coniuncta æquinoctio, quàm ſequens & præcedẽs, & tunc luna prima menſis ſeptimi Iudæorũ diſtabit magis ab æquinoctio autumnali, quàm lunatio ſequens, vt apparet in anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo: nam tũc erat Paſcha maximè anticipatum, ſcilicet, die vigeſimaprima Martij. Et luna prima, quæ eſt principium anni, erat die quarta Martij vel tertia, & erat coniunctio æquinoctio, quod eſt in vndecimo Martij, & illo anno prima luna menſis ſeptimi erat die vigeſima octaua Auguſti, & diſtabat ab æquinoctio, quod eſt quartadecima Septembris, per decem & ſeptem dies. Lunatio autem ſequens incipiebat die vigeſimaſexta Septembris, & erat duodecim diebus poſt æquinoctium. & ſic luna prima octaui mẽſis erat ibi magis coniũcta æquinoctio quam luna præcedentis, ſ. ſeptimi. Ex quo apparet, quod diſtantia primi menſis Iudæorum ab æquinoctio eſt ſuccedendo: diſtantia autẽ maximè ſeptimi menſis ab æquinoctio, eſt antecedendo: & tamen clarius eſt verum, quod luna prima propinquior æquinoctio autumnali eſt principium ſeptimi menſis, quàm quod luna prima propinquior æquinoctio vernali ſit principium anni, vel primi menſis Iudæorum, vt patet ex exemplis datis. Hæc autem dicta ſunt aliquantulum diligenter & accuratè, quia ſolent tam Doctores noſtri, quàm Hebræi dicere generaliter, lunam propinquiorem ad æquinoctiũ eſſe principium menſis primi & ſeptimi, quæ dicta debent temperari ſecundum hæc. nam & nos ſecundum illos ſæpè dicimus, ſed veritatem magis præciſam voluimus hic inquirere. Hæc autem introducta ſunt propter feſta, quæ accidunt in menſe ſeptimo Hebræorum, & præcipuè propter feſtum Clangoris, quod erat prima die menſis ſeptimi.

Feſtum Clangoris nunc à Iudæis quantum ad quaſdam cæremonias obſeruatur, & non quantum ad omnes & quare, & quibus buccinis clangebatur. Quæſt. XX.

ISTVD autem feſtum nunc obſeruatur à Iudæis quantum ad quaſdam cæremonias, ſed non quantũ ad omnes: ſicut erat de ceteris feſtiuitatibus. Sic enim feſtum Azimorum quantum ad celebritatem primi diei & ſeptimi obſeruatur: eodem modo obſeruabatur quantum ad Azima comedenda: nam etiam hodie comedunt Iudæi Azima per illos ſeptẽ dies: non tamen obſeruatur quantum ad oblationes primitiarum eleuãdo manipulum ſpicarum, nec etiam quantum ad ſacrificia ſollemnia, quæ fiebant in quolibet illorum ſeptem dierum.

Cauſa diuerſitatis eſt: quia cæremoniæ quędam determinabant locum, aliæ non: primæ non obſeruantur nũc apud Iudæos; ſecundæ autem obſeruantur. ſed primæ ſunt, vt ſacrificia, & omnes oblationes, quoniam iſtæ non poterant fieri extra locum ſanctum, quem elegiſſet Dominus, vt eſſet nomen eius in eo, ſ. vbi eſſet Tabernaculũ, vel Arca fœderis. ſic habetur Deuteron. 12.cap. ſcilicet, Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in eo quem elegerit Dominus, in vna tuarum vrbium offeres hoſtias. Et quia facere ſacrificia, & oblatio-

F nes primitiarum pertinet ad iſtud genus, cum iſta fierent in Sanctuario; non poſſunt nunc facere illa Iudæi: etiam ſi lex eorum haberet obligationem, ſicut ipſi exiſtimant. Alia autem cæremonialia non determinantia locum, obſeruãtur ab eis, ſicut comedere Azima, & facere dies ſollemnes ceſſando à laboribus: ideo hoc faciunt. Idem etiã in feſto Pentecoſtes obſeruant: quoniam ibi ſunt quædã cæremonialia determinantia locum, alia autem non. Prima ſunt ipſa ſacrificia in animalibus, & oblatio panum primitiarum, nam iſta fiebant coram Domino, ſcilicet, in Sanctuario, vt dictum fuit ſupra: ſed nunc Iudæi ſunt extra terram Sanctuarij, ergo non poſſunt illa obſeruare, nec obſeruarent, etiam ſi quis compelleret eos ad hoc: ſicut ſi quis compelleret eos ad comedendum ſuillas carnes, & relinquẽdo filios incircumciſos: potius enim mor-

In feſto Pentecoſtes cæremonialia duplicia erant.

G tem quamcumque ſubirent, ſi videretur ſibiipſis habere aliquem zelũ Legis, quàm iſta facerent, vt habetur 1. Machab. cap. 2. & 1. Et 2. Machab. cap. 7. de ſeptem fratribus Machabæis & matre eorum. Alia cæremonialia obſeruantur à Iudæis in feſto Pentecoſtes, ſcilicet, quòd ſit ille dies obſeruabilis ab omni opere ſeruili; & hoc faciunt; in feſto autem Tabernaculorum idem obſeruãt: nam ſacrificia nulla faciunt aut oblationes: quia extra locũ Sanctuarij fieri nequeunt; diem tamen iſtum faciunt cũ magna ſollemnitate obſeruabilem: quia hoc non concernit determinationem loci, ſicut ſacrificia. Etiam obſeruabatur in hac die ſonitus Clangoris, & hoc nõ determinabat locum: ideo Iudæi etiam hodie in feſto Clangoris clangunt buccinis corneis in ſynagoga ſua. *Erit vobis Sabbatum memoriale*. id eſt, iſta dies erit magnæ feſtiuitatis. Et

H non vocatur Sabbatum, quia ſemper in Sabbato ſit, quoniam poterat accidere in aliis diebus ſecundum varietatem annorum, potiſſimè, quia ſemper debebat eſſe in prima die Septembris: ſed dicitur Sabbatum à quiete, quia quieſcebant Iudæi ab omni opere ſeruili in die feſto. Vocatur Sabbatum memoriale, id eſt, Sabbatum ad memoriam Domini. Hoc autem non dicitur, vt aliqui volunt, quòd iſta dies eſſet tantæ obſeruationis, quòd maneret magis in memoria ſollemnitas eius, quàm aliorum feſtorum: ſed dicitur Sabbatum memoriale propter feſtũ Calendarum, & refertur ad id quod dicitur immediatè, ſcilicet, ad clangentibus tubis. Et eſt ſenſus, quòd Sabbatũ iſtud erat memoriale cũ clangerent tubis, id eſt, quòd cum clangerent concitabant Deum in memoriam ſui, ſic habetur Numeri cap. 10. cum dicitur: Si quando habe-

Sabbatũ memoriale.

I bitis epulum, & dies feſtos, & Calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & victimis, vt ſint vobis in recordationẽ Dei veſtri. Dicebatur autem Deus recordari illorum per clangorem tubarum: non quidem, quòd Deus excitetur per tubas, quia ſolum pertinent hæc ad animalia habentia vires actiuas auditiuas. Deus autem nullas tales vires habet: quia animal non eſt, ſed iſta ſunt iuxta metaphoras operationum humanarum: nam ſicut homo cum audit tubas prouocatur ad illarum ſonitũ, ita cum Deus dicetur audire tubas in feſtis Calendarum, vel Neomeniarum, videbitur recordari Iſraelitarũ, ac ſi ante non recordaretur. Deus tamen nihil magis ſic, quàm aliter recordatur, cum nulla res eſt, quæ poſſit eum facere venire in aliquam maiorem vel minorem cognitionem quàm habeat. *Clangentibus tubis*. Iſtæ tubæ debebant eſſe corneæ

K ad ſignificationẽ, quòd Deus iubebat eis obſeruare iſtud feſtum ad memoriam liberationis Iſaac, pro quo immolatus fuit aries; & ſic aliquando in Veteri Teſtamento canebatur in tubis corneis, vt habetur Pſal. 97. cũ dicitur: In tubis ductilibus, & in voce tubæ corneæ. In hac verò die videbatur clangendum vtriſque tubis. Primo autem in tubis ductilibus, ſcilicet, in tubis argenteis, quæ erant ductiles: & hoc propter feſtiuitatem Calendarũ, in qua canendum erat tubis argenteis ductilibus, vt patet Num. 10.cap. Secundò, clangendũ erat in tubis corneis ad memoriam Iſaac liberati, & arietis immolati pro eo. Aliqui autem dicunt eſſe Sabbatum memoriale iſtã diem, id eſt, quia deberent Iſraelitæ in hac die recordari de liberatione Iſaac. Sed hoc nihil eſt, quoniã tunc in quolibet horũ quinque feſtorum, de quibus hic, deberet fieri memoria alicuius beneficij, vel rei geſtæ, ex cuius cauſa introdu-

cebatur

A cebatur illud feſtum. Nullũ namque iſtorum feſtorũ eſt, quod introductum nõ ſit pp aliquod beneficium ad memoriam rei geſtæ, vt ſupra declaratum fuit: ergo deberet vocari quodlibet iſtorum feſtorũ Sabbatum memoriale, ſed propter alterum, potiſſimè, cum littera exprimat dicens: quod erit Sabbatum memoriale clãgentibus tubis, id eſt, erit cauſatiuum recordationis in clangore tubarum. *Et vocabitur ſanctum*, id eſt, iſta dies dicetur ſanctificata, vel applicata ad Dominum, ſcilicet, vt homines in illa vacent à laboribus; vt intendant contemplationi Dei. *Omne opus ſeruile non facietis in eo*, id eſt, nullum opus ſeruile per æquipollentiam: & in hoc denotatur, ꝙ ſint æquales obſeruationes iſtorum feſtorum quattuor, ſcilicet, Azimorum, & Pentecoſtes, & Clangoris, & Tabernaculorum. nam in quolibet horum iubebatur abſtinere ab operibus ſeruilibus, vt patet in littera: & conſequenter licebat in eis parare cibos. *Et offeretis holocauſtum Domino*. Quod eſt iſtud holocauſtum, nõ dicitur hic, ſed intelligendum eſt id, quod habetur Num. 29. c. ſcilicet, quòd offeretur vitulus vnus, & aries vnus, & agni anniculi ſeptem; cum libamentis ſuis, & hircus pro peccato; præter hoc etiam offerebantur ea, quæ erant de ſollemnitate Calendarum, quã ſemper erat iſtud feſtum in Calendis, de hoc patet Numer. 29. c. cum dicitur: præter holocauſtum Calendarum cum ſacrificiis ſuis. Erat autem ſacrificium Calendarum offerre duos vitulos in holocauſtum; & arietem vnum; & agnos anniculos ſeptem, cum libamentis ſuis. Offerebantur etiã ſacrificia iugia, ſ. matutinum & veſpertinum holocauſtum: iſta. n. numquam ceſſabant. Et quamquam dicatur hic, quòd deberet offerri holocauſtum, non eſt intelligendum ſolum de holocauſto: quia etiam in hac die offerendus erat vnus hircus pro peccato, vt habetur Numeri 29. cap. ſed nomine maioris ſacrificij intelliguntur minora.

Supr. c. 9. *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Decimo die menſis huius ſeptimi, dies Expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus. Affligetiſq; animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus veſter. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis: & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo ſuo. Nihil ergo operis facietis in eo: Legitimum ſempiternum erit vobis in cunctis generationibus & habitationibus veſtris. Sabbatum requietionis eſt, & affligetis animas veſtras. Die nono menſis a veſpera vſque ad veſperam celebrabitis Sabbata veſtra.*

De cõſecr. diſt. 1. cap. 1. in princ.

De feſto Propitiationis & de eius duplici nomine.

Locutuſq; eſt Dominus. Hic agitur de quarto feſto, & principali, quod erat ſemel in anno, ſcilicet, de feſto Propitiationis, quod vocabatur dies Propitiationis, & dies Expiationis. Vocabatur autem dies Expiationis quantum ad Iſraelitas, & Propitiationis quantum ad Deum ſuum. In hac die peccata dicebantur remitti, & hoc quãtum ad homines eſt expiari, quia expiatio dicit purgationem & abſterſionem macularum, peccata autem in hominibus ſordes quædam ſunt, & valde magnæ. Deus etiam remittebat peccata hominibus in hac die: & hoc propitiari erat: quia niſi Deus miſereatur noſtri, non remittet nobis peccata; & ſic iſta dies accipiebat duo nomina ex peccatorum remiſſione.

Tres cæremoniæ in die feſtiuitatis Propitiationis obſeruabantur. Quæſt. XXI.

CONSIDERANDA autem erant tria in hac die. Primum erat obſeruatio à laboribus. Secundum erat vacatio in afflictionibus. Tertiũ erat oblatio in animalibus & ceteris cæremonialibus. Quantum ad primũ, dicendum eſt de iſto feſto, quòd erat maximæ obſeruationis; maioris quidem q̃ omnia feſta prædicta præter Sabbatum; in ceteris namque dicebatur, ꝙ nõ fieret opus ſeruile in eis: de die verò propitiationis dicitur, ꝙ non fieret in eo aliquod opus; & ſic excludebantur omnia opera tam ſeruilia, quàm non ſeruilia: vnde non licebat parari cibos in hac die. De cauſa propitiationis huius dictum fuit ſupra in principio huius cap. & quidem nõ parabantur cibi: quia non comedebatur quicquam in die illa, vt patet infra. Secundum erat in hac ſollemnitate in afflictionibus, ſ. vt omnes Iſraelitæ ſe affligerent in hac die; & hoc erat, ꝙ non comederent, nec biberent per totam diem; nec aliquod gaudium acciperent; ſed orationi & labori vacarent. de hoc habetur infra, & habetur ſupra, 16. cap. Tertium erat in die hac obſeruatio in ſacrificiis, & ceteris cæremonialibus: & hoc erat quantum ad ritum expiandi. Nam accipiebantur ſacrificia pro Sacerdote, & pro populo, & duo hirci, ſuper quos mitteretur ſors, quis eſſet pro Domino, & quis in caprum emiſſariũ. & qui erat pro Domino, immolabatur, atque de ſanguine eius fundebatur ad expiandum intra Sancta Sanctorum coram Propitiatorio, & intra Tabernaculum coram Altari thymiamatum. Super caput autem emiſſarij Sa- B cerdos confitebatur peccata Iſraelitarũ, & mittebat eum in ſolitudinem. De hoc plenè ſupra 16. cap. & ideo nihil dicitur hic de illo. *Decimo die menſis huius ſeptimi.* Inchoauerat ſupra dicere Legiſlator de feſtis quæ erant in menſe Septembri, & dixerat de vno; hic autem addit de ſecundo, id eſt, de die propitiationis, qui erat in decimo die menſis ſeptimi. ſ. Septembris, cõputando dies eo modo, quo ſupra dicebatur. ſ. vt nõ dicatur decimus dies Septembris ille, qui eſt decimus apud nos, ſed ille qui eſt decimus in lunatione, ſecundum quàm Iudæi menſes cõputant. *Dies expiationum erit*. i. dies expiationis: quia vnica expiatio erat pro toto populo, quam faciebat Sacerdos Magnus, vt patet ſupra, 16. cap. Poteſt aũt vocari dies expiationum pluraliter: quia plures expiabantur: nam pro peccatis omnium Iſraelitarum expiabatur; magis tamen C propriè dicitur dies expiationis in ſingulari; quia expiatio propriè deſignat cæremoniam illam, quæ fiebat à Sacerdote Magno pro expiandis Iſraelitis. Et ideo quanquam Sacerdos multas cæremonias faceret, quia tamen ſolũ ſemel fiebat in anno, & ſemel in eadẽ die, quia erat actus continuus, dicebatur expiatio vna. *Erit celeberrimus & vocabitur ſanctus.* i. iſte dies expiationis erit in magna obſeruantia à laboribus, quod eſt eſſe celebrem, à colẽdo dictum. Vocatur autem ſanctus, inquantum Deo applicatur ad cultum, ſ. vt homines in eo vacent Deo, & non operibus ſuis. Et propriè vocatur iſte dies celeberrimus, vel celebrior: quia verè erat celebrior aliis feſtiuitatibus ſupra poſitis, cum in aliis prohiberentur ſolum opera ſeruilia, in hoc autem omne opus. *Affligetiſq; animas veſtras in eo.* Iſtud erat ſecundũ præceptum, quod obſeruabatur D in die expiationis. ſ. vt affligerent ſe omnes Iſraelitæ; & dicuntur affligere animas ſuas. i. ſeipſos: quoniam anima pro homine toto accipitur, ſicut patet Gen. 46. c. & Exodi, 1. cap. cum computantur animæ deſcendentes de femore Iacob; in quo non poſſunt accipi animæ pro animabus, ſed pro hominibus: quia animæ non deſcendunt de femore Iacob, ſed homines, cum anima non proueniant ex traduce, ſed à Deo infundantur. Vel poteſt accipi hic anima, pro vita, ſicut accipitur Ioan. 12. cap. cum dicitur: Qui amat animam ſuam, perdet eã; & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam; vbi anima nõ accipitur pro anima noſtra rationali: quia nullus hanc odiſſe debet, ſed diligere, ſed accipitur anima pro vita; ibi enim conſulit, vt vitam noſtram affligamus, vt in futuro delectemur. Dicitur autem aliquis afflige- E re vitam ſuam, cum in magnis laboribus eam agit, ita vt rationabiliter eam odiſſe poſſit. Sic habetur Exodi 1. capit. cum dicitur: Oderantq; filios Iſrael Aegyptij, & affligebant illudentes eis: atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris; omniq; famulatu, quo in terræ operibus premebantur. Sic etiam hic affligere vitam Iudæi dicebantur, cum in illa die nec biberent, nec comederent, nec quicquam ſolatij acciperent: ſed labori, & orationi vacarent. *Et offeretis holocauſtum Domino.* Non ponitur hic, quod ſit iſtud holocauſtũ. Et dicendũ eſt, ꝙ in hac die erat duplex genus ſacrificij: vnũ ſacrificium erat ad expiationem: & iſtud erat, de quo dicitur ſupra, 16. cap. ſcilicet, vnus vitulus pro Sacerdote & familia ſua; & duo hirci oblati à populo, de quorum cæremoniis in eod. cap. agitur. & iſtud officium erat pertinens ad mærorem; quia agebatur de expiatione peccato-

Expiatio quid ſit.

In die ſollemnitatis expiationis duplex erat genus ſacrificij.

peccatū totū : ideo in magna humilitate, & contritione cordis, agendum erat ; habitum quoque valde humilem habere decebat ; vnde Sacerdos Magnus mutatis veſtibus gloriæ ſuæ, aſſumebat veſtes ſolius miniſterij Sacerdotū minorum, ſ. feminalia linea, & tunicam lineam, & cidarim, & balteum, de quibus eodem capite. Alia autē erant ſacrificia, quæ pertinebant ad ſollemnitatem huius diei, & non ad lamentum, vel expiationem : & hoc erat, quod offerretur vitulus vnus, & aries vnus, atque agni anniculi ſeptem, cum libamentis ſuis ſolitis, & hircus pro peccato, vt habetur Num. 29. cap. Et ſi aliquis dicat, quòd iſta ſacrificia coincidunt. Dicendum eſt, quòd non, vt patet præallegato cap. quia dicitur, abſque his, quæ offerri pro delicto ſolent in expiationem, & holocauſtum ſempiternum, in ſacrificio & libaminibus eorum. *Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius.* Iſta eſt diuerſitas præcepti ab omnibus feſtiuitatibus præcedentibus, cū in ceteris diceretur omne opus ſeruile ; hic autem omne opus denegatur. Et ſicut ſupra dictū eſt, nihil addit omne opus, ſuper omne opus ſeruile, niſi parationes ciborum, quas facere licebat in aliis feſtiuitatibus, in hac autem non ; & cauſa huius eſt : quia in hac die non licebat quidquā comedere, aut bibere Iſraelitis, ideo fruſtra erat permittere cibos parari in die hac ; & hoc, quia Hebræi affligere ſe debebant, accipientes omnem laborem, & triſtitiam, in abſtinentia ciborum, & potuum.

In die expiationis quinque opera erant prohibita, cum affligerent animas ſuas. Et pro quibus tranſgreſſionibus pœna à Iudicibus imponebantur. & quomodo dicebatur eſſe dies quietis. *Quæſt.* XXII.

DICVNT Iudæi, quòd in hac die Propitiationis erant quinque opera prohibita. Primum erat comedere: quoniam non comedebant tota illa die vſque ad crepuſculū in apparitione aſtrorum : & ſic ad minus abſtinebant à cibo per vigintiquattuor horas, ſ. à principio noctis præcedentis, vſque ad principiū noctis ſubſequentis. Secundum opus erat bibere, & id etiam non licebat eis per totam diem, ſ. per vigintiquattuor horas. Tertium erat abſtinere ab vxoribus. Quartum erat non balneare. Quintum, nullos calceos habere. Quæ omnia Iudæi in inſtitutis ſuis habent, & ſic apud eos obſeruatur ; & ita fortaſſis apud antiquos obſeruatum fuit. Tamen an ab omnibus iſtis operibus abſtinendū eſſet ; vel ſi ab iſtis, an ab aliis ſolum ; vel à quibuſdam aliis inſuper, nō conſtat : ſatis tamen rationabiliter patet, quòd ab omnibus, in quibus delectationem experiri poterant, abſtinendum erat : quoniam iubebatur ſimpliciter, quòd affligerent animas ſuas: qui autem alicui delectationi vacat, non affligit animam ſuam. *Quia dies propitiationis eſt.* id eſt, ideo debetis abſtinere ab operibus corporalibus, & vacare afflictionibus : quia dies Propitiationis eſt ; & ſubditur cauſa in littera.

Vt propitietur vobis Dominus Deus veſter. id eſt, ideo hoc facietis : quia vultis obtinere miſericordiam à Deo. Deus namque non deſpicit orantes cū afflictione cordis, iuxta illud: Cor contritum & humiliatum non deſpicies, vt patet Pſal. 50. Etenim Deus iubet, vt homines affligantur, vt ipſe ſic miſereatur eorum, vt patet Ioelis cap. 2. cū dicitur : Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad Dominum Deum veſtrum : quia benignus & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Sicut etiam Deuteron. 30. c. cum dicitur, quòd Deus quamquā punierit Iudeos proiiciendo eos ad multas partes orbis : tamen reducet eos, ſi ad illum redierint in toto corde ſuo ; & non ſolū ad hoc proficiebat contritio animi, ſed etiam abiectio in habitu, & exterior tribulatio, ſicut patet Exodi cap. 33. vbi cum Deus vellet punire Iſraelitas pro peccato fabricationis vituli, vt aliqualiter eis compateretur, dixit : iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi : & ſequitur ibidem, quòd depoſuerunt filij Iſrael ornatum ſuum à monte Oreb. *Omnis anima, quæ afflicta non fuerit hac die, peribit de populis ſuis.* Hic ponitur pœna tranſgreſſorum, ſcilicet, quòd qui omitterent aliquam cæremoniam F iſtarum ; ſiue non affligendo ſe ; ſiue non obſeruando feſtum, perirent. Quamquam in hoc differt ; quoniam ſi aliquis tranſgrederetur cæremoniā, quæ erat in abſtinendo à delectationibus, ſiue affligendo animam, peribat de populis ſuis : non quòd Iudices poſſent eū occidere ; quoniam lex hoc non iubebat ; ſed quòd Deus occideret eum per vnum de variis generibus mortis ; quæ Deus ſæpiſſimè occulto iudicio ſuo malis infligit. Si autem tranſgreſſus fuiſſet cæremoniam, quæ erat vacare laboribus, à Iudicibus occidebatur, quamquam infra littera dicat, delebo eam de populo ſuo: ſic namque de Sabbato erat, quòd quicumque violaſſet requiem Sabbati, occideretur per hominum iudicium, & inflictionem. Sic habetur Exodi 31. & 35. capitib. & habetur exemplum huius Num. 15. cap. de eo qui colligēs ligna in Sabbato lapidatus fuit. G Maioris enim grauitatis erat violare cuſtodiā feſtiuitatis opera ſeruilia faciendo, quàm nō abſtinendo à delectationibus, vel ſe non affligendo : ideo pœna diſpar eſſe debebat. *Et quæ operis quippiam fecerit.* Hic ponitur tranſgreſſio ſecundæ cæremoniæ, ſ. violare quietem feſtiuitatis huius, faciendo aliqua opera, ſiue ſeruilia, ſiue non ſeruilia : vtroque enim modo peccabatur. ſed non erat vterque modus æqualis in peccando : vnde ſi aliquis in die Propitiationis pararet cibos, & comederet, dupliciter peccabat, infringens duplicem cæremoniā feſtiuitatis huius : ſed grauius peccabat cibos parans, etiam ſi non comederet, quā ſi cibos comederet iam paratos. hoc patet: quia parare cibos pertinebat ad violationem cæremoniæ, quæ eſt abſtinere ab omni opere: nam parare cibos ad vnū genus operis, ſ. ad opus non ſeruile pertinet : nam vt ſupra H dicebatur, omne opus prohibitum fieri in feſtiuitatibus ſeruile eſt, præter ciborum parationem, quæ pertinet ad opus nō ſeruile ; & tamen & illa prohibita erat : & tamen cibos parans in die Propitiationis peccabat : eodem modo comedens cibos iam paratos in eadem die, peccabat, quia agebat contra cæremoniam, quæ erat affligi, cum iuſſum eſſet, vt omnis anima in die illo affligeretur. Erat tamen maioris grauitatis tranſgreſſio cæremoniæ, quæ erat abſtinere à laboribus, quàm tranſgreſſio cæremoniæ, quæ eſt affligi : ideo maioris culpæ erat in die hac parare cibos, etiam ſi non comederētur, quàm cibos comedere iam paratos. Idem autem dicendum eſt de omnibus aliis operibus : quoniam omnia vetita erant, quę ſub prohibitione cadere poterant : quæ autē illa ſint, ſatis patet ex his, quæ dicta ſunt Exodi 12. cap. *Delebo eam de populo ſuo.* I Iſta punitio attribuitur Deo, ſcilicet, quòd ipſe Deus deleret animam, quæ hoc modo infringeret cuſtodiam obſeruationis diei Propitiationis. Sed non eſt intelligendum, quòd ad Deum pertineat, tāquam ipſe ſolus hoc agere debeat, & non pertineat ad Iudices: nam Iudices in hoc punirēt, quemadmodum puniebāt in violatione Sabbati ; Sed dicitur, delebo eam, quaſi dicat, ſi Iudices nō punierint, ego occidam : ſic apparet ſupra 19. cap. de illo, qui dabat de ſemine ſuo idolo Moloch. Nam mandabat Deus, quòd lapidaret eum populus : & tamen ſi populus neglexiſſet hoc, dicebat Deus, quòd ipſe poneret faciem ſuam contra hominem illum, vt deleret eum cum tota ſua progenie de terra. Et dicitur delebo eam de populo ſuo, id eſt, faciam quòd nō permaneat in populo ſuo occidendo eam : quoniā ſiue Deus per ſe occidat, ſiue Iudices hoc faciant, K ille qui peccabat, ſemper tolleretur de populo. *Nihil ergo operis facietis in eo.* Hic infert concluſionem ex præpoſitis, ſcilicet, quòd Iudæi non faciant opus aliquod in die Propitiationis : & eſt inductio ſic, ego occidam omnem hominem facientem opus in die Propitiationis, ergo vos non facietis opus, vt non occidam vos. & iſta eſt inductio per modum pœnæ, & pertinet ad timorem. Et verum quidem eſt, quòd ſi aliquis de Iudæis faceret opus in die Propitiationis, Deus deleret eum de populo ſuo: tamen non ideo deberent Iudei cauere facere opus in die Propitiationis, vt non occideret eos Deus ; ſed ideo cauere debebant, quia Deus erat, qui iubebat, & Deo in omnibus propter ſeipſum obtemperandum eſt. ipſe tamen prouocat Iudæos ad iſtam cuſtodiam per timorem; quia erat adhuc populus imperfectus : imperfectorum autem conditio eſt, vt magis timore, quàm amore moueantur.

ucantur. *Legitimum ſempiternum erit vobis*, i. hoc quòd dictum eſt de obſeruatione diei Propitiationis, ſiue quãtum ad afflictionem animarum, ſiue quantum ad vacationem à laboribus; erit vobis legitimum ſempiternum, id eſt, erit tanquam lex ſempiterna. Legitimum enim, & lex, idem ſunt; quanquam legitimum aliquando magis pertineat ad ea, quæ ſunt purè poſitiua, ſiue naturale, ſiue mixtum. Dicitur autem, ꝙ iſta lex erit ſempiterna, non ꝙ in æternum duratura eſſet, quia non durauit: nec ꝙ non ſuccederet ei aliqua alia lex, quia iam ſucceſſit: ſed quia magno tempore permanſura erat obligatio iſtius legis, ſcilicet, toto tempore, quo duraret ſtatus Iudaicus, vt ſupra magis declaratum fuit, cum dicebatur de aliis legitimis, quæ erant ſempiterna. *In cunctis generationibus & habitaculis veſtris*, id eſt, iſta lex durabit in omnibus generationibus, ſcilicet, quamdiu manſerint generationes veſtræ; & in omnibus habitaculis, id eſt, in omni domo veſtra; & hoc intelligendo quamdiu duraret ſtatus populi Iudaici: quia poſtea non dicebatur durare aliqua generatio Iudæorum, nec habitaculum, quanquam aliqui de Iudæis permanerent. Vel alio modo intelligitur, ſcilicet, quod iſta obſeruatio erit in omnibus generationibus veſtris, id eſt, omnis homo de genere veſtro, obligabitur ad hãc obſeruationem: & etiam in omnibus habitaculis veſtris, id eſt, iſta lex tenebit vbicumque vos habitaueritis. Et ponitur iſte ſenſus ad faciendum differentiam inter varias cæremonias: nam alia obligatio erat ad obſeruandum ſacrificia, & alia ad vacandum à laboribus, & affligendum animas ſuas: nam ad cæremoniam, quæ erat in ſacrificiis diei Propitiationis, non tenebantur Iudæi in generationibus, & habitaculis ſuis: quia non obligabantur ad hoc vbicumque eſſent: ideo non poterãt facere alibi, niſi in terra promiſſionis, & hoc in loco quem elegiſſet Dominus, vt eſſet ibi Tabernaculum & Arca fœderis. Ideo ſi aliquãdo eſſent extra terram promiſſionis, vt in captiuitatibus, non tenebãtur, nec poterant etiam ſi vellent, facere ſacrificia illa; dato, ꝙ tunc lex iſta haberet obligationem. Sicut cum Iudæi fuerunt in captiuitate Babylonica: quia tunc adhuc lex obligabat: tamen ibi non fecerunt ſacrificia, immò nec volebãt cantare aliquos cantus de pertinentibus ad Sanctuarium, ſicut patet Pſalmo 136. cum dicitur: Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum; & qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion; & tunc reſponderunt Iudæi; Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? quaſi dicant nullo modo id faciemus: à fortiori ergo nullo modo facerent ſacrificia in terra aliena, quæ magis determinabãt ſibi locum Sanctuarij. Tamen quamquam Iudæi eſſent extra terram promiſſionis in captiuitatibus, vel aliàs, tenebantur obſeruare iſtam feſtiuitatem, quantum ad hoc, quòd affligerent animam ſuam: quia iſtæ cæremoniæ non concernebant determinatum locum, ſed vbicumque Iudæi eſſent, obligabantur ad iſta faciendum. Vnde ſi aliquis de Iudæis iuiſſet extra terram ſuam in negociationẽ; ſiue aliàs; & eſſet ibi tempore diei Propitiationis, tenebatur obſeruare iſtas cæremonias, de vacatione à laboribus, & de affligendo animam ſuam: de ſacrificiis autem obſeruare non debebat. Et iſta differentia obſeruabatur Exodi 12. cap. vbi cum dicatur de obſeruatione cæremoniarum Agni Paſchalis, dictum fuit, quòd illæ cæremoniæ obſeruarentur in omnibus generationibus Iudæorũ: ſed non dictum fuit, quòd obſeruarentur in omnibus generationibus, & habitaculis Iudæorum, quia cæremonia Azimorum obligabat in quocunque loco: & ideo nunc in hodiernum diem obſeruatur à Iudæis: cæremonia autem de Agno Paſchali non obligabat, niſi in terra promiſſionis: quia determinabat ſibi locum Sanctuarij.

[Margin: abbatũ quid importet.]

Sabbatum requietionis eſt. i. dies Propitiationis eſt quoddã feſtum ad requieſcendũ. Vocatur autem Sabbatũ requietionis: non quòd eſſet ſemper Sabbatum, ſed quia erat dies ad quieſcendũ: omnis autem feſtiuitas Hebræorum in qua quieſcendum erat, eorum idiomate Sabbatũ dicebatur: quoniam Sabbatum generali nomine quietem notat. & tunc non accipitur hic Sabbatum pro die quietis, vel pro quiete, quoniam eſſet repetitio inutilis cum diceretur, Sabbatum requietionis, id eſt, quies requietionis: ſed cum Sabbatum ſignificet diem quietiuam, quia vna pars iſtius ſignificati additur dictioni ſignificãti iſta duo, dictio illa ſolũ ſtabit pro vno, ſcilicet, vt Sabbatum ſignificet diem ſolũ, & quies importetur per nomẽ quod ſequitur: & ſic dicetur ꝙ dies Propitiationis eſt Sabbatum requietionis. i. eſt dies ad quieſcendum; ſic dicitur de hoc nomine (cæcus) quod ſignificat carentem viſu: ſi tamen addatur ei iſta adiectio viſus; vt dicatur cęcus viſu, cęcus ſignificabit ſolum carẽtem; per illam regulam quæ ponitur in Doctrinali in cap. de conſtructione.

Aequiualens geminis dictio ſi iungitur vni:
Hanc ſolam vocat cæcum viſu eſſe carentem.

Et affligetis animas veſtras. i. quia dies Propitiationis eſt dies quietis, affligetis in eo animas veſtras; ſcilicet, abſtinendo à cibo & potu; & omnibus ſupradictis.

Sed dicet aliquis, ꝙ iſta includunt contradictionem, ſcilicet, ꝙ ſit dies quietis, & ꝙ in eo affligantur animæ; quia quies repugnat afflictioni, potiſſimè, quia ponitur hic tanquam pro cauſa vnum alterius.

Reſpondendum eſt, quòd iſta intentio litteræ, ſcilicet, quòd illa dies erat dies quietis: ideo debebant affligere Iudæi animas ſuas & dicendum, quòd quies accipitur duobus modis.

Vno modo pro delectatione, vel quocumque gaudio: & iſto modo largè loquentes dicunt aliquem quieſcere quando delectatur: & tunc verum eſt, quòd affligere animas, & quieſcere repugnant.

Alio modo accipitur quieſcere propriè. i. ceſſare à motu: & tunc dicitur quies vacatio ab operibus ſeruilibus, vel non ſeruilibus: ſiue ille qui ceſſat ab operibus, gaudeat, ſiue triſtetur; & quo ad iſtud, quies ſolum dicit priuationẽ; & hæc eſt, quæ pertinet ad dies feſtos. Ergo hoc modo intelligitur littera; ꝙ dies Propitiationis eſt Sabbatum requietionis. i. dies ad vacandum ab omnibus laboribus; & non repugnat tunc quieſcere, & affligi; immo tunc aliquis poterit vacare afflictioni, quando ceſſauerit ab operibus exterioribus: & ſic Iudæi in die Propitiationis quieſcebant: quia nihil agebant, & affligebant animas ſuas, quia non capiebant cibos illa die.

Sed adhuc quanquam per hoc pateat, quòd non repugnet eſſe Sabbatum requietionis, & affligi; tamen non patet quomodo vnum ſit cauſa alterius. Et dicẽdum eſt, quòd cauſa eſt hoc modo: quia dies propitiationis erat Sabbatum requietionis, id eſt, dies quæ eſſet ad hoc determinata, vt in ea affligerent Iudæi animas ſuas: & tunc benè ſequitur, quòd quia Sabbatum requietionis erat, id eſt, quia eſt dies ordinata ad quietem, cũ afflictione animarum, Iudæi debent affligere animas ſuas in die illa. *A die nono menſis*. Hic ponitur qualiter obſeruanda eſſet ſollemnitas diei Propitiationis; ſiue quantum ad afflictionem animarum.

An generale fuerit ad omnia feſta Hebræorum, quòd inciperent ea obſeruare ab occaſu ſolis, vſque ad occaſum, vel ſolum fiebat hoc in feſto Propitiationis. Quæſt. XXIII.

ET dicitur, quòd Iudæi debebant incipere iſtud feſtum à die nono in veſpere, vſque ad diẽ decimum in veſpere; volebat enim Deus ꝙ duraret obſeruatio feſti per vnum diem naturalem à puncto in punctum, ſcilicet, per viginti quattuor horas. Dubitare aũt potuiſſent Iudæi quãdo incipere deberet iſta obſeruatio, quia dictum fuerat ſupra, quòd feſtum Propitiationis erat in die decimo menſis ſeptimi. Dicit ergo, quòd debet inchoari à die nono in veſpere, vſque ad diem decimum in veſperum. & ſic erant vigintiquattuor horæ. Vocatur autem hic veſperum, ſolis occaſus: nam Iudæi ex eo, quòd cadit ſol ſub horizonte, incipiũt obſeruare feſtum, vſquequo iterũ cadat ſub horizontem. Et iſta eſt regula generalis obſeruandi omnia feſta, ꝙ debet incipere obſeruatio à ſolis occaſu, vſque ad ſolis occaſum: & ab hoc accepit Eccleſia modos obſeruationis feſtorum ſuorum, ſicut habetur extra, de feriis, cap. 1. & 2. cum iubentur omnes dies feſti à veſpero in veſperum cuſtodiri: quamquam Eccleſia incipiat à celebratione veſperorum vſque in ſecundas veſperas: ſed quomodocumque obſeruetur,

ſemper

ſemper accipitur dies à momento in momentum, per viginti quattuor horas. Aliqui autem Iudæi dixerunt, quòd hoc ſolum intelligebatur in obſeruatione feſti Propitiationis, in aliis autem non. Quod tenuit Aben Ezra, de quo dictum fuit Exodi, 35. cap. & ibidem improbatum fuit. Quòd autem dicitur hic, debere incipere diem Propitiationis à veſpero diei noni, vſque ad veſperū diei decimi, intelligitur quantū ad vacationem à laboribus; quia in toto hoc tēpore non licebat laborare: intelligitur etiā, quātum ad afflictionem: quia poſtquam occubuiſſet ſol, immediatè incipiebant Iudæi ſe affligere, non comedentes, nec bibentes, vnde ſi aliquis poſt occubitū ſolis in die nono menſis ſeptimi comediſſet, ita peccabat, ſicut ſi comediſſet in die decimo, qui erat dies Propitiationis. *A veſpera vſque ad veſperam.* Veſpera pro ſolis occaſu accipitur; & ſic erat tenendus vterque ſolis occaſus, & tempus intermediū obſeruandum: & ſic accipitur ſupra, quando dicitur, quòd die quartodecimo menſis primi, ad veſperam, eſt Phaſe Domini, id eſt, à ſolis occaſu debet fieri immolatio Agni Paſchalis; nam etiam ſi Iudæi dicāt, quòd hoc poterat fieri immediatè poſt meridiem, hoc falſum erat, quia Deuteron. 16. cap. dicitur, quòd fieret ad ſolis occaſum: immolabis Phaſe veſpere ad ſolis occaſum, quando egreſſus es de Ægypto. *Celebrabitis Sabbata veſtra.* id eſt, iſto modo incipietis obſeruare omnes feſtiuitates veſtras, ſcilicet, à ſolis occaſu diei præcedentis, vſque ad ſolis occaſum ipſius diei feſti. Et ſatis notatur in hoc, quòd Deus fuit locutus de cuſtodia omnium feſtiuitatum, & non diei Propitiationis ſolum, cum nominauit Sabbata in plurali.

De feriis, cap. 2. Supra eo.

Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicēs: Loquere filiis Iſrael: A quintodecimo die menſis huius ſeptimi, erunt feriæ Tabernaculorum ſeptem diebus Domino. Dies primus vocabitur celeberrimus, atque ſanctiſſimus: omne opus ſeruile non facietis in eo. Et ſeptem diebus offeretis holocauſta Domino. Dies quoque octauus erit celeberrimus atque ſanctiſſimus, & offeretis holocauſtum Domino: eſt enim cœtus atque collectæ: omne opus ſeruile non facietis in eo. Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque ſanctiſſimas, offeretiſq. in eis oblationes Domino, holocauſta & libamenta iuxta ritū vniuſcuiuſque diei: exceptis Sabbatis Domini, doniſq. veſtris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ ſpōte tribuetis Domino. A quintodecimo ergo die menſis ſeptimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ veſtræ, celebrabitis ferias Domini ſeptē diebus. Die primo & die octauo erit Sabbatum, id eſt, requies. Sumetiſq. vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſq. palmarum, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo veſtro. Celebrabitiſq. ſollemnitatem eius ſeptem diebus per annum. Legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis. Et habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus. Omnis, qui de genere eſt Iſrael, manebit in tabernaculis: vt diſcant poſteri veſtri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerem eos de terra Aegypti. Ego Dominus Deus veſter. Locutuſq. eſt Moyſes ſuper ſollemnitatibus Domini ad filios Iſrael.

Feſtū Tabernaculorum.

De feſto Tabernaculorum, ac de eiuſdē cauſa.

Et locutus eſt Dominus ad Moyſen. Hic agitur de quinto & vltimo feſto principali, ſcilicet, de feſto Tabernaculorum, quod fiebat in menſe Septembri computando ſecundum Iudæos: & incipiebat die quintodecimo durans per dies octo: nam quamquā dies vltimus, qui erat octauus, non eſſet propriè de celebritate Tabernaculorum, erat tamen dies cœtus & collectæ, de quo habetur Numeri 29. cap. & in iſto feſto Iudæi faciunt vmbracula parua ex ramis arborum, & ibi manent.

De cauſa feſtiuitatis Tabernaculorum, & de cæremoniis eius, & tria in eo conſideranda. Quæſt. XXIIII.

CAVSA autem huius feſtiuitatis eſt ad ſignificandum, quòd Iudæi ambulauerint per deſertum quadraginta annis, Deo dirigente illos; & toto hoc tempore non habitauerunt in domibus, ſed in vmbraculis, ſub arboribus; Vt ergo recordentur beneficij huius, Deus iubet, F vt faciant quolibet anno iſtud feſtum Tabernaculorum. In hoc autem feſto tria conſideranda ſunt, ſcilicet, ceſſatio laborum; & conſtructio Tabernaculorum; & oblatio ſacrificiorum. Circa primum dicendum, quòd in hoc feſto obſeruabantur dies octo: non quidem quod in omnibus illis Iudæi ceſſarent à laboribus, ſed ſolum in duobus diebus, ſcilicet, in primo, & in octauo: ſed omnes alij pertinebant ad ſollemnitatem Tabernaculorū, ſcilicet, quantum ad ſacrificia, & quantum ad māſionem in Tabernaculis, vt apparet hic, & Num. 29. cap. Secundum erat in hoc feſto, conſtructio Tabernaculorū, ſcilicet, quòd Hebræi accipiebant in die quartadecima menſis ſeptimi fructus arboris pulcherrimæ, & ſpatulas palmarū, & ramos ligni denſarum frondium; & ſalices de torrente; & colligantes iſta eleuabant in altum, & ſaltantes coram Do- G mino gaudebant: deinde faciebant Tabernacula de ramis arborum extra domos ſuas, vel in aliquo loco diſcooperto; & in illis manebant per ſeptem dies. Dies autem octauus, quamquam eſſet celebris, & ab omnibus obſeruaretur: tamen Iudæi non manebant in Tabernaculis die illo, ſed ſolum erat dies ille pro cœtu & collectis, ſcilicet, quòd colligebantur ibi pecuniæ pro ſumptibus Sanctuarij. Tertium autem quod in hac feſtiuitate erat, pertinebat ad ſacrificia: quoniam quotidie præter ſacrificia quotidiana, & ſacrificia Sabbatorum, & votorū, & quæcumque incidentia, fiebant ſacrificia ſpecialia, quę augebantur per ſingulos dies. & de quolibet eorum habetur determinatè & ſingillatim Numeri 29. cap. *A quintodecimo die menſis huius ſeptimi.* In hoc die quintodecimo incipiebat feſtum Tabernaculorū, & durabat per octo dies H cum ipſo quintodecimo. Et dicitur menſis huius ſeptimi; quoniam in iſto menſe ſeptimo erant tria feſta, ſcilicet, feſtum Propitiationis; & Clangoris; & Tabernaculorum: & iſte eſt menſis ſeptimus, nō apud nos, ſed apud Hebræos; & correſpondet Septembri noſtro: quoniam ipſi menſes à Martio incipiunt, & non à Ianuario: & adhuc non eſt iſte mēſis ſeptimus September ſemper, qui computatur ſeptimus à Martio; ſed vt in plurimum eſt October: nam cum fiat iſta feſtiuitas à die decimoquinto vſque ad vigeſimumtertium menſis eiuſdem ſeptimi, maior pars eius cadet in Octobri, quā in Septembri: ſed hoc plures putant: ſed non eſt ſic; immo vt communiter maior pars eſt in Septembri; quia ſępius incipit ante medium Septembris noſtri quā ante, vt diximus ſupra, q. 19. *Erunt feriæ Tabernaculorum.* id eſt, incipient obſeruatio- I nes feſti Tabernaculi feriæ propriæ: quia non vacabatur à laboribus in omnibus illis, ſed ſolū in primo, & in octauo; ſed vocantur feriæ largo modo: quia fiebāt in eis aliquæ cæremoniæ ſpeciales, quæ nō fiebant in aliis diebus, & hoc ſiue in ſacrificiis diuerſis; ſiue in fabricatione Tabernaculorum. Vocatur autem iſtud feſtum alio nomine Scenophegia vel Scenophagia, id eſt, comeſtio in loco publico, à Kinon quod eſt commune, & phagia quod eſt comedere; quaſi comedere in cōmuni vel in publico: quia illo tempore Iudæi faciebant Tabernacula extra domos, & ſub ramis arborum comedebant; erat autem iſte locus publicus: quia non poterant ibi occultari ſicut in domibus. *Septem diebus Domino.* id eſt, feriæ Tabernaculorum durabant per ſeptem dies, ſcilicet, quòd in iſtis ſeptē diebus manebant Tabernacula facta, & Iudæi comedebant K in illis. Sed arguet aliquis, quia infra dicitur, quòd primus dies, & octauus erūt Sabbatum, id eſt, requies in feſto Tabernaculorum: non ergo ſolum durabat feſtū Tabernaculorum per ſeptem dies, ſed per plures. Reſpondendum eſt, quòd ſolum erant ſeptem dies feriatum Tabernaculorū; & tamen vltra illos dies erat alius dies, ſcilicet, octauus, qui non pertinebat ad feſtum Tabernaculorum; ſed pertinebat ad cœtum & collectas, ſcilicet, quòd in illo vltimo die colligebantur à toto Iſrael pecuniæ ad vſum Sanctuarij: & tunc cōgregabantur omnes ad dandam hāc pecuniam: & illa dies erat propter hoc ſollemnis, vt omnes conuenirent, tamen is non erat de feſtiuitate Tabernaculorum: quia in illo die non manebant Iudæi in Tabernaculis, ſicut in præcedentibus ſeptem diebus. Rectè ergò dicitur, quod feriæ Tabernaculorū erant per ſeptem dies, quamquā totum feſtum duraret per octo dies:

dies: & hoc ſignificatur infra, cum dicitur: Celebrabitis ferias Domini ſeptē diebus; die primo & octauo erit Sabbatum, id eſt, requies; & dicitur, quòd erunt iſtæ feriæ Domino, id eſt, quòd erunt ad cultum Dei; vel quòd erunt, quia Deus mandauit illas cuſtodiri, vel ad rememorandum beneficium eius.

Numquid dum eſſent Iſraelitæ in deſerto, cuſtodierint hoc feſtum Tabernaculorum. *Quæſt. XXV.*

SED aliquis quæret hic, an dum eſſent Iſraelitæ in deſerto, cuſtodierint iſtud feſtum Tabernaculorum. Et forte aliquis reſpondebit, quòd Iudæi non obligati ſunt ad cuſtodiendum iſtud feſtum, dum erant in deſerto: ſicut non erant obligati ad cuſtodiendas ceteras cæremonias, vt probauimus ſupra in iſto cap. vtrum tamen fuerit feſtum cuſtoditum, dicent, quòd non conſtat: ſed potuit obſeruari, vel non obſeruari: nam etiā aliqua de aliis feſtis aliquando cuſtodita fuerunt in deſerto, vt patet de feſto Sabbatorum, Numeri 15. cap. patet etiam de feſto Azimorum, Numeri cap. 9. ita ergo potuit eſſe de iſto feſto, quòd aliquando obſeruaretur. Sed dicendum eſt, quòd nunquam iſtud feſtum fuit obſeruatum, dum erant Iſraelitæ in deſerto; immò nunquam potuit obſeruari: quia exiſtente figurata re, non exiſtit figura eius, quæ eſt repræſentatiua eius de præterito recolens. ſed ſic erat de omnibus feſtis: quia omnia iſta fiebant ad recordationē rerum præteritarum, præter ipſum feſtum Propitiationis, quod fiebat ad remiſſionem peccatorum; ergo nullum illorum debuit obſeruari, quando exiſtebat ipſa res, quæ ſignificabatur: ſed quando Iudæi erāt in deſerto, exiſtebat ipſum quod ſignificabatur per feſtum Tabernaculorum, ergo non poterat tunc eſſe feſtum Tabernaculorū. Patet hoc: quia Iſraelitæ habitauerunt in deſerto per quadraginta annos in Tabernaculis, & ad memoriā horum Tabernaculorum fuit poſitum illud feſtum Tabernaculorum: ſed quando erant in deſerto manebat in eis hoc, quòd eſſent in Tabernaculis, quod erat res figurata, ergo non poterant facere feſtum Tabernaculorum; & dato, quòd Iudæi debuiſſent facere in deſerto iſtud feſtū, ſemper eſſet feſtum Tabernaculorum; quoniam ſemper manerent in Tabernaculis, cum non poſſent habitare in aliqua domo; nullo ergo modo potuit iſtud feſtum Tabernaculorum obſeruari à Iudæis in deſerto. *Dies primus vocabitur celeberrimus, atque ſanctiſſimus.* Erant enim in iſto feſto vt ſupra dictum fuit, ſeptem dies, in quibus Iudæi manebant in Tabernaculis: & in iſtis ſolū erat vnus dies celeber, in quo ceſſaretur à laboribus, ſ. dies primus; alij autem erant dies non vacatiui: ſed alius dies poſt feſtum Tabernaculorū, qui erat dies octauus, aliquo modo pertinebat ad feſtum Tabernaculorū, & computabatur cum illo; & iſte erat dies ſollemnis ſicut primus. Quando autē dicitur hic, ꝙ dies primus erit celeberrimus, intelligitur reſpectu ſex dierum ſequentium: quia in nullo illorum vacabatur à laboribus, in primo tamen ceſſabatur ab omni opere ſeruili. Et non accipitur hic celeberrimus, ſuperlatiuè; quoniam tunc iſte dies eſſet celebrior omnibus diebus pertinentibus ad illam feſtiuitatem, & ſolus iſte eſſet celeberrimus: quia quod per excellentiam dicitur, vni ſoli conuenit. falſum tamen id eſt, quia immediatè dicitur de feſto octaui diei, quòd ille erat dies celeberrimus: & ſic tam primus quàm octauus dies celeberrimi erāt. Vnde accipitur hic neceſſariò ſuperlatiuus abſolutè, vt dicatur dies celeberrimus, id eſt, multum celeber: dicūtur autem dies iſti celeberrimi, & ſanctiſſimi, quod idem ſignat; Sed celeberrimi dicuntur, inquantum in eis ceſſatur à laboribus; ſanctiſſimi autem dicuntur, inquantum applicantur ad cultum Dei, ſcilicet, quòd ideo ſtatuti ſunt, vt Deus ab hominibus ſpecialiter in illis colatur. *Omne opus ſeruile non facietis in eo.* Hic declaratur ſollēnitas diei iſtius primi, ſ. quòd non fieret aliqua operatio ſeruilis in illo, de quo iam declaratum fuit quid ſint opera ſeruilia; vnde in iſto die primo Tabernaculorum, non erant licita aliqua opera, niſi paratio ciborum, quæ non vocatur opus ſeruile, vt fuit declaratū Exodi 12. cap. *Et ſeptem diebus offeretis holocauſta Domino.* Hic ponitur

An dies primus et octauus eſſent æqualiter celebres.

A differentia diei primi ab aliis diebus ſequentibus. Nam diximus de die primo, quòd non fiebat in illo aliquod opus ſeruile: non apparet autem de aliis diebus ſequentibus, quomodo eſſent feſta, niſi poneretur aliquid, per quod diſtinguerentur à die primo, & ab aliis diebus, qui non erant feſti; & dicitur quòd in ſeptem diebus offeretur holocauſtum, ſcilicet, quod ſolum feſtiuitas conſiſtit in omnibus diebus, præter primum in oblatione holocauſtorum, quaſi dicat quòd non erat aliquid in aliis diebus pertinens ad feſtiuitates; niſi oblatio holocauſtorum. Et non eſt intelligendum quòd dies ſequentes differrent à primo per oblationem holocauſtorum; quia ſicut in ſequentibus offerebantur holocauſta, ita & in primo, vt apparet Numeri 29. cap. vbi ponitur ſpeciale ſacrificium pro quolibet iſtorum dierum. Etiam patet hic, quia di-

B citur, & ſeptem diebus offeretis holocauſta; ſi autē computetur dies primus, non manēt ſeptem dies de feſto Tabernaculorū ſed ſoli ſex: ergo oportet intelligere de primo die, & de ſequentibus; erat enim hoc commune primo diei, & aliis, quòd offerrentur in eis ſacrificia: & præter hoc dies primus habebat, quòd eſſet celeberrimus: dies autem ſequentes Tabernaculorum, non erant celebres. Et dicitur quòd offerrentur holocauſta; quod non intelligitur de holocauſto iugi, ſcilicet, de matutino & veſpertino: quia iſta erant permanentia; nec poterant aliquo modo mutari ex aliqua cauſa, vt patet ſup. 6. cap. & 9. & Numeri 29. cap. Nec etiam intelligitur de holocauſtis votiuis, quæ aliquis daret ex voto, vel ſponte: ſed ſolum de holocauſtis, quæ pertinebant ſpecialiter ad illud feſtum: patet infra cū dicitur, offeretiſq. in eis obla-

C tiones Domino holocauſta, & libamenta, iuxta ritum vniuſcuiuſque diei, exceptis Sabbatis Domini, doniſq. veſtris, & quæ offertis ex voto, vel ſponte tribuitis: ſacrificia autem quę erant pertinentia ad iſtud feſtum, non ponuntur hic, ſed habentur in catalogo ſacrificiorum, Numeri 29. cap. vbi de quolibet iſtorum feſtorum per ſe agitur. Et cum dicitur hic, quod offerrent holocauſta quolibet horum dierum, non eſt ſenſus quod ſolum offerrentur holocauſta, ſed etiam offerebantur ſacrificia pro peccato, vt patet Numeri 29. capite. nam in quolibet horum dierum iubebatur offerri vnus hircus pro peccato; fit tamen mentio de holocauſto ſolum: quia nomine illius intelligitur ſacrificium pro peccato: & hoc, quia holocauſtum erat principalius in duobus: Primò, quia eſt magis directè in Deum; Secundò, quia in holocauſto offere-

D bantur multa animalia quolibet iſtorum dierum: ſed nō offerebantur pro peccato multa, ſed vnus hircus ſolum, vt apparet in præallegato 29. capite. Alio modo dici poteſt, vt accipiantur hic holocauſta generaliter pro ſacrificiis: & eſt ſenſus, quòd fiant holocauſta in diebus illis, id eſt, ſacrificia. *Dies quoque octauus erit celeberrimus, atque ſanctiſſimus.* Iſte dies non erat de feriis Tabernaculorum; nec habitabant Iudæi illo die in Tabernaculis; ſed ſolum in præcedentibus ſeptem diebus. Dicebatur tamen iſta dies feſtiua pertinere ad Tabernacula; quia expleto feſto Tabernaculorum congregabantur Iudæi in hac die: & ſic non pertinebat iſte ad ferias Tabernaculorum: dicitur autem dies iſte octauus celeberrimus, & ſanctiſſimus, eo modo, quo dicebatur ſupra de prima die, quia ab omnibus operationibus ſeruilibus vacabatur

E in eo. *Et offeretis holocauſtum Domino.* id eſt, etiam in hac die octaua offeretis holocauſtum, ſicut in præcedentibus ſeptem diebus. Hoc dicitur, quia cum iſte dies octauus non pertineret ad feſtum Tabernaculorum, dubitaret aliquis an in eo deberent fieri aliqua ſacrificia; Quæ autem ſint holocauſta quæ hic fieri debebant, habentur Numeri 29. cap. *Eſt enim cœtus atque collecta.* id eſt, in die iſta erat congregatio populi: nam Sanctuarium habebat magnos ſumptus in ſacrificiis quæ fiebant: & tamen non habebat aliquos redditus, ſicut nunc habent eccleſię noſtræ: ſed fiebat collectio pecuniarum ex populo ad ſumptus.

An Sanctuarium haberet aliquos redditus, vel omnia iura pertinerent ad Sacerdotes; & quòd Deus noluit ponere ſimul redditus pro Sanctuario & Sacerdotibus, ne populus grauaretur. Quaſt. XXVI.

QVOD autem non haberet Sanctuariũ aliquos redditus, apparet: quia de his quæ vouebantur, nihil pertinebat ad Sanctuarium, ſed omnia ad Sacerdotes; etiam redemptiones primogenitorũ;& dona,& primitiæ,& decimæ ad Sacerdotes pertinebant,& Leuitas.& generaliter quidquid Dño conſecrabatur, pertinebat ad Sacerdotes, vt hr̃ Num.18.c. nihil ergo manebat pro Sanctuario. Sed dr̃ quod omnia quæ in Sanctuario conſummabantur,accipiebantur de eleemoſynis populi, erãt autem ſumptus Tabernaculi ſatis magni: quia quolibet die fiebant holocauſta matutina, & veſpertina: & in feſtiuitatibus fiebant multa ſacrificia, quæ habentur Numer.28.& 29.capp. Ad hæc ergo facienda, non erat aliquis redditus, niſi populus contribueret in eleemoſynam. Cauſa huius erat: quia omnia alia quæ cedebant Deo,quomodocunque cederent, tranſibant in ius Sacerdotum & Leuitarum; & ſi de eis aliquid dari debuiſſet Sanctuario neceſſario eueniebat vt non ſufficeret Leuitis & Sacerdotibus. Oportebat ergo quòd vel deficeret miniſtris Sanctuarij redditus conueniens, vel Sanctuario, aut vt imponerentur multa iura ſuper populum.Sed non conueniebat imponi multa iura populo: quia nimis grauaretur,& recuſaret illa ſuſcipere; cõuenĩetius ergo fuit, vt relinqueretur aliquid ſine redditibus, ſcilicet, vel ipſi Sacerdotes vel Leuitæ,aut Sanctuariũ,& hoc quòd deficiebat in redditibus,daret populus in eleemoſynis. Multum namque differt, quòd populo imponerẽtur iura neceſſario ſoluenda, vel permitteretur in eorum libertate, vt hoc conferrent per eleemoſynas;facilius enim inclinaretur populus ad dandum hoc in eleemoſynis, quàm ad ſoluendum in iuribus impoſitis:& quoniam ſi Leuitæ vel Sacerdotes carerent redditibus,non inclinaretur populus ita facilè ad dandum illis eleemoſynam:quia hoc tranſibat in cibos,& neceſſitates eorum,ſicut ad dandum eleemoſynam Sanctuario ſi non haberet redditus: quoniam illud tranſibat ad ius Dei ſpecialiter. Conuenientius ergo fuit,vt relinqueretur Sanctuarium ſine redditibus,aſſignatis omnibus iuribus, & prouentibus Sacerdotibus, & Leuitis,quàm quod econtrario fieret. & tunc vt haberet Sanctuarium, vnde fierent ſacrificia, petebatur à populo in eleemoſynam,vt daret pro ſacrificiis: & hoc fiebat in die octaua feſtiuitatis Tabernaculorum: nam tũc omnis populus erat rediturus in terram ſuam:nam in feſto Tabernaculorum aſcendebant omnes Iſraelitæ in locum Sanctuarij, ſicut habetur Exodi 33.& 34.capp.& quia non erant redituri iterum in Sanctuarium vſque ad feſtum Azimorum, quod erat ab eo tempore vſque in quinque menſes,ſ.in primo menſe anni,petebatur ab eis eleemoſina ad ſumptus Sanctuarij: & in iſta die octaua congregabantur omnes ad dandum eleemoſynam.

Vocatur autem dies iſta Cetus & Collectæ,id eſt,congregatio populi, & ſolutio pecuniæ. Cætus enim dicitur, id eſt, turba: quia tota populi turba congregabatur in die illa ad dandum eleemoſynam:& vocabantur Collectæ à colligendo: quia de turba congregata colligebatur pecunia.

Aliqui autem dicunt, quod iſta collectio pecuniarum fiebat de votis,& ſpõtaneis donationibus:& propter hoc dicunt, quòd cum Moyſes Numeri 29.cap.egiſſet de ſacrificiis, immediatè in 30.cap.ſubiunctum fuit de votis quomodo ſoluantur. Sed hoc falſum eſt: quoniam vota non pertinebant ad Sanctuarium,ſed ad Sacerdotes, vt habetur Num.18.cap.cum dicitur:Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael,tuum erit.ſolum ergo colligebantur hic pecuniæ de ſpontè oblatis,& non de votis.

De quattuor generibus redituum quæ habebat Sanctuarium. Quaſt. XXVII.

SED quantum ad hoc quod dicitur, Sanctuariũ illos redditus habere,intelligẽdum eſt de his, quæ offerebantur, & pertinebant ad Sacerdotes: nam omne quod

F illis offerebatur,licet diceretur Deo oblatum, ſicut patet Num.5.cap.Quidquid in ſanctuario offertur, & traditur manibus ſacerdotis,ipſius erit;Habebat tamen Sanctuarium aliquos redditus licet eſſent pauci, & non multum certi.

Primum erat in votis, quæ fiebant ad vſus Sanctuarij. Sed contra hoc dictum eſt ſupra, vt habetur Num.18.c. quòd pertinerent omnia vota ad iura ſacerdotum; quia dicitur: Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael,tuũ erit,id eſt,ſacerdotum: quia ibi loquitur Deus ad Aaron: & exponuntur ibi omnia iura ſacerdotum.

Dicendum quòd votorum quædam fiebant cum determinatione,alia ſine illa. Si quis enim ſine determinatione voueret; vt dicendo,voueo hoc Deo, nihil vltra addens,illud pertinebat ad ſacerdotes: quia licet Deo illud

G competeret, quia ei vouebatur, ipſe tamen dederat hoc ſacerdotibus pro miniſterio, quo ei ſeruiebãt, Num.18.c. ideo pertinebant ad illos tanquam conceſſa eis pro mercede laboris.Si autem votum fieret cum determinatione finis, vel vſus, ad quem res eſſet, ſeruabatur illud: quia non transferebatur plus iuris in voto, quãtum ad rem illam,quàm votiens voluiſſet. Vnde ſi diceret, ego voueo hoc,vt cedat in vſus Sanctuarij, & non in aliquid aliud, cedebat in vſus Sanctuarij, & non habebant illud ſacerdotes. & patet hoc: quia ſi per ſpontaneam oblationem eleemoſynæ poterãt dare aliquid,quod pertineret ad ſolum Sanctuariũ Iſraelitæ,potuiſſent à fortiori illud facere per votum expreſſum: & tamen de eleemoſyna manifeſtum eſt,lib.4.Reg.12.cap.ergo per votum idem poterant.Secundũ ius vel redditus Sanctuarij erat in pecuniis

H datis ab his,qui tranſibant ad numerum. Nam quandocumque numeraretur populus Iſrael, ad hoc, quod non eſſet in eis plaga, debebat quilibet dare dimidium ſiclũ, ſiue diues,ſiue pauper eſſet:& omnis qui tranſibat ad numerum,i.qui pertingebat ad annum vigeſimũ,dabat dimidiũ ſiclum: & iſta pecunia tota pertinebat ad vſus ſolius Sanctuarij Exodi 30.c.Tertius redditus erat in ſpontaneis oblationibus, quæ potius vocantur eleemoſynæ quam redditus. Nam fiebat quædam Arca in Sãctuario, quæ vocabatur Gazophilacium, quæ erat deſuper foramen habens, per quod mittebatur pecunia ab his, qui ſponte offerre volebant,lib.4. Reg.12.& Luc.21.c.& de hac pecunia nihil petebãt Sacerdotes pro ſe habere: ſed tota erat pro neceſſitatibus Sãctuarij.i.ad fabricationes, & reparationes. Et hoc dicitur lib.4.Reg.c.12.& 2.Pa-

I ral.24.c. vbi ponitur de his duobus, ſ.omnem pecuniam ſanctorum, quæ illata fuit in templũ à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ; & quam ſponte arbitrio cordis ſui inferunt in templũ Domini, accipiãt illam ſacerdotes iuxta ordinem ſuũ,& inſtaurent ſarta tecta templi;ſi quid neceſſarium fuerit in inſtaurationem.Quartus redditus erat in pecunia quæ colligebatur: & iſta differt à præcedenti: quia quædam pecunia ſponte offerebatur ab Iſraelitis nullo petente, & mittebatur in gazophylacium;alia autem erat quæ petebatur;primam offerebant Iſraelitæ quando veniebãt in templũ:nam raro veniebãt, quin aliquid offerrent: eo quòd Deus dixerat non apparebis vacuus in conſpectu meo Exodi 23.cap.ideo quandocumque aliquis iret ad templũ ſemper videbat aliquos mittentes munera in gazophylaciũ;ſicut de Chriſto legi-

K tur Luc.21.c.ꝙ ſemel reſpiciebat eos, qui mittebant munera in gazophylacium: & vidit ibi viduã pauperculam mittentem duo æra minuta; & illius oblationẽ laudauit. Alia aũt erat pecunia ex eleemoſynis,quæ colligebantur, & iſtæ petebãtur: quia licet nemo cogeretur ad dandum quid;petebatur tamen ab omnibus,vt aliquid ſponte darent.& hoc fiebat ſemel in quolibet anno,ſ.in die octauo Tabernaculorum,quæ vocabatur Cætus & Collectæ, vt patet in littera,ſ.quòd cõgregabatur tota multitudo,quæ venerat ad feſtum, & ab ea colligebatur pecunia, quam ipſa ſponte vellet dare. Et ſciendum,ꝙ licet non teneretur aliquis ad dandum certum quid tunc; nec etiam ad dandum aliquid totali neceſſitate,vel coactione: erat tamen mandatum ad aliquid dandum, quidquid illud eſſet: licet aliqui putent non fuiſſe mandatum,ſed admonitionem Deuter.16.cap. Tribus vicibus per annum ap-

parebit

parebit omne maſculinum tuũ in conſpectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit: in ſollemnitate Azimorum, in ſollemnitate hebdomadarum, & in ſollemnitate Tabernaculorum. Non apparebis ante Dominum vacuus: ſed offeret vnuſquiſque ſecundum quod habuerit, iuxta benedictionem Domini Dei ſui, quam dederit ei. Iſti quattuor modi erãt de redditibus Sãctuarij, ſed aliquando dicimus, nullos redditus habere Sanctuarium: quia quaſi nullos habebat; quia non ſunt propriè redditus niſi in ſecundo modo: quia illi dabantur ex neceſſitate. oẽs iſtæ pecuniæ proderant ad vſus Sãctuarij, id eſt, ad varias neceſſitates eius, vt ad reficiendum ea quę corruerant; vel ſi quid de nouo opus erat: etiam ad faciendũ vaſa aurea, & argentea, & veſtes; & quicquid erat ad miniſtrationẽ; & inſuper ad faciẽda quotidiana ſacrificia, & feſtorum, cum libamentis ſuis. Nam omnia ſacrificia ordinaria expenſis Sanctuarij fiebant: ſed de varia diſtinctione harũ pecuniarum dicetur lib. 4. Reg. 12. & 2. Paralip. 24. cap. & an alij redditus eſſent in Sanctuario, tangetur in ſeq. c. q. 2. *Omne opus ſeruile non facietis in eo*. Hoc refertur ad diem octauum, qui erat extra feſtiuitatem Tabernaculorum. nam in eo ab omni opere ceſſabatur, ſicut in die primo Tabernaculorum. *Hæ ſunt feriæ Domini*. Hic ponitur recapitulatio ſupradictorum: nam fuit ſupra dictum de omnibus feſtis, quæ Deus impoſuerat Iudæis, & præter hæc non manebant aliqua; ideo concluditur de eis ꝙ hæ ſunt feriæ Domini, id eſt, iſtæ quæ ſupra poſitæ ſunt, ſolũ ſunt feriæ Domini. *Quas vocabitis ceteis celeberrimas, & ſanctiſſimas*. Non accipitur hic celeberrimum, & ſanctiſſimum ſicut ſupra accipiebatur: quia ibi dicebantur dies celeberrimi illi, qui erant vacatiui, ſicut dicebatur de duobus diebus Azimorum, & de omnibus Sabbatis, & ſimilibus diebus, de quibus ſupra dictum fuit. Alij autem dies feſtiui nõ erant celebres, ſicut quinque dies feſti Azimorum, & ſex dies feſti Tabernaculorum. Sed vocantur hic feriæ celeberrimæ, & ſanctiſſimæ largè, inquantũ diſtinguuntur ab aliis diebus per quaſdam cæremonias ſacrificiorum, etiam ſi non ſunt magis obſeruabiles, quam alij dies profeſti. *Offeretiſq. in eis oblationes Domino*. id eſt, omnes iſtæ feſtiuitates, de quibus, ſupra dictum fuit, habent ſpeciales oblationes, quæ debẽt fieri in illis, iſtæ ſunt autem, quæ enarrantur Num. 28. & 29. capit. vbi eſt catalogus ſacrificiorum; & partim ponuntur in capite iſto, & ſupra, 16. c. & ponitur hoc de oblationibus: quia generale erat, quod in omnibus feſtis diebus eſſent plures oblationes ſacrificiorum, quã in aliis diebus: Nam in diebus profeſtis, ſolum offerebantur ſacrificia holocauſtorũ matutinorum, & veſpertinorum regulariter: in feſtis autem diebus, præter iſtas oblationes, erant aliæ ſpeciales, de quibus habetur in catalogo ſacrificiorum Numeri 28. & 29. capit. *Holocauſta & libamenta*. Dicitur quòd offerrentur holocauſta, quia aliqui dies erant, ad quos magis pertinebat oblatio ſacrificiorum pro peccato, quã holocauſtorũ, ſicut erat dies Propitiationis, cuius ritus fundabatur ſuper remiſſionem peccatorũ: ideo ſacrificia pro peccato fieri debebant magis, quam alia ſacrificia; ſed quia holocauſta plura erãt, & principaliora in omnibus feſtis, vt communiter; ideo magis agitur de eis. Vel vocantur holocauſta omnia ſacrificia, vt ſupra dictum eſt. *Et libamenta*. Hoc dicitur, quia nunquam fiebat ſacrificium holocauſti, aut victimæ pacificæ, ſiue vouendo, ſiue ſpontaneè faciendo, ſine libamento, vt ſupra Num. 15. cap. erãt autem libamenta in pane, vino, oleo, ture, & ſale, vt ſupra declaratum fuit, & iſta libamenta diuerſimodè ponebantur, ſecundum ꝙ ſacrificia erant diuerſa, de quibus datur regula Numeri cap. 15. qualiter in vnoquoque faciendum eſſet, & quando agitur de ſacrificiis in ſpeciali, ponitur libamentum cuiuſlibet illorũ, ſicut habetur Numeri 28. & 29. capp. *Iuxta ritum vniuſcuiuſque diei*. Hoc refertur ad holocauſta, & oblationes de quibus, ſupra, ſ. ꝙ in diuerſis diebus eſſent iſtæ oblationes diuerſæ. Nam cum diceretur, ſup. ꝙ deberent fieri in feſtis oblationes, & holocauſta, exiſtimaret aliquis, quòd illa deberent eſſe ſimilia in omnibus diebus feſtis; dicitur ergo, ꝙ illa erãt varia, iuxta varietatem rituum cuiuſlibet diei: nam alios ritus expoſcebant feſtum Azimorum, & alios feſtũ Pen-

In quinque erat libamentum.

A tecoſtes, & ſic de die Propitiationis, & ceteris: ritus aũt iſtorum quantũ ad ſacrificia, ſpecialiter determinati fuerunt Numeri 28. & 29. capp. quamquam de feſto Propitiationis magis habeatur ſup. 16. cap. & aliquid etiã ponatur hic de ritibus quantum ad oblationes primitiarũ, quæ fiebant in feſto Azimorum, & in feſto Pentecoſtes, iſtæ tamen poſſunt etiam vocari hic oblationes, cum ſup. dicebatur, ꝙ in diebus feſtiuis fierent oblationes, & holocauſta; oblationes autem non directè vocantur ſacrificia de animalibus, ſed magis aliqua alia. *Exceptis Sabbatis Domini*. id eſt, ab iſtis ſacrificiis, quæ fieri debebant in ſollemnitatibus, de quibus hic, excipiebantur ſacrificia, quæ fiebant in Sabbatis, ſ. ſi accidiſſet aliquod iſtorũ feſtorum in die Sabbati. Nam debebant computari ſacrificia illius diei feſti cum ſacrificiis Sabbati, vt verbi gratia;
B In prima die feſtiuitatis Azimorũ, & in qualibet alia de ſex ſequentibus, offerebantur duo vituli, & vnus aries, & ſeptem agni anniculi in holocauſtum, & vnus hircus pro peccato, in die autem Sabbati offerebãtur quattuor agni anniculi, ſ. duo in holocauſtum matutinum, & duo in holocauſtum veſpertinum; ſed iſti quattuor non computabantur tanquam pars illorum agnorum ſeptem, qui offerebantur in qualibet die Azimorũ, de quo Num. 28. cap. ſed erant offerendi quattuor agni anniculi pro Sabbato, & ſeptem pro illa die Azimorum. Idem etiam dicẽdum eſt de omnibus aliis feſtiuitatibus, ſi acciderẽt in Sabbato, quoniam nõ computabatur ſacrificium Sabbati cum ſacrificiis illorum dierum. *Doniſq. veſtris*. id eſt, etiã debebãt excipi dona ab iſtis feſtiuitatibus, ſ. quod ſi aliquis donaret aliquod animal ad offerendum in aliquo die fe-
C ſti, non computabatur illud tanquam vnum de illis, quæ debebant offerri propter diem feſtum. Idem etiam intelligendum eſt de animalibus primogenitis, quæ dabantur Domino, quorum carnes cedebant iuri Sacerdotum, ſolis adipibus, & ſanguine Deo datis: nam etiã ſi in aliquo die feſto multa de iſtis offerrentur, non debebat ceſſare numerus ſtatutus ſacrificiorum, determinatus ad illum diem, iuxta exemplum ſupra poſitum, ſ. in qualibet die Azimorum offerebantur duo vituli, & vnus aries, & ſeptem agni anniculi in holocauſtum, & vnus hircus pro peccato. Si igitur in aliqua die illorum aliquis daret totidem animalia ex dono, vel ex ſolutione primogenitorũ, aut ex voto, nõ propter hoc ceſſabat oblatio illorum animalium determinatorum ad illum diem. *Et quæ offertis ex voto*. Etiam dicit quod ſacrificia quæ offerebantur ex
D voto, debebant detrahi de oblationibus diei illius feſtiuitatis, in quo offerebantur, hoc enim intelligitur de animalibus quæ aliquis vouebat offerre: nam illa debebant offerri Domino, & non diminuebant numerum aliarum oblationum.

Animal dupliciter Domino voueri poterat, & de modis diuerſis vouendi. Quæſt. XXVIII.

PRo quo ſciendum, quòd animal poterat voueri Domino dupliciter. Vno modo ſimpliciter dicendo, ego voueo Domino vnam capram, vel vnum hircum, nihil vltra exprimendo; aut poterat voueri cum determinatione, ſ. ego voueo vnum arietẽ Domino ad immolandum in holocauſtum, vel in victimas pacificas. Si autem
E primo modo accipiatur, dicendũ eſt, ꝙ illa vota non pertinebant ad Dominũ, ſed ad Sacerdotes, ſicut patet Numeri 18. cap. cum dicitur, quicquid ex voto reddiderint filij Iſrael, tuum erit. Alio modo accipiendo votum animalis, cum determinatione, dicendum eſt, ꝙ debebat offerri animal, & nõ pertinebat ad Sacerdotes: nam ſi aliquis vouiſſet facere holocauſtũ de aliquo animali, tenebatur facere illud, & tunc illud animal non erat Sacerdotis, ſed cremabatur coram Domino. Si autem vouiſſet facere victimã pacificam de aliquo animali, tenebatur illã facere, & tunc pariter nõ pertinebat illud animal ad Sacerdotes, quia ſolũ habebant inde pectuſculum, & armũ, ex lege communi aliorum ſacrificiorum pacificorũ. Illud ergo quod habetur Numeri 18. cap. Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael, tuum erit: ſolum debet intelligi neceſſariò de oblatione votiua primo modo dicta, ſ. cum

aliquis diceret: ego voueo Domino vnam capram, vel vnum arietem, nihil magis exprimendo, & ſicut in decimis, & primitiis animalia ſuſcepta non immolabantur, ſed tranſibant viuentia in ius Leuitarū, & deinde decima decimæ, in ius Sacerdotis Magni, ita in iſtis eſt intelligēdum, quòd non deberent immolari, ſed accipi viuentia. Quando autem dicitur hic, quòd etiam vota excipi debebant, intelligendum eſt de votis acceptis ſecundo modo. Nam vota accipiendo primo modo, non poterant impedire ſacrifica feſtorum; cum non offerrentur ipſa animalia ad immolandum, ſed vt tranſirent viuentia in ius Sacerdotum, ſed intelligitur de votis ſecundo modo: quia ibi animalia dabantur Dominó, & immolabantur, atque ſic impedirēt immolationes feſtorum, niſi Deus iſtam legem poſuiſſet. *Vel quæ ſponte tribuitis Domino*, id eſt, etiam debebant adimi ex ſacrificiis feſtiuitatum illa, quæ dabantur ſpontè, vt ſi aliquis ſpontè obtuliſſet quodcumque ſacrificium, non propter hoc tollebatur aliquod de ſacrificiis, quod fieri deberet aliàs. Et ſciendum quòd hoc intelligitur de ſacrificiis eiuſdem generis; Vt ſi in aliqua die iuberentur offerri ſeptem agni anniculi in holocauſtum: ſi tunc aliquis offerret, totidem agnos anniculos in victimas pacificas, non erat dubium, quòd iſte non excluderet ſacrificia holocauſtorum illius diei, quoniam ipſe non obtulit holocauſta, vel victimas pacificas. Si autem obtuliſſet aliquis ſeptem agnos anniculos in holocauſtum, eſſet dubium, an tunc impedirentur feſtiuitatis holocauſta. Item ſciendum eſt, quòd intelligitur hoc, quando ſacrificia erant de his animalibus, vtpotè in exemplo dato, ſcilicet, in aliqua die iuſſum erat, vt offerrentur ſeptem agni anniculi in holocauſtum, & aliquis offerret ſeptem arietes in holocauſtum, non erat dubium de impedimento ſacrificiorum illius diei, quoniam ſatis apparebit, quod per hæc non impedirentur, cum non offerentur hic agni anniculi, qui iubebantur offerri in die illa. *A quintodecimo ergo die*. Hic agitur de eo quod pertinebat ad ſollemnitatem omnium dierum feſtiuitatis Tabernaculorum. Nam ſecundum quod dictum eſt, pertinebat tria, ſ. ceſſatio à laboribus, & fabricatio Tabernaculorum, & oblatio ſacrificiorum. De oblatione ſacrificiorum iam dictum fuit ſupra, ſcilicet, quòd offerrētur in die illa holocauſta, per quæ intelligebantur omnes victimæ totius illius ſollemnitatis. De vacatione autem à laboribus dictum fuit, quod deberet fieri vacatio per duos dies, ſ. primum, & octauum: nūc verò agitur de fabricatione Tabernaculorum, quod erat vnum de pertinentibus ad ſollemnitatem illius feſtiuitatis, & ponitur hic tempus quando incipere deberēt habitationes in Tabernaculis; & dicitur ꝙ à die quintodecimo menſis ſeptimi: illa enim erat prima dies, qua habitabant Iſraelitæ in Tabernaculis; & non eſt intelligēdum ꝙ illa die quintadecima fabricarentur Tabernacula, quia in die illa ceſſandum erat ab omnibus operibus ſeruilibus, vt ſupra dictum fuit: ergo non tūc deberet aliquid tale fabricari, ſed fabricatio facienda erat in die quartadecima, in qua licitum erat operari, ſed in hac die non habitabant Iudæi in Tabernaculis vſque ad ſequentem. *Quando congregaueritis omnes fructus terræ veſtræ*. Hic ponitur tempus anni, quo fit iſta feſtiuitas, ſ. quando erant congregati omnes fructus de agris, & non dicitur quando congregabis, i. ꝙ tunc congreges omnes fructus, & quando congregas facies iſtud feſtum, ſed dicitur quando congregaueris, id eſt, quando congregatos habueris. Nam non fit iſtud feſtum, quando congregantur omnes fructus de agris, quia tunc fieret quando congregantur ſegetes, ſed falſum eſt: quia ſegetes congregatæ ſunt in tertio, & in quarto menſe, ſ. in Maio, & in Iunio Iudæorum: ſed eſt ſenſus, quod quando fuerint congregati omnes fructus terræ, fiet iſtud feſtum; & tunc dicūtur omnes fructus tam in vino, quàm in ſegetibus, & aliis rebus, & hoc non fiebat vſque ad menſem ſeptimum: tunc enim erant congregati omnes iſti fructus, & hoc, quia terra illa Iudæorum eſt multum temperata, ex eo, quod eſt partim in tertio, & partim in quarto climate: & eſt ſatis calida, ideo fructus citius maturātur in terra illa, quàm in hac; cum nos ſimus in quinto climate: & ita in fine Septembris, vel ante finem, erant

Quæ pertinēt ad ſollemnitatē omniū dierū feſtiuitatis Tabernaculorum.

F omnes fructus collecti de agris in domos, & hoc tempore ibant Iudæi ad locum Sanctuarij ad faciendum iſtud feſtum Tabernaculorū, & deferebant ibi primitias ſuas, & ſic dicitur ꝙ redeunte anni tempore, fiebat iſtud feſtum, vt habetur Exo. 34. cap. cum dicitur: Et ſollemnitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur: nam ex eo ꝙ tunc fructus finiebantur, erat finis anni. ſic etiam habetur Exo. 23. cap. ſ. Sollemnitatem quoque quæ eſt in exitu anni, quando cōgregaueris omnes fruges tuas de agro: & agitur in ipſis locis de feſtiuitate Tabernaculorum. *Celebrabitis ferias Domini ſeptem diebus*. Quanquam omnia feſta vocentur feriæ Domini, hic tamen ſolum agitur de feriis Tabernaculorum: vocat autem omnes illos ſeptem dies ferias, non ꝙ ferietur, i. ceſſetur à laboribus: ſed quia eſt ibi aliquid ſpeciale, quàm in aliis

Feriæ Tabernaculorum.

G profeſtis diebus, & patet in hoc, ꝙ intelligatur de feſtiuitate Tabernaculorum, quia dixit ſupra, ꝙ iſtæ feriæ deberent incipere die quintadecima menſis ſeptimi: ſed in hac die non inchoabatur aliquod feſtum, niſi feſtiuitas Tabernaculorum: & dicitur, ꝙ durabunt iſtæ feriæ per ſeptem dies: quia quamquam dies octauus ſollemnis eſſet, & obſeruabatur ab omni labore, tamen non pertinebat ad Tabernaculum, ſcilicet, quòd illa die non habitabant Iſraelitæ in Tabernaculis, de quibus hic agitur. *Die primo, & die octauo erit Sabbatum, id eſt, requies*. De iſtis duobus diebus, quòd eſſent ſollemnes iam dictū fuerat, tamen hic repetitur ex more Sacræ Scripturæ, quæ frequenter quædam præcepta repetit, vt magis imprimat; & non dicitur hic de primo, & ſeptimo die, quòd eſſent Sabbatum, id eſt, quòd tenerentur in obſeruatione Sab-

H bati, vel quod ceſſaretur in eis ab operibus, ſicut in Sabbato, ſed quòd eſſent Sabbatum, id eſt, requies in eis: nam in Sabbato vacabatur ab omni opere ſeruili, vt ſupra dictum fuit, *Sumetiſq; vobis die primo*. Hic ponuntur cæremoniæ, quas faciebant Iudæi in die primo Tabernaculorum: & erat quòd acciperent fructus quarumdam arborum, & ramos, & colligarent, atque ſaltarent coram Domino. Et iſta cæremonia erat diſtincta ab illa, quæ erat in faciendo Tabernacula, quoniam fabricatio Tabernaculorum durabat per omnes ſeptem dies, & ipſa Tabernacula erant manentia: hoc tamen quod dicitur hic de iſtis fructibus, & frondibus, ſolum fiebat in die prima. Item, quia iſta cæremonia fiebat ſaltando, Tabernacula autem manentia erant. Item, quoniam cæremonia illa fiebat coram Domino, ſ. intra Sanctuarium, Tabernacu-

Cæremonia [illegible] dies Tabernaculorum.

I la tamen fiebant extra, quia quilibet de Iſraelitis paterfam. faciebat vnum Tabernaculum, in quo ipſe cum familia ſua maneret. Fiebat autem iſta ſaltatio coram Domino, cum iſtis fructibus, & ramis arborum, ad ſignificandam lætitiam de beneficio eis collato, quoniam ducti fuerant per deſertum quadraginta annis, & hoc propriè conuenit ſaltationi, quoniam dicitur exultatio, quaſi extra ſaltatio, & hoc fit quādo aliquis magnam lætitiam in corde conceptam ferre non poteſt, & ob hoc extra ſaltat; conuenit etiam hoc propter fructus, & ramos arborum, quia in hoc cōgruè ſignificatur, ꝙ duxerit eos Deus per deſertum inter arbores. *Fructus arboris pulcherrimæ*. Debebant Iudæi accipere fructus iſtius arboris, & ſpatulas palmarum, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & colligabant in vnum, atque ſalta-

K bant. Aliqui enim referunt hoc ad fabricationem Tabernaculorum, ſ. ꝙ de his ramis debebant fabricari Tabernacula; ſed id falſum eſt, quoniam non determinabantur aliqua ligna ſpecialiter, de quibus aſſumerentur rami ad faciendum Tabernacula, quia iſta quæ hic dicuntur, vt probatum eſt, non debent referri ad fabricationem Tabernaculorum, ſed ad illam cæremoniam quæ fiebat in prima die feſtiuitatis huius, ſaltando coram Domino. Nec etiam conueniebat, vt aſſumeretur aliqua ſpecies arborum ſpecialiter ad faciendum Tabernacula, quoniam tunc cum omnes Iudæi debuiſſent facere Tabernacula quolibet anno, de ramis arborum, non ſufficerent tales arbores: debuit ergo permitti liberè cuilibet, vt aſſumeret ramos de quacumque arbore vellet. Et dicitur hic, quòd aſſumerentur fructus arboris pulcherrimæ; & non determinatur, quæ eſſet iſta arbor pulcherrima:

rima: & dicunt aliqui, quod fructus iſti ſunt poma citri- A na, quæ valde pulchra ſunt, ſed Iudæi dicunt, quod ſunt quidam fructus, qui vocantur vulgariter toronias: ſunt enim iſta poma pulchra cum in arbore manent. *Spatulaſq. palmarum*. Dicuntur ſpatulæ palmarum quædam virgulæ procedentes de palmis, quæ ſunt in eis loco ramorum: & iſtæ virgulæ in extremitatibus ſuis per totum lateraliter acutæ ſunt in modum gladiorum, vel ſpatarũ: vnde dicuntur ſpatulæ, quaſi paruæ ſpatæ; quoniam ſpatula nomen diminutiuum eſt de ſpata. *Et ramos ligni denſarum frondium*. Iſta eſt ſuppletio, quia volebat Legiſlator exprimere nomen illius arboris: ſed quia non eſt tale, quod agnoſceretur, declarauit per quaſdam connotationes ipſam arborem, ſ. quod erat ipſa arbor habẽs frondes denſas, id eſt, multas frondes: & ſecundum quoſdam vocatur iſta arbor Arrahã. Alij autem dicunt, quod eſt quædã arbor, quæ vocatur myrtus, & eſt arbor, quæ multum abundat apud mare: & ſic dixit Zacharias Angelo qui loquebatur, quod videbat quẽdam ambulantem, inter myrteta, id eſt, inter loca illa, quæ erant abundantia myrtis, de hoc habetur Zach. cap. 1. De vtraque iſtarum arborum ſatis intelligi poteſt: quoniam vtraque habet frondes ſatis denſas. De iſtis arboribus quare ponerentur frondes, vel rami iſtarum arborum, & non aliarum: & quare quattuor, & non plurium, in ſpeciali cauſa dari nõ poteſt, quia iſta ſunt multum particularia, & dependent ex voluntate Legiſlatoris. In vniuerſali autem iam cauſa data eſt, vel poteſt dari, ꝙ ex eo, quod iſtæ arbores erant pulchræ magis fiebat in eis, quam in aliis iſta cæremonia. *Denſarum frondium*. Accipitur denſitas frondium ex pluralitate: erant enim multæ frondes, ideo denſæ. *Et ſalices de torrente*. Iſte eſt quarta arbor, de qua accipiebatur ad faciendum iſtam cæremoniam aliquis ramus; & colligabatur cum aliis. Et dicuntur ſalices de torrente; quoniam ſunt duo genera ſalicum: quædam enim ſunt ſuper aquas, vel iuxta aquas torrentum, vel fluuiorum, aut in locis multum humentibus; & hoc notatur in Pſal. 136. ſ. ſuper flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion: & ſequitur, in ſalicibus in medio eius, ſuſpendimus organa noſtra: ecce enim dicit ſalices eſſe apud flumina: aliæ ſalices ſunt, quæ ſunt de natura magis ſicca, & non ſunt apud aquas. Primæ autem harũ dicuntur ſalices de torrente, de quibus accipitur hic. *Et lætabimini coram Domino Deo veſtro*. id eſt, ſaltabitis habentes iſtos ramos in manibus corã Domino Deo veſtro. Dicunt enim aliqui, quod quando Iudæi habebant iſtos D ramos in manũ, habebant cum eis colligatos fructus; & ſic ſaliebant eleuantes, & deprimentes illos fructus ad omnem differentiam poſitionis, quod ſignificabatur eſſe ad laudem Dei, qui erat Dominus omnium poſitionum mundi. Alio modo dicunt alij, quod Iudæi tenebãt fructus in manu vna, & in alia habebãt ramos arborum, de quibus dictum eſt ſupra: & iſte ſecundus modus approbatur à Iudæis: fiebat autem iſta eleuatio fructuũ ad ſignificandum, quod Iudæi introducti erant de terra deſerta, & inaquoſa in terram multorum fructuum: vel ad ſignificandum, quod quando Iſraelitæ erant in deſerto, nunquam defuit eis cibus, qui ſignificatur per fructus, vt habetur Deuter. c. 2. Fiebat autem eleuatio iſta fructuũ, & ramorum eo modo, quo fiebat eleuatio pectuſculi, & armi, & adipum in ſacrificiis pacificis, vt dictum fuit ſupra 7. cap. Dicebatur hoc fieri coram Domino; quia iſta E lætitia, & ſaltatio fiebat in Sanctuario, vbi dicebatur eſſe Deus. *Celebrabitiſq. ſollemnitatem eius*. id eſt, ſollemnitatem Dei: loquitur Legiſlator de ſollẽnitate Tabernaculorum, de qua ſupra fiebat ſermo; hanc autem celebrabant, inquantum faciebant cæremonias, quas Deus iuſſerat fieri in illa. *Septem diebus per annum*. Non eſt ſenſus, quod fieret iſta ſollemnitas ſeptem diebus per annum, id eſt, ſeptem vicibus, quia ſolum fiebat ſemel in menſe ſeptimo, ſed dicitur, ſeptem diebus per annũ, quod iſta ſollemnitas quando fiebat (quod erat ſemel in anno) durabat ſeptem diebus, quod intelligitur quãtum ad permanſionem in Tabernaculis: nam octauus dies celeber erat, non tamen pertinebat ad feſtum, manendi in Tabernaculis, ſed ſolum ad Cœtum, & Collectas.

Quid ſpatulæ palmarũ eſſent.

Legitimum ſempiternum erit. id eſt, iſta lex de faciendo Tabernacula, & obſeruando prædictos dies eſt ſempiterna, quod exponendum eſt eo modo quo expoſitũ fuit de aliis feſtiuitatibus, cum dicebatur quod præcepta earum erant legitima ſempiterna. *In generationibus veſtris*. id eſt, manebunt iſta præcepta quamdiu manſerint generationes veſtræ. Etiam intelligendum eſt hoc eo modo, quo ſupra expoſitum fuit de aliis feſtiuitatibus. *Menſe ſeptimo feſta celebrabitis*. Hoc poteſt intelligi quod ſit recapitulatio de omnibus tribus feſtis, quæ erãt in menſe ſeptimo, ſ. de die Propitiationis, & feſto Clãgoris, & feſto Tabernaculorum, & tunc ſubiungit littera in ſpeciali de feſto Tabernaculorum, cum dicitur: Et habitabitis in vmbraculis. Alio modo referri poteſt ſolum ad feſtum Tabernaculorum, & tunc eſt ſenſus, quod menſe ſeptimo ce- B lebrabitis feſta, ſ. feſtum Tabernaculorum, & habitabitis in vmbraculis. Alio modo, & conuenientius adhuc intelligi poteſt, ſ. mẽſe ſeptimo celebrabitis feſta, id eſt, habebitis duos dies ſollemnes in feſto Tabernaculorũ, ſ. primum, & octauum, & poſtea dicitur, & habitabitis in Tabernaculis, id eſt, per illos dies ſeptem manebitis in Tabernaculis: & ſic tanguntur hic duę cæremoniæ iſtius feſtiuitatis, ſ. vacatio à laboribus, & manſio in Tabernaculis, & iſta eſt repetitio ſuperiorum, quia iam de his ſupra dictum eſt. *Et habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus*. Vmbraculum enim, & Tabernaculum idem ſunt; ſed adhuc magis vocatur iſtud feſtũ Vmbraculorum, quàm Tabernaculorum, quia illa parua cõſtructio facta de ramis arborum non erat Tabernaculorum, tanquã poſſet eaſdem vtilitates facere quas Tabernaculum, ſed ſolũ erat quæ- C dam leuis defenſio à Sole, ſicut etiam in ipſo deſerto, cũ Iſraelitæ mouerentur, nõ manebant in Tabernaculis, ſed in Vmbraculis, quãquam nõ ſemper Sacra Scriptura obſeruet iſtam differentiam, immediatè namque vocat iſta Tabernacula, cum ſubditur: *Omnis, qui de genere eſt Iſrael, manebit in Tabernaculis*. In hoc enim obligat omnes Iudæos ad faciendum Tabernacula, & manendũ in eis.

Nunquid Iudæi tota die debuiſſent manere in Tabernaculis per illos ſeptem dies. Quæſt. XXIX.

SED quæret aliquis, an debuiſſent Iudæi tota die manere in Tabernaculis illis per illos ſeptem dies? Reſpondendum eſt, quòd non requirebatur Iudæos ibi manere aſſiduè, per dies illos: nam ſicut cum ipſi erãt in ſuis domibus, non manebant continuè in illis: ita cum eſſent in his Tabernaculis de ramis arborum, non requirebatur quòd ibi manerent per totã diem: ſed quod facerent ibi aliquos actus velut ibi commorantes, ſ. quod ibi comederent, & ſimilia facerent: non erat autem neceſſarium, ꝙ ibi manerent per noctem. Cum autem dicitur hic, quod omnis, qui eſt de genere Iſrael, manebit in Tabernaculis: non ſolum eſt ſenſus, quod manebunt Iſraelitæ, ſed etiam alij conuerſi ad Iudaiſmũ, vocantur tamen alij de genere Iſrael, ex eo, quod accipiunt denominationem à principali, ſcilicet, à filiis Iſrael. Vel poteſt dici, quod accipiantur hic propriè, filij Iſrael ſolum pro his, qui nati erãt de genere Iacob; & tamen obligantur alij quanquam non exprimantur, quia ſolum exprimũtur hic principaliores perſonæ, quibus lex principaliter data eſt. *Vt diſcant poſteri veſtri, quod in Tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael*. Hic ponitur cauſa quare poſitum fuerit feſtum Tabernaculorum: & dicitur, quòd erat ad memorandũ beneficium datum à Deo Iſraelitis, quando educti ſunt de Ægypto per deſertum, quia habitauerunt in Tabernaculis, ſcilicet, in vmbraculis factis de ramis arborum. Sed dicet aliquis, quòd non eſt hoc conuenienter poſitum: nã Deus ponebat iſtud feſtum ad memoriam alicuius beneficij, & miraculi facti, ſed Hebræos habitaniſſe in deſerto ſub tentoriis factis de ramis arborum, non eſt aliquod beneficium, nec admirabile: quoniam alij homines ſine aliquo Dei beneficio ſic habitant; ergo non fuit iſta cauſa inſtitutionis feſti Tabernaculorum. Item probant hoc ex textu litteræ Hebraicæ: nam ibi non dicitur, quòd habitauerint Iſraelitæ in Tabernaculis, ſed in Vmbraculis, ꝙ videtur ſignificare quandam nubem, quæ tegebat per

Feſtũ Tabernaculorũ quare inſtitutum.

diem totum exercitum, ne ſol vreret eos in deſertis Arabicis, quæ ſunt valde calida, de quo habetur Numer. 14. cap. & ponitur plurale pro ſingulari, quia non erãt multa vmbracula, ſed vnum: ſed dicuntur vmbracula, quia vmbram faciebant non potentibus radiis Solis penetrare ad exurendum Iudæos; & diſtinguebantur iſta nubes, & alia, quæ erat ſuper Tabernaculo per diem & noctem. Sed hoc non poteſt ſtare, quanquam iſti dicunt hoc modo eſſe miraculum, ſ. quòd Deus poſuerat nubem ſuam ſuper Iſraelitas, ne exurerentur. Nam ſi hoc fuiſſet miraculum, & Deus voluiſſet illud ſignare per Tabernacula facta à Iudæis (cum figura ſemper debeat correſpondere figurato) neceſſe erat, vt aliquid poneretur, quod ſignificaret illam nubem tegentem totum populum, ſed ad hoc nihil faciebat conſtruere Tabernacula de ramis arborũ; cum nullo modo cõueniat obumbratio arborũ cũ obumbratione nubis; ergo non agitur hic de obumbratione nubis; ſed de aliquo alio. Sed nihil eſt, quod conuenienter ſignificetur per iſtam figuram Tabernaculorum factorum ex ramis arborum, niſi quòd Iſraelitæ ambulauerint in deſerto, & manſerint ſub vmbraculis de ramis arborum; ergo hoc eſt, quod Deus vult hic ſignificare per iſta Tabernacula facta de lignis arborum. Quando ſupra dicebatur, ꝙ hic Deus volebat dare feſtiuitatem iſtam tãquam ſignificatiuam alicuius miraculi, nõ ſtat: quoniam non eſt neceſſarium, ꝙ iſtæ ſignificationes dentur ſemper pro aliquibus miraculis, ſed ſatis eſt, ꝙ dentur pro aliquibus rebus geſtis, quæ erãt beneficia collata Iudæis: ſic autem fuit hic, quoniam iſtud feſtum datum eſt in memoriam cuiuſdam beneficij dati Iſraelitis, ſ. quòd ducti fuerint per deſertum quadraginta annis; & ad vltimũ inducti in terram optimam, quod profectò magnum erat beneficiũ. Et ſi voluerimus tenere id, ꝙ arguebatur, ſ. ꝙ iſta feſta dabantur ſignificatiua alicuius miraculi, ſed nõ fuit miraculum, ꝙ Iſraelitæ ambulauerint per deſertũ in vmbraculis; ergo non ponitur iſtud feſtum ad ſignificãdum hoc. Reſpondendum eſt, ꝙ miraculum fuit: Nam quanquam non eſſet miraculum Iſraelitas fuiſſe in deſerto, & habitauiſſe in vmbraculis arborum, erat tamen miraculum, quòd Deus deduxiſſet illos per illam terram deſertam, quæ erat ſine cibo, & ſine potu quadraginta annis, & plenam ſerpentibus, vt patet Deuteron. 8. cap. & quòd in hoc tempore toto nihil defeciſſet Iudæis in cibo, & in potu, vt habetur Deuter. 2. cap. & ꝙ ad vltimum fuiſſent ducti in terram bonam: hoc. n. miraculum eſt, & excedit humanam facultatem: nullus. n. hominum ſic facere potuiſſet & ſic conuenienter ſtat littera, ſ. vt diſcant poſteri veſtri, ꝙ in Tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, id eſt, vt per hoc agnoſcãt, quomodo ego eduxi Iſraelitas de Aegypto, & ducendo fecerim habitare in Tabernaculis, ſ. ſub vmbraculis arborum, cum non eſſent eis alia vmbracula in deſerto. *Dum educerem eos de terra Aegypti.* Ecce qualiter in hoc feſto memoratur aliquod miraculũ; quia non ſolum recolitur, ꝙ Iſraelitæ ambulauerint per deſertum in Tabernaculis de frondibus arborum; ſed etiam recolitur eductio Iſraelitarum de Aegypto: & iſta erat miraculoſa, vt patet ex his, quæ facta ſunt ſuper Ægyptios. *Ego Dominus Deus veſter,* id eſt, obſeruate omnes ſollemnitates, quæ poſitæ ſunt, quia ego qui locutus ſum iſta, ſum Dominus Deus veſter. *Locutuſq; eſt Moyſes ſuper ſollemnitatibus Domini ad filios Iſrael.* Hic ponitur præcepti expletio, ſ. quòd Moyſes propoſuerit Iſraelitis iſtud præceptum obſeruandum. Nam quanquam in deſerto non tenerentur Iſraelitæ obſeruare iſta, tamen omnia proponebantur ipſis, vt omnes iſtæ leges Dei datæ viderentur per Moyſen. Si autem non fuiſſent tunc propoſitæ, neceſſe erat, vt per alterum poſtea darentur, qui eſſet Legiſlator ſicut Moyſes, & hoc non decebat, quia vnicum Legiſlatorem ſibi Deus elegerat. Ideo dicendum, quòd quando Moyſes audiebat iſta à Deo, referebat ea popularibus: quoniam ſic Deus iubebat ei, ſcilicet. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos; & ſic intelligendum eſt, quòd ſicut omnes iſtæ leges, quæ habentur in hoc libro, datæ fuerunt in monte Synai in Tabernaculo fœdetis, vt apparet infra 26. & 27. iuncto 1. c. huius libri, ita in eodem monte Synai publicatæ ſunt: & hoc eſt,

F quod dicitur, quòd locutus eſt Moyſes ſuper ſollemnitatibus Domini, id eſt, locutus eſt de ſollemnitatibus, quæ iubebat Deus, vt obſeruarentur ab Iſraelitis proponendo hæc coram populo.

CAP. XXIIII.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens. Præcipe filijs Iſrael, vt afferant tibi oleum de oliuis puriſſimum, ac lucidum; ad concinnandas lucernas iugiter extra velum teſtimonij in Tabernaculo fœderis. Ponetq; eas Aaron à veſpere vſque in mane coram Domino, cultu rituq; perpetuo in generationibus veſtris. Super candelabrum mundiſſimum De oleo Tabernaculi teſtimonij.
G *ponentur ſemper in conſpectu Domini. Accipies quoque ſimilam, & coques ex ea duodecim panes, qui ſinguli habebunt duas decimas: quorum ſenos altrinſecus ſuper menſam puriſſimam coram Domino ſtatues; & pones ſuper eos tus lucidiſſimum, vt ſit panis in monimentum oblationis Domini. Per ſingula Sabbata mutabuntur coram Domino ſuſcepti à filijs Iſrael fœdere ſempiterno. Eruntq; Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco ſancto: quia Sanctum Sanctorum eſt de ſacrificijs Domini iure perpetuo.*

ET *locutus*. In ſuperioribus egerat Legiſlator de quibuſdam feſtiuitatibus, & cæremoniis, quæ pertinebant generaliter, ſiue ad Sacerdotes, ſiue ad populum. Hic autem ponuntur quædam obſeruationes, vel miniſteria, quæ pertinebant ad ſolum ſacerdotum. Et diuidi-
H tur in duas partes, quia Primò ponitur Sacerdotalis cultus. Secundò additur incidentalis caſus, ibi: *Ecce autem egreſſus*. Prima in duas, quoniam Primò agitur de compoſitione lucernarum. Secundò de propoſitione panum. Secunda ibi: *Accipies quoque ſimilam.* Circa primum dicitur. *Et locutus eſt Dominus ad Moyſen*. Quando autem fuit facta iſta locutio, an cõtinuè cũ ſuperioribus, vel per interpolationem quandam, nõ conſtat, quoniam vtrumque eſſe poteſt, ſed ſatis videtur quòd dictum fuerit id, quod habetur hic, ſimul cum eis, quæ ſupra dicta ſunt, & hoc quia iſta videtur pertinere ad idem, ſcilicet, ad quaſdam cæremonias feſtiuitatum. *Præcipe filijs Iſrael, vt afferant tibi oleum.* Hic ponitur primum, quod pertinebat ad miniſtrationem ſacerdotum, ſcilicet, ponere oleum in lucernis, & componere illas.

I *In Sanctuario quattuor erant miniſtrationes ſolum Sacerdotales, & de cæremonijs earum, atque de redditibus pro eis. Quæſt. 1.*

PRo quo ſciendum, ꝙ in Sanctuario erant quattuor miniſtrationes ſolũ Sacerdotales, ſ. prima erat oblatio ſacrificiorum. Secunda erat incenſio thymiamatum. Tertia erat propoſitio panum. Quarta erat incenſio candelarum. Prima autem harum erat maior omnibus adminiſtrationibus, & requirebat plures cæremonias tam ex parte Sacerdotũ miniſtrãtium, quàm ex parte animalium immolandorum, quàm ex parte modi explendi ipſas cæremonias immolationum: & de hoc miniſterio per totum iſtum librũ dicitur, & tactũ fuit ſupra 21. c. Quan-
K tum ad diſpoſitionẽ Sacerdotum, & ſupra 22. c. quãtum ad diſpoſitionem immolãdarum rerũ. Secundũ miniſteriũ eſt in adolẽdo, vel cremando thymiama ſuper altare, & de hoc hẽ Exo. 30. c. Quomodo in mane, & in veſpere, vel ꝙ offerũt incẽſum, & panes. Tertia adminiſtratio Sacerdotũ eſt in propoſitione panũ, & de iſta agitur hic, ſ. quõ panes cõficiẽdi eſſent, & quomodo ordinandi ſuper Menſam propoſitionis. Quarta miniſtratio eſt diſpoſitio Candelarũ, & iſta miniſtratio erat Sacerdotalis, & de ea hẽ hic, & primo dẽ de incẽſione candelarũ, & ponitur diſpoſitio ad hoc, ſ. ꝙ adferatur oleũ à filiis Iſrael ad incendendum has lucernas, & dẽ ꝙ hoc dẽt præcipere Moyſes filiis Iſrael, nõ quidẽ præcipere per modũ neceſſitatis, ſed admonere, vt dent in eleemoſynã oleũ ad incendendum lucernas: nam hoc erat vnum de illis, quæ dicebantur offerri in primitias, vt habetur Exo. 25. c. cũ dicitur: Oleum ad lu-

ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, & tamen iſtæ non accipiebantur, niſi ab homine, qui offerebat eas voluntariè, vt habetur eodem cap. cum dicitur: Ab omni homine, qui affert vltroneus, accipietis eas. Sic etiam dicitur Exodi 35. cap. Separate apud vos primitias Domino: omnis voluntarius, & proni animi offerat eas Domino. & tamen aliquando ponitur præcipere pro admonere, & hoc modo ponitur iſtudmet præceptũ, Exodi 27. cap. cum dicitur: Præcipe filiis Iſrael, vt offerant tibi oleum de arboribus. Præcipiebat autem hoc Moyſes, id eſt admonebat, vel denunciabat, quia ipſe erat Propheta, cui iſta à Domino reuelata fuerant, ideo conuenientius ipſe iſta proferret populo, quàm ceteri. Sed quantum ad hoc, quod oleũ apportaretur à filiis Iſrael, non eſt inconueniens, quod eſſet præceptũ, & tenerentur Iſraelitæ determinate ad offerendum, vel dandum oleum pro Sanctuario, cum Sanctuarium quaſi nõ haberet redditus aliquos determinatos, ideo oportebat quaſi de eleemoſynis totaliter ſibi in neceſſariis prouideri, vel imponi populo, vt prouideret, vt diximus præcedenti cap. Sic enim patet de panibus propoſitionis. Nam ſicut oleum iugiter ardebat in Sanctuario coram Domino, ita erant panes propoſitionis coram Domino, vt patet infra in littera, & tamen Iſraelitæ dabant farinam, de qua fierent illi panes, vt dicitur etiam in littera: ergo & ipſi tenebantur dare oleum ad ardendum, & ſic eſſet præceptum. Tertio, quia ſic erat de pecuniis ad ſacrificiorum animalia emenda. Nam Iſraelitæ erogabant pecuniam totam ad ſacrificia, & ſacrificiorum libamina in die octauo Tabernaculorũ: erat enim dies ille ſollemnis, & vocabatur Cetus, atque Collectæ, quia in eo conueniebat totus cętus Iſraelitarũ, qui aſcenderant ad Sanctuarium, & colligebatur ab eis pecunia, & illa dicitur fuiſſe ad emenda animalia pro ſacrificiis ordinariis, & libamina eorum, & tamen iſtud ſub præcepto erat, quia Deuter. 16. cap. dicitur: In ſollemnitate Tabernaculorum, non apparebis in conſpectu Domini vacuus, ſed offeret vnuſquiſque, ſecundum quod habuerit iuxta benedictionem Domini Dei ſui, quam dederit ei: & ita erat determinata, ſed relinquebatur arbitrio offerentis, ſuadebatur tamen omnibus ꝙ offerrent iuxta facultatum ſuarum conditionem: ergo & hic pręciperetur, quod oleum neceſſarium ad ardẽdum in Sanctuario darent. Quarto patet: quia hic ponitur: præcipe filiis Iſrael, vt afferant tibi oleum. præcipere tamen neceſſitatem importat imperij, quia quicquid præcipitur, imperatur, & quod imperatur, neceſſe eſt fieri, & ſi non fiat pœnam habet. Idem patet Exodi 27. cap. vbi ponitur de hac re, & dicitur, pręcipe filiis Iſrael, vt afferant tibi oleum de arboribus. Cum autem obiiciebatur, quod oleum pertinebat ad primitias, & illæ ſuſcipiebantur ab illis, qui vltronei offerebant, Exodi 25. cap. Dicendũ quod illud fuit ſemel, ſ. quando in deſerto erant Iſraelitę, & voluit Deus, quod fabricaretur Sãctuarium. Nam dixit tunc, ꝙ offerrent ſinguli, quæ haberẽt, ſponte, & inter cetera nominauit oleum, & illud nõ fuit neceſſarium, niſi in monte Synai, quando dedicatũ eſt Sanctuarium, & conſecrati ſunt Sacerdotes, quia in toto tempore quadraginta annorum, quibus in deſerto fuerunt, non obſeruatæ fuerunt cæremoniæ aliquæ miniſtrationis in Sanctuario, vt oſtenſum eſt ſupra 21. cap. & ita parũ de oleo pro illa vice erat neceſſarium, & poterant illud ſponte offerre Iſraelitæ: ſecùs autem poſtquã inciperent eſſe miniſtrationes in Sanctuario, & iſtud mandatum haberet executionem: nam tunc multo oleo opus erat, & Iſraelitæ tenerentur ex pręcepto ad prouidendũ ſuper illo. Aliter poteſt dici, quod quantum ad oleum erat præceptum, quod Iſraelitæ offerrent illud, & tenebantur: & tamen quantum quis offerret, vel quid pro ſumptibus illius olei daret, erat purè liberum, ſicut in feſto Tabernaculorum in die Cętus, & Collectarum, præceptum erat omnibus Iſraelitis, & ſingulis eorum, quod offerrent aliquid Domino, ſed quantũ quiſque offerret erat liberum, Deuter. 16. cap. & ſic manebat, quod eſſet eleemoſyna, & quiſque vltroneus daret. Tertio poteſt dici, quod iſtud erat præceptum, quantum ad totum Iſrael, ſed nõ ad ſingulos, nec ad aliquos determinatè; ita, vt dicatur quod tota gens Iſraelitarum tene-

A batur ex mandato Dei prouidere de oleo ad ardendum in Sanctuario, & nullus eorũ tenebatur ad totum, nec ad partem; ſed poſtea gens tota aſſignabat inter ſe redditus aliquos particulares, de quibus habetetur copia olei. Vel forte diſtribuebatur per Iſraelitas, vt ſinguli conferrent aliquid ad ſumptus olei, & hoc ex mandato populi, & nõ Dei, quia Deus non obligauerat aliquos, ſed populũ, ipſe tamen populus poſtea aſſignabat modum, quo prouideretur in hoc. Ex præcedentibus apparet, quomodo prouiſum erat de ſumptibus ꝓ omnibus miniſtrationibus Sanctuarij: ſunt enim quattuor, vt dictum eſt ſupra, ſ. oblatio ſacrificiorum, incenſio thymiamatum, propoſitio panũ, incenſio candelarum, pro ſacrificiis cum libamentis ſuis erat maxima impenſa, ideo ad hoc colligebatur pecunia, & hæc videtur collecta in die octauo Tabernaculorum,
B quæ vocatur Cętus, & Collectarum: licet enim hoc non pateret manifeſtè, tamen ſatis veriſimile eſt, tũ quia hoc aſſeritur à peritis, tum quia iſta erat collectio magna pecuniæ, cum fieret à toto populo congregato in feſto Tabernaculorũ, de quibus quilibet obligabatur aliquid offerre Deuter. 16. cap. Tum, quia non patet, vnde aliundè fierent ſumptus ſacrificiorum, & libamẽtorum, ſi de hoc non fierent, cũ tamen fierent de expenſis Sanctuarij. Ideo dicẽdum, quod iſta collectio pecuniarum in feſto Tabernaculorum, erat ad ſumptus ſacrificiorum, an verò præter ſacrificia aliquid aliud de illa pecunia fieret, non ſatis patet. Secunda miniſtratio erat in thymiamatis accẽſione, & iſta erat paruorũ ſumptuum, quia quotidie in aurora, & in veſpere adolebatur, id eſt, comburebatur modicum de thymiamate in altari intra Sanctuarium, Exo-
C di 30. cap. Et videtur, quòd iſte ſumptus fieret de redditibus dimidiorũ ſiclorum, quos ſoluebant Iſraelitæ tranſeuntes ad numerum: ita aliqui putant, & motiuum eorum videtur eſſe, quia Exodi 30. cap. ponitur quomodo thymiama per ſingulos dies cremari deberet in altari per Aaron Sacerdotem, & ſtatim ſequitur ibi in littera, quod Iſraelitæ quando ad numerum tranſibant, ſoluebat quiſque dimidium ſiclum, & iſta pecunia collecta cedebat in vſus Sanctuarij, cum ergo iſte vſus fuiſſet ibi dictus, ſ. thymiamatis incenſio, videtur ꝙ de pecunia dimidiorũ ſiclorum fieret. Sed videtur quod iſtud eſſet ad alios vſus; nã de hoc fiebant ſartatecta domus, & ſi quid inſtaurationis neceſſarium erat, vt patet lib. 4. Reg. 12. cap. & 2. Paralip. 24. cap. Alij autem dicunt, ꝙ fiebat hoc de quadam alia oblatione pecunię, quam faciebant Iſraelitæ per modum
D eleemoſynæ: nam à principio ſic iuſſit Deus fieri in deſerto, Exodi cap. 35. Vbi inter primitias quas dixit offerendas, iuſſit dari ea, quę pertinebãt ad compoſitionem thymiamatis. Sed poteſt dici tertio, & melius, quod fiebat ſumptus thymiamatis de pecunia collecta in feſto Tabernaculorum; & ratio eſt: quia ibi colligebatur pro ſacrificiis, & libamẽtis eius, ſed inter libamẽta computabantur oleum, & tus: & iſta erant duo, quæ requirebantur inter cetera ad compoſitionẽ thymiamatis, Exodi 31. cap. Quòd verò eſſent iſta de libamentis, patet Num. 15. cap. Ergo cum ſumptibus ſacrificiorũ fieret pro thymiamate ſumptus, & hoc eſt conuenientius, quàm primũ, quia dimidij ſicli reſeruabantur ad refectiones ſartatectorum, & eorum quæ inſtauratione in Sanctuario indigebant, lib. 4. Reg. 12. cap. Sed non erat eadem pecunia pro om-
E nibus impenſis Sanctuarij, vt dicitur eodem cap. Secundum etiam non ſatis ſtat. Primò, quia illud fuit factum ſemel, & erat paucus ſumptus neceſſarius, ideo non fuit prouiſum aliter, ſed poſtea cum cęperunt fieri miniſtrationes, erant multi ſumptus neceſſarij, ideo aliter prouiſum eſt, & hoc planum eſt, quia in deſerto nondum erant aliqui redditus ſtatuti, qui tunc ſoluerentur ſiue pro Sanctuario, ſiue pro Sacerdotibus, & Leuitis, ideo ſi quid tũc de ſumptibus opus eſſet, oportet, ꝙ offerretur ab Iſraelitis, & ita Deus cũ voluit ſibi fieri Sãctuarium, omnia quæ ad illud, & ad acceſſoria ſua fuerũt neceſſaria, fecit offerri ab Iſraelitis, Exodi 36. c. Et ideo ſiue oleũ, ſiue thymiama, ſiue quicquam alterum haberi deberet, iuberet illud offerri, & ſic oleum ad lucernas, & ad componendũ thymiama offerri iuſſit, Exodi 25. 35. & 36. capitibus. Tamen poſtea non ita factũ eſt, ſed prouiſum eſt, vnde pecu-

niæ ad hoc haberentur. Tertia adminiſtratio erat in propoſitione panum, & iſta etiam non erat multa impenſa, quia ſemper erant duodecim panes coram Domino, & iſti mutabãtur per ſingula Sabbata. Dare autem in qualibet hebdomada duodecim panes nõ erat magnus ſumptus, & præſtabatur iſte ſumptus à toto populo: nã Iſraelitæ inter ſe prouidebãt de farina, quoniam dabãt Sacerdotibus, & de illa conficiebant ipſi panes, & proponebãt coram Domino, vt colligitur infrà in litterã. Quarta miniſtratio erat in candelarum incenſione, & ad has dabatur oleum, & illud tenebantur dare filij Iſrael, vt dictum ſupra fuit, & ſic pro vniuerſis miniſtrationibus erant prouiſi redditus, vel pecuniæ. Aliquando tamen aliũdè prouidebatur, & releuabatur ſumptus Iſraelitarum, vel conuertebantur pecuniæ ad hoc ordinata in alios vſus, ſicut quando aliqui Reges Gẽtilium prouidebant de ſumptibus pro his, vel pro aliquo horum. Sic patet de Seleuco Rege Aſiæ, qui dabat omnes ſumptus pertinentes ad ſacrificia, & miniſtrationes libamentorum, vt patet 2. Machabæorum 3. cap. Sic & Rex Perſarum Artaxerſes iuſſit dari omnia neceſſaria ad ſumptus templi Domini de redditibus ſuis regalibus 1. Eſdræ 7. & 2. Eſdræ 8. cap. Et ita pro omnibus miniſtrationibus dabat ille ſumptus. Nec tamen ob hoc omittebantur, quæ ordinaria erant, ſcilicet, quòd ſoluerentur dimidij ſicli à transeuntibus ad numerum, quia iſtud erat neceſſarium, Exo. 30. Et iſtud petebatur ab Iſraelitis lib. 4. Reg. 12. cap. Etiam fiebant oblationes in gazophilacio à ſpontaneis: nam vſque ad tẽpus Chriſti iſtud perſeuerabat, Luc. 21. cap. vbi ipſe vidit mittentes munera in gazophilacium. Etiam fiebat collecta in feſto Tabernaculorum octauo die, quia iuſſerat Deus, quòd iſte ritus obſeruationum eſſet legitimum ſempiternum inter Iudæos præceden. cap. Vnde ſi pecuniæ iſtæ non viderentur neceſſariæ, recondebãtur in theſauris templi, vt fierent inde ea, quæ aliquando opus eſſent. Et ſicut dicitur ꝙ Reges Gentiles aliquando dabant omnes ſumptus pro miniſtrationibus Sanctuarij, ita & Reges aliqui Iudæorum deuoti faciebant aliquando, ſicut fuit de Ezechia Rege Iuda, qui pro omnibus ſacrificiis ordinariis miniſtrabat ſumptus, 2. Paralipomen. 31. cap. ſ. pars autem Regis erat, vt de propria eius ſubſtantia offerretur holocauſtũ mane ſemper, & veſpere: Sabbatis quoque, & Calẽdis, & ſollemnitatibus reliquis, ſicut ſcriptũ eſt in libro Moyſi. *Oleum de oliuis.* Iuſſit Deus offerre oleũ ad lucernas, quoniam in toto Sanctuario non cremabatur aliqua lucerna de ſepo, vel cera, ſicut probatum eſt, Exo. 25. & 27. Sed ſolũ oleũ cremabatur, & Deus quandocumque nominabat lucernas in Sanctuario, non intelligebat aliquid factũ de cera, vel ſepo, aut alia materia combuſtili, ſed intelligebat quædam vaſa de auro, in quibus ponebatur oleum, & iſta erant ſeptem vaſa in ſummitatibus ſeptem calamorum, & dixit Deus iſtas lucernas eſſe factas de auro; & ipſum candelabrum, vt habetur Exo. 25. cap. Et tamen aurum non eſt materia combuſtibilis, ita vt ardeat, & luceat, ſed oleum intra illa vaſa aurea cremabatur, & illa vaſa erant lampades quanquam lucernæ nominentur ad idem. n. videntur iſta pertinere. *Oleum de oliuis.* Dixit enim de oliuis ad differẽtiam aliarum rerum, quoniam poteſt fieri oleum de hordeo, & de nucibus, & de multis aliis rebus, ſicut vinũ de pomis, & ſegetibus; ſed ſicut non eſt propriè vinum, quod fit de pomis, ſed quidam alius liquor differens in ſpecie, ita non eſt propriè oleũ id, quod fit de nucibus, vel hordeo, vel carnibus animalium, & ſimilibus rebus: nam quanquam ad vſus medicinæ iſta proficiant, ad illuminãdum tamen non conueniunt: oleum verò de oliuis ad omnia prodeſt. *Puriſſimum, ac lucidum.* Hic ponitur conditio olei, ſcilicet, ꝙ eſſet puriſſimum ab amurca, & quòd eſſet lucidum, id eſt, fulgens.

Seleucus Rex Aſiæ, dabat ſumptus pro ſacrificijs.

De tribus generibus olei, & de lucernis, quæ ardebant in Sanctuario. Quæſt. II.

PRO quo conſiderandum, ꝙ ſunt tria genera olei. Primum eſt; quod per ſe fluit in torculari de oliuis nullo premente, & iſtud eſt puriſſimum, quia ſolum pro-

F cedunt ſic partes delicatæ, & ſubtiles per ſe fluentes. Secundum genus olei, eſt, quod vocatur pilotonſum, vel pilo contuſum, & hoc eſt quod exit de oliuis ex prima percuſſione, vel compreſſione in torculari, & iſtud eſt iam aliqualiter groſſius, quia per vim compreſſionis exeunt partes groſſiores, quàm in primo, & vocatur iſtud genus olei pilo tonſum, id eſt, percuſſum malleo, vel lapide, quoniam pilus, vel pilum dicitur eſſe inſtrumentum ad percutiendum, & frangendum, & hoc eſt eſſe contuſum, id eſt, percuſſum, vel fractum. Tertium genus olei eſt, quod ex vltimata compreſſione lapidũ manat, & iſtud eſt cum amurca, & magnis fecibus, propter duram compreſſionem lapidum prementium. Primum genus iſtorum eſt ad lucernas. Secũdum eſt ad libamina. Tertium eſt ad vſus humanos ſolum, ſ. ꝙ non poteſt ac-

G cipi de tertio genere olei pro lucernis Dei, nec pro libaminibus, ſed ſolum ad alios vſus profanos. Iſta diſtinctio ponitur à Iudæis, ſed non multum videtur ſtare, quoniam Exod. 27. cap. dicitur; Præcipe filiis Iſrael, vt offerant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloq; contuſum, vt ardeat lucerna ſemper in Tabernaculo. Ecce enim dixit oleum pilo contuſum, debere adferri ad cremandum in Sanctuario, cum dicitur, ardeat lucerna ſemper in Tabernaculo: ergo non ſolum ponebatur oleum, quod ipſi vocant puriſſimum de primo genere, in Candelabro. Sed dicendum eſt, quòd iſtam diſtinctionem non præſupponit littera, ſed pro eodem accipit oleum puriſſimum, & oleum pilo contuſum, ſed in diſtinctione olei pilo contuſi quoddam eſt purius, alterum autem eſt minus purum. De illo ergo

H quod eſt pilo contuſum, & tamen lucidius, vel purius, Deus accipi iuſſit. Hic autem non fit mentio, ꝙ oleum ſit pilo contuſum, vel non, ſed ꝙ ſit puriſſimum, & tñ idem eſt eſſe puriſſimũ, & pilo cõtuſum, vt apparet ex eo quod habetur Exo. 27. In eo tamen oleo, quod erat pilo contuſum, requirebantur duæ cõditiones, quæ habentur hic, ſ. ꝙ eſſet puriſſimum, & lucidum. Dicitur puriſſimũ quantum ad priuationem omnium amurcarũ, & partiũ groſſarum cauſantiũ quandã impuritatem: dicitur aũt oleum lucidum, quantum ad colorem, quia habet colorem aureum, & non habet admixtas aliquas partes impuras denigrantes, & inficientes. *Ad concinnãdas lucernas.* Concinnare idem eſt quod componere, vel ſuſtentare, & dicitur lucerna concinnari, id eſt, ſuſtentari lumen ne pereat in lucerna illa, quæ erat lampas de auro. *Iugiter.* Iſtud erat

I quod quotidie fiebat, ſ. ꝙ incenderentur lucernæ, & diſponerentur quotidie: nam neceſſarium erat, ꝙ Sacerdotes intrarent quotidie in Tabernaculum, ad diſponẽdum iſtas lucernas, ne deficeret in eis oleum, aut aliquo caſu extinguerentur, & vt quaſdam earũ incenderent, & quaſdam extinguerent. Nam ſecundum Ioſephum de ſeptem lucernis, quæ erant in Candelabro, quattuor ardebãt per diem, & omnes per noctem, vt declaratum fuit Exod. 27. Neceſſe ergo erat quotidie incendi quaſdam earum, & quaſdam extingui. Et hoc ſignificatur Exo. cap. 30. vbi dicitur; quòd ſemper in mane, & in veſpere lucernæ diſponerentur. *Extra velum teſtimonij.* Hic ponitur locus in quo erant iſtæ lucernæ: nam ſecundum ꝙ dictum fuit Exodi, cap. 26. Candelabrum in quo erant ſeptem lucer-

K næ de auro, erat in parte Auſtrali, ſcilicet, ad latus Meridianum Sancti Sanctorum, ſiue ipſius Tabernaculi, quoniam non erat intra Sancta Sanctorum. Ponitur etiam ibidem quòd erat iſtud Candelabrum ante velum teſtimonij, ſcilicet ante Sancta Sanctorum extra velum ſuum, vel ſicut dicitur Exo. 27. cap. Extra velum, quod expanſum eſt teſtimonio.

Locus lucernarũ.

De figura Tabernaculi, & Atrij, & quomodo diſtinguebantur per vela; & de loco Candelabri & Lucernis. Q. III.

IN quo conſiderandum eſt, ꝙ Tabernaculũ quod erat domus circumdata tabulis, & tecta velaminibus, diſtinguebatur in duas partes per velum interpoſitũ: nam continebat Tabernaculum in longitudine cubitos triginta, & in latitudine cubitos decẽ. Si autem diuideretur longitudo in tres partes æquales, fierẽt tres domus quadratæ,

quarum

quarum quælibet habere: decem cubitos in longum, & totidem in latitudine, ſed non erat ſic diuiſum, ſed ſolum in duas partes non æquales, ſcilicet, q diuideretur longitudo lateris Tabernaculi in duas partes, quarum vna cõtineret cubitos decem, & alia cubitos viginti. Illa autem quæ continebat cubitos decem, erat in extremitate ad latus Occidentale, & erat quadrata, habens in longitudine decem cubitos, & in latitudine totidem. Diſtinguebatur autem iſta pars ab alia maiori, per velum interpoſitum pendens ante quattuor columnas, & vocabatur iſta pars Sancta Sanctorum, alia autem vocatur Sanctuarium, ſiue Tabernaculũ primum, vt dicit Apoſtolus ad Hebr. c. 9. Candelabrum autem, de quo hic dr, non locabatur intra Sancta Sanctorum, ſed in prima parte Sanctuarij, & hoc erat ante velum Sancti Sanctorũ, ſ. ante locum diſtinctionis Sancti Sanctorum, & exterioris Tabernaculi, quia intra Sancta Sanctorum non erat, niſi Arca, cum Propitiatorio, & Cherubim. Et ſic quandocumque dr aliquid eſſe extra velum teſtimonij, vel ante velũ, ſignificatur q erat in prima parte Tabernaculi, & extra Sancta Sanctorũ. In hac enim parte locabatur menſa propoſitionis, & altare thymiamatũ cũ Cãdelabro, in quibus quotidie miniſtrabatur, & dr eſſe extra velũ teſtimonij, i. extra velũ diſtinguens Sãcta Sanctorũ à reliqua parte Tabernaculi, & vocatur Sancta Sanctorũ teſtimonium, quod Deus dederat Moyſi, ſ. tabulæ decalogi intra arcam. *In Tabernaculo fœderis*, i. iſtæ lucernæ erũt in Tabernaculo fęderis extra velum teſtimonij. Dicuntur eſſe in Tabernaculo fęderis, ad differentiam Atrij Tabernaculi, in quo erat altare holocauſtorũ, & labrum æneum, vt patet de altari, Exo. 27. c. & de labro æneo Exo. 30. Candelabrũ aũt erat intra Tabernaculum, ſ. in domo illa tabulis circumdata, & operta velamentis, & per iſta duo notatur perfectè locus candelabri, ſ. quia dr q erat in Tabernaculo fęderis, & tamen q erat extra velum teſtimonij, quod neceſſario ſignificat eſſe in prima parte Tabernaculi, quia intra velũ, vel vltra velum eſt ſecunda pars Tabernaculi. *Ponetq; eas Aaron.*

Lucernarũ diſpoſitio.

Hic agitur de diſpoſitione lucernarũ, & nõ eſt intelligendum, q aliquis poneret lucernas in Candelabro, quia hoc eſſet ſi eſſent lucernæ aliquid ſeparatũ à Candelabro: erãt tñ partes Cãdelabri, & erãt de auro: nã ſicut dr Exo. 25. c. Quòd candelabrum cũ lucernis ſuis, & omnibus partibus eius, factum eſt de auro puriſſimo; ſed dicebãtur poni lucernæ, i. diſponi, inquantum in eis ponebatur oleum, vel diſponebatur lychnus, vt arderet, aut quædã lucernarum extinguebantur, & aliæ ardebant. Et dr, q ponet eas Aaron, ſ. q iſtæ lucernæ ponerẽtur per manũ Aaron, ſed non eſt ſenſus, quòd ipſe Aaron ſolus hoc faceret, ita q nõ liceret minoribus ſacerdotibus, qm̃ æquè licebat minoribus, ſicut ſacerdotibus maioribus, vt habetur Exodi 27. cap. cum dicitur, Vt ardeat lucerna ſemper in Tabernaculo teſtimonij extra velum, quod oppanſum eſt teſtimonio, & collocabunt eam Aaron, & filij eius, ecce enim qualiter dixit iſtud pertinere tam ad Aaron, quàm filios eius, & illi erant Sacerdotes minores. Item patet hoc, quia licebat Sacerdotibus minoribus cremare thymiama, & offerre panes, & facere ſacrificia, ergo liceret eis incendere lucernas, & diſponere in Candelabro, quia maior miniſtratio eſt facere ſacrificia, & incenſum offerre, quam lucernas diſponere, q autem liceat iſta facere Sacerdotibus minoribus, habetur ſupra 21. cap. cum dicitur: Sancti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen eius; incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerent, & poſtea ſubditur de oblatione ſacrificiorum: Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron, non accedet offerre hoſtias, nec panes Deo ſuo. Item, patet hoc, quoniam quotidie fiebat miniſtratio in Candelabro diſponendo lucernas, ſed per Sacerdotes minores poterat fieri omnis miniſtratio, quæ erat quotidiana, & intra primam partem Tabernaculi: ergo minoribus Sacerdotibus hoc licebat. Quòd autem minores Sacerdotes poſſent quotidiana miniſteria explere, patet per Apoſtolum ad Hebr. 9. cap. vbi diſtinguens inter officium Summi Sacerdotis, & ea quæ cõueniebant minoribus ſacerdotibus, dixit. In priori quidem Tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes; in ſecundo autem ſolus Pontifex

A ſemel in anno; & ſic patet differentia, ſ. q minores ſacerdotes poſſent miniſtrare in omnibus, quæ erant intra primam partem Tabernaculi, & tamen intra illam primam partem erant iſtæ miniſtrationes, quæ fiebant in diſpoſitione lucernarum: ergo Sacerdotes minores poterant hoc facere, & non ſolus Aaron. *A veſpere vſque ad mane coram Domino.* Aliqui enim dicunt, q iſtæ candelæ lucebant per totam noctem, & per diem extinguebantur, ita q nulla arderet, deinde iterum in nocte accenderentur vſque in mane. Alij autem dicunt: q per noctem lucebant ſeptem lucernæ, quæ erant in Candelabro, per diem verò ſolum tres, vel quattuor, ſecundum q ait Ioſephus. Quid tamen horum verius ſit, multis incognitum eſt, nec littera multum expreſsè hoc innuit. Videtur tamen ex littera dicendum eſſe, q lucernæ omnes ardebant per noctem, per B diem autem nulla, quia ſatis erat lucidus locus Tabernaculi, & hoc videtur innuere littera cum ait; Ponet eas à veſpere vſque in mane, i. q ponerentur candelæ in principio noctis, & durarent vſque ad mane, & ſic videtur negare eas eſſe poſitas per diem, alioquin non dixiſſet, ponet eas à veſpere vſque in mane; ſed ponet eas per diem, & per noctem, vel ſi magis indeterminatè diceretur, eſſet forma dicti, ponet eas in Candelabro: & iſte modus habetur Exo. 27. cap. cum dicitur: Vt ardeat lucerna ſemper in Tabernaculo teſtimonij, extra velum quod oppanſum eſt teſtimonio. Et collocabunt eam Aaron, & filij eius, & vſque mane luceat coram Domino. Et ſic manifeſtè videtur dici, q ſolum ponebatur lucerna, vel luceret à veſpere vſque mane: ergo per diem non lucebat, ſed extinguebatur; q autem aliquando extinguerentur iſtæ lucernæ, ap- C paret ex eo quod habetur 1. Regum, cap. 3. cum dicitur: Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. Nec accipitur hic lucerna pro vna lucerna, ſed pro omnibus quæ erant in Candelabro. Sic apparet ex eo quod habetur Exo. 27. cap. cum dicitur: Præcipe filiis Iſrael, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloq; contuſum: vt ardeat lucerna ſemper in Tabernaculo; & ibi non poteſt accipi lucerna pro vna lucerna, ſed pro lucernis omnibus, alioquin ſignificaretur, q ſolum vna lucerna incendenda erat, quod falſum eſt. Satis autem rationabile erat, q diceremus aliquas lucernas manere per diem incenſas in Sanctuario, quoniam ignis non ponitur ſolum ad illuminandum, ſed præcipuè ad honorem miniſterij Diuini, quoniam Deus multum honoratur D in apparatu luminarium, & propter hoc in eccleſia quandocumque fiunt Diuina miniſteria, præcipuè ſollemnitates miſſarum, luminaria accendũtur, nec licet alicui miſſam celebrare, ſine luminaribus incenſis, alioquin magnã incurreret pœnam, vt patet extra, de celebr. miſſar. c. vlt. In qua proceditur contra clericum, qui aliquãdo ſine lumine miſſam dixit: littera tamen hic ſignificare videtur, q per diem non eſſet aliqua lucerna incenſa. *Coram Domino.* id eſt, q iſtæ lucernæ ponerẽtur coram Domino, dicuntur poni coram Domino, nõ quidem q ſint intra Sancta Sanctorum, coram Propitiatorio, & Cherubim, quia ibi non erat aliquod Candelabrum, nec lumen, ſicut declarauimus Exo. 26. cap. vbi cauſa horum data eſt; ſed dicebatur coram Domino, ſ. quia erat in prima parte Tabernaculi ante velum, & poſt velum erat Arca, & Propi- E tiatorium, ideo dicebatur eſſe coram Domino, quia quod ante velum eſt, ante Propitiatorium eſt; cum non diſtinguantur ea, quæ ſunt in prima parte Tabernaculi, à Sancta Sanctorum, niſi per velum interpoſitum; ſic etiam dicitur de altari holocauſtorum, quod erat coram Domino, quia erat in eadem prima parte Tabernaculi ante velum Sancti Sãctorum, vt habetur Exo. 30. cap. Intra Sancta Sanctorum in Propitiatorio dicebatur eſſe Deus, ſecundum ea, quæ declarata fuerunt Exod. 25. cap. *Cultu rituq; perpetuo.* i. iſta incenſio candelarum durabit in æternum, quod eſt durare in cultu, & ritu perpetuo. Iſta autem incenſio candelarum vocatur cultus; inquãtum pertinet ad cultum Dei, quia eſt quidam actus latriæ: Omnes autem actus, qui in Deum ſolũ diriguntur ad impendendum ei aliquem famulatum, inquantum cum illi debitum eſſe credimus, dicuntur eſſe actus latriæ, & cultus Dei.

Nemini licet miſſam ſine luminibus celebrare.

De hoc Magiſter Sententiarum in diſtin.9. lib.3. vocatur F iſta miniſtratio candelarum ritus,i.cæremonia quædam, quoniam omnes operationes ad honorandum aliquẽ dicuntur eſſe cæremoniæ factæ illi: vel poteſt ſignificare ritus legem datam de cæremonialibus, dicitur enim ritus quaſi rectus, quoniam id quod lege ſtatutum eſt, iam rectum eſt. Dicitur eſſe iſte cultus perpetuus, non quidem quia in æternum duraturus erat, quia nullus cultus durat in æternum, nec etiam cultus noui Teſtamenti, qm̃ ceſſabit in die Iudicij, quia poſtea nulla lex erit, ſed poteſt dici, ꝙ iſte cultus erit perpetuus, quia duraturus erat magno tempore, ſicut dictum fuit præcedenti capite de feſtiuitatibus. Alio modo dici poteſt cõuenientius, ꝙ iſte ritus erit perpetuus, i. ſemper duraturus erat, quamdiu duraret ipſum Sanctuarium, & hoc verum eſt; quia toto tempore, quo Iudæi habuerunt Sanctuarium, obſeruauerunt cære- G monias iuſſas à Domino. *In generationibus veſtris*. i. durabit iſte ritus quãdiu durauerint generationes veſtræ, ſ. quamdiu durauerit ſtatus Iudæorum: nam poſtea quanquam eſſent aliqui Iudæi, tñ non dicebantur manere generationes Iudæorum, ſm modum aſſumendi Scripturæ Sacræ. *Super Candelabrum mundiſſimum ponentur ſemper in conſpectũ Domini*. i. iſtæ candelæ lucentes ponentur ſemper ſuper Candelabrum, i. erunt in Candelabro. Poteſt.n. lucerna ſignificare duo, vno modo ipſum vas de argẽto, in quo poneretur oleum, & lychnũ: alio modo poteſt accipi pro ipſo lychno ardente. Si accipiatur primo modo, non propriè vocatur lucerna, ſed lampas: Sacra tamen Scriptura aliquando vocat lucernam, & iſto modo non poſſunt poni lucernæ in Candelabro, cum ſint partes ipſius Candelabri, & id quod in altero ponitur ſm modum accipiẽdi H vulgarem poſitionis, eſt ſeparatũ ab illo, & diſtinctiuum, ſed dr ꝙ ponuntur in Cãdelabro, i. ſunt. Alio modo ſi accipiatur lucerna pro lychno ardente, dicendum eſt, ꝙ ponebatur propriè ſuper Candelabro, quia non erat pars Candelabri. Sed aliquis ex hoc dicet, ꝙ ſemper ardebant lucernæ in Candelabro, vt patet ſupra, 24.c. cum dicitur: ſuper candelabrum mundiſſimum ponentur ſemper in conſpectu Domini. Reſpondendum eſt, quod lucernæ ſemper ponebantur in conſpectu Domini, non tamen ardebant ſemper: nam ſiue arderent, ſiue extinctæ eſſent, ſemper erant ſuper Candelabro in conſpectu Dñi. Quod autem non ſemper arderent, patet: quia aliquando extinguebantur, vt habetur 1. Reg.3.cap. Dicitur iſtud Candelabrum munditſimum, quia erat de auro puriſſimo, ſine aliqua alia mixtura metalli alterius, vt habetur Exodi I 25.cap. *Accipies quoque ſimilam*. In iſta parte ponitur ſecundum miniſterium ſacerdotale, ſ. in panibus propoſitionis: nam, vt dictum eſt, vnum de quattuor miniſteriis ſacerdotalibus, quæ erant in Sanctuario, erat ipſa oblatio panum propoſitionis; & ponitur hic totum miniſterium eorum, ſ. ꝙ ſacerdotes acciperent à filiis Iſrael farinam, & ex ea coquerent duodecim panes in qualibet hebdomada, & ponebantur iſti duodecim panes in die Sabbati ſuper Menſam Propoſitionis, & manebant ibi per totam hebdomadam; in ſequenti autem Sabbato tollebãtur de Menſa Propoſitionis, & ponebãtur alij duodecim panes recentes; alij autem cedebant in vſum ſacerdotum, ponebãtur quippe iſti panes ad memoriam filiorum Iſrael, vt cum Deus videret eos coram ſe, recordaretur illorũ: & ideo ponebantur duodecim propter duodecim filios Iſ- K rael. Magnitudo autem iſtorum panum erat, ꝙ quilibet haberet decimas duas ſimilæ, ſ. duo Gomor, & ſuper eos ponebatur tus. *Accipies quoque ſimilam*. Hic loquitur Deus ad Moyſen; non ꝙ ipſe iſta facere deberet: quia coquere iſtos panes, & conficere, erat opus ſacerdotũ: Moyſes autem nihil agebat de his, quæ pertinebant ad ſacerdotes: quia ipſe erat purè Leuita, niſi in aliquo caſu ſpeciali: quia erat ſibi eminẽs poteſtas data à Deo: alioqnin relinquebat ipſos ſacerdotes operari ea, quæ pertinebant ad miniſterium ſuum., ſed dicitur hic accipies, quia ipſe Moyſes ſic locuturus erat Aaron, & filiis eius.

Lucerna duo ſignificat, & diuerſimodè accipitur.

An ſimila de qua fiebant panes propoſitionis, eſſet de ſumptibus ſacerdotum, vel popularium. Quaſt. IIII.

DICET aliquis, vnde aſſumebatur iſta ſimula? nunquid de ſumptib. ſacerdotum? ſed magis videtur, quod aſſumeretur de pecuniis Sanctuarij, populares tamen hoc dabant in modum eleemoſynæ; quanquam ſatis poſſet dici, ꝙ erat hoc tanquam ius impoſitum vulgaribus, ita, quod tenerentur dare ſimilam ad conficiendos iſtos panes; & hoc videtur ſignificari infra, cum dicitur: Per ſingula Sabbata mutabuntur ſuſcepti à filiis Iſrael, ergo filij Iſrael tenebantur dare; & hoc ſatis eſt rationabile: quia iſti panes ponebantur ſpecialiter coram Domino, vt Deus recordaretur duodecim filiorum Iſrael. Cum ergo pro eis ſolis ſpecialiter iſta cærimonia fieret, tenebantur ipſi dare iſtam farinam. Et dicendum, quod de hoc non eſt dubium, an de ſumptibus ſacerdotum fierent panes iſti, quia licet poſtea cederent iſti panes ſacerdotibus, vt patet in littera, non debebant de eorum ſumptibus fieri; & cauſa eſt: quia Deus dabat de eis, quæ ad ipsũ pertinebant, ſacerdotibus: nam omne, quod offerebatur Deo, & veniebat ad manus ſacerdotis, cedebat ipſi, vt patet Numer.5.cap. à fortiori ergo non acciperet pro ſe aliqua munera, quæ de ſumptibus ſacerdotum prouenirẽt; etiam qnia ſacerdotes erant pauperes, & non habebant quidquam vnde viuerent, niſi iura, quæ Deus eis dederat ex oblationibus Iſraelitarum, Ioſue 13.c. nam iuſſerat, quod nihil haberent in terra Iſraelitarum cõtenti exiſtentes iuribus oblationum Deuter.18.c. & ideo Deus deſignauit tam ſacerdotibus, quam Leuitis iura, quæ habituri erant: & dixit, quod illa dabat eis de illis, quæ pertinebant ad ipſum pro miniſterio, quod ei impendebant. Numer.18. cap. Item, ſi iſti panes oblati fuiſſent ſumptibus ſacerdotum, eis ſolis prodeſſent & tamen dicitur, quod ponebantur in memoriam filiorum Iſrael: ideo non dabantur ex ſumptibus ſacerdotalibus. Dicendum, ꝙ manifeſtum eſt iſtos panes fuiſſe datos ſumptibus filiorum Iſrael, i. totius populi, & patet Primò, quia dicitur, quod erant in memoriam filiorum Iſrael, ergo cũ eis prodeſſent, ab eis offerri debebant. Secundò apparet, cum dicatur, quod eſſent duodecim; in quo apparet, quod eſſent pro omnibus duodecim tribubus Iſraelitarum, ergo ab eis offerendi erant. Non eſt tamen intelligendum, quod illi offerrent iſtos panes ſic confectos, vt ponerentur coram Domino: quia non iudicarẽtur multum ſancti, ſi Iſraelitæ eos confeciſſent, ſed Iſraelitæ dabant ſacerdotibus ſimilam, ex qua ſacerdotes formabant panes, & coquebant. Sed in hoc aliqui putant, ꝙ Iſraelitæ darent pecuniam ſacerdotibus, ex qua ipſi emerent farinam ad cõficiendos panes: magis tamen videtur concordare litteræ, ꝙ Iſraelitæ darent farinam ipſam, quam pecuniam ad eam emendum, cum dicatur hic, accipies quoque ſimilam, à quo autem accipies? videtur, quod ab Iſraelitis, cum dicatur infra, quod erant ſuſcepti iſti panes à filiis Iſrael: & ſic in farina erant ſuſcepti. Item patet ſimile circa oleum ad lucernas: nam Iſraelitæ dabant ſumptus ad illud, non quidem dando pecuniam ſolum vnde emeretur, ſed dãdo ipſum oleum, vt patet in littera hic, & Exo.27.c. & tamen ſi quis contendat, quod non dabant Iſraelitæ farinam ipſam, neque oleum, ſed pecuniam de quibus hæc emerentur, non eſt inſtandum. Iſtos panes conficiebant ſacerdotes, atque coquebant: quia laicis nõ licebat, vt apparet ſtatim in littera; & faciebant eos ſine fermento azimos, ſ. eo ꝙ nihil fermentatum poterat poni coram Domino, ſup. 2.cap. *Et coques ex ea duodecim panes*. Filij Iſrael dabant iſtam farinam ad menſuram determinatam, ſcilicet, viginti quattuor Gomor, pro duodecim panibus: & non faciebant Iſraelitæ iſtos panes; qm̃ nec commiſcebãt farinã, nec coquebant, ſed tota cõfectio panũ pertinebat ad ſacerdotes.

An panes propoſitionis fierent à laicis, vel à Leuitis, an potius à Sacerdotibus. Quaſt. V.

CAVSA eſt, quia iſti panes pertinebant determinatè ad res ſacras, cum ponerẽtur coram Domino: ideo non decebat, vt manibus vulgarium tractarentur; ſicut non licebat vulgaribus facere ſacrificia, nec aliquam ſacrificiorum cæremoniam. Sed arguet aliquis, non ſtare iſtam rationem: quia eodem modo diceretur de omnibus panibus, qui offerebantur, quod illi non fierent manibus vulgarium: aliquando tamen fiebant panes de clibano,

no, & lagana oleo lita; & panes in ſartagine, vel in craticula, aliquando fermentati: & iſti offerebantur Domino, vt patet ſupra 2. & 7.c. Reſpondendum eſt, quod iſti panes propoſitionis ſanctiores erant, quam alij panes, quanquam alij offerrentur. Nam iſti ponebantur intra Tabernaculum, & manebant ibi ſeptem diebus coram Domino: alij autem qui offerebantur, non ponebãtur intra Tabernaculum; ſed ſolũ in atrio Tabernaculi; & modicum de eis cremabatur ſuper altare, ideo ſatis ſtat de iſtis rõnabiliter dictũ, ꝙ à vulgaribus conficerẽtur & coquerentur; ſed nõ de panibus propoſitionis: quia ſanctiores erãt. Alia ratio eſt, & adhuc conuenientior: quia panes propoſitionis erant determinati à lege, ꝙ per ſingula Sabbata ponerentur coram Domino, ideo erant in maiori ſtrictione, quam alij panes, qui voluntariè offerebantur à popularibus, & de quibus non conſtabat ſacerdotibus, quod offerendi eſſent, quod autem ea, quæ ſunt determinata, & neceſſaria, ſint in maiori aſtrictione, quam ea, quæ ſunt purè libera, patet ſupra 22.cap. cum dicitur, ꝙ bouem, & ouem, aure, & cauda amputatis voluntariè quis offerre poteſt: votum autem ex his ſolui non poteſt. Alia cauſa adhuc eſt: quia difficillimum valde erat ſacerdotibus, ꝙ ipſi coquerent, & conficerent omnes panes, quos populus oblaturus erat, tamen erat aliqua difficultas, quod conficerent, & coquerent panes propoſitionis. Sed aliquis diceret, quod neutrum iſtorũ eſt verum, ſ. ꝙ ſacerdotes non conficerent, & coquerent panes propoſitionis, ſed Leuitę. Etiam quod populares non facerent panes de ſimila, qui offerendi erant ab eis, ſed Leuitæ facerent illos in Sanctuario, & patet de hoc ſecundo: quia lib. 1. Paralip. 9. c. dicitur de officiis Leuitarum; de ipſis erant qui concredita ſibi habebant vtenſilia Sanctuarij, & præerant ſimilæ, vino, oleo, & turi, ergo Leuitæ præerant ſimilæ, id eſt, farinæ de qua fiebant panes ad offerendum. Etiam dicitur ibidem, & Matathias Leuites primogenitus Sellũ Choritæ præfectus erat omnium quæ in ſartagine frigebantur: & ita Leuitæ frigebant collyridas, & lagana, & alia quæ offerebantur de panibus à popularibus: nam de ſartagine, & craticula fiebat oblatio de ſimila, & panibus, ſup. 2. cap. Dicendum ad hoc, quod cum populares offerebant ſponte, vel ex voto, oblationes; & erant ibi panes ſine fermentati ſiue Azimi, vel collyridę, aut cruſtulæ, vel lagana, & aliquid eorum, quæ in ſartagine frigebantur, ipſi iſta coquebant, & frigebant, & ſic offerebant. Si autem offerrentur panes, vel lagana, aut aliquid horum, quod eſſet de ſacrificiis ordinariis, quæ fiebant de ſumptibus Sanctuarij, faciebant iſta Leuitę, & non populares. Quod autem laici conficerent panes ſuos, & ea quæ in ſartagine erant, quæ ipſi oblaturi erant, patet ſupra 2.cap. ſ. anima cum obtulerit ſacrificium ſimilæ, ſimila erit eius oblatio, fundetq. ſuper eam oleum, & ponet tus; ac deferet ad filios Aaron ſacerdotis; ergo ille, qui offerre volebat, faciebat hoc, & poſtea ferebat ad ſacerdotes; ſi autem Leuitæ hoc feciſſent, nõ ferret laicus ad ſacerdotes iſtud. Itẽ quia Leuitæ faciebant panes de ſimila, & frigebant in ſartagine, quantum ad illam ſimilam, & oleum, quibus ipſi præerant, vt patet 1. Paralipom. 9. cap. cum dicitur de quibuſdam Leuitis, ꝙ præerant ſimilæ, vino, oleo, & turi, & poſtea dicitur de Matathia Leuita, quod pręerat eis, quę frigebantur in ſartagine: & ita de ſimila, & oleo, quibus pręerant, formabant panes, & faciebant frixuras, ſed cũ laici offerebãt panes, & aliquid frixũ in ſartagine, de facultatibus ſuis offerebant, & non de ſumptibus Sanctuarij: ergo non conficiebãt Leuitæ panes, quos iſti offerebant, neque frigebant id quod illi frixũ offerebãt. Cũ aũt dr, quod Leuitæ frigebant hæc, & formabant panes, intelligitur de his, quæ de ſumptibus templi offerebantur. Nã erãt quædam ſacrificia ordinaria, quæ certis temporibus fiebãt ex mandato legis: alia aũt fiebant accidentaliter, vel non ordinariè, & hoc ex deuotione populi, vel ex neceſſitate: ſiue aũt eſſent purè ſpontanea, vt quia cũ voto, vel ſine voto: ſiue ex neceſſitate, vt in parientibus, ſupra 12.c. ſiue in peccantibus, ſupra, 4.c. ſiue in eis qui purificabantur cauſa lepræ, vel aliis immunditiis, ſupra, 14. & 15.c. erãt accidẽtalia, vel ordinaria; quia poterat eſſe, ꝙ nõ eſſent peccata, neque partus, neque purificationes: & ita nõ fieri ẽt hæc, & dato, ꝙ accideret hæc eſſe; & ideo ſacrificia fieri, pro illis, tamen non erant hæc ordinaria, ſed caſualia: & non erat determinatum tempus ad iſta faciendum; ſed quãdo accidérent. Et de iſtis generaliter dicimus, quod nihil de panibus eorum, neque de frixuris faciebant Sacerdotes, aut Leuitæ, ſed populares ipſi, qui offerebant hæc: ipſi enim ferebant ſacrificia, & libamenta ſua ſimul.

Sacrificia ordinaria.

Sacrificia autem ordinaria erant illa, de quibus ſtatutum erat, ꝙ diebus certis offerrentur, ſicut ſacrificia holocauſti iugis matutini, & veſpertini; & ſacrificia Sabbatorum, & Calendarum, & Phaſe, & Pentecoſtes; Clangoris, Propitiationis, & Tabernaculorum, pro omnibus enim his ſtatuerat Deus certa ſacrificia, cum libamentis ſuis; & ponuntur hæc in catalogo ſacrificiorum, Numer. 28. & 29. cap. Iſta autem ſacrificia habebant libamenta; & omnia hæc offerebantur de ſumptibus Sanctuarij. Nam licet Sanctuarium acciperet redditus de popularibus, tamen iſta non emebantur ex pecunia popularium, ſed ex illa quæ erat iam in theſauris Sanctuarij, ſiue eſſet habita de popularibus, ſiue non. Et de iſtis dicendum, quod nullam curam habebant laici, ſed Sacerdotes, & Leuitæ: & quia Sacerdotum erat officium ipſa miniſtratio immediata in Sanctuario, pertinebat ad Leuitas habere curam de his, quæ offerenda erant, nam ipſi habebant pecunias Sanctuarij à conſtitutis ſuper theſauris, 1. Paralipom. 26. cap. & ideo de pecuniis illis ipſi emebant, quæ neceſſaria erant ad ſacrificia, & ad ceteros vſus Sanctuarij; & quia libamenta ſacrificiorum erant ſimila, vinum, oleum, tus, & ſal vt patet Numer. 15.c. ſemper habebant Leuitæ in Sanctuario copiam iſtorum: vt non oporteret quotidie emere eos illa quæ eſſent neceſſaria ad ipſius diei adminiſtrationem. Sic dicitur 1. Paralipom. 9. cap. erant quidam Leuitæ, qui præerant ſimilæ, vino, oleo, turi, & aromatibus; & adiunctum eſt ibi de aromatibus: quia illa erant ad confectionem thymiamatis; cuius vſus erat quotidianus in mane, & veſpere, Exo. 30. & 31. cap. Cum autem ſimila, & cetera libamenta danda erant in ſacrificia, Leuitæ qui cuſtodiebant illa, dabant ea: & quando panes vel ſimila frixa conferri debebant, Leuitæ frigebant hęc; & dabant Sacerdotibus: licet aliqui velint, ꝙ tunc Sacerdotes iſta faciebant, & hoc eſt verum. Aliud erat de panibus propoſitionis, à quibus coquebãtur, & conficiebãtur. Et dicendum certum eſſe, ꝙ à laicis non conficiebantur: quia ad eos nihil attinebat de iſta miniſtratione, quia iſta erat miniſtratio ordinaria pro determinato tẽpore, ſ. fiebat per ſingula Sabbata, vt dicitur in littera, ſed in ordinariis miniſtrationibus laici nihil parabant de rebus offerendis, vt dictũ eſt. Sed de Leuitis, & Sacerdotib. erat dubium, à quibus eorum iſtud fieret. Dicunt aliqui, ꝙ à Leuitis fiebant hæc: quia ad eos pertinebat cuſtodire ſimilam, & omnia libamenta. 1. Paralipom. 9. cap. ideo ad eos pertinebat formare panes, cum de illa ſimila formarentur. Item, quia eodem cap. expreſsè dicitur, quod Matathias Leuites perfectus erat eorũ quæ frigebantur in ſartagine: ergo Leuitæ frigebant ſimilam, ergo & conficerent panes propoſitionis, quia ex ſimila erant iſta. Item, adhuc efficacius, quia eod.c. dicitur: Porrò de filiis Caath fratribus eorum, ſuper panes erant propoſitionis, vt ſemper nouos per ſingula Sabbata præparent. Ergo apparet manifeſtè, ꝙ Leuitæ faciebant panes propoſitionis; & habebãt eos paratos pro ſingulis Sabbatis, vt acciperẽt eos ſacerdotes, & ponerent in menſa coram Dño. Alij dicũt, quod ſacerdotes iſtos panes coquebant, & conficiebãt, & non Leuitæ: quia dicitur, 1. Paralip. 23. Sacerdotes autem ſuper panes propoſitionis, & ad ſimilæ ſacrificium, & ad lagana azima, & ſartaginem, & ad torrendum, & ſuper omne pondus atque menſuram. Dicendum eſt, quod ſacerdotes conficiebant, atque coquebãt panes propoſitionis, & non Leuitæ: ſed Leuitæ dabant eis ſimilam, de qua coquerent, atque formarent panes; & ſimiliter dicẽdum eſt de ſimila, quæ frigebatur, & laganis: nam non frigebant hæc Leuitæ; ſed ſacerdotes, vt patet 1. Paralip. 23. cum dicitur, quod ſacerdotes erant ſuper ſacrificium ſimilæ, & ad lagana azima, & ad ſartaginem, & ad torrendum, & ſuper omne pondus atque menſuram, & ideo licet Leuitæ cuſtodirent ſimilam, & oleum, & vniuerſa li-

Officium Sacerdotum.

bamenta,

bamina, ſicut dicebatur præceden.q.ꝙ non faciebant ipſi F frixionem, ſed ſacerdotes. Cum autem arguebatur, quia 1. Paralipom.9. cap. dicitur, quod Matathias præfectus erat eorum, quæ in ſartagine frigebantur. Dicendũ, quod ille Leuita non erat præpoſitus eorum, quæ frigebantur, quaſi ipſe ille frigeret, & alij Leuitæ, qui ſub eo conſtituti erant: ſed quia ipſe in cuſtodia ſua haberet ea, quæ frigenda erant: & hoc conuenit litteræ. Nam ſi eſſet ſenſus primus, deberet dici, ꝙ erat præfectus eorum, qui frigebant in ſartagine, i. princeps Leuitarum frigẽtium: ſed dicitur præfectus eorum quæ frigebantur, & accipitur eorum neutraliter, i. earum rerum quæ frigendę erant; quia ſimilam habebat, & oleum ad frigendum, hæc enim duo ſola frigebantur; & ſic erat theſaurarius iſtarum rerum, & dabat eas ſacerdotibus, qñ frigere aliquid vellent: & hoc modo concordat littera illa cum ea, quæ habetur G 1. Paralipom.23. capite, ſcilicet, quod ſacerdotes erãt ſuper ſacrificium ſimilæ, & ad lagana, & ſartaginẽ, & feruentem ſimilam: & ſi ſic non intelligatur, non poterit ſtare vtraque littera: nam ſi Leuitæ erant præfecti eorũ, quæ in ſartagine frigebantur, id eſt, frigebant ea, non poterit intelligi quomodo ſacerdotes eſſent ſuper ſacrificium ſimilæ, & ſartaginem, & lagana: quia non eſt verum, quod vtriq; ea frigerẽt: nam nõ competebat eadem miniſtratio Leuitis, & ſacerdotibus, ergo ſi Leuitæ iſta frigerent, ſeruarent ſacerdotes illa, antequam frigerentur, & traderẽt ea frigenda Leuitis, ꝙ non eſt verum; nam cuſtodire pertinebat ad Leuitas, vt patet lib.1. Paralip.9.c. ipſi.n. erant theſaurarij vniuerſarum rerum, ſ. diuitiarũ, & vaſorum, & libamentorum, eod.c.& 26. potiſſimè, quia iſtud eſſet irrationabile, ſ.ꝙ cuſtodirent ſacerdotes oleũ, & ſimilam, H & Leuitæ conficerent inde panes, & frigerent: quia altior miniſtratio eſt, & propinquior ſacris, formare panem, quam cuſtodire ſimilam de qua formatur panis: & altiores miniſtrationes competunt ſacerdotibus, quam Leuitis. De panibus autem propoſitionis ſimiliter dicendum, quod ſacerdotes illos conficiebant, & coquebant, & non Leuitæ.

Cum dicitur 1. Paralip.9. ꝙ filij Caath fratres eorum, ſuper panes erant propoſitionis, vt ſemper nouos per ſingula Sabbata præpararentur, intelligendum eſt, quod iſti filii Caath Leuitæ erant, & non ſacerdotes, quanquam ẽt ſacerdotes eſſent de filiis Caath, ibi tamen deſcribebãtur officia Leuitarum principaliter, & non Sacerdotum; maximè quia iſti fratres Caath, vocabantur fratres aliorum Leuitarum: & ſic ſignificatur eos eſſe Leuitas, & tamen I non præparabant iſti panes nouos per ſingula Sabbata, quaſi illi eos facerent: ſed quia ſimilam habebant cõmiſſam cuſtodiæ ſuæ, de qua fiebant panes propoſitionis, & erant iſti Leuitæ vigilantes, vt ſimilam darent ſacerdotibus ad hoc, quod per ſingula Sabbata eſſent panes noui à ſacerdotibus cocti de illa, & ſi ſic non intelligatur, nõ poterit concordari littera illa 1. Paralip. c.9. cum littera 1. Paralip.23. c. cum dicitur, quod ſacerdotes erãt ſuper panes propoſitionis, nam non poterant eſſe ſuper panes propoſitionis, niſi vel eos faciẽdo, & coquendo, vel ſimilã ad illos cuſtodiendo: ſed cuſtodire ſimilam erat officiũ Leuitarum 1. Paralip.9.c. ergo formare panes, & coquere, erat officium ſacerdotũ. Niſi aliquis dicat, ꝙ ſacerdotes erant ſuper panes propoſitionis, ſ. ad offerendum illos coram Dño, quod non faciebant Leuitæ: ſed Leuitæ formabãt, & K coquebant illos. Sed hoc non ſtat: quia ibi non põt accipi eſſe ſuper panes propoſitionis, niſi quantum ad formationem: quia dicitur, quòd erant ſuper panes propoſitionis, & ad ſacrificiũ ſimilæ, & ſartaginem, & lagana; ergo intelligitur, quòd ipſi frigebant in ſartagine, & faciebant lagana, & ſic etiam facerent panes propoſitionis, maximè, quia in oblatione ſuperuacuum erat dici, quia conſtabat, quod nulla miniſtratio pertinebat in altari ad Leuitas, ſed omnes ad ſacerdotes; Leuitæ ergo cuſtodiebant ſimilam, quam habebant præparatam ad dandum ſacerdotibus, & ſacerdotes ex ea conficiebant panes. Et iſte eſt ſenſus conueniens: quia ſimilæ patet 1. Paralipom.9. cap. cum dicitur de quibuſdam Leuitis, quòd præerant ſimilæ, vino, oleo, turi, & aromatibus; erant autem iſta aromata ad conficiendum inde vnguenta, quæ vocantur

Ad quid erant aromata.

oleum vnctionis, & ad conficiendum thymiama, vt dicitur Exo.31. cap. & tamen ex illis aromatibus non conficiebant thymiama Leuitæ, ſed illa dabant Sacerdotibus ad conficiendum ex illis, 1. Paralipom.9. cap. ſcilicet: Filij autem Sacerdotum vnguenta, & aromata conficiebant. Sicut ergo cuſtodiebant Leuitæ aromata, & non cõficiebant inde vnguenta, ita habebant illi ſimilam, & oleum, ſed non faciebant inde panes propoſitionis, neque frigebant ex illis quidquam in ſartagine. Cum autem dicitur, quod Leuitæ cuſtodiebant ſimilam, ideo ipſi faciebant ex ea propoſitionis panes, non tenet ratio: quia iam deſtructa fuit. Verum eſt ergo, quod Sacerdotes ſoli formabant & coquebant panes propoſitionis.

An panes propoſitionis haberent vtramque faciem ſimilem, vel coquebantur intra aliqua vaſa metallina; & de ordine locandi eoſdem; & quare in menſa. Q. VI.

ISTI autem vocantur panes propoſitionis, quia ponebantur coram Domino in menſa ante velum Sancti Sanctorum. Vocabantur etiam panes facierum, ſicut dicunt Iudæi; & ponit littera Hebraica; & dicunt ideo ſic vocari: quia iſti panes taliter erant facti, quia in vtraque parte habebãt faciẽ, ſicut ſunt hoſtiæ factæ in quibuſdam vaſis ferreis, quæ vtrinque habent faciem; panes autem qui ponuntur in clibano, non poſſunt habere faciem ex omnibus partibus, quòd ex ea parte, qua ponuntur in pauimento clibani, exuruntur, & nigredinem quandam repræſentant. Vnde volunt Iudæi, ꝙ iſti panes fiebant in quibuſdam vaſis aureis, & ponebãtur illa vaſa ad ignem, & ſic coquebantur.

Sed hoc ſtare non poteſt: quia illi panes erant magni, cum quilibet haberet vnam decimam ſimilæ; non poſſent ergo intra talia vaſa vllatenus coqui: quia quãquam ſuperficies ex omnibus partibus vreretur, media tamen manerẽt prorſus intacta: & ſic cito iſti panes putrefierẽt, muſcoſitatem quãdam cõtrahentes, quod non eſt conueniens: ergo non vocantur panes facierum propter hoc. Sed dicũtur panes facierum, id eſt, panes faciei, ſcilicet, quòd erant poſiti coram facie Domini intra Tabernaculum ſuper Menſam; & hanc ſignificationem ſecuta fuit littera noſtra, cum in eo loco in quo littera Hebraica dicit, panes facierum, littera noſtra tranſtulit panes propoſitionis, ſ.ꝙ coram facie Domini proponerentur. *Qui ſinguli habebant duas decimas.* id eſt, quilibet iſtorum panum habebit duas decimas farinæ, eſt.n. decima farinæ menſura Gomor: quia decima dicitur hic per reſpectũ ad menſuram magnam, quæ vocabatur Ephi: & diuidebatur in decem partes, quarum quælibet vocabatur Gomor, vt habetur Exo.16. cap. cum dicitur: Gomor decima pars eſt Ephi. Ex hoc apparet, iſtos panes fuiſſe valde magnos, quia cõtinebat quiſque duas decimas, & vna decima eſt, quantum quilibet hominum comedere poſſet per vnam diem, ſic patet Exo.c.16. vbi cum daretur Iſraelitis menſura accipiendi Manna; dictum eſt, ꝙ acciperet quilibet Gomor vnum; & ſufficiebat cuilibet ad totum diem; ſatis ergo magnus eſſet panis continens duo Gomor. *Quorum ſenos altrinſecus ſuper menſam puriſſimam coram Domino ſtatues.* Hic ponitur ordo locandi iſtos panes, ſ.ꝙ ponerentur ſeni altrinſecus. i.ꝙ ponerẽtur duo ordines panum ſuper menſam in duabus lineis; & in vna ponerentur ſex panes; & in alia alij ſex, & ſic dicebantur ſeni. ſ. ſex, & ſex; & iſti ponebantur altrinſecus. i. alteri contra alteros. ſ. ſex contra ſex, cum eſſent ſex in vna linea, & ſex in alia. *Super menſam puriſſimam.* ſ. ſuper menſam propoſitionis. Iſta dicebatur eſſe puriſſima: quia erat inaurata auro puriſſimo, & habebat coronam, vel coronulam, & labium de auro puriſſimo, vt habetur Exo.25.c. *Coram Domino.* Dicitur eſſe coram Domino menſa: quia erat intra Tabernaculum in parte prima, & hoc ante velum Sanctuarij: omnia autem quæ erant ante velum Sancti Sanctorum, dicebantur eſſe coram Domino. *Et pones ſuper eos tus lucidiſſimum.* Super panes ponebatur tus: quia pertinebat ad libamina omnium oblationum. Nam ſiue offeratur ſimila, ſiue panes, ſiue ſacrificia carnium, iubet Deus offerri tus, vt habetur ſup.2.c. & datur ibi cauſa generalis. ſ.ꝙ

in

in oblatione primitiarum debet poni tus: quia oblatio A
Domini eſt. Sic autem ſuper iſtos panes ponebatur tus,
quia Dño oblati erant. Sed non conſtat, an ſuper omnes
panes poneretur tus, vel ſi ſuper aliquos ſpecialiter, aut
ſuper vnum. Videtur tamen dicendum, ꝙ ſatis appareat
ex littera, debere eſſe tus ſuper multos panes, cũ dicatur,
& pones ſuper eos tus. Vnde videtur dicendum, ꝙ ſuper
quemlibet iſtorum panũ erat aliqua pars turis. Et dicunt
Iudæi, ꝙ hoc erat in quibuſdã vaſis aureis, quæ vocaban-
tur turibula, quæ erant vaſa menſæ propoſitionis, vt patet
Exo.37.c. Sed hoc nõ ſtat: qm̃ iſta turibula dicebantur eſ-
ſe quædam vaſa, in quibus cremabatur thymiama ſuper
altare thymiamatum; & ſacerdotes accipiebant illa turi-
bula, & ponebant in eis ignem, & deſuper ponebant thy-
miama, vt cremarent coram Domino. Sic patet ſupra, 10.
c. cum dicitur: Arreptiſque Nadab, & Abiu filij Aarõ tu- B
ribulis ſuis, poſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offe-
rentes coram Domino. Sed non eſt idem vas in quo con-
ſeruatur tus, & in quo crematur: maximè quia in illis pri-
mo ponebantur prunæ, deinde thymiama. An ergo eſſent
aliqua vaſa, in quibus poneretur tus, non conſtat: ſed ſatis
patet, ꝙ non ponebatur tus in illis vaſis, quæ vocantur tu-
ribula. Aliqui autem exiſtimant, quòd de illo ture ſuper-
poſito panibus accipiebãt ſacerdotes ad cremandum ſu-
per altare, quando introibant in Tabernaculum ad cre-
mandum incẽſum ſuper altare. Sed falſum eſt: quia ſem-
per manebat tus ſuper panes propoſitionis, dum ipſi ma-
nebant in menſa. Si tamen acciperetur de eo ad ponendũ
ſuper altare thymiamatum quotidie bis, quando adole-
batur thymiama, vt patet Exo. 30. cap. non maneret tus
ſuper panes, quod falſum eſt: quia ſemper erat tus cum C
pane. Item patet: quoniam id quod cremabatur ſuper
altare thymiamatum, non erat tus ſimpliciter, ſed erat
thymiama, ſcilicet, aliquid compoſitum ex multis aro-
matibus. Hic autem dicitur, quod ſuper panes erat tus
lucidiſſimum: hoc autem non eſt thymiama, ſed aliquid
tanquam pars thymiamatis, ſic patet Exodi 30. cap. vbi
ponitur tus lucidiſſimum, tanquam vnum eorum ex qui-
bus componitur thymiama. Ideo videtur dicendum de
iſto ture, ꝙ quando ponebãtur panes coram Domino, ſu-
perponebatur cuilibet eorum aliqua pars turis ſiue in va-
ſe, ſiue ſine vaſe: & iſtud tus tamdiu manebat ſuper pa-
nes, quouſque tollerentur panes e conſpectu Domini in
alio Sabbato: & tunc ſeruabatur tus ad conficiendum ex
eo thymiama; vel ad ponendum in ſacrificiis tanquam
vnum de libamentis: panes autem cedebant in vſus ſacer- D
dotum. Et iſtud tus dicitur fuiſſe lucidiſſimum, quoniam
aliquod tus eſt, quod eſt benè clarum, & purũ, aliud au-
tem eſt quod eſt commixtum, & terrenum atque nigrum;
& de primo iubebat Deus accipi hic. *Vt ſit panis in moni-
mentum oblationis Domini*. Hic redditur cauſa quare po-
nerentur iſti panes in Menſa propoſitionis coram Domi-
no: & dicitur hoc eſſe, vt sẽper Deus recordetur de obla-
tione filiorum Iſrael, quod eſt eſſe in monimentum. Dici-
tur enim monimentum memoria, vel recordatio, quaſi
monens mentem: & ſic erat de iſtis panibus, quia erant
coram Domino: quoniam Deus videns illos, recordaba-
tur duodecim filiorum Iſrael, pro quibus iſti panes offe-
rebantur: & cum recordaretur, dabat eis bonorum tem-
poralium abundantiam. Non eſt autem intelligendum,
quòd illi panes continuè poſiti ante Dominum eum ad E
continuam recordationem filiorum Iſrael prouocarent:
quia Deus aliquo ſigno ſenſibili non mouetur, repugnat
enim ei talibus immutari, quia ipſe habet cognitionem
omnium rerum, & non permouetur ab aliqua re, vt ali-
quid intelligat: quia Deus addiſceret à rebus extra, ſicut
nos promouemur ab ipſis ſcibilibus, & per ea cauſantur
in nobis diſpoſitiones habitus ſcientifici. In Deo autem
ſuum ſcire eſt ſuum eſſe: & ſicut ſuum eſſe à nullo extrin-
ſeco eſt, ita nec ſuum ſcire ab exterioribus eſt; ergo non
permouetur. Potiſſimè, quia memoria vel recordatio di-
citur eſſe circa ea, quæ aliquando obliti ſumus, aut ali-
quando nõ conſiderauimus. Deus aũt. ſemper omnia in-
tuetur: ergo non eſt in eo aliqua recordatio; patet ex eo
quod habetur Prouer. 15. c. cũ dicitur: In omni loco oculi
Domini cõtemplantur bonos, & malos. Item, dato, quòd

Dñi ſcire eſt ſuum eſſe.

A Deus poſſet permoueri ab exterioribus ſignis, tñ nõ opor-
tebat, ꝙ aliquid eſſet, quod Deum in memoriam aut re-
cordationẽ alicuius rei adduceret; quod patet: quoniam
ipſe omnia cognoſcit, cũ ſit ſcrutans corda, & renes Deus,
vt patet Pſal. 7. Sed iſta ponuntur ad modum humanum:
quoniam homines tamdiu beneficiorum recordantur, &
ipſorum qui contulerunt, quamdiu ea quæ collata ſunt,
ante oculos manent. Deus autem volebat, ꝙ Iudæi intelli-
gerent, ꝙ ipſe recordabatur eorum: ideo iuſſit, vt ponerẽt
panes coram eo: & dixit, quòd illi ponebantur ad re-
cordationem: & ſic intelligerent, quòd Deus volebat
ſemper illorum recordari. Item beneficia quãdocumque
ſunt in conſpectu eius cui tribuuntur, permouent eum, vt
diligat ipſum collatorẽ, & velit ei benefacere, ſimilia, vel
maiora reddens. Deus autem volebat, vt Iudæi intellige-
B rent, quod ipſe volebat eis benefacere: ideo iuſſit, vt pone-
rentur iſti panes coram eo, per quos ſignificaretur, quod
vellet eis benefacere, & quia iſti panes erant de terræ na-
ſcentibus, innuebat, quod conferret eis Deus bona terræ,
ſicut habetur Eſa. cap. 1. cum dicitur: Si volueritis, &
in mandatis meis ambulaueritis, bona terræ comedetis.
Per ſingula Sabbata mutabuntur coram Domino, id eſt, iſti
panes duodecim propoſitionis, qui ponebantur ſuper
Menſam, non manebant ſemper ſuper Menſam illam:
quoniam ſic putrefacti fuiſſent vel deſiccati valde: ideo
non fuiſſent apti ad cibum, & propterea mutabuntur per
ſingulas hebdomadas, ſcilicet, in Sabbatis: nam in ſexta
feria præcedenti coquebantur iſti panes à ſacerdotibus, &
in die Sabbati proponebantur ſuper Menſam propoſitio-
nis, & tollebantur alij prius poſiti. Sic patet 1. Reg. capite
C 21. cum dicitur: Nec enim erat ibi panis, niſi tantum pa-
nes propoſitionis, qui ſublati fuerant à facie Domini, vt
ponerentur panes calidi; & hoc modo ſemper erãt panes
ſuper Menſam: quia non tollebantur priores, donec alij
recentes reponerentur. *Coram Domino*, i. iſti panes mu-
tabuntur coram Domino, ſcilicet, vt ponantur in Menſa
propoſitionis, quæ eſt coram Domino in prima parte Ta-
bernaculi, ante velum Sancti Sanctorum. *Suſcepti à filijs
Iſrael*, id eſt, panes iſti ſuſcipientur à filiis Iſrael, id eſt, à
popularibus, qui vocantur Iſraelitæ, prout diſtinguuntur
contra Leuitas, & ſacerdotes, qui erant ſpecialiter ſepara-
ti in partem Dei. Cum autem dicitur hic, ſuſcepti à filiis
Iſrael, non eſt intelligendum, quod Iſraelitæ facerẽt iſtos
panes, & offerrent eos ſacerdotibus; quoniam ſupra dictũ
eſt, quod coquerent eos ſacerdotes, & ipſi commiſcerent,
D ſed eſt ſenſus, ꝙ iſti panes ſuſciperentur ab Iſraelitis, i. fa-
rina ad faciendum iſtos panes, vel pecunia ad emendum
farinam. *Fœdere ſempiterno*, id eſt, quod ſuſcipiatur farina
ad faciendum panes propoſitionis à filiis Iſrael, vſque in
æternum, dicitur fœdus ſempiternum, id eſt, compoſitio
vel pactum, & poteſt ſignificare quamlibet legem, & ſic
dicitur hic fœdere ſempiterno, id eſt, lege ſempiterna.
Eruntq; Aaron, & filiorum eius. Hic determinatur qui-
bus cedebant iſti panes, & dicitur, quod Aaron, & filiis
eius, i. ſacerdotibus omnibus; pertinebat enim æqualiter
ad omnes ſacerdotes comedere de illis panibus propoſi-
tionis, & hoc ſiue eſſent ſacerdotes immaculati, potentes
miniſtrare, ſiue ſacerdotes habentes aliquam maculam,
& non potentes miniſtrare, vtrique enim ius habebant
comedendi de his panibus, vt patet ſupra 21. capite.
E Sciendum autem, quod iſti panes non cedebãt ſpecia-
liter iuri alicuius ſacerdotis, magis quã alterius, ſicut erat
de quibuſdam aliis iuribus, vt in ſacrificiis: quia omnia
iura prouenĩetia de aliquo animali immolato, vel de pa-
nibus oblatis à populo, cedebant illi ſacerdoti, à quo of-
ferebantur, vt patet ſup. 6. capite. De panibus autem pro-
poſitionis non erat ſimile: quia iſti non offerebantur ab
aliquo populari, nec aliquis ſacerdos faciebat ſpecialiter
aliquas cæremonias circa illos, ſicut circa ſacrificia, ſed
ſolum ponebantur ſuper menſam propoſitionis: & cum
ibi manſiſſent vſque ad Sabbatum ſequẽs, tollebantur, vt
comederent eos ſacerdotes, & ita ad omnes pertinebant.

Panes propoſitionis non cedebant iuri alicuius, ſed inter omnes ſacerdotes diuidebãtur.

Sed non eſt intelligendum, quod diuiderentur reali-
ter illi panes inter ſacerdotes: quia duodecim panes non
poſſent diuidi inter omnes ſacerdotes, qui valde multi
erant in variis locis: nã non manebant omnes in loco San-
ctuarij:

ctuarij: quia erant aliquo tempore in loco Sãctuarij dum miniſtrabãt, poſtea autem ibant in loca habitationis ſuæ: nam erant eis datæ vrbes ad manendum, Numer. 35. & Ioſue 21.c. & ibi manebant tempore, quo non miniſtrabant. Sic patet Luc.1.cap. de Zacharia patre Ioannis Baptiſtæ, qui erat Sacerdos, & miniſtrabat in templo, & dicitur: Factum eſt cum cõpleti eſſent dies officij eius, abiit in domum ſuam. Et ita non poſſet fieri iſta diuiſio inter abſentes: ſed erat aliquis modus inter Sacerdotes diuidẽdi, quo iſta iura æqualiter perciperent, ne grauarentur quidam, cum alij multum acciperent. Et poterat forte eſſe, ꝙ quælibet ſors acciperet ea quæ cedebant tempore ſuæ miniſtrationis. Nam Sacerdotes omnes erant diuiſi in vigintiquattuor ſortes, vel partes, ſecundum progenies, & principes familiarum, vt patet 1.Paralip.24.cap. & quælibet illarum partium miniſtrabat vna hebdomada, & alia ſequenti hebdomada, & erant iam cognitæ illæ ſortes: quia vna vocabatur prima ſors, alia ſecunda, & ita vſque ad vigeſimam quartam, & poſtquam miniſtraſſet prima ſors, id eſt, Sacerdotes de prima ſorte hebdomada vna, miniſtrabant Sacerdotes de ſecũda ſorte hebdomada ſequẽti, & ſic de omnibus. Et ſic poterat eſſe ſtatutum inter illos, quod quidquid eueniret de his iurib. in aliqua hebdomada cederet Sacerdotibus de illa ſorte, & ita de aliis; vel alium modũ cõſtituerent, per quem id quod miniſtrantes ſemel plus acciperent, alio tempore minus acciperent, & ita adæquarentur omnes. *Vt comedant eos in loco ſancto.* id eſt, iſti panes non poterant comedi à Sacerdotibus niſi in loco ſancto, ſcilicet, in Atrio Tabernaculi: erant enim iſti panes multum ſanctificati: quia ſteterant coram facie Domini per ſeptem dies, & intra Tabernaculum: ideo fiebat in eis aliquid ſpecialius, quam in aliis panibus oblatis, ſcilicet, quod iſti comederentur ſolum in loco ſancto, alij autem poſſent comedi alibi. Erat etiam differentia de his panibus, ſicut eſt de ſacrificiis pro peccato, in comparatione ad alia ſacrificia: quoniam ſacrificia pro peccato, à ſolis maſculis de genere Sacerdotum comedi debebant, vt habetur ſupra 6. & 10.cap. & Numer.18.cap. Sed alia ſacrificia non ſolum pertinebant ad Sacerdotes maſculos, ſed etiã ad feminas filias ſacerdotum, vt habetur ſup.10.c. cum dicitur: Pectuſculum quoque, quod oblatum eſt, & armum, qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundo, tu & filij tui, & filiç tuæ tecum, & non ſolum filiæ, ſed etiam tota familia, vt ſerui empticij, & vernaculi, vt habetur ſupra, 22.cap.

Differentia de his panibus propoſitionis.

Quibus licebat de panibus propoſitionis comedere. Et diſtinctio ciborum ſanctificatorum: & de iis quibus non licebat de ſanctificatis edere. Quæſt. VII.

SED circa hoc quòd dicitur de panibus propoſitionis quæritur, quibus licebat de illis comedere?

Et dicendum, quod certum eſt, quod nõ pertinebat ad laicos comedere de illis, & generaliter ad omnes, qui non erant de familia ſacerdotum: quia aliàs non feciſſet aliqualem difficultatem dandi illos ſacerdos Magnus Dauid, & pueris eius; ſed fecit magnam difficultatem, vt patet 1.Reg.21.c. & noluit dare, niſi propter magnam neceſſitatem, quæ fecit eſſe licitum id, quod aliàs erat illicitum, ſicut Chriſtus oſtendit Matth.12.c. & adhuc quæſito prius, an eſſent mũdi à mulieribus, qui comeſturi erãt; 1.Reg.21.cap. Sed de ipſa familia ſacerdotis erat dubiũ, an liceret toti familiæ comedere de illis, vel quibuſdam ſolis, & hoc fit, quia Deus poſuit iura ſacerdotalia Numer.18.c. & de quibuſdam dixit, ꝙ licebat comedere ſolis maſculis, de aliis aũt toti familiæ. Dicunt aũt quidam, ꝙ de panibus propoſitionis licebat comedere tam filiis, ꝗ̃ filiabus ſacerdotum, ſed non aliis de familia; Et tamen iſtud non ſtat: pro quo primo præſupponendum eſt id, quod non eſt dubium, & deinde agetur de eo, quod eſt dubium. Eſt autem indubitatum, ꝙ omnibus ſacerdotibus, & filiis eorum maſculis, licebat manducare de illis: & accipitur de ſacerdotibus tam de illis, qui miniſtrabãt, quam de aliis, qui non miniſtrabant etiam tam paruulis, quam magnis hoc licebat. Nam & paruulis, qui nondum erant ſacerdotes conſecrati, ſed erant duorum vel trium

F annorum, licebat comedere, & hoc patet, quia nullum erat tam ſanctum in rebus ſanctificatis, quòd vetetur maſculis de genere Sacerdotali: & non dicitur de his, ꝙ Sacerdotes ſoli comederent illud, ſed ꝙ omnes mares vel maſculi de genere Sacerdotali comederent, vt patet ſup. 6. & 10. & Numer.18.c. & ita poterant paruuli manducare: quia licet non eſſent Sacerdotes, cum nõ eſſent conſecrati, qui ritus faciebat eſſe Sacerdotem, & potentem miniſtrare, Exo.29. & ſup.8.c. tamen erant de genere Sacerdotali. Etiam maſculis de genere iſto, qui erant maculati, & ideo non poterant miniſtrare, licebat comedere: multæ autem erant maculæ, quæ impediebant Sacerdotes, de quibus patet ſup.21.c. & habens aliquam de illis, nunquam poterat miniſtrare; & tamen poterat comedere de omnibus ſanctificatis, ſicut ſi miniſtraret, eod.cap. G Nihil autem poterat impedire maſculos de genere Sacerdotali à comeſtione ciborum ſanctificatorum, niſi immũditia: quia illa repellebat omnem hominem non ſolum à cibis ſanctificatis, ſed etiam ab acceſſu ad Sanctuarium, ſup.15.c. & de his immunditiis dictum fuit ſup.22.cap. Durabant autem immunditiæ ad tempus ſolum, & ceſſantibus illis, licebat iam Sacerdoti, vel cuicumque de genere eius, comedere de ſanctificatis. Quod autem dicebãt quidam, quod liceret filiis, & filiabus comedere de ſanctificatis, & non familiæ, falſum eſt: quia in cibis ſanctificatis non erat alia diſtinctio, niſi quod de quibuſdam ſoli maſculi de genere Sacerdotali veſcebãtur, de aliis autem tota familia, ſoli autem maſculi manducabant de eis, quę erant multum ſanctificata, ſicut ſunt ſacrificia pro peccato, ſup.6.c. alia autem iudicabantur minus ſanctificata; & H de his tota familia manducabat; & iſta diſtinctio patet Numer.18.c. vbi dicitur: Omnis oblatio, & ſacrificium, & quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in Sancta Sanctorum, tuũ erit, & filiorum tuorum. In Sanctuario comedes illud: mares tantum edent ex eo, quia conſecratum eſt tibi. Poſtea dicitur de aliis ſanctificatis: Primitias autem, quas vouerint & obtulerint filij Iſrael, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis iure perpetuo. Qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis. & iterum dicitur ibidem paulo poſt: Vniuerſa frugum initia quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vſus tuos: qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis. Ergo non licet manducare filiabus Sacerdotis aliquid, quod non liceat toti familiæ Sacerdotum. Item patet hoc: quia filiab. Sacerdotum non licet manducare de ſanctificatis, niſi quia I eſt de familia Sacerdotis: nam ſup.22.c. ponitur regula, ꝙ omnibus de familia Sacerdotis, dum tamen non ſint immundi, licebat manducare de ſanctificatis, & nulli extraneo licebat manducare; & ſic cauſa manducandi erat, eſſe de familia; filia autem non eſt magis de familia, quam ceteri, etiam quam ſerui empticij, ideo nõ licebat ei manducare, quod non liceat toti familiæ; niſi diceretur, quòd non licebat ei, quia erat de familia, ſed quia erat filia Sacerdotis, & ſic magis pertinebat ad Sacerdotem, quã ceteri. Sed hoc falſum eſt: quia tunc filiæ Sacerdotis quamdiu fuiſſet munda, licuiſſet mãducare de ſanctificatis. Sed hoc falſum eſt: quia ſi nupſiſſet viro non ſacerdoti, non licebat ei iam manducare, & etiam ſi vidua manſiſſet habens tamen filios, non licebat ei manducare: ſed ſi rediret vidua, & ſine filiis, ad domum patris ſui, licebat ei man- K ducare, vt patet ſup.22.c. & hoc non erat, niſi quia quando virum habebat, vel filios, non erat de familia patris, & ſic ei non licebat manducare; quãdo autem fuiſſet vidua non habens filios, erat de familia Sacerdotis patris ſui, vt eodem cap. declaratum fuit, & ſic non licebat filiabus manducare, quia filiæ erant, ſed quia de familia: ideo interdum licebat comedere aliis de familia, ſcilicet, ſeruis empticiis, & nõn licebat filiæ, vt quando illa habebat virum, vel filios, ergo ſola ratio familiaritatis faciebat, quod licitum eſſet aliquibus comedere de ſanctificatis. Sed omnes, qui ſunt de familia habent æqualem rationem familiaritatis quantum ad hoc, quod eſt de familia eſſe, ergo non licebat filiabus ſacerdotum aliquid manducare de ſanctificatis, quod non liceret aliis de familia. Motiuum tamen eorum, qui dicunt aliquid licere ſpecialiter filiabus, eſt, quia aliquando circa ſanctificata fit mentio de

ſolis

ſolis filiis, & filiabus, non expreſſa alia familia. Sed dicendum, ꝙ hoc parum facit: quia licet non addat de reliqua familia, id tamen intelligitur. Nam circa cibos ſanctificatos eſt regula, ꝙ omnibus perſonis eſſent liciti, niſi perſonis expreſsè prohibitis: ideo ſup. 22. cap. prohibentur omnes qui nõ eſſent de familia ſacerdotum: & quando vult legiſlator aliquos cibos quibuſdam licere, & non aliis, excludit illos expreſsè, ſicut dicitur ſup. 6. cap. de hoſtiis pro peccato, ꝙ maſculi tantum de genere ſacerdotali veſcerentur eis; ſed hic cum dixit de filiis, & filiabus, non fecit excluſionem aliquam: ideo etiam familiæ toti liceret; & hoc magis patet; quia Numer. 18. c. vbi dicitur de filiis, & filiabus, additur de tota familia, ſ. primitias quas vouerint & obtulerint filij Iſrael, tibi dedi, & filiis, & filiabus tuis, iure perpetuo: qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis. Etiam eodem cap. ponitur catalogus omnium iurium ſacerdotalium, & quibus liceret illis veſci. ſed ibi non ponitur, niſi ꝙ de quibuſdam liceret ſolis maſculis comedere; de aliis autem toti familiæ ſacerdotali; ergo non erat aliquod membrum medium, ſ. ꝙ de quibuſdã liceret manducare filiis & filiabus, ſolis, & non familiæ. Manet ergoq. ex prædictis circa panes propoſitionis, quia aut licebat de eis manducare omnibus ſacerdotibus ſolis maſculis; aut ꝙ licebat omnibus mundis de familia ſacerdotum. Aliqui ergo dicunt, ꝙ licebat omnibus de familia ſacerdotis (dũ tamen eſſent mundi) manducare de panibus propoſitionis, quia ſup. 22. c. ponitur regula, ꝙ omnibus de familia ſacerdotis licebat manducare de ſanctificatis; & non ponit aliam conditionem neceſſariam, niſi quòd mundi eſſe deberent; & excludit ſolos alienos, qui non erant de familia: ergo licebat manducare de illis omnibus etiam ſeruis empticiis. Sed iſtud motiuum non ſtat: quia certum eſt quædam ſanctificata eſſe, de quibus non licet manducare omnibus de familia ſacerdotum, ſicut ſunt ſacrificia pro peccato, & pro delicto. ſup. 6. cap. & Numer. 18. cap. nam ſoli maſculi mãducant de his. Dicendum ergo, ꝙ doctrina poſita ſup. c. 22. non eſt niſi ad excludendum perſonas quibus generaliter non licebat comedere de ſanctificatis; & ſunt duo genera perſonarum, ſcilicet, extranei, qui non ſunt de familia, & immundi, etiam ſi ſint de familia: nam nulli horum licet aliquo tempore de ſanctificatis manducare. Sed de ipſis ſanctificatis nihil diſtinguit, ſcilicet, ꝙ ſint quædam ſanctificata quæ omnibus licet manducare; alia autem quæ ſolis maſculis de genere ſacerdotali. Sed præſuppoſuit iſtam diſtinctionem alibi factam, ſcilicet, ſup. 6. & 10. & Numer. 18. cap. quia omnis locus Sacræ Scripturæ exponitur per alium locũ, in quo plus aperiatur res: quia tota Sacra Scriptura eodem ſpiritu ſancto dictante ſcripta eſt, 2. Pet. 1. c. & ille non contradicit ſibiipſi; & loquentes per ipſum non contradicunt ſibi ad inuicem, 1. Cor. 14. cap. & ita ex loco illo non apparet, quibus liceret manducare de ſanctificatis, & de quibus ſanctificatis: ſed quibus non licebat. Dicendum ergo videtur, quòd non apparet ex præcedentibus licuiſſe omnibus de familia ſacerdotum comedere de ſanctificatis panibus propoſitionis: ſed neq; ẽt patet contrarium, ſ. ꝙ ſolis maſculis liceret. Et ob hoc dicunt aliqui, ꝙ ſolis maſculis licebat. Primò, quia dicitur hic in littera, de panibus iſtis, quòd erunt Aaron & filiorum eius, vt comedant eos. ergo ad ſolum ſacerdotẽ magnum, & minores hoc licebat, & non pertinebat ad familiam. Secundo, quia dicitur, vt comedant eos in loco ſancto, ſcilicet, quòd panes iſtos comedere debebant in Sanctuario, & non foris: ſed in Sanctuarium ſoli ſacerdotes intrabant, ergo non comederent de iſtis panibus niſi Sacerdotes maſculi. Sed dicendum, quòd rationes iſtæ non probant: licet id quòd intendunt probare, ſit verum. De prima patet: quia cum dicitur quòd erunt Aaron, & filiorum eius, non negantur filiæ. Primò, quia ſecundum modum loquendi vulgarem, & ſecundum iura, hoc nomen filius, licet ſit maſculinum concipit femininum, & dicitur quis habere filios, id eſt, mares & feminas. Et ſi dicat quis, quòd inſtituit filios ſuos heredes, non ſolum intelliguntur filij, ſed etiam filiæ: immo quòd maius eſt, ſi quis ſolas filias habet, dicitur habere filios: Sacra quoque Scriptura ſic loquitur, nomine filiorum intelligens

Duobus generibus ꝑſonarũ non licebat de ſãctificatis comedere.

A filias, etiam in præſenti caſu: nam ſup. 6. cap. dicitur: pectuſculum eleuationis, & armum ſeparationis tuli à filiis Iſrael de hoſtiis eorum pacificis; & dedi Aaron ſacerdoti, ac filiis eius lege perpetua, ab omni populo Iſrael, & ſic ponitur ibi de ſolis filiis; & tamen ſup. 10. cap. de eodem dicitur, pectuſculum quoque, quod oblatũ eſt, & armum, qui ſeparatus eſt, edetis, tu, & filij tui, & filiæ tuæ tecum. Ergo licet de ſolis filiis dicatur, intelligi poterit de filiabus, quòd illæ edant de panibus propoſitionis. Ad ſecundum dicendum, ꝙ comedere in loco ſancto, non arguit ꝙ ad ſolos maſculos pertineat: quia aliqua ſanctificata comedebãtur in loco ſancto, de quibus etiam feminæ manducabãt; vt patet in allegata auctoritate ſup. 10. c. vbi dicitur: Pectuſculum & armum edetis, tu, & filiæ tuæ, in loco mundiſſimo, & filij tecum; & vocatur locus mundiſſimus
B Sanctuarium: & ita tam filij, quam filiæ, ibi comedebant. Etiam per hoc: quia in omnibus hoſtiis pacificis non ſoli ſacerdotes, ſed etiam laici viri, & feminæ mãducabant partes, quæ ipſis cedebant ex ſacrificiis in Sãctuario; & ita dicebãtur epulari coram Dño, Deut. 12. & 16. c. ergo hoc non impediebat totam familiã ſacerdotũ edere de panibus propoſitionis. Dicendum, ꝙ licet neutra ratio duarum præcedẽtium probet, ꝙ tantum maſculis de genere ſacerdotum licebat edere, tñ verũ eſt ꝙ illis ſolis licebat. Primò, propter illa quæ dicũtur hic in littera: quia multa ponuntur ad ſignificandũ aliquid ſpeciale, ſcilicet: Eruntq. Aaron, & filiorum eius, vt comedant eos in loco ſancto: quia Sanctum Sãctorum eſt de ſacrificiis Dñi. Iſta autem omnia ſimul nõ ponuntur, niſi de re valde ſancta; & redditur ibi cauſa, quare ipſi Aaron, & filiis eius cõueniant, ſ. quia eſt Sanctum Sanctorum, i. aliquid valde ſan-
C ctum: & ob hoc etiam in loco ſancto comedi debent. Secundò patet; quia iſtud habet aliquid ſpeciale, ꝙ non habebant alia ſanctificata, ſ. quia tam ſancti erant iſti panes, ꝙ formare eos, & coquere nõ licebat niſi ſacerdotibus, vt oſtenſum eſt ſupra Quæſt. 8. & 1. Paralip. 23. c. ideo nõ licebat de illis comedere niſi maſculis, vel ſacerdotibus, & non toti familiæ eorum. Tertiò, quia ſicut ſoli ſacerdotes coquebant panes propoſitionis, ita ſoli frigebant ſimilam in ſartagine & lagana 1. Paralip. 23. c. ſed de iſtis laganis, & ſimila, quæ vocatur ſacrificiũ ſacerdotum, ſoli maſculi de genere ſacerdotali comedebãt, ſup. 6. cap. ergo de panibus quoque propoſitionis ſoli ſacerdotes mãducabant. Quartò, quia Num. 18. c. ponũtur quædam iura ſacerdotum, de quibus ſolis maſculis edere licebat; & quædã de
D quibus toti familiæ. De primis dicitur: Omnis oblatio, & ſacrificium, & quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in Sancta Sanctorũ, tuũ erit, & filiorum tuorum. In Sanctuario comedes illud: mares tantũ edent ex eo, quia conſecratum eſt tibi. & tamen panes propoſitionis intelliguntur nomine oblationis; quia offerebãtur Deo, & ponebantur coram ipſo, ideo ſolis maſculis de eis licebat edere; & ſimilia verba ponuntur hic de panibus propoſitionis, ſ. comedant eos Aaron, & filij eius, in loco ſancto: quia Sanctum Sanctorũ eſt; ergo ad ſolos maſculos pertinebant. Quintò, quia Numer. 18. cap. ponitur catalogus omnium ſacerdotalium iuriũ: & ponitur de quolibet illorũ quid liceret manducare ſolis maſculis, & quid familiæ toti: ſed inter illa quæ licebat comedere familiæ, non ponuntur panes iſti, neq; aliquid per ꝙ intelligi poſ-
E ſint. ergo ſolis maſculis licebat de illis edere; patet: quia dicitur primitias quas vouerint, & obtulerint filij Iſrael, tibi dedi, & filiis, & filiabus tuis: omnem medullam vini, olei, & frumenti, & quicquid offerunt primitiarum Dño, tibi dedi: vniuerſa frugum initia quas gignit humus, & Dño deportãtur, cedent in vſus tuos: & paulò poſt: omne ꝙ ex voto reddiderint filij Iſrael, tuum erit. & poſtea dicitur de primogenitis; & replicatur de primitiis, & concluditur de pectuſculo, & armo dextro, quæ proueniebant ex hoſtiis pacificis, & dicitur de omnibus his, ꝙ erũt Aarõ & filiorũ atque filiarũ eius iure perpetuo, & ꝙ quicunque mũdus fuerit in domo eius, manducaret de oĩbus his. & ita inter omnia illa nõ ponũtur panes ꝓpoſitionis: quia oĩa illa, quę ibi noĩantur, fuerãt oblata à filiis Iſrael, panes aũt ꝓpoſitionis nõ erãt oblati ab Iſraelitis, ſed cõfecti à ſacerdotibꝰ & cocti: ergo nõ ꝑtinebãt ad totã familiam,

lium, ſed ad ſacerdotes ſolos. Sextò qa diſtinguebãtur ſãctificata in duo: quædam.n. iudicabãtur valde ſancta; alia aũt minus ſãcta; de ſecũdis licebat comedere toti familiæ Sacerdotũ, vt colligitur Num. 18. & ſupra 22. c. de primis licebat ſolis maſculis de ſacerdotali genere; ſed nihil poterat eſſe tam ſãctũ, ſicut panes propoſitionis; quia illi inferebãtur intra Tabernaculũ, & ponebãtur in Menſa ante Sancta Sanctorũ: cetera verò quæ offerebantur. i. ſacrificia & libamenta, ſolum erant ponenda ſuper altare holocauſtorum, quod erat extra Tabernaculum ad oſtium eius, Exodi 27. cap. etiam quæcumque alia oblata ſolum præſentabantur coram altari holocauſtorum, & quædam partes eorum cremabantur; ceteræ verò ſtatim tollebantur à Sacerdotibus vel à laicis, quibus cedebant; panes tamen propoſitionis manebant per ſeptem dies coram Domino: quia de Sabbato in Sabbatum mutabantur, vt alij recentes introferrentur, vt colligitur hic, & 1. lib. Reg. 21. cap. & 1. Paralip. 9. c. ergo in tanto tempore ex præſentia Dei intra Sanctuarium videbantur maiorem ſanctitatem cõtraxiſſe, quam omnia alia ſanctificata: ideo ſoli maſculi debebant de his comedere ſicut de re ſanctiſſima. Septimò, & apertius, quia Chriſtus dixit, quod de panib. propoſitionis ſolis Sacerdotibus licebat manducare, Matth. 12. & Marci 2. & Luc. 6. cap. ergo nõ licebat alicui de familia Sacerdotum, neque etiam filiabus manducare de illis, ſed ſolis maſculis. Sed dicet aliquis, ꝙ per illud verbum Chriſti non excludantur omnes: quia Sacerdos, eſt communis generis, & ſignat maſculum, & feminam, ideo tam ſacerdotes viri, quam vxores eorum, & filiæ manducare poterant. Dicendum, ꝙ nõ ſtat: Primò, quia licet hoc nomen Sacerdos apud Latinos ſit cõmunis generis, apud Hebræos vel Chananeos, quorum lingua Chriſtus loquebatur, & in quorum linguam. ſ. Hebræorum, Matthæus tranſtulit, vt ait Hieronymus in prologo ſuper Matthęũ, & in libro illuſtrium virorum, eſt ſolum maſculini generis: quia Hebræi dicunt cohen pro ſacerdote: ideo dicendo in Hebræo de ſolis Sacerdotibus, intelligebatur ſolum de maſculis. Secundò, & præcipuè, quia etiam accipiendo Sacerdotem ſecundum linguam Latinam, non valeret ratio: quia ſacerdos eſt communis generis, eo quia, apud veteres Gentiles tam maſculi, quam feminæ miniſtrabant in ſacris, & ita erant Sacerdotes, ſicut apud Apollinem Delphicum femina virgo Sacerdos erat, quam Lucanus Phæbeidẽ vocat: quia Phebo miniſtrabat; & apud Deam Veſtam virgines puellæ ſacerdotes erant: & etiam apud Dianam Etharicam Sacerdotio fungebatur Ephigenia ſoror Oreſtis, filia Agamẽnonis, vt veteres hiſtoriæ referunt. ideo apud illas gentes, apud quas tam maſculus, q̃ femina Sacerdotio fungebantur, eſt ſacerdos communis generis: ſed apud nos, & apud Iudæos, in lege Domini ſoli maſculi Sacerdotio fungebantur, ideo ſacerdos eſt ſolum maſculini generis: nam apud Iudæos ſoli maſculi conſecrati erant in ſacerdotes, & etiam in Leuitas, ſup. 8. c. & ſoli maſculi de tota tribu Leui tam ſacerdotali quàm Leuitica, ſeparati erant ad cultum Domini, loco primogenitorum totius populi, Numer. 3. cap. ergo feminæ non erant ſacerdotes. Apud nos autem nõ ſolum feminæ non ſunt ſacerdotes, immò neque ſunt capaces alicuius ordinis ſacri: & ob hoc dicitur, ꝙ Chriſtus non dedit claues regni cęlorum Virgini, quæ erat ſanctiſſima inter omnes creaturas, ſed Petro: extra, de pęnit. & remiſſ. c. noua quędam, & etiam actus docendi mulieribus non permittitur, ſicut Apoſtolus dixit: Docere autem mulieri non permitto. 1. ad Thimoth. c. 2. & hoc maximè in Eccleſia, vbi loqui nihil debet non ſolum docendo, ſed nec etiã quærendo, ſed in domo addiſcere debet, 1. Cor. 14. cap. Motiuum autem horum erat: quia vxores Sacerdotum, & filiæ dicerentur ſacerdotes: ſed hoc falſum eſt: quia etiã ſi feminę eſſent ſacerdotes, nõ eſſent ſacerdotes vxores ſacerdotum, & filiæ, ſi illæ non miniſtrarent in ſacris; ſed inter Iudæos non licebat mulieribus in aliquo miniſtrare, ergo non vocabantur ſacerdotes. Et ſic manet, ꝙ cum Chriſtus dixit ſolis ſacerdotibus, non intelliguntur niſi ſoli maſculi, & tamen non accipitur ſtrictè Sacerdos pro eo, qui miniſtrabat, aut cõſecratus erat in Sacerdotem, ſed pro illis, & pro omnibus filiis eorum, & progenie ſua, etiam ſi eſſent pue-
F ri vnius anni, qui non poſſent miniſtrare, & etiam pro illis, qui propter maculas prohibiti erant miniſtrare, & accedere ad ſacra facienda: ideo neque cõſecrati erant: nam his licebat comedere de ſanctificatis, ſupra 21. capite.

An ſemper duodecim panes coram Domino poni debebant, vel aliquando pauciores, ſcilicet, poſt tranſlationem decem tribuum in Babylonem. Quæſt. VIII.

SED aliquis quæret circa panes iſtos propoſitionis: quia Deus illos poni iuſſit corã ſe, vt eſſent in memoria duodecim tribuum Iſrael, cum ipſi eſſent duodecim panes, an ſemper tot panes poni debuerunt, vel aliquãdo pauciores? Aliqui dicunt, ꝙ non debuerunt ſemper poni duodecim; quia ceſſabat cauſa: Nam ideo erãt duodecim, quia Deus ſignabat ſe habere memoriã duodecim tribuũ
G Iſrael, nomine quarum ipſi dabatur iſte cultus; & quæ erant ſibi ſubditæ: ſed aliquando iſtæ tribus declinauerunt à Deo, vt qñ diuiſum eſt regnum, manentibus duab. tribubus, ſ. Iuda & Beniamin cum Roboam filio Salomonis, & decẽ euntibus cum Ieroboam: nam ſolæ duæ manſerunt cum Deo, & cultum impendebant ei in tẽplo ſicut prius: decem autem coluerunt tunc Idola. ſ. duos vitulos aureos, quos fabricauit Ieroboam, & poſuit vnum in Bethel, alterum in Dan, lib. 3. Reg. c. 12. ideo tunc pro illis decem tribubus non debuiſſent poni panes coram Domino, quia nõ colebant eum: ſed poni debuiſſent duo panes pro duabus tribubus. ſ. Iuda, & Beniamin. Dicendum, ꝙ etiam eo tempore ponebantur duodecim panes propoſitionis pro duodecim tribubus. Primò, quia licet colerent Idola, non colebant oẽs de illis tribubus; ſed multi viri
H boni erant in terra Iſrael, qui non colebãt Idola, ideo pro illis debebat eſſe memoria oblationis corã Domino, ſicut patet qñ tempore Achab Regis & impiiſſimæ reginæ Iezabelis, vigebat valde cultus Baal, & omniũ idolorũ, erat enim tunc Elias Propheta, & putabat ſe ſolum eſſe in tota terra Iſrael de cultoribus Dñi dicẽs: Relictus ſum ſolus, & quærunt animã meam, & Deus dixit illi: Reliqui mihi ſeptem milia virorũ, qui nõ curuauerũt genua ſua coram Baal, lib. 3. Reg. 19. c. à fortiori ergo aliis temporibus fuerunt ẽt plures Dei cultores: & ideo pro illis orandũ erat, ponendiq. panes propoſitionis. Secundò, quia iſtæ decem tribus non ſponte declinauerant ad Idola, ſed Ieroboam Rex earum, timens perdere regnũ, ſi permitteret illas ire ad colendum Deum in templũ Salomonis, & metuens ne ibi reconciliarentur domui Dauid, & redirent ad Regem
I Roboam dominum ſuũ, vetuit eis illuc ire, & vt haberẽt vbi colerent Deũ, fabricauit eis duos vitulos aureos quos in Deos haberent & colerent. lib. 3. Reg. 12. c. & ideo ſępè dr̃ de Ieroboam filio Nabath, quod peccare fecit domum Iſrael: ideo erat ſpes quod aliqñ redirent ad cultum Dei, ſicut factũ eſt tẽpore Iehu Regis Iſrael, qui occidit progeniem Regum idololatrarũ, & occidit ſacerdotes Baal: & tẽplum eius fecit latrinas, lib. 4. Reg. 9. & 10. c. ideo ꝓ his orandum erat. Tertiò, quia quantumcumque peccarent decẽ tribus, quamdiu manebant in terra illa, propinquæ exiſtentes ad terrã illã, in qua erant aliæ duæ tribus, & templum Dñi, poterant totaliter vel pro magna parte conuerti ad Deum, ideo non erat ceſſandum ab oratione pro eis, vt conuerterentur: ſed oblatio panum propoſitionis erat ſicut oratio quædam, ſ. vt illæ eſſent in memoriam
K coram Dño, ergo ponẽdi erant panes pro eis. Quartò, quia illa diuiſio regni nõ obſtabat, quin pro illis oraretur, quia qñ facta fuit illa diuiſio, voluerũt duæ trib. ſ. Iuda & Beniamin pugnare, vt reducerent ad ſe decẽ tribus; & Deus vetuit per Prophetam Semeiã dicens, ne pugnarent cõtra fratres ſuos: quia volũtate eius facta fuerat iſta diuiſio regni. lib. 3. Reg. 12. & 2. Paralip. 11. c. ergo ſicut prius ponebantur pro eis panes, ẽt nunc ponendi erant. Et ita fiebat de facto: nam licet decem tribus receſſiſſent, & manerent ſolæ duæ in regno filiorum Iuda, in quo erat templum, nihilominus proponebantur panes ſicut prius; ſic enim patet ex verbis regis Abiæ. ille.n. fuit poſt diuiſionem regni: nam tẽpore patris ſui Roboam fuit diuiſum, & ipſe pugnare volebat, vt reduceret; & cum eſſent præſentes exercitus ex parte vtraque, improperabat Iſraelitis ꝙ colerent vitulos aureos, & ꝙ ſacerdotes illorum erant tur-

piſſimi;

A piſſimi; ecõtrario in Regno Iuda manebat cultus Dei;& viri Sacerdotes,& illi faciebant officia ſua,inter quæ nominatur propoſitio panũ,lib. 2.Paralip.12.c. ſ. noſter aũt Dñs Deus eſt,quem non relinquimus: Sacerdotes aũt qui miniſtrant Dño de filiis Aaron ſunt,& Leuitæ ſunt in ordine ſuo: holocauſta quoque offerunt per ſingulos dies mane & veſpere, & thymiama iuxta legis præcepta confectum: & proponuntur panes in Menſa mundiſſima; & ita manebat tunc propoſitio panũ ſicut prius. Sed aliquis dicet, ꝙ licet tunc panes proponerentur duodecim, ſicut prius, tñ ſaltem poſtquam tranſlatæ ſunt decem tribus in terram Aſſyriorum,nõ ponerentur panes loco earũ: quia nõ erat tunc ſpes, ꝙ ad vnitatem cultus Dei cũ aliis duabus tribubus redirent,eo ꝙ per Prophetas prenunciatum erat,ꝙ nunquam redirẽt tribus Iſrael de captiuitate. Dicẽdum ꝙ etiam tunc proponebãtur duodecim panes co-

B ram Dño. Primò; quia licet illæ decẽ tribus trãſlatæ fuerint in Aſſyrios pro maiori parte,multi tñ de illis duodecim tribubus ante captiuitatem illam cõfugerant ad regnum Iuda, & ibi liberati fuerant: & manſerunt poſtea ſemper poſteri de illis tribubus cum regno Iuda. vnde & in captiuitate Babylonis de omnibus tribubus multi trãſlati fuere cum Iuda, & Beniamin, & poſtea redierunt in terrã Iudæorum,& fuerunt ibi atque perſeuerauerunt vſque ad tẽpora Chriſti: nã Luc.2.c. dr̃ de Anna filia Phanuel, de ſtirpe Aſer, ergo de tribu Aſer erant aliqui tunc inter Iudæos,& ita poterant eſſe de aliis tribubus:ideo ita nunc erant ponendi panes propoſitionis,ſicut prius: quia cenſebãtur eſſe oẽs duodecim tribus p̃ſentes,quia de qualibet illarũ erant aliqui. Secundo,ꝙ licet nulli ſupereſſent

C de aliis tribub. inter Iudæos,ſed tranſlati eſſent oẽs in Aſſyrios;adhuc pro eis orandum erat,vt permanerẽt in cultu Dei; & ita vr̃,quod faciebant plures eorum:nã Tobias in illa captiuitate tranſlatus eſt in Aſſyrios, & tñ colebat Deum Tob.1.c.& 2.& c.7. & 8.ſignatur: quia multi viri ſancti de Iudęis erãt in captiuitate illa;ſicut patet de Raguele & Sara filia eius. Tertiò, quia poſt illam trãſlationẽ manebat mutua fraternitas inter Iudæos in terra promiſſionis,& Iudæos tranſlatos;& ſcribebãt ſibi mutuo,& ſe conſolabantur. Vnde B. Iacobus Apoſtolus epiſtolam ſuã, quæ eſt prima Canonica, ad oẽs duodecim tribus diſperſas ſcripſit,ſ. Iacobus Dei, & Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruus, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione ſalutem. Iacob.1.c.ideo orabatur pro eis,& offerebãtur panes propoſitionis. Quartò, quia de illis decem tribubus,quæ

D erant diſperſæ,& trãſlatæ ad Aſſyrios, veniebant aliqui in Ieruſalem ad feſtiuitates, & ẽt aliqui veniebant illuc, vt ibi habitarent,quia licet à principio tenebantur,vt captiui,ne redirent in terram ſuam, poſtea procedente tẽpore multi de illis redibant,& morabantur in Ieruſalem; & hoc colligitur Act.2.c. vbi eo anno quo Chriſtus paſſus eſt, & deſcendit Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos in Penteco te dicitur: erant aũt habitantes in Ieruſalem Iudæi, viri religioſi, ex omni natione, quæ ſub cælo eſt,ſ.Parthi, Medi, Elamite, & qui habitãt Meſopotamiam,Iudæam, & Cappadociam, Pontum,& Aſiam,Phrygiam,& Pamphyliam,Aegyptum,& partes Lybiæ quæ eſt circa Cyrenem,& aduenæ Romani,Iudæi quoque,& Proſeliti,Cretes & Arabes. ſed inquantum dixit Parthos,Medos,Ela-

Iudæi ex omni natione ſub cælo.

E mitas nominauit decem tribus translatas in Aſſyrios,quia illæ habitauerunt inter Gozam, & Hailam fluuios terræ Medorũ, lib.4.Reg.17.ergo pro his ẽt poni debebant panes propoſitionis. Quintò,quia & ſi horũ nihil ſtaret,ſemper Iudæi ponerent duodecim panes propoſitionis: Nam licet eſſent iſti panes in memoriã duodecim tribuũ Iſrael, Deus tñ hunc cultũ ſibi fieri iuſſerat,ideo nõ auderent Iſraelitæ aliquid de illo mutare, niſi Deus expreſsè mãdaret, & tñ Deus non mandauit, ideo ſemper offerebantur duodecim panes. Sextò, quia lex illa data fuit,vt ſemper ſeruaretur, quia dr̃ ſupra in littera: Per ſingula Sabbata mutabũtur ſuſcepti à filiis Iſrael fœdere ſempiterno; ergo cũ lex ſempiterna eſſet,ſemper duraret obſeruatio eius inter Iudęos,& nõ auderẽt quicquã mutare. Septimò,quia ſi pp hoc,ꝙ decem tribus fuerant trãslatæ in Aſſyrios manentibus ſolis duabus, non debuiſſent poni duodecim panes coram Dño in memoriam illarum, ſequeretur ẽt ꝙ

A tollerẽtur de Rõnali lapides decem: nam erãt ibi duodecim lapides precioſi in memoriã duodecim filiorũ Iſrael: imò quod plus eſt, habebãt nomina tribuum ipſarũ ſculpta,i. ſinguli lapides ſingula nomina, Exo.28.c. & tñ non fuerunt ablati lapides illi, ſed manſerunt duodecim ſicut prius, ergo neque debebat quidquam de panibus duodecim tolli. De Rationali loquitur Ioſephus in libris Antiquitatum,qui dicit ſe vidiſſe,& illius figuram ſcribit,erat ipſe namque Sacerdos. Dicẽdum ergo,ꝙ circa panes propoſitionis nihil fuit mutatũ,ſed ponebantur ſemper duodecim,ſicut à principio, & iſte cultus mãſit quouſque Iudæi per Romanos deleti ſunt, poſt mortem Chriſti euerſã vrbe eorum, & templo ipſorũ in perpetuas ruinas, atque ſolitudines redacto;& patet: quia poſt reditũ de Babylone, ſic offerebantur duodecim panes, nam Eſdras ſcripſit

Scriptor Paralip. Eſdras.

B librum Paralip. & ibi agit de ordinatione ſacerdotum,& Leuitarum in ſuis miniſteriis poſt reditũ de captiuitate; & patet:quia 1.Paralip.9. c.dicitur: Vniuerſus Iſrael dinumeratus eſt,& ſumma eorum ſcripta eſt in lib. Regum Iſrael,& Iuda,tranſlatiq. ſunt in Babylonem propter delictum ſuum. Et poſt hoc ponit eodem capite ordinẽ Sacerdotum,& Leuitarum in ſuis miniſteriis, & dicitur ibi: Porro de filiis Caath fratribus eorum, erant ſuper panes propoſitionis, vt ſemper nouos per ſingula Sabbata præpararẽt; ergo durabat poſtea idem miniſterium panum, & in nullo diminutum. *Quia Sanctum Sanctiorum eſt*,i.iſti panes ſunt aliquid valde ſanctum inter ſacrificia. & tunc offerri debent ad illud quod dixi in loco sãcto, ſ.ꝙ comederentur panes iſti in loco ſancto: quia ſunt multum ſanctificati. Alio modo poteſt intelligi,ꝙ ſacerdotes come-

C dant iſtos panes, quia Sanctum Sanctorum de ſacrificiis Dñi,i.quia iſtud eſt aliquid ſanctum, vel applicatũ eis de ſacrificio Dñi. ſanctum.n.applicatũ dicitur,& ſic dicitur aliquis dies ſanctificatus,i.ad cultũ Dei applicitus,ita aũt & poteſt dici aliquid ſanctificatum eſſe ſacerdotibus, i. applicatum eſſe ad ius illorum. & iſte eſt ſenſus quẽ propriè facit littera, ſ. ꝙ Sãctum Sanctorum eſt de ſacrificiis Dñi,q.d.de ceteris quæ Deo offeruntur, hoc erat ſanctificatum ſacerdotibus, i.pertinebat ad illos. Similis modus habetur ſup. 2.c.cum dicitur:quod aũt reliquum fuerit de ſacrificio,erit Aaron,& filiorum eius, Sanctũ Sanctorum de oblationibus Dñi,i.erit ſeparatũ in ius Aaron de oblationibus quæ pertinent ad Deum.& dicitur. *De ſacrificiis Domini.* Nõ ꝙ eſſent ſacrificia iſti panes,quia propriè ſacrificia dr̃ eſſe de animalibus:ſed accipitur ſacrificiũ lar-

D gè pro oblatione panis. Sic habetur ſup.c.2. cum dicitur: Anima cũ obtulerit oblationem ſacrificij, ſimila erit eius oblatio:ecce vocauit ibi ſimilã ſacrificium,& poſtea dicitur:Cum obtuleris ſacrificium coctum in clibano;vbi neceſſario accipitur pro panibus. Et etiam dicitur:ſi ſacrificium fuerit de craticula. vbi eodem modo pro panibus accipitur. Simile habetur Numer.15. c. vbi ſacrificia carnium vocantur victimæ,& oblationes de panibus vocantur ſacrificia. *Iure perpetuo*, i.quòd iſti panes in æternum pertinebunt ad ſacerdotes. Accipiendum eſt hic æternum, ſicut in ſuperioribus dicebatur,ſcilicet,pro toto tempore quo durarent cæremoniæ iſtæ ſacrificiorum.

De blaſphemo lapidato.

Ecce aũt egreſſus filius mulieris Iſraelitidis, quẽ peperat de viro Aegyptio inter filios Iſrael; iurgatus eſt in caſtris cũ viro

E *Iſraelita. Cumq. blaſphemaſſet nomen Domini,& maledixiſſet ei,adductus eſt ad Moyſen.(Vocabatur aũt mater eius Salumith,filia Dabri de tribu Dan.) Miſeruntq. eũ in carcerẽ, donec noſſent quid iuberet Dominus. Qui locutus eſt ad Moyſen,dicens: Educ blaſphemũ extra caſtra,& ponant omnes qui audierunt,manus ſuas ſuper caput eius,& lapidet eum populus vniuerſus. Et ad filios Iſrael loqueris. Homo,qui maledixerit Deo ſuo,portabit peccatũ ſuũ: et qui blaſphemauerit nomẽ Domini,morte moriatur:lapidibus opprimet eũ omnis multitudo, ſiue ille ciuis,ſiue peregrinus fuerit. Qui blaſphemauerit nomen Domini,morte moriatur. Qui percuſſerit,et occiderit hominẽ, morte moriatur. Qui percuſſerit animal,reddet vicariũ,i.animã pro anima. Qui irrogauerit maculã cuilibet ciuiũ ſuorũ:ſicut fecit,ſic fiet ei:fracturã pro fractura,oculũ pro oculo,dentẽ p dẽte reſtituet:qualẽ inflixerit maculã,talẽ ſuſtinere cogetur. Qui percuſſerit iumẽtũ,reddet aliud. Qui percuſſerit hominem,*

23.q.5.c. quid ergo.in fi. De pœn. diſt. 3. c. quærat. & c. ſũt plures.

Pœna blaſphemi.

23. q.5. c.reos ibi, oculũ & oculo.

Exo.21. Deut.25. Matt.5.

Satisfactio pro offenſa. Caſus quidam incidẽtalis de viro blaſphemo.

punietur. Aequum iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit: quia ego ſum Dominus Deus veſter. Locutuſq. eſt Moyſes ad filios Iſrael: & eduxerunt eum, qui blaſphemauerat, extra caſtra, ac lapidibus oppreſſerunt. Feceruntq. filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Ecce autem egreſſus. Hic ponitur ſecundum principale, ſcilicet, quidam caſus de viro blaſphemo.

An iſte vir blaſphemus fuerit ebrius, vt inquit Nicolaus; & quare blaſphemauerit. Quæſt. IX.

ET dicit Nicolaus, ꝙ iſte caſus de blaſphemante ponitur immediatè poſt deſcriptionem feſtorum: quia in ſollemnitatibus ſolent homines abundantius comedere, & bibere, ex quo inſurgunt litigia, permutato homine ad quandam irã ex potu, & ex hoc facilius inducuntur ad G blaſphemãdũ quam aliàs: & ſic fuit de iſto viro blaſphemo. Sed hoc non vr̃ poſſe ſtare, propter duo: Primò, quia præſupponitur hic, ꝙ obſeruarentur feſta, dum eſſent Iſraelitæ in deſerto. Item in illis haberent occaſionem iurgiorum. Sed hoc non ſtat: quia feſta dicunt quaſdã oblationes, ſicut patet Num. 28. & 29. c. & tamen iſta non fiebant in deſerto, qm̃ nõ habebant locum Iſraelitæ, & conuenientiam ad miniſtrandum; nec miniſtrabant, ſed faciebat vnuſquiſque quod volebat, vt hr̃ Deuter. 12. c. ideo non obſeruata tunc ibi ſacrificia fuerũt, niſi modico tempore in monte Synai, vt hr̃ Num. 28. c. Itẽ præſupponitur hic alterũ falſum, ſ. ꝙ Iſraelitæ in deſerto in diebus feſtis largius comedebant, & bibebant; quod non poteſt ſtare: quia panẽ non comedebant, nec habebãt vinũ, nec veſcebantur carnibus, ſed ſolo Manna veſcebantur pro cibo, & H aquam deguſtabant pro potu. Sic patet Deut. 2. c. & 8. In hoc aũt non erat largior cibus, cum quotidie cuilibet Iudæorum eſſet æqua ciborum portio, ſ. vnum Gomor, vt hr̃ Exo. 16. c. nõ erat ergo eis aliquid in quo excederẽt menſuram cibi, & potus. Sed magis vr̃ dicendum, ꝙ iſte caſus fuit poſitus hic, quia eo tẽpore quo dabãtur iſta præcepta, accidit. Dicit aũt Rabbi Salom. ꝙ iſta blaſphemia facta à viro fuit propter panes propoſitionis, ideo poſito de panibus propoſitionis ſubiũgitur immediatè de illo, qui blaſphemauit propter illos. Sed hoc ẽt non ſtat: qm̃ infra dr̃, ꝙ iſte vir iurgatus eſt cum alio viro in caſtris, & blaſphemauit nomen Dñi, & ſic vr̃ ꝙ nõ fecerit pp panes propoſitionis, aut pp aliquid aliud ſimile, ſed propter iurgiũ cõcitatus ad irã. *Ecce autem egreſſus filius mulieris Iſraelitidis.* Hoc diſtinguitur in tres partes: qm̃ Primò ponitur blaſ- I phemi viri trãſgreſſio. Secũdò, punitionis determinatio. Tertiò, determinationis executio. Secunda ibi: *Miſerunt eũ.* Tertia ibi: *Locutuſq. eſt Moyſes*. Circa primũ dr̃: *Ecce aũt egreſſus*. Pro quo ſciendũ, ꝙ ſicut aliqui Iudæi volũt, ꝙ iſte vir blaſphemus fuit de genere Dan, ex parte matris, quod verũ eſt, & voluit æquari in caſtrametatione pp hoc cũ aliis, qui erant de genere Dan, & conſanguinei matris ſuæ, ſed fuit prohibitus ab illis, iuxta quos volebat figere Tabernaculũ, qm̃ occupabat ſpaciũ in quo quidã eorum caſtrametaturus erat, vnde deducta eſt cauſa iſta coram Moyſe propter rixã, & ſentẽtiauit contra illũ qui volebat apud ceteros de tribu Dan figere Tabernacula: quia non erat fixio caſtrorũ in tali, vel tali loco ſm lineã maternã, ſed paternã, vt hr̃ Num. c. 2. vbi dr̃, ꝙ ſinguli per turmas ſuas, atque vexilla, & domos cognationũ ſuarũ caſtrame- K tabuntur. in Hebræo dr̃: & domos patrũ ſuorũ caſtrametabuntur. Iſte aũt vir, quia exierat de loco Iudicij cõdemnatus, blaſphemauit nomen Dñi, & pp hoc fuit miſſus in carcerẽ, & poſtea lapidatus. Hoc aũt dñt Iudæi pp ea quę in littera tanguntur, ſ. ꝙ eſſet iſte filius mulieris Iſraelitidis, ſed nõ viri, & ꝙ eſſet de tribu Dan, & quia dr̃ hic egreſſus, quod intelligunt ad egreſſionẽ de loco Iudicij. In quo dicendũ, ꝙ iſte caſus ſatis erat poſſibilis, & conueniens, tñ non inducitur ex littera, imò ex aliqua parte repugnat: quia iſti dicunt ꝙ primo iurgatus eſt vir iſte non Iſraelita, cũ alio viro Iſraelita: & poſtea cauſa deducta in iudicium, fuit condemnatus, & egreſſus inde, blaſphemauit, litteta tñ prius ponit hic egreſſionem, quã iurgiũ: quia dr̃, ꝙ egreſſus filius mulieris Iſraelitidis iurgatus eſt in caſtris cum viro Iſraelita. Item, hoc quod dicitur hic, & egreſ- F ſus, ipſi referunt ad egreſſionem de loco Iudicij; ſed hoc non inducitur: quoniam iſte modus loquendi eſt Hebraicus, vt ponatur egredi pro incipere, ẽt ſi nõ ſit ibi aliquis motus, egredi ẽnim motum localem ſignat; ſed ideo accipitur iſte modus loquendi, quia quãdo aliqua res poteſt operari, & nondũ operatur, eſt in potentia ad operandũ, & cum operatur egreditur de potentia ad actum: nã ſicut qui egreditur nunc, mouetur, & ante hoc nõ mouebatur, ita qui incipit operari, ante hoc erat in potẽtia nihil operans, nunc verò operatur, & ſic moueri videtur, vnde conuenienter dicitur egredi. Similis modus loquẽdi habetur Exodi 2. capite, cum dicitur: Egreſſus eſt poſt hoc vir de domo Leui, accepta vxore ſtirpis ſuę. Ecce, dicit virum egreſſum, ſed hoc quod erat accipere vxorem non dicit aliquam egreſſionem, nec hoc, quod eſt vxorẽ acceptã cognoſcere: tñ vt ibi declaratũ eſt, dicebatur egredi, i. incipere, quia ante illud tẽpus nõ accedebat ad vxorẽ ſuam, ne proles inde cõcepta periret, tũc verò egreſſus eſt, i. incępit cognoſcere vxorẽ ſuã. Sic aũt non poteſt accipi hic egredi, pro egreſſione de loco iudicij, quia tunc eſſet prius egredi quam iurgari: ſed hoc eſt contra poſitionẽ caſus eorũ; ſed accipitur egreſſus pro incipere, ſ. quòd incępit iurgari iſte vir non Iſraelita, cum viro Iſraelita. Quæ vero fuerit cauſa propter quam iurgati fuerint, & quid induxerit iſtum virum ad blaſphemandum, non conſtat: ſed hoc nõ multum refert. *Filius mulieris Iſraelitidis*. Hic ponitur genus iſtius: erat iſte de Iſraelitis ex parte matris, ſed nõ ex parte patris, & propter hoc erat ignobilior aliis. Et iſta eſt cauſa, quare Iudæi dicantur fuiſſe in cauſa, & ſententia proferretur contra ipſum, ita vt non caſtrametaretur cum aliis cognatis matris ſuæ, quia debebat quantum ad hoc conſequi iura lineæ paternę. Iſta mulier de qua hic dr̃, vocabatur Salumith, de tribu Dan, ſicut infra habetur. *De viro Aegyptio inter filios Iſrael*. i. iſta mulier cõcepit de viro Aegyptio dum eſſet inter filios Iſrael. Põt aũt eſſe ſenſus, ꝙ iſta femina fuiſſet accepta in vxorem à viro Aegyptio, & inde natus fuiſſet iſte qui blaſphemauit. Hoc aũt Iudæi non recipiunt: non .n. intelligunt, ꝙ feminæ Hebræorum deberent nubere viris aliarum gentium: ſed dicunt hoc fuiſſe factum per fornicationem, ſ. ꝙ vir Aegyptius acceſſiſſet ad illam feminam nuptam viro Hebræo, & inde natus fuiſſet iſte blaſphemus. Et dicunt, quòd iſte vir Aegyptius fuit quidam de præpoſitis operũ in Aegypto, & cõfecit quòd maritus illius feminæ quæ vocabatur Salumith, quadam die valde mane conſurgeret ad labores, ipſe autem præpoſitus operum introiuit in domum Salumith per tenebras, & ipſa putãte, quòd eſſet vir eius, cognita eſt ab ipſo, & inde natus eſt iſte blaſphemus, ſecundum quòd dictum fuit Exodi 2. cap. vt Iudæi referũt. Quicquid autem horum fuerit, nihil refert, ſ. ſiue per matrimonium, ſiue per adulterium vir iſte blaſphemus genitus fuerit. Sed adhuc magis videtur, ꝙ iſta mulier accepiſſet virum Aegyptium, & inde concepiſſet, quia dicitur in littera: quẽ pepererat de viro Aegyptio inter filios Iſrael. Dicebatur aut eſſe inter filios Iſrael, qm̃ habebat vxorem de genere eorum, & erat quaſi vnus ex eis. *Iurgatus eſt in caſtris*. In hoc declaratur, ꝙ iſte vir blaſphemus propter iram blaſphemauerit: quia dicitur, ꝙ iurgatus eſt, quod eſt contra dictum Rabbi Salom. qui dixit blaſphemaſſe propter panes propoſitionis. Ex hoc autem quod dicitur hic blaſphemaſſe illum in caſtris, Iudæi intelligunt, quòd blaſphemauerit propter caſtra, ſ. propter caſtrorũ ſituationem, ſecundum narrationem ſupra poſitam; ſed declaratum eſt, ꝙ illa repugnat ſibiipſi. Dicitur aũt, ꝙ iurgatus eſt in caſtris, ad demonſtrandum, ꝙ iſte poterat conuinci blaſphemia: nã ſi iſte extra caſtra blaſphemaſſet, non adfuiſſent multi teſtes, qui eũ conuincere potuiſſẽt eſſe blaſphemum; in caſtris aũt facillimum erat probare, ꝙ blaſphemaſſet: quia ibi erat multitudo gentis, cum oẽs manerent in caſtris, & tabernacula eorũ ſatis coniuncta eſſent. *Cum viro Iſraelita*. Dr̃ iſte vir Iſraelita, quia erat ex patre, & matre Iſraelitis: alius aũt quamquam haberet matrem Iſraelitidem, tamen pater eius erat Aegyptius, ideo non dicebatur vir Iſraelita, ſed genitus inter Iſraelitas. *Cumq. blaſphemaſſet nomen Domini, & maledixiſſet ei*. Hic ponitur blaſphemare, & maledicere pro codẽ, & ſic eſt: quoniam nihil

nihil eſt blaſphemia, niſi maledictio nominis Dei, vel qñ nomen Dei exprimitur, & illo expreſſo aliquid malum de Deo prædicatur; hic autem ponitur in littera Hebraica. *Cumq. declaraſſet:* Vbi nos dicimus. *Cumq. blaſphemaſſet.*

Quomodo iſte blaſphemus vir peccauerit ſecundum Iudæos declarando nomen Domini Tetragrammaton; & de illo qui publicauit nomen abſconditum Ciuitatis Romæ, & occiſus eſt. Quæſt. X.

ET dicunt Iudæi, ꝙ iſte vir peccauit in duobus; Primò, quia declarauit nomen Dñi .ſ. nomẽ Tetragrammaton publicãdo illud, ſed nulli licebat hoc proferre, niſi Sacerdotibus, quando proferebant benedictiones ſuper offerentes, vel nubẽtes, & in ſimilibus; erat.n. hoc nomen magnæ reuerentiæ, & ob hoc vetitum erat ne quis nominaret, niſi Sacerdotes. Sic ẽt erat apud antiquos Gentiles, qm̃ quando aliquod nomen erat valdè honorabile, ſubticebatur, ſicut erat de nomine vrbis Romanæ. Dicit.n. Solinus in Polihiſt. c. 1. quod eſt quoddã nomen vrbis Romæ magis propriũ, quàm cetera, quod in vulgus, nunquã venit, quia Dij, & ſacra illud publicari vetuerũt: Valerius aũt Soranus, quia illud ſemel publicauit, morti traditus fuit. Quãtum ergo ad hoc, ꝙ iſte blaſphemus explanabat nomen Domini, quod nominari illicitum erat, peccabat. Etiã erat hic ſecunda grauitas, ſ. ꝙ maledixit nomini Domini, & propter hoc merebatur mortem; & iſta duo ponuntur hic tanquam diſtincta. Sed dicendum eſt, ꝙ non oportet intelligere iſtum peccauiſſe ex eo, ꝙ declarauerat nomen Dñi, & hoc eſſet blaſphemare, & ex hoc ꝙ maledixiſſet, ſed vtrumque idem eſt: nã ad hoc ꝙ aliquis blaſphemet, duo requirũtur. Primũ eſt, prolatio nominis Domini qualecumque illud ſit, ſiue ſit directum nomen Dñi, ſiue attributale, ſiue ſignificans eſſentiam, ſiue perfectiones Diuinas: nihil.n. differt, ꝙ aliquis dicat ſe non credere in Deum, vel in Omnipotentẽ, vel in eum qui cũcta creauit, vel in eum quem B. Virgo genuit, vel in omnia ſcientem, aut qualitercumque nomine velit, dum tamen illud nomen, vel per æquiualentiam Deum ſignet, quod dicitur propter nomina attributaria, quæ quamquam Deum directè non ſignificent, quia tñ ſignificant perfectiones in tali gradu, in quo nulli conueniunt niſi Deo, qui talia nomina expreſſerit, nomen Domini expreſſiſſe vr̃; & ſic qualitercumque proferat, ſufficit ad habendum primũ, quod eſt eſſe blaſphemum. Secundum erat, ꝙ ille qui blaſphemat, maledicat nomini Dñi, & hoc eſt, in quo magis conſumatur blaſphemia: nam ſi quis nominet nomen Dñi, & non maledicat, nihil peccat, cum verò maledixerit, blaſphemia eſt: quia ergo volebat hic Sacra Scriptura declarare quid eſſet blaſphemia, poſuit duo, ſ. declarare, & maledicere. *Adductus eſt ad Moyſen.* Quia viri qui viderunt eum blaſphemantem tenentes deduxerunt illum ad Iudicem, vt videretur quid in tali caſu agendum eſſet, & fuit ductus ad Moyſen, quia quamquam alij eſſent Iudices, ſ. decani, & quinquagenarij, & centuriones, atque tribuni, vt habetur Exo. c. 18. tñ iſti non iudicabant de cauſis quæ pertinebant ad Deum, cum dr̃: Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicũtur ad eum: oſtendaſq. populo cæremonias & ritum colendi, viamq. per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Sed blaſphemare pertinebat ad Deum, cuius nomen maledicebatur: ergo debebat iudicare Moyſes, & non alii Iudices. Item, quia Iudices illi ſolum iudicabãt de rebus paruis & manifeſtis: Moyſes aũt iudicabat de rebus magnis, vt habetur Exo. 18. c. cum dr̃: Quidquid aũt maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo iudicent: leuiuſq. ſit tibi; partito in alios onere. Sed iudicium de blaſphemia erat maximũ iudicium. Primò, quia erat capitis minutio infligẽda: iudicia aũt de capitis diminutione dicuntur eſſe de maioribus: foralia aũt quæ ſunt cauſæ purè ciuiles, ſunt minores. Secundò, erat iſta cauſa magna propter dubium, quia neſciebatur quid in tali caſu iudicandum eſſet, quouſque Deus determinauit, ꝙ lapidaretur, vt patet infra. *(Vocabatur aũt mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.)* Hic ponitur nomen matris ſm Iudæos ad inducendum caſum ſupra poſitũ, ſ. ꝙ habebat matrem iſte vir Iſraelitidem, & non patrem: & propter hoc fuit

Iudiciũ de blaſphemia erat maximum.

A orta contentio de caſtrametatione: ſed hoc nõ refert; immo magis videtur dicendum, ꝙ Scriptura poſuerit hoc, enarrans veritatem rei, non tamen aliquid alterum ſignificans: & hoc, quia Sacra Scriptura non ſemper ponit omnia quæ ſcribuntur, ad ſignificanda aliqua myſteria, ſed ſæpè ponit ad ſolum ordinem rei enarrandum: alioquin inquireretur, quare vocata fuerit Salumith in loco iſto mater huius blaſphemi: nam nihil hoc ad rẽ facit, an vocaretur ſic, vel aliter; ſed ſolum referebat, ꝙ eſſet ipſa Iſraelites, & non pater. Dicunt aũt Iudæi, ꝙ iſta vocabatur Salumith, quod interpretatur pacificè loquens, quia omnibus loquebatur ſalutans, qđ non decet mulieres honeſtas, ſed magis taciturnitas eſſe; ideo quæ procaces ſunt, citius impudicæ fiunt. Quod inducunt ad occaſionẽ conceptus adulterini, quem habuit iſta Salumith, vt ipſi di-
B cunt, de viro Aegyptio. Sed hoc non concordat cum narratione eorum, qui dicunt eã ignoranter fuiſſe cognitam, cum putaret ſe à viro ſuo cognoſci. *Miſeruntq. eum in carcerem.* Non ſciebat Moyſes, quid determinaturus eſſet in cauſa iſta: ideo poſuit in carcerem reum, quouſque à Deo peteretur quid agẽdum eſſet; nam in omnibus cauſis magnis conſulebatur Deus: quia Moyſes ſæpè dubitabat, vt patet, quando conſuluerunt eum filiæ Salphaad; quibus ilico non reſpondit, ſed conſuluit Dominum, vt habetur Numeri, c. 27. Iterum autem conſuluerunt filij Manaſſe Moyſen ſuper filiabus Salphaad, quib. pariter nõ reſpondit quouſque à Deo inquireret, vt habetur Numeri 26. c. *Donec noſſent quid iuberet Dominus.* Loquebatur Deus Moyſi, tãquam homo ad amicum ſuum, vt habetur Exodi 33. c. & quandocũque Moyſes vellet conſulere Deum,
C poterat habere colloquium eius, & habebat ad hoc multa loca. Primus erat, ſi introiret intra Sancta Sanctorum ad Propitiatorium: quoniam de Propitiatorio oriebatur vox loquens ad eum, & eidem declarans dubia. Sic habetur Num. 7. c. cum dicitur: Cumq. ingrederetur Moyſes Tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de Propitiatorio, quod erat ſuper Arcam teſtimonij inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei. Alius locus in quo Deus Moyſi loquebatur, erat ad oſtium Tabernaculi. Sic habetur Exodi 29. capite, cum dicitur: ſacrificium eſt Domino oblatione perpetua in generationes veſtras, ad oſtium Tabernaculi corã Domino, vbi conſtituam, vt loquar ad te: ibiq. præcipiã filiis Iſrael. Alius locus erat, in quo Deus loquebatur Moyſi in columna nubis, ſ. ꝙ inclinabatur columna, & loquebatur
D ei, & non ſolum ei, ſed aliqñ aliis, ſicut patet Num. 12. c. cum dicitur, de Aaron, & Maria, ꝙ vocauit eos Deus, & deſcẽdit in columna nubis, & ſtetit in introitu Tabernaculi. Alij modi, & loca erãt, in quibus Deus Moyſi loquebatur: nam vbicumque vellet, ibi loquebatur: & iſte erat modus cognoſcẽdi facilis veritates rerum occultarũ. *Qui locutus eſt ad Moyſen, dicens.* Quomodo aũt locutus fuerit, non refert: ſatis enim eſt, quòd locutus fuerit ſic; Conſtat autem, quòd quãquam hic dicatur Deum locutum eſſe, non intelligitur de Deo, ſed de Angelo, qui loquebatur in nube, vel in Propitiatorio. Deus enim nũquã loquebatur, vt Exo. 23. & 25. c. probatum fuit. *Educ blaſphemum extra caſtra.* Hic ponitur pœna determinata à Deo. In quo intelligendũ eſt, quòd Moyſes non dubitabat de morte, quin infligẽda eſſet iſti blaſphemo, qm̃ blaſphemia eſt de ma-
E ximis peccatis: ideo pro ea ſatis mors debetur manifeſtè; ſed dubitauit Moyſes de genere mortis, ſ. de ſuſpẽdio, vel lapidatione, aut huiuſmodi; & iubet Deus, ꝙ lapidetur, & ꝙ hoc fieret extra caſtra. Cauſa huius erat, ne caſtra pollueretur ſanguine humano, & quia horror quidam ex ea lapidatione ſãguiſq. effuſione oriebatur, ideo extra caſtra conuenientius iſta blaſphemi punitio Dei mãdato fiebat: & ex hoc acceperũt Iudæi, vt qñcumque aliquis blaſphemaret, & lapidandus eſſet, eiiceretur extra caſtra. Sic etiã factum fuit in B. Stephano, qm̃ Iudæi & illũ vt blaſphemũ reputatũ eiecerunt extra ciuitatẽ, & lapidarũt. Sic hr̃ Actuũ c. 7. *Et ponãt omnes qui audierũt, manus ſuas ſuper caput eius,* i. oẽs teſtes delicti ponebãt manũ ſuper caput ipſius, qui peccauerat, & tũc lapidabãt. Et ex hoc acceptum eſt inter Iudæos, ꝙ qñcumque aliquis peccaſſet, & morte plectẽdus eſſet, teſtes hui⁹ ſceleris imponerẽt manũ ſuper

Quare teſtes criminis, apud Iudæos imponebant manus ſuper caput conuicti de crimine.

caput delinquendis, etiam ſi non fuiſſet peccatum blaſphemiæ. Sic patet in Suſanna quam accuſauerunt duo ſenes de adulterio: & cum ipſi teſtificarentur contra ipſam, impoſuerunt manus ſuper caput eius, vt habetur Daniel. c. 13. quamuis illud falſum licet teſtimoniũ eſſet de adulterio, & non de blaſphemia. Cauſa autem propter quam teſtes imponebant manum capiti hominis ſcelerati, erat: quia imponere manus capiti alicuius, denotat poteſtatẽ, quod ad Iudicem pertinebat, qui reos ſententiabat. Sed teſtes ſic ſe habent, ꝙ videntur ferre ſententiam ex eo, ꝙ propter dicta ipſorum fertur ſententia, ideo ad ipſos pertinet imponere manus, ſicut Iudici. Pertinet etiã alterũ, ſ. ꝙ primo teſtes percutiant ipſũ, qui pro ſcelerib. occiditur, quàm quiſquam alius: de quo nihil dicitur hic, ſed hr̃ Deuter. 17. c. cum dicitur: Manus teſtium prima interficiet eum, & manus reliqua populi extrema mittetur.

G Cauſa autem ad idem pertinere videtur, ad quod ſuperior cauſa de poſitione manuũ ſuper caput. Nã iſti qui ſunt teſtes in aliquo ſcelere, ſi ſcelus habeat pœnam infligẽdam à populo, ſicut lapidatio à toto populo infligitur, habent ius, tanquam aliquid de populo, ideo ad eos tanquam ad ceteros de populo pertinet percutere ipſos ſceleratos conuictos: & quia teſtes ſpecialius pertinent ad mortem alicuius quàm aliqui alij debebant habere hoc teſtes ſuper omnes alios populares, vt primo percuterent ipſum qui occidi deberet. *Omnes qui audierunt.* Dicitur de iſtis, ꝙ ponant manus ſuas ſuper caput blaſphemantis, quia ipſi teſtes ſunt. *Et lapidet eum populus vniuerſus.* id eſt, ponatur in poteſtate totius populi, ad hoc, ꝙ omnes lapident; & cauſa videtur eſſe: quia iſtud peccatum eſt publicum, ſ. ꝙ qui committit illud, peccat in cõmunitatem,

H cum publicè offendat Deum, & Dominum communitatis: ideo punitio pertinebit ad ipſum populũ. De hoc magis dicetur infra. *Et ad filios Iſrael loqueris.* Cum fuerit poſita pęna huius in particulari, immediatè ſubiungitur lex de tali crimine ad omnes poſteros, cũ dicitur: *Homo, qui maledixerit Deo ſuo.* i. qui blaſphemauerit: nam ſupra dicebatur, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis blaſphemaret nomen Dñi, requirebantur duo, ſ. declarare nomen Domini, & maledicere illud. hic aũt ſolum ponitur maledicere: quia hoc aliquo modo includit illa duo, cum nemo poſſit maledicere nomini Domini, niſi illud exprimat: & ſic in maledictione includitur totum blaſphemare. *Portabit peccatum ſuum.* i. ſuſtinebit pęnam pro iniquitate ſua. Peccatum. n. non poteſt accipi hic, niſi pro pęna, quia ſi accipiatur pro culpa, manifeſtum eſt, ꝙ quicumque peccat, portat peccatum ſuum: & eſt impoſſibile, ꝙ quiſquam alius portet, cum peccatum in ſolo peccante ſit: ſed accipitur hic peccatum, pro ipſa pœna peccati, & tunc dicitur aliquis portare peccatum ſuum; qñ pœnam peccati totaliter ſuffert, ita quòd nihil ſibi remittitur, nec aliquid in alios transfunditur. Si enim aliquid dimittatur, non portat peccans ſuper ſe totum peccatum ſuum, etiam ſi aliquid in alteros transferatur, cum dicunt nihil horum fit: quicumque peccat peccatum ſuũ portat. *Et qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ: quia idem eſt maledicere, & blaſphemare, vt dictũ fuit ſupra; nec accipitur hic blaſphemare, ſolum pro declarare nomen Domini, ſcilicet, pronunciare illud ſolo ore: qm̃ hoc modo non infligebatur mors; nec etiam Iudæi vocabant blaſphemiam ipſam nominationẽ nominis Dñi: ſed qñcumque aliquis dicebat quidquam, quod videbatur eis eſſe manifeſtè contra Deum, ſicut patet de Chriſto, qñ dixit: Amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. & Summus Sacerdos dixit: Blaſphemauit; quid adhuc egemus teſtibus? ecce nũc audiſtis blaſphemiam. Et ipſe ſummus Sacerdos ad iſtam vocẽ, ſcidit veſtimenta ſua, vt hr̃ Matth. 26. c. eodem modo Iudæi intellexerũt eſſe blaſphemiam, qñ Stephanus dixit: Ecce video cælos apertos, & filiũ hominis ſtantẽ à dextris virtutis Dei: tunc. n. Iudęi clamantes voce magna, eiecerunt Stephanum extra ciuitatem, & lapidabant eum, continentes primo aures ſuas, ne audirẽt verba illa; vt habetur Actuum cap. 7. Ecce ergo, iſta verba blaſphemiam vocant. Sed non eſt hoc in expreſſione nominis Dñi, ſed ex eo, ꝙ aliquod malum de Deo dicitur.

F *Morte moriatur.* Iſta etiã repetitio eſt: quia idẽ eſt morte moriatur, quod portabit peccatum ſuum, id eſt, pęnã peccati: & quia peccatum meretur mortem, neceſſarium eſt, vt qui portat peccatum ſuum, morte moriatur; & ſic conſueuit Deus dicere de illis, qui mente obſtinata tranſgrediebantur cæremonias legis, quòd portabũt iniquitatem ſuam: ſicut patet de illo qui comederat morticinum, vel captum à beſtia, & noluerat lauare veſtimenta ſua, portabit iniquitatem ſuam, vt patet ſupra 17. cap. Sed in hoc differt, quia, portare iniquitatem, aliquando ſignificat mortem inferendam à Deo, ſuper qua nihil habent Iudices quod agant: & tamen dicere, ꝙ morte moriatur, pertinet ad Iudices, qui in tali caſu deberẽt inferre mortem. Sic patet Numeri 15. c. cum dicitur de illo, qui tranſgreditur cæremonias legis; anima verò quæ per ſuperbiã aliquid commiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, qm̃ aduerſus Dñm rebellis fuit, peribit de populo ſuo: verbum enim Domini contempſit, & præceptum illius fecit irritum, idcirco delebitur, & portabit iniquitatem ſuam; ibi enim de morte, quæ à Deo infligenda erat, agitur; Hic aũt cum dr̃, morte moriatur, intelligitur à populo infligente. *Lapidibus opprimet eum omnis multitudo.* Iſta eſt determinatio pęnæ magis in ſpeciali: quoniam idẽ eſt morte mori, & lapidibus opprimi, ſed per illud ſolum neſciretur, quæ mors infligenda eſſet. Et dicitur, quòd lapidibus opprimet eum omnis multitudo, id eſt, totus populus lapidabit talem hominem, repetitio eſt ſuperioris.

Quare totus populus lapidabat delinquentem contra Deum, & non contra proximum; & quare omnibus concedebatur lapidare blaſphemum. *Quæſt. XI.*

CAVSA quare totus populus lapidet blaſphemum, ſupra poſita fuit, ſcilicet, quia ad eum pertinet iſta iniuria, cum ſit inflicta Deo ſuo. Et dicitur, omnis multitudo, non ꝙ omnes de multitudine lapidarent, quia hoc non poſſet contingere, ſed ꝙ cuilibet de multitudine ius eſſet; vt lapidare poſſet. Etiam nõ accipitur omnis multitudo, pro tota multitudine Iſraelitarũ: quia non poterant de toto Iſrael conuenire omnes, qui erant quaſi innumerabiles: ſed tota multitudo intelligitur de illo populo, in quo lapidabatur blaſphemus: nam ibi ſingulis de populo ius erat, vt lapidare poſſent blaſphemũ. Et licet non erat hoc præceptũ obligãs ſingulos, ſ. ꝙ nemo eſſet de populo illo, qui non obligaretur ad mittendũ lapides contra blaſphemum, erat tñ exhortatio quædam vt omnes irent ad

I lapidandum eũ, & bene faciebant atque placebant Deo, illuc euntes. Erat autem Prima cauſa, quare omnibus cõcedebatur lapidare blaſphemũ, quia (vt dictũ eſt) omnibus iniuriã fecerat, quia Deo omniũ, qui ab omnibus colitur, maledixerat, contemnendo illũ quẽ ceteri adorabãt. Secunda, quia erat hic quidam cultus, quem Deo impendebant: nã erant omnes ſubditi Deo, & tenebantur honorare eum, ideo ad omnes pertinebat vlciſci iniurias Deo illatas. Et ideo qui blaſphemabat, cum iniuriã Deo intuliſſet, merito, & conuenienter ad omnes ex populo pertinebat, vt eũ lapidaret. Tertia rõ, & præcipua erat, vt cum venirẽt omnes ad blaſphemũ lapidandũ, viderentq. atrocitatem mortis, & ꝙ nulla miſericordia haberetur cũ eo, qui talia commiſerat: timerent talia contra Deum committere: quod forte non fieret, ſi pauci viderent iſtas exe-

K cutiones pęnarũ. Sic patet Deut. 13. c. vbi dicitur de illis, qui alios incitauerant ad colendos Deos alienos, ſcilicet: Sit primò manus tua ſuper eũ, & poſtea omnis populus mittat manũ. Lapidibus obrutus necabitur: quia voluit te abſtrahere à Dño Deo tuo qui eduxit te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis: vt omnis Iſrael audiẽs timeat, & nequaq̃ vltra faciat quippiã huius rei ſimile. Conſiderandũ aũt, ꝙ qñ peccata aliqua committebãtur contra Deũ, ſolũ iubebat reos occidi à toto populo: qñ aũt peccata erãt cõtra ꝓximos, vt in homicidio, & adulterio, & ſimilibus nominatim nõ iubebat ꝙ reus occideretur à toto populo. & patet hoc de illo q obtulit de ſemine ſuo idolo Moloch: nã iuſſit De⁹, ꝙ totus populus terræ illũ lapidaret, ſup. 20. & ibi ponitur de adulteris, & aliis peccatoribus, qui ſimiliter lapidandi erant, & tñ nõ exprimit, ꝙ lapidaretur à toto populo: Sic ẽt qñ quidam inuentus fuit colligens ligna

gna in Sabbato in deſerto, iuſſit Deus, vt omnis turba Iſ-
rael lapidaret hominem illum extra caſtra, Numeri 15.c.
Sic etiam quando in aliqua ciuitate inuenirentur aliqui
quicumque eſſent idololatræ, vel ſolicitantes ad idolola-
triam alios, occidendi erant à toto populò. Deuter. 13. &
17. Cauſa autem quare in delictis contra Deum deberet
inferri mors ab omnibus, & in aliis peccatis non ita ex-
preſsè id iubebatur, erat duplex: Prima, quia cum peccãs
contra Deum intuliſſet ei iniuriam, pertinebat ad omnes
de populo vlciſci illam, quia erant ſubditi Dei, & cultores
eius: cum autem mors inferebatur pro delicto commiſſo
in aliquam perſonam priuatam, non pertinebat expetitio
vindictæ ad omnes ex populo: quia non erant ſubditi il-
lius; ſed ad ipſum qui paſſus erat iniuriam, & ad cogna-
tos, atque amicos illius: ideo non oportebat dicere, quòd
totus populus occideret talem peccatorem.

Secunda erat: quia totum populum conuenire ad occi-
dendum peccatorem, fiebat præcipuè, vt omnes viderent
atrocitatem pœnæ, & timerent: & ſic non auderent ſimi-
lia committere, Deuteron. 13. capite. Et cum vellet Deus,
ꝙ homines magis cauerent peccata, quæ cõtra eum com-
mittuntur, quàm ea quæ contra proximum, ideo potius
iuſſit conuenire totum populum ad occidendum pecca-
torem delinquentem in peccatis quæ contra eum com-
mittebantur, quàm in illis quæ erant contra proximum.

Et licet vtrumque peccati genus contra Deum eſſet, &
offenderetur in eis; voluit tamen magis caueri ea, quæ cõ-
tra ipſum ſolum erant. Primò, quia illa videntur eſſe, vt
communiter maiora quàm cetera, vt Blaſphemia, & Ido-
lolatria, & maiora peccata magis ſunt cauenda. Secundò,
quia etſi interdum aliqua peccata contra proximum ſint
grauiora, quàm illa quæ ſunt contra Deum ſolum, tamen
Deus videtur magis contemni in illis quæ contra ipſum
ſunt, quia illa videntur eſſe facta cõtra Deum; alia autem
non contra Deum, ſed contra hominem: & cauendus eſt
valde contemptus Dei, ideo circa talia adhibẽda eſt ma-
gna cura, ne committantur; & grauis pœna imponenda,
quando commiſſa fuerint.

Tertiò & præcipuè, quia tanto eſt maior ſolicitudo ad-
hibenda, ne peccatum committatur, quanto ſunt homi-
nes proniores ad illud committẽdum, ſed ad committen-
dum peccata quæ ſunt contra ſolum Deum, ſunt homines
magis proni, q̃ ad committendum peccata contra proxi-
mos, quia in peccatis contra Deum videtur, ꝙ nemo ſit
qui vindictam expoſcat, in peccatis aũt commiſſis contra
proximum, eſt qui doleat de ſuſcepto damno, aut iniuriã,
& vltionem petat: ideo debuit Deus facere, ꝙ homines
magis timerent committere peccata contra ipſum, quàm
contra proximos: & ideo voluit, quòd ad puniẽdum pec-
cantes contra ſe, conueniret totus populus, vt oẽs vidẽtes,
timerent, & non auderẽt committere ſimilia; ad punien-
dum aũt peccantes contra proximum, non appoſuit tan-
tam diligentiam, vt oẽs ad puniendum peccatores conue-
nirent; interdum tñ iuſſit, ꝙ ſic peccantes à toto populo
occiderentur, & id ob aliam cauſam non erat niſi, vt alij
videntes timerent, ſicut patet Deuter. 21. & 22. Conſide-
randum aũt in hoc, ꝙ Deus iuſſit aliquos occidi pro pec-
catis in proximum, & quoſdam iuſſit à toto populo occi-
di, & hoc fuit ſpecialiter in illis peccatis, quæ minora vi-
debantur de his quæ morte digna erant. & patet in duo-
bus, in quibus habetur expreſſè, ꝙ peccantes à toto popu-
lo lapidarentur. Primum erat in filio, qui non obediebat
monitis paternis, & vacabat comeſſationibus atque luxu-
riæ: nã licet iſta eſſent peccata quædam, tñ non manifeſtè
patebat, ꝙ iſta eſſẽt digna morte: ideo Deus iuſſit lapidari
illum à toto populo ad portas vrbis, vt totus Iſrael audiẽs
timeret. Deuter. 21. c. Secundum erat, de puella, quæ for-
nicata erat manens in domo patris, nondũ deſponſata exi-
ſtens: & poſtea, quando accepit ſponſum, tacuit ſe eſſe co-
gnitã: quam poſtea, ſi vir eius non inueniſſet virginem, iuſ-
ſerat Deus lapidari à toto populo, Deuteronom. 22. cap. &
hoc videbatur eſſe de minimis peccatis, quia illa non erat
alicui viro alligata, cum non eſſet coniugata, neque de-
ſponſata. volebat ergo Deus, vt in talibus totus populus
videret pęnam inferri, & timeret; ac ſi diceretur eis: ſi pro
iſtis paruis debetis timere vobis pęnam inferendam, quid

Peccãtes in duobus peccatis, à populo lapidabantur.

A fiet de maioribus? quia ibi illam magis timere debetis, ſi-
cut erat in homicidio, rapina, & adulterio: & tamen de
his non exprimitur, ꝙ à toto populo occiderentur: quia
planum erat iſta eſſe grauia peccata, & quiſque timeret
ea cõmittere, ſaltem timore proximorum cõtra quos illa
erant. *Siue ille ciuis, ſiue peregrinus fuerit*, id eſt, iſta pœna
omnibus erit æqualis, cuiuſcũque conditionis ſint, & hoc
ſiue peregrini, ſiue ciues ſint. Accipiuntur autem hic pere-
grini, i. aduenæ, ſ. qui veniunt de terra ſua, vt habitent in
terra aliena. Ciues autem dicuntur eſſe, qui ſunt naturales
alicuius loci, & nõ accipiuntur hic ciues, vel aduenæ, aut
peregrini, propriè, quoniam ciues à ciuitate dicuntur, ſci-
licet, qui de aliqua ciuitate oriundi ſint, & conſequuntur
priuilegia, & iura illius ciuitatis; aduenæ autem diceban-
tur, qui ab extra veniebant, vt in aliqua ciuitate habitarẽt.
B Iudæi autem quãdo erant in deſerto, non erant ciues, nec
peregrini, cum iſta ad aliquam ciuitatem referantur, ſed
dicebantur ciues, & peregrini largè, ſcilicet, ciues erãt illi
qui erant oriundi de genere Iacob, quibus directè data
erat iſta lex: peregrini aũt dicebantur, quia inter iſtos ha-
bitabant accipientes eorum ritũ, & de gentibus venerant;
comparatio autem horum ad veros ciues, & peregrinos,
æqua eſt: quoniam illi qui ſunt de aliqua ciuitate, partici-
pant originẽ loci, ſicut & loci legib. viuunt, & priuilegiis
vel quibuſcũq; immunitatib. fruũtur. At illi qui ab extra
veniũt, nõ participãt vnitatẽ originis loci, & ideo leges re-
ſpectu eorũ ẽt alienæ ſũt. Ita in Iudæis, & cõuerſis ad Iu-
daiſmũ erat: qm̃ Iudæi deſcendebãt directè de genere Ia-
cob, & ſic participabant vnitatem originis, cui origini le-
ges illæ in quibus Iudæi viuebant, competebant. Illi aũt
C qui conuertebantur ad Iudaiſmum non habebant vnita-
tem illius originis: ideo quantum ad hoc iudicabantur
peregrini vel aduenæ. Item quia ſecundum Ariſtot. 3. Po-
liticor. illi dicuntur eſſe ciues, qui participant de lege, &
principatu, ſcilicet, dignitate concionatiua: ſerui enim &
multitudo banauſorum ciuitatem non faciunt. Iſti autem
conuerſi ad Iudaiſmum ſic ſe habent, quòd non partici-
pant de lege & principatu: Nam quanquam participatio
in lege eſſet eis communis, quia (ſicut hic dicitur) eadem
lege puniebatur ciuis & peregrinus; & non debebat eſſe
aliqua differẽtia, vel perſonarum acceptio, ſiue ciuis, ſiue
peregrinus eſſet, in iudicando: tamen non erat participa-
tio in principatu, vel dignitate Gentilibus ad fidem con-
uerſis: quoniam ſecundum ꝙ habetur Deuter. 23. cap. de
quibuſdam Gentibus cõuerſis ad Iudaiſmum, nunquam
D intrabant Eccleſiam Dei, i. nunquam efficiebantur prin-
cipes, vel rectores; De aliis autem vſque ad certas genera-
tiones, & dum hoc maneret in conuerſis ad Iudaiſmum,
vel in poſteris conuerſorum, dicebantur eſſe peregrini, &
tamen eadem lex illis eſſe debebat, quantum ad punitio-
nes pro peccatis, & ad diſtributiones iuſti & æqui, præci-
puè, cum contra Deũ peccaretur. Et peregrinus poteſt hic
ſignare duo, ſcilicet, eum qui conuertitur ad Iudaiſmum
de Gentilitate, vel pro illo, qui aliquo modo morabatur
inter Iudæos, etiam ſi non eſſet conuerſus ad Iudaiſmum:
nam dato, quòd aliqñ veniret caſu aliquis de Gentilibus
ad terrã Iudæorum, cum quibus non erat interdicta om-
nis communicatio, & ille blaſphemaret nomen Dñi, mo-
reretur. Sic enim faciunt leges humanæ, quia quãdocum-
que aliquis peccat in aliquo loco, etiam ſi non ſit de loco
E illo, punitur ſecundum leges illius terræ, quaſi ſortiatur
forum propter delictum. *Qui blaſphemauerit nomen Domi-
ni, morte moriatur.* Iſta eſt pura repetitio ſuperiorum, quo-
niam nihil additur hic ad præcedentia: & ſæpè fiunt iſtæ
repetitiones in Sacra Scriptura ad magis imprimendum.
Qui percuſſerit, & occiderit hominem. Supra ponebatur lex
de eis qui blaſphemabant, quod erat contra Deum. Hic
ponitur lex de eo qui agit contra proximum, & contra
res eius; & Primò agitur de maxima læſione quæ eſt mor-
tis inflictio, & deinde de minoribus.

Dicitur, quòd qui percuſſerit, & occiderit hominẽ oc-
cidatur à Iudicibus: additur enim hoc, quod eſt occiderit:
nã ſi aliquis percuſſerit, & nõ occiderit, tenebitur de vul-
nerato, & non de occiſo. & hoc ẽt intelligitur ſi occiderit
hominem iniuſtè: nam qui occidit in quibuſdã caſibus, in
quibus lex permittit, non patitur aliquã vindictã à lege.

Quid requiratur ad hoc, ꝙ aliqs ſit ciuis.

Lex de agẽte contra proximum, & cõtra eius res.

Si autem aliquis percuſſerit ſolum, non occidens, tenebi-
tur ad leges contrapaſſi,vel talionis, quæ infra habentur:
& hoc intelligitur ſiue occiderit ſeruum,ſiue liberũ,dum
tamen ſeruus non fuerit ſuus.Si autem ſeruus fuerit ſuus,
diſtinguitur: quia aut immediatè mortuus eſt ſeruus per-
cuſſus in manibus domini ſui; vel poſt modicum ; aut ſu-
peruixit vno,vel duobus diebus; ſi ſuperuixerit,non occi-
detur dominus:ſi autem immediatè mortuus fuerit,occi-
detur dominus.Sic habetur Exodi 21.capite.

Morte moriatur,id eſt,occidatur, quia hominem occi-
dit,quod verum eſt,niſi caſu id euenerit, vt habetur Exo.
21.c.quod intelligendum eſt,niſi fortè ille qui occidit ca-
ſu, probaretur habere aliquas inimicitias, cum eo qui oc-
ciſus eſt : quoniam tunc,quanquàm ſecundum veritatem
caſu egerit, tamen lex præſupponit eum feciſſe prædeli-
berata intentione, vt habetur Numeri,35.cap. & Deute-
ronomij 19. cap. etiam intelligendum eſt,niſi ille qui ca-
ſu occidit,aliquo modo fuerit in culpa:& ſecundum alias
limitationes quæ datæ ſunt Exodi 21.c.vel ſi egerit ſe de-
fendendo,quia hoc apud omnem legem culpa caret.

Qui percuſſerit animal, reddet vicarium. Hic agitur de
damno illato in rebus proximi, ſcilicet, in animalibus
ſuis, vel in quibuſcumque aliis rebus. Et poteſt hic acci-
pi percuſſio animalis pro occiſione, vel ſolùm pro vulne-
ratione: ſed melius eſt,vt accipiatur hic pro occiſione : nã
iſtud verbum vtrumque ſignificat, & in hiſtoriis magis
accipitur percutere pro occidere, quam pro vulnerare,vt
ſæpè dicitur in libris Regum, & Ioſue,& Iudicum,quòd
percuſſerunt tot millia in ore gladij, id eſt, occiderunt.
Aliquando autem accipitur pro vulneratione;& ratio eſt
huius hæc:quia infra habetur eadem lex;ſcilicet,qui per-
cuſſerit iumentum,reddet aliud. Si accipiatur in vtroque
percutere,pro vulnerare,erit lex totaliter repetita; eſt au-
tem cauenda repetitio inquãtum poſſumus. Si autem ac-
cipiatur in vno percutere, pro vulnerare,& in altero,per-
cutere,pro occidere, eſt conuenienter dictum : non enim
fiet aliqua repetitio legis. Etiam hoc conuenit:quia ſicut
ibi datur lex de homine occiſo, & vulnerato, ita debet
dari de iumentis; & dicitur : ꝙ qui percuſſerit,i.occiderit
animal quodcumque,dũmodo pertineat ad aliquẽ poſſi-
dentem(quia de aliis non eſt lex)ꝙ reddet vicariũ, i.red-
det aliud animal, quod ſuppleat vices eius. Vicarius
enim à vicibus dictus eſt: & ſic dicitur vicarius alicuius
Iudicis, qui vices eius in iudicando ſupplet: hoc modo
cum pro vno animali alterum redditur, quod eadem ef-
ficere poſſit, vicarium reddere dicitur: hoc enim magis
conuenit ad animalia pertinentia ad labores quam ad
alia: de vtriſque tamen verum eſt, quòd pro animali oc-
ciſo debet reddi alterum eiuſdẽ ſpeciei, & eiuſdem valo-
ris, vel erit in electione ipſius petentis, an velit accipere
pretium pro illo animali aut animal aliud vicarium.*id eſt,
animam pro anima*. Iſtud eſt expoſitio ſuperioris, cum di-
ctum eſſet, quòd dabitur animal vicarium pro animali
occiſo, ſcilicet, ꝙ non daretur precium, vel aliquid aliud
æquiualens:ſed anima pro anima,id eſt,animal, pro ani-
mali: non enim poteſt hic accipi anima propriè, quia ne-
mo poteſt dare alteri animam pecoris,& illa etiam ſi da-
retur, nihil proficeret, & iſte eſt modus accipiendi Scri-
pturæ, vt communiter, vt ſumatur anima pro re animata
viuente. *Qui irrogauerit maculam*. Hic agitur de lege vul-
nerationis,ſcilicet,ſi aliquis percuſſerit quomodocumque
alterum,ſiue illa percuſſio ſit enormis,ſiue non, quòd in-
ferenda eſt alia percuſſio inferenti. Et accipitur hic ma-
cula non pro ipſo vulnere, ſed pro deformitate manente
ex vulnere,ſcilicet,cicatrice, vel damno quod ſequitur ex
vulnere; vt ſi alicui oculus eruatur, vel mutiletur pedi-
bus, aut manibus.*Cuilibet ciuium ſuorum*.Hic vocantur ci-
uis largè,non ſolum ille, qui erat participans origini ciui-
tatis, & legi, & dignitati, ſed etiam ille qui aduena erat,
& ſoli legi participabat : nam ſicut infra dicitur, æquum
iudicium inter vos ſit,ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccaue-
rit. Vel poteſt accipi hic ciuis propriè, & tamen quòd per
ciuem intelligatur; peregrinus, etiam ſi non importetur
per hoc nomen ciuis. *Sicut fecit, ſic fiat ei*, id eſt, qualem
maculam inflixerit, talis macula ei infligetur, vel quale
vulnus dederit, tale ſuſcipere cogetur.

F *An lex talionis ſeu contrapaſſi iuſta,vel iniuſta ſit; & de con-
trapaſſo in qua ſpecie iuſtitiæ ponatur, & quomodo ob-
ſeruetur. Quæſt. XII.*

IN quo conſiderandum eſt, ꝙ iſta eſt, quæ vocatur lex
talionis, ſ. quando aliquis tale pro tali ſuſcipit; vt ſi
oculus pro oculo eruatur, vel dens pro dẽte, vt infra dici-
tur. Circa quam legem conſiderandum eſt, ꝙ iſta lex ta-
lionis non eſt ſimpliciter iuſta; aliqui tñ exiſtimant eam
eſſe iuſtam; & ſic apud antiquos cõtendebatur de hac le-
ge contrapaſſi:nam id quod leges humanæ vocant talio-
nẽ,Philoſophi vocant contrapaſſum. De quo quidã dice-
bant,ꝙ cõtrapaſſum eſt ſimpliciter iuſtum; & rectã fieri
vindictã,ſi quis patiatur ea q̃ fecit.Sic ẽt Pythagorici de-
terminãt,ſicut ait Ariſtot.in 5.Ethic.Nõ tñ hoc conuenit,
G ſicut ipſe ibidem dicit,ſ.multis.n.in locis diſſonat, puta ſi
principatum habens percuſſit,non oportet repercuti,& ſi
Principem percuſſerit quis, non percutere ſolum eum li-
cebit;ſed & puniri debet;vnde dicit,ꝙ ciuitas nõ perma-
net per contrapaſſum,ſ.ꝙ fiant eadem,& æqualia quæ re-
cepta ſunt;ſed ꝙ fiant proportionalia. Nã ſicut dicit,per-
cutiens Regem non ſuſcipit æquale ſi repercutiatur, ſi tñ
Rex aliquem percuſſerit,non fit ſibi æquale ſi repercutia-
tur, ſed maius ei infligitur quam ipſe inflixerit. Et cauſa
huius eſt; quia qñ lex dat aliquas punitiones pro illatis
vulneribus,vel aliàs,non reſpicit ipſa vulnera,ſed reſpicit
iniuriam & damnum, quæ ſequuntur ex percuſſionibus,
& ideo cum contigerit iſta eſſe æqualia, iuſtum eſt : cum
vero inæqualia ſunt,iniuſtum eſt:quoniam iuſtitia ſecun-
dum Ariſtot. Ethicor.lib.5. æqualitas quædam eſt: opor-
H tet aũt reduci ad æqualitatem iſtos duos,ſ. agentem, &
patientem, vt quantum vnus de malo accepit, tantum &
alius accipiat; vnde cum Rex percuſſerit ruſticum, iniu-
riam quidem infert ſi iniuſtè faciat, magna tamen non
eſt propter duo,ſcilicet, quia ille qui recipit, magnam in-
iuriã recipere non poterat, cum ſit paruæ dignitatis per-
ſona:iniuriæ tamen ſecundum quantitatem accipientium
magnitudinem, vel paruitatem ſuſcipiunt. Secundo iſta
iniuſtitia magna non eſt: quia ille qui intulit eã, magnus
erat,& quanto ille qui inferebat magnus erat,tanto iniu-
ria minor erat. Si verò ruſticus è contrario Regem reper-
cuſſerit,iniuria valde magna eſſet.Primò quidem,quia il-
le cui infertur magnus eſt, & à magnitudine ſuſcipientis
cõmenſuratur magnitudo iniuriæ ſuſceptæ; & quia Rex
improportionabiliter, aut quaſi, ruſticum excedit, ideo
I æqualis percuſſio Regi illata eſt improportionabilis iniu-
ria,vel quaſi iniuriæ ſuſceptæ,cum ruſticus percuteretur.
Etiam hoc eſt: quia qui Regem percutit, non ſolum illi
iniuriam facit,ſed toti communitati, quoniam Rex com-
munitati præeſt,æquale autem illatum communitati val-
de maius eſt, quàm ſi inferatur alicui perſonæ priuatæ.

Item iſta iniuria eſt valde magna, qm̃ ille qui intulit
eam paruæ dignitatis erat: & quanto inferens minor eſt,
tanto iniuria maior eſt, ſicut quanto ſuſcipiens maior eſt,
tanto augmentatur iniuria: ruſticus aũt dignitatis paruæ *Ruſticus*
eſt:ideo percutiendo magnam iniuriam infert;vnde fit,ꝙ *dignita-*
cum Rex percuſſerit ruſticum,parua iniuria exiſtit: ſi ve- *tis paruæ*
rò ruſticus Regem percuſſerit, valde magna iniuria illa- *eſt.*
ta fuit. Ad hoc tñ,ꝙ iuſtitia ſit,debet eſſe æqualitas: ergo
ſi tantum ruſticus Regem percuſſerit, quãtum ab eo per-
K cuſſus fuit,iniuſtitia fit, cum maiorem patiatur Rex iniu-
riam quã intulerit.Sed neceſſe eſt,ad hoc vt rectè factum
ſit,tantam eſſe iniuriam quam Rex tolerat,quanta ea fuit
quam intulit: ergo neceſſe eſt,ꝙ aliquid valde minus pa-
tiatur Rex, ad hoc ꝙ ſolum tantam habeat iniuriam,
quantam ruſtico intulerit, q̃ id quod ruſticus paſſus eſt.

Vnde repugnat omni legi,& rationi, & Deo, ꝙ ſi Rex
malum intulerit ruſtico, tantum recipere iubeatur. Nec
quidem hoc ſolum in publico intelligendum eſt,ſcilicet,
ꝙ ſi Rex publicè ruſticum percuſſerit,ꝙ publicè repercu-
tiatur:quoniã hoc manifeſtè excedens erit.Sed nec etiam
in occulto hoc faciendum eſt, ſ. ꝙ debeat Rex in occulto
percuti pro percuſſione publica, quam ruſtico intulerit:
immo, dato quòd in foro conſcientiæ Rex confiteretur,
& vellet plenè ſatisfacere de peccato ſuo,non debebat ei
imponi,quòd repercuteretur ſi percuſſiſſet: quoniam qui

talem

talem imponeret pœnitentiam, manifeſtè ſupra modum A imponeret pœnã. veluti ſi quis alteri rapuiſſet decem, & in confeſſione iuberetur reſtituere decem millia: manifeſtus enim exceſſus eſſet: ideo oportet, vt minus imponatur Regi, quàm intulerit, non quidem minus de iniuria, quoniam tantum pati debet quantum agit, alioquin iuſtum non eſſet (cum iuſtitia æqualitas dicatur, potiſſimè in commutatiuis, vbi debet eſſe æqualitas rei) ſed debet pati minus de pœnę inflictione, quàm intulerit: quoniam minor pœna in Rege maioris iniuriæ illatiua eſt.

Patet ergo contrapaſſum non eſſe ſimpliciter iuſtum, ſed oportet reduci ad alterum modum æqualitatis. Vnde dicendum regulariter, ꝙ contrapaſſum circa diſtributiuam iuſtitiam non dicit æqualitatem; ideo non eſt ſimpliciter iuſtum, niſi aliquando per accidens fiat, vt contrapaſſum diſtributioni conueniat. Ratio autem eſt: quia in diſtributiua iuſtitia quæritur medium non rei, ſed rationis, vel dignitatis: ideo ibi inquiritur æqualitas Geometrica, & nõ Arithmetica. Sed cõtrapaſſum dicit æqualitatem Arithmeticam, quæ eſt æqualitas rei, & nõ proportionis, vel dignitatis, ideo rariſſimum eſt, ꝙ in iuſtitia diſtributiua conueniat contrapaſſum. De iuſtitia autem commutatiua dicendum eſt, ꝙ contrapaſſum magis applicetur ad eam, quàm ad diſtributiuam, nec tñ prorſus eſt iuſtum contrapaſſum in iuſtitia commutatiua, vt patet in exemplo ſupra dato de Rege percutiẽte ruſticum, & repercuſſo ab eodem, ꝙ ibi iuſtũ non ſit, & tñ eſt contrapaſſum. Quod aũt contrapaſſum cõueniat aliqualiter iuſtitiæ commutatiuæ magis, quã diſtributiuæ, cauſa manifeſta eſt, quia in commutatiua attenditur medium rei, & nõ rationis, & fit iuſtitia ſecundum æqualitatẽ Arith- C meticam, & tñ prorſus non conuenit, quamquam videatur in ſuperficie conuenire. Nam contrapaſſum dicit, vt aliquis eadem, vel tanta patiatur, quanta intulit. Iuſtitia aũt ſecundum æqualitatem eſt; ergo vř, ꝙ cum aliquis tale, & tm̃ patitur, quantum intulerit, iuſtum ſit commutatiuũ. Hoc aũt cõtrapaſſum eſt. Sed in hoc errant illi, qui ponunt cõtrapaſſum eſſe ſimpliciter iuſtũ, attendentes ad modica, qm̃ in iuſtitia cõmutatiua conſideratur æqualitas ipſa, tñ non fit in ipſa re quæ eſt percuti, vel percutere, ſed in dãno, vel iniuria, iſta aũt non ſunt ęqualia, quamquam percuſſiones ęquales ſint, vel ipſæ res quę exterius inflictę ſunt. Quod aũt non debeat cõſiderari æqualitas ſecũdum ipſas res illatas, ſed ſecundum iniuriã vel dãnum, patet: nã qñ aliquis ſe percuſſum cõqueritur; ideo dicit malum ſibi inflictum eſſe, qm̃ iniuria inflicta eſt, & non quia per- D cuſſio. ideo ad hoc, ꝙ æquetur patiens agenti, oportet vt in eo æquetur, in quo dicit ſibi malum inflictũ eſſe, ſ. in iniuria: nam ſi æquaretur ſm rem, ſ. ſecundum percuſſionem, & non ſm iniuriã, adhuc conquerẽdum eſſet iſti qui paſſus eſt: diceret. n. ſibi maiorem fuiſſe inflictam iniuriam, q̃ poſtea irrogata eſt ei qui intulit, & ſic ſemper maneret iniuſtum, cum conſiſtat iuſtitia in quadã æqualitate. Dicendum ergo, ꝙ ipſa percuſſio, vel quodcumque illatũ ab extra, per accidẽs eſt ad ipſam æquationem iniuſtitia agentis, & patientis: iniuria aũt eſt id, in quo per ſe æqualitas, quam iuſtitia requirit, facienda eſt. Et ratio huius eſt: quia iniuria nunquam poteſt eſſe, niſi iniuſta, vt qui percuſſit ſanare volens, ſicut Medicus qui vulnerat, vt ſanet, vel qui neſciens percuſſit, aut nullo potens modo euitare, quin percuteret alium, ſ. quia ad hoc impulſus eſt corporaliter E ab alio, & in talibus nulla vindicta dari dẽt, quia non eſt iniuſtitia; ergo, ad quantitatem iniuriæ reſpicitur, & non rei, vel plagæ. Sic ẽt de damno, vt de iniuria dicendũ eſt; nam non eſt conſideranda æqualitas in eo quod inflictum eſt, ſed in damno, quod per inflictionem ſecutũ eſt. Nam ſi ex ablatione alicuius rei alicui magnum damnum ſequitur, multum appendendũ eſt. Si aũt ſequatur paruum, damnum parua erit æſtimatio facienda, ideo ad hoc, ꝙ agens & patiens æquiparentur, neceſſe eſt vt faciẽs æqualitatem inter eos, non conſideret ipſum quod illatum eſt, ſcilicet, ipſam rem, quoniam hoc per accidens eſt, ſed cõſideret ipſam damni illationem, ſcilicet, ꝙ ſi magnum damnum illatum eſt, magna ſit facienda reſtitutio, ſi autem paruum, identidem paruum reſtituendum ſit.

Eſt ergo error in hoc ipſorum, qui exiſtimant iuſtum eſſe contrapaſſum, quia putant, ꝙ æqualitas quæ eſt in re illata, ſiue ſit percuſſio, ſiue ablatio rerũ ſit id in quo commenſurãda eſt æqualitas ad iuſtitiam; ſed hoc falſum eſt: qm̃ ſolum hoc fit ad iniuriam, & damnum conferendo. Si vero contigerit, vt res exteriores æquentur, iniuriæ quæque, & damna æqualia ſint, conuenit ibi contrapaſſum, & erit iuſtum ſimpliciter. Si autem æquatis rebus extra, non æquetur iniuriæ, vel damna, contrapaſſum iniuſtũ erit.

Vnde dicendum eſt, ꝙ contrapaſſum ſolum habet locum in iuſtitia commutatiua, quando perſonæ, & merita perſonarum æqualia ſunt totaliter: quia tunc æquatis rebus extra, ęquabuntur iniuriæ & damna, & erit iuſtũ ſimpliciter: ſi tñ perſonæ non ſint æquales, nec merita, res exteriores æquatæ, non conſtituent æqualitatem in iniuria, vel damno; immò neceſſe eſt, ꝙ quandocumque iſta duo B æquata fuerint, nunquam damnum & iniuria æqualia ſint, quod patet in exemplo dato de Rege, & de ruſtico.

Apparet ergo leuiter de contrapaſſo ex ſupra dictis, an iuſtum, vel iniuſtum ſit: & dicendum, ꝙ aliquando iuſtũ, & aliquando iniuſtum eſt, hoc tamen per accidẽs eſt: per ſe. n. contrapaſſum non facit iniuſtum. *Sic* aũt eſt qñ hic dicitur, ꝙ ſicut aliquis fecit, ſic fiat ei, ponitur lex contrapaſſi: ſed hic eſt iuſta, eo ꝙ ponitur inter perſonas æquales, ſ. inter perſonas priuatas. Tales autem quanquam habeant aliquam excellentiam ad alterutrum in virtute, vel diuitiarum magnitudine, vel aliis rebus, quæ ſolent facere differentiam inter homines, tamen non ſunt ſimpliciter inæquales: ideo lex contrapaſſi tenet inter eas. principatus autem, vel virtus dominatiua, facit inæqualitatem ſimpliciter, vt non ſit ęqualis dominus ſubdito, vel Iudex eis inter quos iudicat, aut Prælatus eis, quib. præeſt, ideo, cum inter iſtos æqualitas facienda ſit, nõ debet intercidere contrapaſſum: non enim erit iuſtum niſi per accidens.

Lex contrapaſſi, modo iuſta, modo non.

Fracturam pro fractura. Hic exemplificatur lex contrapaſſi. ſ. vt ſi aliquis percuſſerit, repercutiatur, & tãtum quantum percuſſit, tantum repercutiatur. Quod dicitur fractura pro fractura: ſignificat. n. fractura propriè alicuius mẽbri non ablati à corpore deſtructionem, ſ. vt in corpore manens inutile fiat ad officium corporis, vt ſi aliquis pedem fregerit alteri, ꝙ eidem pes infringatur: ſic autem de manu, & de ceteris. Alio modo accipitur fractura pro quolibet vulnere: nam in quolibet vulnere caro frãgitur, id eſt, rumpitur illata violentia ferri, vel alterius rei, & iſto modo accipi hic neceſſe eſt: qm̃ aliter non daretur regula de vulnere, ſed de ſola fractura. in omnibus tñ conſtituebatur cõtrapaſſum: *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* id eſt, ꝙ ſi aliquis eruerit oculum alterius, vel dentem, eruendus erit ei oculus; vel dens. Hoc autem verum eſt, ſi iſte, qui eruerit oculum, vel dentem alicui, erueat homini libero: nam tunc patietur eandem pœnam. ſi tamen eruiſſet ſeruo ſuo, vel ancillæ, non tenebatur eandem pęnam ferre, ſed ſolum dimittet liberos ſeruos, vel ancillas, quos ſic percuſſerit, vt habetur Exodi 21. cap. ſi tamen eſſet ſeruus percuſſus, non eius qui eum percuſſit, ſed alterius domini, tenebatur ad pœnam percutiens, ad quam teneretur ſi percuſſiſſet hominem liberum.

Reſtituet. Scilicet, dentem pro dẽte, & oculum pro oculo, & fracturam pro fractura. Iſte modus loquendi nõ eſt proprius: quoniam reſtituere eſt, quando quis alteri reddit, quod abſtulit: ſi autem aliquis alteri oculum eruerit, & propter hoc oculus eius eruatur, nõ reſtituit alteri oculum: ſemper enim priori manet oculus erutus, ſed accipitur reſtituere largè, id eſt, reddere, ſcilicet, quòd qui alterum percutit eruens oculum, reſtituit, ſcilicet, quòd oculus illius ponitur pro oculo alterius, non tamen reſtituitur quidquam percuſſo.

Cum aliquis eruebat oculum, vel dentem alteri, an eſſet ei eruendus oculus, vel dens, vel eſſet æſtimandus in pecunia, ſecundum legem talionis; & quid in hoc Hebræi ſenſerint, & Latini. Quæſt. XIII.

IN hoc aũt dicunt Iudæi, ꝙ non fiebat iſta repercuſſio ſecundum litteram; ſed ſecundum æſtimationem, ſ. ꝙ ſi alicui oculus erutus eſſet, non oportebat, vt erueretur oculus eruenti, immo non eruebatur: ſed pro oculo daba-

dabatur æſtimatio: nam quãquam in libero homine æſti-
matio haberi non poſſit, vt patet ff. ad legem Aquil. in l.
liber homo, tamen habebatur eo modo, quo poterat: nam
etſi non haberetur æſtimatio quantum ad cicatricem, vel
deformitatem, tamen habebatur quantum ad damnum.
Quod autem aliquis eruens oculum alteri non deberet
pati oculi erutionem, patet in hoc, quoniam pœna debe-
bat eſſe per æqualitatem, ſed ſi fortè alicui erui deberet
oculus, contingeret, ꝙ per hoc occideretur, aut quod ali-
quod ei magnum inferretur nocumentum, & quidẽ ma-
ius, quam ipſe intuliſſet. ideo nõ erat talis punitio facien-
da. Idẽ autem ſi deberet inferri vulnus pro vulnere, quia
ſi aliquis percuſſiſſet alterum in capite, ita vt eſſet morti
propinquus, & Iudex deberet infligere talẽ punitionem
qui vulnus intulerat poſſet contingere vt moreretur iſte
cum tãta infligeretur punitio, quia difficillimum videtur
ab intentione æquare nocumentum, quod à caſu tantum,
vel tantum factum eſt, ideo videbatur eſſe iniuſtũ in hac
lege, ſi ſic fieret. Vnde Iudæi dicunt non debere ſic fieri,
ſed reduci ad æſtimationem in pecuniis; vel ſi fortè vel-
let ipſe, qui paſſus erat, remittere iniuriam, erat ſibi libe-
rum; in hoc tamen an aliquando imponeretur pœna cor-
poralis alicui percutienti alterum talis, qualem ipſe infli-
xerat, Exodi 21. c. dictũ eſt. Dicunt tamen Iudæi, ꝙ ſi for-
tè iſte, qui intuliſſet læſionem, nollet ſoluere æſtimatio-
nem iniuriæ factæ, ſecundum ꝙ à Iudice taxaretur, coge-
batur ad talem pœnam qualem inflixerat, ſ. fracturã pro
fractura, oculum pro oculo, dentẽ pro dente; quando aũt
vellet ſoluere æſtimationem, non debebat fieri iſta æſti-
matio ab eo, qui paſſus eſſet: nam iſte magis æſtimaret
quam eſſet rationabile, cum quilibet ſeipſum diligat ali-
qualiter ſupra modum, potiſſimè in illis, qui non ſunt vi-
ri magnæ virtutis: tunc enim iſte Iudæus percutiens alte-
rum ſoluebat æſtimationem. Si autem non haberet vnde
ſolueret, vẽdebatur in ſeruum pro tãto precio, pro quan-
to fuiſſet facta æſtimatio; vel ſi precium æſtimationis ma-
gnum eſſet, vendebatur vſque ad annum remiſſionis, qui
erat annus ſeptimus. Si autem ſic adhuc nõ ſufficeret pre-
cium, non poterat amplius vendi. Quòd autem vendere-
tur aliquis non habẽs vnde ſolueret, patet Exodi 22. c. vbi
iubetur, ꝙ ſi aliquis furatus fuerit, & non habuerit vnde
ſoluat, vendatur in ſeruũ. Dicunt autem aliqui noſtri Do-
ctores, circa iſtam pœnam talionis, ꝙ aut ille qui fuerat
percuſſus, & mutilatus, vel qualitercũque læſus, volebat
proſequi iniuriam, ad hoc, ꝙ agẽs puniretur ſicut percuſ-
ſerat, & tunc condemnabatur agẽs ad ſimilem percuſſio-
nem, ſ. dentẽ pro dente, fracturam, pro fractura, oculum,
pro oculo. Si vero ille, qui accuſabat alterum, quod per-
cuſſerat eum, vellet ſuſcipere æſtimationẽ in pecunia, Iu-
dex nõ poterat infligere alteram pœnã. Et hoc ſatis ratio-
nabiliter dicitur: nam ſi ſemper deberet fieri æſtimatio in
pecunia, ẽt inuito ipſo, qui pertuliſſet percuſſionẽ: nõ erat
iſta lex talionis. ſed diceretur, ꝙ fieret æſtimatio in pecu-
niis, quod non dicitur. Etiam patet hoc: quia Exodi 21. c.
dicitur, ꝙ ſi aliquis percuſſerit mulierem prægnantẽ, de-
bet reddi oculus pro oculo, & dens pro dente, & fractura
pro fractura. Deinde cum dicatur de Domino percutien-
te ſeruum ſuum, ancillam, & eruente oculum, vel dẽtem,
dicitur, ꝙ reddet liberos ſeruum, vel ancillam, ſic percuſ-
ſos. Ex his autem arguitur præſuppoſitum, ꝙ ſemper de-
beat dari alicui minor pœna, ſi percuſſerit ſeruum ſuum
quam ſi percuſſerit aliquem alterum; quod patet Exodi
21. capite. Nam qui occidit hominem liberum præuia &
deliberata intentione, occiditur, ſiue percuſſus immedia-
tè moriatur, ſiue poſt multos dies; ſi autem aliquis ſeruũ
ſuum percutiat, & moriatur poſt duos, vel tres dies, non
occidetur, vt patet in eodem cap. Habito ergo hoc, quæ-
ritur, an ille, qui percuſſiſſet mulierem prægnantem, &
excuſſiſſet oculum, vel dentem, deberet pati fracturã pro
fractura, & oculum pro oculo erui, vel deberet in pecu-
niis ſolum fieri iſta æſtimatio? Si autem dicatur, ꝙ in pe-
cuniis ſolum fiet, videtur quòd magis det dominus ſeruo
pro oculo excuſſo, quam det homini libero cuius oculum
excuſſerit, qm̃ dando ſibi libertatem, dat ſibi totum quod
valet. eſt enim æſtimatio libertatis æſtimatio totius homi-
nis; quando autem mulieri prægnãti pro oculo eruto, vel

Aeſtimatio libertatis.

F dente excuſſo, ſolam æſtimationem dentis, vel oculi im-
pendit, minus tribuit. Videtur ergo, ꝙ pati debeat ampu-
tationem manus, qui alterum manu mutilauit. Sic etiam
de oculo, & pede, & ceteris. Si autem obiicitur, quod ante
dicebatur, ſcilicet, ꝙ ſi alicui oculus eruendus eſſet, pro
oculo quem alteri eruerat, cõtingeret infligi maius dam-
num ei, quam ipſe inflixiſſet. Dicendũ eſt, ꝙ hoc non ob-
ſtat: quoniam iſte fuit in culpa, qui voluntariè alteri ma-
lum intulit; ideo ſi contingat eum maiora pati, ſibi im-
putet; & iſta videtur eſſe intentio legis, quæ de talione
agit, maximè, cum littera ſequens dicat: *Qualem inflixerit
maculam, talem ſuſtinere cogetur*. Fit enim hic comparatio
de macula ad maculam, ſ. de vulnere ad vulnus, de muti-
latione ad mutilationem, ideo non videtur referendum
ad pecuniam. Nam cum pecunia pro vulnere illato ſol-
G uitur, non infligitur talis pœna qualis eſt ſuſcepta, potiſ-
ſimè, cum dicatur, quòd ille qui intulit maculam, ſuſtine-
bit maculam, ſed manifeſtum eſt, ꝙ ſoluere pecuniã, non
eſt maculam ſuſtinere, ideo videtur, ꝙ referendum ſit ad
maculam, quæ infligi debeat. quando tamen iſta pœna
infligi deberet, non erat infligenda ab eo, qui ſuſceperat
prius maculam, vel vulnus, quoniã iſte cum appetitu vin-
dictæ acriter cruciaretur, enormiter percuteret, ſed eſt in-
fligenda talis pœna à perſona publica, cui hoc ex officio
incumbit, & neceſſitate, hoc etiam melius eſt pro eo qui
patitur: nam ſi iſte pateretur ab eo quem percuſſit, habe-
ret illum odio, quia videret eũ vindictæ appetitu ſtimula-
ri, cum vero ab alio infligatur, cui hoc ex neceſſitate offi-
cij incumbit, non crederet illũ agere ex liuore, ideo non
mouebitur ſic ad iram, & odium. de his tamen videatur
H Exodi 21. cap. cum ibi latius dictum fuerit; & poteſt de-
fendi vtraque poſitio. de quo etiam dicam Matth. 5. *Qui
percuſſerit iumentum, reddet aliud.* Hic agitur de nocumen-
to illato homini in rebus, vt ſi pecora alicuius, vel iumen-
ta occidantur, aut percutiantur; & quia ſupra dictum
fuit de percuſſione iumẽti, intelligebatur de percuſſione,
quæ eſt mortis inflictiua. Hic aũt agitur de percuſſione,
quæ non eſt ad mortem, ſed ipſum animal deterioratur:
quoniam tunc percutiens tenebitur reddere alterum ani-
mal tanti pretij, quanti erat illud antequã percuteretur;
& ipſe percutiens habebit iumentum quod percuſſit. Si-
mile habetur Exodi 21. cap. cum dicitur, de illo qui ape-
ruit ciſternam, & non operuit eam, & ceciderit bos, vel
aſinus in eam, dominus ciſternæ reddet pretium: animal
autem quod in ciſternã cecidit, erit ipſius domini ciſter-
I næ. Similiter etiam, ſi aliquis habuerit bouẽ cornupetam
ab heri, & nudiuſtertius, & non cuſtodierit eũ, & ille per-
cuſſerit alterum bouem, vel aſinum; dominus bouis red-
det bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet. De
hoc eodẽ capite. De his etiam habetur extra, de iniuriis,
& damno dato. Poterat aũt fieri æſtimatio in pecuniis, ſi
ipſe dominus animalis percuſſi vellet: & hoc, ꝙ daretur
certa pecunia pro minoratione valoris animalis percuſſi,
& maneret animal apud ipſum dominũ ſuum, vel quòd
daretur totus valor animalis; & quòd tranſiret animal
percuſſum ad percutientem. *Qui percuſſerit hominem, pu-
nietur*. Hoc poteſt intelligi duobus modis. Vno modo,
quòd ſit repetitio ſuperiorum, quia ſupra dictum fuit,
oculum pro oculo, & dentem pro dẽte. & tunc iſta puni-
tio quæ iubetur hic infligi, non diſtinguetur ab ea quæ
K ſupra ponebatur, ſcilicet, fracturam pro fractura, & ocu-
lum pro oculo.

De nocumento homini illato in rebus.

Alio modo poteſt intelligi, ꝙ non ſit repetitio ſuperio-
rum, ſed ꝙ agatur hic de illato vulnere, quod non eſt or-
batio, ſicut auulſio oculi, vel dentis; non eſt detruncatio,
ſicut mutilatio manus, vel pedis, ſed eſt ſola ruptura car-
nis, quæ poſtea concluditur manente cicatrice, & tunc
poteſt dici, ꝙ non fiet repetitio ſuperiorum, quia dicetur,
ꝙ ſupra ſolum agebatur de orbatione, vel mutilatione, &
non de qualibet percuſſione.

Et tunc quãdo dicitur punietur, poteſt intelligi dupli-
citer. Vno modo, quòd puniatur per talionem, ſcilicet, ꝙ
infligatur ei tale vulnus, quale inflixit cum hic agatur
de talione, & dicatur immediatè, quòd ſit æquum iudi-
cium, ſcilicet, quantũ ad æqualitatem rei. Alio modo po-
teſt intelligi, ꝙ puniatur, ſ. quòd flagelletur. ſic habetur

Deuteronom. 25. cap. quòd quando aliqui habent inter ſe cauſam, & ille qui peccauit dignus eſt plagis, proſternetur coram Iudice, & flagellabitur, ita vt iuxta quantitatem delicti, ſit plagarum modus, & illud non intelligitur de cauſis ciuilibus; quoniam in ciuilibus non intelligitur fuſtigatio, conueniet ergo huic caſui, quia pœna non eſt determinata hic. *Aequum iudicium ſit inter vos.* Hoc refertur ad ſuperiora de erutione dentis pro dente, & oculi pro oculo. & dicitur eſſe iſtud æquum iudicium, quia fit ibi æqualitas ſecundum rem, id eſt, ſecundum illationem vulneris; & non accipitur hic æquum iudicium pro æqualitate iniuriæ, quoniam non conſideratur an ſit æqualis, vel inæqualis iniuria, ſed quomodo ſint vulnera æqualia, & hoc eſt æquum iudicium, ſcilicet, per contrapaſſum, quod eſt iuſtum hic, quia perſonæ iſtæ inter quas ponitur iſta lex, ſunt æquales.

Alio modo poteſt intelligi hoc, ſcilicet, æquum iudicium erit inter vos, id eſt, ſeruate æqualitatem ad omnes, nec obſeruantes fauorem, vel perſonarum acceptionem ſitis, qui enim perſonas acceptant, inæqualiter iudicant, & iſte ſenſus habetur Deuteronom. 1. cap. cum dicitur. Audite illos, & quod iuſtũ eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erat diſtantia perſonarum, ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. & iſto modo eſt ſatis conueniens ſenſus; ſed prior magis applicatur ad litteram, cum hic agatur de pęna contrapaſſi, vel talionis. *Siue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit.* Vocãtur hic ciues, illi, qui deſcendebant de ſtirpe Iacob, & peregrini illi qui erãt conuerſi ad Iudaiſmum ex Gentilitate. Nam non poteſt accipi hic ciuis propriè, vel peregrinus: quoniam iſti dicuntur reſpectu originis, ſicut magis ſupra declaratum fuit; & dicebantur iſti tam ciues quàm peregrini, ſuſcipere æqualem legem, non quidem quantum ad omnia, quia in dignitate non erat eis æqualis lex, ſed ſolum quantum ad inflictionem pœnarum, de qua hic agitur. Quòd autem extranei non haberent dignitates; ſicut habebãt Iudæi, habetur Deuteronom. 23. cap. & ibi declaratum fuit. De pęnis autem infligendis alia ratio eſt.

Ciues, & peregrini. quare in pœnarũ inflictione, & nõ in ſuſcipiẽdis dignitatibus erãt æquales.

Cauſa autem quare ciues, & peregrini erant æquales inflictione pęnarum, & non in ſuſcipiendis dignitatibus erat: quia ad ciuem pertinet participare legi, & principatui, cum vnitate loci. Illi autem qui erant peregrini, non participabant legi, & principatui, ſed ſoli legi. principatus autem dabantur Iudæis, qui erant orti ex genere Iudæorum, ideo cum nullam participationem haberent Gentiles conuerſi ad Iudaiſmum, qui vocantur peregrini, in principatu, non fiebat æquum iudicium cum Iſraelitis: nam nullum iudicium fiebat eis in hoc; Iudicium. n. ſemper eſt in aliqua re. Cum autem in dignitatibus, & omnibus principatibus habendis, nihil Gentilibus conueniret, nõ fiebat eis æquum, vel inæquale iudicium cum Iudæis. Secundum erat, in quo Gentiles, & Iudæi participabant, ipſa lex, & in hac participabant æqualiter Iudæi ex genere, & Gentiles conuerſi, & quantum ad hoc dicitur, quod æquum erit iudicium ſiue ſit ciuis, ſiue ſit peregrinus; & rectè dixit æquum eſſe iudicium, non ſimpliciter, in peregrino, & ciue, ſed ſiue ciuis peccauerit, ſiue peregrinus, æquum iudiciũ erat; in quo innuit, quòd æquitas, id eſt, æqualitas, quæ attendi debebat in iudicando, non erat quantum ad omnia, ſed cum aliquis peccaret. *Quia ego ſum Dominus Deus veſter,* id eſt, faciatis iſta, quæ dixi vobis de æqualitate iudicij: quia ego qui mando vobis hæc facere, ſum Dominus Deus veſter. *Locutuſq; eſt Moyſes ad filios Iſrael.* Hic ponitur executio præcepti: fuerat enim ſupra datum præceptum de lapidãdo eum qui blaſphemauerat: in iſta parte ponitur, ſ. quomodo Moyſes præceptum iſtud propoſuit Iſraelitis, & ipſi opere compleuerunt lapidando blaſphemum. *Et eduxerunt eum, qui blaſphemauerat, extra caſtra.* Sic. n. iuſſerat Deus ſupra, vt quãdo aliquis lapidandus eſſet pro blaſphemia, educeretur extra caſtra, & non ſolũ erat in hoc caſu, ſed etiam quandocumque aliquis lapidaretur, educebatur extra portam ciuitatis. ſic patet de illis qui cõuertebãt alios ad idololatriã: nam extra ciuitatem lapidabantur, vt habetur Deuter. 17. cap. & 13. *Ac lapidibus oppreſſerunt.* id eſt, occiderũt eum lapidando: opprimere enim lapidibus, eſt quaſi lapidibus operire: nam dicitur opprimere, quaſi premere, & hoc eſt, cum tanta lapidum moles ſuper aliquem iacitur, vt prematur eorum pondere, & ſic preſſus moriatur. *Feceruntq. filij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi.* Iſta eſt repetitio dicti ſuperioris: quia nihil aliud eſt, quòd Iſraelitæ fecerunt ea, quæ præcepit Dominus, niſi quòd lapidarent blaſphemum: quia hoc ſolum tunc iuſſerat; ſæpè enim tales repetitiones fiunt, vt patet ex prædictis. Si autem aliquis vellet referre ad alia præcepta, ita, quòd non ſit recapitulatio, dicet, quod hoc refertur ad id quod Deus dixit, ſcilicet, quod qui percuſſerit hominem, percutiatur, & qui percuſſerit iumentum, reddat vicarium, & ſic de ceteris præceptis.

Sed hoc non poteſt ſtare: quoniam de his nihil fecerunt Iſraelitæ, ſed ſolum Deus iuſſit, vt reciperent iſta pręcepta, & ipſi receperunt audientes illa, hoc autem nihil facere eſt: ideo neceſſarium eſt, quod referatur ad ea quæ ſupra dicta fuerunt, ſcilicet, quod Iſraelitæ lapidauerunt illum qui blaſphemauerat.

CAP. XXV.

De obſeruatione Sabbati, & de vacatione anni ſeptimi.

LOCVTVSQ. *eſt Dominus ad Moyſen in monte Synai, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Quando ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis, Sabbatizes Sabbatum Domino. Sex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, colligeſq. fructus eius: ſeptimo autem anno Sabbatum erit terræ, requietionis Domini. Agrum non ſeres, & vineam non putabis. Quæ ſponte gignet humus, non metes: & vuas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam: annus enim requietionis terræ eſt: ſed erunt vobis in cibum, tibi & ſeruo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & aduenæ qui peregrinatur apud te: iumentis tuis & pecoribus omnia quæ naſcuntur, præbebunt cibum.*

LOCVTVSQ. In ſuperioribus Legiſlator egerat, de ſollemnitatibus quæ durabant per vnum diem, vel paucos. Hic autem agitur de ſollemnitatibus quæ durabant per vnum annum, ſicut erat feſtum, ſiue ſollemnitas remiſſionis, quæ fiebat in anno ſeptimo, & feſtũ Iubilæi, quod fiebat in anno quinquageſimo. Et diuiditur in duas partes, ſcilicet, in partem principalem, & incidentalem; ſecunda ibi: *Quando vendes quippiam.* Iterum prima in duas, quia Primò agitur de ſollemnitatem anni ſeptimi. Secundò agitur de ſollemnitate anni quinquageſimi ibi: *Numerabis quoque.*

Quomodo lex, ſiue feſtum de anno remiſſionis poſitum fuerit ad pauperum releuationem, ſcilicet, vt ſoluerentur homines à ſeruitute, & vt remitterentur debita eorum contracta ex mutuo, & de pauperibus, & grauaminibus Iudæorum diuitum in pauperes. Quæſt. I.

Ad quid fuerit poſita lex & anno7 remiſſionis et eorũ ſeptẽ annorum computatio qualiter fiebat.

CIRCA primum conſiderandum eſt, quòd iſta quæ Deus ponit in iſto capite introducta ſunt in fauorẽ pauperum; erant enim Iudæi duri corde, & non miſerebantur pauperibus; ideo Deus introduxit aliquas leges in fauorem eorum, vt ſic non premerentur à diuitibus. Iudæi autem, qui pauperes erant, aliquando ſeipſos vendebant propter paupertatem, aliquando autem vendebant res ſuas. Si autem venditio quæ erat de ſeipſis, perduraſſet in æternum, ita, quòd fieret venditio ſimpliciter, ſicut fit inter alias gentes, pauperes nimis preſſi fuiſſent, & ſic multi grauati cõuerſi fuiſſent ad ritum Gentilium; hoc autem Deus valde cauebat; ideo quanquam cõceſſiſſet eis, vt venderent ſeipſos, ad ſubleuandam paupertatem, vt patet Exodi 21. cap. & Deuter. 15. tamen noluit quòd iſta venditio durabilis eſſet in æternũ, ſed quòd ſolum duraret ad plus per ſex annos, & in ſeptimo anno fiebat remiſſio, ſ. quòd ille qui vẽditus fuerat rediret ad priſtinam libertatem, & iſte annus ſeptimus vocabatur annus remiſſionis. Et cum vno anno fieret iſta remiſſio, tranſibant ſex anni intermedij, & deinde in ſeptimo anno fiebat iterũ remiſſio, ita vt totum tempus diſtingueretur

per

per ſeptenarios annorum, & ſeruitus quæcumque eſſet, diſſoluebatur in anno ſeptimo, quod intelligitur de ſeruitute quam haberet vnus Hebræus ad alterum Hebræū: ſi verò aliquis ex Gentilibus conuerteretur ad Iudaiſmū, & poſtea venderetur alicui Iudæo in ſeruum, non liberabatur in ſeptimo anno, ſed manebat ſeruus vſque in æternum, ſicut fit inter alias gentes, in quibus venditio celebratur ſimpliciter.

Computatio autem iſtorum annorum ſeptem, non fiebat pro quolibet, qui vendebatur in ſeruum, ita ꝙ deberet eſſe ſex annis in ſeruitute, & in ſeptimo anno liberaretur: ſed iſte annus remiſſionis ſemper computabatur continuè, ex eo tempore, quo incœpit computatio, & ſi aliquis venderetur immediatè poſt annum remiſſionis, manebant ſex anni vſque ad annum ſeptimum, qui erat iterum annus remiſſionis, & iſte poterat manere illis ſex annis in ſeruitute. Si tamen venderetur in ſecūdo anno poſt annum remiſſionis, manebat ſolum quinque annis, ſi in quarto, manebat tribus annis, ſi vero in ſexto, ſolum manebat illo anno, & ſic aliquando vendebatur aliquis in ſeruum, & non manebat in ſeruitute niſi per mēſes duos, vel vnum, ſicut ſi venderetur aliquis per duos menſes ante principium anni ſeptimi, illis duobus menſibus dumtaxat manebat in ſeruitute, & deinde lex extrahebat eum à ſeruitute. Pro liberatione ergo ab hac ſeruitute, fiebat iſta ſollemnitas anni ſeptimi, ſcilicet, vt in illo anno tolleretur omnis ſeruitus.

Erat etiam alterum, in quo grauabantur Iudæi pauperes à diuitibus, quoniam cum ab eis ſuſcepiſſent aliquid mutuatum, grauabantur ab eis tanquam ab exactoribus; & quia interdum non poterant ſoluere, faciebāt eos obligari ad maiores pecunias: ſicut nunc qui obligati ſunt ſoluere aliquam quantitatem pecuniæ ad certum tempus, in quo ſoluere nequeunt, dant aliquid ipſis creditoribus pro temporis indulgentia, vt relaxent vſque ad vlterius tempus, & cum multis impetretur iſta indulgentia à creditore, & offerātur munera, ipſi debitores valde grauantur, quia contingit, vt ſoluant pecuniam multiplicatam, ſcilicet, in triplo, vel in quadruplo, & hoc modo exhauritur tota ſubſtātia debitorum propter parua debita à principio contracta. Vel aliquando ipſi debitores non potentes ſoluere ad præfixū diem, faciunt ſuper ſe contractum de maiori quantitate pecuniæ ſoluenda in alio tempore, cum verò ſtatutus venerit dies, nec ſic ſoluere poſſint, iterum nouos contractus faciunt augentes pecuniæ quantitatem, ita vt hoc modo omnia bona debitorum conſumantur.

Hæ enim, & plures aliæ fraudes inter Iudæos futuræ erant, quia erant viri immiſericordes, niſi Deus obuiaſſet, ideo dedit quoque aliam legem, vt quandocumque aliquis obligatus eſſet in mutuo ad aliquam pecuniæ quantitatem, quādo annus ſeptimus veniret, ceſſabat illa obligatio debiti, & ſic annus ſeptimus diſſoluebat omnes obligationes, quæcumque ex mutuo naſcebantur. Et hoc verum eſt in Iudæo ad Iudæū, ſed in Iudæo ad cōuerſum ad Iudaiſmum non tenebat hæc lex, ſed debitū nunquam extinguebatur tempore: & ſic pauperes qui inter Iudæos erant, quanquam aliquando grauarentur debitis, tamen nimis grauari non poterant, quia cum veniret annus ſeptimus, diſſoluebatur omnis obligatio, & hoc modo manebant ſubſtantiæ eorum inconſumptæ; ſic habetur Deuteronom. 15. cap. cum dicitur: Septimo anno facies remiſſionem, quæ hoc ordine celebrabitur, cui debetur aliquid ab amico, vel proximo, à fratre ſuo repetere non poterit, quia annus remiſſionis eſt Domini, à peregrino, & aduena exiges, ciuem & propinquum repetendi, non habebis poteſtatem. Et ad iſta duo proficiebat annus remiſſionis, ſcilicet, vt ſoluerentur homines à ſeruitute, & vt remitterentur debita eorum contracta ex mutuo. Sed ad hoc Iudæi poterant cauillare, nolentes commodare pauperibus pauco tempore, antequam veniret annus remiſſionis, vt nō remitteretur debitum in anno illo, ſed ſolum commodarent pauco tempore poſt annum remiſſionis, vt debitores haberent tempus ad ſoluendum, & hoc modo fraudarentur pauperes, quia cū venirent ad finem temporis, ante tempus remiſſionis premerētur pauperes

Ad quid proficiebat annus remiſſionis.

F anguſtia, & perirent, ideo iuſſit Deus, ne talis fraus fieret, comminans mala multa eis, qui talia facerent, ſicut habetur Deuteron. 15. cap. cum dicitur: Caue ne ſurripiat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, appropinquat ſeptimus annus remiſſionis, & auertas à paupere fratre tuo oculos, nolens ei, quod poſtulat, mutuum commodare, ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum: ſed dabis ei, nec ages quippiam callidè in eius neceſſitatibus ſubleuandis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in omnibus, ad quæ manum miſeris. Prima ergo feſtiuitas anni ſeptimi ad iſta duo ſtatuta erat.

De feſtiuitate Iubilæi; & quomodo per eam etiam liberabantur Iudæi à ſeruitute, & poſſeſſiones venditæ redibant ad priores Dominos. Quæſt. II.

G

NVNC autem eſt alia feſtiuitas, quæ vocatur Iubileus, & eſt annus quinquageſimus, ſ. quòd fiebat de quinquaginta in quinquaginta annos, & iſta durabat per annum ſicut annus remiſſionis, & vt aliqui dicunt, quandocumque accidebat, erat annus remiſſionis, & Iubilæus idem, de quo infra videbitur.

Iſta etiam feſtiuitas proderat ad duo; ſicut præcedens primum erat, quòd aliqui liberabantur in ea à ſeruitute: Nam quamquam in anno ſeptimo fieret remiſſio, & liberatio ſeruorum, tamen aliquando contingebat, vt quidam non liberarentur, velut cum aliquis venditus in ſeruum accipiebat à Domino ſuo vxorem, & gignebat ex ea filios, ſi enim talis vellet in anno ſeptimo exire liber, ma-

H nebant filij, & vxor apud dominum, vt habetur infra in littera. & Exodi 21. cap. & Deuteron. 15. cap. Si autem vellet abducere ſecum filios, & vxorem, perforabat dominus auriculam ſerui, & manebat in ſeruitute vſque ad annum quinquageſimum, qui erat annus Iubilæi; Si autem iſta feſtiuitas data non fuiſſet, nunquam exibant in libertatem illi, qui vellent ſecum abducere filios, & vxorem: ad hoc ergo proderat. Erat etiam pręter hunc alius modus, quo Iudæi pauperes grauabantur à diuitibus, & hic erat, quia aliqn̄ vendebāt poſſeſſiones ſuas diuitibus, nolentibus eis aliter quidquā mutuo dare. Et quia ſi iſta venditio maneret ſimpliciter facta in æternū, ſicut inter alias gētes fiebat, depauperabātur Iudæi valde, quia hoc modo cito carebant omnibus facultatibus ſuis, ideo Deus legē tulit, ꝙ quandocūque ille, qui vēdidiſſet poſſeſſionē,

I vellet eam redimere, reacciperet à poſſidente eam data pecunia quam receperat, computatis tamen fructibus in ſortem, ſ. quòd tantū diminueretur de precio dato, quantū valerent fructus quos recepiſſet emptor agri, vel prædij vrbani. Hoc autem ſemper intelligebatur demendo expenſas factas de fructibus perceptis. Sed contingebat frequenter, quòd ille, qui pauper erat, nō poſſet redimere poſſeſſionem ſuam: & ideo ſi nullum aliud datū fuiſſet remedium, etiam hoc modo Iudæi venditores depauperabantur, ideo tulit Deus legem, vt in anno quinquageſimo, qui eſt Iubilæus, omnis poſſeſſio reuerteretur ad primum poſſeſſorem, nullo etiam dato precio; & ad hoc valde proficiebat iſtud feſtum Iubilæi. Vnde patet ex hoc, quomodo Deus tulerat leges iſtas quæ in hoc cap. habentur, ſolum ad fauorem pauperum Iudæorum, vt non

K grauarentur valde, & grauati conuerterentur ad Gentilitatem, quòd erat maximum ſcandalum. Per hoc igitur patet introductio ad ea, quæ dicuntur in toto hoc cap. in quo agitur de duabus feſtiuitatibus, & de liberationibus, & venditionibus. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen.* Iſta locutio an fuerit continuata præcedentibus, vel fuerit facta aliqua interpolatio inter eam, & præcedentes, non patet: nihil enim refert quid horum fuerit: nam quodcumque eorum ſatis ſtare poteſt: non enim omnes leges, quæ in hoc libro datæ ſunt, ſimul datæ fuerunt, ſed inter quaſdam interpolatio facta eſt, vt declaratum fuit ſupra 16. cap. *In monte Sinai*, dicens. Hic ponitur locus in quo data fuerunt iſta præcepta, ſ. in monte Sinai: omnia namque quæ in iſto libro dicta apparent, fuerunt data in monte Sinai, vt habetur in fine ſequentis cap. cū dicitur: Hęc ſunt pręcepta atque iudicia, & leges, quas dedit Dominus

minus

minius inter ſe,& inter filios Iſrael in mõte Sinai per manum Moyſi.ſic etiam patet infra,27.cap. Data etiam ſunt iſta præcepta omnia in Tabernaculo fœderis,vt patet ſupra 1.cap.cum dicitur: Vocauit autem Moyſen Deus, & locutus eſt ei de Tabernaculo teſtimonij; hoc autem eſt,quia iſta præcepta dabantur Moyſi ſecretè à Deo, qui loquebatur ei in Tabernaculo fœderis, ſiue in Propitiatorio,intra Sancta Sanctorum, vt patet Exodi 25.cap.& Numeri 7. cap.ſiue ad oſtium Tabernaculi, vt habetur Exodi 29.cap.& hoc deſcendente Deo in columna nubis, vt habetur Numeri 12.cap. Quis autem fuerit annus ab exitu de Ægypto,in quo datæ fuerunt iſtæ leges,& quot anni, vel menſes eſſe potuerunt à prima latione iſtarum legum datarum vſque ad vltimã, declaratum fuit ſupra 1.cap.circa principium. *Loquere filijs Iſrael,& dices ad eos.* Hoc ideo eſt:quia Deus non dabat per ſe leges Iſraelitis, niſi cum in monte Sinai clamauit in voce tubæ,audiente populo in datione Decalogi, vt habetur Exodi 19.& 20. cap. & Deuteronom.5.cap. Alia autem præcepta dabat ſoli Moyſi, quem vocauit ad ſe in montem & loquebatur ei, vt patet Exodi 20.c. & Deuteronom.5.cap.ideo poſtquam Deus dabat leges iſtas Moyſi,neceſſe erat quod ipſe eas publicaret populo. An verò ad audiendum leges iſtas totus populus congregaretur in vnum, vel ſufficiebat publicare eas ſenioribus populi, ſupra 1.cap.in principio declaratũ fuit. *Quando ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis.* In hoc ſignificatur,quòd iſta lex non obligabat pro tempore illo,quo erãt Iudæi in deſerto, ſed inciperet obligare poſtquam eſſent in terra promiſſionis. Nec tamen eſt intelligendũ, quòd etiam immediatè quo Iudæi ingrederentur in terram promiſſionis, eſſet obſeruatio iſta facienda, ſed tunc obligabantur ad leges obſeruandas quando poſſiderent terram pacificè ceſſantes à bellorum frequentia, ſicut declaratum fuit latè ſupra 23.cap.Cauſa autem erat,quia Iudæi in deſerto non erãt diſpoſiti ad ſuſcipiendum omnia,quæ iubebantur fieri in ſollemnitatibus, potiſſimè autem de iſtis ſollemnitatibus de quibus hic iubetur: quoniam non habebant id quod præcedens erat ad ſollemnitates iſtas. Quod patet: quia ſollemnitas anni remiſſionis erat ad tollenda debita, & ſeruitutes,cum per eam tunc liberarentur à ſeruitute illi, qui ſerui erant,& liberarẽtur à debito etiam illi,qui mutuum aliquid acceperant. In deſerto autem non erat locus aliquis horum:quia nemo poterat ibi contrahere debita,vel ſeruitutes, ergo nec ibi poterat eſſe liberatio ab his.Quod autem nemo iſta in deſerto contraheret,apparet:quia debitum contrahitur in aliquo propter indigentiam, cũ aliquo indigens mutuum recipit in deſerto autem nulla indigentia eſſe poterat, quia homines recipiunt indigentiam propter neceſſitates eorum, quæ ſunt ad vitã ſuſtentandã requiruntur vt in cibo,potu,& veſtibus.Iudæi autem nullo horum indigebant in deſerto.De cibo,& potu apparet: quoniam erat eis cibus Manna de cœlo præſtitum à Deo & potus erat aqua, pro his autem nulla pecunia egebant;nec etiam pro veſtibus: quoniam ex eo tempore quo exierunt de Ægypto vſque ad introitũ in terrã promiſſionis, veſtes eorum vetuſtate nõ conſumptæ,nec calciamenta attrita fuerint,vt habetur Deuter.cap.8.ergo pro nulla re pecunia indigebant,& conſequenter,nec erat ibi mutuum neceſſariũ,& cõtractio alicuius debiti nõ fiebat. Eodẽ modo de ſeruitute dicẽdum eſt, ꝙ non erat aliqua ſeruitus inter Iudæos in deſerto, quoniam ſeruitus cõtrahebatur ex hoc, ꝙ aliquis Iudæus vendebat ſe alteri Iudæo in ſeruum propter neceſſitates, ſicut infra habetur,cum dicitur:Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus. Conſequenter ergo non eſſet aliqua ſeruitus, cũ non eſſet ibi debitum,nec locus ad cõtrahendũ illud. Eodem modo dato, ꝙ aliquis vellet ſe alicui in ſeruum ſubiicere ex debito,vel aliàs, nullus hoc acceptaret, quia ſerui accipiuntur, vt ſeruiant; ſed in deſerto non erat aliquid in quo ſeruirent; cum ibi nõ laborarent homines pro cibo potu,aut veſtimento,aut aliqua alia humana neceſſitate, ſed omnia iſta à Deo largiente habebãt:nullus ergo aliquẽ ibi tunc in ſeruũ accipere voluiſſet.Cũ igitur nulla cõtraheretur ibi ſeruitus;nec obligatio alicuius debiti, nõ erat cõueniens vllo modo annus

Lex Iubilæi, & annus remiſſionis, non proficiebant in deſerto.

A remiſſionis,cum nihil eſſet quòd remitteretur.De feſtiuitate autem Iubilæi eodem modo dicendum eſt: quoniam iſta proficiebat ad duo. Primum erat, vt liberaret à ſeruitute eos,qui in anno remiſſionis liberati non fuerant,ſicut erant illi qui acceperant apud dominos ſuos vxores,& filios genuerant, & non poterant exire in anno remiſſionis cum eis,ſi vellent eos in libertatem perducere: ſed manebant vſque ad annum Iubilæi. Quantum etiam hoc non erat neceſſarius annus Iubilæi in deſerto: nam cũ ibi ſeruitus nulla contraheretur,nõ erat neceſſaria nec poſſibilis liberatio aliqua, quæ fieret in anno remiſſionis, vel Iubilæi. Erat autem ſecundum,ad quod proficiebat feſtiuitas Iubilæi,ſcilicet, ad hoc,ꝙ omnis poſſeſſio vendita rediret ad priorem poſſeſſorem, vt patet infra in littera, ſed hoc in deſerto non erat. Primò,quia nõ erat ibi aliqua contra-

Feſtiuitas Iubilæi ad duo proficiebat.

B ctio debiti, vel indigentia, propter quam aliquis venderet poſſeſſionem ſuam, ideo non erat vlla talis redemptio neceſſaria, vel liberatio poſſeſſionum: potiſſimè,quia Iudæi non poterant aliquid tale habere,cum ibi non haberent poſſeſſiones immobiles quas venderent,& deinde in anno quinquageſimo recuperarent, non enim habuerunt Iudæi aliquas poſſeſſiones rerum immobilium,quouſque fuerunt in terra promiſſionis: in deſerto autem nihil habebant,nihilq. poterant poſſidere, cum non ſtabili habitatione ibi manerent: ſed iter facerent in terram promiſſionis. Non habentes ergo aliquas poſſeſſiones immobiles, non poterant eas vendere, & conſequenter nec erat aliquod feſtum,aut eſſe poterat, in quo liberarentur tales poſſeſſiones ab emptoribus redeuntes ad primos dominos. *Quãdo ingreſſi fueritis in terram.* Ex hoc innuit Deus,

C ꝙ Iudæi aliquando ingreſſuri erant terram promiſſionis, & eſt iſta Dei prædeſtinatio, cum diffiniret Deus eos ingreſſuros, illi tamen quibus Deus iſta dixit, non ingreſſi ſunt terram promiſſionis, ſed quidam alij: Nã de omnibus qui erant à viginti annis,& ſupra,in anno ſecundo ab exitu de Ægypto, quando Iſraelitæ murmurauerũt contra Dominum, propter exploratores venientes de terra promiſſionis,nullus introiuit in eam, præter Ioſue filium Nun, & Caleb filium Iephone vt habetur Numeri 14.c. Alij autem qui minores erant, ſcilicet, à viginti annis infra, & qui poſtea nati ſunt in deſerto, introierunt in terram promiſſionis, vt habetur Numeri 14. & Deuter. c. 1. *Quam ego dabo vobis.* Deus dicit ſe daturum terram promiſſionis: quia Deus deduxit Iſraelitas per deſertum miraculoſa operatione,ipſe quoque miſit terrorem in hoſtes

D eorum,vt fugerent de terra illa,non potentes reſiſtere Iudæis, vt habetur Exo.23. & Deuter.7. cap. Deus quoque dedit vires ſpecialiter Iudæis, vt pugnarent cõtra hoſtes qui alioqui nõ auſi fuiſſent congredi cum eis,nec aliquid profeciſſent, vt habetur Deuter.8. cap. *Sabbatizabis Sabbatum Domini,*id eſt,obſeruabis feſtiuitatem,quam Deus iuſſit obſeruari.Hic vult introducere legiſlator feſtum remiſſionis, quod fiebat de ſeptem in ſeptem annos; & de hoc dicitur hic,ꝙ ſabbatizetur, i.celletur ab operibus, nõ enim poteſt intelligi hoc de Sabbato,quod eſt prima dies hebdomadæ, ſm Hebræos,vel vltima ſm alium modum computationis, quod apparet,per ea quæ immediatè dicuntur,quia dr ſeptimo anno Sabbatũ erit,ſed dr,ꝙ Sabbatum de quo hic agitur, eſt annus ſeptimus remiſſionis.

E *Septimus annus quare vocetur Sabbatum; & quid ſabbatizare ſit; Et quare inſtitutus maximè fuerit ſeptimus ille annus. Quæſt. 111.*

ET vocatur Sabbatum, id eſt, requies, propter duo: Primò,propter quietem, quia omne feſtum vocatur Sabbatum, vt ſupra dictum fuit 23.cap. In hoc autem anno quieſcebant Iſraelitæ, ideo Sabbatum erat. Aliò modo vocabatur Sabbatum per comparationem ad Sabbatum, quod erat in qualibet hebdomada:Nam ſicut ſex diebus licebat Iudæis operari, & in ſeptimo quieſcebant (quia Sabbatum erat Domini,vt habetur ſupra 23.c.) ita erat in anno remiſſionis, quia ſex annis terra colebatur quantum ad omnes cultus ſuos.In ſeptimo aũt anno Sabbatum erat terræ, ita, ꝙ in toto illo anno nihil colebatur. Dicuntur autem Iudæi ſabbatizare Sabbatum Domini, id eſt,

id eſt, quieſcere in Sabbato à Deo, ſcilicet, in anno remiſſionis ſeptimo,& iſtud vocabatur Sabbatũ.ſicut erant cetera ſollemnitates Sabbatum, quia quemadmodum in aliis ſollemnitatibus erat quies à laboribus, ita & in hac: quoniam in toto iſto anno Iſraelitæ ceſſabāt ab omnibus laboribus agriculturæ, quia nihil arabatur, aut ſerebatur in terra, vel putabatur in vineis, ſed relinquebantur agri inculti, ideo dicebantur ſabbatizare, id eſt, quieſcere à laboribus, quibus quolibet anno exercebantur. Et non vocatur iſtud feſtum Sabbatum ſimpliciter, ſed Sabbatum terræ: quia terra quieſcebat ibi, ſicut homines aliàs quieſcere ſolebant. Vocatur autem Sabbatum Domini, id eſt, Sabbatum impoſitum à Deo: ipſe enim iſtam feſtiuitatē dedit in fauorem pauperum, eo modo quo ſupra declaratum fuit; & præter hoc etiam: quoniam pauperes anno iſto colligebant fructus terræ, quam non ſeminabant, & botros vinearum quas non putabant, ſed erat iſta terra diuitum, & nō licebat diuitibus colligere fructus eius totaliter, quaſi meſſem, vel vindemiā, ſicut erat in aliis annis, ſed maior pars fructuum à pauperibus colligebatur.

Aug. opi. reprobata. Beatus autem Auguſtinus dicit, quod iſte annus ſeptimus vocabatur Sabbatum Domini: quia quamquam ſeminaretur terra, & coleretur, & vineæ putarentur, tamen fructus terræ non colligebātur à dominis, ſed à pauperibus: & in hoc, quòd terra non exercebatur ad aliquam vtilitatem temporalem colentium, dicebatur ſabbatizare. Sed hoc non poteſt ſtare: quoniā littera dicit hic expreſsè, quòd ſex annis ſeretur ager, & putabitur vinea, ſeptimo anno Sabbatum erit terrę, & ager non ſeretur, nec vinea putabitur: nam niſi hoc modo factum fuiſſet, nō vocaretur Sabbatum terræ. *Sex annis ſeres agrum tuum.* Hic ponitur ſimilitudo inter Sabbatum, & feſtum remiſſionis: quia ſicut pro Sabbato ſex diebus laborabatur, & in ſeptimo quieſcebatur ab omni opere, ita & pro anno remiſſionis: quoniam ſex annis terra colebatur, & in ſeptimo erat ceſſatio ab omni cultura. Iſtud autem ceſſare à cultura, poterat eſſe propter duo. Primò, propter terræ maiorem fertilitatem. Secundò, ad inducendum Iudæos ad cæremonias anni remiſſionis. *Ceſſare à cultura ꝓpter quia eſſe poterat.* Primum erat propter terræ fertilitatem: quia terra quæ ſemper colitur, & ſemper profert fructus, minoris fertilitatis eſt, generantur enim ſegetes, & omnes fructus de nutrimento terrę: quia terra eſt mater omnium, iuxta Ariſtotel. in 1. Oeconom. proprium eſt terræ eſſe matrem omnium; vel omnibus eſt cibus à terra, tanquam à matre. Iſta autem pinguedo terræ, ſecundum quam ipſa prabet nutrimentum fructibus, exhauritur per continuā fructificationem: ideo terræ quæ continuè fructus emittunt, citius ſteriles fiunt, & nihil aut modicum fructificare poſſunt: ideo etiam quędam terræ ſunt, quæ alternis annis à cultura ceſſant, vt vberiores fructus procreent, & hæc noualia appellantur, ſicut habetur extra, de verb. ſignif. in cap. innouate noualе. Ad hoc autem proficit non coli per humanam induſtriam: Nam quāquam terra non recipiat virtutem germinatiuam per labores humanos, quia iſti hominum labores non poſſunt conferre aliquam virtutem naturalē, ſed ipſa terra eā habet ex ſe, tamen diſponitur per labores humanos ad magis fructificādum. Nam quamquam terra habeat virtutem germinatiuam, tamen germinare non poterit, niſi adiuuetur ex influentia corporum cæleſtium; quod patet: quia ſi aliquis ſeminet in menſe Iulij, vel Auguſti, nihil poterit inde naſci, quamquam terra tunc habeat virtutem germinatiuam, ſed adiuuatur à cælo, & indiget tēpore in quo adiuuetur, quale eſt tempus in quo ſeminatur in Octobri, vel Nouembri. *Cultura agrorum ad quid proficiat, & q̃d noceat ſi cõtinua ſit.* Cultura autem humana ad hoc proficit, quòd diſponit terrā ad recipiendum virtutem cæli: nam quando terra inculta eſt, dura eſt, & non poteſt bene immutari à corporibus cæleſtibus influentibus in eam. Cum verò per hominem colitur, diſponitur ad hoc, quòd recipiat conuenientius influentiam cæli, & ſic vberiores producet fructus, & conſequēter magis exhaurietur, & velocius deficiet eius fertilitas. Cum autem ab homine non colitur, quamquam corpora cæleſtia influant in eam, tamen non poſſunt eam, perfectè immutare, ad hoc, ꝙ in vbertate fructus proferat, ſed continetur virtus eius germinatiua intra viſcera

F eius, & ſic manet fertilior, quāto minus culta fuerit. Ceſſare ergo à cultura terræ per aliqua tempora, eſt facere ipſam terram magis feracem, atque abūdātiorem in fructibus, & ſic annus iſte ſeptimus remiſſionis proficiebat terræ, & dicebatur Sabbatum eius: quia per iſtam ceſſationem à cultura efficiebatur feracior ad germinandum, cum nunc minus germinaret. Iſta autem quamquam eſſet quædam vtilitas terræ proueniens in anno ſeptimo, tamen nō propter eam impoſuerat iſtum annum ſeptimum Deus, ſed propter aliud, quoniam ſine hoc poterat ipſe Deus facere terram fertilem in fructibus. *Cauſa propriè motiua ad annũ remiſſionis.* Cauſa autem ſecunda, quę eſt propriè motiua, erat ad inducendum Iudæos ad cæremonias huius feſtiuitatis. In hac enim feſtiuitate debebāt Iudæi dimittere fructus terræ ſuæ pauperibus colligendos, ſaltem pro parte, quam ipſi recipere

G debebant, & peregrinis, & aduenis, & beſtiis terræ. Si autem Iudęi illo anno colerent agros ſuos, difficilè eis viſum fuiſſet vt dimitterent fructus aliis colligendos; nec conſenſiſſent huic legi. Ideo Deus voluit ne colerent illo anno, ſed totaliter quieſcerent, nullas in agricultura pecunias expendentes, vt ſic non dolerent, cū viderent pauperes colligentes fructus terræ ipſorum, præſertim, cum ipſi colligerent partem illorum fructuum, non tamen totaliter, ſicut in aliis annis facere ſoliti erant; & hoc modo facilè adduci poterant Iudæi, vt celebrarent annū remiſſionis, dimittentes fructus terrę pauperibus; vel ſi aliqua difficultas fuiſſet eis in hoc, maior fuiſſet ſi coluiſſent agros, & permittere debuiſſent, vt fructus eorum colligerent pauperes. *Sex annis ſeres agrum tuum.* Agri vocantur hic terrę, ad ſegetes producendas; & dicitur, ꝙ in

H ſex annis ſeratur ager, id eſt, quòd poſſit ſeri; & intelliguntur hic omnes labores qui fieri ſolent in agris, per ſerere. *Et ſex annis putabis vineam tuam.* Etiam liciti erant labores circa vineas, ſicut circa agros, & circa omnia alia genera arborum. Et per putationē intelliguntur hic omnes labores, qui fiunt in vineis, quoniam hi omnes liciti erant in ſex annis inter remiſſionem, & remiſſionem. *Colligeſq. fructus eius.* ſcilicet, quòd licitum erat in iſtis annis dominis terrarum colligere fructus ſuos, nec tamen ponitur iſtud hic, tanquam aliquid ſpeciale: Nam non ſolum licebat Iudæis in annis ſex colligere fructus, ſed etiā in ſeptimo: verum in hoc differebat, quoniam in annis præcedentibus ſex erat licitum Iudæis colligere omnes fructus ſuos, in anno autem ſeptimo, non colligebant totaliter, ſed relinquebant pro pauperibus, peregrinis, &

I aduenis, vt patet infra, cum dicitur: Quæ ſponte gignit humus non metes, & vuas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam, ſed erit vobis in cibū tibi, & ſeruo tuo, ancillæ, & mercenario, & aduenæ qui peregrinatur apud te. *Septimo autem anno Sabbatum erit terræ.* id eſt, in ſeptimo anno quieſcet terra, nō eſt enim propriè Sabbatum terræ, id eſt, requies, quia illius non eſt requies, cuius non eſt labor, terra autem non laborat, cū non ſit aliquid animatū, ergo non ſabbatizat: ſed dicitur Sabbatū terræ, *Quare dicatur Sabbatũ terræ.* quia in aliis annis ſolebat terra ſemper coli, vt produceret fructus, in hoc autem anno non colebatur, nec mouebatur, aut exercebatur aratris; quodammodo ergo quieſcere dicebatur, q̃m quies motui opponitur, & terra per agriculturam in præcedentibus temporibus mouebatur, tunc aũt nihil mouebatur, ergo quieſcebat, & conſequenter

K ter erat Sabbatum terræ. Et non dicitur hic, ꝙ in ſeptimo anno erit Sabbatum, quaſi ſimpliciter Sabbatum ſit, ſed quòd erit Sabbatū terræ, ſ. ꝙ terra ceſſabit à cultu, & homines ab operibus eius: nam ſi totaliter fuiſſet Sabbatū, non licuiſſet Iudæis colligere fructus terræ in anno illo, vel facere alias operationes ad cibos, & ſic non potuiſſent comedere quidquam in anno illo, quod abſurdum eſt.

Sed dicet aliquis, quòd hoc nō ſequitur: Nam quamquam annus remiſſionis ſit ſimpliciter Sabbatum, tamen licuiſſet in eo parari ea quæ eſſent ad cibum neceſſaria, ſicut in quibuſdam aliis magnis feſtiuitatibus, in quibus licebat facere ea, quæ pertinebāt ad cibos apparandos, vt patet de feſto Azimorū, in quo permittebatur, vt in omnibus diebus eius fierent ea, quæ pertinebant ad cibū parandū; ſic etiā de aliis ſollemnitatibus, vt de Pentecoſte, & feſto Tabernaculorum, atque Clangoris, in quibus dicebatur,

cebatur, q́ ſolum caueretur ab opere ſeruili: paratio aũt ciborum, non eſt opus ſeruile, vt declaratum fuit Exodi 12. cap. Sicut ergo in his feſtiuitatibus, quanquam eſſent magnæ, licebat parare cibos, ita licere poterat in anno remiſſionis, dato quòd eſſet ſimpliciter Sabbatum.

In anno ſeptimo remiſſ. vetabatur ſolũ cultura terræ.

Reſpondendum eſt, quod ſi annus remiſſionis fuiſſet Sabbatum ſimpliciter, ita, quòd in eo quieſcerent homines ab omnibus laboribus, dato, quòd non eſſet tãtæ obſeruationis ſicut Sabbatum, tamen non potuiſſent homines aliquid comedere, niſi fortè in principio eius, quod patet: quia quamquam in feſtiuitate Azimorum liceret parare ea quæ pertinebãt ad cibos, hoc tamen ſolum intelligitur de his, quæ pertinent ad immediatam ciborum parationem, ſicut decoctio carnium, vel alia apparatio pulmentorum: illæ tamen parationes quæ erant multum remotæ, non licebant ſicut colligere ſegetes ex agro, vel eas triturare, aut grana à paleis ſeparare, & deinde cõterere ad molam, & farinam in panes reducere, atque coquere, iſtæ enim multum remotæ diſpoſitiones ſunt: ideo non licebat facere eas in aliquo feſto: & ſic, ſi fuiſſet totus annus remiſſionis Sabbatum ſimpliciter, nõ potuiſſent Iudæi facere aliquid iſtorum, & cum non haberent diſpoſitiones remotas neceſſarias ad ciborum paratioñe, non potuiſſent parare cibos, & conſequenter non potuiſſent comedere, quod abſurdum valde eſt: ideo nullũ tale feſtum eſſe debuit, quod ſimpliciter eſſet feſtum, & duraret per integrum annum; ideo non erat feſtum, ſed ſolum vocabatur Sabbatum terræ, vt terra in illo quieſceret à laboribus ſuis, ſicut homines in aliis feſtiuitatibus à ſuis operationibus vacabant.

Et ideo ſciendum, quod in hoc tempore ſolum erant interdictæ operationes agriculturæ, ita, vt nullus quippiam ageret in agro, non erat tamen prohibita aliqua de operationibus aliis, licebat enim bella gerere, quòd aliàs illicitum erat in feſtis; licebat etiam conſtruere domos, & vrbes, & quæcumque ædificia, & generaliter vacare omni operationi, & labori, qui non eſſet in agricultura: quoniam iſte annus non erat Sabbatum hominum, ſed terræ.

Requietionis Domini, id eſt, iſtud eſt Sabbatum quietis Domini, id eſt, quia Deus quieuit in eo, ſicut dicimus de vero Sabbato, quòd ſex diebus fecit Deus cælum, & terram, & in ſeptimo die requieuit ab omni opere, quod patrarat, ideo benedixit diei Sabbati, & ſanctificauit illum. Illud enim vocatur Sabbatum requietionis Domini: quia Deus in eo requieuit: & propter hoc Iudæi quieſcebant. Annus autem remiſſionis, vocabatur Sabbatum requietionis: quia Deus in eo requieſcere mandauit terram in tempore illo, & quod homines ceſſarent à laboribus eius. *Agrum non ſeres, & vineam non putabis.* Sicut ſupra in ſex annis permittebantur labores in terra colenda, ita in ſeptimo anno vetabantur, & omnes labores vetiti erant, quicumque pertinebant ad agriculturam; & tanguntur hic duo generalia, per quæ omnes modi agriculturæ intelliguntur, ſcilicet, ſerere, & putare.

An in anno ſeptimo remiſſionis, ſolum vetaretur labor in vineis, & in agris ſegetum, vel in agris omnium terræ naſcentium, & ſic an liceret Iudæis in anno ſeptimo colere hortos. Quæſt. IIII.

IN quo ſciendum eſt, quòd quanquam hic ſolum prohibeatur de agris, qui ſunt ad ſegetes, & de vineis, tamen etiam intelligitur de agris ad alia genera terræ naſcentium, ſ. ad varios modos leguminum, & herbarum, quæ ſumuntur in cibos: non. n. ſolum vetabantur labores in cultura vinearum, ſed etiam labores omniũ aliarũ arborum fructiferarum, quæ in agris erant, ſicut oliuetorũ, & aliarum ſimilium arborum: quoniam & fructus iſtarum etiam erat permittendus colligi à pauperibus peregrinis, & aduenis in anno illo, ſicut fructus vinearum. Nec tamen penitus intelligendum eſt de omnibus fructibus terræ: nam ſi aliquis haberet hortum in domo ſua, licebat ei colere illum, & non obligabatur ad faciendum fructus illius communes in anno illo, ſicut eſt de fructibus vinearum, & agrorum; quod patet: quia fructus terræ de quibus hic dicitur, non erant in ciuitate, vel opidis, nec erant murati vallo, ſed in loco publico, & aperto in agris, ſ. vbi beſtiæ comedere poſſent de fructibus; quod patet: quia dicitur infra: Sed erunt vobis in cibum, tibi, & ſeruo tuo, ancillæ, & mercenario, & aduenæ qui peregrinatur apud te, & iumentis, & pecoribus: ſed de fructibus qui erant intra ciuitatem in hortis, non poterant comedere pecora, & iumenta, ergo iſtud quod dicitur hic, non intelligitur de fructibus, qui erant intra ciuitatem, vel opida, ſed de illis qui erãt extra ciuitatem ſine aliquo muro, patentes tam hominibus, quam beſtiis agri. Sed aliquis dicet, quòd ex hoc non concluditur debere ſolum intelligi iſtud, quod dicitur, de fructibus qui ſunt in agris ſed etiam de fructibus qui ſunt in hortis extra ciuitatem, vel intra: quoniam ſatis poterant iſti fructus dari peregrinis, & aduenis, ſcilicet, quòd permitteretur eis accedere ad tollendum de illis; beſtiæ etiam poterant comedere de his fructibus: quoniam hic non agitur de beſtiis agri, ſcilicet, de feris, ſed de domeſticis, cum dicatur: iumentis tuis, & pecoribus, ea autem quæ ſunt iumenta noſtra, & pecora, domeſtica ſunt: his autem ſatis poſſunt dari fructus hortorum exiſtentium in ciuitate, & per conſequens intelligeretur etiam de illis, quòd non liceret in anno remiſſionis, colere hortos, ſed incultos relinquere, ſicut agros, & vineas.

Ad hoc reſpondendum eſt, ſicut ante dicebatur, quòd licebat Iudæis colere terram hortorum ſuorum, & non facere fructus illorum communes in anno remiſſionis; & argumentum factum de beſtiis comedentibus fructus, ſemper tenet; & quando dicebatur, quòd non intelligatur de beſtiis agri, ſed ſolum de animalibus domeſticis, falſum eſt: quod apparet ex eo quod habetur Exodi 23, cap. cum dicitur: Sex annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges eius, ſeptimo anno dimittes eam, & requieſcere facies, vt comedant pauperes populi mei; & quidquid reſidui fuerit, edant beſtiæ agri; ita facies in vinea, & in oliueto tuo. Apparet ergo, quod ſolũ intelligebatur hoc de fructibus, qui erãt in agris, & nõ vallati aliquo muro ſpecialiter, niſi fortè aliqua terra eſſet, in qua omnes agri vallarentur ſepibus, vel aliis quibuſcumque muris, propter beſtias agri, quoniam in anno remiſſionis, etiam tales agri relinquendi erant communes hominibus, & beſtiis, alioquin facta fuiſſet fraus iſti legi: quia in nullis fructibus obſeruaretur, ſed omnes fructus eſſent ſicut fructus hortorum. *Quæ ſponte gignit humus, non metes.* Dicitur hoc, quia in anno remiſſionis non colebatur terra, & nihil naſcebatur regulariter, ſicut aliis annis ex humano artificio, ſed quicquid naſcebatur, illud per ſe natum erat, ideo dicebatur ſponte natum. & de hoc littera dicit: quæ ſponte humus gignit, non metes, id eſt, quòd domini terrarum non colligerent in anno ſeptimo ea, quæ nata fuerant per ſe, ſed relinquerent. Contra hoc dicet aliquis haberi immediate in littera, ſed erit vobis in cibum, tibi, & ſeruo tuo, ancillæ, & mercenario; non poterat autem habere aliquid in cibum ex agro, niſi colligeretur.

Reſpondendum eſt, quòd domini vinearum, & agrorum, in ſeptimo anno poterant colligere de fructibus terræ aliquid ad alimentum ſuum, & familiæ, & iumentorum ſuorum, non tamen colligebant totaliter fructus poſſeſſionum ſuarum, ſcilicet, vinearum, & agrorum, ſed colligebant aliquid, & alia permittebant colligenda pauperibus, peregrinis, & alienigenis, & omnibus volentibus colligere; & ad vltimum ipſis beſtiis terræ, ita, quòd in anno illo, quanquam cuilibet liceret colligere de agro ſuo fructus, non tamen magis pertinebant ad eum illi fructus, quam ad quemlibet alium, ſed omnibus terram habentibus agros, quàm non habentibus, æquale ius erat in fructibus agrorum anno illo, & ſic alicui habenti agros, non magis licebat colligere illo anno de fructibus agri ſui, quàm de fructibus alienorum agrorum, & hoc modo nemo poterat prohibere alios colligentes in agro ſuo fructus, quoniam nihil magis iuris ei erat, quàm aliis.

Quis eſſet modus Iudæis comedendi de fructibus agrorum ſuorũ in anno ſeptimo.

In aliis autem annis, licebat cuilibet colligere integraliter fructus terræ ſuæ, & prohibere quemlibet alium

collige-

colligere volentem, quia erat verè dominus fructuum,& ſic non contingebat alicui in anno ſeptimo, quòd colligeret omnes fructus agrorum ſuorum: quia etiam omnes alij colligebant; ſed dato, quòd nullus accederet ad colligendum de agris alicuius hominis ſpecialis in anno ſeptimo, ſed ipſe poſſet colligere omnes fructus nullo impediente, adhuc non debebat colligere omnes fructus agrorum ſuorum, ſed permittere, vt pauperes colligerer, vel ſi pauperes non colligerent, quòd comederent beſtiæ agri: & hoc erat non metere ea quæ terra ſponte gignit, ſcilicet, non metere totaliter; ſic declarat littera immediatè ſubſequens, cum dicit: & vuas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam; quaſi dicat, quamquam colligas, tamen non colliges quaſi vindemiator, qui omnia tollit quæ in vinea ſunt. *Non metes*. id eſt, non ſecabis totaliter fruges terræ in anno ſeptimo, ſicut in alijs annis, ſed aliquid accipies ex illis, & hoc eſt non metere, vt ponatur exemplum, quod quando aliquis vellet accipere in anno ſeptimo de frugibus terræ ſuæ, non debebat totaliter ſecare, ſed aliquid accipere in cibum, & permittere etiam alijs accipere, & iterum cũ opus ſibi eſſet habere aliquid amplius de frugibus, quòd mitteret ad agrũ ſuum, & ſecaret partem frugum, & ſic nunquam ſemel omnia præſcinderet quæ erant in agro ſuo, ſed ſolum ad neceſſitatem cibi acciperet aliquid, permittendo alia hominibus, & iumentis. Cum verò agri alicuius hominis hoc modo demeſſi eſſent, poterat mittere ad agros aliorũ (quia omnia erant communia) nullum agrum totaliter ſibi accipiendo, ſed aſſumendo pro vſu quotidiano, vel aliquorum dierum aliquid neceſſarium. *Et vuas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam*. Vocãtur vuæ primitiarum illæ, quas aliquis accipiebat in illo anno ſeptimo de agris ſuis. Et dicunt aliqui, quòd vocentur vuæ primitiarum, quia erant ſponte natæ ſine aliquo labore, & artificio dominorum agrorum, & iſto modo dicuntur eſſe omnes fructus pertinentes ad primitias: nam Sacerdotibus tribuebantur primitiæ, vt habetur Num.18.cap. ipſi autem nihil omnino laborabant in cultura pro fructibus terræ.

Quæ vocẽtur vuæ primitiarum vuæ illæ q̃ colligebãtur in anno ſeptimo.

Sed dicendum eſt, quòd iſto modo non conuenienter vocantur vuæ primitiarum, quia eodem modo vocarentur vuæ decimarum: nam ſicut nihil Sacerdotes laborabant pro fructibus agrorum, de quibus habebant primitias, ita nihil laborabant Leuitæ pro fructibus agrorũ, de quibus habebant decimas, ergo æqualiter ſecundum hoc poterunt vocari vuæ primitiarum, vel decimarum.

Sed dicendum eſt, quòd vocabantur vuæ primitiarum alio modo, ſcilicet, quòd ſicut primitiæ dicuntur eſſe fructus primi percepti de terra, vt patet ſupra, 23. cap. vbi dicitur, quòd antequam darentur primitiæ frugum, non licebat facere de nouis frugibus panes, aut pultes, vel polentam: ita in iſto anno remiſſionis, quãquam eſſent fructus communes, tamen antequam aliquis quidquam de eis acciperet, ipſe dominus terræ ſumebat partẽ, & illud vocabatur primitia: quia primo de fructibus accipitur. Et hoc valde rationabile eſt, ſcilicet, quòd quamquam liceret cuilibet in anno illo accipere de fructibus agri alterius, tamen fieret aliqua excellentia ipſi domino agrorũ, vt prius aliquid de agris ſumat quam ceteri, & tunc concordat littera quæ dicit: vuas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam, ſcilicet, quòd cum ipſe dominus agri prius colligeret de agro ſuo vuas, quam aliquis alius, poterat colligere omnes vuas nihil relinquẽdo pauperibus terræ, & beſtiis agri, ideo dicitur, quòd quãquam primo colligat, tamen non debet colligere tanquam vindemiam, ſed aliquid dimittere. Alio modo poteſt intelligi, quòd vuæ quas colligebat dominus quilibet agri, de poſſeſſione ſua, erant vuæ primitiarum, id eſt, erant vuæ tanquam primitiæ. Nam ſicut cum dabantur primitiæ, non dabantur omnes fruges, vel vuæ, ſed aliquid de illis, ita cum dominus agri colligeret fructus de agro, non debebat colligere omnes fructus, ſed partem illorum, & ſic vocarentur vuæ, vel ſegetes primitiarum.

Hoc etiã quod dicitur de vuis, de ſegetibus pariter intelligendum venit, quoniam eadem ratio eſt in vtriſque, & ſic vocabantur vuæ, & ſegetes primitiarum communi nomine, & non loquitur hic de primitiis littera, quę dandæ erant Sacerdotibus.

Et ſi aliquis obiiciat contra iſtum modum exponendi, quòd etiam poterunt vocari vuę, vel ſegetes decimarum, ſicut primitiarum, quia etiam in decimis non tolluntur omnes fructus, ſed ſolum decima pars earum.

Dicendum, quòd non poterant vocari iſtæ vuæ, vel ſegetes decimarum, quia in decimis certa pars fructuũ dabatur, ſcilicet, decima, in primitiis autem non erat determinata quantitas; ſic etiam erat de fructibus, quos percipiebat dominus de agris ſuis: quia nõ erant determinati, ſed ſuſcipiebat quotidie id, quod erat ſibi neceſſariũ, hoc autem incertum erat. Erat autem modus accipiẽdi vuas, ſicut de ſegetibus diximus.

G *An in anno ſeptimo remiſſionis, & in Iubilæo, primitiæ, & decimæ ſoluerentur Sacerdotibus, & Leuitis; & quomodo poterant viuere, ſi non darentur eis, cum ſolum ſuſtentarentur de hoc.* *Quaſt. V.*

CIRCA hoc autem, quod hic dictum eſt de primitiis, conſiderandum eſt, quòd quamquam illæ primitiæ de quibus hic dicitur, non ſint aliqua iura debita Deo, ſed ſunt fructus quos percipit ipſe dominus agri, tamen in anno iſto ſeptimo primitiæ Domino ſoluebantur, decimæ autem non. Quod patet: Primò, de primitiis, erat enim triplex genus primitiarum. Primæ erant quæ ſoluebantur in feſto Azimorum. Secundò, in feſto Pentecoſtes. Tertiò, ſoluebantur à Iudæis collectis iam fructibus ſuis, quod erat per Tabernaculorum feſtum. De H primis apparet: quoniã dicitur ſupra, 23. cap. quod quolibet anno Iudæi facerent feſtum Azimorum, quod incipiebat die quintadecima menſis primi, ſ. Martij, & in die ſequenti, ſ. ſextadecima tollebant manipulos ſpicarũ deferentes eos ad Sacerdotes in primitias, & vnum de illis leuabat Sacerdos coram Domino, faciens cæremonias, ſicut ibidem habetur: ſed in quolibet anno celebrabatur feſtum Azimorum, ergo in quolibet anno offerebantur primitiæ ſpicarum, & ſic in anno ſeptimo: nam etiam in illo fiebat feſtum Azimorum. Et ſi aliquis dicat, quod in iſto anno quãquam fieret feſtum Azimorum, tamen non conſecrabatur manipulus primitiarum coram Domino: Dicendum eſt, hoc eſſe irrationabile: nam cum iſta lex cum omnibus cæremoniis ſuis daretur pro quolibet anno, niſi fortè aſſignaretur aliqua cauſa ſpecialis, propter I quam talis conſecratio primitiarum deberet intermitti, non debet concedi, quod intermittatur, ſed non apparet aliqua talis cauſa, ergo non eſt hoc concedendum. Item, patet neceſſariò, quod in anno ſeptimo fieret iſta oblatio primitiarum coram Domino, & dicitur ſupra, 23. cap. panem, & polentam, & pultes non comedetis ex ſegete, vſque ad diem qua offeretis ex ea Deo veſtro; præceptum eſt ſempiternum in generationibus cunctiſq. habitaculis veſtris. Sed in anno ſeptimo remiſſionis Iudæi comedebant fruges de agris ſuis, ſicut hic dicitur; ergo oportet, quòd in eodem anno prius Domino offerrent manipulum ſpicarum in primitias. Secundum genus primitiarum erat in feſto Pentecoſtes, & tunc offerebãtur duo panes Domino, de qualibet domo, & continebat quilibet eorum vnam decimam farinæ. Sed iſtud feſtum Pente-K coſtes erat quolibet anno, cum quolibet anno offerrentur panes primitiarum, ergo in anno remiſſionis hoc etiã fieri debebat. Item, patet ex ratione ſupra poſita: quia ſicut non licebat de ſpicis nouis facere polentam, vel pultes, quouſque Domino offerretur manipulus ſpicarũ, ita non licebat comedere de panibus nouis, donec offerrentur panes primitiarum; ergo in anno ſeptimo poterant, immò neceſſe erat offerre primitias panum, quæ erant ſecundæ.

Triplex erat genus primitiarũ.

Tertium genus primitiarum erat in illis, quas ſoluebãt populares Sacerdotibus, collectis omnibus fructibus: has autem ſoluere poterãt in anno ſeptimo remiſſionis, quoniam primitiæ non erant determinatę ad aliquam quantitatem, ſed quantumcumque aliquis obtuliſſet, ſufficiebat, ideo quantumcumque eſſet aliqua pars fructuum illius anni, poterant dari primitiæ.

Primitiæ ſoluebantur in anno ſeptimo remiſſionis.

Sed

Sed de his primitiis non apparet ita neceſſarium, quòd dari deberent; ſicut de duobus generibus primitiarum ſupra poſitarum; immò diceret aliquis, quòd non dabantur: & cauſa huius eſt, quoniam primitias aliquis dat de fructibus ſuis: ſed in ſeptimo anno remiſſionis fructus nullius erant, ſed communes omnibus, tam hominibus, quàm beſtiis, ideo non erat conueniens, quòd aliquis daret primitias. nam ſi aliquis deberet dare primitias de fructibus alicuius agri, ergo omnes Iudæi deberent dare primitias de agro illo. Sed hoc nullo modo poteſt ſtare: quia eſt abſurdum, ſcilicet, ꝙ omnes homines habitantes in terra promiſſionis, darent primitias de eodem agro: nam tunc nullus ager ſufficeret etiam ad hoc, quòd daret quilibet vnam ſpicam. Simile argumentum, eſt de vnis; & ſicut dicitur de vno agro, ita dicendum eſt de omnibus, ſcilicet, ꝙ de quolibet agro deberent dare primitias omnes, qui erãt in terra promiſſionis: & hoc iam magis abſurdum eſt, quia tunc non eſſent fructus ad hoc, ꝙ de eis poſſent dari primitiæ. & poſito, quòd quilibet daret primitias, cederent omnes fructus in primitias, & nihil maneret pro popularibus ad cibum. Conſequentia autem iſta patet: quia primitiæ dantur ab illo, qui dominus eſt fructuum: ſed in anno ſeptimo nullus erat dominus (quia erant fructus communes) vel ſi aliquis eſſet dominus, omnes erant domini æqualiter: ideo vel nullus offerret primitias, vel ſi vnus offerret, omnes deberent offerre, quia non erat magis vnus dominus aliquorum fructuum, quàm alius. Item patet hoc: quoniam primitiæ dabantur Sacerdotibus, vt inde alerentur, quia ipſi nõ habebant aliquam ſortem, vel diſtributionem, aut diuiſiones inter alios Iſraelitas, vt patet Num. 18. & 35. capit. & Deuteron. 18. cap. Sed in anno ſeptimo remiſſionis ceſſabat iſta cauſa, quoniam Iſraelitæ nihil proprium habebant in fructibus, ſed omnibus communicabantur. ergo etiam ipſi Sacerdotes poterant colligere de fructibus agrorum, ſicut alij, & non deberẽtur eis primitiæ. Ad hoc reſpondẽdum eſt, ꝙ primitiæ in quolibet anno ſoluebantur; & quando dicitur, ꝙ non poterant ſolui in iſto anno ſeptimo, quia vel omnes Iſraelitæ ſoluerent de eodẽ agro, vel nullus: negandum eſt hoc, & dicendum, quòd in anno ſeptimo remiſſionis, quilibet dominus agrorum ſoluebat de agris ſuis aliquas primitias. Et quando dicitur, ꝙ fructus pertinebant ad omnes æqualiter, ergo, vel omnes ſoluebant, vel nullus, dicendum eſt, ꝙ quanquam fructus quantum ad hoc, quod ſumerentur in cibos, eſſent communes omnibus, tamen domini agrorum habebant in hoc aliquod priuilegium, & excellentiam ſuper omnes alios, quia ipſi primo accipiebant de fructibus agrorum ſuorum aliquid, quod volebant, tamquam in primitias ſibi in ſignum dominij agrorum, & poſtea omnes alij accipere poterant libere. Hoc ſignificatur cum dicitur: & vuas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam. & ſicut dabatur hoc dominis agrorum, ita pertinebat ad ipſos ſpecialiter quòd ſoluerent primitias de fructibus; & hoc eſt valde rationabile.

Ad alterum argumentum, quando dicitur, quod fructus in anno ſeptimo erant communes omnibus, & poterant ſiue Sacerdotes, ſiue omnes alij colligere quidquid vellent de illis. Reſpondendum eſt, quòd Sacerdotes vacabant diuinis miniſteriis, & non poterant inſiſtere collectioni frugum de agris, vel vuarum. Ideo rationabile erat, quòd populares eis ferrent primitias.

In deſerto magis laborabant Leuitæ quã Sacerdotes.

De Leuitis autem non eſt tanta ratio, quòd ipſi haberent iura ſua. ſ. decimas, quia non vocabant ipſi miniſteriis diuinis, ſicut Sacerdotes, potiſſimè, quando erant in terra promiſſionis. Nã cũ eſſent in deſerto magis laborabant Leuitæ, quàm Sacerdotes, quia Sacerdotes non miniſtrabant in ſacrificiis, cum nunquam fuerint facta ſacrificia in deſerto, niſi in monte Sinai, toto autẽ alio tempore vacauerunt miniſtrationes, vt declaratum fuit ſupra 9. cap. Leuitæ autem magnos tunc habebant labores in portando omnia, quæ erant in Sanctuario, per totum deſertum, & frequenter fiebant motiones, & ipſi ſinguli accipiebant ea, quæ ſibi conſtituta erant de vtenſilibus, & partibus Sanctuarij, atque portabant vſque A in locum illum in quo caſtra figenda forent. habebant etiam laborem de portando Tabernaculum, cum caſtra mouenda forent, & erigendo cum caſtra meterentur. & hoc ſinguli Leuitarum circa officia ſua, vt patet Num. 3. & 4. capp. Cum verò in terram promiſſionis ventum eſt, dedit Dominus requiem Iſraeli, & labor econtrario factus eſt: Nam ipſi Sacerdotes inceperunt miniſtrare, cum omnes leges cærimoniales potiſſimè ſacrificiorum cœperint obligare poſt ingreſſum in terram promiſſionis; Leuitæ autem econtrario inceperunt requieſcere: quia iam Sanctuarium Domini nõ erat mouendum de loco ad locum, ideo nullum de prioribus officiis eis manebat; ſic habetur 1. Paralipom. cap. 23. cum dicitur: Dixit enim Dauid. Requiem dedit Dominus Deus Iſrael populo, & habitationem Ieruſalem vſque in æternum: nec erit offi- B cij Leuitarum, vt vltra portent Tabernaculum, & omnia vaſa eius ad miniſtrandum. Magis ergo poterant tunc Leuitę colligere fructus agrorum in anno ſeptimo, quàm Sacerdotes, cum minus vacarent cultui Diuino.

Decima nõ ſoluebãtur in anno ſeptimo remiſſionis.

Nunc autem de decimis dicendum eſt, quòd non ſoluebantur in anno ſeptimo remiſſionis. Cauſa eſt, quia dato, quòd Iſraelitæ vellent ſoluere, nullo modo poterant: quia decimæ dicunt certam partem rei, ſcilicet, vnam de decem. & ideo ad hoc, quòd detur decima pars rei, oportet quòd primò cognoſcatur quantitas eiuſdem totaliter, alioquin neſcietur quid ſit decima eiuſdem, nec quarta, nec medietas. Sed in anno ſeptimo remiſſionis non poterat ſciri quãtitas omnium fructuum determinatè, ſicut in aliis annis: Nam in quolibet præcedentium ſex annorum quilibet Iſraelita colligebat omnes fructus ſuos, & C tunc cognoſcebat quantitatem eorum, & dabat decimã. In anno autem remiſſionis non poterat dari decima, quia non cognoſcebatur quantitas iſtorum fructuum: nam à principio ſtantibus omnibus fructibus, vel maiore parte illorum, poterat quilibet dominus fructuum dare decimam partem illorũ: tamen neſciebat, quæ eſſet decima. Cum verò peruenıſſet ad conſummationem fructuũ, nec erant fructus ad ſoluendum decimam, etiam ſi dominus ſoluere vellet, nec ſciri poterat vllo modo determinata quantitas eorum, quoniam non ſolum dominus agri acceperat de fructibus, ſed etiã omnes alij, & etiam beſtiæ terræ: non ergo poterant Iudæi vllo modo in anno remiſſionis ſoluere decimam: poterant tamen ſoluere primitias, & ſoluebant, quia de hoc non requirebatur determinata quantitas, ſicut in decimis. de his ſatis dictum D fuit Exodi 23. cap.

Sed quæret aliquis, cum Leuitæ ſolum ſuſtentarentur de redditibus decimarum, nõ habentes aliquid aliud inter filios Iſrael, vt habetur Num. 18. cap. cum dicitur: Filiis Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionẽ, pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi: nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vſus eorum, & neceſſaria ſeparaui. Sed in anno iſto ſeptimo remiſſionis non habebãt aliquid de decimis: ergo nihil omninò habebant vnde viuerent in anno illo. De Sacerdotibus autem non eſt ſic: quia ipſi in anno illo habebant multa iura, ſcilicet, primitias, quæ in illo anno ſoluebantur, & vota, & redemptiones primogenitorũ, & ſacrificiã, ceteraq. ſacerdotalia iura: nihil nãque eis diminuebatur de redditibus aliorum annorum. Reſpondendum eſt, quod E Leuitæ quamquã non haberent in anno ſeptimo aliquid de iuribus ſuis, tamen ſufficienter ſuſtentabantur, & hoc, quia fructus anni ſexti præcedentis anni remiſſionis, erat vberrimus, qui ſufficiebat pro tribus annis, ſcilicet, pro anno ſexto, in quo fructus colligebantur, & pro anno ſeptimo, in quo nihil colligebatur, nec colebatur, & pro anno octauo quouſque comederent de frugibus nouis. Cum ergo abundantiſſima iura eſſent decimarum in anno ſexto, ſufficientia pro annis tribus, etiam ſi in anno ſeptimo nihil haberent, iam habebant vnde viuerent. De quo habetur infra in littera, cum dicitur: Quod ſi dixeritis quid comedemus anno ſeptimo, ſi non ſeuerimus, nec collegerimus fruges noſtras: dabo benedictionem meam vobis anno ſexto, & faciet fructus trium annorum, ſeretiſq. anno octauo, & comedetis veteres fruges vſque ad nonũ annum, donec noua naſcantur, edetis vetera. Habebant

autem prætet hoc Leuitæ in anno ſeptimo alium modũ ſuſtentationis: quia omnes fructus terræ erant illo anno communes, ideo poterant ipſi colligere, ſicut omnes alij id, quod ſibi ſufficeret in cibos. *Non colliges quaſi vindemiam*. Refertur hoc ad dominos vinearũ, quibus dabatur in anno ſeptimo, q̃ colligerẽt primo fructus de agris, quam aliqui alij, & tamen nõ debebant colligere eos, ſicut vindemiam, id eſt, ſicut aliis annis qñ vindemiabant, quia tunc nihil relinquebant in vineis, ſemel omnia colligentes: nunc verò non fiebat ſic: ſed dñi vinearum accipiebant de vineis ſuis, ſiue oliuetis aliquos fructus ad quotidianum vſum, vel ad faciendum parũ de vino, alios autẽ relinquebant ceteris volentibus. *Annus enim requietionis terræ eſt*. Iſta eſt cauſa ſuperiorũ, ſ. non colliges fruges totaliter de terra tua, nec totaliter vuas de vinea, quia iſte annus ſeptimus eſt annus requietionis terræ, ſ. in quo G terra quieſcit. & eſt ſenſus: in iſto anno ſeptimo tu nihil laboraſti in terra, cũ ſit annus requietionis terræ, ſed fructus ſolent prouenire propter labores agricultiuos: ergo tu nihil debes habere in iſto anno ſeptimo magis quàm alij, cum nihil laboraueris. *Sed erunt vobis in cibum*. Hic loquitur ad omnes, tam ad ipſum cuius agri ſunt, quã ad omnes alios pauperes, & diuites, qui ſunt in terra. omnibus quippe eo anno licebat recipere de fructibus terræ æqualiter. nam quamquam iſtud feſtum fuiſſet introductum, & cerimonia iſta anni remiſſionis, propter pauperes: tamen nõ ſolum pauperibus licebat de fructibus diuitum accipere, ſed etiam diuitibus ad inuicẽ licebat accipere de fructibus quoſcumque inueniſſent in terra. *Tibi, & ſeruo tuo, ancillæ*. Quamquam eſſent fructus cõmunes in anno ſeptimo, tamen iſti primo pertinebant ad ip- H ſum dñm agri, quàm ad aliquem aliũ, qui colligebat pro ſe, & pro tota familia ſua, ſ. filiis, & filiabus, & vxore, qui intelliguntur nomine ipſius. etiam pro reliqua parte familiæ, quæ ad ipſum tantum non pertinet, ſ. pro ſeruis & ancillis. Et ſciendum, quòd in hoc quod dicitur hic: Erit vobis in cibum, tibi, & ſeruo tuo; denotatur aliquid ſpeciale: nam in omnibus aliis annis fructus, quos colligebat dominus, erant in cibũ ſeruo, & ancillæ, quia iſti non habebant aliquid vnde ſuſtẽtarentur, niſi id quod dominus eorum illis tribuiſſet, quia ſerui ſunt res dominorum ſuorum. In hoc ergo anno ſeptimo, non dicitur, quòd ſint cibi iſti dño, & ſeruis, tanquam in aliis nõ eſſent, ſed quia tunc ſpeciale aliquid erat, quia in aliis annis non licebat ſeruo accipere aliquid de fructibus terræ (ſed pertinebãt ad dominum) niſi dñs iuberet. Nunc verò licitum erat I ſeruo accipere quantumcũque vellet de fructibus agrorum dñi ſui, & ad libitum ſuum comedere. Quod patet: quia in omnibus aliis licebat accipere fructus illius anni, vbicumque inueniſſent, quia cõmunes erant. ergo ſeruus à fortiori poſſet accipere de fructibus agrorum dñi ſui, cũ magis iſti pertineat ad dominum ſuũ, quàm alij. Etiam patet: quia licebat ſeruo accipere quantumcumque vellet de fructibus agrorum, qui non ſunt domini ſui; ergo liceret à fortiori de agris domini ſui. & ſic erat iſte annus ad magnam libertatem ſeruorum quãtum ad cibos, ſcilicet, quòd ſicut dies ſeptimus pertinebat ad refrigerationem ſeruorum quãtum ad quietem, ſ. q̃ nullum opus facerent, (vt habetur Exodi 20. cap. cum dicitur. Septimo autem die ſabbati Domini Dei tui, non facies omne opus tu & filius tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & K aduena, qui eſt intra portas tuas. & Exodi 23. dicitur: ſex diebus operaberis, ſeptimo die ceſſabis, vt requieſcat bos, & aſinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduenæ) ita in anno ſeptimo remiſſionis erat feſtũ, in quo refrigerabantur ſerui, & ancillę, quantum ad cibos, quia licebat eis amplius aſſumere, quam cõſuetum eſſet, ſ. quantum ipſi vellent. *Et mercenario ſuo*. Mercenarij pertinent ad eandem legem, ad quam pertinebãt ſerui, & ancillæ, ſcilicet, aliquo modo ad familiam domini, quantum ad hoc, quòd comedunt de cibis, quamquam ad alterũ multum differũt, ſcilicet, quòd ſerui totaliter domini ſui ſunt, mercenarij autem liberi ſunt, & non pertinent ad eum cuius ſunt mercenarij, niſi in quantum ſeruiunt pro mercede; & propter hoc ſupra 22. capite, quando agebatur de cibis ſanctificatis, dictum fuit, quod ſerui poterant comedere de ſanctificatis Sacerdotum dominorum ſuorum. & mercenarij non poterant comedere de illis cibis; in anno tñ ſeptimo nihil differebat inter mercenarios & ſeruos, quia omnibus licebat comedere de fructibus terræ cum communes eſſent. *Et aduenæ, qui peregrinatur apud te*, id eſt, etiam iſti fructus anni ſeptimi erunt communes aduenis, qui peregrinantur in terra Iſrael. vocantur autem hic aduenæ illi, qui veniebant de Gentilitate ad Iudaiſmum, vt colerẽt Deum Hebræorum. Dicebantur autem ipſi peregrinari apud Iſraelitas, quia manebãt tamquam peregrini apud eos. Erat enim apud eos peregrinatio duplex, ſcilicet, à terra ſua, & à cultu Deorũ ſuorum. Expreſſit autem Deus hic de aduenis, propter duo, Primò, quia ipſe iuſſerat pietatem eſſe habendam erga aduenas, vt habetur Deuteronomi. capite 10. cum dicitur. G Facit iudicium pupillo, & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum: & vos ergo amate peregrinos, quia ipſi fuiſtis aduenæ in terra Aegypti. Iubebat etiam Deus, q̃ nulla eis afflictio inferretur, vt habetur Exodi 22. capite. cum dicitur. Aduenam non contriſtabis, nec affliges: aduenæ enim ipſi fuiſtis in terra Aegypti. Iuſſit ergo hic Deus eodem modo eſſe erga eos pietatem habendam, ſcilicet, vt permitteretur ipſis colligere de fructibus terræ in anno ſeptimo.

Alia autem cauſa, & principalior huius expreſſionis eſt, ſcilicet, quòd Deus non dederat aduenis priuilegium, vt gauderent duobus bonis, ad quæ conſtitutus erat annus remiſſionis: ideo niſi exprimeretur, quòd gaudere deberent hoc priuilegio anni ſeptimi, quod erat in communitate fructuum; intelligeretur quòd non deberent gau- H dere; expreſſum ergo fuit propter hoc.

Peregrini nõ gaudebant duob. priuilegijs, quæ erãt in anno remiſſionis, & in iubilæo.

Quòd autem aduenæ non gauderẽt principalibus priuilegiis anni remiſſionis, apparet: quia illa ſunt duo, ſcilicet, eripi à ſeruitute, & liberari à debitis contractis ex mutuo. Primum non habebant: quia ſi venderentur Iudæis in ſeruos, non liberabantur in anno ſeptimo; nec in quinquageſimo, qui erat iubilæus, ſed manebant ſerui vſque in æternum. Sic patet infra, in littera, cum dicitur, ſeruus, & ancilla ſint vobis de nationibus, quæ in circuitu veſtro ſunt, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos; vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra: hos habebitis in famulos, & hereditario iure tranſmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æternum.

In anno remiſſionis, & iubilæo habebãt ſerui libertatẽ ad comedendũ & nõ in alijs annis.

Secundum priuilegium anni remiſſionis erat in liberatione à debitis, quæ contrahũtur ex mutuo; & hoc non I gaudebant aduenæ, ſed ſoli Iudæi ex genere; vnde ſemper manebat debitum apud iſtos, quanquam veniret annus remiſſionis, vel iubilæi. Sic patet Deuteronom. 15. c. cum dicitur: Septimo anno facies remiſſionem, quæ hoc ordine celebrabitur: cui debetur aliquid à proximo, vel amico, ac fratre ſuo, repetere non poterit: quia annus remiſſionis eſt Domini: à peregrino & aduena exiges: & ciuem & propinquum repetendi nõ habebis poteſtatem. *Iumentis tuis & pecoribus omnia quæ naſcuntur præbebunt cibum*, id eſt, omnia terræ naſcentia anni ſeptimi præbebũt cibum tibi, & ſeruo tuo, & ancillæ, & mercenario, & aduenæ, & iumentis atque pecoribus. In quo innuitur, quòd fructus anni ſeptimi debebant eſſe communes tam hominibus, quàm beſtiis: ſed in hominibus adhuc omnibus ſtatibus, & profeſſionibus debent communicari: K in beſtiis etiam non ſolum domeſticis animalibus, ſed etiam feris cõmunicabantur fructus anni ſeptimi. Quanquam iſta duo, quæ ponuntur hic, ſcilicet, pecora, & iumenta, magis pertineant ad domeſtica, quàm ad fera: nam iumenta vocantur domeſtica animalia, quæ ad ſolum adiutorium pertinent, & non ad cibum, ſicut æquus, & mulus, & aſinus, & camelus; pecora autem ſunt, quæ ad cibos pertinent, vt oues, capræ, & boues. Alia autem littera habet. *Iumentis, & beſtijs*. Vbi nos dicimus. *Pecoribus*. Et tunc magis clarum eſt, quòd intelligatur de feris domeſticis, quia feræ beſtiæ vocantur: quomodocumque tamen ponatur, neceſſarium eſt intelligi de beſtiis feris, vt habetur Exodi 23. capite, cum dicitur: Sex annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges eius: ſeptimo autem anno dimittes eam, & requieſcere facies, vt comedant pauperes populi tui, &

Fructus anni ſeptimi debebãt eſſe communes, & hominibus, & beſtijs.

quid-

quidquid reliqui fuerit edant beſtiæ agri: ſed manifeſtum eſt, beſtias agri ſolum nominari feras, quoniam alia vocantur animalia domeſtica.

De iubilæo. De pæn. diſt. 1. c. quis aliquando, §. iſtẽ in Leuitico.

Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorum, id eſt, ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt quadragintanouem: & clanges buccina menſe ſeptimo, decima die menſis, propitiationis tempore in vniuerſa terra veſtra. Sanctificabiſq. annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipſe eſt enim iubilæus. Reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam, & vnuſquiſque redibit ad familiam priſtinam: quia iubilæus eſt, & quinquageſimus annus. Non ſeretis, neque metetis ſponte in agro naſcentia: & primitias vindemiæ non colligetis ob ſanctificationem iubilæi: ſed ſtatim ablata comedetis. Anno iubilæi redient omnes ad poſſeſſiones ſuas.

De ſollẽnitate anni quinquageſimi, q. annus dicatur iubilæus.

Numerabis quoque tibi. Supra actum eſt de ſollemnitate, quæ erat in ſeptimo anno, ſ. remiſſionis. Hic aũt agitur de ſollemnitate anni quinquageſimi, qui dr̃ iubilæus.

Pro quo conſiderandum eſt, quòd annus Iubilæus durabat etiam per totum annum ſeptimum, & erat Iubilæus maximum feſtorum; quod patet quantum ad ea, quæ fiebant in ipſo: nam in anno remiſſionis liberabantur homines à ſeruitute, & à debitis; ſed non erat iſta perfecta liberatio. In anno autem iubilæo ab omnibus perfectè liberabantur; patet de ſeruitute; ſi autem accepiſſet ſeruus à domino ſuo vxorem, & cum eſſet in ſeruitute filios genuiſſet, non poterat exire in anno ſeptimo cum vxore, & liberis, ſed manebant liberi, & vxor apud dominum: ſi autem ipſe ſeruus vellet apud dominum ſuum manere C vſque ad annum iubilæi, exibat liber cum filiis, & vxore. Inducebatur ergo perfecta libertas in anno iubilæi, quod non fiebat in anno ſeptimo remiſſionis. Idem etiam erat quantum ad debita, ſiue venditiones poſſeſſionum immobilium: nam in anno ſeptimo remiſſionis non redibat res vendita ad dominum, niſi eam pretio dato redimeret. In anno autem iubilæi ſine aliquo pretio redibat omnis poſſeſſio vendita ad principalem venditorem; erat ergo iubilæus maximum feſtorum. De hoc patet infra in littera.

De feſto ſeu anno iubilæi, quomodo fuerit maximum feſtum propter maximas libertates; Et quomodo computetur variè a diuerſis. Et an coincidat annus ſeptimus remiſſionis, & iubilæi. Quæſt. VI.

D

SCIENDVM autem circa hoc, ꝙ iubilæus dicitur annus quinquageſimus, vt habetur infra. Sed dupliciter computatur quinquageſimus. Quidam enim computant eum quinquageſimum incluſiuè, alij autem excluſiuè: & hoc, quia iſta computatio ponitur hic per ſeptem hebdomadas annorum, & finitis eis, erat iubilæus. Faciunt autem ſeptem hebdomadæ quadragintanouem dies. & quia hic computantur hebdomadæ annorum, facient ſeptem hebdomadæ quadragintanouem annos. In fine autem harum hebdomadarum quidam conſtituebãt annum iubilæum, ſ. in vltimo anno, qui erat quadrageſimuſnonus: ſed vocãt eum quinquageſimum, computando incluſiuè duos annos iubilæorum, ſ. annũ primum iubilæi, & ſeptem hebdomadas annorum, quæ faciunt E quadragintanouem annos: & ſic cum illo primo iubilæo præcedente, erant quinquaginta anni. Hoc tamen modo neceſſe eſt quemlibet annum iubilæi bis computare. Secundum iſtam poſitionem dicendum eſt, quòd annus ſeptimus remiſſionis, & iubilæus coincidunt: quia cum in quolibet ſeptenario fiat vnus annus remiſſionis, ſ. in fine illius ſeptenarij, neceſſe eſt quòd cum computarentur ſeptem hebdomadæ annorum, ꝙ in fine cuiuslibet fieret vnus annus remiſſionis, & in fine ſeptimæ hebdomadæ annus quoque remiſſionis erat: & tunc cum vltimus annus iſtarum hebdomadarum ſit iubilæus, erunt idem annus iubilæus, & annus ſeptimus remiſſionis, ſecundum iſtam poſitionem. Alia autem poſitio eſt: ꝙ annus iubilæus ſit quinquageſimus, non computando annum iubilæi præcedentis, ſed ponendo vnum eorum excluſiuè, A & tunc fiebat ſic: quòd acciperentur ſeptem hebdomadæ annorum, quæ faciunt annos quadragintanouem, & in ſequenti anno, qui erat quinquageſimus, eſſet iubilæus. Et iſta poſitio erat vera, & rationabilior quam præcedẽs: q̃m ſm poſitionem præcedentem, non erat annus quinquageſimus iubilæus, ſed annus quadrageſimuſnonus, cum in fine ſeptem hebdomadarum annorum, fieret iubilæus, & in fine erat iubilæus, ſcilicet, in vltimo anno. Item, ſi aliquis dicat, quòd hoc modo computando annus iubilæus erat quinquageſimus, quia computabatur incluſiuè cum iubilæo præcedenti, non poteſt ſtare: quia tunc neceſſe eſt, vt quilibet annus iubilæi bis computaretur, quia repugnat rationi numeri: Nam in numeris continuis, nunquam idem numerus bis aſſumitur; aut nunquam eadem vnitas computatur in numero præcedente, B & ſubſequente, quia tunc minus eſſet numerus quam denominaretur. & hoc non conuenit. Etiam quia hoc modo non diuideretur totum tempus per quinquagenarios annorum, ſed per quadragenarios, & nouenarios; quod falſum eſt: quia iubilæus vocatur annus quinquageſimus; ergo, cum totum tempus Iudæorum diuidatur per iubilæos, ſicut illud diuidit Euſebius in Chronicis, & Iubilæus ſit quinquageſimus annus, neceſſarium eſt, ꝙ diuidatur totum tempus Iudæorum per quinquagenarios annorum; & hoc ſatis ſignificat littera, cum dicat: Numerabis ſeptem hebdomadas annorum, quæ ſimul faciunt annos quadragintanouem, & clanges buccina menſe ſeptimo, decima die menſis. Et poſtea ſequitur: Sanctificabiſq. annum quinquageſimum. Ergo videtur quòd poſt illas ſeptem hebdomadas annorum, annus ſequens eſſet iubilæus. Et ſm hoc dicendum eſt, ꝙ quandocunque eſſet iubilæus, neceſſe erat duos annos remiſſionis ſimul eſſe, ſcilicet, vnum poſt alterum; quod patet: quia annus quadrageſimuſnonus erat remiſſionis, cum ſit ſeptimus, diuidendo quadrageſimumnonum per ſeptem ſeptenarios: & annus quinquageſimus ſequens, eſt iubilæus. ergo, duo anni remiſſionis ſimul erant, & in his duobus annis nihil colligebatur, nec agri colebantur: ſed erat ſicut in omnibus aliis annis remiſſionis. Sed in hoc etiam patet: quia ſupra dicebatur, ꝙ annus iubilæus, & annus remiſſionis, nõ ſint ſimul, ſ. in fine hebdomadæ ſeptimæ in anno quadrageſimonono. Nam ſi tunc eſſet iubilæus, non oportebat, ꝙ diceretur, ꝙ in illo anno non araretur, nec colerentur agri, nec colligerentur fructus, vt fiebat aliis annis, quia ex eo ꝙ erat tunc annus remiſſionis, ſatis apparebat nihil horum eſſe faciendum. Dr̃ tñ hic, ꝙ non fiet aliquid iſtorum propter ſanctificationem iubilæi. ergo apparet, annũ iubilæi eſſe diſtinctum ab anno remiſſionis, & conſequẽter apparet eum eſſe annum quinquageſimum vltra ſeptem hebdomadas annorum.

An ſit verum, ꝙ ſemper eſſent duo anni remiſſionis coniũcti.

Quæ autem dicta ſunt, ſcilicet, ꝙ annus iubilæi eſſet ſemper poſt annum remiſſionis, & ita eſſent duo anni remiſſionis coniuncti, non tenet verum generaliter, niſi annus iubilæi tollatur de computatione, alioquin variabitur, vt patet. Quando enim Iudæi cœperunt obſeruare leges iſtas datas à Deo, incœperunt ſimul, ſcilicet, eodem anno, quia omnes leges ad hoc obligabant, ꝙ inciperent eas obſeruare Iudæi, poſtquam eſſent in terra ſua pacificè, vt patet Deuter. 12. c. ab illo ergo anno, quo inciperent eſſe in pace, inciperet obſeruatio omnium legum; ille ergo eſſet annus, quo computari inciperent ſeptem anni ad habendum annum remiſſionis, E & in quo inciperent computari hebdomadæ annorum, ad faciendum annum ſequentem poſt ſeptem hebdomadas iubilæum. Hoc ſuppoſito, cum in quolibet ſeptenario ſit annus vltimus annus remiſſionis, computatis ſeptem ſeptenariis, quæ faciunt quadragintanouem annos, oportet, ꝙ vltimus annus horum, id eſt, quadrageſimuſnonus, ſit annus remiſſionis, & ſequens annus, qui eſt quinquageſimus, erit annus iubilæus. & ſic ſunt iſti duo anni coniuncti.

Sed tunc manet dubium, quia aut iſte annus quinquageſimus, qui erat iubilæus, & erat primus poſt annũ remiſſionis, computabatur primus pro ſequenti ſeptenario ad faciẽdum annũ ſeptimum remiſſionis; aut non: ſi computaretur vt primus, non erat verum, quòd quando veniretur ad ſequentem iubilæum, eſſet annus remiſſionis

coniunctus ad annum Iubilæi annus quadrageſimusoctauus eſſet annus remiſſionis, & eſſet iubilæus in anno quinquageſimo: & ita maneret vnus annus inter annum Iubilæi, & remiſſionis, & ſequenti iubilæo eſſent duo anni intermedij, & in alio tres, in alio quattuor, & ſucceſsiuè veniretur ad hoc ꝙ annus remiſsionis, & Iubilæi eſſēt idem annus: & in ſequenti Iubilæo eſſent coniuncti iſti duo anni, ſcilicet annus quadrageſimuſnonus eſſet remiſsionis, & annus quinquageſimus eſſet iubilæus. & ita fieret continuè iſta variatio. Hæc autem planè apparēt computanti ſeptenarios, qui pertinent ad annos remiſsionis, & quinquaginta annos, qui complent iubilæum. fit enim tota diuerſitas: quia iubilæus excedit in vno anno ad ſeptenarios remiſsionis. Et ideo ſi in vna computatione excedit iubilæus vno anno ad ſeptenarium remiſsionis, computando ſemper pro iubilæo quinquaginta, & pro ſeptem ſeptenariis remiſsionis quadragintanouem, excedet in ſecunda per duos annos, & in tertia per tres, & ſic conſequenter. vnde in ſequenti computatione complebitur ſeptimus ſeptenarius anno quadrageſimo octauo, & in alio anno quadrageſimo ſeptimo; & ſic ſemper deſcendendo. Si autem annus quinquageſimus, qui eſt iubilæus, in illa prima vice non computetur, vt annus primus ſequentis ſeptenarij remiſsionis: ſed annus ſequens, id eſt, quinquageſimusprimus ſit, in quo incipiat computari ſequens ſeptenarius remiſsionis, manebit ſemper idem ordo, ſcilicet quòd cum ſeptem ſeptenarij faciant quadragintanouem, quòd annus quadrageſimusnonus erit annus remiſſionis, & annus ſequens quinquageſimus erit annus Iubilæi; & hoc eſt quod ponebat opinio præcedens. Sed tunc manet dubium, quid horum ſit verius. Dicendum, quòd vtrumque poterat tolerari, quia non apparet expreſsè contra Sacram Scripturam.

Sed rationabilius eſt dicendum, quòd non incipiebat ſemper computatio annorum quinquaginta pro iubilæo, & computatio ſeptenariorum remiſſionis in eodem anno; & ratio eſt: quia Deus iuſſit computari ſeptem annos ad hoc, quòd ſeptimus annus eſſet annus remiſſionis, & tamen computando per primam opinionem intermitteretur vnus annus, qui non computaretur, ſcilicet, ipſe annus iubilæi. ergo non poteſt ſtare: nam cum Deus iubet computari ſeptem annos, iubet diuidi totum tempus per hebdomadas annorum; & tamen ſi intermitteretur vnus annus, non eſſet diuiſio totius temporis per ſeptenarios: ideo nullus annus intermittitur.

Secundò, quia hoc eſſet ponere aliquid ſine cauſa. Nam Deus iuſſit diuidi tempus per ſeptenarios, & in aliis ſeptenariis ponitur totum tempus continuum. Quòd autem ſtatim poſt iubilæum fiat omiſſio vnius anni, ſcilicet ipſius quinquageſimi, videtur eſſe irrationabile, cum non appareat cauſa aliqua.

Tertiò, quia hoc erat in præiudicium pauperum. Nam ideo fuit annus ſeptimus introductus, vt in eo tollerentur debita, & liberarētur homines à ſeruitute. & quanto iſtud tempus erat minus, tanto erat lex fauorabilior: nam ſi eſſet remiſſio de quinquennio in quinquennium, eſſet fauorabilius, quàm ſi eſſet de ſeptennio in ſeptennium: & tamen computando ſic, fieret aliquando remiſſio illa ad octo annos, quod erat tempus prolixius. ideo debebat fieri computatio continua per ſeptenarios non ſubtrahendo aliquem annum.

Quartò, quia videtur eſſe inutilis ſic vnus annus remiſſionis: nam ſi annus quadrageſimusnonus eſſet remiſſionis, & annus quinquageſimus iubilæi: cum quidquid remittitur anno ſeptimo, remittatur in iubilæo, & aliquid plus: videtur quòd ſuperuacuus eſſet ille annus remiſſionis, cum in ſequenti anno omnia hæc remittenda forent. Ideo rationabilius videtur dicendum, ꝙ computatio fiebat continua annorum, & ꝙ non erat annus remiſsionis coniunctus ſemper iubilæo. *Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorum*. Hic ponitur modus ad inueſtigandum feſtum iubilæi, ſ. quòd poſt vnum annum Iubilæi accipiantur ſeptem hebdomadæ annorum, i. quadragintanouem anni, qui ſunt ſeptem ſepties, & poſt illos annos ſequens annus eſt iubilæus. Similem modum inueſtigandi feſtum Pentecoſtes dederat Deus, ſupra 23. c. cum dici-

Modus ad inueſtigandū feſtum iubilæi.

F tur, ꝙ poſt diem primum Azimorum à die ſequenti, in quo offerebatur manipulus ſpicarum, computarentur ſeptem hebdomadæ plenæ, & poſt illas dies ſequens erat feſtum Pentecoſtes. Non dixit hic Deus ꝙ computarētur ſeptem hebdomadæ ſimpliciter, ſed ſeptem hebdomadæ annorum, quia quandocumque hebdomada ſimpliciter profertur, ſeptem dies notat. hic autem non accipitur pro hebdomadis dierum, ſed annorum, ideo oportet explicari, ꝙ eſſent hebdomadæ annorum. Similis autem modus loquendi de hebdomadis habetur in Daniele, vbi cum vellet Deus declarare tempus mortis Saluatoris, quātum diſtaret à tempore reuelationis factæ, dictum eſt ei 70. hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populū tuum, & ſuper vrbem ſanctam, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiet peccatum, vbi agitur manifeſtè de morte

Danielis Hebdomada de morte Saluatoris.

G Saluatoris; & omnes tam Iudæi, quàm Chriſtiani, exponunt illas hebdomadas eſſe annorum; ſimiliter autem poſſent eſſe hebdomadæ menſium, vt 7. menſes facerent vnam hebdomadam, ſed non reperitur talis modus loquendi in Sacra Scriptura. i. *Septies ſeptem, quæ ſimul faciūt annos quadragintanouem*. Hic declaratur magis qualiter accipiendæ ſint hebdomadę. Nam hebdomada dicit dies ſeptem: Legiſlator tamen ponit hic hebdomadam per ſeptem, non ſignificādo niſi numerum. & hoc innuitur cum dicitur. i. ſeptem ſepties, quæ faciunt 49. ita vt ſolum importetur numerus, & non limitatio temporis; ſed in littera additur, ꝙ iſta numerata ſint anni, ſ. 49. anni. *Et clanges buccina menſe ſeptimo*. Hic ponitur diſpoſitio ad ipſum feſtum iubilæi, ſcilicet, quòd clangeretur buccina quadam.

H *Quomodo Iudæi clangebant in tubis argenteis in ſollemnitatibus, & in magnis epulis, & in Calendis, & in feſto Clangoris. Et an clangor buccinarum propter Iubilæum fiebat ante Iubilæum, vel in Iubilæo. Et an fiebat menſe ſeptimo anni 49. vel 48. & an in buccina argentea, vel cornea. Q. VII.*

SCIENDVM autem, ꝙ Iudæi multoties clangebant buccinis: aliquando. n. clangebant in eis in principijs menſium in prima die mēſis, quam nos Calendas appellamus. & tunc clangebatur in duabus buccinis argenteis, quas Deus fieri iuſſerat in deſerto, vt habetur Num. 10. c. de hoc clangore habetur in Pſal. 80. cum dicitur: buccinate in Neomenia tuba inſigni, die ſollemnitatis veſtræ. Etiam clangebant Iudei tubis in feſtiuitatibus magnis, & ſuper epulas ſuas, cum facerent aliqua magna conuiuia

I ſuper holocauſta, & pacificas victimas iſtorum dierum ſollemnium: & hoc erat in tubis argenteis. & hoc erat vt habetur Num. 10. cap. cum dicitur: Si quando habebitis epulum, & dies feſtos, & Calēdas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, vt ſint vobis in recordationem Dei veſtri. Alio tempore canebant Iudæi tuba. ſ. in prima die menſis Septembris, quia tunc erat feſtū Clangoris: & hoc non erat in tubis argenteis, ſicut in aliis feſtiuitatibus, ſed in voce tubæ corneæ: quia fiebat illud feſtum ad memoriam Iſaac liberati, quando pater voluit eum immolare; & Deus poſuit pro eo arietem, qui immolatus fuit loco eius. Iſte aūt cātus tubarum, de quo hic dicitur, fiebat in menſe ſeptimo, in die decimo, in quo die erat feſtum Propitiationis, vt hr̄ ſupra 23. cap. De hoc aūt clangore dicendum eſt, ꝙ fiebat in tubis argenteis, ſicut

K fiebant omnes alij cantus. Quòd autem aliquis eſſet cantus in tuba cornea, hoc erat ſpeciale, ſcilicet ad memoriam Iſaac liberati poſito ariete pro eo: hic autem nō erat aliqua talis cauſa: ideo clangebatur in buccinis argenteis, in quibus regulariter fiebat clangor.

Aliqui tamen dicunt, ꝙ fiebat iſte clangor in buccina cornea, & dicunt propter hoc vocari iſtum annum iubilæum, quia Iouel in Hebræo ſignificat cornu, vel buccinam. Sed dicendum, quòd non concluditur ex hoc: nam iſtud nomen (Iouel) in Hebræo eſt æquiuocum: ſignificat enim buccinam, vel cornu. ideo quāquam ponatur Iouel, non concluditur, ꝙ intelligatur de cornu: ſed poteſt intelligi de buccina quæ non eſt cornu, quia æquiuocum non magis determinatur ad vnum ſignificatum, quàm ad aliud. Apparet etiam, quòd iſtud nomen Iouel, aliquando accipiatur in Sacra Scriptura pro buccina, quæ non eſt cornu.

cornu. Sic enim habetur Exo.19.c.vbi dicitur:Cum cœperit buccina clangere, tunc aſcendant in montem.& ponitur ibi in Hebræo Iouel: ſed manifeſtum eſt, ꝙ accipitur hic pro buccina cornea: & ſic non concluditur, quòd in anno Iubilæi clangendum eſſet in buccina cornea. Sed dicendum eſt rationabilius eſſe,ꝙ clangeretur in buccina argentea:quia in eis fiebat regulariter clangor,niſi ex aliqua cauſa ſpeciali,quæ non erat hic.

An clangor fiebat ante, vel in anno Iubilæo. Quæſt. VIII.

SED adhuc eſt dubium,quando clangeretur buccina, ſcilicet in anno Iubilæi,vel ante annum Iubilæi.nam hic conſtat, quòd fieret clangor in menſe ſeptimo: ſed an iſte menſis eſſet anni Iubilæi, vel præcedentis, non apparet.

Communiter enim Doctor. tenent, quòd iſte clangor fieret in anno præcedenti ad iubilæum. & dicunt eſſe quandam excitationem, vel promotionem ad iubilæum: & fiebat iſte clangor ad lætitiã futuri iubilæi exprimendam. Alij autem dicunt,non eſſe rationabile,ꝙ fieret ante annum Iubilæum iſte clangor,ſed in ipſomet anno:dicunt enim,ꝙ Iubilæus dicitur à Iouel.i. cornu,vel buccina:ideo oportet ꝙ in iſto anno,qui dicitur iubilæus,clangatur cornu,vel buccina. Sed hoc non multum cõcludit: nam verũ eſt, ꝙ iubilæus dicitur à Iouel.i.cornu,vel buccina:& tñ ꝙ buccinetur in anno illo, vel in præcedenti ad illum, non refert cum ille clãgor non fiat propter annum illum, in quo fit,ſed propter ſequentem, ad exprimẽdum lætitiam futuram illius: & hoc quia omnes ſeruitutes,& debita ſoluebantur in anno illo, quia omnes res venditæ illo anno ad priores dominos redibant. Et hoc rationabilius eſt,quam ꝙ fiat iſte clangor in anno iubilæi in menſe ſeptimo: nam tunc magna pars anni iubilæi tranſiuiſſet.ſ. menſes ſex,& nõdum clangeretur buccina; & ſic non videretur pertinere illa pars anni ad iubilæum;cum autem clangitur buccina ante annum iubilæi, totus annus futurus ſignificatur eſſe iubilæus: & hoc obſeruatur apud quaſdam gentes: qm̃ quando venit aliqua magna feſta, ipſæ clangunt & clamant ante diem illum nominantes diem feſti:vt dicentes Natale, Natale,Paſcha, Paſcha,& per hoc incitant ſe ad gaudium futurarum ſollemnitatũ. Hoc etiam vř ſentire littera hic; cum dicat,ꝙ numerabuntur ſeptem hebdomadę annorum,quę faciunt annos quadragintanouem, & in ſeptimo menſe videtur clangi buccina. Videtur ergo,ꝙ intelligatur de ſeptimo menſe illius anni vltimi, qui nominatur in littera,ſ. quadrageſiminoni.& patet magis:quia dicitur,& vocabis remiſſionẽ cunctis habitatoribus terræ.i.ꝙ tunc denũciabis remiſſionem futuram: & tamen ſi intelligeretur hoc de menſe ſeptimo,anni Iubilæi, non ſtaret conuenienter,quia iam tranſiuiſſent ſex menſes de anno, in quo fieret remiſſio, & tamen nondum clangeretur ad remiſſionem.

Doct.opinio. Dicendum ergo, quòd clangor iſte fiebat in anno præcedenti iubilæum, vt homines cognoſcerent futuram remiſſionem,& diſponerent ſe ad illam.

An fieret in anno quadrageſimonono, vel quadrageſimooctauo iſte clangor; & vbi. Et quòd multiplex fuerit apud aliquos Iubilæi poſitio. Quæſt. IX.

SED adhuc dubium eſt: dato, quòd fieret iſte clangor ante annum iubilæi, in quo anno fieret; nunquid in quadrageſimonono, in menſe ſeptimo, vel in quadrageſimooctauo.

Reſpondendum eſt, quòd hoc patet ex prædictis:nam ſi deberet fieri remiſſionis enunciatiuus clangor in anno præcedenti iubilæum, ſecundum quòd diuerſimodè ponatur iubilæus, ponetur quoque variè annus præcedens Iubilæum.

Quidam enim, vt patet ex ſupradictis, dicebant iubilæum eſſe in anno quadrageſimonono,qui eſt vltimus ſeptimæ hebdomadæ annorum, & hunc dicũt quinquageſimum computantes cum iſtis quadragintanouem annis præcedentem iubilæum, & hoc dato, neceſſe eſt, ꝙ fieret clangor in anno quadrageſimooctauo ſeptimę hebdoma-

A dæ.Alij dicunt,quòd Iubilæus erat in anno quinquageſimo, qui eſt annus ſequens poſt ſeptem hebdomadas annorum.i. poſt annos quadragintanouem; & tunc neceſſe eſt, ꝙ clangor fieret in ſeptimo anno ſeptimæ hebdomadæ, ſcilicet in anno quadrageſimonono, qui erat vltimus ſeptimæ hebdomadæ annorum. Et hoc verius atque rationabilius eſt, cum dictum fuerit ſupra, quòd iubilæus non erat in anno quadrageſimonono, ſed in quinquageſimo. *Decima die menſis propitiationis tempore.* Cauſa autem, quare fieret clangor in die Propitiationis potius quam in feſto præcedenti,manifeſta eſt:nam feſtum præcedens vocatur dies Clangoris, & ſi tunc clãgeretur buccina, appareret eſſe clangorem illius feſtiuitatis, & non ad futuram lætitiam anni Iubilæi.

Hoc tamen adhuc poſſet excludi; quia adhuc poterat
B eſſe differentia inter clangorem,qui fieret propter feſtiuitatem clangoris, & inter clangorem, qui fiebat propter annum Iubilæum. Nam clangor qui fiebat propter feſtiuitatem diei clangoris, fiebat in loco Sanctuarij ſuper holocauſta & ſacrificia alia: clangor aũt, qui fiebat propter annum remiſsionis, fiebat in vniuerſa terra, ſcilicet, ꝙ in omni loco clãgeretur in buccinis corneis, vel argenteis:& dictum eſt,ꝙ in buccinis argenteis.Hoc tamen referendum eſt ad locum Sanctuarij, in quo erant tubæ argenteæ ductiles: in aliis autem locis clangebatur buccinis corneis, vel qualibuſcumque.Sed dicendum eſt,quòd *Doct.opinio.* cauſa determinata, quare fiebat clangor in die Propitiationis, & non in aliquo alio,erat ad ſignificationem eius quod fiebat, quia annus Iubilæi erat annus perfectæ remiſsionis, & quando clangebatur in buccinis, denuncia-
C batur futura remiſsio,vt apparet ex littera.Debebat ergo fieri in die illo, qui magis conueniret huic ſignificationi: ſed nullus erat congruentior,quam dies Propitiationis,eo ꝙ in hoc die propitiabatur Dominus Iſraelitis, dimittens eis omnia peccata ipſorum, vt habetur ſupra 16.c. Sicut ergo Deus in die illa remittebat Hebræis omnia delicta eorum,ita conueniens erat,ꝙ ipſi remitterent viciſsim ſibi mutuo oĩa debita,& ſeruitutes,& obligationes,& alienationes,ſicut infra habebitur. Magis ergo debuit hoc fieri die Propitiationis, quam alio quocũque, vt per remiſsionem factã à Deo intelligeretur remiſsio futura inter homines. *Propitiationis tempore.* i.ꝙ clangor iſte fiebat in die Propitiationis in tota terra, ſed hoc ponitur ad maiorem expreſſionem.Nam cum dictum fuiſſet,ꝙ iſte clãgor fiebat in decima die menſis ſeptimi, ſatis apparebat, ꝙ fieri
D deberet in die Propitiationis, cum Propitiatio eſſet decima die menſis ſeptimi,vt apparet ſupra 23.cap. *In vniuerſa terra veſtra.* id eſt,quando Iubilæus aduenerit, in anno præcedenti clangetur in omni loco terræ veſtræ:& hoc,vt in quolibet loco ſciatur ſpecialiter eſſe annum iubilæum proximè futurum. Et fiebat iſte clãgor ad ſignificandum hoc hominibus, quia multi neſcirẽt iſtam ſollemnitatem iubilæi:nam erat illud feſtum de quinquageſimo in quinquageſimum annum, & in tanto tempore obliuiſcebãtur homines feſtiuitatum: nam plurimi erant, qui non videbant aliquem iubilæum, & aliqui quamquam viderent vnum, tamen nunquam viderant alterum,ideo vt cognoſcerent quando talis annus futurus eſſet, clãgebatur buccina in anno præcedenti. Sciendum autem, ꝙ iſte clangor,qui fiebat in vniuerſa terra, non fiebat ab aliquo, qui
E ambularet per totam terram Iudæorum, ſed in quolibet loco ſpecialiter clangebatur; quod patet: quia iſte clangor fiebat in vno die aſſignato, ſcilicet,in die Propitiationis:ergo non poterat aliquis diſcurrere de loco ad locum, vt clangeret hoc die Propitiationis in omnibus locis. *Sanctificabiſq; annum quinquageſimum.* id eſt, ſignificabis eſſe ſanctum,vel applicitum ad cultum Dei. eſt enim aliquid ſanctum,quod ad Deum ſpecialiter applicatur:Sic etiam erat de anno quinquageſimo iubilæi; ſed iſta ſanctificatio erat,dum eſſet annus iubilæi: nam tunc applicabatur iſte annus ad Deum, quia fiebat in eo remiſſio ſeruitutum, & debitorum,& rerum alienatarum,& fructuum terræ communicatio. Hæc autem omnia propter diuinam iuſſionem erant. Hic tamen non loquitur Deus de iſta ſanctificatione, quia iſta non poterant fieri niſi in anno Iubilæi; ſed hic agitur de denunciatione huius ſan-

ctificationis; ſcilicet: Sanctificabis annum quinquageſimum, id eſt, denunciabis eſſe ſanctificandum, & ſic accipitur aliquãdo in Sacra Scriptura, ſicut habetur Exo. 19. cap. cum dixit Deus ad Moyſen. Sanctifica illos vſque ad diem tertium, i. denuncia illis q̃ ſint ſanctificati pro die tertio: nam in præcedentibus diebus non requirebatur ſanctificatio. *Et vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ tuæ*, id eſt, ſignificabis, vel proclamabis coram omnibus habitatoribus terræ, quòd eſt iubilæus & remiſſio. Et ponitur hic remiſſio generaliter, ſcilicet, pro remiſſione ſeruitutum, & debitorum, & factarum alienationũ, & fructuum terræ, qui communicabantur. Et hoc gaudium ſignificabatur omnibus habitatoribus terræ. Iſte ſenſus eſt referendo iſtum datiuum, ad aliud verbum, vocabis. Alio modo poteſt referri iſte datiuus, ad illum accuſatiuum, remiſſionem; & tunc eſt ſenſus: q̃ vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ in anno illo; quod intelligitur de habitatoribus terræ, qui eſſent ſerui, vel feciſſent aliquas alienationes, aut haberent debita. *Ipſe eſt enim iubilæus*, id eſt, ipſe annus quinquageſimus, de quo immediatè dictum fuit, quòd ſanctificaretur, eſt annus iubilæus, i. annus remiſſionis. Et in hoc non obſeruatur propria ratio originis dictionis: nam non dicitur iubilæus propter aliquid alterum, niſi propter buccinã, qua clangebatur in eo. Et tamen quia tempore, quo clangebatur buccina, ſignificabatur remiſſio futura; iubilæus ſignificat remiſſionem: & ſic accipitur hic iſtud tãquam redditiuũ cauſæ, ſcilicet, ipſe eſt enim iubilæus, i. debet renunciari remiſſio futura per tubas pro anno quinquageſimo, quia ipſe eſt iubilæus, i. ipſe annus remiſſionis, & propter hoc clangetur ante approximationem eius. Iſtum autem modum denominãdi iubilæum habemus nos, quoniam vulgariter dicimus eſſe annum iubilæi, quãdo eſt annus Indulgentiæ. *Reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam*, id eſt, omnes homines, qui poſſeſſiones ſuas alienauerant, redibunt ad eas; nam quandocumque aliquis vendebat poſſeſſionem, ſi poſtea poterat dare pretium pro illa, quãdocumque poſſet, redibat ad illam computatis fructibus ſuſceptis in ſortem. Si tamen aliquis non poſſet ſoluere pecuniam pro redimenda poſſeſſione ſua, in anno iubilæi reuertebatur ad illam nullo pretio dato.

Duplex littera expoſitio.

Et hoc verum eſt de poſſeſſionibus immobilibus, quoniam ſi venderentur res mobiles, non licebat ipſi venditori redimere res, etiam ſi vellet dare pretium emptori, niſi emptor ei gratis hoc conceſſiſſet: & etiam in iubilæo non redibat res vendita ad venditorem. Hoc autem erat hoc modo, vt ſi aliquis venderet aliquam poſſeſſionem, & nõ redimeret eam ante iubilæum, redibat ad eam poſſeſſionem in iubilæo, vel heredibus eius reſtituebatur eadem poſſeſſio, etiam ſi fuiſſent factæ mille venditiones intermediæ, vt ſi vnus venderet alteri, & alius alteri. Nullus namque iſtorum intermediorum venditorum poterat repetere rem illam, quam vendidiſſet, ſed ſolum ille, cuius fuiſſet iſta poſſeſſio à principio.

In iubilæo redibant poſſeſſiones immobiles venditæ, ſed non mobiles.

Inter Iudæos non eſſe poterant aliqui impensè diuites aliis in poſſeſſionibus, niſi fuiſſent primogeniti. Quæſt. X.

Et ex hoc patet, q̃ regulariter non poterant eſſe inter Iudæos aliqui impensè diuites plus quam alii ſicut in aliis gentibus erat; quod patet: quoniam in aliis poterat vnus emere bona multorum, & manebant illa bona apud illum in æternum, & apud heredes eius: & ſic erat iſte ditior multis aliis ſimul ſumptis. Inter Iudæos autem hoc non erat, quia ſi aliquis emiſſet poſſeſſiones multorũ, non poterat eas ſemper tenere, ſed reddebat eas dominis prioribus anno iubilæi; & ſic iã manebat iſte quaſi æqualis in aliis diuitiis, quanquã à principio fuiſſet ditior omnibus; in aliis autem gentibus non erat ſic: ideo apud eos cõtingebat aliquem eſſe impensè diuitem plus quam alij in poſſeſſionibus. In Veteri autem Teſtamẽto ditiores in poſſeſſionibus erant primogeniti, eo q̃ omnibus illis dabantur duplicia, idque inter quoſlibet alios filios locum habebat, quibus ſimplex portio dabatur in hereditate, ſicut habetur Deut. 21. c. & ſic tã in bonis mobilibus quam immobilibus regulariter primogeniti ditiores erant: alij

F autem fratres non poterant fieri impensè diuites niſi in bonis mobilibus, ſcilicet, in pecuniis, vel ſimilibus rebus, quia bona mobilia ſemel habita, non redibant ad priores dominos in anno iubilæi.

Quare poſſeſſiones venditæ inter Iudæos, non manebant in æternum apud emptores, ſed redibant ad venditorem in iubilæo, & eæ cauſæ explicantur. Quæſt. XI.

Cavsa autem quare poſſeſſiones venditæ inter Iudæos redirent ad priores poſſeſſores anno iubilæi erat duplex. Prima erat, in fauorem pauperum, ſicut ſupra declaratum fuit: nam niſi ſic factum fuiſſet, pauperes priuati fuiſſent omni ſubſtantia ſua, cũ cogerentur ſæpè vẽdere poſſeſſiones ſuas, & poſtea eas habere nõ poſſent;
G Cum autem rehabebãt eas anno iubilæi, quanquam aliàs eguiſſent, tamen tunc redibãt ad pinguiorem fortunam.

Alia cauſa erat, & principalior, quãquam iſta non exprimatur, ſ. vt non cõfunderentur tribus, & familiæ: nam ſi poſſeſſiones ſemel venditę nunquã rediuiſſent ad priores dominos, nũquam manſiſſet certitudo in tribubus, familiis, & cognationibus. Quod apparet: quia inter Iſraelitas tribus diuidebantur per ſortem. i. per certam partem hereditatis traditam cuilibet tribui, & cum cognoſcebãtur ſortes hereditatum, cognoſcebantur etiam homines de quibus tribubus eſſent. nam cum aliquis haberet hereditatem in ſorte tribus Iudæ, cognoſcebatur eſſe de tribu Iudæ: ſi autem haberet hereditatẽ in ſorte tribus Zabulon; cognoſcebatur eſſe de tribu Zabulon; & ſic de ceteris. Si autem permiſſum fuiſſet, quòd aliquis venderet
H poſſeſſionem ſuam, & nunquam rediret ad eam, non cognoſceretur familia cuiuslibet viri, & tribus. Quod apparet: quia aliquis eſſet de tribu Zabulon, & haberet hereditatem in ſorte ſua; ſi autem permitteretur ei, quòd venderet, & non rediret ad eam, alius qui erat de alia tribu, haberet hereditatem in ſorte Zabulon, & ſic iam non cognoſceretur, quis eſſet de tribu Zabulon, vel de alia tribu. Si autem hereditates non poſſent vendi; vel conceſſa venditione, ſi redirent ad dominos priores tempore iubilæi, non ſequebatur iſta confuſio ſortium, & tribuum, vel familiarum: quoniam quanquam aliquo tempore factis vẽditionibus eſſet confuſio in ſortibus & tribubus, tamen quia iſtud erat paruũ tempus, ſcilicet, quinquaginta annorum ad plus, poterant homines recordari de poſſeſſionibus, ad quas tribus pertinerẽt, vel familias: & ſic annus
I iubilæi veniens, tolleret omnem confuſionem ſortium & tribuum, quæ fieri incæpiſſet. Et iſta eſt cauſa quare iubilæus non fiebat de magno in magnum tempus, ſcilicet; de centum in centum annos; vel de ducentis in ducentos: nam tãti temporis diuturnitas memoriam hominum excluderet; & ſic maneret confuſio in tribubus, & ſortibus. Nam quanquam aliquis de poſteris reclamaret poſt centum annos, vel amplius, in iubilæo, aliquas poſſeſſiones reduci ad ſe, quia illæ fuerant ſuorum primogenitorum, tamen non eſſet memoria hominum ad probandum id quod iſte diceret: vnde neceſſariò ſequerentur multæ fraudes, & confuſiones: dato autem iubilæo ad paruum tempus, ſcilicet, ad annos quinquaginta, quia manebant poſſeſſiones pauco tempore alienatæ, non abibat in obliuionem alienatio: ideo nõ ſequebatur confuſio. Et per iſtum
K modum inter Iudæos cognoſcebatur manifeſtiſsimè, de qua tribu quis eſſet, & de qua familia, vſque ad ipſum principium familiæ, vel tribus, eo quòd quilibet habebat poſſeſſionem aliquam, quæ pertinuerat ad primogenitores ſuos, & per illam cognoſcebantur progenitores: ideo quandocumque reperiretur aliquis homo habere poſſeſſionem in ſorte tribus Iudæ, cognoſcebatur eſſe de tribu Iudæ, etiam ſi non fieret aliqua inquiſitio, dum tamen ipſe, vel progenitores ſui in anno iubilæi poſſediſſent hereditatem illam. Nam de aliis temporibus non poterat dari certa cognitio, quia tunc poterant eſſe venditæ, vel commutatæ poſſeſſiones: ille tamen qui in anno iubilæo poſſideret, erat verus dominus, & pertinebat ad familiam, vel tribum, in qua erat illa poſſeſſio. Ad hoc autem magis cognoſcendum, intelligendum eſt, quòd ſi debet cognoſci aliquod mobile

Quo per poſſeſſio-

[...]us cognoſcebantur homines in tribubus ſuis, & non aliis.

le ſecundum naturam, oportet quòd reducatur vſque ad A immobile, quia mobile ſecundum ſe, incertitudinem dicit. Sic etiam erat in hominibus, & poſſeſſionibus. Deus enim volebat, vt inter Iudeos cognoſceretur de quolibet, in qua tribu, & familia erat: ergo oportet, ꝙ cognoſceretur de hominibus per hereditates, aut de hereditatibus per homines: id tamen quòd eſſet magis immobile, eſſet alteri mediú cognoſcẽdi. & hoc modo patet, an debeant cognoſci homines per ſortes hereditatum, vel hereditates per homines. Et dicendum eſt, quòd ſi homines eſſent immobiles, ſ. ꝙ omnes de tribu Iuda naſcerentur in vno loco, vel terra, & omnes de tribu Zabulon in alio loco, vel terra, & ſimiliter de omnibus tribubus, & illi nunquam egrederentur de locis illis, in quibus naſcerentur; nec alij ingrederentur in loca illa, manifeſtum eſſet de qua tribu quilibet homo eſſet: nam ex eo quòd aliquis in tali, vel B tali loco erat, cognoſceretur tribus eius, vel familia, ſic tamen fieri non poterat: ergo oportebat dari aliquam cognitionem de tribubus & familiis, & quia poſſeſſiones tribuum ſunt immobiles, potuerunt cognoſci conuenienter tribus per poſſeſſiones: ſũt enim diſtincti termini poſſeſſionum pro qualibet tribu, vt habetur in lib. Ioſue à princip. cap. 15. vſque ad finem 19. quicumque ergo poſſideret aliquid in ſorte Iuda, iudicabatur eſſe de tribu Iuda. ſors aũt Iuda immobilis erat, & cognoſcebatur quę eſſet per determinationem Scripturæ Sacræ. Ioſue 15. cap. ideo homo qui erat mobilis, cognoſcebatur de qua tribu eſſet per poſſeſſionẽ, quæ erat immobilis. Et ſicut cognoſcebatur de qua tribu quilibet eſſet, ita cognoſcebatur de qua familia, & de qua domo: nã diſtributiones ſortium, quæ ceſſerant tribubus, poſtea diuiſæ fuerunt in familias: C & diſtributiones familiarũ per domos & diſtributiones domorum per viros. Iſtæ tamen diſtributiones non fuerunt poſitæ in libro Ioſue, quia erant minus principales, & erant infiniti proceſſus: cum cuilibet de populo Iſrael diuideretur pars poſſeſſionis, & aſſignarẽtur limites eius: iſtæ tamen diuiſiones manſerunt ſcriptæ apud Iudæos in aliis libris, qui non erant Sacræ Scripturæ: & per hos cognoſcebant Iudæi diſtributiones familiarum: ideo cum viderent aliquem habere poſſeſſionem, quæ pertinebat ad aliquam familiam alicuius tribus, iudicabant eum eſſe de illa tribu, & familia.

Nota & plus quã nota hoc ꝓ genealogia Chriſti: & maximè ꝓ his quæ auctor tãgit mirabiliter Matt. 1. cap. q. 28.

Hoc autem ſtabat vt euidentiſſimum, niſi iſta ſors familiæ, vel tribus tranſiret ad alios, qui non eſſent de illa familia, vel tribu. hoc autem non permittebatur: quia ſi ſcriberetur aliquãdo poſſeſſio hominibus alterius tribus D vel familię, redibat illa ad priorem dominum in iubileo. & ſic per ipſas poſſeſſiones cognoſcebatur, de quolibet homine, de qua tribu, vel familia, vel domo eſſet.

Certitudo familiarum quid conſeruabatur potiſſimè.

Iſta tamen certitudo cognationis conſeruari non poterat, niſi per vnam de duabus legibus, ſ. vel ꝙ iuberetur, ne aliquis venderet vllo modo poſſeſſionem ſuam, vel quòd re vẽdita rediret ad dominum ſuum certo tempore. Prima lex poni non debuit, quoniam diuites aliquando nolebant pauperibus quidquam dare, niſi venderẽt eis poſſeſſiones ſuas. Si autem Deus non permiſiſſet vendi poſſeſſiones, valde magnum inconueniens ſequebatur, quia aliquando pauperes eguiſſent nolentibus diuitibus eis quidquam concedere: ideo conueniens erat, vt permitteretur, ꝙ venderent poſſeſſiones. Debuit autem poni ſecunda lex, ſ. quòd poſſeſſiones redirent certo tempore ad E priores dominos; & hoc eſt, ad quod fuiſſet poſitus annus iubilæi. Iſte modus conſeruandi certitudinem progeniei, nunc etiam eſt apud alias gentes; non quidem vniuerſaliter, ſed in illis qui ſunt de magno genere, quoniam ibi ſeruantur iura primogenituræ, & dantur eis omnia bona immobilia patrum, quæ ſemel pertinuerunt ad ius illud primogeniture, & quanquam alicui naſcantur multi filij, tamen non poteſt vendere patrimonium illud, vel diſtribuere inter alios filios, ſed dabit primogenito: ille etiã ex nulla cauſa vendere poteſt. Et per hunc modum ſunt determinatæ progenies, quia ſunt determinatæ poſſeſſiones, vel iura progenierum: & ideo quicumque habuerit tales poſſeſſiones, cognoſceretur manifeſtè eſſe de illa domo, vel progenie, ad quam pertinent iſta iura: & ſic non commiſcentur progenies quantum ad primogenitos.

Quantum ad alios tamen minores filios, quibus non erãt determinata aliqua iura paterna, quæ habeant immobiliter, faciliter progenies confundebantur: quia commiſcebantur alteri ſtirpi, & tranſibant in nomen eius. & hoc modo homines paruæ conditionis, in quibus non obſeruabantur iura primogenituræ, non habuiſſent diſtinctam progeniem cognitam: & ſi aliquo tempore haberẽt, dum permanet memoria viuentium, tamen cõfeſtim iſta confunduntur: vnde ab origines ſunt, id eſt, homines ſine aliqua certa origine.

Deus quare iuſſerit in Veteri Teſtamento obſeruari tribuum diſtinctionem, & non in Nouo Teſtamento. Quaſt. XII.

CAusa autem propter quam Deus iuſſerat in Veteri Teſtamẽto obſeruari diſtinctiones tribuum, & familiarum idq. in poſſeſſionibus ſuis, ne aliquo modo commiſcerentur, fuit propter Chriſtum naſciturum de ſemine Iudæorum, vt cognoſceretur manifeſtè, de qua tribu erat, & de qua familia: nam dictum fuerat de eo ꝙ eſſet naſciturus ex tribu Iuda. Si autem non fuiſſet obſeruata iſta cautela de non confundendis poſſeſſionibus, neſciretur de qua tribu fuiſſet: & iſto modo Iudæi vel alij recuſaſſent eum recipere in Meſſiam: quia dubitaſſent an in eo compleretur, quod erat dictum de Meſſia per Prophetas, ſcilicet, quòd eſſet naſciturus ex tribu Iuda. Etiã obſeruabatur inter Iudæos differentia inter familias, ita vt ſciretur de qua familia quilibet eſſet: & propter hoc oportebat etiam conſiderari in Chriſto, de qua familia eſſet: nã dictum fuit quòd eſſet naſciturus ex ſemine Dauid. hoc autem iam pertinebat ad familiam; & non ad tribum: ideo ſi ſolum ſciretur diſtinctio tribuum per ſortes, & non familiarum, non poſſet ſciri de Chriſto an eſſet de ſemine Dauid, quanquam ſciretur, ꝙ erat de tribu Iuda; oportuit ergo etiam diſtingui ſortes propter familias, vt ſciretur de quolibet, de qua familia eſſet.

In Nouo autem Teſtamento non iuſſum eſt hoc, quoniam iam non erat Chriſtus venturus: ideo nihil referebat, quòd cognoſcerẽtur familiæ, vel tribus, vel quòd non cognoſcerentur, potiſſimè quia in Nouo Teſtamẽto non erat aliquod genus determinatum, vel aliquod caput progeniei, à quo omnes deſcenderent, & inde aſſumerent aliquam diſtinctionem tribuum, vel familiarum, ſicut fuit in Iudæis: omnes enim illi deſcenderunt de tribu Iſrael, ſcilicet, ab ipſo Iacob, & inde diſtincti ſunt per familias: & iſta diſtinctio fuit ſemper poſtea obſeruata. In Nouo autem Teſtamento non poterat hoc obſeruari: quia in illo receptæ fuerunt omnes gentes, quæ non habebant vnum caput; neç habebant certitudinem cognationum: ſed potius multæ earum erant iam ab origines, id eſt, ſine determinatione certæ cognationis: ideo in his nihil poterat tale obſeruari.

Item, non poterat hoc fieri: quia in Iudæis obſeruabatur diſtinctio familiarum & tribuum per ſortes hereditatum, quas habebant diſtinctas, ita quòd non erat aliquis de Iudæis, qui in ſorte ſua & familia nõ haberet aliquam hereditatem à ſuis progenitoribus, ſecũdum quam cognoſceretur de qua tribu & progenie eſſet. In conuerſis autem ad Chriſtum, non erat ſic: quoniam non habebant poſſeſſiones in locis determinatis, & ſecundum determinatas cognationes: ideo in eis non poterat fieri talis obſeruatio, potiſſimè, quia etiam ſi fieret iſta diſtinctio cum magno labore, tamen ad nihil profuiſſet, quia non erat aliquid quod per eam inueſtigaretur. *Et vnuſquiſque rediet ad familiam priſtinam*, id eſt, vnuſquiſque reuertetur ad priorem cognationem.

An inter Iudæos fuiſſent aliqui exules, & de pœnis quæ imponebantur inter Iudæos pro quibuſcumque criminibus. Quaſt. XIII.

DIcit Nicolaus, & alij, quòd hoc intelligitur de exulibus, & de ſeruis. Primò patet de ſeruis: quoniam ſi aliquis ſeruus de Iudæis non fuiſſet liberatus in ſeptimo anno remiſſionis, quia volebat ſecum

abducere filios,& vxorem,in anno Iubilæi liberabatur:& tunc dicebatur redire in ſuam cognationem, quia dum ſeruus fuit,non erat ſui iuris, nec gignebat filios ſibi, ſed domino ſuo,vt patet Exo.21.cap. & propter hoc non poterat abducere eos ſecum in anno ſeptimo remiſſionis; in anno autem Iubilæo dicebatur redire ad familiam ſuam, quia iam erat ſui iuris, & filij quos genuerat erant liberi. Item dicit hoc intelligendum eſſe de exulibus, quòd iſti redirent ad cognationem ſuam in anno quinquageſimo: nec tamen intelligitur hoc de illis,qui erãt exules pro homicidio voluntario: quoniam iſti non redibant in terram ſuam hoc tempore,ſicut infra dicetur. Sed dicendum eſt, quod non poteſt intelligi de his,ſcilicet, nec de ſeruis,nec de exulibus. Primò patet de ſeruis: quoniam de illis infra dicit, quòd liberabantur in anno Iubilæo, & tamen non dicitur, quòd redirent in ſuam familiam, potiſſimè,quia dicitur hic,quòd redibit homo in familiam priſtinam:ergo videtur, quòd tunc non erat in familia illa: ſerui tamen non habent aliquid ſecundum quod perdant familiam,quia ex hoc,quòd efficiuntur ſerui,non perdunt aliqua iura cognationis, ergo ſerui non propriè redibant in familiam,ex eo,quòd ſerui fuerant. Etiam non intelligitur hoc de exulibus, quòd redirent in familiam priſtinã: nam in illud quis redire dicitur, quod aliquando perdidit: exules autem nunquam perdiderant familiam propter id quod eſſent exules, ſed quod perdidiſſent terram: ideo deberet dici de eis,ꝙ omnis homo redibit in terram ſuam,ſcilicet, omnis homo exul, ſed non,quòd redibit in familiam priſtinam, cum illam non perdiderit per exilium. Item ſi hoc intelligeret de exulibus,aut intelligeretur de illis qui erant exules voluntarij, ſcilicet, qui confugerant in aliquam ciuitatem refugij propter aliquod homicidium caſuale, quod patrauerant; aut intelligitur de aliquibus aliis exulibus. Non poteſt autem dici,quòd intelligatur de primis, quia illi non redibant ad terrã ſuam in Iubilæo,ſed ſolum quando moreretur Summus Sacerdos, in cuius tempore factum fuit homicidium, ſiue moreretur ante Iubilæum,ſiue poſt, vt patet Numer.25.cap. cum dicitur: Et inducetur per ſententiam in vrbem, ad quam cõfugerat:manebitq. ibi donec Sacerdos Magnus, qui vnctus eſt oleo ſancto,moriatur:poſtquam autem ille obierit,homicida reuertetur in terrã ſuam: exules, & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes ſuas reuerti poterunt. Si autem dicas, quòd intelligatur de aliis exulibus, non poteſt hoc ſtare: quoniam nulli alij exules erant.Non enim legitur in Veteri Teſtamento,quòd aliquis exulare poſſet;nec etiam aliqua talis pęna erat, quoniam ſi contra aliquem Iudæum ageretur in iudicio, aut agebatur purè ciuiliter,aut aliquo modo criminaliter. Si agebatur purè ciuiliter, non poterat condemnari ad exilium, quia exilium pęna criminis eſt; ſi autem agebatur criminaliter, aut agebatur pro aliqua vulneratione, aut percuſſione, vel morte illata alicui, aut agebatur pro aliis delictis. Si agebatur pro percuſſione,vel morte,non infligebatur exilium: nam pro percuſſione dabatur percuſſio, ſecundum legem talionis,oculum pro oculo,dentem pro dente, fracturam pro fractura, vt patet Exo.21.cap. & præcedenti cap. Si autem aliquis alterum occidiſſet, vel nihil patiebatur,vel occidebatur ſecũdum diſtinctionem, quæ habetur Exo.21.cap. Si autem aliquis peccaſſet aliis delictis;aut illa erant delicta magna contra Deum,vt colere Idola; vel non obſeruare feſtiuitates; aut prouocare alteros ad colendum Idola, & is occidebatur per lapidationem,vt habetur ſupra 19.c. & Deut.13. & 17.capp.de non obſeruantibus Sabbatum habetur Num.15.c. idem etiam de illis fiebat qui falsè prophetabant, quoniam lapidabantur,vt habetur Deut.13.& 18.c. Si autem aliquis feciſſet aliquod aliorum delictorum,quæ non erant directè in Deum,aut ille qui delinquebat erat dignus morte, aut non: ſi erat dignus morte, & non eſſet determinatum genus mortis in aliquo loco legis Moyſi,vel niſi Deus expreſſe determinaſſet, furca ſuſpendebatur, vt hr̃ Deuter. 21.cap.Si autem delictum illud non eſſet dignum morte, delinquens flagellabatur proſtratus coram Iudicibus, vt patet Deuter.25.cap.Sic patet de illo,qui dixit ſe non inueniſſe vxorem ſuam virginem, & tamen erat virgo,quo-
F niam flagellabatur,& condemnabatur in pecunia;vt habetur Deuter.22.c. Et ſic in nullo iſtorum caſuum poterat eſſe exilium;ideo non poteſt intelligi iſta littera,quòd exules redirent ad familiam priſtinam anno Iubilæi,ſ. ꝙ redirent in terram ſuam. Sed intelligendum hoc de illis qui vendiderant poſſeſſiones ſuas,ſcilicet,ꝙ illi redirẽt ad familiam ſuam,& ad poſſeſſionem ſuam. Nam Iſraelitæ habebant familias,& tribus diſtinctas,& certitudo atque diſtinctio iſtarum tribuum, & familiarum erat per ſortes poſſeſſionũ, aſſignatas tribubus, & familiis, & ſic qui habebat poſſeſſionem, quæ pertinebat ad tribum Iuda, vel Beniamin, de eadem erat. in qualibet autem iſtarum tribuum erant plures familiæ, & quælibet earum habebat determinatas poſſeſſiones: ideo qui haberet partẽ in poſſeſſione alicuius familiæ,dicebatur eſſe de illa familia;qñ G autem aliquis vendebat poſſeſſiones ſuas alteri, iam non habebat aliquid, ſecundum quod maneret in aliqua tribu,vel familia,cum diſtinguerentur familię,& tribus per ſortes poſſeſſionũ, & toto tempore, quo poſſeſſio alicuius erat vendita, per quam ipſe pertinebat ad familiam, vel tribum,quanquam ipſe ſemper eſſet de aliqua familia,& tribu,tamen dicebatur manere extra familiam,& tribum ſuam. Cum verò aliquis rediret ad poſſeſſionem ſuam, habebat id, per quod erat de aliqua familia, vel tribu, ideo dicebatur tunc redire ad familiam priſtinam, & ad tribum: ſed in anno Iubilæi hoc fiebat: quoniam vnuſquiſque redibat ad poſſeſſiones ſuas, quas olim vendiderat, ideo dicebatur redire ad familiam priſtinam. Et ſic pro eodem accipitur redire in poſſeſſionem, vel redire in familiam,cum ſit familia propter poſſeſſionem; & ſic ac-
H cipit littera pro eodem, cum dicit: Reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam, & vnuſquiſque ad familiam priſtinã. *Quia Iubilæus eſt, & quinquageſimus annus.* Iſta eſt cauſa prædictorum, ſcilicet, quod in quinquageſimo anno erat hoc priuilegium, quòd vnuſquiſque rediret ad poſſeſſionem,quam olim vendidiſſet, ideo redire debebant. Dicitur autem, quòd eſt Iubilæus,& quinquageſimus annus,hoc enim idẽ eſt: ſed vocatur Iubilæus propter buccinam, qua clangebatur ante annum illum; & vocatur quinquageſimus propter numerum, quia vnus Iubilæus diſtabat ab alio per quinquaginta annos.

Litera expoſitio.

Quare Iudæi non obſeruent nunc annum Iubilæi, cum obſeruent multas alias feſtiuitates,& cæremonias Veteris Teſtamenti. Quæſt. XIIII.

I CIRCA hoc quæreret aliquis, quare Iudæi non obſeruent nunc annum Iubilæi? nam multas feſtiuitates obſeruant,& cæremonias.Nec valet ſi aliquis dicat,quòd non obſeruatur,quia in eo fiebant ſacrificia,& aliæ cæremoniæ, quæ determinabant ſibi locum Sanctuarij, & nunc,quia non ſunt in terra promiſſionis, in qua eſt Sanctuarium, non poſſunt hoc obſeruare. falſum enim eſt, quia non determinabantur aliqua ſacrificia, vel cærimoniæ pro anno iubilæi, quæ non poſſent obſeruari extra locum Sanctuarij,ſicut apparet hic: ſed ſolum erant actus, qui vbique fieri poterant,ſcilicet, remittere ſeruitutes,& alienationes factas, & facere fructus terræ communes. Item dato, quòd iubilæus ſibi determinaret aliqua ſacrificia,& cæremonias, quæ ſolum fieri deberẽt in Sanctua-
K rio;tamẽ adhuc poterat obſeruari à Iudæis hic, omittendo cæremonias illas, quæ requirebant determinationem loci Sanctuarij:ſicut patet de omnibus feſtiuitatibus,quas nunc Iudæi obſeruant: nam obſeruant dies Azimorum, ſed non immolant in eis agnum Paſchalem, qui tamen immolabatur ſemper in terra promiſſionis in hac feſtiuitate;ita etiam in aliis feſtiuitatibus, quoniam in omnibus iubebatur offerri ſacrificiũ aliquod, ſicut apparet Num. 28.& 29.c.& tamen relictis illis ſacrificiis, obſeruant Iudæi feſtiuitates: ita ergo deberet fieri de Iubilæo,ſed non fit: ideo oportet aſſignari aliam cauſam. Ideo dicendum eſt,ꝙ Iudæi non obſeruant nunc Iubilæum,quoniam ceſſat cauſa obſeruationis: fiebat enim iſta obſeruatio, ne confunderentur tribus, & familiæ,& poſſeſſiones earum, quæ erant aſſignatæ certis tribubus, & familiis, per quas diſtinguebantur.Nunc autem Iudæi non habẽt illas poſ-

ſeſſiones,

A ſeſſiones, per quas diſtinguuntur familiæ, & tribus eorum, quia illæ ſolum erant in terra promiſſionis, nunc autem vagi ſunt Iudæi, extra terram illam: ergo non habent aliquid, propter quod faciant Iubilæum; quia dato, ꝙ Iudæi nunc facerent Iubilæum, remittentes cōmunes alienationes factas in anno quinquageſimo, non rediret homo ad familiam ſuam priſtinā, ſicut littera ibi dicit, quia iſta poſſeſſio quam nunc Iudæi habent, non pertinet magis ad vnam tribum quam alteram, nec familiam: cū non ſit à Dño aſſignata. Quòd aūt iſta fuerit intentio faciendi Iubilæum, vt non confunderentur ſortes tribuū, & familiarum, patet: quia propter hoc mandauit Deus, vt mulieres acciperent viros de tribu ſua, ne cōfunderentur ſortes, vt habetur Numer. 36. cap. cum dicitur: Quas ſi alterius tribus homines vxores acceperint, ſequetur poſſeſſio ſua, & tranſlata ad aliam tribū de noſtra hereditate minuetur, atque ita fiet, vt cum Iubilæus, id eſt, annus quinquageſimus remiſſionis aduenerit, confundatur ſortium diſtributio, & aliorum poſſeſſio ad alios trāſeat; & poſtea dicitur: Omnes viri ducent vxores de tribu, & cognatione ſua, & cunctæ feminæ de eadem tribu maritos accipient, vt hereditas permaneat in familiis, nec ſibi miſceātur tribus, ſed ita maneant, vt à Domino ſeparatæ ſunt. *Non ſeretis.* In iſta parte ponūtur cōditiones anni Iubilæi, in quantum concordat cum anno remiſſionis. Dicebatur enim in anno remiſſionis, ꝙ agri non ſererentur, & vineæ non putarentur: quia erat annus requietionis terræ; ita dicitur de anno Iubilæi, quòd in eo non ſeretur, nec putabitur, nec fient alij labores agriculturæ. Cauſa autem quare non fierent iſta, eadem eſt, quæ erat in anno remiſſionis, quæ poſita ſupra fuit. Et ex hoc inducitur, quòd non ſit annus Iubilæus in vltimo anno ſeptimæ hebdomadæ, ſcilicet, in quadrageſimonono, quoniam ille annus erat remiſſionis, cum eſſet ſeptimus in ſeptima hebdomada, & annus ſeptimus ſemper erat annus remiſſionis. Si tamen accidiſſet Iubilæus ſemper in anno quadrageſimonono, eſſet idem annus Iubilæi, & remiſſionis: & tunc ſuperfluum eſſet, quòd diceretur in anno Iubilæi non debere meti, nec coli agros, cum hoc ex conditione anni remiſſionis fieret. ſed hic poſitum eſt tamquam ad aliquam neceſſitatem, ergo non eſt idem annus Iubilæi, & remiſſionis. & conſequenter eſſet annus Iubilæi quinquageſimus, & non quadrageſimus nonus, qui erat annus remiſſionis. *Neque metetis ſponte in agro naſcentia.* Non eſt intelligēdum, quod nullo modo Iudæi colligerent ea, quæ naſcebantur in agro anno illo, cum immediatè dicatur cōtrarium, ſcilicet: Statim oblata comedetis; ſed eſt ſenſus, quòd non colligerent ſegetes agrorum in anno illo, ſicut in aliis annis, cum totaliter colligebant pro ſe, ſed quòd colligerent particulam ad neceſſitatem ciborum, ſicut dicebatur de anno remiſſionis. *Et primitias vindemiæ non colligetis.* id eſt, non colligens vuas primas in modum vindemiæ: ſicut ſupra dicebatur de anno remiſſionis, ſcilicet, & vuas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam. Non enim prohibetur collectio vuarum primitiarum, ſed quòd non colligantur in modum vindemiantium. & ſic dicitur, primitias vindemiæ, id eſt, primitias in modum vindemiæ: nam ſi intelligerentur, quòd non colligerentur primitiæ vindemiæ, ſequeretur, quòd nihil poſſet intelligi, quoniam nihil poteſt colligi niſi primum aliquid colligatur, cum nunquam fiat initium à ſecundis, vel tertiis. Alio modo poteſt intelligi nōn colligetis primitias vindemiæ, id eſt, non colligens primas vuas, quæ vindemiari poſſunt, ſed permittetis eas pauperibus, vt ipſi primo colligant, deinde vos colligatis. Iſte ſenſus multum apparet ex littera; ſed prior rationabilior eſt, & magis cōcordat ſuperioribus. Alio modo poteſt intelligi, non colligens priminas vindemiæ, i. non colligetis primas vuas ad faciendum vinum, ſed poteritis colligere eas ad cibum. & iſte ſenſus multum cōcordat ei quod immediatè dicitur. ſ. ſed ſtatim ablata comedetis, & quamquam alij ſenſus ſint ſatis veri; tamen iſte & primus magis concordant litteræ. *Ob ſanctificationem Iubilæi.* id eſt, facietis hoc propter ſanctitatem anni Iubilæi: nam in aliis annis colligitis vuas ad faciendum vinum pro vobis, nunc autem in anno Iubilæi non colligetis ſic; vt ſint vobis in cibum, & pauperibus. *Sed ſtatim oblata comedetis*, id eſt, non debetis facere vinum de vuis in anno iubilæo: ſed comedebantur ſolum in modum fructuum, & ſic paucitas vuarum ſufficiebat illis. Si autem feciſſent vinum, omnes vuas collegiſſent; & ſic dicitur: Sed ſtatim oblata comedetis, id eſt, immediatè, vt abſtuleritis vuas de vineis comedetis, non expectantes vt inde faciatis vinum. Et hoc idem intelligitur de ſegetibus, ꝙ non deberent eas domini metere, ſed auferre aliquid de eis ad dādum animalibus, vel vt ipſi faciant inde polentam; cetera autem maneant pauperibus, vt ipſi colligentes deferant ad faciendum panes ex illis. *Anno iubilæi redient omnes ad poſſeſſiones ſuas.* Hic repetitur quod ſupra dictum fuit, ſcilicet, quòd in anno remiſſionis omnes Iudæi, qui vendiderant poſſeſſiones, redirent ad eas, ita quòd illi qui emerant,
B reſtituerent eas ipſis nullo dato pretio; & ponitur hoc tanquam principium eorum, quę infra dicuntur, vbi agitur de modis venditionum, & redditionum.

Quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contriſtes fratrē tuum, ſed iuxta numerum annorum iubilæi emes ab eo, & iuxta ſupputationem frugum vendet tibi. Quanto plures anni remanſerint poſt iubilæum, tanto creſcet & pretium: & quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio conſtabit. Tempus enim frugum vendet tibi. Nolite affligere contribules veſtros: ſed timeat vnuſquiſque Deum ſuum: quia ego Dominus Deus veſter. Facite præcepta mea, & iudicia cuſtodite, & implete ea, vt habitare poſſitis in terra abſque vllo pauore, & gignat vobis humus fructus ſuos, quibus veſcamini vſque ad ſaturitatem, nullius impetum formidātes.

C *Quando vendes quippiam.* Hic ponitur pars incidentalis, in qua ponuntur duo incidentia circa ſupradicta: Nam dictum fuerat, quòd in anno iubilæi redibant omnes ad poſſeſſiones ſuas; & ponuntur duo incidentia. Primum erat, quia dictum fuerat, quòd in anno iubilæi rediret quilibet ad familiam, & poſſeſſionem ſuam; ponitur prouiſio de hoc, ſcilicet, quòd quando fieret venditio, nunquam excederet annum iubilæum. Etiam dictum fuerat ſuprà, quòd in anno remiſſionis non ſereretur ager, nec putaretur vinea, nec fructus colligerentur: ideo ponitur incidens prouiſiuum circa hoc, ſcilicet, quid faciendum eſſet in anno ſeptimo, & octauo, quando non ſererebatur, nec eſſent fruges. & circa hoc ponuntur tria. Primò, ponitur modus venditionis in generali. Secundò, modus prouiſionis anni ſeptimi, &
D octaui. Tertiò, reuertitur ad modum venditionis in ſpeciali. Secunda ibi: *Quòd ſi dixeritis.* Tertia ibi: *Terra quoque.* Circa primum dicitur: *Quando vendes quippiam ciui tuo.* Hic ponitur de modo venditionis faciendæ inter Iudæos, ſcilicet, quòd non eſſet venditio illa ſicut inter alias gentes. Nam in aliis fiebat venditio ſimpliciter, inter Iudæos autem quæcumque res venderetur, non poterat vendi ſimpliciter, ſi ad Hebræos pertinens eſſet, ſed vendebatur vſque ad annum iubilæum; deinde autem redibat res illa ad priorem poſſeſſorem, & ſic non vendebatur res pro tanto pretio quantum valeret, cum non venderetur ad omne tempus, ſed pro parte pretij, & contingebat, quòd aliquando res eſſet magno tempore vendita, & aliquando paruo. Quantumcumque enim eſſet tempus magnum venditionis, non
E poterat excedere annos quadragintanouem, quia etiam ſi venderetur prima die poſt iubilæum, cum reditura eſſet ad priorem dominum in ſequenti iubilæo, & inter iubilæum, & iubilæum ſolum intercidant anni quadragintanouem, in illis annis eſſet vendita; immediatè autem erat dies prima anni iubilæi, & iam ibi res ad dominum priorem redibat. Minores autem venditiones poterant fieri multipliciter: nam quædam per valde paucum tempus, vt per annum, vel duos annos, aliæ autem per maius, ſecundum quòd tempus emptionis, & venditionis diſtaret à iubilæo. Et dicitur, quādo quippiam vendes, non intelligitur hoc de omnibus, quæ venduntur, vel emuntur: nam tunc omnia, quæ poſſidentur eſſent incerta, & non poſſet dari omnibus conueniens modus viuendi. Nam non poteſt aliquid habere homo niſi emēdo, vel vendendo, vel aliquo modo commutando; & tunc

Quæ fuerit intentio inſtituendi Iubilæum.

Cōditiones anni Iubilæi.

Triplex litteræ expoſitio.

Modus venditionis faciendæ inter Iudæos, tā de immobilibus quam mobilibus.

F teneretur aliquis omnia quæ poſſidet, reddere aliis, & non poſſideret, quia plurima eorum, quæ vendita ſunt, & empta, in tanto tempore quantum eſt vſque ad Iubilæum, pereunt, & non poſſent reduci ad dominum priorem, nec tamen erant adhuc reducendæ res, quæ poſſidentur ad priores dominos, quamquam ſuperſint, ſi mobiles ſint. In quo conſiderandum eſt, quòd intelligitur iſta littera de bonis immobilibus, quæ vendebantur: nam ſicut in ſuperioribus dictum fuit, ſicut in omnibus aliis gentibus venditiones fiebant in æternum, & omnes res vendebantur ſimpliciter, ita inter Iudæos fieri debebat, niſi Deus voluiſſet aliquid ſpeciale in eis agere, ſcilicet, tenere certitudinem diſtinctionis in tribubus, & familiis. Hoc autem ſicut ſupra declaratum fuit, non poterat haberi niſi per res poſſeſſas: ideo imperatum fuit, vt poſſeſſiones, quæ pertinebant ad vnam tribum, vel familiam, G etiam ſi venderentur, nō manerent in æternum venditæ, ſed redirent in Iubilæo ad tribus, vel familias, quarum erant, vt ſic non confunderentur diſtributiones ſortium, & familiarum, & tribuum. Nunc ergo iſta lex teneri debebat in bonis illis, quæ erant ad diſtinguendum tribus, vel familias; & diximus, ꝙ non poterat cognoſci tribus, vel familia per hominē, quia quilibet homo mobilis eſt, cognitio autem certa debet ſe habere per immobile, ideo neceſſe erat, vt per bona immobilia fieret iſta diſtinctio: nam bona immobilia manent in certis locis, & illa poſſidentur ab hominibus certæ tribus, vel familiæ. ideo ſi dicatur, quòd illa non poſſideantur niſi ab hominibus determinatæ tribus, vel familiæ, cognoſcentur homines ad quam tribum pertinent, vel familiam, per hoc, ꝙ habent talem, vel talem poſſeſſionem. Ideo iſta lex de reducendo H poſſeſſiones dominis prioribus tenet in bonis immobilibus, in bonis tamen mobilibus non tenet, quoniam per ea non poteſt haberi aliqua determinatio, vel certitudo de tribu, vel familia. Sicut.n. homo, quia mobilis eſt, & poteſt eſſe in quocumque loco voluerit, non cognoſcitur per ſe de qua tribu ſit, ita neque cognoſceretur per bona mobilia, quæ poſſidet, quia illa in quolibet loco eſſe poſſent, quod tollit diſtinctionem, & certitudinem. Ideo enim bona immobilia diſtinguere poſſunt tribus, & familias, quia in certo loco manent, & inde nūquam mouentur, de mobilibus autem econtrario eſt: ideo iſta lex non intelligitur de illis, ſed quomodocumque Iudæi venderent iſta bona mobilia, venditio illa manebat in æternum, ſiue res venditæ ſupereſſent tempore Iubilæi, ſiue non. *Ciui tuo, vel emes ab eo*. Hic innuitur in quo intelligatur iſta lex, & I dicitur, quòd in omnibus. & non vocantur hic ciues omnes qui morātur in eadem ciuitate, ſed ſolum illi qui ſunt Iudæi ex genere, alij autem qui conuertebantur de Gentilitate ad Iudaiſmum, quamquam per centum annos aut plures ipſi, & poſteri eorum manerent in aliqua ciuitate, nunquam erant ciues, ſed ſemper vocabantur aduenæ.

Textus de quibus bonis intelligatur.

Qui fuerint ciues inter Iudæos, & quomodo conuerſis ad Iudaiſmum non communicabantur omnia priuilegia Iubilæi, & anni remiſſionis. Quæſt. XV.

CAVSA huius eſt: quia ſecundum quòd ait Ariſtot. in 3. Politic. multitudo ſeruorum, & banauſorū non facit ciuitatem, ſed communitas participantium legi & principatui loci illius, in quo eſt. de Gentilibus autem K conuerſis ad Iudaiſmum non erat ſic, quia quamquam participarent legi, quantum ad ea quæ facere debebant, & patet, ſicut dictum fuit præcedenti capite, ſcilicet, æquum iudicium inter vos ſit, ſiue ciuis, ſiue peregrinus peccauerit: tamen non participabant principatui, quia conuerſis non dabantur dignitates in populo, vel officia, aut quidquid dicat aliquam excellentiam, ſicut declaratur Deuter. 23. c. Iudæis autem ex genere iſta duo erant, ſ. participare legi, & principatui, ideo totaliter erant ciues. Et ſic dicitur, ꝙ iſta lex tenet, quando emptio, vel venditio facta eſt inter ciuem, & ciuem, i. inter Iudæum & Iudæum ex genere; non poterat tñ eſſe inter Iudæū, & conuerſum de Gentilitate ad Iudaiſmum. Sed ſciendum, quòd non ponitur hic iſta regula ad excludendum conuerſos de Gentilitate, tanquam cum ipſis poſſit fieri aliquis talis contractus: nam iſta lex ſolum eſt quantum ad venditorem, ſcilicet, ꝙ non grauetur ipſe ab emptore detinendo rem venditam vltra tempus Iubilæi. Sed cōuerſi ad Iudaiſmum non poterant vēdere aliquas poſſeſſiones ad inuicem, vel Iudæis, quia ipſi nihil horum habebant: nā tota terra promiſſionis erat diſtributa Iudæis per ſortem: & illæ poſſeſſiones quomodocumque venderentur, ſiue Iudæis, ſiue conuerſis de Gentilitate, non poterāt manere apud eos, niſi vſque ad annum Iubilæum. Cum ergo conuerſi ad Iudaiſmum, nō poſſent habere aliquam ſortem inter Iudæos, non poterant poſſidere, niſi Iudæi venderent eis illa bona poſſeſſa, & tūc non poterant permanere apud eos niſi vſque ad Iubilæum. Ergo nullo modo poterant conuerſi ad Iudaiſmum vendere aliqua bona immobilia, & ſic non intelligitur iſta lex de illis, ſcilicet, quòd ipſi venderent. Hoc namque generale erat, quod conuerſi ad Iudaiſmum quandocumque diuites eſſent, non poterant poſſidere nec vnum palmum terræ in terra promiſſionis, etiam ſi pro illo dare vellent quidquid haberent, quia non poterat aliquis Iudæorum vendere Gentilibus poſſeſſionem ſuam ad ſemper, vel conuerſis ad Iudaiſmum, aut filiis conuerſorum. Ideo quanquam conuerſi inter Iudæos poſſent eſſe diuites inter Iudæos, tamen non poterant eſſe in bonis immobilibus, ſed ſolum in pecuniis, & rebus mobilibus. Lex ergo iſta non expreſſit hoc debere ſeruari inter ciuem, & ciuem, id eſt, inter Iudæum, & Iudæum, tanquam fieri poſſet inter Iudæum, & conuerſum, & fieri vetaretur. Sed ideo prohibuit de non ciuibus: quia alia priuilegia anni Iubilæi, & remiſſionis, quæ eis communicari poterant, non communicabantur, ſcilicet, quòd remitterentur eis debita, ſicut remittebantur Iudæis in anno ſeptimo, & iubilæi: nam Iudæis ad inuicem remittebatur omne debitum contractum ex mutuo in anno ſeptimo remiſſionis, vel in iubilæo, ita vt non poſſet repeti ab eo; Gentilibus tamen non remittebatur, nec cōuerſis ad Iudaiſmum, ſed etiam poſt annum remiſſionis repeti poterat quodcumque debitum, ſicut patet Deuteron. 15. capite. Idem erat quantum ad ſeruitutes, quia in anno ſeptimo Iudæi liberabantur aliqualiter à ſeruitute, in anno autem iubilæi liberabantur totaliter, ſed conuerſi ad Iudaiſmum, vel filij ipſorum nunquam liberabantur, ſiue annus ſeptimus, ſiue iubilæus veniret, ſed manebant ſerui hæreditarij vſque in æternum; & ſic non habebant conuerſi ad Iudaiſmum aliquod priuilegium anni remiſſionis, vel iubilæi. *Ne contriſtes fratrem tuum*. Hoc refertur ad emptorem, qui contriſtare poterat venditorem, ſi detineret ei rem venditam vltra tempus legis; emptores autem non poterant contriſtari aliquo modo, quia lucrum eis cedebat, & eſt ſenſus, ne contriſtes fratrem tuum, id eſt, quando emeris aliquam poſſeſſionem à fratre tuo, nō contriſtes eum volendo ei detinere poſſeſſionem vſque in æternum, ſicut aliæ gentes faciunt, ſed reddas ei in iubilæo. Vocantur autem hic fratres Iudæi ad inuicem, qui ſunt ex genere Iſrael, conuerſi autem ad Iudaiſmum, non vocantur fratres; Sic patet infra cum dicitur: Seruus, & ancilla ſint vobis de nationibus, quæ in circuitu veſtro ſunt; aut de aduenis. Et poſtea ſubditur: Fratres autem veſtros filios Iſrael ne opprimatis. Et iterum diſtinguitur ibidem fratres, & aduenæ, cum dicitur: Si inualuerit apud vos manus aduenæ, & peregrini, & attenuatus frater tuus, &c. ſic habetur Deuteronom. 15. cap. cum venditus fuerit tibi frater tuus Hebræus, aut Hebræa. Sic quoque Deuteronom. 24. cap. & in multis aliis locis. *Sed iuxta numerum annorum iubilæi emes ab eo*, id eſt, non contriſtabis fratrem tuum volendo ei emere res ſuas, vel iam venditas detinere in æternum, ſed ſolum emes iuxta numerum annorum vſque ad Iubilæum, id eſt, ſi tempus magnum manſerit ab eo tempore, quo tu emeris poſſeſſionem fratris tui, vſque ad iubilæum, pro vnico tempore erat venditio. Si autem pauci anni reſtabant, pro paucis annis venditio fiebat, ita tamen, quòd nunquam excederet venditio tempus iubilæi, & hoc erat eſſe venditionem iuxta numerum annorum iubilæi.

Quare Iudæi volebant aliquid emere in rebus immobilibus, cum iſta venditio non maneret in æternum. Et quid vtilitatis conſequebatur emptor ex tali emptione, quæ magis locatio dici poteſt. Quæſt. XVI. A

SED diceret aliquis quare Iudæi volebãt aliquid emere in rebus immobilibus, cum iſta venditio non maneret in æternum? Reſpondendum eſt, quòd Iudæi poterant habere vtilitatem ex talibus emptionibus. Pro quo intelligendum, q̃ iſte qui vendebat rem, aut volebat eam redimere ante iubilæum, aut non. Si redimebat eam ante iubilæum, emptor nihil vtilitatis cõſequebatur, quia non faciebat fructus ſuos, ſed ſolum computabantur in ſortem deductis laboribus, & dabat inſuper ille, qui vendebat, partẽ pretij recepti ſuper fructus, quouſque compleretur totum pretium, & ſic reſtituebatur poſſeſſio vẽ- B dita domino ſuo. Si verò non redimeret venditor ante iubilæum rem vẽditam; in iubilęo redibat res ad eum nullo dato pretio, & tunc poterat conſequi aliquam vtilitatem emptor, quoniam fructus poterãt maiores eſſe quam ſors, & quanquam ſuperceſcerent, non tenebatur reſtituere eos venditori; Hoc autem expectabant omnes emptores, ideo emebant; Primò autem modo nihil vtilitatis conſequi poterãt. Circa hoc ſciendum eſt, quod apud Iudæos poſſeſſiones non propriè vendebantur, ſed locabantur, quia vſque ad tempus certum ſolũ manebat ille contractus; & propter hoc quandocumque aliqua res vendebatur, æſtimandum erat quãtus erat valor maximus eius. Nam ſicut inter nos, quia pura venditio eſt, & ad omne tempus, æſtimatur quantum res maximè valere poteſt, ita inter Iudæos, maximum quod res valere poterat, erat C pretium, quod daretur pro illa ab vno iubileo, vſque ad aliud iubilęum, quia hoc erat tempus longiſſimæ venditionis. Si ergo æſtimaretur de aliqua re, quòd ipſa vendita ab anno Iubilæi vſque ad alterum annũ iubilæi valeret mille, ſi vẽderetur decem annis poſt annum iubilæum valebat octingẽta, quia ſicut ſubtrahitur decima pars tẽporis, ita ſubtrahenda eſt decima pars pretij. & ſi vẽderetur triginta quinque annis, poſt Iubilæum, deberet vendi pro quingentis, quia ſicut ſubtrahitur medietas temporis, ita medietas pretij, & ſic de omnibus aliis differentiis temporum, ſiue magno tempore, ſiue paruo, res ante iubilęum venderetur, ſemper .n. erat taxandum pretium cum tempore. Iſta etiam taxatio proficiebat ad hoc, ſi vellet venditor ante tempus Iubilęi redimere poſſeſſionẽ ſuam, quia ſecundum hoc deberet æſtimari, quantum de pre- D tio deberet dare venditor pro re empta, quoniam non debebat totum quod ſuſceperat. *Et iuxta ſupputationem frugum vendet tibi.* Iſta eſt expoſitio ſuperioris, dicit. ſ. quod non vẽdatur res ſimpliciter, ſed iuxta ſupputationem frugum, id eſt, pro omnibus illis annis, in quibus percipi poterant fructus vſque ad iubilęum. fiebat enim hoc ſicut in locatoribus, qui quanto maiori tempore locant, maius pretium habẽt. Inter Hebræos autem maximum tempus venditionis huius, quæ videtur eſſe locatio, erat vſque ad iubilęum, ideo debebant æſtimari fructus, quantum valerent vſque ad Iubilęum, & quia inter Iubilęum, & iubilęum erant quadraginta nouem anni percipiendi fructus, computabatur quantum valerent iſtæ perceptiones quadraginta nouem annorũ, & poſtea quocumque tempore inter iubilęum, & iubilęum fieret venditio rerum, E computabantur anni percipiendorum fructuum, & ſecundum hos diminuebatur de pretio totali rerum, quod erat ſi venderentur de iubilęo vſque ad iubilęum, & ſecundum hoc dabatur magis aut minus pro re ſecundum æſtimationem annorum, in quibus debebant percipi fructus. Et q̃n hic dicitur de ſupputatione annorũ frugum, non ſolum intelligitur de frugibus, ſed etiam de omnibus aliis fructibus: Idem fiebat in vinea ſi venderetur, idem quoque in rebus non habentibus fructũ, niſi ipſum vſum rerum, ſicut ſunt domus locatæ, in his etiam conſiderabatur tempus manens ad habitandũ, quia ſecũdum maioritatem temporis, vel minoritatem augebatur, vel diminuebatur pretiũ. *Quanto plures anni remanſerint poſt iubilæum tanto creſcet, & pretium.* Determinatio ſuperioris eſt. ſ. q̃ pro maiori tempore annorum, in quibus poterant percipi fructus de re, daretur maius pretium, & quanto eſſet tempus minus, tanto daretur minus pretiũ, habita ſemper ratione ad totalem valorem rei, ſ. ſi venderetur ab vno iubilæo vſque in aliud. *Et quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio conſtabit.* id eſt, tanto minoris pretij erit res, quæ venditur, quanto tẽpus, in quo res vendita apud emptorẽ manere debet, minus eſt. Ratio huius manifeſta eſt: quia non fuit ſimpliciter vẽditio, ſed locatio. In venditionibus autem ſimpliciter factis, non conſideratur an maius, vel minus tempus ſit, quoniam res non venditur cum limitatione certi temporis, ſed in æternum. Dicitur autem, quod emptio tanto minoris conſtabit, id eſt, tãto minoris pretij erit. & accipitur ibi emptio pro re empta, quoniam emptio nihil conſtat. *Tempus enim frugum vendet tibi.* id eſt, quan- B documque aliquis tibi vendiderit poſſeſſionem ſuam, nõ vendit ſubſtãtiam rei, ſed tempus frugum, id eſt, ſed fruges, quæ percipi poſſunt illo tempore, quo res vẽdita manet apud emptorem. Et in hoc propriè aſſimilatur venditio facta inter Iudæos locationi magis quam venditioni, quia in venditione propriè dicta non venditur tempus percipiendi fruges, ſed ipſa ſubſtantia rei, cum omni eo, quod prouenit ex re; in locatione autem ſolum venduntur fructus rei, & non ipſa res; ſed hic dicitur de venditione, quæ erat inter Iudæos, quod in ipſa vendebatur tẽpus frugum, ergo magis erat locatio quàm venditio. Nec tamen poteſt dici, quod venditio, quæ erat inter Iudæos, totaliter eſſet locatio: Nam cũ alicui res locatur, ille qui eam conducit, non poteſt alienare, cum ſolum habeat ius percipiendi fructus ex re locata, pro tempore quo durat C locatio: ille tamen qui aliquid emebat inter Iudæos, plus iuris habebat in re, quoniam poterat eã vendere cuicumque vellet, & ſecundũ quod vellet, ſaluo tamen iure primi venditoris, ſ. quod in anno iubilæi rediret ad eum poſſeſſio ſua, ſicut reditura erat, ſi manſiſſet apud primũ emptorem. Et ſic patet ex prædictis, quod venditio, quæ fiebat inter Iudæos, non erat purè venditio, nec purè locatio, magis tamen accedit ad naturam locationis, quã venditionis propriè dictæ. *Nolite affligere contribules veſtros.* Hic admonet Deus emptores, ne affligant venditores volendo detinere res emptas extra tempus iubilæi: nam in hoc nimis affligerentur venditores, quia ſimpliciter carerent rebus ſuis. Et patet hic, quod ſupra dicebatur, intelligi iſtam legem de ſolis Iudæis: de conuerſis autem nequaquam: nam hic dicitur, quòd non affligant Iudæi D contribules ſuos. Dicuntur enim eſſe contribules illi, qui ſunt de eadem tribu, Gentiles autem conuerſi, non habebant aliquam vnitatem cognationis cum Iudæis, & ſic ſi Iudæi potuiſſent aliquid emere à Gentilibus conuerſis, non teneret iſta lex in eis, quoniam nõ erant de tribubus Hebræorum; nihil tamen ab eis immobile emi poterat, cum ipſi non poſſent aliquid immobile poſſidere in terra Hebræorum, vt ſupra declaratum fuit: Et ſciendũ, quòd hic accipitur tribus largè pro quacumque attinentia cognationis: nam ſi acciperetur tribus ſpecialiter, ſicut dicimus eſſe duodecim tribus Iſrael, obligaretur quilibet Hebræorum non affligere illum, de cuius tribu erat, poterat tamen affligere quoslibet de aliis vndecim tribubus, de quibus ipſe non erat. Sed hoc quod dicitur hic, de nõ affligendis contribulibus, de omnibus Iudæis intelli- E gitur, ſiue eſſent de eadem tribu, ſiue de diuerſis: dicebãtur autem largè eſſe omnes de eadem tribu, inquantum erant ab eodem capite, ſcilicet, à Iacob. Et quamquam iſtud quod hic dicitur, intelligatur de nõ affligendo contribules detinendo res venditas vltra iubilęum, etiam intelligi poteſt de omnibus afflictionibus, quas aliquis inferre poteſt contribulibus ſuis, potiſſimè in emendo, vt ſi aliquis de Iudæis neceſſitate coactus venderet poſſeſſionem ſuam alteri, qui videns eum eſſe in anguſtia, nollet ei dare valorem rei, ſed valde minus, affligeret eũ, quoniam cogeret illum ad vendendum pro pauco pretio, & hanc afflictionem Deus vetat: ipſe enim comminatur ſe inflicturum pœnas pro omnibus fraudibus, quæ contra Iudæos pauperes admiſſæ fuerint, vt habetur Deuteron. 15. cap. cum dicitur: Ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum, ſed dabis ei, nec ages quippiam

Deus emptores admonet ne venditores affligant.

callide

callide in eius neceſſitatibus ſubleuandis, vt benedicat tibi Deus omni tempore, & in omnibus ad quæ manũ miſeris. *Sed timeat vnuſquiſque Deum ſuum*. id eſt, quamquã illi quos affligitis nõ ſint potentes reddere vobis malum pro afflictione, propter cuius timorem deſiſtatis ab affligendo eos, tamen timeatis Deũ veſtrum, & propter huius reuerentiam, & timorem, non affligatis. *Quia ego Dominus Deus veſter*. id eſt, timete Deum, quia ego ſum Deus veſter potens vobis malum infligere quod voluero, & ſi non timueritis deſiſtentes propter hoc ab afflictione contribulium, ego vos affligam. *Facite præcepta mea, & iudicia cuſtodite*. Admonet hic Deus ad cuſtodiam præceptorum ſuorum, ſ. vt Iudæi diligenter obſeruent omnia quæ ipſe iuſſit. Et ponitur hic cuſtodire, & facere non tanquã diſtincta: quoniã quãquam alibi diſtinctionem habeant, cum referuntur ad idem; hic tamen diſtingui nequeunt, quia referuntur ad diuerſa, ſcilicet, ad iudicia, & præcepta: & ſic facere, & cuſtodire idem eſt quod exequi. Diſtinguuntur tamen præcepta, & iudicia: quoniam præcepta pertinent hic ad cæremonias, quæ ſunt ad Deum: iudicia autem ſunt leges directiuæ quomodo ſe habeat homo ad proximum ſuum. Hoc autem quod dicitur de iubilæo, ad iudicialia pręcepta pertinet, inquantum in eo fiebant remiſſiones debitorum, & ſeruitiorum, & reductio rerum alienatarum, & cõmunicatio fructuum: ideo præceptum de iubilæo per ſe ſumptum, magis debet vocari iudiciale, quàm cæremoniale. Aliqua tamen erant in eo, quæ ad cæremonias ſatis reduci poſſunt, & quia in iubilæo non ſolum iubebatur fieri vnum, ſed multa. & de quolibet eorum præceptum datur, poteſt dici, quod iſta præcepta, & iudicia, quæ Deus hic obſeruari iubet, ſunt ſolum ea quæ pertinent ad annum iubilæi. *Et implete ea*. Hoc addit aliquid ſuper facere, & cuſtodire. Nam quamquam aliquis obſeruet præcepta attendens ad ea, & exequatur id quod iubetur, poteſt tamen non omnia facere quæ iubentur, vel non completis cæremoniis cuiuslibet rei, quæ iubetur: ideo dicitur, quòd non ſolum fiant, & cuſtodiantur, ſed etiam impleantur nihil prætermittendo de eis quæ iuſſa ſunt. *Vt habitare poſſitis in terra*. id eſt hoc facietis, & tunc poteritis habitare in terra, quam trado vobis: alioquin nõ permanebitis in ea magno tempore, quoniam Deus tradebat Iudæos in manu hoſtium, quando ipſi violabant præcepta eius, & tranſducebat illos de terra ſua, ſicut patet de captiuitate tribuum Iſrael, & de captiuitate tribus Iudæ: quoniam propter peccata tranſductæ ſunt in gentes alienas. Vnde Moyſes quando admonebat Iudæos ad cuſtodiendum præcepta Dei, dicebat, quòd diſperderet eos de terra, niſi cuſtodirent ea; ſicut patet Deuteronom. 4. capite, cum dicitur: Teſtes inuoco hodie cælum, & terram, cito vos perituros de terra, quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis; non habitabitis in ea longo tempore, ſed delebit vos Dominus, atque diſperget in omnes gentes. Et quando hic dicitur, vt habitare poſſitis in terra: non eſt ſenſus, quòd ly (vt) dicat finem, ſ. quòd ideo Iudæi obſeruarent iſta præcepta, vt Deus conſeruaret eos in terra, quam dederat, quia tunc Deus induceret illos ad peruertẽdum ordinem caritatis. (eſt enim ordo in caritate, vt Deus ſuper omnia diligatur, & propter ſeipſum, alia verò propter Deum) ſi tamẽ (vt) teneretur hic tamquam dicens cauſam finalem, eſſet ſenſus, quod Deus faceret ſe coli non propter ſe, ſed propter aliquid aliud, ſcilicet, vt Iudæi manerent in terra eis data; ſed hoc abſurdum eſt, nam etiamſi aliquis Deum diligeret propter hoc ſolum, vt ei bonũ faciat, amor iſte deordinatus eſſet & non ſm caritatem: ideo peccatis nõ caret. Eſt ergo ſenſus, vt teneatur hic (vt) nõ tãquam dicens cauſam finalem, ſed vt denotans conſequentiã; & eſt ſenſus: implete mandata mea, vt habitare poſſitis in terra, id eſt, implete mãdata, & tũc poteritis habitare in terra, & iſte modus loquendi eſt multum vſitatus in Sacra Scriptura. Et verum eſt, q̃ Iudæi obſeruantes mandata Dei habitarent in terra, quia obſeruatio præceptorũ cæremonialiũ, & iudicialiũ Veteris Teſtamenti ſm ſe promerebatur bona tẽporalia concedi, ſicut manere in terra, & in ſecuritate, atque victoria hoſtiũ, & abundantiã temporaliũ bonorũ in terræ naſcentibus, ſicut declaratũ fuit

Littera expoſitio.

F ſup. 18. cap. circa principium. *Abſque vllo pauore*, id eſt, vt habitetis ſine timore hoſtium. Nam ſicut expelli de terra propter peccatum Iudæis eueniebat, ita habitare in terra cum timore hoſtili, & perſecutione, dabatur in pœnam. Et ſicut peccata inter ſe inæqualia ſunt, & habent quendam ordinem exceſſus in maioritate, & minoritate grauitatis, ita pœnæ ſe habent ſecundum gradus. Vnde quando Iudæi à principio peccabant, dabat eis Deus minores pœnas, mittens hoſtes ſuper illos, qui inquietarent, & perſequerentur eos in terra ſua, ſicut apparet ex libro Iudic. in quo ſępiſſimè habetur, quòd cum Iudæi delinquerent contra Dominum, tradebat eos in manus hoſtiũ, qui ſubiiciebant eos ſeruituti prementes eos in terra ſua; & cum Iudæi clamarent ad Dominum, ſuſcitabat eis aliquem ſaluatorem. Sic quoque in libris Regum appa-

Peccata ac pœnæ ſe habẽt ſecũdum gradus. & Hebræi peccãtes iuxta talem ordinem puniebãtur.

G ret. Cum verò vltimatè peccata Iſraelitarum deſperata facta ſunt, tradidit eos Deus in æternam ſeruitutem Aſſyriorum, ſic quoque de tribu Iuda factum fuit, vt apparet ex 4. lib. Reg. cap. 17. & 2. Paralipom. cap. vlt. De ordine autem iſtarum pęnarum ſecundum exceſſus peccatorum, habetur cap. ſeq. *Et gignat vobis humus fructus ſuos*. id eſt, ſi feceretis mandata mea, terra dabit vobis fructus, alioquin affligebantur egeſtate magna. Sic patet Iſaiæ cap. 1. ſ. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Sic quoque habetur ſeq. cap. ſ. Si in præceptis meis ambulaueritis, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebũtur, apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindimia occupabit ſementem, & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra, co-

H medetis vetuſtiſſima veterũ, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis. Deinde ponitur pęna non obſeruantiũ; ſcilicet: Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras, fruſtra ſeretis ſementem, quæ ab hoſtibus deuorabitur. Et multa ibidem ſimilia. Sic quoque habetur Deuter. c. 28. & Aggæi cap. 2. *Quibus veſcemini vſque ad ſaturitatem*. Eſt enim ſaturitas præmium eorum, qui obſeruant præcepta: ſitis autem & fames, pœna non obſeruantium. Et cum peccata Iudæorum excreuiſſent plurimum, mittebat Deus in eos famem validam, quouſque compellerentur comedere ſtercora, & ad vltimum etiam comedere carnes filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, vt habetur ſeq. cap. & Deuter. 28. cap. & ſic aliquando factũ eſt in Iſrael, vt obſeſſa Samaria à Benadab Rege Syriæ venundare-

I tur vnum caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars vnius paruæ menſuræ ſtercoris columbarum quinque argenteis, quo etiam tempore duæ mulieres comederunt filium vnius earum, vt patet 4. Reg. 6. cap. *Nullius impetum formidantes*, ſ. ſi præcepta mea cuſtodieritis, etiam ſi omnes gentes contra vos pugnent, non timebitis. Et poteſt iſta littera intelligi dupliciter, vno modo, quòd Iudæi nullius impetum formidarent. i. quod non timerẽt, quanquam aliqui inſurgerent contra eos: Deus enim deleret illos, ſicut apparet ſępiſſimè ex libris hiſtorialibus. Alio modo poteſt intelligi, q̃ nullius impetum formidarent, id eſt, quòd non timerent, quòd aliquis inſurgeret contra eos: nam Deus ponebat terrorem in cordibus hoſtium, & nullus audebat perſequi illos. Sic enim patet de Iacob, quem volebant delere cum filiis ſuis, & tota domo

Duplex litteræ expoſitio.

K ſua, omnes populi Chananæorũ, propter deſtructionem ciuitatis Sichem, Deus tamen poſuit pauorem in cordibus eorum. Sic habetur Geneſ. 35. cum dicitur: Cumq. profecti eſſent, terror Domini inuaſit omnes per circuitum ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes. Vterque horum ſenſuum conueniens eſt.

Quod ſi dixeritis: Quid comedemus anno ſeptimo, ſi non ſeuerimus, neque collegerimus fruges noſtras? dabo benedictionem meam vobis anno ſexto, & faciet fructus trium annorum: ſeretiſq. anno octauo, & comedetis veteres fruges vſque ad nonum annum: donec noua naſcantur, edetis vetera.

Quod ſi dixeritis. Hic ponitur prouiſio de cibis anni ſeptimi, & octaui; & eſt ſecundum incidens. Deus enim dixerat ſupra, quòd in anno ſeptimo remiſſionis non ſeminarent

Medæ prouiſionis anni

ſeptimi, & octaui, in quo duo ſunt manifeſta Dei miracula.

minarent agros ſuos, nec putarent vineas ſuas; nec colligerent fructus agrorum ſuorum. Poterũt ergo dicere Iudæi, quod cum hoc agendum eſſet in anno remiſſionis, & in iubilęo, quomodo poſſent habere cibos pro duobus annis, ſcilicet, pro anno ſeptimo, & octauo. Et quãdo veniret annus iubilęi oportebat pro tribus annis cibos inquirere (præſuppoſita opinione quorumdam) ſcilicet, pro anno ſeptimo remiſſionis, qui erat immediatè ante iubilęum; & pro anno iubilęi ſequenti, in quo non ſerebatur, nec colligebatur quidquam: & pro alio anno vſquequo ex noua ſeminatione fructus haberentur. Reſpondet autem Deus, quòd ipſe prouideret fructus in anno ſexto ante annum remiſſionis, ita, vt haberent pro omnibus annis ſequentibus, vſquequo venirent nouæ fruges: & iſtud erat Dei miraculum, & ſatis apparebat hoc non fieri per accidens, vel ex aliqua conditione ſpeciali naturæ, ſed ſolum ex Dei bonitate, cum ſemper in ſexto anno naſcerentur fructus trium annorum. Simile etiam aliud faciebat Deus Iudæis: iuſſerat enim, vt ter in anno aſcenderent ad locum Sãctuarij omnes maſculi Iſraelitarum, ita quòd in vrbibus, & alijs locis non muratis, nullus vir manebat, ſed ſolæ feminæ, & tamen hoſtes, qui erant in circuitu eorum, quanquam deſiderarent inuadere terras illorum, & ſcirent nullum manſiſſe in vrbibus defenſorem, tamen non audebant aſcendere ad occupandũ terras: Sic patet Exodi 34. cap. cum dicitur: Cũ tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus inſidiabitur terræ tuæ aſcendente te in conſpectu Domini Dei tui ter in anno. *Quòd ſi dixeritis: Quid comedemus.* Deus poſuit hoc, reſpondens ad quæſtionem Iudæorum antequam ipſi quærerent, quid comeſturi eſſent in annis illis: & hoc propter duo. Primò, quia rationabile erat quæri de modo prouiſionis iſtorum annorum: nam non videbatur eſſe aliquis modus ſecundum naturam, per quem Iudæi commodè habere poſſent fructus pro iſtis annis, in quibus non ſeminabãt; ſolum ergo manebat refugium ad Deum. Quòd ergo quærerent à Deo, quomodo prouideret eis in annis illis, nõ erat irrationabile, dum tamen non quærerent, de potentia eius dubitantes, aut de bonitate, ſed volentes ſcire, an iuberet quòd haberẽt iſtos fructus per aliquem modum ſpecialem, quanquam fortaſſis melius fuiſſet non petere aliquid à Deo, confidendo totaliter bonitati eius, quòd ipſe qui iſta iubebat, daret eis modum, per quem haberent fructus. Aliud autem erat propter quod Iudæi quærerent, quomodo haberent fructus, quia ipſi erant nimis ſcrupuloſi, & non benè credentes Deo, & ſemper volebant habere ſigna ad hoc, vt aliqui crederent; vnde dicebant Chriſto, ꝙ volebãt ab eo videre ſignũ; & ipſe reſpondit, ꝙ generatio praua ſignum quærit: ſed nõ dabatur ei ſignum, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sic habetur Matth. 12. cap. Apoſtolus quoque nimis ſcrupuloſos dixit eſſe Iudæos inquirendo ſigna, ſicut Græci circa philoſophiam curioſi ſunt. Sic patet 1. ad Corint. cap. 1. cum dicitur: Quoniam, & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam. *Anno ſeptimo.* Dicunt autem de anno ſeptimo quid comedent, quoniam ille annus erat remiſſionis, & iubebatur vt in eo non ſererent, nec colligerent quidquam.

Quare non dicatur hic de octauo anno quid Iudæi comedere deberent. Quæſt. XVII.

SED quare non dicitur de anno octauo, cum etiam in anno octauo non haberent quod comederent? nam fruges, quæ colliguntur in anno ſeptimo, in octauo annò pro maiori parte comeduntur. Reſpondendum eſt, quòd non eſt facta mentio de anno octauo, eo quòd ille qui prouideret anno ſeptimo, prouideret etiam anno octauo, & ſic ſufficiens erat quærere de vno eorum. Vel aliter dicendum eſt, quòd de vtroque quæſitum eſt, tamen Scriptura, quæ breuiloqua eſt, vt non cogatur multoties repetere, vnum diminuit, ſed poſtea completè ponit. Sic etiam hic in principio, quamquam non ponatur de anno octauo, tamen poſtea reſpondetur de illo, ſcilicet, quòd in anno ſexto terra faceret fructus trium annorum, & ſic ſufficiebat ſeptimo, & octauo. Idem etiam quærendum

A eſſet de anno iubilęi: Nam quãdo iubilęus appropinquabat, ſecundum vnam opinionem ſupra poſitam, erãt plures anni ſine frugibus, ſcilicet, annus ſeptimus remiſſionis, in quo non colligebatur quidquam, nec ſerebatur, & annus ſequens, qui erat iubilęus, ſcilicet, quinquageſimus annus, & ſequens, qui erat quinquageſimus primus: nam quanquam in hoc quinquageſimo primo, qui erat ſequẽs poſt iubilęum, terra ſereretur, tamen quouſque haberentur fruges nouæ, Iudęi non habebant vnde alerentur, niſi Dominus eis prouideret.

Ad hoc ſicut ad præcedentia reſponderi poteſt, quòd qui prouidebat pro anno vno, vel duobus, prouidere etiam poterat pro tribus. Nam qui vnum miraculum facit, poterit facere & alia infinita, cum non ſit maioris potentiæ facere, multa miracula, quàm vnum. *Si non ſeruerimus, neque collegerimus.* B Iſta eſt ratio inquirẽdi: nam ſi Iudæi potuiſſent ſerere, & colligere in anno illo, non fuiſſet eis neceſſarium inquirere quomodo alerentur: quia tamen iſta interdicta erant, habebant cauſam inquirendi. Sed quæretur quomodo Iudæi dicerent, ſi non collegerimus, quoniam quanquam Deus eis vetuerat ſerere, tamen non vetabat comedere de ſponte naſcentibus, vt patet ſupra, immò iſta dabat in cibum hominum, & iumentorum.

Reſpondendum eſt, quod Iudæi dicere poterant hoc, quia quanquam in anno ſeptimo colligerẽt de ſpõte naſcentibus, tamen iſta quaſi nihil erant conferendo ad neceſſitates eorum, & ad fructus quos habere ſolebant alijs annis, cum ſerebant; nihil autem, & inutile æquiparantur. Cum ergo pauca colligerent, poterant dicere ſe nihil colligere. C Vel alio modo poteſt dici, quòd Deus vetuerat eis colligere: nam etiam de ipſis terræ naſcentibus anni ſeptimi dixit eis, ne colligerent ea in modum vindemiæ, vel collectionis fructuum. Sic habetur ſupra cum dicitur, quæ ſponte gignit humus non metes, & vuas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam. ideo vterque modus collectionis erat eis interdictus anno illo. *Dabo benedictionem meam vobis anno ſexto.* Hic ponitur reſponſio Dei, ſcilicet, quòd ipſe faceret, vt annus ſextus haberet fructum pro omnibus illis annis, tam pro anno ſeptimo, quàm pro octauo. & dicitur, quòd dabit benedictionem ſuam, id eſt, abundantiam quam ſpecialiter ipſe facit: benedictio enim ſemper ſignificat abundantiam, aut multiplicationem, ſicut patet 2. ad Corint. cap. 9. cum dicitur: Hoc autem dico, qui parce ſeminat, parce & metet: D & qui ſeminat in benedictione, in benedictionibus & metet. Ecce facit ibi oppoſitionem inter parcum & benedictionem. ſed parcum ſignificat paruum quid & inopiam: ergo benedictio ſignificat abundantiam. & parum ante hoc ait, & præparent repromiſſam benedictionem, & non quaſi auaritiam. Ecce fecit oppoſitionem inter auaritiam, & benedictionem, ſed auaritia ſemper deſcendit ad id quod paruum eſt, ergo benedictio ſignificat magnitudinem; & iſte modus loquendi eſt frequentatus in Veteri Teſtamẽto. Sic patet Deuter. 7. & 28. cap. maledictio autem econtrario ſemper ſignificat diminutionem rerum, ſic patet Malach. c. 3. cum dicitur: In decimis, & primitijs, & penuria vos maledicti eſtis. Sic igitur propriè dabat Deus benedictionem in anno ſexto, quia faciebat illum abundare tripliciter ſuper omnes alios annos in fructibus terræ. E *Fruges noſtras*, id eſt, fruges quas habituri eramus. non enim loquũtur Iudæi de fructibus, quos habebant in anno ſeptimo ſponte natos, ſed de illis quos habituri eſſent, ſi terram ſeminarẽt. Quanquam aliquo modo dici poſſit, quòd intelligatur de fructibus qui erant ſponte nati in annis, in quibus non ſerebatur: quia de his iubebat Deus, ꝙ comederentur à pauperibus, & peregrinis, & beſtijs terræ, & domini non poſſent colligere quidquid ſponte natum erat. *Et faciet fructus trium annorum.* ſ. tantum habebitis in ſexto anno, quantum in tribus annis. Hoc tamen adhuc neceſſarium non erat, ſed ſufficiebat, quòd eſſent tot fruges, ſicut in duobus annis, quòd patet: quia à tempore, quo collectæ erant fruges in ſexto anno, vſque ad tempus quo colligi deberent in ſeptimo anno, ſi liceret colligere eſſet vnus annus integer. Deinde autem vſque ad tempus quo colligerentur fruges

ges

ges in anno octauo, eſſet alius annus, & tunc inciperent colligere fruges octaui anni, & comedere de eis. nam in octauo anno ſerebatur, & colligebatur, cum ſolum hoc prohibitum in anno eſſet ſeptimo. Dicitur tamen Deus daturus fruges trium annorum, quia accipiũtur anni per ſynechdochen, ſ. partes annorũ, pro ipſis annis totalibus, ita vt dicamus vnum annum eſſe partem anni ſexti à collectione frugum vſque ad annum ſeptimum ſequentem: & ſeptimum annum, qui integer eſt, dicamus eſſe alium annum. Deinde partem octaui anni vocabimus tertium annum, ſ. vſque ad collectionem fructuum terræ. Similis modus loquẽdi per ſynechdochẽ habetur in Sacra Scriptura, cũ enim dicit Chriſtus Matth. 12. cap. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Ibi enim loquebatur de reſurrectione ſua poſt tres dies, & tres noctes, & tamen manifeſtum eſt, ꝙ non reſurrexit poſt tres dies integraliter, ſed poſt tres dies per ſynechdochen. Si enim accipiatur dies naturalis à momento in momẽtum, ſolũ ſurrexit Chriſtus poſt diem & dimidium, & duas horas, quoniam ſtetit mortuus in ſepulchro quadraginta horis, ſ. ab hora diei Veneris nona, vſque ad primam horam diei Dominicæ, & iſtæ horæ faciunt diem & dimidium, & duas horas. dicuntur tamen eſſe tres dies. In tempore autem iubilæi erant plures anni ſecundum opinionem ſupra tactam, pro quibus Deus deberet dare fructũ in anno ſexto, ſcilicet, tres anni integri, qui ſecundũ morem Scripturæ vocarentur quattuor anni per ſynechdochen; quod patet: quia deberent eſſe fructus pro anno ſexto, & deinde pro anno ſeptimo, qui erat annus remiſſionis, & iſte erat quadrageſimuſnonus annus præcedens iubilæum. Etiam deberent eſſe fructus pro anno ſequẽti quinquageſimo, qui erat annus iubilæi, in quo nihil licebat ſerere, aut metere; etiam debebant eſſe fructus pro anno ſequenti poſt iubilæum, vſque ad tempus, quo illa quæ ſerebantur, in anno illo colligerentur, & ſic erant duo anni dimidij, ſ. annus ante annum remiſſionis, & annus ſequens poſt iubilęũ: ſed ſicut Deus in aliis annis prouidebat, dans fructum trium annorum in anno ſexto, ita prouideret tempore iubilæi, dans fructus quattuor annorum. Et hoc verum erat, quod Iudæi in anno ſexto haberent fructus trium annorum, ſi obſeruarent annos remiſſionis & iubilæi, ipſi tamen raro iſta obſeruabant, ſicut concluditur ex fine 2. lib. Paralipom. vlt. cap. vbi dicitur, quod terra egit ſabbatum omnibus diebus, quibus fuerunt Iudæi in Babylone; quod videbatur factum: quia Iudæi tot annis reliquerant ſabbata terræ; & hoc videtur dici ſequenti cap. ſcilicet, quòd tot annis quieſceret terra Iudæis exiſtẽtibus in captiuitate, quot annis ipſi non obſeruauerunt ſabbata terræ. Cum habetur: Erit terra veſtra deſerta, & ciuitates dirutæ: tunc placebũt terrę ſabbata ſua, cunctis diebus ſolitudinis ſuę, quando fueritis in terra hoſtili, ſabbatizabit in ſabbatis ſuis, eo quod non requieuerit in ſabbatis veſtris, quando habitabatis in ea. In iſtis ergo temporibus, quibus Iudæi non obſeruabant annos remiſſionis, vel Iubilæi, nõ dabat eis Deus fructus trium annorum in ſexto anno. Quod autem dictũ eſt de quattuor annis ſine fructibus, intelligendum erat accidere ſemper in ſeptimo ſeptenario annorũ remiſſionis, ſecundum vnam opinionem ſupra tactam: & tamen aliquando ſaltem ſecundum veritatem accidebat, licet non eſſet in quolibet iubilęo, ſicut oſtenſum fuit ſupra. *Sereriſq. anno octauo.* In iſto anno erat licitum ſerere, & colligere, ſicut in omnibus aliis annis, cùm ſolum vetitum fuiſſet hoc in anno ſeptimo, & tamen dicitur, ꝙ non comedebant de frugibus vſque ad nonum annum. In tempore autem iubilæi addebatur vnus annus, quoniã annus iubilæi quando erat immediatus poſt annum remiſſionis, erat octauus; quamquam alio modo vocetur quinquageſimus: nam vocatur quinquageſimus reſpectu iubilæi præcedentis: vocatur autẽ octauus, reſpectu anni ſeptimi remiſſionis; & in hoc non licebat ſerere, nec colligere, ſicut nec licebat in anno ſeptimo, ſed ſerebatur in anno nono, & comedebantur fruges nouæ in decimo. *Et comedetis veteres fruges vſque ad nonum annum.* id eſt, habebitis de veteribus frugibus tantum, vt comedere poſſitis de illis vſque ad annum nonum. Vocantur autem fruges veteres illæ, quæ colligebãtur in anno ſexto, & de iſtis comedebatur vſque ad annum nonum, non quidẽ vſque ad principium anni noni, ſed vſque ad perfectam collectionem frugum anni octaui. Secundum tamen vulgares, computatur annus ſequẽs poſt collectionem frugum anni cuiuſlibet, vnde collectis frugibus anni octaui, incipiunt vocare annum nonum, & patet, quòd ſit iſta intentio litteræ, quia dicitur. *Donec noua naſcantur, edetis vetera.* id eſt, ſemper habebitis de frugibus anni ſexti, quouſque veniant aliæ nouæ fruges, quas edatis. Et non eſt ſenſus, quod ſolum Iudæi comederẽt de veteribus, id eſt, de frugibus anni ſexti, vſquequo naſcerentur noua, id eſt, vſque ad natiuitatem nouarum frugũ anni octaui: nam ſi ſolum vſque ad illud tempus comederent Iudæi de veteribus, non maneret eis quidquam in cibum à tempore natiuitatis frugum vſque ad collectionem earum perfectam, quando iam poſſent comedere de illis. ſed accipitur hic, donec naſcantur noua, id eſt, donec nata & collecta ſint: nihil enim proficiebat ad cibum, natas eſſe fruges nouas, niſi tales eſſent quæ in cibum ſumi poſſent, & meti. & hoc ſolum eſt tempore quo iam eſt perfecta meſſio illarum.

Chriſtus fuit trib. diebus in ſepulchro quo intelligatur.

Iudæi raro ſeruabant annos remiſſionis & iubilæi.

F

G

H

I

K

Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos aduenæ & coloni mei eſtis. Vnde cuncta regio poſſeſſionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur. Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam & voluerit propinquus eius, poteſt redimere quod ille vendiderat. Sin autem non habuerit proximum, & ipſe pretium ad redimendum potuerit inuenire: computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod reliquum eſt reddet emptori, ſicq. recipiet poſſeſſionem ſuam. Quod ſi non inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat, vſque ad annum iubilæum. In ipſo enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad poſſeſſorem priſtinum. Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licẽtiam redimendi donec vnus impleatur annus. Si non redemerit, & anni circulus fuerit reuolutus, emptor poſſidebit eam, & poſteri eius in perpetuum, & redimi etiam non poterit in iubilæo. Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum iure vendetur. Si ante redempta non fuerit, in iubilæo reuertetur ad dominum ſuum. Aedes Leuitarum, quæ in vrbibus ſunt, ſemper poſſunt redimi. Si redempta non fuerint, in iubilæo reuertẽtur ad dominos, quia domus vrbium Leuitarum pro poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſrael. Suburbana autem eorum non veneant, quia poſſeſſio ſempiterna eſt. Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & ſuſceperis eum quaſi aduenam, & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias vſuras ab eo, nec amplius quàm dediſti. Time Deum tuum, vt viuere poſſit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt darem vobis terram Chanaan, vt eſſem veſter Deus. Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, nõ eum opprimes ſeruitute famulorum, ſed quaſi mercenarius & colonus erit: vſque ad annum iubilæum operabitur apud te, & poſtea egredietur cum liberis ſuis, & reuertetur ad cognationem & ad poſſeſſionẽ patrum ſuorum. Mei enim ſerui ſunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti. Non veneant conditione ſeruorum: Ne affligas eum per potentiam, ſed metuito Deum tuum. Seruus & ancilla ſint vobis de nationibus quæ in circuitu veſtro ſunt, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos habebitis famulos, & hereditario iure tranſmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æternum. Fratres autem veſtros filios Iſrael ne opprimatis per potentiam. Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit ſe ei, aut cuiquam de ſtirpe eius: poſt venditionem poteſt redimi. Qui voluerit ex fratribus ſuis, redimet eum, & patruus & patruelis, & conſanguineus, & affinis. Sin autem & ipſe potuerit, redimet ſe, ſupputatis dumtaxat annis à tempore venditionis ſuæ vſque in annum iubilæum: & pecunia, qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum, & ratione mercenarij ſupputata. Si plures fuerint anni qui remanent vſque ad iubilæum, ſecundum hos reddet & pretium. Si pauci, pones rationem cum eo iuxta annorũ numerum, & reddet

De venditione poſſeſſionũ.

De venditione domorum.

De vſura non accipienda.

14. q. 3. c. putant.

De vſuris. c. conſuluit. & per Ioan. And. c. vi detur. eo dẽ tit. in Clement. Inſ. eod.

emptori

emptori quod reliquum eſt annorum, quibus ante ſeruiuit mercedibus imputatis: Non affliget eum violenter in conſpectu tuo. Quod ſi per hæc redimi non potuerit, anno iubilæo egredietur cum liberis ſuis. † Mei enim ſunt ſerui, filij Iſrael, quos eduxi de terra Aegypti. **A**

Cap. eod.

Terra quoque non vendetur. Hic reuertitur Legiſlator ad modum venditionis in ſpeciali. Et iſta ponuntur ratione anni iubilæi, in quo diſſoluebantur factæ venditiones, ſcilicet, quòd redibant ad dominos priores. Et diuiditur in tres partes: quoniam Primò, agitur de venditione agrorum; Secundò, de venditione domorum; Tertiò, de venditione perſonarum. Secunda ibi: *Qui vendiderit domum*. Tertia ibi: *Si paupertate compulſus*. Circa Primum. *Terra quoque non vendetur in perpetuum*. Ponitur hic Primò documẽtum generale de limitatione venditionum factarum, quæ non tenerent ſicut in aliis gentibus; ſed determinarentur ad certum tempus. **B** Deinde limitatur in ſpeciali tempus iſtius venditionis; & modus redemptionis rerum venditarum; & dicitur, quòd terra non vendetur in perpetuum, id eſt, non poterunt vendi poſſeſſiones immobiles ſimpliciter pro omni tempore. Et non poteſt accipi hic terra, ſolum pro terra; ſed etiam pro qualibet poſſeſſione immobili, quãquam ſita eſſet in aquis; nam neceſſarium eſt, aliquas poſſeſſiones Iudæorum etiam in aquis fuiſſe, ſicut nunc ſunt apud nos: & tamen illas vendere nõ poterant, ſicut nec alias, quę erant in terra. ſed omnes poſſeſſiones quæ immobiles ſunt, vocantur terra, ex eo quòd terra immobilis eſt.

Modus venditionis in ſpeciali.

Quomodo Iudæi non poterant vendere aliquid de terra promiſſionis ſaltem ad vnam horam, quia non erant domini poſſeſſionum, ſed ſolum coloni. Quæſt. XVIII. **C**

VOLEBAT autem Deus quòd nõ venderetur poſſeſſio aliqua terræ in perpetuum: & præter cauſas quæ ſupra aſſignatæ ſunt, dicendum eſt adhuc eſſe alias, ſcilicet, quòd Deus tradiderat terram Chanaan Iudæis, quam eis ſorte diuiſit, aſſignãs vnicuique tribui & familiæ propria loca. Et quia quilibet partem ſuam agri, vel vineæ, vel cuiuſlibet rei immobilis à domino ſuſceperat, cum ſua non eſſet, in perpetuum alienare non poterat: immo, nec in aliquod tempus, cum ſolum eſſent Iudæi aduenæ & coloni Dei, quibus locauit terras illas; vel magis locauit eos in terris illis, vt colerent eas. ad colonos autem nihil pertinet de corpore poſſeſſionis; ſed permiſit eis Deus poſſe ad tempus vendere ad ſubueniendũ neceſſitatibus illorum. **D** Nam ſi nunquam vendere potuiſſent, pauperes anguſtiati fuiſſent diuitibus nolẽtibus aliquid ipſis dare, niſi venderent eis poſſeſsiones ſuas. Facta eſt autem iſta remiſsio, ſcilicet, quòd poſtquam Iudæi venderent, liceret eis in anno iubilæi redire ad poſſeſsiones ſuas; ne diſpoſitio Dei facta de ſortibus filiorum Iſrael, per quam conſeruabatur integritas, & diſtinctio tribuum & familiarum, mutaretur. Si enim cuilibet vendere poſſeſsionem ſuam licuiſſet, per vẽditionem potuiſſet tota poſſeſsio vnius tribus ad alias pertranſire: vnde neceſſe erat, illam tribum perire quantum ad nomen & diſtinctionem; vel commiſceretur aliis tribubus, cum nõ haberet aliquid in quo maneret diſtincta ab eis; ſicut nũc aliquæ familię vel cognationes, quę aliquo tempore magnæ fuerunt, poſtea deperditis ſubſtantiis, diſperſæ, & **E** commixtæ aliis familiis periiſſe videmus. Si enim illi qui erant de tribu Ruben, poſſeſsiones ſuas in perpetuum, ſicut nunc fit, vendere potuiſſent; neceſſe fuiſſet eis tranſire ad habitandum cum aliis tribubus, & diſpergi, donec ex mixtione cum aliis nomen tribus iſtius periret. Deus autem volebat iſtas duodecim tribus in ſuis familiis & nominibus diſtinctis conſeruare, propter cauſam quæ ſupra exprimebatur, de cognitione genealogiæ Saluatoris: ideo hanc legem de remiſsione rerum venditarum in iubilæo dedit.

Aliqui autem ex legum conditoribus volentes aucupari fauorem popularem ciuium ſuorũ & multitudinem eorum demereri leges ſanciuerunt vt nemo poſſeſſionem ſuam vendere poſſet, niſi ei manifeſtum infortunium accidiſſet; ne poſſeſſiones totius ciuitatis ad paucos, & diuites deuenirent, vt habetur in 2. Politicorum. **A** Deus autem medio modo ſe habuit, nec totaliter venditionem permiſit, ne ſubſtantiæ ad alienos peruenirẽt: nec totaliter interdixit, vt in neceſſitatibus pauperes haberent recurſum ad venditiones ſubſtantiarum.

Iſta autem lex cum optima ſit ad conſeruationem ſtatus politici, à nulla tamen ciuitate vnquam recepta fuit; quamuis multi eã ſcire potuerint. Videtur autem à nullo populo ſuſcepta fuiſſe, quia aggrauatoria diuitum videbatur. Iudæi vero, quia timebant Dominum, ſuſceperunt eam, etiamſi multum grauarentur; non tamen eam ſemper cuſtodierunt & obſeruarunt: quoniam tam præceptum de anno remiſſionis, quàm de iubilęo multis tẽporibus à Iudæis incuſtoditum manſit, vt ſupra dictum fuit. **B** *Quia mea eſt*. Quanquam intentio Dei interdicentis terram vendi ſimpliciter, eſſet propter cauſam ſupra expreſſam; tamẽ tuebatur ſe hoc iure aſſignãs cauſam præcepti, ſcilicet, ꝙ terra ſua eſſet, & nulli homini licet alienare quod eſt alterius. Quòd autem terra ſua eſſet, manifeſtum eſt nõ ſolum de terra Chanaan, in qua Iudæi morabantur, ſed etiam de omnibus aliis terris, quoniam ipſe omnia condidit & adminiſtrat. Loquebatur aũt Deus hic ſpecialiter de terra Chanaan, in qua erãt Iudæi; quia ipſe tradiderat eis terram illam habitandam eiectis inde aliis gentibus: ideo poterat eam incolentibus imponere quamcumque conditionem vellet. *Et vos aduenæ & coloni mei eſtis*. In hoc etiam explicatur ius, quo Deus ſe tuetur contra Iudæos, vt ipſi non venderent terram ſimpliciter: quia non erant domini illius. Diceret autem aliquis ex Iudæis, quòd poſtquam ipſi eripuiſſent terram ex manibus hoſtium, effecti fuiſſent domini eius: & licuiſſe ſibi vendere vel alienare per quemcunque modum. **C** Deus ad hoc reſpondet, ꝙ ipſi nunquam eſſent futuri tanquam domini terræ Chanaan: ſed quòd ipſe collocaret eos in illa, vt ibi habitarent, & colerent eam: & ſic conſtituit eos colonos, & non dominos terræ illius. Et dato, quòd ipſi Iudęi dicerent quòd Deus donauerat eis terram illam; & poſt donationem tranſierat in dominium eorum, atque ita liceret de illa facere ipſis quod vellent, non ſtat: quia quãquam donata fuerit, poterat donator à principio imponere ei legem, quam volebat; & donatarius tenebatur acceptare illam conditionem: alioquin nõ reciperet rem: nam cuilibet licet imponere legem rei ſuæ ad libitũ. Res autem quæ donatur, quando donator, ipſius donatoris eſt; ideo ei poteſt imponere legem quam vult. **D**

Quare nulli Gẽtiles acceptarint hanc legẽ de iubilæo: nec Iudæi eã ſẽper obſeruauerint.

Dicit etiam Deus Iudæis quòd ipſi ſint aduenæ eius: quoniam aduena dicitur ille, qui venit de terra ſua ad habitandum in terra aliena: & iſto modo conuerſi de Gẽtilitate ſe habebant ad Iudæos; quia ipſi veniebãt ad terram Iudæorum, cultũ amplectentes eorum, relinquẽtes terram ſuam, & cultum Deorum ſuorum: & ideo vocabantur aduenæ Iudæorum, & iſto modo dicitur præced. c. de ciuibus, & aduenis, ſiue peregrinis, & Deuteronomij 1. c. & in multis aliis locis; & ibi vocantur ciues Iudæi, peregrini autem Gentiles. Eodem etiam modo ſe habebant Iudæi ad Deum: quia terra illa Chanaan in qua nunc habitaturi erant, non erat terra originis eorum: ſed erat terra Dei, qui expulerat inde populos habitatores eius; & fecit Iudæos venire, vt habitarent in ea; ergo erãt aduenæ reſpectu Dei. **E** Etiam vocat eos colonos ſuos: quia colonus dicitur, cui dantur aliqui fundi ad colendum: ſic namque de Iudæis factum fuit; quia Deus commiſit eis terram Chanaan, vt colerent eam, atque habitarẽt in ea. non poterant ergo ipſi vendere terram, cum ad colonos nihil pertineat de corpore poſſeſſionum.

Vnde cuncta regio poſſeſſionis veſtræ, ſub redemptionis conditione vendetur. Hoc eſt correlarium ex ſuperioribus: Dictum enim fuerat, ꝙ terra, in qua habitabant Iudæi, non erat ipſorum; cum ſolum eſſent coloni illius; ex quo ſequebatur, quòd nullo modo ipſi poſſent eam alienare; nec ſaltem ad vnam diem; & hoc poterat Deus inferre ex ſupradictis; tamen voluit temperare legem. Nam ſi dixiſſet quòd Iudæi nullo modo poſſent vendere terram poſſeſſionis ſuæ, grauati fuiſſent pauperes non habentes vnde ſuccurrerent ſibi in neceſſitatibus ſuis: ideo

conclusit

concluſit quòd terra quidem vendi poſſet, non ſimpliciter; ſed iure redemptionis, vel hac conditione, ſcilicet, ꝙ quandocumque venderetur terra, id eſt, poſſeſſio immobilis, poſſet poſtea redimi. Et dicitur ſub conditione redemptionis; non quòd iſta conditio apponeretur in contractu venditionis: quia nõ oportebat aliquid tale exprimere; ſed à lege erat poſita conditio. ea autem quæ à lege inſunt contractibus, non oportet exprimere in illis: immò, quod amplius eſt, ſi aliquis voluiſſet renunciare priuilegio redemptionis, non potuiſſet: quia illud nõ fuerat introductum propter eum, ſed ne perirent familiæ, & tribus in Iſrael. periſſent autem ſi cuilibet permiſſum fuiſſet vendere vt vellet, poſſeſſionem ſuam; non debebat ergo licere.

Intelligitur etiam iſta venditio cum conditione liberationis in iubilęo: quia quanquam venderetur res, tamen reditura erat ad dominum. Et etiam iſta conditio non erat exprimenda in contractu: quia à lege hoc erat; & ſi aliquis renunciaret illi, non valebat renunciatio: immò ille, qui faciebat aliquem contractum contra interdictum huius legis, puniebatur tamquam aliquis faciens contractum iniquum; velut ſi aliquis clericorum ſpontaneè ſubiiceret ſe iuriſdictioni ſęculari quantum ad hoc, vt puniatur, & permittat ſe corporaliter puniri; hic namque peccat volens deſtruere priuilegium clericale.

Cuncta regio poſſeſſionis veſtræ, id eſt, omnis poſſeſſio quæ eſt in regione veſtra, quoniam inter alias gentes, & in aliis regionibus, non habet locum lex de redemptione rerum venditarum; in tota autem regione veſtra quæcumque poſſeſſio vendetur, ſub hac cõditione vendetur.

Venditio Iudæorũ, ac locatio propriè dicta, in quo differant.

Ex hoc autem patet, quòd venditio quæ erat inter Iudæos, magis dicatur locatio, quam venditio. Differt tamen venditio iſtorum aliquo modo à locatione propriè dicta, quia locatio quæ inter nos eſt, ſolum tollit fructus, & non ſubſtantiam, vel corpus poſſeſsionis: venditio autem quæ inter Iudæos erat, tollebat proprietatem ſimpliciter ipſi venditori, ſed non ad omne tempus: ita, quòd illa tempora, in quibus permaneret res vẽdita apud emptorem, excludebant totaliter proprietatem rei à venditore (& hoc erat vſque ad iubilęum) & nihil iuris habebat magis venditor in re, quã quilibet alius extraneus, niſi ꝙ venditor poterat redimere rem venditam quandocumque vellet, nullus autem alius hoc poterat. Vt ſi inter aliquos purus venditionis cõtractus rei alicuius celebratur, per venditionem transfertur rei iſtius dominium in emptorẽ: poteſt tamen emptor dicere venditori quandocumque volueris tuam rem redimere, ego reddam tibi; Sic etiam inter Iudæos, tam fructuum, quàm terræ pura fiebat venditio: ſed Deus volebat vt hoc modo non obſtante, poſſeſsio redimi poſſet, vel vt anno iubilæi rediret ad dominum priorem.

Quòd autem pura fieret venditio, patet ex hoc: quia quãtocumque tempore duret locatio fructuum, nõ tranſit ius dominij in cõductorem, nec præſcriptione, nec alio modo, cum nunquam poſsit habere bonam fidem: ſed in talibus venditionibus aliquando totaliter tranſibat dominium in ipſos emptores, ita, vt in æternum redimi non poſſet res vendita; nec rediret in iubilęo, vt patet infra, iſto cap. de domibus quæ vendebantur intra vrbes, ſi non redimebantur anno primo quo vendebantur. *Si attenuatus frater tuus*. Poſito ſupra in generali, quòd terra non poſſet vendi in æternum; ſed omnis venditio intelligeretur cum conditione futuræ redemptionis: ponitur hic in ſpeciali de modo redimendi, ſcilicet, quando aliquis homo vendebat poſſeſſionem ſuam, quòd poterat eam redimere vel ipſe, vel propinquus eius; & dicitur, ſi attenuatus fuerit, ſcilicet, ſi homo deueniat ad paupertatem; quod eſt attenuari in facultatibus: nam iſta eſt cauſa propter quam homines vendunt poſſeſſiones; & quanquam hoc intelligatur de pauperibus, debet tamẽ reduci etiam ad diuites: quia ſi aliquis diues venderet poſſeſſionem ſuam, eodem modo poterat eam redimere, vel redibat ad eum in iubilęo. Ponit tamen littera id quod communius eſt. *Frater tuus*. Dicitur de fratribus, id eſt, de Iudæis ex genere, qui vocantur fratres, ſicut ſupra probatum fuit; aduenæ autem de Gentilibus conuerſi, non

F vocantur fratres: ideò, ſi aliquis eorum voluiſſet vendere aliquam poſſeſſionem immobilem, non potuiſſet eam redimere; nec rediret ad eum in iubilęo: quoniam non gaudebant conuerſi priuilegiis anni remiſſionis, vel iubilęi, vt ſupra probatum fuit, vt patet infra in littera: ſed hoc ſolum ad Iudæos ſpectabat originarios ex genere.

Vendiderit poſſeſſiunculam ſuam. Poſſeſsiuncula parua poſſeſsio eſt. ſed hoc non hic refert: quoniam ſiue magna, ſiue parua eſſet, redimi poterat, vel redibat in iubilęo; & intelligitur de immobilibus: quia nihil aliorum poterat redimi, nec redibat in iubilęo.

Et voluerit propinquus eius, poteſt redimere quod ille vendiderat. Primò autem requirebatur ipſe qui vendiderat rem, an vellet eam redimere: quòd ſi diceret ſe nolle, aut
G non poſſe; quilibet de propinquis eius, ſcilicet, cognatis, habebat ius redimendi poſſeſsionem venditam: erat tamen differentia in maiori vel minori propinquitate: quia primo competebat ius redimendi maximè propinquis, conſequenter autem aliis, vſque ad vltimum: & iſti ſic ſe habebant, quòd non poſſet minus propinquus redimere rem venditam, niſi primo requireret omnes alios magis propinquos, an ipſi vellent redimere: illis autem nolentibus, aut cedentibus ei, poterat ipſe redimere. Sic etiam patet de ſuſcitando ſemen, & ſuccedendo in poſſeſsionibus defuncti: nam quando moriebatur aliquis, propinqui poterant accipere vxorem illius, dum tamen non eſſet gradus prohibitus: & tunc qui magis propinquus eſſet, habebat primo ius accipiendi: & ſic factum fuit in Booz accipiente Ruth Moa-
H bitidem in vxorem; quoniam erat alius propinquior illo, qui poſſet accipere eam; & ideò requiſiuit ab eo Booz, an vellet eam habere in vxorem, & cum ceſsiſſet iuri ſuo, accepit eam Booz, vt habetur Ruth, cap. 4. ſi autem aliquis non haberet conſanguineos, nemo de extraneis poterat redimere poſſeſsionem ab illo venditam.

Cognatis venditoris quare poſſeſſionem redimere permittebatur: & non extraneis. Quæſt. XIX.

CAVSA quare permittebatur cognatis venditoris redimere poſſeſsionem, erat in fauorem venditoris: quia melius tractarent cognati poſſeſsionem cognati ſui, quam aliquis alius, & clementius ſe habe-
I rent cum eo.

Cum autem iſti propinqui redimerent poſſeſsionem, deuoluebant eam in anno iubilęi ad eum, cuius primo fuerat; quoniam omnis poſſeſsio in anno iubilęi redibat ad priores dominos: cum tamen aliquis de cognatis venditoris ſemel redemiſſet poſſeſsionem cognati ſui, non poterat ille redimere ab eo vſque ad iubilęum; niſi cognatus cederet iuri ſuo; & faciebat toto tempore fructus ſuos: quoniam res ſimpliciter erat ſua, & habebat omnem vtilitatem inde prouenientem, vtpotè, ſi fructus ſuſcepti ſuperabundabant ad ſortem datam: & iſte cognatus redimebat ab emptore cum eiſdem conditionibus, cum quibus venditor potuiſſet redimere; ſcilicet, vt fructus percepti computentur in ſortem deductis expenſis, vel laboribus, ſicut infra patet; nullus tamen extra-
K neorum poterat redimere iſtam poſſeſsionem de manu emptoris. Cuius cauſa eſt, propter priuilegium ipſius venditoris: & propter fauorem primi emptoris: nam ſi extraneus redemiſſet poſſeſsionem venditam, non potuiſſet venditor eam poſtea ab eo redimere, ſicut poterat à primo emptore: quia lex non permittebat hoc in redemptoribus quod in emptoribus: & ſic grauatus fuiſſet aliquo modo ipſe venditor. Etiam hoc erat in fauorem primi emptoris: nam ipſe dedit pecuniam venditori, vnde poſſet ſuccurrere paupertati ſuæ: iuſtius erat ergo, quod iſte acciperet vtilitatem de poſſeſſione illa, vtpote, ſi fructus ſupercreſcerent ad ſortem, quam quòd aliquis alius haberet, qui nihil dedit venditori, inuito ipſo. Si tamen ipſe emptor principalis voluiſſet poſſeſsionem emptam vendere alicui alteri, poterat: tamen hoc fiebat ſine præiudicio

primi

primi venditoris: quia ipſe non poterat conſtituere plus iuris in emptore, quàm ipſe haberet. Sic ergo poterat principalis venditor, vel quilibet de cognatis eius, redimere à ſecundo emptore: quoniam res tranſibat cum oneribus ſuis.

Etiam hoc erat quantum ad computationem fructuũ: nam ſi venditor principalis, vel aliquis de cognatis eius, voluiſſet redimere rem ab ipſo emptore ſecundo; debebat computare annos qui manebant vſque ad iubilæum à tempore factæ venditionis; & diſtribuere pretium inter illos, vt ſciretur quantũ cederet cuilibet anno de pretio illo. & tunc deductis annis in quibus recepti fuerant fructus; redemptor deberet dare reſiduum ſortis; & reliquum computabatur in fructibus perceptis. Si autem vẽditor ſecundus ſecundo emptori pro maiori pretio rem vendidiſſet; primus venditor redimens rem, non tenebatur computare fructus ſecundum maiorem valorem ſecundæ venditionis; ſed iuxta pretium cõſtitutum in prima emptione: nam hoc modo fraudatus fuiſſet primus venditor: ſecus autem ſi redemiſſet conſanguineus venditoris rem de manu emptoris primi; quoniam tunc de manu eius non poterat primus venditor redimere rem eandem.

Cauſa diuerſitatis eſt: quia in caſu præcedenti primus emptor vendebat voluntariè alienã rem, quam emerat: ideo non poterat conſtituere in eo plus iuris quam ipſe habebat.

In ſecundo autem caſu lex conſtituit poteſtatem redimendi in cõſanguineis; & etiam ſi emptor nollet eis dare, compellebatur: & tunc nihil ipſe vendebat, ſed compellebatur dare rem, quã emerat, redẽptori dato pretio. ideo non erat neceſſe, vt res tranſiret cum onere quod habebat apud primum emptorem: quia ipſe non transferebat eam, ſed Legiſlator, qui poterat conſtituere tantum iuris in aliquo quantum volebat.

Sin autem non habuerit proximum. Hic ponitur aliquis alius caſus, ſ. quando ille qui vendiderat poſſeſſionem, nõ habebat aliquem propinquum qui redimeret eam; vel ſi habebat non poterat redimere, aut non volebat: quia tunc pro eodem erat, non habere proximum; vel habere, & non redimere poſſeſſionem in iſto caſu dicitur, quòd ipſe venditor redimere deberet ſi poſſet.

Et ipſe pretium ad redimendum potuerit inuenire. Ex hoc videtur innui, quòd primo permittebatur conſanguineis redimere, quàm ipſi principali venditori: quia dictum fuit, quòd ſi haberet propinquum venditor, redimeret rem: ſi autem non haberet, ipſemet venditor poterat eam redimere.

Dicendum eſt, quòd Primò competebat ius redimendi ipſi venditori principali, quàm cõſanguineis eius. Hoc tamen quod hic dicitur, intelligitur à principio, quando venditor rem vendebat: nam tunc quando vendebat, nõ volebat eam redimere; alioquin non vendidiſſet eam: & tunc cognati eius poterant redimere immediatè, eo tẽpore quo venditor vẽdiderat: immò, ſi ſciuiſſet, quòd cognatus eorum aliquid vellet vendere, cõſtituto iam pretio, poterãt prohibere quemlibet emptorem extraneum, & ipſi accipere rem vendendam. Cum autem dicitur hic, ſi potuerit inuenire pretiũ ad redimendum ipſe venditor, quòd redimet: intelligitur quando iam tempore procedente pœnituit venditionis factæ; & vult redimere rem venditam.

Computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit. Hoc eſt in fauorem ipſius venditoris: nam ſecundũ leges humanas, cum per venditionem tranſeat res ſimpliciter in dominium emptoris; eſt poſſeſſor bonæ fidei: ideo facit fructus ſuos. & dato quòd alius poſtea redimeret rem, non tenebatur computare fructus perceptos; ſed deberet recipere ſortem quã dedit. Deo tamen licuit conſtituere ius, vt voluit, in rebus ſuis: & ſic in fauorem venditorum ſtatuit, vt computarentur fructus percepti in ſortem: & reſiduum de pretio redderet emptor ſecundus, ſcilicet, primus venditor, ſecundo venditori.

A *Quare emptores inter Iudæos non faciebant fructus ſuos in rebus immobilibus emptis, cum eſſet contractus bonæ fidei, ſed cogebantur computare fructus; & quis eſſet modus computationis. Quæſt. XX.*

FIEBAT autem hoc modo, vt primo ſciretur quantum erat pretium in venditione. Deinde quot erant anni à tempore venditionis vſque ad iubilæum, in quo res vẽdita ad dominum priorem reuertebatur: deinde illud pretium diuidebatur per annos, vt videretur quantũ cederet cuilibet anno: & tunc computabantur anni, quibus receperat fructus emptor, & tantum ſubtrahebatur de pretio, quod à principio datũ fuerat. Verbi gratia, ſi aliquis vendidiſſet poſſeſſionem aliquã pro tribus millibus, & à tempore venditionis vſque ad iubilæum manerent
B anni triginta, cum diuidatur iſtud pretium per annos, cedent cuilibet anno centum: & tunc ponatur, quòd iſte vẽditor primus volebat redimere rẽ quinque annis poſtquam vẽdidiſſet, oportebat, quòd pro quolibet anno ſubtraherentur cẽtum; & ſic pro iſtis quinque ſubtraherentur quingenta: ideo quando venditor reciperet rem venditam ab emptore, deberet ei dare reſiduum de pretio; ſcilicet, duo millia & quingenta. & iſto modo debent ſupputari, atque deduci fructus percepti de ſorte.

Et nõ eſt ſenſus, quòd deducantur fructus; id eſt, quòd computentur quantum valuerunt fructus in annis illis, quibus permanſit res vendita apud emptorem: verbi gratia; ſi in iſtis annis quinque ſupradictis, quibus mãſit hereditas vendita apud emptorem, fructus valerent mille, quia fuerunt abundantes in annis illis, ſi deducerẽtur illi
C de ſorte; manerent ſolum duo millia: & hoc pro vigintiquinque annis reſiduis vſque ad iubilæum: & ſic fraudaretur ipſe emptor, quia pro quinque annis dedit mille, & pro vigintiquinque reſiduis daturus erat duo millia: in hoc enim non eſt æqualis diuiſio.

Quòd autem non poſſit hoc ſtare, patet in caſu præcedenti, ſ. quòd aliquis emerit fundum pro tribus millibus; & manerent à tẽpore venditionis vſque ad iubilæum anni triginta: & tunc ponatur, quòd pro tribus annis ante iubilæum venditor vellet reuendere fundum: ponatur etiam quòd in tempore horum vigintiſeptem annorum fructus percepti de fundo, deductis expenſis valuiſſent quattuor millia: tunc ſi deberent omnes fructus percepti ſubtrahi de ſorte, cum ſors fuiſſet trium millium, & fructus percepti valerent quattuor millia; & deberent com-
D putari pro venditore: teneretur emptor reddere venditori mille, quæ ſupereſcunt ad ſortem. Sed hoc falſum eſt, dupliciter: quia lex mandat hic, quòd fructus deducantur de ſorte; & nunquam iubet, quòd addantur ſupra ſortem; cum res fuerit vendita pro toto valore ſuo; ſi autem deduceretur valor fructuum eo modo quo dictum eſt, non ſolum deducerentur fructus de ſorte, ſed etiam ſuperadderentur ad ſortem, ergo non poteſt ſtare iſte modus.

Item, non poteſt ſtare propter aliud: quia nimis fraudaretur emptor; & eſſet iniuſtum ſimpliciter, vt patet in caſu dato, ſi emiſſet aliquis fundum pro tribus millibus, & manerent triginta anni vſque ad iubilæum: ſi iſte fundus non redimeretur, in iubilæo redibat ad dominũ priorem: & ille qui emerat, recipiebat fructus omnium tri-
E ginta annorũ vſque ad iubilæum; & in iubilæo nihil dabit domino fundi ſuper id, quod à principio dederat: tamen ſecundum caſum, quem ante ponebamus, computando valorem fructuum in quolibet anno, perceptis fructibus vigintiſeptem annorum, debebat reddere emptor mille, quæ ſuperabundabant ad ſortem, ergo plura deberet reddere, cum recepiſſet fructus triginta annorũ vſque ad iubilæum: ſed in iubilæo nihil redibat vltra ſortem: ergo non poteſt ſtare iſte modus computandi fructus, ergo debet eſſe modus computandi quem ſupra poſuimus, ſ. vt diuidatur æqualiter pretium datum per annos manentes à tempore venditionis vſque ad iubilæum: tunc ſcito, quantum cedat cuilibet anno, fiet detractio pretij ſecundum numerum annorum, in quibus fructus percepti ſunt.

Et quod reliquum eſt reddet emptori. ſcilicet, computãdo pretium

pretium datum cum fructibus ſuſceptis, quantum ſuper- F
excreuerit pretium ad fructus perceptos, tantum reddet venditor emptori, computando fructus eo modo quo ſupra dictum eſt.

Sicq. recipiet poſſeſſionem ſuam. id eſt, quando venditor fecerit iſta quæ dicta ſunt, reddendo emptori reſiduum, quod eſt ſuper fructus perceptos, recipiet ab eo poſſeſſionem ſuam: & hoc fiet etiam nolente emptore, quoniam lex tribuit ius iſtud venditori: ideo inuito emptore poteſt ab eo repetere poſſeſſionem ſuam dato pretio, vt ſupra habetur. *Quod ſi non inuenerit manus eius vt reddat pretium*. Hic ponitur alius caſus, ſcilicet, quando venditor non habebat aliquem cognatum, qui vellet redimere poſſeſſionẽ venditam, aut poſſet; & dicitur, quod manebit tunc vſque ad iubilæum in poteſtate emptoris; dicitur, ſi non inueniat manus eius, id eſt, ſi non poſſit habere; & G
ſimilis modus loquendi eſt in multis locis horum librorum Moyſi: ſic enim apparet ſupra, capite 12. cum dicitur, quòd pariens expletis diebus purificationis ſuæ, ſiue pro filio, ſiue pro filia offeret agnum anniculum, & turturem, vel pullum columbæ; & poſtea ſubditur: quòd ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures. Sic habetur ſupra 14. cap. & in aliis locis.

Habebit emptor quod emerat, vſque ad annum iubilæum. id eſt, ſi nõ potuerit redimere venditor poſſeſſionẽ ſuam; nec aliquis cognatus eius pro eo: manebit iſta poſſeſſio apud emptorem vſque ad annum iubilæum, quoniam vſque ad illud tempus vendita eſt. & tamen in toto tẽpore intermedio poterat vẽditor redimere, ſiue per ſe, ſiue per cognatos. *In ipſo enim omnis venditio redibit ad dominum*. H
id eſt, iſte annus eſt à Deo poſitus, vt tunc redeant omnes poſſeſſiones ad dominos ſuos. Ex hoc autem apparet, ꝙ ſolũ vocantur hìc domini illi, qui à principio poſſederunt iſtas res venditas: omnes autem alij emptores nõ vocantur domini; & tamen ſecundum veritatem ipſi ſunt domini: quia quandocumque proprietas alicuius rei tranſit ad aliquem, ipſe efficitur verus dominus illius rei, cũ nihil aliud ſit habere dominium niſi habere proprietatem rei: hoc autem verè erat apud illos, qui emerant iſtas res permanſuras ſolum vſque ad iubilæum: ergo ſolum iſti erant tunc veri domini; ſed erat differentia in hoc; quia iſti erant veri domini ad tempus; primi autem erant domini veri in æternum: & hos vocat hic dominos. *Et ad poſſeſſorem priſtinum*. Idẽ eſt poſſeſſor priſtinus, quod dominus de quo hic dicitur: nam omnes iſti poſſidebant & I
erant domini: verus tamen dominus erat poſſeſſor priſtinus, id eſt, qui iſta primo poſſederat. vnde non poteſt vocari hic poſſeſſor priſtinus, niſi qui ex hereditate haberet poſſeſſionem; vel ex affinitate, ſcilicet, quòd haberet eam propter vxorem ſuam; vel propter filios; qui autem poſſidebat ex titulo emptionis, aut ex quocumque alio titu, non vocabatur poſſeſſor priſtinus.

Ex his inferuntur duo correlaria. Primum eſt, quod nemo poterat donare ſimpliciter poſſeſſionẽ ſuam alteri: nam donatio quando fit ſimpliciter, transfert dominium in ipſum donatarium, & eſt ſua vſque in æternum. Sed neceſſarium erat, quòd in anno iubilæo redirent omnes poſſeſſiones ad veros dominos, ergo ſi aliquis donaſſet fundum alteri, redibat ad eum in iubilæo: & tamen donatio ſimpliciter transfert dominium in æternum. ergo K
non poterat aliquis fundũ ſuum alteri donare: & ſi fortè aliquis donaſſet fundum, & veniente anno iubilæi nollet repetere fundum, ſed maneret apud donatarium: defuncto patre filij, vel alij propinqui, qui ſuccederent, poterãt repetere fundum, quia contra iſtam legẽ donare non potuit: tum illo modo poſſent ſortes tribuũ, & familiarum confundi: vt ſi aliquis de tribu Iuda donaret poſſeſſiones ſuas; aut aliquam illarum alicui de tribu Nephthalim; & ſic de aliis tribubus. permiſcerentur enim hoc modo poſſeſſiones ſortiũ, ſicut per venditionem: & tamen hoc Dominus prohibuit, vt patet Numeri 36. cap. & non ſolum non poterat aliquis alteri donare fundum; immò nec poterat propriè vouere: quoniam redibat ad eum in anno iubilæi ſecundum diſtinctionem quæ habetur infra, 27. capite.

Donatio poſſeſſionũ apud Iudæos nõ valebat.

Secundum correlarium eſt, quòd non poterat aliquis inter Iudæos acquirere aliquid iure præſcriptionis; ſicut fit inter nos, & inter plurimos gentium; quòd patet: quia non poterat aliquis inter Iudæos habere bonam fidem ad fundum alterius: nam fundi & omnes hereditates pertinentes ad tribum Ruben, erãt diſtincti locis, & terminis ſuis ab hereditatibus pertinentibus ad tribum Effraim: & ſic de aliis tribubus. Cum ergo aliquis de vna tribu poſſideret aliquem fundum in alia tribu; manifeſtum erat ſibi, quòd ille fundus non poterat pertinere ad eum, vel ad aliquem de tribu ſua. ergo ſemper haberet malam fidem.

Idem autem eſt, ſi vnus de vna familia vellet præſcribere contra alterum de alia familia in eadem tribu: nam ſicut ſortes tribuum erant diſtinctæ, ita etiam ſortes familiarum, vt apparet Numer. 26. cap. ergo cum ille, qui pertinebat ad aliquam familiam, ſciret ſe poſſidere aliquid pertinens ad alteram familiam, manifeſtè habebat malam fidem: ideo præſcribere non poterat.

Amplius autem quoniam dato, quòd procederet præſcriptio cum mala fide; etiam leges humanæ aliquando permittunt in præſcriptionibus longiſſimi temporis: tamen iſta lex de iubileo nõ permittebat aliquam præſcriptionem; quoniam in anno quinquageſimo debebat redire omnis poſſeſſio ad dominum priſtinum: & ſic quanquam aliquis tenuiſſet poſſeſſionem aliquam alterius per annos quadragintanouem, quod erat ſatis longum tempus ad præſcribendum; tamen in anno quinquageſimo, qui erat iubileus, poterat illa res ab eo repeti; & tenebatur eam dare: quoniam immediatè conſtabat de vero domino, propter diſtinctionem ſortium tribuum, & familiarum. non poterat ergo aliquo modo procedere inter Iudæos præſcriptio. Hæc autem quæ dicta ſunt tam de donatione, quàm de præſcriptione, intelligũtur in rebus immobilibus: nam quantum ad res mobiles neutrum prohibitum erat. & dicitur hic. *Et ad poſſeſſorem priſtinum.* Ad differentiam intermediorum poſſeſſorum: nam dato quòd eſſent multi poſſeſſores ſucceſſiuè eiuſdem rei inter vnum iubileum & alterum, tamen non debebat reduci res ad quemlibet immediatũ poſſeſſorem, ſed ſolum ad primum: vtpotè, ſi aliquis vendidiſſet poſſeſſionem ſuam alicui poſt annum iubilei: & ille emptor venderet alteri, & alius alteri: & ſic per multos diſtraheretur vſque ad annum iubilei: vltimus qui poſſideret tempore iubilei, debebat reſtituere poſſeſſionem: non tamen ei à quo immediatè acceperat, ſed antiquiſsimo poſſeſſori: nam fruſtra erat reſtituere hoc intermediis venditoribus, & poſſeſſoribus, cum apud eos res manſura non eſſet. *Qui vendiderit domum*. Hic agitur in ſpeciali de venditione domorum: nam aliud ius erat in domibus quàm in agris; ideo per ſe de eis dicitur. *Qui vendiderit domum intra vrbis muros.* Agitur hic de differentia domorum quæ erant in ciuitatibus muratis, & de domibus, quæ erant in ruribus; nam aliud ius erat in domibus quæ erant in ciuitate, quam in aliis: quia domus in ciuitatibus, ſi non redimerentur anno primo poſtquam venditæ fuiſſent, manebant in æternum in poteſtate emptorum, nec in iubileo redibant ad dominos priores. Si autem fuiſſent in ruribus domus, poterant redimi quocumque anno: & ſi non redimerentur, redibant ad priores dominos in iubileo, ſicut in agris erat. *Habebit licentiam redimendi donec vnus impleatur annus*. Iſte annus computabatur de momento ad momentum; & non ſicut computant vulgares annum à primo menſe vſque ad vltimum. dabatur autem licentia redimendi, id eſt, poteſtas, quaſi dicat, hoc erat ex conceſsione legis; non tamen erat ſecundum ſe iuſtum; ſed quòd id quod ſemel vendebatur, nunquam poſſet repeti, cum venditio ſimpliciter fieret: & dabatur hic vnus annus ſolum ad redimendum poſſeſsionem: nam ſi aliquis poſtea voluiſſet redimere domum venditam in loco murato, non poterat.

De venditione domorũ

Cauſa autem diuerſitatis iſtarum domorum quæ erãt in locis muratis, ab agris, & ab aliis domibus quæ erant in locis non muratis, eſt in fauorem ciuitatum; vt melius habitatæ ſint, & magis populoſæ efficerentur. & ſic cum daretur iſta lex, homines non inclinarentur ad vendendum

dum domos, quæ erant in vrbibus, vt non perderent eas totaliter. Si autem fuiſſet eadem lex quę in agris, & in domibus locorum non vallatorum, facilè habitatores exponerent domos ſuas venales, quas haberent in vrbibus: & hoc modo cum venditor tribueret domum ſuam emptori, recederet ab ea ad habitandum in ruribus: vnde fieret quòd habitatio ciuitatum ex magna parte deſtrueretur: vt autem hoc non fieret, cum in ciuitatibus conſiſtat totum robur regionis, dedit Deus hanc legem; quæ non idem permitteret in vrbibus, quod in ruribus.

Secunda cauſa & pręcipua erat: quia domus, quæ erãt in vrbe, non erant propriè dictæ poſſeſſiones Iſraelitarum: nam erant poſſeſſiones Iſraelitarum illæ, per quas diſtinguebantur inter ſe tribus, & familiæ: & ideo non permittebantur tranſire de vna tribu in aliam, ne confunderentur tribus; & diſtributio earum in cognatione, Numeri 36. & tamen poſſeſſiones, quæ erant intra vrbes, non erant illæ per quas diſtinguebantur tribus, & familiæ, ideo non erat in illis ita neceſſaria reditio ad dominos in iubilæo; neque facultas redimendi quolibet tempore intermedio; ſicut in illis per quas diſtinguebantur inter ſe tribus & familiæ.

Quòd verò per poſſeſſiones intra vrbes non fieret diſtinctio tribus, & familiarum, patet: quia de qualibet tribu Iſraelitarum dabantur Leuitis vrbes aliquæ ad habitandum: nam de toto Iſrael dari debebant quadragintaocto vrbes muratæ cum ſuburbanis ſuis in circuitu, Numeri 35. cap. & non dabantur agri, qui erant in circuitu harum vrbium, neque villulæ; ſed manebant hæc in poſſeſſione illius tribus, cuius fuerant illæ vrbes; & patet hoc Ioſue 21. cap. vbi dicitur, quòd Hebron ciuitas quæ erat de ſorte Iudæ; & erat ipſius Caleph filij Iephone data fuit filiis Aaron in poſſeſſionem: agros verò & villulas eius retinuit ſibi Caleph. & ita per vrbem Hebron licet eſſet in ſorte Iudæ, non diſtinguebantur viri de tribu Iuda ab illis; cum Leuitæ, qui non erant de tribu Iuda, poſſiderent Hebron: per agros verò & villulas, ab eis diſtinguebantur; quia illa ſolum poſſidebantur à viris de tribu Iuda: ideo poſſeſſiones, quæ erant extra vrbes, erant propriè poſſeſſiones tribuum Iſraelitarum: & non vrbes, aut poſſeſſiones intra illas.

Secundò, quia Leuitæ dicebãtur nihil poſſidere in terra Iſraelitarum, Numeri 18. & Deuteronomij, 18. & Ioſue 14. cap. ſcilicet, in terra eorum nihil poſſidebitis; neque habebitis partem inter eos: & tamen habebant Leuitæ vrbes cum ſuburbanis ſuis de terra Iſraelitarum, Numeri 35. & Ioſue, 21. cap. & hæc habentes non dicebantur aliquid poſſidere, & nihil inter Iſraelitas habere; quia non habebant aliquas villulas, & agros. ergo propria poſſeſſio Iſraelitarum non conſiſtebant in vrbibus, & vrbanis poſſeſſionibus, ſed in ſolis agris, & villulis. domus autem extra vrbes iudicabantur lege agrorum: ideo cum daretur lex redemptionis, vt non confunderentur poſſeſſiones Iſraelitarum, non oportuit extendi legem iſtã ad domos, & poſſeſſiones vrbanas, ſed ad agros, & domos, quæ erant in agris, id eſt, extra vrbes: & iſta eſt vera ratio legis. Et ideo licet non contingeret aliquem ditari inter Iſraelitas valde in bonis immobilibus, ſicut inter alias gentes, vt dictum fuit ſupra, erat verum hoc in bonis, quæ erant in agris: in domibus autem, quæ in vrbe erant, contingebat aliquem fieri valde diuitem, quia ibi res vendita non reuertebatur in iubilæo, nec etiam poterat redimi, niſi intra annum a tempore contractæ emptionis.

Leuitæ ſola vrbes cũ ſuburbanis habebant.

In quibus conſiſtebat poſſeſſio Iſraelitarum.

Eodem modo dictum eſt, ꝙ conuerſi ad Iudaiſmum non poterant poſſidere in terra Iudæorum neque paſſum pedis, quia erat tota terra diſtributa per ſortes inter Iſraelitas ex genere, & ſi aliquid emerent conuerſi de Gentilitate, reuertebantur illud ad priſtinum dominum in iubilæo, niſi ante redimeretur. Intelligitur autem hoc de terra agrorum, quæ erat propriè poſſeſſio Iſraelitarum: ſecus de domibus intra vrbes, quia de illis poterant emere conuerſi, & tranſmittere ad poſteros, cum non redimerentur niſi intra annum hæ domus: in iubilæo non reuertebantur ad priores dominos.

Vocãtur autem hic vrbes omnia loca murata, ſiue magna, ſiue parua eſſent. Id autem in quo differebant domus venditæ in ciuitatibus, ab aliis domibus, & ab agris; erat duplex, ſcilicet, quòd non poſſet repeti domus vendita quolibet tempore vſquè ad iubilæum, ſicut licebat in domibus locorum non muratorum. Secundum erat, ꝙ non poterant domus vrbium repeti in iubilæo, ſicut repetebantur agri venditi, & domus aliorum locorum. Ratio autem differentiæ ex ſuperioribus patet. *Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus.* id eſt, ſi non redemerit infra annum vnum à tempore, quo vendidit. Et dicitur ſi fuerit deuolutus circulus anni, id eſt, euolutus annus, eſt enim circulus in anno; quoniam ſicut linea circumferentialis circuli redit à puncto in punctum, ita annus, quando completur, in eadem die completur, in qua incępit, & iſte eſt circulus. Poteſt alio modo dici circulus anni, quia fit annus per motum ſolis, & cõſummat quando finit ſol circulum ſuum motu naturali redeundo de puncto ad punctum, vnde in eodem loco cæli, in quo eſt ſol eadẽ die, qua annus incipit, eſt in die in qua finit computando per motum naturalem, & habet eandem eleuationem, vel latitudinem: ideo nihil eſt, quod magis propriè dicatur de anno, quam ꝙ eſt circulus. Et ſic Ægyptij à principio antequam eſſet inter eos reperta perfecta cognitio Aſtrologiæ, figurabant annum per quendam ſerpentem incuruatum per circulum perfectum, ita quòd cauda eius eſſet in ore, & ſic opinio fuit ab antiquo apud omnes gentes annum eſſe circulum quendam, non quidem quantitatis permanentis, ſed ſucceſſiuæ. *Emptor poſſidebit eam.* i. tenebit eam iam pacificè, tanquam verus, & integer dominus, ita ꝙ iam non poſſit ab eo repeti in æternum, velut ſi proueniret ei de hereditate patrũ ſuorum. *Et poſteri eius in perpetuum.* Eſt ſignum ꝙ iſte emptor eſt verus, & integer dominus, quia poteſt tranſmittere iſtam poſſeſſionem ad poſteros: ſi autem non eſſet verus dominus, non poſſet tranſmittere. Quod eſt intelligẽdum quantum ad hoc, quod eſt tranſmittere ſimpliciter. Nam bene poteſt tranſmittere ad poſteros ſuos, etiam ſi non ſit dominus totalis, vt dicitur hic, vtpote ſi aliquis emit poſſeſſionem, & non redimitur, ſed manet apud ipſum vſque ad iubilæum, ſi ipſe, qui emit, ante iubilæum moriatur, relinquet eam poſteris ſuis tenendam, ſed ſolum hoc erit vſque ad iubilæum: nam tunc redibit ad priorem dominum, ſicut ſi non tranſiuiſſet ad poſteros; tranſire autem propriè ad poſteros eſt, quando tranſit res ad eos cum iure manendi ibidem vſque in æternum.

Quare annus vocetur circulus.

Et redimi etiam non poterit in iubilæo. id eſt, ſi iſta domus vendita non fuerit in primo anno redempta, nunquã poterit redimi, ex cauſa ſupra poſita; etiam in iubilæo: non quòd in iubilæo non poſſit redimi; quaſi aliàs in iubilæo aliquid redimatur; quoniam tunc non redimitur, ſed res ſimpliciter redeunt ad primos poſſeſſores: ſed dicitur, nec etiam in iubilæo, id eſt, non poterit iſta res aliquo tempore redimi elapſo anno; nec toto alio tempore, quod manet vſque ad iubilæum, nec etiam in iubilæo, id eſt, etiam non redibit in iubilæo ſine redemptione. Ponitur autem iſta particula; quia ſupra dicebatur de venditione agrorum, quòd redimi poterant quocumque tempore ante iubilæum; & ſi non redimerentur, in ipſo iubilæo redibant ad priores dominos: hic autem dicitur, quòd domus vendita non poterit toto tempore intermedio redimi; nec etiam redibit per ſe, ſine pretio in iubilæo; ſed manebit in æternum apud emptorem. *Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet.* Hic ponitur de domibus quando non ſunt in vrbibus, ſed in villis non muratis. Vocantur autem villæ non muratæ, ipſa rura; quoniam omnia loca ſiue murata, ſiue non murata appellantur hic villæ: nos autem alium modum loquẽdi habemus. & patet hoc quod poſuit hic Scriptura in diuiſionibus, quæ fiũt in libro Ioſue: nam omnia loca terræ promiſſionis vocantur ibi villæ, vel vrbes; aut villulæ, & tñ certum eſt, ꝙ ibi erant multa loca non murata. Differunt aũt iſtæ domus rurales venditæ à domibus quæ ſunt in vrbibus; quoniam in his fit, ſicut in venditione agrorum. Cauſa huius ſupra poſita fuit, ſcilicet, quòd illa lex fuit poſita multum ſtrictè in fauorem ciuitatum, vt ſemper eſſent populoſæ: in ruribus autem non manet idem motiuum: ſiue multum

habitentur; ſiue non: ideo reducit ea ad ius commune agrorum, id eſt, aliarum poſſeſſionum: ſed alia ratio efficacior fuit ſecunda ſupra tacta. *Agrorum iure vendetur.* id eſt, iſtæ domus vendentur per legem agrorum, id eſt, per legem fundorum, vel aliarum poſſeſſionum immobilium. Eſt autem lex in illis, quòd quando vendebantur, poterat venditor quocumque tempore redimere rem venditam, reddendo pretium iuxta computationem fructuum ſupra habitam: & ſi non redimeretur fundus, redibat in iubilæo ad dominum priorem, ita domibus venditis, quæ erant in ruribus, poterat fieri redemptio quolibet tempore ſupputando fructus perceptos, ſicut ſupputabatur in agris. *Si ante redempta non fuerit, in iubilæo reuertetur ad dominum ſuum.* id eſt, ſi in toto tempore intermedio non redemerit eam venditor, redibat ad eum in iubilæo: & hoc ſine aliquo pretio dato; quoniam diſtinguitur redimi, & redire. redimi .n. eſt, ꝙ poſſeſſio cōuertatur ad dominum dato pretio pro illa, iuxta ſupputationem temporis; redire eſt, quando ipſa res reuertebatur ad dominum nullo dato, & hoc ſolum erat in iubilæo: omnibus autem aliis temporibus redimi debebāt; alioquin non redibant. *Aedes Leuitarum, quæ in vrbibus ſunt.*

Redimi & redire differūt.

An Leuitis datum fuerat in priuilegium quòd domus eorum in vrbibus redirent in iubilæo, vel cederent eis ratione iuris. Quæſt. XXI.

HIc ponitur caſus ſpecialis circa Leuitas, cum venderent domos quas haberent in vrbibus: nam in omnibus aliis habebant ipſi legem communem, quæ erat poſſe redimi rem venditam quocumque tempore, vel redire in iubilæo ad priſtinum dominū. In domibus autem quæ erāt in vrbibus, fuit poſita alia lex, ſcilicet, quòd non redimerentur niſi in anno primo, quo venderentur: & ſi non redimerentur, non redibant in iubilæo. Quantum ad hoc acceperunt Leuitæ priuilegium ſuper ceteros, quod etiam domus eorum, quæ erant in vrbibus, poſſent redimi quocumque tempore, & ſi non redimerentur, redirent ad eos ſaltem in iubilæo.

De hoc diceret aliquis eſſe caſum; quia Deus vult dare magis ſpecialia priuilegia Leuitis, quā popularibus: ſicut in Eccleſia apud nos, maiora ſunt priuilegia Clericorum quam Laicorum. Et ſatis rationi conſentaneum eſt, vt illi qui Domino ſpecialiter vacant, ſpecialibus honoribus gaudeāt & priuilegiis. Ita etiam & in Veteri Teſtamento Leuitæ, qui Dominō miniſtrabant, debebant aliquid habere ſuper reliquum populum, cui non licebat facere aliquam miniſtrationem.

Sed non eſt iſta cauſa; ſed potius iuuantur ex iure communi. Nam ſicut erat laicis cōceſſum de quibuſdam poſſeſſionibus, quòd ſemper redimi poſſent vſque ad iubilæum; & ſi non redimerentur, ꝗ redirent in iubilæo: ita eſſe debuit apud Leuitas: ſed Leuitæ non habebant aliquam poſſeſſionem agrorum, ſed ſolum domos, in quibus habitarent: quia iura percepta de Sanctuario erant eis loco poſſeſſionum agrorum. Sicut ergo in poſſeſſionibus agrorum gaudebant populares hoc beneficio, ꝙ poſſent eas redimere quocumque tempore, & ſi non redimerent, redirent ad ipſos in iubilæo: ita debuit dari aliquid ſimile in Leuitis: ſed non poterant habere ſimile in agris, cum nullos agros poſſiderent: ergo debuerunt hoc habere in domibus vrbium, loco agrorum. & iſta cauſa exprimitur infra, cum dicitur, quòd domus vrbium Leuitarum pro poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſrael.

Leuita dupliciter hic accipitur.

Accipiuntur autem hic Leuitæ non prout dicunt miniſterium; ſed genus: nam vno modo dicuntur Leuitæ omnes qui ſunt de tribu Leui; ſiue ſint Sacerdotes, ſiue non. & iſto modo non diſtinguimus Sacerdotes à Leuitis. Alio modo dicuntur Leuitæ, vt ſignificant miniſterium quoddam: nam diſtinguebatur tota tribus Leui in duo genera principalis miniſtrationis: ſcilicet, miniſtratio circa Altare in ſacrificiis, & thymiamate; & panibus propoſitionis, atque Candelabro; & ceteris quæ erant intra Sanctuarium. Alia autem miniſtratio erat in rebus pertinentibus ad Sanctuariū; nō tamen intra ipſum Sanctuarium, ſicut portare ea quæ erant in Sanctuario de loco ad lo-

F cum, cum caſtra monēda eſſent; & figere Tabernaculum cum caſtra metarentur; & excubare in circuitu Sanctuarij, ne aliquis de populo accederet ad illud. Prima harum miniſtrationum tradita fuit Aaron & filiis eius, vt apparet Numer.3. & 18. cap. & iſta vocatur miniſtratio ſacerdotalis. Alia autem data fuit omnibus aliis de tribu Leui, ſcilicet, Merariris; Gerſoniris; Caathitis ſecundum diſtributiones officiorum, quæ habentur Numer.c.3. & 4. & illi qui pertinent ad hanc ſecundam miniſtrationem, vocantur ſpecialiter Leuitæ; prout diſtinguuntur contra ſacerdotes. & iſte modus accipiēdi Leuitas, eſt magis vſitatus in Sacra Scriptura, ſcilicet, vt dicantur Leuitæ, qui ſunt de genere Leui, & non ſunt ſacerdotes. ipſi verò Sacerdotes quanquam ſint de genere Leui, propter dignitatem tamen maioris miniſterij, Leuitæ non vocantur, ſed
G Sacerdotes: hic verò accipiuntur Leuitę primo modo, ſcilicet, pro omnibus qui ſunt de tribu Leui; ſiue ſint Sacerdotes; ſiue ſolum Leuitæ.

Lex de Leuitis intelligitur & quantum ad Sacerdotes.

Cauſa huius eſt: quia non debebant eſſe minoris priuilegij Sacerdotes, quam Leuitæ, ſed potius maioris: quia ſpecialius Domino miniſtrabant: etiam quia eadem cauſa cōſiſtit in Sacerdotibus, quæ in Leuitis, ſcilicet, quòd non habeant poſſeſſionem agrorum inter filios Iſrael; ſed domus vrbium ſint eis loco poſſeſſionum. ergo eodem modo in Sacerdotibus ſicut in purè Leuitis iſta lex tenebat. *Semper poſſunt redimi*, ſcilicet, vſquè ad annum iubilæum, dato pretio computando fructus in ſortem, vt ſupra dicebatur. & hoc eſt ſiue Leuita vendiderit alteri Leuitæ domum ſuam, ſiue alicui de populo, ſemper enim idem ius redimendi habebat. *Si redempta non fuerint, in iubi-*
H *læo reuertentur ad dominos.* Iſta lex de redemptione domorum Leuitarum, intelligenda eſt iuxta redemptionem ſupra poſitam, quæ fiebat in agris: ſcilicet, quòd ſi eſſet aliquis propinquus venditoris, redimebat rem de manu emptoris, vel ipſe venditor poſtea dabat precium quandocumque vellet: & facta computatione fructuum in ſorte, iuxta modum ſupra poſitum, redibat poſſeſſio ad dominum; alioquin reuertebatur in iubilæo nullo dato pretio. *Quia domus vrbium Leuitarum*, ſcilicet, tam Sacerdotum quam aliorum minorum Leuitarum. *Pro poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſrael.* Iſta eſt cauſa huius legis ſpecialis in Leuitis, ſcilicet, quòd ipſi gaudere debebant lege redemptionis, vel reuerſionis in iubilæo: ſicut gaudebant populares: ſed non habebant in quo gauderent quantum ad agros: ergo debuit eis com-
I mutari hoc in domos; & hoc ſolum quantum ad domos vrbium. nā domus, qui erant in locis non muratis, quolibet tempore redimi poterant; vel in iubilæo ſaltem reuertebantur: & tamen in hoc non erat aliquid ſpeciale Leuitis; quia idem erat in omnibus popularibus: ideo in domibus vrbium acceperunt Leuitæ aliquid ſpeciale loco agrorum, quos habebant populares. Et dicitur quia domus Leuitarum ſunt eis pro poſſeſſionibus inter filios Iſrael, id eſt, ſunt eis loco agrorum: non enim poteſt accipi hic poſſeſſio largè pro omni re quæ poſſidetur; nec etiam poſſeſſio pro omni re immobili poſſeſſa; ſed ſolum pro agris: nam ſi acciperetur quocumque iſtorum modorum prædictorum, non diceretur quòd domus erant Leuitis pro poſſeſſionibus; ſed quòd domus erant poſſeſſiones Leuitarum. Cum tamen dicitur pro poſſeſſio-
K nibus, intelligitur, id eſt, loco poſſeſſionum; & ſic eſt ſenſus, quòd habebāt Leuitæ domos vrbium loco agrorum: nam non acceperunt Leuitę diſtributionem ſortium cum aliis tribubus: nam terra fuit diuiſa ſolum duodecim tribubus, vt patet Numeri 34. cap. & inter has tribus non fuerunt computati Leuitæ: quia Deus erat poſſeſſio eorum, & ſors, vt habetur Numeri 18. cap. & Deuteronomij 18. cap. acceperunt tamen Leuitæ ab aliis tribubus ciuitates, in quibus habitarent, quadragintaocto, vt habetur Numeri 35. cap. & non acceperunt poſſeſſiones iſtarum vrbium, ſcilicet, fundos, nec rura, ad colendum: ſed ſolum in circuitu ciuitatis duo millia paſſuum dabantur eis ad alenda pecora: vineas tamen, aut agros, vel oliueta, non habebant, nec colebant, quia erant occupati circa miniſteria Domini: accipiebant tamen ad ſuſtentationem ſuam à populo iura decimarum, & aliorum prouen-

Poſſeſſio quid in propoſito.

Leuitæ acceperūt vrbes & ſuburbana ab alijs tribubus.

uen-

uentuum,de quibus Num. 18. & 35. capitib. & ſic Leuitæ in hoc concordabant cum filiis Iſrael; quia poſſidebant vrbes & domos ſicut aliæ tribus; non tamen per diuiſionem ſortis;ſed per collationem aliarum tribuum: differebant autem: quia non habebant agros, vineas, & oliueta ſicut populares. Et dicitur, quòd domus vrbium Leuitarum ſint pro poſſeſſionibus:id eſt,computentur ipſis tanquam agri in filiis Iſrael. hoc autem eſt,vt habeant idem ius redimendi vel veniendi in iubilæo ad priores dominos. Dicitur hic vrbium Leuitarum:non quòd Leuitæ haberent aliquam diſtributionum ſortium cum aliis Iſraelitis,vt prouenirent eis vrbes ſicut aliis: ſed poſtquam tota terra promiſſionis diuiſa erat in duodecim ſortes, per duodecim tribus, dedit Leuitis aliquas ciuitates, ita vt tribus,quæ abūdaret magis in ciuitatibus,plus daret;quæ verò pauciores haberet, daret quoque pauciores, ſicut hr Num. 35. c. & ſic datæ ſunt quadragintaocto,quæ vocātur ciuitates Leuitæ. *Suburbana autem eorum non veneant*. i. non poterunt vendi ſuburbana. Dicitur enim ſuburbanum quaſi ſub vrbe poſitum:& ſunt ſpatia adiacentia vrbi, quę ſunt quaſi ſub mœnibus vrbis: Leuitæ autem habebāt ſuburbana,id eſt,ſpatia data in circuitu ciuitatum: nam cum qualibet ciuitate dabantur eis duo millia cubitorum per totum circuitum: hæc autem non erant ad colendum vineas,vel habēdum agros; ſed vt ibi paſcerent pecora ſua, vt patet Numeri 35. cap. De his verò dicitur, ꝙ non veneant:id eſt, non vendantur, veneo, venis, verbum neutro paſſiuum eſt,& in voce actiua paſſionem ſignificat;ſ. vendi, ſicut alia neutro paſſiua; ſcilicet exulo, vapulo, &c. *Quia poſſeſſio ſempiterna eſt*. id eſt, ſuburbana non poterunt vendi; quia poſſidentur vſque in æternum.

Suburbana quæ dicantur.

Sed dicet aliquis,non tollitur quin ſuburbana ſint poſſeſſio ſempiterna, etiam ſi vendantur; quia iſta redirent in iubilæo ad priores dominos, ſicut aliæ poſſeſſiones; & ſic in æternum poſſiderentur, quamquam venderentur.

Aeterna poſſeſſio quo intelligatur.

Reſpondendum eſt, ꝙ poſſeſſio æterna dicitur, quando ſemper apud poſſeſſorem manet: ſi autem aliquando deſinat poſſidere,etiam ſi ius ei ſit ad poſtea poſſidēdum, non dicetur poſſeſſio ſempiterna. Sic erat inter Iſraelitas quando aliquid vendebant: nam quamquam illud redimi poſſet,vel redire in iubilæo, tamen quando vendebatur,deſinebat poſſideri à domino primo, & tranſibat in poſſeſſionem atque verum dominiū emptorum:ideo cum ſuburbana eſſent poſſeſſio ſempiterna, nunquam poterant vendi: quia tunc efficerentur poſſeſſio non ſempiterna. In quo conſiderandum eſt, quòd Leuitæ habebant ciuitates in quibus morarentur, & ſuburbana ipſorum, habebant quoque domos intra ciuitates ad habitandum; in his tamen differebant: quoniam domus pertinebat ad ius priuatum; ſcilicet, quòd quilibet poſſidebat domum ſuam, & non aliquis alius: ideo iſtæ domus poterant vendi: ſed ipſi qui vendebant, habebant ius repetendi eas medio tempore inter venditionem & Iubilæum,dato pretio, vel reducendi eas ad ſe in iubilæo, nullo pretio exhibito: vrbes tamen, & ipſa ſuburbana, pertinebant ad ius publicum, nec erant alicuius ciuis, nec omnium ſimul ſumptorum; ideo non poterant tales res vendi: quoniam vocantur ſacræ. ſicut portæ, mœnia, & theatra: de quibus habetur Inſtit. de rer. diuiſ. circa principium; & cum iſta in nullius bonis ſint, non poſſunt vendi: quia vendere ad dominum pertinet, cum per venditionem transferatur dominium ab eo, qui illud habeat: cum non poſſit quiſquam in alterum plus iuris transferre quàm ipſe habeat: ſed in iſtis nullus habet dominium, ergo nullus poteſt vendere.

De ciuitatibus autem ipſis non erat dubium quòd vendi non poſſent,ideo Deus non poſuit quod non venderentur;de ſuburbanis tamē magis dubitabatur, ideo dictum fuit,quod non poſſent vendi. & ratio iſtorum patet: quia ſicut ciuitas non erat ipſorum Leuitarum, ita,ꝙ ipſi eſſēt domini: ſic ſuburbana non erant ipſorum, ſed res ſacræ erant pertinentes ad ciuitatem, & ob hoc dicuntur eſſe poſſeſſio ſempiterna: quia ciuitas quæ iſta poſſidet, nunquam moritur. Si aūt iſta ſuburbana pertinuiſſent ad iura priuatorū,non fuiſſent poſſeſſiones æternæ; quia aliquando poſſidens deſineret poſſidere: & ſic quantum ad iſta,

A non erat ius redemptionis, nec iubilæi, cum vendi nunquam poſſent. Et ponitur hoc, quia fortè aliqui ex Iſraelitis inter quos habitarent Leuitæ,voluiſſent ab eis emere iſta ſuburbana pro pecoribus ſuis;vel ad colendum in eis, & ita Leuitæ præ paupertate voluiſſent vendere ipſa;& per hunc modum caruiſſent poſſeſſionibus vrbium ſuarū. Dicitur ergo,ꝙ non poterant vendere. *Si attenuatus fuerit frater tuus*. Hic ponitur quædam exhortatio ad pietatem, vt Iudæi diuites ſe haberent miſericorditer verſus Iudęos pauperes, & eſt caſus. Si aliquis Iudæus efficeretur pauper,& non potens habitare in poſſeſſione ſua,vel vrbe,iret ad alium locum, volens habitare cum aliquo Iudæo, vel ſaltem cōmorari in vrbe eius,non deberent qui in vrbe illa habitabant, opprimere eum vſuris,ſed gratis cōcedere omne illud quo egeret. Et ponitur hoc: quia Iudæi erant
B viri immiſericordes inter ſe, quanto magis verſus extraneos. Cū ergo veniret aliquis extraneus pauper ad habitandum in aliqua vrbe Iudæorum fortè opprimerēt eum vſuris:ideo Deus admonet, ne hoc faciant. *Si attenuatus fuerit frater tuus*.i.ſi fuerit effectus pauper, qđ eſt attenuari,i. effici in poſſeſſionibus minorem. *Et infirmus manu*.i. non potens habere ea, quæ vult, vel quibus indiget. Manus.n. ſignificat omnem potentiam operatiuam, ex eo ꝙ in ipſa maxime operatio eſt, cum dicatur organum organorum iuxta Ariſtotelem, 2. de anima. Quando ergo potentia alicuius debilitatur, ita vt non poſſit habere id quo indiget, dicitur infirmus manu. Et dicitur hic frater tuus: id eſt, ſi ſit Hebræus: non enim ponit hoc Deus, tanquam non ſit miſerendum aduenis conuerſis ad Iudaiſmū, cum ſæpè incitet ipſe Iudæos ad miſerendum eis, vt patet Exo-
C di 23. & Deuteron. 10. cap. ſed ideo hoc dicitur, quia magis miſerendum eſt fratribus, ſcilicet, Iudæis ex genere, quàm conuerſis ad Iudaiſmum. Vtriſque tamen bonum erat miſereri. Dixit etiam hoc Deus: vt facilius inclinarentur Iudæi ad miſerendum fratribus ſuis, quàm ad miſerendum alienigenis. *Et ſuſceperis eum quaſi aduenam, & peregrinum*. Hoc erat, quia aliqui Iudæorum non potentes commodè habitare in terra ſua, ibant ad habitandum ad alias vrbes,vbi melius ſibi eſſe reperirent: ſic dicitur Iudicum 17. capite, de quodam iuuene, ſcilicet, egreſſuſq. de ciuitate Bethleem peregrinari voluit, vbicūque ſibi commodum reperiſſet. Iſti autem vocabantur quaſi aduenæ, & peregrini, non quidem quòd eſſent verè aduenæ, & peregrini: quoniam Sacra Scriptura vocat aduenas eos, qui relictis cognatione, & cultu Deorum ſuorum, venie-
D bant in terram,& ad cultum Iudæorum. Hi enim totaliter aduenæ erant,quia omnia reliquerant,tā mores quam originem. Iudæi autem quando tranſibant de loco ad locum,ad peregrinandum ibi,non vocabantur aduenæ, & peregrini. *Et vixerit tecum*.ſ. ꝙ ſit mercenarius tuus, aut inquilinus. Vel vixerit tecum,id eſt, vixerit apud te,ſcilicet in ciuitate tua: quocunque enim horum modorum accipi poteſt. Et eſt iſta loquutio ad omnes de ciuitate illa,in qua habitaret Iudæus peregrinus, ſcilicet, ꝙ nullus eorum illum opprimeret vſuris, nec faceret aliquod grauamen. *Ne accipias vſuras ab eo*.

Quare Deus ſpecialiter vetuerit ad vſuram dare peregrino. Quæſt. XXII.

E SPECIALITER enim dixit de vſuris in peregrino, & hoc propter duo. Primò, quia peregrini pauperes ſunt,ideo magis in eis habet locum vſura, quam in aliis: quoniam qui diuites ſunt,nihil periit cum vſuris, aut ſine vſuris. Secunda cauſa eſt:quia illi qui peregrini ſunt, non habent aliquos amicos, vel cognatos, vel affines, qui ſibi mutuo darent ea,quib. indigebant: ideo magis cogerētur recipere ſub vſuris quā alij, qui eſſent de terra illa quamquam inopes. Admonuit ergo Deus de his,ne daretur illis quidpiā & hoc ſiue in pecunia,ſiue in frugib. aut quacumque alia re, quia in omnibus æqualis prohibitio eſt vſurarū, vt patet Deuter. 23. c. & in hac prohibitione apparet,ꝙ iſtud præceptū intelligatur de Iudæis ex genere. Nam quāquam Iudęi bene facerent obſeruantes hāc pietatem et quoad aduenas;tn̄ nō obligabantur ex hac lege, quod patet;quia hic prohibētur dare aliquid ad vſurā illis,

lis, & tamen poterant Iudæi dare aduenis mutuum ſub vſuris; ſic patet Deuteronom. 23. capite; ſcilicet, non fenerabis fratri tuo ad vſuram pecuniā, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno: fratri autem tuo abſque vſura, id quo indiget, commodabis. *Nec amplius quam dediſti.* *Vſura quid ſit.* Hoc videtur eſſe idem cum ſuperiori, ſcilicet, accipere ad vſuram, vel accipere aliquid ſuper mutuatum. Nā communiter vſuram eſſe dicimus, quando aliquid recipitur vltra ſortem; & verè ſic eſt. Sed hic Deus facit differentiam inter vſuras, & dare aliquid ſupra ſortem: quoniam vſuras vocat, qñ aliquid determinatè datur pro anno, vel menſe: recipere aliquid amplius dicit, quando etiam non facto contractu de recipiendo aliquid determinatè; ipſe mutuator petit aliquid ab eo, cui mutuat, vel oblatum ab illo ex hac cauſa recipit: quoniam etiam ſi libenter offerat, quia pauper eſt, recipiendum non eſt. *Time Deum tuum.* Hoc dicitur quamuis ille pauper peregrinus non poſſit reddere vicē Iudæo diuiti, ſi iniuſtè oppreſſerit, vel vſuris afflixerit eum: tñ Deus retribuet affligētibus: ideo timeri debet Deus tanquam potens punire ſic facientes, & verè punituros eſt eos; & ſic caueatur ab his moleſtiis inferendis. *Vt viuere poſſit frater tuus apud te,* id eſt, miſerearis Iudæo qui peregrinatur apud te, quoniā ſi tu eum opprimis vſuris, nō poterit propter paupertatem viuere: miſerearis ergo ei, vt viuat: alioquin recedet à te non potens vſurarum tolerare moleſtiam. *Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram.* Repetitio ſuperiorum eſt: quia ſatis intelligebatur per hoc, quod dictum eſt, ne accipias vſuras ab eo. & hic accipitur vſura per omnem modum, ſcilicet, qñ accipitur aliquid determinatum ſupra ſortem, & hoc ex hac cauſa. Omnes enim modi illiciti ſunt, ſed magis primus, cum ibi magis fiat extorſio & directius. *Et frugum ſuperabundantiam non exiges,* i. non petes ab eo, vt det tibi plures fruges, quam ei dederis; ponuntur iſta duo: quia vſura communius fiebat in his: tñ non ſunt iſta ſolū prohibita, ſed etiam quomodocumque contrahatur vſura. ſic patet Deuter. 23. capite, vbi prohibetur vſura in pecuniis, & frugibus, & quacumque alia re. *Ego Dominus Deus veſter,* i. ego qui iubeo vobis iſta facere, ſū Deus veſter: ideo debetis obedire voci meæ. *Qui eduxi vos de terra Aegypti.* *Maximū beneficiū eductio de Aegypto.* Ponitur hoc ad ſignādam maximam obligationem, quia iſtud erat de maximis beneficiis temporalibus, quæ Deus Iſraelitis contulerat, liberās eos à duriſſima ſeruitute, quę vocabatur ergaſtulū, vt patet Exodi 6. capite; & vocabatur fornax ferrea, vt habetur Deut. cap. 4. propter tantum ergo beneficium erant ei maximè obligati, & debebāt facere quodcumque iuberet. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ Deus dicat ſe multum liberalem fuiſſe erga eos in eo, ꝙ illos eripuit de tanto malo: ideo hortabatur eos vt ipſi eſſent liberales erga fratres ſuos Iudæos, non opprimendo eos vſuris, cū fuerint in paupertate, & aduenæ apud eos. *Vt darem vobis terram Chanaan,* i. ideo vos eduxi de terra Ægypti, vt vobis darem terram Chanaan, in qua habitaturi eſtis, quæ eſt terra fluens lacte & melle; & in hoc exprimit alterum beneficium magnum, ſ. conferēdo eis terram Chanaan; & propter hoc ēt debebant eſſe liberales erga proximos ſuos, ſicut Deus fuerat erga eos liberalis in educendo eos de Aegypto, & collocādo in terra feraci & bona. *Vt eſſem veſter Deus,* i. ideo vos eduxi de terra Aegypti, vt eſſem veſter Deus, ſ. vt me coleretis ſpecialiter, & ego facerem vobis ſingularia beneficia. Nā omniū gentiū Deus per naturā ſum, vos tñ elegi ſpecialiter, vt eſſetis mihi in populum, & in gentem ſanctam, vt patet Num. 19. capite. Ideo debetis facere id, quod ego iubeo vobis. *Si paupertate compulſus.* *De vēditione perſonarum.* Hic agitur in ſpeciali de venditione perſonarum; & agitur quomodo tractandi eſſent ſerui de genere Hebræorum, & quanto tempore manere debebāt in ſeruitute. & dr: Si paupertate compulſus; hoc eſt principium ad venditionem, qua aliquis ſeipſum vendit: nam nullus ſeipſum venderet, niſi propter paupertatem, quoniam ſeruitus eſt extremum malorū; & peius eſt cuilibet perdere ſuam libertatem, quod eſt effici ſeruum, quā quęcumque mala ei eueniant: nā in omnibus aliis manet homo ſui iuris, in ſeruitute verò nequaquam; paupertas tamen ad quodlibet ſiue honeſtum, ſiue inhoneſtum hominem impellit. Et non ponitur hic iſta particula, quaſi ſit F aliqua conditio legis: nam tunc ſolum teneret hoc, cum aliquis propter paupertatem ſeipſum venderet: ſi tamen aliter ſe venderet, non conſequeretur conditiones legis, ſcilicet, ꝙ liberaretur à ſeruitute in Iubilæo; ſed hoc falsū eſt: quia quomodocumque aliquis ſe vēderet ex Hebræis, tenebat iſta conditio legis: ſed ponitur iſta clauſula tanquam communis conditio hominum ſe vēdentium, quoniam propter paupertatem ſe vendebant. *Vendiderit ſe tibi frater tuus.* Iudæi autem vendebant ſe, quando erant ſui iuris, ſcilicet, quando eſſent emancipati, vt eſt in illo qui habet vxorem. Dum autem aliquis eſt in poteſtate aliena, ſcilicet, in patria poteſtate, non poteſt ſeipſum vendere: quia cum nō poſſit quis transferre in alterum plus iuris quam ipſe habeat, & ille qui eſt in patria poteſtate, nō eſt ſui iuris, ergo non poteſt tradere alteri ius aliquod in G ſe: ſed per vēditionem tradit quis alteri ius in ſe, ergo non poteſt qui eſt in alterius poteſtate, vendere ſeipſum, ſed ſolum ille, qui per emancipationem eſt effectus ſui iuris; Sic eſt ſecundū leges humanas, ꝙ nemo ſeipſum vendere poteſt, niſi ſit maior viginti annis, & participet de pretio, vt patet Inſtit. de Iure perſon. circa medium. *Frater tuus.* Intelligitur hoc de Iudæis, qui vocantur fratres ad inuicem: nam Gentiles conuerſi ad Iudaiſmum, non erāt fratres Iudæorum, nec gaudebant hac lege, vt infra habetur: ſed manebant ſerui in æternum, & tranſmittebantur ratione ſeruitutis perpeſſæ ad poſteros; Iudæi autem non poterant effici ſerui vſque in æternum, ſed ſolum vſque ad iubilæum quo priſtinæ libertati reſtituebantur. *Non eum opprimes ſeruitute famulorum,* id eſt, non imperabis ei res duras, ſicut imperantur ſeruis, qui vocantur hic famuli largè. H

Quomodo domini poſſint imponere labores ſeruis quos voluerint, & eos affligere, nec habeant ius reclamandi.
Quaſt. XXIII.

DE ſeruis autem licebat dominis ſtatuere quodcumque vellent, præter hoc, quòd non poterat occidere eos: nam ſicut licet homini de re ſua à ſe poſſeſſa facere quodcumque voluerit: ita licet de ſeruo: quoniā ſeruus eſt poſſeſſio domini ſui. Sic enim ait Ariſtoteles 1. Politicorum capite 2. Sic quoque habetur Exodi 21. capite, vbi dicitur, quòd ſeruus eſt pecunia domini ſui. Poſſunt ergo domini imponere ſeruis ſuis quoſcumque labores voluerint, nec ineſt ſeruis aliquod ius reclamandi, cum I totaliter ſint res dominorum ſuorum. Et ſic Iudæi accipientes fratres ſuos in ſeruos, poterant eos vendere, & facere de eis quodcumque vellent, atque magnis eos grauare laboribus, iuxta legem aliorum ſeruorum. Propter hoc ergo Deus iubet eis, vt nōn affligant eos, ſicut alios ſeruos, ſed ſicut mercenariis, & colonis eis faciant. Accipitur autem hic famulus ſpecialiter pro ſeruo: tamen cum nos loquimur de famulis, omnes quomodocumque exhibētes aliis genus aliquod obſequij, famulos appellamus. *Sed quaſi mercenarius & colonus erit.* *Colonus quid ſit. Et mercenarius.* Iſti mercenarij & coloni non ſunt ſerui, ſed ſui iuris: habent tñ aliquod opus ad quod obligati ſunt: coloni aūt dicuntur eſſe illi, qui ad colendum aliquos fundos ſunt collocati, & nō habēt aliquod alterum opus; hi etiam ſui iuris ſunt, nec poſſunt cogi à dominis ad aliquod aliud genus obſequij, niſi ad cul- K turam illorū agrorum: poſſunt quoque iſti aliquid ſibi acquirere, & facere quæcumque eis expediant; mercenarij verò dicuntur, quicumque pro aliqua mercede conducti ſunt ad aliquod opus certum, & iſti adhuc magis liberi ſunt quā coloni, nec tenentur, niſi ad id pro quo conducti ſunt; & hoc modo iubebat Deus, vt ſe haberent Iſraelitæ ad ſeruos ſuos Hebræos; non tamen volebat Deus, vt omnes immunitates quas habebant mercenarij, & coloni, haberent ſerui: nam ſic inter Hebræos nihil differentiæ fuiſſet inter mercenarium eſſe, & ſeruum, quod falſum eſt: quia ſi dominus daret ſeruo ſuo vxorem, illa vxor, & liberi inde geniti erant ipſius domini, exeunte ſeruo in libertate anno ſeptimo. Si tamen daret vxorem colono, & inde haberet filios, etiam ſi poſt paucum tempus deſineret eſſe colonus, non poterat ei tollere filios, & vxorem. Etiam coloni & mercenarij pro ſeipſis aliquid acqui-

acquirere poterant, ſerui autem nequaquam. Non ergo A vult Deus idem eſſe de mercenariis & colonis, ſicut de ſeruis: ſed quantum ad hoc, vult ſeruos de genere Iudæorum, eſſe ſimiles mercenariis, ꝙ domini non poſſent eos affligere magnis laboribus, ſicut non poterant affligere colonos, vltra id, quod ſibi impoſitum erat; nec poterant eos punire, nec etiam mercenariis poterãt iubere aliquid vltra opus determinatum, pro quo conducti venerant; ita voluit fieri in ſeruis, vt non imponerentur eis opera dura, nec torquerentur à dominis, ſicut interdũ ſolent torqueri alij ſerui. *Vſque ad annum Iubilæum operabitur apud te.* id eſt, ſolum poterit manere apud te vſque ad annum Iubilæi: poſtea verò non poteris eum diutius tenere. Non tamen innuitur in hoc, ꝙ ſemper ſerui deberent manere vſque ad iubilæum, quoniam in ſeptimo anno poterant egredi. Sic.n. habetur Exodi 21. cap. & Deuteron. 15. cap. quan- B documque aliquis Iudæus venditus eſt in ſeruum, ſeruiet annis ſex, & in ſeptimo anno liberabitur à ſeruitute: & tamen quando contingebat, ꝙ ſeruus maneret in ſeruitute vltra annum ſeptimum, non poterat cogi ad manendum ex aliqua cauſa, vltra quinquageſimũ, qui erat Iubilæus.

An iſta lex intelligatur ſolum de ſeruis in ſeptimo ſeptenario; Et quomodo quidam errent in hoc. Et de eductione filiorum & vxoris de ſeruitute; vel ſi relinquebantur, quid erat de illis ſtatutum. Quæſt. XXIIII.

ALIQVI in iſta littera decipiuntur, exiſtimantes, ꝙ hoc ſit præceptum continens imperium, ſcilicet, quod ſerui ſemper deberent manere apud dominos ſuos vſque ad annum quinquageſimum, ideo illi exponunt, C dicentes hoc intelligi de ſeruo, qui venditus eſt in fine ſeptem ſeptenariorum, ſcilicet, in vltimo eorum: quoniam iſte non poterat permanere, niſi vſque ad annum iubilæum, qui eſt quinquageſimus, quoniam tunc coincidebant iſta tempora, cum vnus annus eſſet poſt alterũ, iuxta vnam opinionem ſupra tactam: & ſic tunc idem fuiſſe dicunt liberari in anno ſeptimo, vel in iubilæo. De aliis verò ſeptenariis annorum dicũt hoc non poſſe intelligi. Sed iſti errant in duobus: Primò, quia exiſtimant cogi ad hoc, ꝙ dicant ſeruos debuiſſe manere vſque ad annum quinquageſimum iubilæi. Sed hoc falſum eſt: quoniam littera non ſignat hoc, ſed ſolum, quòd Iudæi venditi in ſeruitutem operabantur apud dominos ſuos vſque ad annum iubilæum, id eſt, non poterant cogi ad vltra manendum. Secundò autem errant, dicentes, quòd hoc poſſit intelligi D in ſeruis, qui vendebantur in ſeptimo ſeptenario: quia tunc coincidebant cum iubilæo: ſed hoc etiam falſum eſt: quoniam ſi aliquis venditus fuiſſet in ſeptimo ſeptenario, & voluiſſet exire in anno ſeptimo remiſſionis, non expectabat vſque ad iubilæum: ſed vno anno ante iubilæum liberabatur; quod patet ex eis, quæ ſupra probata fuerunt, ſcilicet, quòd annus Iubilæi & remiſſionis non conincidant. qui ergo liberandus erat in iubilæo ſecundum legem quæ hic ponitur, non liberabatur in anno remiſſionis ſeptimo: ſed tunc manebat ſeruus vſque ad iubilæum: & ſic non liberabatur quando iſti voluit. Nec eſt inconueniẽs, quòd aliquibus annis remiſſionis iſte maneret in ſeruitute: quoniam ſeruus, cuius perforabatur auris, non liberabatur in anno remiſſionis ſeptimo, ſed manebat vſque ad iubilæum; & ſic poterat manere in ſerui- E tute per ſeptem annos remiſſionis, cum inter iubilæum, & iubilæum ſint ſeptem ſeptenaria annorum, & in qualibet ſeptenaria eſt vnus annus remiſſionis.

Dicendum ergo quòd iſta littera intelligitur non de quolibet ſeruo, ſed ſolum de ſeruis illis, qui nõ liberabantur in anno remiſſionis, propter aliquam cauſam. Nã ſicut ſupra dictũ fuit iubilæus erat maioris perfectionis quam annus ſeptimus remiſſionis, ideo ea, quæ manebãt incompleta in anno ſeptimo, complebantur in iubilæo; & quia aliqui erant ſerui, qui non liberabantur in ſeptenario in anno remiſſionis, oportebat poni quomodo liberarentur in iubilæo. Et iſti erant ſerui qui acceperãt à dominis ſuis vxores, & genuerant ex eis filios, dum eſſent in poteſtate dominorum: poterat aũt adueniẽte ſeptimo anno illi ſerui liberati, ſed manebant in ſeruitute vxor eius, & liberi, & aliquando iſti ſerui, vt abducerent ſecum vxores & liberos, volebant manere apud dominos, & tunc cum veniret annus iubilæus, egrediebantur iſti liberi cum vxoribus & filiis, vt patet Exodi 21. cap. & Deuteron. 15. c. Iſti enim erant ſerui qui operari debebant vſque ad iubilæũ, alij verò nequaquam: quoniam iſti liberari non poterant in ſeptimo anno remiſſionis, vt patet per hoc quod ſubditur. *Et poſtea egredietur cum liberis ſuis*, id eſt, poſt annum iubilæum egredietur à ſeruitute, ipſe, & filij eius; & non ſolum dicit de filiis ſuis, ſed etiam de vxore, quæ cum illo egrediebatur: nam propter hanc non fuerat ipſe effectus liber in anno ſeptimo, vt apparet Exodi 21. cap. quoniam ſeruus dixit, quòd diligebat vxorem, & liberos, & ideo non egrediebatur liber, ſed manebat vſque in ſæculum, id eſt, vſque ad iubilæum. Si ergo tũc egrediebatur cum liberis, vt littera dicit: hic etiam egrederetur cum vxore. nam nihil magis pertinebant liberi ad eum quam vxor, cum fuerit vxor data ei à domino ſuo, & conſequenter liberi inde nati ad dominum pertinebant, ſicut arbor quæ ſolo cedit, vel quia partus ſequitur ventrem. Et quando ibi dicitur, quòd egredietur in iubilæo cum liberis, nõ eſt intelligendum cum liberis quos habuit quando effectus eſt ſeruus: nam iſti, & vxor quam ante habebat, liberi erant, & egrediebantur cum illo in anno remiſſionis primo veniente, vt habetur Exodi 21. cap. cum dicitur: Cum quali veſte intrauerit, cum tali exeat: ſi habens vxorem, & vxor egrediatur ſimul. Idem etiam intelligitur de filiis, cum non fuerint geniti in ſeruitute. Immo iſti propriè non egrediebantur in libertatem anno ſeptimo, quia qui egreditur in libertatem, ſeruus aliquando eſt: ſed filii iſtius & vxor, nunquam fuerunt ſerui, cum iſte non vendiderit vxorem & filios ſuos, ſed ſolum ſeipſum. ergo ipſe egrediebatur in libertatem: filij autem eius & vxor, nec in iubilæo, nec aliàs egrediebantur liberi, cum ſemper liberi fuiſſent. Sed intelligitur hoc, quãdo acceperit ſeruus vxorem à domino ſuo, quando manebat apud eum, & ante annum remiſſionis ſeptimum genuit aliquos filios ex ea: poſtea verò nolebat egredi in libertatem, quouſque educeret ſecum filios, & vxorem. Et de his intelligitur, ꝙ in iubilæo exibat ſeruus in libertatem cum filiis ſuis & vxore. Si autem ſeruus iſte non expectauit annum iubilæi, filij ſui & vxor, de quibus dictum eſt, manebant apud dominum. ſic patet Exodi 21. cap. cum dicitur. Si autem dominus dederit illi vxorem, & peperit filios & filias; mulier & liberi eius erũt dñi ſui: ipſe verò exibit cum veſtitu ſuo. Sed nunc aliquis quæret de iſtis filiis, & vxore, quos aliquis educebat in iubilæo, quid fieret ſi in anno ſeptimo ipſe liberari vellet, nũq̃d & vxor & filij manerẽt in ſeruitute: vel redirẽt ad ſeruũ, qui iã exierat de ſeruitute.

Aliquis forte dicet, quod iſti filij & vxor non exibant in libertatem, ſed manebant apud dominum; quod patet: quia dicitur Exodi 21. cap. ꝙ vxor & filij eſſent ipſius domini, & ſeruus egrediebatur in veſtitu ſuo.

Aliquis autem contrarium dicet, ſcilicet, quòd iſti filij & vxor in anno iubilæo redibant ad maritum & patrem, qui fuerat liberatus in anno ſeptimo, à ſeruitute: quoniã apud Iudæos nulla erat perpetua ſeruitus, niſi alienigenarum conuerſorum; vel filiorum iſtorum: iſti autem filij erant viri Iudæi, ideo liberari debebant aliquando. ſed non erat vlterior terminus liberationis quam iubilæus. ergo in anno iubilæo vxor redibit ad virum, & filij ad patrem, qui egreſſus fuerat in libertatem anno ſeptimo.

Et poterit reſponderi ſecundum iſtum modũ dicendi ad auctoritatem Exodi, in qua dicebatur, quòd vxor & filij erant ipſius domini, & ſeruus egrediebatur cũ veſtitu ſuo; ꝙ intelligatur de anno remiſſionis ſeptimo, in quo egrediebatur ille ſeruus in libertatẽ, & tamen filij ſui & vxor non poterant tunc egredi, ſed redibant in iubilæo.

Dicendum eſt, ꝙ hoc non poteſt ſtare: nam hoc conceſſo, nunquam daretur quòd aliquis ſeruus perforaretur in aure ſubula, & maneret apud dominum ſuum vſque ad iubilæum. Sed hoc falſum eſt: quoniam Exodi 21. cap. & Deuteron. 15. cap. dicitur de ſeruis, quorum aures perforabãtur, & hic dicitur de eorũ liberatione; ergo aliqui manebant ſerui vſque ad annum quinquageſimum.

Quòd aũt nullus maneret ſeruus vſque ad iſtud tempus,

pus, ſi permitteretur modus liberationis vxoris, & filiorum eius, qui ſupra poſitus eſt,apparet: quoniã ſicut habetur Exodi 21. cap. ſeruus poterat egredi in libertatem anno ſeptimo remiſſionis, ſiue accepiſſet à Domino vxorem,ſiue non: & ſiue genuiſſet ex vxore filios, ſiue nõ. Si tamen dixiſſet. diligo dominum meum,& vxorem, & filios;ideo non egrediar liber,perforabatur auris eius, & manebat ſeruus vſque in ſæculum.ſ.vſque ad iubilæum. Ecce qualiter efficiebatur iſte ſeruus vſque ad iubilæum, vt educeret filios, & vxorem de ſeruitute. Si autem reciperetur modus ſuperior liberationis, ſ.ꝙ exeunte ſeruo in libertatem in anno ſeptimo, filij eius, & vxor manentes apud dominum egrederentur liberi in anno iubilæo,nullus vellet manere in ſeruitute vſque ad iubilæũ. Sed hoc falſum eſt; quia multi manebant, & dabatur hic lex de liberatione illorum; ergo non fiebat talis modus liberationis: quia tunc ſtultus eſſet, qui vellet ſeruire vſque ad annum iubilæum pro nihilo, cum poſſit nihil ſeruiendo educere filios & vxorem in libertatem in anno iubilæi. Item patet hoc: quia quãdo ſeruus egrediebatur in libertatem anno ſeptimo, manentibus filiis & vxore apud dominum, dicitur de eis Exodi 21. cap. quòd vxor & filij erunt ipſius domini: ergo erant ſerui ipſius domini: ſed tunc cũ eſſent ſerui, non videtur aliquis modus per quem poſſent liberari: quia liberatio filiorum & vxoris alicuius ſerui, ſolum erat, quando ipſe manebat apud dominum vſque ad iubilæum,iuxta formam hic traditam. ſed in caſu poſito non manet ſeruus pro filiis ſuis & vxore vſque ad iubilæum apud dominum,ergo nunquam educebantur in libertatem filij, & vxor eius.

Et quando arguebatur,ꝙ apud Iudæos non erat aliqua ſeruitus ſempiterna, ſed aliquo tempore fiebat liberatio, vt infra patet,niſi in alienigenis,& filiis eorũ: ſed iſti erãt filij viri Iudæi,ergo non debebant ſemper manere in ſeruitute, & conſequenter debebãt liberari in iubilæo, cum non eſſet terminus vlterior liberationis. Reſpondendum eſt,ꝙ iſti erant ſerui in æternum. Et cum dicitur,ꝙ nunquam erat ſeruitus æterna inter Iudæos,conceditur. Sed dicendum eſt, ꝙ iſti erant alienigenæ: nã licet eſſent filij iſtius viri Iudæi;tamen ſuſceperat eos ex ancilla Gentili, quam dederat ei in vxorem dominus ſuus. Et quia partus ſequitur ventrẽ, ſicut mater erat ancilla vſque in ſempiternum, ita & erant filij ſerui, qui propter eam vocabantur alienigenæ. Sed hoc quod dicitur de liberatione iubilæi,erat aliquid gratis conceſſum ſeruis Iudæis: nam regulariter filij ab eis geniti modo ſupra dicto, & vxor, debebãt eſſe ſerui in ęternũ, cũ pertinerẽt ad alienigenas; Conceſſit Deus tñ hoc priuilegiũ eis,vt cũ ſeruirẽt vſque ad iubilæum, liberarentur ipſi, & filij eorum, & vxores.

Quòd autem vxor illa, ex qua ſeruus ſuſceperat filios, de quibus dicitur,eſſet Gentilis, apparet: quia non poterat eſſe de filiabus Iudæorum:nam tunc eſſet ancilla,aut libera: non poteſt dici ꝙ eſſet ancilla, quia inter Iudæos non poterat vendi aliqua femina in ancillam, niſi eſſet infra pubertatem,& venderet eam pater ſuus, vt acciperet illam in vxorem dominus emens,vel filius eius. Si aũt adueniente tempore pubertatis dominus puellæ nõ accipiebat puellã in vxorem,nec tradebat filio ſuo,aut deflorauerat eã,aut non.Si nõ deflorauerat eam, redibat puella in domum patris ſui libera,& non poterat dñs vendere eam,nec facere quidquam ad libitũ de illa.Si aũt eam defloraiuiſſet, & nõ acciperet in vxorem, cõpellebatur ei dare virũ, & dotare eam, vt patet Exodi 21.c. & ſic quocumque puella vendita fuiſſet in ſeruitutem de genere Hebræorũ,ſemper efficiebatur libera adueniẽte pubertate.Non poterat ẽt dici,ꝙ daretur iſti ſeruo talis puella in vxorẽ,quia tunc iſta effecta fuiſſet ancilla pro ſemper,vel ad minus vſque ad iubilæum, & tñ liberanda erat adueniente pubertate, ergo non dabitur talis ancilla Iudæa in vxorem ſeruo.Etiam non poteſt intelligi de Iudæa,quæ eſſet libera:nã liberæ nolebãt contrahere cũ ſeruis,ne diminuerent dignitatẽ ſuam: & ẽt quia dominus erat habens poteſtatẽ ſuper virũ ſuum, & non poſſet conuenienter recipere ab eo debitum, & alia quæ pertinebant ad virum & vxorem: maximè,quia hoc intelligitur de filiis, ſuſceptis ab illa, quam dabat in vxorem dominus ſeruo,

F vt habetur Exodi 21.cap.cum dicitur: Sin autem dominus dederit illi vxorem; dominus tamen non poterat dare aliquam mulierem liberam in vxorem alteri, quia libera tradi non poteſt alieni in vxorem,niſi ipſa ſe tradat. Sed dicitur,ꝙ dominus daret, & ipſe non poteſt dare niſi quod ſuum eſt, ergo daret vxorem ancillam de Gẽtilitate conuerſam; nã iſti poterant poſſideri ſimpliciter à dominis ſuis vſque in æternum,& tranſmitti ad poſteros iure hereditario, vt patet infra in litera. Et ſic neceſſe eſt dici,ꝙ iſta vxor,& filij qui liberabantur in iubilæo, pertinebant ad Gentilitatem.Et cum ancilla talis eſſet ſimpliciter ancilla, poterat manere vſque in æternum in ſeruitute, niſi eam eriperet vir ſuus per legem hanc de ſeruitute vſque ad iubilæum.Idẽ etiam de filiis eius erat;quia quanquam illi eſſent filii viri Iudæi, tamen erant ẽt filii
G ancillæ Gentilis, & in hoc magis ſequebantur conditionem maternam, quam paternam, cum partus ſequatur ventrem quantum ad honorem,& libertates. Erant ergo iſti filij in æternum ſerui, niſi eos pater eriperet, ſicut dictum fuit de vxore.Si autem iſte ſeruus haberet aliquam vxorem liberam Iudæam, filij eius, & ipſa, non manebãt apud dominum,ſiue illa fuiſſet accepta in vxorem antea quam vir introiret in ſeruitutem,ſiue poſtea.De illa enim quæ ante accipiebatur in vxorem, habetur Exodi 21.cap. Cum quali veſte intrauerit,cum tali exeat:ſi habens vxorem, & vxor egrediatur ſimul. Si vero iſta vxor poſtea fuiſſet accepta, eodem modo dicendum eſt, ꝙ ad dominum nihil pertineret,cum iſta eſſet libera,& non ſe venderet illi;filij quoque inde geniti erant ſimpliciter liberi, quia cum partus ſequatur ventrem, & venter, i.mater ſit
H ſimpliciter libera,erant filij pariter ſimpliciter liberi.Ratio autem diuerſitatis inter vxores,quas ſic accipiebat ſeruus Hebræus, & inter illam quam dabat dominus ſeruo Iudæo,eſt:quia illa quã dabat dominus,erat ancilla eius, & pecunia illius:ideo tam ipſa,quam quidquid ex ea naſceretur,ipſius erat. Aliæ autem vxores liberæ,nihil pertinebant ad dominum: ideo nec ipſæ, nec filij earum tenebantur ad aliquam ſeruitutem.Quòd autem ſeruus Iudæus educeret ſecum in anno iubilæo vxorem & filios, quos ſuſcepiſſet ex ancilla Gentili, partim erat ex debito, partim ex grata Dei conceſſione; ex debito quidem, quia iſte ſeruus Iudæus egrediebatur liber in anno ſeptimo remiſſionis: ſi autem volebat manere vſque ad iubilæũ,hoc
I non erat ex aliquo iure quod haberet dominus ſuus in eum: ſed quia ipſe gratis ſe ſubiiciebat ſeruituti pro vxore,& filiis, & ideo ita educebat vxorem & filios, tãquam ſi emiſſet eos vt ſeruos à domino ſuo data pecunia numerata pro illis:quoniam idem eſt dare pecuniam,vel labores, aut aliquid pecuniæ æquiualens. & ita ſeruitus quæ erat vſque ad iubilæum, dabatur tanquam commutatio pro filiis & vxore.Erat etiam iſta liberatio partim ex priuilegio,vel grata Dei conceſſione, quia ſeruitus illa, quæ erat vſque ad iubilæum, fortè non tantum valebat quantum vxor,quam educebat,& liberi,& aliquando nõ valebat medietatem precij, nec tertiam, nec quartam, nec quintam partem: vtpote,ſi aliquis deberet egredi liber in ſeptimo anno, & poſtea ſeruiret vſque ad iubilęũ ſequentem,qui poterat eſſe vſque ad octo annos,ſi adhuc maneret aliud ſeptenarium inter illum annum remiſſionis, & iubilæum, vel ſi forte liberaretur in anno ſeptimo remiſ-
K ſionis,qui erat ſm opinionẽ quorundam, aut poterat immediatè eſſe ante iubilæũ, & haberet quattuor vel quinque filios,ex vxore,manifeſtum eſt, ꝙ nõ tantum valebat ſeruitus illius anni,ſicut vna vxor, & quinque filij, etiam ſi eſſet ſeruitus octo annorum,vel plurium;quia ergo pro illa pauca ſeruitute haberet filios, & vxorem,& grata cõceſſio erat.Item erat hoc quaſi in priuilegium: quia accipiebat hic ſeruus vxorem, & liberos, quaſi emptos à dño pro ſeruitio,quod erat vſque ad iubilæũ. Si tñ nollet dñs, cogebatur dare ei filios,& vxorẽ,volenti ſeruire vſque ad iubilæũ: q̃q̃ i hoc nõ videbatur fraudari dñs;& ſi aliqua damnificatio fuiſſet,ſibi imputaret,qui tradidit ſeruo ancillã in vxorẽ,cũ nemo eum ad hoc cogere poſſet. Poſtea aũt cũ ſeruus deberet egredi liber in anno ſeptimo remiſſionis, ſiue modicũ tps reſtaret vſq; ad iubilæũ,in electione ei⁹ erat q d magis vellet,ſ.egredi liber dimiſſa vxore &

filius

Pater naturaliter diligit filios ſuos, ac vxorē valde, ob id iſta lex data fuit de eorum eductione.

filiis apud dominum, vel manere vſque ad iubilæum, vt A poſtea educeret filios & vxorem. Ratio autem huius cóceſſionis erat fauor matrimonij, & naturalis amoris: nam pater diligit naturaliter filios ſuos, & vxorem valde. Si ergo manerent filij & vxor ſerui vſque in æternũ, egrediente patre in libertatē, eſſet duriſſima afflictio patri, relinquenti particulam ſuam animatam in ſeruitute, ſcilicet, filios, & caram vxorem. Dedit ergo Deus legem vt poſſēt viri educere vxores, & filios, ſeruiendo hoc modo vſque ad annum iubilæũ. *Et reuertetur ad cognationem & poſſeſſionem patrum ſuorum*, i. iſte ſeruus qui toto tempore tranſacto vſque ad iubilæum manſerat in ſeruitute, quáquam non perdidiſſet cognationem, quia ſemper pertinebat ad cognationem illam de qua erat; nec perdidiſſet iura poſſeſſionis ſuę: tamen quia non manſerat inter cognatos, ſed in ſeruitute apud dominum, dicebatur manere extra co- B gnationem; nũc verò ad illam egredi: quia reddita libertate, poterat inter cognatos ſuos liberè manere. Dicitur ēt regredi ad poſſeſſionem patrum ſuorum, non quidem ꝙ ante eam non haberet, quoniam ante poſſidebat: ſed quia ante res poſſeſſas nõ adminiſtrabat, ſed alius loco eius: nunc verò quia incipiebat res ſuas adminiſtrare emancipatus de ſeruitiis domini, dicebatur egredi ad poſſeſſionem patrum ſuorum, ſcilicet, illi qui vendiderunt poſſeſſiones ſuas, & poſtea eas in iubilæo recuperauerunt: nam iſti non habebant aliquid de poſſeſſionibus patrum ſuorum, cum illæ manerent apud emptores, ſed cum in anno iubilęo recipiebant eas, dicebantur purè regredi ad illas: ſic habetur ſupra in littera, cum dicitur. ipſe eſt enim iubilæus, reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam, & vnuſquiſque ad familiam priſtinam. *Mei enim ſerui ſunt.* C

Quare cum omnes gentes faciant contractus ſimpliciter in venditionibus, inter Iudæos non fiebat venditio æterna, nec in poſſeſſionibus, nec in ſeruitutibus. Quæſt. XXV.

IN iſta parte ponitur, quare Iudæi non vendebantur in æternum, ſicut aliæ gentes: nam in aliis gentibus omnes contractus venditionis fiunt ſimpliciter, ſiue vendatur aliqua poſſeſſio, ſiue vendatur homo in ſeruum, & permanebant iſtæ vēditiones vſque in æternum: inter Iudæos autem ſolum vſque ad iubilæum. De poſſeſſionibus autem ſupra cauſa reddita eſt in littera. ſ. ꝙ terra nõ erat Iudæorum, ſed Dei: ipſi verò erant coloni, & aduenæ, qui non habent aliquod ius ſuper corpus poſſeſſionis ad alienandum. Hic autem redditur cauſa de hominibus, quare D non venderentur in ſeruos vſque in æternũ; & intētio Dei erat hæc, vt Iudæi pauperes non premerentur æterna ſeruitute, quia ſic inducerentur, vt conuerterentur ad Gētilitatem, ne tantum affligerentur. Hanc tñ legem datam Deus volebat iure tueri, ſ. ꝙ Hebræi non poterant ſe vendere in ſeruos in æternum, nec ad vnam horam; quoniam nullus ſeipſum vendere poteſt in ſeruum, niſi qui ſui iuris eſt, cum non poſſet quiſpiam in alterum ius transferre quod ipſe non habet, ergo cum Iudæi eſſent ſerui Dei, non erant ſui iuris, ſed totaliter pertinebant ad Deũ: ideo non poterant vendere ſe in præiudicium eius, nec ad momentum quidem. Deus tñ ad ſubleuãdas neceſſitates eorum, permittebat ꝙ vēdere poſſent ſe in ſeruitutem vſque ad iubilæũ: amplius tamen nequaquam. Sed aliquis dicet, ꝙ iſta ratio non ſtat: nam tunc in nulla gente lice- E ret ſeruitus perpetua; quoniam omnes gentes ſerui Dei ſunt: ergo nõ licet eis vendere ſeipſos, nec ad tempus, nec in æternum: maximè autem id verum erit de venditione, quæ erat vſque in æternum. Quod autem omnes gentes ſunt ſerui Dei, nullus dubitat. Ad hoc reſpondendum eſt, iſtam rationem ſtare conuenienter, ſcilicet, quia Iudæi erant ſerui Dei, ideo non licebat eis ſeipſos vendere. De ceteris gentibus reſpondetur, quòd nulla gens erat ſerua Dei, niſi Iudæi. Nam quanquam omnes gentes ſint creaturæ Dei, & ſubditæ ei naturaliter, tamen nulla eſt ſerua eius: non enim quilibet ſubiectus alteri, eſt ſeruus eius: ſed dicitur ſeruus, qui pecunia emptus eſt, vel in bello captus, aut de manu alterius domini redemptus. Iudæi autem erant huiuſmodi: quia ipſi primo erãt in ſeruitute Pharaonis; Deus autem in virtute multa, & ſignis, atque

prodigiis redemit Iſraelitas de manu Aegyptiorum, deletis Aegyptiis in mari rubro; ergo per hoc effecit eos ſibi propriè ſeruos, tanquam ſi pecunia redemiſſet eos. De aliis autem gentibus non erat ſic: nam quanquam Deus illas creaſſet, & quotidie gubernaret, tñ non redemit eas de manu alienius, tenentis eas in ſeruitute, ſicut redemit Iudæos. ergo non erant ſeruæ, ſed ſolum naturaliter ſubditæ. Quòd aũt Iſraelitæ vocentur ſerui Dei, non propter hoc ꝙ à Deo creati fuerit aut quotidie gubernarentur, ſed quia de ſeruitute educti fuere apparet in littera ſequēti. ſ. Et ego eduxi eos de terra Aegypti, ergo ſtabat cõueniēter dictũ in Iudæis, ꝙ non venderent ſeipſos, quia erant ſerui Dei: in aliis aũt gentibus non ſubſiſtebat iſta ratio. *Et ego eduxi eos de terra Aegypti.* Hic ponitur modus, quõ Iſraelitæ eſſent ſerui Dei. ſ. quia eos redemerat ſibi iure bellico B de manu aliorum dñorum. ſ. Aegyptiorum ſeruitutis iugo duriſſimo eos prementium, & nõ ponitur hic iſta eductio de terra Aegypti tanquam expreſſiua diuini beneficij, vt etiam aliàs poni ſolet, ſed tanquã ſignificatiua obligationis, & iuris, quod Deus habebat in Iudæis. ſ. quia erant ſerui eius ab eo purè redempti. *Non veneant conditione ſeruorum.* i. non poterunt vendi, ſicut ſerui. Non vetat hic Deus Iudæos vēdi in ſeruos, qm̃ permittebat eos vendi vſque ad iubilæum, ſed prohibet eos vendi conditione ſeruorum. Eſt. n. conditio ſeruorum, vt ſemper ſerui ſint, cum ſemel ſerui effecti fuerint. Si ergo Iudæi vēditi fuiſſent in ſeruos conditione ſeruorum, manſiſſent in ſeruitute vſque in æternum, & hoc Deus prohibebat. In quo innuitur ꝙ purus contractus vēditionis in æternum manet, ſiue vendatur poſſeſſio, ſiue homo: nam contractus ven- C ditionis ſimpliciter, non duraret in æternum, cum Deus permittat hic Iudæos poſſe vendi in ſeruos vſque ad annum quinquageſimum, non prohibet eos vendi conditione ſeruorum: ergo venditio per conditionē ſeruorum, eſt in æternum. *Ne affligas eum per potentiam.* Hic loquitur Deus ad eos, qui emebant aliquos de Iudæis in ſeruos vt non opprimerent eos per potentiam, quod poteſt intelligi dupliciter. Primò, quantum ad afflictionem, de qua ſupra dicebatur, ꝙ non opprimerentur Iudæi ſerui ſeruitute famulorum, ſed quaſi mercenarij & coloni tractarentur. Et quanquam iſta lex data eſſet, domini tñ per potentiã opprimerent ſeruos Iudæos dura ſeruitute: ideo Deus admonet ne affligant eos per potentiam. Alio modo intelligi poteſt hoc, referendo ad id quod immediatè dictũ eſt. ſ. ad liberationem iubilæi. Nam licet ſic ſtatutum eſ- D ſet, vt liberarētur ſerui in iubilæo; tamen domini per potentiam poterant eos tenere in ſeruitute vltra iubilæum, & hoc erat affligere eos: ideo Deus iubet ne hoc modo affligantur. *Sed metuito Deum tuum.* i. timeas Deum tuũ. ſ. ꝙ quamuis non deſiſtas ab afflictione ſeruorum propter eos: quia ipſi nullius potentiæ ſunt, tamen time Deum tuum, & facias propter eum hoc. *Seruus & ancilla.* Prohibuerat Deus ſupra, ne haberent Iudæi aliquos ſeruos de fratribus ſuis vſque in æternum, & quia hoc videbatur aliquo modo grauatorium diuitum Iudæorum, ponitur hic, quomodo Iudæi poſſent habere aliquando ſeruos, & ancillas vſque in æternum, & hoc erat de Gētilibus. *Sint vobis de nationibus.* Vocantur nationes gentes omnes prę- ter Iudæos. & de his licebat habere ſeruos. In quo innuitur, quòd Iudæi quanquam venderentur in ſeruos, tamen E non erant propriè ſerui: quia hic dicitur quod ſeruus, & ancilla ſint de nationibus, ergo nunquam eſt ſeruus, & ancilla de Iudæis. Illi verò qui de Iudæis vendebantur in ſeruitutem, non erant ſerui propriè: quia non manebant in ſeruitute vſque in æternum; quæ eſt conditio ſeruorum, vt ſupra patet in littera. *Quæ in circuitu veſtro ſunt.* id eſt, de Gentibus, quæ ſunt in circuitu terræ veſtræ. non dicitur de his, tanquam non poſſent habere Iudæi ſeruos de aliis gētibus remotioribus, etiam de extremitate mundi, ſed dicitur de circuitu veſtro ad ſignificandum, quòd non poterant accipere ſeruos de terra ſua. Aliqui enim dicunt, ꝙ intelligitur hoc de gentibus, quæ erant in circuitu, id eſt, de gentibus Chananæorum quæ erant apud Iudæos, quorum terram ipſi Iudæi accepturi erant, & ponunt exemplũ de Gabaonitis, qui accepti ſunt in ſeruitutē in vſum totius populi, & Sanctuarij, vt patet Ioſue c. 9.

Duplex litteræ expoſitio.

Iudæi ſeruos & ancillas vſque i æternũ habere poterant de Gentilibus.

Sed hoc non poteſt ſtare: quia Gabaonitæ erãt de terra populorum, quos accepturi erãt Iudæi in poſſeſſionem ſuam: ideo non debebant eos dimittere viuetes, nec inire cũ eis aliquod fœdus ſeruitutis, nec iniuiſſent, niſi fortè in fraudem Gabaonitæ mutauiſſent habitum, loquentes cum Iudæis tanquam venientes de terra longinqua: cum verò Iſraelitæ cognouiſſent ſe deceptos eſſe ab illis; populus moliebatur occidere illos, ſed Ioſue & principes Iſrael propter iuſiurandum, quo ſe conſtrinxerat, liberauerunt illos à morte, & in pœnam fraudis ſuæ fecerunt eos ſeruos Sanctuarij, & populi: & tamen ſi cognouiſſent eos eſſe de terra illa, quam accepturi erant, nullo modo eos accepiſſent in ſeruos, ſed occidiſſent eos, ſicut occiderunt alias gentes; patet etiam hoc Deuteron. 20. c. vbi dicitur. De his autem vrbibus, quæ dabũtur tibi, nullum omnino permittes viuere, ſed interficies in ore gladij, Hethæum videlicet, Amorræum, & Chananæum, Ferezæum, & Heuæum, & Iebuſæum. ſed ante hoc dixerat, ꝙ quandocumque oppugnaret aliquas ciuitates, quæ non eſſent de terra, quam accepturus erat Iſrael, occiderent omnes viros, & feminas reſeruarent, & iubet aliter fieri quando pugnarent Iſraelitæ contra gentes illas, quarum terram accepturi erant, ergo oportet, quòd tunc occiderent omnes tam viros quàm feminas, ergo non poterant Iudæi accipere ſeruos de Gentilibus illis, quarum terram poſſeſſuri erant, ſed de aliis. Et dicitur quæ in circuitu veſtro ſunt, id eſt, accipietis ſeruos & ancillas, non de Gentilibus, qui habitant in terra quam vos poſſeſſuri eſtis, ſed de gentibus, quæ habitant in circuitu terræ huius. *Et de aduenis qui peregrinantur apud vos.* Hic ponitur alius modus gentium, de quibus accipi poterat ſeruus & ancilla; & ſupra dabatur vnus modus, ſcilicet, quòd acciperentur ſerui & ancillæ de Gentilibus, qui erant in circuitu, id eſt, de Gentilibus, nondum conuerſis ad Iudaiſmum.

Si Iudæi pugnarent contra aliquam gentem, quæ non eſſet de Chananæis, accipiebant inde ſeruos & ancillas, & illi compellebantur conuerti ad ritum Iudaicum, & circumcidi, nec tamen gaudebant eiſdem priuilegijs quibus veri originarij Iudæi gaudebant. Quæſt. XXVI.

HIc datur alius modus accipiendi ſeruos, & ancillas: ſcilicet, de Gentilibus iam conuerſis. Primus modus erat, vt ſi Iudæi pugnarent contra aliquam ciuitatem extra terram poſſeſſionis ſuæ, occidebant omnes viros potentes capere arma, vel qui iam alicuius ætatis habentis inſtinctum ad vindicandum erant: feminas autem, & paruulos reſeruabant, vt patet Numer. 20. cap. & hoc quando nolebant recipere conditionẽ pacis & ſeruitutis, & ſic accipiebant tunc omnes feminas in ancillas, & omnes paruulos in ſeruos, aut vendebant eos aliis gentibus. & de his poteſt intelligi littera iſta, quòd acciperent ſeruos & ancillas de Gentibus, quæ erant in circuitu. Et tunc iſti qui accipiebantur in ſeruos & ancillas, conuertebantur ad cultum Iudaicum: nam ſi viri eſſent, circumcidebantur, & compellebantur ad omnes cæremonias cultus Iudaici. Sic patet Exodi 12. cap. cum dicitur: Omnis ſeruus empticius circumcidetur, & ſic comedet. De ancillis autem idem modus erat: quia ſine aliqua cæremonia præcedente compellebantur ad ritum Iudaicum, cum in eis non poſſet præcedere circumciſio. Quòd autem tam ſerui quàm ancillæ compellerentur ad ritum Iudaicum, patet: quia permittebatur eis, quòd comederent de ſacrificiis pacificis dominorum ſuorum, & dicebatur ꝙ aſcenderent cum eis in locum Sanctuarij, quando aſcendebant Domini, vt patet Deuteronom. 12. & 16. c. non autem permitterentur comedere de carnibus ſacrificiorum, nec etiam introire in Sanctuarium, niſi iam conuerſi fuiſſent ad ritum Iudaicum, vt declaratum fuit ſupra 21. cap. ergo ſerui & ancillæ acceptæ de Gentilibus compellebantur conuerti ad cæremonias Iudaicas. Alio modo poterãt accipere Iudæi ſeruos & ancillas de Gentibus, quæ in circuitu eorum erant, ſcilicet, vt non acciperent iure bellico, ſed pretio comparando. & tunc hos emptos in ſeruos compellebant ad ritum Iudaicum, ſicut ſupra dictum eſt. Modus autem accipiendi ſeruos, de quo hic dicitur non eſt de Gẽti-

F libus manentibus in Gentilitate, ſed Gentilibus iam conuerſis, qui ſponte conuerſi fuerant: nam ipſi poterant ſe ipſos poſtea vendere in ſeruos, ſicut Iudæi faciebant, & tamen non gaudebant eodem priuilegio, quo Iudæi ſe vendentes: quia Iudæi venditi egrediebãtur liberi in anno ſeptimo remiſſionis, vel ad plus in anno iubilæi: conuerſi autem de Gentilibus cum ſemel venditi eſſent, nunquam liberabantur: quia nolebat Deus, quòd gauderent eiſdem priuilegiis, quibus Iudæi, ne oriretur inter Iudæos & ſeditio, & inuidia; quod alienigenæ æquipararẽtur eis: ideo alienigenæ efficiebantur ſerui in æternum, vt patet infra. Etiam non gaudebant priuilegio anni ſeptimi remiſſionis: nam in anno illo remittebantur omnia debita Iudæis, quæ contracta fuiſſent ex mutuo: nec poterant repeti ab eis, cum tranſiret annus ſeptimus. Si autem eſſent

Gentiles conuerſi ad Iudaiſmũ non gaudebãt priuilegijs Iudæorũ.

G Gentiles conuerſi, ſemper manebat locus repetitioni, vt patet Deuter. 15. cap. nec gaudebant aliquo priuilegio anni remiſſionis, nec iubilæi, niſi in hoc, quòd fructus iſtorum annorum communicabantur eis, qui ſponte naſcebantur; ſed in hoc non excedebant beſtias, quia etiam beſtiis agri communicabantur fructus, ſicut patet Exodi 23. c. & ſupra in littera cum dicitur: Sed erit vobis in cibum, tibi, & ſeruo tuo, ancillæ, & mercenario, & aduenæ, qui peregrinatur apud te, iumẽtis tuis, & pecoribus, omnia quæ naſcuntur, præbebunt cibum. Alia quoque erant priuilegia præter annum iubilæi, & annum ſeptimum remiſſionis, quibus non gaudebant conuerſi ad Iudaiſmũ, ſ. ꝙ nõ poterat vnus Iudæus alteri dare quidquam ad vſuram, & tamen poterat dare conuerſis ad Iudaiſmum ad vſuram, vt patet Deuteron. 23. cap. ſ. non fenerabis fratri

H tuo ad vſuram, pecuniã, nec fruges: nec quamlibet aliam rem, ſed alieno: fratri autem tuo abſque vſura id, quo indiget, commodabis. & ſic patet de aduenis, ſcilicet, de Gentilibus conuerſis ad Iudaiſmum, quòd non haberent eadem priuilegia cum Iudæis ex genere, ſed ſolum participabant cum eis æqualiter in legibus, quæ ſunt in punitionibus inferendis, vt patet præcedenti c. Vocantur hic aduenæ, Gentiles conuerſi ad Iudaiſmum, quia iſti venerunt de terra ſua, & cognatione ſua, & cultu Deorum ſuorum ad terram Iudæorum, & cultum Dei eorum, & dicuntur peregrinari apud eos, id eſt, manere tanquam peregrini, quia non habent ibi cognationem, nec terram originis, ſed omnia ſunt eis noua & aliena. *Vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra*, id eſt, non ſolum poteritis habere ſeruos de aduenis, qui dicuntur eſſe Gentiles con-

I uerſi ad Iudaiſmum; ſed etiam de filiis eorum, qui poſtea nati fuerint manentibus patribus in Iudaiſmo. In quo patet, ꝙ ſolum vocantur aduenæ hic illi, qui cõuerſi ſunt de Gentilitate ſolũ: filij autem eorum, qui nati ſunt, poſtquam ipſi fuerunt conuerſi ad Iudaiſmum, non vocantur aduenæ. Et cauſa eſt: quia iſti non venerunt de terra aliena, aut de cognatione extranea, aut de cultu aliorum Deorum: ſed patria Iudæorum erat patria eorum, & ibi erat cognatio ipſorum; & nullum Deum habebant, niſi Deum Iudæorum: ideo nõ habebant aliquid, in quo aduenæ vocarentur. Et ſic exprimitur hic de aduenis, & filiis ipſorum, & rationabiliter factum eſt: nam non videbatur eſſe idem ius de conuerſis ad Iudaiſmum, & de filiis ipſorum, qui poſtea nati ſunt in Iudaiſmo: videbatur enim maiori gaudere priuilegio eos, qui in Iu-

Qui verè aduenæ dicantur.

K daiſmo nati fuerant ex conuerſis quam ipſos conuerſos: ſicut maiori priuilegio gaudebãt Iudæi ex genere, quam conuerſi ad Iudaiſmum; ſed iſti qui conuerſi erant, non tantum appropinquabant ad Iudæos ex genere, ſicut illi qui ex conuerſis nati erant in Iudaiſmo; & ſic videtur, ꝙ deberent conſequi aliud ius. Deus tamen dicit, quòd ſiue conuerſi ad Iudaiſmum fuerint, ſiue ipſi nati ex eis, poſſint vendi, & maneant ſerui vſque in æternum.

Nunquid verum eſſet ſemper, quòd filij conuerſorum vendi poſſent in ſeruos in perpetuum, & quando conſequebantur Iudæorum omnia priuilegia. Quæſt. XXVII.

SED quæret aliquis, an hoc ſemper verũ eſſet, ſcilicet, quòd filij conuerſorum poſſent vendi in ſeruos in perpe-

perpetuum, vel eſſet limitatum aliquod tempus, vſque ad quod iſta lex duraret. Dicendum quòd conuerſi de Gentilitate ſemper vendi poterant in ſeruos perpetuos, ſed de filiis conuerſorum eſt dicendum, q aut erant illi ex vtroque parente de parte Gentiliũ, aut pater erat conuerſus, & mater Iudæa. Si Primo modo dicatur, non ſolum ipſi filij conuerſorum immediati, ſed etiam vſque ad mille generationes, & in æternum haberent hoc, quòd venderentur ſimpliciter in ſeruos, ſine aliquo tempore dato ad remiſſionem. Si autem dicatur Secundo modo, oportet aſſignari aliquod tempus, in quo filij cõuerſorum exuerent iugum legis huius, & haberent idem priuilegium cum Iudæis ex genere, ſcilicet, q non poſſent vendi in æternum, ſed vſque ad iubileum. Et dicendum eſt, q iſta lex manebat in filiis conuerſorum, quouſque ipſi poſſent cõtrahere matrimoniũ cum filiabus Iudæorum: tunc enim filij inde nati, quia erant filij Iudaicarum feminarum, conſequebantur legem Iudæorum ex genere. ſ. q non poſſent vendi in æternum, ſed vſque ad iubileum, & ſic quantum ad omnia alia priuilegia. Quod autem eſſet tempus, in quo filij conuerſorum poſſent accipere vxores de filiis Iſraelitarum, non eſt totaliter idem, ſed in quibuſdam conueſis hoc ante fiebat, in aliis autem poſterius. ſ. in quibuſdam vſque ad ſecundam generationẽ, in aliis vſque ad quartam, in aliis ad decimam. & ſic differenter. De quo habetur Deuter. 23. cap. *Hos habebitis famulos*. i. Gentiles qui in circuitu veſtro ſunt, poteritis habere in famulos & ancillas, & etiam aduenas conuerſos de Gentilitate, & filios conuerſorum. Et dicitur, quòd habebunt iſtos in famulos. ſ. in famulos ſimpliciter; nam etiam Iudæi habebantur in ſeruos, ſed non erant ſerui ſimpliciter, cum non poſſent vendi conditione ſeruorũ, vt patet ſupra in littera, ſed ſolum vſque ad iubileum. *Et hereditario iuri tranſmittetis ad poſteros*. i. non ſolũ vos poſſidebitis iſtos ſeruos conuerſos de Gentilitate, & filios conuerſorum in vita veſtra, quod eſt per aliquod tempus poſſidere, ſed etiam trãſmittetis eos ad poſteros. i. ad heredes veſtros, filios, ſ. vel nepotes, iure hereditario. i. faciẽdo, q ipſi ſuccedant vobis in eis: & hoc eſt poſſidere vſque in æternum; hoc autem non fiebat in ſeruis, qui erant Iudæi ex genere; quoniam iſti non poterant vendi vſque in æternũ, ſed vſque in iubileum. Non tamen excluditur ex hoc, quin ipſi Iudæi facti ſerui, aliquando tranſmitterentur ad poſteros iure hereditario: nam multoties hoc fiebat in eis; vt ſi aliquis haberet ſeruum Iudæum liberandum in anno ſeptimo; & ante tempus illud moreretur, relinquebat ſeruum illum hæredi ſuo vſque ad tempus remiſſionis, & poſtea liberabatur: à fortiori aũt poterat aliquis ſeruus Iudæus tranſmitti ad poſteros, ſi maneret vſque ad iubileum; nam in tantò tempore poterant eſſe multæ generationes, & ſucceſſiones hereditariæ. Sed prohibetur in Iudæis ſeruis, q non tranſmittantur ad poſteros iure hereditario, q iſta tranſmiſſio duret vſque in æternum: ſed bene poterat fieri tranſmiſſio per ſucceſſores heredes, vſquequo compleretur tempus ſeruitutis, ſiue ad annum ſeptimum remiſsionis, ſiue ad Iubileum. *Ac poſſidebitis in æternum*. i. iſti ſerui de conuerſis, & filiis conuerſorum, & de aliis Gẽtilibus, qui erant in circuitu, poterant poſsideri vſque in æternum. ſ. vſquequo morerentur. dicitur. n. aliquis homo in æternum poſsideri, ſi tamdiu poſsidetur, quamdiu ipſe viuit; & ſic erat de iſtis. quoniam ſemper tenebantur in ſeruos. *Fratres autem veſtros filios Iſrael*. Hic ponitur, quòd non erat ſic in Iudæis ex genere, ſed iſti maiori gaudebant priuilegio: quia in anno ſeptimo remiſsionis, vel in iubileo liberabãtur: & vocantur fratres ſolum filij Iſrael: conuerſi autem, & filij conuerſorũ, non vocabantur fratres, & ſic non gaudebant eodem priuilegio, quo Iudæi ex genere. Et hoc eſt generale, quòd vbicumque dicatur de fratribus, ſemper intelligitur de Iſraelitis deſcendentibus de Iacob: quia quãdo Deus volebat nominare Gentiles conuerſos, non nominabat eos fratres, ſed aduenas, aut peregrinos. *Ne opprimatis per potentiam*, id eſt, non opprimatis Iudæos ex genere, per potentiam, faciendo vobis ſeruos vltra tempus debitum. Et loquitur hic Deus quantum ad tempus remiſsionis Iudęorum; nam cum ſerui eſſent, liberabantur in anno ſeptimo, vel ſaltem in iubilæo: conuerſi autem ad Iudaiſmum, & filij eorum, erant ſerui vſque in æternum. Propter hoc autem quod Iudæi aliquãdo fortè conarentur per potentiam detinere in ſeruitute alios Iſraelitas cõtribules ſuos, vſque in æternum, ſicut tenebant conuerſos, vel filios conuerſorum: ideo dicitur, quòd nõ opprimantur per potentiam, ſ. faciendo quòd maneant in ſeruitute vltra tempus, in quo lex exuit illos. *Si inualuerit apud vos manus aduenæ*. Hic ponitur caſus, in quo vendebatur Iudęus alicui conuerſo ad Iudaiſmum, vel filio conuerſorũ; & ponitur ſpeciale in iſto caſu, quoniam accidere poterat, vt conuerſi ad Iudaiſmum grauarent Iudæos; & propter hoc volebat Deus, vt eriperentur Iudæi de manu illorum. Erat enim cauſa aliqualis inuidiæ inter Iudæos ex genere, & inter filios conuerſorum, & ipſos conuerſos. Nam Iudæi ex genere gaudebant priuilegiis anni iubilęi & remiſſionis, ſed non conuerſi, & filij eorum, tam in remiſſione debitorum, quam ſeruitutis, vt ſupra expoſitum fuit: ideo cum Iudæi caderent in manus conuerſorum, premebant eos conuerſi, & cum conuerſi in manus Iudæorum, viciſſim premebant eos Iudæi.

Quando vendebatur Iudæus alicui cõuerſo ad Iudaiſmũ, quid ſeruabatur.

Conuerſi enim in reſpectu ad Iudæos non gaudebant priuilegio anni remiſſionis, idq. in debitis non repetendis, nec priuilegio de non exigendis vſuris: ita nec Iudæi in comparatione ad conuerſos; vt ſi aliquis de Iudæis recepiſſet mutuum à conuerſo, vel filio conuerſi, non liberabatur ab illo in anno ſeptimo remiſſionis, ſicut ſi recepiſſet ab aliquo Iudæo: ita ſi venderetur in ſeruum alicui de conuerſis, nòn liberabatur in anno ſeptimo, ſicut liberatus fuiſſet ſi venditus fuiſſet alicui Iudæo. Et ſi recepiſſet pecuniam Iudæus à conuerſo, vel filio conuerſi, poterant exigi vſuræ, quę nõ exigebantur ſi recepiſſet ab aliquo Iudæo. Patet hoc: quia omnes leges quæ loquuntur de remiſſionibus harum ſeruitutum; vel debitorum, & vſurarum, loquũtur in Iudæis ex genere, & ſic nullo modo obligant conuerſos, & filios conuerſorum. De legę remiſſionis debitorum patet ex tenore eius, quæ habetur Deuteron. 15. cap. De lege remiſſionis ſeruitutis in anno ſeptimo, patet Exodi 21. cap. & Deuteron. 15. cap. De lege vſurarum patet Deuteron. 23. cap. Erant igitur æquales Iudæi ex genere, & conuerſi ad Iudaiſmum inter ſe, niſi quantum ad vnum, ſ. quòd quando venderentur conuerſi ad Iudaiſmum in ſeruos Iudæis, manebant in ſeruitute vſque in æternum; cũ verò vendebantur Iudæi conuerſis ad Iudaiſmum, vel filiis ipſorum, quamquam non liberarentur in anno ſeptimo remiſſionis, tamen liberabantur in iubilæo, vt patet hic in littera. Cum ergo aliqualiter eſſent exoſi Iudæi conuerſis, & conuerſi Iudæis, dabat legẽ Deus, quod Iudæi venditi conuerſis, poterant redimi à quolibet ſuorum cognatorum, & ſi non redimerentur ab eis, liberabantur à ſeipſis, ſi poſſent dare pretiũ; ſin autem, liberabantur in iubilæo. Et etiam in hoc, quod pertinebat ad redemptionem ante iubilæum, excedebant Iudæi conuerſos: quia non poterant redimi conuerſi ad Iudaiſmum, vel filij eorum, de manu Iudæorum, per aliquos cognatos ſuos, & affines, etiam ſi darent pretiũ quomodocumque; niſi de voluntate ipſorum dominorum. Si tamen aliquis Iudęus vẽderetur cõuerſo, vel filio eius, poterat redimi, quãdocumque vellent eum redimere cognati, vel affines ſui, etiam inuito domino, & nõ tenebantur dare quodcumque pretium vellet dominus eius, ſed computando ſecundum tẽpus mercenarij. Forma huius computationis infra habetur. De his dictum eſt Deuteron. 23. cap. *Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini*, id eſt, ſi inter vos factus fuerit potens aduena, & peregrinus. manus enim potentiã ſignat; & dicitur tunc manus alicuius inualeſcere, quando ipſe potens ſit. Et eſt ſenſus, quòd aliquãdo aduenæ de Gentilitate efficiebantur diuites, & potentes inter Iudæos, & tunc Iudæi vendebant ſe illis. Accipitur autem hic aduena, & peregrinus, pro eodem, ſ. pro conuerſo de Gentilitate, qui vocatur aduena: quoniam venit de gente aliena, & cultu alienorum Deorum. Vocatur peregrinus, inquantum manet in terra Iudæorum peregrinando, ſ. quod non manet ibi in origine ſua, nec in cultu Deorum ſuorum. *Et attenuatus fuerit frater tuus*. id eſt, ſi fuerit frater tuus Iudæus depaupe-

Litteræ expoſitio.

paupe-

pauperatus, quod eſt attenuatum eſſe in ſubſtantia. Et F ponitur hoc, quia homines ſolent vẽdere ſeipſos propter paupertatem maximam: cum verò aliquis diues eſt, non vendit ſeipſum, & tamen iſta lex nõ ſolum tenet de pauperibus, ſed etiam de diuitibus, dummodo eſſent de genere Iudæorum: quamquam non erat tanta miſericordia habenda de diuite, qui ſeipſum vendebat, ſicut de paupere. Et dicitur hic frater tuus, id eſt, Iudæus ex genere, quia ſi eſſet aliquis de aduenis venditus alteri aduenæ, non poterant hoc facere Iudæi: nec etiam iſta lex erat ad aduenas inter ſe; ſed ipſi faciebant ſeruitutes, & omnes venditiones æternas ſecundum legem aliarum gentium, cum nõ eſſet eis data aliqua lex ſuper hoc. *Vendiderit ſe ei.* Iudæi magis vendebant ſe alijs Iudæis, quàm Gentilibus conuerſis, quia apud Iudæos liberabantur in anno ſeptimo ſine aliqua redemptione pretij. Si autem venderen- G tur Gentilibus conuerſis, aut filiis eorũ, nõ poterant exire in libertatem vſque ad annũ Iubilæi, niſi pretio redimerentur. Aliquando tamen Iudæi volentes ſe vendere, non reperiebant aliquos Iudæos, quibus ſe venderent; ideo compellebantur vendere ſeipſos conuerſis ad Iudaiſmũ, & hoc erat quando inualuerat manus eorum apud Iudæos, ſcilicet, quod erant facti diuites, vel potentes.

Alia autem cauſa eſſe poteſt, propter quã Iudæus venderet ſe Gentili, & non Iudæo, ſ. vt daret ei magis de pretio: nam quando aliquis vendebatur Iudęo; erat venditio vſque ad annum ſeptimum remiſſionis: etiam ibi liberabatur, niſi in caſu ſuprapoſito, ſcilicet, quando accepiſſet à domino vxorẽ, & genuiſſet ex ea filios, quia propter filios & vxorem educendos manebat aliquando vſque ad iubilæum: & ſic ſeruitus diuturnior, ad quã obli- H gabatur ſimpliciter Iudæus venditus Iudæo, erat ſex annorum. Sic patet Exodi 21. cap. & Deuteronom. 15. cap. cum dicitur. Si emeris ſeruum Iudæum, ſex annis ſeruiet tibi. Iſtud autem tempus erat paucum; ideo pro illo paucum pretium daretur ſeruo vendito. Si autem venderetur Iudæus conuerſo ad Iudaiſmum, vel filiis conuerſorum, erat iſta venditio pro maiori tempore, ſ. vſque ad iubilæum, vt appatet in littera; & ſic poterat eſſe tempus quadraginta nouem annorum: ideo maius pretium daretur, cum aliquis Iudęus ſic ſe venderet, quàm cum venderetur alteri Iudæo, quia erat venditio pauci temporis, ſcilicet, vſque ad annum ſeptimum remiſſionis. *Aut cuiquam de ſtirpe eius.* id eſt, alicui de filiis conuerſorum, vel aduenarum. Ex hoc patet, quòd ſolum vocantur hic aduenæ & peregrini ipſi conuerſi immediatè de Gentilitate; filij autem conuerſorum non vocantur aduenæ, ſed de ſtirpe aduenarum; Cuicumque tamen venderetur idem iuris erat: qm̃ liberabatur in iubilæo, vel redimebatur ante tempus. Hoc eſt verum de illis filiis conuerſorum, qui non gaudebant priuilegio Iudæorum, ſ. qui nati erant ex vtroque parente de Gentili ſtirpe: quia iſti nunquã gaudebant priuilegio Iudæorum, quamdiu tales erant, vt dictum fuit ſupra. Nam iſti vendebantur in perpetuum: ideo Iudæi venditi iſtis, manebant venditi vſque ad annum iubilæum: nam in annis remiſſionis, qui erãt intermedij, non liberabantur, niſi redimerentur pretio. Si autem eſſet de ſtirpe conuerſorum de Gentilitate, nõ tamen ex vtroque parente, ſed eſſet mater Iudæa ex genere, gaudebat ille priuilegiis Iudæorum, quantum ad hoc, ꝙ non venderetur in perpetuum, ſed liberaretur in anno remiſ- K ſionis, & ad plus in iubilæo. Et ideo ſi huic vẽderetur aliquis Iudęus, non poterat retinere illum vſque ad iubilęũ; ſed liberũ dimittebat eum in anno remiſſionis ſeptimo, niſi in caſu in quo perforabatur ſeruo auris. Exodi 21. c. & hic in littera: nam tunc manebat vſque ad iubilæum. Et ratio eſt: quia ſicut iſte non vt de conuerſorũ genere, ſed vt iã de gente Iſrael, gaudebat priuilegiis Hebræorũ, vt nõ poſſet vendi niſi ſub lege remiſſionis: ita Iudæus ei venditus gaudebat apud eum priuilegio anni ſeptimi remiſſionis, & non ſicut venditus conuerſo, qui non eſt de progenie Hebræorũ. *Poſt venditionem poteſt redimi.* i. poſtquam ſe vendiderit põt redimi. Hoc priuilegiũ datur Iudæis qñ vendebãtur aduenis, & filiis eorũ. & erat propter duo. Primò, quia magis affligerentur ab iſtis q̃ à Iudæis. eo ꝙ Iudæi erãt exoſi aduenis, & aduenæ Iudæis, propter

Priuilegiũ datũ Iudæis et nõ conuerſis ad redimendũ à ſeruitute.

cauſam ſupra datam: & magis premerẽtur ab illis. rationabilius ergo erat liberari de manu illorũ, quam de manu fratrum ſuorum Iudæorum. Secunda cauſa eſt magnitudo temporis: nam quando Iudæus Iudæo ſe vendebat, durabat iſta venditio vſque ad annum ſeptimum remiſſionis: cum verò vendebat ſe Gentili, durabat vſque ad iubilęũ: & pro maiore tempore ſeruitutis maius ſubſidium liberationis dandum erat. Cum verò vendebatur Iudęus Iudæo, non dabatur ei quod poſſet ſe redimere, propter duas cauſas ſupradictas. Si tamen venderet Iudæus Iudæo poſſeſſionem ſuam, concedebatur ei, quod poſſet illam redimere ſecundum modum, qui habetur ſupra. Ratio huius eſt: quia venditio poſſeſſionis erat ad maius tempus. ſ. vſque ad iubilęum. *Qui voluerit ex fratribus ſuis, redimet eum.* Hic ponuntur perſonæ potentes redimere Iudęum venditum alicui aduenæ, vel filio aduenæ: & ſunt omnes cognati vel affines. Dabatur enim ſolum his, quod poſſent redimere Iudæos vẽditos, quia cognatus ad cognatum pertinet, & affinis ad affinem aliquo modo; ideo habet ius redimẽdi cognatus pro cognato; vel affinis pro affine, tanquam coniuncta perſona. Alij autem de populo Iudæorum non habebant ius redimendi, etiam ſi bene facere vellent: quia in hoc viderentur grauari ipſi emptores Iudæorum, ſi omnibus permitteretur ius redimendi. Et dicitur, ꝙ quilibet de fratribus ſuis redimet eum, i. poterit redimere; accipiuntur enim hic fratres, nec valde largè, nec valde ſtrictè: nam fratres ſtrictè dicti, dicuntur eſſe geniti immediatè ab eiſdem parentibus; ſicut dicuntur duodecim filij Iacob fratres inter ſe; largiſſimè fratres dicuntur omnes Iudæi ad inuicẽ, de quacumque tribu, vel cognatione eſſent. Sic habetur Deuter. 15. cap. cum dicitur: Cum tibi vẽditus fuerit frater tuus Hebræus aut Hebręa. Sic etiam dicitur ſupra: Fratres veſtros filios Iſrael ne opprimatis vbi omnes filij Iſrael vocantur inter ſe fratres. Accipitur autem hic frater medio modo. ſ. pro illo qui erat cognatus, vel affinis in quocumque gradu attinentiæ. non tamen pro fratribus ſolis, qui erant ex eiſdem parentibus, quia licebat aliis ius redimendi; Nec etiam vocabantur fratres omnes Iudæi: quia non licebat omnibus, ſed ſolis cognatis & affinibus. *Et patruus, & patruelis.* Hic declarantur iſtæ perſonæ quæ ſint: & dicitur, ꝙ ſunt patruus & patruelis: non tamen hic ponuntur omnes; ſed exemplificatur de quibuſdam, & poſtea ponitur regula generalis: nam patruus, & patruelis ſunt cognati ex parte patris. Iſtud tamen ius redimendi non ſolum pertinebat ad cognatos ex parte patris, ſed etiam ex parte matris. Sed ponuntur hic iſtæ duæ perſonæ gratia exempli, vt intelligãtur ceteræ. Dicitur patruus frater patris; ſicut auunculus frater matris. Patruelis dicitur filius patris, & dicuntur patrueles ad ſe inuicem filij duorum fratrum, ſ. filius patris & fratris ſui. Sic habetur Eſai. cap. 5. ſcilicet, cantabo dilecto meo canticum patruelis mei, vineæ ſuæ. & iſti ſunt coniuncti inter ſe in ſecundo gradu æqualiter in linea tranſuerſalium. *Et conſanguineus.* Hic ponitur regula generalis, ſcilicet, quod omnibus conſanguineis liceret redimere cognatos ſuos de manu aduenarum, etiam inuitis dominis. *Et affinis*, id eſt, ius redimendi pertinebat ad affines, inter quos cauſatur attinentia propter coniunctionem carnalem: & fundatur ſuper conſanguinitate. Iſti minus ſe contingunt inuicem, quam cognati, cum affines ſolum in parentela eſſe dicantur propter cognatos, & non econuerſo.

Et quando dicitur hic, ꝙ iſti poſſent redimere, non eſt ſenſus ꝙ iſti ſoli poſſent: quia etiam omnes alij Iudæi poterant redimere, ſi vellet vendere dominus ſerui Iudæi. Poterat etiam vendere dominus cuilibet alteri aduenæ, vel filio aduenæ, ſub eadem lege: quia ipſe emerat: non tamen poterat vendere alicui alienigenæ. ſ. Gentili nõ conuerſo ad Iudaiſmum, ſicut dicitur de venditione ancillarum, Exodi 21. c. Erat tamen differentia inter iſtos, quia cognatis, & affinibus erat ius redimendi cognatum ſuum, & affinem: & redimerent etiam inuito domino; aliis autem Iudæis, & aduenis, non erat ius redimendi Iudæum venditum inuito domino; poterant tamen redimere illum volente domino.

Ratio huius eſt: quia cognati ad cognatos attinent, & affines

affines ad affines, & tãquam perſonis coniunctis ineſt eis, poſſe agere pro ſe inuicem. Alij autem non attinent ſibi, ideo non habent ius redimendi. Nã ſi concederetur cuilibet iſtud ius, grauarentur valde emptores, & nullus vellet emere. Poteſt etiam hoc intelligi ex parte ipſorum Iudæorum vẽditorum, quoniam præſumitur, quod cum eis bene ſe habeãt cognati, & affines ſui. De alijs autem non erat iſta vniuerſalis præſumptio, etiam ſi eſſent Iudæi. Sciendum autem, quod quandocumque aliquis horũ redimebat Iudæum venditum aduenæ, efficiebat eum ſeruum ſuum: ſicut cum aliquis emit ſeruum ab aliquo domino, efficitur iam ille ſeruus emptoris; poterat tamen quilibet cognatus, vel affinis redimens dupliciter ſe habere ad Iudæũ redemptum, ſ. vel accipere eum in ſeruũ, vel quod maneret obligatus pro pretio dato, ſecundum quod magis elegiſſet ipſe redemptor. Si autẽ redemptor acciperet in ſeruum Iudæum redemptũ, non poterat eum in ſeruum tenere ea lege, qua venditus erat aduenæ: nam Iudæi vendebantur aduenis vſque ad iubilæum. Verum ſi aliquis Iudæus alteri Iudæo venderetur, non debebat apud eum remanere niſi vſque ad annum ſeptimum remiſſionis, niſi in caſu ſupra poſito de ſeruo recipiẽte vxorem à domino ſuo, & gignente ex ea filios: quoniam interdum manebat ſeruus vſque ad iubilæum, vt eximeret filios, & vxorem de ſeruitute. Sed non erat hic iſte caſus: ergo nõ poterat manere ſeruus apud Iudæum redemptorem, niſi vſque ad annum ſeptimum remiſſionis. *Si autem & ipſe potuerit, redimet ſe.* id eſt, ſi non redemptus fuerit iſte à cognatis, vel affinibus ſuis, poterat ſeipſum redimere, ſi haberet pecuniam. Nam optio dabatur primo cognatis, & affinibus, vt redimerent Iudæum venditũ, ideo ipſi à principio venditionis redimere poterant, & non redimebat ſe tunc ille, qui vendebatur, quia differebat venditio, & redemptio; vbi autem alij non redimerent, poterat ſe quiſque redimere, quaſi pœnitens quòd ſe vendidiſſet; & iſti poterãt ſe redimere, quia quamquam eſſent ſerui, tamen habebãt pecunias, & poſſeſſiones in cognatione ſua, quibus venditis, redimere ſe poterant. *Supputatis dumtaxat annis à tempore venditionis ſuæ vſque in annum iubilæum.* Hic ponitur modus, qui eſſe debebat in redemptione, & iſte eſt cõmunis, ſiue redimeretur aliquis à cognato, vel affini: vel ſiue redimeretur à ſeipſo, ſcilicet, quòd computarentur anni à tempore factæ venditionis, vſque ad iubilæum, & deinde computaretur pretiũ huius venditionis, & taxaretur quantum cuilibet anno proueniret, & tunc computarentur anni elapſi à tempore venditionis factæ; & detraheretur valor correſpondens iſtis annis de toto pretio, quod datum eſt pro ſeruo, vtpotè ſi aliquis vendidiſſet ſe aduenis, vel filiis aduenarum, ſi à tempore venditionis factæ vſque ad iubilæum reſidebãt anni quadraginta, computabatur pretium, vtpotè, ſi erat ducentorum: & tunc proueniebant cuilibet anno quinque; ſubtrahantur ergo anni à tempore venditionis & ſint decem anni, quibus reſpondebit pretium quinquaginta, & his ſubtractis reliquum, ſcilicet, cẽtum, & quinquaginta dandum erat ipſi domino ſerui. Dicitur hic, quod debebant computari anni, vſque ad iubilæum, eo quod venditio non fiebat vſque in æternum, ſed ſolum vſque ad iubilæum, & vſque ad illud erat pretium datum taxandum, ſcilicet, quantum proueniret cuilibet de annis. *Et pecunia, qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum.* id eſt, etiam debet computari pecunia, pro qua fuit facta venditio, ſcilicet, quæ eſſet ſumma eius: & tunc debebat applicari ad annos remanentes vſque ad iubilæum; ſicut hic dicitur iuxta numerum annorum, id eſt, quod computetur pecunia per annos; vt videatur quantum proueniat cuilibet anno: & hoc eſt, vt pecuniam diuidamus per annos, ſicut in caſu ſupra poſito, ſumma pecuniæ erat ducentorum, & anni quadraginta erant. Diuidendo igitur ducẽta per quadraginta, proueniunt cuilibet anno quinque. *Et ratione mercenarij ſupputata.* id eſt, quod facta iſta diſtributione pecuniæ per annos, & viſo quantum proueniat cuilibet anno, computandus eſt labor iſtius ſerui tãquam ſerui mercenarij, & tantum eſt ſubtrahendum de pretio principali, quantum proueniret cuilibet illorum annorum ſecundum computationem

A factam pecuniæ inter omnes annos. *Si plures fuerint anni, qui remanent vſque ad iubilæum, ſecũdum hos reddet, & pretium.* Hic ponitur de modis taxationum, ſcilicet, quod quando erant multi anni reſidui; multum de pretio dabatur. Si autem pauci anni reſidui eſſent, paucum dabatur: quia neceſſarium erat fieri computationem annorum cum pecunia, iuxta modum mercenarij, id eſt, vt ſubtrahatur de totali pretio dato pro ſeruo tantum, quantum correſpondet illis annis, quibus ſeruiuit apud dominum. *Si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum,* id eſt, ſiue ſint pauci anni, ſiue multi, ſemper redemptor ponebat rationem, id eſt, computum cum ipſo domino ſerui, vt ſciretur quantum proueniret cuilibet anno, & quãtum ſubtrahẽdum eſſet pro annis, quibus ſeruiuit qui redimitur. *Et reddet emptori quod reliquum eſt annorum,* i.

B iſte qui redimit ſeruum de manu aduenæ, dabit ei totũ, quod reſiduum eſt de pretio, facta computatione per annos quibus ſeruiuit redemptus, & qui manebant ad ſeruiendum: quoniam illud eſt, quod debetur; reliquum autem computatur pro ſeruitio. *Quibus ante ſeruiuit mercedibus imputatis,* id eſt, debent imputari ſiue computari mercedes annorum, quibus ſeruiuit iſte qui redimitur: quoniam non eſt faciendum cum iſto ſicut cũ ſeruo, ſed ſicut cũ mercenario, ſcilicet, quod detur ſibi merces pro quolibet anno. & hoc eſt ex conceſſione Dei grata. Nam ſi ſecundum leges humanas fieret, eo quod iſte ſeruus ſimpliciter venditus fuerat, ſi poſtea redimeretur, non deberent inde ſubtrahi mercedes annorum quibus ſeruiuit: ſed dominus ſerui deberet facere fructus ſerui ſuos, ſcilicet, quod lucraretur eos: quia bona fide poſſidebat: & tales

C poſſeſſores efficiunt fructus ſuos. Deus tamen in hoc maximè voluit fauere Iudæis venditis; vt citius abſoluerẽtur à ſeruitute, ſcilicet, quod computarentur mercedes annorum. Sic etiam fiebat ſupra in redemptione poſſeſſionum venditarum: nam cum redimerentur, deducebantur inde tempora fructuum perceptorum, ſicut ſupra habetur. *Non affliget eum violenter in conſpectu tuo.* Hic loquitur Deus ad Iſraelitas, quod non permittant affligi Iudæos venditos ipſis aduenis ab eis: & poteſt intelligi quantum ad taxationem temporis ſeruitutis, ſ. q non permitterent Iſraelitæ: q premerentur Iudæi ab aduenis vltra tempus iubilei: nam ipſi aduenæ voluiſſent tenere Iudæos quos ſemel emerant in ſeruitute perpetua in hoc non debebant conſentire Iudæi.

Alio modo poteſt intelligi quantum ad afflictionem

D quæ eſt in duriſſima ſeruitute, ſcilicet, grauando multis laboribus; nam ſi voluiſſent aduenæ grauare Iudæos emptos duris operibus, non erat permittendum, & in hoc totus populus Iſraeliticus prouidere debebat: ideo dicitur, non affliget eum violenter in conſpectu tuo, id eſt, te vidente.

Alio modo poteſt intelligi quantum ad longam ſeruitutem, ſcilicet, quod non permitterent Iudæi permanere Iudæum venditum tanto tempore in poteſtate aduenæ, ſcilicet, vſque ad iubilæum; quoniam ſic multum affligeretur: ſed quod redimerẽt eum. & hoc intelligitur non quantum ad omnes Iſraelitas, ſed ſolum quantum ad illos quibus inerat ius redimendi, ſcilicet, conſanguineis, & affinibus; vt ſupra dictum fuit. *Quod ſi per hæc redimi non potuerit,* id eſt, ſi iſte Iudæus vẽditus non habuerit cõ-

E gnatos, vel affines, qui eum redimant; vel ſi non fuerint potentes ad redimẽdum; & ipſe non habuerit pecuniam ad redimendum ſe, non poterit liberari vſque ad iubilæum; ſed tunc liberabitur. *Anno iubilæo egredietur,* ſ. non dato pro eo aliquo pretio quia tunc complebatur ſeruitus, nec poterat aliquis vendi vltra illud tempus: ideo conſummato tempore exibat liber, qui venditus fuerat. *Cum liberis ſuis.* Hoc poteſt intelligi multipliciter.

Vno modo q aliquis vendiderat ſeipſum alteri ad ſeruiendum, & vendiderat vxorem, & filios ſimul, ſcilicet, vt omnes ſeruirent illi domino: & tunc quando egrediebatur vir, qui erat caput, egrediebatur pariter & vxor ſua cum eo, & filij: quia pro eodem tempore iſti venditi fuerant. *Quomodo diceba tur aliquis exire liber cũ filijs ſuis.*

Alio modo poteſt intelligi, quòd iſte egredietur cum filiis, ſ. q iſte ſe vendidiſſet, & tamen non vxorem ſuam,

nec

nec filios; ſed ex eo quod iſte fuerat ſeruus, exiſtimaret aliquis manere aliquam obligationem ſeruitutis in filiis, & vxore; & ideo dicitur, quod egredietur cũ liberis ſuis, id eſt, non manebunt filij, nec vxor obligati ad aliquid.

Alio modo poteſt intelligi de ſeruis Iudæis, qui gignebant filios, dum manerent in ſeruitute: & de iſtis magis videbatur, quod haberent aliquam obligationem ſeruitutis, ſed non habent; quia nati erant de muliere libera Iudæa: ideo non incurrebant aliquam conditionem ſeruitutis.

Poteſt adhuc alio modo intelligi, ſi dediſſet dominus ſerui aliquam mulierem illi ſeruo in vxorem, quę eſſet de ancillis aduenarum, & genuiſſet inde filios, quod egrederentur filij cum eo, iam effecti liberi. Sed iſte vltimus ſenſus non eſt conueniens: quoniam tales filij erant ſimpliciter ſerui, & manebant apud dominum vſque in æternum: quia erant filij ex ancilla domini, & partus ſequitur ventrem, nec erat aliquis modus, per quem iſti liberarentur. Et ſi obiicias de ſeruis, qui vendebantur Iudæis, quod accipiebant à dominis ſuis vxores: & inde filios gignebant, quoniam illi filij, & vxor erant domini exeunte ſeruo in libertatem, niſi ſeruiret vſque ad iubilæum: quia tunc egrediebatur liber ipſe, cum filiis, & vxore, vt patet Exodi 21. cap. Sed hic iſte Iudæus venditus aduenæ, ſeruiebat vſque ad iubilæum; ergo poterat eripere filios, & vxorem à ſeruitute. Reſpõdendum eſt, non poſſe hoc ſtare: eſt enim magna diſſimilitudo: nam cum vendebatur Iudæus Iudæo ſiue acciperet ab eo vxorem, & gigneret filios, ſiue non acciperet, egrediebatur liber ſeptimo anno, filij autem, ſi aliquos ſuſcepiſſet, erant ſerui, & tamen ſi vltra tempus debitum ad ſeruitutem, ſcilicet, vltra annum ſeptimum vellet manere vir ille in ſeruitute, vſque ad annum iubilęum, eripiebat in libertatem vxorem ſuam, & filios: quia iſtud tempus, quod erat ab anno ſeptimo remiſſionis, vſque ad iubilæum computabatur pro mercede & pretio dato pro filiis & vxore: nam aliàs non tenebatur hoc tempore ſeruire. Sed in Iudæo vendito aduenæ non tenebat hoc; quoniam tempus liberationis ſuæ erat iubilæus; & vſque ad illud tempus pro ſe tenebatur ſeruire; ergo ſi vxorem quam à Domino ſuſcepiſſet, & filios inde genitos educere deberet in libertatem, oportebat, vt ſeruiret vſque ad alterum iubilæum. Sed hic dicitur, quod in iubilæo exibat, quod intelligitur de primo iubilæo, ergo non poteſt intelligi de filiis, quos habuiſſet ex vxore, quæ nõ eſſet ei tradita à domino; quoniam alij filij, qui ſuſcipiebantur ab ancilla tradita a domino, manebant ſerui in æternum, cum nihil pro eis ſeruiret Hebręus ſeruus, ſed ſolum pro ſeipſo vſque ad iubilæum; in caſu autem ſuperiori econtrario eſt. *Mei enim ſunt ſerui, filij Iſrael.* Hic ponitur cauſa, quare nõ fieret inter Iudæos venditio aliqua in perpetuũ, ſiue inter Iudæos inter ſe, ſiue in Iudæis ad aduenas: ſed omnes iſtæ venditiones ſeruorũ limitabantur aliquo tempore; & eſt: quia Iſraelitæ non erant ſui iuris, cum eſſent ſerui Dei: qui autem ſui iuris non eſt, alteri ius in ſe tradere nequit. Sed concedebat Dominus Iudæis, vt poſſent vendere ſe ad tempus, ad ſubleuandas neceſſitates ſuas; ideo vendebant ſe, & hoc erat ſolum vſque ad iubilæum.

An aduenæ ementes Iudæos, grauarentur, quia in iubilæo exuebant ſeruitutem. *Quæſt. XXVIII.*

SED aliquis diceret quod ex hoc grauarentur aduenæ ementes Iudæos, cum tenerentur eos dimittere liberos in iubilæo; Ipſi tamen quando vendebãtur Iudæis, manebant vſque in æternum. Reſpondendum eſt quod non erat grauamen: & hoc propter duo. Primò, quia in libertate aduenarum erat emere Iudæos, vel non emere. Si autem illos emerent, emebant cũ conditione legis ſuæ, ſcilicet, vt liberarentur in iubilæo. Si ergo aduenæ ſcientes hoc, voluiſſent emere Iudæos, nemo grauabat illos, quia volenti non fit fraus, nec iniuria; nec malum ei infligitur.

Secundò, non grauabantur: quia ſicut erat differentia in conditione vẽditionis, ita erat differentia in pretio dato; nam Iudæi vendebantur aduenis non ſimpliciter, ſed

F vſque ad iubilæum: aduenæ autem vendebantur ſimpliciter vſque ad omne tempus; & ſic dabatur maius pretiũ pro aduena, quando vendebatur Iudæo, quam pro Iudæo quando vendebatur aduenæ, cum vnus venderetur ſimpliciter; & alius cum temporis limitatione. Et ſicut ſi venderetur aliquis Iudæus cum conditione alicui aduenæ, ſcilicet, quod illa venditio duraret vſque ad duos annos. in fine illorum annorum liberabatur ſeruus; & non fiebat in hoc aliquod præiudicium ipſi aduenæ emptori: ita cum venderetur Iudæus cuicumque aduenæ, erat iſta venditio cum conditione, ſcilicet, vſque ad iubilęum. Et quanquam iſta conditio non exprimeretur à vendito, tamen inducebatur à lege, non permittente aliquam venditionem vltra valere: ideo non erat præiudicium aduenis ementibus Iudæos, cum ipſi ſcirent hanc legem. *Quos*
G *eduxi de terra Aegypti.* Hic ponitur modus quomodo Iudæi erant ſerui Dei, ſcilicet, quod Deus redemerat eos de Aegypto eripiendo de manu Aegyptiorum, qui premebãt eos duriſſima ſeruitute; ideo efficiebantur ſerui eius; & propter hoc non licebat eis vendere ſe aliis, niſi quatenus Deus conſentiret: & ſi vltra fuiſſet facta venditio, non valebat, tanquam facta à non potente vendere ſe cum non ſui iuris.

CAP. XXVI.

EGO *Dominus Deus veſter: Non facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis: nec inſignem lapi-*
H *dem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum. Ego enim ſum Dominus Deus veſter. Cuſtodite ſabbata mea, & pauete ad Sanctuarium meum.*

EGO *Dominus.* In ſuperioribus agebatur de ſollemnitatibus, quas populus Iudaicus obſeruare debebat. Hic autem ponuntur multiplices ſuaſiones, vt eas obſeruet; & non ſolum eſt perſuaſio iſta ad obſeruandũ omnes feſtiuitates; ſed etiam omnia alia, quæ in hoc libro toto iuſſa ſunt: quoniam in iſto libro ex maxima parte cõtinetur ritus Iudaicus: ideo hic ponitur ſuaſio ad illum obſeruandum. Et diuiditur in quattuor partes, quia Primò inducitur populus ad iſtam legis obſeruantiam per prohibitiones; Secundò, per promiſſiones; Tertiò, per comminationes; Quartò, per conſolationes. Secunda ibi:
I *Ego Dominus. Si in præceptis meis.* Tertia ibi: *Quod ſi non audieritis me.* Quarta ibi: *Quod ſi & de his.* Circa Primum. *Ego Dominus Deus veſter.*

Documentum pro intellectu capitis. Quæſt. I.

HIC ponuntur præcepta, quæ obſeruanda erant; & quanquam omnia præcepta iubebat Deus obſeruari, & ad hoc inducantur perſuaſiones iſtæ: tamen principaliter ponitur vnum mãdatum. ſ. de non faciẽdo Idola, & colendo Deum. & cauſa huius eſt: quoniam ſicut in moralibus ponitur finis tanquam principium, & in ſpeculatiuis ponuntur propoſitiones primæ tanquam principia, iuxta Ariſt. in 7. Ethic. ita in ordine præceptorum oportet conſiderare. Nam ſicut in ſpeculatiuis totus vi-
K gor concludendi eſt in principiis, & in agibilibus totus vigor actionis dependet ex fine, ad quem ordinãtur actiones; ita in ordinatione præceptorum eſt: nam ſicut ſi quiſ errat in principiis ſpeculatiuis, impoſſibile eſt quod rectè dicat in Concluſionibus, niſi per accidens. & ſi quis errat in fine agibilium humanorũ, impoſſibile eſt quod actiones bonæ ſint, qualitercumque fiant. Et ſi quis erret in Concluſione ſpeculatiua, poteſt ſe reducere ad veritatem eius, ſi teneat ſe ad veritatem principiorum. Et ſi errat in aliqua actione, poteſt ſe reducere ad rectitudinem, ſi habeat finem conuenientem præſtitutum; & hoc eſt quia tota vis ſpeculabilium dependet ex principiis, & tota vis agibilium dependet ex fine.

Si quis errat in principijs nõ poteſt corrigi. tamẽ corrigetur in cõcluſionibus. ita ſi quis erret i fine in moralib. impoſſibile eſt bene agere, poteſt tamẽ emẽdari. ſi erret in electionibus.

Sic igitur eſt in coordinatione præceptorũ; quia quædam ſunt principaliſſima; in quorum vno ſi quis erret, neceſſarium eſt errare in omnibus; ideo illa principaliter obſer-

A obſeruanda ſunt: nam ſi quis errat in aliis, obſeruatis il-
lis, per rectitudinem iſtorum; poteſt ſe reducere ad non
errandum in aliis: & tamen ſi quis erret in principaliſſi-
mis, qualitercumque habeat ſe in cæteris nihil prodeſt.
Hoc modo ſe habent præcepta, quæ Deus dedit Iſraeli-
tis: nam quædam ſunt principaliſſima, ex quibus pendet
virtus omnium aliorum, ſcilicet, habere vnicum Deum;
& nõ colere Deos alienos; omnia autem alia ſunt deter-
minatiua cultus diuini, ſcilicet, quod colatur ſic vel ſic.
& ideo ſi quis errat in hoc præcepto, quod eſt credere eſ-
ſe plures Deos, vel colere Deos alienos, impoſſibile eſt ꝙ
in aliis pręceptis bene ſe habeat, ſiue obſeruet illa, ſiuę nõ
obſeruet: quia alia ſunt modi quidam colendi Deum.
Si igitur quis non coluerit Deum, non poterit eum ſic, vel
ſic colere: cum modus colendi præſupponat ipſum cultũ
B Diuinum: qui igitur non colit, nullum modum in colen-
do habet. *Ego Dominus Deus veſter.* Hic ponitur aucto-
ritas iubentis, Deus enim præcipiebat hic multa Iudæis,
ideo præſupponit Primo auctoritatem iubẽdi: & iſta eſt,
quia ipſe eſt Deus, & Dominus ipſorum, ex quo maximè
poterat iubere quicquid vellet, quam ex aliquo alio titu-
lo, & ponitur in hoc duplex ratio iubendi. Prima, quia
vocatur Dñs; Secunda, quia vocatur Deus: ex eo enim ꝙ
erat Dominus, poterat imponere legẽ: quia quilibet po-
teſt imponere legem rei ſuæ; erat autem Deus Dominus
Hebræorum, non ſolum tanquam prælatus vel præſidẽs,
ſed etiam tanquam Dominus habens ſeruos, ipſe quippè
liberauerat Iſraelitas de Ægypto de manu Pharaonis,
ideo ſimpliciter erant ſerui eius, & poterat eis imponere
quacumque legem vellet. Secundò, poterat imponere le-
C gem ex eo quod erat Deus. & hoc dupliciter; ſiue, quia
erat Deus abſolutè, ſiue, quia erat Deus ſpecialiter He-
bræorum, quia erat Deus abſolutè, etiam ſi non haberet
aliquam communicationem ſpecialiorem cum Iudæis,
quam cum aliis gentibus, poterat tamen eis legem præfi-
gere quam vellet: & tenebantur ipſi naturaliter obedire,
tanquam res eius. Poterat etiam hoc magis, ex eo, quòd
ipſe erat Deus ſpecialiter Hebræorum: nam acceperant
ipſi eum in Deum, & pepigerant obſeruare omnes leges
eius, vt habetur Exodi 19. & 24. capp. hoc autem ſignifi-
cauit Dominus cum dixit: Deus veſter. & non dixit ſim-
pliciter Deus. *Non facietis vobis idolum.* Accipitur hic
idolũ pro aliqua ſtatua facta in forma fuſoria per lique-
factionem metalli, & iſta conſueuerant facere Gentiles,
cum Deos argenteos fabricarent, & aureos, & cum hoc
D maxime vſitatum eſſet, hoc primo prohibuit. ſic habetur
Exodi 20. cap. ſ. non facietis Deos argẽteos, nec Deos au-
reos. & dixit: *Non facietis vobis.* id eſt, non facietis pro
vobis, quaſi dicat, non facietis, vt vos adoretis. ſed ſicut
non licebat Iudæis pro ſeipſis fabricare idola; ita nec li-
cebat fabricare, vt venderent Gentilibus: ideo ſi aliquis
de Iudæis hoc feciſſet, occidebatur. Nam in hoc habe-
bat quoddam genus idololatriæ: quia licet ipſe directè
non coleret idolũ, exhibendo illi reuerentiam, tamen da-
bat occaſionem, vt alij colerent. & faciebat id, quod ad
nihil erat niſi ad idololatriam; ſicut ergo colẽs idola oc-
cidebatur, ita faciens ea, & vendens Gentilibus mori de-
bebat. Et quamquam accipiatur hic idolum pro ſtatua
facta in forma fuſoria, tamen largè aſſumitur apud nos
idolum pro omniũ figura vel imagine, ſiue ſit corporea,
E ſicut ſtatua, ſiue ſuperficialis, vt pictura: nam etiã Græci
imagines quæ in oculo ſunt, idola vocant. Sciendũ quod
Rabbi Salomon dicit iſtam legem introductam eſſe hic,
quia ſupra dictum fuerat de ſeruitute Iudæorum ad ad-
uenas: & quia aduenæ poſſent erudire Iudæos in aliqui-
bus ritibus Deorum Gẽtilium, ponitur hic de modo cu-
tandi omnia, ſ. quod nihil colatur præter Deũ; nec Ido-
lum; nec Sculptile. Alio modo poteſt introduci, & con-
uenientius, ſ. quod Deus volebat hic inducere Iudæos ad
faciendum omnia præcepta, quæ ſupra erant poſita, &
pertinebant ad cultũ Dei: & quia licet aliquis omnia illa
obſeruaret, ſi idolum coleret, nihil proficerent, imò ma-
gis eſſent odibilia; Deus poſuit hic præceptum de nõ co-
lendo idola, à quo omnia præcedentia dependent. *Et
ſculptile.* Dicitur eſſe ſculptile ſtatua facta operę dolato-
rio, vel inciſorio, ſicut ſi fiant aliquæ ſtatuæ de lignis, vel

Vetitum erat Iudæis idola facere vel pro ſe vel pro alijs.

A de aliqua materia metallina ſcindendo aliquas partes, &
cauando, vt inducatur ibi figura alicuius animalis, vel al-
terius rei. & iſtæ etiam apud Gentiles erant in vſu: ideo
prohibentur ſicut idola. *Nec titulos erigetis.* id eſt, non
eleuabitis ad adorandum. Dicuntur tituli quidam lapi-
des eleuati ad memoriam aliquorum Deorum, vel ali-
quorum hominum defunctorũ, quibus Gentiles aliquam
reuerentiam exhibebant. Et generaliter omnes lapides Tituli ꝗ
eleuati in ſublime ad memoriam aliquarum rerum præ- dicãtur.
teritarum, vel ad ſignificãdum aliquid quod eſt, poſſunt
vocari tituli, & ſic lapides eleuati tanquam indices con-
finium locorum ad diſtinguendum terminos, poſſunt vo-
cari tituli. Conſueuerunt enim in terminorum confiniis
poni lapides magni, iuxta illud Virg. in vlt. lib. Aenæid.
de lapide magno, cum dicitur:
B *Limes erat poſitus, litem vt diſcerneret agri.*
Etiam lapides vel ædificia quæ erigunt bellatores, cum
vicerint in bello, vocantur tituli. Conſueuerunt enim iſti
facere aliquos arcus: vel ædificia poſt victoriam, idq. in
ſignum victoriæ. Sic habetur de Dauid, quod quando
reuerſus eſt capta Syria, fecit ſibi nomen in valle Salina-
rum, id eſt, erexit ibi ędificium ad memoriam illius belli.
Sic habetur 2. Reg. 8. cap. De Saul etiam dicitur, quod fe-
cerit ſibi fornicem triumphalem, cum expugnauiſſet ho-
ſtes ſuos. Sic patet 1. Reg. cap. 14.
Facere autem titulos ad memoriam rerum, vel decla-
rationem, quamquam ſecundum ſe malum non eſſet, erat
periculoſum inter Iudæos, cum poſſet aliquis adorare il-
los titulos. Aliquando tamen erigebantur tituli ad lau-
dem diuinam; vt ſignificaretur aliquid factum à Deo,
C hoc tamen non licebat cuilibet, ſed viris magnæ auctori-
tatis: de quibus nullo modo præſumptio eſſe poſſet, quod
faciebant ad cultum dæmonum. Sic patet de Moyſe qui
erexit duodecim titulos apud montẽ Sinai in memoriam
duodecim filiorum Iſrael, quando confirmata eſt Lex, vt
habetur Exodi 24. cap. Iacob quòque erexit titulos, ſcili-
cet, vnum lapidem in titulum, quando ibat in Meſopo-
tamiam: & fudit ſuper lapidem illum oleum in ſignum
fœderis, quod ibi cum Domino pepigit. Sic habetur Ge-
neſ. 28. cap. cum dicitur: Surgens ergo mane, tulit lapi-
dem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum,
fundens oleum deſuper, dicens: Si fuerit Dominus me-
cum, &c. & poſtea ſequitur: & lapis iſte, quem erexi in
titulum, vocabitur domus Dei. Et iterum erexit titulum
in eodem loco, cum reuerſus eſſet de Meſopotamia, vt
D patet Geneſ. 35. cap. cum dicitur. Ille verò erexit titulum
lapideum in loco, quo loquutus fuerat ei Deus, libans ſu-
per eum libamina, & effundens oleum. Iſtis autem li-
cebat titulos facere, quia erant viri magnæ auctoritatis,
aliis autem non licuiſſet. *Nec inſignem lapidem ponetis in
terra veſtra.* Dicitur lapis inſignis, lapis pulcher, magnus,
& figuratus ad adorandum eum. In quo Deus vetat om-
nem modum, quo poſſit fieri adoratio alterius rei, quam
ipſius; & totum quod hic dicitur, eſt in ſtatuis, cum ido-
lũ, vel ſculptile, vel titulus, aut lapis inſignis, ſint res cor-
poreæ. Deus autem quamquam prohibeat hoc, nihil di-
cens de picturis, tamen etiam intelligit non debere fieri
picturas. Si enim aliquis de Iudæis coleret picturas, vel
haberet eas ſecretè in domo ſua, de idololatria conuince-
batur, & occidebatur. Ideo Deus Deuteron. cap. 4. pro-
E hibuit etiam picturas, cum dicitur: Ne forte decepti, fa-
ciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem ma-
ſculi, vel feminæ, ſimilitudinem omnium iumentorum.
vbi diſtinguitur imago, & ſimilitudo: quia vnum poni-
tur pro figura corporea, alterum pro ſuperficiali, quæ eſt
pictura. In Hebræo dicitur. *Nec figuratum lapidem po-
netis, ad adorandum ſuper eum.* Dicunt enim Iudæi, quòd
in terra Chanaan, in lapidibus magnis poſitus in plano,
ſculpebatur cauando lapidem, & faciendo quaſdam
inciſuras profundas, ita quòd manebant ibi figuræ ho-
minum factæ, & ſuper hos lapides ſic figuratos incur-
uabant ſe Gentiles ad adorandum, vel (vt alij volunt)
expandebant ſe totaliter applicantes manus manibus,
& pedes pedibus, & ſic ſingula membra ſingulis: &
iſte erat quidam ritus colendi. Similes autem lapides
ſunt in eccleſia plani iacentes ſuper ſepulchra; & in qui-
buſdam

buſdam ſunt figuræ mortuorum factæ per inciſuram. Hoc autem dicunt Iudæi, quia dicitur in littera ſua, ad adorandum ſuper eum; & ſic intelligunt, quòd adorãtes deberent eſſe incuruati; vel expanſi ſuper lapidem illum quem adorabant; ſed littera noſtra abiicit iſtum ſenſum: quoniam non dicit, nec adoretis ſuper eum: ſed vt adoretis eum. Etiam non erat veriſimile, quod ſi Gentiles tales lapides adorarent, ſuper eos ſe incuruarẽt, vel expanderent: quia maximus honor tribuitur illi rei quam colimus: cum tamen aliquis ſuper aliquam rem ſe incuruat, vel expandit, non honorat eam; ſed magis eam, ſibi ſubiicit conculcando eam. Ideo non eſt intelligendum talem fuiſſe cultum inter Gentiles, vt Deus illum prohibuerit. Motiuum autem Iudæorum quantum ad hoc, leuiſſimum eſt: quia dicitur ſuper eum. Nam (ſuper) non ſemper ſignificat ſuperioritatem, ſed aliquando ſignificat, in, vt patet in multis locis: & aliquãdo ponitur ſuperuacuè, quantũ ad ſignificationem, ex modo loquendi Hebraico: quia conditio huius idiomatis talis eſt & ſic dicetur. *Vt adoretis ſuper eum*, id eſt, vt adoretis in ipſo, vel ad adorandum ipſum; littera autem noſtra dicit. *Vt adoretis eum*. In quo ſignificatur, quod ſolum vetabatur poni talis lapis ne adoraretur: ad alios autem vſus licitus erat; & tamen quia interdum erat occaſio idololatriæ, non permittebatur hoc fieri niſi à viris, de quibus nullo modo dubitaretur quod Deum rectè colerent. Sic erat de altari conſtruendo: vetuerat enim Deus altare conſtrui; vel fieri aliqua ſacrificia præter quam in Sanctuario, qui erat vnus locus: ne quilibet ſacrificaret in agris demonibus, ſicut vellet. Sic patet ſupra, 17. cap. Si tamen fuiſſet aliquis vir de cuius fide nullatenus dubitaretur, potiſſimè, ſi eſſet magnæ auctoritatis, poterat facere ſacrificia vbi voluiſſet. Sic patet de Dauid, qui fecit holocauſtum in area Areuna Iebuſæi tempore peſtis, vt patet 2. Regum cap. vlt. & 1. Paralip. 21. cap. Sic quoque patet de Elia Propheta; qui fecit ſacrificium in monte Carmeli coram Prophetis Baal, vt habetur 3. Reg. 28. cap. Sic quoque faciebat Samuel faciens ſacrificium vbicumque vellet, aliquando in Ramatha, vt patet 1. Reg. 7. cap. & aliquando in Maſphat. patet eodem capite, aliquando in aliis locis, vt patet 1. Regum 15. c. De horum enim fide nequaquam dubitabatur, potiſſimè, quia habebant cauſas ad faciendum hæc. patet ſpecialiter de quolibet eorum in prædallegatis capitibus. *Ego enim ſum Dominus Deus veſter*. Poteſt hoc referri ad ſuperiora dicta, vel ad inferiora: ſed quomodocumque dicatur, nihil differt: quoniam ſemper ſignificat idem, ſcilicet, auctoritatem iubendi, & dicitur: ego enim ſum Dominus Deus veſter; & iſta quæ iubeo debetis facere: quia ſum Deus veſter, & Dominus. *Cuſtodite ſabbata mea*. Ponitur hic alterum præceptum de colendo Deum, & eſt iſte ordo conueniẽs in præceptis: quia ſupra poſitum fuit præceptum quod erat primũ ſimpliciter; & ex quo omnia alia dependebãt, ſcilicet, quòd coleretur Deus verus, & abiicerẽtur Idola. In iſta parte ponuntur præcepta quæ determinant modum cultus Diuini. Conſiſtit autem cultus Diuinus principaliter in duobus, ſcilicet in eis quæ fiebant; & in temporibus faciendi hæc. tempora autem erant feſtiuitates, quæ determinant ſecum multas cærimonias, non ſolum temporis, ſed etiam ſacrificiorum, & aliorum rituum, de quibus patuit ſupra 23. capite. & magis habetur Num. 28. & 29. capitib. hæc autem iubet Deus hic obſeruari, ſcilicet, vt cuſtodiantur ſabbata ſua, id eſt, omnes feſtiuitates à Deo imperatæ; quoniam non ſolum intelliguntur hic ſabbata, id eſt, ſabbatum quod eſt ſemel in hebdomada, ſed etiam omnia alia feſta vocantur ſabbata. Sic patet ſup. 23. cap. vbi generaliter quælibet ſollemnitas dicitur ſabbatum, eo quod in iis requieſcitur à laboribus. Sabbatum autem generaliter, quietem notat, ſicut patet infra in littera, cum dicitur: Tunc placebunt terræ ſabbata ſua; & ſabbatizabit atque requieſcet terra in ſabbatis ſolitudinis ſuæ. *Et pauete ad Sanctuarium meum*, id eſt, timete Sanctuarium, vel habeatis illud in reuerentia, non accedentes omni tempore; nec omnes perſonæ: ſed ſolum illi quibus permiſſum erat. & hoc eſt pauere, ſcilicet, quod Iudæi timerẽt, quod ſi accederent ad Sanctuarium cõtra Dei præceptum, mo-

Diuinus cultus in duobus præcipuè conſiſtit.

F rerentur: & ſic Deus eis dicebat, vt pater ſup. 15. cap. & Numeri 1. & 3. capitibus.

De differentiis hominum immundorum ſecundum tactum & ſecundum naturales immunditias: & quomodo diuerſimode expiabantur. Et quæ officia in Sanctuario, & quibus conceſſa perſonis. Quæſt. 11.

In quo ſciendum, quòd Deus includit hic multa præcepta quæ pertinent ad reuerentiam eius: nam Deus ſtatuerat cultum ſuum in Sanctuario, quãtum ad ſacrificia, & alios ritus principales colendi; ideo volebat vt haberetur illud in magna reuerentia; nam ſi Iudæi ſemel iudicaſſent templum Dei eſſe contemptibile, iudicaſſent etiam omnia quæ erant in Sanctuario; eſſe contemptibi-
G lia. ideo Deus poſuit illud in magna veneratione; & hoc erat in non accedẽdo ad ipſum. Sed iſtud dupliciter ſtat: quia aut conſideratur quantum ad iura perſonarum, propter quæ quibuſdam licebat accedere ad miniſtrandum ſecundum varia genera miniſterij; aut conſideratur quãtum ad id quod erat commune omnibus, ſ. ad offerre: omnibus namq; Iſraelitis, & conuerſis ad Iudaiſmum licebat offerre ſacrificia, & alias oblationes in Sanctuario. Sed quantum ad hoc, excludebantur quædam perſonæ, ſcilicet, immundi; nemo enim immundus accedere debebat ad Sanctuarium, alioquin morti tradebatur, vt patet ſupra 15. cap.

Genera autem immundorum erant multiplicia: quidam enim erant immundi ab intra, propter aliquam naturalem immunditiam, ſicut leproſi; & iſti non poterant
H accedere ad Sanctuarium, donec mundarentur, ſecũdum modum qui habetur ſup. 13. & 14. cap. Sic etiam homo fluens ſemine, ſiue per ægritudinem, ſiue per ſomniũ nocturnum, ſiue per coitum. Iſti enim prius purgandi erãt, & prius non poterant accedere ad offerẽdum, vel ad aliquam aliam miniſtrationẽ. Sic patet ſupra 15. c. & Deuter. 23. cap. Eodem modo erant immundæ per naturalem maculam mulieres menſtruatæ, vel quomodocumque fluentes ſanguine, & purgabantur iuxta cæremonias, quæ habentur ſupra 12. & 15. capp. Alij verò erant immundi per aliquam maculam, quæ non erat ab intrinſeco, ſed ab extrinſeco per aliquem contactum, & iſti erãt qui tangebant aliquas res immundas, vt qui accederent ad mu-
I lieres mẽſtruatas, vel fluẽtes ſanguine, aut ad viros fluentes ſemine, vel ad res eorum, erant immundi, vt patet ſupra 15. cap. Sic etiam qui tangerent leproſos, vel res illorum, ſ. veſtes, & ſimilia; erant enim immundi, vt patet ſupra 14. c. Etiam illi, qui tangebant mortuos, vel intrabãt in domos, in quibus aliquis mortuus erat, vel tangebant Tabernaculum illius: incurrebant enim immunditiam. Sic patet Numer. 19. cap. & illi, qui tangebant cadauera animalium mortuorum, vel qualitercumque tangerent carnes animalium immundorum ad eſum, iam mortuorum, incurrebant immunditiam, vt patet ſup. 11. capite.

In iſtis immunditiis, ſupra tactis, tam per naturalem immunditiam, quam per contactum, erant diuerſitates purgationum, & temporum purificandi, & manendi in immunditia, vt patet ex eiſdem capitibus, quæ ſup. allegata ſunt. Hoc tamen generale erat, quod in omnibus immunditiis quicumque eſſet immundus, manebat extra
K Tabernaculum toto tempore immunditiæ ſuæ; & ſi quis horum voluiſſet accedere ad Tabernaculum ad offerendum, vel quomodocumque mori debebat, vt patet ſupra cap. 15. Alio modo prohibebantur quædam perſonæ accedere ad Sanctuarium; non quidem quantum ad offerendum, quod commune erat omnibus: ſed quantum ad miniſtrationes ſpeciales, quæ non conueniebant niſi quibuſdam generibus perſonarum. Vnde generaliter omnes de populo, qui laici erant, prohibebantur videre Arcam Domini, quando nuda erat, & alia vaſa miniſterij Tabernaculi: & ſi viderent moriebantur. Sic patet 1. Reg. c. 6. de Bethſamitibus, quos percuſſit Deus, quia viderant Arcam nudam: cũ dicitur: Percuſſit autem de viris Bethſamitibus, eo quòd vidiſſent Arcam Domini: & percuſſit de populo ſeptuaginta viros: & quinquaginta millia plebis. Erat etiam prohibitum omnibus popularibus accedere ad

Miniſtrationes ad Sanctuarij quæ & quibus vetita eſſent & quibus aſſignata.

re ad Sanctuarium ad caſtrametandum in circuitu eius, præterquam ſolis Leuitis, qui non computabantur inter populares. ſi quis verò de popularibus conaretur caſtrametari in circuitu Sanctuarij, moriebatur. ſic patet Numer. 1. c. cum dicitur. Et erunt in miniſterio, ac per girum Tabernaculi metabuntur; cumq. proficiſcendum fuerit, deponent Leuitæ Tabernaculum: cum caſtrametãda erigent: quiſquis externorum acceſſerit, occidetur; Porro Leuitæ per girum Tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio ſuper multitudinem filiorum Iſrael.

Erant etiam quædam miniſtrationes Leuitis debitæ circa opera Sanctuarij: & ad iſtas nemo de populo accedere debebat, alioquin morerentur; ſed ſoli Leuitæ iſta faciebant. Sic patet Numer. 8. cap. cum dicitur: Vt ſeruiant mihi pro Iſrael in Tabernaculo fœderis: & orent pro eis ne ſit in populo plaga, ſi auſi fuerint accedere ad Sãctuarium. Præter iſtas autem miniſtrationes, quæ conueniebant Leuitis in figendo Tabernaculum, & deponendo, & portando, atque excubando in circuitu eius, ſi ipſi conabantur facere aliquid aliud moriebantur: nam ſi voluiſſent videre vaſa Sanctuarij nuda, antequam Sacerdotes cooperirent illa, moriebantur. Sic patet Numer. 7. cap. cum dicitur: Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: ſed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur ſi tetigerint Sancta Sanctorum. Aaron & filij eius intrabunt, ipſi diſponet onera ſingulorum: & diuident quid portare quis debeat: alij nulla curioſitate videant, quæ ſunt in Sanctuario prius quam inuoluãtur, alioquin morerentur. Alia autem officia erãt, quæ pertinebant ad Sacerdotes, & ad illa nullus accedere debebat ex Leuitis. Si autem quis accedere conaretur, moriebatur. Sic habetur Num. 3. capite, cum dicitur: Aaron autem & filios eius conſtitues ſuper cultum Sacerdotij: externus qui ad miniſtrandum acceſſerit, morietur. Sic enim patuit in Leuitis; quando Chore & ſocij eius conati fuerunt vſurpare ſibi Sacerdotium de manu Aaron, & ipſi erant Leuitæ: nam cum ipſe & ducentiquinquaginta viri cum illo acciperent turibula crematuri incenſum coram Domino, egreſſus eſt ignis ab altari, & combuſſit illos: & alij ſocij eius, ſcilicet, Dathan & Abiron, & familiæ eorum à terra abſorpti ſunt. Sic patet Numer. 16. cap.

Sacerdotum officia. Erant autem officia Sacerdotum offerre incenſum coram Domino; & ponere panes propoſitionis; & incendere lucernas Candelabri; atque facere ſacrificia. Ad hoc autem nullus accedere debebat. De his fuit dictum ſupra 21. capite. & ſi quis ad aliquod iſtorum accedere conaretur, ſiue eſſet ex Leuitis, ſiue ex popularibus, occidendus erat, vel Deus illum occideret. Sic patet ſupra de Leuitis. De laicis verò habetur exemplum in Rege Ozia, qui aliter vocatur Azarias: ipſe enim voluit offerre tus coram Domino, qui percuſſit eum lepra in fronte, & manſit leproſus vſque ad mortem ſuam; regnabatq. pro eo filius eius Ioathan. Sic patet 4. Regum, cap. 15.

Sicut autem erãt officia Sacerdotum interdicta popularibus & Leuitis, ita erant quædã alia interdicta ipſis ſacerdotibus: nam nunquam poterant Sacerdotes minores accedere ad Sancta Sanctorum; & ſi quis illuc introiret, moriebatur, vt patet ſupra 16. capite, vbi ſolum Sacerdoti Magno hoc permittitur. Etiam non poterant Sacerdotes minores ſtare in Tabernaculo, quando Sacerdos Magnus introibat in Sancta Sanctorum: nec etiam ipſi poterant facere cæremonias diei expiationis; alioquin morerentur. Sic patet ſup. 16. capite, & ad Hebr. 9. capite.

Et ſicut Sacerdotibus minoribus erant prohibitæ miniſtrationes Sacerdotis Magni; ita ipſi Sacerdoti Magno erant quædam prohibita: quoniam non poterat introire Sacerdos Magnus intra Sancta Sanctorum, quandocumque vellet, ſed ſolum ſemel in anno, in die expiationis, & hoc præmiſſis quibuſdam ſacrificiis; aliter autem faciens, moriebatur, ſcilicet, ſi aliquam de iſtis cæremoniis omitteret. Sic patet ſupra 16. capite, cum dicitur: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod intra velum eſt, coram Propitiatorio, quo tegitur Arca, vt non moriatur. Et in eodem capite ponũtur omnes cæremoniæ quas præmittere debebat Sacerdos Magnus, cum ingrederetur in Sancta Sanctorum. De hoc etiam ad Hebræos 9. capite.

Aliæ quoque cæremoniæ erant in miniſtrando; quas ſi Sacerdos Magnus vel minores omitterent, moriebantur: ſicut erat, cũ aliquis miniſtraturus erat, quod lauaret manus, & pedes, alioquin moriebatur. Sic patet Exodi 30. c. Sic etiam de veſtibus ſacris erat; quoniam quando aliquis miniſtraret ex Sacerdotibus, debebat accipere veſtes ſacras, ſecundum genus miniſterij ſui, quoniam ſi Sacerdos minor eſſet, vtebatur minoribus ſi verò maior, etiam iuxta dignitatem ſuam. Et ſi quis aliquam de veſtibus neceſſariis ad miniſtrationem omitteret, moriebatur, etiã ſi feminalia omitteret. Sic patet Exodi 28. cap. cum dicitur: Facies feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ, & vtentur eis Aaron, & filij eius, quando ingredientur Tabernaculũ teſtimonij; vel quando appropinquant ad altare, vt miniſtrent in Sãctuario; ne iniquitatis rei moriãtur. Sic quoque erat circa cæremonias alias miniſtrationis: quoniam quicquid omitterent Sacerdotes de iniunctis ſibi, vel ſi aliquid tranſmutarent, moriebantur; ſicut patet de Nadab, & Abiu, qui quoniam obtulerunt de igne, de quo oblaturi nõ erant, combuſti ſunt coram Domino, vt patet ſupra 10. cap. Idem eſſet, ſi aliquis offerret incenſum, quod oblaturus non erat, vel panes indebitos, & ſic de ceteris; quidquid enim omitterẽt, vel tranſmutarent, moriebantur: quoniam omnia ſimilia ſunt, & hoc eſt pauere ad Sãctuarium, quod Deus hic iubet, ſcilicet, quod in magna reuerẽtia teneretur Sanctuarium, & ea quæ intra ipſum ſunt, & nemo accederet ad ipſa, niſi cum timore, & tremore, & niſi eſſet quidam, cui hoc competebat ex officio, & cum quibus cęremoniis deberet: alioqnin timeret ſibi mortem proximè futuram. Quare autem in Nouo Teſtamento non fuerit tantus timor impoſitus in miniſtrationibus, nec tot cæremoniç iuberentur, nec infligeretur duriſſimæ pœnæ tranſgreſſoribus, ſicut in Veteri Teſtamento, Exodi cap. 28. in princ. declaratum fuit. *Quando Sacerdotes omittendo cæremonias moriebantur.*

Ego Dominus. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuũ, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet meſſiũ tritura vindemiã, & vindemia occupabit ſementẽ: & comedetis panẽ veſtrum in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas beſtias: & gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros, & corruent coram vobis: Perſequentur quinque de veſtris centum alienos, & centũ de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Reſpiciam vos, & creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum. Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Ponam Tabernaculum meum in medio veſtri, & non abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſq. eritis populus meus. Ego Dominus Deus veſter: qui eduxi vos de terra Aegyptiorum, ne ſeruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum veſtrarum, vt incederetis erecti. *Præcepta ſeruantibus o[m]ia bona promittuntur. Iob 11. 8. d. c. eijciens, in fine. ibi i Nouo Teſtamento.*

Ego Dominus. id eſt, omnia iſta quæ ego iubeo facere, faciatis; quia ego ſum Dominus potens ita iubere. *Si in præceptis meis ambulaueritis.* Hic ponitur inductio Iſraelitarum ad cuſtodiendũ præcepta per promiſſiones; & eſt iſtud principale ſecundum huius capitis. & promittit hic Deus Iſraelitis multa bona temporalia, per quę eos inducat ad obedientiam legis & præceptorum. *Inductio populi ad Legis obſeruãtiã p promiſſiones.*

Quomodo Deus inducat homines ad bona ſpiritualia per bona ſenſibilia: & aliter in Nouo Teſtamento; & aliter in Veteri. Et an quis per virtutem mereatur bona terrena, & æterna. Et virtuti quod ſit dignum præmium. Et qualiter in Nouo Teſtamento dentur bona æterna ſimul & terrena. Quæſt. 111.

CIRCA hoc ſciẽdum eſt, quod Deus hominibus loquitur iuxta diſpoſitionem ipſorum hominum, vt poſſint capere & illis perſuaderi: nam ſi aliter fieret, nequaquam conueniret ad intentionem Dei: perfectis ergo viris

viris perfectè loquitur: imperfectis aũt loquitur per bo- F
na imperfecta. Et quoniam homines terreſtres ſola quæ
terrena ſunt cognoſcũt, ſola iſta ſenſibilia bona æſtiman-
tes, neſcientes quæ ſint vera bona, iuxta illud Apoſt. 1. ad
Corinth. 2. cap. ſ. Animalis homo ignorat quæ Dei ſunt:
ideo Deus, quando aliquibus hominibus imperfectis lo-
quitur, inducendo illos ad bonum, perſuadet eis per iſta
bona temporalia quæ ipſi bona æſtimant ſolum. Sic erat
de Iudæis: quoniam ipſi erant viri imperfecti: ideo Deus
deducens eos ad bonum, ſuadet ipſis per bona tempora-
Notãdũ. lia. Non tamen eſt intelligendum, quod ſolæ bona tem-
poralia Deus det hominibus pro operatione bona, ſcili-
cet, quando eum colunt, vel quomodocumque agant ali-
quid directum in ipſum: ſed magis dat vitam æternam;
quod patet: quia Deus eſt iuſtiſſimus diſtributor, ideo
oportet vt tantum conferat pro operatione, quãtum ipſa G
meretur: & etiã; quia ipſe liberaliſſimus eſt, aliquid con-
feret vltra meritum: ſed omnis operatio bona directa in
Deum, excedit omnia bona temporalia, ergo non fit recta
diſtributio dando pro illis bona temporalia ſolum; quod
apparet: quia omnis bona operatio directa in Deum, fit
ſm caritatem: caritas autem excellentior eſt omnib. bo-
nis, quæ poſſideri poſſunt. ergo pro operatione, quæ eſt
ſm caritatem, non poteſt dari ſufficiens præmium in bo-
nis, quæ poſſideri poſſunt, qualia ſunt bona temporalia.
Caritas eſt aliis virtutib. excellentior. Item excellentior eſt caritas, quam omnes virtutes mora-
les; cum ipſa ſit perfectio, & forma ipſarum, ſm quam
gratæ ſunt: ſed virtutes morales ſunt excellentiores om-
nibus bonis, quę poſſidentur, ergo non poteſt fieri conue-
niens ſatisfactio in bonis, quæ poſſideri poſſunt, pro ipſa
morali virtute. Patet hoc; quoniam ſecundum Ariſtot. H
1. Ethicor. bona diſtinguuntur tripliciter, ſ. in bona quæ
ſunt extra nos, ſ. bona fortunæ, & in bona quæ ſunt circa
nos, ſ. bona naturæ, & in bona quæ ſunt intra nos, ſ. in vir-
tutem, & dicit ꝙ tertium genus bonorum eſt differẽs bo-
num à ceteris. etiam in 7. Ethic. cum Ariſt. diſtinguit bo-
na, ponit ipſam virtutẽ inter pulcherrimas ſecundum na-
turã, ſ. quæ ita bona ſunt, vt nullo modo poſſint eſſe mala.
Alia autem quæ poſſidentur, ſunt indifferẽter bona: quia
non magis ad bonum, quam ad malum declinant: ſed ſe-
cundum relationem eorum efficiuntur bona vel mala.
Impoſſibile eſt igitur quod pro ipſa virtute morali Deus
ſolum retribuat bona temporalia, quæ poſſidentur, cum
virtus excellentior valde ſit. Item operatio virtutis mo-
ralis, eſt multo excellentior ipſis bonis quæ poſſidentur:
quoniam felicitas eſt maximum bonum humanum: & I
tamen illa, etiam ſecũdum Philoſophos, ponitur in ope-
ratione ſecundum optimam virtutem in vita perfecta, vt
patet ſecundum Ariſt. in 1. & 10. Ethic. & non poteſt po-
ni felicitas in bonis poſſeſſis. ergo non poteſt in eis fieri
conueniens retributio pro virtute morali. Item eandem
ſententiam tenent Philoſophi, quando loquuntur de re-
tributione pro opere virtutis, vt patet in 5. Ethic. Docuit
enim quod politia nõ poteſt ſufficienter retribuere bonis
rectoribus pro meritis boni regiminis: ſed debet eis dari
honor, & gloria: ſi autem aliquid vltra volunt, tyranni
ſunt; ecce enim diſtributio quam facit politia pro bono
regimine, non eſt iuxta commenſurationem bonorũ poſ-
ſeſſorum: quoniam nullam talem exiſtimat eſſe æqualẽ
merito boni regiminis: ſed tribuit maxima bona q̃ apud
homines ſunt; & ſunt purè politica, ſ. honorem, & glo- K
riam. & in his adhuc non intendit eſſe conuenienter eis
ſatisfactum. Ergo nullo modo bona poſſeſſa, aut quæ-
cumque temporalia poſſunt æquari operationi, quæ eſt
ſecundum virtutem moralem. à fortiori ergo non æqua-
buntur operationi, quæ eſt per caritatem: cum ipſa ſit ex-
cellentior omnibus virtutibus moralibus. Dicendum igi-
tur eſt, quod Deus qui pro bono opere tantum erogat,
quantum ipſum meretur, & amplius; non dat præmium
pro bona operatione quæ eſt ſecundum caritatem, in col-
latione iſtorum bonorum temporalium: ſed in collatio-
ne æternæ fęlicitatis, quæ eſt ſuper omnia bona, & in
iſta recipiunt quantum merentur, & vltra. Nunquam
enim Deus facit præmium eſſe minus merito. ideo cum
caritas ſit maior omnibus bonis poſſeſſis; qui ſecundum
eam agit, neceſſarium eſt vt recipiat retributionem in

F aliquo, quod ſit maius, quã omnia bona temporalia poſ-
ſeſſa: & id eſt, ipſe Deus, qui ſe in præmium dat aman-
tibus eum. ſ. videre, & frui. Ideo ſiue quis agat opera le-
gis; ſiue aliquid alterum ſecundum caritatẽ, non recipiet
bona temporalia in mercedem adæquatam operis ſui, ſed
viſionem Dei; bona autem temporalia dabuntur, non vt
meritum operationis, ſed vt congruentia operanti ad per-
ſeuerandum in merito; vel ad magis merendum. Cum
autem dicebatur de virtutibus moralibus, dicendum,
quod illæ ſecundum genus ſuum meliores ſunt, quam
quæcumque bona poſſeſſa, inquãtum ipſe ſunt bona ani-
mæ, poſſeſſiones autem ſunt extra nos. Et ideo ſi aliquod
præmium virtuti morali, aut virtuti eius cõpetat, neceſſa-
rium eſt quòd illud ſit melius, & maius rebus poſſeſſis,
quia aliter non fieret adæquatio meriti, & præmij. Ideo
G ciues rectè politizantes, qui in præmium virtutum mora-
lium, & potiſſimè magnæ virtutis, ſ. iuſtitiæ, in rectore
non putant ſufficere bona temporalia, tribuunt gloriam,
& honorem, recteq. exiſtimãt; & tamen adhuc putãt hoc
non ſufficere vt re vera, neque ſufficiunt, quia iſta bona
exteriora ſunt: hæc tamen tribuunt, quia non habet poli-
tia aut ciuitas aliquid melius, aut maius, quod tribuat:
ſicut in quibuſdam non eſt poſſibile retribuere æquale: &
ibi cõueniens atque ſufficiẽs eſt tribuere quod poſſumus,
vt circa Deos, & parentes, vt dicitur 8. Ethic. Sed quãtum
ad Deum, cum loquimur de præmio virtutũ moralium,
dicendum, ꝙ aut ſunt virtutes morales ſolæ in homine,
ſine caritate, aut coniunctę caritati. Si cum caritate diri-
guntur ab ea in Deum: quia imperantur à caritate, & fa-
cit ꝙ actus ſuos eliciant propter Deum, & in ipſum: &
H tunc Deus reddit præmium pro operationibus illis, non
in bonis temporalibus, ſed in vita æterna: quia tunc actus
quilibet cuiuſlibet virtutis moralis eſt meritorius vitæ
æternæ. Si autem virtutes morales ſolæ ſunt, non ſunt me-
ritorię in fine, neque in actibus ſuis apud Deum. & id
quod non habet Deum pro fine, neque pro obiecto, nul-
lo modo pertinet ad Deum: ideo nullo modo eſt merito-
rium circa Deum; meritum quippe circa Deum conſide-
ratur, cum ipſe ſit qui præmiũ reddit. Sed de moralibus
ita eſt, ꝙ ſi non ſint cum caritate, nullo modo pertinent
ad Deum: non enim poteſt aliqua virtus ad Deum per-
tinere, niſi vt ad obiectum, velut ad finem. Sed neutrum *Virtutes morales ſine caritate nihil valent.*
iſtorũ competit moralibus ſine caritate: de primo, id eſt,
obiecto, patet: quia ſingulæ morales habent paſſiones ali-
quas, vel actiones; vt eſt manſuetudo circa iram: & forti-
I tudo circa timores & audacias. temperãtia circa delecta-
tiones tactus, & guſtus, & triſtitias oppoſitas: iuſtitia au-
tem circa actiones diſtribuendi & commutandi. & hæc
obiecta ſemper eis manent; quia per obiecta ſpecifican-
tur habitus. vnde numquam poſſunt iſta perdere & di-
mittere alia. Et ſic non ſunt circa Deum tanquam cir-
ca obiectum, nec etiam habent Deum pro fine; ſed
quaſdam alias perfectiones humanas politicas: ſi enim
Deum ſibi pro fine determinaſſent, ſic illas tenuiſſent
Philoſophi.

Sed hoc falſum eſt: quia non obſeruabant ipſi virtu-
tes has propter Deum: ſed quia erat ſecundum ſe bo-
num illas tenere; & ita iſtæ virtutes ſecundum ſe nullo
modo pertinent ad Deum: ideo non ſunt aliqualiter me-
ritoriæ. Caritas aũt ſuperueniens eis, poteſt eas facere me-
K ritorias: quia facit illas ad Deum pertinere, & non pri-
mo modo vt ad obiectum; quia obiectum ſuum nũquam
dimittunt: quoniam ceſſarent eſſe virtutes, ſi dimitterent
obiectum à quo ſpeciem habent: ſed incipiunt pertinere
ad Deum vt ad finem, ſcilicet, cum caritas ſit habitus
imperatiuus: quia eſt potentiæ ſublimioris, & de obie-
cto altiſſimo, imperat omnibus aliis habitibus, vt eli-
ciant actus ſuos ad finem quem ipſe elegerit, & eſt Deus:
cum Deus ſit obiectum & finis caritatis. Morales au- *Deus eſt obiectum & finis caritatis.*
tem virtutes à caritate imperari poſſunt dupliciter, ſci-
licet, quia ſunt in inferioribus viribus, id eſt, non in vo-
luntate, ſed in parte concupiſcibili, & iraſcibili, quæ vo-
luntati ſubiiciuntur, & obediunt ei. 1. Ethic.

Secundò, quia caritas eſt de ſublimiori obiecto, id eſt,
Deo, qui eſt ſimpliciter finis. Ideo licet eſſent aliquæ
virtutes morales in eadem potentia, in qua eſt caritas, ſci-

licet in voluntate, adhuc imperaret eis caritas; quia eſt A de ſublimiori obiecto. Sic eſt de iuſtitia, nam illa in voluntate eſt, cum non ſit circa paſſiones: & tamen eſt de obiecto minori, id eſt, de diſtributionibus & cõmutationibus. & ſic caritas poterit ei imperare; & hoc modo caritas imperare poteſt omnibus moralibus virtutibus; immo neceſſe eſt, quod imperet eis, ſi fuerit cũ illis: & tunc pertinebunt morales virtutes ad Deum ſicut ad finem: & ita erunt meritoriç: quia actus ſuos elicient propter Deũ. Et ita apparet, ꝙ aliquando virtutes morales ſunt meritoriæ, & merentur vitam æternam: & non dat Deus præmium operationis earũ in bonis temporalibus. Aliquãdo aũt nullo modo ſunt meritoriæ, ſ. quando non ſunt cũ caritate: & tunc non datur eis præmium à Deo in aliquo: quia neque in vita æterna; neque in bono tẽporali; vnde ſemper manet verum, ꝙ Deus nũquã det pro virtute morali præmium in bonis temporalibus, ſed aut nullum dabit; aut dabit vitam æternam: & ideo erunt de operationibus legalibus ſi fiant cum caritate. Ex quo infertur, ꝙ quãquam Deus in Veteri Teſtamẽto Iudæis promitteret pro bona operatione abũdantiam bonorum temporaliũ; tñ non dabat eis in hoc prẽmium: ſed ſolum ponebat iſta tanquam allicitiua ad bonam operationem; & hoc, quia Iudæi erant viri imperfecti; & magis inducebantur ad bonũ per iſta temporalia, quæ cognoſcebant, & amabãt, quam per bona æterna, quæ nunquam viderant, nec deſiderabant. In Nouo aũt Teſtamẽto econtrario factũ fuit: quia nunquam aliqua bona temporalia promittũtur, ſed ſemper æterna; cuius ratio eſt: quia Nouum Teſtamentum eſt lex perfectorũ, qui poſſunt induci per bona perfecta; ideo nõ debuerunt eis promitti imperfecta bona, & C illa bona quæ promittuntur, dantur in præmium. Non tamen eſt intelligendũ, ꝙ obſeruatoribus Noui Teſtamenti ſolum detur vita æterna, ſ. quæ promittitur; ſed etiam interdum gaudium, & pax, & honor, & omnis tẽporalis proſperitas; iſta tamen non dantur in præmiũ bonç operationis; nec in partem præmij: ſed ſolum tanquã quædam allicitiua ad maiorem virtutem; vel tanquã quædã occaſio virtutis; qm̃ virtus ſic magis reſplendet cum iſta bona temporalia coniuncta habuerit, quã ſi non habeat, ſicut ait Boetius de Conſol. Philoſophiç lib. 4. proſa 5. Eſt ergo iſta differentia in Nouo & Veteri Teſtamento: qm̃ in Veteri ſola temporalia promittuntur; ſed etiam cõferuntur æterna: in Nouo autem ſola æterna promittũtur; ſed temporalia etiã quoque cõferuntur. vtrobique tamen bona æterna ſunt tanquam præmia; & bona temporalia D tanquã allicitiua: & ſic Deus in iſto cap. promittit multa bona temporalia Iudæis, ſi obſeruauerint præcepta ſua: & iſta nõ promittit eis in præmium, ſed ſolum vt alliciat eos ad bene operandum. Sed conſiderandum eſt de Veteri Teſtamento, ꝙ aut cõſideramus in eo opera quæ fieri iubentur; aut deuotionẽ facientium ea. ſi ſola opera conſideremus, id eſt, ꝙ non ſint cum caritate; vel non conſideratur ipſa caritas cũ eis, non ſunt aliquo modo meritoria: quia non pertinẽt ad Deum; ſi aũt fiant cum caritate, non ſolũ ſunt meritoria bonorũ temporalium, quæ hic exprimuntur: ſed potius çternorũ: imò propriè loquendo non ſunt meritoria bonorũ temporalium, quç non faciunt aliquã adçquationem, ſed ſolum vitæ æternæ. Bona aũt temporalia, vt dictum eſt, non dantur in præmiũ; ſed in allicitiuum, vel in materiã continuandarum bonarum E operationum. Sed tñ dicendũ eſt, ꝙ non eſt omnino idem circa morales virtutes, qñ ſunt ſine caritate, & circa obſeruantiã legalẽ: quia morales virtutes nullo modo pertinẽt ad Deum, qñ ſolæ ſunt: nam non vt ad obiectũ, neque vt ad finẽ, vt oſtenſum eſt: ideo non poteſt ibi eſſe rõ meriti; ſecus de legali obſeruantia, nam qñ eſt ſine caritate non pertinet ad Deũ vt ad finẽ; pertinet tñ ad eum vt ad obiectũ non immediatũ, quia illud eſt in caritate, ſpe, & fide, ſed tanq̃ ad obiectum mediatum, ſ. quia oẽs actus legales ſunt quædã obſeruãtiæ exhibitæ circa Deum, cũ ſint materialiter qnedã cçremoniæ cultus eius, etiam à Deo impoſitæ fuerunt; ꝙ non eſt verũ de habitibus moralibus: ideo in illa obſeruantia eſt aliquod meritũ, & reſpondet illi præmiũ, & iſtud conſiſtit non quidẽ in vita æterna, q̃ per ſolam caritatẽ meremur, ſed in bonis tẽporalibus, &

In Nouo Teſtamẽto dãtur etiam bona terrena.

Opa Veterũ Teſtamenti quo erãt meritoria.

hoc maximè, quia Deus ponẽs præcepta iſta legalia materialiter obſeruanda, adiecit bona temporalia, quæ cõferenda erãt obſeruatoribus. Ideo videtur, quod etiã ſi aliquis Iudæus nunquam habẽs caritatẽ ſeruaret omnia iſta præcepta ad litteram, daret illi Deus iſta bona temporalia, quæ hic exponuntur, & auferret omnia mala oppoſita, quæ dicuntur in littera. Nõ eſt autem ſic de operationibus virtutum moralium, qñ ſunt ſine caritate, quia illæ non ſunt circa Deum, vt obiectum mediatè, cum non ſint aliqui eius cultus ſaltem materialiter: neque etiam actus illarum ſunt expreſsè à Deo imperati: ſicut obſeruãtiæ legales: & conſequenter non promiſit Deus obſeruatoribus illorum actuum bona aliqua temporalia, ſicut obſeruatoribus legalium, & ita per illos actus morales non merentur bona temporalia ſicut per obſeruantias legales. Et tamen operantibus ſic moraliter, quia faciunt, quod in ſe eſt bonũ, licet nõ propter Deum, dat Deus, aut bona temporalia, aut (quod maius eſt) dat illuſtrationem interiorẽ, vt ad ipſum conuertantur, & caritatẽ habeant, & ſic iam vere mereantur, & hoc verum eſt, niſi quãdo obſeruationes virtutum moralium fiunt propter ſolam inanem gloriam, quia ſic operantes teſte Chriſto iam receperũt mercedem ſuam, vt patet Matth. 6. c. *Si in præceptis meis ambulaueritis.* Loquitur hic Deus de omnibus præceptis ſuis, ſiue moralibus, ſiue iudicialibus, ſiue legalibus: quoniam ſi aliqui Iudæi obſeruaſſent quædam iſtorum, & nõ alia, Deus non dabat eis proſperitatem, quam hic promittit obſeruantibus ea: ideo oportebat, quòd omnia obſeruarent. Dicitur autem aliquis ambulare in præceptis quando ea opere complet, & in eis conuerſatur; ſicut aliquis dicitur ambulare in via, quia per eam continuè procedit. *Et mãdata mea cuſtodieritis, & feceritis ea.* Hic poſſunt diſtingui præcepta, & mandata, ita, quòd præcepta ſignificent ipſa moralia, & mandata ſignificent iudicialia, & cæremonialia, & debent in omnibus illis Iudæi ambulare ad hoc, quòd eis conferantur bona, quæ promittuntur. Alio modo poteſt dici, ꝙ accipiantur hic mãdata, & præcepta pro eiſdem, ſ. quòd quodlibet illorũ ſignificet omnia, tam moralia, quã iudicilia, & cæremonialia, ſed ponitur hic multiplicatio nominum propter multa verba, quæ ſequuntur, ſ. ambulaueritis, feceritis, & cuſtodieritis. & dicitur cuſtodire mandatum, i. illud in corde tenere, & diſtinguitur hoc contra facere, quod facto exequi. Nam Deus iubet, vt Iudæi in corde tenerent præcepta ſua, aſſiduè in eis cogitando; ſic habetur Deuter. 6. cap. cum dicitur: Erunt verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua: eruntq. & mouebũtur inter oculos tuos. Facere præcepta dicitur is, quia ea exequitur, & vtrumque Deus volebat. Alio modo poſſunt diſtingui facere præcepta, & cuſtodire, per hoc, quòd cuſtodire ſignificet cauere ab eo, quod faciendum non eſt: facere autem pertineat ad expletionem, & executionem eorum quæ facienda ſunt; quocumque iſtorum modorum conuenienter accipitur: ſed in iſto ſecundo modo facere pertinet ad ſola præcepta affirmatiua: cuſtodire autem ad ſola negatiua. *Dabo vobis pluuias temporibus ſuis.* Deus enim dicitur dare pluuias, quia quanquam pluuiæ naturaliter cauſentur, tamen Deus interdũ efficit ea, quæ naturaliter fieri non poterant, vel deſtruit ea quæ naturaliter futura erãt, cum omnes operationes naturæ ei ad nutum ſeruiant, quia in potentia ſua continet totam naturam, & omnes cauſæ naturaliter influentes recipiũt poteſtatem influẽdi à Deo, deriuante virtutem in illas, cum ſit prima cauſa in concatenatione naturæ, & cauſæ poſteriores reſpectu prioris habent ſe tanquam effectus ad cauſam, vnde omnes naturales cauſæ ſunt effectus Diuinæ operationis. Et ſic aliquando ſecundum ordinem motus cæleſtis erat magna fertilitas prouentura, & ſalubritas gentium: Deus tamen propter peccata hominum, conuertit illud in contrarium. Aliquando autem Deus nobis iratus, multa mala inflicturus erat, vt ſterilitatem, & peſtem, atque alia incommoda, & hoc cauſæ naturaliter agentes exigebant, nobis tamen humiliatis coram eo, omnia conuer-

Notãdũ de pluuia. Deus aliquando tollit nobis ſupernaturaliter bona, quæ aliquando vẽtura ſunt naturaliter, & aufert mala, q̃ operatione naturæ prouenirent.

tir in bonum. Sic patet Deuteronom. 28. cap. cum dicitur: Mittet Dominus ſuper te famem, & eſuriem, & increpationes in omnia opera tua, quæ facies propter adinuētiones tuas peſſimas. Et poſtea dicitur: Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris; & tamen ante hoc poſuerat omnia oppoſita eis, qui obſeruabant præcepta eius. Sic etiam patet Pſal. 16. ſ. poſuit flumina in deſertū, & fontes aquarum in ſitim, terram fructiferam in ſalſuginem, præ malitia habitatorum eius: & deinde ponitur quòd pro bonis fiat econtrario, ſcilicet, ponet deſertum in paludes aquarum, & terram inuiam in fontes aquarum; à Deo ergo iſta ſunt; quanquam vt in plurimum, ſecundum naturā fiant.

Vbertas promiſſa primū. Et promittit hic Deus Primò ſe daturum pluuiam, ante alia bona, quia volebat promittere bona temporalia, & inter illa nullum maius eſt, quantum ad æſtimationem vulgarem, quam vbertas in terræ naſcentibus. Et fortè aliquid veritatis continet iſta poſitio, quanquam non per omnem modum: quoniam maximum incommodorum humanorum eſt fames: multo. n. melius eſt bello perire, aut peſte cadere, quam cōfici fame, quoniā fames diuturnum, & inhumanum malum eſt, potiſſimè, quia vbertas eſt fundamentum totius vitæ humanæ; hanc ergo maximè vulgares diligunt, ideo Deus cum iſtam vellet promittere, promiſit pluuias, quoniam omnis vbertas fructuum ex pluuiis naſcitur: nam omnia ſecūdum naturam ex humore, & calore gignuntur, ex humore quidem tanquam ex cauſa materiali, ex calore autem tanquā ex cauſa efficiente dirigente: cum verò pluuia deficit, omnis humor deficit: ideo neceſſe eſt deficiēte pluuia, non eſſe aliquod de terræ naſcentibus; & ſic cum promittitur pluuia promittuntur omnes fructus terræ.

Quare Deus non promittit ſolis calorem in bonum ſicut pluuias. Quæſt. IIII.

SED quæret aliquis, cum terræ naſcentia non ſolū ex pluuia, ſed etiam ſint ex calore ſolis, quare Deus non promittit calorem ſolis in bonum, ſicut promittit pluuias? R̃ndendum eſt, ꝙ quāquam æqualiter ad terræ naſcentia proficiat calor ſolis, & ipſa pluuia, tñ non fuit conueniens promitti bonum caloris ſolis, quia ea quæ ſunt immutabilia, non oportet, quòd promittantur tanquam bonum: ſic autem eſt de calore ſolis, quoniam ſol ſemper tenet eundem curſum in quolibet anno, & æqualiter eleuatur, & deprimitur: ideo neceſſe erat, vt in quolibet anno eſſet æqualitas caloris determinatis tēporibus, niſi ſit aliquid aliud, quod faciat videri calorem maiorem, vel minorē, ſ. ſpecialis coniunctio, vel aſpectus planetarum, vel magnæ ſiccitates, aut abundantiæ pluuiarum. Cum ergo ſtatus caloris in quolibet anno ſit idem, ſecundum immutabilitatem curſus ſolis, non debebat promitti tāquam beneficium. Pluuiæ autem multum ſe habent per accidēs, quia aliquando multum abundant, interdum verò valde deficiunt, & aliquando ſunt in temporibus debitis, aliquando verò extra tempora: ideo poterant promitti pluuiæ tamquam beneficium, quia multum indeterminatæ erãt. De calore autem ſolis non eſt idem. *Temporibus ſuis.* Hoc etiam eſt beneficium: immò in hoc totum beneficium pluuiarum eſt, quòd temporibus ſuis conferantur, id eſt, temporibus quibus terra exigit pluuiam ad generationē, & conſeruationem fructuum, quæ alio loco vocatur pluuia ſerotina, & tēporanea: nā ſi conferantur pluuiæ extra tempora ſua, nihil omnino proficient: ſed potius nocebūt; ideo hoc etiam promitti debuit, ꝙ pluuiæ fierent temporibus ſuis. *Et terra gignet germen ſuum,* i. terra proferet fruges, quas prolatura eſt. Et accipitur hic germen, ſolū pro ipſis frugibus, & aliis terræ naſcētibus, quæ nō ſunt arbores: cū immediatè de arboribus agatur; & ponitur hoc cōſequēter ad prædicta: quia terra dat germen ſuū neceſſariò, qñ pluuiæ decidūt tēporibus ſuis. *Et pomis arbores replebuntur.* Hic dr̃ de omnibus arboribus, ſiue ſint vites, quæ principalius requiruntur ad vitā, quā aliæ arbores; ſiue ſint quæcūque aliæ. Et accipiūtur hic poma multum largè. Solent enim poma tripliciter accipi. Vno modo pomum dicitur fructus quidam rotundus, quem alio nomi-F ne malum vocamus, quia malon in Græco rotundum eſt: & iſta eſt ſignificatio vulgaris apud Græcos. Alio modo accipitur pomum pro omni fructu habenti corticē tenerū, ſicut ſunt mala, pira, & ficus, & iſto modo diſtinguuntur omnes fructus in poma, & in nuces, quia poma ſunt fructus habentes corticem tenerum, nuces autē ſunt fructus habētes corticem durum, ſicut auellanæ, amigdala, & ſimiles. *Oēs fructus diſtinguūtur ī poma. & nuces.* Et etiam non accipitur hic iſto modo: quoniā Deus non ſolū promittebat abundantiā in fructibus corticis teneri, ſed etiam in omnibus aliis. Ideo accipitur hic pomum tertio modo generaliter pro omnibus fructibus cuiuſcumque conditionis. *Apprehendet meſſiū tritura vindemiam.* In hoc ſignificatur maxima vbertas in frugibus, ꝙ vindemia coincidet cum tritura meſſium; & hoc propter multitudinem frugum, quę non poſſunt triturari tēG pore ſuo; ſed reſident vſque ad principium vindemiæ. Communiter tamen in annis valde fertilibus, conſueuit eſſe tēpus medium inter trituram meſſium, & principiū vindemiæ, niſi fortè ſit aliqua gens valde pigra, quę illud compleat in tribus mēſibus, quod alia compleret in vno.

In quibus annis inter Iudæos meſſium tritura apprehendebat vindemiam, & vindemia ſementem. Quæſt. V.

HOC autem de apprehenſione vindemiæ à tritura meſſium maximè inter Iudæos erat in anno ſexto ante remiſſionem, quia tunc terra conferebat fructus triū annorum, ſicut patet pręcedenti cap. erant autem iſti tres anni duo anni integri: ideo oportebat ſecundū Dei promiſſionem, quod tantum de fructibus eſſet in anno ſexto, H ſicut in duobus annis aliis valde fertilibus: & conſequenter neceſſe erat duplicatum impēdere tempus in tritura, & vindemia illo anno ſexto, quam in aliis: potiſſimè aūt hoc fiebat, quādo annus ſeptimus remiſſionis, & iubilęus ſibi mutuo ſuccedebāt: quia tunc Iudæis bene ſe habentibus terra faciebat fructus quattuor annorum, ſ. triū annorum perfectorum, vt declaratum fuit præcedenti cap. ideo neceſſe erat impēdi triplicatum tempus plus quā in reliquis annis cōmunibus; & ſic ſatis ſtabat, quod tritura meſſiū apprehenderet vindemiam; & hoc quod dicitur, eſt, quādo annus ſeptimus eſſet immediatè ante iubilæū. Non tamen eſt intelligendum id in quolibet iubilæo, ſicut aliqui putauerūt, ſ. quod ſemper finito ſeptimo ſeptenario, ſ. anno quadrageſimonono, quem dicebant ſemper eſſe annum ſeptimum remiſſionis, ſequeretur annus quin-I quageſimus, qui erat iubilæus: nam tunc in duobus annis ceſſaretur à laboribus, ſ. in anno remiſſionis, & iubilæo, & conſequenter in anno quadrageſimooctauo oportebat eſſe fructum pro tribus annis integris, qui erant quattuor anni incompleti, ſ. vſque ad meſſes anni quinquageſimiprimi; & ſic ille annus quadrageſimusoctauus, haberet plurimum de meſſibus, & vindemia: vnde in vtroque nullum tempus impenderetur.

Eſt autem verū quòd iſtud aliquando accidebat & ſæpe; & erant tunc plurimi fructus; ſed non accidebat in quolibet iubilæo; ſed in ſeptē iubilæis ſemel accidebat, ſcilicet, quod eſſet tunc annus remiſſionis quadrageſimus nonus; & ſequens quinquageſimus erat iubilæus: & tamen in ſequenti iubilæo erat annus remiſſionis quadrageſimusoctauus; & poſtea quadrageſimusſeptimus, deinK de ſextus; poſtea quintus, deinde quartus, & ſic retrocedendo: & in illo tempore erat alius annus remiſſionis annus quinquageſimusprimus, qui erat primus poſt iubilæum: & tunc erant duo anni ſimul, in quibus ceſſabant Iſraelitæ à laboribus; & in ſequenti iubilęo accidebat, ꝙ erat idem annus ſeptimus remiſſionis, & annus quinquageſimus iubilæi. & hoc patet computando ſeptē ſeptenarios, qui faciunt quadraginta nouem annos, & ſi non incipiamus computationem in anno primo, ſed in ſecundo, complebitur in anno quinquageſimo: & in ſequēti iubilæo erit annus remiſſionis annus quadrageſimusnonus, & quinquageſimus iubilæus, & ſic erūt coniuncti: & ſtatim retrocedet; quia proximus annus remiſſionis ad iubilæū eſſet annus quadrageſimusoctauus: & ita tenebitur ſemper ille ordo. Et non eſt verum ſicut aliqui putauerunt, ꝙ annus remiſſionis, & iubilæus, ſemper eſſent coniuncti,

cti, id eſt, quadrageſimus nonus, & quinquageſimus, vt oſtendimus præced. cap. *Et vindemia occupabit ſementem.* Dicitur ſementis, id, quod ſeritur, quoniam ſecundū vſum Grammaticorū, ſemen ad animalia pertinet; ſementis verò pertinet ad agros; accipitur tamen hic ſementis, pro tempore ſeminandi. ſ. ꝙ vindemia accedat ad ſeminandi tempus: & hoc eſt propter abundantiam vuarū; quoniam tempora determinata ſunt vtrique: quanquam ſecūdum quaſdam terras non diſtinguitur totaliter tempus ſeminādi à tempore vindemiæ. *Et comedetis panem veſtrum in ſaturitate.* In hoc ſignificat eis abundantiam temporaliū, quia comedere cū ſaturitate, nunquā eſt niſi in fertilitate: aliis autem temporibus comedunt panem in anguſtia, & mēſura, propter paucitatem, ſicut dicitur infra, ꝙ quando Deus contriuerit baculū panis, decem mulieres coquent in clibano vno, & reddent panes ſuos ad pōdus: & comedent Iudæi, & non ſaturabuntur. *Et abſque pauore habitabitis in terra veſtra.* Hic promittitur ſecundum bonum. ſ. ſecuritas ab hoſte; quod eſt habitare ſine terrore. Homines. n. habentes hoſtes, ſine terrore non habitāt, ne hoſtes per inſidias, aut impetum factum præualeāt cōtra ipſos. & hoc eſt magnū bonū: quoniam ſine pace & ſecuritate, homines non fruuntur bonis ſuis: pax. n. efficit homines dominos rerum ſuarum; bellum autem omnia inquieta reddit. & hoc ſatis erat admirabilē in Iudæis; quoniā ipſi erant gens pauca contraria aliis gentibus in ritibus, & in bellis: cū ipſi alienigenæ eſſent, & iure bellico excluſiſſent gentes ſeptem de terra illa, in qua habitabāt; delentes eas. Ideo aliæ gentes ſemel congregatæ ſunt ad veniendum ſuper Iudæos, vt delerent illos, ſicut habetur Ioſue 9. c. & poſtea quātocumque tempore habitauiſſent Iudæi in terra illa, adhuc erant eis infeſtæ gentes ad delendum eos: & ſic erat magnum Dei beneficium, ꝙ ipſi manentes in terra illa contra voluntatem omniū aliarum gentium, ſecurè quieſcerent. Deus tamen hoc illis conferebat, cū non declinarent à præceptis eius, nec ſolum hoc, ſed etiam alia maiora. ſ. ꝙ aliquādo omnes Iudæi desererent ciuitates ſuas, & Gentiles in circuitu eorum exiſtētes nō auderent oppugnare illas; nec audebant cogitare aliqđ malū contra Iudæos de inuadendo terrā eorū, ſicut patet de tribus feſtiuitatibus in anno quibus aſcendebāt omnes viri Iudæorum in terram & locū Sāctuarij. De hoc habetur Exodi 34. c. cū dicitur: Cum. n. tulero gētes à facie tua, & dilatauero terminos tuos; nullus inſidiabitur terræ tuæ aſcendente te, & apparente in conſpectu Dominī Dei tui ter in anno. *Dabo pacem in finibus veſtris.* i. ego faciam eſſe pacem in tota terra veſtra, intra terminos poſſeſſionis veſtræ. Eſt enim magnum bonum hoc, quod Deus promittit hic, ſine quo nullius boni temporalis poteſt eſſe iucunda poſſeſſio, ſupra namque promiſerat Deus Iudæis fertilitatem in terræ naſcentibus: hic autem promittit pacem, ad delectationem in poſſeſſione illorum; nihil quippe iſta bona etiam cumulata, cum continua mentis inquietudine, & formidine proſunt.

Secundū bonum à Deo promiſsū. ſ. pax, & ſecuritas ab hoſte.

Bella ciuilia plus nocent, quam bella hoſtilia, & quomodo Deus poteſt tollere bella pacificando corda hominum, vel incutiendo timorem hoſtibus. Queſt. VI.

ET iſta pax, quæ hic promittitur, poteſt intelligi de pace, quæ eſt cū hoſtibus, & opponitur bello; vel de pace, quæ eſt inter ciues mutuo; & opponitur ſeditioni: bella namque ad hoſtes pertinent: ſeditiones ad ciues, vt ait Gregor. in quadā Homelia, & quomodocumque accipiatur, eſt magnū beneficiū: nam ſiue hoſtes impugnēt, ſiue ciues inter ſe diſſideāt, vndique anguſtia eſt: ſed maior quidem, cum ciues inter ſe pugnant: tunc enim minor ſecuritas eſt. Sicut ergo ab hoſtibus tutos eſſe homines bonum eſt, ita nulla bella ciuilia eſſe, valde bonum eſt: quoniā ex bellis ciuilibus, bella hoſtilia oriuntur, & hoc modo ſtatus vrbium deperit velocius, quam alias occumbere poſſet, vt patet in bellis ciuilibus, & plus quā ciuilibus Romanorū. ſ. inter Cæſarem, & Pompeiū exortis. Pax aūt ab iſtis omnibus à Deo datur: quoniam difficillimum eſt plurimorum hominum corda in vnitate concordi retinere, ſed ex diſcordiis oriuntur bella: vnde nemo eſt ad quem tollere bella pertineat, niſi Deus, & hoc, reducēdo

A corda plurimorum in vnitatem ſentētiæ, & quod pacifici ſint ex dilectione; aut, quod aliis aliorum timorem incutiat, vt ſic non audeant inſurgere in bellum contra ipſos; Ita aliquando Deus cōuertit cor ad alia, propter quæ hoſtes à bellis ceſſant. De motu autem illo cordium apparet Gen. cap. 35. vbi dicitur, ꝙ Deus miſit terrorem in oēs gentes, quæ erant in circuitu vrbis Sichem, & nō auſi ſunt perſequi Iacob, & filios eius recedētes, & tamen ante hoc omnes gentes commotæ fuerant, vt delerent Iacob cum domo ſua, quia filij eius deſtruxerant ciuitatem Sichimitarum. Quod autem aliquando Deus tollat bella conuertendo corda hoſtium ad aliquid aliud, ita vt pugnare non deſiderent, vel nō poſſint, impediti aliis negotiis, patet 4. Reg. c. 19. vbi cum Rex Sennachetib vellet deſtruere ciuitatem Ieruſalem, & blaſphemaſſet contra Deum;

B dedit ei Deus in cor, vt reuerteretur relicta ciuitate Ieruſalem; audito quod Rex Æthiopiæ vellet pugnare contra ipſum: cum dicitur: Nolite timere à facie ſermonum quos audiſtis, quibus blaſphemauerunt ſerui Regis Aſſyriorum me: ecce ego immittam ei ſpiritū, & audiet nuntium, & reuertetur in terram ſuam; & poſtea ſequitur in eodem capite, quomodo hoc factum fuerit. Pluribus autem aliis modis Deus poteſt bella tollere, vel concitare conuertendo corda hominum quocumque voluerit: quoniam poteſtas Dei eſt ſuper cor hominis, potiſſimè ſuper corda magnorum virorum. Sic enim ait Salomon Prouerb. 21. cap. Cor Regis in manu Dei eſt, & quocumque voluerit vertet illud. Si igitur corda Regum Deus vertit, poterit facere pacem quomodocumque voluerit: quoniam pax per concordiam eſt, hoc autem non eſt in poteſtate

Poteſtas Dei ē ſup cor hominis pſertī magni.

C ſtate alicuius viri: quia nemo poteſt ſuper cor alterius. Dat ergo Deus hic pacem, tanquam pro magno beneficio. *Dormietis, & non erit qui exterreat.* Hoc ſignum eſt magnæ pacis, tam ab hoſtibus, quā à ciuibus, quando homines ſecuri eſſe poſſunt, agētes quod voluerint, & à nullo ſe defendentes. In bellis verò nunquam hoc contingit. *Auferam malas beſtias.* Poſuerat Deus pacem Iudæis cū hominibus, hic etiam ponit pacem cum beſtiis. Nam ſicut homines ſeipſos expugnant, & delent; ita beſtiæ feræ aliquando terram depopulantur, & inhabitabilem illam faciunt. Huiuſcemodi autem erat terra Iudæorum, quia erat ſatis calida: ideo abundabant ibi beſtiæ, & ſerpentes, plus quam hic. Nam quantò terra calidior fuerit, tanto ſerpētum maior ibi copia eſt: quia omne venenum eſt naturaliter frigidum, ideo ſine calore magno ſerpētes

D vegetari non poſſunt, & propter hoc in terris valde calidis in magna abundantia ſerpentes ſunt, ſicut in feruentibus arenis Libyæ, vt ait Lucan. lib. 9. & Ouid. Metamorph. lib. 5.

Et poteſt intelligi iſta littera de ſerpentibus, qui veneno nocent; vel de beſtiis, quæ per feritatem ſuam nocēt, & non veneno, ſicut leones, & vrſi, & ſimilia animalia. In terris autem Iudæorum multa horum erant, & ideo cū Deus Iudæis incuteret timorem alicuius mali inferendi, ſicut dicebat eis ſuperuenturam cladem ab hoſtibus, ita etiam dicebat à beſtiis affuturam deſtructionem; & ponebantur iſta duo quaſi æqualia. ſic patet Deuter. 32. c. cum dicitur: Conſumentur fame, & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo; dentes beſtiarum immittam in eos, cū furore trahentium ſuper terram, atque ſerpentium: foris

E vaſtabit eos gladius, & intus pauor. Ecce, qualiter Deus poſuit quaſi æqualia iſta duo mala in Iudæis, ſ. perſecutionem ab hoſtibus, & à beſtiis. Tanta autem erat multitudo beſtiarum, atque ſerpentū in terra Chanaan, & illa terra eſt conueniens ad generationem eorum, ꝙ quando Deus tradidit illos populos in manus Iudæorum, noluit tradere totam terram ſimul, ne creſcerent beſtiæ contra Iudæos, & delerent illos de terra, ſic patet Exodi 23. cap. cum dicitur: Non eiiciā eos à facie tua, anno vno, ne terra in ſolitudinē redigatur, & creſcant contra te beſtiæ: paulatim expellam eos de conſpectu tuo, donec augearis, & poſſideas terram. ſic etiam patet Deuter. 7. cap. *Et gladius non tranſibit terminos veſtros.* Iſtud etiam pertinet ad ſecuritatem ab hoſtibus, ſcilicet, quod non poſſent hoſtes Iudæorum introire in terram eorum, ad deſtruendum eos. Et ideo quamquam aliquando commouerentur

ad veniendum contra eos, tamen non poterant introire intra terminos Iudæorum; ſed Deus incutiebat eis timorem, vt redirent in terram ſuam. Hoc autem erat Iudæis bene ſe habentibus; aliàs autem tradebat eos in manum hoſtilem. Exemplum patet de Nabuchodonoſor, qui venit contra Iudęos, & duxit in captiuitatem, quoniam male ſe habebant, vt patet 4. Regum cap. vltimo, & 2. Paralipomen. cap. etiam vltimo. Sennacherib autem venit contra Ieruſalem, quia tamen Iudæi ad Deum tunc conuerſi fuerunt, Deus poſuit ſpiritum in corde eius, vt non pugnaret contra vrbem. & poſtea Angelus percuſſit omnem exercitum eius, ſcilicet, centum octoginta quinque millia nocte vna, vt patet 4. Regum cap. 19. *Perſequimini inimicos veſtros*. Supra ponebatur ſecuritas ab hoſtibus, hic autem ponitur victoria contra illos, & hoc eſt etiam de magnis bonis, quæ homines reputant, vnde ab antiquis cum homines benedicerent caris ſuis, precabantur eis felicitatem hanc, vt Deus ſubiiceret hoſtes eorum illis. Sic habetur Geneſ. 24. cap. quando conſanguinei Rebeccæ comprecabantur ei proſpera recedenti in terram Chanaan: cum dicitur: Soror noſtra es, creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum.

Victoria cōtra hoſtes promiſſa.

Quomodo victoria dicatur eſſe de maximis bonis inter homines, ſecundum vulgares, & quæ maxima vulgarium bona. Quæſt. VII.

CAVSA huius eſt: quia per victoriam efficiuntur homines domini: cum victores ſint domini ſubiectorum; dominium autem, & honor, ſunt maxima bona, quæ homines vulgares appetunt. Ideo Deus conſentiens intentioni hominum, quando benedicebat Iudæis dabat illis, quod ſubiicerent ſibi hoſtes ſuos. Sic patet Geneſ. 22. capite. cum dicitur: Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam quæ eſt in litore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. In hoc etiam ſignificatur, quod Deus daret fortitudinem Iudæis ad delendum gentes: nam ipſi Iudæi non ſuffeciſſent ad pugnandum contra gentes; ideo aliquando Deus adiuuabat ſupernaturaliter Iudæos, faciēs aliqua, quibus hoſtes deleret: ſicut tempore Ioſue, Deus fecit ſtare ſolem, donec Ioſue vindictam ſumeret de hoſtibus ſuis. Sic patet Ioſue, 10. cap. & eadem die occidit Ioſue quinque Reges. Etiam mittebat Deus aliquando lapides graues ſuper hoſtes Iudæorum, & delebat plures ex eis, quam Iudæi occiderent, vt patet eodem Ioſue, 10. capite. Aliquando etiam Deus mittebat terrorem magnum in hoſtes Iudæorum, & faciebat eos fugere à facie illorum, vel corruere ſine bello; Sic patet Exodi, 23. capite. ſ. Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris: cunctorumq. inimicorum tuorum coram te terga vertam. Aliquando autē Deus mittebat beſtias contra hoſtes Iudæorum, vt eos impedirent ad bellandum, vel occiderent eos, quando Iudæi pugnarent. Sic patet Exodi 23. cap. cum dicitur: Emittens crabrones, qui fugabunt Heuæū, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas. Sic etiam patet Deuteron. 7. cap. ſcilicet, ſic faciet cunctis populis quos metuis, inſuper, & crabrones mittet Dominus in eos, donec deleat omnes, atque diſperdat, qui te fugerint, & latere potuerint. Erant autem iſti crabrones, quædam beſtiolæ paruæ, quæ inquietabant hoſtes Iudæorū. ſic habetur Sapient. 11. c. Aliquando Deus Iudæos adiuuabat, dans eis vires ad delendū hoſtes, ita vt illi, qui erāt debiles, efficerentur robuſti viri. Sic habetur Deuter. 8. c. cum dicitur: Ne diceres in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præſtiterunt: ſed recorderis Domini Dei tui, quod ipſe vires tibi præbuerit, vt impleret pactum ſuum, quod iurauit patribus tuis. Hoc igitur modo facillimè poterant Iudæi perſequi inimicos ſuos. *Et corruent coram vobis*. Hic ponit Deus adhuc ampliora bona Iudæis, ſcilicet, quod hoſtes eorum caderent coram illis: nam licet perſecutio contra hoſtes bonum quoddam ſit: non tamen videtur eſſe perſectum, niſi ipſe; qui hoſtes perſequitur, eos deleat. Nam

Ampliora bona à Deo collata Iudæis, & quam excellenter vincerent ſuos hoſtes.

F hoſtes ſemel effugientes manus aduerſariorum ſuorum quomodocumque effugiant, reddunt poſtea ſollicitos ipſos victores, vel perſecutores, quoniam iterum victi inſurgent contra victores, ad perſequendum, vel delēdum eos: quoniam ſic eſt euentus belli, vt nunc hinc, nunc inde gladius conſumat, vt patet 2. Reg. 11. c. & ideo qui ſemel fuerunt victores, ſuperſtitibus hoſtibus ſuis, ſemper timēt ne & ipſi vincantur. Et hoc eſt contra bonum quod Deus promiſerat ſupra Iudęis, ſ. Abſque terrore habitabitis in terra vr̄a, dormietis & nō erit, qui exterreat. ideo vt iſtud bonum promiſſum compleretur, oportebat ꝙ non ſolum Iudæi perſequerentur hoſtes ſuos, ſed etiam delerent eos; & hoc eſt, quod dicitur in littera, ſ. corruent coram vobis. Tunc enim Iudæi hoſtes ſuos complete perſequerentur, quando facerent eos corruere coram ſe. *Perſequentur quinque de vobis centum alienos*.

G Hic additur excellentia victoriæ Iudæorum, ſcilicet, ꝙ non ſolū ipſi perſequerentur hoſtes ſuos, & facerent eos corruere coram ſe, ſed etiam quod pauci de ipſis hoc efficerent, ſcilicet, quinque centum gentiliū facerent corruere coram ſe. in quo ſignificatur magnum robur datum à Deo Iudæis; eſt enim admodum difficile quinque homines perſequi centum, compellendo eos ad fugam, atque corruere eoſdem facere: ſed Deus hoc faciebat in Iudæis miraculosè, ſicut ſupra expoſitum fuit. Nam quando mittebat lapides grandes de cælo ſuper hoſtes Iudæorum, non ſolum quinque poterant perſequi centum, ſed etiam vnus perſequi potuiſſet decem millia; de quo habetur Ioſue 10. cap. Vel quādo Deus mittebat terrorem in hoſtes Iudæorum, omnes poterant corruere coram vno viro; ſicut patet Iudicum

H capite 7. quando pugnauit Gedeon contra Madianitas, qui erant vltra ducēta millia, ipſius autem milites ſolum erant trecenti viri etiam nihil pugnantes, ſed ſolum habentes ſinguli tubas in manibus, & lagenas fractas, & intus lucernas, tali ſtratagemate terruerunt omnem exercitum illorum, miſſo ſpiritu Dei in eum nihil pugnantibus Iudæis, vnuſquiſque Madianita proximum ſuum occidebat. Facillimum etiam erat, vt Iudæi quinque perſequerentur centum, & plures, quando Deus mittebat auiculas inquietantes oculos hoſtium, non permittentes eos pugnare, & ipſæ quoque occidebant eos, qui fugere potuerant, & latere Iudæos. Sic habetur Deuteronomio cap. 7. *Et centum ex vobis decem millia*. Hic additur iam ad numerum ſuperiorem: quoniam ſupra, cum perſequerentur quinque homines centum de hoſtibus, vnus

I perſequebatur viginti; cum autem dicitur hic, quòd centum perſequerentur decem millia, vnus perſequeretur centum, vt patet ex diuiſione numeri per numerum, & non ſolum Deus dicit, quòd vnus perſequeretur centum, ſed etiam quòd vnus perſequeretur mille hoſtes, & interdum vnus quinque millia hoſtium. Sic patet Deuteronom. 32. cap. cum dicitur: Gens abſque conſilio, & ſine prudentia: vtinam ſaperent, & intelligerent, atque nouiſſima prouiderent: quomodo perſequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia. Sed non eſt aliqua ratio dubitandi propter iſtas diuerſitates, ſcilicet, cum aliquando dicat, quòd vnus perſequatur viginti, vel vnus cētum, vel vnus mille, aut quinque millia: quoniam Deo non eſt difficilius tradere multitudinem hoſtium in manus paucorum, vel multorum, ſic patet 1. Reg. 14. cap. ex

K verbis Ionathæ ad armigerum ſuum, ſcilicet, quia non eſt difficile Domino ſaluare, vel in multitudine, vel in paucis. ſic quoque habetur 1. Machab. cap. 3. cum loquebatur Iudas Machabæus ad bellatores ſuos, dicens: Facile eſt concludi multos in manibus paucorum, & non eſt differentia in conſpectu Dei cæli liberare in multis, vel in paucis, quia non in multitudine exercitus victoria belli, ſed fortitudo de cælo eſt. Nihil ergo magis differt coram Deo, quando ipſe confert virtutem ad pugnandum, quòd vnus pugnet contra centum, quam contra duos, vel contra decem millia. *Cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro*. Hoc ponitur ad conſolationem Iudæorum, ſcilicet, quòd ipſi occiderent hoſtes,

Quo-

Quomodo Deo agente Iudæis conferebatur victoria, aliquando Iudæis nihil agentibus, aliquando etiam ipſis pugnantibus. *Quæſt. VIII.* A

ALIQVANDO enim victoria de hoſtibus conferebatur Iudæis à Deo ipſis nihil agentibus, ſed Deo; & hoc erat dupliciter: quia aliquando ſolus Deus operabatur conferens victoriam nihil agentibus Iudæis, nec etiam hoſtibus: ſicut patet in pugna facta contra Aſſyrios, quando Angelus Domini nocte vna occidit centum octogintaquinque millia virorum, corpora eorum incinerans, illæſis veſtibus & armis, vt patet 4. Reg. c. 19. & Iſai. cap. 38. Sic quoque fuit in pugna Iudæorum contra Aegyptios, quoniam ipſis nihil agentibus Deus conuertit aquas maris ſuper vniuerſum exercitum Pharaonis, ita vt nec vnus ex eis remaneret. Sic patet Exodi 14. c. B & in eodem dixerat Moyſes ad Iſraelitas. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. i. ipſe ſolus pugnabit vobis nihil agentibus. Simile quoque fuit in pugna Iudæorum contra Amorræos, qui obſeruabant cuſtodiam duorum montium terræ Amorræorum apud Arnon, & ibi in ſtricto viæ fecit Deus concludi duos ſcopulos rupium, & oppreſſerunt omnes Amorræos, qui in medio erant; ſicut patet Num. cap. 21. cum dicitur: Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon: ſcopuli torrentium inclinati ſunt, vt requieſcerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarũ. Aliquãdo autem Deus dabat victoriam Iudæis nihil agentibus ipſis de victoria: ſed aliis agẽtibus, ſ. ipſis hoſtibus, ſicut patet in bello contra Madianitas, quando pugnauit Gedeon: nam tũc nihil faciebant Iudæi, ſed ſolum tenebant lagenas in mani- C bus, & tubas canentes, & ipſi Madianitæ contra ſeipſos conuerſi, ſe mutuo occidebant, vt patet Iudic. 7. cap. Aliquid tamen Iudæi fecerunt non tunc, ſed poſtea, magna parte exercitus Madianitarum cæſa, Iudæi perſecuti ſunt illos, vt patet eodem cap. ideo magis conueniens exemplum eſt contra hoc, de bello quod Moabitæ, & Amonitæ, atque Idumæi moliti ſunt contra Regem Ioſaphat: nam cum Ioſaphat, & Iudæi cantarent laudes Dei, Ammonitæ, & Moabitæ conuerſi ſunt contra Idumæos, & occiderunt illos, tunc ipſi in ſeipſos conuerſi, mutuis conciderunt vulneribus; ita vt neque vnus ſupereſſet: vnde nihil ibi fecerunt Iudæi; ſed quando venerunt ad locum, videntes terram totam ſtratam cadaueribus, admirati ſunt valde; & non inuenientes aliquem viuentem, arripuerunt ſpolia occiſorum, vt patet 2. Paralip. D 20. capite.

Aliquando autem Deus conferebat Iudæis victoriam ipſis partim operantibus, ſicut fuit in bello contra Iericho. Deus enim fecit corruere muros vrbis Iudæis nihil agentibus: ipſi vero introierũt per fracturas murorum, & occiderunt omnes, qui erant in vrbe præter Raab, & cognationem eius, vt patet Ioſue 6. cap. ſic etiam fuit, quando Ioſue pugnante cõtra quinque Reges Chananæorum, Deus extendit diem, faciẽs ſtare ſolem ſpacio diei vnius, quouſque vltionem ſumeret Ioſue de hoſtibus. Etiam miſit lapides magnos grandinis de cælo, qui percuſſerũt plures ex hoſtibus, quàm Iudæi occidiſſent, vt patet Ioſue 10. cap. Aliquando autem Deus faciebat, ꝙ hoſtes totaliter caderent in gladio Iudæorum, nullos eorũ occidẽte Deo: ipſe tamen præſtabat vires Iudæis, vt occiderent, ſicut pa- E tet Deuteronom. c. 8. Etiam mittebat terrorem ſuum maximum ſuper illos, vt nullo modo reſiſtere poſſent, ſed vertebant terga, vt patet Exodi 23. cap. & hoc fuit generale in pugna cõtra omnes Chananæos in ingreſſu ad terram promiſſionis: quoniam tunc miſit Deus timorem in omnes illos; & elanguerunt tanquam parturientes: ſic patet Ioſue, 2. cap. cum loquebatur Raab ad exploratores, ſ. noui, ꝙ tradiderit Dominus vobis terram: etenim irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ: & poſtea ſequitur; & hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum: nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrum. Iſte autem terror immiſſus à Domino in hoſtes, erat maxima pars pugnæ: ideo quãquam Iudæi per ſe occiderẽt omnes hoſtes in pugna: illa tamen pugna magis à Deo erat, *Reſpiciã vos, & creſcere faciã.* Supra poſuerat duo beneficia, ſcilicet, quantum ad vbertatem terræ naſcentium, & victoriam hoſtium: hic ponitur tertium, ſ. quãtum ad multiplicationem filiorum, & conſeruationem ipſorum in ſalubritate, & iſta ſolebat Deus promittere aliàs Iudæis; ſic promiſit Abrahæ, vt habetur Geneſ. cap. 22. cum dicitur: Per memetipſum iuraui dicit Dominus, quia feciſti rem hanc, & nõ pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicã tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli; & velut arenam, quæ eſt in litore maris, poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Ecce promiſit duo, ſ. multiplicationẽ generis; & victoriam gentis hoſtilis. Et quando benediceret Deus Iſraelitis ſi audirent vocem eius, promiſit eis abundantiã in fructibus; & ſalubritatem in corporibus, & multiplicationem in filiorum generationibus; & diuturnitatẽ in diebus: ſic patet Exodi 23. cũ dicitur: ſeruietiſq. Domino Deo veſtro, vt benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui, non erit infecunda, nec ſterilis in terra tua, numerum dierum tuorum implebo; Sic etiam promittit hic Deus abundantiam in generationibus. Et quia nemo alteri beneficium confert, niſi ei videatur propitius, atque beneuolus; ponit hic Deus, quomodo ipſe eſſet propitius Iudæis cõuertendo oculos ſuos ad illos; & ſic dicitur: Reſpiciam vos, id eſt, ego reſpiciã ad faciendum bonum. Si enim propriè loquatur de Diuina prouidentia; cũ ipſe omnibus rebus prouideat; neceſſe eſt, vt oculi eius ſint ſuper omnia; Sic dicitur Prouerb. 15. cap. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Sacra Scriptura tamen accipit communiter, eſſe oculos alicuius ſuper aliquam rem, quando reſpicit eam ad faciendum bonum illi: ſic patet Deuteron. 11. cap. cum Moyſes laudaret terrã Chanaan Iudæis dixit: Deus tuus ſemper inuiſit illam; & oculi illius in ea ſunt à principio anni vſque ad finem eius. Dicitur autem ſemper reſpicere illam; quia ſemper ei benefacit: ſic etiã dicitur reſpicere homines, quando eis benefacit, vt patet Pſal. 33. ſcilicet: Oculi Domini ſuper iuſtos; & aures eius in preces eorum; & ideo rogabat Salomon, vt oculi Domini ſemper eſſent ſuper domum illam, quam ędificauerat, nocte & die: ſic patet 3. Reg. 8. cap. *Et creſcere faciã.* ſcilicet, in magnam gẽtem: hoc enim Deus faciebat ſpecialiter in Iudæis, vt in pauco tempore ad magnum numerum creſcerent, tãquam arbores, quæ germinant pluralitatem fructuum ſimul. Sic etiam fuit in Aegypto: quoniam in ducentis, & quindecim annis, vel paulò amplius, quibus manſerunt Iſraelitæ in Aegypto, valde multiplicati ſunt: nam erant ſeptuaginta animæ introeuntes; nec etiam omnes poterant generare, & tamen in exitu de Aegypto fuerunt ſexcẽta millia virorum fortium ad bellum, præter ſenes; & paruulos; & feminas: quoniam hi vltra numerum ponebantur, vt patet Exodi 12. cap. tanta enim erat iſta multiplicatio, vt non videretur generatio, ſed germinatio, ſicut eſt in arboribus: quoniã vna arbor ſimul multos fructus producit; de hoc Exodi 1. cap. cum dicitur: Filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt, ac roborati nimis impleuerunt terram, & erat in eis miraculum, quia quanto magis opprimebãtur ab Aegyptiis, tanto magis multiplicabantur; & ideo affligebant eos durè Aegyptij, inuidentes illis, vt patet eodem cap. *Multiplicabimini.* Intelligitur de multiplicatione, quę eſt in prole: quoniam ad magnam multitudinem perueniebant generantes.

Quid ſit Deum reſpicere homines.

Duplici de cauſa prolis multiplicatio erat in Iudæis. *Quæſt.* *IX.*

ERAT iſta multiplicatio propter duo: Primò, propter pluralitatem fetuum: quia vna mulier pariebat tres, vel quattuor ſimul; & hoc non erat ſpeciale: ſed in multis, intantum, quòd non viderentur generare, ſed germinare, vt patet Exodi 12. cap. Etiam ad hoc pertinebat, quòd inter Iudæos, quando Deum colebant, non erant mulieres ſteriles, nec infecundæ, ſicut nunc multæ ſunt inter nos, & in aliis gentibus, & hoc multũ impedit multiplicationem humanam. De hoc dicitur Exodi 23. capite. ſcilicet, non erit infecunda, nec ſterilis in terra tua.

Secundum propter quod Iudæi valde multiplicabantur, erat quia inter eos cum bene ſe haberent,non erat peſtis, nunc vero peſtes,& languores maximè delent humanam multiplicationem; de hoc Exodi 15. cap. dicitur: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum eſt coram eo feceris, cunctum languorem, quem poſui in Aegypto, non inducam ſuper te. Sic habetur Deuter.7.cap. & hoc modo perueniebant homines communiter vſque ad magnam ætatem. Sic patet Exodi 23.cap.ſ.Numerum dierum tuorum implebo. Præter hoc etiam magna pars gentis per bella hoſtilia,& ciuilia perit. Iudæis tamen bene ſe habentibus, nec ciuilia, nec hoſtilia in eis bella erant. Sic patet ſupra,in littera,ſ.Dabo pacem in finibus veſtris; quod eſt contra bellum ciuile: & ſequitur de bello hoſtili: dormietis, & non erit qui exterreat, & gladius non tranſibit terminos veſtros. *Et firmabo pactum meum vobiſcum*. Hic ponitur bonum complementum omniũ ſupra poſitorum: nam quãquam ſupra, multa bona Deus promiſiſſet Iudęis, illa tamen poterãt citò deſinere: ideo parum proderat Iudæis incipere felicitate frui,ſi immediatè paulo poſt in calamitates deiiciẽdi erant: ideo melius fuiſſet eis nullam proſperitatem vnquam guſtauiſſe, quia in omni aduerſitate fortunæ infeliciſſimũ infortunij genus eſt,fuiſſe felicẽ,vt ait Boet. de Conſol.Philoſoph.lib. 2.proſa 4. Ideo Deus promittit eis,quod iſta bona manebunt in illis; cum dicit: Firmabo pactum meum vobiſcũ, id eſt,ego ponam vobis iuramẽtum, vel certitudinem de conſeruando vobis iſta bona: modo vos conſeruaueritis legem meam; ſic enim intelliguntur omnes promiſſiones Dei,de faciẽdo alicui bonum, vel malum, vt habetur Ierem. 18.cap. & ideo quamquam Deus interdum aliquid nulla poſita conditione promiſiſſet, & ſi tamen fuiſſet de faciendo bonum,vel malũ alicui,non remanſiſſet niſi ille iſtæ promiſſiones factę fuiſſent, manſiſſet in eodem ſtatu, in quo factæ fuerunt promiſſiones. Sic patet 1.Reg.2.c. cum dicitur: Loquens loquutus ſum,vt domus tua,& domus patris tui,miniſtraret in cõſpectu meo vſque in æternum: Nunc autem dicit Dominus: abſit hoc à me; ſed quicumque glorificauerit me, glorificabo eũ; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. *Comedetis vetuſtiſſima veterum*. Hic ponitur remedium ad id,quod Iudæi dicere poſſent: quoniã dixerat Deus, quod multiplicaret Iudæos in magnum numerum; tunc ipſi poſſent dicere, ꝙ nihil proderat eis multiplicari, niſi haberẽt vnde ſuſtentarentur: quoniam tunc conquererentur, iuxta illud Iſa. cap.9. Multiplicaſti gentem,& non magnificaſti lætitiã, id eſt, feciſti nos eſſe in magno numero gẽtes, & non dediſti nobis abundantiã in alimẽtis; ideo reſpondet Deus. Comedetis vetuſtiſſima veterum, id eſt, etiã ſi ſitis multa & magna gens,habebitis quid comedatis, & non ſolũ de noniter naſcẽtibus quolibet anno,ſed etiam de veteribus; in quo ſignificatur magna abundantia: quoniam tanta erat interdum frugum vbertas,vt non ſolum pro illo anno ſufficeret, ſed etiam pro aliis, & tunc erant illæ fruges veteres. Et non ſolum comedetis vetera,ſed etiam vetuſtiſſima veterum: & hoc amplius eſt,& peruenit ad maximum gradum,ad notãdam maximam vbertatem. Vel poteſt accipi hic alius ſenſus, ſcilicet, quòd ſumantur hic tres gradus in terræ naſcentibus, ſcilicet, noua,vetera,& vetuſtiſſima. Dicuntur eſſe fruges nouæ,quando comeduntur in eodem anno, in quo metuntur; dicuntur eſſe veteres, quando fruges vnius anni in tertio anno comeduntur; & hoc promiſerat Deus Iudæis præcedenti cap. ſcilicet, quòd annus ſextus ante remiſſionem faceret fructus trium annorum; & de fructibus in eo collectis comederent Iudæi vſque ad annum octauum. Aliquando aũt terra in vno anno proferebat fructus quattuor annorum,vt ibidem declaratũ fuit; ſcilicet, quando veniebat annus ſeptimus coniũctus quinquageſimo anno, qui erat iubilæus, vt ibidẽ & ſupra declaratum fuit. Nec tamen ſolum iſta littera intelligi poteſt de multiplicatis fructibus annorum ante annum remiſſionis,vel iubilæũ, (quia hoc regulare erat, quando Iudæi ſe bene habebant) ſed adhuc magis intelligitur de fructibus aliorum annorum, qui interdum ita erant in magna vbertate, quòd efficiebantur vetuſtiſſimi nouis ſuperuenientibus, nec

Promiſſiones Dei quando ſimpliciter proferũtur intelliguntur conditionaliter.

F poterant comedi, ideo cogebantur Iudæi proiicere illos, ſicut dicitur immediatè. *Et vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis*. In quo apparet, quòd magis intelligatur de aliis annis, quam de anno ſexto, ante iubilæum, vel ante annum remiſſionis. Nam licet tunc annus ſextus faceret fructus trium annorum, vel quattuor, tamen erant alij anni ſequentes,in quibus neceſſariæ erant fruges iſtæ nullis aliis ſtantibus,cum non ſereretur, nec meteretur annis illis. Ideo quamuis tũc vnus annus faceret fructus triũ, vel quattuor annorum, tamen nunquam proiiciebantur vetera,cum eſſent neceſſaria pro annis ſequentibus. Sed hic dicitur de proiectione veterum ſuperuenientibus nouis: ergo magis intelligendum eſt hoc de vbertate aliorum annorum. Et hoc quod dicitur de proiectione veterum, propter noua magis pertinent ad fruges, quam G ad vinum. Nam fruges vetuſtiores peiores ſunt, ita vt interdum lædantur, & nullatenus conſeruari queant. In vino autem econtrario eſt; quoniam cum vetuſtum effectum fuerit, melius erit. Sic habetur Eccleſ.9.c. Vinum nouum amicus nouus:veteraſcat, & cũ ſuauitate bibes illud. Et intelligitur dupliciter iſta proiectio veterũ.

Quæ erãt vetera, ſ. Iudæi proiiciebant aduenientibus nouis.

Primo modo, quòd tot erant fruges cuiuſlibet anni,vt fruges aliquorum annorum tamdiu veteraſcerent & læderentur,& non eſſet conuenientes ad cibum:& ſic proiicerentur. Alio modo intelligitur hoc, propter defectum vaſorum, ſcilicet, quòd tanta eſſet vbertas, vt non haberent Iudæi vaſa,in quibus fructus conſeruarent:ideo proiiciebant veteres ad recipiendum nouos. *Ponam Tabernaculum meum in medio veſtri*. Hic ponitur quarta promiſſio, ſcilicet, diuina familiaritas, & eorum prote- H ctio; & dependet ex ſuperioribus:quoniam poſſent dicere Iudæi,quòd Deus promiſit eis multa, quæ tamen potuiſſent illis tolli velociter ab aliquo, niſi Deus eis præſto eſſet ad cuſtodiendum illa. Ideo Deus dicit, ꝙ erit inter eos,cum ait:Ponam Tabernaculum meum in medio veſtri,i.ego habitabo inter vos: ideo potero eſſe vobis præſto ad omnes neceſſitates veſtras. In quo maxima ſignificatur familiaritas,& verè quidem maxima,quia quãdocumque Iudæi volebãt reſpõſum de aliquo dubio Moyſe introeunte intra Sancta Sanctorum Deus reſpõdebat, vt patet Numer.7.cap. in fi. Et de hac magna familiaritate Dei,Hebræi ſe laudabant,atque ab aliis gẽtibus laudabantur:ſicut patet Deuteronom.c.4.cum dicitur: Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecratio- I nibus noſtris. Sic etiam patet Numer.14.vt audiant Aegyptij de quorum medio eduxiſti populum iſtum,& habitatores terræ huius, qui audierunt ꝙ tu Domine in populo iſto ſis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem, &c.

Poſitio Tabernaculi Dei inter Iudæos, dupliciter intelligebatur; & ad quid proficiebat,ꝙ eſſet in medio eorum. Q. X.

QVOD autem dicitur hic de poſitione Tabernaculi Dei inter Iudæos, dupliciter intelligitur: ſcilicet,de poſitione Tabernaculi materialis, & de protectione eius.

Primo modo verum eſt,quòd Tabernaculum Dei erat inter Iſraelitas;quia quando in deſerto erant,& figebant K caſtra, diſponebantur caſtra per quadrum, ſub quattuor vexillis, & in medio illius quadraturæ,erat Tabernaculum Domini: & in circuitu eius Leuitæ, vt habetur Numer.2.c.Et etiam quando caſtra mouebantur, & Iſraelitæ procedebant in itinere, duo vexilla præcedebant medietatem exercitus, & duo ſequebantur, & in medio eorum procedebant Leuitæ portantes Tabernaculum, vt colligitur Num.10.c.De arca autem fœderis,an in medio ferretur cum reliquis partibus Sanctuarii,vel præcederet exercitum per tres dies, ſicut videtur haberi Numer. 10.cap.ibidem declarabitur. Tabernaculum autem iſtud manere in medio Iudæorum illis multum conferebat: quoniam habebant ibi Deum ſpecialiter præſentem, & reſpondentem ad omnes dubitationes eorum: ſicut habetur Numer.7.cap. quoniam Iudæi quærebant quidquid vellent,& Deus reſpondebat,quod non contingeret

ita leuiter aliàs. Etiam Tabernaculum iſtud manere in medio Iſraelitarum dabat eis magnam de Deo confidentiam; cum eum ſcirent ſpecialiter præſentem, atque inter Cherubim loquentem.

Secundo modo poteſt intelligi poſitio iſtius Tabernaculi, de protectione Diuina. ſ. ꝙ ipſemet Deus habitaret inter eos; & ſi hoc intelligatur de Deo quantum ad ſubſtantiam ſuam; verum eſt, quòd ipſe habitabat inter Iudæos, nec ſolum inter eos, ſed etiam in omnibus gentibus, quia cælum, & terram Deus implet, vt patet Ierem. cap. 22. debet tamen hoc intelligi quantum ad ſpecialem conſeruationem; quia quamquam Deus omnia cõſeruet; Iudæos tamen ſpecialiter conſeruabat, quia ſpecialiter diligebat; Et quantum ad hoc dicebatur habere Tabernaculum ſuum in medio illorum, id eſt, habitare cum illis. Et ſicut iſta habitatio, vel poſitio Tabernaculi intel- B ligebatur in deſerto; ita intelligebatur de terra promiſſionis, quod poneret ibi Deus Tabernaculum. Nam de Tabernaculo, quod eſt protectio, manifeſtum eſt, ꝙ nõ poteſt variari ſicut in deſerto: nam cum Iudæi boni eſſent, ſemper Deus illos ſpecialiter conſeruabat. De Tabernaculo etiam quod erat Sanctuarium materiale: eodem modo intelligitur, ꝙ eſſet in medio illorum, quia ponebat Deus in vna ciuitate terræ illius Tabernaculum, ſicut apparet ex proceſſu libri Regum, & Iudicum, quoniam per multa loca variatum eſt Sanctuarium, quouſque manſit in Ieruſalem. de quo latè dicetur. 1. Reg. 7. cap. poſtea autem motum non eſt.

Dei iſta mutatione per loca, & quare facta fuerit, & an manſerit magno tempore in quolibet locorum, tam de Arca, quam de Sanctuario, dictum eſt Exodi 20. c. ſed po- C tius dicetur 1. Reg. 7. Et quanquam in terra promiſſionis non eſſet ſemper Sanctuarium in medio terræ per æquidiſtantiam: erat tamen per interpoſitionẽ, & in quocumque loco terræ ſanctæ eſſet Sanctuarium, dicebatur eſſe in medio Iudæorum. *Et non abiiciet vos anima mea*, i. ego non abominabor vos: Depẽdet hoc ex ſuperioribus, quia diceret aliquis de Iudæis; quamquam Deus inter nos ſit; tamen neſcimus, an magno tempore maneat: ideo Deus reſpondet, ꝙ ſemper manebit apud ipſos, & nũquam abiiciet illos, & dicit nõ abiiciet vos anima mea. i. ego nõ abominabor. ſ. ſi mãſeritis in lege mea. Dicitur hic anima Dei non ꝙ Deus habeat animã, quia hoc ad animalia pertinet, Deus aũt animal nõ eſt; cũ ſit purus ſpiritus, vt habetur Ioan. c. 4. ideo, animã nõ habet; Sed eſt modus loquẽdi humanus, quoniam in nobis amor, & odium in anima D ſunt, & corpus non poteſt aliquid iſtorũ; ita, cũ Deus debeat nos diligere, vel habere exoſos, dicitur hoc facere, ſecundum animam: nullam tamen animam habet. *Ambulabo inter vos*. Hoc eſt expoſitiuum ſuperioris, ſ. ponã Tabernaculũ meũ in medio veſtri, quia ſicut Deus habitaculũ ſuũ habet in medio Iudæorũ, ita ambulat inter eos. Et etiam ille eſt modus loquendi humanus; quia Deus non ambulat inter Iudæos; nec inter aliquas gẽtes; cum nullo modo moueri queat: quia id quod ambulat, mouetur motu recto, dimittẽs vnũ locũ, & acquirens alterũ: Deus aũt nihil horũ habet; quoniam ipſe vbique eſt; cũ dicatur replere cælum, & terram, iuxta illud Ier. c. 22. ergo non poteſt ire ad aliquem locũ, in quo ante non erat; nec poteſt dimittere aliquem locũ, in quo ante erat: & conſequenter nec ambulat. Dicitur tamen ambulare ad notandam ma- E gnam diligentiã, ſicut eſt de cuſtodibus vrbiũ: quia quanquam illi cuſtodiant, ſi tamen maneant in vno loco ſemper, non accedẽtes ad alia loca, poſſent irruere hoſtes per alia loca incuſtodita; ideo, vt totaliter ſit cuſtodia perfecta, oportet ipſum cuſtodem vigilare, & per varia loca diſcurrere. Ita erat de Deo: quoniam ipſe dixerat ſupra, ponam Tabernaculũ meũ in medio veſtri, in quo innuebatur, quòd Deus erat in medio Iudæorum ad cuſtodiendos ipſos, & tamen ſi ſemper maneret in medio, non inquirens alia loca, poterant Iudæi qui in diuerſis partibus habitabant pati mala, à quibus Deus eos non protegeret: ideo dicitur: ambulabo in medio veſtri, id eſt, ego diſcurram inter vos ad videndum, an aliquis patiatur malũ, & prouideam illi: quod eſt ſignum maximæ diligẽtiæ, quam Deus monſtrare vult pro Hebræis. *Et ero Deus veſter*,

Quomodo Deus ambulare inter Iudæos dicebatur.

A id eſt, ero Deus habens curam ſpecialem de vobis. Pepigerat enim Deus cũ Hebræis, vt ipſe eſſet Deus eorum; & ipſi eſſent populus eius, quod ſignificabat, ꝙ ipſi colerent eum ſpecialiter, & non alium Deum, quia erant populus eius, & ipſe benefaceret eis ſpecialius, quã aliis gentibus, quia erat Deus eorum; & in hoc ſignificatur id, quod in ſuperioribus dicebatur, ſ. quòd ipſe ambulet inter eos, & ſpecialiter illos cuſtodiat. *Voſq. eritis populus meus*. id eſt, ſicut ego ero Deus veſter, quia de vobis ſpecialem curam habeo: ita vos eritis populus meus, quia me ſpecialiter coletis. *Ego Dominus Deus veſter*. In hoc probat Deus id, quod dixerat, ſcilicet, quod ipſe cuſtodiret eos, ſpecialiter habens curam de illis.

Aliquis autem ex Iudæis fortè dubitaret, dicens: Deus iſta nobis promittit, neſcimus tamẽ an complebit? Et reſpondet Deus, quod ipſe complet iſta, quia ipſe eſt Deus, q eduxit illos de terra Ægypti, ſ. ſicut ego feci vobis iſtud beneficiũ, ita potero facere omnia alia, conſeruando vos, & ambulando in medio veſtri. Etiam diceret aliquis, verum eſt, ꝙ Deus poteſt nos cuſtodire, & multa conferre bona; neſcimus tamen an hoc volet. Et tunc reſpondet Deus, rationabiliter eſſe credendum, ꝙ ipſe vellet eis facere beneficia in futuro, per hoc, ꝙ ponit hic de eductione de terra Aegypti; quaſi dicat: ego eduxi vos de terra Aegypti, conferẽs in hoc vobis maximum beneficium, & tamen nullum ante pepigeratis fœdus mecũ, nec colueratis me: ergo veriſimilius eſt, ꝙ ego iam vos magis protegam, cum ſitis populus meus, ſ. mihi ſpecialiter ad ſeruiendum confœderatus, & me aliqualiter colere incœperitis: eſt enim ſatis rationabile iſtud argumentum in moralibus, & habet magnam apparentiam. *Qui eduxi vos de terra Aegyptiorum*. Quaſi dicat, ego nõ ſum aliquis Deus nouiter ad vos veniens, petens, vt me colatis, quia tũc rationabiliter poſſetis dubitare, an ego vos poſſem protegere, & vellẽ; ſed ego ſum Deus ille, qui eduxi vos de terra Aegypti: ergo ſicut ab illo malo potui vos liberare, ita & in omnibus aliis liberare potero, & ſicut ibi volui liberare nulla præcedẽte cauſa promeritoria ex parte veſtri; ita intelligendum eſt, quod liberabo ab omnibus malis, quæ in futurum ſuperuenire poſſent, cum iam mihi ſitis magis confœderati.

Si autem aliquis Iudæus dubitaret, an iſte Deus qui loquebatur eis, eſſet Deus ille, qui eduxit eos de terra Ægypti, vel eſſet aliquis alius Deus, aut dæmon, quomodo de hoc eis conſtare poſſet, quod erat Deus, qui eduxit eos de D Aegypto, declaratum fuit Deuter. 13. cap. circa principiũ. *Ne ſeruiretis eis*. Quaſi dicat, ad hoc eduxi vos, vt non eſſetis ſerui Aegyptiorum: quia iſta erat magna ſeruitus; ideo magnũ beneficium fuit, eripere vos inde. Et eſt etiã ſenſus in hoc, ꝙ Deus eripuit Iudæos de manu Aegyptiorum, ne ſeruirent eis, & hoc vt ſeruirẽt ei liberè; & vt aſſumeret eos ſpecialiter in populum. *Et qui confregi catenas ceruicum veſtrarum*. id eſt, cum ego liberaui vos de terra Aegyptiorum, confregi catenas ceruicum veſtrarũ. Facit hic metaphorã de liberatione ſeruorum: nam ſerui ſolẽt teneri in vinculis, ne fugiãt: & qñ aliquis eripit eos inde, educens de ſeruitute, cõfringit catenas eorum; cum ergo Deus eripuerit eos de Aegypto, dicebatur confregiſſe catenas illorum. Et dicitur de ceruicibus, ad ſignandã maximam ſeruitutẽ; quia alij ſerui ſolẽt teneri communiter E ligatis pedibus: Iudæi tamen quia habebant duriſſimam ſeruitutem, dicebantur habere catenas in ceruicibus. Iſta maxima ſeruitus deſignatur Exodi 6. cap. in hoc, ꝙ vocatur ergaſtulũ Aegypti; ſignificatur etiam Deuter. 4. cap. in hoc, ꝙ vocatur fornax ferrea Aegypti. *Vt incederetis erecti*. id eſt, ego abſtuli catenas ceruicibus veſtris, vt ambularetis erecti: quia antea non poteratis niſi valde curuati ambulare, propter catenas curuãtes ceruices veſtras. Et non eſt ſenſus, ꝙ Iudæi ambularent in Aegypto habẽtes preſſa colla catenis, quia hoc inutile fuiſſet etiam ipſis Aegyptiis, cũ nõ poſſent aliquid ꝑficere in operibus eorũ: ſed dicebãtur habere catenas, & nõ ambulare erecti, quia multũ premebãtur ab Aegyptiis, & quidẽ duriſſima ſeruitute, affligebãt vſque eos Aegyptij, illudẽtes eis; atque ad amaritudinẽ ꝑducebant vitã eorũ, idq. operibus, duris luti, & lateris impoſitis, omniq. famulatu terræ in operi-

bus, vt patet Exodi c. 1. & præter hoc addebant alias afflictiones, occidendo paruulos eorum ſubmergendo eos in flumine, & necãdo in partu, vt patet in eodem capite.

Deut. 28. Tren. 2. Malac. 2. Non ſeruātibus precepta Dei, mala eueniunt. Deuter. 28. cap.

Quod ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea. ſi ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum: ego quoque hæc faciam vobis: Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementem, quæ ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos; & corruetis coram hoſtibus veſtris: & ſubiciemini his qui oderunt vos. Fugietis, nemine perſequente. Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Daboq. vobis cælum deſuper ſicut ferrum, & terram G *æneam. Conſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex aduerſo mihi, nec volueritis audire me, addam plagas veſtras in ſeptuplum propter peccata veſtra: immittamq. in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæq. fient viæ veſtræ. Quod ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam; ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi: ego quoque contra vos aduerſus incedam, & percutiam vos ſepties propter peccata veſtra; inducamq. ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. Cumq. confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtium, poſtquam confregero baculum panis veſtri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non ſaturabimini. Sin autem nec per hæc audieritis me; ſed ambulaueritis contra* H *me: & ego incendam aduerſus vos in furore contrario, & corripiam vos ſeptem plagis propter peccata veſtra, ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum & filiarum veſtrarum. Deſtruam excelſa veſtra, & ſimulachra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum veſtrorum, & abominabitur vos anima mea, in tantum vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam Sanctuaria veſtra, nec recipiam vltra odorem ſuauiſſimum. Diſperdamq. terram veſtram, & ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri cum habitatores illius fuerint. Vos autem diſpergam in Gentes, & euaginabo poſt vos gladium, eritq. terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ. Tunc placebūt terræ ſabbata ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ. quando fueritis in terra hoſtili ſabbatizabit, & requieſcet in* I *ſabbatis ſolitudinis ſuæ, eo quod non requieuerit in ſabbatis veſtris quando habitabatis in ea. Et qui de vobis remanſerint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita fugient quaſi gladium: cadent, nullo perſequente, & corruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes, nemo veſtrum inimicis audebit reſiſtere. Peribitis inter Gentes; & hoſtilis vos terra conſumet.*

Quod ſi non audieritis me. Hic ponitur tertium principale huius capitis, in quo inducitur populus Iudaicus ad obſeruantiam legis per comminationes eis factas à Deo. Et ſicut ſupra ponebantur quattuor promiſſiones bonorum, obſeruantibus legem: ita hic ponuntur econtrario quattuor comminationes non obſeruantibus. Et ſicut ſupra ponebatur vnum bonum, quod erat ſecuritas ab hoſtibus, ita ponitur hic vnum malum, quod eſt continuus K timor hoſtilis, & ab eis illata perſequutio, & mors, quanquam hic commiſcentur comminationes, quia in comminatione de timore hoſtili, ponitur aliquid de egeſtate, & ſterilitate terræ, cum ex aliqua parte iſta proueniant ab hoſtibus. *Quod ſi non audieritis me.* Non accipiatur hic audire pro ſolo auditu, quia in hoc nihil merebãtur Iudæi, cũ audire nõ ſit aliquis actus meritorius, ſed naturalis paſſio, cuius actus non eſt in poteſtate noſtra: nam ſicut ait Auguſt. non eſt in nobis quibus viſis tangamur. i. non eſt in poteſtate noſtra, ꝙ moueamur ab illo viſibili, vel ab altero; ita de auditu, cum omnes ſint æqualiter potentiæ paſſiuæ, meritum aũt noſtrũ eſt per potentiam purè liberam, ſ. per voluntatem, quia actus illius eſt purè actus noſter. Nec etiam poſſet intelligi, quantum ad hoc, quoniam manifeſtum eſt, ꝙ Iudæi audiebant præcepta Dei,

F ideo non poterat Deus dicere, quòd ſi non audieritis me, ſed accipitur audire, pro obedire, & in hoc eſt meritum, quia obedientia volũtatis noſtræ actus eſt, & ſi hoc nõ fecerint Iudæi, Deus cõminatur eis pœnas, quæ ſequuntur.

Obedientia mandatorũ ſine operatione nihil ꝓdeſt.

Nec feceritis omnia mandata mea. id eſt, etiam ſi nõ feceritis omnia mandata mea, ego vos puniam. Et ponuntur hic duo, quorum vnum ſine altero nihil proderat, ſcilicet, obedire mandatis, & facere ea quæ iubentur; obedire enim accipitur hic, id eſt, proponere facere ea quæ iubentur, etiam ſi immediatè non fiant, & hoc opponitur repugnantiæ: nam cum præcepta aliquibus dantur, quidã gratis conſentiunt illis, libenter ſuſcipientes præcepta, & exequi proponentes quæ iubentur. Alij verò immediatè repugnant, dicentes ſe nolle talibus obligare præceptis; nec proponunt vnquam illa complere. Primi obe- G dire dicuntur, ſecundi verò nequaquam. Poſt obedientiam autem eſt completio præceptorũ, quod vocatur hic facere præcepta, & in his illi qui obediunt ſi exequantur, omnia habent quæ Deus iubet: ſi autem non exequantur, negligentes exequi, vel ex aliqua alia cauſa omittentes, nihil prodeſt illis obedientia ſua: ideo quãquam obedierint, tamen Deus puniet illos, quia non explent idipsũ quod iubetur. Magis tamen puniendi ſunt qui nec obediunt, nec exequuntur. Et hoc dicitur hic: Nec feceritis omnia mandata mea; quaſi dicat, etiam ſi obediatis mandatis meis, ſi non impleatis illa, infligã vobis omnia mala quæ ſequuntur. Et dicitur hic: Omnia mandata mea; vt ſignetur, quòd obedirent mandatis Dei, & compleuerint illa: ſi enim non complerent omnia, nihil factum erat. Nam pro vno omiſſo, Deus infligeret punitiones, quæ hic H ſequuntur, quãquam omnia alia obſeruarentur: quia qui peccat in vno, factus eſt omniũ reus, vt patet extra, de regulis iuris, cap. deflcat. Ideo oportebat, quòd omnia quæ Deus iubet hic, obſeruarentur, ad hoc, quòd Deus non infligeret Iudæis pœnas quæ ſequuntur.

Si ſpreueritis leges meas. Hic ponitur de illis, qui non ſolum non implent ea quæ in lege præcepta ſunt, ſed etiam ſpernunt illa, tanquam nullius ſint momenti; & iſti habent maiorem pœnam quàm ceteri. Et ſic dicitur, quòd qui ſpreuerit legem Dei, punietur pœnis quæ hic habentur.

Duo modi nõ implentiũ legẽ notantur.

In quo notantur duo modi, non implentium legem. Quidam enim ſunt, qui legem ſuſcipiunt, & complere I proponunt; & poſtea ſuperuenientibus aliquibus impedimentis, vel temporalibus diſtractionibus, aut ex ſola deſidia eam non implent. Iſti non faciunt mandata Dei, & tamen non ſpernunt. Alij verò ſunt, qui non ſolum mandata Dei non recipiunt, ſed etiam nullo modo recipere volunt, & repugnant illis, & iſti dicuntur hic ſpernentes.

Si ſpreueritis leges meas. Vocantur leges præcepta cæremonialia, & propriè ſunt leges, quia lex dicit aliquid poſitiuum habens ortum ex voluntate Legiſlatoris, etiam ſi nulla ratio in hoc ſit; & ſic de cæremonialibus, quæ purè ſunt poſitiuæ, & non habent aliquem ortũ ex ratione determinante, quare magis ſic, quàm aliter fiant. Et de hoc dicit Ariſtot. Ethic. lib. 5. quòd legale eſt, quod non habet vbique eandẽ potentiã, ſed eſt in videri, vel non, vt captiuos mina redimi, & ſacrificare vnam caprã, ſed non duas oues: ecce qualiter dixit ſacrificare hoc, vel illud, eſſe pu- K rè legale, atque poſitiuũ. Cæremonialia aũt præcepta in hoc maximè conſiſtunt, ſ. quid ſacrificãdũ ſit, & qualiter, & vbi, & à quibus; & ſic de aliis circumſtantiis, ſicut patet per diſcurſum iſtius libri: ergo præcepta cæremonialia propriè vocantur leges, ſ. aliquid purè poſitiuum.

Et iudicia mea contempſeritis. Iudicia dicuntur eſſe præcepta quæ vocantur iudicialia, quia erant data circa iudicia, id eſt, circa cõtractus humanos, & omnia in quibus poterat communicare vnus homo alteri. & erat iſtud tertium genus præceptorum: nam ſicut declaratum fuit Exodi 20. & 21. capitibus, circa princip. 24. tria ſunt genera præceptorum, ſcilicet, moralia, cæremonialia, & iudicialia. Moralia ſunt ea, quæ erant in Decalogo, & omnia alia quæ mores dirigunt; dum tamen habeant obligationem ex natura. Cæremonialia ſunt, ſecundum quæ homo dirigitur in cultum Dei, & hæc ſunt

omnia illa, in quibus agitur de ritu colendi Deum; & fa- A cere omnia quæ habentur in hoc libro, ſunt ceremonialia. Et Iudicialia ſunt, per quæ habet ſe homo erga ſuum proximum, & de his habetur Exodi 21.c. vſque ad 24.c. & etiam in libro Numerorum, & Deuteronomij.

Quare præcepta naturalia Decalogi magis obligabant, quam præcepta cærimonialia, & iudicialia. Et quomodo erat maior error contra præcepta moralia, quam contra iudicialia, & cærimonialia, & de diuerſitate punitionum irrogatarum à Deo pro his. Quæſt. XI.

DE duobus autem generibus iſtorum præceptorum dicit hic Deus, ſcilicet, de Cærimonialibus, & Iudicialibus, ꝙ non obſeruantes punirentur, de Moralibus autem nihil tangit. Sed eodem modo intelligendum eſt de illis, & adhuc magis, quã de iſtis; & hoc propter duo. B Primò, propter maiorem obligationem: nam magis obligant Moralia Decalogi ſiue naturalia quam Cærimonialia, & Iudicialia. Nam Cærimonialia, & Iudicialia habẽt vnicam obligationem, ſ. ꝙ à Deo data, & à Iudæis ſuſcepta fuerint. Præcepta autem Moralia habent duas obligationes. Primam habent ex natura, ſcilicet, ꝙ Deus indidit rationi noſtræ practicæ iudicium de his, ſcilicet, ꝙ intelligamus iſta eſſe facienda, & ſi non fecerimus, ꝙ intelligamus nos peccare. Hoc autem non habent præcepta Cærimonialia, & Iudicialia, quia non inclinant rationem noſtram practicam ad ſe, ſicut Moralia: & ideo ipſa Moralia ſine aliqua lege data conſiſtebant Primò apud omnes gentes naturaliter, ſicut ait Apoſtolus ad Rom. cap. 2. ſcilicet, Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ C legis ſunt, faciunt; eiuſmodi legem non habentes ipſi ſunt ſibi lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis cõſcientia ipſorum. Nulla autem gens naturaliter faciebat præcepta Cærimonialia, vel Iudicialia, quæ Deus impoſuit Iudæis. Maioris ergo obligationis erant præcepta Moralia, quam Cærimonialia, & Iudicialia.

Item ſecundo maior error erat Iudæorum peccantium contra præcepta Moralia, quam contra Cæremonialia, & Iudicialia, quia præcepta Moralia ſunt tanquam fundamenta: præcepta autem Cærimonialia, & Iudicialia ſunt, tanquam quædam concluſiones elicitæ ex præceptis Moralibus, vel additæ ad determinationem ipſorum: nã præcepta Cærimonialia ſunt determinationes præceptorum Moralium ſecundæ tabulæ, vt declaratum fuit Exod. 20. D & 21. capit. Sunt ergo Moralia præcepta fundamenta, & principia Cærimonialium, & Iudicialium. Sed error qui eſt in principio, eſt maior, quàm error qui eſt in fine, vel qui eſt in medio, iuxta Ariſtot. in 1. de Cælo, & Mundo, cum in ſpeculatiuis omnia dependeant ex principiis, & in Moralibus omnia dependeant ex fine, tanquã ex principio, iuxta Ariſtotel. 7. Ethicor. Sic autem ſe habent iſta præcepta Moralia ad Cærimonialia, & Iudicialia: ergo ſi errabitur in Moralibus, erit maior error quam in aliis. Et propter hoc Deus interdum non curat exprimere de iſtis, quia de eis manifeſtum eſt, & non ita de aliis; Deus tamen propter omnia iſta genera præceptorum, ſolebat Iudæos percutere plagis. De Moralibus apparet: quoniam cum Iudæi colebant Deos alienos, percutiebat eos Deus plaga magna, & tamen tunc peccabant contra præ- E ceptum primum morale.

Aliquando Deus puniebat Iudæos propter transgreſſionem cærimonialium, ſicut Nadab, & Abiu, qui mortui fuerunt emiſſo igne à Domino, cum offerrent ignem alienum, vt patet ſupra 10. cap. Aliquando puniebat Deus Iudæos propter tranſgreſſionem præceptorum Iudicialium, ſcilicet, quia affligebant proximos ſuos contra præcepta Iudicialia, vt patet de captiuitate Babylonica; quia ea facta fuit propter oppreſſiones magnas paruulorum, ſicut innuit Iſaias cap. 1. & 2. De his autem multa ſunt exempla per diſcurſum omnium librorum Veteris Teſtamenti. *Vt non faciatis ea quæ a me conſtituta ſunt,* id eſt, ſi ſpreueritis legã meã, ita, vt non faciatis ea quę ego iuſsi: nã contemptus præceptorũ eſt ad nõ faciendũ illa. *Et ad irritum perducatis pactũ meum,* i. ſi ſpreueritis, ad hoc, ꝙ reducatis pactum meum ad nihilum. Deus enim pepigerat cum Iudæis, vt eſſet Deus eorum, conferendo eis ſpecialia beneficia, & Iudæi pepigerant cum Deo, vt eſſent populus eius, id eſt, vt ſpecialiter eum colerent, atque eum ſolum, & obſeruarent omnes leges eius. Ideo cum Iudæi aliquando non obſeruabant has leges, irritabant pactum Dei: irritare enim pactum, vel ad irritum deducere, eſt illi adnihilare; hoc autem eſt, cum non obſeruatur: pactum enim nihil eſt, niſi cum tenetur, ſed Iudæi non obſeruando leges Dei, non tenebant pactum: ergo dicebantur deducere ad irritũ, id eſt, adnihilare. *Ego quoque hæc faciam vobis.* id eſt, ſicut vos frangitis pactum meum, ita ego non dabo promiſſas benedictiones: ſed magis inferam omnia mala quæ ſequuntur. *Viſitabo vos velociter.* Hic ponuntur pœnæ, quas Deus inflicturus erat Iudæis præuaricantibus pactum ſuum: & dicit, quòd viſitabit eos. Eſt autem viſitare aliquando in bonũ, ſcilicet, quòd Deus veniat ad benefaciendum nobis: aliquando autem dicitur viſitare in malum, ſcilicet, percutere. & iſto modo habetur in Pſalmo 88. ſcilicet: Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Et ſic accipitur hic pro punitione quam Deus ob peccata hominibus inferre ſolet. Et dicitur velociter, ſ. quòd Deus velociter inferet mala, quæ illaturus erat tranſgreſſoribus pacti ſui: nam mala Deus cito infert, ſicut patet Deuteronom. 7. cap. ſcilicet. Et reddens odientibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltra non differat, protinus eis reſtituens, quod merentur.

Quid irritare pactum ſit.

In egeſtate. Primum malum, quod Deus infert tranſgreſſoribus, eſt egeſtas; quia ſupra obſeruatoribus legis promittebatur abundantiam omnium bonorum temporalium. Et iſta egeſtas prouenit dupliciter, vel ex defectu terræ, ſcilicet propter ſterilitatem, vel hoſtibus impugnantibus; qui diripiunt omnia quæ ſunt in terra; & iſta eſt hic ſignificatio: ſic enim dicitur infra, fruſtra ſementem ſeretis, quæ ab hoſtib. deuorabitur; vel eſt iſta egeſtas propter hoſtes: quia quando hoſtes premunt terram, non poſſunt incolæ terræ illius conuenienter ſerere, vel facere opera agriculturæ, & ſic manent in egeſtate per accidens, propter hoſtes irruentes & cultum terræ impedientes. *Et ardore.* ſcilicet, Deus percutiet te ardore.

Ardor tripliciter accipitur, & quomodo ardor curarum abſumat humiditates corporis, & oculos. Quæſt. XII.

POTEST accipi hic ardor tripliciter. Vno modo pro magna caliditate temporis, ſecundum quam omnia deſiccentur, & terra non poſſit proferre germen ſuum, & hoc eſt contrarium ei, quod ſupra promiſerat: nam quando obſeruatoribus legis promittebat abundantiam omnium fructuum terræ; Primò promiſit pluuias, dicens, quòd daret eis pluuias tẽporibus ſuis, quoniam per pluuiam terra fecundatur. Et quia fecunditas terræ, & ſterilitas veniunt ex cauſis oppoſitis, neceſſe eſt, quòd ſicut fertilitas prouenit ex humore pluuiarũ, ita ſterilitas proueniat ex magno ardore omnia deſiccante: tunc enim terra non habebit virtutem germinatiuam, & conſumetur humidum nutrimentale ipſorum fructuum.

Alio modo poteſt accipi ardor pro febre, & hoc pertinet ad ipſum hominem, ſcilicet, quòd Deus dabit ei ægritudinem propter violationem pacti, & hoc ſignificatur Deuteronom. 28. capite, vbi eſt catalogus maledictionum, cum dicitur: Percutiat te Dominus egeſtate, febre, & frigore, & ardore, & æſtu, & aere corrupto, ac rubigine: ecce enim poſt egeſtatem poſuit febrem, ſicut hic poſt egeſtatem poſuit ardorem, & ſic videtur, quòd idem ſit ardor, & febris.

Alio modo poteſt accipi ardor pro quadam qualitate inſurgentis ardoris innaturalis, qui inſurgit ex magna anxietate, & ille ardor conſumit humiditates corporis. Huius ſignum eſt: quia homines habentes magnas curas, citius cæteris deſiccantur, tanquam ipſæ curæ calorem generent extrementem.

Qui conficiat oculos veſtros. id eſt, qui conſumat oculos. Eſt enim conficere, conſumere, vel deſtruere, aut occidere. & ita eſt de illo ardore inſurgente ex tædio vitæ, & ex curis inſurgentibus propter ingruentes calamitates, &

ille

iſte ardor conſumit oculos, quoniam ardor innaturalis conſumit humiditates naturales corporis, & iſta conſumptio primo videtur in deſiccatione oculorum, qui teneriſsimam habent humiditatem, & tunicas delicatas, vt patet in 1. perſpectiuæ communis, & magis in Anatomia: iſta enim cura, & timor malorum futurorum, multum deſiccant hominem ex accenſione cordis. Sic patet Lucæ, 21. capite: Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ ſuperueniet vniuerſo orbi; & ſic dicit homines fieri aridos propter timorem.

De hoc, & in Geneſi, cap. vlt. q. vlt.

Et conſumat animas veſtras. Anima non poteſt accipi hic pro ipſo ſpiritu humano: quoniam non poteſt conſumi hoc modo anima, quia non eſt de conditione rerum materialium corruptibilium, & generabilium. Sed accipitur hic anima pro vita, ſicut ſæpè eſt modus loquendi in Sacra Scriptura, ſcilicet. Qui odit animam ſuam, perdet eam, & qui perdit animam ſuam, in vita æterna inueniet eam; Animam enim eo loco vocauit vitam, quoniam non poteſt ibi intelligi de anima rationali, ſed de vita quã homo odit, id eſt, affligit. De his Matth. 16. & Ioan. 12. c. & verum eſt, quòd vita conſumitur propter ardorem, & alias anguſtias, cum paulatim homines deficiant, donec totaliter deſinant eſſe. Vel accipitur vita, pro corpore viuente, ſcilicet, quòd corpora viuentia Iudæorum affligerentur, vel conſumerentur ardore, & egeſtate.

Fruſtra ſeretis ſementem quæ ab hoſtibus deuorabitur. Hic magis ponitur perſequutio illata ab hoſtibus: ſupra enim dixerat, ꝙ Deus percuteret Iudæos egeſtate, quia terra nõ daret germen ſuum: hic autem dicitur, ꝙ etiam ſi terra aliquid germinaret, illud fruſtra eſſet: quoniam hoſtes deuorarent; & ſic ſiue ſeminarent, ſiue non, nihil eis prodeſſet. Et in hoc Deus minatur Iudæis hoſtiles moleſtias propter peccata ſua, quod poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ Iudæi haberent hoſtes, & tamen Deus non permitteret eos venire contra ipſos: ſi autem efficerẽtur mali, Deus permitteret venire hoſtes ſuper eos. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ non ſolum Deus permitteret hoſtes venire contra Iudæos; ſed etiam ꝙ commoueret eos ad irruẽdum ſuper eos: ſic enim videtur ſignificare Iſaiæ c. 10. de Rege Aſſyriorũ, & de rege Nabuchodonoſor, qui deſtruxit Iudæam ducendo captiuos in Babylonem incolas ipſius. Et quanquam iſte Rex Aſſyriorum arbitraretur ſe hoc facere ex poteſtate ſua, tamen ſolum hoc faciebat ad Dei commotionem, & Deo cõferente ei opportunitatem, cum dicitur Iſai. 10. cap. Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe, in manu eorum indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei, mãdabo illi, vt auferat ſpolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcatione quaſi lutum platearum, ipſe autem non ſic arbitrabitur, & cor eius nõ ita exiſtimabit, ſed ad conterẽdum erit cor eius, & ad internitionem gentium non paucarum. Similiter etiam à Nabuchodonoſor factum fuit: quoniam ipſe deſtruxit tribunm Iudæ, & hoc putauit ſe facere in virtute ſua: Deus tamen vocauit illum, vt veniret ad delendum Iudæos. Sic patet Iſai. 5. cap. ſcilicet. Et leuabit ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce feſtinus velociter veniet. Sic quoque deſcribit Habacuc cap. 1. & 2. vbi dicit, quòd poſitus fuit Nabuchodonoſor in iudicium, id eſt, ad iudicandum, vel puniendum Iudæos, ipſe tamen arbitrabatur, ꝙ faciebat hoc in virtute Deorum ſuorum, ſcilicet, Domine in iudicium poſuiſti eum, & fortem vt corriperes fundaſti eum. Ideo dicendum, ꝙ quãdo Iudæi patiebãtur hoſtiles incurſiones, propter peccata ſua, Deus concitabat illos contra ipſos, & dabat robur illis ad delendum eos. ipſis namque Iudæis auferebat omne præſidium, vt cito traderentur in manus hoſtiles: non tamen arbitrabantur ipſi hoſtes Iudæorum, ꝙ Deus concitaret eos; vel ꝙ daret eis virtutem, ſed ſe facere viribus ſuis arbitrabantur, & eleuabantur in ſuperbiam, propter quod rurſus Deus expugnabat illos, ſicut patet de Rege Aſſyriorum, de quo Iſa. 10. c. dicit, ꝙ Deus fecit eum virgã furoris ſui, i. inſtrumentum ſuum ad percutiendũ, & tamen quia eleuatũ eſt cor eius, & voluit totaliter delere Iudæos, Deus ibi comminatur ei futurum malum. Sic quoque de Nabuchodonoſor (cũ deſcripſiſſet Habacuc, quòd Deus

Quomodo Deus cõcitabat hoſtes cõtra Iudæos, & rurſus puniebat ipſos hoſtes.

F poſuerat eum ad puniendum Iudæos) ſubiungitur in c. 2. eiuſdem Habacuc quomodo Deus immittat pœnam magnam ſuper eum, quia ſuperbiuit putãs ſe feciſſe in fortitudine Deorum ſuorum. Aliquando autem iſti hoſtes Iudæorum dicebant ſe miſſos à Deo ad delendum, vel perſequendum Iudæos, & tamen hoc non iuſſerat Deus illis, nec ad hoc concitauerat, vt patet de Sennacherib. 4. Regum, cap. 18. cuius nuncij nomine eius dixerunt Iudæis. Nunquid ſine voluntate Domini aſcẽdi ad locum iſtum, vt demolirer eum? Dominus dixit mihi: Aſcende ad terram iſtam, & demolire eam. Hoc tamen falſum erat: quia nihil tale iuſſerat ei Deus, qd patet ſeq. c. eiuſdem libri, quoniam Deus ibi dixit, ꝙ mitteret ſpiritum in Regem Aſſyriorum, vt reuerteretur in terram ſuam, & occideretur à filiis ſuis: ſi autem Deus dixiſſet ei, quòd aſcenderet ad demoliẽdum Ieruſalem, tradidiſſet eam in

G manus illius. *Ponam faciem meam contra vos.* Hic ponitur comminatio de infligendo malum hoſtile. Et dicitur, ꝙ Deus poneret faciem ſuam contra Iudæos, ſcilicet, ad delendum eos. Nam ſicut aliquis ponit oculos ſuos ſuper alium ad faciendum ei bonum, vt patet ſupra, cum dicitur: Reſpiciam vos, & creſcere faciam: ita aliquando dicitur ponere faciem ſuam contra aliquem, id eſt, reſpicere eum ad delendum; ſic patet ſupra 17. c. de illis qui comedebant ſanguinem, ſcilicet: Homo ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eam de populo ſuo. Sic quoque erat de illis, qui dabant de ſemine ſuo Idolo Moloch: quoniam Deus obfirmabat faciem ſuam ſuper eos, donec deleret eos, & eorum progeniem, & omnes qui eis conſenſerant, vt patet

Comminatur malũ hoſtile.

H ſupra, 19. capite. & ſic Deus ponebat faciem ſuam contra Iudæos, quando erat eis iratus. *Et corruetis coram hoſtibus veſtris.* ſcilicet, ſi ego poſuero faciem meam contra vos, non poteritis reſiſtere hoſtibus, ſed cadetis coram ipſis. Hoc poteſt intelligi dupliciter.

Vno modo, quòd Iudæi quandocumque pugnabant contra hoſtes, faciebant hoc, Deo conferente eis ſpecialiter vires. Ideo, quando non conferret, non poterant pugnare; ſic patet Deuteronomij 8. cap. vbi dicitur, quòd Iudæi non gloriarentur de deſtructione hoſtium, quia non egerant hoc in virtute ſua, ſed Deus dederat illis vires; & ſic erat hoc in Iudæis, quòd quando Deus adiuuabat illos, præualebant contra hoſtes, cum verò deſereret eos, ſuccumbebant. Sic patet Numeri 14. capite, cum dixit Moyſes ad populum: Nolite aſcendere, non enim eſt

Duplex litteræ expoſitio.

I Dominus vobiſcum, ne corruatis coram inimicis veſtris. Et poſtea ſequitur, quomodo ipſi aſcenderunt, & hoſtes ſui perſequentes eos, multos illorum occiderint.

Alio modo poteſt intelligi, quòd Iudæi corruent coram hoſtibus, quia quando præuaricabantur pactũ Dei, non ſolum Deus non adiuuabat eos ſpecialiter, ſed etiam tollebat ab eis omne præſidium, incutiens eis timorem, ita vt nullo perſequente fugerent, ſicut infra dicitur. Hoc autem manifeſtum eſt non fieri ſolum ex eo, quòd Deus non adiuuaret Iudæos, ſed ex eo, quòd tollebat eis omne robur: alioquin non tantum timerent, vt fugerent nemine perſequente.

Et ſubijciemini his qui oderunt vos. Magna enim aduerſitas iſta eſt, quòd aliquis ſit in poteſtate hoſtili, & hoc propter duo.

K Primò, propter mala, & grauamina, quæ infliguntur eis, qui hoſtibus ſuis ſubiecti ſunt. Imponitur enim illis peſſima conditio ſeruitutis.

Secundò, iſta ſubiectio eſt multum pęnalis, quia ſubiicitur homo eis quos totaliter odit. Nam potius aliquis vellet ſubiici eis quos nunquam nouit, ita quòd non fuiſſent hoſtes ſui, & hoc ad duram ſeruitutem, quàm quòd ſubiiciatur hoſtibus ſuis etiam ad paruum genus famulatus. & ſicut pro maxima benedictione poſitum fuerat, ꝙ Iudæi poſſiderent portas inimicorum ſuorum, vt patet Geneſ. 22. cap. ita pro peſſima maledictione eis infligebatur, quòd hoſtibus ſubiicerentur.

Fugietis, nemine perſequente. Hic ponitur alia maledictio timoris incuſſi à Deo, ſ. ꝙ ſi Iudæi Deum derelinquerẽt, Deus incuteret eis timorem magnum, ita vt de omnibus rebus timerent, & nemine perſequente fugerent, ac ſi

contra

contra eos magna caſtra mouerentur. & iſta eſt magna maledictio, quòd aliquis habeat cor pauidum, & timeat omnia, quæ magis adhuc incutitur Deuteronomij, 28.c. cum dicitur: Dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam mœrore conſumptam; & erit vita tua, quaſi pendens ante te: timebis nocte, & die, & non credes vitæ tuæ; mane dices: quis mihi det veſperum? & veſpere, quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, quia terreberis.

Sin autem nec ſic obedieritis mihi. Hic comminatur Deus ſecundum malum principale, ſcilicet, ſterilitatem in terræ naſcētibus, ſicut promiſerat ſupra fertilitatem cuſtodientibus legem. Et dicitur, ꝙ ſi Iudæi non acquieſcerēt Deo, ita vt obedirēt legi eius, Deus puniret eos amplius quàm punierat: nō inferebat Deus ſimul omnes punitiones, ſed Primò, eas quæ erant minores; deinde augebat eas cum hominos corrigi nollent, ſicut factum fuit de Pharaone, quem Deus leuiter à principio percutiebat, cum tamen nullo modo corrigi voluit, miſit Deus ſuper eum omnes plagas ſuas. Sic habetur Exodi, capite 9. ſcilicet: Hac vice mittam ſuper te omnes plagas meas. Sic igitur cum Iudæis etiam faciebat, ꝙ adauctis iniquitatibus eorum, adaugerentur pœnę eorum Deo ipſos grauius puniente.

Addam correptiones veſtras. id eſt, ego addam vobis pęnas vlteriores pro iniquitatibus veſtris. & ponuntur hic ſemper pœnæ nouæ.

An pœnæ quas Deus hic ponit, per ſe venirent, vel adderentur cum ſuperioribus ſimul. Quaſt. XIII.

ET quæret aliquis, an iſtæ pœnæ de quibus hic dicitur, quòd adderētur ad ſuperiores, cum eis ſimul venirēnt, vel per ſe inferrentur?

Poteſt reſponderi dupliciter: Vno modo, quòd Deus primò mittebat pœnas, quæ ſupra habitæ ſunt, vt per eas conuerterentur ad ipſum; & ſi per ipſas non conuerterentur, infligebat vlteriores, ſcilicet eas, quæ habentur hic, & hoc relictis prioribus, tanquam non ſufficientibus ad correctionem. Alio modo poteſt intelligi, quòd cum illæ pęnæ primæ non ſufficerent Iudæis ad emendationem, adhuc manentibus contumacibus contra Deum; Deus addebat eis iſtas pœnas, quæ hic ponuntur; & non ceſſabant priores, ita, vt eſſet duplicatum malum. & vtroque modo iſtorum dicuntur eſſe additæ correctiones. Nam ſi primo modo ceſſantibus primis plagis ſuccedebant ſecundæ, additio facta erat; quoniam ſi Iudæi conuerſi fuiſſent per primas punitiones, nihil eis additum fuiſſet de ſecundis: cum ergo ſecundæ apponebantur, additio erat.

Si autem intelligatur ſecundo modo, ſcilicet, ꝙ ponantur ſecundæ pœnæ, ſimul cum primis, & propter nouiter aduenientes non ceſſabant priores, magis clarus modus additionis eſt, quia cum ante eſſet ſimplex malum, nunc duplex eſſe apparet.

Septuplum pro peccata veſtra. id eſt, adaugebo punitiones veſtras ſeptupliciter, propter peccata veſtra.

Quomodo Deus dicatur punire in ſeptuplum pro peccatis. Et qualiter poſſit aliquis puniri pro eodem peccato multoties, & perfectè. Et quem modum tenuerit Deus in puniendo Iudæos, vſquequo tradidit eos in perpetuam deſolationem. Quaſt. XIIII.

ALIQVI intelligunt hic, ꝙ Deus addebat punitiones ſeptupliciter, propter peccata, id eſt, quòd ſeptuplum puniret vltra quam peccata merebantur.

Sed hoc falſum eſt: nam Deus non punit bis in idipſum, vt patet Numer. cap. 1. nam non dat Deus pęnā duplam ad peccatum, ſed æqualē. Si ergo non dat duplam, non dabit ſeptuplā. Itē, Deus promptior eſt ad parcendū, quā ad puniendū, ſed non dat in ſeptuplū remunerationē in bono opere, ergo non dabit ſeptuplū pęnæ ꝓ peccato.

Sed dicitur, quòd Deus addet ſeptuplum pro peccatis, id eſt, Deus perfectè puniet pro peccatis: ſignificat enim hic Deus punitionem perfectam per ſeptuplum, quoniam numerus ſeptenarius perfectus eſt, cū ſignificat vniuerſitatem rerum, & numerum temporum (quoniam

A totum tempus in ſeptem diebus voluitur) & conſummationem totius vitę quæ per ſeptem planetas vegetatur. Et ſic quando alicui infligitur tantum quantum meretur de pęna, dicitur ſeptuplum dari pro iniquitate.

Sed dicet aliquis, quomodo poteſt quis pro eodē peccato multoties puniri, & perfectè? Cum hic dicatur multoties, quòd Deus addet ſeptuplum pro peccatis Iudęorum, & tamen loquitur de eiſdem peccatis, quod patet ex ordine litteræ. Dicitur enim, quòd ſi Iudæi non fuerint conuerſi per primas punitiones, Deus addet eis ſeptuplum, & ſic multoties, quouſque deleat eos. Si autem eſſet punitio iſta imperfecta, ſatis eſſet notum quomodo pro eadem culpa poſſet quis puniri multoties, & tamen punitio illa ſolum toties replicaretur, vel augeretur, quouſque omnes iſtæ punitiones partiales correſpon-
B derent vni punitioni perfectæ pro peccato; quando autem datur ſemel punitio perfecta, non deberet repeti aliqua punitio æqualis, vel minor.

Reſpondendum eſt, quòd nō poteſt aliquis pro eodem peccato puniri multoties, & perfectè, ſi accipiatur peccatum formaliter: ſi tamen accipiatur materialiter, ſatis poteſt quis perfectè puniri pro eodem peccato ſæpius, & ꝙ punitiones poſteriores ſint maiores prioribus, vt ſi quis peccans, pro peccato ſuo quātum meretur, recipiat, & tamen ſic punitus à malo non deſiſtat: iam peccatum illud idem materialiter eſt, non tamen eſt idē formaliter, quoniam iſte ante erat peccans ſolum; nunc verò eſt peccans in peccato priori, & inſuper contumax. Ideo quanquam primo fuerit punitus perfectè pro peccato, nunc tamen debet addi alia punitio: quia iſtud peccatum eſt itera-
C tum, & debet eſſe punitio ſecunda, maior prima: quoniam peccatum eſt maius, cum ſit hic actus peccati ſicut ante, & præter hoc ſit contumacia quæ pœnam meretur: Iterum autem ſi peccat iſte, qui prius peccauit, eſt ſecundo contumax, & debet ei infligi alia punitio quæ ſit maior, quam præcedens, eo quod peccatum iſtud maius eſt, propter maiorem contumaciam. Et ſic de quarta, & quinta contumacia, & vſque ad multas. In qualibet enim illarum debet addi maior pęna, quia maius peccatum ſemper eſt.

Eſt enim iſta regula in operationibus malis ab eodem habitu, quòd ſemper poſteriores ſunt peiores prioribus, ceteris paribus; ſic quoque eſt in operationibus bonis ab eodem habitu procedentibus: quoniam operationes poſteriores meliores ſunt prioribus, quia procedunt ab habi-
D tu intenſiori, & magis radicato, & delectabilius atque promptius ſiunt. Nam ſecundum Ariſtotelem, 2. Ethicorum, ſignum generati habitus eſt fieri delectationem in opere; quanto ergo fuerit intenſior habitus, tanto operationes inde procedentes delectabiliores eſſe neceſſe eſt.

Regula in operationibus malis, & bonis.

Dicitur tamen aliquis eſſe malus, ſecundum quòd delectatur in opere malo, vel bonus quatenus delectatur in opere bono, quia non eſt iuſtus, qui non gaudet operibus iuſtis; nec temperatus, qui non gaudet his, quæ per temperantiam fiunt, vt patet 2. Ethicorum: neceſſe eſt ergo, vt quanto aliquis plures operationes fecerit ex eodem habitu, tanto illæ delectabiliores ſint, & conſequenter meliores, vel peiores. Ideo qui diuturnius aliquem habitum tenuerunt bonum, meliores operationes per illum eliciunt, quam qui à pauco tempore.

E Et ſic de malis habitibus dicendum, quòd peiores ſunt actus, quando plures fuerint, quia cum maiori delectatione, & ex habitu magis radicato, atque magis eligendo patrantur. Etiam quia actus mali quanto magis frequentantur, tanto magis tollunt de habilitate liberi arbitrij ad gratiæ ſuſceptionem: & quanto magis anima noſtra à gratia deſeritur, tanto peiora ſunt, & principia, & operationes, quia tunc actio principiatur ex intellectu, & voluntate magis deficientibus.

Et ſicut dicebatur de contumacia, quæ eſt in peccatis illis quorum actus manet, & frequentatur: quia ibi cum ſint diſtincta peccata, debent addi diſtinctæ punitiones; ita intelligendum eſt, quòd quando quis punitur de aliquo actu, cuius nunquam fit frequentatio: ſed poſtquam ſemel fuerit exercitus, tranſit tamen adhuc pro iſto actu poſtquam datæ fuerint punitiones perfectæ, adduntur

An pœnæ quas Deus hic comminatur, darētur ꝓ peccatis, quæ iterabantur, vel ꝓ peccatis quæ ſemel fiebant.

aliæ

aliæ, ſi ille qui peccauit maneat contumax, ſcilicet, non ſatisfaciendo Eccleſiæ, vel alteri, cui aliqua offenſa, vel malum illatum eſt ex iſto peccato eius. Sic patet de execratione quæ promulgatur ab Eccleſia, quia interdũ datur pro actu qui non frequentatur, & manente aliquo in contumacia, adhuc ſuperadditur alia execratio. Sic etiam faciebat Deus Iudæis: quia cũ ipſi primo peccabant, corrigebat eos ſimplicibus pœnis: ſi autem puniti non deſiſtebant, ſuperaddebat alias maiores pęnas, quia iſtud peccatum ſecundum, erat maius, ſcilicet, peccatum cum contumacia: & de iſto dicitur, ꝙ Deus addebat ſeptuplum, id eſt, faciebat pęnas ſequẽtes maiores quam priores, & hoc vſque in ſeptuplum, i. vſquequo æquarentur peccato; & ſi ſecundo erant contumaces, addebat pęnas in ſeptuplum, modo ſupra dicto. & ſic de omnibus contumaciis, quouſque Deus deleret ipſos contumaces Iudæos.

Et hunc modum habuit Deus in puniendo Iudæos: quoniam primo pro peccato immittebat eis famem, ita, quòd aliquando comederent carnes filiorum ſuorum, vt patet 4. Regum, 6. cap. Immittebat etiam bella hoſtilia poſt hoc, vt patet ex toto proceſſu libri 3. & 4. Regum; & cum per hoc non corrigerentur, ponebat eos ſub poteſtate gentium, vt premerent eos ad tempus tributis, & aliis ſeruitutibus, vt patet in eiſdem libris Regum; & maximè in libro Iudicum. Ad extremum autem, cum plaga decem tribuum eſſet inſanabilis, dedit eas Deus in poteſtatem gentium, & æternam captiuitatem in terra Medorum, vt patet 4. Regum, 17. capite.

De tribu etiam Iuda idem factum fuit; quoniam primo punita eſt per famem, & peſtem, & alia mala bellorũ hoſtilium, vt patet ex proceſſu 3. & 4. Regum; cum verò per hæc emendati non fuiſſent, tradidit illos Deus in manus Regis Babylonis, per ſeptuaginta annos; qui trãſtulit eos à terris ſuis, in terram Chaldæorum, vt patet 4. Regum, capite vltimo. & 2. Paralipomen. capite pariter vltimo. Reductis autem Iudæis de captiuitate, cum adhuc iniquitates eorum durarent, & conſummarentur in morte Saluatoris, vt patet Danielis 9. cap. tradidit illos Deus in captiuitatem æternam ſub poteſtate Romanorum. In quo ſignificatur benignitas Dei, qui non infligebat ſimul omnes pęnas ad modũ hominis irati, qui pro primo peccato extremam infert pęnalitatem, ſed expectat nos, vt perducat ad tempus miſerendi: iuxta illud Iſaiæ, 30. capite. Ideo expectat nos Deus, vt miſereatur noſtri.

Alij autem intelligunt aliter iſtam litteram, ſcilicet, ꝙ Deus puniebat Iudæos ſeptuplum propter peccata ſua, quando erant contumaces, id eſt, dabat eis ſeptem pęnas; & hoc dicunt, quia in littera continentur multæ pęnæ.

Sed non poteſt ſtare: quoniam ſolum ponuntur hic ſex pęnæ, vt patet enumeranti; & infra, cũ iterum dicatur, ꝙ Deus puniebat Iudæos vſque in ſeptuplum; ſolum ponũtur quattuor pęnæ: ideo non poteſt ſtare iſte ſenſus, ſed ille tenendus erit qui ſupra poſitus fuit.

Propter peccata veſtra, id eſt, propter peccata iterata. Nam quando Iudęi primo peccabant, non dicebat Deus, quòd puniret illos vſque in ſeptuplum, ſed ſolum quando iterabant peccata ſua, nolentes corrigi per pęnas primo inflictas. Vel intelligitur propter peccata veſtra, id eſt, propter peccatum, & contumaciam: nam quanquam Iudæi vnicum peccatum feciſſent, quia tamen in illo contumaces erant, ſuperaddebatur ibi contumacia ad peccatum, & ſic erant duo peccata.

Et conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ, i. ego, quando inflixero vobis pœnas, cõteram duritiem veſtram, & ſuperbiam. Dicitur hoc, qm̃ Iudæi erant duri corde, ad hoc vt obedirent Deo, & ſuperbi, ideo nolebant ſubiici mandatis eius, ſed repugnabant omnibus quæ iubebantur. Vnde Moyſes dicebat: Duræ ceruicis populus es: à die qua noſſe te cœpi. & iterum: Semper contra Dominum cõtendiſti ex eo die, quo egreſſus es de Ægypto, vſque ad locũ iſtum, vt patet Deuteronomij, 9. capite; ideo Deus comminabatur Iudæis, ꝙ ipſe frangeret ſuperbiam eorum, ſcilicet, quòd tot eis pœnas inferret, vt cogeret eos ad redeundum ad ipſum, & frangerent ſuperbiam ſuam. Et ſic erat, quando Deus tradebat Iudæos in manus hoſtium: quoniam cum premerentur valde, clamabant ad

F Dominum, & conuertebantur ad ipſum: ſed cum exaudiſſet Deus eos, rurſus ad peccata conuertebantur, propter duritiem ceruicis ſuæ: ideo quando Moyſes exhortabatur Iudæos, ne repugnarent mandatis Dei, dixit illis: & ceruicem veſtram duriſſimam amplius ne induretis, vt patet Deuteronomij, 10. capite, hanc autem duritiem dicit Deus ſe fracturum, non quidem tamquam eos bonos efficeret, ſed propter magnitudinem pęnarum eos redire ad cor cogeret.

Daboq. vobis cælum deſuper ſicut ferrum, & terrã æneam. Hic ponitur alia maledictio, & eſt circa ſterilitatem, ſcilicet, quòd Deus daret Iudæis tantam ſterilitatem, vt nihil habere poſſent de terræ naſcentibus. Et hoc ſignificat inquantum dicit, quod dabit cælum ferreum, & terram æneam: eſt enim iſta metaphora: quoniam abundantia

G frugum, & omnium terræ naſcentium ex duobus gignitur, ſcilicet, ex operatione corporum celeſtium, & ex diſpoſitione terræ ſuſcipientis: quando autem alterum iſtorum indiſpoſitum eſt, vel vtrumque, terra non poteſt proferre germen, & indiſpoſitio vtriuſque ſignificatur hic per cælum ferreum, & terram æneam: quoniam corpora celeſtia ſunt cauſa omnium iſtorum quæ hic naſcuntur quia iuxta Ariſtotelem, 2. de Generatione, & corruptione, cælum eſt cauſa omnium quæ gignuntur, ſcilicet, quia per acceſſum, & receſſum Solis in circulo obliquo, fiunt generationes, & corruptiones rerum in terra, & ideo ſi cælum influit in iſta inferiora, poſſunt gigni, ſi autem non influat, non gignentur. *Cœleſtia corpora ſunt cauſa hic naſcentium, ſecundum diſpoſitionem terræ.*

Influxus autem corporis cæleſtis deſignatur per apertionem, & ceſſatio ab influẽdo ſignificatur per clauſurã:

H ſic patet Deuteronomij, 28. cap. quando Deus benedixit Iudæis, promittens eis abundantiam temporalium terræ naſcentium, dicit: Aperiet Dominus theſaurum ſuũ, optimum cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ tempore ſuo. Clauſura autem cæli ſignificat ceſſationem ab influendo, ſcilicet, quando non emittit aliquas pluuias; & tunc nihil poteſt gigni; & dicitur eſſe cælum clauſum: ſic habetur Iacobi cap. 5. & 3. Regum, 17. capite. Iſta autem clauſura ſignificatur per cælum ferreum, ſcilicet ad hoc, quòd ne permittatur aliqua influentia cæli deriuari in iſta inferiora, habebit fortè retinaculum ſicut ferrũ. Vel dicitur cælum ferreum, propter duritiem; quoniam influentia cæli ſuper terram ad germinandum, eſt per pluuiam, & ipſa eſt humida, & tenera: & huic opponitur durities ferri. & ideo dicitur cælum ferreum, id eſt, nullo modo emittens

I pluuias teneras ad germinandum. *Cælum ferreum quo dicatur.*

Dicitur etiam terra ænea, ad ſignificandum indiſpoſitionem terræ ſuſcipientis influentiam: Nam licet cælum influat in terram, ſi tamen terra non ſit diſpoſita, nec per hoc diſponatur, non proderit actio cæli quidquam, quoniam iuxta Ariſtotel. 2. de Anima, actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito: ideo licet agens agat, ſi tamen patiens non eſt diſpoſitum, vt obediat agenti, nullus ſequetur effectus. Indiſpoſitio autem terrę ſignificatur per hoc, quod vocatur ænea: quia id quod æneũ eſt, valde durum eſt: dura autem non facilè patiuntur; ſed ea quæ tenera ſunt, iuxta Ariſtotel. in Prædicamento Qualitatis: maximè autem, quando actio fit per inſtrumentum quod eſt molle; quoniam tunc oportet patiens eſſe molliter ſe habens, alioquin non fiet aliquis effectus. Sic etiam eſt cum *Terra ænea quo dicatur.*

K corpora cæleſtia agant in terram ad germinandum per rores, & pluuias, & iſta ſint tenera, oportet terram eſſe aliqualiter teneram: nam in res valde duras iſta nihil efficiunt, ſicut ſuper lapides, & metalla: ideo ponitur terra ænea, ad ſignandam magnam duritiem, ſecundum quam non poſſit fieri aliqua influentia propter indiſpoſitionem terræ non potentis immutari ab illa.

Et poteſt hic accipi cælum dupliciter. Vno modo pro corporibus cæleſtibus: quia ipſa ſunt primariæ per motum ſuum, & lucem, cauſæ omnium quæ corrumpuntur, & gignuntur ſecundum naturam, & ipſa gignunt pluuias, & ſiccitates, & alias diſpoſitiones temporales. *Cælũ dupliciter accipitur.*

Alio modo accipitur cælum pro aere ſecundũ modum loquendi Scripturæ vt patet Pſalmo 8. cum dicitur: Volucres cæli, & piſces maris: ibi enim cælum aerem vocauit; quoniam aues non mouentur per cælum; ſed per primam

mam partem aeris coniuncti terræ. Et iſto modo etiam poteſt hic intelligi, quòd Deus dabit cælum ferreum, id eſt, deſiccabit iſtum aerem, ſicut ferrum, ita, vt non ſit in eo aliqua humiditas ad diſtillandum ſuper terram: nam pluuiæ, & rores, & aliæ impreſſiones meteoricæ in aere gignuntur, vt patet per Ariſtotelem, in libris Meteorum. Ideo, ſi aer efficiatur ſiccus, non fieret aliqua influentia. Eodem modo ſi terra efficiatur dura valde, quaſi ænea, quanquam cælum influat, non reciperetur in ea influentia, & ſic nihil poterit germinare.

Conſumetur incaſſum labor veſter. Hoc ſequitur ex ſuperioribus: dicebatur enim, quòd terra eſſet ænea, & cælum ferreum: ſi enim iſta ſic fierent, labor Iudæorum eſſet inutilis: quoniam terra nihil proferret, & ſic tantum valeret Iudæis agros non colere.

Non proferet terra germen. Cum enim corpora cæleſtia nihil in terram influerēt, & ipſa nihil recipere poſſet, non proferret aliquod germen, cum ad hoc requiratur humiditas nutrimentalis. Et accipitur hic germen, ſolum pro terræ naſcentibus, quæ ſunt fruges, & legumina, & ſimiles herbæ, & non pro arboribus: quoniam de eis immediatè poſt dicetur. Et ſic vocantur hic germina, ea, quæ quolibet anno totaliter naſcuntur ex terra, ſicut ſegetes; arbores autem, quia non quolibet anno producuntur; ſed productæ ſunt, non vocantur germina.

Nec arbores poma præbebunt, i. ſicut terra non germinat, ita etiam non poterunt arbores proferre poma: quoniam ex eadem cauſa nutrimentali fiunt poma, & germina, & ex humore aquæ commixto terræ; cum ergo terra non germinat, nec arbores.

Si ambulaueritis ex aduerſo mihi. Hic ſuperadduntur aliæ pęnæ: & ponitur tertia comminatio, ſcilicet, populi paucitas. Et hæc eſt contra benedictionem ſuprapoſitam obſeruatoribus legis, ſcilicet, reſpiciam vos, & creſcere faciam; & additur hic iſta punitio tertia: quia forte aliquādo Iudæi non obedirent Deo etiam bis puniti. Deus autem qui longanimis eſt expectans eos, vt conuerterentur, non ſtatim delebat Iudæos, ſed expectabat infligens tertiam punitionem, vt corrigerentur, & dicitur.

Si ambulaueritis ex aduerſo mihi. Dicebantur Iudæi ambulare ex aduerſo Dei, quandocumque nolebant obedire mandatis eius, & erant velut hoſtes eius. ex hoc enim, q̄ recuſabant Deo obedire, aduerſarij eius erant, quia tollebant ei bonum debitum, ſcilicet obedientiam.

Nec volueritis audire me, id eſt, ſi non volueritis obedire mihi. Non aſſumitur enim hic, audire, ſolum pro auditione (nam in hoc, nec meritum, nec demeritum eſt) ſed dicitur audire, id eſt, obedire, & hoc ſignat hic, quod ſuperiora. Vel poſſunt intelligi hic iſtæ duæ clauſulæ, vt ſignificent diuerſa: nam ſicut ſupra dictum fuit, aliqui repugnant mandatis Dei nolentes illa vllo modo recipere, nec complere: alij autem repugnant non quidem non recipientes præcepta, ſed poſtquam receperint non complentes; Primi peiores ſunt, & dicuntur ambulare Deo ex aduerſo, tanquam hoſtes eius; ſecundi dicuntur ſolum non obedire, & pertinet ad eos iſta regula.

Addam plagas veſtras in ſeptuplum, id eſt, non ſolum dabo vobis punitiones ſupra inflictas, quia per eas non corrigimini: nec etiam deſiſtam vos punire, tanquam nihil vltra facere potens, ſed adaugebo plagas veſtras, i. adiungam ſuper pœnalitates, quas habetis, alias: & dicitur vſque in ſeptuplum, id eſt, vſque ad perfectam pęnalitatem, ita, vt tantum patiamini, quantum contumacia veſtra meretur. Septenarius enim pœnarum, non deſignat hic certum numerum pœnarum, ſed perfectionem pęnalitatis: quoniam completus numerus eſt ſeptenarius.

Propter peccata veſtra, i. hoc faciam, quia peccata peccatis ſuperadditis: nā præter peccata veſtra antiqua, adhuc additis nouas cōtumacias, peccata vetera frequētādo.

Immittamq. in vos beſtias agri. Vocantur hic beſtiæ agri, ſerpentes, quæ omnia veneno corrumpunt; vel feræ, quæ omnia morſu laniant. & ſæpè Deus Iudæis minabatur iſtam pęnalitatem: q̄m facillimum erat in terra Iudæorum hoc fieri, cum ibi multæ beſtiæ eſſent. Quando autem Iudæi erant colentes Deum, retinebat Deus feras, ne nocerent eis: cum verò reuertebantur ad malum

A emittebat in illos beſtias; concitando eas vt in eos ſæuirent. Sic patet Deuteron. 32. cap. ſ. Conſumentur fame, & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo: dentes beſtiarum immittam in eos, cum furore trahentium ſuper terram, atque ſerpentium. Et iſtam pęnam aliquando Deus inflixit terris Iudæorum, ſicut patet 4. Regum, capite 2. quando Eliſeus aſcendebat in Bethel, & pueri obuiam ei exeuntes illudebant illi, dicentes: Aſcende calue, aſcende calue. qui & maledixit eis in nomine Domini; egreſſiq. ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos. Iterum inflicta fuit iſta pœna cuidam Prophetæ, qui cum iuiſſet in Samariam iuſſu Dei, & prohibitus ne ibi comederet panem, deceptus fuit ab alio Propheta, & comedit: cui in itinere egreſſus eſt obuiam leo, & occidit illum, vt habetur 3. Regum, 13. capite; B promptum autem erat iſtam pœnā infligi in terra Iudæorum, quia ibi multæ feræ erant. *Quæ conſumant vos.* id eſt, beſtiæ agri venient in ciuitates, & lacerabunt omnes quos inuenerint, ita vt redigant terram in ſolitudinem. & ſi Iudæi multum peccarent, hoc fieret vniuerſaliter in illis; ſic patet de Samaritanis. Nam cum Rex Aſſyriorum traduxiſſet Iſraelitas in terram Iudæorum, & collocauiſſet in ciuitatibus Samarię habitatores Aſſyriorum; quoniā non obſeruabant legitima Dei, miſit Deus ſuper illos Leones, & moriebantur eorum laniatu; & tunc miſſus eſt vnus ex Sacerdotibus Iudæorum, vt erudiret illos in cuſtodia cærimoniarum Dei, & ſic ceſſauit plaga Leonum: vt habetur 4. Reg. 17. cap. *Et pecora veſtra.* Adhuc facilius erat hoc: nam animalia fera magis inuadunt pecora, quā hominem: & hoc, quia magis timent hominem quam cete- C ra animalia, cum Deus fecerit hominem terribilem omnibus beſtiis agri, ſicut patet Geneſ. 9. cap. cum dicitur: Creſcite & multiplicamini, & implete terram, & tremor veſter ac terror ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli cum vniuerſis quæ mouentur in terra. Item, quia pecora ſe defendere non poſſunt vt homines; etiam, quia pecora vagantur in agris, & facillimum eſt ibi animalib. feris ea deuorare. & hoc modo inferebāt feræ famem Iudæis, delendo pecora eorum. *Et ad paucitatem cuncta redigant.* id eſt, feræ venientes ad terram habitationis veſtræ, redigēt omnia viuentia ad paucitatem, ſiue pecora, ſiue homines, cum illa deuorent, & dilanient. *Deſertæq. fiant viæ veſtræ.* id eſt, nemo ambulabit per viā, cum iſta animalia in terram venerint, propter timorem eorum, & conſequenter viæ deſertę erunt, nemine auden- D te per eas ambulare. *Quod ſi nec ſic volueritis.* Hic ſuperadduntur aliæ pœnæ, propter peccata Iudæorum, ſi permanerent in contumacia. *Quod ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam.* id eſt, ſi caſtigati pœnis ſuperioribus, nolueritis adhuc obedire mihi, & hoc eſt recipere diſciplinam: ſignificat enim duo. Vno modo diſciplina dicitur, doctrina eorum quę agenda ſunt: alio modo dicitur caſtigatio malis. Hic accipitur ſecundo modo, ſ. quòd Iudæi nolebant corrigi à malis ſuis, quamquam punirentur. *Sed ambulaueritis ex aduerſo mihi.* i. ſi ſemper fueritis rebelles mandatis meis. Dicuntur homines ambulare contra Deum, q̄n agunt voluntate repugnandi ei tanquam hoſti. & ſic erat de Iudæis; quando toties puniti nolebant redire ad rectitudinē. *Ego quoque contra vos aduerſus incedam.* id eſt, quia vos eſtis contra me, ego ero contra vos, & hoc inferendo E pœnas. *Et percutiam vos ſepties.* Intelligēdum eſt, ſicut ſupra dicebatur, ſcilicet, quod punitio ſeptenaria ſignificat perfectam punitionem: & quia quotidie Deus Iudæos peccantes puniebat ſufficienter pro peccatis ſuis, dicebatur punire eos ſepties, & intelliguntur iſtæ pœnæ etiam cum ſuperioribus; nam propter iſtas non ceſſabant ſupra poſitæ, ſed fiebat augmentum, ſicut quotidie ſcelera Iudæorum augebantur. *Propter peccata veſtra.* id eſt, iſtæ punitiones erunt propter peccata veſtra ſæpius frequentata, & propter contumacias. *Inducamq. ſuper vos gladium.* Dicebatur Deus inducere gladium, quando inducebat hoſtes: nam cum Iudæi derelinquerent pactū Dei, frequenter Deus mittebat hoſtes in illos, ad delendum eos, & percutiebat eos gladio. Deus autem mittere dicitur, quoniam hoſtes non venirent, niſi ipſe incitaret eos ad veniendum; & ſic dicitur vocare eos, vel ſibilare ad eos, vt veniant,

Notandum de pœna ſeptenaria.

veniant, vel ponere vexillum, vt patet Iſa. capite 5. de vocatione Regis Nabuchodonoſor, cum dicitur. & eleuabit ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce feſtinus velociter veniet. & ſicut Deus mittebat iſtos hoſtes ſuper Iudæos, ita vtebatur eis tanquam inſtrumento ad percutiẽdos Iudæos, vt patet Iſai. 10. cap. vbi agitur de Rege Aſſyriorum, quem miſit Deus ad puniendum Iudæos: Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe: in manu eorum indignatio mea; ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat ſpolia, & diripiat prædam.

Vltorem fœderis mei. Ego mittam gladium ad vlciſcendum fędus meum. Iudæi enim fregerant fœdus Dei: quia ipſe pepigerat cum illis, vt cuſtodirent legem eius, & ipſe eſſet Deus eorum, vt patet Exodi 19. & 24. capite, nunc autem non obſeruabãt; & ſic offendebatur Deus. Ad vindictam autem huius fęderis fracti, mittebat Deus gladium ſuper Iudæos.

Cumq. confugeritis in vrbes. Hic ponitur reſponſio ad id quod poterant Iudæi dicere, ſcilicet, quòd quamquam venirent hoſtes, tamen non noceret eis gladius hoſtilis, quoniam confugerent in ciuitates fortiſſimas, & ibi defenderentur. reſpondet ad hoc Deus, dicens.

Mittam peſtilentiam in medio veſtri. id eſt, quamquam fugiatis in vrbes, nihil proderit: quoniam ibi morte conſumemini, ex eo, ꝗ mittam peſtilentiam in medio veſtri.

In medio veſtri. id eſt, inter vos, & quando Deus mittebat ſpecialiter peſtem in pœnam alicuius peccati, peſtis illa erat grauis, ſicut quando pro peccato Dauid numerantis populum Iſrael, in tribus diebus mortui ſunt ſeptuaginta mille viri, vt patet 2. Regum, cap. 24. & etiam hoc modo Iudæi traderẽtur in manus hoſtium: quoniam non eſſet aliquis, qui poſſet defendere ciuitatem omnibus conſumptis tabe illa peſtifera.

Et trademini in manibus hoſtium, poſtquam confregero baculum panis veſtri. id eſt, quomodocumque confugiatis ad vrbes, non poteritis euadere manus hoſtiles: quia ego dabo in vobis famem validam, & ſic cogemini exire ad hoſtes, vt magis viuatis in ſeruitute eorum, quàm fame ſimul pereatis; & iſta eſt cauſa quare Iſraelitæ traditi ſunt in manus Chaldæorum; quoniam deſtructa fuit Ieruſalem: nam inualuit fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ, & tunc traditi ſunt Iudæi in manus Chaldæorum, vt patet 4. Regum, 25. capite.

Quid ſit cõfringere baculũ panis.

Dicitur hic Deus confringere baculum panis, id eſt, tollere abundãtiam panis. Et vocatur panis baculus, quia ſicut homines baculo innituntur, ita vita noſtra pani innititur: ſine cibo enim animal non viuit, & cum omnes cibi ad conſeruationem animalis pertineant, maximè tamen panis: ideo vocatur baculus, vel firmamentum. Sic patet Pſalmo 103. cum dicitur: Et panis cor hominis confirmet.

Aliqui intelligunt confractionem baculi panis, pro ſterilitate terræ, ſcilicet, quòd Deus faceret, vt Iudæi nõ haberent aliquid in terræ naſcentibus; ſed non eſt iſte ſenſus, quod patet: quia hic agitur de Iudæis, iam clauſis in ciuitatibus ſuis obſeſſis ab hoſtibus, & tunc nihil attinet ad eos de ſterilitate, vel fertilitate terræ: quoniam quidquid in terra naſcitur, quod extra ciuitatem eſt, hoſtes comedebant; ſiue ergo aliquid tunc naſceretur, ſiue nihil, ad Iudæos obſeſſos nihil attinebat. Sed dicitur frangi baculus panis, quando Iudæis obſeſſis incipiebat deficere cibus in ciuitate: nam dum panis eſſet, poterant ſe defendere: cum verò panis deficiebat, dicebatur eſſe confractus baculus panis: & hoc ſignificatur, quia infra dicitur, de mulieribus decem, coquentibus panes, & reducentibus ad pondus in clibano vno. Et quando dicitur hic de baculo panis, intelligitur de omnibus, quæ requirebantur neceſſariò ad cibum, principaliter tamen de pane, quoniam etiam ceteris deficientibus ſi panis non deſit, ſuſtentatio aliqua eſſe poteſt, alioquin autem nulla.

Ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes. In hoc ſignificatur maximus defectus panis, ſcilicet, quòd decem mulieres poſſent coquere ſimul panes ſuos in vno clibano, ſic enim modicum de panibus cuilibet mulie-

F ri proueniret, quando decem mulierum panes ſimul in clibano, vno caperentur. *Et reddant eos ad pondus*. In hoc etiam apparet magnus defectus panis, ſcilicet, ꝗ poſtquam mulieres coquerent panes ſuos, reducerent eos ad pondus, id eſt, diſtribuerent famulis ſuis per pondera, ita vt non comederet quilibet quantum vellet, ſed certum quid, & ponebatur pondus, ne quibuſdam plus quam aliis cederet, & ita magna diligentia in diſtributione panis ſignificabat magnam inopiam: nam in tempore aliqualis vbertatis non diſtribuitur panis familiis per pondera; ſed cuilibet datur quantum vult; cum verò cuique datur in menſura, anguſtia magna eſt. Sed adhuc Rabbi Salomon aliter dicit eſſe intelligendum iſtud de ponderibus panũ, ſcilicet, quòd decem mulieres faciebant paucos panes, quos ponebant in vno clibano, & iſti fortè erãt

G in vna paſta; cum vero cocti eſſent, mulieres inter ſe diuidebant, & ad hoc, quòd illis prouenirent æqualia, reducebant ad pondus illas paſtas paruulas panis, & ſic nihil alicui maius de quantitate quam alteri; quia pondus omnia determinat. *Et comedetis, & non ſaturabimini*. Iſta etiam maledictio eſt, & poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, quòd comederent, & nõ ſaturarentur, id eſt, quòd quamuis comederent non poſſent ſaturari, & hoc propter paucitatem ciborum. Alio modo poteſt intelligi, quòd comederent, & non ſaturarentur, id eſt, quòd Deus mitteret in eos ſpeciale deſiderium comedendi; ita ꝗ quanquam multa comederent, nunquam ſaturarentur. Et iſta grauis pęna eſt, cui non poſſit adhiberi remedium; & aliquando Deus mittebat iſtas duas ſimul, ſcilicet, magnam inopiam ciborum, & deſiderium magnum comedendi,

Duplex litteræ expoſitio.

H & hoc ſignificatur Deuteronom. 28. c. cum dicitur: Mittet Dominus ſuper te famem, & eſuriem, id eſt, defectum ciborum, & deſiderium comedendi. *Sin autem nec per hæc audieritis me*. Deus enim ſemper addit pœnas peccantibus, & ſemper illæ quæ adduntur, ſunt grauiores: quia peccata poſteriora ſemper grauiora ſunt, ſicut ſupra declaratum fuit; & non ſimul delet, quoniam miſeretur; & expectat conuerſionis tempus; & interim pœnis affligit, vt conuertamur.

Et ſic multoties repetit hic Deus Iudæis, ꝗ infliget, ipſis pęnas niſi conuertantur; & hoc poteſt poni ad duo. Primũ eſt, ad ſignificandũ Dei miſericordiam in puniendo: quoniam quanquam contra illum peccauerimus, non imme-

I diatè delet nos peccantes, ſed expectat, vt conuertamur, nos pęnis affligẽs. Secundum ad quod ponitur, eſt, vt Iudæi intelligerent Deum non fatigari in inflictione pęnarum. Nam quidam poſſent intelligere, ꝗ cum iſti peccarẽt, & Deus illis pęnas primas infligeret; nõ haberet quid vltra faceret ſuper eos; & tunc ſublatis illis pœnis, liberè peccare poſſent. Hic autem ſignificatur, quòd quandocumque culpæ adderentur, pœnæ quoque addendæ erãt. Et comminatur hic Deus Iudæis diminutionem, quæ induceretur ab ipſis: nam ſupra dicebat, videlicet, de diminutione Iudæorum, per gladium hoſtilem inducta, & per famem, hic agitur de diminutione Iudæorum, quam ipſimet cauſarent in ſeipſis, ſcilicet, quandoquidem alios comederent, & hoc erat, vt Iudæi comederent filios ſuos. *Sin autem nec per hæc audieritis me*, id eſt, ſi non obedieritis mihi etiam per iſtas pęnas ſupra poſitas, ego addam alias.

Sed ambulaueritis contra me, ſcilicet, ſemper repugnan-

K do præceptis meis, & potiſſimè intelligitur hoc de idololatria: Nam quanquam cetera peccata contra Deũ ſint, nullum tamen eſt ita directè, ſicut iſtud, ſicut declaratum fuit Exodi 24. cap. Nam in aliis peccatis iniuria videtur eſſe in proximum directè; in idololatria autem eſt directè iniuria in Deum, veluti, ſi quis faceret alterum Regẽ, aut nominaret, vel tanquam Regi obediret præterquã ei qui Rex eſt: manifeſtam, & maximam offenſionem inferret Regi; ita per idololatriã fit alius Deus, aut vocatur Deus, vel colitur tanquam Deus, præter illum qui Deus eſt, ideo directa offenſio illius eſt: & ablatio honoris ſui: ideo qui talia faciunt, dicuntur ambulare contra Deum. *Et ego incedam aduerſus vos in furore contrario*, ſ. ꝗ furor meus, id eſt, ira mea, erit contrarius vobis: nam ſicut vos ambulatis contra me peccando: ita ego ambulabo contra vos puniendo. Et accipitur hic furor largè, ſicut in aliis lo-

Peccatũ nullũ eſt directius contra Deũ idololatria.

cis

eis Sacræ Scripturæ habetur. In Deo namque furor non eſt,ſed propter eos quos punit,furorem habere videtur.

Et corripiam vos ſeptem plagis. id eſt, puniam vos inferendo plagas ſeptem. Dicuntur plagæ ſeptem, plagæ perfectæ, ſicut ſupra expoſitum fuit:nam non poſſunt accipi hic ſeptem plagæ determinatè pro ſeptem plagis:quia ſupra aliquando ponebantur ſeptem plagæ,& tamen erant ſolum tres,vel quattuor. Hic etiam dicitur de ſeptem plagis,& tamen ſi computentur omnes quæ ſequuntur, plures ſunt quàm decem. *Propter peccata veſtra*. id eſt, propter ipſa peccata principalia frequentata,& augmentata,& propter contumacias quotidianas, quæ maiorem faciunt grauitatem peccatorum. *Ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum & filiarum veſtrarum*. id eſt, ego deducam vos ad calamitatem tantam, ita vt compellamini comedere carnes filiorum & filiarum veſtrarum, & iſta erat de maximis pœnis.

Comedere carnes filiorum, eſt de maximis pœnis, & horribile, & contra naturam.

Primò,quia eſt contra naturalem inſtinctum:nam homo naturaliter horret comedere carnes humanas, & côputatur inter vitia beſtialia, huiuſmodi carnes comedere: ita quòd qui peccat in hoc vitio, nô peccat humanis peccatis,ſed peccatis beſtiarũ, vt declarat Ariſtoteles,7. Ethicorum: vbi ponit beſtialitatem in cibis, & coitibus,& timore,& imprudentia, in quolibet iſtorum aſſignans modos de beſtialibus; ſecundum cibos, penit illos qui diſſecant prægnantes ad comedendum fetus earum; ponitur etiam ille qui comedit hepar conſerui ſui, & qui comedunt vngues ſuos, & quicumque deuorant carnes humanas, quales dicuntur eſſe illi, quos anthropophagos appellamus.

Maxima autem eſt hic pœna; quia non ſolum aliquis deuorat carnes humanas, ſed etiam deuorat carnes ſuas: nam filij ſunt partes deciſæ ex ſubſtantia parentum, & aliquâdo fuerunt in parentibus: cum ergo aliquis comedit carnes filiorum ſuorũ, deuorat particulas carnis ſuæ: iuxta Ariſtot. 8. Ethicorum. Et iſta etiam ab antiquis quibuſdam in maximam pœnam data fuit: ſicut patet de Atreo,& Thieſte fratribus: nam quia Thieſtes cognouerat carnaliter vxorem fratris ſui Atrei,& ſuſceperat ex ea filios: Atreus volens hanc vlciſci iniuriam, non occidit Thieſtem: quia intelligebat iſtam paruam pœnam eſſe; ſed dedit ei ſanguinem filiorum ſuorũ bibendum, & carnes eorum comedendas, hoc tamen ignorante Thieſte: nam ſi cognouiſſet potius ſubiiſſet omnia genera mortis, quàm filiorum ſuorum carnes comediſſet. De hoc Seneca in Tragœdia 2. cuius titulus eſt Thieſtes. In Iudæis autem maior pœna erat: quoniam comedebant carnes filiorum ſuorum ſcientes. Amplius autem adhuc maxima grauitas huius facti erat: quia Iudæi ad hoc,quòd comederent filios ſuos, oportebat, vt primo eos occiderent, & in hoc erat maximus dolor: nã cum videamus parêtes ſæpiſſimè pro filiis indubitatæ morti ſe exponere, multo magis ſuſtinerent tranquillam mortem,vt non occiderêt eos; maxima ergo eſſet calamitas,quando pater filium occideret. Sed hoc Deus comminatur illis, quòd in vrbibus ſuis comederent carnes filiorum ſuorum, obſeſſi ab hoſtibus,vt patet Deuter. 28. capite,ſcilicet: Obſideberis intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus: & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorũ tuorum, & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, in anguſtia & vaſtitate, qua opprimet te hoſtis tuus.

Et non ſolum Iudæi comedebant carnes filiorum ſuorum,ſed etiam vir & vxor contendebant, quis comederet carnes filij, & ſic patet Deuteronom. eodem 28. cap. cum dicitur: Homo delicatus in te,& luxurioſus valde, inuidebit fratri ſuo,& vxori, quæ cubat in ſinu ſuo, ne det eis de carnibus filiorum ſuorum, quas comedet: eo quòd nihil habeat aliud in obſidione & penuria, qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas.

Et non ſolum Iudæi comedebant carnes filiorum ſuorum,& filiarum ſuarum; ſed etiam comedent immunditias ſanguinis menſtrualis, qui egreditur cum fetu côcretus ex vtero; & propter inopiam magnam mater abſconderet ad comedendum iſtum ſanguinem, mox vt puer egrederetur ex vtero, vt nullus eſſet particeps in comedêA do: ſic habetur Deuteronom. eodem 28. cap. ſcilicet: Tenera mulier & delicata, quæ ſuper terram ingredi non valebat, nec pedis veſtigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiam; inuidebit viro ſuo, qui cubat in ſinu eius, ſuper filij & filiæ carnibus, & illuuie ſecundarum quæ egrediuntur de medio feminum eius, & ſuper liberis qui eadem hora nati ſunt: comedêt enim eos clam propter rerum omnium penuriam in obſidione, & vaſtitate,qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas.

Hæc autem quæ Deus in Deuteronomio comminabatur Iudæis de comeſtione filiorum ſuorũ, leguntur aliquã accidiſſe apud Iudæos; & Primò, quâdo obſidebatur ciuitas Samaria à Rege Syriæ: tunc enim duæ mulieres comederunt filium vnius, prius inter ſe conuenientes,quòd vna die comederent filium vnius, & poſtea filium alteB rius, vt patet 4. Reg. cap. 6. Iterum legitur hoc accidiſſe, quando obſeſſa fuit Ieruſalem à Romanis,& vaſtata: tûc enim vna mulier comedit filium ſuũ, vt recitat Ioſephus in libro de bello Iudaico. *Deſtruam excelſa veſtra*. Hic comminatur Deus Iudæis aliam pœnam, ſ. abominationem eorum: & eſt quarta comminatio contra quartam commiſſionem, quæ ſupra habebatur. Dicebatur enim ſupra,quòd Deus poneret Tabernaculum ſuum inter Iudæos, & quòd non abominaretur illos anima eius. Hic autem dicitur, quòd abiiciet eos, & deſtruet templa eorum. *Deſtruam excelſa veſtra*. id eſt, deſtruam ego templa, in quibus colitis Idola.

*Excelſa in quibus Iudæi colebant Deum, aliquando erant ad colendum Deum verum,aliquando ad colendum Idola. Et quare Deus deſtruxerit templum Ieruſalem, & etiam Gen*C*tilium templa deſtruebat. Quæſt. XV.*

EXCELSVM enim dicitur eſſe locus, vel Tabernaculum,in quo Iudæi colebât Deum verum,vel Idola. & vocatur excelſum: quia talia loca erant communiter in montibus altis,& propter hoc erant magis ſuſpecta de idololatria. Aliquando autem in illis excelſis colebatur Deus verus: aliquando autem colebantur Idola: & ideo dicitur de Regibus Iuda,& Iſrael, ꝙ non deſtruxerunt excelſa; id eſt,loca in quibus colebantur Idola. Aliquando autem vocantur loca in quibus colebatur Deus, & tamen erant ſeparata à Sanctuario: & iſto modo dicitur Gabaon eſſe vnum de excelſis,& Hebron: iſta tamen erant loca,in quibus colebatur Deus verus; quoniã DaD uid,& multi ex Iſraelitis offerebant in Hebron: Patet etiã hoc; quoniam Abſalon petiit licentiam à Dauid, vt iret ad offerendum Domino hoſtias in Hebron. vt patet 2. Reg. cap. 14. Etiam apparet, ꝙ in iſtis excelſis colebatur Deus verus: nã Ioſias Rex, qui expurgauit omnem idololatriam,& abſtulit excelſa,fecit, ꝙ Sacerdotes excelſorum non accederent ad altare Domini: tamen comedebant de panibus azymis cum aliis Sacerdotibus fratribus ſuis; vt patet 4. Reg. c. 23. Si autem illi Sacerdotes excelſorum fuiſſent Sacerdotes dæmonum, non feciſſet Ioſias, vt comederent panem cum aliis Sacerdotibus Domini fratribus ſuis: ſed magis occidiſſet eos, ſicut occidebat Sacerdotes Idolorum. Sic patet in eodem cap. quia deſtruxit altaria Samariæ,& occidit Sacerdotes Idolorum. ergo aliqua excelſa erant, in quibus Deus verus colebatur.
E Hic tamen accipitur pro excelſis, in quibus dæmones colebantur; quod patet immediatè poſt, cum dicitur: Et ſimulachra confringam; cadetis inter ruinas Idolorum veſtrorum;quod non poteſt intelligi de templo Dei: nam quando Iudæi peccauerunt, & ducti fuerunt in Babylonem,Chaldæi deſtruxerunt templum Domini,incendentes illud, & auferentes omnia quæ ibi erant tranſportando ea in Babylonem,reliqua autem, quæ comburi nô poterant,vaſtauerunt deſtruentes vſque ad terram. Sic patet 4. Reg. cap. vltimo. *Et ſimulachra confringam*. id eſt, ego faciam confringi Deos, quos colueritis. Nam aliquando erant ſimulachra ex auro,vel argento,& precioſa erant & valoris magni, hoſtes confringebant ea, in maſſas redigentes ea, & aſportabant in terras ſuas, ſicut patet de vitulis Samariæ, quos fecerat Rex Iſrael,& poſuit vnum in Bethel,& alterũ in Dan, quos Rex Aſſyriorũ, poſtea veniens

niēs cōſtregit,& trāſiuexit in terras ſuas,vt patet Oſee 10. F
Aliqñ aūt erāt idola lignea , vel lapidea, & tunc ipſi hoſtes confringebant illa in vituperium ; vel frangebantur corruentibus ædificiis quæ ipſi proſternebant, & ipſi Reges confringebant Deos illos ; ſicut factum eſt de vaſis quæ erant in templo Domini: quoniam tranſtulit ea Nabuchodonoſor in Babylonem,vt patet 4.Reg. cap.24. & poſtea Nabuzardan princeps eius,abſtulit omnia vaſa,& vtenſilia ænea,quæ erant in Sanctuario Domini.Sic patet 4.Reg. cap.25. *Cadetis inter ruinas idolorum veſtrorum*, id eſt,ego faciam, ꝙ moriamini inter Idola veſtra : quando enim veniebant hoſtes ſuper Iudæos Idololatras , vel ſuper Gentiles,confugiebant ad templa Idolorum ſuorum, vt ibi in honorem Deorum defenderentur ab hoſtibus : ſed iuſto Dei iudicio, qui in templis Idolorum peccauerant, ibi moriebantur, peccatorum ſuorum pœnam luentes. Sic factū fuit de Sacerdotibus Baal,quos in fraudem G vocauit Iehu Rex Iſrael ad faciendum magnum ſacrificium,& cum ſeparaſſet eos ab omnibus aliis, occidit illos in templo Baal,vt patet 4.Reg.c.10.Sic etiam inter Gentiles aliquando fiebat,vt victi confugerent ad tēpla Deorum,vbi hoſtes eorum ſæpè occidebant illos, vt patet per Virgilium 2.Aeneid.& Auguſt.de Ciuit. Dei. quia Priamus Rex Troianorum ſuper altare Iouis à Pyrrho filio Achillis interfectus eſt : ſic etiā fuit de aliis Troianis, qui confugiebant ad templa Deorum, qui extrahebantur inde, & occidebantur nulla ſeruata reuerentia Deorum. Et dicitur hic : Cadetis inter ruinas Deorum veſtrorum, id eſt, vos cadetis gladio inter Idola veſtra,quæ cadunt: nam hoſtes proſternebant templa,& confringebant Idola , & inter Idola illa fracta & diruta vel corruentia Iu- H dæi ad ea confugientes cadebant gladio hoſtili. Vbi littera noſtra dicit hic. *Et ſimulachra confringam*. In Hebræo habetur. *Solaria veſtra confringam*. Solarium enim ſignificat duo: vno modo dicitur ſolarium domus hiemalis,diſpoſita ad recipiendum radios ſolis,vnde à ſole ſolarium dicitur; & aliquando vocatur ſolariū domus patens radiis ſolis,quia tectum non habet,quam nos currale vocamus,& hoc modo non accipitur hic. Alio modo dicitur ſolarium imago aliqua facta ſoli , quoniam Gentiles colebant ſolem , tanquam præcipuum inter omnia aſtra cæli,& ei faciebant imagines,quoniam quidam faciebāt ei currus , & quattuor equos , ad ſignificandum quattuor tempora anni, quæ ſol motu ſuo peragit,ſicut lunæ faciebant bigam,id eſt,quadrigam habētem duos equos,propter duas eius proprietates, ſcilicet, humiditatem, & fri- I giditatem,& iſto modo Iudæi faciebant ſoli imagines,ſicut Gentes;& ſic patet 4.Reg. cap.23. vbi dicitur,ꝙ Reges Iuda poſuerunt equos ſolis in templo , & currus eius, iſtos combuſſit Ioſias,& puluerem eorum proiecit in torrentem Cedron. Hic autem accipitur large ſolarium,ſiue imago ſolis, pro omni Idolo . *Et abominabitur vos anima mea*, id eſt,iam nō curabo de vobis:ſed abiiciam tanquam aliquid fętidum , & non præbebo vobis auxilium contra hoſtes,nec contra alia mala in anguſtiis veſtris. *In tantum vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem*, id eſt,tantum abominabor vos, quòd faciā vrbes veſtras eſſe ſolitudinem. Hoc ponitur hic quaſi pro maxima pęna abominationis; &ſic eſt: quoniam non poterant eſſe ciuitates Iudæorum tanquam ſolitudo,niſi omnes Iudæi morerentur;aut trāſferrentur in terras hoſtiles, quodcumque autem ſuperio- K rum,minus eſt quam iſtud:quia in hoc conſummatur pęnalitas . *Et deſerta faciam Sanctuaria veſtra*,id eſt,etiā faciam,ꝙ nemo iam habitet in Sanctuariis veſtris. Vocantur hic Sanctuaria loca illa,in quibus colebāt Iudæi Idololatræ Deos ſuos, vel poteſt accipi hic Sanctuarium, pro Sāctuario Dei:qm̄ in pęnam Idololatriæ,& aliorum peccatum non ſolum diruebantur templa Idolorum , ſed etiam templum Dei relinquebatur deſertum : ita,ꝙ nullus maneret in eo,& iſta magna pœna erat. Hoc luget Ieremias in libro Threnorum cap.1. dicens : Viæ Sion lugent,eo quòd non ſit qui veniat ad ſollemnitatem:omnes portæ eius deſtructæ : ſacerdotes eius gementes: virgines eius ſqualidæ,& ipſa oppreſſa amaritudine. Et non ſolum hoc fiebat,ſed etiam exigentibus demeritis Iudæorū,deſtruebatur aliquando ipſum Sanctuarium ; ſicut factum

Solariū duo ſignificat.

Quare Gentiles attribuebant ſoli quadrigam, & quattuor equos lunæ bigā, & duos equos.

Quid hic Sanctuaria.

fuit,quando Chaldæi venerunt in Ieruſalem, & captiuos duxerunt Iudæos in Babylonem;atque templum Dei deſtruxerunt,illud ad terram proſternentes vt patet 4.Reg. cap. vltimo. & hoc erat in pœnam Iudæorum : quoniam gloria eorum erat habere tale templum; & aliquādo delectabantur manentes in eo, ideo Deus ad plenam afflictionem illorum,faciebat illud deſtrui.Sic ēt factum fuit, quando Romani obſederunt,& ceperūt Ieruſalem: templum enim pro maxima parte deſtruxerunt . Sic etiam fiebat inter Gentes,vt quando vna gens pugnat contra alteram,faciebat Deus, vt deſtruerentur templa,in quibus illa gens delectabatur; & aliquando faciebat ibi habitare beſtias ; ſic patet de Babylonis ; quoniam quando pugnatum eſt contra Babylonem,manſit ibi ſolitudo, & habitauerunt beſtiæ in templis Deorum. Sic patet Iſai.13.c. ſcilicet:Et erit Babylon illa glorioſa in Regnis: inclyta in ſuperbia Chaldæorum : ſicut ſubuertit Dominus Sodomam,& Gomorrham.Nō habitabitur vſque in finem,& nō fundabitur vſque ad generationem,& generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs: nec paſtores requieſcēt ibi: ſed requieſcent ibi beſtiæ , & replebuntur domus eorum draconibus : & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi : & reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius , & ſirenes in delubris voluptatis. Sic etiam in templo Dei fieri poterat , cum per ſeptuaginta annos relictum fuerit ſolitarium.

Nec recipiam vltra odorem ſuauiſſimum , id eſt, odor ſacrificiorum veſtrorum iam non erit mihi ſuauis. In duobus enim recipiebat Deus odorem ſuauiſſimum, ſcilicet, in ſacrificiis, & in thymiamate ; cremabantur enim quotidie ſacrificia coram Domino in altari holocauſtorum,& dicebatur Deus recipere in illis odorem ſuauiſſimū, ſicut patet per totum iſtum librum.Etiam quotidie ſuper altare aureum , quod erat intra Tabernaculum , offerebatur thymiama, ſicut habetur Exodi 30.cap. & iſtud erat Domino delectabile. Nunc autem dicit,quòd non recipiet ſuauiſſimum odorem,id eſt,ꝙ quanquam Iudæi offerrent ſacrificia,vel incenſum: tamen non eſſet gratū Deo quidquid fieret : ſed potius abominabitur illud.

Cauſa huius eſt: quia ſacrificia, & omnes cærimoniæ Veteris Teſtamenti non placebant Deo,niſi ſm̄ obedientiam, & deuotionem offerentium:ipſa enim ſecundum ſe nullam habebant efficaciam ; quando autem Deus infligebat Iudæis iſtas pœnas,erant in odio eius,quoniā erant cōtumaces,ideo dato,ꝙ offerrent ſacrificia, illa nihil proderant. Et ſic ponitur Iſaiæ cap. 1. quando Deus voluit mittere Iudæos in Babylonem , dixit, ꝙ non reciperet ſacrificia illorum, cum ait : Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus: plenus ſum.Holocauſta arietum , & adipem pinguium , & ſanguinem vitulorum,& agnorum,& hircorum nolui. Cum veniretis ante cōſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atriis meis ? ne offeratis vltra ſacrificiū fruſtra : incenſum abominatio eſt mihi . Neomeniam , & ſabbatum, & feſtiuitates alias non feram, iniqui ſunt cœtus veſtri: calendas veſtras,& ſollemnitates veſtras odiuit anima mea : facta ſunt mihi moleſta , laboraui ſuſtinens.

Et quando dicitur hic non recipiam vltra odorem ſuauiſſimum; non intelligitur,ꝙ Deus poſtquam ſemel abiiceret Iudæos, nunquam reciperet ſacrificia eorum,vel incenſum: quoniam ſi Iudæi conuerterentur ad Dominum dolentes in corde ſuo, Deus reduceret eos in terras ſuas, & ibi reciperet eorum cæremonias . Sic patet infra , cum dicitur : Tunc orabunt pro impietatibus ſuis: & recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Iacob, & Iſaac,& Abraham,terræ quoque memor ero . Sic etiā patet Deuteronom. 30. cap. quando dicitur de Iudæis conuerſis ad Dominum in corde ſuo,ſcilicet: Reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuā, ac miſerebitur tui, & rurſum congregabit te de cunctis populis,in quos te ante diſperſit.Si ad cardines cæli fueris diſſipatus , inde te retrahet Dominus Deus tuus , & aſſumet atque introducet in Terram quam poſſederunt patres tui , & obtinebis eam, &c.

Sed intelligitur,ꝙ quamdiu Iudæi permanerent in iſta contumacia,& non conuerterentur ad Dominum , Deus non reciperet illorum odorem ſuauiſſimum: reciperet tamen

Duo ſuauiſsimi odorē bāt De

Cur n quid ſi cenſu Deo n erāt g ta.

men, quando totaliter conuerſi eſſent in afflictionẽ cordis ſui. Sic patet infra, ſ. Ambulabo ego contra vos, & deducam in terram hoſtilem, donec erubeſcat incircumciſa mens eorum: tunc orabũt pro impietatibus ſuis, & recordabor fęderis mei. Simile habetur Deuteronom. 4. c. vbi poſtquam poſitum fuit quomodo Deus abiiceret Iudæos propter peccata, ſubiungitur, quomodo eos audiret, ſi reuerterentur ad eum in corde ſuo, cum dicitur: Cũq. quæſieris ibi Dominum Deum tuum, inuenies eũ: ſi tamen in toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Poſtquam te inuenerint omnia quæ prædicta ſunt tibi, & paucis interpoſitis ſequitur non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiſcetur pacti, in qua iurauit patribus tuis. *Diſperdamq. terram veſtram.* id eſt, deſtruam; diſperdere enim, totaliter perdere eſt, vel in diuerſa perdere; & ſic erat de terra quæ in omnibus partibus ſuis deſtruebatur; & hoc erat, quando omnes excluſi eſſent de illa, ducti in captiuitatem, vel mortui. nam terra nihil eſt ſine habitatoribus. *Et ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri.* In hoc ſignificatur magnitudo deſolationis terræ: quoniam omnes videntes terram illam, admirarentur, & non ſolum illi qui eſſent aduenæ, & etiam qui habitarent in terra illa, ſed &̃ hoſtes. Et hoc ſatis eſt durum; nã illi qui hoſtiliter ſe habent ad alios, non ſatiantur in eorum pœnis, & etiam ſi multas pęnalitates inflixerint, ſemper eis videtur, quod pauca intulerint. Magna ergo deſolatio eſt, quando ipſi hoſtes qui illam intulerunt, admirantur de ea, putantes ſe minora intuliſſe mala quam ea quæ apparent; ex quo concludi daretur, ꝙ tanta pœna voluntate Dei inflicta fuerit. De tranſeuntibus autem per terram Iudæorum deſolatam, ꝙ admirarentur de ea, habetur Deuteronom. 29. cap. ſcilicet: Dicetq. ſequens generatio, & filij qui naſcẽtur deinceps, & peregrini, qui de lõge venerint, videntes plagas Terræ illius, & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus ſulphure, & ſalis ardore comburens; ita vt vltra non ſeratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum ſubuerſionis Sodomę, & Gomorrhæ; Adamę, & Seboim, quas ſubuertit Dñs in ira, & furore ſuo. Et dicent omnes Gentes: Quare ſic fecit Dominus Terræ huic, quæ eſt hæc ira furoris eius immenſa? Et reſpondebunt: Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, qñ eduxit eos de terra Aegypti. *Cum habitatores illius fuerint.* i. hoſtes qui deleuerint terram veſtram habitabunt in ea, & videntes deſolationem factam, mirabuntur. Sic factum fuit quando Rex Aſſyriorum captiuauit decem tribus Iſrael, trãsferens eas in terras Medorum; & ipſi Aſſyrij tranſierunt in terram Iſrael, vt habetur 4. Reg. cap. 17. Sic quoque factum fuit qñ Romani expugnauerunt Ieroſolymam, quoniam expulerunt inde Iudæos, prohibentes ne quis Iudæorum ibi vlterius habitaret. *Vos autem diſpergã in Gentes.* Aliquando Deus transferebat Iudæos in alias gentes; & tamen nõ erant diſperſi per multas gentes; ſicut quando ducti ſunt in Babylonẽ. Quando autem Romani Ieroſolymam deſtruxerunt, Iudæos per totum orbem diſperſerunt, ſicut hodie patet: quanquam apud multas gentes etiã occiſi fuerint; apud alias autem ad Chriſtum conuerſi ſint. *Et euaginabo poſt vos gladium.* i. quando miſero vos in captiuitatem, non eritis prorſus immunes ab omnibus alius malis: ſed etiam ſuperueniet ſuper vos gladius: quoniam multi eorum in itinere occidebantur; alij autem cum eſſent in terris hoſtilibus, vt patet infra, cum dicitur; Et hoſtilis vos terra conſumet, & peribitis inter Gentes. Dicitur autem aliquis euaginare gladiũ, qñ percutere vult, & quia Deus ſignificabat ſe velle punire Iudæos, cum ducerentur in captiuitatem. Dicit quòd euaginabit gladium ſuum: id eſt, gladium hoſtilem, quia ipſe mouebat hoſtes ad percutiendum Iudęos. Et dicitur, ꝙ euaginabit poſt eos gladiũ ſuũ, ad ſignificandum metaphoram eius qui fugit, & eius qui perſequitur cũ gladio euaginato. Nam Deus aliqñ ponitur in ſacra Scriptura tanquam vir pugnator, & ſicut dr̃ pugnator reſpectu hoſtium, ſic etiã reſpectu Iudæorum, qñ ipſi incederent contra eum. Sic patet Exodi cap. 15. ſcilicet: Dominus quaſi vir pugnator. *Eritq. terra veſtra deſerta.* ſ. terra quæ colli detur: quoniã nemo erit qui eam colere poſſit, nec in ea habitet. *Et ciuitates veſtræ dirutæ.*

A Dicuntur ciuitates dirutæ, quando turres, & mœnia, & omnia ædificia proſternuntur ad ſolum, & ſic erat quando Iudæi captiuabantur ab hoſtibus: nam hoſtes deſtruebant fortes munitiones, & magna ædificia in ſignum vindictæ, & etiam ne aliquis poſtea repugnaret ex illis. Sic factum fuit in Ieruſalem, quando fuit capta à Chaldæis: nam deſtructi fuerunt muri ciuitatis, & templum totaliter; vnde poſtea quando redierunt Iudæi ex captiuitate Babylonica, conſtruxerunt iterum muros Ieruſalem, vt patet in libro Neemiæ, & Aggei Prophetæ.

Romani deſtruxerũt Ieruſalẽ maiori deſtructione, quam Chaldæi.

Sic etiam factum fuit, quando Ieruſalem capta fuit à Romanis; qñ tunc penitus deſtructa fuit maiori adhuc deſtructione, quã eam Chaldæi deſtruxerant. Hoc ſignificauit Chriſtus in die Palmarum, quãdo introiuit in ciuitatem, vt patet Lucæ 19. cap. ſcilicet: Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die, quæ ad pacem B tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſternẽt te, & filios tuos qui in te ſunt: & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quòd nõ cognoueris tempus viſitationis tuæ. *Tunc placebunt terræ ſabbata ſua.* Hic ponitur conſequens ex ſuperioribus pœnis, ſcilicet, ꝙ cũ Iudæi in terram alienam ducerentur, & nõ manerent in terra qui colerent eam, requieſceret ab omnibus laboribus, & tũc diceretur facere ſabbatum, & placeret ei in ſabbatis ſuis, id eſt, delectaretur in illis. Hoc pertinet ad ea quæ dicta ſunt præcedenti cap. mandauit enim Deus, quod Iudæi ſex annis ararent, & meterent; in ſeptimo autem nihil hoC rum facerent, & tunc dicebat eſſe ſabbatum terræ, id eſt, quòd tũc terra quieſcebat ab omnibus laboribus, ſcilicet, quòd non mouebatur per agriculturam: nec depauperabatur emittens vires ſuas germinando. Vnde, ſicut erant aliæ feſtiuitates ſabbata hominum: ita iſta feſtiuitas erat ſabbatum terræ. Idem etiam de iubilæo, vt patet præcedenti cap. Iudæi autem propter cupiditatem fructuum, non faciebant iſta ſabbata: ſed in quolibet anno ſerebant, & metebant. Quia ergo Iudæis manentibus in terra, terra non quieſcebat, faciens ſabbatum, requieſcebat tamen poſtea Iudæis ductis in captiuitatem. Sic dicitur infra: Requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ: eo quòd non requieuerit in ſabbatis veſtris, quando habitabatis in ea. Et dicitur terra delectari in ſabbatis, quaſi quòd gauderet in illis, eo quòd omnibus temporibus, quibus Iudæi in terra D manſerant, quietem non habuit vnquam.

Quõ terra dicebatur quieſcere in ſabbatis ſuis.

An Iudæi ſteterint ſeptuaginta annis in captiuitate propter ſeptuaginta ſabbata, quæ facere omiſerunt. Et quare vocentur ſabbata ſolitudinis terræ. Quæſt. XVI.

VNDE dicit Rabbi Salomon, quòd captiuitas Babylonica ſeptuaginta annis durauit: quia peccantibus Iudæis tot anni requiei terræ, ſcilicet, annorum remiſſionis, & iubilæorum in cultura fuerunt; & hoc videtur haberi 2. Paralipom. cap. vltimo, cum dicitur: Donec compleretur verbum ex ore Ieremiæ, vt celebraret terra ſabbata ſua: cunctis diebus deſolationis egit ſabbatum. & ſic tot annos quietis videtur terra recuperaſſe, quot perdiderat, quando Iudæi habitabant in illa: quoE niam contra diuinum mandatum eam coluerunt. Nam captiuatis omnibus Iudæis, & ductis in Babylonem, ſoli agricolæ relicti ſunt in terra, & iſti poſtea tranſierunt in Ægyptum, occiſo principe eorum Godolia, vt habetur 4. Regum, cap. vltimo. Et ſic manſit terra ſine habitatore, & cultore.

Non tamen eſt intelligendum, ſecundum Rabbi Salomon, quòd propter hoc peccatum, ſ. quia Iudæi non obſeruauerunt annos remiſſionis, & ſabbata terræ, mãſerint ſeptuaginta annis in Babylone: quia iſtud peccatum non fuit tantum, vt mereretur, vt Iudæi tanto tempore eſſent captiui, potiſſimè, cum Prophetæ exprimant multa alia peccata, propter quæ Iudęi ducti fuerunt in Babylonem, vt patet per proceſſum Iſaiæ, à principio cap. 1. vſque ad 5. ſed eſt ſenſus, quòd Iudæi fecerunt multa peccata, propter quæ merebantur multo tempore manere

in Babylone ; & accidit, quòd eſſet illud tempus ſeptuaginta annorum, quibus ſeptuaginta annis errauerant Iudæi ab obſeruatione annorum iubilæi,& remiſſionis;non tamen eſt ſenſus, ꝙ pro ſeptuaginta annis omiſſis ab obſeruatione feſtiuitatum, manerent ſeptuaginta annis in captiuitate.Similis modus loquendi habetur Numer.14. cap quando Deus inflixit Iudæis pœnam,vt non intraret in terram promiſſionis vſque ad quadraginta annos,propter peccatum exploratorum; & dicitur ibi: Filij veſtri erunt vagi in deſerto annis quadraginta,& portabũt fornicationem veſtrã, donec conſumantur cadauera patrum in deſerto, iuxta numerum quadraginta dierum, quibus cõſideraſtis Terram: annus pro die imputabitur,& quadraginta annis, recipietis iniquitates veſtras, & ſcietis vltionem meam. Ecce qualiter dicitur, ꝙ pro quolibet die, quo manſerant exploratores in luſtratione terræ promiſſionis,manerẽt vno anno Iſraelitæ in deſerto. Sed manifeſtum eſt,ꝙ manſio exploratorum per quadraginta dies in terra promiſſionis nõ promerebatur hoc: quia nullum peccatum erat luſtrare terram promiſſionis, vel manere ibi multis diebus,aut paucis; ſed peccatum,propter quod Iſraelitæ tunc condemnati fuerũt, fuit murmuratio cõtra Dominũ, vt patet Numeri 14.c.cũ dicitur. Vtinam mortui eſſemus in Aegypto,& in hac vaſta ſolitudine vtinam pereamus, & non inducat nos Dñs in Terram iſtam, ne cadamus gladio, & vxores, ac liberi noſtri ducantur captiui.Nonne melius eſt reuerti in Aegyptum? Dixeruntq. alter ad alterum, cõſtituamus nobis ducẽ, & reuertamur in Ægyptum.Sed eſt ſenſus litterę illius,ꝙ Iſraelitæ murmurando tantum peccauerant contra Dominum, vt mererentur manere quadraginta annis in deſerto, & Deus condemnauit illos,vt manerent hoc tempore.Accidit autem, ꝙ exploratores, à quibus ortum fuerat iſtud peccatum,manſiſſent diebus quadraginta, luſtrando terrã promiſſionis,& ſic computatur ibi vna dies,pro vno anno,vt videatur dari pęna pro peccato exploratorum; quia ab eis orta fuit iſta murmuratio.Sic autem intelligendum eſt de hoc, quod dicitur hic de annis ſeptuaginta, quibus manſerunt Iſraelitæ in Babylone, & terra fecit tunc ſabbata ſua: non enim fuit iſta captiuitas ſeptuaginta annorum pro ſeptuaginta annis omiſſis ab obſeruatione; ſed propter alia peccata magna, quæ in libris Regum, & Prophetarum exprimuntur. Accidit tamen, quòd terra manente ſolitaria,facti fuerint ſeptuaginta anni ſabbatorum terræ;in quibus terra dicitur quieuiſſe: quia nõ quieuerat temporibus quibus manſerant Iudæi in illa. *Cunctis diebus ſolitudinis ſuæ*.i.omnibus diebus quibus terra manſerit ſolitaria ſine cultore,& habitatore, ductis vobis in captiuitatem, faciet ſabbata ſua terra veſtra. *Quando fueritis in terra hoſtili*. id eſt,quando trãſlati fueritis ad alias gentes,& manſeritis ibi:nam tunc nemo colebat terrã. Quod verificatum fuit in captiuitate Babylonica; quia quibuſdam Iudæis transductis in Babylonem, aliis verò trãſeuntibus in Aegyptum,nemo manſit qui terram coleret, ſed fuit tanquam deſertum quoddam temporibus illis; non tamen fuit ſic,quando Aſſyrij tranſtulerunt decem tribus Iſrael in terram Medorum,non enim mãſit tunc terra eorum ſabbatum faciens, ſed ex Aſſyriis multi venerunt ad habitandum in terra illa,vt patet 4.Regum 17.cap. *Sabbatizabit, & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ*. Sabbatizare dicitur,id eſt,ſabbatum agere. Annus autem ſeptimus,& iubilæus,erant ſabbata terræ,vt patet præcedenti cap. Dicebatur autem requieſcere tunc in ſabbatis illis, habens annos remiſſionis,& iubilæos accumulatos, & nõ vocantur iſta ſabbata ſimpliciter, ſed ſabbata ſolitudinis terræ, quia non quieſcebat tunc terra, eo ꝙ quietura eſſet, ſed quia erat ſolitaria,& nemo eam colere poterat. Hoc quod dicitur hic, ſabbatizabit terra, & requieſcet in ſabbatis, idem eſt: quia ſabbatum idem eſt quod requies. Vel põt poni hic tanquã diuerſum,ſcilicet, ꝙ terra dicatur ſabbatizare,i.ſimpliciter ceſſare à laboribus, qui ſunt in cultura. Dicatur autem quieſcere in ſabbatis,i.delectari ex eo, quòd habet ſabbata,& ſic dicebatur ſupra, tunc placebũt terræ ſabbata ſua, id eſt, delectabitur in eis. *Eo quòd non requieuerit in ſabbatis veſtris, quando habitabatis in ea*. id eſt, vos nõ dediſtis requiem terræ,quando eratis in ea,quę

F debebatur ſibi, ideo ego excludam vos ab ea, & faciam eam habere ſabbata ſua. Quando hic dicitur in ſabbatis veſtris,nõ intelligitur de ſabbatis Iudæorum, ſed de ſabbatis terræ, quæ Iudęi non obſeruauerant.Diſtinguuntur namque ſabbata terræ,& ſabbata Iudæorum,quia ſabbata terræ dicuntur illi anni,in quibus terra non colebatur, ſcilicet,annus ſeptimus, & annus iubilæus: Iudæi tamen tunc non ceſſabant ab aliis occupationibus & laboribus. Dicuntur autem ſabbata Iudæorum, omnes feſtiuitates, in quibus Iudæi nihil faciebant, de quibus habetur ſupra 23. cap. Hic autem dicitur,quòd non requieuit in ſabbatis veſtris, id eſt, in ſabbatis ſuis, quæ vos illi abſtuliſtis propter cupiditatem frugum.

Et quid de vobis remanſerint. Hic ponitur pœna pro illis, qui non fuerint conſumpti per plagas ſupra poſitas, ipſæ G namque multæ, & graues ſunt, ideò plurimi Iudæorum per earum inflictionem occumbebant: reſidebant autem aliqui,& ne illi viderentur à pœna eſſe immunes,ſubiungitur hic eorum anguſtia in timore,& afflictione magna, cum dicitur. *Dabo pauorem in cordibus eorum*. Eſt enim iſta pęna grauis,& valde afflictiua. Nam quando aliquis ab extra affligitur, ſi intra nimis non permoueatur, non eſt dura anguſtia: cum tamen interior afflictio eſt, perfecta pęnalitas venit. Sic eſt in timore magno,quo aliqui timẽt ea, quæ nullus timere debet, & in illis cor eorum valde comprimitur. Timor autem talis aliquando eſt ex prauitate naturæ, & tunc vocatur timiditas beſtialis, & vnum eſt de vitiis beſtialibus, iuxta Ariſtot.7. Ethicor. ſed tunc talis timor, licet hominem exterreat ab agendo, ſicut eſt de illo, de quo dixit Ariſtot. vbi ſupra, quòd murem viſum timuit:tamen cor non affligit. H Aliquando autem eſt iſte timor à Deo incuſſus, in magnam pęnalitatem, ſicut interdum incutit dolores, & ægritudines, & poteſt tunc cadere in viros, qui aliàs erant fortes, & conſtantes, ſicut ægritudo cadit à Deo incuſſa in homines, qui aliàs erant ſani nunquam ægroti antea.

An timor,quem nunc Iudæi habent ſuper omnes alias gentes, ſit in eis propter ſeruitutem,in qua continuè manent, vel ex maledictione inflicta à Deo. *Quæſt. XVII.*

HANC autem maledictionem Iudæi vſque hodie habent,cum ſint in terra hoſtili, & communiter timent ea,quæ nulli alij homines timẽt.Nec obſtat ſi quis dicat,ꝙ ideo timent,quia in ſeruitute nati ſunt: ſeruis autem ſemper timendum eſt. I Reſpondendum eſt,quia non timent:ſed propter maledictionem à Deo datam: id contingit: nam alij ſunt in ſeruitute, ſcilicet, Saraceni inter Chriſtianos,vel econtrario,& duriori premuntur ſeruitute, tamen non habent hunc timorem ita validum; eſt aũt iſte timor cum quadam ſolicitudine futurorum malorum, ita vt qui taliter timet, ſemper expectet ſibi affutura mala, & hac expectatione torqueatur.

Iſtam maledictionem Iudęis Deus inflixit,quando efficerentur mali,& ducerentur captiui.Sic patet Deut.28. c.cũ dicitur: Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos,& animam cõſumptam mœrore: & erit vita tua quaſi pendens ante te. Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. Mane dices: Quis mihi det veſperum? & veſpere: Quis mihi det mane? propter cordis K tui formidinem qua terreberis, & propter ea quę tuis videbis oculis. Iſta pęnalitas quę in timore eſt,à Deo infligi poteſt, ab hominibus autem nequaquam, quoniam homo ſolum poteſt quãtum ad corpus, ſ.vt occidat,vel percutiat,ſed non quantum ad qualitates animorũ, ſ.vt alterum hominem timidũ,vel conſtantem, caſtum, aut ad libidinem promptũ efficiat. Natura quoque non habet directè poteſtatem ſuper iſta:quia virtus ſua eſt ſuper quattuor qualitates actiuas, & paſſiuas, & ſuper ea quæ directè cauſantur ab eis; iſtæ aũt ſunt conditiones animorum, poteſt tñ natura in iſta indirectè, ſ. permutando aliquas qualitates corporis,ad quarũ harmoniam ſequitur hoĩem eſſe timidũ,vel audacem, auarũ, vel effuſorẽ, ideo natura non poteſt in aliquo cauſare tales diſpoſitiones in quo ante non erant, niſi permutatis quibuſdã corporeis qualitatibus. Deus aũt cui omnis virtus tam naturæ, quam ſuper natu-

naturam ineſt, poteſt efficere hominem timidum, qui au-
dax erat, vel econtrario, & qui continẽs eſſet, ſic effici po-
terit lubricus, nulla præcedente mutatione, & qñ Deus
iſtas mutationes in homine facit, vt ei timorem incutiat,
vel conſtantiam ei apponat, nihil operatur ſuper animam
intellectiuam, qm̄ timor, & conſtantia, & ſimilia, ſunt af-
fectiones quædam in parte ſenſitiua, & non pertinent ad
intellectiuam. Cum ergo Deus poſſit ſuper animam in-
tellectiuam, à fortiori poterit ſuper animam ſenſitiuam,
cum magis pertineat ad naturam corporis. Sic faciebat
Deus in Iudæis, & in aliis Gẽtibus, vt qñ aliæ gentes pec-
carent, & Iudæi pugnarent contra ipſos, cõuertebat Deus
gentes in fugam. Aliqñ aũt ſi Iudæi peccarent, incutiebat
eis Deus timorem, & quanq̃ ipſi multi eſſent, tñ conuerte-
bantur in fugam, paucis hoſtibus pugnantibus contra ip-
ſos. ſic habetur de Rege Ioas, qui malus erat, & eduxit
magnum exercitum contra hoſtes; Deus tñ conuertit eos
in fugam, & tradidit in manus hoſtium, vt patet 2. Para-
lip. c. 24. *In regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folij volan-
tis.* Hic deſignatur magnus timor; Eſſe deberet timor de
magnis malis futuris, ſed quando aliquid eſt, quod nõ po-
teſt ſignificare magna mala futura; nec ipſum poteſt in-
fligere mala, non debet ab aliquo timeri. Huiuſmodi au-
tem eſt folium volans: timere ergo hoc, eſt tanquam ti-
miditas beſtialis; ſicut de illo de quo dicit Ariſtot. 7. Ethi-
cor. ꝙ murem viſum timuit. Sed adhuc iſta timiditas pe-
ior eſt, quàm beſtialis, cum magis afflictiua ſit, quia à Deo
inflicta fuit. *Et ita fugient quaſi gladium.* In hoc ſignifica-
tur adhuc maior timor: nam ꝙ aliquis timeat folium vo-
lans, non eſt rationalis timor, ſi tñ leuiter timeat, non eſt
admirabile; erit autem valde admirandum, ſi aliquis ſic
fugiat à folio volante, tanquam à facie gladij, & in hoc
ſignificatur, ꝙ iſta non eſſet timiditas naturaliter veniẽs,
ſed à Deo inflicta. *Cadent nullo perſequente.* Hoc etiam per-
tinet ad magnum timorem, & hoc eſt vt aliquando vide-
retur Iudæis, ꝙ perſequebantur eos hoſtes, & fugerent,
cum tamen ſecũdum veritatem nemo eos perſequeretur.

De duabus paſſionibus fortibus, ſcilicet ira, & libidine, & de fortibus immutationibus factis in phantaſia per ſpecies libidinis, & timoris. Quaſt. XVIII.

HOc prouenit ex nimio timore. Naturaliter enim
hoc accidit, vt paſſiones quæ in nobis vehementes
ſunt, ſpecies multum tenaces, & valde immutatiuas cau-
ſent in phantaſia. Sic etiam eſt in amantibus, nimia nãque
affectione amantes circa res amatas ferũtur, ideo per no-
ctem plurimum eis accidit, vt amatæ rei cõſortio intereſ-
ſe videantur, vel vt amatarum rerum ſibi præſententur
effigies. & non eſt iſtud ſomnium tanquam leuis appari-
tio, quę ſolet eſſe in aliis viſionibus nocturnis, ſed cauſatur
fortis immutatio, tanquam realiter rei amatæ adeſſet ef-
figies. Qñ autem aliqua paſſio eſt, quæ adhuc magis mo-
uet, neceſſe eſt, vt fortiores adhuc faciat ſpecies in phãta-
ſia imprimi, & illæ fortiter mouent: ſic aũt eſt de timore,
nam licet amor impetuoſa ſatis paſſio ſit, atque ſuccedẽs,
timor tñ magis commouet, quod apparet: nam interdum
alicui tantus poteſt incumbere timor, vt totis viribus de-
ſtitutus, breuiſſimè moriatur. In amore autem nunquam
ſic fit, ẽt ſi inciderit maximus gradus amoris, ex apprehen
ſione excellentis formæ, qui iam in inſaniam vertitur, &
hunc Medici amorẽ hereos vocant. Neceſſe eſt igitur, vt
ſpecies cauſatæ in phantaſia propter timorem, fortius im-
mutent, quam cauſatæ propter amorem, vnde ſpecies ꝑꝑ
amorem cauſatæ per ſomnium, ita fortiter immutant, vt
videatur homini veriſſimè intereſſe conſortio rei amatæ,
per diem tñ non poteſt ſpecies cauſata per amorem, tm̄
immutare, vt alicui videatur præſẽtata effigies rei amatę,
niſi præſens ſit, quia hoc ad excellentiſſimum motum im-
mutationis phantaſticæ pertinet. Timor tñ excellentius
mouet, ita vt interdum tantus incumbat timor, ꝙ ſpecies
cauſata ex timore in phantaſia, tantum nos immutet, vt
videatur nobis, ꝙ videmus ipſam rem terribilem, & ta-
men omnino nihil videamus, & ſicut præſentibus hoſti-
bus ſi timidi ſumus fugeremus, ita in phãtaſia noſtra im-
preſſa tali ſpecie, quæ repræſentat nobis hoſtes ꝑ̃ſentiali-
A ter videri, fugiemus. Iſta autem permutatio phantaſiæ, vt
tales ſpecies propter timorem cauſentur, eſt interdum ꝑꝑ
magnã peruerſitatem naturæ, ſicut quibuſdam inciden-
tibus in graues ęgritudines cauſantur in eis paſſiones om-
nino innaturales, & iſte eſt vnus modus efficiendi homi-
nem beſtialem, iuxta Ariſtot. 7. Ethic. raro tamen hoc ac-
cidit. Hoc autem in pœnalitatem infligitur, & ideo erant
grauiores iſtæ permutationes, quã ſi fierent ſm naturam,
inquantum Deo maior operandi efficacia quam naturæ
ineſt. Quod aũt dr̃, ꝙ Iudæi caderent nullo perſequente,
effectus timoris huius eſt: nam timor validus mortificat,
& corpus viribus deſtituit, tunc ergo totus homo vniuer-
ſali totius corporis robore deſtitutus, ſe tenere non valens,
corruit, tanquam penitus corpus inanimatum foret. *Et
corruent ſinguli ſuper fratres ſuos.* Adhuc ſignificatur in hoc
B maior timor. Nam quando vnus homo, aut pauci ſunt, &
timent, non eſt admirabile, ſed ꝙ multi ſimul timeant fo-
lium volans, & fugiant tanquam à facie gladij hoſtilis,
valde mirum eſt; & hoc ſignificatur hic, cum dicitur, ꝙ
corruent ſinguli ſuper fratres ſuos, ſcilicet, ꝙ multi eſſent,
& fugerent, & propter deſiderium fugiendi, quidam ſu-
per alios caderent. *Quaſi bella fugiẽtes*, id eſt, iſte timor ve-
ſter non erit leuis, quanquã ſit de re leui: tñ erit maximus
de re leuiſſima, & hoc ſignificatur, quia dicitur: quaſi bel-
la fugientes: nam qui bella fugiunt, maximum habent
timorem, ſcilicet, mortis atrociter inferendæ. *Nemo ve-
ſtrum inimicis audebit reſiſtere.* Iſtud etiam ad timorem
pertinet: nam dato, ꝙ Iudæi aliquãdo pugnam haberent
in terra hoſtili cum hoſtibus ſuis, tamen non auſi fuiſſent
reſiſtere illis, etiam ſi potuiſſent reſiſtere, & hoc facerent
C timore premente eos. Aliqñ autem Iudæi diſſenſionem
habebãt, & pugnam cum hoſtibus, manentes in terra ho-
ſtili: ſic enim fuit, quando erant in Babylone, vt patet 2.
Machab. c. 2. *Peribitis inter gentes*, i. illi qui de vobis non
perierint per inflictionem plagarũ in terra veſtra, peribũt
in terra hoſtili, quia adhuc ibi Deus mitteret calamitates
ſuas ſuper illos, vt perirent ſicut alij ante eos perierant.
Hæc autem intelliguntur, quamdiu Iudæi manentes in
terra aliena, in peccatis prioribus manebant, ſcilicet, in
cultu Idolorum; aut in aliis iniquitatibus: tunc enim ſem-
per eos Deus premebat, quamdiu talibus inſiſterent, ipſi
tamen inclinabantur ad faciendum iſta, quando erant in
terra hoſtili, quia ibi videbant gentes vacare cultui Ido-
lorum, & ipſi ſequebantur eos; & erat eis hoc cauſa maio-
ris mali: ſic enim patet Deuteron. 4. cap. ſ. Delebit vos Do-
D minus, atque diſperget in omnes gentes, & remanebitis
pauci in nationibus, ad quas vos ducturus eſt Dominus,
Ibiq. ſeruietis Diis qui hominum manu fabricati ſunt, li-
gno & lapidi qui non vident, nec audiunt, nec comedunt,
nec odorantur. Et tunc cum Iudæi iſta facerẽt, premebat
eos in terra hoſtili, & vſque ad interitum, ſicut preſſerat
in terra ſua. Si autem conuerterentur, non premebantur,
ſed dabat illis Deus gratiam in conſpectu dominorum
ſuorum; & faciebat reuerti in terram ſuam, vt patet hic, &
magis clarè habetur 2. Paralipom. cap. 30.

Et hoſtilis vos terra conſumet. Conſumere eſt totaliter
perdere, & ſic erat Iudæis: quoniam delebantur vſque ad
nihilum, ſi in terra hoſtili manerent in iniquitatibus ſuis;
in quo eis ſignificabat Deus, nunquam redituros eſſe
in terram ſuam; & ſic fuit de decem tribubus Iſrael ca-
E ptiuitatis.

*Quod ſi & de iis aliqui remanſerint; tabeſcent in iniquita-
tibus ſuis, in terra inimicorum ſuorum, & propter peccata pa-
trum ſuorum &. ſua affligentur: donec confiteantur iniquita-
tes ſuas, & maiorum ſuorum, quibus prævaricati ſunt in me, &
ambulauerunt ex aduerſo mihi. Ambulabo igitur, & ego con-
tra eos, & inducam illos in terram hoſtilem, donec erubeſcat
incircumciſa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus ſuis.
Et recordabor fœderis mei quod pepigi cũ Iacob, & Iſaac, &
Abraham. Terra quoque memor ero: quæ cũ relicta fuerit ab
eis, complacebit ſibi in ſabbatis ſuis, patiens ſolitudinẽ propter
illos. Ipſi verò rogabũt pro peccatis ſuis, eo ꝙ abiecerint iudicia
mea, & leges meas deſpexerint. Et tamen ẽt cũ eſſent in terra
hoſtili, nõ penitus abieci eos, neque ſic deſpexi vt conſumerẽtur,
& irritũ facerẽ pactũ meũ cũ eis. Ego.n. ſũ Dominus Deus eo-*

rum, & recordabor fœderis mei priſtini, quando eduxi eos de
terra Aegypti in conſpectu Gentium, vt eſſem Deus eorum.
2.Cor.6. *Ego Dominus. Hæc ſunt iudicia atque præcepta & leges,*
quas dedit Dominus inter ſe & inter filios Iſrael in monte Si-
nai per manum Moyſi.

Quod ſi & de iis aliqui remanſerint. Hic agitur de illis
qui à Deo non occidebantur in terra hoſtili. Nam quan-
quam Deus Iudex iuſtus ſit, ſufficienter puniens pro pec-
catis quemcunque, hic tamen non apparet ſemper iſta
punitio, ſed magis in futuro puniendi locus eſt, ideo Deus
aliquando grauiter punit quoſdam hic pro peccatis ſuis;
alios verò maioribus, aut æqualibus ſceleribus implicitos
nihil punit. Ex quo nos ineptè arguentes, dicimus, iniu-
ſtum eſſe Deum: quoniam quædam punit, quædam verò ne-
quaquam; ſed iſta illatio non tenet: nam nihil mali eſt, G
quod ſecundum exigentiam ſuam à Deo non puniatur;
nihil etiam boni, quod ſufficiens præmium non recipiat;
hic tamen, nec ſufficientis pęnæ, nec completi præmij lo-
cus eſt. Ideo ex his quæ hic videmus accidere in punitio-
ne, & proſperitate, non eſt arguendum aliquos eſſe ini-
quiores aut meliores, cum non iuxta exigentiam taxētur
hic præmia, vel pęnæ, ſed hic iſta infligi inchoantur. Be-
ne tamen valet iſtud iudicium in futuro ſæculo, vt ſi ali-
quē altero videamus magis puniri, iudicemus ipſum ma-
gis peccaſſe, & ſi æqualiter, æqualiter. de præmiis quoq;
idem eſt. Et ſic dato, quod beati in vita ęterna non cognoſce-
rent actus bonos præcedentes aliorum beatorum, tamen ſcirent
quis eorum perfectius operatus fuerit, ex quantitate gra-
dus gloriæ, quem ſuper alium haberet. Idem etiam cogno-
ſcent damnati inter ſe, ex quantitate inflictarum pœnarū: H
hic tamen non cognoſcitur ex cauſa iam dicta. Ideo Deus ali-
quos de Iudæis peccantes in terra hoſtili conſumebat, fa-
ciens eos perire gladio, vel aliis incommodis, alios verò
eiſdem ſceleribus implicitos, non cōſumebat, ſed permit-
tebat vſque ad tempora, in quibus miſereretur eorum; &
ſic dicitur, quod ſic de his aliqui remanſerint, i. de his qui peccant
in terra hoſtili. Aliquis fortè dicet, quod non intelligitur de
his, ſed ſolum de illis qui erant boni, & colentes Deum in
terra hoſtili. Sed falſum hoc eſt: quia hoc dicitur, quod ſi aliqui
remanſerit de his, tabeſcēt in iniquitatibus ſuis, quod non
pertinet niſi ad eos qui viri mali ſunt. T*abeſcent in iniqui-*
tatibus ſuis. i. ſi Deus voluerit de iſtis peccantibus aliquos
reſeruare, ita vt non immediatè occidat, iſti tabeſcent in
iniquitatibus ſuis. Dicitur aūt tabeſcere in iniquitatibus, i. de-
ſiccari, vel putrefieri. ſ. quod iſti ſuſcipiēt aliquas pęnas, dum I
manſerint in iſtis ſceleribus, donec conuertantur, ſicut in-
fra habetur, ſed non penitus conſumentur. *In terra inimi-*
corum ſuorum. id eſt, iſtud tabeſcere in iniquitatibus, erat
in terra inimicorum: ibi enim puniebantur pro ſceleribus
ſuis, ſicut in terra ſua. Quanquam autem Iudæi conuerte-
rentur ad Dominum immediatè, vt ducerentur in terram
hoſtilem, non reducebat eos in terram ſuam, quoniam peccata
vetera commeruerant, vt manerent aliquanto tempore in
terra hoſtili, ſicut fuit de captiuitate Babylonica, in qua
Ieremias prædixerat, quod manerent Iſraelitæ annis ſeptua-
ginta, vt habetur 2. Paralip. c. vlt. ſic etiam Ierem. cap. 27. ideo
quāquam immediatè, vt ducti fuerunt in Babylonē, con-
uerterentur ad Deum ſuum, tamen non erant reducendi in
terram ſuam vſque ad completionem annorum ſeptua-
ginta. *Et propter peccata patrum ſuorum & ſua affligentur.* K

Quomodo Iudæi in omnibus captiuitatibus puniebatur pro pec-
catis ſuis & patrum ſuorum, etiam in deſtructione
facta per Romanos. Quæſt. XIX.

HIc ſignificatur, quod Iudæi, quando ducerentur in
captiuitatem, punirentur non ſolum pro peccatis
ſuis, ſed etiam pro peccatis patrum ſuorum. Sic patet in
tribus captiuitatibus Iudæorum, quarum prima fuit ca-
ptiuitas decem tribuum, in qua puniti ſunt, qui tunc erāt,
non ſolum pro peccatis ſuis, ſed etiam pro peccatis omnium
præteritorum à tempore Regis Ieroboam, qui peccare fecerat
Iſrael, vt patet 4. Reg. 17. c. Sic aūt fuit reuelatum Regi
Iehu, quoniam in temporib. ſuis pro peccatis ſuis, & aliorū Iſraelita-
rū captiuādi erant oēs, qui tūc erāt, ſed quia Iehu ſtudioſè
F complenit ea, quę Deus iuſſerat fieri cōtra domū Achab,
& cōtra Baalim, & cultores eius, promiſit ei Deus, vt ma-
neret regnum illius vſque ad quartam generationē filiis
ſuis, & poſtea ſequuta eſt captiuitas. Sic patet 4. Reg. cap.
10. Idem etiam factū fuit de captiuitate Babylonica: nam
vt maximè illa fuit facta propter peccata Regis Achaz,
qui fuit peſſimus, & pro aliis peccatis præcedentibus, tamen
non fuit facta immediatè, ſed poſt generationes aliquas,
quoniam Ezechię Regi filio Achaz promiſit Deus, quod vſque ad
aliquas generationes regnarent filij ſui, & tamen partim pro-
pter peccata eius fuit captiuitas Babylonica, vt fuit 4.
Reg. 20. c. Idem etiam de captiuitate facta per Romanos, quoniam
ibi Iudæi puniti ſunt non ſolū pro peccatis ſuis, ſed etiam pro
peccatis patrum ſuorum, qui Chriſtum occiderant, cum
illa captiuitas propter peccatū in morte Chriſti patratum
G ſceleſte inducta ſit, & tamen non fuit immediatè facta poſt
mortē Chriſti, ſed poſtea per quadragintaduos annos, vel
quaſi, & ſic plurimi ibi propter peccata patrū ſuorū occiſi fue-
runt. Nā de illis qui in morte Chriſti fuerunt, iā plurimi
obierant, ſ. Pōtifices Iudæorū, & Seniores, & Phariſæi, at-
que Scribæ, & Sacerdotes, cū iſti fuiſſent viri maturæ æta-
tis, & quidā eorū grādæui, & tamen ab eo tēpore vſq; ad qua-
dragintaduos annos non fuit facta punitio illius ſceleris.

Poſt mortem an puniantur filij pro peccatis patrum. Et an iura
Canonica, & Ciuilia cum puniunt filios pro peccatis pa-
trum, ſint iuſta. Quæſt. XX.

QVOD autem dicitur hic, quod puniatur quis pro ſcele-
ribus ſuis, ſatis notū eſt. Sed dicitur etiam, quod punitur pro ſce-
H leribus patrū. In quo ſciendum, quod aliqui modi pę-
narum ſunt, qui nunquam infliguntur niſi ipſis peccanti-
bus, filiis aūt, vel nepotib. nequaquā; huiuſmodi eſt pœna
æterna, quæ nunquā venit in filios propter peccatū patrū, hoc
ſignificauit Deus Exodi 32. c. quando Moyſes petiuit, vt Deus
remitteret populo peccatū, vel deleret eum de libro vitæ:
Deus aūt reſpondit. Qui peccauerit in me, delebo eū; quaſi di-
cat, nō delebo te, quia nō peccaſti: nec delebo quenquam
niſi peccātem: hoc enim pertinet ad deletionem de libro
vitæ ſecundum iuſtitiam præſentem, vel ſecundū firmam
præſcientiam; & quantum ad hoc, nunquam Deus punit
vnum pro altero. Si tamen intelligatur de pęna tempora-
li, ſ. quod Moyſes nō fuerit punitus propter populum, falſum
eſt: quoniam ipſe dixit irā Dei veniſſe ſuper ipſum propter pec-
cata populi, dicens; Nec miranda in populo indignatio,
I cū & mihi propter vos Dominus iratus ſit, vt patet Deut.
c. 1. Aliæ aūt pœnæ ſunt tēporales, & iſtæ infliguntur pro
peccato, & tunc, aut filij imitantur patres in peccatis, aut
non: Si imitantur, puniuntur pro peccatis ſuis, & pro pec-
catis patrum, & hoc vſque ad tertiam, & quartam gene-
rationem. Sic patet Exod. 30. c. & Deuter. 7. c. & ſic intel-
ligitur hoc, quod illi qui captiuabantur, puniebantur in terra
hoſtili pro peccatis ſuis, & patrum ſuorum. Et rationabi-
le eſt, quod puniantur filij peccantes aliquando pro patribus
ſuis, quoniam illis conſentiunt ſimilia operantes, & tunc
quanquam ex operatione ſua ipſi mereantur pœnam, tamen
non ſolum recipiunt pęnam ex actione ſua eis conuenien-
tem, ſed aliquam pœnam quam merebantur patres eorum.
Et hoc intelligitur quantum ad iudicium Dei, qui infligit
pœnas, ſecundum quod intelligit conuenire; in iudicio tamen ho-
K minum aliter mandabat eſſe faciendum, ſ. vt nunquā mo-
rerentur pro filiis patres, nec filij pro patribus, vt patet
Deuter. c. 24. & obſeruabatur hoc, etiam ſi patres cōmit-
terent crimen læſæ maieſtatis; quod patet: quia nullum
crimen poteſt eſſe magis pertinens ad læſam maieſtatem,
quam quod ſerui occidant Regem, & tamen propter hoc filij il-
lorum non occidebātur, ſicut patet 2. Paral. c. 25. vbi Rex
Amaſias comprehendit eos, qui occiderant patrē ſuū Re-
gem, & occidit eos, tamen non occidit filios eorū; & exprimi-
tur ibi cauſa, ſ. quia iuſſum erat in lege Moyſi, ne filij pro
patribus occiderētur. Leges tamen humanæ aliquas pęnas in-
fligunt filiis pro peccatis patrum, in quibuſdam peccatis
ſpecialiter, ſicut in læſa maieſtate. Iura etiam Canonica in-
terdū filios pro patribus puniunt, quia in quibuſdā magis
deformitatem, quam culpam inſpiciunt, vt patet in filiis preſ-
byterorum, quos antiqua iura ſeruos Eccleſiæ faciebant,
nunc

Cur hic non videatur iuſtũ quandoque iudicium Dei.

nunc vero prohibent ab Ordinibus, vt patet extra, de filiis presbyt. per totum. Hoc autem declaratur in corpore viciatis,& leproſis, atque ſimilibus: qm̄ qui talia patiuntur,ad ordines non permittuntur accedere; & ſi eos iam habeant,ab adminiſtratione deponūtur,quod tamen culpa non eſt,ſed ſolum macula corporalis;Deus autem non punit niſi pro culpis, qm̄ alterū habet iudicandi modum. Sed tñ propter hoc non ſequitur male agere iura humana,quin potius ſi econtrario agerent, prauè factum eſſet, cum Deus puniat pro peccatis patrum filios,occidēdo illos.Et an hoc verum ſit in magnis, vel in paruis, & generaliter de tota iſta materia punitionis filiorum pro patribus,latè dictum eſt Exod.24.c.ſuper patre,non occidētur patres pro filiis,& magis dicetur Matth.5.c. *Donec confiteantur iniquitates ſuas*, i.iſti qui manebant in terra hoſtili in ſceleribus ſuis, ſemper à Deo puniebantur, quouſque confiterentur ſe peccauiſſe, & peterent ſibi impertiri miſericordiā: Deus enim tūc exaudiebat eos, vt patet Deut. 4.& 30.c.cū verò confiterentur iniquitates ſuas, Deus reducebat illos in gratiam dominorum ſuorū, faciēs ne affligerentur,& ponebat eis in corde,vt remitterent illos in terram ſuam, quando eſſet à Deo præfinitum tempus captiuitatis illorum, ſicut fuit in tempore Regis Cyri Perſarum,in cuius tempore cōpleti ſunt ſeptuaginta anni captiuitatis Iudaicæ in Babylone,& Deus dedit illi mentē, vt remitteret omnes Iudæos in terram ſuam, vt patet 1. Eſdræ,c.1. *Et maiorum ſuorum.* Hic eſt ordo præpoſterus, quoniam prius debet aliquis confiteri peccata maiorum ſuorum, quam confiteri ſua, ſed iſta mutatio ordinis aliquando eſt & nō infrequens in Sacra Scriptura: & etiam apud Poetas; ſic enim dicit Virgilius in 2. Aeneidos.

Moriamur mediaq. in arma ruamus.

Prius enim dicere debuiſſet ruamus in arma media, & deinde moriamur,ordinem tamen nō tenuit. *Quibus præuaricati ſunt in me*, id eſt, per iſtas iniquitates præuaricati ſunt contra me, qm̄ qui peccat in Deum, præuaricari dicitur,id eſt,rebellare, vel transgredi ipſius præcepta. *Et ambulauerunt ex aduerſo mihi*, i.fecerunt cōtra mandatum meum,in quo dicuntur ambulare ex aduerſo mihi, i.tanquam hoſtes mei mihi repugnare volētes. *Ambulabo igitur,& ego contra eos*, i.ſicut ipſi contra me, ita & ego cōtra eos ambulabo, ipſi quidem in me præuaricando, ego aūt pœnas inferendo. Et fit hic recapitulatio, qm̄ non intelligitur de his quæ Iudæi tolerarent in terra hoſtili, de quibus hactenus dictū fuerat, ſed de his quæ paterentur antequam ducerentur in captiuitatem.Quod patet:quia dicitur immediatè,& inducam illos in terrā hoſtilem,& ſic neceſſariò eſt mutatio ordinis in recapitulando,& anticipando,quæ ſæpè fit in Sacra Scriptura. *Et inducam illos in terram hoſtilem.* i.faciā eos captiuari ab hoſtibus,& transmigrare de terra ſua; erat autem iſta pęna extrema, quæ dabatur Iudæis; nam quāquam mors maximum malum ſit,quia eſt vltimum terribilium,iuxta Ariſtot.3.Ethicor. tamen captiuitas erat maius malum, inquātum erat vniuerſalius: nam licet eſſet ſtrages hoſtilis in terra Iudæorum deletis quibuſdam,alij remanebant: terra tamen redigebatur in ſolitudinem, quando captiuitas fiebat, & transmigratio. *Donec erubeſcat incircumciſa mens eorum.* id eſt, ego ducam eos in terram hoſtilē, & tenebo eos ibi donec erubeſcat mens eorum incircumciſa, id eſt, donec erubeſcant de ſceleribus ſuis. Non debet hoc intelligi affirmatiuè,ſ.ꝙ immediatè,vt Iudæi conuerterentur ad Dominū in terra hoſtili, Deus reduceret illos in terram ſuā, donec conuerterentur ad Dn̄m. Dicitur autem erubeſcere mens Iudæorum,id eſt,conteri de peccatis:nam hominis contriti erubeſcere actus eſt:non enim ſolū erubeſcere quis dēt de peccato ſuo, qn̄ alteri cōfitetur,ſed etiam cum apud ſeipſum cogitat,ſi verè de commiſſis dolet: qui autem in cogitatione præteritorum malorum gaudet, idq. ex conſideratione particularium circumſtātiarum peccatorum,non pęnitet:ſed iterum ſe peccatorē cōſtituit: ideo cauendum eſt à tali cogitatione. Vocatur autem hic mens Iudæorum incircumciſa,id eſt, habēs mala deſideria deordinata;& ponitur ad vituperium: nam quando aliquis incircumciſus erat, iudicabatur valde contēmptibilis, & ignominioſus; ſicut patet de Ionatha filio Saulis, qui qn̄

Extrema pœna q dabatur Iudæis.

Erubeſcere actus eſt contriti.

A loquebatur ad improperium Philiſtinorum,dixit:trāſeamus ad ſtationē incircumciſorum horum,vt patet 1.Reg. 14.c. & Dauid cum valde voluiſſet improperare Goliath Gethæo, dixit ad Saulem:erit incircūciſus iſte, ſicut vnus ex illis. Aliquando aūt vocatur incircumciſum omne illud,quod ineptum eſt ad officium ſuum, ideo,quia labia ad loquendum ſunt data, qui cōuenienter ſermones proferre nequit,incircumciſa labia habere dicitur: Sic enim Moyſes de ſe dixit,quòd erat incircumciſus labiis, ex eo, quòd non poterat bene loqui,ſicut patet Exodi 4.c.ſ.Obſecro Domine,non ſum ego eloquens ab heri, & nudiuſtertius, ex quo loquutus es ad ſeruum tuum; impeditoris linguæ, & tardioris ſum, & alibi vocatur ſæpè incircumciſus.Ita autem, quando cor non habet cogitationes conuenientes,incircumciſum dicitur. Vel poteſt dici mēs in-
B circumciſa, ad ſimilitudinem circumciſionis factæ in genitalibus membris:nam in circumciſione præputiū,quod ſuperfluum videbatur,auferturr: qui ergo deſideria vana, vel ſuperuacua habet,incircumciſam mentem habere dicitur. Sic erat in Iudæis, qui deſiderabant inutilia, relinquentes Deum ſummæ vtilitatis ſummum bonum.

Tunc orabunt pro impietatibus ſuis .id eſt, quando Iudæi cognoſcentes peccata ſua cœperint erubeſcere, orabunt, vt dimittantur eis patratæ impietates. Impietas.n. quanquam à quibuſdam accipiatur largè pro omni vitio, tamen propriè ſignat idololatriam, vel infidelitatem, aut hæreſim: nā pietas dicitur eſſe id, quod latria, & eſt quædam virtus, ſecundum quam omnes impendunt Deo aliquem famulatum, tanquam debitum ſibi. & ſic omnes actus colendi Deum,ſiue ſint in fide,ſpe, & caritate(qui-
C bus principaliter colitur Deus, iuxta Auguſtinum in Enchiridion)ſiue ſint actus exteriores, vt ſacrificare,vel laudare,vel adorare,aut ſimilia opera facere,dicuntur actus latriæ, vel pietatis: qui verò actus cōtrarios habet,vt quia non rectè de Deo ſentit, quemadmodum ſunt infideles, vel hæretici, vel quia non colit Deum verum, ſed alicui alteri ſacrificia facit,vel alia obſequia impendit, impius dicitur,& huius vitium dicitur impietas, vel idololatria, aut hæreſis. Sic autem accipitur hic,quoniam quanquam Deus Iudæos puniret, ducens in captiuitatem pro multis generibus vitiorum, ſpecialiter tamen pro idololatria, & ſic Iudæi conuerſi ad Dominum in terra hoſtili orabant pro impietatibus ſuis,id eſt,pro crimine idololatriæ quod commiſerant, vt remitteretur eis.

Impietas quid ſit.

Et recordabor fœderis mei. id eſt, ego recordabor fœde-
D ris, vel pacti, quod feci cum Abraham, Iſaac, & Iacob, ſcilicet, quòd ſemen eorum eſſet populus meus in æternum,& ego miſererer eorum.

Duplex littera expoſitio.

Et poteſt intelligi dupliciter hoc; Vno modo, ꝙ Deus recordaretur fœderis, quando Iudæi orarent pro impietatibus ſuis;quaſi dicat,quòd ante hoc, non recordabatur fœderis,id eſt, non obſeruabat illud, quia fędus erat, vt acciperet illam gentem ſibi ſpecialiter in populum, & vt cuſtodiret ab aliis gentibus nocere volentibus: nunc aūt non cuſtodiebat, permittens Iudæos in manu hoſtili captiuos detineri,ſed iuſtè in hoc faciebat. Nā pactum Dei intelligebatur cum conditione, quia ſicut Deus dixit, quòd acciperet Iſraelitas in populum ſibi, ita Iſraelitæ inierunt pactum cum Deo, promittentes ei, quòd legem eius obſeruarent, & eum acciperent in Deum: quoniam
E ergo ipſi fidem iſtam fregerant, rectè Deus poterat eis fidem datam frangere.

Alio modo intelligitur, ꝙ Deus recordabatur tunc fęderis ſui,i. ꝙ fœdus ſuum erat cum Iudæis, vt eos ab omnibus malis eriperet, ſi tamen ipſi eum vt Deum colerēt: ſi autem non colerent, non tenebatur Deus ad obſeruationem pacti,ideo toto tempore quo in captiuitate hoſtili Iudæi tenebantur, non debebat Deus recordari pacti ſui, antequam conuerterentur ad eum;cum verò in corde ſuo conuerterentur,Deus obſequabat illis pactum,& videbatur eſſe ad hoc aſtrictus,non ex lege fęderis, quia pactum ſemel fractum,non habet vires,niſi conſenſus partium reintegretur,vel in eo expreſsè caueatur de hoc, ſed ex lege benignitatis: Deus enim benignus, & patiens eſt,& multæ miſericordiæ,vt patet Exodi 34.cap.ideo hominem ad ſe conuerſum quandocumque recipit.

Mm 3 *Quod*

Quod pepigi cũ Iacob,& Iſaac,& Abraham. Ordo omnino mutatus eſt hic, qm̃ prius debuiſſet dici de Abraham; deinde de Iſaac; poſtea de Iacob ; quoniam iſte eſt ordo ſucceſſionis temporis,& compoſitionis fęderis; Primò namque cum Abraham fędus initum fuit,poſtea verò cum filio eius Iſaac, & conſequenter cum Iacob ; ſed interdum Scriptura ponit talem mutationem ordinis.

An hic fuerit præpoſitus Iacob, tanquam fuerit iuſtior alijs; Et quòd omnes promiſſiones Iudæorum venerunt propter Abraham,quia erat maioris meriti. Quæſt.XXI.

DICET aliquis, hoc non ſine myſterio factum fuiſſe,ſcilicet, ꝙ fuit mutatio facta ordinis temporalis, ſed non ordinis dignitatis : quoniam dignior fuit Iacob quam Iſaac, & Iſaac quam Abraham , ſecundum quòd, G quidam nituntur probare ex eo, quod diximus ſuper Geneſ.cap.49.vbi dicitur de reuelationibus factis iſtis tribus Patriarchis ; & dicitur, quòd ſemper reuelatio poſterioris erat excellentior reuelatione priorum : vnde Iacob videtur dicere , quòd benedictiones datæ ſibi , fuerint excellentiores benedictionibus datis patribus ſuis, cum loquitur ad Ioſeph,dicens: benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius:donec veniret deſiderium collium æternorum.

Reſpondendum eſt ad hoc,ꝙ recipiendo hunc ſenſum illius dicti,quanquam alij ſenſus etiam ibi ſint, cócedendum eſt, benedictiones Iacob fuiſſe maiores benedictionibus patrum ſuorum:non tamen ex hoc ſequitur,ꝙ ipſe fuerit melior patribus ſuis, ſed potius Abraham fuit melior,quàm Iſaac,& Iacob.& ſic eum tota Sacra Scriptura H laudat. Quod patet:quoniam ipſe fuit principium benedictionum, vt dicit Apoſtolus ad Galat.cap.3.ſ. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones , & ſemini eius , quaſi dicat,ꝙ ei primo dictę ſunt.Etiam de ipſo repetitur ſæpiſſimè,quòd Deus fecerit pactum cum eo, & benedixerit illi , de aliis aũt non ſic multoties reperitur.Etiam quia benedictiones datæ Abrahę datę ſunt ſibi propter merita ſua,& nõ meritis aliquorum patrum præcedentium , ſed filiis ſuis , & nepotibus datæ ſunt benedictiones propter eum,ſicut patet Eccleſ.44.cap.ſcilicet,Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria, qui conſeruet legem excelſi. & poſtea dicitur. & in Iſaac eodem fecit modo propter Abraham patrem ipſius , benedictionem omnium gentium dedit illi , & teſtamẽtum cõfirmauit ſuper caput Iacob.Si autem Iacob fuiſſet ſan- I ctior,quàm Abraham, promiſſiones fuiſſent factæ Iacob propter ſeipſum,& non propter Abraham.Idem argumendum eſt de Iſaac. Item, patet hoc ex benedictionibus datis: nam ſi benedictio,quæ data fuit Iacob,diſtinguatur à benedictione,quæ data fuit Abrahæ,modicum ſuperfuerit,ſed iungẽdo eam benedictioni Abrahæ aliquid ſuperadditur, & quia illa benedictio , quæ eſt Iacob, & Iſaac, eſt propria benedictio Abrahæ,nõ poteſt diſtingui benedictio iſtorũ à benedictione Abrahæ,quia ſe habent ſicut totum, & pars, & iſta non connumerantur ab inuicem.

Dicendum eſt ergo,ꝙ non ponitur hic iſta præpoſteratio ordinis temporalis ad conſtituendum ordinem dignitatis,qm̃ dignior erat Abrahã aliis , & poſterius ponitur, ſed ponitur ſic à caſu , quia non multum de talibus curat Sacra Scriptura, præcipuè, qm̃ ſi propter aliquod myſte- K rium fieret hic iſta præpoſteratio, obſeruaretur in aliis locis Sacræ Scripturæ , ſed non reperitur, immò potius econtrario,vbi Moyſes orabat vt aliquid boni euenire Iudæis,idq. merito iſtorum Patriarcharum,primò ponebat Abraham. Et id maximè adhuc patet: quoniam ſi Iacob poneretur hic primò, tanquam dignior , cum obſecrationes fiant in nomine illius , qui dignior eſt , deberent fieri magis nomine Iacob, quam aliorum Patriarcharum,ſed econtrario accidit,quoniam expreſſis Abraham,& Iſaac, aliquando ſubticetur Iacob,vt patet Exod.32.cap.vbi rogabat Moyſes Deum,vt dimitteret iniquitatem Iſraelitarum, non eſt ergo iſte ordo ſic poſitus ad denotandum aliquod myſterium.

De pacto autem inito cum his tribus Patriarchis habetur ex proceſſu Geneſ. De Abraham habetur Geneſ. F 12.& 15.c.& 17.& 22.c.De Iſaac habetur Geneſ.27.cap. De Iacob habetur Geneſ.28.cap.& in aliis locis. Sed pactum propriè initum fuit cum Abraham , & ei iuramentum præſtitum pariter fuit,vt habetur 22.c. cum dicitur: Per memetipſum iuraui dicit Dñs. Iſaac autem & Iacob non fuit præſtitum iuramentum, ſed fuit pactum initum ſub cõditionibus factis Abrahæ, vt patet Geneſ. 26.& 28. capp. *Terræ quoque memor ero,* i.ego recordabor terræ quã tradiderã eis. Dicitur autem recordari,quia toto tpe,quo Iudæi tenebantur in captiuitate, nõ reducebat eos in terram ſuam , nec faciebat aliquid pro illa:cum verò cõuertebantur ad Dñm,recordabatur terræ benefaciens ei,reducendo ad eam cultores & habitatores ſuos:nã pulchritudo quædam, & bonus ſtatus ipſius terræ eſſe vr, cultores habẽdo,& habitatores. Et dicit Deus,ꝙ recordabitur G terræ, quaſi ſpecialius diligat illam terram, quam omnes alias; ſic enim ſignificatur Deut.11.c.cum dicitur : Terra enim,ad quam ingredieris poſſidendam,nõ eſt ſicut terra Aegypti, de qua exiſti,vbi iacto ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ,ſed montuoſa eſt, & campeſtris, de cælo expectãs pluuias,quam Dominus Deus tuus ſemper inuiſit, & oculi illius in ea ſũt à principio anni vſque ad ſinem eius. *Quæ cum relicta fuerit ab eis ,complacebit ſibi in ſabbatis ſuis,*i.terra promiſſionis quãdo relinquebatur ductis Iudæis in captiuitatem,habebat ſabbata, ſcilicet,obſeruans annos remiſſionum, & iubilæorum, quos non obſeruauerant, quando Iudæi manebant in illa: ideo dicebatur complacere in ſabbatis ſuis,id eſt,delectari pro quiete ſibi data, quia tunc recuperabat annos, quos ſibi Iudæi prius abſtulerant. *Patiens ſolitudinem propter illos.* H Quanquam.n.terra dicatur quieſcere in ſabbatis ſolitudinis ſuæ, qñ Iudæi erant extra illam, tamen dicebatur deſerta cultoribus, & habitatoribus: & hoc ſibi bonum non erat,cum ad decorem terræ,faciat eſſe cultam, & habitatam. & ſic dicitur terra pati ſolitudinem tanquam ſolitudo iſta mala ſit : & eſt propter illos, id eſt, propter Iudæos. peccata enim ipſorum exegerunt, vt ducerentur ipſi de terra ſua,& maneret terra in ſolitudine.

Ipſi vero rogabunt pro peccatis ſuis. Iſta repetitio eſt ſupra poſitorum. Dixerat enim Deus,ꝙ Iudæi in terra captiuitatis ſuæ affligerentur,quouſque erubeſceret incircumciſa mens eorum , & tunc orarent pro impietatibus ſuis, & Deus recordaretur fęderis ſui.

Eo quòd abiecerint iudicia mea. Iſtud eſt cauſa ſuperiorum ; & non intelligitur,ꝙ ideo orabũt pro iniquitatibus I ſuis,quia abiecerunt iudicia Dei : nam peccatum non eſt cauſa orandi , ſed eſt aliquid pro quo orari debeat , vt remittatur. Sed declarat iſta clauſula quoddam ſubintellectum:nam dictum fuerat,ꝙ orabunt pro peccatis ſuis:hic declaratur, quænam illa peccata ſint,ſ.ꝙ abiecerint iudicia Dei, id eſt,nõ obſeruauerint præcepta iudicialia: conſiſtunt enim iudicialia præcepta in directione proximi ad proximum : Iudæi autem infringebãt iſta præcepta in oppreſſione pauperum, & iniuriis,& damnis datis. Et ſic quanquam captiuitas magis Iſraelitis ſuperuenerit propter idololatriam,vt ſupra dictum fuit,tamen aliquo modo etiam illa euenerat propter iniuſtitiam , quæ fiebat pauperibus, vt patet ex principio Iſaiæ.

Et leges meas deſpexerint. Pertinent leges ad cæremonialia , quæ vocantur legitima , vel legalia , eo ꝙ ſint per K poſitionem ſolam ipſius Legiſlatoris. & quanquam ponantur hic iſta duo genera præceptorum : tamen per ea intelliguntur præcepta Moralia , quæ ſunt principia , & origo iſtorum : & Iudæi infringebant ita illa , ſicut iſta : immo in fractione illorum erat communiter error, ſcilicet,colendo idola:quod eſt contra præcepta Moralia,ſcilicet,contra primum præceptum.

Et tamen etiam cum eſſent in terra hoſtili, nõ penitus abieci eos. Hic declarat Deus quomodo ſit miſericors verſus Iudæos; nam ex eo, ꝙ ipſi fregerũt pactum eius,poterat penitus relinquere illos in manu hoſtili , & tamen non reliquit : quin etiam, quando erant in peccatis ſuis nondum conuerſi ad Deũ, Deus cuſtodiebat illos ad aliquod tempus, in quo conuerterentur , vt ſic poſſent miſereri illorum. Nam cum quis in peccato eſt , non conuenienter miſereri poteſt illius , cum peccato correſpondeat pœna;

Deus quõ ſit miſericors verſus Iudæos.

pœna: ſed miſericordia, quæ à Deo tunc exhibetur, eſt, vt ſpectet ad tempus, in quo homo conuertatur ad ipſum, & tunc eſt dignus miſericordia. Hoc declarat Iſaias 30. c. dicens: ideo expectat nos Deus, vt miſereatur noſtri.

Nec ſic deſpexi, vt conſumerentur. id eſt, ego non penitus reliqui eos à miſericordia mea: & in hoc ſuperabundat bonitas Dei malitiæ Hebræorum, quoniam Hebræi totaliter à Deo auerſi erant: Deus tamen non erat penitus auerſus ab eis: nam ſi ab eis totaliter auerſus fuiſſet, reliquiſſet eos deſtruendos in poteſtate hoſtili, ſed id non fecit.

Et diceret aliquis, ꝙ Deus deſpexit Iudæos, cum permitteret eos in captiuitatem duci: nam cum eos diligeret, non ducebantur in terram alienam. Reſpondendum eſt, ꝙ Deus abiecit, & deſpexit Hebræos cum ducebantur in captiuitatem, non tamen totaliter eos abiecit: nam ſi totaliter abieciſſet, hoſtilis gladius deuoraſſet eos, ipſe tamen ex aliqua parte obſeruauit illis miſericordiā ſuam; quia licet permiſiſſet eos pati, non tñ perire paſſus fuit; & hoc innuit cum dicit: Nec ſic deſpexi eos, vt conſumerentur, i. deſpexi eos, vt affligerentur, non tamen tm̄, vt occidi omnes permitterem. *Et irritum facerem pactum meum cum eis*. Duo pacta habebat Deus cum Iudæis. Vnum initit cum Abraham, vt habetur Geneſ. 15. 17. & 22. c. & iſtud poſtea cum filiis eius, ſ. Iſaac, & deinde Iacob reiteratum fuit, licet non ſub eiſdem ſollemnitatibus, ſ. ſine præſtatione iuramenti, & ſine immolatione animalium, vt patet Geneſ. 26. & 28. capp. Hæc duo tamen præceſſerūt in pacto inito cum Abrahā, vt habetur Geneſ. capp. 15. & 22. Iſtud primum pactum fuit initū cum patribus Hebræorum, ſcilicet, cū Patriarchis. Alterum autem fuit pactum initum cum ipſis Iudæis in monte Sinai, quando ipſi conſenſerunt ſuſcipere omnem legem, quam Deus daret, & eum ſolum in Deum acceperunt, & Deus etiam illos accepit in populum ſpecialem, & in regnum, de cunctis populis terræ. Iſta duo pacta memorātur in hoc cap. De primo habetur ſupra cum dicitur: Recordabor fęderis mei quod pepigi cum Iacob, & Iſaac, & Abraham. De ſecundo habetur infra cum dicitur: Et recordabor fęderis mei priſtini, quando eduxi eos de terra Aegypti in conſpectu gentium, vt eſſem Deus ipſorum. Manifeſtum autem eſt nō poſſe hoc intelligi de pacto inito cum Abraham: quia hoc præceſſerat quaſi per annos quadringentos, & triginta, vel per annos quadringentos ſaltem, ſed verius eſt per annos quaſi 430. vt colligitur ex eo, quod dictum fuit Geneſ. 15. & Exod. 12. cap. Sed neceſſario intelligitur de fędere inito in monte Sinai, quod fuit paucis diebus poſt exitum de Aegypto, ſcilicet, per menſem, & dimidium vel paulo amplius. De quo Exodi 19. cap. Hoc aūt quod hic dicitur, intelligitur de ſecundo fędere inito in monte Sinai. Quod patet; quia dicitur; Et irritum facerem pactum meum cum eis. Si enim intelligeretur de primo pacto quod fuit cum Abraham, nō diceretur pactum meum cum eis, ſed pactum meum cum patribus eorum, ſicut ſæpiſſimè dicitur in his lib. Moyſi; ex quo innuitur, ꝙ ex vtroque fœdere Deus ſpecialiter iuuabat Iudæos, ſcilicet, ex fędere inito cum Abraham, & ex fędere contracto cum illis, ſed ſecundum eſt propter primum. Et dicit Deus, quòd ideo obſeruauit miſericordiam ſuam Iudæis, vt non faceret irritum pactum. Ad quod aliquis diceret, quod Deus non irritabat pactum ſuum, quanquam non miſereretur Iudæorum, quia illud erat conditionaliter conſtitutum, ſcilicet, vt Deus acciperet Iudæos in populum, & illi acciperent ipſum in Deum. Cum ergo ipſi abiecerunt illum, ne eſſet Deus eorum, ipſe abiicere debebat eos ne eſſent populus eius; nec in hoc videbatur infringere pactum, quoniam ipſi primo datam fidem non ſeruauerunt, & frangenti fidem fides quoque frangenda eſt. Reſpondendum, quòd quanquam pactum Dei eſſet conditionale, intelligebatur tamen, quod ipſe nunquam eos totaliter derelinqueret, niſi cum ipſi à Deo totaliter diuerterent. Nam quāquam homo cū mortaliter peccat, totaliter auertatur à Deo, cū non remaneat ei aliquid per quod Deo vnitus eſſe poſſit quia caritas eſt vinculum vnitiuum, quo Deo vnimur, & incorporamur, ſicut patet 1. ad Corint. c. 6. ſcilicet: Qui diligit Deū, vnus ſpiritus eſt

Duo pacta habebat Deus cum Iudæis.

A cum eo, ſed per quodlibet peccatum mortale tota caritas perditur: ergo quandocunque aliquis mortaliter peccat, remanet à Deo totaliter auerſus.

Sed adhuc accipiendo largius, accipitur aliter eſſe hominem à Deo auerſum: & aliquādo eſt totaliter auerſus, aliquando autem ſecundū quid. Dicitur aūt homo à Deo ſecundum quid auerſus, quando propter peccatum mortale à Deo recedit, quando corrigibilis eſt, & aliquando corrigetur. Interdum autem dicitur homo à Deo auerſus totaliter: & hoc eſt cum recedit ab eo per peccatum mortale, & incorrigibilis manet, nec vnquam corrigetur.

Hominē eſſe à Deo auerſum dupliciter cōtingit.

His duabus auerſionibus à Deo, correſpōdent aliæ duę auerſiones Dei ab homine. Prima auerſio eſt, cū Deus ad tempus permittit hominem, aut cogit cadere in aliquas calamitates, poſtea tamen cum ſubleuat; & iſta auerſio B correſpondet primæ, qua homo à Deo auertitur per peccatum mortale, & poſtea redit. & ſic Deus aliquando punit, poſtea verò miſeretur eius ipſo redeunte ad eum per pœnitentiam.

Secunda auerſio Dei ab homine eſt, quando eum totaliter derelinquit anguſtiis premendum, & cōſumendum ſine aliqua ſpe reditus, & hoc correſpōdet ſecundæ auerſioni hominis à Deo, qua homo recedit inſanabiliter, & incorrigibiliter à Deo. Et ſic intelligebatur iſtud pactum Dei cum Iudæis, ſcilicet, quòd quando ipſi recederent à Deo ſecundum tempus, ipſe quoque temporaliter ab eis recederet, cum verò ipſi inſanabiliter à Deo auerterētur, Deus quoque ab eis ſine vlla ſpe reditus deflecteret. Si autem Iudæis derelinquentibus Deum ad tēpus, ipſe dereliquiſſet eos in æternum, iam irritū feciſſet pactū ſuum, C quoniam non debebat eos deſerere in æternum, niſi pro irremidiabili auerſione: ſed ſic fuit in omnibus captiuitatibus, & afflictionibus primis Iudæorum, quibus ipſi receſſerunt à Deo ſecundum quid. ergo ſi Deus receſſiſſet ab eis tunc totaliter, fregiſſet pactum ſuum: ideo dicit, ꝙ non penitus abiecit eos, nec deſpexit, vt cōſumerentur, & hoc, vt non faceret irritum pactum ſuum. q. d. ſi penitus abieciſſet, irritaſſet fędus. Nunc autem poſt mortem Saluatoris Iudæi inſanabiliter, & incorrigibiliter à Deo ſe auerterunt: ideo Deus illos inſanabiliter, & irremediabiliter dereliquit, & tamen non frangitur pactum. *Pactum meum cum eis*. Intelligitur de pacto quod factū eſt in mōte Sinai, de quo Exo. 19. & 23. c. Alterum autem pactum D primum non fuit initum cum eis, ſed cum patribus eorū. *Ego enim ſum Dominus Deus eorum*. Hic ponitur ratio ſuaſiua, quomodo Deus miſereatur Iudæorum nō infringens pactum, ſ. quia ipſe Dominus Deus eorū eſt, & propter hoc habet curam magis ſpecialem de eis, quam de ceteris gentibus, ſicut patet Exod. 19. & Deuter. 7. cap. vbi Deus dicit, ꝙ ſua eſt omnis terra, ipſe tñ accipiet eos in regnum, & in gentem ſanctam, & in peculium, & in populum acquiſitionis. ſed homines habent magis ſpecialē curam de rebus ſuis, quam de alienis: ideo Deus veriſimile eſt ꝙ curaret de Iudæis, quia ſpecialiter ad eū pertinerēt. *Et recordabor fœderis mei priſtini*. Repetitio ſuperiorū eſt. Dicitur Deus tunc recordari fędéris, qñ adiuuabat eos ſecundum fędus quod cum eis pepigerat. Cum verò eos affligi permittebat, videbatur non recordatus fęderis ſui.

E *An fœdus factum cum Abraham ſit iſtud quod hic dicitur; vel fœdus factum cum Iudæis. Et quod ſit illud quod dicitur fœdus priſtinum. Quaſt. XXII.*

Et dicitur fęderis mei priſtini, id eſt, antiqui; propter quod aliquis dicet, intelligi debere hoc de fœdere inito cum Abraham: quia illud fuit prius per annos quadringenteſimos triceſimos, quam fędus factum cum Iudæis in monte Sinai. Sic declarat Apoſtolus ad Galat. cap. 3. dicens: Hoc autem dico, Teſtamentum confirmatum à Deo: quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad euacuandam promiſſionem. Sed pactum Dei cum Iudæis, & lex data in monte Sinai in eodem tempore fuerunt, quanquam tribus diebus præceſſerit pactum ipſam legem dandā: nam cum Iudæi feciſſent pactum cum Deo, dixit Deus ad Moyſen: Sanctifica eos vſque in diem tertium. Et tunc ſe-

quitur: In tertio enim die deſcendet Dominus corā omni plebe ſuper montem Sinai,& infra dicitur: Iam aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cęperunt audiri tonitrua,ac micare fulgura:& hoc erat quando data eſt lex;ſicut patet Exod. 19.& 20.c.ergo per quadringentos & triginta annos præceſſit pactum initum cū Iudæis; & ſic dicet aliquis iſtud bene vocari priſtinum. Sed dicendum eſt,ꝙ litera ſequens nō permittit,cum dicitur:quando eduxi vos de terra Aegypti; ergo oportet, quòd tunc fuerit fędus initum,quando Iudæi exierunt de Aegypto; & iſtud eſt fędus contractum in monte Sinai.

Vocatur autem iſtud fędus priſtinum, non reſpectu temporis,in quo Deus loquebatur Iudæis iſta, quia eodē anno,& in eadem manſione factum eſt pactum, & dicta ſunt iſta; quod patet: quia iſtud pactum conuentum fuit initum in monte Sinai, vt patet Exod. 19.cap. & iſta verba,quæ hic habentur,dicta ſunt etiam in monte Sinai, vt patet ex fine cap. ſ. Hæc ſunt iudicia atque præcepta & leges,quas dedit Dominus inter ſe,& filios Iſrael in mōte Sinai per manū Moyſi. In eadem ergo manſione vtrumque factū fuit. Etiam in eodem anno iſta facta ſunt computando annum à momento in momentum; quod patet: quia filij Iſrael venerūt in montem Sinai prima die menſis tertij, vt patet Exodi 19.c.in principio:& receſſerūt Iſraelitæ de monte Sinai anno ſecundo ab exitu de Aegypto, menſe ſecundo die vigeſima mēſis, vt hr̄ Num. 10.c. & ſic decem dies deficiebant ad complendum annū:ideo in minori tempore quam ſit vnus annus, factum eſt pactum, & dicta ſunt iſta verba: immo non potuerunt eſſe menſes vndecim inter pactum,& inter iſta verba, qm̄ pactum fuit factum in die prima menſis tertij, anno primo exitus de Aegypto,vt patet Exod. 19.c. quanquam aliqui velint, ꝙ fuerit factum in tertia die, de quo in eodē c. dictum fuit vſque ad principium; ergo ſecundi menſis anni ſequentis non erant perfecti vndecim menſes; quod patet:quia detrahitur vnus dies,vel tres ſm̄ quoſdā,de mēſe tertio anni primi. Sed iſta verba dicta fuerunt ante principium ſecundi menſis anni ſecūdi,quod patet Num.c.1. quoniam ea quæ ibi ſequuntur, incępta ſunt in prima die menſis ſecundi, anni ſecundi ab exitu de Aegypto. & ſic non fuerūt vndecim menſes inter pactum factum, & iſta verba dicta: ergo non vocabatur iſtud fędus priſtinū reſpectu temporis,in quo Deus iſta loquebatur. Sed vocabatur fędus priſtinum, referendo illud ad tempus,in quo Deus recordaretur iſtius fęderis, cū dicatur: recordabor fęderis mei priſtini.i.tunc erit ipſum priſtinum, quando ego recordabor eius, & hoc erat quando Iudæi manebāt in captiuitatibus: & tunc benè poterat dici priſtinum, quia ab eo tempore, quo iſta verba dicta fuerunt, vſque ad tempus primæ captiuitatis, multa temporum ſpatia elapſa fuerūt; quod patet de captiuitate decem tribuum, & de captiuitate Babylonica. Etiam ſi intelligatur quantum ad tempora omnium ſeruitutum hoſtilium, vel afflictionum,non poteſt intelligi,quòd eſſet fędus iſtud niſi priſtinum: nam non poteſt intelligi, quòd Deus recordaretur fęderis ſui quantum ad hoc toto tempore, quo manſerunt Iudæi in deſerto, quoniam tunc ipſi præualuerunt contra hoſtes, & etiam multo tempore poſt mortē eius, poſtea vero conuerſi ad idola oppreſſi ſunt à Gentibus, vt habetur Iudic. cap.3. & ſic ſi illo tempore Deus recordaretur fęderis ſui, iam diceretur priſtinum, quia eſſet centum annorum, vel amplius; vt patet computādo quadraginta annos deſerti,& annos Ioſue, & aliorum ſeniorum poſt eum, quorum tempore Iſraelitæ ſeruierunt Domino, & non fuerint traditi in manu aliquorum hoſtium. Sic patet Iudic. cap.2. cum dicitur: Seruieruntq. Domino cunctis diebus eius,& ſeniorum, qui longo poſt eum vixerunt tempore.ſed in centum annis ſatis apte poteſt aliquid vocari priſtinum. *Quando eduxi eos de terra Aegypti.* Hic determinatur tempus fęderis conſtituti,ſcilicet, quòd hoc fuit quando Deus eduxit Iſraelitas de Aegypto: nā poſt exitū de Aegypto, diebus quinquaginta, vel quaſi, factū eſt pactū iſtud. Iſraelitæ namque exierunt de Aegypto die decimaquinta mēſis primi, vt patet Exod.12.& Numer.33.c.fuit autem factum pactū menſe tertio,die primo menſis, vel die tertio, vt aliqui volunt.

F & ſic fuerunt dies quadraginta ſex, vel quadraginta octo à die exitus de Ægypto, vſque ad factionem fęderis. *In conſpectu Gentium.* Iſta eſt determinatio ſuperioris dicti,ſ. quando eduxi eos de terra Ægypti: nam iſta eductio fuit in conſpectu omnium Gentium, id eſt, in conſpectu omnium Aegyptiorum,qui videbant Iudęos exire de Aegypto. ſic patet Numer.33. cap. ſcilicet: Profecti igitur de Rameſſe menſe primo, quintadecima die menſis primi, fecerunt altera die phaſe filij Iſrael in manu excelſa, videntibus cunctis Aegyptiis, & ſepelientibus primogenitos, quos percuſſerat Dominus.

Alio modo intelligitur in conſpectu gentium, id eſt, ſcientibus omnibus alijs gentibus. Dicuntur enim illa fieri in conſpectu alicuius, quæ ad eius notitiam peruenerūt: ſed iſta eductio fuit cognita immediatè apud omnes gen-
G tes, & timuerunt propter hoc. Sic patet Exod. 15.cap. in Cantico Moyſis & filiorum Iſrael.ſ. Aſcenderunt populi, & irati ſunt: dolores obtinuerūt habitatores Philiſthiim: tunc conturbati ſunt principes Edon, robuſtos Moab obtinuit tremor: & obriguerunt oēs habitatores Chanaan. *Vt eſſem Deus eorum.*id eſt,ideo eduxi Iſraelitas de Aegypto,vt eſſem Deus eorum, id eſt, vt eis ſpecialia beneficia facerem,tanquam ſi eſſem Deus eorum ſpecialiter.vel vt eſſem Deus eorum,id eſt, vt ſpecialiter colerer ab eis magis quàm ab alijs gentibus, dando eis ſpeciales leges colendi me atque viuendi. *Ego Dominus.* Hic manifeſtat poteſtatem,& veritatem ſuam ad completionem prædictorum,ſcilicet,quòd ipſe recordabitur omnium, quæ dixit, & conſeruabit veritatem; nam iſta facere poterit, quia Dominus eſt, & ea facere volet veritatem conſeruando,
H quia Deus eſt,qui fidelis eſt,& ſeipſum negare nō poteſt, iuxta Apoſtolum 2. ad Timot. c.2. *Hæc ſunt iudicia atque præcepta & leges.* Hic ponitur epilogus prædictorum,ſcilicet, quòd iſta quæ dicta ſunt,ſint leges, & præcepta tradita à Deo in monte Sinai.

Et dicuntur hic leges, præcepta, & iudicia, quæ ſunt tria genera ad ſignificandū omnia genera mandatorum, ſcilicet, Moralia, Cæremonialia, & Iudicialia: omnia enim hæc data fuerunt à Deo in monte Sinai. de Moralibus patet Exod.20.cap.nam ibi datus eſt Decalogus cōtinens præcepta Moralia; & illud fuit ſuper monte Sinai, vt patet eod.capite. De Cæremonialibus autem, & Iudicialibus patet ex proceſſu huius libri,& præcedentis. Pro quo ſciendum, quòd iſtud pronomen demonſtratiuum (hæc) poteſt dupliciter demonſtrare. Vno modo quòd
I demonſtret omnia præcepta, quæ in hoc libro continentur, & omnia quæ in Exod. à principio 19. cap.quoniam ab illo loco omnia fuerunt in monte Sinai.

Quæ præcepta data ſunt in monte Sinai.

Alio modo poteſt intelligi,ꝙ iſtud pronomen demonſtratiuum, ſolum demonſtret ea, quæ continentur in hoc libro, quoniam hæc data ſunt in monte Sinai, & quod amplius eſt,data ſunt in Tabernaculo fęderis,vt patet ſupra 1.cap.in principio. Vterque horum ſenſuum eſt conueniens. Sed adhuc conuenientior videtur primus, ſcilicet, quòd intelligantur omnia præcepta contenta in hoc libro, & in Exodo. Nam quamquam hic contineantur multa præcepta Cæremonialia per totum librū, & quædam Moralia ſupra 19.c. Iudicialia tamen vel pauca, vel nulla ſunt, quamquam verius aliqua ſint,ſed rariſſima. Accipiendo autem, ꝙ demonſtrentur hic omnia præce-
K pta, quæ habita ſunt à princ. 19.cap.Exod.vſque huc,poterunt dari Moralia,quæ habentur Exod.20.cap. ſ. totus Decalogus; & Iudicialia multa, quæ habentur Exod.21. vſque ad 24. & Cæremonialia, quæ habentur à princip. 25.cap. vſque ad finem Exod. & à principio libri huius, vſque ad finem. Et iſte ſenſus tenendus eſt. Dr̄ hic, Præcepta, & per hoc intelliguntur Moralia; per Iudicia intelliguntur Iudicialia, quæ ſunt ad actiones forales, & cōicationes ciuiles; per Leges intelliguntur præcepta Cæremonialia,quæ ſunt purè leges,conſiſtentes per ſolam poſitionem. *Quas dedit Dominus inter ſe, & filios Iſrael.* id eſt, leges iſtæ & præcepta illa, ſunt inter Deum, & Iſraelitas, id eſt, ſunt de modo quo ſe habere debeant Iſraelitæ ad Deum;& nō intelligitur,quòd ſint inter Deum & Iſrael, id eſt,ꝙ obligentur ad eas Iſraelitæ,& Deus. Nam Deus nulli legi ſubijci pōt, cum nullus ſuper eū Legiſlator ſit;

Quō intelligatur Deū inter ſe ac filios Iſrael leges poſuiſſe.

nec

A nec ipſe poteſt ſubdere ſe legi ſuæ, quaſi lex ſuper eum habeat poteſtatem: nam par in parem non habet imperium; Deus enim eſt æqualis ſibiipſi, vel magis eſt idem ſibi; ergo eſt impoſſibile, ꝙ lex ab eo poſita, habeat poteſtatem ſuper eũ. Poteſt etiam aliter intelligi, ꝙ Deus poſuit inter ſe, & Iſraelitas iſtas leges: quia aliquid eſt in eis quod obſeruare deberet ex parte Iſraelitarum, aliquid verò quod ex parte Dei; & hoc, quia multæ harũ legum non ſolum ſunt tanquam leges, ſed tanquam pactum; eſt autem pactum inter partes conuentum, atque vtriuſque conſenſu firmatum, in quo quid vtraque pars facere debeat ponitur. & ſic eſt in pleriſque legibus, in quibus dicitur, ꝙ ſi Iudæi obſeruauerint tale, vel tale, Deus faciet eis talia, vel talia bona; & ſic tales leges pertinent ad Deum & ad Iſraelitas. Ideo conuenienter dicitur, ꝙ Deus
B ſtatuit iſtas leges inter ſe, & Iſrael. *In monte Sinai*. i. omnes iſtæ leges cæremoniales, Iudiciales. & Morales datæ ſunt in monte Sinai incipiendo à c. 19. Exod. vſque huc. Sed differentia eſt: quia ea quæ habẽtur in Exod. ex c. 19. vſque ad finem, dicta ſunt, & facta in primo anno egreſſionis de Aegypto: nam id quod vltimum eſt in Exod. ſcilicet, erectio Tabernaculi iam conſtructi, fuit factum in principio ſecũdi anni exitus de Aegypto, vt apparet Exo. capite 40. ea autem quæ habentur à principio Leuitici, vſque huc, dicta ſunt in ſecundo anno. Quod patet: quia cum in iſtis teneatur ordo, & in eis, quæ habentur Exod. vltimo cap. dicitur, quod facta ſunt in principio ſecundi anni exitus de Aegypto, ſ. menſe primo, & die prima anni ſecundi, ergo neceſſe eſt, quòd omnia quæ in hoc libro dicuntur, fuerint geſta poſt primam diem anni ſecundi, & ſic in anno ſecundo fuerunt acta omnia iſta.

Præcepta huius libri & illa Exodi quo differant.

C Differunt etiam præcepta, quæ habentur in iſto libro, & quæ habentur in Exodo: quia ea quæ habẽtur in Exodo, data fuerunt extra Tabernaculum, cum nõdum fuiſſet cõſtructum Tabernaculum, vt patet Exo. vltimo cap. Ea verò, quæ habentur in toto Leuitico, dicta fuerũt intra Tabernaculum, vt apparet ſupra, 1. cap. in principio. Et non ſolum ea quæ habentur hic, & in Exodo, dicta fuerunt in mõte Sinai, & facta, ſed etiam multa eorum, quæ habentur in libro Numerorum, ſ. omnia quæ ſunt vſque ad 10. capit. quod patet: quia Numer. 1. cap. dicitur, quomodo receſſerit nubes de monte Sinai, & Iſraelitæ mouerint caſtra. & ſic fere omnia pręcepta, quę data ſunt Iudæis, fuerint data in monte Sinai; nam ea quæ habentur vſque ad cap. 10. Numerorum, fuerunt facta in mon-
D te Sinai; quæ autem poſtea ſequuntur, ad hiſtoriam pertinent, & non ad præcepta. rara. n. præcepta ibi ſunt, & eorum, quæ ibi iubentur, plurima ponuntur per recapitulationem, quoniam in mõte Sinai data ſunt; ea verò, quæ habentur in Deuteron. ſunt per recapitulationem poſita, quoniam ibi Moyſes recitauit partem eorum, quæ in aliis libris poſita fuerant, & multa eorum declarauit. Sed non fuerunt ibi nouiter data iſta præcepta, ſed ſolum recitata, vel explanata: ideo dicitur magis id quod habetur in Deuter. explanatio legis, quã legiſlatio, ſicut patet Deuteronom. cap. 1. ſcilicet, cępitq. Moyſes explanare legem, & dicere: Dominus Deus noſter, &c. patet ergo, quòd fere tota lex Moſayca in monte Sinai data fuerit. *Per manum Moyſi*, id eſt, per Moyſen, ſcilicet, quòd omnia præcepta ſupra poſita fuerunt data à Deo Iſraelitis, &
E non fuerunt data immediatè, ſed per Moyſen, ſcilicet, ꝙ Deus dabat præcepta iſta Moyſi, & Moyſes recitabat ea populo. & dicitur per manum Moyſi, id eſt, per ipſum Moyſen, tanquam per inſtrumentum: ita quòd non intelligantur iſta præcepta data à Moyſe, ſed à Deo, tanquam Moyſes non fuerit legis conditor, ſed Deus. Et iſto modus loquendi eſt per metaphoram, quoniam per manum Moyſi non poteſt dari aliqua lex, quia lex eſt aliquid rationale, & non poteſt derivari niſi per inſtrumenta rationis: huiuſmodi autem non eſt manus: ergo per manum nõ datur lex, ſed magis per linguam, quæ exprimit mentis conceptum, ſcilicet, ipſam legem conceptam. Ponitur tamen manus, quia eſt inſtrumentum operationum generale, cum dicatur organum organorum, vt patet in 2. de Anima.

CAP. XXVII.

Votorum cõmutatio.

L ocutusq. *eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos: Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam: ſub æſtimatione dabit pretium. Si fuerit maſculus a vigeſimo anno vſque ad ſexageſimum annum, dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram Sanctuarij: ſi mulier, triginta. A quinto autem anno vſque ad vigeſimum, maſculus dabit viginti ſiclos, femina decem. Ab vno menſe vſque ad annum quintum, pro maſculo dabuntur quinque ſicli, pro femina tres. Sexagenarius, & vltra, maſculus dabit quindecim ſiclos; femina decẽ. Si pauper fuerit, & æſtimationem reddere non valebit: ſtabit coram Sacerdote, & quantum ille æſtimauerit, et viderit eum poſſe reddere: tantum dabit.*

Locutuſq. Superius dicebatur de feſtis; & feſtorum obſeruatione. Hic conſequenter agitur de votorum ſolutione. & iſta eſt quarta pars, & vltima huius libri, & pertinet ad præcedentia, quoniam principale huius libri eſt de ſacrificiis: ipſa autem ſacrificia aliquando ſunt votiua, & aliquando ſpontanea, vt patet ſupra, 7. & 22. cap. ideo oportuit dici de ſolutione votorum, & de diuerſitate vouentium. De hac etiam materia agitur Num. 30. cap. vbi ponitur quinam ſint qui obligentur ad votum factum, & qui ſint qui non obligentur.

Diſtinguitur autem hoc in tres partes, quia Primò agitur de voto obligatis. Secundò, de conſecratis. Tertiò, de decimis. Secunda ibi: *Omne quod Domino conſecratur.* Tertia ibi: *Omnes decimæ.* Prima in duas, quia Primò agitur de redemptione votorum. Secundò, ſoluitur dubium circa redemptionem ipſorum. Secunda ibi: *Primogenita.* Prima in duas, quia Primò agitur de voto circa perſonã humanam. Secundò de voto circa rem poſſeſſam. Secunda ibi: *Animal autem*. Circa primum. *Locutuſq. eſt Dominus ad Moyſen dicens*. Iſta lex ſicut omnes aliæ data fuit Iſraelitis à Deo per Moyſen, quoniã nulla lex dabatur immediatè Iſraelitis à Deo, ſed omnes mediãte Moyſe, præter Decalogum, qui datus eſt in voce tubæ ad omnem populum, vt patet Exodi 20. & Deuteron. 7. cap. Ceteras autem leges Moyſes à Deo recipiens recitabat Iſraelitis.

Vbi data fuerit hæc lex huius capituli; & an ſimul data fuerit cum omnibus ſuperioribus, vel alio tempore.
Quæſt. I.

De hac lege dubitaret aliquis vbi data ſit, quoniam in fine præcedentis capitis dictum eſt, quòd omnes leges præcedentes datę fuerint in mõte Sinai. ex quo videtur, quod cum iſta lex nõ ſit de illis, non fuerit data in eodem monte. Reſpondendum eſt, quod etiam omnia, quæ habentur in hoc capite, data ſunt in monte Sinai: quod patet: quia in fine capitis dicitur: Hęc ſunt præcepta quæ mandauit Dominus ad filios Iſrael in monte Sinai. De hac etiam lege dubitabitur, an ſimul data fuerit cum omnibus ſuperioribus, vel alio tempore. Reſpondendum eſt, quod hoc non poteſt cõſtare: conſtat tamen quod non omnes iſtæ leges, quæ habentur in hoc Leuitico, poſitæ fuerint ſimul vnica prolatione, ſ. quod non ceſſauerit Dominus dare illas, poſtquã incęperit, vſquequo compleuerit; nam inter quaſdam earum facta eſt interpolatio, ſicut probatum fuit ſupra, 16. cap. Quidquid tamen fuerit, neceſſe eſt, quod omnes leges, quæ habẽtur in toto hoc Leuitico datæ fuerint in vno menſe. quod patet: quia omnia iſta dicta fuerunt intra Tabernaculum fœderis, vt habetur ſupra, 1. cap. vel ſaltem primæ leges harũ, ibi datæ fuerunt. Sed Tabernaculum fuit erectum in prima die menſis primi, anni ſecundi ab exitu de Ægypto, ergo neceſſe eſt, quòd iſtæ leges cęperint dari in primo menſe anni ſecundi. Sed omnes iſtæ conſummatæ fuerunt ante principium ſecundi menſis anni eiuſdem. ergo intra vnum mẽſem datæ fuerunt omnes iſtæ leges. Quod autem finitæ fuerint ante menſem ſecundũ, anni ſecundi, patet Numeri 1. cap. quoniam ea de quibus ibi recitatur,

inchoata fuerunt in prima die mēſis ſecundi, anni ſecundi; & ſic in paucis diebus datæ fuerunt omnes iſtæ leges, quæ habētur in lib. hoc, qm̄ in paucioribus quàm triginta diebus. *Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos*. In hoc ſignificatur, ꝙ quælibet lex bis proferebatur. Primò, proferebat eam Deus Moyſi. Secundò proferebat eam Moyſes populo. *Homo qui votum fecerit*. Tota iſta lex eſt de votis.

De voto obligatu.

Poteſt autem homo vouere quidquid ſui iuris eſt, qm̄ votum eſt tanquam donatio, cum transferatur ibi dominiū; & ſolum eſt ſuper illas res, in quibus homo habet dominium, vel aliquòd ius; & in iſto cap. ſolum agitur de ſolutione votorum, præſupponendo, ꝙ vota facta ſint valida; quia ſi ille, qui vouet, non eſt ſui iuris, vel id quod vouet nō pertinet ad eum totaliter, vel ſi pertineat, forte eſt aliquid inhoneſtum: & ideo in hoc diſtinguitur, an ille, qui vouet, ſit vir, vel ſemina; & ſi vir, an ſit iuris ſui, id eſt, emancipatus, vel non: & ſi ſemina an ſit totaliter in poteſtate patris, vel non, & ſi ſit aliquo modo extra poteſtatē patris, an ſit deſponſata, vel maritata, vel vidua, & ſic de multis aliis, de quibus omnibus plura Num. 30. c. quia de hoc eſt tota materia eiuſdem. Eſt autem hoc generale, ꝙ id, ſuper quo aliquis habet plenū ius, poteſt vouere, & nō ſolum ſi habeat plenum ius, ſ. dominium, ſed etiam ſi habeat ius alio modo dictū: nam nemo eſt dñs ſuipſius, nec ſeipſum poſſidet, ſicut res poſſeſſas, qm̄ nō poteſt eſſe dñs etiam vnius membri ſui, vt patet ff. ad leg. Aquil. in l. liber homo, à fortiori ergo, nō erit aliquis dominus ſuipſius, ſicut eſſe dñs ſerui ſui, vel poſſeſſionis; poteſt tamen ſeipſum vendere, ſecūdum legem diuinam, vt patet Exodi, 21. cap. & ſupra, 25. cap. Etiam ſm iura humana poteſt homo vendere ſeipſum, qn̄ eſt maior viginti annis, ad participandum pretium, vt Inſtit. de iure perſonarum. Sicut ergo aliquis ſeipſum vēdere poteſt, ita de ſe poterit facere omnes contractus, qui minores ſunt vēditione, vel æquales; ita etiā eſt de voto, qm̄ cum aliquis vouet ſeipſum Deo, non tantum obligatur, quantum ſi eſſet ſeruus venditus alicui homini. Si ergo cuilibet eſt poteſtas vendendi ſeipſum: ergo à fortiori inerit ſibi poteſtas vēdendi ſe Deo. & qm̄ homo eſt nobilius ſubiectum quod Deo voueri poteſt, Legiſlator primo ponit hic quid ſit agendum, qn homo ſeipſum vouet. *Et ſpoponderit Deo animam ſuam*. id eſt, ſpoponderit Deo ſeipſum. Vouere & ſpondere, idem ſunt: ſed ponuntur hic iſta duo, qm̄ ſpondere ſignificat promiſſionem ſolam, vouere ſignificat ipſas cęremonias, quæ fiunt ad confirmandum promiſſionem, & totum hoc complet rationem voti; quamquam vouere, & ſpondere aliter diſtinguantur: quoniam vouere ſignificat promiſſionem Deo factam: ſpondere autem ſignificat promiſſionem, quæ fit cuilibet. *Spoponderit Deo animam ſuam*. Spondere animā, eſt ſpondere ſeipſum.

Anima multipliciter ſumitur.

Anima enim multipliciter accipitur. Vno modo pro Spiritu, ſm quòd commune eſt, & iſto modo non poteſt accipi hic: quia anima non poteſt ſponderi Deo ad aliquid, quaquam econtrario anima bene poſſit ſponderi dæmoni, ſicut quidam, vt adiuuentur à dęmonibus, inientes cum eis pacta, ſpōdent illis animas ſuas: iſtud enim dæmoni gratiſſimum eſt: ſed Deus non vult ad quidquam ſponſionē animæ noſtræ, ſed potius nobis eſt gratia & beneficium, quod ipſe velit ſuſcipere animam noſtram, immo omnia alia, quæ nos Deo vouemus, & in honorem eius facimus; ideo fiunt, vt ſuſcipiat animam noſtram. Alio modo accipitur anima pro ipſo corpore, etiam quando mortuum eſt: & hoc modo accipitur Numeri 9. cap. cum dicitur, quòd quidam erāt polluti ſuper animam hominis, id eſt, erant polluti, quia tetigerāt corpus hominis mortui. Alio modo accipitur anima pro vita, ſicut dicitur de aliquo, quòd poſuit animam ſuā in manibus ſuis. Sic patet Pſal. 118. Anima mea in manibus meis ſemper. & Chriſtus habebat iſtum modum loquendi, vt patet Matth. 16. & Ioan. 12. capitibus.

Alio modo accipitur anima pro ipſo homine; & ſic dicitur ſæpe in Sacra Scriptura, quod de femore Iacob exierunt animę ſeptuaginta, vt patet Geneſ. 46. & Exodi 1. capitibus. & Deuteron. 11. etiam dicitur Machab. 1. cap. 2. quòd occiderunt Gentiles mille animas hominum, id eſt, mille homines;

F Non poteſt autem accipi hic anima pro corpore mortuo, quia Deo nemo vouere poteſt corpus mortuum: nam cum homo cadauer erit in poteſtate ſua non eſt: votu m tamen ſemper eſt de illis quæ libertati noſtræ ſubſunt. Et etiam quia corpus mortuum ad nullam operationem vtile eſt: ſed cū nos Deo quicquam vouemus: hoc ideo facimus, vt ſpecialiter proficiat in cultum eius. Alio modo accipitur anima pro vita, & iſto modo conuenienter accipitur hic, ſcilicet, quòd aliquis ſpoponderit vitam ſuam Deo, ad hoc, quòd tota illa ſit dedicata ſpecialiter in cultum eius. & tunc homo vitam ſuam dicitur hic perdere, quia eam ponit in poteſtate alterius, & ad vtilitatem, vel honorem alterius abdicans eam à ſe, nec quicquam illius relinquens ſibi: & hoc modo homo habebit vitam in futuro ſeculo duplicatam, quia illam hic perdi-

G dit, iuxta illud Matth. 16. c. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me: qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. & Ioan. 12. cap. dicitur: qui amat animam ſuam, perdet eam, & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.

Poteſt etiam vltimo modo accipi, ꝙ homo promittit animam ſuam, id eſt, ſeipſum totum, & hoc, vt Deo ſpecialiter ſeruiat, abdicans ſe ab omnibus aliis quaſi iam ſibi non viuat, ſed Deo. & ſic ſunt omnes, qui religionem ingrediuntur, quoniam ſe ipſos Deo vouent, ita, vt iam non faciant opera carnis, ſcilicet, ea quæ eis placent, ſed quæcumque Deo placita ſunt: nec etiam iam ſibi viuunt, ſed Deo. ante tamen quam ſe vouent, ſibi viuebant ple-

H na vtentes libertate: nunc vero nihil ſibi libertatis reliquerunt.

De voto quo aliquis ſe Deo obligat, vel obligat res ſuas ſolum, & quomodo differant incomparabiliter. Quæſt. II.

Apud Iudæos fiebant alia vota, quanquam nō ſoluebantur hoc modo. Et dicitur hic, ꝙ aliquis ſpoponderit animam ſuam, ad differentiam eius, qui ſpōdet res ſuas. Non eſt enim vlla comparatio ſpondentis ſe, ad ſpondentem res ſuas, quia ſicut homo liber incomparabiliter valet magis quam res ſuæ: ita quando ſeipſum vouerit, incomparabiliter Deo magis dat, quam cum vouerit omnes res ſuas, maximè, quoniam Deo ſponſio rerum noſtrarum ſecundum ſeipſum, grata non eſt, ſed inquan-

I tum dependet ex deuotione dantis. Nam nihil Deo eſt magis dare pecuniā, quā nihil dare: omnia. n. eius ſunt. Sed ideo iſta aliquando grata ſunt; quia à mentis ardore proficiſcuntur. Et quoniam votum propriè eſt quando quiſquam alteri dat id, quod eſt ſui iuris, & iſtæ res poſſeſſæ plenè non ſunt noſtri iuris, ſed iuxta diſpoſitionem Dei nobis cedunt: ideo cum de eis quidquam ſpopōderimus, nihil de noſtris ei vouemus, ſed de ſuis: ideo quantum eſt ex ſeipſa, ſponſio iſta modicum, aut nihil proficiebat, ſed inquantum dependet ex aliquo, quod eſt noſtrum. Cum enim Deus omnia, quæ nos habemus, habeat, & iuxta voluntatem ſuam de eis diſponebat, vnum nobis proprium reliquit, ſcilicet, volūtatem noſtram: hæc enim eſt propriè propria noſtra. ideo cum iſtam Deo damus, & aliquid quod noſtrum eſt, damus: & ſic eſt hoc Deo gra-

K tiſſimum, quia in hac ſola ſponſione de noſtris offerimus, in omnibus autem aliis offerimus de his quæ Dei ſunt. ſic enim dicebat Rex Dauid Deo: Omnia tua ſunt Domine, & quæ de manu tua accepimus, offerimus tibi, vt habetur 1. Paralipom. cap. 29. Et ideo quantum eſt ex conditione ipſius rei, quæ vouetur, maius eſt ſi quis voueat ſeipſum Deo, abdicans à ſe libertatem, & ſubiiciens eam obſeruantiis regularibus propter Deum, quam ſi totum mundum vouerit, qui in poteſtate eius eſſet, ſe tamen non voueret: immo totum mundum vouere non ſolum minus eſſet, quam ſeipſum vouere, immo nihil eſt, ſi comparetur ad hoc quod eſt ſeipſum vouere. Ex quo ſequitur, quòd inæſtimabilis precij eſt & meriti apud Deum, cum quis ſincera intentione vouet libertatem ſuam Deo, ſuſcipiens alicuius ordinis regularis obſeruantiam. Nec videtur eſſe aliquis alius actus, qui ex genere actus æquetur

Votū religionis eſt maximè meritoria extra martyrium.

tur huic in merito, niſi forte quis propter cultũ Dei mortem ſubeat, quoniam iam iſta caritas excedit omnem caritatem; cum maiorem caritatem nemo habeat, quàm vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis, vt patet Ioan. 15. capite.

Quomodo vota fiant dupliciter, ſcilicet, cum determinatione temporis, vel loci, & aliquando ſimpliciter; & quæ obligatio naſcatur ex quolibet iſtorum; & quæ differentia ſit inter vota Veteris Teſtamenti & Noui. Quæſt. III.

CONSIDERANDVM autem circa hoc, quod hic dicitur de ſponſione animæ, quòd aliquis poſſit ſpondere animam ſuam dupliciter. ſ. ſimpliciter, vel ſecũdum determinationem temporis, vel actus. Hic autem accipitur de ſponſione ſimpliciter; vt ſi aliquis dicat: ego me Deo voueo, nihil aliud exprimendo, vel ego voueo me Deo ad ſeruiẽdum in tali Eccleſia. iſtud votũ eſt ſimpliciter factum, & ideo obligat ad totam vitam. Nam ſi dixerit ſolum, ego me voueo Deo, nihil alterum exprimens, intelligitur votum factũ de libertate tribuenda Deo: & tunc neceſſe eſt, quòd talis intret aliquam religionem, quanquam non determinatè obligabatur ad vnam, vel ad alteram ex genere voti. ſi autem dicat, ego voueo me ad ſeruiendum ſimpliciter in tali Eccleſia, debet tota vita manere ſeruiendo vtilitatibus illius Eccleſiæ.

Vota autem aliquando poterant fieri ſecundum determinationem temporis, vt ſi aliquis dicat, ego voueo ſeruire per annum, vel per menſem, in tali Eccleſia: ſolum tenebitur ad illud tempus. Promiſſiones autem ſiue vota, de quibus hic agitur, ſunt ſimpliciter facta, ſine temporis limitatione; quod patet: quia dicitur, ſi quis ſpoponderit animam ſuam. i. vitam ſuam, vel ſeipſum totum; patet etiam, quoniam ponuntur æquales taxationes pretiorum pro vouentibus, vtpotè, ſi quis fuerit annorum viginti, & vouerit animam ſuam, debet dare in commutationem ſiclos quinquaginta, & hoc erat generale apud omnes ſic vouentes. Si tamen fierent vota ſecundum determinationẽ, aliquis poſſet vouere ſe per mẽſem, & aliquis pro die, & aliquis pro tota vita. & ſic neceſſe erat quòd fierent precia diuerſa in vouentibus, quod tamen non fit.

Conſiderandum etiam quòd in hoc eſt differentia inter vota Noui & Veteris Teſtamenti, quoniam in Nouo Teſtamento ſi aliquis vouerit ſeipſum, non reducitur votum in pecunias, ſed eo modo quo ſe vouerit, tenebit votum, vt ſi vouerit accipere ordines ſacros, tenebitur accipere; & ſi voueat intrare religionem, eodem modo. In Veteri autem Teſtamento vota etiam intelligebãtur eodẽ modo. ſ. quod quicumque ſe voueret Deo, promittebat ſe inſiſtere velle cultui Dei ſpeciali. Non poterãt autem hoc laici facere in Veteri Teſtamẽto: nam nemo de illis poterat vouere ſe ad miniſtrandum in Sacerdotio. Solum enim hoc filiis Aaron conceſſum erat; quòd ſi quis extraneus conaretur illud efficere, moriebatur, vt patet Numer. cap. 3. etiam ſi iſte eſſet de Leuitis, qui habebant propinquitatem magnam cum ipſis Sacerdotibus, patet hoc in Rege Ozia qui laicus erat, & quia miniſtrare voluit, percuſſus fuit lepra tota vita ſua, vt patet 4. Reg. 15. cap. De Leuitis volentibus miniſtrare in officio Sacerdotali apparet de Chore & ſociis eius, qui erant de genere Leui, & voluerunt vſurpare Sacerdotium Aaron. Nam quidam illorum combuſti ſunt; alij verò viuentes à terra abſorpti ſunt, vt patet Numeri 16. cap. ergo nemo ſe poterat vouere ad Sacerdotium, niſi fuiſſet de genere Sacerdotali, ſicut non poteſt aliquis laicus manens purè laicus, vouere ſe Deo ad dicendum Miſſam per menſem, quia repugnat ſtatui ſuo. Differt tamen, quoniam in Veteri Teſtamento erat ſimpliciter impoſſibile: in Nouo autem non, ſcilicet, quòd ille; qui laicus eſt in nouo Teſtamento, non poteſt ſe vouere ad dicendum miſſam manẽs laicus; poteſt tamen ſe vouere ad accipiendum ordines ſacros, & ſic cõſequenter poteſt ſe vouere ad dicendum miſſam. In Veteri tamen Teſtamento laicus, qui non erat de genere Aaron, ſiue eſſet de popularibus, ſiue de Leuitis, non poterat ſe Deo vouere ſimpliciter ad officium Sacerdotale directè, nec indirectè, quoniam non poterat vouere, vt aliquem

A ordinem acciperet, vel ſanctificationem ad miniſtrandũ, nec etiam poterat vouere miniſtrare ſine ſanctificatione ſuſcepta. vtrumque enim conueniebat ſolum ipſis, qui erant de genere Aaron.

Nec etiam poterat quiſquam ex laicis vouere ſe ad officia Leuitarum, ſ. vt cuſtodiret Tabernaculum excubando in circuitu, vel vt portaret vaſa Sanctuarij, quãdo Tabernaculum mouendum foret. Iſta quippe erant officia Leuitarum, ad quæ nullus accedere debebat; quod ſi accedere conaretur, moriebatur. Sic patet Num. cap. 1. & 3. Solum autem manebat miniſterium quoddam in Sanctuario, quod poterat pertinere ad laicos, ſ. portare aquas, vel ligna ad Sanctuarium pro ſacrificiis, quod apparet: quoniam Gabaonitæ, qui erant de Chananæis, deſtinati fuerunt à Ioſue, vt ſeruirẽt apportando ligna & aquã pro miniſterio altaris, vt patet Ioſue, cap. 9. ergo à fortiori poterat quilibet ex Iſraelitis ſeruire Deo, in hoc genere miniſterij. *Officium laicorum in Sanctuario.*

B Deus tamen adhuc nolebat, quòd Iſraelitæ hoc modo ſeruirent, ſed iuſſit, vt quicumque ſeipſum voueret, daret certam æſtimationem pro ſeipſo, ſecundum quòd infra taxatur. *Sub æſtimatione dabit pretium.* id eſt, omnes vouentes animas ſuas, dabunt pretium pro ſe, ſecundum quòd fuerit æſtimatum. Sed aliquis dicet, videtur quod non fieri deberet aliqua æſtimatio, quoniam quantitas pretij erat determinata à lege, ſecundum quod hic apparet: nõ ergo fieri debebat æſtimatio. fieri autem deberet æſtimatio ſi lex diceret, quandocumque aliquis vouerit animam ſuam, æſtimetur quantum valet, & ſic ſoluatur pretium.

Reſpondendũ eſt, quòd hic dicitur, quòd erit ſub æſti- C mationẽ, non quantum ad hoc, quòd de quolibet deberet æſtimari quantum valeret, ſed quod æſtimaretur ætas ſua, & ſecundum illam æſtimationem ſolueret pretium, quod iam à lege conſtitutum erat.

Quare cum aliquis vouebat animam ſuam in Veteri Teſtamento, conuertebatur votum in pecunias; & quomodo fiebat ea æſtimatio, quæ ſolum videtur eſſe taxatio quædam pretij; & an pro homine libero poſſit fieri æſtimatio in pecunia. Quæſt. IIII.

SCIENDVM autem quod lex mandat hic omnia vota perſonalia conuerti in pecuniam, quia quando aliquis homo vouet ſeipſum Deo, ſpondet ei animam ſuam, vt dicit littera. ergo debet Deo dare animam ſuam, ſ. vi- D tam: hoc autem facere non poteſt niſi per mortem, ita quòd homo occidatur, & verè homo occideretur quando ſeipſum vouet Deo, ſi eſſet animal immolaticiũ, ſicut boues, & oues. Vnde quando aliquis vouebat Deo aliquod animal, quod immolari poterat, immolabatur, ſicut infra habetur; nec poterat conuerti in aliquem alium vſum; & etiam non poterat commutari, ſ. quod daretur aliud animal pro illo: immò, ſi quis commutare voluiſſet tam id quod dabat, quã pro quo dabat, ſanctificatum erat: quia ergo vita hominis non poterat applicari Deo iſto modo, neceſſe erat, vt Sacerdotibus maneret alia regula faciendi circa hoc. Poterat autem vita hominis alio modo dari Deo, ſ. vt totam vitam ſuã homo expenderet in cultu Diuino; ſed etiam hoc fieri non poterat: nam vt ſupra dictum fuit, nemo ex laicis tempore Veteris Teſtamẽti po- E terat ſe vouere ad miniſtrandum Deo in ordine Sacerdotali, vel officio Leuitarum, & neceſſe erat, vt aliquo alio modo applicaretur homo, qui ſe vouebat ad cultum Dei, ſcilicet, quòd daret aliquam pecuniam, quæ cederet in vſum Sacerdotum miniſtrantiũ, vel in vſus Sanctuarij, de quo magis infra dicetur. & propter hoc aſſignabatur certa pecunia ſoluenda pro vouentibus. Hæc autem vera ſunt, niſi ille, qui voueret, eſſet de Leuitis, vel de Sacerdotibus, quoniam iſte poterat ſe vouere cultui Dei temporaliter, vel in æternum. Pro quo ſciendum, quòd Sacerdotes & Leuitæ, quia erant in magno numero, non poterant omnes ſeruire ſimul. Sed quidam ſeruiebant quodam tempore; alij verò altero. De Sacerdotibus autem habetur 2. Paralip. cap. 24. & Luc. 1. cap. quoniam erant diſtincti in 24. ſortes, & ſeruiebant ſecundum illas. Leuitæ etiam erant diſtincti per officia, & per tempora ad ſeruiendum, *Notãdũ de Sacerdotib. & Leuitis, vbi erãt, et an oẽs manerẽt in Sanctuario.*

vt ha-

vt habetur 1.Paralip.cap.23.& 25.& 26. Quando autem iſti ſeruiebant, manebant in vrbe, in qua erat Sanctuarium. Cum verò non ſeruiebant, manebant in vrbibus ſuis,vt colligitur Deuteron. 18. capite. Habebant quippe Sacerdotes & Leuitæ quadraginta octo ciuitates diſtributas per ſortes filiorum Iſrael,vt patet Num.cap.35.

Quòd etiam Sacerdotes temporibus, quibus non miniſtrabant, non eſſent in Sanctuario, ſed irent ad vrbes ſuas, apparet Luc.1.de Zacharia patre Ioannis Baptiſtæ, qui erat Sacerdos; de quo ibi dicitur: & factum eſt, vt impleti ſunt dies officij eius, abiit in domum ſuam, & tamen domus iſta nō erat in ciuitate Ieruſalem, ſed in quadam plaga montana, ſicut patet Luc.1.cap. cum dicitur: Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum feſtinatione, in ciuitatem Iuda, & intrauit in domū Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Ecce ergo quod domus Zachariæ Sacerdotis non erat in vrbe, in qua erat Sanctuarium; & ſic erat de aliis Sacerdotibus.

Tunc igitur quamquam miniſterium Leuitarum vel Sacerdotum veniret ſecundum diuerſa tempora, poterat tamen aliquis ſe vouere, vt ſemper maneret coram Domino ſeruiendo. ſic patet 18. cap. in Deuteron. cum dicitur: Si ſurrexerit Leuites de vna vrbium tuarum, in qua habitat, & voluerit venire deſiderans locum, quem elegerit Dominus, miniſtrabit in nomine Dei ſui, ſicut omnes fratres eius Leuitæ, qui ſtabunt eo tempore coram Domino: partem ciborum eandem accipiet quam & ceteri: excepto eo quod in vrbe ſua ex paterna ſucceſſione ei debetur. Si ergo Leuitæ poterant ſemper ſtare in loco quem elegiſſet Dominus, miniſtrādo, & propter hoc dabatur eis pars ciborum, ſicut aliis Leuitis, fieret hoc quando Leuita ſeipſum voueret ad manendum coram Domino, & ſic in iſtis ſi aliquis voueret Deo animam ſuam, nō debebat dare pretium, ſed ſeruiebat, quoniam non repugnabat ſibi illud ad quod ſe vouebat. Simile etiam patet de Samuele, qui erat Leuita, & vouit eum mater ſua, quando erat puer, vt tota vita ſua maneret coram Domino, & ſic manſit, vt patet 1.Regum cap.1.& 2.& non fuit datum aliquod pretium pro eo, ſicut ſtatuitur hic. De Sacerdotibus autem idem erat, quod poterat quilibet ſacerdos vouere ſe, vt maneret coram Domino omni tempore, nec pretium dabat, quoniam miniſterium illud cōueniebat ſibi. Quod autem dicitur hic, quod ſubintelligitur de popularibus, qui nō pertinebant ad aliquod genus miniſtrationis coram Domino, ideo commutatur votum in pretium; & hoc erat minus, quoniam magis valebat homo etiam ſi vēderetur in ſeruum, quam pretium quod hic pro eo datur. In Nouo autem Teſtamento non eſt iſte modus cōmutationis votorum, ſed ſi aliquis ſeipſum voueat Deo, ipſe manebit ſeruiens: ſi vero aliquando facienda ſit commutatio votorum, ſemper ſit in maius, & in melius, & hoc non ſine cauſa rationabili, & aliqualiter vrgenti, vt patet extra de voto & voti redemptione, in cap. magnæ. De iſto pretio quod hic datur in ſolutione votorum, an cederet iuri Sacerdotum, vel vſibus Sanctuarij, infra dicetur. Sciendum autem, quòd hic ponuntur ſub æſtimatione, ſcilicet, vt tantum detur pro eis, vel tantum, & diſtinguuntur ætates hominum, qui vouētur, quoniam ſecundum diuerſas ætates homines ſunt maioris, vel minoris valoris. Aliquis autem dicet hoc eſſe inconueniens, quoniam homo liber non recipit æſtimationem: hic tamen agitur de voto hominum liberorum, & ponitur æſtimatio pro ipſis. Reſpondendum eſt, quòd homo liber non poteſt recipere æſtimationem, non ſolum quia lex hoc dicit, & habetur tanquam vulgare. ff. ad leg. Aquil. ſed quia impoſſibile eſt ſecundum naturam, quod homo liber recipiat æſtimationem: quoniam res æſtimationem recipiunt in venditione, quando ipſa ſubſtantia rei venditur: aliter autem non poſſunt res æſtimationem recipere, quoniam æſtimatio dicit totum valorem rei, ſed tota res nunquam traditur niſi per venditionem, quoniam per locationem, conductionem, commodationem, & ſimiles contractus, non datur tota res, ſed vſus rei: ideo non poteſt tota æſtimari. In venditione autem totum traditur, ideo ibi fit æſtimatio; ſed homo liber vendi non poteſt: nam cum venditur, iam liber non eſt:

F ergo impoſſibile eſt, ꝙ homo liber recipiat æſtimationē. Ad hoc autem poteſt reſponderi dupliciter. Primò, concedendo hominem liberum æſtimari nō poſſe, ſeruus tamen recipit æſtimationem, & quia quando aliquis vouet ſeipſum Deo ſpondet ei animam ſuam, id eſt, ſe totum: ideo iam ſeruus Dei efficitur, nec eſt ſui iuris: & ſic poteſt recipere æſtimationem. & quia homo eſt ibi ſeruus Dei, poterit ponere Deus æſtimationem quam voluerit. Alio modo poteſt dici, ꝙ iſte, qui vouetur, ſit homo liber, & non ponatur ſuper eum æſtimatio, & quando hic iubetur, quòd detur tantum pro quolibet, qui vouet ſe, nō eſt ſenſus, quòd illa ſit æſtimatio valoris rei, ſcilicet, quòd indicetur nihil magis aut minus rem valere, ſed eſt aliquod pretium conſtitutum, quod Deus vult dari ſibi à quolibet vouente. Patet hoc, quoniam ſi fieret æſtimatio valoris
G hominis ſecundum quòd homo venditur in ſeruum, manifeſtum eſt, quod non fieret ſic, quoniam aliqui homines ſunt, qui ſunt duplices, vel triplices in valore reſpectu aliorum: tamen omnes ſoluunt æquale pretium, ſi ſunt in ætatibus æqualibus: ergo non fit hoc ſecundum æſtimationem, ſed ſolum Deus poſuit aliquam quantitatem pecuniarum hominibus, qui vouebant ſeipſos, vt eam ſoluerent in redemptionem. Idem patet: quoniam ſi poneretur iſta pecunia ad æſtimationem valoris humani: etiam ſi ponerentur omnes homines æquales in pecunia, quantum ad æſtimationem ſuam, tamen non æſtimarentur in tam parua quantitate, quoniam hic ponit pueros ante quinque annos æſtimari pro quinque ſiclis, & feminas pro tribus; & ſic æquiparabantur in valore duo arietes vni homini, & vnus aries vni feminæ. Quod patet: quia
H in terra Iuda, vnus aries valebat duos, vel tres ſiclos, vt patet ſupra 5.cap. eſt tamen abſurdū, vt æſtimetur æqualiter valor vnius hominis, & vnius arietis. Ergo non fiebat hæc æſtimatio quantitatis valoris humani in pecunia, ſed ſolum conſtituebatur hoc à Deo, vt ſolueretur à vouentibus.

Sed aliquis arguet, quòd ſi nō fieret hic æſtimatio valoris humani, non ponerentur diuerſa pretia ſecundum varias ætates hominum: nam pro illis, qui ſunt à viginti annis vſque ad ſexaginta, dantur quinquaginta ſicli, qui verò ſunt à ſexaginta, & vltra, dant ſiclos quindecim; & ſic de aliis ætatibus, vt patet in littera: nam ſecundum ꝙ ætas eſt robuſtior, in qua homo magis valet, ita datur maius pretium. Item arguetur, quia littera dicit, ꝙ qui ſpoponderit animam ſuam, dabit pretium ſub æſtimatio-
I ne. ergo oportebit fieri æſtimationem valoris.

Ad primum dicendum eſt, quòd hic non fiebat æſtimatio valoris humani ſecundum totum quod valere poterat: nam quilibet horum, cuius in littera ponitur pretium, ſi venderetur in ſeruum, plus valeret: ibi tamen fit vera æſtimatio valoris humani. Et quando arguis quòd hic ponuntur diuerſa pretia ſecundum varias ætates, in quibus homo robuſtior eſt, concedendum eſt. Sed non ſequitur ꝙ propter hoc fiat æſtimatio totius valoris. Nam rationabile eſt, quòd illi qui ſunt fortiores, & magis conuenientes ad ſeruiendum, magis tribuant de pretio: non tamen dat quiſquam iſtorum pro ſe tantum quātum valet, vel quantum æſtimaretur, ſi vēderetur in ſeruum. Patet hoc: quoniam ſi aliquis eſt in anno 19. nihil minus videtur valere quàm ille, qui eſt in anno vigeſimo, pro
K quo dantur ſicli quinquaginta, & pro eo qui eſt in anno decimonono, dantur quindecim, vt patet infra in littera. ergo non eſt iſta propriè æſtimatio facta valoris, ſed ſolum eſt quoddam conſtitutum à lege, vt ſoluant illi, qui vouent ſe. Si autem eſſet propria æſtimatio pretij, fieret ſicut in voto animalium, & agrorum. nam ſi aliquis vouebat animal quod immolari non poterat, adducebatur ad ſacerdotem, qui cōſiderabat illud, & cōſtituebat pretium eius. Idem autem de domo ſi quis eam vouiſſet Domino, vendebatur, & accipiebant ſacerdotes pretium, vt patet infra. Nec obſtat ſi dicas, ꝙ in æſtimatione pretiorum hominum ſe vouentium non vendebātur ipſi homines, ſicut pecora, vel domus, quia non licebat eos vendi: hoc enim falſum eſt; nam Iudæi, qui ſui iuris erant, poterant vendere ſeipſos, vt patet ſupra 25. & Deuteronom.15.cap.& pater poterat vendere filiam Hebræam, vt patet

vt patet Exo. 21. Non ergo intendebat Deus facere in his appreciationem æqualitatem valoris.

Ad alterum quando dicebatur, quòd hic dicitur debere dari pretium ſub æſtimatione. Reſpondendum eſt, quòd non accipitur hic æſtimatio pro æſtimatione totius valoris rei, ſed pro taxatione certi pretij, ſiue illud ſit æquale, vel inæquale rei. & eſt ſenſus, quòd qui ſponderet Deo animam ſuam, debebat dare pretium ſub æſtimatione, id eſt, non deberet dare quantum vellet paucū, vel multum, ſed quantum à lege determinatum eſt hic. Nam licet ille, qui Deo ſe vouet, ſi effectus ſeruus Dei ſimpliciter, ſicut vnus homo eſt ſeruus alterius: Deus tamen noluit facere magnam taxationem. ſ. pro toto valore rei, & hoc vt homines deſiderarent, vel ſaltem non euitarēt ſe Deo vouere. Si autem fuiſſet poſitum magnum pretium, fugerent homines ſe vouere, & ſic accidentaliter impediretur cultus diuinus. Simile autem eſt de redemptione primogenitorum. nam in filiis Iſrael quando naſcebatur aliquis primogenitus, redimebatur, & dabantur pro eo quinque ſicli, vt patet Numer. 3. & 18. capp. vnde cū quilibet primogenitus eſſet ipſius Dei, quia ipſe redemerat illum de terra Aegypti, vt patet Exodi 13. & 34. capp. vbi dicit Deus, mea ſunt omnia primogenita. potuiſſet ergo facere, ꝙ daretur pro eis tantus valor, quantus aliàs daretur ſi venderetur: ſolum autem iubebat dare quinque ſiclos, vt Iudæi ſic facilius darent. Si autem eſſet poſitus maior valor, diſtraherentur multi à ſolutione huius pecuniæ. Apparet igitur ex ſupra dictis, quòd hic nō ponitur æſtimatio totius valoris hominis, ſe vouentis: ſed ſolum conſtituitur aliquod pretium, quod à vouentibus ſeipſos ſolui debebat.

Quare Deus poſuerit paruum pretium ſoluendum ab homine vouente ſeipſum. Et cur non redimebantur pro vero valore ſuo. Quæſt. V.

SI adhuc aliquis quæret cum Iſraelitæ ſe vouerent Deo, & non poſſent ei perſonaliter applicari, ſed eſſent redimendi: quare non redimebantur pro vero valore ſuo? Et videtur, quòd iſtud fieri deberet: nam homo per votum ſe totum ſpondebat, & ſi liceret, totus in eius cultum, & obſequium tradendus erat, ſicut fiebat in Leuitis, & Sacerdotibus, vt oſtenſum fuit ſupra: ideo cum non liceret hoc in laicis, cum non eſſent competentes miniſtri debebat fieri redemptio in pecunia, ſicut littera dicit debuiſſe redimi, vt omnes primogeniti etiam redimebantur Numer. 18. cap. Sed totus homo Deo erat debitus per totum pretium hominis dandum erat. ergo videtur, quòd deberet æſtimari quantum valeret homo venditus, & tantum tribueretur. Et ad hoc nihil obſtabat hominem eſſe liberum: quia homo liber poteſt effici ſeruus, & quando efficitur, venditur, & eſt certa æſtimatio eius. Et quanquam non ſit poſſibile æſtimari hominem liberum quamdiu liber manet, vt oſtenſum fuit ſupra, q. 4. ſtatim autem æſtimatur quando ſeruus efficitur; ſed iſte ſeipſum ſeruum faciebat, offerendo ſe Deo: ideo æſtimandus erat, ac ſi venderetur. Item, quia Iudæi, qui liberi erant, manentes in terra ſua, ſe ſeruos interdum faciebant, & conſtituebatur in eis pretium pro voluntate ementium. ergo, & hoc fieri poterat. Reſpondendum, quòd hoc fieri poterat, vt quilibet qui ſe Deo voueret, æſtimaretur, & pretium Deo traderetur, ſed Deus illud fieri noluit, immò conſtituit pretium determinatum, quòd ſoluerent vouentes, quod fuit propter multa. Primò, propter dignitatem eorum qui ſe offerebant Deo, quia licet illi verè per hoc ſe efficerent ſeruos, ſe totaliter tradentes Deo, noluit tamen Deus, quòd reputarentur, vt ſerui, ſed vt liberi; & hæc pecunia, quæ dabatur, eſſet potius oblatio quædā quam redemptio. Secundò, quia licet illi qui ſe Deo vouebāt, eſſent ſerui Dei, non tamen erant ſerui ſimpliciter iuxta conditionem illorum, qui efficiuntur ſerui humani; Primo, quia retinebant ſibi honorem, immo maiorem habebant, quàm prius, quod non eſt in ſeruis humanis, qui dignitatem omnē, & honorē perdūt facta vēditione. Secundò, quia ſerui humani durè tractantur, & abiectiſſimè, & ad quoſlibet labores vi quadā cogūtur, nō aūt erat ſic de

A illis qui ſe Deo vouebant, quia ēt tēporaliter nō erat tam dura eorū conditio; ideo non erat iuſtum, ꝙ pro iſtis ſeruis Dei, ſi redimerentur, daretur tantū quantum re vera poterant valere, ſicut dabatur pro illis qui ſubibant humanam ſeruitutem. Tertiò, vt homines magis allicerentur ad ſeipſos vouendum Deo. Si enim leuis fuiſſet conditio eorum qui ſe Deo vouebant, multi ſe vouiſſent. Si autem data fuiſſet pro quolibet totalis æſtimatio, raro potuiſſent ſeipſos redimere, aut voluiſſent vouere. Si autem paucum pretium impoſitum fuiſſet, multi ſe vouiſſent. & ita eueniebat vt quia poſitum fuerat paruum pretium in reſpectu ad totū valorem hominis, & ideo multi ſe vouebant. vnde etiam ſi hoc factum fuiſſet animo acquirendi aliquid Sanctuario, vel miniſtris Sanctuarij, vtilius erat paruum pretium imponi, ſicut cōſtitutum fuit, quam totum
B hominem æſtimari. Quartò fuit, vt homines magis ſe putarent pertinere ad Deum, & magis determinatè: Nam ſi ad redemptionem æſtimatus fuiſſet homo, & dediſſet pro ſe pretium quod æſtimatū fuiſſet, quia æſtimatio variè fiebat ab hominibus pro opinionibus diuerſorum, putaſſet aliquis ſe non bene æſtimatū, & ideo non ſufficienter redemptum, quia non dabat quantum valebat, & ob hoc putaſſet ſe nō totaliter pertinere ad Deum. Cum autem Deus determinauerit quantum pro quolibet dandū eſſet, non eſt dubium quin Deus acciperet de quolibet, quantum volebat pro eo ſuſcipere, & ita nemo dubitaſſet an fuiſſet ſufficienter redemptus: ideo non debebat fieri commutatio pro quolibet: ſed Deus potius debebat ſtatuere pretium pro hominibus, & ita fuit hic. Quintò ad tollendum mutuam inuidentiam, & confuſionem: quia
C quando aliquis ſe Deo vouebat, ſi æſtimatus fuiſſet ſicut venditus, æſtimatus fuiſſet vnus paruo, alius multo, ſicut valere videbatur: & ita ille, qui maius pretium pro ſe dediſſet, gloriatus fuiſſet ſe plus valere, & magis pertinere ad Deum, alius verò qui pauco æſtimatus fuiſſet, doluiſſet ſe parum apud Deum valere, & cōfuſus fuiſſet ſe minoris eſſe pretij quàm eſſent alij homines: ideo ad tollendam iſtam mutuam inuidentiam, potiſſimè circa cultum Dei, debuit fieri à Deo taxatio, & illa fuiſſet æqualis, & non æſtimatus fuiſſet quilibet quantum potuiſſet valere venditus. Sed dicendum, quòd tertia ratio eſt potiſſima, & hoc apparet: quia omnes iſtæ taxationes hic factæ in littera ſunt minores quàm ſi homo venderetur; & tamen
D ſi fuiſſet aliqua alia cauſa principalior, licet à Deo facta fuiſſet taxatio, extitiſſet maior, ſcilicet, quantum homines potuiſſent mediocriter valere. Etiam quinta cauſa multum ad hoc confert. Simile eſt in primogenitorum redemptione: nam Deus poſuit multo minorem æſtimationem quàm ſit valor hominis alicuius, ſcilicet, quinque ſiclos; & iſte erat valor duorum arietum in terra Iudæorum, vt oſtenſum fuit ſupra.

Quare Deus in Veteri Teſtamento non acceptabat omnes vouentes ſe, ad ſuum cultum: ſed licebat facere redemptionem in pecunias. Et de votis Noui Teſtamenti, quomodo ſemper implenda ſint, & nunquam mutanda in pecuniam. Et quid agendum, ſi quis habeat aliquod impedimentum iuris, propter quod non poteſt implere votum. Et per quid ſollemnizetur votum in Nouo Teſtamento; & quæ pœnitentia imponatur frangentibus vota. Quæſt. VI.

E SED quæretur, quare Deus non acceptabat omnes vouentes ſe ad cultum ſuum, ſicut Leuitę, & Sacerdotes ſi ſe vouebant, nō redimebantur ſicut hic dicitur, ſed manebant ſemper ad ſeruiendum Deo in loco Sanctuarij, iuxta conditionem ſuorum miniſteriorum; ita etiam poterat conuenire omnibus popularibus aliquod miniſterium reſpectu Sanctuarij, in quo miniſtraret, & ita in illo miniſtrarent, & non fieret aliqua redemptio: nam poterant comportare aquas, & cędere ligna, atque portare in Sanctuarium: iſta enim faciebant Gabaonitæ, qui erant de genere Chananæorum, Ioſue 9. cap. & 1. Reg. 21. cap. ergo à fortiori, qui erant de genere Iſrael, poterāt iſta facere, ideo non redempti fuiſſent: etiam poterant facere ſartatecta templi, & quaſcumque alias refectiones, quæ non erant determinatum miniſteriū Sacerdotum, & Leuitarum.

uitatum. Dicendum, quòd non debuerunt vouentes ſe applicari alicui miniſterio Dei, ſed vel debuit fieri redēptio, vel non debuit fieri votum tale. Circa quod conſiderandum, quod non eſt ſic de vouentibus ſe Deo in Nouo, & in Veteri Teſtamento. In Nouo enim Teſtamento nulla fiebat redemptio votorum: in Veteri autem fiebat redemptio; & ratio differētię eſt: quia in Nouo Teſtamēto omnes perſonę ſunt habiles ad id ad quod ſe vouent: ſed in Veteri Teſtamento non ſunt omnes habiles. Nam in Nouo Teſtamento aut aliquis ſe ſimpliciter Deo vouet, aut vouet facere determinate aliquid ad cultum Dei. Si autem vouet ſeipſum Deo, vel ad cultum Dei, & non exprimit aliquid ſpeciale, intelligēdum eſt, quòd promittit in perpetuum tenere aliquem modum colendi Deum ſpecialiorem, quàm ſit ille quem aliàs omnes tenemus, aut tenere obligamur. & iſte debet eſſe per obſeruātiam alicuius de religionibus approbatis, licet ad nullam earum ſit determinata obligatio. Et patet hoc: quia ſeipſum vouet, & per hoc tradit ſe alienæ poteſtati: ideo oportet quòd trāſeat ad ſtatum in quo in perpetuum maneat, & ibi non ſit iuris ſui, quia aliàs nō tantum Deo ſolueret quātum vouit, talis autem eſt ſtatus religionis: ideo quicumque taliter ſe Deo vouet, tenetur profiteri aliquā de religionibus approbatis quam maluerit, cum adhuc ad nullam determinatè ſe obligauerit. Si autem non ſe voueat ſic, ſed ad aliquid determinatum, tenetur illud facere, vt ſi ſe voueat Deo ad miniſtrandum in Sacerdotio, vel ordine Diaconi, aut Subdiaconi, tenetur in illo miniſtrare. Nam ſi nondum ad illum ordinem promotus eſt, tenetur promoueri, quia quilibet poteſt modo ad ordines ſacros promoueri, & tunc miniſtrabit ſicut vouit. Sed quid ſi aliquam de irregularitatibus iuris quis habeat, propter quam impediatur promoueri, quomodo votum implebit? vt ſi eſt illegitimus, aut fuit bigamus, vel aliquid ſimile ſit in eo? Reſpondendum, quòd aut impedimētum ſiue irregularitas illa ſubeſt tempore, quo votum emittitur, aut incidit poſtea: ſi tunc ſubeſt, aut eſt de illis, in quibus conſueuit Eccleſia diſpenſare, aut non: ſi eſt de illis in quibus conſueuit diſpenſare, tenetur agere diligenter quantum in ſe eſt, vt diſpenſetur cum eo, ad hoc vt votum compleat; & hoc maximè, ſi ipſe conſcius erat illius inhabilitatis, vel impedimenti. Si autem diſpenſationem obtinere nō valuerit, manet liber ex rigore iuris, cum votū non tenuerit; quia tamen voluntatis illius fuit, ſe obligare, tutius eſſet ei commutationem aliquam petere, quæ tamen, vt dixi, de rigore iuris non eſt, niſi votum teneat, votum enim quod non tenet, eſt, ac ſi non fuiſſet emiſſum, & illius non eſt propria commutatio. Si autem fuit de non diſpenſabilibus, ſiue in quibus non conſueuit Eccleſia diſpenſare, quemadmodum eſt bigamia vera, & homicidium voluntarium: votum non tenuit, neque oportet aliquid conari ad diſpenſationem habendam, cū non ſoleat concedi: ſed erit votū irritum, niſi vouens voluerit fieri commutationem ad maiorem ſecuritatē, maximè quando vouēs ſciebat ſe impeditum, & non obſtante hoc, habebat animum ſe obligandi ad aliquid. & tamen in his duobus caſibus votum nūquam tenuit, neque à principio, neque proceſſu temporis, cum impedimentū ſtaret tempore emiſſionis voti. Si autem impedimentum tunc non ſuberat, ſed ſuperuenit poſtea, vtpote quia fuerit corpore vitiatus, vel incidit in ſeruitutem, aut alia impedimenta iuris patiatur ad promotionem. Dicendum, quòd aut illud impedimentum accidit omninò inuoluntariè, aut aliqualiter voluntariè. Si primo modo, ceſſabit obligatio voti; vel ſi ſectus fuerit à laboribus, id eſt, abſciſa fuerunt genitalia, vel corpore mutilatus fuit, vel incidit in lepram, aut effectus fuit ſeruus, licet in his ſubdiſtinguatur, quia quædam habent cauſam continuam, & perpetuā impediendi, vt eſt mutilatio, & ſimpliciter ſoluit votum, & in talibus nulla fit commutatio, quia votum non manet, & ſine culpa eſt effectus impotens ad ſoluendum. Alia habent cauſam temporalē, & iſta non tollunt obligationem voti, ſed impediunt ſolutionem, vel executionem, ſicut eſt ſeruitus: nam quamdiu quis manſerit in ſeruitute, non eſt ad ſacra promouendus: ceſſante aūt ſeruitute, promouebitur, & tamdiu ceſſatur à ſolutione voti.

F Alia ſunt impedimenta voluntariè inducta, vel ſaltem ex aliquo actu noſtro, vt eſt contractus matrimonij, & irregularitatis ex homicidio; ſi quis enim vouerit inſigniri ſacerdotio, & poſtea contrahat per verba de præſenti, ſoluitur votum, quia non poteſt ordinem ſacrum aſſumere coniugatus exiſtens. Nam per matrimonium ſeqnēs ſoluitur votum de ſuſcipiēdo ordinem ſacrum, & de intrando religionem, quia iſta vota ſunt ſimplicia, & matrimonium ſequens eſt maioris vinculi, quando eſt conſummatum, quam votum ſimplex: ſi autem non eſt conſummatum, adhuc poteſt implere votum vouens, quia poteſt intrare Religionem, & ibi miniſtrare in Sacerdotio. Si autem conſummatum eſt matrimonium, non fiet, ſed ſtatim ſolutum eſt votum. Et non facimus hic diſtinctionem, an iſta vota ſint ſimplicia, vel ſollemnia, quia non poſſunt

Impedimēta votorū voluntariè inducta.

G eſſe niſi ſimplicia. Nam votum de ſuſcipiendo ordinem ſacrum, ſemper eſt ſimplex, cum non ſollemnizetur niſi in ipſa actuali ſuſceptione ordinis ſacri, & votum de intrando, vel profitendo religionem, ſemper eſt ſimplex, cum ſollemnizatio ipſius non fiat niſi per expreſſam, aut tacitam profeſſionem factam alicuius religionis per Sedem Apoſtolicam approbatæ, vt apparet in titulo de voto, & voti redempt. cap. vnico, lib. 6. licet vulgariter loquentes, dicāt votum ſollemne, vel ſollemniter emiſſum, quando pluribus aſtantibus quis vouet ſe religionem ingreſſurum, aut aliquid huiuſmodi, maximè ſi illud iuramento confirmet. & dicunt ſimplex, id eſt, tacitum, vel non publicè factū, & ſine validatione iuramentali emiſſum; id verò in quo accidit publicè eſſe emiſſum, & cum confirmatione iuramenti, dicunt eſſe ſollemne. & iura

Nota ꝙ quid ſollemnizetur votū in Nouo Teſt. & quid ſit votū ſollemne.

H interdum dicunt, talia vota eſſe ſollemnia, vel ſollemniter emiſſa, ſed non eſſe illam ſollemnitatem, quæ de iure matrimonium ſequens contractum dirimat, vt patet eod. cap. lib. 6. cum dicitur: Reliqua autem vota, & ſi quandoque matrimonium impediant contrahere, differunt, & quanto ſollemnius, & manifeſtius ſunt emiſſa, tanto propter plurium ſcandalum, & exemplum durior pęnitentia tranſgreſſoribus debeatur, &c. De tali ergo emiſſione voti, ſiue ad ſuſcipiendum ordinem ſacrum, ſiue profitendum religionem, dicendum, ꝙ ſemper eſt ſimplex: ideo nunquam poteſt impedire matrimonium poſtquam contractum fuerit, id eſt, dirimere illud: ſed ſolum impedit ne contrahatur; ſi autem de facto contraxerit vouens, & conſummauerit per copulam, diſſolutum eſt votum: tamen eſt imponenda pęnitentia tranſgreſſori ſecundum

I arbitrium Confeſſoris; ſed iſta non eſt æqualis omnibus, immò quanto aliquis votum ſuum magis publicauit coram pluribus illud emittendo, vel maioribus ſollemnitatibus firmauit, tanto eſt ei durior pęnitentia imponenda, eod. cap. in fine. & hoc fit propter duo. Primò, quia ille qui induxit plures ſollemnitates ad validandum, habuit animum magis determinatum ad ſe obligandum: ideo magis obligabatur, quia tantum quis obligatur, quātum ſe vult obligare, cum obligatio ex voluntate naſcatur. & quanto magis ſe obligauit, ſi contraueniat, eſt maior trāſgreſſio, & conſequenter maior pęnitentia imponēda. Secunda, propter ſcandalum, quia quāto quis votum ſuum coram pluribus expreſſit, tanto eſt maius ſcandalum, ſi poſtea videant eum contrarium agentem: ideo tanto eſt grauius peccatum, & durior pęnitentia imponenda &

K ſubeunda, & hoc ſolum tangitur in allegato cap. lib. 6. Hoc autem facto, id eſt, ſuſcepta pœnitentia, poterit manere in matrimonio ſuo, ſine aliquo ſcrupulo petendo, & ſoluendo debitum, qui tale votum emiſerat, tam cum illa vxore, quam accepit, quàm cum alia, ſi quam ſuperduxerit illa mortua, vel ſoluto aliàs matrimonio, ſi accidat ſolui. Sed aliquis obiiciet, quod iſte qui cōtraxit, & conſummauit matrimonium, tenebitur manere cū vxore quamdiu illa viuit, quia eſt fortius vinculum matrimonium: tamen mortua vxore tenebitur profiteri religionem, vel ſuſcipere ordinem ſacrum ſicut vouerat, quia iam eſt ablatum impedimentum exequendi promiſſum, ſicut dicebatur de eo qui incidit in ſeruitutem poſt votum emiſſum de ſuſcipiendo ordinem ſacrum, quia licet tunc non poſſit ordinari, non ſoluitur votum, ſed differtur executio: ideo ablata ſeruitute, ſiue ea ceſſante, tenebitur ordinem

ſacrum

ſacrum ſuſcipere, vel intrare religionem, ſi illud vouit. Dicendum, quòd non eſt ſimile: quia ſeruitus non habet naturam impediendi ordinem ſacrum de ſe ſuſcipi, quia & poteſt ſeruus manens ordinari, licet nõ debeat id fieri, & in ſeruitute nihil eſt quod opponatur ſacro ordini, aut obſeruantiæ religionis, ſicut eſt in matrimonio: quia in matrimonio eſt neceſſitas reddendi debitũ, quod eſt contra caſtitatẽ, quę neceſſariò inducitur in ſuſceptione ſacri ordinis, aut in profeſſione religionis: ideo matrimonium contractum, & maximè conſummatum diſſoluit votũ de ſuſcipiendo ſacrum ordinem, & de intrando religionem: ſeruitus autem nõ habet aliquid contrarium de ſe, ad religionem, vel ordinem ſacrum, quia non eſt ibi contrarietas ad aliquid de votis eſſentialibus religionis. Etiã quia matrimoniũ de ſe habet cauſam perpetuam. nam eſt indiſſolubile per totam vitam: ideo diſſoluit votum de religione ingredienda, & de ſuſcipiendo ſacrum ordinem. Secùs de ſeruitute: quia non habet perpetuitatem; ideo non diſſoluit votum, ſed differẽdo, impedit executionem ad tempus. Ideo dicendum, quòd vouens religionem intrare, vel ſuſcipere ſacrum ordinem, ſi contrahat, & conſummet matrimonium, diſſoluitur votum, & pro tranſgreſſione voti imponetur ei pœnitentia; qua completa, ſecurus manebit in conſcientia ſua, reddendo debitum, & petendo. & ſi contingat mori vxorem, vel diſſolui initum matrimonium, poterit licitè contrahere cum alia: & tunc non erit ei pœnitentia imponenda: quia non eſt tranſgreſſor voti; cum votum ſemel extinctum, non poſſit reuiuiſcere. Si autem inciderit in irregularitatem ex homicidio, aut huiuſmodi, quæ irregularitas contrahitur ex proprio actu: eſt dicendum, quòd ad votum religionis nihil obſtet irregularitas; imò facilius diſpenſatur quantum ad quaſdam irregularitates cum profeſſis religionẽ, quàm cum non profeſſis; & dato, quòd non diſpenſetur, quantum ad hanc irregularitatem, nihil obſtat, cum poſſit eſſe obſeruantia regularis cum irregularitate cõtracta, quæ ſolum impedit promotionem. Si autem vouit ſuſcipere ordinem ſacrum ad miniſtrandum in eò, eſt dicendum, quòd tenetur laborare vt poſſit obtinere diſpenſationem; ſi autem non obtinuerit, ſoluitur votum; & tunc dicendum, quòd non eſt commutatio vlla voti facienda, cum non teneat votum. Si tamen petitur, an ſit aliqua pœnitentia imponenda pro hoc, quod non poteſt implere votum quod emiſit: Dicendũ, quod aut peccauit in actu in quo commiſit irregularitatem: aut non. Si non peccauit, putant quidã, quòd neque tenetur pro voto aliquid facere, neque ſaltem pœnitentiam; ſi autem peccauit, ꝙ pęnitentiam aliquam faciet, licet non fiat commutatio. Sed iſtud non ſtat: quia aliquando quis incidit in irregularitatem ſine peccato, & videtur, quòd ſpontè incidat: ſicut in illo, qui iudicis officium in criminalibus inter laicos aſſumere vult, ex quo ſequitur, quòd interdum dictet ſentẽtiam ſanguinis, & proferat, ex qua ſequitur irregularitas, & non peccauit iſte in hoc, cum potius mereatur occidendo malos. & tamen, quia iſte cum ſumit hoc officium, ſcit inde ſequuturã irregularitatem; ſciens ſemper ob hoc efficiendum ad impletionem voti inhabilem: & ideo peccat quaſi ſibiipſi ſit contrarius. Et ideo dicẽdum, quòd in iſto non debet eſſe commutatio voti, quia votum diſſolutum eſt; tamen debet ei imponi pęnitentia; quia ſpontè egit contra votum ſuum, aſſumendo illud officiũ; ſicut ille qui cum vouiſſet intrare religionẽ, cõtraxit matrimonium, & conſummauit illud: nam imponitur ei pęnitentia, cap. vnico, de voto; & voti redempt. lib. 6. Et illi quidem imponitur commutatio voti, quamuis ille magis directè agat contra votum, quàm aſſumens iudicis officiũ in criminalibus, cum ſit poſſibile, iſtum nõ incurrere aliquam irregularitatem: ergo neque iſti debet imponi cõmutatio, ſed ſolum pęnitentia aliqua. Alij verò, qui homicidium commiſerunt voluntarium, ſi illud egerunt ex iracundia, vel aliàs, nõ ex tali propoſito, neque aduertere poterant, an ex eorum actu ſequebatur tũc irregularitas: non ſolum non eſt cõmutatio voti imponenda, cum votũ non teneat: ſed neque videtur imponenda pro hoc, ꝙ nõ poſſunt implere votum iam effecti irregulares, ſed ſolum pro peccato quod cõmiſerunt in ipſo actu homicidij; niſi

A dicerετur, ꝙ ideo quis committere voluit homicidium, vt efficeretur irregularis, & non poſſet promoueri, quia tunc non ſolum pro homicidio imponenda eſt pęnitẽtia, ſed etiam quia ſpontè, & data opera ſe impotentem conſtituit ad votum ſoluẽdum. Alia autem vota ſunt de agẽdo aliquid determinatum, vt dando eleemoſynam, vel orando, aut peregrinando, & de huiuſmodi, & quantum ad hæc, regulariter quilibet qui eſt ſui iuris, eſt potens, & ideo non debent talia vota in aliud commutari; neque redimi per pecuniam, ſed fieri debet id quod per votum promiſſum eſt. Et ſic apparet, quod in Nouo Teſtamento non habeat locum commutatio votorum per pecuniam, quæ dicitur quædam redemptio eorum. De votis autem in Veteri Teſtamento ſecus erat; quia quædam vota propter inhabilitatem perſonarum ad exequendum

B ea commutabantur pecunia, & ſunt illa de quibus habetur hic.

Quando vota in Veteri Teſtamento redimebantur pecunia; & quando non. Et de votis, in quibus ſeipſum vouebat homo, & Nazaræorum. Quæſt. VII.

SED dicendum, quòd non redimebantur omnia vota, id eſt, commutabantur pecunia in Veteri Teſtamẽto, ſed quædam ipſorum. Pro quo conſiderandum, ꝙ in voto aut quis vouebat ſeipſum, aut aliquid ſui, quod conſiſtebat in dando, vel faciendo, aut non faciendo. & præſuppoſito quòd perſona vouẽs fuerit potens ſeipſam obligare de quo determinatur Num. 30. cap. eſt dicendum, quod votum in dando, aut faciendo, vel non faciẽdo non

C redimebatur, ſed complebatur ſicut promittebatur, eodem cap. ſcilicet, ſi quis virorum votum vouiſſet Domino, aut ſe adſtrinxiſſet iuramento, non faciebat irritum votum ſuum: ſed omne quod promiſerat implebat. & hoc eſt, vt ſi quis vouiſſet dare obſequium, tenebatur ad illud præciſè, & non erat alia redemptio. Sic etiam ſi quis vouiſſet ire ad templum Domini peregrinando in aliquibus temporalibus, in quibus aliàs non erat obligatus, ex lege tenebatur ire: & non debebatur aliqua pecunia pro remiſſione huius voti. Sic etiam ſi quis vouiſſet ieiunare, vel abſtinere ab aliquibus delectationibus, quod erat in non faciendo, vel affligere carnem ſuã propter Deum, tenebatur illud facere, vt ſe flagellare, vel aliàs macerare carnem, & non redimebatur iſtud votum pecunia, ſed fiebat quod promiſſum erat, Numer. 30. cap.

D ſcilicet, ſi vouiſſet & iuramẽto ſe cõſtrinxiſſet, vt per ieiunium, vel ceterarum rerum abſtinentiam, affligere animam ſuam, in arbitrio viri erat, vt faceret, ſiue non faceret, quaſi dicat, non erat medium niſi facere, ſi votum tenebat, aut non facere, ſi votum non tenebat. ſi tamen tenebat, non erat pecunia dãda in redemptionem, ſed ſoluendum quod promiſſum erat. Alia ſunt vota in quibus ſeipſum vouet homo: & iſta in Nouo Teſtamento reducuntur ad duo: vnum eſt votum religionis, in quo ſeipſum quis tradit Deo, ad permanendum in perpetuum in obſeruantiã regulari propter ipſum: Aliud eſt votum quo ſe quis vouet ad miniſtrandum in perpetuum in ſacro ordine. & per hoc etiam tradit ſeipſum quis Deo, quia obligat ſe ad continentiam, & obſeruantiam quãdam ſpecialis vitæ, quæ non eſt in aliis hominibus ex neceſſitate re-

E ligionis Chriſtianæ: & ita non eſt ex neceſſitate ſalutis. & ideo non poteſt eſſe iſta obligatio niſi perpetua: quia ſuſcipiendo ſacrum ordinem, manet perpetua obligatio ad cuſtodiam caſtitatis, & ad recitandas Horas Canonicas, ad quæ duo non tenentur alij homines religionis Chriſtianæ. Hæc duo vota ſunt in Nouo Teſtamento, quibus ſeipſum quis tradit Deo. In Veteri autem Teſtamẽto non reſpondent alia duo his: nam ad hoc, ꝙ eſt vouere religionẽ, nihil reſpõdebat in Veteri Teſtamẽto, eo ꝙ non erãt ibi religiones aliquæ approbatæ, ſicut nũc ſunt in Eccleſia. Nam nunc licet variæ ſint religiones, in omnibus eſt cõcordia triũ votorũ eſſentialium, ſ. caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ: & iſta ſunt eſſentialia omnibus religionibus, quod neque Papa cũ religioſis poteſt ſuper his diſpenſare; extra, de regularibus. c. cum ad monaſterium. Sed in veteri Teſtamento nullus modus viuendi erat

appro-

approbatus, in quo iſta obſeruarentur, maximè de caſtitate, vel continentia; immò aliquo modo repugnabat ſtatui Veteris Teſtamenti, vbi omnes viri, & feminæ vacabant proli, & erat ibi opprobrium nō gignere, ſicut dicitur Exodi, 23. cap. Non erit ſterilis, & infecunda in terra tua. & Deuter. 7. cap. dicitur: Non erit ſterilis vtriuſque ſexus tam in hominibus, quā in gregibus. Vnde lex Dei nō approbauit aliquam religionem in Veteri Teſtamento, in qua obſeruaretur continentia carnis; & dato, ꝙ illo tempore fuerunt multi viri religioſi inter Iudæos, id eſt, qui ſe valde tradebant diuino cultui, ſicut dicitur Actu. 2. cap. ſcilicet: Erant autem Iudæi viri religioſi, habitantes in Ieruſalem, ex omni natione, quæ ſub cælo eſt: tamen nunquā fuit inter eos inſtitutus aliquis modus viuendi, in quo abſtineretur à venereis. Sic patet ex eo, ꝙ tangit Ioſephus lib. 2. de bello Iudaico, vbi deſcribit omnes ſectas Iudæorum, & præcipuam inter eas oſtendit eſſe ſectam Eſſeorū, & illos viros eſſe, vt ſanctiſſimos, quorum obſeruantias ad laudem gentis ſuæ ibi deſcribit; & tamen illi non tenebant cōtinentiam, cum haberent vxores; & iſta adhuc ſecta valde tardè inſtituta fuit, quia nō lōgo tempore ante Chriſti natiuitatem, ſicut neque ſecta Phariſæorum. Non erat autem aliquid in Veteri Teſtamento, ꝙ pertineret ad ſpecialem modum colēdi Deum, niſi votum Nazaræorum, & ideo hoc poteſt aliquo modo correſpōdere religioni in Nouo Teſtamento. Sed tamen multū differt: quia religio conſiſtit in ſpeciali cultu Dei, quantum ad operationes ſpirituales, quales ſunt in abſtinentia à venereis, & abdicatione proprietatis, & obedientia, atque aliis cæremonialibus. *Religio in quibus conſiſtat.* Obſeruatio autem Nazaræorum, tota conſiſtebat in cæremoniis carnalibus, ſcilicet, non manducare vuas, non bibere vinum, nō tondere capillos, aut barbam, non contaminari ſuper aliquo mortuo, & in ſimilibus, vt patet Numeri 6. cap. ſed nō erat ibi obſeruatio caſtitatis, neque ieiunia ſpecialiora, aut oratio, vel aliquid ſpirituale: ſed inquantum iſta obſeruatio erat Deo inſinuata, omnibus, qui vellent eam tenere tam viris quā feminis, ſicut fit in religione, erat aliquid ſimile religionis. Sed dicendum, quòd non erat vt religio, propter cauſam ſupra poſitam: etiam, quia profeſſio religionis cauſat obligationem perpetuam ad manendum: ſed votum Nazaræorū non erat de ſe perpetuum, ſed ad nutum. Poterat enim quis vouere obſeruantiam illam ad paucum tempus, vel in perpetuum, & cæremoniæ obſeruationum eædem erant in Nazaræis perpetuis, & temporalibus: ſed qui erant temporales, in expletione temporis illius faciebant quædam ſacrificia; & cæremonias alias, quas nō faciebant perpetui Nazaræi: eo quòd nunquam finiebatur tēpus voti eorum, niſi per mortem: de quibus habetur Num. 6. cap. vnde poterat aliquis per ſex, vel ſeptem dies ſolos obſeruare hoc votum. Sic fuit de Beato Paulo, qui ad oſtendēdum ſe obſeruare legem Moyſi per ſeptem dies ſeruauit votum Nazaræorum, & raſum fuit tunc caput eius cum capitibus aliorum, qui hoc votū ſeruabant, & oblata eſt pro eo oblatio ſecundum conſuetudinem Nazaræorum: vt patet Actu. 21. cap. & ideo non erat proprie in Nazaræis ſicut in religione: ſed dicebantur illi ſe tradere Deo per votum illud, ſicut profitētes religionem ſeipſos tradunt Deo. Et ob hoc votum Nazaræorum non poterat redimi, ſed qui ſe voueret ad illam obſeruātiam, obligabatur illam tenere ſicut vouerat; qui autem ſeipſos vouebant Deo in Veteri Teſtamento, redimebant votum ſuum ſicut hic dicitur.

Si vero fuiſſet aliqua obſeruatio, vel modus viuendi inſtitutus ab hominibus tempore Veteris Teſtamenti, in quo abundantius coleretur Deus quàm per ſolam legem datam à Deo, ſi quis vouebat illum modum tenere, ſiue temporaliter, ſiue in perpetuum, obligabatur: quia Deus dicit: quòd quidquid viri vouerent, implerent, & non redimebatur votum. Sicut ſi quis vouiſſet ſectam Eſſeorum inter Iudæos, quæ videbatur eſſe ſanctiſſima; vel vouiſſet ſectam Phariſæorum: qui etiam viri religioſi ſaltem in habitu videbantur, licet multas doctrinas falſas haberent: ſicut eis Chriſtus obiecit Matth. 16. & Mar. 7. capitib. Quantum ad aliud votum, quod erat in Nouo Teſtamēto, cum quis vouet miniſtrare Deo in ordine ſacro, *Miniſtrationi Sacerdotali in Nouo, quid correſpondebat in Veteri teſtamēto.*

F in Veteri Teſtamento reſpondet votum de miniſtrando Deo in officio Sacerdotali, vel Leuitico, quia ibi fiebant illa miniſteria, ſicut nunc fiunt in ſacris ordinibus miniſtrationes. & etiā poterat ſe quis tradere Domino ad hoc, vouendo ſe in perpetuū ad tales miniſtrationes, ſicut mater Samuelis vouit ipſum ad miniſtrādum in perpetuum coram Domino. 1. Reg. 1. cap. Sed circa hoc eſt differentia, ſicut ſupra tactum fuit, in Nouo, & Veteri Teſtamento: quia nunc quilibet eſt potens miniſtrare, cum nemini prohibeatur, niſi habeat certas irregularitates; in Veteri autem Teſtamento non licebat miniſtrare in Sacerdotio, niſi ſolis filiis Aaron, neque licebat miniſtrare alicui in officio Leuitico, niſi ſolis Leuitis de ſtirpe Leui, Numer. 1. & 3. capp. & etiam 17. & ideo non licebat alicui vouere ſe ad hoc, niſi eis quibus licebat ex genere. Sed de iſtis

G eſt dicendum, quòd licet competeret eis poſſe miniſtrare, non miniſtrabant omni tempore, quia multi erant: neque etiam ſemper erant in loco Sanctuarij: & ideo poterant ſe ex voto obligare ad manendum in loco Sanctuarij pro ſemper, vel ad tempus, quo ex lege non obligabantur. Nam pro eo tempore quo obligabantur, non poterant vouere; quia fruſtra fuiſſet; Et etiam Deus hoc vetabat, vt patet infra in littera; ſcilicet: Primogenita quæ ad Deum pertinent nemo ſanctificare poteſt: neque vouere. Quantum ad tempus autem, quo non obligabantur manere in Sanctuario, poterant vouere, & hoc, ſiue quòd in perpetuum manerent, ſiue quòd ad tempus, & manebant tempore quo vouerant. Iubebat autem Deus vt Leuitis, & Sacerdotibus, qui volebāt manere in loco Sāctuarij, ſcilicet, tempore, quo non obligabantur daretur

H ſemper portio quædam ciborum ad ſuſtentationem, ſicut illis quibus miniſtrare competebat ex neceſſitate officij Deuter. 18. cap. Ad iſtud autem non ſe poterant vouere laici, quia erat eis interdicta iſta miniſtratio, & ſi ſe vouiſſent non tenebat votum: immo ſic vouere erat peccatū: quia volebat quis ſibi vſurpare, quod erat ei à Deo vetitum. Sed loco vnius ſuccedebat votum, quo ſe homines ſimpliciter Deo vouebant: nam ſi licitum eis erat, quando ſe Deo ſimpliciter vouebant, intelligitur, quòd ei miniſtrare ſemper deberent in Sanctuario, quia tamen non licebat, commutabat Deus iſtud votum in pecunia, quod eſt redemptio voti & dabatur pretium quod taxatur hic. & iſtud ſolum votum eſt quod redimebatur in Veteri Teſtamento, ſcilicet, quando quis non Sacerdos, neque Leuita ſe Deo ſimpliciter offerebat. Cetera autem vota ſi

I tenebant, complebantur ſicut fuerat facta promiſſio: & ratio differentiæ erat: quia in omnibus aliis erant perſonæ habiles ad implendum quod vouebant: in hoc autem non ideo hic non fiebat impletio, ſed commutatio in pecunia, ſicut hic dicitur. Sed obiicietur, quòd iſtud votum non deberet commutari, neque redimi, quia votum quod nunquam tenet, nō commutatur, neque redimitur; ſicut ſi quis non ſui iuris exiſtens, voueret offerre pecuniam, cum ille nullam habeat, neque habere poſſit, non tenet votum: neque ob id imponitur aliquid aliud vouēti. Idem, ſi quis coniugatus exiſtens, voueret intrare religionem, vel facere aliquid quod repugnaret redditioni debiti, vel impediret eam, neque votum complere tenetur; neque aliquid locus eius præſtare. Et ſic fiebat in Veteri Teſtamento: nam quando votum non tenebat, vt

K quia emittebatur à perſona, quæ non erat ſui iuris, quantum ad illud dicitur, quòd fiebat votum irritum; & Deus erat propitius vouenti, & nō imputabat ei ad peccatū non faciendo aliquid pro illo, vt patet Numer. 30. cap. & tamen ſi quis laicus vouebat ſeipſum Deo, non tenebat votum, quia non poterat ei applicari. ſ. ad miniſtrandum. ergo non fiebat aliqua redemptio voti. Dicendum, ꝙ ſi votum emiſſum non tenebat, nō fiebat aliqua commutatio pro eo, vel redemptio; licet poterat imponi interdum aliqua pœnitētia vouenti temerariè; quando autem quis vouebat ſe Deo tenebat votum: ideo volebat Deus, vt fieret commutatio. Circa quod ſciendum, quod quando aliquis vouebat ſe Deo, aut expreſſè vouebat ſe ad miniſtrandum in officio Sacerdotali, vel Leuitico, aut vouebat ſe Deo ſimpliciter, nihil vltra exprimens. Si primo modo, non tenebat votum, ſi vouens eſſet Laicus: neque etiam

commu-

commutabatur, vel redimebatur, ſed erat ſimpliciter irritum: & peccabat qui ſic voueret. Si autem ſimpliciter ſe vouebat Deo, tradebat ſe homo quantum iuſſerat Deo, qui poterat eum acceptare multis modis ad obſequium; ideo intelligebatur in eo ſenſu quo melius valere poterat; cum potius debeat res interpretari, vt valeat, quàm vt pereat. Sed ad aliquẽ vſum poterat Deus applicare hominem illum, qui nõ eſſet ſecundum legem ab eo datam ad illum vſum idoneus, vt portare aquas ad Sanctuarium, & cædere atque portare ligna ad ſacrificiũ, facere ſartatecta templi, & huiuſmodi, quæ cadunt in laicos: ſicut fuerunt laici illi, qui fecerunt Sanctuarium Domini in deſerto, ſ. Ooliab de tribu Dan, & Beſeleel de tribu Iuda, Exod. 31. cap. Votum ergo ſic emiſſum valuit: & ſic erat tale quod poſſet mutari: an tamen deceret commutari, dicetur infra. Sed obiicietur, ꝙ erat contra legem Dei commutari, vel redimi tale votum, quia in littera dicitur, omne quod Domino conſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non vendetur, neque redimi poterit. ergo nunquam danda erat pecunia pro eo, qui ſe vouerat, quia hoc erat votum redimi. Dicendum, ꝙ ibi non dicitur omne quod Domino vouetur non poterit redimi: ſed omne quod conſecratur; quod applicatur immediatè Deo, id eſt, ad aliquem actum qui eſt immediatè in cultum Dei: & talia non redimuntur, ſed maneat in illo actu applicationis. Quantum ad homines dicebantur conſecrari Sacerdotes, vel Leuitæ, quia applicabantur immediatè cultui Diuino: ideo ſi quis illorum ſe vouiſſet ad Deo miniſtrandum, non poterat pretio aliquo redimi, ſed oportebat illum complere quod promiſerat. illum ſecus aũt erat de laicis, qui non poterant ſic Deo applicari, ſed ad actus multum remotos: ideo iſti dicebantur voueri; ſed non conſecrari. propter quod poterant iſti redimi, & non erat contra legem. Nunc tãdem reſpondendum eſt ad id quod quærebatur ſupra, ſcilicet, ꝙ poterant acceptari laici quando ſeipſos vouebant Deo. ergo nõ erat votũ eorum redimendum pecunia. Dicendum, quòd ſi ſe expreſsè vouiſſent ad aliquam miniſtrationem, quæ eis licita erat, admittebantur, & non redimebatur votum eorum; & ſic eſſet ſi quis ſe voueret ad manendum in templo diebus, & noctibus, in ieiuniis, & orationibus: nam iſtud non erat aliqua miniſtratio ſpecialis Leuitarum, aut Sacerdotum, & ideo erat licitum laicis. Sic patet de Anna Propheteſſa filia Phanuel, de tribu Aſer, quæ diebus, & noctibus non recedebat de tẽplo, in ieiuniis, & orationibus ſeruiẽs nocte, ac die, Luc. 2. c & illa erat fœmina cui minus licebat quæcumque miniſtratio Sacerdotalis, & Leuitica, ꝙ̃ viris. ergo à fortiori liceret cuilibet viro illud agere. & pręſtare quod alicui ſimpliciter agere licet, licebit ex voto. Si aũt non ſe vouebat laicus ſpecialiter ad aliquam miniſtrationem, ſed vouebat ſeipſum ſimpliciter Deo, fiebat redemptio voti: quia licet ſub hac generalitate potuiſſet aliquid inueniri, cui homo ille traderetur perpetuo in cultũ Dei; cum ille nõ determinaret, neque Deus determinabat: ſed redemptionem voti imponebat, ſicut patet hic.

Votum laicorum quare commutabatur, cum poſſent laici in aliquibus Deo applicari. Et de ſectis religionis inter Iudæos. Quæſt. VIII.

SED quæretur cũ in iſto voto ſimpliciter emiſſo poſſe inueniri aliquod miniſterium, cui homo traderetur vel applicaretur in perpetuum propter Deum, quare non tradebatur illi, ſed redimebatur votum. Dicendum, quòd cum aliquis ſe ſimpliciter vouet Deo, ſe totum tradit Deo, debet intelligi applicitus eſſe illi rei, in qua magis poteſt eſſe Deo traditus. Et ſic in Nouo Teſtamento, ſi aliquis ſe ſimpliciter Deo voueat, intelligitur ꝙ debeat profiteri aliquam ex religionibus approbatis, quia nihil eſt, in quo magis ſeipſum Deo tradat, quàm in obſeruantia regulari, in qua homo ſeipſum totum tradẽs Deo nihil ſibi ipſi relinquit. Vnde, ſi in Veteri Teſtamẽto fuiſſent religiones aliquæ approbatæ, ſicut in Nouo Teſtamento, qui ſic ſe voueret, profiteretur aliquã illarum, & tamen nulla erat, vt oſtenſum eſt ſupra ideo habebat locum redemptio voti, & non nunc.

Secundò, quia ſi velimus accipere de reliquis applicationibus ad Deum, cum ſint ad aliquod miniſterium, vel ſpecialem actum Dei, oportebat illum aſſignari; & illa applicatio aut eſſet ſpiritualis, aut corporalis: ſpiritualis autem erat, ſicut manere in ieiunio, & orationibus, ſicut faciebat Anna Propheteſſa filia Phanuel, de tribu Aſer, Luc. 2. Corporalis aũt erat pro maxima parte, miniſtratio Sacerdotum, Leuitarum, & Gabaonitarum: Prima non veniebat nomine huius voti generaliter emiſſi, quia non poteſt cadere ſub voto niſi id quod concipitur à vouente, aut intelligitur ex verbis eius rationabiliter intellectis: & tamen ſic vouens non poterat concipere aliquam talem applicationem ad Deum cum illa non fuiſſet adhuc. Sic etiam nunc eſt: quia ſi quis ſe vouet Deo ad ſeruiendum ei in religione, vel in ſpeciali obſeruantia, non poteſt intelligi de religione, quæ nondum eſt, ſed de illa, quæ eſt, & non de qualibet, quæ eſt; ſed de aliqua ex illis, quæ sũt per Eccleſiam approbatæ. Et ita volunt iura, quæ nõ concedunt ſollemnizari votum, id eſt, eſſe firmum, ad hoc, ꝙ dirimat matrimonium, quod poſtea contractum fuerit, per profeſſionem cuiuſlibet religionis, ſed ſolum per profeſſionem alicuius earum, quæ ſunt per Sedem Apoſtolicã approbatæ; de voto, & voti redempt. c. vnico, lib. 6. Sed in Veteri Teſtamento non ſolum non erat aliquis modus religionis approbatus per legem Dei, immo nõdum erat inſtitutus, quia ſectæ aliquæ, quæ videbantur eſſe alicuius religionis inter Iudæos, ſicut Eſſeorum, & Phariſæorum, pauco tempore ante Chriſtum inſtitutæ fuerunt, vt dictum fuit ſupra. Ergo per votum ſic generaliter emiſſum, non veniebat aliquis modus viuendi ſpiritualis, manendo ſemper in templo, in ieiuniis, & orationibus, & potiſſimè cum iſta eſſet res nimis ardua, non veniret in generali ſermone: ſed per ſpeciale votum. Si autem accipiamus corporales miniſtrationes, ſicut erãt Sacerdotum, & Leuitarum. Dicẽdum, ꝙ non veniebant in hoc voto, cum laici eſſent perſonæ inhabiles ad hoc; ſolum autem manebat miniſterium Gabaonitarum, quod erat in comportando aquas, & cædendo ligna pro templo Domini.

Et dicendum, quòd ad hoc non debuerunt applicari, qui ſe Deo ſimpliciter vouebant. Primò, quia Gabaonitæ multi erant, qui ſufficiebant ad hanc miniſtrationem, & ſuperabundabãt, ideo ſuperuacuum erat adiungere alios miniſtros in hoc. Secũdò: quia iſtud erat miniſterium ſeruile propriè; & Deus propter honorem populi ſui nolebat illos huic miniſterio applicare, ſed illos qui erant ſerui, ſcilicet, Gabaonitas Chananæos applicuit. Tertiò, quia non ſolum hic erat ſeruitus, ſed & abiecta ſeruitus, quia in maledictionem, & opprobrium dictum fuit hoc Gabaonitis, quia deceperant Iſraelitas; Vnde dixit eis Ioſue: Itaque ſub maledictione eritis, & non deficiet de ſtirpe veſtra ligna cædens, aquaſq. comportans in domum Dei mei. Ioſue 9. capite. Sed Iudæi non applicarentur illi miniſterio, quod erat datum ſub maledictione: ideo non debebant ad hoc applicari. Quartò, quia in hoc grauaretur magis Sanctuarium: nam Sãctuarium prouidebat de expenſis omnibus miniſtrantibus in quocumque miniſterio, ſiue Sacerdotali, ſiue Leuitico, ſiue Laicali, quia qui altari ſeruit, viuere debet de altari. 1. Corinth. 9. capite; ideo cum miniſtrarent Gabaonitæ ferendo aquas, & cædendo ligna, prouidebatur eis de expenſis Sanctuarij. Si aũt multi alij ex Iſraelitis applicarentur Deo ad hoc miniſterium, non ſufficerent expenſæ Sanctuarij, & ſuperabundarent miniſtri, & ſic non eſſet conueniens aliquod: ideo non debuerunt applicari ad hoc miniſterium, qui ſic ſe vouebant. Neque ad alia miniſteria Laicalia applicari debebant, vt erat facere ſartatecta domus Sanctuarij, quia iſta non erat quotidiana miniſtratio, ſed aliquando fiebat pro multo tẽpore. vnde non expediebat pro hoc habere miniſtros ſpecialiter aſſumptos, ſed quando opus erat, vocabantur laici mercenarij qui illa facerẽt. Tertiò quantum ad principale, quia per hoc votum multi ſe Deo vouerent, & tamen nulla erat miniſtratio laicalis, neque omnes ſimul, in qua tot miniſtri eſſent conuenientes, quot de laicis ſe vouerent: ideo non debuerunt ad aliquod miniſterium applicari, ſed redimi eorum votũ conueniebat.

Quartò per iſtud votum quo ſe Deo vouebant, impen-

Peccatū grauiſſimū diſtrahere aliquē à cultu Dei.

debant quendam cultum Deo, & cultus Dei eſt ſemper ampliandus, & non imminuendus, cum ſit grauiſſimum peccatum diſtrahere homines à cultu Dei. ſicut dicitur 1. Reg.1.cap.quia erat peccatum puerorum,id eſt,filiorum Heli grande,quia diſtrahebant homines à ſacrificiis Dei. & tamen ſi vouentes ſe Deo, applicarentur talibus miniſteriis,qualibus Gabaonitæ,rari ſe vellēt vouere:quia homines magni ſtatus,& honoris, non ſe traderent huic ſeruili miniſtrationi;nulla autem applicatio ad Deum poterat minus recuſari quam illa, quæ commutabatur pecunia,cum cuilibet conueniat, ꝙ poſſit dare aliquam pecuniam,& nullus erubeſcat,neque durum iudicet.ideo fuit conueniens commutari tale votum pecunia, & non applicari homines ad miniſterium aliquod.

Quintò, & præcipuè,quia nulla miniſtratio,neque aliquis modus viuendi poterat conuenire omnibus, qui ſic ſe vouebant:nam vouebant ſe ſic maſculi,& feminæ,pueri, & ſenes,à puero vnius menſis, vſque ad quamcumque ætatem,vt patet in littera. & tamen maſculis,& feminis, pueris, & ſenibus ſecundum omnem differentiam ætatis, non poteſt competere aliqua vna miniſtratio, vel modus viuendi: ideo non debuerunt qui ſic vouerentur, ad aliquid certum applicari, ſed potuerunt redimi, quia redemptio in pecunia omni ætati, & ſexui competit.

Redēptio in pecunia omni ætati & ſexui cōpetit.

Sextò, quia ſimile faciebat Deus in aliis: nam omnes primogeniti erant Deo debiti,& liberauerat eos de morte in Aegypto,Numer.3.capite; & non poterant ei applicari ad cultum Sacerdotalem,vel aliam miniſtrationem: quia iſtæ fuerant datæ filiis Aaron, & Leuitis, Numer.1. 16. & 18. capitib. ideo, ne obligatio illa maneret non ſoluta,iubebat Deus,vt primogeniti hominum redimerentur,dato pro eis pretio,Exod.13.& infrà,in littera.& dabantur pro quolibet quinque ſicli,Numer.3. & 18. capp. ita tunc,cum quilibet ſe voueret Deo, debebat applicari ad aliquem cultum eius: ſed nulla miniſtratio erat, ad quam omnes poſſent applicari conuenienter,vt oſtenſum fuit. ideo debuit pecunia commutari.

Septimò & etiā præcipuè, quia Deus voluit prouidere miniſtris templi de aliquibus redditibus: erant enim Sacerdotes, & Leuitæ miniſtri Sanctuarij, & his prouidere Deus debebat de redditibus ſacris. ſed iſti erant pauci, quia Deus noluit imponere multa popularibus ſoluenda, ne grauarentur,& nollēt ſuſtinere legem hanc:ideo quæſiuit modum quemdam per quem prouideretur aliqualiter eis, non grauando laicos, ſed quòd ipſi ſponte ea darent. Hoc autem fuit in votis: fiunt enim vota ſpontè, & non iubente lege. Expreſſit autem Deus, quòd ſi quis ſe vouere vellet Deo, daret pretium quod ipſe taxauit hic. & hoc modo multi ex deuotione ſeipſos vouerent,& prouenirent inde redditus aliqui miniſtris. nam Sacerdotibus hoc dabatur, vt infra dicetur. & ob hoc etiam Deus taxauit primum pretium vouentibus, ſcilicet, non totum valorem hominis,vt ſic plures ſe vouerent, quod non fieret,ſi magna taxatio impoſita fuiſſet.

Quare Deus fecerit votorum taxationes inæquales, ponendo pretia diuerſa perſonis, & in quibus ſeruetur æqualitas, & & in quibus inæqualitas. *Quæſt.* IX.

NVNC quæretur cum Deus taxauerit redemptionem votorū hic, quare fecerit taxationes inæquales,ponendo diuerſa pretia perſonis?nā videtur,ꝙ debuit facere taxationem æqualem, & hoc, quia hoc pretium ſoluebant pro ſeipſis,quos Deo obtulerat. Si autem Deus eos taxaret inæqualiter, videretur, quòd non æqualiter acceptabat omnes: neque erant omnes coram eo æqualis valoris. & tamen hoc erat inconueniens,quia ſcilicet,ſequerentur inde inuidentiæ, & diſtractiones quorundam à ſe vouendo: ideo non debuit eſſe inæqualitas taxationum. Et patet Primò: quia licet nos non æqualiter homines appendamus, Deus tamen æqualiter illos reſpicit; quia non eſt apud Deum acceptio perſonarum, Act. 10. cap. & ideo in omnibus, quæ nos loco Dei facere debemus, non licet nobis accipere perſonas, ſed ita iudicare paruum,vt magnum. ſic patet Deuteronom.1.cap. ſcilicet,Audite illos,& quod iuſtum eſt iudicate: ſiue ciuis ſit

F ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruū audietis, vt magnum: neque accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. Ergo Deus ita paruos reſpicit, vt magnos, & ita non conſtituet illis inæquale pretium redemptionis, quia per hoc ſignificaret, ꝙ non faceret illos æqualis pretij.

Secundò,quia ita faciebat Deus circa alia: nam omnes Iſraelitæ quando tranſibant ad numerum, dabant pretium pro animabus ſuis,ſcilicet, dimidium ſiclum,& iuſſit Deus,quòd non daret plus diues,neque minus pauper, & non ſolum non fecit ibi taxationem inæqualem, ſed etiam non permiſit inæqualiter, vel plus ſolui, ſi vellet vnus plus quam alius dare, ſed quilibet daret ſolum dimidium ſiclum, Exodi 30. capite; & hoc erat ad tollendas æmulationes, ne quis putaret ſe magis ad Deum per-
G tinere, quam alius pertineat, aut eſſe coram eo maioris valoris; ergo ad tollendum hic eandem contentionem, debuit hic fieri taxatio æqualis.

Tertiò,quia idem obſeruauit Deus in primogenitis Iſraelitarum,qui redimebantur; fecit enim Deus omnes illius valoris, ſcilicet,quòd pro quolibet darentur quinque ſicli,Numer.3.& 18. cap. & ita non plus daretur pro primogenito Regis, quam cuiuslibet pauperis hominis; & hoc etiam factum fuit ad tollendam æmulationem. Sed hic etiam redimebantur perſonæ, quæ ſeipſas vouerant, ergo debebant poni pretia æqualia.

Reſpondendum,ꝙ Deus fecit taxationes inæquales,& tamen conuenienter fecit: neque ob id fecit omnem inæqualitatem,quæ fieri poterat:ſed aliquam,quæ ſine ſcandalo mandari poſſet: nam cum aliquis ſe Deo vouebat,
H totum ſe ei tradebat: ideò ſi votum pecunia commutandum erat, tantum dari debebat, quantum homo valere poſſet venditus: & tunc eſſet omninò inæqualitas pretiorum, & non viderentur omnes æqualiter ad Deum pertinere, ſed quidam plus, alij minus: iſtam autem inæqualitatem Deus non fecit: ideo neque permiſit vendi, aut æſtimari,ſicut vendendos eos,qui ſe vouerant, ſed ſtatuit illis certum pretium; cuius cauſæ poſitæ fuerunt ſupra. Alia etiam inæqualitas erat, quæ non faciebat aliquam contentionem,neque æmulationem, & illam poſuit.

Notādū de inæqualitatibus cōditionū humanarum.

Circa quod aduertendum,quòd aliqua eſt inæqualitas ſecundum naturam,& eſt omnibus communis. Aliæ ſunt inæqualitates à fortuna,vel magis per accidens, vt eſſe ditiorem,honorabiliorem,potentiorem,nobiliorem, ſapientiorem, robuſtiorem, & huiuſmodi, quæ vel non veniunt
I ex natura, vel non accidunt omnibus. Prima inæqualitas diuiditur in duas,ſcilicet,in ſexum,& ætatem; Alia habet multas partes,ſicut expreſſum fuit. Inæqualitas enim quę eſt ſecundum ſexum, omnibus communis eſt, quia quilibet natus eſt maſculus,vel femina. Eſt autem inæqualitas in ſexu, quia omnes mares ſunt naturaliter perfectiores quàm feminæ; & etiam Deus ſubiecit feminam viro in Paradiſo. Geneſ.2.capite. Ideo ꝙ pro viro detur maius pretium quàm pro femina, non eſt inconueniens; immò non bene paterentur viri,quòd feminæ eſſent eis ęquales. & ſic Deus conſtituit hic maius pretium in redemptione virorum, quàm mulierum. Alia inæqualitas eſt ſecundum ætatem,& iſta euenit ſecundum naturam: & etiam euenit omnibus, quia nemo eſt, qui ſi diu viuat,non habeat omnes ætates, & omnes in hoc iudicant maioris va-
K loris, & honoris eſſe virum,quàm puerum:neque ſcandalizatur quis, quod maioris honoris & valoris reputetur vir, quam puer. Iſtas ergo duas differentias & inæqualitates Deus ſeruauit, ſcilicet, quòd plus pro viro, quàm pro femina daretur, & plus in vna ætate, quam in alia. Aliæ autem differentiæ,& inæqualitates ſunt non ſecundum naturam, vel ſaltem non ſunt communes omnibus, vt eſſe ditiorem,ſapientiorem, honorabiliorem,robuſtiorem, nobiliorem, & iſtas non obſeruauit Deus: quia iſtæ eſſent cauſa æmulationis, ideo non conſtituit maius pretium pro vno horum, quàm pro altero.

Et ſecundum hoc reſpondetur ad obiecta. Ad primum dicendum,quòd apud Deum non eſt acceptio perſonarū, ita quòd ſine meritis tribuat quibuſdam bona, & aliis merentibus mala tribuat,& quod aliquibus pęnas non inferat, & aliis inferat, quale ſæpè faciunt homines: ſed in

omnibus

omnibus ſe habet iuxta merita, & demerita eorū, & tunc A non accipitur perſona, quia non cōſideratur perſona, ſed meritum. & ita nos in iudiciis,quæ loco Dei facimus,debemus ſola merita reſpicere,non conſiderando perſonas. Sed ita eſt, ꝙ in quibuſdam perſonis vouentibus eſt maius meritum, quam in aliis demeritis, quæ pertinent ad votum,quia eſt quædam inęqualitas ſecundum naturam, ſcilicet,in ſexu,& ætate:ideo faciendo inæqualitatem taxationis,non eſt acceptio perſonarum:immo & maior inæqualitas potuiſſet attendi ſine acceptione perſonarum, ſed non fuit à Deo facta ad tollendum mutuam inuidentiam,ut dictum eſt.

Ad ſecundum dicendū, quòd non tenet Deus hic modū diuerſum quam in aliis taxationibus, vbi recipit pretium pro perſona,& hoc eſt in tranſeuntibus ad numerū, & in primogenitis.De trāſeuntibus ad numerū eſt dicen- B dum, quòd quilibet ſoluebat dimidium ſicli, & non amplius, ſiue pauper, ſiue diues eſſet, vt non videretur eſſe maioris pretij apud Deum diues quàm pauper.& ita hic non facit Deus inæqualem taxationem pro diuitibus & pauperibus, ſed ſolum ſecundum ſexum, & ætatem & iſtam ſeruat vbicumque facit taxationem pretij perſonarum,ſi inueniatur iſta diuerſitas.& tamen inuenitur vtraque diuerſitas, id eſt, ſexus, & ætatis in vouentibus, & in tranſeuntibus ad numerum nulla harum: ideo omnibus tranſeuntibus ad numerum, eſt idem pretium, ſcilicet, quinque ſiclorum: ſed non in vouentibus; & patet hoc: quia tam maribus quā feminis licet ſe vouere Deo, præſuppoſita diſtinctione, quæ habetur Numer.3.capite. Ideo quandocumque fuerit votum feminæ, taxat Deus minorem ſummam, quam pro viro. Etiam in ætatibus C eſt differentia: quia in quacumque ætate poteſt homo voueri Deo: ideo magis taxat Deus pro vna ętate quàm pro alia. Non eſt autem hoc in tranſeuntibus ad numerum, quia nulla femina tranſibat ad numerum, ſed ſoli viri: nunquam enim feminæ nomina habent neque numerum in Scriptura, id eſt, non nominantur, vt indiuidua,vel partes populi. Et etiam non eſt ibi differētia ætatis,quia omnes,qui tranſeunt ad numerum, ſunt eiuſdem numeri annorum,ſ.in anno vigeſimo,quia ante illum annum nullus computabatur in populo, & poſt vigeſimum annum ſtatim computabantur, Exod.30. & Numer.1.c. & tamen hic pro omnibus qui ſunt eiuſdem ætatis datur idem pretium. ergo cum omnes trāſeuntes ad numerum, ſint eiuſdem ſexus,& ætatis,debet idem pretium pro omnibus illis dari:nam ita fit in vouentibus,ꝙ omnes vouen- D tes eiuſdem ætatis, & ſexus dent æquale pretium.

Ad tertium dicendum, quòd in primogenitorum redemptione non eſt differentia aliqua pretij, propter cauſam ſupra poſitam,ſcilicet,omnes ſoluunt quinque ſiclos: quia omnes ſunt eiuſdē ſexus,& ætatis: nam maſculi ſoli primogeniti redimuntur, feminæ autem non redimūtur, licet ſint primogenitæ; & ita non eſt differentia ſexus; & etiam non eſt differentia ætatis, quia omnes primogeniti redimuntur, quando ſunt vnius menſis, Numer.3.& 18. capp. Ideo propter identitatem ſexus & ætatis,debet eſſe idem pretium redemptionis. Sic etiam fit in vouentibus, quia omnes qui ſunt eiuſdem ætatis & ſexus, ſoluunt æquale pretium. *Si fuerit maſculus*. Diſtinguitur hic in vouentibus ſeipſos, vel qui ab aliis vouebantur, an eſſent E viri, vel feminæ; & ceteris paribus, ſemper ponitur maius pretium pro viro, quam pro femina; quod propter duo fit. Primò, ne viri moleſtè tolerarent iſtam legem, ſi feminæ æquarentur eis: nam cum natura virum perfectiorem femina fecerit,& Deus præpoſuerit virum feminæ in Paradiſo, inconueniens eſſet lex, quæ maioris pretij feminam efficeret quam virum, vel ſaltem æqualis, ideo debuit vir ceteris paribus, maiori æſtimari valore quam femina. Secunda cauſa eſt,quia quanquam non fiat hæc æſtimatio totalis ualoris ipſius qui vouetur, tamen ſecundum diuerſas ætates diuerſa pretia dantur: & pro robuſtioribus ætatibus maiora pretia conſtituuntur; ſed viri ſecundum naturam feminis præſtantiores, atque robuſtiores ſunt, ideo debuit maius pretium conſtitui in illis, quam in feminis. *A vigeſimo anno vſque ad ſexageſimum*. Etiam diſtinguuntur hic ætates in eis qui ſeipſos vouent:

Diſtinctio vouentium ſecūdum ſexū pro æſtimatione.

nam ſecundum varias ætates ſunt homines minus vtiles, vel magis ad famulatum: ideo Deus conſtituit diuerſa pretia. Et diſtinguūtur hic quattuor gradus ætatum,tam in viris, quàm in feminis, ſ. ab vno menſe vſque ad quinque annos, & à quinque annis vſque ad vigeſimum annum, & à vigeſimo vſque ad ſexageſimum, & à ſexageſimo vſque ad mortem. Iſti diuerſi ſtatus faciunt in homine diuerſos valores, & aptitudines ad ſeruiendum: ideo variātur pretia. Primò ponitur ſtatus qui eſt à vigeſimo anno vſque ad ſexageſimum, & pro iſto datur maior ſumma pecuniæ, ſcilicet,quinquaginta ſicli, quia iſte ſtatus eſt robuſtior ceteris, & in iſto eligebantur bellatores:nam quando aliquis erat annorum viginti,trāſibat ad numerum in Iſrael, vt patet Exod.30.cap. & in illa ætate eligebantur homines ad bellum vſque ad annum ſexageſimum. Si verò non acceſſiſſent ad vigeſimum, vel exceſſiſſent ſexageſimum,non accipiebantur ad bellum.ſic patet Num.1.c.14. & 26. & Deuteron.2.cap. & dabantur pro iſta ætate quinquaginta ſicli, quod erat maximum pretium vouentium ſe. *Dabit quinquaginta ſiclos argenti*. Hic ſolum ponitur de qualibet ætate vouentium, quantum dari deberet; & præſupponitur de omnibus iſtis votis, quòd teneant: nam ad hoc, quòd haberetur hic ordo artificioſus,neceſſe erat, vt poneretur primò, an vota facta valebant, vel non, quoniam aliquando vota non tenent: & hoc præſuppoſito, deberet diſtingui de ætatibus vouentium, quantum quis dare deberet.

Diſtinctio 4. graduum ætatum. pro æſtimatione.

Quid ſit votum, & quæ perſonæ poſſint vouere; & quantum, ad quid,vt ſunt filij, ſerui,& vxores. Quæſt. X.

SCIENDVM autem, ꝙ hic ſolū agitur de votis ſimpliciter à principio, ſcilicet, quando homo ſeipſum vouet,& ſine aliqua determinatione temporis, vel actus, poſtea aūt dicitur de rebus poſſeſſis ab homine. In quo præſupponendum eſt,quòd votum eſt ſpontanea promiſſio,qua quis Deo ſe obligat ad aliquid ei ſoluendum, vel faciendum, & cum nullus poſſit in alium plus iuris transferre,quàm in ſeipſo habeat, vel in re,nihil vouere poteſt qui ſe in poteſtate non habet, vel in re, cum per votum res tranſeat ad eum cui vouetur. pueri ergo non emancipati,& puellæ in domo patris exiſtentes,& vxores ſub virorum poteſtate conſtitutæ & ſerui ſub dominis degentes nihil vouere poterunt.

Diſtinguendum tñ eſt de voto vxorum,& filiarum nōdum emācipatarum, ſicut diſtinguitur Numer.30.cap.ſ. an pater, & vir audierunt,vel nōn audierunt; & ſi audierunt, an immediatè repugnauerint, vel non. His tamen omnibus ſic exiſtentibus, maior libertas vouendi eſt in Nouo Teſtamento, quàm in Veteri, quoniam in Veteri omnia vota in pecuniam redibant,vt quidam putant: ſed hoc falſum eſt: & hoc,ſiue homo ſeipſum voueret,ſiue res ſuas, niſi eſſet votum Nazaræorum, in quo quis ſeipſum Domino vouebat, vt certo tempore obſeruaret cęremonias abſtinentiæ à quibuſdam rebus, de quibus hr̄ Num. 6.c. hoc autem vertebatur in pecuniam. Et etiam ſi quis vouiſſet ieiunare,vel aliàs carnem ſuam macerare; nā hoc etiam tenere cōpellebatur. Filius aūt,& filia in Nouo, & in Veteri Teſtamento peculium non habent, dum emancipati non ſunt,niſi in quibuſdam caſibus:ideo votum factum ab eis de ſolutione alicuius quantitatis pecunię non tenet:nam ſi teneret,pater obligaretur,filiis non habentibus vnde ſoluerent,quod eſſet in præiudicium patris:ideo votum iſtorum non tenebat, niſi pater conſentiret.

In Nouo aūt Teſtamento magis acceptabilia ſunt Deo vota facta de perſonis,quā de rebus:ideo filius nō emancipatus, vel filia, ſi ſint in ætate diſcretionis, libertatē habet,& poſſunt vouere ingreſſum religionis, vel acceptionem ſacrorum ordinum patre inuito,vel neſciente, & tenebit votum, dum tamen vouēs fuerit in annis diſcretionis, & non furioſus, neque ebrioſus, ita ꝙ haberet voluntatem ſe obligandi;in bonis tamen patrum nihil vouere poſſunt, cum nihil habeant. De vxore autem aliter dicendum eſt, ꝙ ipſa minus libera eſt ad vouendum, quia licet filij nondum emancipati non poſſint vouere res, poſſunt tamen vouere perſonas, vxor autem, nec poteſt

res vouere, nec perſonam, quia mulier non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir, & vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier, vt patet 1. ad Corinth. 7. cap. Ideo vxor quantum ad perſonam ſuam, vouere non poteſt aliquid, quod directè, vel indirectè repugnet ſolutioni debiti, vel aliquo modo illud perturbet, ideo non poteſt caſtitatem vouere, niſi vir eam voueat; nec poteſt intrare religionem vnus, niſi alius introeat; quia nō debet vna pars ad Deum tranſire, alia in ſæculo remanente, niſi volens remanere talis eſſet, de quo nulla præſumptio propter ætatis ingraueſcentiam haberetur. De his per totum habetur de conuerſione coniugatorum.

Nec etiam poteſt vxor inuito marito ieiunium, vel carnis macerationem vouere: quia hoc indirectè redundat in damnum prolis, ſi mulier prægnans, vel nutriens fuerit. Nec poteſt vouere ire in aliquam peregrinationem ſine viri conſenſu: quia ex hoc perturbatur debiti ſolutio. ideo dicit Apoſtolus 1. ad Corinth. 7 c. Nolite vos defraudare adinuicem. ſ. debito, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt orationi vacetis: iterum reuertimini in idipſum, ne vos tentet Satanas. Vir aūt tanquam maioris poteſtatis poteſt vouere ſine cōſenſu vxoris omnem peregrinationem, niſi tranſmarinam: quæ quia longinqua eſt, in magnam vxoris præiudicium redundaret. De his per totum, tit. in Decretal. de voto, & voti redempt. Seruus aūt minoris poteſtatis eſt in vouendo quam omnes iſti: quia nihil habet in rebus, neque in perſona, cum ſeruus ſit homo ens ſimpliciter alterius, vt patet per Ariſt. 1. Politic. c. 2. Vxor autem alicuius, licet quantū ad ea quæ pertinent ad legem tori, libera non ſit, ſimpliciter tñ libera eſt: ideo in aliis quæ non impediunt actum matrimonialem directè vel indirectè vouere poteſt, vt ire ad eccleſiam, vel orare, vel dare moderatè eleemoſynā de bonis, quæ ſpeciali arte, vel officio acquirit. Seruus aūt nihil horum vouere poteſt: quia omnia in dñi preiudicium vertūtur, quia per hæc aliquod tēpus ſeruitij impediretur; poteſt tñ vouere orare ſine loci determinatione, vt non perturbet obſequium impendendum Domino ſuo: & tñ omnibus his exiſtentibus nulla perſona eſt, quæ totaliter careat poteſtate vouendi. Hoc autem præſupponēdum erat hic à lege, antequam diſtingueret de quantitate ſolutionis votorum: ſed non curat, quia ſubintelligit hic omnia, de quibus hic dicitur, valida fuiſſe. *Dabit quinquaginta ſiclos argenti.* Iſtud eſt maius pretium quod dabat vouens ſeipſum: & hoc, quia iſta ætas eſt robuſtior ceteris, & homo magis valet in ea quā in aliis: aliæ autem priores vel poſteriores deficiūt robore in potentiis motiuis, & operatiuis: ideo ſunt impotentes iſtæ ætates ad acquirendum neceſſaria naturaliter.

Seruus quid ſit.

Nullus priuatur totaliter poteſtate vouendi.

Notandum de ſiclo.

Sciendum autem de ſiclo, quod eſt moneta, & eſt determinatæ quantitatis in pondere, quia eſt de materia argenti; monetæ autem quæ ſunt de nobili materia, ſ. de auro, vel argento, determinantur in pondere, & in figura. Alia aūt ſolum determinantur in figura. & ſic dicitur hic de ſiclo, ꝙ continet viginti obolos, vt infra patet. Illæ. n. ſunt paruæ menſuræ ponderū. *Ad menſuram Sanctuarij.* i. iſti ſicli dabuntur iuxta pondus Sanctuarij. In quo ſciendum, ꝙ apud Iudæos erant duplices ſicli, ſcilicet, vulgares, & Sacerdotales pertinentes ad Sanctuarium. & illi qui ſunt ad Sanctuarium pertinētes maiores ſunt vulgaribus: ideo Deus iubet, ꝙ iſta vota ſoluerentur ſecundum quantitatem ſiclorum Sanctuarij, qm̄ ſi non exprimeretur, ſemper intelligeretur de minori moneta. Deus ergo dedit regulam generalem, ꝙ quęcumque æſtimatio fieret in rebus pertinētibus ad Deum, fieret per ſiclum Sāctuarij, vt patet infra. *Si mulier triginta.* i. ſi fuerit mulier, à viginti annis vſque ad ſexaginta vouens ſeipſam, dabit ſiclos triginta, & ſic minus dabat viginti ſiclos viro, quia dabantur quinquaginta pro viro. nō enim debuit femina æquari viro, propter duas rationes ſupra aſſignatas.

Cuius iuri cedebant iſtæ pecuniæ, an iuri Sacerdotum, vel Sanctuarij; & quæ erant quæ pertinebant ad Sanctuarium. Quæſt. XI.

CIRCA iſtas pecunias aliquis inquiret, cuius iuri cederent, an iuri Sacerdotum, vel vſus Sanctuarij:

F nam quædā erant determinata pro Sanctuario, quæ nullo modo pertinebant ad Sacerdotes, ſicut pecuniæ quæ dabantur à tranſeuntibus ad numerum. ſ. ꝙ quilibet implens annum vigeſimum dabat ſiclum dimidium, vt patet Exodi 30. c. cum dr̄: Suſceptamq. pecuniam, quæ collata eſt à filiis Iſrael, trades in vſus Tabernaculi teſtimonij, vt ſit monimentum eorum coram Dñō. alia aūt pertinebāt ad ſolos Sacerdotes & Leuitas: ſicut decimæ & primitiæ, & multa alia intra ſacrificiorū, de quibus hr̄ Num. 18. c. De hac ergo ſic dubitabitur. In quo aliquis reſpondebit iſtam pecuniam pertinere ad Sacerdotes. nā pecuniæ aliarum redemptionum etiā ad Sacerdotes pertinebant; nam cum aliquis primogenitus naſceretur, ſuſcipiebant inde Sacerdotes quinque ſiclos, & ab eis redimebatur talis primogenitus. ſic patet Numer. 3. & 18. capp. Eo-

G dem aūt modo erat in iſta redemptione votorum in qua quilibet vouēs ſeipſum redimebat: qm̄ ſe Deo vouebat, & propter hoc erat ſeruus eius. vt aūt redimeretur, dabat pro ſe ſiclos, qui hic continentur. ergo ad Sacerdotes iſti pertinebant, ſicut ſicli pro redēptione primogenitorum. Ad hoc reſpondebitur, ꝙ iſte modus reſponſionis non ſtat: Nam Sacerdotes habebant cauſam rationabilem, propter quam ſuſciperent pecuniam redemptionis primogenitorum, ſed de votis hoc non apparet. Nam primogeniti filiorum Iſrael erant Deo obligati ad ſeruiendum, quia liberauerat illos de terra Aegypti, & poſtea elegit Dñs Deus magis Leuitas quàm primogenitos totius Iſraelis, & fecit vt ſeruirent ſibi Leuitæ loco omnium primogenitorum totius populi, vt patet Numer. 3. c. ſ. Tolle Leuitas pro primogenitis filiorū Iſrael, & pecora Leuitarum pro

H pecoribus eorum: eruntq. Leuitæ mei. Et propter hoc obligati erant oēs primogeniti de populo Leuitis, qui ſeruiebant pro eis. & ſic qn̄ aliquis primogenitus naſcebatur, redimendus erat à Sacerdotibus, & dabantur eis quinque ſicli pro illo, vt patet Numer. 3. & 18. capp. non eſt autem ſic in ſoluentibus votum, qm̄ Sacerdotes nihil ſeruiebant pro huiuſmodi vouentibus, nec erat aliquid ſm̄ qd̄ obligarentur iſti vouentes Sacerdotibus, ſecundum ꝙ obligabantur primogeniti; non ſtat ergo ratio iſta. Aliqui autem econtrario dicent. ſ. ꝙ iſta pecunia conuertebatur in vſus Sanctuarij, vt inde reædificaretūr, vel conſtrueretūr, quicquid eſſet conſtruendum in Sanctuario. Sic patet 4. Regum, cap. 12. ſcilicet: Omnem pecuniam ſanctorum, quæ illata fuerit in templum Dñi à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animę, & quam ſpontè & arbitrio cor-

I dis ſui inferunt in templum Dñi, accipiant Sacerdotes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſartatecta domus, ſi quid viderint neceſſarium in inſtauratione. ecce. n. ibi dixit pecuniam, quæ offertur pro pretio animæ, debere ſumi ad ſartatecta domus. Iſta tñ eſt quam offerunt vota ſoluētes, quod patet: quia hic diſtinguitur duplex pecunia. ſ. illa quam arbitrio cordis ſui quis offert; & illa quam dat ꝓ pretio animæ; Vñ iſta ſecunda neceſſariò eſt pecunia pro redemptione: nam aliter non dr̄ pretium animæ. & hoc propriè pertinet ad id quod dicitur hic: quia iſti vouentes dicuntur ſpondere animam ſuam, vt patet in littera. Poſtea aūt cum ſe redimunt, dicuntur dare pretium pro aīa ſua. Ad hoc rñdēdum eſt, ꝙ iſta pecunia quæ dabatur ab offerentibus propter votum, non cedebat iuri Sanctuarij, nec inde quicquam conſtruebatur, ſed pertinebat ad iura

K Sacerdotū, quæ erant diſtincta à iuribus Sanctuarij. Cum verò arguitur, ꝙ pecunia quæ erat pro pretio animæ, pertineret ad ſartatecta templi: reſpondetur, ꝙ ibi non vocatur pecunia pro pretio animæ illa, quæ dabatur pro redemptione vouentium, ſed illa quæ dabatur à tranſeuntibus ad numerū à viginti annis, & ſupra, hoc patet ex eo quod hr̄ 2. Paralip. 24. c. nam ibi ponitur declaratio eius dicti qd̄ habetur 4. Reg. 12. c. cū id, quod ibi dr̄, poſtea recitetur in Paralip. dr̄ tñ 2. Paralip. 24. c. Quare tibi nō fuit curæ, vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ieruſalem pecuniam, quæ conſtituta eſt à Moyſe ſeruo Dñi, vt inferret eā oīs multitudo Iſrael in Tabernaculum teſtimoniis. Ecce, qualiter patet illam pecuniam, quæ eſt pro pretio animæ eſſe intelligēdam de pecunia, quam iuſſit Moyſes inferri. Sed hoc propriè non intelligitur de pecunia pro voti redemptione: nam dr̄ ꝙ Moyſes iuſſit, vt omnis mul-

titudo

titudo inferret iſtam pecuniam: & tñ manifeſtum eſt, ꝙ A non intelligitur de vouẽtibus, quia nõ vouebat tota multitudo, ſed rariſſimi, potiſſimè in tali voto, quo homo voueret ſe ſimpliciter Deo, & daret quinquaginta ſiclos; intelligendo tamen de pecunia, quæ dabatur à tranſeuntibus ad numerum, eſt verum, ꝙ tota multitudo ſoluebat iſtam pecuniam, quia non erat aliquis in toto Iſrael, qui completo anno vigeſimo, non cogeretur ſoluere iſtã ſummam. Et vocabatur iſta pretium animæ, ſicut dicebatur 4. Reg. c. 12. quia offerebatur pro anima cuiuslibet; ſic patet Exodi 30. c. ſ. Quãdo tuleris ſummam filiorum Iſrael, iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Dño, & nõ erit plaga in eis cum fuerint recenſiti: hoc aũt dabit omnis qui tranſit ad nomen, vel numerum, dimidium ſicli iuxta mẽſuram templi. Item patet hoc, qm̃ de iſta pecunia, quæ colligebatur pro pretio animæ, dr̃ 2. Paralip. 24. c. ꝙ præcepit eam Moyſes inferri in Tabernaculum teſtimonij; non poteſt tñ hoc intelligi de pecunia, quæ ſoluebatur pro votis, quia de iſta non dr̃ hic, ꝙ inferretur in Tabernaculum, vel ꝙ tranſiret ad vſus Tabernaculi. De pecunia tñ quæ dabatur à tranſeuntibus ad numerũ, habetur expreſsè, ꝙ daretur ad vſus Sanctuarij, vt patet Exodi 30. c. ſ. ſuſceptamq. pecuniam, quę collata eſt à filiis Iſrael, trades in vſus Tabernaculi teſtimonij, vt ſit in monimentum eorum coram Dño. Patet igitur, ꝙ pecunia pro pretio animæ, quæ dr̃ danda ad ædificationem Sanctuarij, vt habetur 4. Reg. c. 12. nõ intelligitur de iſta pecunia, quæ datur hic à vouẽtibus: ſed de illa, quę dabatur à trãſeuntibus ad numerũ. Quòd aũt pecunia iſta, quæ dabatur à vouentibus tranſiret in ius Sacerdotum, & non Sãctuarij apparet ex eo, quod habetur infra in littera, cũ C dr̃: Poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet Sacerdotum. Sicut ergo de poſſeſſionibus eſt, ita de redemptione votorum, quantum ad homines, & de quibuſcumque quæ Deo vouebantur: cum littera non diſtinguat aliquid inter hoc. Item, apparet hoc manifeſtius Numer. 18. c. vbi ponitur catalogus iurium Sacerdotaliũ, & dr̃: Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael, tuum erit. Sed iſtæ pecuniæ dabantur pro voto perſonæ: ideo manifeſtè pertinebant ad iura Sacerdotũ, & non Sanctuarij; & ſic eſt de oĩbus quæ in hoc c. habentur, ꝙ in eorũ ius cederent. *A quinto autem anno vſque ad vigeſimũ.* Hic ponitur alia ætas vouentiũ, ſ. à quinto vſq; ad vigeſimũ. & iſta nõ eſt ita robuſta, nec pfecta, ſicut ſupra poſita: ideo nõ datur in ea tantũ pretium.

Pretium aĩæ quare vocatur hec pecunia.

Quare dicatur hic de quinto & non de quarto & tertio anno. D
Quæſt. XII.

CVM autem hic dicitur de quinto anno, aliqui dubitant, quare dicatur de quinto, & non dicatur de quarto vel tertio. Et quidam reſpondent, ꝙ hoc fit, quoniam votum nunquam valet, niſi in habentibus diſcretionem: & tñ ante quinque annos nullus habet diſcretionẽ. Dicendum eſt hoc non poſſe ſtare: qm̃ ẽt in quinto anno non habent homines diſcretionẽ, nec in ſexto, nec in ſeptimo, niſi interdum, quod rarum eſt, malitia ſuppleat ætatem: potiſſimè, quia non requiritur quæcũque ſimplex diſcretio infantilis ad obligãdum ſe voto, ſed aliquanta, vt ſciat vouẽs ſe per votum obligari, & cui obligetur. Item, non ſtat hoc: quia in Veteri Teſtamento quando puer vel puella erant in poteſtate patris, non erat votũ in eis obligatorium, niſi audiente patre & conſentiente, ſaltem in ſimplicitate per taciturnitatem, vt patet Numer. 30. cap. ideo puer etiam 12. vel 13. annorum, vel puella nõ ſe poſſent obligare ex voto ſuo ſimpliciter: non ergo ponitur pp hoc ætas anni quinti. Item, non ſtat iſta ratio: quia nõ ſolum ponitur à quinto anno vſque ad vigeſimũ, ſed etiam ab vno menſe vſque ad quintum annum, vt patet immediatè. Manifeſtum tamen eſt, ꝙ in vno menſe non habet aliquis vllam partem diſcretionis, nec etiam loqui poteſt, nec intelligere ad vouendum. Aliter ergo iſta intelligenda ſunt. Dicendum enim ꝙ hic agitur de votis perſonalibus, quæ interdum fiebant ab hominibus pro ſeipſis: interdum aũt vouebãtur filij à patribus, vel à matribus vouebantur: & tũc valebat votum. Cauſa eſt: quia iſtud votum erat conuertendum in pecunias, & non directè obligabatur perſona filiorum, ſed pecunia patrũ vouentium; in præiudicium rñ ſuum quilibet vouere poteſt, quantum voluerit. Etiam non ſolum tenebat, vt quidam putãt hoc, qñ votum conuertendum erat in pecunias, ſed ẽt qñ perſona ipſa, quæ vouebatur, obligabatur Dño ad ſeruiendũ ei in æternum. Sed de hoc dicetur veritas 1. Reg. 1. c. ſicut patet de Samuele Propheta, quem mater ſua Anna vouit, vt maneret in æternum coram Dño, vt patet 1. Reg. c. 1. cum dicitur: Pro puero iſto oraui, & dedit mihi Dñs petitionem meam, quam poſtulaui eum. Idcirco & ego cõmodaui eum Dño cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Dño, & ante hoc dicebatur: Non vadam donec ablactetur infans, & ducam eũ, vt appareat ante cõſpectum Domini, & maneat ibi iugiter: Sic aũt poſtea factum eſt: manſit namque poſtea Samuel ſemper coram Domino miniſtrans, vt patet 1. Reg. 2. & 3. capp. *Maſculus dabit viginti ſiclos.* Iſtud eſt pretium huius ſecundæ ætatis. & B ponitur duplũ & amplius in alia ætate, ſcilicet, duplum ſeſquialterum. & hoc quia ætas quæ eſt à viginti vſque ad ſexaginta, melior eſt quam ea quę à quinque vſque ad viginti annos. *Femina decem*, i. femina quã vouerint patres earũ, à quinto anno vſque ad viginti dabit ſiclos decem.

Doct. reſpondent ad quæſitum. Votũ parentũ de filijs valebat in præiudicium patrum. nõ tamẽ filiorũ niſi illud ratificaſſent.

Quare variauerit Legiſlator hic pretium pro femina iubendo à quinto anno vſque ad vigeſimum dare ſubduplum.
Quæſt. XIII.

SED aliquis arguet circa hoc, quare variauerit Legiſlator hic pretium: nã ſemper iubet dari plus pro viro quam pro femina: tamen nunquam datur duplum; patet id: quia à viginti annis vſque ad ſexaginta pro viro datur quinquaginta, & pro femina triginta. Ab vno menſe vſque ad annum quintũ, pro maſculo dantur quinque ſicli, pro femina tres. A ſexaginta annis & vltra, pro viro dantur quindecim, pro femina decẽ. & ſic ſemper eſt pretium pro femina plus quam medietas pretij maſculini. Hic autem eſt præciſè medietas, ſcilicet, pro maſculo viginti, pro femina decem. Reſpondendum eſt, ꝙ ſola voluntas Legiſlatoris ſufficit hic pro ratione: nec enim de omnibus rationem dare oportet. ſic enim & ipſæ leges humanæ dicunt, ꝙ de omnibus quæ à maioribus noſtris cõſtituta ſunt, ratio reddi non poteſt, nec conuenit: Nam ſi in omnibus aſſignaretur ratio legitima, non appareret poteſtas Legiſlatoris, quia magis viderentur homines induci ad legem ex vigore ipſius legis, quã ex poteſtate Legiſlatoris. Exempla autem horum patent multa in iure: non eſt enim maior ratio quare præſcriptio fiat in decem annis, quam in nouem, vel in vndecim, vndè in quibuſdam determinationibus particularibus ſola volũtas Legiſlatoris ſufficit; dum tñ non ſit contra rationem. Vnde de ratione propriè legis poſitiuæ eſt, ꝙ non ſit contra rationẽ, vt bona ſit: ſed non eſt de ratione eius, ꝙ habeat rationẽ, vt bona ſit. Ideo lex poſitiua, quæ ſm̃ rationẽ eſt, purè melior eſt quàm illa; quæ nõ eſt per rationem tanquam per cauſam: ſed non eſt ita propriè poſitiua, ſicut alia; quod patet apud Dialecticos de propoſitione diſiũctiua: nam verior eſt illa diſiunctiua, cuius vtraque pars eſt vera, quam illa, cuius altera tm̃ eſt vera. magis tñ propria diſiunctiua eſt, cuius altera eſt vera, & altera falſa. Satis patet hoc ex modo loquendi Ariſt. in 5. Ethicor. vbi agit de iure poſitiuo, & naturali. Item patet hoc ex ratione, quia ius poſi- E tiuum & naturale differunt. Sed ius naturale humanum dicitur omne quod per ſe recta ratio dictat: & ſic dicimus decem præcepta eſſe de iure naturali. ergo non vocantur talia propriè poſitiua, ſed illa quæ nullo modo ratione humana determinantur, ſicut prolis educatio, & ſucceſſio liberorum, de iure naturæ cõmunis eſt. Et dato, ꝙ aliquis legis conditor iſta in ſuis legibus iubeat, non propter hoc efficientur poſitiua, ſed ſemper manebunt naturalia. Ita cum omnia quæ dictat recta ratio, ſint magis de iure naturali hominis, quam educatio prolis: (quia hoc ineſt ſibi inquantum rationale, illud verò inquantum ſenſibile, & rationale humanam complet ſpeciem, & non ſenſibile) omnia quæ recta ratio dictat eſſe totaliter facienda, erunt de iure naturali. Item quia ſecundũ Philoſophũ, 5. Ethic. legalia ſunt de quibus non refert vtrum ſic, vel aliter ſint.

De rõne legis poſitiuæ non eſt, ꝙ ſit à ratione, ſed ꝙ nõ ſit cõtra rõnẽ.

Ius poſitiuum et naturale differũt.

Ea autem quæ ratio dictat, multum differt ſic, vel aliter eſſe. Sed quia ius iſtud naturale, quod prouenit ex determinatione rationis, non ſe habet ita inuariabiliter, ſicut ius naturale, quod naturæ cõi competit: Legiſtæ ſolum illud quod à natura cõmuni prouenit, naturale appellant; hoc autem quod ex determinatione rationis eſt, ciuile corrupto nomine diffiniunt. Ideo, ſi aliqua regula eſt determinata à ratione, de qua differt vtrũ ſic, vel aliter ſit: quantumcumque concernat priuatam vtilitatem, vel alicuius loci ſolius, vel perſonæ: tñ de iure naturali eſt. *Obiectio.* Si aũt obiiciatur, ꝙ ius naturale cõmune eſt. *Reſpõſio.* Reſpõdetur ꝙ hoc ius cõe eſt: quia licet iſta regula dictata à recta ratione ſoli iſti loco conueniat, hoc per accidẽs eſt, quia vniformiter & totus mundus, imò & infiniti mundi ſi eſſent, per iſtam legem regi poſſent, ſi eadem diſpoſitio in eis eſſet, quæ eſt in iſto loco: ꝙ ergo vni ſoli conueniat, nõ eſt de natura legis, ſed ex natura particularis diſpoſitionis loci, qđ legi per accidens ineſt. Vel aliter dr̃, ꝙ rationi practicæ innata ſunt vniuerſalia principia actuum humanorum, vt ꝙ bonum appetẽdum, & malum fugiendum eſt: alia aũt ſunt minus vniuerſalia. Applicatio etiam horum ad operationes ſm particulares conditiones loci, & perſonarum, & aliorum naturalium, aliqualiter rationi inſitum eſt: ſed perfici ſine experientia non poteſt, vt patet per Philoſophum, 6. Ethicor. quia prudentia partem à natura, & partem ab inquiſitione conſequitur.

Patet ergo inductum ex ſupradictis, quia illa purè eſt lex poſitiua, quæ nec à ratione dictante illam eſt, nec tamen contra rationem eſt. Indiget tñ ad ſuam poſitionem actu rationis, vt videatur ſi aliquo modo contra rationem eſt. ideo de lege iudicatur ab hominibus antequam fiat, poſtquam verò facta eſt, iudicat homines. Si autem aliqua regula ſit, quæ hẽt aliquid quod ſola ratio dictat, & aliquid quod ex ſola conditoris voluntate eſt, iſta mixta eſt ex naturali, & poſitiuo iure. *Aliqua leges ſũt purè naturales: alia purè poſitiua: alia mixta ex vtroque.* Exempla horũ habemus in Veteri Teſtamẽto, in quo Decalogus eſt qui purè pertinet ad ius naturæ præter obſeruationem ſabbati. Alia autem erant purè poſitiua, ſicut cæremonialia. non enim erat ratio quare magis facerẽt iubilæũ Iudæi anno quinquageſimo, quàm ſexageſimo, & ſic in aliis purè cæremonialibus. licet aliqua illorum habent cauſam figuralem: ſed non inquantum cæremoniæ, vel determinationes cultus ſunt. Alia medio modo ſe habent, vt iudicialia, in quibus aliquid naturale eſt, & aliquid ſolum voluntarium vel poſitiuum, vt patet diſcurrenti modum ſuperiorum. De omnibus autem taxationibus pretiorum, vel aſſignationibus terminorum dicendum eſt, quòd tam in iuribus humanis, quàm in Diuino, ſunt purè poſitiua, & ſolam Legiſlatoris voluntatem habent pro cauſa: non enim maior ratio eſt, quare dentur decem dies ad appellandum, quàm duodecim, vel nouem. & hic non eſt maior cauſa quare dentur pro maſculo uiginti ſicli, quàm uigintiquinque; non eſt ergo in his inquirenda cauſa. Primò repugnat in his dati cauſam determinatam, quia ſi eſſet ratio, quare darentur decem dies ad appellandum, & non duodecim, uel undecim, non eſſet lex iuſta ſi dediſſet ad appellandum duodecim dies. *Notandum litterale.* *Ab vno menſe & vſque ad annum quintum.* Iſta erat minima ætas. & non eſt intelligendum quòd habentes iſtam ætatem uouerent ſeipſos, quia in uouente neceſſaria eſt uoluntas obligandi ſe, & cognoſcere quomodo ſe obligat, quod uſque ad annum quintum hominibus non contingit. *An teneat votum patrum in filios.* Sed intelligendum eſt, quòd iſti uouebantur à parentibus ſuis, ſicut dictum eſt de Samuele, quem uouit mater ſua ad hoc, ut ſemper miniſtraret coram Domino, ut patet 1. Reg. cap. 1. & ſic aliquando parentes nunc uouent filios ad aliquod, quando in parua ætate ſunt, quod ipſi parentes compelluntur facere in filiis ante ætatem diſcretionis ſi compleri poteſt. Si uerò nequit compleri uſque ad ætatem adultam, vt profiteri religionem, uel accipere ſacrum ordinem, non tenentur filij ad vota parentum facta de eis; parentes tamen obligãtur quantum ex parte ſua eſt in eo, quod poſſunt: quia votum ab eis emiſſum in præiudicium ſuum tenet, ſed non in præiudicium filiorum, qui non poterant conſentire, uel diſſentire tempore emiſſi uoti, propter defectum ætatis.

F *Quare dicatur hic ab vno menſe vſque ad annum quintum, & non ab vno die; & an parentes poſſint vouere filios cum naſcuntur, vel antequam concipiantur, & an teneat votum. Quæſt. XIIII.*

QVÆRET aliquis quare dicitur hic ab vno menſe vſque ad annum quintũ; & non dixit ab vno die, vel ab hora natiuitatis vſque ad quintũ annum. *Improbatio.* Fortè aliquis rñdebit, ꝙ in tempore præcedenti non poterat voueri puer, ſed poſt menſem. Dicendum eſt, ꝙ hoc non poteſt ſtare: nam non uñ aliqua ratio cur puer natus poſt unum menſem uoueri poſſet, & non ante menſem: nam non reperitur in eo aliqua ratio diuerſitatis completo menſe, uel nondum completo: nam ſi diceretur, ꝙ puer completo menſe incipit habere vſum diſcretionis, & ante G completionem non habebat, eſſet aliquid quanquam non ſufficiens: tñ nec ante completum menſem, nec poſt, rõnis vſum hẽt, vſque ad multa tempora: ideo non põt propter hoc diuerſitas euenire. Itẽ falſum eſt, ꝙ ante menſem non poſſint voueri paruuli: nam ea hora qua naſcuntur, immò ẽt antequam naſcãtur, & prius quam cõcipiantur in vtero, voueri poſſunt. ſicut patet de Anna quæ vouit Samuelem filium ſuum antequam conciperet eum, vt hr̃ 1. Reg. c. 1. cum dicitur: Dñe exercituum, ſi reſpiciẽs videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, dederiſq; ſeruæ tuę ſexum virilem, dabo eum Dño omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius. Hoc aũt votum erat, quanquã conditionale, vt patet in eadem littera. ſ. cum eſſet Anna amaro animo orauit Dñm flens largiter, & votum vouit dicens: Dñe exercituum. &c. *Doct. reſpõſio ad quæſitũ.* Rñ- H detur ergo, ꝙ votum fieri poterat ante vnum mẽſem. Hic tñ dicitur ab vno menſe vſque ad quintum annum, quia intelligitur puer vnius menſis ab ea hora qua natus eſt, vſque ad cõpletionem menſis. Iſte modus loquẽdi eſt vſitatus in Sacra Scriptura: nã ſæpè dicit Deus, ꝙ offerantur ſibi agni anniculi, & tñ nõ requirebatur, ꝙ illi eſsẽt vnius anni completi, ſed poſtquam compleuiſſent ſeptem dies, offerri poterant: & ſic quilibet agnus vocabatur anniculus, poſtquam complebat ſeptimum diem uſque ad finem anni, & toto hoc tẽpore offerri poterat. ſic patet ſupra 22. c. ſ. bos, ouis, & capra, cũ genita fuerint, ſeptem dieb. erunt ſub ubere matris ſuæ: die aũt octauo, & deinceps, offerri poterunt Dño. Idem habetur Exodi 22. c. Ideo dicẽdum, ꝙ idem eſt dici ab uno menſe, uſque ad quintum annum, quod ab hora natiuitatis, uel ante uſque ad annũ. Vel for- I tè dici poſſet, ꝙ iſtud votum fieret poſt cõpletum mẽſem, ad tollendũ intricationẽ de ſolutione pretij pro primogenitis: nã in redemptionem primogenitorum dabãtur ſicli quinque, vt patet Numer. 15. & 18. capp. cũ dr̃: Cuius redemptio eſt poſt mẽſem vnũ ſicli argenti quinque. Etiam pro puero qui erat ab vno mẽſe vſque ad quinque annos, dabantur quinque ſicli, vt patet hic. Si ergo aliquis vouerer primogenitum ſuum antequam haberet vnũ mẽſem, & poſtea ſolueret quinque ſiclos, videbatur eſſe ſolutus à totali obligatione, ſiue voti, ſiue redemptionis pro primogenitura; quia tñ pro vtroque diſtinctè ſoluẽdum erat, nõ debebat fieri votum ante menſem, ne implicarentur iſtæ ſolutiones. Sed dicendum eſt conuenientiorem eſſe primam ſolutionem: nam Deus non iubet ſolum voueri paruulos poſt menſem, ſed etiam ante poſſunt voueri. Nec K etiam poteſt dici, ꝙ iſta lex dixerit de vno menſe, quaſi vetuerit ante voueri paruulos, ne coincideret ſolutio votorum cum ſolutione redẽptionis primogenitorum: nam hoc ſolum erat ad primogenitos, & tamen ſtante iſta regula non ſolum vetarentur offerri primogeniti ante menſem, ſed etiam generaliter omnes maſculi. Item patet hoc, quia in nulla femina poterat eſſe dubium, quia feminæ nunquam redimuntur, ſed ſola primogenita maſculina. idem tñ dicitur hic de femina. ſ. ꝙ dentur pro ea tres ſicli ab vno menſe vſque ad annum quintũ; in quo eodem modo inueniretur, ꝙ feminę nõ poterãt voueri vſque ad menſem completum. Sed hæc falſa ſunt, non ſolum de feminis, ſed & maſculis non primogenitis: illi enim ante menſem voueri poterant, ſicut patet de Anna, quæ vouit filium ſuum Samuelẽ antequam naſceretur, & tñ ille erat primogenitus; quia nullum habuerat ante ipſum, vt apparet

patet 1. Reg. c. 1. Dicendum ergo, ꝙ liberum erat vouere paruulos ante menſem, vel poſt mẽſem. Si vouerẽtur poſt menſem, fiebat ſicut hic dr̃; ſi verò ante menſem completum, aut erant feminæ, aut maſculi: ſi feminæ, ſolum dabant tres ſiclos, & nullum alterum ius ſoluebant. Si verò eſſent maſculi, aut iſti erant tales, qui poſſent miniſtrare coram Dño in aliquo genere miniſterij, & tunc miniſtrabant: nec dabatur pro eis aliqua pecunia. Sic fuit de Samuele, quem mater nõ redemit quinque ſiclis: ſed tribuit vt maneret corã Dño. Si autem non eſſet talis maſculus, qui poſſet miniſtrare coram Dño, ſicut erant filij laicorũ: diſtinguendum eſt, an eſſent primogeniti, vel non. Si non eſſent primogeniti, ſolum dabantur quinque ſicli pro redemptione voti. Si autem eſſent primogeniti, dabantur decem ſicli, ſcilicet quinque pro redemptione, quia erant primogeniti, & quinque pro ſolutione votiua.

Dubium quæſt.

Quare Deus iuſſerit dari maius pretium ab anno vigeſimo vſque ad ſexageſimum quam vltra, cum ætas ſenectutis ſit honorabilior. Quæſt. XV.

SED nunc eſt dubium cum diſtinguat Deus pretia ſecundum ætatem: quare iuſſerit dari maius pretium ab anno vigeſimo vſque ad ſexageſimum, quam à ſexageſimo vſque ad mortem: nam ſi debet eſſe ætatum diuerſarum diuerſum pretium, debet magis ſolui quanto eſt maior ætas, quia quanto plus ſoluitur, eſt maior honor; & tñ maioris honoris eſt ætas ſenectutis, quàm aliæ ætates: ideo pro ea debebat maius pretium conſtitui: nam nulli alteri ætati propter ſe eſt debitus aliquis honor: ſolum autem ſenectuti debetur honor; ſic patet ſupra, 19. c. cum Deus dixit: Coram capite cano conſurge, & honora perſonã ſenis. & Ariſt. 1. Ethic. vbi ponit differentiam honorum, qui debẽtur varijs perſonis, dicit alium eſſe honorem qui debetur patri, alium qui ſapienti, alium qui duci exercitus, alium qui omni ſeni propter ætatem in aſſurrectione & inclinatione. & non fecit ibi mentionem de alia ætate, cũ deberetur honor: ideo ſenectuti eſt dandus maior honor: vnde etiam debebit maius pretium imponi ſenibus in redemptionem. Dicendum, ꝙ Deus fecit differentiã redemptionis in ætatibus, non quidem propter honorem debitum illis ætatibus, ſed propter conueniẽtiam. homines. n. ſeipſos Deo vouent, vt ſe ei traderent: & ſi ei ſe traderent, miniſtrarent ei in aliquo miniſterio laicali. & quanto aliquis altior & robuſtior eſſet, ad miniſtrationẽ illam tanto magis valebat: & ideo tanto maius pretium pro eius redemptione dandum erat. & tñ in ætate, quæ eſt ab anno vigeſimo vſque ad ſexageſimum, eſt homo robuſtior & aptior ad miniſtrationes corporales, quam ante & poſt; ideo eo tempore maior fit. Cum autem dicitur de ſene, verum eſt ꝙ debetur ei maior honor, qui eſt in aſſurgendo illi, & inclinãdo caput, vt patet ſupra, 19. c. & 9. Ethic. ſed non in eo, ꝙ valeat maiori pretio ſi vendatur. & tamen hic fit redemptio perſonæ, ac ſi venderetur ad miniſtrandum, & in venditione magis valet iuuenis quàm ſenex, ideo non debuit maius, neque æquale pretium poni pro ſenibus, ſicut pro iuuenibus.

Quare tranſeuntes ad numerum dabant minorem ſummam pecuniæ quàm vouentes. Quæſt. XVI.

QVÆRETVR adhuc, cum darent pecuniam tranſeuntes ad numerum pro anima ſua, quare dabant minorem ſummam quã vouentes: nam vtrobique offertur pretium pro aĩa. De trãſeuntibus ad numerũ patet Exodi 30. c. & lib. 4. Reg. 12. c. De vouentibus patet hic: nam ſeipſos redimunt, & tñ Deus æqualiter reſpicit aĩam hominis, vel ipſum hominẽ. In omnibus ergo debet dari equale pretium à tranſeuntib. ad numerum, & à vouentibus. Aliquis dicet, ꝙ ſimile eſt in eis, tñ in tranſeuntib. ad numerũ non eſt dr̃ia ſexus & ætatis, vt dictum eſt ſupra, in vouentibus aũt ſic. Ideo ſm illã diſtinctionẽ datur maior ſumma in vouẽtibus. Sed dicendum, ꝙ nõ ſtat: Primò, quia tunc oporteret, ꝙ aliquis caſus eſſet in vouentibus, in quo tantum ſolum daretur de pretio, quantum in tranſeuntibus ad numerum: ſed hoc falſum eſt: quia tranſeuntes ad numerum, dant ſolũ dimidium ſicli, Exo. 30. c. vouentes autem nunquam dãt minus quam tres ſiclos, vt

A patet in littera. Secundò, quia conſiderata ætate, eſt adhuc maior diuerſitas: omnes enim qui tranſeunt ad numerum, ſunt in anno vigeſimo, vt patet Exodi 30. cap. & datur pro eis dimidium ſicli: ſed qui ſe vouent ab anno vigeſimo & ſupra, dant quinquaginta ſiclos, vt patet hic: ergo maxima eſt diuerſitas.

Reſpondendum, ꝙ valde maius pretiũ dabant vouentes, quam tranſeuntes ad numerum; & ratio prima erat: quia in vouentibus dabatur pretiũ pro toto homine: erat enim pretium iſtud redemptio, ac ſi homo venditus eſſet. tranſeuntes aũt ad numerum, non dabant pretium redimendo ſeipſos: ſed quaſi quãdam oblationem: ideo valde minus pretiũ ſufficiebat. & iſta eſt potiſſima cauſa. Cum aũt obijcitur, ꝙ ẽt tranſeuntes ad numerũ dabãt pretium pro animabus ſuis, nõ eſt intelligendũ, ꝙ eſſet pretiũ pro
B aĩabus, ſed pretiũ animæ. ita. n. vocatur lib. 4. Reg. 12. c. & multũ differt in hoc: quia animæ pretiũ dr̃ pretiũ perſonæ, i. datũ à perſona. pretiũ pro anima dr̃ datũ ab homine pro redemptione animæ. ſed quocumque diceretur, non vocatur pretium animæ, i. valor quo aliquis æſtimatur, & dat illum pro ſe, ſed valor quẽ dat ne anima ſua. i. perſona incidat in periculũ, quia ſi Iſraelitæ numerarẽtur, & non darent pretium iſtud, eſſet in eis plaga, Exodi 30. c. vt aũt non eſſet iſta plaga, dabant pretiũ, & ita non dabant pro redẽptione perſonæ, & ſic minus dãdũ erat. Secũdò, quia pretium datũ à tranſeuntibus ad numerũ, dabatur ex neceſſitate præcepti, Exodi 30. c. & colligebant Sacerdotes iſtud pretium ab Iſraelitis cogẽtes eos ſoluere, lib. 4. Reg. 12. & 2. Paralip. c. 23. pretium autem vouentium non dabatur ex neceſſitate, ſed ſpontaneè, quia nemo cogitur vo-
C uere: maius aũt imponẽdum eſt eis, qui ſpontaneè ſoluunt quam eis, qui ex neceſſitate: nam cum magnum pretium ex neceſſitate præcepti ſoluendum eſſet, clamarẽt Iudæi, & non paterentur hanc legem; cum aũt ſponte ſoluẽdum eſt, nemo clamabit, quia ſi viderit magnũ pretium impoſitum non vouebunt: ſi aũt placuerit eis vouere, non clamabunt pro magnitudine pretij, cũ eã libenter ſubierint. ideo maius pretium erat dandum in vouentibus, quam in tranſeuntibus ad numerum. Tertiò, quia non erat opus, ꝙ tantum imponeretur in tranſeuntibus ad numerum, quã in vouentibus ſe: quia pretium tranſeuntium dabatur ab omnibus de Iſrael. nullus. n. maſculus excedebat annum vigeſimum, qui iſtud non daret, Exodi 30. c. & lib. 2. Paralip. 24. c. votum autem nõ fiebat ab omnibus Iſraelitis, ſed à paucis, qui hoc ſpontè facerent: ideo ẽt ſi paruum
D eſſet pretium tranſeuntis ad numerum, maior ſumma pecuniæ ex hoc colligebatur quam ex votis, in quibus reddebatur maius pretium. Quartò, ex eodem fundamento, quia cum à tota multitudine Iſrael hoc ſolueretur, in Iſrael erant multi pauperes, qui ſoluere non poterãt ſi magnum pretium impoſitum fuiſſet; & hoc erat magnũ inconueniens, ſ. ꝙ non tranſirent ad numerum, qui non ſoluerent pretium. Et ſic eſſent valdè contemptibiles cũ non haberent numerum, neque nomen in Iſrael, ac ſi non eſſent, ꝙ aũt vouẽtibus imponeretur magnũ pretiũ, nõ erat conueniens; quia ſi eſſet magnũ, ille qui pauper eſſet, non voueret, & ita non grauaretur. Quintò, quia adhuc in vouentibus ſi quis voueret, & poſtea ſoluere non poſſet pretium à lege taxatum, cõparebat homo ille coram Sacerdote qui minuebat pretium, quantum ille ſoluere poſſet,
E ita vt non grauaretur, ſicut dr̃ infra in littera; & ita nõ ſequebatur inconueniens, ẽt ſi magnum pretium impoſitum fuiſſet pro redemptione votorum. Sed nõ erat ſic de tranſeuntibus ad numerũ: quia de proprio ſtatuto nõ debebat minuere pauper quantumcumque eſſet pauper, Exo. c. 30. ergo debuit eſſe pretium paruum, vt omnes illud ſoluere poſſent: vnde ſic fuit conueniens dimidiũ ſicli, quod quilibet quantumlibet pauper ſoluere poſſet. Sextò, quia redẽptio iſta voti, raro fiebat, quia multi erãt qui nunquã ſe vouebant. ideo non ſoluebant pretiũ: alij aũt tñ ſemel, ſed ſoluere pretiũ ad numerũ tranſeuntiũ ſæpe fiebat, quia ſemel obligabatur quilibet ſoluere, qñ perueniebat ad annũ vigeſimum. Deinde qñcumque numerabatur multitudo, vt ad bellũ, vel ad alia hmõi, ſoluebat quilibet de numeratis dimidiũ ſicli: quia aliter ſequebatur plagã in numeratis, Exo. 30. c. & ita accideret ſæpe eundẽ debere hoc

ſoluere: ideo debuit eſſe pretium paruum in tranſeuntibus ad numerum, & magnum in vouentibus.

Quare primogeniti plus ſoluebant quam tranſeuntes ad numerum. Quæſt. XVII.

SED adhuc quæretur, quare primogeniti plus ſoluebãt quam tranſeuntes ad numerum? nam econtrario videtur debuiſſe fieri, quia in vouentibus fiebat dĩa ætatũ, & magis ſoluebat qui erat viginti annorũ, quã qui vnius, vel quinque, vt patet ſupra, in littera: & tñ trãſeuntes ad numerũ, tranſibant in anno vigeſimo Exodi c.30. Sed pro primogenitis dabatur pretiũ, qñ erãt vnius menſis, Num. 18.c. ideo debebat dari magis à trãſeuntibus quam à primogenitis. Item non ſtat hic quod dicebatur præcedenti quæſtione, de vouentibus: quia illi ſponte vouebant; ideo dabant pretium maius quam tranſeuntes ad numerum: quia tam primogeniti quã tranſeuntes ad numerũ ex neceſſitate præcepti dabant pretiũ. Dicendũ, ꝙ pro primogenitis dandũ erat maius pretiũ, quã pro trãſeuntibus ad numerũ. Primò: quia primogeniti redimebãtur, & ſic dabatur pro eis quantũ valebant, vel ſaltẽ dabatur pretium nomine totius valoris; & tñ tranſeuntes ad numerũ, nõ redimebantur, neque dabãt pro eis pretium nomine totius valoris. ideo valde minus dandũ erat pro trãſeuntibus, ꝙ aũt tranſeuntes redimerentur, fuit oſtenſum præcedenti quæſtione. Quod autem primogeniti redimerentur, patet Num. 3. c. vbi Deus iuſſit ſeparari omnes Leuitas, & oẽs primogenitos Iſrael, & dari Leuitas ꝓ primogenitis Deo, & quia fuerunt ducenti ſeptuagintatres plus in primogenitis Iſrael quam in Leuitis, quia nõ poterat pro illis aliquis dari, iuſſit eos redimi, dando pro quolibet quinque ſiclos, qui ſunt mille trecenti ſexagintaquinque. & iſtud fuit tunc pretiũ redemptionis eorũ, quod datum fuit Aaron & filijs eius. eod. cap. & poſtea in lege poſitum fuit, ꝙ primogenitus quilibet redimeretur dãdo pro eo quinque ſiclos poſt mẽſem à natiuitate eius Num. 18.c. maius ergo pretiũ debuit dari pro primogenitis, quam pro tranſeuntibus ad numerũ. Secundò: quia omnes Iſraelitę tranſibãt ad numerum, cum eſſent annorum viginti, Exodi 30.c. & tñ non ſoluebant omnes pretiũ primogenitorũ; & patet hoc Num. 1.c. vbi numerati fuerunt omnes Iſraelitæ pręter Leuitas in duodecim tribubus, & inuenta ſunt ſexcenta tria millia, & quingenti: & omnes iſti ſoluerunt pretiũ pro ſe, ſ. quilibet dimidium ſicli, & fuerunt ſicli trecentorum & vnius milliũ ſeptingenti, & quinquaginta: & dati ſunt omnes iſti ſicli ad opus Sanctuarij Exodi 38.c. & tñ in toto Iſrael non inuenti ſunt, niſi vigintiduo millia ducenti ſeptuaginta tres de primogenitis, Num. 3.c. & ſi pro omnibus his ſoluerentur pretia, ſ. pro quolibet ſicli quinque, eſſent centum & vndecim millia & trecenti ſexagintaquinque ſicli: ideo licet quilibet ſolueret minorẽ ſummam, colligebatur maior pecunia ex numeratione tranſeuntium ad numerũ, quã primogenitorũ. Tertiò, debuit minus pretium dari à tranſeuntibus ad numerũ, quia ſæpè contingebat eundem hominem trãſire ad numerum, ſiue numerari, vt ſi eundum eſſet ad bellum, vel faciendæ eſſent ſimiles congregationes, in quibus deberẽt numerari homines, quia ſemper ſoluebat quilibet dimidiũ ſicli, ne ſequeretur plaga in numeratis; Exodi 30.c. & vt dictũ eſt præcedenti c. & tñ redemptio primogenitorum ſemel tñ fiebat in fine mẽſis vnius à natiuitate Num. 18.c. ergo maior pecunia dãda erat pro redemptione primogenitorum. Cum autem obijciebatur ꝙ fiebat in vouẽtibus differentia ætatũ ad taxationem pretiorũ. Dicendum, ꝙ verum eſt; tñ in primogenitis & trãſeuntibus ad numerum, non fiebat differentia, quia omnes tranſeuntes ad numerum, erãt viginti annorum: omnes aũt primogeniti, qñ redimebantur, erant vnius menſis: ideo in omnibus primogenitis erat idem pretium, & in omnibus tranſeuntibus ad numerum, ſimiliter vnum & idem pretium. & tamen licet maioris ætatis eſſent trãſeuntes ad numerum, quam primogeniti, ſoluebant pretium minus propter cauſas ſupra tactas. Et cum dicebatur, ꝙ tam tranſeuntes ad numerum, quam primogeniti, ſoluebant pretium neceſſitate legis, quod non fiebat in vouentibus. Dicendum quòd erat verum, & ideo erant plures differentiæ inter F vouentes & tranſeuntes ad numerum, quam inter primogenitos & tranſeuntes. & tamen ſunt aliquæ differentiæ inter primogenitos & tranſeuntes, propter quas ſoluebatur maius pretium in redemptione primogenitorũ, quam in tranſeuntibus ad numerum.

Quare plus ſoluebatur pro femina quàm pro paruo puero. Quæſt. XVIII.

SED adhuc quæretur, quare plus ſoluebatur pro femina q̃ pro paruo puero: nam pro puero ab vno menſe dabantur quinque ſicli vſque ad quinque annos, & pro femina quæ erat à viginti annis vſque ad ſexaginta, dabantur triginta ſicli, vt patet ſupra, in littera. Nam videtur ꝙ ſemper deberet dari plus pro viro quã pro femina: quia maſculus eſt nobilioris ſexus; ideo cuiuſcumque ætatis G ſit maſculus, erit nobilior quam femina cuiuſcumque ætatis; ſicut homo cuiuſlibet ætatis, eſt melior quã equus, aut bos, cuiuſcumque ætatis; ideo debuiſſet magis dari ſemper pro viro, quàm pro femina. Dicendum, ꝙ in viro ſemper datur maius pretium quã in femina, ſi ſit eadem ætas: ſed non qñ ſit diuerſitas ætatis, quia tunc datur aliqñ magis pro femina quam pro maſculo, vt patet ex cõparatione taxationum quæ fiunt in littera. Ad rõnem in contrarium poteſt dici vno modo, ꝙ licet maſculus dignioris ſexus ſit, ſed hic non conſideratur hoc: quia ſiue maſculus, ſiue femina ſe vouerat, tradit ſe Deo per votum: & cum ſe redemit, dẽt dari plus pro eo, qui magis valet, licet non detur omnino tñ pro quolibet quantum ipſe valet. Iſte aũt valor conſideratur in miniſtratione. Vouentes aũt ſe ſi non redimerentur, miniſtrarent Deo in aliquo: & tñ ma- H ſculus eſt robuſtior & aptior ad miniſtrandum quam femina: ideo plus pretij pro maſculo dabatur ceteris paribus. Et tñ in diuerſa ætate contingit feminã eſſe aptiorem ad miniſtrandum quam ſit vir, & ſic pro ea plus dabitur, ſicut femina à quinque annis vſque ad viginti, eſt aptior ad miniſtrandũ & robuſtior, quam maſculus ab vno menſe vſque ad quinque annos: ideo pro femina, tunc dabantur decem ſicli, pro puero aũt quinque, vt patet in littera. Sed qñ ſunt eiuſdẽ ætatis, ſemper plus datur pro maſculo quam pro femina. Alio modo poteſt dici, ꝙ ſimul conſiderabantur iſta duo, ſ. diuerſitas ſexus & ætatis, & pro quolibet fiebat diuerſitas pretij: & quia vir ſemper eſt dignioris ſexus, exiſtentibus ceteris paribus, i. ætate & ſexu, dabatur plus pro viro, quam pro femina: qñ aũt erat diſpar ætas, quãquam aliquid conſideraretur de ſexu, præ- I ponderabat ætas, & dabatur maius pretium pro femina quam pro viro. Cum aũt obijcitur, ꝙ cum ſexus virilis ſit ſemper dignior q̃ femineus, in quacũque ætate ſit vir aut femina, ideo dẽret indiſtinctè plus dari pro viro: Dici põt vno modo, ꝙ licet maneat dignior ſexus, & ſit ſimpliciter vir dignior femina, tñ hic non conſideratur iſta dignitas ſexus, vel dignitas ſimpliciter, ſed ſolũ dignitas quantum ad id ad quod fiebat votũ: ſed illud fiebat ad applicandũ ſe Deo ad miniſtrandũ: & tñ femina annorum viginti eſt aptior & robuſtior ad miniſtrandũ, quã puer triũ annorũ: ideo maius pretium tunc pro femina dari debebat. Alio modo põt dici, ꝙ ſexus maſculinus ſemper eſt dignior q̃ femininus, & tñ non eſt tãta dignitas ſexus, ꝙ faciat ſimpliciter digniorem virum in quacunque ætate, quã feminam ætate qualibet, & ideo licet viro & femina exiſten- K tib. eiuſdem ætatis ceteris paribus, vel vt cõiter, ſit ſemper dignior vir: tñ ſi femina ſit viginti aut triginta annorum, vĩ eſſe ſimpliciter dignior, quã puer vnius anni, ideo pro illa dabatur maius pretium. Cum verò dr̃, ꝙ ſemper eſt ſexus dignior, & facit ſimpliciter digniorẽ, ſicut homo cuiuſlibet ætatis eſt ſemper dignior, quã equus, aut bos cuiuſcũque ætatis ſit. Dicendum, ꝙ nõ eſt ſimile: quia homo excedit equum, & bouem ſm̃ gradum differentiæ eſſentialis, cũ differant ſm̃ ſpeciẽ. ideo cuiuſcunque ætatis, aut valoris ſit equus, ſemp eſt homo dignior in quacũque ętate ſit: ſecus eſt de viro & femina, quia differũt ſexu, & cõueniũt ſpecie, & ita ſunt eiuſdem gradus perfectionis eſſentialis & ſpecificæ: ideo differentia ſexus non faciet tñ differre maſculũ & feminam, ꝙ ſemper maſculus ſit dignior: imò poterit eſſe femina dignior, vt ſi ſit multa dĩa ſm̃ ætatẽ, vt in exẽplo dato, ſ. ſi ſit maſculus vnius anni, &

femina

femina ſit viginti annorum. Si autem teneretur prior reſponſio, eſſet minus dubium, ſ. quòd non conſideretur hic dignitas, vel naturalis nobilitas, ſed ſolum vtilitas ad miniſtrationem. Nam tunc non ſolum femina poteſt eſſe maioris pretij quam vir, ſed etiã equus, & bos, & res inanimatæ, vt ager, poſſunt eſſe maioris valoris quam vir, & ita apparet in littera infra expreſsè, de redẽptione agrorum: nam pro agro qui ſeritur triginta modiis hordei, dabãtur quinquaginta ſicli; ergo ſi ſereretur quadraginta modiis, plures quam quinquaginta ſicli darentur pro eo: & tamen pro viro nunquam dabantur plures, quam quinquaginta ſicli. ergo plus dabatur interdũ pro agris, quàm pro viris. Vnde non erit inconueniens, quod detur aliquãdo maior redemptio pro femina quã pro viro.

Quare plus dabatur pro vouentibus, quàm pro primogenitis. Queſt. XIX.

SED adhuc quæretur, quare plus dabatur pro vouentibus quã pro primogenitis. nam pro vouentibus dabantur aliquando quinquaginta ſicli, vt patet hic in littera: pro primogenitis autem nunquã dabantur niſi quinque, Numer. 18. cap. Aliquis dicet, quod hoc fiebat, quia redemptio primogenitorum erat ex neceſſitate: vota autem ſpontaneè fiebant: & tamen maius debebat imponi ſpontaneis quam neceſſariis, quia in ſolutionibus ex præcepto ſi eſſent magnæ, clamarent ſoluentes, & non ſuſtinerent legem. in ſpontaneis autem ſecùs eſt: quia ſi magnæ viderentur, liberum erat non vouere, & ſic non grauaretur vouens. Sed dicendum, quod hoc non ſtat: imò licet eſſent vota ſpontanea, & redemptio primogenitorũ ex neceſſitate præcepti, fiebat in eis æqualitas taxationis. Cum autem dicitur, quod erat inæqualitas: dicendum, quod in vouentibus conſideratur differentia ætatis, & ſecundum illas cauſantur diuerſa pretia: in primogenitis autem eſt vnica ætas, quia omnes primogeniti redimebãtur in menſe primo à natiuitate, Numer. 18. cap. ideo ponebatur in omnibus vnum pretium, ſ. quinque ſiclorum, Numer. 3. & 18. capitibus. Conſiderando tamen eandem ætatem in vouentibus & primogenitis, fiebat æqualitas pretij: nam omnes primogeniti redimebantur poſt primum menſem, vt dictum fuit: ſed pro eis qui vouebantur ab vno menſe vſque ad annos quinque, erat pretium quinque ſiclorum, vt patet hic in littera. & ita erat æquale in primogenitis, & vouentibus, quando erant eiuſdem ætatis. Cauſa autem quare eſſet in eis æquale pretium cũ vota eſſent ſpontanea, & redemptiones primogenitorum neceſſariæ, fuit: quia Deus non cõſiderauit hic præcipuè eſſe ſpontaneum à principio, vel voluntarium, ſed eſſe redemptionem pro toto valore rei, vel pro parte eius. Idem in tranſeuntibus ad numerum: quia non datur pretium pro toto valore hominis, neque eſt redemptio dare paruũ pretium, ſ. dimidium ſicli, Exodi 30. cap. In primogenitis autem, & vouentibus fit redemptio; quia datur pretium pro toto valore hominis. nam primogenitus totaliter debetur Deo ad miniſtrandum, & quia non ſunt idonei ad miniſtrandum omnes primogeniti Iſraelitarum ſecundũ Dei iudicium dabatur pro eis commutatio Leuitarum, Numer. 3. cap. & quando ceſſauit illa commutatio, ſucceſſit redemptio, ſcilicet, quod pro quolibet dentur quinque ſicli. eod. cap. & Numer. 18. vouentes etiam totaliter Deo debentur, cum ſeipſos ſimpliciter Deo vouẽt, & eius miniſteriis in perpetuum applicari deberent, ſi Deus hoc acceptaret: & quia non acceptat, fit commutatio in pecuniam, quæ eſt redemptio. ideo tam in primogenitis, quam in vouentibus, maius pretium debet dari, quam in tranſeuntibus ad numerum; & eadem ratione exiſtente ætate æquali primogenitorum, & eorum qui vouentur, debet eſſe pretium æquale, quia vtrique totaliter dabantur Deo, & vtrique competit redemptio; ideo cum omnes primogeniti redimantur poſt vnum menſem à natiuitate, Numer. 18. cap. fuit conueniens, quòd tantum pretium darent qui vouentur ab vno menſe: & ita fit, quia vtrobique dant quinque ſiclos, vt patet in littera.

Primogenitus totaliter Deo debetur ad miniſtrãdum.

A *Quare tanta diuerſitas fuerit in taxationibus pretiorum pro vouentibus. Et multa dubia particularia circa hoc ſoluuntur. Queſt. XX.*

SED quæretur, quare tãta diuerſitas fuerit in taxationibus pretiorum pro vouentibus? Dicendum, quòd prima cauſa fuit: quia Deus non voluit ꝙ Iſraelitæ, qui ſeipſos vouebant, venderentur, & daretur pro eis quãtum valerent: nam licet de rigore hoc fieri debuiſſet, quia qui ſe vouet, tradit ſe Deo in ſeruum, & cum ille non acceptet eum in miniſtrum, vult commutationem in pecunia; & ita tantum pretium videtur, quòd dandum erat, quantò ille vendi potuiſſet: & tamen propter aliquas cauſas æquitatis, Deus noluit fieri venditionem, neque dari pretium quaſi pro vendito, ſed taxauit quoddam pretiũ mi- B nus, vt declaratum fuit ſupra: nam ſi illud non fuiſſet, vẽditus fuiſſet quiſque quantum valuiſſet; & non facta fuiſſet iſta diuerſitas taxationum quæ hic ponitur. Secunda fuit, voluntas Legiſlatoris, quia in aſſignationibus terminorum, & numerorum pro qualibet re, non videtur eſſe cauſa aliqua quare potius tantum tempus, quam tantum aſſignetur, ſicut in diebus ad appellandum, & in tempore ad petendum apoſtolos, & in temporibus præſcriptionũ, vſucapionum, & ſimilibus: quia ibi nulla ratio poteſt dari, quare potius tantum tempus, quam tantum detur, vt oſtenſum fuit ſupra ita & nunc, cum fiat taxatio quãtum quiſque vouens debeat, & non reſpiciatur ad verum valorem vouentis, quantus eſſet ſi ille venderetur: non poteſt poni taxatio, niſi ſolum voluntaria; & ideo harum diuerſarum taxationum cauſa videtur eſſe volũtas Legiſ- C latoris. ſed iſtæ taxationes quanquam non ſint ex ratione, dictante illas ſic, & non aliter debere poni, conueniunt tamen rationi. Et ob hoc fecit Deus diuerſitatẽ multam: nam in hoc voto non ſolum maſculi, ſed etiam feminæ vouere ſe poſſunt, cum votum ſit commutandum in pecuniam: & ideo pro vtriſque Deus ſtatuit pretia, & in hoc fecit plures diuerſitates. Prima, eſt generaliter maſculi ad feminam. Secunda, maſculi ad ſeipſum ſecundum varias ætates. Tertia, etiam feminæ ad ſeipſam ſecundum varias ætates. Quarta eſt, proportio ætatum feminæ ad maſculum ſecundum diuerſas ætates ſuas. Quantum ad primam diuerſitatẽ, eſt doctrina, quòd in viro & femina, quando ſunt vnius ætatis, ſemper datur plus pro viro D quàm pro femina: & ratio eſt: tam propter dignitatem ſexus, quam præcipuè propter maiorem aptitudinem & robur ad miniſtrandum, vt oſtenſum fuit ſupra. Quando autem ſunt diuerſarum ætatum, datur aliquãdo plus pro femina quam pro viro, vt patet hic in littera. Cuius etiam cauſa data fuit ſupra; & ita quantum ad iſtam diuerſitatem, bene apparet cauſa, quia cõſideratur hoc in communi. Secunda eſt, viri ad ſeipſum ſecundũ varias ætates; & hoc eſt præſupponendum, ꝙ diſtinguit hic Deus quatuor ætates in viro, ſ. ab vno menſe vſque ad quinque annos; & in hac dantur quinque ſicli pro viro: alia eſt à quinque annis vſque ad viginti, & dantur tunc pro viro viginti ſicli. Alia eſt ab anno vigeſimo vſque ad ſexageſimum, & tunc dantur quinquaginta ſicli. Alia autem ab anno ſexageſimo vſque ad mortem, & tunc dantur quindecim ſicli pro viro. Circa iſtã non põt dari ratio ita aperta, ſicut in præcedenti. Sed inſurgũt multa dubia: Primũ eſt, qua- E re potius fecit partes totius vitæ quattuor, quàm plures, vel pauciores? nam poterant fieri decem partes, aut plures, vel poterant fieri ſolæ duæ. Ad hoc dicendum, ꝙ ratio nõ ſufficit; ſed volũtas Legiſlatoris fuit, ꝙ fierent iſtæ quattuor ſolæ partes, & non plures, neque pauciores; & tamen dicendum eſt, ꝙ aliqua ratio adiuuit ad hoc: nam quanto plures partes ætatis fierent, tanto iuſtior eſt æſtimatio; vnde ſi pro quolibet anno eſſet vna æſtimatio, fieret iſtius iuxta verum valorem rei: nam nunc vnum pretium ponitur pueri in ſexto anno, & in vigeſimo, ſcilicet, ſicli viginti: ſed manifeſtum eſt, ꝙ pluſquam duplo valet homo in anno vigeſimo, quam in ſexto. Si autem pro quolibet anno eſſet vna æſtimatio, non eſſet error talis; ſi autem fierent duæ dimenſiones ætatis, fieret multum iniuſta æſtimatio, ſicut ſi non fieret aliqua diuiſio; ſed pro omnibus qui vouentur, daretur æquale pretium cuiuſ-

Dubium primum.

cuiuſcumque ætatis eſſent: quia eſſet multum iniuſtum. Dedit ergo quattuor partes ætatis: & ita nō eſt tanta inæqualitas, vel iniuſtitia taxationis. Si autē ſeptem vel octo partes feciſſet, eſſent taxationes iuſtiores; quod autē præciſè quattuor partes fecerit, & non plures, neque pauciores, non fuit niſi ſolius voluntatis. *Dubium ſecundū.* Secunda dubitatio eſt, cum vellet in quattuor partes diuidere ætatem, quare potius per has quattuor quā per aliquas alias diuiſit, ſi multi modi poterāt fieri quattuor harum partium, id eſt, per alios terminos annorum, vt ſi prima eſſet ab vno menſe vſque ad ſeptem annos, & ita de aliis. Et de hoc dicendum, quod nulla omnino ratio reddi poteſt, ſed ſola voluntas Legiſlatoris eſt, vt ſic fieret potius quā aliter: nam multis modis poterant fieri. *Dubium tertium.* Tertia dubitatio eſt, quomodo fecit ab anno quinto vſque ad vigeſimum, ꝙ darentur viginti ſicli pro viro, quia ſic tantum dabatur pro puero ſex annorum, quantum pro homine decem & nouem, vel viginti annorum, & tamen inconueniens videtur. Dicendum, quod ſi Deus voluiſſet dari pro quolibet quantum valebat, non ſic ſtatuiſſet, ſed feciſſet quemlibet vēdi, & tunc fuiſſet vera æſtimatio valoris, & tamen Deus noluit illud fieri, idq. propter cauſas expreſſas ſupra: voluit tamen Deus fieri quādam taxationem proportionalem ſecundum ætates, licet non ſecundum quęlibet indiuidua, & ad hoc poſuit iſtas quattuor partes, & tamen nō ſufficiunt iſtæ diuiſiones, quia intra quamlibet earū ſunt multi anni, in quibus ſunt inæquales valores eorum qui vouentur: non curauit tamen Deus tam ſtrictè diuidere, ne fierent multæ diſtinctiones: quia iſtud pertineret ad eum, ſi vellet habere proprium valorem rei, vel aliquid proximum valori: ſed Deus in hoc non curabat, ſatis putans ſufficere id quod ſtatuerat, quia iſtud non fuiſſet, niſi vel in pręiudicium ſuum, cui ſoluebatur pretium, aut eorum qui ſoluebant: non erat præiudicium ſibi, quia ipſe ſtatuebat; non etiam ſoluentium, quia ſponte ipſi vouebant, ſcientes talem eſſe legem: ideo conuenienter poſita erat lex..

Dubium quartū. Quarta dubitatio erat, quia ab vno anno vſq; ad quinque ſoluebantur quinque ſicli, & à quinque vſque ad viginti, ſoluebantur ſicli viginti, & ita in anno quarto ſoluebantur quinque ſicli, & in quinto ſoluebantur viginti: & tamen parum plus valebat vouēs in quarto, quàm tertio, & in quinto, quàm quarto, & ſoluebatur quadruplū. Sic etiam in anno decimonono ſolueret viginti ſiclos, & in vigeſimo ſolueret quinquaginta: & tamen tantum vel quaſi valet homo in decimonono quantum in vigeſimo, ideo erat inconueniens. Dicendum eſt, ſicut in præcedenti, quod ſi Deus voluiſſet pretium rei diligētiſſimè taxare, quod fieri non potuit, niſi vouens venderetur, vel æſtimaretur, ſicut vendendus, quod non fuit conueniens, vt oſtenſum eſt ſupra: oportuit ergo fieri aliquas taxationes, quæ eſſent aliqualiter iuſtæ, ſed non poterant continere iuſtitiam per omnia.

Dubium quintū. Quinta dubitatio eſt, quomodo circa omnes viros fuit facta iſta taxatio, quia aliquis homo vnius ætatis eſt maioris pretij, quàm alius eiuſdem ætatis: immo aliquando in duplum, vel triplum. Dicendum ad hoc, ꝙ fuit iſtud conuenienter factum: nam ſi Deus voluiſſet totum valorem præciſum vouentis, iuſſiſſet eum vēdi vel æſtimari vt venalem, & hoc noluit, vt oſtenſum fuit ſupra. Ideo poſuit taxationem æqualem pro omnibus qui ſunt eiuſdem ætatis, licet non ſint verè valoris æqualis. Et non eſt hoc inconueniens, immo, vt euitarentur inuidiæ, debuit indicari æqualis taxatio, & in nullo debuit conſiderari inæqualitas, niſi in ſexu & ætate, quæ ſunt ſecundum naturam, & omnibus conueniunt: in ceteris autem non conſideratur inæqualitas aliqua, vt oſtenſum fuit ſupra.

Dubium ſextum. Sexta dubitatio eſt, quare talia pretia fuerint cōſtituta, ſcilicet, quinque ſicli ab vno menſe, vſque ad quinque annos, & ita de aliis. Dicendū ꝙ hæc purè dependent à voluntate Legiſlatoris. Hoc aūt præſupponendū erat: quia non debebat taxari homo quantum valebat, ſed minus, quia aliàs vēderetur. Quod aūt cōſtitueretur minor ſumma pro vouente, quam ille valebat, erat in voluntate Legiſlatoris quantū vellet ponere: quia multas ſūmas poterat ponere, & de nulla earum poterat determinatè ratio

F dari: nam ratio non poterat ſumi, niſi per adæquationem ad valorem, & tamen hic non conſiderabatur æqualitas valoris. Ideo ratio non poterat dari, niſi ſola voluntas Legiſlatoris. Sed quantum ad primam ſummam, poterat dari aliqua ratio ex præſuppoſitione alterius cæremoniæ. Primogeniti.n. redimebantur, ſicut vouentes & redimebantur quando erant vnius menſis, Numer. 3. cap. & pro eis dabantur quinque ſicli, Numer. 3. & 18. capp. ergo cum vouentes redimerentur ab vno mēſe, iuſtum erat tantundem dari pro illis. ſ. quinque ſiclos, ſicut pro primogenitis. De aliis autem taxationibus. ſ. ꝙ à quinto anno vſque ad annum vigeſimum ſoluerentur ſicli viginti, & à viginti annis vſque ad ſexaginta, ſoluerentur quinquaginta ſicli, non poteſt dari ratio, ſed ſola voluntas eſt Legiſlatoris: æſtimat enim hominem in quadruplum ab G anno quinto vſque ad vigeſimum, quam ab vno menſe vſque ad quintum annum: tertia æſtimatio quæ eſt ab anno vigeſimo vſque ad quinquageſimū, eſt dupla ſeſquialtera, ad illam, quæ eſt à quinto anno vſque ad vigeſimū: quia ita ſe habent quinquaginta ad viginti. Vltima æſtimatio, quæ eſt ab anno ſexageſimo vſque ad mortem, eſt valde minor. ſ. quindecim ſiclorum; de qua etiam nulla ratio patet, quare non eſſet maior neque minor. Tertia diuerſitas quantum ad principale, erat feminæ ad ſeipſam, ſecundum varias ætates; & de hoc dicendum eſt Primò, ꝙ Deus dimiſit quattuor ætates feminæ, ſecundum quas conſtituit varia pretia: & de hoc dicendum, ꝙ fuit eadem cauſa, quæ in viro: nam poterat Deus facere plures, aut pauciores partes ætatis in femina, per quas taxaret pretia: ſed iuſtum fuit, ꝙ femina ſequeretur legem viri, non H quidem ꝙ daret tantum pretium quantum vir, ſed quòd in ea fierent tales diuiſiones ætatis, quales ſunt in viro. Etiam taxauit Deus pretia pro femina vouente ſecūdum iſtas ætates. ſ. ab vno menſe vſque ad annum quintū ſicli tres ſunt: à quinto anno vſque ad vigeſimum ſunt ſicli decem: ab anno vigeſimo vſque ad ſexageſimum ſunt viginti, & à ſexageſimo vſque ad mortem ſicli decem. De his non poteſt dari cauſa determinata, ꝙ enim pro prima ætate non dentur quinque, neque vltra, eſt ratio manifeſta, ne illa æquaretur viro, pro quo dabantur quinque: ſed quod citra quinque darentur potius tres quàm quattuor, vel duo, vel vnus ſiclus, non apparet manifeſta cauſa, ſed eſt voluntas Legiſlatoris. De ſecunda ætate, ꝙ non dentur viginti, neque vltra, etiam ne æquetur maſculo: ſed infra viginti, ꝙ potius dentur decem, quam in I aliquo alio numero, non eſt cauſa, niſi voluntas. Sic etiam de tertia, ꝙ dentur triginta, & non plures, neque pauciores voluntas eſt Legiſlatoris. Idem quoque de vltima ætate. Quarta diuerſitas erat de proportione pretiorum feminæ ad maſculum, ſecundum varias ſuas ætates: nam præter hoc, quòd pretia non ſunt æqualia adhuc non ſeruatur proportio. In prima ætate dantur pro viro quinque ſicli, pro femina tres. Quòd vero pro femina pauciores darentur, rationale fuit: ſed dantur tres, quia ad quinque ſunt plus quam ſubduplum, & minus quam ſubſeſquialterum. Et tamen conſiderādum eſt, ꝙ aliqualiter fuit rationabile: quia Deus in his taxationibus nunquam poſuit maſculum plus quam in duplo ad feminā, vt patet in omnibus, ſed ad plus in duplo. Si ergo Deus poſuiſſet minus, quam tres, id eſt, duos ſiclos, fuiſſet vir ad K feminam, plus quam in duplo. Si autem poneret quattuor pro femina, haberet ſe vir ad feminam ſolum in ſeſquiquarta, & ita modicum excederet eam: quia in omnibus aliis taxationibus, quando minus excedit vir, habet ſe vt in ſeſquialtera: hoc autem eſt valde minus; ideo non debuit poni femina in quattuor, quia maſculus parum excederet; neque in duobus: quia maſculus multum excedet. Debuit ergo poni in tribus, vbi excedit magis quam in ſeſquialtera, & non excedit magis quam in duplo. Hoc autem eſt quod Deus obſeruat hic: & tamen quare potius ſeruauit iſtam proportionem quam aliam, ſcilicet, vt poneret ſemper virum ad feminam, vt in quadruplum, vel triplum, aut maiori vel minori proportione, non apparet cauſa: ſed videtur quòd Deus voluerit quòd vir eſſet duplo melior ad plus, aut parum minus in conſideratione votorum. In ſecunda ætate taxauit vi-

rum

rum in viginti, feminam in decem: & hic eſt vir duplus ad feminam: & iſte eſt maximus exceſſus, quo vir excedat feminam. nam in aliis taxationibus minus excedit: & hic non tenetur eadem proportio quæ in præcedenti, neque arithmetica, neque geometrica. Non arithmetica; quia non ſeruatur idem exceſſus: nam in prima excedit vir feminam per duos ſiclos, hic autem per decẽ. non etiam geometrica, quia non eſt idem nomen proportionum, cum in prima eſſet minus quàm dupla. hic autẽ ſit dupla. In tertia habet vir quinquaginta ſiclos, & femina triginta, & non apparet cauſa quare tanta ſumma, & non maior, neque minor ponatur: ſeruatur tamen hic etiam proportio geometrica quæ in prima: quia ſicut ſe habent ibi quinque ad tres, ita ſe habẽt hic quinquaginta ad triginta. In vltima habet vir quindecim, femina decem. & in hoc non apparet cauſa quare nõ plures, neque pauciores habuit, & eſt hic proportio ſeſquialtera; & iſte eſt numerus exceſſus, quo vir excedit feminam. Sed nunc conſiderandum, ꝙ non eſt talis habitudo taxationum viri inter ſe, ſicut taxationũ feminæ inter ſe: nam in viro ſecunda ad primã eſt quadrupla, id eſt, viginti ad quinque, & tertia ad ſecundam eſt dupla ſeſquialtera, id eſt, quinquaginta ad viginti. & quarta ad tertia eſt ſubtripla, ſubſeſquitertia; in taxationibus autem feminæ ſecunda nõ eſt quadrupla ad primam, ſed eſt tripla ſeſquitertia, id eſt, decem ad tres, & eſt minor proportio; tertia ad ſecundam eſt maior quam in viro, quia eſt tripla, ſ. triginta ad decem, in viro autem erat dupla ſeſquialtera; quarta ad tertiam erat ſubtripla, id eſt, decem ad triginta, & eſt minor quam in viro, vbi eſt ſubtripla ſubſeſquialtera, eſt enim minor in nomine, ſed eſt maior in re: quia maior pars eſt decem de triginta, quam quindecim de quinquaginta.

Quare quando vouens erat pauper, minuebatur pretium, & in tranſeuntibus ad numerum non minuebatur, quantumcumque aliquis eſſet pauper. Quæſt. XXI.

QVÆRETVR, quare quando aliquis vouens erat pauper, minuebatur pretium, & in trãſeuntibus ad numerum non minuebatur pretium, quãtumcumque aliquis eſſet pauper, Exodi 30. cap. Dicendum, quod cauſa potiſſima erat: ꝙ pretium tranſeuntiũ ad numerũ erat valde paruum, ſ. dimidiũ ſicli, & nullus quantumcumque pauper eſſet, poterat eſſe, qui non poſſet ſoluere dimidium ſicli: ſecùs in vouentibus, vbi erat magnũ pretium, ſicut interdum quinquaginta ſiclorum; vt in eo qui erat ab anno vigeſimo vſque ad ſexageſimum, vt patet in littera. & quia multi erant qui ad tantum pretium non ſufficerent, debuit ibi dari quòd poſſet minui. Secundò fuit, vt homines nõ diſtraherentur à cultu Dei per votũ: nam ſi ſcirent quòd non fieret aliqua diminutio pretij in pauperibus, multi diſtraherentur à vouendo. vt ergo non diſtraherentur, fuit conueniens minui pretium, quando eſſent pauperes. Non erat autem ſic in tranſeuntibus ad numerum: quia illi ex neceſſitate præcepti tenẽbantur ſoluere: ideo non diſtraherẽtur à ſoluendo; ſecùs de vouentibus qui ſpontaneè vouebant: quia ſi non ſcirẽt temperandam eſſe in illis ſummam, quando pauperes eſſent, non vouerent; vel multi diſtraherentur.

Quare in redemptione primogenitorum non minuebatur pretium pauperibus ſicut in vouentibus. Quæſt. XXII.

SED quæretur quare in redemptione primogenitorũ non minuebatur pretium pauperibus, ſicut in vouentibus: nam non eſt hic eadem ratio, quæ in tranſeuntibus ad numerum: nam ſoluebant ſolũ dimidium ſicli, quòd erat parum: ideo nõ fiebat ibi diminutio in pauperibus; ſed primogeniti ſoluebant quinque ſiclos, Num. 3. & 18. capitib. & iſtud erat cõparatiuè magnum pretium, ideo minui debebat. Aliquis dicet quòd verum eſt, quòd non minuebatur; & apparet hoc, quia in ſacrificiis offerentis primogenitum fiebat idem: nam debebat offerre agnum anniculum in holocauſtũ, & vnam turturem, vel pullum A columbæ pro peccato: ſi autem non poſſet offerre agnum propter paupertatem, offerebat loco agni vnam turturẽ, vel pullum columbæ, ſupra 12. cap. Dicendum, quòd in redemptione primogenitorum non minuebatur pretium in pauperibus: ſed quilibet ſoluebat quinque ſiclos, & patet hoc Primò: quia Numer. 18. cap. ponitur generaliter, quòd primogeniti darent quinque ſiclos, & non ponitur exceptio aliqua. ergo generaliter intelligitur, ꝙ ab omnibus darentur quinque ſicli. Secundò, quia Numeri 3. cap. fuit facta redemptio primogenitorum, & inter illos eſſent forte aliqui pauperes, & tamen non fuit detractum aliquid de pretio: ſed fuit data ſumma integra eod. cap. ergo nihil detrahebatur. Tertiò patet: quia exceptio firmat regulam: & Deus conſueuit in quibuſdam regulis ſuis facere exceptiones, ſicut in ſacrificiis parientis, & B ſacrificiis leproſi, ſupra 14. cap. & in quibuſdã aliis non ponit: ideo intelligitur quòd in illis nullus caſus excipitur; neque aliquid minuendum eſt propter paupertatem: quia aliàs ſi ſubintelligeretur caſus paupertatis in aliis, non oporteret in aliquo exprimi. ſic etiam in præſenti eſt. Expreſſit Deus hic de vouentibus, ſi eſſent pauperes, quòd minueretur pretium, & in primogenitis non expreſſit: ergo intelligitur quòd in primogenitis etiã caſus paupertatis nihil minuit: nam ſi ibi ſubintelligeretur, non exprimeretur hic in vouẽtibus; ſed etiam taceretur, & ſubintelligeretur. Dicendum igitur, quòd in primogenitis nihil minuebatur propter paupertatem; ſed quilibet ſoluebat quinque ſiclos. Ad rationem autem in contrarium de ſacrificiis, dicẽdum vno modo, quòd illud ſupra 12. cap. non intelligitur magis pro ſacrificio parien- C tis primogenitum, quam quemlibet alium filium: & non ſolum offerentis filium ſed etiam filiam: vt patet eodem cap. & ita non eſt ad propoſitum. Aliter & melius dicendũ, quòd potius iſta ratio adiuuat: quia in ſacrificiis parientis expreſſit Deus, quòd propter paupertatem minueretur: ſi autẽ per ſe ſubintelligeretur, quòd propter paupertatem minueretur ſacrificium, non oportebat exprimere, ſed expreſſit Deus. ergo videtur quòd non intelligeretur ſi non exprimeretur. & tamen circa ſiclos quinque primogenitorum nõ expreſſit, quòd propter paupertatem aliquid tolleretur: ergo nihil minuebatur. Secundò patet: quia ſi aliquid potuiſſet minui, expreſſiſſet illud Deus, vt ſciretur quantum poſſet minui, & à quo: ſicut hic de vouentibus exprimitur, quòd veniret vouens coram Sacerdote, & ille taxaret ſecundum quòd poſſe D videret vouentem. Sed de ſiclis primogenitorum nihil expreſſum eſt, à quo, ſiue quantum minueretur. ergo nihil minuebatur.

Et hoc ſuppoſito dicẽdum, quòd minuebatur pretium in vouentibus pauperibus, & non in primogenitis. Primò, quia pretium vouentium erat magnum, ſcilicet, interdum quinquaginta ſiclorum: in primogenitis autem erat paruum, ſcilicet, nunquã niſi quinque ſiclorum; ergo non debebat minui. Secundò, quia non erat idem inconueniens circa primogenitos, quod circa vouentes: nam ſi in vouentibus non facta fuiſſet diminutio pretij, diſtracti fuiſſent à vouendo, cum ſponte vouerent: ſed in ſolutione primogenitorum non erat ſic: quia erat ex neceſſitate ſalutis ſiue præcepti: ideo etiam ſi non diminutum fuiſſet pretium, non diſtracti fuiſſent à ſoluendo.

E Ad rationẽ in contrarium, ſ. quòd pretium primogenitorum erat magnum, cum eſſent quinque ſicli: Dicendũ, quòd in comparatione ad pretium tranſeuntium ad numerum, erat magnum pretium primogenitorum: ſed in comparatione ad pretium vouẽtium, erat valde paruum pretium primogenitorum: ideo non minuebatur aliquid de illo.

Quare Deus minuebat aliquid de pretio oblationis primogenitorum. Et non minuebat aliquid de quinque ſiclis. Quæſt. XXIII.

SED quæretur occaſione præcedentium, quare Deus remittebat, vel minuebat aliquid de pretio oblationis primogenitorum, ſcilicet, commutando vnum agnum in vnam turturem, & non minuebat aliquid de quinque ſiclis.

ſiclis. Dici poteſt vno modo, quòd non fecit Deus remiſſionem aliquam ſpecialem circa ſolutionem primogenitorum ſiue in ſiclis, ſiue in oblatione. Et cum dicitur, ꝙ diminuit agrum commutando in turturem; Dicendum quòd non fit illud ſpecialiter circa primogenitos, ſed generaliter circa omnes, ſiue mulier pareret primogenitũ, ſiue alios: ſiue maſculum; ſiue feminam, ſupra 12.cap. nam ibi non exprimitur aliquid de primogenitis, ſed de omnibus dicitur; & quia primogeniti erant aliqui nati in oblatione, pro eis poterat fieri illa diminutio ſicut in omnibus aliis. & ita obſeruatum fuit in oblatione pro Chriſto nato, qui fuit primogenitus, eo quòd fuit vnigenitus: nam non oblatus fuit agnus anniculus, ſed par turturum, vel duo pulli columbarum, Luc.2.cap. Si autem ſupra 12.cap. ſpecialiter ageretur de oblatione pro primogenitis, forte non diminueretur aliquid de illa. Sed quia generaliter de omnibus dicitur, fuit facta diminutio. & ratio eſt: quia primogenitus vnus tantum eſt reſpectu cuiuſlibet mulieris parientis: alij autem multi eſſe poſſunt tam filij quàm filiæ. & quia ſi mulier pauper ſæpè pariat, non poterit qualibet vice offerre agnum anniculum; fuit conueniens minui ſacrificium: ſecùs autem ſi de ſola primogenitorum oblatione ageretur; quia cum de illis ſemel tantum fieret, non oporteret ibi fieri diminutionem. Secũdò poteſt dici, quòd etiamſi in oblatione pro primogenito ſpecialiter minueretur, eſſet rationabile, quòd facta diminutione in oblatione, non fieret in ſiclis. Nam Deus volebat aliquid minuere mulieri pariẽti primogenitũ de eis, quæ datura erat: quòd autem illud diminueret in pecunia, vel in oblatione, nihil intererat, quantum ad mulierem ſoluentem: dum tamen tantum eſſet quod remitteretur in oblatione, quantum quod remitteretur in pecunia, ſi nõ remitteretur in oblatione: & ideo de hoc non erat petenda cauſa; ſed ſola voluntas remittentis. Tertiò, & præcipuè, quia dato quòd Deus remiſſionem, vel diminutionem aliquam faceret in pretio, quod ſoluebat pariens primogenitum, non minueret in pecunia, ſed in oblatione: & hoc ſpecialiter circa agnum anniculum; & ratio eſt: quia hoc maximè conueniebat ex omni parte: nam ex parte mulieris ſoluentis, nihil plus prodeſſet remitti in oblatione, quàm in pecuniis, vel econtrario, dum tamen æqualis valor vtrobique minueretur; Quãtum ad remittentem autem differebat multum: nam pecunia quinque ſiclorum pro primogenitis cedebat iuri Sacerdotum, Numeri 18.cap. & ſi aliquid diminutum fuiſſet de pecunia præiudicaretur Sacerdotibus; vel ſaltem diminuta fuiſſet facultas eorum; agnus autem anniculus ad Deum ſolum pertinebat: quia erat in holocauſtum, & de holocauſto nihil cedebat ſacerdoti ſed totum Deo, patet ſupra 1.cap. præter pellẽ, quæ dabatur ſacerdoti immolanti ſupra 6.cap. & Deus magis volebat facere contra ſe quam contra Sacerdotes: quia ipſe dabat iura ſua Sacerdotibus pro miniſterio, quo illi ſeruiebant Numer.18.c. & erant illi pauperes, cũ nihil aliud haberent inter Iſraelitas niſi ſimilia iura Sacerdotalia Numer.eod.cap. & Deuter.18. & Ioſue 13.cap. ideo fuit conuenientius fieri diminutionem in oblatione, quàm in pecunia: & iſta eſt vera cauſa. Et eſt notandum pro regula, quòd ſi quando ſunt aliqua ſacrificia multa, & aliquid illorum Deus minuit, vel commutat: non erit niſi holocauſtum: vel ſi multa minuantur, aut commutentur, primum quod minuitur erit holocauſtum; & ratio eſt: quia tria ſunt ſacrificiorum genera, id eſt, holocauſtum; hoſtia pacifica; & pro peccato, ſiue pro delicto; in holocauſto autem pertinebant ad Deum ſolum omnia, ſupra 1.cap. præter pellem, quæ dabatur immolanti Sacerdoti, ſupra, 6.cap. & ideo ſi iſtud Deus remittit vel minuit, ſibiipſi præiudicium ſoli facit. De hoſtia autem pacifica; non cedebat Deo niſi adeps, ſ. pinguedo interior, & interdum cauda animalis, ſupra 3. cap. reliqua autem cedebant offerentibus, & Sacerdoti immolanti, ſupra 7.cap. & ſi iſtud ſacrificium Deus tolleret, præiudicaret multum Sacerdoti, & aliquantulum offerenti. Sed quia remiſſio fit offerenti, dicemus, ꝙ præiudicium fit Sacerdoti. De ſacrificio autem pro peccato, & pro delicto licet duo ſacrificia ſint, eadem erat lex, ſcilicet, quòd totum pertinebat ad Sacerdotem immolã-

Tria sũt ſacrificiorũ genera et quæ commutabãtur.

F tem, & nihil ad Deum, niſi adipes, & ad populares offerentes nihil pertinebat ſupra, 6.& 14.cap. & ideo ſi iſtud minueretur, præiudicaretur valde Sacerdoti; quia totum quod minuebatur erat iuris eius. Et ob hoc dicendum, quòd ſi triã ſacrificia offerenda ſint, id eſt, holocauſtum; hoſtia pacifica; & pro peccato; & propter paupertatẽ offerentis Deus velit minuere, vel commutare vnum ipſorum, non commutabit niſi holocauſtum; quia in hoc ſibi ſoli maximè præiudicabat, & non tolleret ibi hoſtiam pacificam, & pro peccato; quia in illis magis lædebantur Sacerdos, & offerens. Nam licet remittẽdo vel minuendo quodcumque eorum, fieret gratia offerenti; maior tamen gratia fit ſi remittatur ei holocauſtum, quam ſi hoſtia pacifica: nam de holocauſto nihil habet offerens, de hoſtia autem pacifica habet totam carnem præter pe-
G ctuſculum, & armum dextrum, quæ cedunt iuribus Sacerdotis immolantis ſupra 7. & 12. ideo vt faceret Deus gratiam tam offerenti, quam vt non præiudicaret ſacerdoti immolanti, potius minueret vel commutaret holocauſta, quam hoſtiam pacificam. Id autem quod minimè mutaretur, eſſet ſacrificium pro peccato, vel delicto. & ratio eſt: quia in hoc fieret maximum præiudicium Sacerdoti: quia in hoſtia pro peccato & delicto totum pertinebat ad Sacerdotẽ ſupra 6.& 14.cap. in hoſtia autem pacifica non pertinebat ad eum niſi armus dexter, & pectuſculum ſupra 7.& 10. & tamen præiudicium maximè attendebatur in Sacerdote ne ei fieret: ideo minus commutabatur hoſtia pro peccato quam aliqua alia. nam remiſſio de quocumque fieret in offerente gratia erat; quia minus ſoluebat, ideo ſiue hoſtia pacifica, ſiue pro pecca-
H to remitteretur, ſoluebatur ab expenſis vnius animalis; in Sacerdote autem conſiderabatur præiudiciũ: quia quando aliquid remittebatur, tollebatur de iuribus eius: ideo id agendum erat in quo ei minus præiudicabatur: ſed minus præiudicabatur in remiſſione hoſtiæ pacificæ quam pro peccato; ideo remittebatur hoſtia pacifica, & nõ pro peccato. Sed conſiderandum eſt, ꝙ licet hoc de rigore iuris agendum erat, nunquam tamen inuenitur actum ꝙ hoſtia pacifica remittebatur propter paupertatem. & ratio Prima eſt: quia quando minuebatur aliquod ſacrificium, commutabatur vt offerretur vnum animal pro altero quod eſſet minoris valoris, ſcilicet, commutabatur vnus aries in vnam turturem; vel pullum columbæ, vt patet ſupra, 12.& 14.capp. ideo in ſacrificiis illis, in quibus non poterant offerri turtures, vel pulli columbarum,
I non poterat fieri commutatio. In holocauſto autem poterant offerri bos, ouis, capra, & turtures, atque pulli columbæ, ſupra 1.cap. ideo poterat cõmutari aliquod animal, in turturem, vel pullum colũbæ in holocauſto: ſicut fiebat in ſacrificio parientis, ſupra, 12.& in ſacrificio leproſi, ſupra, 14.cap. in ſacrificio autem pro peccato poterat offerri, bos, capra, ouis, ſupra, 4.& 5.cap. & turtur, vel pullus columbæ, ſupra, 12.c. ideo poterat mutari aliquod animal in turturem, vel pullum columbæ, ſicut mutabatur agnus in turturem in ſacrificio leproſi, ſupra 14.cap. In ſacrificio autem pacifico non poterant offerri niſi bos, ouis, & capra; vt patet ſupra 3.c. turtur autem vel pullus columbæ, nunquam poſſunt offerri in pacificis hoſtiis: & cauſa eſt: quia diuiditur hoſtia pacifica, & cedit quædam pars eius ſacerdoti, quædam offerenti: ſed turtur aut pulli
K columbarum nunquam diuidebantur, ſed debebant manere integri, ſupra, 1.cap. ideo non poterant offerri in hoſtiam pacificam. Et tamen ſi in hoſtia pacifica debuiſſet eſſe diminutio, fiebat per commutationem, quia nũquam fiebant aliter, cum non tolleretur omnino aliquod ſacrificium: ſed in hoſtia pacifica non erat aliquid in quod mutaretur, ideo nunquam fiebat remiſſio in hoſtia pacifica: & poterat fieri in aliis, in quibus fiebat commutatio. Secundò, fit hoc, quia remiſſio ſacrificij per commutationem nunquam fiebat niſi propter paupertatem: nam ita exprimitur cauſa, quando debebat fieri commutatio: & tamen in talibus caſibus nunquam imponebatur hoſtia pacifica, ideo non erat cauſa aliqua, vt fieret remiſſio, vel commutatio circa illa. Circa quod conſiderandum, ꝙ iſta remiſſio vel commutatio nunquã fiebat niſi in ſacrificiis, quæ erant neceſſaria ex lege: nam in eis quæ erant volun-

volun-

voluntaria, non fiebat remiſſio: quia ſi quis pauper eſſet, A & non poſſet offerre tale animal, non tenebatur illud offerre, quia nemo illum arctabat: ſed hoſtiæ pacificæ non erant neceſſariæ ſed volũtariæ, ideo non fiebat circa illas remiſſio. Ad hoc aũt aduertendum, ꝙ aut conſideramus oblationes priuatarũ perſonarum, aut oblationes ordinarias, quæ erãt impoſitæ à lege, & nõ fiebant à perſonis priuatis, ſed de expenſis Sãctuarij. Si conſideremus ſecũdũ, dicendũ, ꝙ aliquando hoſtiæ pacificæ erant de neceſſitate, quia aliquibus feſtis iubebãtur offerri, vt in catalogo ſacrificiorum, & feſtorum apparet, Num. cap. 28. & 29. & ibi dicendum, quod nunquam fiebat remiſſio, neque cõmutatio alicuius ſacrificij cuiuſcumque generis, ſed omnia offerebantur ſicut iuſſa erãt: quia iſta remiſſio fiebat in perſonis priuatis propter paupertatẽ: ſed in Sanctuario non erat iſta paupertas, ideo nunquam fiebat aliqua B commutatio ſacrificiorum quæ facienda erãt ſumptibus Sanctuarij. Si autem conſideremus oblationes priuatarum perſonarum: dicendũ ꝙ in illis hoſtiæ pacificæ nunquam erant neceſſariæ, id eſt, lex nũquam imponebat eis hoſtias pacificas, ſed offerebant eas quãdo volebant, idq. pro gratiarum actione, vel ex voto, vel ſpontaneas: ſine voto ex deuotione, vt colligitur ſupra, 7. & 22. cap. & tamen quomodocumque accipiatur, nunquam inuenitur, ꝙ imponeretur alicui hoſtia pacifica offerẽda à lege, niſi illud fuiſſet ſicut ordinarium ſacrificium, vt erat in conſecratione Sacerdotum, quia ibi offerebatur hoſtia pacifica, Exodi 29. cap. & ſupra 8. cap. & ibi non remittebatur, quia erat ordinarium ſacrificium. In perſonis autem priuatis, quãdo aliquod ſacrificium imponebatur à lege, non erat illud hoſtia pacifica, ſed erat holocauſtum, vel C pro peccato, aut pro delicto. In his autem habebat locũ commutatio propter paupertatem: & apparet hoc; quia in tribus locis inuenimus fieri commutationem propter paupertatem in ſacrificio. Primus eſt, in ſacrificio pro peccato, quando quis deberet offerre agnum anniculum, vel capram, vt patet ſupra, 5. cap. & ſi non poſſet, fiebat commutatio in duos turtures, vel duos pullos columbæ, eod. cap. Secundus eſt in pariente, vbi commutatur agnus in turturem, vel pullum columbæ; & hoc eſt in holocauſto, ſupra, 12. cap. Tertius eſt in ſacrificio leproſi, quando mutatur vnus agnus in turturem, vel pullum columbæ. & hoc eſt in ſacrificio pro peccato, ſupra, 12. cap. In aliis autem non inuenitur niſi reducatur ad hos caſus. & ita in D ſolo ſacrificio pro peccato & holocauſto fit pro peccato commutatio: & tamen ſi ſacrificiũ pacificum fuiſſet commutabile, potius commutaretur illud, & minueretur quã ſacrificium pro peccato: quia maius præiudiciũ erat Sacerdotibus in ſacrificio pro peccato. Quandocumque ergo de multis ſacrificiis vnum tantum commutabatur, illud erat holocauſtum, & non aliud, vt ſupra, 12. cap. commutatur holocauſtum, id eſt, agnus in turturem. Si aũt de multis commutabãtur plura, primum quod commutabatur erat holocauſtum, deinde vnum de aliis quę fuerant minus neceſſaria, vt patet ſupra, 14. cap. in ſacrificiis leproſi, vbi iubẽtur offerri duo agni anniculi; & vna ouis annicula; vnus agnus pro delicto; & alius in holocauſtum; ouis autẽ pro peccato. & dicitur ꝙ ſi pauper fuerit, & non potuerit omnia hęc offerre, offerat vnũ agnũ pro delicto, & in holocauſtum loco agni vnum turturem, & alium turturem loco ouis, quæ erat pro peccato: ſed E pro delicto & pro peccato ſimilia ſacrificia erant, & æqualiter pertinebãt ad Sacerdotem, ſupra, 6. & 14. cap. & tamen ſacrificium pro delicto erat ibi magis neceſſarium, vt de ſanguine eius tingerentur auricula, & pollices manus, & pedis: ideo illud non commutabatur: ſed alia duo, id eſt, holocauſtum, & pro peccato commutabantur ibi, ſed quantum ad præiudicium Sacerdotis nõ erat plus quod commutaretur ſacrificium pro peccato, q̃ pro delicto, cũ ex vtraque æqualia iura participet, ſupra, 14. cap. Eſt tamen conſiderandum, ꝙ difficilius commutatur ſacrificium pro peccato, quam holocauſtum: nam in holocauſto datur vna auis pro vno agno, vt ſupra, 12. c. in ſacrificio parientis: ſed in ſacrificio pro peccato, loco vnius animalis, dantur duo animalia, vt ſupra, 5. cap. pro peccato iubetur offerri agnus, vel capra: & ſi non potuerit qui peccauit, offeret duos turtures, aut duos pullos columbæ, vnum in holocauſtum, & alterum pro peccato. ſic pro vno magno ſacrificio offeruntur duo parua. ſed ſupra, 14. c. commutatur ſacrificiũ pro peccato in vnum turturem; & ratio eſt: quia ibi iam eſt aliud holocauſtũ per commutationem alterius agni in turturem; & ſic non oportebat quòd eſſent duo holocauſta. ſi tamen fuiſſet ibi ſacrificium ſolum pro peccato, vel pro peccato, & pro delicto, & non fuiſſet ibi holocauſtum, & commutaretur ſacrificium pro peccato, commutaretur in duo ſicut ſupra, 5. capite.

Tribus in locis inuenitur fieri commutatio propter paupertatem in ſacrificio.

Notandũ de commutatione ſacrificiorum.

Quare Deus non permittebat, quòd vouentes ſi pauperes eſſent, non cogerentur ſoluere totam æſtimationem, cum ipſi prius ſcirent ad quid ſe obligarent. *Quæſt.* XXIIII.

NVNC quæretur quare Deus permittebat quòd vouentes ſi pauperes eſſent, non cogerẽtur ſoluere totam æſtimationem. videtur enim quòd non debuiſſet eis aliquid remitti: nam ipſi ſciebant quantum pretium imponebat lex vouenti: & ita qui ſciret ſe non poſſe ſoluere pretium illud, non voueret, cum eſſet liberum ei non vouere. vnde in eis quæ ex neceſſitate legis ſoluebantur, videtur quòd debuiſſet propter paupertatẽ aliquid minui, ſicut in tranſeuntibus ad numerum, vel primogenitis, & non in vouentibus, quia ipſi ſciebant. Dicendum, ꝙ accipiendo de rigore iuris, remiſſio deberet fieri in illis, quæ ex neceſſitate legis ſoluebantur, cum lex eſſet communis omnibus tam pauperibus quam diuitibus. & aliqui tam pauperes eſſent, quòd non poſſent ſoluere quæ à lege impoſita erant, & in illis erat conueniens fieri quandam diminutionem: & ita fiebat, vt in eo qui dabat ſacrificium pro peccato, & non poterat offerre agnum, vel capram, dabat duos turtures: & ſi illos adhuc nõ poſſet dare, dabat decimam partem Ephi, ſupra, 5. cap. ſic etiam in pariente, quæ non poterat offerre agnum, offerebat vnam turturem, ſupra, 12. cap. & in leproſi mundatione ſimile, ſupra, 14. cap. vt oſtenſum eſt præcedẽti quæſt. & in omnibus his ponitur pro cauſa ipſa paupertas. & hoc modo in vouentibus: quia liberè vouebãt, & ſciebant quantum obligati erant, non debebat fieri remiſſio. Fiebat tamen vt dictum fuit ſupra, quia magnum erat pretium ꝙ ſoluturi erant. Cum autem obiicitur, quòd illi ſciebant ad quid ſe obligabant, & ideo non debebat eis remitti: Dicere poſſet aliquis, quòd hoc fiebat, quando aliquis efficiebatur pauper poſt votum, vt ſi quis cum votum emiſit, erat potens ſoluere æſtimationem legis, & antequam ſolueret, furto, rapina, incendio, vel alio caſu depauperatus eſt: itaque iam nõ eſt ſoluendo: nam tunc videtur quòd debeat fieri remiſſio rationabiliter, cum mutetur ſtatus eius, in quo ſi fuiſſet ante votum, non voueret. Dicendum quòd de iſto caſu manifeſtum eſt, quòd deberet fieri remiſſio ex quadam æquitate iuris: ſed etiã ſi quis ante votum emiſſum pauper eſſet, gauderet hoc priuilegio, vel beneficio legis, ſcilicet, quòd non ſolueret totam æſtimationem. Et ratio prima eſt, vt non diſtraherentur homines à vouendo, ſed potius allicerentur: nam ſi cum eis ex rigore actum fuiſſet, vt totam æſtimationem ſoluerent, alij ceſſarent vouere: cum autem benignè ſcirent ſecum agendum eſſe, imponendo eis quantum tolerare poſſent, multi vouerent: & ex hoc motiuo non oportebat remitti in illis, quæ erãt impoſita ex neceſſitate legis: quia etiam ſi non remitterentur, non diſtraherentur homines ab illis, cum neceſſe eſſet ſoluere: ſecus in ſpontaneis. Secunda: quia Deus dederat Sacerdotibus iura vouentium, ſcilicet, vt omnes pecuniæ datæ à vouentibus cederent in ius eorum. & quia Sacerdotes erant pauperes, volebat Deus prouidere, quomodo ex hoc multa eis pecunia proueniret. Et ad hoc fuerunt duo neceſſaria; Primum, quod non imponeretur magnum pretium in ſoluendo vouentibus. Secundò, quòd etiam circa illud quod imponeretur, benignè ſe haberent Sacerdotes circa non potentes ſoluere. Propter primum factum eſt, quòd vouentes non venderentur: nam cum ſeipſos totaliter per votum traderent, & non reciperentur, ſed commutaretur votum in pecuniam, dandum erat tantum

quantum

quantum quiſque valebat: Deus autem multo minus taxauit, faciens æſtimationes, quæ habẽtur in littera. Quãtum ad ſecundum factum eſt hoc, ſcilicet, quòd ſi quis pauper eſſet, non cogeretur vendere omnia ſua ad ſoluendum taxationem legis, ſed quòd diminueretur de illa: & hoc modo multi vouerent ſeipſos, & ſic Sacerdotes multam pecuniam reciperent. Si autem circa aliquos rigoroſè ſe haberent exigendo debitam taxationem, alij non vouerent, & ita parui fierent redditus Sacerdotales: ideo ſic fieri debuit in fauorem ipſorum Sacerdotum, potius quàm pauperum ſoluentium.

Quare in primogenitis, & in tranſeuntibus ad numerum, non remittebatur aliquid propter paupertatem. Quæſt. XXV.

CIRCA id quod tactum eſt præcedẽti quæſt. eſt dubium, cũ dicamus in quibuſdam ſolutionibus poſitum, quòd ex neceſſitate legis remittitur aliquid propter paupertatem, vt in quibuſdam ſacrificiis: quare in aliis ex eadem neceſſitate legis ſoluẽdis non fiebat aliqua remiſſio, vbi fuiſſet eadem paupertas, ſicut in tranſeuntibus ad numerum, & in quinque ſiclis primogenitorum? Dicendum, quantum ad Primum, quod eſt de comparatione iſtorum ſacrificiorum ad pretium tranſeuntium ad numerum, quòd rationabile erat fieri remiſſionem in ſacrificiis, & non in pretium tranſeũtium. Primò propter inæqualitatem pretij, quia erat dimidium ſicli pretiũ tranſeuntium, Exodi 30.c. Nullus autem tam pauper erat, qui dimidium ſicli habere non poſſet; ſecus autem quantum ad ſacrificium: nam in tribus caſibus propter paupertatem minuebatur ſacrificiũ, vnus eſt ſupra, 5.c. & ibi maius eſt pretium quàm in tranſeuntibus ad numerum: quia offertur vnus agnus, vel capra, cum libamẽtis, & valebat plus vno ſiclo, aut ſiclo & dimidio: nã vnus aries mediocris, vendebatur duobus ſiclis, & de magnis, valebat plus duobus ſiclis, eod. cap. ideo hic rationabilius erat fieri remiſſionem. Secundus caſus erat ſupra, 12. cap. in pariente: & ſacrificium aliud erat vnus agnus anniculus in holocauſtum, cum libamentis ſuis, & vnus turtur pro delicto, eod. cap. & iſtud valeret plus quam ſiclo & dimidio, ideo etiam hic rationabiliter remitteretur. Tertius erat ſupra, 14. cap. in ſacrificiis leproſi, & ibi erant multa ſacrificia, quæ plus quam ſex aut ſeptem ſiclos valerẽt, quia erant tria animalia, id eſt, duo agni, & vna ouis, & duæ aues, & libamenta ſua. ideo hic adhuc multo rationabilius fieret aliqua remiſſio, quàm in tranſeuntibus ad numerum. Cauſa ſecunda erat: quia etiam ſi pretium tranſeuntium ad numerum, eſſet aliquantulum maius, nõ debebat tamen quidquam remitti pauperibus, quia ſequuta fuiſſet inde inuidentia. Nam quando quis tranſibat ad numerum, incipiebat eſſe vnus de populo: & accipiebat honorem quendam inter alios homines: ſi autem aliquis ſolueret hic minus quàm alij; non videretur plenè conſequi illum honorem, quem ceteri conſequebantur: & ſi quis plus ſolueret, videretur ille accipere maiorem honorem, & vocem in populo quàm ceteri. Ideo vt non putaret quiſquam ſe deſpectũ & abiectum, non debebat permitti minus ſoluere quàm ceteri: & vt non crederet quis ſe aliis maiorem, non debebat ab eo recipi plus pretij quam ab aliis, etiam ſi ſpontè dare voluiſſet & hoc ſatis patet Exodi 30. cap. cum Deus iubet, vt pauperes nihil minuerent de medio ſiclo, & diuites nihil adderent ad illum. Et apparet, quòd iſtud intendebat Deus, quia aliàs dato, ꝙ iuberet, quòd pauperes non diminuerẽt de medio ſiclo, non iuberet tamen ꝙ diuites non adderent: quia in hoc quod vetatur, apparet ꝙ malum erat: & tamen dare eleemoſynam, vel offerre aliquid Deo, non eſt malum, niſi ſi aliquod malum inde ſequeretur: & malum quod ſequebatur, erat, quia diuites qui addebant ſupra dimidiũ ſiclum, putaſſent ſe plus habere poteſtatis, & honoris in populo. Comparando autem ad ſecũdum. ſ. de quinque ſiclis primogenitorum; dicendum, ꝙ non debuit ibi fieri remiſſio, ſicut in tribus caſibus ſupra poſitis ſacrificiorum. Primò, quia aliquando erat maius pretium in his ſacrificiis quam in quinque ſiclis primogenitorum: ſicut apparet

F de tertio caſu ſupra poſito, id eſt, ſacrificio leproſorum, quod accedet ad ſex vel ſeptem ſiclos, vel plus, vt oſtenſum fuit. Secundò, quia iſta eueniebant ſæpè, & non ſic erat de primogenitis: ſemel enim tantũ illi redimebantur, ſ. quando erant vnius menſis à natiuitate, Num. 18. c. & nunquam poſtea. Sed in duobus primis caſibus ſæpè accidebat fieri ſolutionem: quia primum quod erat peccare, ſæpè accidebat, ita vt obligaretur quis ad illud ſacrificium, ſupra 5. cap. Si igitur nunquam diminutũ fuiſſet aliquid de eo, graue id fieret pauperibus. Etiam id quod erat in ſecundo caſu, ſæpè fiebat: nam quãdocumque mulier pareret, ſiue maſculum, ſiue feminam, ſacere debebat ſacrificia illa, ſupra, 12. cap. vnde ſi nunquã aliquid remiſſum fuiſſet durum id fuiſſet pauperibus. Tertiò, & præcipuè fiebat hoc, quia primogeniti redimebantur,
G & in tribus caſibus de ſacrificiis nõ fiebat redemptio: ideo non debebat fieri remiſſio in primogenitis: erant enim primogeniti totaliter debiti Deo, quia ipſe liberauerit eos à morte in Ægypto, Num. 3. cap. & ſic tenebantur Deo ſemper ad ſeruiendum: Deus autem non acceptabat ſeruitium eorum, ſed potius commutabat in pecuniam: ideo tantum redimendi erant quantum valebant. Faciebat autem Deus quod ſolum darentur pro quolibet quinque ſicli: ideo multum remittebat de vero valore: vnde cum facta eſſet tanta remiſſio, non erat iam conueniens fieri aliquam remiſſionem de illa parua taxatione. Et iſta eſt cauſa, quare vouentibus impoſitum fuerit tantum pretium, ſ. vt aliqui ſoluant quinquaginta ſiclos, vt patet in littera: quia illi redimebantur cum totaliter effecti eſſent ſerui Dei. ſed in tribus caſibus de ſacrificiis
H non redimebatur perſona, quia qui offerebat pro peccato, non erat totaliter Deo obligatus, ita vt redimi oporteret: ſed ſolum obligatus erat ad aliquid pro peccato, & imponitur ibi ſacrificium: ideo multo minor obligatio erat, quàm primogenitorũ; & ſic facilius poterat ibi fieri remiſſio, quàm circa ſiclos primogenitorum. Idem etiam eſt circa parientem: nam non erat obligata pro partu totaliter, ita vt effecta eſſet Dei, & redimi oporteret: ſed lex obligat eam ad aliquid pro delicto: ideo non erat ibi tanta neceſſitas ſoluendi pretium quãta circa primogenitos, qui erant totaliter obligati: & idem eſt circa ſacrificia in emundatione leproſi; ergo in his fit conuenienter remiſſio taxatorum ſacrificiorum, & circa primogenitos non fit aliquã remiſſio, vel diminutio quinque ſiclorum à lege taxatorum.

Vouẽtib. quare tãtum pretiũ impoſitum fuerat.

I *An debebat fieri pretij diminutio per Sacerdotem. Et an eſſet propter hoc index in cauſa ſua. Quæſt. XXVI.*

QVÆRETVR cum circa vouentes facienda eſſet quædam diminutio pretij, an debebat fieri per Sacerdotem: nam poſſet poni à lege ſicut ponuntur taxationes pretiorum. Dicendum quòd ad diminutionem pretij neceſſarium fuit cõſtitui aliquem hominẽ, & non ſufficiebat taxatio aliqua legis. nam non eſt ſimile de diminutione, & de prima taxatione. Nam cum Deus non intenderit ponere tantũ pretium ſoluendum à quolibet, quantum ille valeret, potuit conuenienter ponere taxationes generales, quales fecit, quæ ſemper eſſent minores quam valor hominis. ſed accidebat ꝙ etiã ad illas ali-
K quis attingere non poſſet propter paupertatẽ, in quo caſu Deus volebat ꝙ ſolueret quiſque quãtum poſſet. ſed hoc nulla lege diffiniri poterat, quia contingit infinitis modis variari iſta, vt vnus ſit minoris facultatis quàm alius: ideo debuit dari aliquis homo, qui conſiderata facultate alicuius in particulari diffiniret quantum ille dare deberet. Cum aũt homo deberet dari in iudicẽ, debuit potius eſſe Sacerdos, quàm aliquis alius. Primò ne idem eſſet iudex, & qui iudicaretur: nam ſæculares erant, qui iſta vota faciebant, quæ commutabãtur in pecunias. Sacerdotes aũt & Leuitæ nunquam ſic vouebãt, quia ſi ſeipſos vouiſſent, tenebat votum illorum, & illud implebant miniſtrantes coram Dño ſecundum conditionẽ miniſteriorum ſuorũ, vt ſupra oſtẽſum fuit. ideo Sacerdotes vel Leuitæ fuiſſent ſic melius iudices q̃ aliquis laicus. Secundò, quia in rebus ſacris non debebant eſſe iudices profani, ſicut nec in cauſis ſpi-

ſis ſpiritualibus,non ſunt iudices laici;ſed iudicare de voto, eſt iudicare de cauſa ſpirituali: ideo debuit pertinere ad Sacerdotes qui in ſpiritualibus Principes erant. Tertiò, quia Sacerdotibus competebat aliàs eſſe iudices, & penes illos reſidebat altiſſimum ſiue ſupremũ iudicium: vt patet Deuteron.17.cap.ergo ad eos tunc pertinere debebat diffinitio circa vota, & non ad alios. Sed aliquis dicet, ꝙ non debuerit pertinere iſtud iudicium ad Sacerdotes: nã fuiſſent iudices in cauſa ſua, quia pretia data ex votis,cedebant iuri Sacerdotum, & ita de rebus ſuis iudicaſſent quod non eſt æquum. Secundò, quia ob hoc grauaſſent valde laicos vouentes cupiditate pecuniæ quæ eis acquirebatur: cum fuerit ſingulare beneficium legis ad hoc,vt cum pauperibus benignè ageretur, exigẽdo ab eis paucam pecuniam, ergo nõ debuit hoc iudiciũ committi ſacerdotibus.Dicet ergo aliquis,quòd potius debuit com- B mitti laicis aliquibus,vel ſaltem Leuitis:quia & illi ſacrati erant Deo, & ipſi nunquam talia vota faciebant. Dicendum, quòd non debuit committi neque laicis, neque Leuitis,ſed ſacerdotibus. De laicis quidem patet;quia iſta erat res ſacra, cui non debebant præfici laici, vt dictum fuit. Non etiam Leuitis: quia illi erant minores Sacerdotibus, ideo non debebant ipſi cõſtitui iudices exiſtentibus maiorib. Sacerdotibus. Itẽ,quia per hoc Leuitæ facti fuiſſent iudices in rebus pertinentibus ad ſacerdotes, quia iſta pecunia danda erat ſacerdotibus. Si ergo in hoc iudicaſſent Leuitæ,iudicaſſent ſuper ſacerdotes. Sacerdotibus autem iſtud conueniebat,quia erat res ſacra,& ipſi præſidebant rebus ſacris: neque eſt aliquod inconueniens in hoc. Cum enim primo arguitur quòd eſſent iudices in re ſua, non hoc ſequitur: Nam iſta pecunia,quæ colligebatur ex C votis,non dabatur alicui ſacerdoti determinato,ſed dabatur omnibus ſacerdotibus: & vario modo diſtribuebatur inter illos,ſicut & alia iura: & circa taliter pertinentia ad ſacerdotes non erat inconueniens, quòd præficeretur aliquis ſacerdos, ſicut in cauſis clericorum ſoli clerici ſunt iudices & non laici; tamen nullus clericus eſt iudex cauſæ propriæ. & ita erat in præſenti: quia ad ſacerdotes pertinebat illa pecunia, ſed non ſpecialiter ad illũ qui de hoc iudicabat. Ad ſecundum dicendum quòd non grauarentur valde vouentes in hoc; immo potius alleuiarentur: quia quanto magis ſacerdotes eſſent fauorabiles ſibi ipſis,tanto magis benigni eſſent vouentes. nam in hoc vtilitatem ſuam procurabant: quia cum benignius eos tra- D ctarent,plures vouerent,& ſic plures pecuniæ colligerentur pro ſacerdotibus. vnde quòd fieret remiſſio alicuius partis, & diminutio pretij circa pauperes, potius in fauorem ſacerdotum quam laicorum vouẽtium introductum erat: vt oſtenſum fuit ſupra. Si autem remiſſio fuiſſet fauorabilis vouentibus, & odioſa ſacerdotibus, vel in damnum eorum ceſſiſſet,fortaſſis nõ debuiſſet committi ſacerdotibus. ſed nunc nullum inconueniens erat.

Quare lex non commiſerit hoc arbitrio vouentis, ſcilicet, quòd potens ſoluere, ſolueret, &c. Quaſt. XXVII.

SED quæretur,quare lex non commiſerit hoc arbitrio vouentis,ſcilicet,quod potens ſoluere,ſolueret quantum à lege poſitum erat: ſed qui pauper eſſet, ſolueret quantum poſſet, & conſcientiæ ſuæ relinqueretur quantum ſoluere poſſet, & illud ſolueret; & videtur quòd E ita fieri debuiſſet: nam in aliis ſic committebatur conſcientiæ ipſorum offerentium, vt ſupra, 5. capite, in eo, qui pro peccato offerre debebat agnum,vel capram: nam dicitur, quòd ſi non poſſet offerre talia animalia, offeret duos turtures: & ſimiliter committebatur conſcientiæ offerentis, ſupra, 12. & 14.capp. ergo ita debebat hic fieri. Aliquis dicet, quòd nunquam debuit committi conſcientiæ ſoluẽtis,ne quis eſſet in cauſa ſua propria iudex: & etiam quòd in illis caſibus relinquebatur arbitrio offerentis: ſed ſacerdos de illo iudicabat, & iuxta arbitrium illius commutabatur ſacrificium. Dicendum,quòd non eſt verum, ſed ibi relinquebatur conſcientiæ & iudicio offerentis, an pauper eſſet, vel non, qui poſſet offerre taxatum à lege, vel non: quia in lege & potiſſimè circa cæremonialia nihil debemus facere, niſi quod ſcriptum eſt,nihil addendo: ſicut dicitur Deuter.12.cap. Quod præcipio tibi,hoc tantum facito Domino Deo tuo: neque addas quidquam,neque minuas. & tamen ibi dictum eſt de offerente quòd offerret agnum,& ſi non poſſet, quia pauper erat, offerret duos turtures: & nihil exprimitur de Sacerdotibus,vel de arbitrio alieno. Ergo videtur quòd nemo alius erat iudex an pauper eſſet nec ne, ſed ipſe ſolus: & ſi iudicabat ſe impotẽtem propter paupertatem,offerebat turtures, & non agnum. Sed in vouentibus non ſic erat: quia non relinquebatur eis iudicandum,ſed Sacerdotibus quid ſoluere deberent. Et ratio diuerſitatis eſt: Primò, quia circa illa ſacrificia erat paruum præiudicium, etiam ſi male arbitrarentur offerentes, id eſt, circa vnum agnum: ideo permittebatur arbitrio eorum. ſecùs in vouentibus vbi erat magnum præiudicium, quia aliquando debebat vouens ſoluere quinquaginta ſiclos: ideo hic non debuit permitti. Secundò, pro parte ipſorum laicorum: quia cum eſſet parua res, & lucrum in oblatione, etiam ſi quis potens ſoluere mentiretur ſe non poſſe ſoluere,non erat præſumendum ꝙ quis contra veritatem agere vellet pro paruo lucro. ſecùs eſt vbi erat magnum lucrum,mentiendo,ſ.circa vouẽtes,vbi debebantur aliquando quinquaginta ſicli: ideo non fuit hic commiſſum eis. Tertiò,quia circa offerentes non poterat eſſe dubium, ideo non requirebatur arbitrium: circa vouentes verò erat dubium: nam id quod dabant offerentes in illis tribus caſibus, in quibus fiebat commutatio,& diminutio,erat paruum: & ideo debebat eſſe multum manifeſtè pauper, qui non poſſet offerre illud. & quando tam manifeſta erat paupertas,nõ oportebat dari iudicem,qui arbitraretur. Secùs circa vouentes,quia erat pretium illorum aliquando magnum, vt quando dabantur quinquaginta ſicli: nam tunc non oportebat ꝙ eſſet manifeſta paupertas eius qui hoc ſoluere non poſſet: quia multi viderentur aliquid poſſidere, qui iſtud ſoluere non poſſent: ideo requirebatur ibi arbitriũ iudicis,& hoc potiſſimè,quia non dicebatur pauper, vel non potens ſoluere ille,cuius facultates venditę nõ ſufficerent ad hoc pretium: quia tunc aliqualiter fuiſſet manifeſtum quis eſſet pauper; ſed ille dicebatur non potens ſoluere, qui valde affligeretur ſoluendo, & non poſſet commodè ſoluere: ſed hoc modo multi ſunt, qui aliqua videntur poſſidere, & ſi cogantur tantam pecuniam ſoluere, non commodè viuẽt: ideo in illis debebat fieri remiſſio: & ad hoc opus erat iudice. Quartò,& præcipuè hoc fiebat,quia taxatio nunquam fit niſi à iudice, & non debet aliquis eſſe iudex in cauſa ſua propria: ideo vbi taxatio aliqua fieri debebat,oportebat eſſe aliquem iudicem, & non eum qui ſoluere debebat; ſed in vouẽtibus erat ſic: quia ſi quis pauper eſſet, & non potens ſoluere illam æſtimationem: volebat Deus quod minueretur de illa, & quia non poſuit quantum minuendum erat, ideo debuit dari aliquis iudex, qui taxaret quantum minuendum eſſet: & non debuit taxare ipſe ſoluens. Secùs autem erat de offerentibus in tribus illis caſibus, in quibus fiebat commutatio ſacrificij in aliquid minus, quia ibi commutatio fiebat à lege. nam ſupra,5.cap. dicitur: Quod ſi non poteſt dare agnum,vel caprã, det duos turtures, aut duos pullos columbæ, & ſupra 12. & 14. cap. loco vnius agni dabatur vnus turtur, vel vnus pullus columbæ: & hoc modo non erat ibi neceſſarius iudex. Vnde ſi diceretur ibi, quod ſi quis eſſet pauper nõ potens offerre,quod ſcriptum eſt,offerret minus, & non diceretur quantum offerret, non relinqueretur arbitrio offerentis, ſed Sacerdos in hoc iudicaret etiam ſi eſſet res valde parua;quia tamẽ à lege imponebatur quid deberet offerre pauper, non oportebat quod aliquis iudex interueniret. Similiter circa vouentes, ſi Deus feciſſet taxationes ordinarias, & poſtea diceret ꝙ pauperes minus ſoluerẽt, & fierent aliquæ taxationes determinatę pro illis,non relictum fuiſſet aliquid arbitriũ Sacerdotis: & tamen non fuit expreſſum quanto minus ſoluerẽt pauperes. ergo debuit committi arbitrio alicuius,& nõ ipſius vouentis: & iſta fuit potiſſima cauſa. Quintò, quia dato quod de paupertate alicuius cõſtaret, ſi permitteretur ei arbitrari quantum daret,aliquis cupiditate motus,parum daret,& ita defraudaret iura Sacerdotum,

dotum, & quod deterius eſt, tali caſu votum nihil prodeſſet. & patet hoc: quia qui ſic ageret, nõ ſoluendo votum ſecundum cõſcientiam ſuã, peccaret, & melius fuiſſet ei nũquam aliquid vouere, & nihil ſoluere, quam votum non complere. ſic patet Deuter. 22. cap. Cum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret Dominus Deus tuus illud, & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum: ſi volueris polliceri abſque peccato eris: quod autem ſemel egreſſum eſt de labiis tuis, obſeruabis. Sic etiam erat circa cæremonialia: ſi quis non offerret Deo ſacrificium in caſibus, quibus non tenebatur à lege, non peccabat: ſi autem ſpontè vel ex voto offerre vellet, & omitteret aliquam de illis cæremoniis, quæ obſeruandæ erant, peccabat, & oblatio erat ſibi inutilis; & vltra hoc tenebatur vt pœnæ reus, ſupra, 7. & 19. capp. ſi quis de carnibus victimę pacificarum die tertio comederit irrita fiet oblatio: neque proderit offerenti: quin potius quæcumque anima tali ſe commaculauerit edulio, prçuaricationis rea erit. Simile fuit de Anania & Saphira Iudæis, qui voluerunt tranſire ad obſeruantiam vitæ cõmunis, quam tenebant Apoſtoli & alij Chriſtiani tunc habitantes in Ieruſalem: & cum deberent offerre totum pretium ad pedes Apoſtolorum, quod de agro vẽdito ſuſceperant, vt alij faciebant, Act. 4. cap. id non fecerunt: ſed mentiti fuerunt, reſeruantes ſibi quandam partẽ pretij. vnde tunc cum mentiti fuiſſent, corruerunt mortui coram pedibus Apoſtolorum, Act. 5. cap. ſi autem iſti nõ voluiſſent tenere illam communitatem vitæ, non peccaſſent reſeruãtes ſibi integrè poſſeſſiones ſuas: ſed quia voluerunt illam vitã tenere, & non plenè eam ſeruauerunt quod ad illam pertinebat, mortui fuerunt. ita ergo hic fieret; & ſic non debuit permitti hoc arbitrio vouentium, ne eſſet eis occaſio ad nõ implendum votum. Sextò, conueniebat hoc ad tollendum ſcrupulũ conſcientiæ vouentium: quia in pauperibus cum minuẽdum erat de taxatione communi, ſi relinqueretur eis iudicium taxæ, putarent quidam, quod dando id quod dabant, nõ ſatisfaciebant, quaſi plus dare deberent: ſtimulus autem iſtæ conſcientiæ conſtituit hominem peccatorem quando contra conſcientiam propriam agit. Cum verò Sacerdos à Deo cõſtitutus iudex, aut aliquis alius taxaret quantum dandũ eſſet, non eſſet aliquis ſcrupulus vouenti: ideo ſic erat melius & ſalubrius. Septimò, id conſtitutum fuit ad releuationem pauperum: quia aliqui de iſtis eſſent ſcrupuloſi an ſatisfacerent dando tantum vel tantum; & vt tolleretur ſcrupulus iſte, potius voluiſſent grauare ſeipſos, & affligere, ſoluendo plus quam debebãt, quam quod illis remaneret ille ſcrupulus. vt ergo non grauarent ſeipſos, ſic melius fuit ꝙ ponerentur alij iudices qui melius moderarentur, & non grauarent illos; & etiam ſi parũ ſoluendum illis imponerent, non remaneret illis ſcrupulus conſcientiæ aliquis, cum vouentes parati eſſent ſoluere quantum eis imponeretur. Non ergo debuit relinqui arbitrio vouentium quod ipſi ſuo marte arbitratentur, ſed quòd Sacerdotes hoc taxarent eis.

Ad quem Sacerdotem pertinebat facere has taxationes. Quæſt. XXVIII.

SED quæritur, ad quem Sacerdotem pertineret facere iſtas taxationes. Aliqui dicũt, quòd id intelligatur de Sacerdote Magno ꝛ eo quod dicitur: Stabit coram Sacerdote abſolutè, & non ponitur quis Sacerdos eſſet: ſed videtur dictũ per excellentiam: quia aliàs diceretur ſtabit coram vno ex Sacerdotibus. Dicendum, ꝙ nõ eſt dubiũ quin Sacerdos Magnus poſſet facere omnes æſtimationes votorum: quia cũ ipſe eſſet maior omnibus, quidquid liceret alicui aliorum, liceret & ipſi. Et tamen non eſt intelligendum, ꝙ ſolum Sacerdos Magnus hoc poſſet taxare, ſed etiam poſſent taxare alij tenentes locum eius in iudicando: quia certum eſt quod ille multos haberet vicarios in eis, quæ delegabilia erant: quod dico, propter ea quę ei competebant quaſi ex ordine, ſicut facere ſacrificia diei Propitiationis, & intrare in Sancta Sanctorum. hoc enim ei ſoli licebat, ſupra, 16. capite. & ad Hebræos 9. capite. ſed arbitrari in votis, non erat aliquid ordi-

F nis, ſed iuriſdictionis, ideo circa illud poterat vicarios conſtituere. Aliter autem dici poteſt, quod non ſolum pertinebat hoc ad Summum Sacerdotem, vel eius Vicarium, ſed etiam ad alios Sacerdotes: non tamen ad quemlibet, ſed ad eum qui illo tempore præſideret. Nam inconueniens eſt ꝙ cuilibet Sacerdotum hoc liceret, quia tunc aliquis ſacerdos non miniſtrãs eo tempore, quo non miniſtrabat, exerceret actus miniſtrantium, ſed licebat hoc Sacerdoti miniſtranti, & non videtur quòd cuilibet, ſed ei qui erat actualiter princeps miniſtrantium: nam vt patet 1. Paralip. 24. cap. Sacerdotes diuiſi erant in vigintiquattuor ſortes, & quælibet ſors illarum miniſtrabat vna hebdomada. ſ. à ſabbato in ſabbatum, vt patet 2. Paralip. 23. cap. & habebat quælibet ſors vnũ Principem: & ideo quocumque tempore erat vnus actualiter in Sanctuarij

G loco, qui præerat omnibus miniſtrantibus, & ad illũ pertinebat diffinire in votis, & aliis quæ pertinerent ad miniſtrationem: & nõ erat neceſſe ꝙ ſemper adiretur ſummus ſacerdos ob hoc. Simile patet Deuter. 17. c. de quæſtionibus difficilibus, quæ non poterant definiri in ſingulis locis terræ Iudæorum, nam debebat in illis ſacerdos ille adiri, qui tunc miniſtrabat, ſcilicet. Venies ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore. & poſtea dicitur: Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tẽpore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. Et non oportebat quòd eſſet ſummus ſacerdos, qui commutaret vel taxaret minuendo iſta vota. Primò, quia iſta non erat magna miniſtratio, ad hoc, quòd ei ſoli conueniret. Secundò, quia non ponitur de illis miniſtrationibus, quæ ad ſummum

H ſacerdotem pertinent, & ſi pertinere voluiſſet, expreſſiſſet de illo: ſicut in ſacrificiis diei Propitiationis; quia Deus volebat quòd ſolus Aaron illa faceret, expreſſit illud ſupra, 16. cap. Hic autem nihil expreſſit: ſed dixit, ꝙ ſtaret coram ſacerdote. Cum autem arguitur ꝙ dicitur hic: Stabit coram ſacerdote: Dicendum, quòd non accipitur per excellentiam pro ſummo ſacerdote: quia ſupra, 14. cap. dicitur: Hic eſt ritus leproſi, quando mundandus eſt, adducetur ad ſacerdotem; & tamen ibi non accipitur pro ſummo ſacerdote, quia purificationis huius cæremonias agere non pertinebat ad ſolum ſummum ſacerdotem, ſed ad omnes: quia Chriſtus dixit leproſis quos mundabat, ite & oſtendite vos ſacerdotibus, Luc. 17. cap. ergo multi ſacerdotes erant, quibus competebat iſta poteſtas videndi leproſos, & faciẽdi cæremonias purificationis: & idem

I Chriſtus dicebat aliquando ad ſacerdotem abſolutè, ſed non intelligebatur per excellentiam, ſicut Matt. 8. c. dixit leproſo quem mundauit apud Capharnaũ, vade & oſtende te ſacerdoti. & ita non ſignabat ibi vnicum ſacerdotem cui hoc competeret, cum dixiſſet ſacerdotibus, Luc. 17. ſed quia accipitur ſacerdos pro quolibet, & ille qui hoc facturus erat, vnus eſſet, & non omnes ſimul. & ita apparet ad quem ſacerdotem pertinebat diffinire circa vota minuendo taxationes legis in pauperibus. *Pro maſculo dabuntur quinque ſicli.* Intelligendum eſt ſolum pro ſolutione votorum, quia aliquando dabantur decem, hoc tamen ſolum erat ſi primogenitus voueretur ante menſem: nam tunc ſoluebantur quinque ſicli, qui alias cedebant ex iure redemptionis primogenitorum, & quinque pro voto. *Femina tres,* id eſt, ſi femina fuerit ab vno mẽſe, vſque ad quinque annos, dabit tres ſiclos. Intelligendum

K etiam eſt ante menſem completum, vel à primo die natiuitatis, vel ante natiuitatem, & conceptionem ſi voueretur. Nam eodem modo poterant voueri feminę ſicut viri nondum natæ. *Sexagenarius & vltra maſculus, dabit quindecim ſiclos.* Iſta eſt quarta ætas quæ hic diſtinguitur, ſcilicet, ab annis ſexaginta vſque ad mortem. & pro iſta ætate non tantum dabatur ſicut à vigeſimo anno vſque ad ſexageſimum, vel à quinto vſque ad vigeſimum: quia illæ duæ robuſtiores erant, & magis diſpoſitæ ad ſeruiendum. Hic autem iam tenditur ad decrepitam ætatem, ideo impotens fit. etiam breuiãtur termini vitæ, ideo de pretio minus dari debet. *Femina decem,* id eſt, ſi femina ſexagenaria fuerit, vel vltra dabit pro voto ſuo decem ſiclos: quia ſemper in feminis diminuitur. *Si pauper fuerit.* Hic ponitur remedium generale: nam aliquando homines *Remediũ generale*

pro his in votis ſoluere non poſſent. homines vouerent ſeipſos, & poſtea non haberent vnde A ſoluerent, potiſſimè, ſi ſoluturi eſſent ſiclos quinquaginta, ideo dicitur quid in hoc caſu fieri deberet. *Et æſtimationem reddere non valebit.* id eſt, taxatam pecuniam: quia hic non fit æſtimatio valoris humani, ſicut ſupra probatum fuit: ſed ſolum ponitur pretium taxatum à lege, quod ſoluere debebāt vouentes. & iſtud vocatur largè æſtimatio. *Stabit coram Sacerdote.* Poſt votū emiſſum tenebatur quilibet ad ſolutionem: & quia illi qui non poterant plenè ſoluere, grauarentur ſi cogerentur totum ſoluere: ideo veniebant coram Sacerdote ad excuſandum ſe, ſ. coram Sacerdote Magno, vel tenente locum eius: & hoc, quia iſte erat iudex votorum, pertinebat ad eum æſtimatio votiua. *Et quantum ille æſtimauerit,* id eſt, quantum ille taxauerit, tantum debebat iſte ſoluere: nam diminuebat de pretio taxato à lege quantum videretur ſibi rationabile. Et B etiam non accipitur hic (æſtimare) propriè, ſed ſolum pro taxare pretium minus quam lex taxauerit. *Et viderit eum poſſe reddere,* id eſt, conſiderabit Sacerdos quantum iſte poſſit ſoluere, & tantum taxabit. Nō tamen eſt intelligendum ſimpliciter, ꝙ quantum aliquis poſſet dare, tantum compelleretur dare vſque ad plenam voti ſolutionem. nā tunc pauperes cogerentur vendere omnia quę haberent, vel cedere bonis: & vtrumque eſt ſatis inhumanum fieri pro voto: nam hoc dato, diſtraherentur homines à vouendo, & diminueretur Diuinus cultus accidentaliter. Etiam non poterat eſſe iſta intentio litteræ: nam ſi cōpelleretur pauper dare omnia quæ haberet, quouſque ſufficeret ad plenam voti ſolutionem, non deberet dici, ꝙ Sacerdos æſtimaret, id eſt, taxaret tantum, vel tantum, ſed ꝙ venderētur omnia bona pauperis iſtius vel cederet eis. C

Litteræ expoſitio. Eſt ergo ſenſus, ꝙ ſi aliquis fuiſſet pauper, & ſufficerent omnes res ſuæ venditæ ad ſolutionem voti, & amplius, & tamen nimis grauaretur, ſi cogeretur totū votum ſoluere, debebat Sacerdos æſtimare quantum iſte poſſet dare, ſcilicet, ita, ꝙ non valde affligeretur, vel depauperaretur: & non videbat quantum poterat dare ſimpliciter, quia hoc eſſe non poſſet niſi omnia bona venderentur. *Tantum dabit,* id eſt, tantum compelletur dare, quantum fuerit per Sacerdotem taxatum.

Animal votū mutari non poterat. *Animal autem quod immolari poteſt Domino, ſi quis vouerit, ſanctum erit: & mutari nō poterit, id eſt, nec melius malo, nec peius bono. Quod ſi mutauerit: & ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatum eſt, conſecratum erit Domino. Animal immundum quod immolari Domino non poteſt, ſi quis vouerit, adducetur ante Sacerdotem. Qui iudicans vtrum bonum an malum ſit, ſtatuet pretium. Quod ſi dare voluerit is, qui offert, addet ſuper æſtimationem quintam partem.*

De voto pecoris. *Animal autem quod immolari poteſt Domino.* Supra ponebatur de voto hominis, hic autem agitur de voto pecoris: quia interdum homo vouet pecora, vel alias res: & diſtinguitur de animali, an eſſet mundum vel immundum.

De triplici munditia quæ requirebatur in animali, ad hoc quod immolaretur. Quæſt. XXIX.

DICITVR primo de animali quod mundum eſt, & immolari poteſt Domino: nam omne animal ad hoc vt poſſet immolari Domino, habebat tres munditias. *Prima mūditia.* Prima, quòd eſſet licitum ad eſum, quod patet: quia omne animal immolabile comedi poterat, ſed non econtrario: nam decem ſpecies animalium erāt mundæ ad eſum in quadrupedibus, vt patet Deut. 14. cap. & tamen ſolæ tres ſpecies eorum recipiebātur ad immolationem, ſcilicet, bos, ouis, & capra, ut colligitur Exod. 22. cap. & ſupra 22. cap. & in principio libri huius, uſque ad 7. cap. *Secunda mūditia.* Secunda munditia erat, ꝙ eſſet animal mūdū ſm ſpeciē, ſ. in ſpecie animaliū diſtinctorū ad immolationem, quæ erant tres ſpecies: ſ. bos, ouis, & capra; nihil aūt præter hæc immolabatur in pecoribus. *Tertia mūditia.* Tertia mūditia erat, ꝙ illud animal non haberet per accidēs aliquam maculam, ſ. ex contactu alicuius rei immundæ, nec haberet oculū fractum, aut pedem, uel aures, & eandem amputatas, uel ſimiles maculas, de quibus ſupra 22. c. nam tunc non poterat offerri obſeruata diſtinctione quæ ibi habetur. *Si quis vouerit, ſanctum erit.* i. ſi aliquis vouerit Domino animal quod immolari poteſt, erit ſanctum, i. ſanctificatum, ſiue ad cultum Dei pertinens. Vel erit ſanctum, id eſt, firmum, ſcilicet, quòd nō poterit mutare aliud animal pro illo quod per vouentem adductum fuerit. & adhuc iſte ſenſus ſecundus eſt melior, quia dicitur immediatè. *Et mutari non poterit.* id eſt, iſtud votum manebit firmum, & nō poteſt variari quantum ad hoc quòd detur aliud animal pro illo iam dato. Cauſa huius eſt: quia animal quod vouebatur tranſibat in ius Sacerdotum, vt patet Numer. 18. cap. ſ. Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael, tuum erit. & tamen iſtud animal immolabatur Domino, & accipiebatur inde ſanguis, & adeps pro ſacrificio Domini. Sic apparet Numer. 18. cap. Nam ibi dicitur de animalibus primogenitis, quòd immolarētur coram Domino, & omnes carnes eorum cederent Sacerdotibus. ita autem de votis videbatur faciendum quibuſdam, quia æqualiter animalia primogenita & votiua pertinebant ad Sacerdotes: & tamen compellebantur de animalibus primogenitis offerre ſanguinem & adipes; ergo eodem modo de animalibus votiuis fieret. & tunc quãcumque voueretur aliquod animal quod immolari poſſet, ſanctificatum erat Dño, & acquirebatur ius Deo in illo animali, ꝙ funderetur ſanguis eius coram ipſo. Si tñ mutaretur illud animal, dato alio, iam illud quod erat ſacrū, conuerteretur ad vſus humanos: ideo mutari non poterat. Sed hoc nō eſt verum, licet quidam illud velint. Declarabitur veritas infra q. 24. *id eſt, nec melius malo, nec peius bono.* id eſt, ſi aliquis vouerit animal Domino parui pretij, quod tñ immolari poteſt, & propter hoc illud vocatur malum, non debet mutari, vt detur aliud melius pro ipſo: nec etiam peius bono. i. ſi aliquis vouerit bonum animal, ſcilicet magni pretij, non debet dari peius illo commutando illud; & iſta eſt cauſa quare vetabatur commutatio. *Commutatio quare vetabatur.* Nam Iudæi propter auaritiam ſi aliquando vouebant animal magni pretij, poſtea volebāt dare aliud minoris æſtimationis. Deo autem non placet ille, qui dat ex auaritia, vel quadā triſtitia, & curuitate, ſed qui dat cū hilaritate. Sic patet 2. ad Corint. c. 9. ſcilicet, vnuſquiſque.n. prout deſtinauit in corde ſuo non ex triſtitia aut neceſſitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Iſta eſt aliqualis cauſa quare non commutabantur: D & tamen vera cauſa declarabitur infra, q. 25. vſque ad 27. & accipitur hic malum & peius in animalibus immolaticijs, non ꝙ ipſa verè mala eſſent, nam hoc eſſet habere aliquam maculam, propter quam non poſſet immolari: ſed dicitur animal malum, id eſt, parui pretij. & animal peius, id eſt, minoris pretij. & animal bonum, id eſt, magni pretij. *Quod ſi mutauerit.* Vetabatur ſupra ne quis mutaret animal quod eſſet Domino obligatum per votum, dando aliud: ſi illud eſſet immolabile. Hic ponitur pęna mutantium. *Et ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatum eſt, conſecratum erit Domino.* ſcilicet, quòd qui mutauerit animal quod vouerat, dabit duo animalia, ſcilicet, ipſum quod primo vouit, & quod poſtea dare voluit. Et vocantur hic quod mutatum eſt: & pro quo mutatum eſt; & dicitur, quod mutatū eſt animal, quod aliquis dare vellet loco eius, quod vouerat: dicitur pro quo mutatum eſt, id eſt, ipſum quod primo promiſſum fuerat per votū; E vtrumque dicitur conſecratum Domino. i. vtrumque pertinet ad ius Dei. & ratio eſt: quia etiam intētio ipſius vouentis fuit vtrumque cōſecrare Deo, licet nō eodem tempore. Primo enim conſecrauit illud animal, quod ab initio vouit: nam per votum pertinebat ad ius Dei. Secundò voluit conſecrare, & conſecrauit animal quod volebat dare pro primo; vtrumque ergo conſecrauit: quia vtrumque conſecrare voluit. ideo non potuit auferre Deo animal quod primo vouerat: quoniam illud iam pertinebat ad ius Dei, ſed potuit dare animal ſecundum quod iuris ſui erat. *Animal immundum quod immolari Domino non poteſt.* Hic ponitur alia regula de animalibus immundis. Et dicuntur animalia immunda hic ſecundum Rab. Salom. ſolum ea quæ ſunt immunda per accidens, ex contactu alicuius rei immundæ, vel propter fractiones & amputationes membrorum, & ſimiles

F maculas, de quibus ſupra 12. cap. & ꝙ nõ intelligitur de animalibus, quæ ſunt immunda ſm ſpeciem, ſicut bubalus, ceruus, & caprea, atque ſimilia. Sed hoc falſum eſt: neceſſe eſt enim de animali quocumque, quod offerri nõ poteſt, hoc intelligi, ſiue hoc fiat propter ſpeciẽ, ſiue per accidens; & patet hoc: quia aut animalia immunda ſm ſpeciem ad immolationem poterant offerri, aut non. ſi dicatur ꝙ non poterant offerri per votum, falſum eſt: qm̃ alia erant quæ offerebantur, & non poterant immolari, ſicut agri, & domus, ſed ſolum conuertebantur in pecuniam. Cur ergo non magis liceret voueri domum, vel agrum, quam animal non immolaticium, vtrumque quidem in pecunias verti poterat. Item patet: quoniam ſi dicas, ꝙ animal non immolaticium nõ poterat voueri, quia non poterat immolari: eodem modo dicetur de animali, G quod eſt immundũ per accidens, ꝙ nõ poſſet voueri: quia illud non poteſt immolari, & tñ poteſt voueri, vt hic dicitur. Dicendum ergo, ꝙ animal immolaticiũ poteſt voueri Domino. Hic autem quæritur quid faciendum ſit cũ ipſo: nam non immolabitur; ergo neceſſe eſt, ꝙ teneatur iſta regula, ſ. ꝙ æſtimetur à Sacerdote, & vẽdatur. & ſic neceſſe eſt intelligi hoc de animali immundo, ſiue ſit immundum ſm ſpeciem, ſiue per accidens ex contactu, vel per aliquam maculam. *Adducetur ante Sacerdotem.* Illud animal ducebatur coram ſacerdote, vt ipſe ſtatueret pretium ad vendendum illud: erat namque cõuertendum animal in pecunias: ſed non permittebatur ipſi vouenti ꝙ venderet illud, ne ibi Sacerdotes fraudarẽtur in redditione pecuniæ; Sacerdos ergo taxabat, & propter hoc adducebatur coram ipſo. Hic autem dicitur, ſi aliquis mutaret animal H immundum, quod obtuliſſet, dando aliud pro eo, ꝙ daret vtrumque ſicut ſupra dicebatur: immo ſatis poterat mutari, dũ tñ fieret conditio Dei melior, ſ. ꝙ daretur aliud animal maioris valoris pro illo, ut ſi aliquis vouiſſet aſinũ, poterat dare equum. In animalibus autem immolaticiis non poterat fieri mutatio: & hoc propter duo. Primo propter auaritiam ipſorum Iudæorum, ne uellent dare animalia minoris ualoris pro maioribus; & ſi id facere tentarent, cogebantur dare utrumque animal, & hoc erat in pœnam. Secunda cauſa & principalis erat, propter conſecrationem: nam qñ aliquod animal quod poterat immolari, vouebatur Domino, erat cõſecratum: & ſi vellet dare vouens aliud animal pro ipſo ẽt illud erat conſecratũ: ergo vtrumque tenebatur dare, ita, ꝙ iam non poterat tranſire aliquod illorum ad vſus humanos. ergo non per- I mittebatur mutatio. & hoc quia animal per votũ nõ erat conſecratũ Deo, ſed ſolum debebat vendi, & conuerti pecunia in vſus Sacerdotum. Ad hoc nihil differebat ꝙ animal ꝙ ſemel voueretur, poſtea rediret ad vſus humanos mutãdo aliud animal pro ipſo, imò ſemper redibat, quia ſicut hic dr̃ vendẽdum erat: & ſic proficiebat ad vſus hominum. *Qui iudicans vtrum bonum, an malum ſit*, i. iudicabat Sacerdos an eſſet animal magni pretij vel parui: & ſm hoc faciebat æſtimationem. In Hebræo dicitur. *Qui iudicans inter bonum & malum*, i. ꝙ Sacerdos iudicabit de illo animali appretiando illud, & hoc benè, vel male, ſ. ꝙ qualitercumque appretiaretur, tenebat æſtimatio. Sed hoc intelligendum eſt ad tollẽdum facultatem æſtimandi ipſi vouenti: nam ſi Sacerdotes non æſtimarent, veniret æſtimatio facienda per vouentem, & tunc poſſent falli ibi K Sacerdotes in pretio: ideo ad eos pertinet benè, vel malè æſtimare. Non tamen eſt ſenſus, quòd quantumcumque Sacerdos æſtimaret, tantum tenerentur dare laici ementes: nam æſtimatio non fit per venditorem, ſed per emptorem. & ſic in omnibus contractibus ad recipientem pertinet æſtimatio, vt patet 9. Ethic. c. 1. ſed dabant laici quantum volebant, vel retinebãt ſibi ſacerdotes illud animal, ſi laici emere nollent. Sed eſt verum, quòd hoc tenet de lege communi: veritas tñ eſt, quòd ſacerdotes faciebãt æſtimationem, vt habebis cauſam infra. Vel dr̃, ꝙ ſacerdos iudicabit inter bonum, & malum, id eſt, inter magnum, & paruum, paucum, & multum, ſcilicet, ꝙ æſtimatio, quæ fieret à ſacerdotibus non eſſet valde magna, nec parua, ſed mediocris: nam ad negociatores pertinet velle facere æſtimationes magnas in rebus, quoniam lucra intendunt, viri autem Eccleſiaſtici de his curare non

Quare animalia immunda poterãt cõmutari i voto, & nõ munda.

In animalibus immolaticijs nõ poterat fieri mutatio.

Prima cauſa.

Secunda cauſa.

Notandum.

debent, quoniam ſecundum Apoſtolũ, habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. Nec etiam oportebat facere pretium valde paruum, tanquam res illæ contemptibiles eſſent. *Statuet pretium.* i. ſacerdos diffiniet quantitatem pretij; hoc autem erat propter ipſum vouentem, vt ſi emere vellet, daret illud, & quintam partem ſicut infra habetur. *Quod ſi dare voluerit is, qui offert.* Primo ſacerdos ponebat pretium determinatum, quod daturus eſſet quicumque emens; primò tamen competebat vouenti ius emendi iſtam rem quàm alicui alteri, & hoc ex iure redemptionis, ſicut ſi aliquis vẽderet domum ſuam alteri, vel agrum, ſecundum regulas ſuas poſitas ſupra 25. cap. competebat ei ius redemptionis, ſi autem ipſe nollet, alijs erat poteſtas emendi.

Ad quid ille qui vouebat vellet emere rem quam vouebat. Quæſt. XXX.

SED quæret aliquis, ad quid ille qui vouebat, vellet emere rem quam vouebat: nam ſi eam tenere voluiſſet, non vouiſſet. Reſpondendum eſt, quòd vouentes, vt aliquid à Deo haberent, vel vt euaderent aliqua pericula, interdum Deo vouebant ea, quæ ſibi chariſſima erant, ſicut Iepte Galaadites vouit, quòd ſi Dominus daret ſibi victoriam de hoſtibus ſuis Ammonitis, quòd quidquid primum occurreret ei de domo ſua, cum reuerteretur in pace, offerret illud Domino. in quo exponebat ſe periculo offerendi domeſticos ſuos in holocauſtum. Cum verò reuerteretur, occurrit ei unica filia, & ipſe ſcidit ueſtimenta ſua, & tamen occidit eam, vt patet Iudic. 11. capite. poſtea autem libenter darent homines pecuniam pro illis rebus, & ſic ſi aliquis in periculo, vel aliàs in magna neceſſitate conſtitutus, voueret domum ſuam, vel agrũ, vellet illa redimere, ne perderet ea. *Addet ſupra æſtimationem quintam partem.* Hic ponitur diuerſitas in pretio rerum, quæ vouebantur: Nam ſi aliquis vouiſſet animal non immolaticium, & ſacerdos æſtimaret in quinquaginta, ſi dominus nollet emere, dabatur cuilibet pro quinquaginta, ſi autem uouens redimere uellet, addebat quintam partem æſtimationis, ſcilicet, quòd ſoluebat ſexaginta. Cauſa autem quare uendebatur res carius ipſi uouenti, quàm cuilibet ementi, eſt, ne uouentes haberent oculum ad emendum, & recuperandum id quod ſemel uouerent, ſed ſimpliciter Deo conferrent. Cum autem ponebantur iſta quinta pars ſuper æſtimationem, non deſiderabant redimere, ſicut aliàs deſiderarent, & tamen adhuc aliquando data inſuper quinta parte, redimebant.

Diuerſitas in pretio rerũ, quæ vouebãtur.

Quare res vendebatur carius vouẽti, quãdo vellet redimere.

Quomodo vouentes aliquando redimere volebant, quæ vouebant, licet plus quam alij ſoluerent. Quæſt. XXXI.

SED quæret aliquis, quomodo vouentes aliquando redimere volebant id, quòd vouebant, quia cogebantur dare plus quam alij, potiſſimè, cum ipſi recuperare poſſent aliter res iſtas? Reſpondendum eſt, quòd qui vouebat rem ſuam, ſi non redimeret eam, & alius eam emeret, nunquã poterat rehabere, nec etiam in iubilæo, ſicut erat in venditionibus communibus, in quibus quilibet vẽditor toto tempore medio poterat redimere rem ſuam pretio dato, vt patet ſupra 25. c. hic tamen non poterat redimi medio tempore, & etiam adueniente iubilæo non tranſibat ad ipſum, ſed redibat ad Leuitas, vt patet infra; propter hoc ergo deſiderarent vouẽtes redimere res ſuas, etiam ſi cogerentur dare plures pecunias, quàm alij, nec videbatur in hoc fieri aliquod grauamen eis. nam Ceteri qui emebant, non emebant illam rem ſimpliciter, ſed ſolum vſque ad iubilæum. illi verò qui vouebant, ſimpliciter redimebant rem, quoniam nunquam reditura erat poſtea ad Sacerdotes, vel ad aliquem alium in æternum. Rationabile eſt autem, quòd magis detur pro re quando ſimpliciter emitur, quàm ſi ematur ad tempus. & etiam iſta videtur eſſe cauſa potiſſima quare ementes, qui vouerant, dabant quintam partem ſuper æſtimationem, quam alij communiter dabant, & fortè iſta eſt ratio potior, quàm illa, quæ ſupra poſita fuit, quæ communiter aſſignatur.

Domus voti.

Ager voti.

Homo ſi vouerit domum ſuam,& ſanctificauerit Domino, conſiderabit eam Sacerdos vtrum bona an mala ſit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit conſtitutum, venundabitur: ſin autem ille, qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æſtimationis ſupra,& habebit domum. Quod ſi agrum poſſeſſionis ſuæ vouerit, & conſecrauerit Domino iuxta menſuram ſementis æſtimabitur pretium. Si triginta modijs hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis venundetur argenti. Si ſtatim ab anno incipientis iubilæi vouerit agrum, quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur: ſin autem poſt aliquantulum temporis: ſupputabit Sacerdos pecuniam, iuxta annorum, qui reliqui ſunt, numerum, vſque ad iubilæum, & detrahetur ex pretio. Quod ſi voluerit redimere agrum ille,qui vouerat, addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ, & poſſidebit eum. Sin autem noluerit redimere,ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum qui vouerat, redimere non poterit, quia cum iubilæi venerit dies, ſanctificatus erit Domino,& poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet Sacerdotum. Si ager emptus eſt, & non de poſſeſſione maiorum ſanctificatus fuerit Domino, ſupputabit Sacerdos iuxta annorum numerum vſque ad iubilæum,pretium: & dabit ille qui vouerat eum, Domino. In iubilæo autem reuertetur ad priorem dominum qui vendiderat eum,& habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ. Omnis æſtimatio ſiclo Sanctuarij ponderabitur. Siclus viginti obolos habet.

Exo. 30. Num. 3. Ezec. 45.

De redemptione votorũ circa inanimata.

Homo ſi vouerit. Hic ponitur ſecundum principale, ſcilicet, de redemptione votorum, circa res inanimatas. Et primò quantũ ad domos; Secundò quantum ad agros ibi. *Quod ſi agrum*. Circa Primum. *Homo ſi vouerit domum & ſanctificauerit Domino*. Aliquando homines vouebant domum ſuam Domino,& quia iſta res non erat immolaticia, neceſſe erat vt venderetur, & applicaretur ad vſus Sacerdotum; & ponitur hic,ſi vouerit, & ſanctificauerit. Non tamen eſt ſenſus,quòd iſta ſint duo,quæ faceret homo vouens: ſolum namque vouebat:ſed ponitur vnũ tanquam conſequens ex altero: quoniam vouere eſt promittere: ſanctificare autem eſt Deo applicare; & hoc fiebat per votum:nam cum aliquis vouiſſet rem ſuam Domino, illa tranſibat ab vſibus humanis ad cultum Diuinum. *Conſiderabit eam Sacerdos*. Iſte eſt Sacerdos Magnus, vel aliquis pro ipſo poſitus: nam hoc non poterat facere quilibet Sacerdos, alioquin enim fieret magna defraudatio in ſolutione votorum Sacerdotibus,quia quid ani ſubtraheret alijs omnes partes debitas ex votis, ſed erant aliqui inſtituti per Summum Sacerdotem ad alios, qui recipiebant pecuniam votorum, & iſti conſiderabant de rebus, quas ſic aliqui vouerent,quantũ æſtimandæ eſſent. *Vtrum bona, an mala ſit*. id eſt, Sacerdos conſiderabit, an ſit magni valoris, vel parui, vel ſicut ſupra dictum eſt, conſiderabit inter bonum,& malum, id eſt,inter multũ, & paucum,ſcilicet, faciens communem æſtimationem in re. *Et iuxta pretium, quod ab eo fuerit conſtitutum, venundabitur*. id eſt, tm̃ vendetur res, quantum æſtimauerit Sacerdos.

An Sacerdotes poſſent ſibi retinere res, quas accipiebant per votum, vel cogebantur eas vendere. Et quòd vouentes poterant redimere: idque fere ſemper fiebat. Quæſt. XXXII.

SED quæret aliquis, an Sacerdotes compellerentur æſtimare rem, & vendere, vel an poſſent eam ſibi retinere. Reſpondendum eſt, quòd ſecundum quoſdam, Sacerdotes non cogebantur vendere, ſed poterant ſibi retinere,quia ipſi ita poſſent vti animalibus, & domibus, & agris ſicut alij de populo. Ad hoc reſpondendum eſt, quòd Sacerdotes cogebantur æſtimare rem traditam per votum,& vendere. Et primo propter ipſum, qui eam vouerat, nam Deus iubebat quòd ſi voluerit dare quintam partem ſuper æſtimationem, quòd recipiat; & niſi forte ſic fieret, rari vouiſſent res ſuas.ideo cogebantur Sacerdotes ad hoc. Sed adhuc dato,quòd vouens nollet redimere,non poterant Sacerdotes ſibi retinere,ſed pretio ſtatuto vendebant. Cauſa huius eſt:quia Deus iuſſerat,ne aliquid poſſiderent Leuitæ inter Iſraelitas: ſed ſolum eſſent contenti decimis, & oblationibus, vt patet Numer. 18.c. potiſſimè autem non poterant habere aliquos agros, aut

A vineas: ſed ſolum recipiebant ab aliis Iſraelitis ciuitates, in quibus manerent,& ſuburbana ad alenda pecora, ut patet Numer. 35. cap. ſi autem ipſi nõ cogerentur uendere res oblatas per uotum, per ſucceſſionem temporum ipſi haberent plures agros,quam alij Iſraelitæ. Deus tamen uolebat,ut ſortes integræ manerent,ſicut à principio diſtinctæ fuerant,ut patet Numer.cap.ultimo, de domibus etiam eadem ratio eſt: nam licet Leuitæ haberent domos in ciuitatibus, tamen non habebant poſſeſſiones alias domorum in alijs vrbibus. Si verò non ipſi cogerentur recipere conditionem venditionis, per temporum ſucceſſiones tranſirent ad eos plures domus,quam haberent alij Iſraelitæ,& ſic quocumque modo ſequebatur perturbatio diſtributionis ſortium,& ſic tenebantur Sacerdotes quocumque modo vendere res habitas per votum. Sed

B aliquis contra hoc arguet, quid fieri deberet ſi Iſraelitæ nollent emere à Sacerdotibus res conſecratas per votum, nunquid deberent ſibi retinere? Reſpondendum eſt, ꝙ quamuis iſte caſus eſſet poſſibilis,non eſt tamen recipiendus, quia numquam eueniebat:nam quandocumque Sacerdotes vellent vendere res acceptas per votum, ſiue ipſe, qui vouerat, ſiue alij de tribu illa redimebant,ne maneret ſors ſua diminuta, & patet hoc: quoniam iſtud introductum erat in fauorem Iſraelitarum contra Sacerdotes,ſcilicet,quòd ſi ipſi vouerent, & non cogerẽtur Sacerdotes vendere res habitas per votum,ipſi haberẽt plus de poſſeſſionibus, quàm omnes Iſraelitarum. Cum ergo hoc introductum eſſet in fauorem Iſraelitarum, non eſt intelligendum, quòd ipſi non emerent:ideo nunquã contingebat hoc. & quamquam ſæpè contingeret, infra ha-

C bes remedium. Sed tunc dicet aliquis, quòd ſacerdotes in hoc multum fallerentur:nam cum cogerentur vẽdere res habitas per votum, Iſraelitæ nollent eis dare, niſi modicum de pretio. Si autem eſſet eis liberum vẽdere,vel non vendere, pro rationabili valore poſſent dare.

Reſpondendum eſt,ꝙ quanquam Sacerdotes cogerentur vendere res habitas per votum, tamen non decipiebantur in pretio: quoniam non conſtituebatur pretium à laicis,ſed a Sacerdote antequam aliquis emere vellet: & tunc quicumque de popularibus rem accipere vellet, tenebatur dare pretium illud, & quintam partem inſuper. patet hoc ex littera,in qua dicitur, de quacumque re iſtarum,quæ adducetur ante Sacerdotem,& iudicabit an eſſet bona,vel mala,atque ſtatuet pretium eius. Et dicitur, ꝙ tantum venundabitur res, quantum ſacerdos æſtima-

D uerit. & quãquam hoc eſſet contra communem aliarum venditionum,in quibus emptor cõſtituit pretium, & non venditor,tamen rationabile erat;quia hic cogebatur venditor ad vendendum,in alijs autem non cogitur. Sed dicet aliquis, ꝙ nollent dare Iſraelitæ tm̃ de pretio, quantum ſtatuerent ſacerdotes: & ſic cogerentur dare pro eo, quod ipſi vellent. Reſpondetur ꝙ non fiebat ſic:nã Iſraelitæ ſciebant datam eſſe legẽ à Deo de appretiatione rerum, quæ ſic venderentur, ꝙ conſtitueretur valor per Sacerdotem:ideo non repugnabant huic,potiſſimè cum iſta lex non eſſet introducta in fauorem ſacerdotum, ſed magis laicorum: ne poſſeſſiones aliarum tribuum tranſirent ad tribum Leui: potiſſime etiam,quia iſtud pretium conſtitutum à ſacerdotibus erat rationabile,ſ.inter malum,& bonum, id eſt,inter magnum valorem, & paruum, quod

E eſt reducere res ad mediocrem æſtimationem: nunquam ergo ſuper hoc oriretur aliqua diſceptatio,an tantum daretur,quantum conſtituerent ſacerdotes: immò Iſraelitæ intelligebant bene ſecum fieri, ſi dato illo pretio permitterẽtur accipere res quas vouiſſent. Sed adhuc arguet aliquis,ꝙ non poſſent tolli inconuenientia,quæ ſupra abducebantur, ſcilicet, ꝙ poſſeſſiones Iſraelitarum tranſeant ad tribum Leui: nam quando aliqua res habita per votum vendebatur, ſi non redimeret eam ille, qui vouerat, ſed aliquis alius emeret, poſtea in Iubilæo redibat poſſeſſio ad ſacerdotes: & iam non habebat recurſum ad illam ille,qui vouiſſet. Reſpondetur,quod uouentes huiuſmodi res, ſemper eas redimebant data quinta parte ſuper æſtimationem factam. Et quod dicitur,ꝙ ſi alius emerit, ꝙ in Iubilæo non reuertetur poſſeſſio ad uouentẽ,ſed manebat in æternum apud Leuitas, ponebatur ad hoc, ꝙ uouentes

excitarentur ad redimendum res ſuas, quas vouiſſent, & ſemper eas redimebant. Si tamen interdum contigiſſet, vt vouens non redimeret poſſeſſionem, quam vouiſſet, ſed aliquis alius, illa manebat in æternum apud Leuitas, ſed rariſſimè hoc fiebat, vel fortaſſis nunquam: cum quilibet vellet poſſeſſionem ſuam redimere, ne perderet eam in æternum; ſed cum fieret, non manebat inconueniens diminuendarum, vel turbandarum ſortium, nec ob hoc Leuitæ habebant ſortem poſſeſſionis, infra habes huius modum poſitionis. *Sin autem ille, qui vouerat, voluerit redimere eam*, id eſt, ſi voluerit redimere domum ſuam à Sacerdotibus, ille, qui vouerit. *Dabit quintam partem æſtimationis ſupra*, id eſt, cogetur dare quintam partem ſuper valorem æſtimatum à Sacerdote. Iſte, qui vouebat habebat ius ad redimẽdum rem, quam vouiſſet, magis quam quilibet alius: ideo nemo poterat emere rem illam, ſi ipſe redimere vellet; quia facultas redimendi propter ipſum introducta erat à lege: ipſo autem nolente emebant alij, ſed recipiebat rem ipſe vouens in maiori valore, quam ceteri propter cauſam ſupra aſſignatam, ſcilicet, quòd alij emebant res vſque ad iubilæum; vouens autem redimebat vſque in æternum: maior autem conſtitui valor debet cum res ſimpliciter venditur, quam cum ad aliquod tempus. *Et habebit domum*, i. recuperabit domum, quam vouerat à Sacerdotibus. *Quòd ſi agrum poſſeſſiones ſuæ vouerit.* Hic agitur conſequenter de redemptione agrorum, quando vouebantur, & diuiditur in duas partes: quia Primò, agitur de voto agri poſſeſſi ex hereditate, & ſucceſſione maiorum; Secũdò, de agro habito per emptionem, vel alios modos contractuum; ibi: *Si ager emptus eſt.* Circa primum. *Quòd ſi agrum poſſeſſionis ſuæ vouerit.* Sicut homines vouebãt domos ſuas, ita & agros: cum vtrumque pertineat ad non immolabilia: & agitur hic de modo conſtitutionis pretij, & redemptionis eius. *Et conſecrauerit Domino.* Conſecrare agrum, & vouere, idem ſunt: quia conſecrare eſt Domino applicare, vel ei aliquam rem ſacram efficere; hoc autem per votum fit: nam in eo ꝙ aliquis vouebat rem ſuam, tranſibat proprietas eius ad Deum, & iam illa res erat conſecrata.

Conſecratio in rebus quæ vouebantur dupliciter fiebat. Et an res mobiles aliæ poſſent voueri. Quæſt. XXXIII.

CONSIDERANDVM ꝙ conſecrationem in rebus quæ vouebantur, dupliciter factã olim fuiſſe: quædam enim res ita conſecratæ erant, vt ad ſolum Deum pertineret, nec ad aliquem alium vnquam peruenire poſſent. Sicut cum aliquis voueret animal, quod immolari poſſet, illud erat conſecratum Domino; ita vt iam non poſſet redire ad vſus humanos; immò ſi vouens mutaret aliud animal pro illo, ſiue melius, ſiue peius, vtrumque Domino conſecratum erat, & debebat offerri immolando, ut quibuſdam placet, vt patet ſupra.

Alia autem conſecrabantur Domino, quia eorum proprietas tranſibat ad Dominum, tamen non ita pertinebãt ad eum, quin redire poſſent ad uſus humanos; imò ſemper redire debebant ad profanos uſus, ſicut patet de uoto animalium, quæ immolari non poterant, & domorum, atque agrorum: nam iſta eo ꝙ uouebantur, ad Dominum pertinebant, tranſeunte proprietate eorum ad Sacerdotes, tñ adhuc iſta vendi debebãt; ſicut patet in littera. Cõſecratio ergo in iſtis ſolũ ſignificat applicationẽ ad Deũ, non tñ immobilem. Cõſiderandum aũt, ꝙ hic ſolũ agitur de voto facto de animalibus, & de agris, & de domibus, & non de aliis rebus mobilibus: ideo aliquis dubitaret an aliæ res voueri poſſent? Et reſpondetur, ꝙ vouebantur, & erat in eis talis lex, qualis in animalibus quæ nõ poterant immolari, ſ. ꝙ adducerentur ad Sacerdotem, & ipſe ſtatueret pretia eorum, & ſi vouens vellet redimere, ſuperaddet quintam partem æſtimationis, ſi verò alij, darent valorem conſtitutum à Sacerdote. Littera tamen non expreſſit de voto aliarum rerum: qm̃ intellexit ſatis eſſe notum, ꝙ aliæ res voueri poſſent, & quid in eis fieri deberet.

Votum duo importat. Sciendum, quòd vbi littera noſtra dicit. *Et conſecrauerit Domino.* In Hebræo habetur. *Anathematizauerit.* Et bene conſonat: quia in voto fiebant duo; Primò, quod ap-

F plicabatur res Deo; Secũdò, abdicabatur totaliter ab vſu vouentis. Applicatio autem ad Deum, ſignificatur per litteram noſtram; quia dicit; Conſecrauerit. Abdicatio autem à vouente, ne amplius habeat rem illam applicitam vſibus ſuis, ſignificatur per litteram Hebraicam, quæ dicit: Anathematizauerit.

Iuxta menſuram ſementis æſtimabitur pretium. Dicebatur ſupra, quòd Sacerdos debebat conſiderare rem quæ vouebatur, & ſtatuere pretium; ponitur ergo hic modus, ſecundum quem conſideraretur conſtitutio pretij in agris; & dicitur, ꝙ ſecundum menſuram, id eſt, ꝙ ſecundum multitudinem, aut paucitatem ſementis, quam recipere poterat, æſtimaretur maioris, vel minoris valoris. Agri enim ſecundum ꝙ maiores ſunt, magis de ſemente recipiunt, & tunc maius in eis pretium conſtitui debebat.
G Quanquam non ſolum ad hoc conſiderandum ſit, quod aliqui agri ſint in magna mole, ita vt magnam ſementem recipere poſſent, tamen ſteriles ſunt; alij autem minores magis germinant. Ideo etiam conſiderandum eſt de fertilitate, vel ſterilitate agrorũ, vltra ipſam eorum magnitudinem: ſed intelligitur hic, ꝙ de fertilitate, vel ſterilitate datis paribus in aliquibus agris tantum conſiderari debebat quantum reciperent de ſemente. Si autem inæqualia ſint atua in fertilitate, & ſterilitate, non eſt præciſè conſiderandum quantum capiat ager de ſemente. *Si triginta modijs hordei ſeritur terra*, id eſt, ſi capit in ſerẽdo triginta modios hordei. *Quinquaginta ſiclis venundetur argenti.* Determinatur hic magnitudo agrorum quantum ad ſementem ſuſceptam, ſcilicet, quòd ager triginta modiorum, pro quinquaginta ſiclis daretur, & conſequenter
H in omnibus aliis agris fieret, ſecũdum proportionem, ſcilicet, ſi aliquis ager caperet quindecim modios ſementis, darentur pro eo vigintiquinque ſicli, quoniam in eadem proportione ſe habent triginta ad quinquaginta, ſicut quindecim ad vigintiquinque; & ita ſi reciperet centum, vel ducentos modios, & ſic de quocumque numero, ſiue multo, ſiue pauco, ſciretur modus conſtituendi pretij, ſcilicet, quòd ſe haberet pretium ad numerum modiorum ſicut quinquaginta ad triginta. Eſt enim duplum præter tertiam partem. Cum ergo in omnibus eſſet duplum pretium ſiclorum ad numerum modiorum, præter quam in tertia parte quæ adimebatur, eſſet pretium rectè conſtitutum.

I *Quomodo littera noſtra poſuerit hic triginta modios, cum littera Hebraica ponat vnum modiũ ſolum. Q. XXXIIII.*

SCIENDVM ꝙ vbi nos dicimus: *Si triginta modijs hordei ſeritur.* In Hebræo dicitur. *Si modio hordei terra ſeritur.* In quo magna diuerſitas eſt. Poteſt autem proueniſſe iſta diuerſitas, eo ꝙ in libris Hebraicis erant à principio aliquæ litteræ, quæ ſignificabant numerum triginta, & poſtea ademptis illis, manſit ſolus modius, & ſic habent nunc Hebræi. trãſlatio tñ noſtra quæ tam antiqua eſt, ſ. per plures, quã mille, & triginta annos, reperit illas litteras ſignificantes triginta, & poſuit triginta modios.

Alio modo dici poteſt, hoc factum fuiſſe ex continua varietate menſurarum, & nominis earum. Nam non ſemper habent eamdem quantitatem menſuræ, ſed variantur per tempora; & poteſt eſſe, ꝙ iſta menſura, quam
K habent hic Hebræi, quæ vocatur Homer, tantum caperet, quãtum triginta modij, de quibus loquitur littera noſtra, quanquam Hebræi homer modium vocent. Sic ẽt apud nos diuerſitas eſt in modio, quidam enim maiorem, alij autem minorem faciunt; maximè autem patet hoc in diuerſitate modij, de quo loquitur Scriptura, ad modium, quem nos nunc habemus, qm̃ habetur Ruth cap. 3. ꝙ ipſa Ruth portauit ſex modios tritici in ſcapulis ſuis: nec erat hoc magnum, qm̃ tanquam leuiter ferendum imponebat ſibi Booz; & tamen nunc non poſſet portare aliqua puella quartam partem modij, ergo valde differunt; & ſic maior eſt vnus modius de noſtris, quam triginta modij eorum erant, quos nominauit Scriptura ibi; ita econuerſo eſſe potuit, quòd menſura illa, quę vocatur modius hic, ſcilicet, Homer, tantum caperet quantum triginta menſuræ vuæ, quas littera noſtra modios vocat. *Homer quid ſit.*

Sed

Sed prima aſſignatio forte conuenientior eſt: nam ſi tráſ- A latortor noſter reperiſſet in Hebræo vnum modiũ, ſiue magnum, ſiue paruum, ita poſuiſſet: non enim auſus fuiſſet mutare, potiſſimè, quia ſi debuiſſet fieri mutatio, hoc fuiſſet propter notificationem: nihil autem magis notificatur per menſuram, quam ponit littera noſtra, ſcilicet, per triginta modios, quam per menſuram, poſitam in Hebræo; Primus ergo modus conuenientior eſt.

Conſiderandum autem circa ea quæ dicũtur hic, quod non erat idem modus redemptionis votorum, & appropriationis. Aliter enim iudicabatur de homine, & animali mundo, vel immundo, quam de agro, & domo conſecratis: nam homo quando vouebatur, vel ſeipſum vouebat, ſoluebat æſtimationem poſitam à Lege, & liber erat; & in hoc erat pretium iam determinatum, & non in aliqua aliarum rerum: quia homo quãdo redimebatur, non B æſtimabatur de eo quantum valeret totaliter, ſicut ſupra fuit declaratum: ſed ſolũ determinabat lex aliquod pretium quod ſoluerent vouentes: & hoc erat propter reuerentiam hominis, ne ita ipſe venderetur in voto, ſicut aliæ res: omnia autem alia quæ vouebantur, ſimpliciter vendebantur: ideo non poterat conſtitui in eis vnum pretium à Lege, ſicut in hominibus: ſed quælibet illarum rerum per ſe conſiderabatur ſi æſtimanda erat. Inter alia tamen ipſa animalia quæ immolari poterant, non æſtimabãtur, ſed immolabantur. Animal autem immundum vendebatur, & tunc aut vouẽs redimebat illud animal; aut non. Si autem redimeret, ſuum erat: ſi vero non redemiſſet, nunquam ad eum redibat, quia non conſiderabatur ibi annus iubilæi, vel aliquod alterum remedium, per quod rediret res ad priorem poſſeſſorem. Iubilæus namque ſo- C lum erat ad tollendas ſeruitutes, & vt redirent immobilia vendita ad dominos ſuos: ſi autem aliquis equum, aut aſinum venderet, nunquam ad eum redibat per annum iubilæi; patet hoc ſup. 25. c. ſ. terra veſtra ſub redemptionis conditione vendetur: non tñ dixit de rebus mobilibus, ſed ſolũ de immobilibus; quæ aut terra ſunt, aut terræ infixa manent. Itẽ iubilæus eſt annus quinquageſimus, ſed non erat iſtud conueniens tẽpus ad hoc, ꝙ redirent res mobiles ad dominos: nam ſi erant animalia minori tẽpe conſumebantur: ſi verò erant aliæ res mobiles, ẽt vt in plurimum parui temporis vſu peribant. Ad poſſeſſiones ergo mobiles, quarum permanentia diuturna eſt, hoc pertinebat. De alijs aũt. ſ. agris, & domibus, alia lex erat, ſ. ꝙ redi- D merentur à domino, vel ꝙ venderentur alijs vſque ad iubilæum, & poſt iubilæum redibat poſſeſſio illa ad Leuitas, quia dominus vouens non redemerat eam. *Quinquaginta ſiclos argenti venundetur.* ſ. terra quæ ſeritur modijs triginta, debebat vendi pro ſiclis triginta. Sed in hoc dubiũ erat, an pro quolibet anno darentur iſti quinquaginta ſicli: vel ſi darentur pro toto tempore, quod eſt à iubilæo vſque in iubilæum. Quantum ad primum modũ, eſt ſenſus, ꝙ ſi ager capiat triginta modios ſementis; dabãtur pro quolibet anno quinquaginta ſicli; vnde, ſi venderetur vno anno ſolum ante iubilæũ, darentur ſicli quinquaginta, & vigeſies quinquaginta ſunt mille. Si verò vẽderetur in principio iubilæi, & manere deberet quadragintanouem annis apud emptorem, darẽtur duo millia quadringenti quinquaginta ſicli, quia quadrageſiesnouies quinquaginta, efficiunt duo millia, & quattuor centum quinquaginta. Si autem ponatur ſecundus modus, dicetur, ꝙ E ſi venderetur ager primo anno poſt iubilæum, dabantur quinquaginta ſicli, & manebat vſque alterum iubilæum apud emptorem, & ſic proueniebat quolibet anno vnus ſiclus, & ſi quindecim annis ante iubilæum venderetur, quindecim ſicli dabantur: & ſic de alijs annis. Quid aũt horum verius ſit, aliqualiter iudicari põt conſiderata magnitudine modij, & valore ſicli. Si. n. modius magna menſura erat, videbatur eſſe parum dari vnum ſiclum pro triginta modijs, ita ꝙ ager capiens triginta modios ſolum valeret quolibet anno vnum ſiclum; potiſſimè quia ſiclus eſt parua moneta, vt apparet ex redemptione primogenitorũ, quilibet enim ſoluebat quinque ſiclos, ſiue pauper, ſiue diues eſſet, vt apparet Numer. 3. & 18. cap. & tamen ſi fuiſſet magni valoris moneta, non potuiſſent pauperes hoc ſoluere. Item patet; quia vnus aries valebat duos, vel

Siclus quid ſit.

tres ſiclos in terra Iudæorum, vt apparet ſupra 5. cap. & non erat hoc in aliquo tempore ſpecialis penuriæ, ita vt res magno pretio penderentur, ſed ad communem æſtimationem. Iubebatur enim vt peccans (de quo ibi) offerret arietem, qui duobus ſiclis emi poterat: & ſic erat iſte aries de mediocribus, vnde valor arietum erat ad duos, vel tres ſiclos; paruus ergo valor eſt vnius ſicli. Non ergo videtur rationabile, quòd ager capiẽs triginta modios ſementis, daretur quolibet anno pro vno ſiclo, qui valebat medium arietem: magis ergo dicendum uidebitur, ꝙ darentur iſti quinquaginta ſicli pro quolibet anno, quam vſque ad iubilæum, ſed teneat unuſquiſque quod uoluerit. *Si ſtatim ab anno incipientis iubilæi vouerit agrum.* Hic ponitur aliud ſecundum ꝙ debebat fieri æſtimatio à Sacerdotibus, in rebus quæ vouebantur. ſ. conſiderare tempora, àn multum ante iubilæum, vel parũ ſupereſſet temporis, & quantum ad hoc, fiebat varietas æſtimationis, & cauſa eſt: quia res quæ vendebantur, manere debebant vſque ad iubilęum. Si ergo modicũ temporis ſupereſſet, modicum valerent, ſi verò multum, magnus eſſet valor. *Quanto valere poteſt tanto æſtimabitur.* id eſt, ſi res multum appretietur inter Iudæos, multum tunc appretianda eſt.

De diuerſitate maximi valoris rei, ſecundum leges humanas, & Legem Moſaicam. Quæſt. XXXV.

SCIENDUM autem ꝙ in hoc diuerſitas eſt inter leges humanas, & legem iſtam traditam Iudæis: nam ſm leges humanas, quantum res valere poteſt ſecundum æſtimationem communem, tanto venditur, & hoc quia in perpetuum fit vẽditio, nec redeuntes ad dominos priores vllo vnquam tempore. Maximum ergo pretium rei, ſecundum leges humanas eſt, quod valere poteſt vendita vſque in perpetuum. Inter Iudæos autem maxima venditio fiebat vſque ad iubilæum. In hoc tñ adhuc dicendum, quòd inter Iudæos quidquid vendebatur, debebat vendi quantum valere poſſet, non tamen ſimpliciter quantum valere poſſet. Sed illæ res, quæ vendebantur à iubilæo vſque in iubilæum vendebantur ſimpliciter quantum valebant, quæ autem valebant medijs temporibus, quãquam tunc venderentur quantum valerent, tamen alio tempore vendi poterant, in quo magis valerent, vtpote, ſi à principio iubilæi venderentur. Et tñ adhuc non erat iſta venditio totaliter quantum valebat res: nam ſi venderetur res habita per votum, cõſtituebatur in ea valor totus rei, ſicut hic dicitur: ſi tñ vouens eã redimere vellet, addebat quintam partem, ergo magis valebãt reſpectu vouentis, quam aliorum. Cauſa eſt: quia alij emebant ſolum vſque ad iubilæum, ſm conditionem Hebræorum, uouens aũt emebat uſque in æternum, ſm conditionem legum humanarum, non ergo uendebatur res ſimpliciter tm̃, quantum ualeret, ſed ſolum tm̃ quantum ualeret inter Hebræos, & hoc erat maximum, quod poterat res ualere. ſ. pretium, quod daretur pro ipſa à iubilęo uſque in aliud iubilęum, & debebat fieri iſta æſtimatio, ſecundum proportionẽ ad pretium, quod ſupra Deus poſuit, ſ. ſi ager caperet triginta modios ſementis, dabantur quinquaginta ſicli, & hoc pro quolibet anno, ſecundum unam opinionem: computatis ergo omnibus annis uſque ad iubilæũ, ſciretur quantum res ualere poſſet. Idem aũt ſi ager caperet decem, uel quindecim modios ſementis: nam eodem modo dari debebant ſicli ſm proportionem, quam habebant triginta modij ad quinquaginta ſiclos: ita ꝙ ſicli haberẽt ſe in duplum ad numerum modiorum ſementis, propter partem tertiã, & iſta eſt regula generalis, vt ſi caperet terra quindecim modios tritici, dabãtur uigintiquinque ſicli, quod eſt duplum ad quindecim præter tertiam partem: & iſte modus obſeruandus erat in ſingulis. *Sin autem poſt aliquantulum temporis.* id eſt, ſi non fuit facta uenditio immediate poſt iubilæum, ſed tranſierunt aliqui anni intermedij. *Supputabit Sacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui ſunt numerum, vſque ad iubilæum.* i. ſi fuerit facta uenditio medio tempore inter iubilæum, & iubilæum, ſ. decem, uel viginti annis poſt annum iubilæum, Sacerdos computabit pecuniam ſecundum numerum annorum, i. computabit quid prouenit cuilibet anno, & ſecundum hoc

faciet vnam ſummam pro toto tẽpore: v.g. ſi aliquis ager
erat qui fuerat venditus vſque ad iubilæum ab alio iubi-
læo, valebat duo millia, & quingẽta ſiclorum, ſi fortè ali-
quis vendere vellet agrum illum viginti annis poſt iubi-
læum, oportebat q́ ſciretur, quantum prouenicbat cuili-
bet anno, & ſubtraheretur pretium viginti annorum: re-
ſiduum verò dabatur pro agro: diuidẽdo autem duo mil-
lia, & quinquaginta, per quinquaginta, cuilibet proue-
niunt quinquaginta. Cum ergo auferuntur viginti anni,
qui elapſi fuerant à tempore præteriti iubilæi, dabuntur
cuilibet illorum viginti annorũ quinquaginta, qui ſimul
faciunt mille: ideo ſi aliquis ager inter Iudæos venditus à
iubilæo vſque in iubilæum valebat ſiclos duo mille, &
quingentos, ſi venderetur viginti annis poſt iubilęum va-
leret ſolum mille, & quingentos ſiclos: eodem modo fa-
ciendum erat ſi venderetur triginta, vel quadraginta an-
nis poſt iubilæum, vt accipiatur totum pretium, & diui-
datur per quinquaginta, & tollantur partes conuenientes
annis præcedentibus, & iſta tollentur à totali pretio: reli-
quum verò dabitur pro agro. *Et detrahetur ex pretio*, id
eſt, ſemper quando vendebatur aliquis ager elapſis ali-
quibus annis poſt iubilæum, erat detrahendum de totali
pretio, quod valeret res vendita à iubilæo vſque in iubi-
læum, & hoc ſecundum numerum annorum qui elapſi
fuerant. *Quòd ſi voluerit redimere agrum ille, qui vouerat.*
Hoc enim communiter eueniebat, vt vouentes res immo-
biles eas redimerent, quia aliàs nunquam ad eos rediture
erant in iubilæo, vel per redemptionem medio tempore
factam. In aliis autem venditionibus hoc fiebat, vt ſi vnus
Iudæus alteri Iudæo agrum ſuum, vel vineam venderet,
poterat eam quãdocumque vellet redimere: alioquin re-
dibat ad ipſum in iubilæo, vt patet ſupra 25. cap. In re aũt
quę vouebatur, ſi vouens immediatè non redimeret eam,
& tranſiret ad alterum, nunquam eam poterat amplius
recuperare per redemptionem, vel adueniẽte iubilęo, ſed
manebat apud illum qui illã emebat vſque ad iubilæum,
poſtea aũt redibat ad Sacerdotes: omnes ergo vouẽtes ni-
tebantur, quãtum poterant, vt res immobiles quas vouiſ-
ſent, redimerent. De mobilibus autem non erat tanta cu-
ra, quia propter earum mutationẽ nõ diminuebatur poſ-
ſeſſio, nec perturbabãtur ſortes filiorum Iſrael, cum con-
ſiſterent ſortes in rebus immobilibus. Sed aliquis arguet,
ꝙ dato, ꝙ vouens non redimeret ſuam rem, antequã alius
emeret, tñ poterat eam habere poſtea per redẽptionem, ẽt
ſi non veniret ad eum per viam iubilæi. Et cum obiicis, ꝙ
vouens nõ poterat redimere rem ab eo, qui emiſſet illam
à Sacerdotibus: Videretur reſpondendum, ꝙ verum eſt, ꝙ
non habebat ius ad redimendum, & tamen ſi alius vellet
ſibi vendere liberè, poſſet ipſe emere: & differt hoc à re-
demptione de qua habetur ſupra, 25. c. nam cum aliquis
ibi rem ſuam vendebat, poterat eam redimere ab empto-
re quandocumque vellet, etiam inuito emptore. Hic aũt
non habet ius redimendi inuito emptore: ſi tamen liberè
voluerit ſibi vendere, recipiet vouens: cuilibet enim libe-
rum eſt renunciare iuri ſuo, & illud alteri reddere. Item
poterat hoc fieri alio modo: dato, ꝙ diceremus ꝙ nõ pro-
cedebat aliqua redemptio, ſ. per donũ donationis, vt em-
ptor donaret ei, qui fuerat primus dominus Ad hoc re-
ſpondendum eſt, quod nullo modo poterat res venire ad
vouentẽ, ſi non redimeret eam de manibus Sacerdotum,
quando vẽdebatur; & cum dicis, quòd poterat eam redi-
mere ab emptore ſpontè vendente, vel donante, nõ poteſt
ſtare: nam licet iſte poſſet renunciare iuri ſuo; tamen non
poterat hoc facere in præiudicium alienum. Si enim iſte
venderet, vel donaret vouenti, faciebat hoc in præiudiciũ
Sacerdotum, ergo facere nõ poterat. Patet hoc: nam cum
res habita per votum vendebatur, ſi vouens eam redime-
ret; iam non manebat vllum ius Sacerdotibus in re illa; ſi
verò emeret aliquis alius, ad Sacerdotes ius eius pertine-
bat. Si igitur iſte emens venderet rem acceptam vouenti,
præiudicaret Sacerdotibus ad quos iſta res deuoluenda
erat, non poterat ergo eam vendere, vel donare. Et dato,
ꝙ iſte emens rem illam immediate venderet vouenti, vel
donaret, non cauſabat in eo aliquod ius, nec ex hoc præ-
iudicare debebat iuri Sacerdotum: quoniam iſte non po-
terat conſtituere plus iuris in altero, quam ipſe habebat,

F ſed ipſe non poterat tenere rem niſi vſque ad iubilæum,
ergo non poterat eam dare vouenti niſi vſque ad iubi-
læum. Idem de omnibus aliis, & in hoc nõ præiudicaba-
tur Sacerdotibus: nam cum ipſi vendidiſſent illam rem,
debebat manere apud emptorem vſque ad iubilæum. Si-
ue ergo ipſe teneret, ſiue cuique alteri daret, ad ius Sacer-
dotum nihil referebat: nam ad eos ſemper erat reditura
res in iubilæo.

*Quomodo Leuitæ, ac Sacerdotes habere poterant agros, vel vi-
neas, quæ redirent ad ipſos in iubilæo, idq. fieret etiam ſine
confuſione ſortium tribuum. Quæſt. XXXVI.*

SED nunc circa hoc quæretur, cum Leuitæ, & Sacer-
dotes non deberent habere aliquam poſſeſſionẽ, niſi
G decimas, & oblationes, vt patet Numer. 18. c. & recipie-
bant in eleemoſynam ciuitates à filiis Iſrael in quibus ha-
bitarent: quomodo poterant habere agros, vel vineas, vel
domos quæ redirent ad ipſos in iubilæo, cũ vouentes non
redimerent? Ad hoc ſup. reſponſum fuit, ꝙ vouẽtes ſem-
per, vel quaſi ſemper, redimebant res immobiles, quas vo-
uebant, ex cauſis ibi aſſignatis. Sed adhuc diceret aliquis,
quòd aliquando contingeret vouentes non redimere res
quas vouerant, & littera hoc præſupponit: quoniam alio-
quin fruſtra poneretur regula, quid fieret, quando non re-
dimerentur res à vouentibus. leges tamen nunquam po-
nuntur niſi de his, quæ accidunt, & non ſolum de his, quæ
accidunt, ſed de his quæ frequenter accidunt, vt patet, ff.
de leg. in l. nam ad ea, potiſſimè, in legiſlatione Dei: nam
Legiſlatores humani interdum poſſunt ponere legẽ, cu-
H ius fortaſſis exemplum nũquam accidat. Deus tamen qui
ſcit ea quæ euentura ſunt, non poneret legem niſi de his
quæ aliquando eueniant: cum lex ſolum ſit regula eorum
quæ fiunt; ſed Deus poſuit hic legem de hoc, ſcilicet,
quando emeret rem alius, quam vouens. ergo aliquando
accidebat ꝙ alij quam vouentes emerent res traditas per
votum; & tunc cum Sacerdotes, & Leuitæ nõ poſſent ha-
bere agros, ſed ſolum ſuburbana ad alenda pecora, vt pa-
tet Numer. 35. c. quid facerent de his agris vel domibus?
Aliquis fortè reſpõdebit, ꝙ hoc raro accidebat, & ſic pau-
ci agri poſſent cedere ſacerdotibus, illi tamen qui illis ce-
debant poſſidebantur ab eis, & colebantur. Sed hoc non
poteſt ſtare: quoniam quanquam raro hoc accideret, ta-
men aliquando euenire poterat, & in longis ætatibus, vt
in mille, vel duobus millibus annorum multoties accide-
I ret, & ſic perturbarentur ſortes Iſraelitarum, & cederent
Leuitis multæ poſſeſſiones, quorum neutrum eſſe debe-
bat. Sed hoc ſtare non poteſt: quoniam non poſſent Leui-
tæ vacare agriculturæ, cum eſſent ſibi determinata officia
in Sanctuario: fruſtra ergo erat, ꝙ haberent agros. Item, ſi
hoc ſtaret, neceſſe erat vt multum diminuerentur alię tri-
bus in poſſeſſionibus ſuis; ſed hoc nõ accidebat: nam per-
manebant ſicut diſtributę fuerant: ergo Leuitis non acce-
debant aliquæ poſſeſſiones de his quę per votum accipie-
bantur, ita quòd ipſi haberent eas, & colerent. Sed dicen- *De ff. re. ſenſie.*
dum eſt, ꝙ quando aliqua poſſeſſio agrorum ſic cedebat
Sacerdotibus, ſcilicet, quòd vouens non redimebat eam;
Leuitæ non tenebant eam, ita ꝙ poſſiderent, & colerent
(nam ex hoc ſequerentur omnia incõuenientia ſupra aſ-
ſignata) ſed ſolum pertinebat ad ius eorum, & ipſi ven-
K debant, atque recipiebant inde pecuniam. Erat autem
modus venditionis iſte, ſcilicet, ꝙ quãdo aliquis vouebat,
ſi vellet redimere rem ſuam, dabat pretium, quod taxaba-
tur, & inſuper quintam partem, & tũc permanebat apud
eum poſſeſſio in æternũ, & nihil iuris remanebat amplius
apud Sacerdotes: ſi verò nõ redimeret ille, emebat alius,
& redibat poſſeſſio illa in iubilæo ad Leuitas, ſicut dicit
littera: & ſic pertinebat ad ius eorum. Iterum autem in
iubilęo ſtatuebatur pretium illius agri, & vendebatur, at-
que permanebat ſic vſque ad alterum iubilæum; & hoc
modo Leuitæ habebant poſſeſſiones agrorum pertinen-
tes ad iura ipſorũ, tamen ipſi non poſſidebant illos agros,
nec colebant, ſed vendebant, & poſtea recuperabãt, & ſic
erant agri iſti ſemper cenſuales, vel quaſi cenſuales. Et
hoc modo non ſequitur aliquod inconueniens de ſupra
aſſignatis: nam ex parte Leuitarum inferebatur ſupra
incon-

inconueniens,ſcilicet, quòd non deberent habere Leuitæ aliquos agros, ſed ſolum vrbes ad habitandum,& ſui urbana ad alenda pecora,vt patet Numer.35.c. & hoc modo ſic fiebat: nam non manebant aliqui agri in poſſeſſione Leuitarum, ſed ſemper vendebant eos: & cum reuerterentur in iubilæo ad illos,iterum vendebant, & ſic non habebant agros, nec poterant colligere fructus ex agris, ſed ſolum recipiebant in iubilæo pecuniam ex agris venditis. Etiam hoc modo non ſequebatur, quòd impedirentur in agricultura: nam nunquam ipſi poſſidebant agros, ſed vendebant eos Iſraelitis, & ipſi Iſraelitæ colebant eos, & ſic erat, ac ſi nunquam poſſiderent Leuitæ agros. Item, non ſequebantur inconuenientia ex parte Iſraelitarum, ſ. quòd non diminuebantur poſſeſſiones eorum, nec perturbabantur accedentes Leuitis, vel tráſeuntes ad alios. Nam cum ſupra dictum ſit, quòd Leuitæ non tenebant iſtam poſſeſſionem, ſed in quolibet iubilæo illam vendebant; fiebat iſta venditio hominibus illius tribus, & familiæ, cuius primo fuerat poſſeſſio hæc, ſ. quòd cum ipſi vellent emere rem illam, primo competeret eis ius emendi, quàm cuilibet alteri, ſicut dicebatur ſupra, 25.c. ꝙ cum aliquis vendebat poſſeſſionem ſuam, propinqui eius poterant redimere eam, & qui magis propinquus eſſet, habebat primo ius ad redimendum, & illo volente, non poterat quiſquam alius de propinquis emere; & ſic patet Ruth.c.4. & ſic cum aliquis vouiſſet poſſeſſionem ſuam, & non redemiſſet eam immediatè, ſed emiſſet alius, nō poterat recipere illam, ſed reuertebatur in iubilæo ad Sacerdotes. Iterum tamen in iubilæo vendebatur, & ille qui eam vouerat poterat emere; non vt per hoc pertineret ad eum tota proprietas rei, ſed emebat quilibet alius vſque ad iubilæum: & ſi ipſe vouens ſuperuiueret, filij qui ſucceſſuri erant illi in poſſeſſione, emebāt agrum illum: & nulli alteri erat ius emendi: cū ipſi vellent emere. Et ſic de pronepotibus, & abnepotibus, & trinepotibus, & per omnes generationes peruenire poterat iſta poſſeſſio: ita tamē, quod in iubilæo reuerteretur ad Sacerdotes: & ipſi iterum venderent ſupradictis Iſraelitis, & cogebantur ad hoc: nam non poterant ſibi retinere. Et hoc modo tot poſſeſſiones eſſent in qualibet ſorte tribuū, quot fuerant à principio & eædem, nec permutarentur de vna tribu in alteram, nec de familia in familiam, vel domo in domum, etiam ſi omnes poſſeſſiones per conditionem votorum aliquando pertinerent ad Sacerdotes. Quod autem hoc ſit neceſſarium, patet: quoniam agri qui non redimebantur immediatè à vouentibus, pertinebant ad ius Leuitarum, vt patet in littera: ergo oportet, vel quod ipſi colerent ſicut alij Iſraelitæ, vel quod fieret modo ſupra poſito. Sed ſi detur quòd ipſi colerent, & poſſiderent, ſequebantur omnia inconuenientia ſupra aſſignata: ergo oportet dari illum modum. Item patet: quoniam quando aliquis vouens nolebat redimere agrum, quem vouerat, emebatur ab alijs Iſraelitis; & Sacerdotes compellebantur vendere pro pretio conſtituto, ſicut ſup. declaratū fuit, & probatum; Si verò Leuitæ deberent poſſidere & colere agros acceptos per votum, fruſtra eſſet ꝙ ipſi compellerētur vendere agros, cum vouens nollet redimere illos, & tamen compellebantur. ergo videtur, quòd ipſi apud ſe tenere non poterant, ſed compellebantur vendere. ſicut ergo compellebantur vendere tunc, ita compellerentur in alijs iubilæis, quoniam nihil magis erat propter quod poſſidere poſſent tunc, quam à principio, vel ſi tunc poſſent, à principio quoque potuiſſent. Et ſic patet quid fieri deberet de agris & domibus cedentibus iuri Sacerdotum per votum.

Quando animalia munda Domino vouebātur, an immolarentur, & ſanguis, & adeps eorum cremaretur coram Domino, vel ſic integra prouenirent Sacerdotibus. Et an Leuitæ tenerentur immolare Deo animalia, quæ eis cedebant ex decimis. Quaſt. XXXVII.

SED eſt nunc dubium circa id quod dicebatur ſupra, de animalibus mundis, quæ vouebātur; quia quidam aſſerebant, quod carnes eorum cederent Sacerdotibus, ipſa tamen immolanda erant, & ſanguis, & adeps coram

A Domino offerenda, velut in alijs ſacrificijs fiebat. Alij autem dicunt, quòd non immolabantur, ſed ſic integra cedebant Sacerdotibus. Primi hoc probabant per ſimilitudinem primogenitorum animalium oblatorum, quæ Sacerdotibus cedebant: nam illa immolabantur, & ſanguis, & adeps offerebantur Domino, & carnes totaliter cedebant Sacerdotibus, Numer.18.cap. Sed dicunt æquale eſſe de votis: quia animalia per votum incipiunt pertinere ad Deum, ſicut primogenita: ideo debebat ſimiliter de illis fieri. Secundò probant hoc: quia in littera dicitur, ꝙ ſi quis vouerit Domino animal, quod poteſt immolari, illud dabitur, & non poterit commutari: & ſi quis voluerit commutare, dabit tam id, quod vouerat, quàm id quod pro eo dare voluerat: ſi tamen animal non deberet immolari, ſed cedere iuribus Sacerdotum, nō referret quid-
B quam, ꝙ daretur illud, vel aliud, dum tamen eſſet melius, vel æquale: ergo debebat immolari; & ſic conſtat, quòd non commutaretur: quia per hoc ꝙ vouebatur, efficiebatur ſacrum, vel cōſecratum Deo, ad hoc vt immolaretur, & id quod conſecratum eſt, non debebat redire ad vſus humanos. Tertiò, quia hic in littera cum dicatur cauſa, ꝙ non deberent commutari, non dixit animal mundū, ſed animal quod poteſt immolari: ergo voluit quòd immolarentur, & quaſi iſta eſſet cauſa, quòd non commutarentur. Quartò, quia dixit: Sanctum erit, id eſt, ſanctificatum; ſed ſancta ſunt, quæ Deo applicantur: ergo iam illud animal debitum erat ad immolandum Deo. Quintò, quia in littera fit differentia de animali, quod poteſt immolari, & de animali immundo, quod non poteſt immolari: & dicitur, quòd animal, quod poteſt immolari, non com-
C mutabitur: animal autem, quod immundum erat, vendebatur: ſi tamen animal mūdum, quod immolari poterat, non deberet immolari, ſed integrum Sacerdotibus, cedere, non cedebat quidpiam de illo potius Deo, quàm de immundo, quod non poterat immolari; & ideo concederet illud vendi, vel commutari, ſed non permiſit, & iuſſit hoc de immundis, quæ non poterant immolari: ergo animalia munda; quæ vouebantur, immolanda erant, vt ſanguis eorum, & adipes Deo cederent, carnes autem, & pelles Sacerdotibus. Sed dicendum, quòd animalia quando vouebantur, poterant dupliciter voueri. Vno modo ſine determinatione, vt diceret vouens, voueo iſtud animal Deo; Alio modo cum determinatione, vt diceret, voueo iſtud animal Deo ad immolandum, vel voueo in holocauſtum, aut hoſtiam pacificam. Si Primo modo vouere-
D tur, pertinebat animal ad Sacerdotes, & non ad Deum: quia dicitur Numer.18.cap. Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael tuum erit. Si Secundo modo voueretur, pertinebat animal ad Deum, & immolabatur iuxta illud genus ſacrificij, quod expreſſerat vouens, ſcilicet, pro peccato, vel holocauſto, aut in hoſtiam pacificam; & in hoc non cedebant Sacerdotibus, niſi partes illæ, quæ aliás cedebant ex alijs ſacrificijs; dato, quòd non offerātur ex voto, & etiam cedebant offerentibus aliquæ partes, vt ſi vouerent animal ad immolādum in hoſtiam pacificam, cedebant eis omnes carnes præter pectuſculum, & armum dextrum, quæ Sacerdotibus dabantur. Si vero diceret vouens, voueo animal iſtud ad immolandum Deo, & non exprimeret, quo genere ſacrificij: intelligebatur de holocauſto: quia illud erat ſacrificium perpetuū, & per quod
E magis applicabatur Deo animal, & intelligendum eſt in omnibus his, quòd ſiue voueret ad certum genus ſacrificij, ſiue ad immolandum, non expreſſo genere ſacrificij, dabantur libamenta tali animali; & licet illa expreſſe non voueret, veniebant ex neceſſitate legis, quia erant annexa libamenta ſacrificiis, vt patet ſupra, 7. & Numer. 15. cap. Si autem primo modo voueret, pertinebat animal ad Sacerdotes, quia erat vnū de iuribus eorum Numer.18.c. & non offerebatur in aliquod ſacrificium, nec dabantur libamenta cum eo: nam etiam ſi fieret ſicut dicebant primi, ꝙ ſanguis, & adeps offerrentur Domino, & carnes totaliter cederent ſacerdotibus, nō erat aliquod de ſacrificijs. Sed manet tunc dubium, an ſic fieret, ſi animal viuens cederet ſacerdotibus, ita quòd non immolaretur. Et dicendum, ꝙ cedebant talia animalia viua ſacerdotibus, & non cogebantur illa immolare Deo, ſed

Vouens et ſimpliciter aĩal ad immolandum, tenebatur dare etiam libamēta.

ſibiipſis reſeruabant ad cibos, vel ad vendendū, aut quaſ- F
libet alias vtilitates ſuas; & patet hoc; Primò, quia Deus
dixit: Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael, tuū erit;
ergo, votiuæ res totaliter pertinebant ad Sacerdotes: ſi aūt
adſtricti fuiſſent immolare animalia, nō pertinuiſſent to-
taliter ad illos: ergo non tenebantur ad hoc. Secūdò, quia
Deus dixit eodem cap. debitum eſſe Sacerdotibus quid-
quid vouerent Iſraelitæ, & non expreſſit, ꝙ in animalibus
mundis votiuis fieret immolatio, & ſicut ibi non ponitur,
ita neque alibi in omnibus libris Moyſi, vbi de cærimo-
niis agitur, & non tenebantur Iſraelitæ plus facere, quam
Deus iuberet, immo circa cærimonialia non licebat fieri,
niſi quod iuſſum erat à Deo. Deuter. 12. c. Quod præcipio
tibi, hoc tantū facito Dño Deo tuo, nec addas quicquam,
neque minuas: ergo cum iſtud eſſet purè cærimoniale, &
non inueniatur expreſſum, nō tenebātur ad illud Iſraeli- G
tæ. Tertiò, ex eo, quod dr̄ Numer. 18. cap. de primogenitis
non dixit illa debita Sacerdotibus, diſtinxit tñ dicens, ꝙ
primogenitum humanū redimendū erat quinque ſiclis: ſi
animal immundum redimendum quoque eſſet: ſi autem
bos, ouis, capra, hoc tantum fieret, ꝙ ſanguis eorum offer-
retur Domino, & adeps cremaretur ſuper altare, & car-
nes cederēt in vſus Sacerdotum: cum autem de votis di-
xit, nihil diſtinxit, ſed ait: Omne quod ex voto reddide-
rint filij Iſrael, tuum erit, & nihil adiecit, neque diſtinxit:
ideo videtur, ꝙ voluit totaliter pertinere ad illos, & nullo
modo debere immolari, quia aliàs diſtinxiſſet, ſicut in pri-
mogenitis, vel circa primogenita nihil diſtinxiſſet: quia
aut iſta per ſe intelligebantur, aut non: ſi per ſe intellige-
bantur, nō oportebat fieri expreſſionem aliquam, aut di-
ſtinctionem aliquam: ſi autem fieri oportebat, ſicut facta H
eſt: ergo quādo non fit, non intelligitur: ſed circa vota non
fecit diſtinctionem aliquam, ergo non debet aliquid in-
telligi, niſi quòd totaliter pertinerent animalia ex voto
oblata Sacerdotibus, & non immolabantur. Quartò, quia
ſi illa deberent immolari, exprimeretur ſaltem quid de
eis fieri debuiſſet: nam cum cærimoniæ nō fiant ex aliqua
ratione naturali, ſed ex mādato legis, vbi non eſt lex, non
facimus cærimoniam aliquam, & tamen nō expreſſit ali-
quid Scriptura, quo genere ſacrificij immolarentur voti-
ua animalia, neque de aliqua alia cærimonia: ergo nō de-
bebat fieri aliqua immolatio in illis. Quintò, quia ſi Deus
voluiſſet animalia votiua immolari, licet nō dixiſſet hoc,
Numer. 18. c. vbi de votis agitur, dixiſſet alibi: & tñ cum
agitur de votis, non ſolum ibi, ſed etiam hic nihil dictum
fuit: ergo videtur, ꝙ animalia votiua totaliter pertinerent I
ad Sacerdotes, & non immolabātur. Sextò, quia hoc con-
uenientius erat ad intentionem Dei: nam Deus volebat
prouidere Sacerdotibus, qui erant pauperes, cū nihil poſ-
ſiderent inter Iſraelitas, Numer. 18. cap. & Deuteron. 18.
cap. & ad hoc volebat eis dare iura, quæ ad eum pertine-
bant, vt patet Numer. 18. cap. & inter cetera poſuit ibi de
omnibus votis: & quia aliquando vouebantur animalia,
pertinebant illa ad Sacerdotes: ſi autem illa immolaturi
eſſent dantes Deo adipem, & ſanguinem, non habebant
ipſi aliquam vtilitatem inde, niſi ꝙ carnes ſumebant in
cibū; ſed in hoc erat parua vtilitas, quia valde maior fuiſ-
ſet, ſi potuiſſent illa pecora reſeruare viuentia, & nutrire,
atque vendere: ideo ſic potius Deus facere debuiſſet ad
vtilitatem Sacerdotum; cum ipſe eam procuraret; & con-
firmatur: quia Sacerdotes non egebant ſolis carnibus ad K
veſcendum, ſed cibo, & potu, & veſtibus, atque aliis rebus
vſui humano neceſſariis. Si aūt immolari debuiſſent iſta
animalia, non potuiſſent carnes eorum vendere Sacerdo-
tes: neque in aliam vtilitatem ſuam trāsferre: ergo potius
Deus eis debuit dimittere illa animalia viuentia, vt ven-
dere poſſent, & inde ſibi quantum ad neceſſaria prouide-
re. Cum ergo inueniatur expreſſum, ꝙ immolari debeāt,
debet interpretari in id quod erat vtilius Sacerdotibus,
quia hoc erat magis ad intentionem Dei. Septimò patet,
quia idem fiebat in primitiis: nam de omnibus rebus da-
bantur primitiæ apud Iudæos, id eſt, de omnibus fructi-
bus terræ, & illi pertinebāt totaliter ad Sacerdotes, Num.
18. cap. & ita dabātur de animalibus primitiæ, quæ com-
putantur inter fructus terræ, quia de illa alebantur, ma-
ximè quia primitiæ dabantur de omnibus illis, de quibus
dabantur decimæ, cum iſta duo ſe conſequantur: ſed de
animalibus dabantur decimæ: ergo & primitiæ: patet hoc
infra in littera, vbi oſtenditur, qualiter ſoluebantur deci-
mæ de animalibus, ſed de animalibus, quæ dabantur in
primitias, nemo dicit, ꝙ debuiſſent immolari: ergo neque
immolari debebant illa, quæ dabātur in votum. Octauò,
patet per comparationem ad decimas: erāt enim decimæ
iura Leuitarum, & Sacerdotis Magni, Numer. 18. cap. &
dabantur tam de fructibus, quam de animalibus, vt patet
hic in littera. Sed certum eſt, quòd Leuitæ non immola-
bant animalia, quæ dabantur eis in decimas, quanquam
eſſent mūda, & quæ poſſent immolari: ergo neque Sacer-
dotes immolabant animalia, quæ eis dabantur ex voto;
patet hoc: quia Leuitæ poterant vendere omnia, quæ ha-
bebāt ex decimis, & quilibet dans decimas, poterat eme-
re illas data inſuper quinta parte, vt habetur hic in littera.
Similitudo autem eſt: quia decimæ erant Deo ſanctifica-
tæ; & non obſtante hoc, poterant vendi, vt Leuitæ habe-
rent vnde ſibiipſis prouiderent in ſuis neceſſitatibus: quia
alias poſſeſſiones non habebant; & ita etiam erat de Sa-
cerdotibus: quia non habebant aliquid aliud, quo ſuſten-
tarentur, neque poſſidebant inter Iſraelitas niſi iura, quæ
Deus eis dabat: ergo inde prouidere ſibi debebant quan-
tū ad omnia vitæ neceſſaria. Licebat igitur multa de eis,
quæ ipſis cedebant, vendere; & ita erat de animalibus vo-
tiuis, cum non fuerit hoc vetitum. Nunc tandem reſpon-
dendum eſt ad motiua in contrarium allata. Ad primum
dicendum, ꝙ non eſt ſimile de animalibus votiuis, & de
primogenitis: quia de primogenitis expreſſit lex, ꝙ offer-
retur ſanguis eorum, & cremarentur adipes corā Domi-
no. De animalibus autem votiuis non expreſſit: ideo non
eſt ſimile. Etiam nō eſt ſimilis ratio ad hoc, ꝙ Deus idem
ſtatueret de vtriſque: nam licet animalia ex voto, & pri-
mogenita debebantur Deo, non tñ debebantur æquali-
ter, quia primogenita debebantur ex quodam debito na-
turæ; quia Deus illa liberauerat de Aegypto, ſed illi qui
vouebantur nō erant prius debiti Deo, ſed ipſi ſe debitos
per votum faciebāt; & ob hoc Deus poſuerat præceptum
de primogenitis, ꝙ ſoluerentur, ſiue redimerentur. De vo-
uendo autem nōn poſuit præceptum, ſed liberum erat vo-
uere, & non peccabat qui non vouebat, ſed peccabat, qui
quod vouerat, non ſoluebat, Deut. 22. c. ideo Deus magis
debuit ſibi applicare primogenita, quam animalia ex vo-
to, cum aliquid ei daretur de primogenitis animalibus; i.
ſanguis, & adipes, & nihil de votiuis. Ad ſecundum, ꝙ ex
illa diſtinctione nō probatur hoc: quia hoc idem inueni-
tur in aliis, quæ non immolabātur. Nam Leuitæ poterant
vendere fructus decimarum, & poterat quilibet emere,
ſiue redimere decimas proprias, data inſuper quinta par-
te, vt patet in littera. Et tñ ibi dicitur de decimis ouium,
boum, & caprarū, quæ ſunt animalia immolabilia, quòd
quidquid decimum veniret trāſeundo ſub virga paſtoris,
conſecraretur Domino: & ſequitur: Nō eligetur bonum,
neque malum, neque altero commutabitur: ſi quis muta-
uerit, & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſan-
ctificabitur Domino, & non redimetur: & ſic in animali-
bus decimarum adhuc volebat Deus, ꝙ nō commutaren-
tur, ſed eadem darentur quæ loco decimo veniebant, &
tñ certum eſt, ꝙ non immolabantur: quia non tenebantur
Leuitæ immolare aliquod de animalibus, quæ dabantur
eis in decimas; ideo fiebat diſtinctio iſta etiam in eis, quæ
non immolabantur; & ita in animalibus mundis, quæ ex
voto proueniebant, erat, ꝙ ēt ſi non poſſent illa cōmutari,
non debebant immolari. Sed quia aliquis negabit aſſum-
ptum, dicens, ꝙ animalia cedentia Leuitis ex decimis im-
molabātur. Primò, quia hoc Deus non iuſſit, Numer. 18.
c. vbi mandatum de decimis dedit, nō iuſſit aliquod ani-
mal de illis immolari. Secundò, quia ſi immolanda fuiſ-
ſent, dixiſſet Deus, quo genere ſacrificij, vel ſaltem qua cæ-
rimonia, cum cærimoniæ non exiſtant ex ratione, ſed ex
ſola lege poſitiua; & non poſuit aliquid de hoc: ideo non
erant immolanda. Tertiò, quia hoc dato, nō haberēt Le-
uitæ, vnde ſibi prouiderent, cum non haberent alios redi-
tus niſi decimas, Num. 18. cap. nam ſi immolata fuiſſent
animalia eorum, quæ cedebant ex decimis, non potuiſ-
ſent vendere illa, quia occidebātur coram Domino Deo:
& etiam

An Leuitæ tenerentur immolare Deo animalia quæ proueniebant ex decimis.

& etiam carnes ipſorum animalium occiſorum non poterant vendere, quia erant conſecratæ, ſed comederēt de eis ipſi, & non comederent, niſi qui mundi eſſent de eis, quia de ſanctificatis non licebat comedere niſi mundis, ſupra, 22. cap. & ita non poſſent conuertere animalia iſta in aliquas vtilitates ſuas pro libitu. Quartò, quia nemo hoc aſſerit, neque de hoc dubitauit, ſed omnes aſſerunt, quidquid ex decimis proueniebat, pleno iure pertinuiſſe ad Leuitas: ideo neque apud nos eſt dubitandum. Quintò patet: quia hoc idem videtur innuere Sacra Scriptura: nam Ioſ. 21. cap. dicitur, quod datæ fuerūt Leuitis vrbes ad habitandum, & ſuburbana eorum ad alenda pecora: & ſic innuitur, quod Leuitæ multa pecora habituri eſſent, cum darētur eis cum qualibet vrbe magna ſuburbana, Num. 35. cap. ſed non habebant alia pecora Leuitæ niſi de decimis, cum non occuparentur in officiis agriculturæ: ergo remanebant eis viua pecora ex decimis, & non immolabantur. Sextò, patet efficacius, quia poſtquā Leuitæ recipiebant decimas à toto Iſrael, dabant Sacerdoti Magno decimam partem decimę, de omnibus decimis ſuis, Num. 18. cap. ſi autem ipſi immolaſſent animalia data in decimas, nō potuiſſent dare decimam partem totius decimæ ſuæ Sacerdoti Magno: quia iam ipſi comediſſent carnes animaliū immolatorum: ergo non immolabantur aliqua animalia data in decimas. Sed aliquis dicet, quod Leuitæ dabant decimam decimę de frugibus, & omnibus terræ naſcentibus, de quibus nihil immolabatur Domino, & non dabant de pecoribus, & ita illa poterant immolari. Sed dicendum, quod non ſtat: quia nō eſt rationabile, quòd daretur decima decimæ de quibuſdam, & non de aliis. Secundò, & apertius: quiā Num. 18. cap. ponitur expreſsè, ſ. cum acceperitis à filiis Iſrael decimas quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id eſt, decimam partem decimæ tam de areis, quam de torculari, & vniuerſis quorum accipitis primitias, & decimas: & ita de omnibus dare debebant decimam decimæ: ſed recipiebant etiam de pecoribus decimas, vt patet hic: ergo de illis etiam dabant Summo Sacerdoti decimas decimarum: & conſequenter non immolabantur animalia data in decimas, ſed accipiebant illa viuentia Leuitę, & dabant decimam partem illorum Sacerdoti Magno. Septimò, & adhuc efficacius apparet, quod nullum animal de decimis debebat immolari: quia Leuitæ comedebant animalia eis cedentia ex decimis, vel comedere poterant in locis habitationum ſuarū, Num. 18. cap. cum dicitur: Comedetis eas, id eſt, decimas in omnibus locis veſtris, tam vos, quàm familiæ veſtræ: Si autem immolata fuiſſent animalia illa, non potuiſſent comedere Leuitæ in locis ſuis, ſed in loco Sanctuarij. Primò, quia carnes oblatas Domino non licebat comedere niſi in loco ſancto, ſupra, 6. & 10. cap. etiā ſi fuiſſent de ſacrificio pertinente ad laicos, quia illi comedebāt partes carnium eis cedentium in atrio Tabernaculi coram Domino Deuter. 12. & 16. capp. Secundò, quia dato, quod licuiſſet carnes extra portare ad comedēdum, quomodo potuiſſent de loco Sanctuarij portari per totam terram Iſrael, cum occiderentur animalia in Sanctuario, vbi occidebātur omnia animalia Deo oblata, ſupra 17. cap. ergo nō erant Domino immolanda, ſed Leuitæ poterant ea comedere vbicumque vellent. Octauò, quia ſi animalia illa immolata fuiſſent, non licuiſſet comedere de carnibus eorum niſi Leuitis mundis: quia de ſanctificatis non veſcebantur immundi, ſupra 22. cap. & hoc eſt falſum. Primò, quia grauarentur valde ſic Leuitæ: nam cum ipſi nihil aliud haberent niſi decimas, Num. 18. cap. non habebant aliud, de quo manducarent ipſi, & familiæ ſuæ quotidie, niſi decimas; & ita qui immundi eſſent de Leuitis, vel de familia eorū non habuiſſent quid manducarent; & hoc durum erat, cum ſæpè oportebat eos pollui, & durabat interdum immunditia longo tempore, ſicut in contaminatione ſuper mortuo, quæ contaminatio per ſeptem dies durabat, Num. 19. c. ideo oportebat dicere, quod licebat etiā immundis manducare de decimis. Secundò apparet expreſsè, quia dicitur Num. c. 18. Et comedetis eas in omnibus locis veſtris, tam vos, quā familiæ veſtræ. Sed per hoc oſtendit q omnibus licebat comedere, nō diſtinguens mundum ab immundo; ergo licebat immundis manducare de decimis & ita animalia nō immolabantur Domino. & patet hoc per id quod dicitur Num. cap. 18. de iuribus Sacerdotū, ſcilicet, qui mundus eſt in domo tua veſcetur eis: & non dicebatur generaliter de omnibus; ergo, cum de Leuitis dicatur indiſtinctè, quòd ipſi & familiæ ſuæ comederent de illis, videtur, q omnibus mundis, & immūdis licebat.

Cōcluſio incidens.

Et ita apparet, q ſupra inducere volebamus, ſcilicet, q animalia data in decimas, non immolabantur: & tamen de illis licebatur, q non poſſent commutari; ſed dabantur eadem quę veniebant decimo loco, ergo licet dicatur de animalibus quæ dabantur ex voto, cum immolari poterant, q non commutarentur: non ſequitur quod debebant immolari. Sed tunc dicetur, cum poſſent ita vendi animalia ex voto data immolabilia, ſicut non immolabilia, non tenebantur ea Sacerdotes immolare, quare fiebat iſta diſtinctio: quia ſatis erat dari eandem regulam de omnibus? Reſpondebitur ad hoc ſeq. quæſtione.

Animal dupliciter mundum eſt.

Ad tertium dicendum, quod in littera dixit, q immolari poteſt, & non mundum: licet per vtrumque idem ſignificauerit, & voluit innuere quod immolari deberet; ſed fuit conueniens ſic dici, quia ſi diceretur de animali mundo, non appareret de quo loqueretur. eſt enim animal dupliciter mundum. Vno modo ad eſum. alio modo ad immolationem; ad immolationem ſola tria erant munda, ſ. bos, ouis, & capra, ſupra 1. & 22. cap. ad cibum autem erant decem genera quadrupedum mūda, vt patet Deuter. 14. cap. Deus autem noluit ponere iſtam regulam, niſi de tribus animalibus, quæ ſunt munda ad ſacrificiū, id eſt, de boue, oue, & capra; & patet: quia infra in littera in ſolutione decimarum de his ſolis ponitur regula, q non mutarentur, ideo nō dixit de animali mundo ſimpliciter, ne intelligeretur de animali mundo ad cibum, ſed dixit de animalibus quæ poſſunt immolari, vt intelligatur de illis tribus, & non de omnibus aliis, licet omnia illa poſſent voueri.

Alio modo poteſt dici, quod hoc fuit, quia non eſt idē eſſe mundū, & poſſe immolari: nam de illis animalibus quę ſecundum ſpeciem ſunt licita ad immolationem, efficiuntur interdum aliqua illicita; vt quia habent teſticulos ſectos, ablatos, vel contritos; aut aurem, aut caudā amputatas, & alia huiuſmodi per quę dicuntur animalia maculata, ſupra 22. cap. hic verò licet munda ſint ſecundum ſpeciem, non tamen poſſunt immolari propter iſtas maculas. & quia de illis non intelligebatur littera; & poſſunt tamen vocari munda: non dixit animal mundum, ſed quod poteſt immolari, quia hoc planius erat.

Ad quartum dicendum, q animalia quæ vouebantur, ſi erant mūda ad immolationē, vocabantur ſancta, & tñ non immolabantur; ſic patet de decimis: nam animalia quæ ex decimis dabātur, nō debebant immolari, vt oſtenſum fuit ſup. & tamē ſimiliter dicitur de illis infra in littera, ſ. bouis, & ouis, & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino; & ſic ſanctum vocatur, etiam ſi non ſit immolandum. ſed quæ ſanctitas ſit iſta, dicetur ſeq. quæſtione.

Ad quintum dicendū, quod non cedebat plus Deo de animalibus immolabilibus, quæ vouebantur, quam de non immolabilibus, & tamen faciebat inter illa differentiam, idq. propter cauſas quæ tangentur infra.

Quomodo dicebantur quædam ſanctificari cum Deo non immolarentur. Et quotupliciter ſancta vel ſanctificata dicebantur. Quæſt. XXXVIII.

QVÆRETVR occaſione præcedentium, circa iſtā ſanctificationem, quomodo dicebantur quædam ſanctificari, vel quod erant ſancta, cum non immolarentur Deo.

Aliqui dicunt, quod vocabantur ſancta, quia poterant immolari, licet non immolentur.

Sed dicendum, quòd iſtud non ſtat: verum eſt enim, q quædam horum quæ ſancta erant, & dicebantur, immolari poterant, & non immolabantur, ſicut dicit hic littera: Animal quod immolari poteſt, ſi quis vouerit, ſanctū erit. & tamen non immolabantur illa animalia, vt oſtenſum

ſum fiiit ſup. præced. quæſt. ſic ĕt eſt de animalibus quæ F dabantur ex decimis, quia dicebantur ſanctificari inf. in littera, & tamen illa non immolabantur, vt oſtenſum fuit præced. quæſt. Erant tamen aliqua quæ ſanctificabantur, & non erant immolabilia, ſicut fructus terræ, qui dabantur in decimas, ſicut dicitur infra in littera: Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. Conſtat autem, ꝙ de his nil poterat immolari; neque cremari ſuper altare, ideo non vocabatur ſanctum id quòd erat immolabile, licet non immolaretur. Sed dicendum, ꝙ ſanctificari, eſt ſanctum fieri, & ideo cui competit ſanctum eſſe, competit etiam ſanctificari. ſed ſanctum dicebatur aliquid dupliciter. Vno modo ſanctum, id eſt, Deo applicitum, alio modo ſanctum, id eſt, firmum. Tertius modus poteſt addi, ſcilicet ſanctum, id eſt, mundum, iuxta illud Matthæi 5. cap. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum, id eſt, G eſtote mundi, ſicut ego ſum mundus; & idem ſupra 11. 19. & 20. capit. & de iſto non loquimur hic. In iſto tamen tertio modo ſancti, accipitur etiam ſanctificare, id eſt, mundificare, ſicut dicitur Exodi 19. capite. Sanctifica eos vſque in diem tertium, id eſt, fac, quòd ſint mundi vſque in diem tertium his tribus diebus, vel pro illo die tertio, ſupra 20. cap. Ego Dominus qui ſanctifico vos, id eſt, iubeo vos eſſe mundos.

Sed in propoſito ſunt duo modi horum. Primus eſt, quo dicitur ſanctum. i. Deo applicitũ; & ita aliquid ſanctificamus. i. applicamus Deo. Sic accipitur 1. Paralip. 26. cap. quòd Samuel ſanctificauit theſauros Domino, & filij Iſrael ſanctificauerunt. i. applicuerũt, facientes ꝙ illi theſauri iam pertinerent ad Deum. & hoc modo omne quod H offertur Domino, ſiue ſpontè, ſiue per votum, ſiue cedat in ius Dei, ſiue Sanctuarij, ſiue Sacerdotum, ſiue Leuitarum, dicitur ſanctificari Domino, ſiue commutari poſſet, ſiue non. Et ſic non differebat de mundis, vel immundis: quia animalia immũda, & nullo modo immolabilia, poterant voueri, vt patet in littera; & tamen per vota iã debebãtur illa animalia, vel aliquid loco eorum Deo, quòd cederet Deo, vel miniſtris eius: & quia miniſtris Dei non cedit niſi quia Deus illis concedit ea, quæ ad ipſum pertinent, pro miniſterio quod ei impendunt, Numer. 18. c. ergo quæ miniſtris cedebant, iã prius & directius ad Deum pertinebant: & ita ſanctificata ei erant. Et hoc modo ea quæ non immolabantur, ſed vendebantur, erant ſancta, ſicut dicitur infra in littera de decimis; Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum: Domini I ſunt: & illæ ſanctificantur. Et ſtatim ſequitur. Si quis voluerit redimere decimas ſuas, addet quintam partem: & ſic ea quæ ſancta ſunt, venduntur. Et quantum ad hoc, non differt de mundo vel immũdo: quia omnia ſunt ſancta, inquantum aliquo modo ad Deum pertinent: & hoc ſignificat littera allegata. ſ. Omnes decimæ terræ Domini ſunt: Hoc ſignificat ad eum pertinere, & additur. & illi ſanctificantur, id eſt, illi applicantur: nam non poteſt dicere ibi ſanctificare aliam habitudinem.

Secundo modo dicitur aliquid ſanctum, id eſt, firmũ, & tunc habent ſe iſta per ordinem; quia non eſt aliquid firmum vel non firmum, niſi ſit Deo applicitum: ſed id quod applicatur Deo, & firmiter apud ipſum manet, vocatur ſanctũ: quod verò applicatur ei, & non manet apud ipſum, non vocatur ſanctum. Et quantum ad hoc, diſtin- K guitur de mundo & immundo, & de immolabili & non immolabili: quia munda quæ immolabilia ſunt, nõ commutantur, & iſta vocantur ſancta: immũda verò ſiue quæ immolari non poſſunt, commutantur; & illa non dicuntur ſancta. & hoc modo accipitur hic inquantum dicitur animal quod immolari poteſt, ſi quis vouerit Domino, ſanctum erit; & mutari non poterit. De illo autem quod eſt immundum, & non poteſt immolari, nõ dicitur quòd erit ſanctum: ſed ꝙ vendetur. Sic etiam dicitur infra in littera de decimis animalium immolabiliũ. ſ. bouis, ouis, & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt: quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino: non eligetur neque bonum, neque malum, neque altero commutabitur. & ita de ſolis his tribus animalium ſpeciebus, quia erant immolabilia animalia, dixit quod ſanctificabantur, & non poterant mutari, & iſte eſt maior modus ſanctificationis quam præcedens; in quantum iſta applicabantur Deo, & manebant, alia verò applicabantur, & non manebant: Neque tamen per hoc innuitur, quòd iſta quæ ſanctificabantur. i. firmiter ad Deum pertinebant, immolarentur, cum multa eorum non immolarentur; ſicut erat de pecoribus mundis, quæ dabantur in decimam: quia illa ſanctificabantur hoc modo; & tamen non immolabantur, vt oſtenſum fuit præced. quæſtione, ſed ſatis eſt, quod haberent aliquem modum applicationis quem non habebant alia.

Ad quid ſit differentia inter ſupra poſita animalia immolabilia, & non immolabilia: cum vtraque ad Sacerdotes pertinerent: & neutrum ad Deum. Quæſt. XXXIX.

SED quæretur nunc circa id quod dicebatur ſupra, ad quid fieret iſta differentia inter animalia immolabilia, & nõ immolabilia, vt dicatur de immolabilibus quod non poſſent commutari, & ſancta erant: & non immolabilia non erant ſancta; ſed vendebantur vel commutabantur, ſi vtraque ad ſacerdotes æqualiter pertinebant: & neutrum pertinebat ad Deum neque in totum, neque in partem?

Aliqui dicunt quod faciebat hoc Deus in Iudæis ad tollendum quandam fraudem, quam illi facere volebãt ex auaritia. ſ. quod animalia, quæ ſemel vouebant, commutare volebant dando alia minoris pretij. & vt non eſſet locus ad hoc, dixit Deus, quòd quidquid voueretur ex animalibus eſſet ſanctum. i. firmum, & nõ poſſet commutari. Sed dicendum, ꝙ hoc non poteſt ſtare: Primò, quia tunc licet non reciperetur mutatio in aliud minus, vel æquale, reciperetur tamen in aliud maius. & tamen etiam hoc non recipitur, quia dicitur in littera: animal quod immolari poteſt, ſanctum erit, & mutari non poteſt. i. neque melius malo; neque peius bono. ergo non fiebat propter hoc. Secundò, quia dato quod hoc idem fieret in animalibus, quæ non poſſent immolari: quia illa alicuius pretij ſunt: & interdum plus quam immolabilia, vnde cuperent Iudæi auari illa mutare, & dare alia minora pro eis: ideo vetaretur commutatio; ſed non vetatur; immo iubentur vendi. ergo non eſt illa cauſa.

Alij dicunt, quod fiebat hoc, ne contingeret commutari animal immundum, & non immolabile pro mundo & immolabili: quod aliquando fieret, ſi permitteretur libera commutatio.

Sed dicendum quòd non ſtat: quia ſi ob hoc fieret, vetaretur commutatio immunda; ſed non in alia munda; potiſſimè ſi meliora eſſent.

Alij autem dicunt, ꝙ iſta regula non ponitur de animalibus, quæ vouentur ſimpliciter, & cedunt iuribus Sacerdotum; ſed de illis animalibus quæ vouentur ad immolandum: vt ſi quis dicat: Voueo iſtud animal ad offerendum in holocauſtum, vel in hoſtiam pacificam, vel pro peccato; aut dicat: Voueo iſtud animal ad immolandum Deo, nõ determinãs genus ſacrificij, quia in his modis cedebat iuri Dei, & non Sacerdotum. & tunc dicunt, quòd habeat locũ iſta diſtinctio. ſ. aut animal quod quis vouit ad immolandum, eſt tale, quod poſſet immolari, & immolabatur, neque poterat commutari; ſi autem fuerit mundum, vel tale, quod non poſſet immolari, vendebatur. Et dicunt, ꝙ non habet locum in animalibus quæ ſimpliciter vouebantur Deo, & cedebant iuribus Sacerdotum: ſed de illis dicunt, ꝙ cum non deberent Deo immolari, nihil intererat an darentur illa, vel alia, dum tamen fuiſſent meliora; cum poſſent vendi immolabilia ſicut non immolabilia.

Dicendum, ꝙ ſi hoc eſſet verum, valde concordaret litteræ, & tolleret inconueniens: quia tũc non potuiſſet commutari animal, quod poterat immolari: & quia illud determinatè fuerat obligatum ad immolationem, & ſi poſſet commutari, iam tranſiret ad profanos vſus id quod erat conſecratum Domino, quod eſt inconueniens. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat: Primò, quia tunc non daretur aliqua regula de animalibus, quæ cedebant iuri Sacerdotum per votum: ſed de illis ſolis quæ cedebant iuri

Dei.

Dei. ſed non conuenit: quia omnia quæ hic daban-
tur ex voto, cedebant Sacerdotibus: ideo de illorum iu-
ribus debuit dari regula. Secundò patet apertius: quia
Deus dedit iſtam regulam etiam in illis, quæ non immo-
labantur, ſicut in decimis; quia de animalibus venienti-
bus ex decimis, certum eſt, quòd nullum tenebatur im-
molari, vt oſtenſum fuit ſupra, & tamen iuſſit Deus quod
animalia immolabilia, id eſt, bos, ouis, & capra, quæ da-
rentur in decimas, non poſſent commutari pro meliori,
Doct. re- neque peiori. Ideo dicendum, quod hoc intelligitur de
ſponſio. animalibus quæ ex voto ſimpliciter facto cedebant Sa-
cerdotibus: quia licet non immolarentur non tamen po-
terant commutari. Dicendum igitur, quod Deus fecit
hoc propter duo; Primò, fecit hoc in fauorem ſuum, vt
animalia immolaticia nõ commutarentur: quia licet cũ
cederent Sacerdotibus, nõ tenerentur ea immolare, po-
terant tamen immolare: laicus autem vouens ſi mutare
concederetur, vel pecuniam dare pro illis, auferretur iſta
facultas offerendi illa Domino; nam iam Sacerdos cui
iſta cederent, non poſſet illa immolare Domino, cum da-
rentur ei pecuniæ in redemptionem, vel in commutatio-
nem; illa autem facultas offerẽdi Deo aliquid, erat, quo
Deus priuari nolebat: quia ſunt tres modi, ſ. teneri ad
immolandum, poſſe immolare, & non teneri, & nõ poſſe
immolari. Primum erat maximè in fauorem Dei, & erat
in animalibus mundis, quæ aliqui vouebãt ad immolan-
dum. Secundum erat in animalibus mundis, quæ cede-
bant iuri Sacerdotum. Tertium erat in animalibus im-
mundis, quę eis cedebant, vel in pecunia data ex redem-
ptione; & quia fauorabilius erat Diuino cultui, poſſe ali-
quid ei immolari, quam non poſſe, nõ permittebat com-
mutari animalia ex voto promiſſa. Sed iſtud non ſufficit
totaliter: quia illud eſt ad hoc, quod nõ redimeretur ani-
mal in pecunia, vel non commutaretur pro immundo:
ſi autem commutaretur in aliud mundum, & in aliud
immolabile, non tenebat cauſa iſta.

Secunda & eſt melior, ſ. quod fiebat ad oſtendendum
quandam firmitatem, quæ acquiritur ex ſanctificatione:
nam ſi aliquid applicatur Deo, & eſt tale, quod apud ip-
ſum manere poteſt, acquiritur inde quædã firmitas per-
manendi, ita quod neceſſe ſit illud tranſire ſemel in Deũ:
ſed poſtea manebit ſecundum genus firmitatis, q Deus
ex lege dare voluerit; immunda autẽ, ſiue ex ſpecie, ſiue
per accidens, non poterant applicari ſic Deo, ideo licet
vouerentur, non acquirebant iſtam firmitatem, quod ad
Deum tranſire oporteret, vt dicetur ſtatim ſequenti quę-
ſtione.

*Quomodo poſſit ſtare, ſcilicet, quod aliquis acquireret firmita-
tem applicationis Dei: & tamen poſſet vendi: & quæ erat
iſta firmitas: & ad quid proderat. Quæſt. XL.*

SED quæret aliquis quomodo hoc poſſit ſtare, ſ. quod
aliquis acquirat firmitatem applicationis Dei, & ta-
men poſſet vendi: nã tunc nulla differentia eſt inter ani-
malia munda & immunda, cum vtraque vendantur; &
tamen dictum fuit quod animalia quę cedebant iuri Sa-
cerdotum quantumcumque eſſent immolabilia, poterãt
vendi; & animalia prouenientia ex decimis poſſunt ven-
di, vt infra in littera patet: ergo nulla maior firmitas ap-
plicationis acquiritur in vno, quam in alio. Dicendum q
multum in his differt, quia ea quæ immolari poſſunt, ap-
plicantur Deo firmiter; quæ autem non ſunt immolabi-
lia, non applicantur firmiter, & patet: quia capra, ouis,
& bos, ſunt animalia immolabilia, ideo quocumque mo-
do cederent Deo, applicabantur ei, & non permittebatur
vllo modo quod non applicarentur; ſed neceſſe erat q
tranſirent; & quantũ ad hoc non referebat cuius iuribus
cederent, quia æquale erat in omnibus. Si enim voueret
quis determinatũ animal Deo ad holocauſtũ, neceſſe erat
dare illud; quia per votum acquiſita erat quædã ſanctifi-
catio in illo, ita quod neceſſe eſſet illud ipſum applicari,
& non aliud. Vnde etiam ſi darentur mille pro illo, id
eſt, mille arietes pro illo, & omnes ad holocauſtum, non
poterat ille commutari, ſed neceſſe erat illum dari, cum
ille eſſet in indiuiduo promiſſus: immò, ſi niteretur quis
A dare aliud animal pro illo, iam vtrũque debebatur Deo,
quia vtrumque illorum voluit Deo applicare, ſed diuerſis
tẽporibus. Et hoc modo quod applicabitur Deo, ſanctum
erat, id eſt, firmum, ſcilicet, firmiter veniebat ad Deũ, cum
neceſſe eſſet dari illud Deo, & non poſſet aliud dari loco
eius. Idẽ ẽt erat de animalibus quæ cedebant iuribus Sa-
cerdotum: nam ſi erant talia quæ poſſent immolari, id eſt,
munda, ſecundum ſpeciem, & ſecundum actum, id eſt, q
nullam accidentalem maculam haberent, applicabantur
Deo, & erant ſancta. i. immobiliter applicita, quia ne-
ceſſe erat illa tranſire ad Deum veniendo in ius Sacerdo-
tum, & hoc non poterat impediri. ideo etiam, ſi quis vo-
luiſſet dare aliud animal melius, vel peius, vel multa ani-
malia ſimul pro vno, non recipiebantur, in indiuiduo, ſed
neceſſe erat illud dari: & ſi vouens voluiſſet alterum pro
illo dare, vtrumque cedebat Sacerdotibus: quia erat ſan-
ctificatum immobiliter. Idem quoque erat in Leuitis qui
B accipiebant decimas ab omnibus Iſraelitis: nam cum ce-
debant eis animalia immolabilia ex decimis, id eſt, ca-
pra, bos, & ouis, firmiter ea debebantur: quia neceſſe erat
dari id qđ decimo loco veniebat; & non poterat dari ali-
quod aliud, etiã ſi multa animalia data fuiſſent pro vno,
vt patet infra in littera, ſ. Bos, ouis, & capra, quæ ſub
paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit ſan-
ctificabitur Domino: non eligetur neque bonum, neque
malum, neque altero commutabitur. Sicut enim per vo-
tum determinabat aliquis animal quod vouebat, & ideo
illud debebatur, ita per legem determinabatur decimum
in decimationem: & ideo per hoc applicabatur firmiter
Deo, vel neceſſe erat illud dari, & dantis, atque Leuitæ
C accipientis conſenſus in contrarium non poterat efficere,
vt redderetur, aut dari poſſet alterum: ſed neceſſe erat
dari illud.

Et ita verum eſt, quòd quandocumque animal, quod
erat immolaticium, ſanctificabatur, id eſt, applicabatur
Deo aliquo modo firmiter debebatur, & nõ poterat com-
mutari; ſed neceſſe erat illud ad Deum tranſire, ſiue Deo
cederet, ſiue Sacerdotibus, ſiue Leuitis. Sed poſtquã ap-
plicabatur firmiter, & venderetur, vel maneret, non tol-
lebat iſtam firmitatem: quia non erat iſta firmitas niſi
quædam ineuitabilitas tranſeundi ad Deum. Et quia ſiue
Deo, ſiue Sacerdotibus, ſiue Leuitis cederet animal illud,
neceſſe erat tranſire ſemel, & non poterat impediri iſte
tranſitus, vel applicatio iſta, & ideo erat omnibus modis
æqualiter ſanctum & non potens commutari animal: ſed
D differebat in modo manẽdi, poſtquam applicaretur: quia
animal q cedebat Deo, ad hoc applicabatur vt immola-
retur, & non ad alium vſum: ideo immolabatur, & nõ po-
terat vendi, neque dari aliquid aliud pro eo, vt immola-
retur. Animalia autem quæ applicabantur Sacerdoti-
bus, & Leuitis, nõ cedebant eis ad hoc vt immolarentur,
ſed ad hoc, vt cederent eorũ vtilitati: & quia erat eis vti-
le aliquando vendere, ea vendebãt; & ſic Sacerdotibus li-
cebat comedere, vel vendere animalia, quæ eis ex voto ce-
debant; & Leuitis ſimiliter vẽdere animalia licitum erat,
quæ eis ex decimis cedebat vt ſupra oſtenſum fuit: & ap-
paret infra, in littera: & hoc, quia iſtud non impediebat
firmitatem applicationis: cũ ita ineuitabiliter applicaren-
tur eis quæ ſanctificata erãt, ſicut Deo: & non poterãt cõ-
mutari antequam tranſirent in ius eorum; poſtquã verò
E tranſibãt ad eos animalia, completa erat illa firmitas ſan-
ctificationis; ideo nihil impediebat poſſe illa vendi: quia
ad hoc Deus voluerat vt cederent eis, ſicut ea quæ ſibi-
ipſi cedebant, ad immolandum eſſent dicata. De immun-
dis autem, ſiue quæ non poterant immolari, non erat ſic:
nam licet illa ſanctificarentur. i. applicarentur Deo per
votum, & inciperent pertinere ad ipſum, non erant ſan-
cta. i. firmiter pertinentia ad Deum, quia non erat neceſ-
ſe illa tranſire ad Deum, immo non tranſibant, ſed vel
commutabantur, vel redimebantur pecunia. & ſic con-
ueniebant in hoc, tam ea quæ poterant immolari, quam
quæ non poterant: quia poterant vtraque vendi, ſi ad Sa-
cerdotes vel Leuitas pertinerẽt; & tamen differebãt: quia
quæ immolari poterant, non poterant vendi vel commu-
tari, antequam tranſirent ad Deum, & eſſent firmiter
applicita: quæ autem non poterant immolari, prius ven-

d:bantur, & ſic illa nunquam habebant aliquam immo-
bilitatem pertinendi ad Deum.

An animalia immunda promiſſa per votum, poſſent commutari, ita vt daretur vnum animal pro alio, &c. Quæſt. XLI.

SED quæretur de animalibus immundis oblatis per votum, an poſſent commutari, ita vt daretur vnũ animal pro alio; & non ipſum in indiuiduo vel determinatè quod promiſſum erat? Dicendum, quibuſdam videri, quòd non ſit dubium: quia cum locum haberet redemptio, à fortiori haberet locum commutatio: nam animalia quæ poterant immolari, non poterant cõmutari, quia determinatè debebantur, & ſi quis mutare voluiſſet vnũ pro altero, debebatur vtrumque, vt patet in littera; &
G tamen quando animal non poterat immolari, non debebatur illud determinatè, cum poſſet redimi; ergo & poterat commutari pro altero. Secundò patet: quia iſtud erat in fauorem Dei: nam animal immundum non poterat immolari, ſed quando aliud voueretur, ſi potuiſſet commutari, potuiſſet dari animal immolabile pro non immolabili. ergo licebat id facere in fauorem Diuini cultus.

Circa hoc præſupponendum eſt. Primò, quòd hic non agitur de animalibus quæ vouebantur ad immolandum ſed de illis, quæ ſimpliciter vouebantur Deo, & cedebant iuribus Sacerdotum: Nam ad immolandum Deo nemo vouebat aliquod animal quod immolari nõ poſſet: quia immunda ſecundum ſpeciem non vouebantur, immò, erat nefas talia vouere, quia expreſſè agebat contra Deũ,
H & condemnabat ipſum, qui talia vouebat: etiam non licebat voueri immunda ſecundum accidens, id eſt, mutilata, quia etiam hoc vetitum erat ſecũdum regulas, quas tradidit Deus, ſupra 22. cap. vnde ſi quis ſponte offerre volebat aliquod animal, ſi eſſet maculatum, non recipiebatur, eod. cap. Si autem ex voto offerret; & illud eſſet maculatum, non recipiebatur, ſed cogebatur vouẽs dare aliud immaculatum. Et ita neceſſe erat accipi de voto animalium, per quod non vouebantur ad immolandum, ſed ſimpliciter, & cedebant Sacerdotibus: nam aliàs non fieri potuiſſet diſtinctio mundi, & immundi, aut immolabilis, & non immolabilis, quia ad immolandum nemo poterat vouere animal, niſi immolabile: ſecùs de eis quæ Sacerdotibus cedebant, quia tam munda, quã immunda Sacerdotibus proderant, & ideo diſtinxit quando voue-
I batur quod poterat immolari, & quando quod nõ poterat immolari. Conſiderandum Secundò, ꝙ animal erat mundum dupliciter, ſ. ad eſum, & ad immolationem: & vtroque modo etiã dicitur aliquod immundum: hic verò dicitur, quod non poteſt immolari, & quod poteſt immolari, & non dicitur mundum, vel immundum. Ad hoc autem ꝙ poſſet animal immolari, tres munditiæ requirebantur, vt dictum fuit ſupra. Prima, quod eſſet licitum ad eſum: nam ſi non licebat ad eſum, non licebat ad immolandum. Secunda, ꝙ eſſet in aliqua trium ſpecierum, id eſt, vt eſſet bos, ouis, vel capra, quia alia animalia non licebat immolare, quamuis liceret manducare. Tertia, ꝙ non haberet animal aliquam maculam per accidẽs, vt eſſe cęcum, vel claudum, & ita de aliis, de quibus ſupra,
K 22. cap. Circa hoc putauerũt aliqui, quòd loqueretur hic Scriptura de animali ſolo immundo per accidens, id eſt, maculato, quod tamen eſt immolabile ſcḋm ſpeciem, vt tenet Rab. Sal. Sed dicendum, quod hoc non ſtat: immò accipitur de omnibus animalibus quomodocumque ſint illicita ad immolationem, ſiue per accidens ſint maculata, ſiue non ſint de ſpecie immolabilium, ſint tamen licita ad eſum, ſiue etiam non ſint licita ad eſum, vt eſt aſinus, & equus. Et patet hoc: Primò, quia non dixit hic littera, animal mundũ, vel immundũ, ſed dixit animal quod poteſt immolari, & quod non poteſt immolari, & tamen non poſſe immolari dicitur de omnibus animalibus immundis, tam maculatis, quam etiam immundis ad eſum, ideo ex vigore litteræ non magis accipietur de immũdis, id eſt, maculatis à caſu, quam de immundis ſecundũ ſpeciem, & etiam immundis ad eſum: quia de omnibus his

Animal dupliciter erat mundum vel immũdum. Et vt poſſet immolari tres munditiæ requirebantur.

F verũ eſt, quod non poſſint immolari. Secundò, quia propter hoc videtur quod littera dixerit, quod poteſt immolari, & non poteſt immolari, & non dixit mundũ, & immundum: nam ſi diceretur mundum, intelligeretur, id eſt, immaculatum quale immolatur, & immundum diceretur, id eſt, maculatum, quod nõ immolatur: & tamen non dixit hoc, ſed quod poteſt immolari, & non poteſt immolari, ideo dixit ad magis comprehendendum. Tertiò, quia hic ponitur de eo quod poteſt immolari, & de eo quod non poteſt; & tamen cum aliquid non poteſt immolari, non poteſt immediatè applicari ad Deum, ſed ſolum per commutationem, vel redemptionem, & hoc etiam ita eſt de immundis ſecundũ ſpeciem, ſicut de maculatis: ergo non eſt aliqua cauſa, quare magis intelligatur de vno, quàm de alio, ſed de omnibus accipietur.
G Quartò, quia agitur hic de illis, quæ Sacerdotibus cedũt per votũ, & tamen non magis poſſunt offerri in voto animalia munda ſecundum ſpeciem, quàm immunda, cum etiam voueantur res inanimatæ, id eſt, agri, & domus, vt patet in littera: ergo intelligetur de omnibus animalibus qualitercumque immundis. Quintò, quia animal quod non poterat immolari, conuertebatur in pecuniã, vt patet in littera: & tamen omnia animalia quantũcumque immunda, & quæ non manducantur, poterant conuerti in pecuniã, vt equus, & aſinus: ideo de his etiã intelligetur, & non ſolum de ſolis immundis à caſu, id eſt, maculatis, ſicut dixit Salomon; ſed debet intelligi, ꝙ iſta animalia, licet eſſent immunda ad immolandũ, & etiam ad eſum, non eſſent immunda ad tactũ, quia ſi non liceret ea tangere, nõ potuiſſent voueri, quia nullius vtilitatis fuiſſent,
H neque potuiſſent conuerti in pecuniã, ſicut reptilia quæcũque poſſent tangi licitè, & eſſent alicuius vtilitatis, & valoris inter homines, erant licita ad votũ, & de omnibus illis intelligitur hic littera, ſ. animalis quod immolari nõ poteſt. Nunc verò ſuppoſito hoc, quidã putant, quod cõmutari poſſit omne animal immundum ꝙ vouetur, eo ꝙ datur melius pro deteriori. & quod poteſt applicari Deo pro eo, ꝙ nõ poteſt applicari Deo. Ob hoc igitur videtur quibuſdã diſtinguendum, ꝙ aut pro animali immundo cõmutatur aliquod mundũ, & quod offerre licebat: aut alterum immundũ. Si primo modo, dicũt ſemper licere: quia eſt maior fauor Dei, cum illud poſſet immolari, & alterũ non poterat. Si autem daretur immundũ pro immundo, dicunt, ꝙ non licebat generaliter, ſed ſolũ quando erat maioris valoris. Sed dicẽdũ, ꝙ iſtud nõ ſtat: quia
I tunc licebat cõmutare hominem, cum ſit animal non immolabile, & dando pro eo ouem, vel caprã, ſufficiens eſſet: quia daretur animal licitum ad immolandũ pro animali, quod non poterat immolari: ſed falſum eſt: quia pro homine neceſſe erat dare pretium, vt patet in littera. Secundò patet; quia ſimile eſt in redemptione primogenitorum: nam primogenita animalium immolabiliũ immolabantur, & primogenita hominum non erant immolabilia, ideo redimebantur quinque ſiclis. Num. 18. cap. & non licebat dare aliquod animal immolabile pro homine. Tertiò, quia iſtud haberet aliquem colorem, ſi animalia iſta quæ vouebantur, cederent Deo. & tamen non cedebant, ſed Sacerdotibus: erant tamen eis vtiliora animalia quædã immunda, vt ſi offerretur in voto equus, vel aſinus, aut camelus, quam munda, vt erant ouis, & capra:
K & grauarentur valde ſi commutari poſſent: ideo non cõmutabantur. Quartò, quia ꝙ detur mundũ pro immundo, ad hoc prodeſt, quia mundũ poteſt immolari, & immolaretur ſi Deo cederet. & tamen in voto, ſiue eſſent animalia munda, ſiue immunda, cedebãt Sacerdotibus, & non immolabãtur Deo, vt oſtenſum fuit ſupra. ideo nõ magis proderat dare mundũ pro immundo, quã immundũ, pro immundo, ergo non erat verũ ꝙ pro animali immundo promiſſo ex voto, poterat dari animal quodcumque mũdum ẽt ſi eſſet minoris æſtimationis. Sed obiicietur, ꝙ ſufficiebat dari quodcumque animal mundum in commutationem pro immundo, etiam ſi multo minoris valoris eſſet. Nam aſinus multo maioris valoris erat, quã ouis, & tamen qui debebat vnũ aſinum Deo, ſufficiebat ꝙ pro illo daret vnam ouẽ, vt patet Exodi 13. c. Primogenitum aſini mutabis oue, quod ſi non redemeris, interficies.

Pro animali immũdo promiſſo ex voto nõ licebat dare quẽcũque animal mũdum etiã minoris valoris.

ficies. ergo ſimiliter pro equo, & camelo, & quolibet immundo, poterat dari ouis: & ſimile eſſet ſtatuendū de capra, & boue, quæ ſunt animalia immolabilia. Dicendum, quòd non poterat, aut nō ſufficiebat dare ouem pro quolibet animali immundo promiſſo ex voto. ſed neceſſe erat illud dari, vel æſtimationem. Et ad illud de aſino, poteſt dici vno modo, quod non facit ad propoſitum: quia ibi agitur de redemptione primogenitorum; hic autem agitur de ſolutione votorum; non eſt autem idem in vtroque: ideo cū naſceretur aſinus primogenitus, ſufficiebat quod daret Domino ouem pro illo: & tamen ſi vouiſſet aſinum non ſufficiebat dare ouem; ſed neceſſe erat dari ipſum aſinum quem vouiſſet, vel æſtimationem quam ponit hic littera: & ita erat de omnibus animalibus immundis quæ ex voto promittebantur.

Animalia quæ Deo vouebātur, nūquam commutabātur, licet aliquādo redimerentur.

B Secundò, non tenet argumentum: quia etiam in primogenitis non erat illud verum, quòd ſufficeret pro quolibet primogenito immundo dari ouem: ſed neceſſe erat omnia illa redimi pecunia; nā dabantur quinque ficli, Num. 18. cap. & Exodi 13. cap. In ſolo autem aſino fuit aliud ſpeciale quod commutaretur oue; ideo non poſſunt commutari animalia immunda promiſſa ex voto, dando quodlibet mundum pro immundo.

Quantum verò ad immunda, non eſt etiam verum, quod ſufficeret dari pro eis alia immunda æqualis valoris: quia iſta ſunt cærimonialia, & in eis ſoli legi ſtandum eſt, & non ſufficit alia ratio quæcumque: & tamen lex non dat hic commutationem aliquam: ideo non ſufficiebat.

Doct. reſpōſio ad quæſitū.

C Dicendum autem, q̄ animalia quæ vouebantur Deo, nunquam commutabātur, licet interdum redimerentur; & patet hoc: quia aut erant munda, aut immūda: ſi munda, ipſamet debebantur, & non poterant commutari: & ſi quis vellet ea commutare, vtraque deberentur, vt patet in littera. Si autem eſſent immunda, non poterant commutari, dando pro eis alia munda, vel immunda: ſed fiebat ſicut dicitur in littera, ſcilicet, quod adducerentur ad Sacerdotem, qui taxabat pretia illorum: & ſi vouens vellet illa habere, ſoluebat pretium taxatum, & quintam inſuper partem. Si autem ille nollet, accipiebat alius pro pretio taxato à Sacerdote.

Suppoſito hoc, reſpondendum eſt ad rationes in contrarium allatas. Ad primum dicendum, quod quando animal erat mundum, debebatur ipſum determinatè: quando autem non erat mundum, non debebatur ipſum determinatè: & tamen non ſequitur, quòd poterat commutari; quia manebat aliud medium, ſcilicet, quod poſſet redimi: & hoc dat littera: & non commutationem: ideo illud fiebat.

D Ad ſecundum dicendum, q̄ non erat fauor Dei, quòd daretur mundum pro immundo: nam ſi iſta animalia cederent Deo, videretur eſſe fauorabilius dari mundum quod poſſet immolari, quam immundum, quod non poſſet immolari: & tamen cedebant Sacerdotibus: ideo non erat aliquis fauor dari munda pro immundis.

Item, quia dato quod munda darentur in commutationem, non immolarentur: nam quando vouebantur munda, & ipſa eadem dabantur, non immolabantur; ſed viuentia & integra Sacerdotibus cedebant, vt oſtenſum fuit ſupra.

E Item non eſt fauor Dei agi contra legem eius: ſed Deus ſtatuit in hoc caſu non commutari, ſed dari eadem vel redimi: ergo non erat fauor illa commutari.

Niſi quis dicat, quòd hoc eſt verum exiſtente iam lege data; & tamen ad hoc quod daretur, videbatur rationabilius eſſe illam dari, vt poſſet fieri commutatio mundi dandi pro immundo, & immolaretur mundum, quam quod non fieret commutatio, neque immolatio.

Et ad hoc dicendum, quod non erat fauor Dei, quia Deus voluit prouidere miniſtris ſuis, dando illis redditus quibus viuerent; & iſti erant de eis quæ ad Deum pertinebant; & cum Deo cedere deberent, dabat ea Sacerdotibus & Leuitis pro miniſterio, quo ei ſeruiebant, Num. 18. Si autem illi redditus eſſent parui, non ſufficerent eis, & nō poſſent miniſtrare Deo: & ita relinqueretur totus eius cultus. Fauor igitur Dei erat taliter prouidere miniſtris,

A vt poſſent miniſtrare: & ad hoc Deus illis redditus magnos dedit, de quibus magna pars fuit in votis: quia omne quod ex voto redderent Iſraelitæ, ſacerdotibus cedebat Num. 18. cap. Si tamen animalia promiſſa ex voto, quæ immunda erant, potuiſſent commutari in animalia munda, quæ immolari deberent: iam ſacerdotes paucum inde reciperent, ſcilicet, ſolas carnes occiſi animalis, quas vendere non poſſent. erat autem maior vtilitas eorum, quòd cederent eis animalia viuentia immunda, quæ erant valoris magni, ſicut equus, & aſinus, & camelus. ideo non erat fauor Dei quod commutarentur animalia illa: ſed quod ipſa immunda redderentur, & redimerentur.

B *Quare penes primogenita licebat commutari animalia immunda, datis mundis, etiam minoris valoris.*

Quæſt. XLII.

SED occaſione cuiuſdam dicti ſupra poſiti quæretur, quare circa primogenita licebat commutari animalia immunda datis mundis etiam minoris valoris, vt pro aſino, capra, & circa vota non licebat. Aliquis dicet, q̄ fiebat hoc: quia primogenita pertinebāt ad Deum, vota autem ad Sacerdotes, ideo accipiebantur ibi ea quæ immolare licitum erat. Sed dicendum, quòd non ſtat: quia ſicut vota pertinebant ad Sacerdotes, Numer. 18. cap. ita & primogenita cedebant illis: quia Sacerdotibus dabantur redemptiones eorum, eod. cap. ideo non erat illa cauſa.

C Item, non eſt præſupponēdum illud vt verum, ſcilicet, quod in animalibus primogenitis immundis permitteretur generaliter commutatio: quia ſolum fiebat in primogenito aſini, Exod. 13. cap. vt dictum fuit ſupra. & ita non eſt ſimpliciter differentia inter vota & ſolutiones primogenitorum. Sed quantum ad id in quo eſt differentia, ſcilicet, de primogenito aſini: dicendum, quod conceſſit ibi Deus commutationem in aliquo caſu, & in votis nunquam. & ratio eſt; quia erat ibi fauor Dei, id eſt, immolari ei animal: nam omnia primogenita munda immolabantur offerendo ſanguinem, & adipes cremando, carnes autem cedebant Sacerdotibus: & non licebat iſta redimere, neque commutare, Numer. 18. cap. Sed circa vota non erat ſic: quia etiam animalia munda cedentia Sacerdotibus ex voto, non immolabantur, vt oſtenſum fuit ſupra, ſed eis viuentia cedebant: ideo commutatio erat

Doct. reſpōſio ad quæſitū.

D ibi fauorabilis in aliquo caſu. Et in primogenitis nō erat fauor Dei, cum non immolaretur animal mundum, quòd daretur pro immundo, & fuiſſet præiudicium Sacerdotum, inquantum daretur animal parui valoris, pro animali magni pretij.

Quare faciebat Deus quòd in primogenitis non redimerentur animalia munda, ſed immolarentur. Quæſt. XLIII.

SED quæretur, quare faciebat Deus, quòd in primogenitis non redimerentur animalia munda, ſed immolarentur: & ſic carnes ſolæ cederent Sacerdotibus, in votis autem non immolarentur animalia munda, ſed cederent integra Sacerdotibus? Dicendum, quòd id fuit Primò, quia primogenita debebantur ex neceſſitate legis, vota autem ex ſola voluntate; ideo magis Deus ſibi

E debuit applicare primogenita, quam vota, vt aliquid ei de illis magis cederet. Secundò, quia præter legem debebantur primogenita Deo, ex quodam debito naturæ, ſcilicet, quod liberauerat illa de morte in Ægypto ab angelo percutiente: animalia autem votiua, non tenebantur ei ex aliquo debito, ſed ex ſola voluntate, ideo rationabilius erat, quòd ea quæ erant immolabilia immolarentur ei, quam vt animalia votiua; & ideo etiam aliquando primogenita immunda occidebantur propter Deum, licet non immolarentur ei. ſicut erat de primogenito aſini: quia ſi non commutaretur cum oue, occidi debebat, Exod. 13. c. primogenitum aſini oue mutabis, quod ſi non redemeris, interficies.

An Sacerdos teneretur animalia immunda quæ non poterant immolari, vendere, vel poſſet ſibi ea retinere. Quæſt. XLIIII.

QVÆRETVR, cum dicatur de animalibus, quæ vouebantur, & non poterant immolari, an Sacerdos teneretur ea vendere, vel poſſet ea retinere ſibi? Aliqui dicunt, quod tenebatur Sacerdos vendere animal immundum: quia in his cærimonialibus ſoli legi ſtandum eſt: ſed littera dicit hic, quod ſi eſſet animal non immolabile, Sacerdos taxaret illud, & acciperet pretium, ergo tenebatur vendere.

Dicendum, quod Sacerdos non tenebatur ſimpliciter vendere, ſed ſub conditione, ſcilicet, ſi offerens animal ex voto, vellet illud redimere: ſi autem non vellet, retinebat illud ſibi Sacerdos, vel liberum erat ei illud vendere. G & ideo dicendũ, quod abſolutè tenebatur Sacerdos æſtimare animal, etiam ſi nondum ſciret, an vouens vellet redimere: & cum æſtimatum eſſet, liberum erat vouenti redimere illud, data inſuper quinta parte, vel non redimere; quod ſi vellet redimere, cogebatur Sacerdos ei dare: ſi autem non vellet ille redimere, non cogebatur Sacerdos alteri vendere, ſed faciebat inde quod ſibi vtile erat, vel vendendo, vel retinendo; & hoc apparet in littera, cum dicitur: Animal quod immolari non poteſt, ſi quis vouerit, adducetur ante Sacerdotem, qui iudicans vtrum bonum, an malum ſit, ſtatuet pretium, quod ſi voluerit dare is, qui offert, addet ſupra æſtimationem quintam partem. & ſic ordo erat, quod qui vouiſſet animal quod non poterat immolari, adduceret illud ad Sacerdotem qui poterat iſtud taxare: & ille ſtatim taxaret pre- H tium, iudicans, an eſſet aliàs malum, id eſt, parui pretij, vel bonum, id eſt, magni valoris: & iuxta iudicium ſuum poſſet ſtatim vouens redimere: & ſi non redimeret, at iam liberum Sacerdoti facere de illo animali quod vellet, quia tunc tranſibat in ius eius: nam antequã taxaret, & vouens repudiaret redimere, non tranſierat in ius eius, cum poſſet vouens inuito Sacerdote retinere illud, dato ei pretio, quod taxaretur per Sacerdotem: ſed cum repudiaſſet redemptionem, iam non erat ſibi recurſus ad rehabendum per aliam viam inuito Sacerdote. & Sacerdos non cogebatur iſtud animal vendere alicui alteri, cũ lex non cogeret eum ad iſtud, quia nihil expreſſit vltra. Sed obiicietur, quod ſi vouens redimere nollet, tenebatur alteri vendere; ille tamen non daret inſuper quintam partem æſtimationis, ſed ſolam ſimplicem æſtima- I tionem: quia ſic dicitur in littera, de illo qui agrum vouebat: nam Sacerdos taxabat illum iuxta modios ſementis, & ſi vellet vouens redimere eum, daret inſuper quintam partem: & ſi nollet, vendebatur alteri, & poſtea non poterat vouens redimere eum.

Secũdò, quia patet infra, in littera dicitur: quod ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit, iuxta æſtimationem ſuam, & addet quintam partem pretij; ſi autem redimere noluerit, vẽdetur alteri quantumcumque fuerit æſtimatum, ergo oportebat alteri vendere.

Dicendum, quod non tenebatur Sacerdos alicui alteri vendere, ſi vouens non redimeret, vt dictum fuit.

Et ad primum in cõtrarium dicendum eſt, quod illud eſt in poſſeſſionibus immobilibus, id eſt, agris, & huiuſmodi: quia ibi neceſſe erat quod Sacerdos venderet, & K non maneret res pęnes ſe, ſecus hic, vbi eſt res mobilis, vt dicetur ſeq. quæſtione.

Ad ſecundum poteſt dici vno modo, ꝙ illa littera non loquitur de neceſſitate, ſed de volũtate: ſi ergo Sacerdos non cogebatur alicui vendere, poſtquam offerẽs animal noluiſſet redimere: & tamen ſi vellet, poſſet vendere cuilibet alteri, & ille non adderet quintam inſuper partem, ſed ſolam æſtimationem: & ita eſt hic, quia liberum eſt Sacerdoti vendere animal, vel retinere poſtquam offerens noluit redimere illud.

Secundò poteſt dici, & adhuc melius, quod illa littera non accipitur in animalibus quæ offeruntur ex voto, ſed in ſolis primogenitis, quando erant immunda, id eſt, maculata, quia tunc non poterant immolari, & vendebantur offerẽti illa, vel alteri, ſi ille illa redimere nollet. Hic F autem agitur de animalibus quæ vouentur: ideo non eſt ſimile; & hoc patet: nam cum fecit ibi Scriptura diſtinctionem illam, feciſſet etiam hic ſi voluiſſet: ſed non fecit, ideo non voluit hic obligare Sacerdotem ad vendendum alteri quam vouenti.

Quare Deus obligauerit hic Sacerdotem ad vendendum animal oblatum per votum ipſi vouenti. Quæſt. XLV.

SED quæretur, quare Deus obligauerit hic Sacerdotem ad vendendum animal oblatum per votum ipſi vouenti, ſi ille vellet: quia ſatis erat quod cum ille vouiſſet, redderet Sacerdoti.

Aliqui dicunt, quod hoc fuit, vt eſſet differentia inter animalia quæ poſſunt immolari, & illa quæ non poſſunt immolari, neque commutantur, neque venduntur. ergo quæ non poterant immolari, debebant vendi.

Dicendum, ꝙ hoc non ſtat: nam ad hoc quod eſſet differentia aliqua, ſatis erat ꝙ poſſent animalia illa redimi, vel commutari: ſed nõ oportebat quod cogeretur Sacerdos vendere vouenti, ſi ille vellet redimere: & tamen hic cogitur, vt patet in littera, & dictum eſt præced. quæſt.

Alij ergo dicunt, ꝙ hoc erat: quia generale erat, quod id quod vouebatur, debebat Sacerdos vendere, vt patet in agris & domibus, infra in littera, ideo ita erat hic.

Dicendũ, ꝙ non ſtat: quia ibi ſunt poſſeſſiones immobiles, & Sacerdotes, & Leuitæ non poterant habere inter Iſraelitas aliquã poſſeſſionem, Num. 18. & Deuter. c. 18. ideo cum offerrentur per votũ, ſtatim vendere debebant. Secus autẽ circa mobilia, quia Sacerdotes & Leuitæ poterant iſta poſſidere: ideo non deberent cogi ad vendendum. Et hoc patet amplius: nam nõ ſolum apud Sacerdotem, ſed etiam nec apud Iſraelitas non manebant poſſeſſiones venditæ, ſed omnes reuertebãtur ad priores dominos, quantumcumque venditæ fuiſſent, ſupra, 25. cap. ſed quantum ad res mobiles, non dabatur beneficiũ anni iubilæi, ſed ſtatim vt venditio fiebat, tenebat ſimpliciter, & durabat in perpetuum, & nunquã redibat res ad venditorem, neque competebat ei beneficiũ redemptionis: & etiam ſi illa res maneret tempore iubilæi, non reuertebatur ad venditorem: ideo cum animalia ſint ex bonis mobilibus, non erat in eis idem quod circa agros, & immobilia. Et adhuc apparet, quod Deus non voluerit idẽ fieri de iſtis animalibus, quæ redimebantur, & de agris, & de aliis immobilibus, nã de immobilibus dixit, quod vouens haberet ius redimẽdi, data quinta parte inſuper; & ſi ille non redimeret, vẽdebantur alteri, vt patet in littera; & tamen in animalibus quæ vouebantur, nõ aſtrinxit Deus ad hoc Sacerdotẽ, quia dixit, quod venderet vouenti: & tamen ſi ille non vellet redimere, non cogebatur alteri vendere, vt oſtẽſum fuit præced. quæſt. Et ratio differentiæ eſt: quia bona immobilia quæ neceſſariò pertinebant ad aliquas de tribubus Iſrael, non poterant retinere Sacerdotes: ideo cogebantur vendere ea vouenti, & ſi ille redimere nollet, quod venderentur alteri, vt non manerent pęnes Sacerdotes, quia inconueniens erat manere pęnes illos, cum nihil poſſidere deberent, Num. 18. cap. Secùs de animalibus quæ erant bona mobilia, & non erat inconueniẽs manere ea pęnes Sacerdotes. Ideo ſi redimere nollet vouens, non cõpellebatur Sacerdos alteri vendere, & ſic apparet, quod non compellebatur hic vendere Sacerdos propter eamdẽ cauſam, propter quam compellebatur generaliter circa bona immobilia.

Dicendum igitur, quod fuit hoc in fauorem offerentium, vt poſſent habere animalia ſua, quibus fortè valde indigebant. & vt promptiores fierent ad offerendum, & vouendum, concedebat Deus, quod competeret eis ius redimendi.

Secundò, quia hoc non erat in præiudicium Sacerdotũ, quibus cedebant animalia ex voto: nam ipſi non egebant omnibus animalibus immundis quæ offerebantur eis, vnde ipſi aliquando ſponte vendere voluiſſent, & tamen tunc vendendo, cõſequebantur vtilitatem: quia dabatur inſuper quinta pars, vt patet in littera; immo bonum erat eis quod vouentibus competeret ius redimẽdi,

Quare Deus poſuerit hic quintam partem ſuper æſtimationem qua videtur nimis grauari vouens. Et tres cauſæ ponderantur quibus rationabiliter quinta inſuper videtur addenda. Quæſt. XLVI.

QVAERITVR quare Deus poſuerit hic quintam partem ſuper æſtimationem, ſi vouens redimeret animal, quod vouerat. Aliqui dicunt: quòd hoc factum fuit, quia ita fiebat in aliis redemptionibus rerum oblatarum per votum, vt patet in domo & agro, & infra, in animalibus immundis, ſicut in littera habetur.

Sed dicendum, quod hoc non ſtat: Primò, quia illud conceditur in rebus immobilibus ex multis cauſis: nam apud Iudæos immobilia nunquam vendebantur in perpetuum, ſed quomodocumque venderentur redibat poſſeſſio ad priores dominos in iubilęo, ſupra, 25. capite; in rebus autem mobilibus, quæ vouebantur, ſtatuerat Deus, quòd ſi vouens ſtatim redimere vellet, rediret ad ipſum; ſi autem non ſtatim redimeret, ſed alicui alteri venderetur, non manebat domino ius redimendi, neque redibat ad eum res in iubilęo, ſed manebat in æternum, pertinens ad iura Sacerdotum, vt patet in littera. vnde ſi poſtea redimere vellet, non redimeret ſicut dominus, ſed ſicut vnus de extraneis, cui poſſeſſio non cedebat niſi vſque ad iubilęum, & ſtatim reuertebatur ad Sacerdotes. Si vero non redimeret vouens ſtatim rem immobilem, vendebatur alicui alteri; ſed ille non tenebat rem in perpetuum, ſed ſolum vſque ad iubilęum. & ita magna differentia vtilitatis erat domino vouenti, ſi ſtatim redimeret, ſcilicet, quia redimebat in perpetuum, quod non facerent alij: ideo iuſtum erat, quòd aliquid maius in pretio imponeretur ei, & iſtud erat quòd ſolueret inſuper quintam partem. Secundo patet: quia quando redimebat vouens rem illam, ſed alteri vendebatur, non imponebatur ei quinta pars ſed ſolum ſoluebat quantum æſtimatum erat, vt patet in littera: & hoc erat, quia ille non accipiebat rem in perpetuum ſicut vouens, ſed ſolum vſque ad iubilęum, & ſtatim redibat poſſeſſio ad ſacerdotes. vnde quia non conſequebatur tantam vtilitatem, non addebat aliquid ſupra ſimplicem æſtimationem: & ita ſi vouens non redemiſſet ſtatim, ſed alteri venderetur, & deinde in iubilęo ille emeret rem illam à Sacerdotibus, cum udituri eſſent, non addebat quintam partem: eo quod non emebat rem in æternum; ſed ſolum vſque ad iubilęum.

Sed circa animalia iſta immunda, cum redimerentur, non erat aliquid tale: quia iſta quandocumque vendebantur, ſimpliciter vendebantur: quia res mobiles non reuertebantur in iubilęo ad poſſeſſores priores, etiam ſi manerent, ſed cuicumque venderentur, ſine iure redemptionis vendebantur, & ad perpetuum: ideo non erat hic aliqua ratio addendi quintam partem, quia non conſequebatur aliquod ius ſpeciale ſtatim redimendo.

Dici poteſt vno modo, vt communiter conſueuit dici, quòd Deus faciebat addi iſtam quintam, volens arcere vouentes à deſiderio emendi ſiue redimendi rem quam vouerint: quia per hoc minus Deo tribuunt, cum deſiderium habent retinendi rem, quam vouent: cum apponeretur quinta pars ſupra iuſtam æſtimationem, non cupiebant vouentes redimere res.

Sed dicendum, quod licet iſta ſit communis ſolutio, & nos interdum recitemus vt ab aliis dictam, & approbare videamur, non eſt iſta propriè cauſa motiua.

Tres cauſæ quare ſuper addebatur quinta pars.

Primò, quia non eſt verum, quòd Deus volebat, quòd Iſraelitæ vouentes, non haberent deſiderium redimendi res ſuas, quia potius in quibuſdam volebat quòd redimerent, cum ipſæ res oblatæ per votum, non poſſent manere pęnes Sacerdotes: ſed oportebat tradi vouenti; vel, ſi ille redimere nollet, vendebantur alicui alteri, & nunquam Sacerdotes retinebant: & tamen adhuc ibi cum Deus vellet, quod rediret res ad vouentem: vel ad alios, imponebat Deus inſuper quintam partem ſoluendam.

Secundò, patet ſpecialiter in caſu iſto de animalibus immundis, quæ non poterant immolari: nam poterant illa manere pęnes ſacerdotem, & tamen propter fauorem vouentis concedebat Deus illi ſoli ius redemptionis; & ſi

A ille non vellet redimere, non cogebatur alteri ſacerdos vendere, vt dictum fuit præcedenti quæſt. ergo non eſt verum, quòd nollet Deus vouentes habere oculum ad redimendam rem; immò volebat quod haberent oculum ad hoc, vel ſaltem concedebat.

Secundò dici poteſt, quod fiebat hoc propter gratiam quam recipiebat vouens: nam poterat Sacerdos habere vtilitatem magnam ex illo animali, & tamen in fauorem vouentis cogebatur illud dare vouenti, ſi illud redimere vellet, ideo iuſtum erat, quòd imponeretur ei hoc onus, quòd compenſaretur cum emolumento.

Tertiò, quia Sacerdos grauabatur cogēdo vēdere iſtud animal, cum poſſet ex illo habere vtilitatem multam. pro hoc ergo onere quod ei imponebatur, ſcilicet, quod cogeretur vendere, iuſtum erat ei aliquid dare. & ſic dabatur quinta inſuper pars. & iſtæ duæ cauſæ ſunt veræ, & ad idem pertinent.

B Cum autem obiiciunt aliqui, quod iſta additio quintæ partis, non debebat eſſe niſi in rebus immobilibus, quia ibi conſequebatur vouens ſpecialem vtilitatem redimendo, vt dictum fuit: non tamen eſt ſic in rebus mobilibus. Dicendum quod licet non ſit eadem vtilitas in vtriſque, eſt tamen aliqua: & ideo imponitur vtrobique vouenti quinta pars inſuper, ſi redimat: nam circa mobilia non manet vendenti ius redimendi regulariter. Circa immobilia autem manet regulariter ius redimendi venditori, & ſi non redemerit, redit ad eum res in iubilęo. Sicut ergo circa res immobiles addit quintam redimens, vt res ad eum pro ſemper tranſeant, quæ aliàs ſolum vſque ad iubilęum rediturę eſſent, cum ſemel eas conſecraſſet C Deo cogitur dare inſuper quintam: ita circa res mobiles, cum non competeret vouenti de iure communi redimere rem, ſicut neque vēditori rerum mobilium redimere eas, vel recuperare eas in iubilęo: pro hoc fauore, qui ei conceditur, qui eſt in præiudicium Sacerdotum, quos iuuabat ius commune ad retinendum res oblatas ex voto, imponitur hoc onus addendi inſuper quintam partem; & hæc eſt veritas.

Quare Sacerdoti competebat taxatio animalium quæ redimebantur; & cur concedebatur, quod adderetur quinta ſuper æſtimationem, cum videretur gaudere tunc duplici priuilegio Sacerdos. Quæſt. XLVII.

D SED quæritur, quare Sacerdoti competebat taxatio animalium iſtorum, quæ redimebantur?

Aliquis dicet, quod hoc erat, quia in omnibus, quæ ex voto dabantur, quæ redimenda erant, Sacerdos taxabat pretium: ſicut patet ſupra, circa homines pauperes, qui non poterant ſoluere æſtimationem impoſitam à lege: ideo hic deberet ipſe taxare pretium.

Sed dicendum, quod non eſt iſta cauſa: ſed accidens commune, & illud fiebat ex aliqua cauſa, quæ potius reſpicienda eſſet, quam iſtud accidēs; & fortè illa cauſa non eſſet communis illi taxationi, & huic.

Dici poteſt, quòd in communi eſt cauſa: quia vota erāt res ſacræ; taxationes ergo circa res votiuas debebant eſſe ſacrorum iudicum, & iſti erant Sacerdotes; & iſta eſt communis ad taxationem in hominibus & in animalibus.

E Sed in ſpeciale dicendum, quod cauſa eſt: quia Sacerdos grauabatur in fauorem vouentis, vt cogeretur illi vendere rem ſuam, debebat ergo ipſe in aliquo alleuiari, ſcilicet, vt ipſe poneret pretium in re illa; nam ſi Sacerdos cogeretur vendere rem ſuam, vel animal illud in fauorem offerentis, & rurſus arbitrium taxandi relinqueretur vouenti; poſſet taxare paruo, & læderetur Sacerdos: quia pro paruo pretio cogeretur dare rem ſuam.

Secundò, quia hoc fulcitur iure communi: nam de iure communi vendens imponit pretium rei ſuæ, quod ſi non voluerit dare emptor, non celebratur contractus venditionis, & emptionis, ſed hic Sacerdos eſt vendens, quia animal per votum eſt ei debitum, quod ergo uouens illud habeat, eſt quod Sacerdos uendat, & uouens emat, unde & ſic dicitur uouens redimere: ideo ad eum debet pertinere taxatio pretij.

Sed

Sed dicet aliquis, quod hoc modo nunquam vouens redimeret: quia Sacerdos imponeret tantum pretium, quod vouens nunquam vellet dare.

Dicendum, quod hoc non eſſet inconueniens: nam ſi vouẽs cogeretur redimere, & Sacerdos deberet imponere pretium, poſſet aliquo modo grauari vouens: tamen non cogebatur redimere; ſed liberum erat ei redimere, vel non redimere. Ideo ſi videret ſibi vtile eſſe ſtare illi taxationi, redimeret: ſi autem non eſſet vtile, non redimeret: & ita non grauaretur.

Se obiicietur, quod ius redimendi cõceſſum erat in fauorẽ vouentis, vt oſtenſum fuit ſupra & præcedenti quæſtione, & ſi Sacerdoti liceret multum taxare, ſic excluderet vouentem ab intentione ſua; & nunquam poſſet gaudere hoc fauore: quia grauaret eum Sacerdos multo taxans rem per votum oblatam.

Dicendum, quod verum eſt, ſi liceret Sacerdoti taxare animal ad voluntatem ſuam, quod nunquam vouens tũc gauderet priuilegio ſibi cõceſſo: tamen taxatio Sacerdotũ ſemper erat æqualiter inter bonum, & malũ, id eſt, inter multum, & paucum, vnde nõ grauaretur vouens per illam, vnde etiam non excluderetur ab intentione ſua, neque ſuo fauore priuaretur.

Quare cõcedebatur quod adderetur quinta pars ſuper æſtimationẽ.

Sed nunc aliquis dicet, quare concedebatur, quòd adderetur quinta pars ſuper æſtimationem? Nam in hoc Sacerdos duplici priuilegio gauderet, ſ. quòd ipſe taxaret rẽ, & quod inſuper ei ſolueretur quinta; & hoc modo grauaretur vouens, & nunquam poſſet redimere; vnde ſi quinta æſtimationis addenda erat, videbatur, quod vouens deberet ponere pretium, & tunc adderetur quinta in fauorem Sacerdotis.

Dicendum, quòd inconueniens erat, quòd vouens poſſet taxare animal, quod redimebat. Primò, quia efficeretur iudex in re propria, quod non licet, Sacerdos tamen taxans, non efficiebatur ſibiipſi iudex, vel in re propria, vt oſtenſum fuit ſupra.

Secundo, quia illud erat iudicium circa res ſacras, & non debebat committi niſi ſacris iudicibus, ſcilicet, Sacerdotibus, non tamen Laicis, & illi erant vouentes.

Tertiò, & præcipuè, quia ſi taxatio concederetur vouentibus, etiam ſi apponeretur inſuper quinta pars in fauorem Sacerdotum, ſemper ipſi grauarentur immoderatè, vt ſi animal datum per votum valeret 15. denarios, & vouens taxaret decem, addebatur tunc quinta pars æſtimationis, id eſt, duo, & eſſent duodecim, & ita animal, quod valebat quindecim daretur pro decem. ideo nullo modo debuit concedi taxatio vouentibus.

Sed de quinta parte quæ addebatur, dicendum eſt, quòd illa addebatur ad iuſtum valorem. Nam ſi Sacerdos liberè venderet, daret rem pro iuſto valore. Nunc autem cogebatur vendere vouenti, ſi ille vellet redimere, & carebat Sacerdos vtilitatibus rei ad quã forte afficiebatur, & aliàs pro nullo pretio traderet, ſi eum lex non cogeret; ideo pro hoc onere iuſtum erat, vt ſupra iuſtam æſtimationem vel valorem rei, adderetur quinta.

Ad habendum autem iuſtum valorẽ non debuit committi æſtimatio vouentibus, ſed Sacerdotibus, & non ſequebatur aliquod inconueniens committendo Sacerdotibus, quia illi ſemper iuſte taxabant, ſcilicet, inter multum, & modicum, ſicut Deus iuſſerat.

Sacerdotes ſemp iuſtè taxabant.

Et hoc patet Primò circa taxationem in pretiis pauperum: quia quantum illi taxabant, tantũ tenebantur pauperes ſoluere, ſed ibi erat maior locus grauandi, quã circa taxationem iſtorum animalium: quia ibi tenebatur pauper ſoluere quantum imponeretur. Hic autem non tenebatur vouens redimere animal, quod vouerat, ideo hic minus poterat grauare. & tamen ibi permittebatur Sacerdotibus taxare, quaſi confiderent in eis, quod non grauarent, ergo à fortiori in præſenti non grauarent, & ita deberet eis committi.

Secundò, quia ſi Sacerdotes grauarent taxando multo pretio, magis ſeipſos grauarent, quã ſoluentes, vel vouentes, quia illos ſemel tantum grauarent, ſeipſos autẽ ſemper: nam ſi viderent Laici, quod abuterẽtur Sacerdotes poteſtate eis conceſſa, multum taxando, nihil poſtea vouerent: in quo Sacerdotes valde læderentur, quia magna

F pars redituum ſuorũ conſiſtebat in votis, potius ergo ipſi minuerent de pretio cauẽtes ne grauarent populares, offendendo animos eorum, quam aliqui alij iudices, confidenter ergo eis committi hoc potuiſſet.

Tertiò, quia interdum ſic taxare oportebat eos, vt laici vellent res emere, ſicut quando vouebatur ager, vel res immobilis, non poterat illa manere penes Sacerdotes, ſed neceſſe erat, quod vouens illam redimeret, vel quod alteri venderetur; ſi tamen ipſi magno pretio taxarẽt, nemo vellet emere. ergo tunc taxarent ſic, vt emi poſſent res, cũ apud eos non poſſent manere, vnde potius taxarent Sacerdotes ad paucũ quam ad multum. Iuſtũ ergo utrumque fieri fuit, ſcilicet, ut Sacerdos taxaret, & quod inſuper quinta pars adderetur, quia taxatio ſemper erat iuſta, & ſupra iuſtum ualorem debebat addi quinta pars,
G propter rationem ſupra poſitam.

An licebat Sacerdoti alteri, quam vouenti vendere animal oblatum, & an tunc adderetur quinta pars.

Quæſt. XLVIII.

SED adhuc quæretur, quando animal immundum, uel quod immolari non poterat, uendebatur alteri, quam uouenti, an dabat quintam partem inſuper.

Sed in hoc Primò eſt dubium, an alteri, quam uouenti uendebatur animal oblatum per uotum.

Et dicendum primo in hoc, quòd Sacerdos non tenebatur alicui alteri uendere niſi uouenti; & patet hoc Primò, quia nullus regulariter cogitur rem ſuam uendere, niſi interdum ſpecialiter lex eum cogat: ſed in præ-
H ſenti lex cogebat Sacerdotem uendere uouenti, ſi ille redimere uellet, & nihil ultra addidit. ergo non tenebatur alteri uendere.

Secundò, quia quòd Sacerdos cogeretur uendere rem ſuam erat quoddam præiudicium eius, ideo iſtud non fieret, niſi in fauorem alicuius. iſte autem erat fauor uouentis, quia bonum fecerat vouendo: aliis autem circa hoc nullus fauor debebatur, quia nullum bonum fecerant, ideo non cogebatur Sacerdos uendere alicui, niſi vouenti.

Si autem obijcietur, quòd cogebatur uẽdere aliis, cum infra dicatur in littera de animali immundo, quòd ſi non redimeret illud qui obtulerat, alteri uendebatur. Dicendum, quòd ad hoc ſupra quæſt. 22. & 45. reſponſum fuit.

Secundum erat, dato, quòd Sacerdos non coactus fuiſ-
I ſet illud animal uendere alteri quàm uouenti, an licuiſſet ei uendere illud.

Dicendum, quòd non eſt dubium quin potuiſſet uendere cui uoluiſſet. Nam ſi non potuiſſet Sacerdos animal uendere, hoc fuiſſet, quia illud eſſet ſpecialiter Domino conſecratum: ſed non conſecrabatur, cum poſſet redimi, quia uouens poterat illud redimere. ergo non oportebat illud manere penes Sacerdotẽ, ſed poterat illud uẽdere.

Secundò patet: quia animalia quæ dabantur Deo per uotum, non pertinebant magis ad Deum quàm animalia primogenita, ſed potius econtrario: quia animalia primogenita quæ erant munda, immolabantur Domino, Numeri 18. cap. animalia autem per uotum data, quæ munda erant, non immolabantur Domino, ſed totaliter cedebant Sacerdotibus, ut oſtenſum fuit ſupra; & tamen
K primogenita, quando erant immunda, redimebantur ab offerente ea. & ſi ille non redimebat, dabantur alteri, ut patet infra in littera: ergo à fortiori licebat animalia tradita per uotum uendere alteri, quando uouens non redimebat illa.

Tertiò patet: quia animàlia mũda, quæ immolari poterant, magis pertinebat ad Deum, quàm immunda quæ non poterãt immolari, cum etiam animalia munda promiſſa per votum, non poſſent redimi, neque commutari, quin tranſirent ſemel ad Sacerdotem, & tamen animalia illa mũda, poſtquam tranſiiſſent ad Sacerdotem, licebat ei vendere quibus vellet, ſiue vouenti, ſiue quibuſlibet aliis, vt oſtenſum fuit ſupra, quæſt. 37. 38. & 39. ergo à fortiori poterat vendi animal immundum traditum per votum cuicumque vltra vouentem, cum ille non redime-
ret.

Nunc

Nunc dubium manet de quo petebatur, ſcilicet, ſi animal debitum per votum venditum fuiſſet alteri quam vouenti, an dare teneretur æſtimationem, & inſuper quintam partem. Aliquis diceret, quòd ſic: quia vouens dabat cui maior fauor debebatur; ergo à fortiori dari poterat cuilibet alteri quam vouenti. Dicendum, quòd vouentes ſoli dabant quintam, quando redimebant, & alij non.

Sed rationem quidam reddunt, quia ita dicitur de illis, qui vouebant agros, aut domos: nam ſi vellent redimere, dabant inſuper quintam partem, ſi autem aliis venderentur illi alij, dabant ſolam æſtimationem, vt patet in littera. ita ergo & hic, vouens adderet quintam, & alij non.

Sed dicendum, quòd non eſt conueniens hæc probatio; quia ibi vouentes conſequebantur maiorem vtilitatem quàm alij emētes: nam ſi vouens redimebat rē ſuam, retinebat eam in perpetuum: ſi autem alius emebat, manebat apud eum ſolum vſque ad iubileum, & in iubilęo redibat ad Sacerdotes, qui iterum vendebant eam, & ita in perpetuum fiebat; maiorem igitur conſequebatur vtilitatem vouens redimendo rem ſuam per votum oblatam, quàm alij emendo: ideo ille plus dare debebat. ſecus in præſenti, quia animal cum venderetur à Sacerdote, nunquam redibat ad illum, ſiue redimeretur à vouente, ſiue ab altero emeretur. Non ergo conſequebatur in hoc maiorem vtilitatem vouens quàm aliquis alius: & ita non erat iſta cauſa, neque ſufficiens probatio.

Dicendum igitur aliter, quòd ſi alius rem datam per votum, emeret, & non ipſe vouens, non dabat quintam partem inſuper, ſed ſolum æſtimationem ſimplicem rei.

Et patet primo: quia ſimile eſt omninò de primogenitis, quando erant immunda: nam redimere ea licebat offerenti, data inſuper quinta, & ſi ille non redimebat, venderentur alteri qui dabat quantum fuiſſent æſtimata, vt infra in littera. ergo, & nunc ſi alteri venderentur animalia data per votum, ſolam æſtimationem dabat.

Secundò, quia ceſſabat cauſa in aliis: Nam vouens ſi redimebat, dabat quintam, quia cogebatur ei dare Sacerdos rem, & ob id carebat Sacerdos libertate rem ipſam vendendi, vel retinendi; ſi autem alteri vendebat, non faciebat tunc coactus à lege, ſed quia volebat: ideo non tenebatur alius dare aliud niſi æſtimationem ſolam: quia nullus fauor attendebatur circa eum: ſecus erat in vouente, quia in fauorem eius cogebatur dare ſacerdos rem per votum oblatam.

Tertiò, quia appoſitio quintæ partis erat, ne res tranſiret ſemel ad Sacerdotē, & ita tam in agro, quàm in aliis immobilibus, ſi vouens volebat redimere, antequam trāſiret ad Sacerdotem, dabat quintam partem, & ita res non efficiebatur ſacra: & ita hic ſi redimebatur animal, non tranſibat ad Sacerdotem, ſed ipſe qui vouerat retinebat eam ſibi & nunquam efficiebatur ipſorum Sacerdotum: poſtquam autem res efficiebatur Sacerdotū, nunquam erat locus redemptioni: ideo nunquam addebatur quinta inſuper; ſed quandocumque vendebatur alteri, effecta erat res Sacerdotum, ideo non poterat addi quinta.

Additio quinta fiebat rē [illegible] trāſire in ius Sacerdotum.

Erat autem multa differentia in hoc, quia quādo trāſibat ſemel res ad Sacerdotes, competebat eis idē ius quod aliis venditoribus rerum ſuarum. Nam ſi vendebat rem immobilem, redibat ad ipſum in iubilęo, ideo ſi poſſeſſio immobilis vouebatur, & ſemel ad Sacerdotes tranſibat, cuicumque poſtea vendebatur, oportebat, quòd rediret ad ipſos Sacerdotes in iubilęo, & tunc iterum vendebant illam, & ſic faciebant in omni iubilęo. Et ideo ſi tūc emebat rem illam dominus qui fuerat illius antea, vel alius extraneus, ſemper redibat ad Sacerdotes in iubilęo: ad impediendum igitur hoc, oportebat quòd non tranſiret res ad Sacerdotes, ſed cum vouens offerret illam Sacerdoti, antequam tranſiret ad ius Sacerdotum, & redimebat eam, dando æſtimationem impoſitam à Sacerdote, & inſuper quintam partem per illam redemptionem fiebat vt non conſecraretur res, neque pertineret aliquando ad ius Sacerdotum, & ideo poterat ſibi vouens illam retinere in perpetuum; & hoc dicit apertè littera infra.

In rebus autem mobilibus, aut animalibus immūdis, ſiue animalia ad Sacerdotem tranſibant, ſiue non, aliter fiebat: nam poterant ſemper redire ad ſęculares; & hic non erat talis diuerſitas: quia in rebus mobilibus venditio rata erat ſemper. & non reuertebantur vnquam etiam in iubilęo, ideo ſi vouens redimebat antequam ad ius Sacerdotum tranſiret animal, ſiue Sacerdotes illud poſtea alicui venderent, non reuertebatur vnquam ad Sacerdotes, quia venditio fiebat ſimpliciter & abſolutè ſine conditione.

Erat tamen iſta differentia: quia ſi vouens redimebat rem, antequam tranſiret in ius Sacerdotum, non emebat rem Sacerdotum, quia nondum habebāt ius in illa, quia non tranſiuerat adhuc ad eos: ſed redimebat eam, id eſt, faciebat, vt nō cogeretur eam, quæ adhuc ſua erat, & Sacerdotibus obligata, dare Sacerdotibus. Si verò ſemel ad Sacerdotes trāſiuerat, ſiue emeret eam extraneus, ſiue qui fuerat dominus, non redimebat eam, ſed emebat rē alienam quæ erat Sacerdotum, in qua ipſe nullum ius habebat: & tamen ſi accidiſſet, quòd vouēs noluiſſet redimere rem ſuam, & illa nulli alteri venderetur, & Sacerdos vellet eam poſtea vendere domino, non dabat ille quintā partem inſuper, ſed quantum conueniſſet inter eum, & Sacerdotem, quia tunc non redimebat eam, ſed emebat.

Alia differentia eſt, quia antequam res tranſiret ad ſacerdotes, licebat vouenti redimere inuito ſacerdote, & hoc, quia res ſua erat, poſtquam autem tranſiuerat ad ſacerdotem, quia non erat vouentis, ſed ſacerdotis, non habebat vouens ius redimendi, idq. non ſolum data inſuper quintā, ſed etiam ſi daret duplum, vel triplum illius quod ſacerdos æſtimaſſet. Fiebat autem iſta conſecratio, vel tranſitus ad ſacerdotem per ſolam recuſationē redimendi, id eſt, quando vouēs offerebat animal ſacerdoti, & ſacerdos taxabat pretium illius; ſi ſtatim vouens non dicebat, quòd volebat dare pretium illud retento animali, tranſibat animal ad ius ſacerdotis, & non poterat amplius vouens oblatum illud redimere.

Quando animal ex voto tranſiebat totaliter ad Sacerdotes.

Quæ erat illa æſtimatio animalis, quam dabat alius, quàm vouens. Quæſt. XLIX.

SED dubium eſt propter id quod dictum eſt, quæſt. proxima, de illo qui emit animal datū ex voto, quando vouens noluit redimere, quòd non dat quintā partem inſuper, ſed ſolam ęſtimationem: quæ ęſtimatio erit illa, an ea quam fecit ſacerdos pro vouente, ad hoc, quòd redimeret, vel alia quæ poſtea fiet.

Aliqui dicunt, quòd erat illa æſtimatio, quam ſacerdos faciebat à principio; vt patet infra in littera, ſcilicet, ꝙ ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit, iuxtā æſtimationem factam à ſacerdote, & addet quintam partem pretij: ſi redimere noluerit, vendetur alteri quantumcumque fuerit æſtimatum. ergo dabatur aliis pro æſtimatione, quam prius fecerat ſacerdos.

Dicendum, quòd ſi ſacerdos alteri venderet illud animal, non ponebat quintam partem ſuper taxationem: & tamen taxatio non erat qua prius facta fuerat, ſed alia, quam faciebat deinde ſacerdos ſecundum quòd conueniebat inter ipſum, & ementem. Et patet primò: quia illa taxatio fiebat pro vouēte, vt daret illam; & quintam partem inſuper ſi redimere vellet: ideo non proderat iſta taxatio aliis, & ſic poterat ſacerdos facere alteram.

Secundò, quia quando ſacerdos taxabat pro vouente, cogebatur dare, ſi ille petebat, quia erat ſibi ius redimendi, & ſic tenebatur ſacerdos taxare iuſtè, ſcilicet, inter paruum, & multum; cum verò alteri vendebat, non cogebatur vendere, neque competebat emptori aliquod ius emendi, niſi inquantum hoc vellet ſacerdos; ergo non tenebatur ad certum modum taxandi, ſed taxabat quantumcumque volebat ſacerdos.

Tertiò, quia ſacerdos non cogebatur aliquid perdere de ſuo, niſi in fauorem vouentis, cuius fauorem Deus attendebat, propter bonum opus, quod fecerat vouēdo, vt alliceret eum ad hoc faciendum ſæpius. ſed poterat eſſe, quòd

quòd aliqui ex affectione plus dare vellent, quam ſacerdos taxauerat, aut quòd aliqui taxarent maioris pretij eſſe animal, quàm Sacerdos æſtimauerat: ideo non cogebatur ſacerdos ſtare primæ taxationi in fauorem eorum qui non vouerant, ſed poterat quantumcumque vellet æſtimare.

Quartò, quia illud poterat habere aliqualem colorem, ſi ſtatim vt vouens noluiſſet redimere, alius emiſſet quia videretur, ꝙ debuiſſet manere eadem æſtimatio: & tamen poterat eſſe, quòd multo poſt res venderetur, quando ex conditione temporis, aut loci res magis valeret. ergo non cogebatur ſtare primæ taxationi.

Quintò, quia ſicut res inter alios acta regulariter aliis non præiudicat, ita & aliis non confert ius, ſed taxatio quam ſacerdos faciebat erat inter ſe, & vouentem, ad redimendum animal, ergo ſi ille non redimebat, non profuiſſet aliis iſta taxatio, ad hoc, quòd ſacerdos daret eis animal pro illo pretio: ſicut ſi quis vendebat nunc rem ſuam vni, quam dabat pro certo pretio, & non conueniat inter eos, & alius tertius eam velit pro illo pretio, non tenebatur venditor pro illo pretio dare.

Determinatio. Dicendum, quòd ſi ſacerdos alteri vendebat, & nõ vouenti, non cogebatur ſtare taxationi primæ, ſed maiori, aut minori, ſicut videbat ſibi vtile eſſe. & ſi aliquando daret pro illa priori taxatione, non fiebat hoc, quia prior taxatio aliquas vires haberet, ſed quia de nouo placebat ei illam taxationem facere, ac ſi nũquam facta fuiſſet, ſicut eſt de quibuſdam præceptis Iudicialibus Veteris Legis, quæ nunc ſeruantur in Eccleſia, quia non ſeruantur, quaſi obligent ex prima inſtitutione, quam habuerũt à Deo, ſed ex noua inſtitutione Eccleſiæ.

De prædictis autem non eſt dubium, niſi quis diceret, ꝙ lex Dei ſpecialiter obligaſſet ſacerdotem ad vendendum pro priore taxatione: eſt tamen dicendum, quòd non obligat, quia ſi obligaſſet ad vendendum alteri quã vouenti, forte obligaret ad vendendum pro taxatione priori, & tamen non obligat ad vendendum, vt oſtenſum eſt ſupra. ergo conſequenter neque ad priorem taxationem. Cum autem obiiciebatur de eo, quod habetur infra in littera.

Dicendum, quòd illud non obſtat, ſed potius adiuuat, immò, nec eſt alius locus in littera, qui melius hoc probet: quia non dicitur ibi, quòd ſi ille non redemerit, vendetur alteri, ſicut fuerat æſtimatum, ſed dicitur quantumcumque fuerit æſtimatum, & ex hoc dupliciter probatur intentum.

Primò, quia dicitur fuerit æſtimatum, quod eſt futurum coniunctiui, & idem eſt, ac ſi dicatur, quantum æſtimabitur.

Secundò, & præcipuè, quia dicitur quãtumcumque & tamen ſi Scriptura vellet dicere, ꝙ maneret prior æſtimatio, diceret quantum, & non quantumcumque.

Ideo eſt ſenſus, quòd ſi non redemerit vouens, ſed alteri fuerit vendita res, non cogeretur ſacerdos, & emẽs ſtare priori taxationi, neque additioni quintæ partis, ſed quantumcumque fuerit conuentum inter partes, tantum dabitur, etiam ſi ſit plus quam tota præcedens taxatio, cum quinta, & nõ erit reſpectus aliquis ad priorem æſtimationem.

Idem quoque intelligendum eſt circa immobilia, quæ ſacerdotes non poterant retinere. Nam cum voueret quis agrum, aut domum, & nollet redimere, vendebatur alteri, & ille non dabat æſtimationem quæ fuerat conſtituta à ſacerdote pro vouente redimente; ſed eam quæ conueniret inter ſacerdotes quorum efficiebatur res, & ipſos ementes. nam littera infra, nihil dicit de iſto pretio, ſed ſolum, quòd venderetur res alteri.

An res mobiles poſſent Deo voueri, & an poſſent omnia redimi à vouente, & qualiter redimebantur, cum quinta ne, an ſine. Et an vendi potuiſſent alijs; Et pecunia ex ea redemptione, vel venditione extracta, cuius iuri cederet, Dei ne, an Sacerdotum. Quaſt. L.

EST nunc dubium de aliis rebus mobilibus, quando vouerentur, vt ſunt veſtes, vel arma, aut vtenſilia F domeſtica, vaſa aurea, vel argentea, libri, & huiuſmodi, an ſic redimeret ea vouens data quinta parte inſuper, & quomodo aliis venderentur, quando vouentes nollent ea redimere.

Dicendum, quòd hic ſunt duo dubia. Primum eſt, an iſta vouerentur. Secundò ſi vouebantur qualiter redimerentur.

Circa primum aliquis dicet, quòd iſta non vouebantur, ideo non oportet quæri de his. & patet: quia Deus dedit hic doctrinam ſpecialem de his quæ vouebantur: & dixit ſolum de homine, agro, & domo, animali mundo, & immundo, ſed non eſt inſufficiens doctrina Dei: ergo non poſſunt aliqua alia voueri.

Dicendum, quòd poterant voueri. Primò, quia non ſunt magis aliena Deo aurum, & argẽtum, & cetera ina- G nimata, quàm domus, & ager. ſed poſſunt domus, & ager conſecrari Domino. ergo & hæc voueri poſſunt.

Secundò, quia de his poterat eſſe dubium aliquod, ſi applicari deberẽt Deo per votum. applicabantur tamen Sacerdotibus, quia omne quod ex voto dabatur, ipſorum erat, Numeri 18. cap. ergo cum eis omnia hæc applicari poſſint, non eſt dubium, quin poſſint voueri.

Tertiò, quia quælibet eleemoſyna eſt permiſſa, immo eſt licita, niſi ſit expreſsè prohibita. votum autem quædam oblatio, vel eleemoſyna eſt, & non prohibetur votum fieri de aliquo horum. ergo quodlibet illorum licebit voueri.

Quartò, quia ſola illa quæ habent turpitudinem quandam, vetantur Domino offerri, & voueri, ſicut mercedes meretricum, quia ſunt turpes, & pretium canis, quia illud H quoque, vel eſt turpe, vel contemptibile, vt patet Deuteronomi. 23. cap. Non offeres mercedem proſtibuli, neque pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud eſt, quod voueris, quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum. Sed iſta non ſunt turpia, ſcilicet, veſtes, arma, libri, aurum, & argentum, & vtenſilia. ergo poterant voueri.

Quintò, quia votum eſt de maiori bono, id eſt, de bono, quod non cadit ſub præcepto: omne ergo bonum, ſiue conſiſtat in agendo, ſiue in dando, poteſt cadere ſub voto: ſed dare propter Deum quidquid eſt alicuius valoris, eſt opus bonum: ergo poteſt ſub voto cadere. & ita non erit aliqua res alicuius valoris, quæ non poſſit voueri.

Cum autem obiiciebatur, quòd Deus hic dedit doctri- I nam de votis, & non poſuit, niſi de hominibus, & domibus, & agris, & animalibus. Dicendum, quòd non poſuit Deus de his, quaſi hæc ſola liceret voueri, ſed poſuit hæc exempli cauſa. ſicut qui exemplificat in aliqua regula non exprimit omnia illa, quæ ſub illa regula cadũt: & apparet, quòd intentio Dei fuerit, quod multa alia poſſent voueri: nam ſi ſola hæc poſſent voueri, ſuperuacuum erat dici, quòd non offerretur, neque voueretur merces proſtibuli, & pretium canis, Deuter. 23. cap. cum non ſint illa de illis quæ nominantur hic.

Item non poteſt dubitari quin fruges, & fructus arborum poterant voueri, & vinum, & farina, & huiuſmodi, quia hæc poterant offerri, & de his dabantur primitiæ, & decimæ: ergo à fortiori vouerentur, quia quædam erant quę per votum tranſibant ad Deum, & non per decimas, K aut primitias, ſicut homo, & ager, & domus.

Aliter adhuc poteſt dici, quòd Deus dedit hic doctrinam de votis, & eſt ſufficiens: tamen non poſuit omnia quæ poſſunt voueri expreſsè, quia per hæc quæ expreſſit, intelliguntur omnia alia. nam omne quod vouetur, aut eſt homo, aut res hominis: ſi hominis res, aut eſt mobilis, aut eſt immobilis: ſi immobilis, ſic eſt domus & ager; ſi mobilis, ſic eſt animal, & ſub hoc includũtur omnia mobilia, quia tamẽ animalia ſunt duplicia, quædam immolabilia, alia non immolabilia, diſtinxit illud littera. omnia autem mobilia pręter animalia includuntur ſub animalibus non immolabilibus, quia ipſa non ſunt immolabilia. & ita ſufficiẽtem doctrinam dedit de omnibus hic Deus: licet non expreſſerit omnia quæ voueri poterant, tradens membra, ſub quibus omnia includerentur.

Nunc eſt dubium, cum omnia poſſent voueri, an poſſent

ſent

Vtrũquid cũa poſſent redimi, aut qualiter redimerẽtur.

ſent etiam omnia redimi, aut qualiter redimerentur. Circa hoc dicendum, ꝙ aut ea, quæ vouebantur, determinatè vouebantur, vt eſſent pro Sanctuario Domini, aut ſimpliciter vouebantur.

Si primo modo cedebant omnia Sanctuario, & nihil Sacerdotibus. & tunc dicendum, quòd aut illæ res quæ vouebantur, erant tales quæ poterant per ſeipſas cedere in vſus aliquos Sanctuarij, aut non. Si primo modo non redimebantur; ſed tranſibant in ius Sanctuarij, & reponebantur in theſauris domus Domini: ſicut erat aurum, argentum, æs, ferrum, ligna Sethim, plumbum. Nam ſimilia iuſſit Deus à principio offerri ab Iſraelitis in constructionem Sanctuarij in deſerto, ſ. aurum, argentum, æs, ferrum, ligna Sethim, purpuram, coccum, hyacinthum, byſſum, pilos caprarũ, & oleum. Exodi 25. 35. & 36. capp. Poſtea quoque cum fabricandum fuit templum Salomonis, Dauid obtulit aurum, argentum, æs, ferrũ, ligna, & plumbum. 1. Paralipom. 29. cap. & principes quoque ſimiliter obtulerunt, eod. cap. & ad hoc congregabat Dauid omnes theſauros harum rerum, quos in prœliis acquirebat, vt patet 2. Reg. 8. cap. & omnia hæc ſeruabant Leuitæ qui erant theſaurarij, in theſauris domus Domini. 1. Paralip. 27. cap. vbi ponuntur theſauri quos conſecrauerunt Samuel, & Saul, & Ode, & Abner, & Ioab, id eſt, obtulerunt eos Domino. Et ſicut offerebantur hæc ad faciendum Sanctuarium, & templum, ita etiam offerebantur, & vouebantur, poſtquam hæc facta erant, ad vſus quotidianarum, neceſſitatum, & manebant in theſauris domus Domini. patet hoc in bello, quod habuerũt Iſraelitæ contra Ammonitas in deſerto: nam aurum, & argentum inde ablatum obtulerunt in theſauros Sanctuarij, Numer. cap. 31. & in Anathemate Iericho iuſſit Deus, quòd quidquid argenti, & auri ibi eſſet & vaſorum æneorum, & ferri, conſecraretur ei compoſitum in theſauris eius, Ioſue 6. cap. Sic quoque facto templo Salomonis reponebantur multa in theſauros Domus Domini, vt patet 4. Reg. 12. & 2. Paralip. 24 cap. ſicut ergo iſta per oblationem erant, ita & per votum dari poterant. Et tunc dicendum, quòd omnia huiuſmodi quæ immediatè ſeruire poterant ad vſus Sanctuarij, non redimebantur, ſed reponebantur in theſauris Dei, vt aurum, argentum, ferrum, plumbum, lapides pretioſi. Alia autem erant mobilia, quæ non poterant immediatè ſeruire Sanctuario, vt veſtes, libri, arma, vtenſilia domeſticaca. & de his dicendum eſt, quòd redimebantur, vel vendebantur. fiebat autem redemptio, & venditio, ſicut infra dicetur.

De animalibus autem ſi vouerentur pro Sãctuario, dicendum, ꝙ aut erant quæ immolari poſſent, aut non poterant, vt quia immunda erant, vel maculata; ſi autem non poſſent immolari, redimebantur, aut vendebantur, ſicut fiebat in illis quæ cedebant Sacerdotibus.

Si aut poſſent immolari, dubitaret aliquis, quia quantum ad illa quæ Sacerdotibus cedebant, dicitur in littera, ꝙ applicabantur Domino, & non poterãt commutari pro melioribus, vel peioribus. & tamen poſtquam tranſiiſſent ſemel ad ius Sacerdotum, poterant illa vẽdere, vel comedere, & non immolabant ea Domino, vt oſtenſum eſt ſupra. Sed circa animalia, quæ cedebant Sanctuario, non apparet quòd ſic fieret.

Circa quod dicendum, quòd quandocumque vouebatur animal, quod poterat immolari, ſemper applicabatur Deo, & non poterat commutari; ſed poterat illud tripliciter euenire, ſecundum ꝙ votum fieret tripliciter. Vno modo: voueo Deo iſtud animal ad immolandum. Alio modo: voueo iſtud animal Deo ad vſus Sanctuarij. Tertio modo: voueo iſtud animal Deo. Primo modo cedebat Deo; Secundo Sanctuario; Tertio ſacerdotibus. Primo modo immolabatur ſemper animal. Tertio modo non immolabatur, ſed cedebat iuri Sacerdotum, vt comederent illud, vel venderent. Secundo modo cedebat iuri Sanctuarij, & tunc poterat vendi, vt pecunia redigeretur in vſus Sanctuarij, vel immolaretur. & vtroque modo proderat æqualiter ad vſus Sanctuarij. Nam ſi venderetur, habebatur inde pretium, ſi aũt non venderetur, immolabatur & ſic nõ erat neceſſarium pecuniã expendi,

A nam quotidie fiebant certa ſacrificia, quæ erant ordinaria, & in feſtiuitatibus plura, vt patet Numer. 28. & 29. c. & iſta animalia emebantur expẽſis Sanctuarij. & ſic poterat illud animal offerri loco alicuius animalis ordinariè offerendi, quod animal eſſet emendum, ideo proderat ſic ad vſus Sanctuarij.

Si autem voueretur pro Sanctuario res immobilis, vt ager, aut domus, non poterat transferri ad vſus Sanctuarij, ideo redimebatur, vel vendebatur. nulla quippe res immobilis applicari poterat immediatè ad vſus Sanctuarij, ideo ſi voueretur redimenda erat, vel vendenda, vt dicetur infra.

Quò res mobiles oblatæ ꝑ votũ cedebãt Sacerdotib. & q̃ poterãt redimi, & quæ non.

Accedendo autem quantum ad id, quod petebatur de mobilibus, quæ offerebantur, & vouebantur Sacerdoti, quæ non erant animalia, vt aurum, argentum, & huiuſ-

B modi. Dicendum, ꝙ cum nullum iſtorum eſſet animal, quod immolari poſſet, poterant redimi & vendi, quia ſolum animal immolabile erat, quod non poterat redimi, neque commutari; cetera autem redimi poterãt, ſed erat aliquid, quod per accidens non poterat redimi. non quidem quaſi neceſſe eſſet ſanctificari Deo, ſed quia nõ erat aliquid per quod redimeretur: nam omnis redemptio fit dato pretio rei. ipſum ergo pretium non poteſt redimi; quia ipſum eſt medium quo quidpiam poteſt redimi. Et ob hoc ſi quis offerret, vel voueret pecuniam, non poterat redimere illã, quia non poterat fieri æſtimatio illius, quia ipſa eſt per quam aliquid æſtimatur. vnde ob hoc cetera emi poſſunt: moneta autem non poteſt emi, quia ipſa eſt per quam aliquid emitur; & licet vnam monetã pro alia commutemus, non tamen emimus, quia vtraque eſt pre-

C tium, & medium commutandi. Similiter ſi aurum, & argentum in maſſa, id eſt, non formatum, vt in aliquo vaſe, vel vtenſili voueretur, vendetur, quia non erat redimendum, quia illud eſt pretium, ſicut moneta, & non habet adhuc aliquem actum, cum ſit argẽtum, & aurum rude, ſed ſolum eſt pretium. ideo eadem ratio eſt de illo, & de moneta, quòd non redimatur. Si autem ſit aurum, & argentum formatum in vaſa, licet valorem habeat, iam redimi poteſt, & vendi, & ratio eſt.

Primò: quia vbi eſt aliquis actus præter valorẽ cum ſit vas, vel vtenſile ſeruiens ad aliquam miniſtrationẽ: aurũ autem & argentum rude, non habet aliquem vſum, niſi quòd eſt pretium vel valor, ideo illa non redimuntur.

Secundò, & principalius, quia aurum, quando eſt rude, eſt æquale in valore, & argentum quoque cũ non ha-

D beat aliquid niſi eſſe aurũ, vel argentum. & ſic ſunt pretium, & regula commutationis, qua menſuratur valor in aliis: aurum autem, & argentum redactum in vaſa, habet aliquid præter eſſe aurum, & argentum, ſ. ingenium artificis, & figurationem quæ reddit pulchritudinem, & vſum aliquem, propter quod aliquando æquale de auro, vel de argento in pondere eſt duplum, vel triplum in valore ad alterum æquale in pondere, ideo tale argentum, & aurum non ponitur, vt pretium, vel medium commutationis, ſed potius vt aliquid commutabile, vel emptibile, & ita ſi illud voueretur, redimi poterat, vel vendi. De ceteris autem mobilibus quæ non ſunt animalia: Dicendum, quòd poſſent redimi & vendi, quia nõ applicabantur Deo per ſe: & etiam quia non ſunt pretium rerum, ſed res appretiabiles.

Quis modus tenebatur in redimendo res q̃ cedebant Sacerdotibus.

E Sed circa hæc dicet aliquis, quòd non redimebantur neque vendebantur, quia Scriptura non expreſſit hæc, ergo non licebat redimi neque vendi, ſed retinebat ea ſibi ſacerdos.

Dicendum, quòd circa omnia hæc fiebat redemptio, & venditio. Et cum obiicitur, quòd non ſcriptum eſt de hoc: dicendum, quòd non tenet ratio.

Primò, quia ſi ita arguatur, ꝙ non licebat fieri, quia nõ ſcriptum eſt. Dicetur, ꝙ non eſt prohibitum, quia prohibitio ſcripta non eſt. ſic arguit Hieronymus in Prologo Epiſtolæ Hebræorum contra quoſdam, qui dicunt eam non eſſe Pauli, quia non eſt ibi ſcriptum nomen ſuum. ergo nullius eſt, quia nullius nomen ibi ſcriptum eſt.

Secundò, & præcipuè, quia circa hoc fundatur intentio noſtra de iure communi: cum enim aliquid tranſit in ius alicuius, licet ei illud vendere, & non oportet ad hoc

dare ei licentiam aliquam; ſed ſolum ꝙ non ſit expreſſa prohibitio de vendendo, & ideo cum non ſit expreſſa aliqua prohibitio de vendendo, etiam ſi non ſit expreſſum, quòd liceat, licebit ſacerdotibus vendere ea quæ illis ſic cedebant.

Sed dicendum ꝙ hoc tenet quantum ad hoc, quòd liceret Sacerdotibus vendere res illas, quia hoc competebat de iure communi: & ideo non eſt neceſſaria permiſſio expreſſa; ſecus autem eſt de iure redimendi: quia iſtud ius introductum fuit in fauorem vouentis, & eſt priuilegium illius. & non creditur aliquis habere priuilegium, niſi illud oſtenderit. Dicendum ergo tertiò, propter hoc, ꝙ iſta includuntur ſub lege expreſſa, nam eadem lex eſt de omnibus his mobilibus quæ voueri poſſunt, quæ eſt de animalibus quæ non immolantur. nam in illis competit redemptio vouenti quam conceſſit Deus vouenti, ſ. quòd non ſit neceſſarium tranſire in poteſtatem Sacerdotis ea, quæ promiſſa fuerint per votum, ſed poſſit ea retinere vouẽs, dato pretio eorũ, & quinta inſuper parte illius. Idem autem eſt in omnibus his, cum non ſint iſta talia, quæ neceſſe ſit applicari, & hoc licet littera non dicat, manifeſtum eſt, quia omne quod vouetur, aut neceſſe eſt applicari Deo, aut redimi poteſt. Sed in omnibus quæ vouẽtur nihil Scriptura expreſſit, ꝙ applicari neceſſario deberent Deo: niſi animal quod immolari poterat: in aliis autem conceſſit redemptionem, vt in homine, in agro, & domo, & animali non immolabili. Sed iſta mobilia non ſunt animalia immolabilia. ergo competere voluit circa hæc Scriptura redimẽdi ius vouẽti. Et iſta eſt cauſa quare nõ expreſſerit de his, quia, ſcilicet, Sacra Scriptura breuiter loquitur, & poterat ſub prædictis intelligi de his mobilibus, quid fieri deberet, ideo non expreſſit, quaſi concedens idem fieri debuiſſe, quod de animalibus non immolabilibus. De venditione magis notum eſt: quia aliqua ſunt in quibus non competebat ius redemptionis, & vendi poterant, ſicut erant animalia immolabilia per votum oblata, nam illa non poterãt redimi, neque commutari, ſed neceſſe erat ſemel tranſire ad Sacerdotem: & ſic poſtquam tranſibant, poterat illa vendere, vel manducare, quia non cogebatur illa Sacerdos immolare Deo, vt oſtenſum fuit ſupra: à fortiori ergo in quibuſlibet aliis competebat Sacerdoti poſſe vendere.

Quod vouetur duplicẽ habet cõditionem.

Dicendum ergo, quando huiuſmodi mobilia vouebantur, adducebat ea vouens ante Sacerdotem qui illa æſtimabat, & ſi vellet vouens illa retinere, dabat inſuper partem quintam pretij, & retinere poterat, etiam ſacerdote inuito: ſi autem ille nollet tunc redimere, non habebat poſtea recurſum ad illa ad redimendum, vel emendum, ſed retinebat ea ſibi Sacerdos, vel vendebat ſub quacumque æſtimationem ei placeret: ſicut de animalibus non immolabilibus oblatis ſupra diximus.

Quid fiebat de rebus quæ per votum cedebant Sanctuario, & an poſſent omnia redimi; & de tribus modis earum.
Quæſt. LI.

NVNC autem de illis rebus, quæ per votum ad Sãctuarium perueniebãt, dicendum eſt, quòd aliquæ earum tranſibant ad immediatos vſus Sanctuarij, & illæ non redimebantur, vt oſtenſum ſupra fuit. Aliæ autem erant quæ redimebantur. Alia erant quæ non redimebantur, poterant tamen vendi.

De primis dicendũ, ꝙ manebant firmiter in theſauris domus Domini, vt erat ferrum, aurũ, argentũ, & æs. & iſta neque redimebat vouens, neque Sacerdotes vẽdebãt alteri, ſed in theſauris Sãctuarij ſeruabantur. De tertiis dicendum, ꝙ erant ſola animalia immolabilia, & iſta non poterãt commutari neque redimi: quia Deus iſtud vetuerat vt hic in littera, ſed applicanda erant neceſſario ei, cui cedebant; & quia in aliquo caſu cedebant Sanctuario, vt oſtenſum fuit ſupra, applicanda erant ei: & tunc Sacerdotes qui præerãt Sãctuario, poterãt illa immolare in ſacrificiis ordinariis, ſicut aliqua alia emere tenebãtur expẽſis templi ad immolandũ: aut ſi melius eis videretur, poterãt vendere illa animalia, & reponere illorũ pretia in theſauris domus Dñi: nam nõ erat neceſſe immolari illa, cũ non

F cederent Deo, ſed Sanctuario. & non cedebat Deo ad immolandum, ſed ad expenſas: nam non immolabantur talia animalia, quaſi ex lege determinata eſſẽt ad immolandum, qui erant munda, ſed quia cedebãt in vſus Sanctuarij, & expenſas. & tam vtile erat Sanctuario vendere hæc, & emere alia ad immolandum, quãtum immolando hæc, euitare expenſas. Circa alia animalia immolabilia poterat de eis æqualiter fieri vtrumque. De ſecundis dicendum, quòd competebat vouẽtibus circa illa redemptio: ſed iſta erant duplicia, quædam immobilia, vt domus, & agri, & alia mobilia, vt veſtes, arma, libri, & animalia non immolabilia.

De primis dicendũ, quòd competebat in eis redimendi ius vouenti: nam taxabat Sacerdos domum, vel agrũ, iuxta regulas datas in littera, ſ. ſi erat domus taxabat, an
G eſſet pauco tẽpore votum ante iubilæum, & paruum pretium æſtimabat; ſi erat multo tẽpore ante, taxabat multum pretium: ſi autem eſſet ager, conſiderabatur magnitudo illius, & vtilitas, ſcilicet, quantum ſementis caperet; & etiam an pauco tempore, vel multo ante iubilæũ voueretur; & iuxta hoc taxabat multum, aut paucum de pretio, & addebat vouens quintam partem ſi volebat redimere, & retinebat ſibi domum, vel agrum ipſum, & pretium cum quinta dabatur in theſauros Sanctuarij. Si autem nollet redimere, vendebatur alteri pro æſtimatione, quæ conueniret inter Sacerdotes & emptores, & manebat apud emptorem vſque ad iubileum, & tunc reuertebatur ad ius Sanctuarij, & vendebatur nomine Sãctuarij, & pretium venditionis applicabatur Sanctuario. Sed ad hoc aliquis dicet, quòd non poterat tali modo ager,
H aut domus pertinere ad Sanctuarium, ſed ad Sacerdotes: quia dicitur in littera, quòd poſſeſſio conſecrata ad ius pertinebat Sacerdotum.

Dicendum, quòd ibi loquitur Scriptura de votis quæ fiebant ſimpliciter, ſ. voueo talem rem Deo: nam omnia huiuſmodi vota cedebant iuri Sacerdotum. & tunc ſiue poſſeſſiones eſſent, ſiue qualibet alia, ad Sacerdotes pertinebant; ſi autẽ fiebat votum cum determinatione, ſ. voueo iſtam rẽ Deo, pro vſibus Sanctuarij, non cedebat Sacerdotibus, ſed Sanctuario. Scriptura tamen loquitur hic de votis quæ cedebant Sacerdotibus, quia iſta cõmunius fiebant, & ita Deus fieri volebat, vt haberent ſacerdotes aliquid vnde viuerent, quia erant pauperes. Quantum ad ea tamen quæ cedebant Sanctuario, idem ius erat in illis Sanctuario, quantum ad redemptionem, vel venditionẽ,
I quod ius erat ſacerdotibus in eis quę cedebant illis. Sicut ergo ſi agri, aut domus cederent ſacerdotibus ex voto, redimebantur à vouentibus, vel vendebantur aliis, vt patet in littera, ergo & in agris, & domibus quę cedebant Sanctuario, idem fieret. Sed adhuc obiicietur, quòd in agris, & domibus, quæ cederent Sanctuario, non eſſet idẽ: quia licet competeret vouentibus redimendi ius, ſi illi tamen non redimerent, non videtur, ꝙ teneretur Sanctuarium vẽdere aliis, ſicut faciebant Sacerdotes; & ratio eſt: quia Sacerdotes, & Leuitæ inter Iſraelitas vetabantur aliquid poſſidere, Num. 18. & Deuteron. 18. cap. Ideo quãdo cedebant eis domus, & agri per vota, etiam ſi non redimerent vouẽtes, tenebantur ipſi vendere aliis, & tamen templum, ſiue Sanctuarium non erat vetitum poſſidere aliquid horum, ergo poterat poſſidere, & non cogeretur
K vendere aliis, quando vouens non redimeret.

Dicendum, quòd etiam Sanctuarium tenebatur in caſu dicto vendere aliis, quia licet non eſſet prohibitio de Sanctuario, ꝙ poſſideret: erat tamen intentio Dei, quòd poſſeſſiones manerent in tribubus, & familiis, ſicut ab ipſo factæ erant, Num. 36. cap. & vt homines cognoſcerentur de quibus tribubus, & familiis eſſent per poſſeſſiones ſuas, vt oſtenſum fuit ſupra 25. cap. Si autem poſſeſſiones potuiſſent trãſire ad Sanctuarium per votum, & manere ibi firmiter, periiſſet iſta diſtinctio, quia non manſiſſent poſſeſſiones in tribubus, & familiis, in quibus Deus illas diſtinxerat: ideo Sanctuariũ non poterat ſibi poſſeſſiones retinere, ſed vẽdebat illas, & accipiebant eas homines illius tribus, vel familiæ. & ſic manebat ſemper diſtinctio, quam Deus fecerat. Et hoc tam vtile erat Sanctuario, ac ſi remanſiſſent ipſi poſſeſſiones firmiter, & fortè plus,

Nam

Nam ſi offeret eus, ſiue vouens non redimebat, vendebatur A alteri, & tunc erat poſſeſſio conſecrata Sãctuario, & pertinebat in æternum ad illud, ſed vẽdebat illam vſque ad iubilæum recipiens pretium illius, & in ſequenti iubilæo redibat illa poſſeſſio ad Sanctuarium, & iterum eã vendebat vſque ad alterum iubilæum,& recipiebat pretium ac ſi non venderet, ſed ſolueretur ad tempus,& maneret proprietas penes Sanctuarium. Si autem fuiſſent res mobiles,vt arma,veſtes, vtenſilia,& huiuſmodi, ipſe vouens poterat redimere, cum taxarentur iſta à Sacerdote, data inſuper quinta parte, ſicut fiebat circa animalia non immolabilia, quæ cedebant ſacerdotibus,vt patet in littera: ſi autem non voluiſſet redimere, vendebantur alteri: & in hoc differebat ab illo caſu,qui erat,quando iſta Sacerdotibus cedebant,quia poterant ipſi tunc iſta vẽdere,vel retinere, cum poſſent eis ad aliquid vtilia eſſe. cũ autem cedebant Sanctuario, non poterant eſſe vtilia ad aliquid ei: ideo Sacerdotes qui adminiſtrabant res Sanctuarij, vendebant prædicta, quanto maiori pretio potuiſſent vendere.

An Iudæi potuiſſent vouere Deo ſeruos ſuos Iudæos, & Gentiles: & quid tunc vouebant; & quid iuris transferebant in Deum, & an applicarentur Deo, vel redimerentur in pecunia, & qualiter. Quæſt. LII.

SED nunc manet dubium circa ſeruos, ſi quis voueret ſeruum ſuum,an cedebat Deo, vel redimebatur, & ſi redimebatur,quanto pretio redimebatur? Circa hoc dicendum,ꝙ aut ſeruus erat Iudæus,aut de Gentilitate cõuerſus; ſi eſſet Iudæus, aliqui dicunt, quod non poterat C voueri,quia illi non erant, vt ſerui, ſed vt mercenarij, & coloni, vt patet ſupra, 25. cap. & tamen ſeruos,& colonos nemo poteſt vouere, quia non erant verè ſerui, ergo neque ſeruos Iudæos.

Secundò, quia vouet quis id,quod eſt ſui iuris,ſed ſerui Iudæi non erant de iure ipſorum dominorum, quia non erant ſimpliciter ipſorum, cum non poſſent eos retinere quantum vellent, ſed lex liberabat eos determinato tempore, nullo pretio pro ſeipſis dato,ſcilicet,in anno ſeptimo remiſſionis,vel in iubilęo ſupra,25.cap. ergo non poterant eos vouere.

Tertiò,quia per votum transferebatur aliqua res ſimpliciter ad Deum: ſed domini ſeruorum Iudęorum,non poterant ſeruos Iudęos tenere in perpetuum, quia nullus caſus erat in quo ſemper eſſent ſerui: ergo non poterant D illos vouere, quia ſi vouiſſent, totaliter ad Deum pertinuiſſent.

Dicendum,quod non eſt dubium, quin Iudæi potuiſſent vouere Deo ſeruos ſuos Iudæos, quia poſſum ego Deo vouere res meas, ſed ſerui erant ipſorum dominorum. nam pecunia illorum ſunt, Exodi 21.cap. ergo poterant eos vouere.

Item maiorem poteſtatẽ,& ius habebant Iſraelitæ ſuper ſeruos ſuos Iudæos, quam ſuper filios proprios, quia filij ſunt liberi, & tamen filios proprios vouere poterant Deo, & tenebat aliqualiter votum.& non ſoli patres hoc poterãt in quorum poteſtate ſunt filij,ſed ẽt matres, ſicut fecit Anna mater Samuelis, quæ vouit illum ſimpliciter Deo. 1.Reg.1.c. & votum completum fuit,1.Reg.2. & 3. cap. ergo à fortiori poſſet homo Iudæus vouere ſeruos ſuos Iudæos: nam nemo dubitat hominem Iudæum habere ius aliquod ſuper ſeruos Iudæos, ergo pro illo iure quod competit poteſt vouere illos. E

Ad primũ in contrarium dicendũ, ꝙ ſerui Iudæi erant verè ſerui,& non mercenarij, neque coloni: nam mercenarij nullum tẽpus expectabant ad hoc, ꝙ liberarẽtur de poteſtate eorum, quorum erant mercenarij,ſed ſerui non liberabantur, niſi determinato tempore à lege, vel cũ redimerentur. ergo lex non voluit ſeruos eſſe mercenarios, ſed eſſe ſeruos: & tamen dixit, ꝙ eſſent quaſi mercenarij, & coloni, quantum ad impoſitionẽ onerum,& laborum, & quantum ad victus miniſtrationẽ. Volebat enim Deus Iudæos flectere ad miſericordiam. Solẽt enim homines durius tractare ſeruos,quàm liberos, imponendo eis grauiores labores, & parciorẽ victum tribuendo; in hoc autẽ admonuit Deus Iudæos, vt ad ſeruos Iudæos ſe haberẽt, vt ad mercenarios, & colonos, qui liberi erant,& tamen cetera iura ſuper eos,quæ ſunt dominorum ad ſeruos,integra manere voluit, & alios eſſe colonos, & mercenarios, alios ſeruos: ideo licet non poſſet quis vouere mercenarium ſuum, aut colonum: quia non habebat ius in perſonam, ſed in operas ad tẽpus, poterat vouere ſeruũ Iudęum,ſuper cuius perſonam poteſtatẽ,& ius habebat. Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ non poteſt quis vouere,niſi ꝙ eſt de iure illius: de ſeruis aũt Iudæis dicendum,ꝙ erant de iure,& poteſtate dominorũ ſuorum; & cum dicitur,ꝙ non erant in perpetuũ ſerui,ſed liberabantur aliquando, verum eſt: ſed ex hoc ſolum ſequitur, ꝙ non erant dominorum ſuorum ad ſemper, & tñ eo tẽpore quo ſui erant, ita ſerui erant ipſorum dominorum ſimpliciter vel tota-B liter, ſicut ſerui Gentiles qui in perpetuum ſeruiebant: ideo eo modo quo aliquis habebat rẽ, poterat dare eam Deo, & ſi modicum de re habebat, modicum dabat. & quantumcũque modicum dabat, dum tñ aliquid daret, gratum Deo erat: ſicut patet de vidua, quæ obtulit duo æra minuta, Lucæ 21.cap. & Chriſtus dicit Matth. 10.c. ꝙ qui dederit propter Deum potũ aquæ frigidæ,habebit mercedem ſuam. Sed hoc eſt de rebus minimis quæ dari poſſunt,ergo ẽt minima poſſumus Deo offerre,& vouere: à fortiori ergo ius, quod dñs Hebræus haberet ſuper ſeruum Hebræum, poterat dare, & ſic poterat ipſum ſeruũ Deo vouere. Ad tertium, ꝙ per votum transfertur res in Deum ſimpliciter,id eſt,totaliter ſeruata cõditione voti: nam votum fit voluntariè.& cum obligatio votiua ſit voluntaria,obligabit ſe homo quantum voluerit, & qũo,& quantocumque tẽpore, & ita vota quædam ſunt tẽporalia, quædam perpetua. & hoc ẽt erat in Veteri Teſtamento, vbi Deus facit differentiam in voto Nazaræorum dicẽs aliquod eſſe tẽporale,aliquod perpetuum, Num.6.c. ideo generaliter, ſicut quis poteſt vouere ſe ad ſeruiendũ Deo in aliquo opere in perpetuũ, ita ſe poteſt vouere ad tempus,niſi ſit votum, quod ex ſubſtãtia ſua non inducat paruitatem, ſicut eſt in voto religionis, quia nõ poteſt aliquis profiteri religionẽ aliquam ad duos, vel tres annos, quia de ſubſtantia voti eſt perpetua obligatio ad obſeruantias regulares: nõ erat aũt aliquid tale in Veteri Teſtamento,vt ſupra oſtenſum fuit, ideo poterat ſe quiſque vouere Deo tẽporaliter; & ita licet ſerui Iudæi ad tempus ſolum apud dominos ſuos manerẽt, poterant voueri, & non erat obligatio ex voto illo ad ſemper, ſed ad tantũ quantum maneret ſeruus ille. Vel vt melius dicatur, tantum per votum illum poterat obligare, quantum ius dominus habebat in ſeruo. Alia ratio eſt adhuc potior:quia cum vouebatur perſona laicalis, fiebat æſtimatio voti in pecunia, vt patet ſupra in littera; ſi autẽ ita fieri debebat circa ſeruos,nullum erat argumentum, quia nõ applicarentur Deo perſonaliter ad miniſterium aliquod, ſed domini tantum,vt ſoluerent pretium æſtimationis:ideo poterant Iudæi ſerui voueri per dominos poſſidentes eos.

Si autem fuiſſet ſeruus de Gentilitate, aliqui dicunt, *De ſeruis ex Gentilitate.* quòd non poterat voueri, quia erat res contemptibilis, & talia non vouebantur neque offerebantur Deo,ſicut pretium canis,& merces proſtibuli, neque offerebantur,neque vouebantur Domino, Deuteron. 24.cap. Secundò, quia ſicut ea quæ offerebantur ab alienigenis, non acceptabantur à Deo, neque poterant accipi à Sacerdotibus, ſupra, 22.cap.ſ. De manu alienigenæ non offeretis panes Domino Deo veſtro, & quicquid aliud dare voluerit, quia corrupta, & maculata ſunt omnia: ita non poſſent accipi ipſi alienigenigenæ, ſed tales erant ſerui de Gentilitate. ergo non poterant voueri.

Dicendum, quòd ſerui conuerſi de Gentilitate poterant voueri Deo; patet primò,quia ipſi conuerſi de Gentilitate poterant vouere ſeipſos,ergo potuiſſent per alium voueri; patet hoc: quia conuerſi ad Iudaiſmum faciebant omnes cærimonias, quas Iudæi, & tenebantur ad omnes obſeruationes legis,vt colligitur Exodi 12.cap.& tamen voueri aliquid Deo,erat vna de cærimoniis colentium Deum: ergo conuerſis de Gentilitate licebat. Secundò patet: quia adhuc maius eſt,ꝙ conuerſus de Gentilitate voueat ſe Deo,quàm quòd aliquis voueat ſeruum

ſuum conuerſum de Gentilitate, quia in vouendo, & offerendo ad hoc, quòd liceat, magis conſideratur offerens vel vouens, quam quod vouetur, vel offertur. nam alienigenis non licebat offerre Deo boues, & oues mundos ad immolandum, & eoſdem boues, & oues, licebat Iudæis Deo offerre, ſupra, 22.cap. & ſic tenebantur munera propter perſonam; cum autem conuerſus de Gentilitate ſe vouebat, ipſe erat vouens, cum vero ſeruus conuerſus de Gentilitate vouebatur Domino, vouens erat Iudæus: ſi ergo licebat conuerſo ſe offerre, à fortiori licebat Iudæo ſeruum illum conuerſum vouere.

Tertiò, quia nulli conuerſi ad Iudaiſmum erant magis alieni à Deo quàm conuerſi de Chananæis, ſi qui eſſent, quia illos iuſſit Deus non recipi vllo pacto, ſed occidi in ore gladij, Deuteronomio 20 capite, & tamen conuerſi de Chananæis fuerunt Gabaonitæ, quos Iſraelitæ obtulerunt Deo ad hoc, quòd cęderent ligna, aquaſq. portarent in miniſterium altaris, Ioſue 9.cap. ergo à fortiori, poterant offerri; & voueri conuerſi de aliis Gentibus: nam quidquid offerri poterat, etiam poterat voueri.

Quartò, quia iſta vota (vt videtur) conuertebantur in pecuniam, ſed ſeruus conuerſus de Gentilitate, ita poterat conuerti, in pecuniam vel ea æſtimari ſicut quælibet alia res, ergo poterat voueri.

Quintò, quia cum vouere ſit bene agere, quælibet res erat licita ad votum, quæ non fuiſſet expreſsè vetita, & non vetuit Deus ſeruos Gentiles voueri: ergo poterant voueri.

Sed circa hoc eſt conſiderandum, quòd aut ſerui erant Gentiles, aut conuerſi de Gentilitate: ſi conuerſi, non eſt dubium quin licuiſſet eis hoc, cum ipſi cogerentur ſeruare omnia mandata legis: & iudicaretur de eis, ſicut de Iudæis ex genere. Si autem fuiſſent Gentiles, non erat inter Iudæos, cum autem aliquos Gentiles acciperent Iudæi in ſeruos, circumcidebant eos, & cogebant ad obſeruationem legis, Exodi 22.capite, & ita nunquam ſeruos Gentiles habebant: & tamen ſi daretur, quòd haberent ſeruos Gentiles, poterant eos vouere, cum votum in pecuniam commutaretur, vt infra dicetur, & illi æſtimabiles erant pecunia, ſicut quando vendebantur.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd ſerui conuerſi de Gentilitate non erant res contemptibiles; immo appretiabiles, quia erant homines, & maximè, quia iam erant effecti cultores Dei. Et cum obiicitur de pretio canis, & proſtibuli mercede, non eſt ſimile, quia pretium canis eſt vile, & contẽptibile, merces autem meretricis erat turpis, ideo non vouebantur hæc, ſed bene ſeruus Gentilis: & tamen etiam iſta adhuc poterat quis offerre, niſi Deus expreſſe vetuiſſet, ſed vouere ſeruos Gẽtiles non vetuit, ergo licebat factum de eis votum exequi.

Ad ſecundum dicendum vno modo, quòd ea quæ offerebantur ab alienigenis, non recipiebantur: hic tamen ſerui conuerſi de Gentilitate non offerebantur ab alienigenis, ſed à Iudæis qui erant domini ipſorum.

Secundò poteſt dici, quòd hic nullus alienigena erat, ſcilicet, quia neque offerens erat alienigena; neque quod offerebatur, quia offerens erat Iudæus, qui autem vouebatur erat conuerſus de Gentilitate, & ita non erat alienigena, quia erat de cultoribus Dei.

Tertiò poteſt dici, quòd etiam recipiebantur oblationes de manu alienigenarum, quia Seleucus Rex Aſiæ dabat de ſumptibus ſuis omnes expenſas ſacrificiorum, libro 2.Machab.cap.3. & dabat etiam Rex Perſarum omnes expenſas, vt patet 1.lib. Eſdræ, 7.cap. ſed ſolum vetabantur accipi dę manu eorum illa, quæ ponerentur ſuper altare, ſcilicet, oues, & boues, aut libamenta, vt declaratum fuit ſup.22.cap. ſed ſeruus non immolabatur in altari, ſed in pecuniam conuertebatur, ergo poterat offerri; vnde ſecundum hoc videtur, quòd non ſolum ſeruus conuerſus ad Iudaiſmum poterat offerri à Iudæo, ſed etiam ſi alicuius Gentilis eſſet, potuiſſet per illum voueri Deo, quia in hoc, pecuniam ſolum vouebat.

F *Nunquid ſerui qui vouebantur, applicarentur Deo, vel redimerentur in pecunia. Quæſt. LIII.*

NVNC quæretur de iſtis ſeruis qui vouebãtur, quomodo fiebat, an applicarentur Deo, vel redimerentur in pecunia? Aliqui dicunt, ꝙ ſi ſerui iſti poterant ſeruire in miniſtrando Sanctuario in aliquo Deo, non redimebantur, ſed applicabantur Deo & hoc tenet de ſeruis Iudæis. Sed dicendum, ꝙ iſtud non tenet: Primò, quia liberi qui ſeipſos vouebant, poterant miniſtrare ſeruiendo Sanctuario, circa omnia illa, quæ poterant facere ſerui, & tamen illi non applicabantur Deo, ſed conuertebantur in pecuniam, iuxta taxationes, quæ in littera habentur; ergo neque potuiſſent ſerui iſti applicari, ſed debebant redimi pecunia. Secũdò, quia adhuc videbatur magis hoc de ho-
G mine libero Hebræo, quàm de ſeruo Hebræo, quia homo liber, cum ſe voueret, poterat dare ſe ſimpliciter, & ita applicari poterat Deo ad ſemper; ſeruus aũt Hebræus non poterat dari ad ſemper, cum dñs nõ haberet ius ſuper ſeruũ, niſi vſque ad certũ tempus, & tñ Hebręus ſeipſum vouens, non applicabatur Deo, ſed redimebatur pecunia; ergo non applicarentur ſerui Hebræi, ſed redimerẽtur. Tertiò, quia ratio motiua iſtorũ præſupponit falſum, ſ. ꝙ ſeruus poſſet applicari Sanctuario ad ſeruiendũ: nã hoc potuiſſet eſſe ſi ſeruus ille ceſſiſſet determinatè Sanctuario, nõ autem cedebat determinatè, ſed potius in ius Sacerdotum, quia vota ad eos pertinebãt, Numer. 18.c. niſi fieret cũ determinatione aliqua: ſ. vt diceret, voueo hoc, vt cedat in vſus, vel iura Sanctuarij. Quartò, quia dato, ꝙ votũ eſſet factum, vt cederet ſeruus in iura Sãctuarij: adhuc non
H oportebat, ꝙ applicaretur, quia ſimile eſt de aliis, quæ cedebant in iura Sacerdotum: nam animalia, tam munda, quam immunda, & poſſeſſiones, & omnia tam mobilia quam immobilia per votũ ſimpliciter emiſſum cedebant in iura Sacerdotũ, vt patet in littera; & iſta omnia poterãt applicari Sacerdoti, quia poterãt pertinere ad aliquas vtilitates eius, & tamen nõ applicabantur, ſed redimebãtur, & cõpetebat vouẽti ius redimendi, etiã Sacerdote inuito, vt colligitur ex littera, & ſupra dictũ fuit. Ita ergo nũc circa ſeruos ſtatui põt, qui licet poſſent in aliquo ſeruire, vel ſacerdoti, vel Sanctuario, non ob id ſequebatur, ꝙ applicarentur eis, quia poterat cõpetere repetitio vel redẽptio.

Dicendũ tamen, ꝙ circa ſeruos iſtos Hebræos non ſolum competebat repetitio, ita vt non applicarentur Deo, vel Sacerdotibus, ſed etiam non poterant applicari perſo-
I naliter, dato, ꝙ vouentes hoc voluiſſent. Circa quod conſiderandum, ꝙ ea quæ vouebantur, erant triplicia. Quædam vouebantur, & neceſſe erat applicari, & non poterant commutari, neque redimi. Alia poterant commutari & redimi, vel manere applicita Deo, ſine commutatione & redemptione. Tertia erant quæ neceſſe erat redimi, & non poterant applicari Deo. Prima ſunt animalia quæ immolari poterãt quia illa applicari neceſſe erat, vt patet in littera. Secunda erant, vt animalia immunda non immolabilia: nam poterant redimi, vel manere apud Sacerdotes, quibus cedebant. Tertia ſunt homines, qui ſe vouebant: quia hos neceſſe erat redimi, & non poterant remanere apud Sacerdotem, cum lex obligaret eos ad redemptionem, vt patet hic. De ſeruis autem Hebræis dicendum erat, quòd pertinebant ad tertium modum:
K cum enim homines eſſent, neceſſe erat eos redimi, potiſſimè, cum illi redibant aliquando in libertatem ex Dei ordinatione.

Quæ vouebantur erãt triplicis cõditionis.

Nunquid conuerſi de Gentilitate applicarentur Deo, vel redimerentur. Quæſt. LIIII.

CIRCA ſeruos conuerſos de Gentilitate eſt nunc dubium, an applicarentur, vel redimerentur? Aliqui dicunt, ꝙ applicabantur ad miniſtrãdum, & faciunt differentiam inter ſeruos Hebræos, & conuerſos de Gẽtilitate: quia dicũt Hebræos ſeruos nõ potuiſſe voueri, & cõſecrari, ſiue applicari Deo, quia iſti liberabantur aliquo tẽpore: omnis autem res quæ Deo conſecrabatur, non poterat vendi neque redire ad vſus humanos, vt infra in littera; ſed ſeruos de Gentilitate conuerſos dicũt potuiſſe

voueri,

voueri,& conſecrari, quia manebant ſerui in perpetuum, & ſic potuiſſent eſſe conſecrati: & ſic dicunt, ꝙ tales manerent ſemper in miniſterio Sanctuarij. Secundò, quia Gabaonitæ erant Chananæi, & conuerſi fuerant ad Deũ Iſrael, & facti erant ſerui mãdante Ioſue, & principibus populi, & tunc à tota multitudine oblati eranr, vt eſſent ſerui in Sanctuario, ad cędenda ligna, & aquas portandas pro neceſſitate ſacrificiorum, Ioſue 9.cap. & ibi manſerunt ſemper, lib. 2. Reg. 21. cap. & tamen non poterant eſſe aliqui magis alieni à Deo quã Chananæi, ergo à fortiori ſerui conuerſi ad Iudaiſmum cum vouerentur à dominis, non redimebantur, ſed manebant in perpetuũ ad miniſtrandum Deo appliciti. Dicẽdum, ꝙ ſerui conuerſi de Gentilitate, quando domino vouebantur, non applicabantur ei, ſed redimebantur; & dato, ꝙ domini offerentes vellent, ꝙ manerent Deo appliciti, non poterant, ſed oportebat eos redimi, & hoc quia erant homines, & homines redimebantur, vt patet hic. Secundò, quia cum poſuerit hic Deus doctrinam de rebus, quæ vouentur, nõ poſuit de aliqua quæ neceſſario applicaretur Deo, vt fiebat in animalibus immolabilibus. De aliis autem dixit, quod poterãt redimi, & cõſtat quod ſerui non erant animalia immolabilia; ergo poterant redimi, & non applicabantur Deo neceſſariò. Tertiò, quia iſti putant, ꝙ ſerui conuerſi, per votum cederent Sanctuario, & ſeruirent ibi in perpetuum, ſicut Gabaonitæ: ſed hoc non erat verum, quod ſerui per votũ cederent Sacerdotibus potius quàm Sanctuario, & ita non manebat ibi motiuum eorum.

Ad rationem primam in contrarium dicẽdum, ꝙ fundatur illa diſtinctio ſuper errore: nam ſerui Hebræi cum vouerentur à dominis ſuis, ſiue cederent Sanctuario, ſiue Sacerdotibus, non applicabantur perſonaliter, ſed redimebantur pecunia, ſi non aderat cauſa quare non poterant manere in perpetuum ad Dei cultum: nam ſi applicari potuiſſent ad miniſterium Dei, potuiſſent temporaliter, vel in perpetuũ applicari, ſicut poterat aliquis Leuita vouere ſe ad ſeruiendum Deo in loco Sanctuarij determinato tempore, vltra id quod tenebatur, vel poterat ſe vouere ad ſemper, ſicut vouit mater Samuelis ipſum Samuelem, 1. Reg. 1. cap. & ita in votis temporalibus laicorum erat, ſ. in voto Nazaræorum, in quo cõſecrabantur homines Deo, & poterat illud votum eſſe temporale, vel perpetuum, Numeri 6. cap. Ita ſi laicis concederetur miniſtrare circa aliqua res Sanctuarij, poterant ſe vouere ad miniſtrandum in illis determinato tempore, vel ad ſemper: ideo non eſt iſta cauſa quare redimebantur ſerui Hebræi cum vouerentur. Nam pro tempore illo quo dominis tenebantur ſeruire, vel ſaltem quouſque ſe redimerẽt, tenebantur manere miniſtrando in ſeruitio Sanctuarij, vel Sacerdotum quibus cederent ex voto. ſed cauſa redemptionis erat, quia nulli laici admittebantur ad aliquas miniſtrationes Sanctuarij, ſed conuerti Deus volebat eorum votum in pecuniam.

Ad ſecundũ dicendum, ꝙ non fuit ſimile de Gabaonitis ad alios ſeruos qui vouebantur: nam illi non fuerant dati Deo per votum, ſed per oblationẽ Ioſue, 9. cap. nam fuit illa oblatio facta per Ioſue potius condemnatio quędam, qua condemnati fuerunt ad iſtam ſeruitutem: nam prius non erant ſerui, & tunc effecti fuerunt ſerui.

Secundò, quia ibi nõ ſolum tradiri ſunt ipſi Gabaonitæ qui tunc erant, ſed etiam omnes qui de eis naſcerentur vſque in ſempiternum, & omnes dicebantur eſſe ſub maledicto, id eſt, maledictione Ioſue, 9. c. ſed ſi aliqui ſerui applicarentur Deo, non ob hoc filij eorum erãt appliciti.

Tertiò, quia hoc valuit, quia interceſſit ibi auctoritas Ioſue, qui erat Propheta, & dux totius populi: & ſic fuit ſpeciale, quod Deus approbauit: quia aliàs homines non poterant applicari eo modo ad miniſteria Sanctuarij, ideo poſtea non licuit fieri, ſed quod legi ſtaretur, ſcilicet, quòd homines qui vouerentur, redimerentur.

Quartò fuit, quia non erant tunc aliqui aſſignati, qui ſeruirent Sanctuario in officio cędendi ligna, & comportandi aquas. Nam hoc non pertinebat ad Leuitas, ſed alia miniſteria digniora per eos præſtabãtur; ideo quando Sanctuarium alicubi locabatur, ita quòd fieret in eo iam miniſtratio quotidiana, oportebat, ꝙ illa fierent ab

A aliquibus mercenariis; & fierent magnæ expenſæ Sanctuario, ideo placuit Deo per iſtũ modum prouidere, ſ. ꝙ tunc cum introierunt Iudæi in terram Chanaan, quando miniſtrationes incipere debebãt, prouideret de miniſtris, dando Gabaonitas, qui à populo obligarentur ad iſtam miniſtrationem, & fuerunt iſti ſufficientes miniſtri.

Et ex iſta ratione non debuerunt alij qui vouerentur, applicari in Sanctuario miniſterio alicui, quia non erat aliquod, quod cõpeteret laicis, niſi miniſterium Gabaonitarum, & ad illud ſufficiebant Gabaonitæ, qui multi erant, ſ. viri de quattuor ciuitatibus, Ioſ. 9. cap. ideo plures apponere erat ſuperuacuum; & rurſus erat damnoſum Sãctuario: quia iſti qui miniſtrabãt, alebantur ſumptibus Sanctuarij, & quanto plures fuiſſent, tãto maiores factæ fuiſſent expenſæ, ideo non debuit concedi aliis qui

B vouebantur, quòd ad illam miniſtrationem tranſirẽt, ſed potius quòd redimerẽtur: & iſtud erat vtilitati Sanctuario, & Sacerdotibus, propter pecuniam, quam accipiebãt ex redemptione horum: & ita apparet, quod nulli ſerui debuerint per votum tranſire ad miniſtrationem Gabaonitarum, ſed redimi data pecunia.

Qualiter redimebantur iſti ſerui conuerſi de Gentilitate, cum vouerentur per dominos ſuos. Quæſt. LV.

SED nunc quæretur, qualiter redimebantur iſti ſerui, cum vouerentur per dominos ſuos. Dicendum, quòd aut erant ſerui Iudæi, aut conuerſi de Gẽtilitate: ſi erant ſerui Hebræi, aut vouebantur ſimpliciter Deo, aut vouebantur vt eſſent in iuribus Sanctuarij.

C Si primo modo, cedebãt Sacerdotibus, quia omne votum ſimpliciter factum, ad illorum ius pertinebat. & tũc dicendum, ꝙ redimendi erant ſerui illi, & fiebat redemptio per vouentem, qui dabat pecuniam illam, & retinebat ſibi ſeruum, cum redemptio non competeret, niſi vouenti; ſi autẽ vouens nollet redimere, vendebatur ſeruus alteri, & dabat pretium, & illud Sacerdotibus cedebat. Si autem factum erat votum cum determinatione prædicta, cedebat res promiſſa per votum in iura Sanctuarij, & vouẽs redimebat tunc ſeruum, & retinebat ſibi, & pecunia redemptionis dabatur Sanctuario: ſi autem vouẽs noluiſſet redimere, vẽdebatur alteri, & pecunia dabatur Sanctuario. Sed dicendum, quòd ſiue cederet ſacerdotibus, ſiue Sanctuario, & venderetur, non vendebatur niſi vſque ad tẽpus, quò aliàs manere obligatus erat, ſ. ſeruus

D Iudæus exibat in anno ſeptimo remiſſionis regulariter, niſi volens liberare filios, quos acceperat ex ancilla tradita ſibi in vxorem à domino, & ipſam vxorem, permittebat ſibi perforari aurem ſubula, quia tunc vſque ad Iubilæũ ſeruiebat, Exodi 21. c. & Deuter. 15. c. & ſupra 25. c. ſiue ergo liberandus eſſet in anno remiſſionis, ſiue in iubilæo, non extendebatur vltra venditio, & etiam ſi dominus redimeret eum poſt votum, non poterat maiori tempore retinere, quàm poterat ante votum. Nam dominus per actum ſuum nõ poterat conditionẽ ſerui deteriorem facere, ideo redimendo ipſum tunc poſtquam vouerat, nõ acquirebat maius in eo ius, vt amplius poſſet retinere: nam per votum potuit ſibiipſi dominus prę iudicare, perdendo aliquid de rebus ſuis, ſed non potuit pinguius ius acquirere; ſimiliter vendendo illum, vel vouendo, & re-

E dimendo eum non poterat facere conditionẽ illius deteriorem, ſed liberabatur eo tempore, quo aliàs liberandus fuiſſet, & ſi nullum votum emiſſum fuiſſet. Si autẽ fuiſſet ſeruus conuerſus de Gentilitate, aut per votum cedebat ſacerdotibus, aut Sanctuario: ſi ſacerdotibus, redimebat dominus ſeruum, & pecunia redẽptionis dabatur ſacerdotibus, manebatq. ſeruus penes dominum vouentem; ſi autem ille noluiſſet redimere eum, vendebatur alteri, cedebatq. pretium ſacerdotibus. Si autem votum fuiſſet tale, vt cederet res Sanctuario, redimebat dominus ſeruum, & pecuniam dabat Sanctuario: ſi autem non redimebat, alteri vendebatur, & ſimiliter pecunia cedebat Sanctuario. ſed hic, quia erat ſeruus conuerſus de Gentilitate, cuicumque venderetur, ſimpliciter vendebatur, ſicut ſi venderetur ſine voto aliquo.

Quanta pecunia pro ſeruo dabatur ſeu Gentili, ſeu Iudæo. Et quid Sacerdos in eius taxatione conſiderabat.

Quæſt. LVI.

CVM fuerit dictum, quòd ſeruus, ſiue Iudæus, ſiue Gentilis, cum vouebatur, nō applicabatur Deo neque Sacerdotibus, ſed dabatur pro eo pecunia: eſt dubium quæ pecunia pro illo dabatur. Aliqui dicunt, quòd dabatur pecunia ſtatuta: nam iam taxata erat hic in littera quanta pecunia erat danda pro quolibet qui venderetur, ſiue eſſet maſculus, ſiue femina, & iuxta illam taxationem daretur pro iſtis ſeruis. Sed dicendum, quòd non ſtat; Primò, quia iſta taxatio erat pro illis, qui ſe vouebāt, cum dicatur: Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam, ſub æſtimatione dabit pretiū, & iſti ſunt liberi; ſerui autem non vouebant ſeipſos, ſed domini eorum eos vouebāt, ergo non debebat teneri illa æſtimatio. Secundò patet: quia hic eſt differentia, quando quis vouebat ſe, vel rem ſuam, & alius modus erat circa perſonam ſe vouentem, alius circa res, ſed ſeruus computabatur inter res poſſeſſas, quia eſt pecunia domini ſui, Exod. 21. cap. ergo non debebat haberi circa ſeruos idem modus, qui habebatur circa homines, ſed qui habetur circa res eorum ab eis poſſeſſas, & circa illas non erat poſita aliqua certa taxatio. ergo neque ſerui redimendi erant per taxationes, quæ hic ponuntur pro hominibus.

Tertiò apparet: quia non competebat hæc lex ſeruo: nam poterat aliquis habere ſeruum Hebræum inter viginti annos, & ſexaginta, & tales ſecundum iſtam legem dabant pro ſe quinquaginta ſiclos, cum ſe vouerent, ſed dominus poterat vouere ſeruum vno anno ante annum remiſſionis, vel iubilei, & quia vouendo ſeruum non vouebat niſi ius, quod habebat in illo, & illud erat ius ad ſeruiendum vno anno, & illud ius fortè non valeret quattuor aut quinque ſiclis, vel parum plus, quomodo redimeret dominus talem ſeruum, dando pro eo quinquaginta ſiclos? nam multum in eo grauaretur, & ideo fortè nollet redimere, & cum venderetur alteri nolē: eū redimere dño, non darentur pro eo, niſi quattuor aut quinque ſicli, & ſic non poſſet haberi iſta æſtimatio. Niſi dicatur, quòd dominus cogebatur redimere dando illud pretium pro ſeruo, & tūc grauaretur nimium, quia multam pecuniam daret pro re parui pretij. vnde nemo Iudęorum vellet uouere ſeruum Hebræū, in quo Diuinus cultus, & prouentus minuerentur; non ergo dabatur pro ſeruo Hebræo æſtimatio, quæ ponitur in littera pro aliis hominibus. Quartò, quia non conuenit hoc intentioni legis, quia dicitur, quòd uouentes ſe, ſoluerent taxationes illas, quæ in littera habentur, & ſi aliquis pauper fuiſſet non potens ſoluere pretium illud, ſtabat ante Sacerdotem, & quātum ille taxaret conſiderata paupertate eius, tantum daret: hoc autem conueniebat pro hominibus liberis, ſcilicet, ne cogerentur uendi, cum non haberent unde ſoluerent. Sed in ſeruis non ſtabat iſta cauſa, quia ſi dominus uouens non potuiſſet ſoluere æſtimationem legis, poterat uēdi ſeruus, & inde habebatur æſtimatio, cum non eſſet inconueniens uendi ſeruum, cum ipſe ſe prius uendidiſſet, & dominus haberet poteſtatem vendendi illum, & tamen Deus uoluit, ꝙ homines qui uouebantur, non uenderentur, etiam ſi non poſſent ſoluere æſtimationem. ergo non accipienda eſt lex hic de omnibus hominibus, ſed ſolum de liberis, qui ſeipſos uouebant, uel ut liberi uouebantur ab eis, in quorum poteſtate erant.

Quintò, quia ſecundum formam iſtarum taxationum uidetur, quòd homo redimebat ſe pro toto, quod valebat proportionabiliter, id eſt, poſita quantitate eius qui maximi ualoris erat, licet non taxaretur ille prorſus quātum ualebat, taxabantur ceteri proportionabiliter ſecundum æſtimationem illius, & hoc apparet: quia ſecundum diuerſas ætates, ponuntur hic diuerſa pretia, & ſecundum differentiam ſexuum, quia plus ualebat maſculus quàm femina, & uir, quàm puer. Non tamen ſerui redimebantur proportionabiliter quantum ualebant, ſed multo pluris, aut minoris: nam ſeruus Hebræus tantum valebat quantum erat ſeruitium temporis illius, quo ſeruus futurus erat ſed poterat eſſe, quod voueretur vno anno ante-

F quam in libertatem exiret, ideo nō erat pretium illius niſi pro vno anno; ſi autem ad ætatem reſpiceretur, valde inconueniens erat; vnde magis reſpiciendum erat ad tempus ſeruiendi, quod reſtabat, quàm ad ætatem: ſed hic ſtatuitur pretium iuxta ætates, ergo ſtatuitur pretium pro homine libero, qui ſeipſum tradebat ſimpliciter, & iuxta differentiam ætatum, erat maior aut minor eis valor, & non pro ſeruis qui vouebantur.

Sextò, quia ſequeretur etiam magnum inconueniens, ſ. quòd tantum daretur pro redemptione ſerui Iudęi, quantum pro redemptione ſerui conuerſi de Gentilitate: ſed hoc falſum eſt: quia ſeruus de Gentilitate erat multo maioris valoris, cum ille eſſet ſeruus in æternū, & nunquam liberabatur, neque in iubilęo: & tam ipſi, quàm qui naſcerentur ex eis, erant ſerui domini ſui, ſupra, 25. cap. ſeruus
G autem Hebræus ſolum erat vſque ad annum remiſſionis, & fortè ſeruiebat per vnū aut duos annos; ideo inæquale pretiū redemptionis debebat eſſe in illis, & ſi redimebantur per has taxationes, erant æqualia pretia, ideo dicendum, quòd non erant hæ taxationes, niſi pro hominibus liberis.

Quòd ſeruus non venderetur pro toto quo vēdi poterat, ſed pluris nõ cõcedentur.

Alij ergo dicunt, ꝙ in ſeruis non erat alia taxatio, niſi ꝙ venderentur, & daretur pretium ei, cui cedebat, ſiue Sanctuario, ſiue Sacerdotibus, & hoc videbatur eis cōueniēs: quia ſeruus vendi poterat, ideo ſimpliciter vendēdus erat, & tota taxatio pretij eius cedebat Deo. Sed dicendum, ꝙ hoc non ſtat: Primò, quia ſi ſeruus vendēdus eſſet, quia vouebatur, venderētur ſerui Iudæi ſimpliciter, & ita præiudicaretur eis, qui non tenebantur ſeruire niſi vſque ad determinatum tempus. Secundò, quia præiudicaretur
H dominis: nam vouentes ſemper habebant ius redimendi res quas vouebant, niſi eſſent animalia immolabilia: ſerui autem non erant huiuſmodi, ideo dominis competebat redimere eos, & ſi ipſi redimere nollent, vendi debebāt; ſi igitur ſtatim venderentur ſerui votiui, non cōceſſa dominis vouentibus facultate redimendi, præiudicaretur eis. Tertiò, quia tunc non eſſet hic regula, per quam ageretur in voto illo, quod erat inconueniens: ponit enim hic regulam Deus ſufficientem de omnibus votis, ideo oportet, quòd votum factum de ſeruis includatur ſub aliqua parte huius regulæ, ſed hic ſunt tria membra circa votū, quia quædam vouebantur quæ oportebat redimi data taxatione certa, quæ habetur in littera, vt homines liberi. Alia quæ non redimebantur, neque commutabantur, ſed ipſa eadem tradebantur, ſicut erant animalia immolabi-
I lia. Alia erant quæ redimebantur, & ſi non redimerentur, vendi poterant, ſicut animalia non immolabilia, & agri, & domus; & generaliter omnia alia humana bona poſſeſſa: ſed ſerui non pertinebant ad primum membrū, cum non eſſent homines liberi, neque ad ſecundum, cum non eſſent animalia immolabilia, ergo oportet, quòd ad tertium membrū pertinerent, quia aliàs nō eſſet aliqua regula, ſub qua caperentur, quod eſt inconueniēs, cum circa cærimonias non poſſimus aliquid facere neque ex nobis conſtituere, niſi quod à Deo inſtitutum fuit. Dicendum ergo, ꝙ ad iſtud tertium pertinebat votū de ſeruis, & ideo redimendi erant, vel vendendi, & id conueniens erat quia ipſi erant res dominorum ſuorum, ſicut aliæ res poſſeſſæ. Sed circa modum redemptionis dicendum eſt, quòd aliter redimebantur ſerui Iudæi, quàm conuerſi de Gentili-
K tate: nā ſerui Iudæi non erāt ſerui ad ſemper, ſed ad tempus, ideo cum vouens adduceret ſeruum quem vouerat, ad Sacerdotem, ſtatuebat ille pretiū, & redimebat illum dominus, ſibi retinens ſeruum, & pretium tradēs, ſiue Sacerdoti, ſiue Sanctuario. Conſiderabat autem Sacerdos in taxando pretium, tempus, vſque ad quod manere deberet ſeruus in ſeruitute, & pro pauco tempore parū æſtimabat, & pro multo tempore multum; & iſtud patet ex ſimili: nam cum voueretur ager, redimebat eum dominus agri iuxta impoſitum ſibi pretium à Sacerdotibus, ſed dicitur quòd circa impoſitionem pretij cōſiderare debebat Sacerdos quantum valeret ager ſimpliciter venditus, ſcilicet, à iubilęo vſque ad iubilęum, quod erat conſiderata magnitudine ſementis quam caperet, & poſtea conſiderabat annos, qui manebant vſque ab iubileum, & ſecundum illos taxabat pretium paruum, aut magnum,

Doct. reſpondet ad quæſtionem.

, vt patet infra in littera, ita ergo eſſe debebat hic, cum teneretur ſeruus ſolum vſque ad determinatum ſeruire tempus.

Si autem erat ſeruus de Gentilitate conuerſus, ducebatur à vouente ad Sacerdotem, & æſtimabat eum, & vouēs dabat pretium ſi redimere volebat; ſin autem nollet, alteri vendebatur, & tamen tunc æſtimans ſeruum illum, non reſpiciebat quantum vſque ad iubilæum, vel vſque ad tempus aliquod valere poſſet, ſed quantum ſimpliciter venditus valeret: quia ſeruus de Gentilitate non ſoluebatur à ſeruitute in iubilæo, ſed tranſmittebatur ad poſteros, ſupra 25. cap. & ita pretium huius erat magnum.

Qua æſtimatione vendebatur, & redimebatur ſeruus Iudæus. Quæſt. LVII.

QVÆRETVR nunc, qua æſtimatione vendebatur, & redimebatur ſeruus Iudæus: nam dictum fuit, quòd ſeruus Hebræus æſtimandus erat nō ſimpliciter, ſed ſolum pro illo tempore, quo manſurus erat in ſeruitute, & iſta æſtimatio poterat eſſe duplex, ſcilicet, illa quam dominus dederat pro ſeruo iſto, quando emit eum, & tunc quòd conſideraretur quantum reſiduum erat de tempore ſeruitij, & eſſet talis proportio partis pretij ad totum pretium, qualis erat partis tēporis ad totum tempus. Alia æſtimatio eſſe poterat quam tunc faciebat Sacerdos, vel aliquis alius ſi emeret illum ſeruum, ſcilicet, ꝙ conſideraret quantum poterat valere iſte homo venditus ad ſeptem annos, & poterat eſſe iſta æſtimatio pretij maior, vel minor, quam prima, & ideo dubium eſt per quam iſtarum, tunc Sacerdos deberet iudicare, ſcilicet, an ſtaret primæ, quam fecerat dominus emens ſeruum, vel poſſet ipſe facere tunc aliam quam ſequeretur dominus.

Dicet aliquis, quòd poterat ſacerdos facere aliam, quia forte dominus emerat ſeruum illum pro paruo pretio, & iuſtè poterat æſtimari pro maiori, & vt non defraudaretur ſacerdos, vel Sanctuarium, ſequebatur vouens eſtimationem iuſtam, quam tūc ſacerdos fecerat. Secundò, quia iſte ſeruus poterat tunc plus valere, quam quando fuit venditus, ideo ſi vendatur nunc pro ſeptem annis, dabitur maius pretium pro eo quam à principio, & tamen qñ fit redemptio voti, noniter pertinere incipiebat, vel obligatus eſſe ſeruus ille, Deo, vel ſacerdotibus, ergo attendi debebat valor eius tunc, & non ille qui fuit quādo à principio venditus erat. Dicendum, ꝙ iſtud non eſt ſatis manifeſtum, quia vtraque pars poteſt habere rationes probabiles; ſed magis videtur dicendum, quòd Sacerdos debeat ſequi æſtimationē ſerui, quam dominus fecit emēdo illum ſeruum, & iuxta illā faceret proportionem reſidui temporis, & pretij competentis pro illo. Et ratio prima eſt, quia dominus ſeruum Hebræum vouens, non vouebat illum ſimpliciter, ſed ius ſolum quod in illo habebat, ſed ipſe habebat ius temporis ſeruitij pro illa proportione pretij, quod dedit pro eo, ergo cum vouebat pro reſiduo tempore, videbatur quòd nihil vouebat niſi pretium, quod competebat pro illo reſiduo tempore ſeruitij ſibi debiti.

Secundò, quia iſte ſeruus habebat ius redimendi ſe, ſi volebat de ſeruitute exire ante annum remiſſionis, vt patet ſupra, 25. c. & ſi ſeipſum redimebat, dabat pretij partem ſecūdum proportionem temporis ad illud pretium, quod dederat dominus pro eo, etiam ſi plus valeret, ergo dominus redimens illum cum vouerit, videtur quòd teneretur dare ſecundum proportionem pretij quod ipſe dederat pro ſeruo, & non debebat fieri aliqua noua taxatio per Sacerdotem.

Tertiò, quia aliàs ſequeretur inconueniens, ſcilicet, ſi cum vouit dominus ſeruum, faciat ſacerdos aliam maiorem taxationem, & iuxta illam reddat partem proportionalem pro tempore reſiduo, ſi ſeruus vellet ſe tunc redimere, daret domino partem proportionalem iuxta pretium, quòd acceperat à Domino, & ita defraudaretur dominus, quia daret plus Sacerdoti quā acciperet à ſeruo, & ſic voueret plus quam in ſeruo habebat, quod non erat conueniens. Quartò, quia ſacerdotes numquam debebant taxare ad maximū, quod res valere poſſet, ſed inter multum, & paucum, quod eſt inter bonum, & malum, vt dicitur in littera, quia aliàs vouentes diſtraherentur à vouendo, & tamen taxare vltra id, quod vouēs pro ſeruo dederat, erat multum taxare quo grauaretur vouens; ergo ſacerdos ſtabat illi taxationi, qua ſeruus emptus fuerat à domino. Ad primum in contrarium dicendum, quòd ſatis erat contingens, quòd dominus emiſſet minori pretio quàm valeret, & tamen non fraudabitur ſacerdos neque Sanctuarium, ſi iuxta illam æſtimationem acciperet proportionabiliter partem pretij, quia Sacerdos non debebat æſtimare ad maximum, quod res valere poterat, ſed ad mediocritatem, ita vt vouentes non grauarentur, ſed æſtimatio præcedens erat, per quam non grauaretur vouens, ideo illa tenenda erat, & non erat alia facienda de nouo. Ad ſecundum dicendum, quòd poterat ſeruus magis valere, quando tunc voueretur, quam cum venditus fuerat, & tamen ſi hoc attenderetur, taxaretur res ad maximum quo valere poterat, & ſic grauarentur vouentes, ideo non erat huic taxationi accedendum, ſed primæ, quam fecerat dominus emens ſeruum illum. De ſeruo autem conuerſo de Gentilitate, non erat iſtud dubium: nam in illo non poterat fieri, niſi vnus modus taxationis, quia ille non vendebatur ad tempus determinatum, ſed ad tēpus perpetuum, ideo vendebatur quantum valere poterat. vnde ſacerdos æſtimaret illum tanti pretij, quanti rationabiliter poſſet communiter valere, & illud pretium ſolueret redimens.

Nunquid redimens dabat quintam partem inſuper, vel ſolam æſtimationem factam à Sacerdote. Quæſt. LVIII.

SED eſt nunc dubium, an redimens dabat quintam partem inſuper, vel ſolam æſtimationem factam à ſacerdote. Aliquis dicet, quòd ſolam æſtimationem, quia dabatur à redemptore pars quinta inſuper, quando vouens habebat fauorem in redimendo, ſicut in agro, & rebus immobilibus, quas ſi redimeret, habebat in perpetuum; alij verò ementes ſolum habebant vſque ad iubilæum; ideo redimens dabat quintam partem, & alij non, & tamen hic non conſequebatur redimens aliquam vtilitatem ſpecialem, cum res iſta quæ redimebatur, ſiue emeretur, ſiue redimeretur, tranſiret in æternū ad ementem, vel redimentem, ergo non deberet dare quintam redimens, ſicut neque dabat emens. Dicēdum, ꝙ tam in redemptione ſerui Hebræi, quàm conuerſi de Gentilitate, ſi dominus vellet redimere, daret pretium taxatum à ſacerdote, & inſuper quintam partem. Et patet hoc; Primò, quia vbicumque conceditur vouenti redimere rem quam vouebat, imponitur ei, quòd ſoluat quintam, ſiue in rebus mobilibus, ſiue immobilibus, vt patet in littera, & tamen hic competebat redemptio. ergo dabatur inſuper quinta. Secundò, quia redimenti fiebat fauor, quòd liceret ei retinere rem obligatam ſacerdotibus, vel Sanctuario, inuitis illis, ipſis autem ementibus non erat aliquis fauor, quia non competebat eis ius emendi, niſi volente eo cuius erat, ideo imponebatur loco huius fauoris, aliquod onus redimenti, ſcilicet, quòd quintam ſolueret, & ob hoc generaliter littera addit quintam redimēti, & tamen hic conceditur iſte fauor vouenti, quòd redimat rem ſuam, ergo ei imponetur hoc grauamen, ſcilicet, quòd addat quintam. Tertiò, & præcipuè, quia priuilegium non competit ex natura, ſed ex ſpeciali conceſſione, vnde non creditur habere priuilegium aliquis, niſi illud oſtendat: & tamen ius redemptionis priuilegiū eſt, quia de iure communi tradenti rem ſuam, vel vendenti, non competit redemptio, & tamen dicimus competere hic redēptionem, ergo competit ex hac ſola lege, quæ conceſſit hoc vouentibus, & tamen iſta ſimul cum iure redemptionis imponit vouenti, ꝙ quintam ſoluat. tenetur ergo dare æſtimationem ſerui, & quintam redimens ſeruum, quē vouerat. Ad rationem in contrarium dicēdum, ꝙ illud præſuppoſitum nō eſt verū: quia hoc eſſet, ſi ſolum adderetur quinta in immobilibus cum redimūtur, & tñ etiam circa mobilia additur quinta, vt patet in vouentibus animalia, quæ non poſſunt immolari, quia ſi volebant ea redimere, dabant æſtimationem, & quintam, vt patet in littera, ideo

eadem

eadem ratione addetur hic quinta. Cum autem dicitur, ꝙ nihil plus conſequebatur hic redimens, quàm ſimpliciter ementes, ideo non daret quintam. Dicendum, ꝙ hoc eſt falſum. Primò, quia propter redimẽtem priuatur iure ſuo Sacerdos, ſ. vt non poſſit retinere rem ſibi obligatam, ſed compelletur eã dare, & propter alios ementes nõ cogitur dare, ſed vendit quando vult; ideo eſt aliqua vtilitas redimentis. Secunda eſt: quia redimens habet minorem taxationem quàm alij emẽtes, ideo additur quinta. Patet hoc: quia Sacerdos taxabat rem inter multum, & modicũ, ad hoc, quòd poſſet redimens eam habere, & non ad maximum, quòd poterat valere. quantum autem ad vendendum non erat ſic: quia non erat eadem taxatio, ſed vendebatur quanto poſſet in pluris vendi: nam ſi redimens noluiſſet redimere, & Sacerdos, vel Sanctuarium vellet rem illam vendere, nõ tenebatur pro eadem æſtimatione dare quæ ſupra fuerat facta, ſed vendebat quanto pluris poterat, vt colligitur infra in littera, & probatum fuit ſupra, & ita cum eſſet hic, & generaliter quantum ad omnem redimentem fauor quidam, tenebãtur ſemper redimentes dare inſuper quintam.

Quare homines qui vouebantur, & redimebantur, non dabant pro ſe totum valorem ſuum, pro animalibus verò, & alijs rebus dabatur totus valor. Quæſt. LIX.

QVÆRETVR quare homines qui vouebantur, & redimebantur, non dabant totum valorem ſuum, & pro animalibus quæ vouebantur ſi redimerentur, dabatur totus valor, & ita etiam de aliis rebus? Dicendum, quòd fuit conueniens pro hominibus non accipere totum valorem ipſorũ, pro animalibus autem ſic; in quo conſiderandum eſt, quòd cum aliquis ſe vouebat, totum ſe tradebat Deo, & res quæ vouebatur, etiam tota Deo tradebatur, ideo quantum ad hoc, ſi id, quod vouebatur, redimendum erat; debebat totus valor rei dari, & tamen in hominibus fuit aliquid ſpeciale, vt non conueniret totum valorem dari: datus fuit ergo in aliis rebus. Primum fuit propter honorem: nã Deus voluit honorare homines liberos, qui ſe ſponte vouebant, ne viderentur vendi, ſed liberi remanere: ſi autem daretur pro eis totus valor, venderentur: ideo noluit ſtatuere totum valorem, ſed aliquid modicum oblationis. Circa res autem poſſeſſas nullus honor attendi debebat, quia illæ non erant dignæ aliquo honore, ideo non erat inconueniens, ꝙ venderetur, vel daretur pro eis totus earum valor. Secundũ fuit, vt alliceret Deus homines ad ſe vouendum, & hoc erat non grauando vouentes in ſolutione votorum: ſi autem homines ſoluentes pretium pro ſe, dediſſent totum valorem, cum valor hominis ſit magnus, depauperati fuiſſent vouentes, ideo non debuit totus valor dari, ſed ſtatui aliquid minus: ſecus autem erat de rebus poſſeſſis: quia non erat regulariter tantus valor earum, ideo etiam ſi totus valor datus fuiſſet, non erat inconueniens.

Tertium erat, quia homo liber, qui ſe vouebat, etiam ſi applicaretur Deo ad miniſtrationem aliquam, non fuiſſet illa penitus ſeruilis miniſtratio: ideo non debebat dari pro illo quãtum valere poſſet, ſi ad illam ſolam miniſtrationem venderetur, ſicut ſi aliquis homo ſe venderet per totam vitam ad faciẽdum aliquod opus determinatum, & non plus quotidie, non daretur tantum pro illo homine, quantum ſi ſimpliciter venderetur; ſecus autem erat de rebus poſſeſſis ab homine, qualeſcumque eſſent, quia illæ dandæ erant pro toto, quod erant, aut prodeſſe poterant, ideo ſi redimerentur, totus valor pro eis dãdus erat, & hoc apparet: quia res illæ ſi non redimerentur, tranſibant ad iura Sacerdotum, vel Sanctuarij, & vouens totaliter perdebat illas; vt ergo retineret eas, quas totaliter perditurus erat, totum valorem dare debebat, & hoc non ſolum fiebat in animalibus, ſed etiã in domibus, & agris, & quibuſcũque mobilibus, & immobilibus rebus, vt patet in littera, & idem in ſeruis, ſiue Iudæis, ſiue conuerſis ad Iudaiſmum contingebat: quia non vouebantur, vt homines, ſed vt res poſſeſſæ ab hominibus, & ideo redimebantur vt res, & non vt homines, dato totali pretio.

F *Quare pro redemptione voti hominum poſuerit Deus aliquas taxationes, & pro alijs rebus non. Quæſt. LX.*

SED quæretur, quare pro redemptione voti hominum poſuerit Deus aliquas taxationes, & pro aliis rebus non poſuerit aliquas? Dicendum, quòd vt quidam putãt, hoc factũ fuit, quia in hominibus eſt multa varietas, ideo poſuit multas taxationes; in aliis autem rebus non eſt tanta varietas, ideo non fecit ſic. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat: quia tunc propter plures differentias in hominibus, plures faciendæ fuiſſent taxationes, & in aliis rebus pauciores, & tamen nullam poſuit in aliis, ideo non eſt hæc cauſa. Alij dicunt, quòd hoc factum fuit, quia in hominibus eſt valor magis notus, & vt communiter magis pacificantur vel proportionantur in valore, in aliis autem G rebus neque eſt valor ita notus, nec tanta proportio, ideo non fuit ibi facta taxatio. Sed dicendum, ꝙ nec iſtud ſtat: quia maior proportio eſt inter duos arietes, & duas oues inter ſe, in valore, quam inter homines, quia cõtingit aliquãdo vnum hominem valere pro mille, ſicut dixit Ioab, ꝙ Dauid pro decem millibus computabatur, lib. 2. Reg. c. 18. & vnus valet tres, aut quatuor, aut plures, & tñ inter oues, & boues, & aſinos, & huiuſmodi, nõ eſt in hoc multa proportio in pretio, ideo non eſt iſta cauſa. Sed dicendum, quòd cauſa fuit, quia voluit Deus, quòd pro homine non daretur totum pretium, pro aliis autem rebus totum daretur. *Doct. reſpondet ad quæſitum.* Si enim Deus voluiſſet, quòd daretur totum pretium pro homine, non oportuiſſet poni aliquam taxationem, ſed quòd Sacerdos taxaret quantum valeret, & tantum ille daret, & hoc conuenientius erat, quam poni H taxationes aliquas ſecundum ætates, quia aliqui homines ſunt, ſcilicet, duo eiuſdem ætatis, & vnus valet in quadruplum plus quã alius. In particulari aũt ſit bene iudicium de re, quia contingit rem variari infinitis modis, qui non ſubiiciuntur conſiderationi vniuerſali, ſed ſenſui, & iudicio in particulari, & ob hoc, quia voluit omnes res pro toto valore redimi, non poſuit in illis aliquam taxationem. ſed voluit quòd Sacerdotes taxaret quantum res valeret, Sed obiicietur, ꝙ etiam circa hominem iſtud fiebat, quia circa pauperes æſtimabat Sacerdos, vt patet in littera.

Dicendum, quòd non eſt ſimile; Primò, quia circa pauperes æſtimabat Sacerdos quantũ poterant ſoluere commodè, & non quantum valebant; circa res autem alias, taxabatur quantum valebant. Secundò, quia taxatio Sacerdotum ſemper erat in diminutionem: nam Deus ſtatuerat minorem taxationem quã homo valeat, & quando I homo tam pauper erat, vt neque illam commodè poſſet ſoluere, diminuebat Sacerdos illam quantum videbat eum poſſe ſoluere, & ita erat ſemper multo minus, quam valor rei erat.

Quare non fiebat ſic in primogenitis quæ redimebantur, quòd ſolueretur inſuper quinta, ſicut in animalibus quæ vouebantur. Et quòd ea quæ vouebantur erant triplicis conditionis. Quæſt. LXI.

QVÆRET aliquis, quare non fiebat ſic circa primogenita quę redimebantur, quòd ſolueretur inſuper quinta, ſicut in animalibus quæ vouebantur? nam ſolum dicitur, quòd darentur quinque ſicli, & non K additur aliquid ſupra, Numeri 18. c. Dicendum Primò, ꝙ hoc fuit, quia vbicumque certum pretium ſtatuitur, non datur quinta, ſicut in redemptione voti habetur, vbi ponuntur pretia pro ſingulis ætatibus, & non datur aliquid vltra, ſed ita eſt in primogenitis, in quibus ſtatuti fuerunt quinque ſicli pro ſingulis, ergo nihil addendum erat, Numeri 18. cap. Secundò, quia quæ uouebantur erant triplicia, quædam quæ redimi neceſſe erat, alia quæ non poterant redimi, tertia, quæ non poterant redimi, uel manere penes illũ, cui ex uoto cedebant. In primis nõ addebatur quinta, & hoc erat pp duo. Primò, quia i illis ſtatuebatur pretiũ certũ, ut eſt in uoto hominis; Secundò, quia quinta ſuperaddebatur, qñ concedebatur redemptio, idq; in fauorẽ redimẽtis: ſed in his primogenitis nõ erat in fauorẽ; cũ cogeretur ſe redimere, ideo quinta nõ addebat᷑, & hoc patet in uoto pauperũ, ubi nõ dabatur taxatio data à lege,

ſed

ſed arbitrabatur Sacerdos, & ſupra id, quod arbitrabatur, non dabatur quinta; & iſta erat cauſa præcipua. Alia autem erant quæ non redimebantur, & in iſtis quia non manebant apud vouentem, ſed tranſibant ad Deum, non poterat dari quinta, cum nullum pretium pro eis daretur. Alia erant quæ poterant redimi, vel manere apud Sacerdotes, vel Sanctuarium, & quia concedi ius redimendi, erat in fauorem redimētium, imponebatur onus quintæ partis, ſed circa primogenita, quæ redimebantur, erat primus modus, ſ. quia cogebantur redimere ea illi, quorum erant: ideo cum redimendi ius non concederetur in fauorem eorum, non cogebātur addere quintam, ſed ſoluebant id quod à lege impoſitum erat. Tertiò poteſt dici: quòd aliquando in redemptione primogenitorum fiebat additio quintæ partis. Pro quo ſciendum, quòd primogenita aut erant humana, aut animalium; ſi humana, dabantur pro eis quinque ſicli, & ita redimebantur, Numer. 18. cap. & non addebatur aliquid, neque minuebatur, etiam propter paupertatem, vt oſtenſum fuit ſupra; & ideo ibi non erat locus quintæ. Si autem primogenita animalium dabātur, aut erant immunda ad immolādum ſecundum ſpeciem, vt aſinus, ceruus, equus: aut munda, vt bos, ouis, vel capra; ſi primo modo, redimebantur datis quinque ſiclis, vt ſolet dici, ſ. illa quæ in noſtra poteſtate erant. De quo dicetur magis Numer. 18. cap. ſi ſecūdo modo, erant per accidens immunda, aut totaliter munda: ſi mūda, non redimebantur, ſed tradebātur, & immolabantur Deo, & cremabantur adipes, carnes autem cedebant Sacerdotibus, eod. c. ſi autem erant immunda per accidens, Sacerdos taxabat illa, & ſi offerens volebat illa redimere, addebat quintam partem inſuper; ſin autem nollet redimere, vendebantur alteri, quantumcumque poſſent vendi, vt patet infra in littera, & ſic aliquando in redemptione primogenitorum addebatur quinta.

Nunquid ſi primogenita facta fuiſſent immunda per accidens, ſemper redimi oportebat. Et an prædicta primogenita neceſſario debebant redimi, vel manere ſemper Deo applicita. Quæſt. LXII.

OCCASIONE præcedentium quæretur, ſi primogenita quæ offerenda erant ſecundum ſpeciem immolabilia erant, & facta fuiſſent immunda per accidens, an oporteret ea ſemper redimere. Dicēdum, quòd aliqui voluerunt intelligere litteram inferiorem, ſ. quòd ſi immūdum fuiſſet animal, redimeret qui obtulerat de animalibus per votum datis; ſed hoc non eſt verum: quia ſuperuacuum fuiſſet, cum hic iam fuerit de hoc dictum, & non replicaretur ibi: maximè, quia ante litteram ipſam agitur de primogenitis, quòd non poſſent ſanctificari, neque voueri, & ſtatim additur, quòd ſi immundum eſt animal: ergo de primogenitis agitur, & nō de animalibus quę vouebātur.

Sed tunc manet dubium, cum dicitur de immundo animali, de quo intelligatur; & aliqui putant, quòd intelligatur de immundis ſecundum ſpeciem, vt eſt aſinus, & equus, & ſimilia. Sed tñ dicendum, quòd etiam hoc nō ſit rationabiliter dictum: nam omnia animalia quæ ſunt quadrupedia, & in poteſtate noſtra, ſiue ſint ad cibum neceſſaria vt pecora, ſiue non, vt equus, mulus, aſinus, camelus, & dromedarius, erant obligata redemptioni primogenitorum, vel oblationi. Sed offerri ad immolādum non poterant, niſi bos, ouis, vel capra, quando erant immaculata; ergo omnia alia, ſiue immunda ſecundum ſpeciem, ſiue per ſpeciem munda, & immunda per accidens, debebant redimi. Sed de redemptione eſt difficultas.

Aliqui volunt, quòd omnia immunda prædicta redimerentur data æſtimatione, & quinta parte, vt hic dicitur, & iſtud videbatur multum rationabile, cum nō poſſent immolari; ſed obſtat id quod habetur Numer. c. 18. ſ. quòd pro redemptione primogenitorum immundorum darentur quinque ſicli. Dicendum ergo videretur ad concordiam Scripturarum, quòd aut erat: immundum animal per ſpeciem, aut per accidens: ſi per ſpeciem, vt equus, mulus, & huiuſmodi, quæ habent fetus, dabantur quinque ſicli pro quolibet primogenito, & de hoc intelligatur littera Numer. 18. cap. ſi autem eſſent per accidens immūda, immaculata, æſtimaretur à ſacerdote, & redimebantur data æſtimatione, & quinta parte inſuper, & de hoc intelligatur hic littera. Sed nunc eſt dubium, an prædicta primogenita neceſſario deberent redimi, vel poſſent remanere Deo applicita? Aliquis dicet, quòd erat neceſſe redimi, quia aliàs remanerēt Deo applicita, ſed non poterant Deo applicari, quia immunda erant, ergo oportebat redimi ea. Dicendum, quòd non erat neceſſe redimi: Primò, quia ſi neceſſe fuiſſet redimi, non potuiſſent alteri vendi, & tamen dicitur in littera, quòd ſi non redemerit qui obtulit, vendetur alteri; ergo non erat neceſſe redimi. Secundò, quia ſi vouens coactus fuiſſet redimere, nō impoſita fuiſſet ei quinta pars inſuper ſoluenda, cum redemptio non eſſet in fauorem eius, ſed cogeretur ad illam, & tamen imponitur quinta, ergo non cogebatur offerens ea redimere. Tertiò, quia redemptio fuiſſet neceſſaria, ſi non potuiſſet manere res apud Deum, ſed animal primogenitum immundum poterat manere apud Deum, ergo non cogebatur offerens illud redimere.

Ad rationem in contrarium dicendum, quod manere primogenita immunda apud Deum, ſtat dupliciter. Vno modo, quòd ei applicentur immolando, ſicut ea quæ munda erant, & iſtud non eſt verum.

Alio modo, quòd traderentur ab offerente, & manerent apud Sacerdotes, quibus loco Dei iſta cedebant, & hoc modo remanere poterant, cum non immolarentur, & ſic non erat inconueniens.

Alio modo poteſt dici, quòd argumentum non valet: nam licet non poſſent manere animalia apud Deum, neque apud ſacerdotes, non oportebat ob hoc, quòd redimerentur, quia ſatis erat, quòd venderentur aliis, & hoc fieri poterat in præſenti: ergo non erat neceſſe ea redimi.

An hæc primogenita neceſſariò venderentur, ſi non redimerentur. Quæſt. LXIII.

ADHVC quæretur, circa talia primogenita immunda per accidens, quæ non poterant immolari, an neceſſariò venderentur, ſi non redimerentur, vel poſſent manere apud Sacerdotes? Aliqui dicunt, quòd neceſſe erat vendi alteri, ſi offerens non redimebat. Primò, quia dicitur infra in littera de primogenitis immundis, quia ſi offerens noluiſſet redimere, alteri vendebātur, ergo oportebat alterum horum fieri, ſ. quòd redimerentur, vel venderentur. Secundò, quia ſimile fiebat circa alia, id eſt, domos, & agros: nam cum vouerentur, dabatur ius redimendi vouenti, & ſi ille non volebat redimere, neceſſe erat eas res alteri vendi, vt patet infra in littera. Dicendum, quòd ſi offerens prędicta primogenita non redimeret illa, non oportebat neceſſariò alteri ea vendi, ſed licebat ſacerdotibus illa ſibi retinere, quod patet: quia redemptio erat introducta hic in fauorem offerētiū ipſa primogenita, vt poſſēt illa retinere dato aliquo, ſed quantum ad alios non offerentes, non erat fauor aliquis, ideo non cogebatur Sacerdos vendere ea alijs, quando non redimebantur. Item quia non cogeretur aliquis redimere quod vouebat, ſiue offerebat, niſi quia illud non poterat manere apud alium, niſi apud ipſum, & tamen primogenita immunda poterant manere apud Sacerdotem, ideo non cogebatur vendere. Circa quod ſciendum, quòd primogenitorum quædam ſunt quę oportebat apud Deum manere, aut applicari ei, & iſta nullo modo poterant redimi, neque vendi, ſed oportebat illa Deo immolari, vt erant primogenita ouis, bouis, & capræ munda, Numer. 18. c. Alia erant quæ non poterant manere apud Deum, neque apud aliquem alium, niſi apud offerentem, & iſta oportebat redimi ab ipſo offerente, vel vouente, & non concedebatur alteri, quòd illa emeret; ſic erat de primogenitis hominum, quia primogeniti erāt liberi, & non poterant vendi; & ēt non poterant manere apud Deum, aut ſacerdotes in ſeruitio, ideo oportebat, quòd redimerentur ab illis quorum erant, dādo quinque ſiclos, vt ſic reſtituerentur liberati, iā nulli exiſtentes obligati. Et idē erat de hominibus liberis qui ſe vouebāt: nā non manebāt apud Deum, neque vendebantur, ſed ſeipſos redimebāt dato pretio taxato in littera. Animalium aūt immunda primogenita, non applicabantur

bantur Deo,quia erant immunda,neque oportebat ea redimi,quia non erant homo liber,ideo erat mediũ in illis, ſcilicet,quòd poterant redimi, vel poterant manere apud Sacerdotem,quia quicumque locus illorum eſſet, poterat eſſe apud Sacerdotem,ſiue enim ad cibum fuiſſent neceſſaria,poterat ea Sacerdos in cibũ ſumere,ſiue ad laborem apta,poterat Sacerdos cũ eis laborari facere,ideo non cogebatur vendere, ſed poterant manere apud ipſum, ſicut apud quemcumque alium laicum,cui venderentur. Ad primum in contrarium dicendum, ꝙ non dicitur in littera: Si noluerit redimere,alteri venũdabitur. quaſi voluerit Deus neceſſitatem vendendi ſignificari, ſed ſolum poteſtatem vendendi oſtendere: quia aliquis crederet,quòd Deus dixiſſet, ꝙ redimeretur, ꝙ ſi non redimeret ille qui obtulerat, non poſſet Sacerdos vendere, ſed oporteret retinere illud:hoc autem eſſet inconueniens; ideo oſtendit, ꝙ poterat alteri vendere ; non tamen. ꝙ cogeretur, quia quod in fauorem alicuius introductum eſt, non debet ad illius incommodum retorqueri;ſed ad Sacerdotis vtilitatem introductum erat,ꝙ poſſet vendere , vt nõ cogeretur tenere omnia talia animalia,quia forte non eſſent ſibi vtilia,& pretium eorum eſſet vtile ad prouidendum ſibi circa inopiam aliarum rerum neceſſariarũ, & tñ poterat accidere, ꝙ aliquãdo eſſet Sacerdoti vtilius retinere animal quã vendere illud,ideo ſi cogeretur vendere, idipſum cederet in damnum eius: ergo poterat Sacerdos vẽdere,ſed non cogebatur. Item, ſi ſacerdos teneretur omninò vendere prædicta animalia,aut ideo hoc eſſet, quia non liceret ei prædicta retinere animalia, aut quia in fauorẽ alicuius vendere tenebatur, aut quia eſſet ei damnoſum ea retinere, ſed nullum iſtorum erat, ideo poterat illa retinere. Non erat Primum:quia prædicta animalia licebat ſacerdoti retinere,cum enim illa cuilibet laico liceret habere, licebat etiam haud dubie ea habere ſacerdoti: quia illa non erant aliquid ſacrum, quod ſoli Deo deberetur. Etiam non erat ſecundum: nam fauor attendebatur ratione ipſius offerentis, vel vouentis, ideo quantum ad illum,dabatur ius redimendi etiam inuito ſacerdote, vt ſic magis allicerentur homines ad offerendũ, & vouendum; ſed quantum ad alios,nullus fauor erat, ideo reſpectu illorum non cogebatur ſacerdos vendere prædicta animalia. Etiam nõ erat tertium:quia licet fuiſſet vtile ſacerdoti retinere illa, non tamen cogebatur, quia per hoc,ꝙ cogeretur,iam grauaretur. Etiam non erat verum, ꝙ ſemper erat vtile ſacerdoti vendere, immo aliquando fuiſſet forte vtile retinere, ideo tunc non cogebatur vendere, & quia lex non poterat prouidere,neque diſtinguere,quando fuiſſet ei vtile retinere, & quando vendere, debuit ſacerdoti concedere, vt liberè uenderet, uel retineret. Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt ſimile, quia in rebus immobilibus, id eſt,agris,& domibus, non licebat ſacerdotibus aliquid retinere,quia Deus dixerat ſacerdotibus, & Leuitis, quòd nihil poſſiderent inter Iſraelitas, neque haberent aliquid in terra eorum,Deuteronom.18.cap. & Numeri 18.c. agri tamen, & domus erant poſſeſſiones in terra, ideo non debebant talia retinere, ſed oportebat, ꝙ redimerentur hæc,uel uenderentur,ut dicitur infra in littera. Secùs erat de animalibus,quia licebat ſacerdotibus, & Leuitis habere pecora,& iumenta, imò pro pecoribus, & iumentis ſuis dabantur eis ſuburbana ciuitatum, Ioſue 21.c.ideo non erat hic,ſicut in bonis immobilibus,ideoq; poterant retinere ſibi hæc,quando non redimerentur. Circa agros autem,& domos, concedebatur redemptio, & uenditio;redemptio quidem in fauorem uouentium,quia ſemper hoc dabatur uouentibus, niſi circa animalia quæ immolari poterant; uenditio autem imponebatur non in fauorem aliquorum, ſed quia ſacerdotibus non licebat retinere,& ſic per uenditionem reuerterentur hæc ad laicos,quibus licebat illa retinere. Sed adhuc quidam dicunt, ſpeciale fuiſſe circa animalia, quæ primogenita erant,qualiacumque eſſent, quia Deus volebat, ꝙ nunquam manerent apud ſacerdotem, ſed aut redimerentur ab offerente, aut venderentur alteri; & hoc apparet ex differentia quæ fit hic in littera inter animalia quę uouebantur,& primogenita quæ offerebantur. Nam ſi eſſent immolabilia, utrobique applicabantur Deo,& non redi-

F mebantur; ſi autem animalia quæ uouebãtur non potuiſſent immolari, dicitur, ꝙ poterant redimi addita quinta parte æſtimationis;& nihil ultra dicitur, in quo innuitur, ꝙ in fauorem uouẽtis concedebatur redemptio,& tamen non cogebatur ſacerdos alteri uẽdere, ſi ille non redemiſſet.Sed circa primogenita dicitur infra in littera,ꝙ ſi immundum eſt animal redimet, qui obtulit, iuxta æſtimationem factã à ſacerdote & addet quintam partẽ pretij;ſi redimere noluerit uendetur alteri;& ita hic addidit:ergo uidetur, quòd hic ſpecialiter uoluit, quòd non maneret animal apud ſacerdotem,ſed cogeretur uendere. Dicendum,ꝙ poteſt qui uoluerit hoc tenere,ſed paucam rationem aut nullam habet:& ſi iſta littera intelligeretur,uideretur lex continens ſolum mandata ſine cauſa: nam ſicut ſupra oſtẽſum fuit, nulla eſt cauſa quare ſacerdos cogeretur

G talia animalia uendere. Melius ergo dici poteſt,ſicut ſupra diximus,ꝙ nõ tenebatur ſacerdos uendere, ſed erat liberum ſibi aut rem oblatam retinere, aut eam uendere. *Solutio auctoris melior.* Cum autem dicitur,ꝙ fit differentia in littera: dici poteſt uno modo, ꝙ non eſt differẽtia aliqua, ſed illud declarat utrumque, ſcilicet, quæ uouentur, & primogenita, ſcilicet, quòd animalia non immolabilia licebat uendere; & per litteram illam ſignificabatur facultas uendendi, & non neceſſitas, & etiam animalia immunda quæ uouenbantur, licebat redimere, & ſi non redimerentur, licebat uendere,ſed quia ſupra tacitum fuerat,expreſſum fuit infra cum agitur de primogenitis, & extenditur ad utraque, ſcilicet, quòd uendi poſſint.

Secundò facta fuit iſta expreſſio ad tollendum dubiũ: nam cum dictum fuiſſet de animalibus, quæ vouebãtur,

H quòd poterant redimi, non fuerat expreſſum, quòd poſſent vendi,putaret aliquis, quòd generale foret,quòd non venderentur,ideo expreſſit,quòd poſſent alteri vendi, & non cogeretur illa retinere Sacerdos.

Tertiò fuit,& principaliter, vt tolleret alterũ dubium, quia etiam ſi non exprimeretur, ꝙ poſſet Sacerdos alteri vendere per ſe,videbatur ſubintelligi cum poſſent iſta redimi, & tranſire ad vſum laicorum inuito Sacerdote: à fortiori poſſent tranſire ipſo volente, & ſic venderentur. Sed quia dictum erat, ꝙ redimens daret æſtimationem, & inſuper quintam partem, dubitaret aliquis, an ſi venderentur prædicta animalia,emens deberet dare æſtimationem, & quintam: tollit vnum dubium dicens, ꝙ non daret quintam,ſed quantumcumque fuerit æſtimatum,ſ. æſtimationem ipſius,quia nunc non fiebat in fauorem ip-

I ſius ementis,ſicut cum fiebat redemptio,ſed potius in fauorem Sacerdotis qui pro ſua vtilitate vendebat,ideo non dabat quintam inſuper ipſe emens, ſicut tenebatur dare redimens.

Aliud quoque dubium tollit:quia ſacerdos fecerat ęſtimationem mediocrem, ad hoc, vt redimens redimeret, ſed quia ille noluit redimere, ideo erat dubium an emens daret eandem ęſtimationem,vel maiorem,aut minorem, quia Sacerdos fortè nollet dare pro illa æſtimatione facta,quia parua fuerat,& emens vellet gaudere iure illius æſtimationis nolẽs plus ſoluere. Et dicit Deus,ꝙ non ſtabitur illi æſtimationi,ſed quantumcumque fuerit ęſtimatum,id eſt, quantumcumque conuentum fuerit inter eos, ſiue modicum, ſiue multum; quia vt communiter, æſtimatio quam faciebat Sacerdos ad redemptionem, erat

K parua, quia debebat addi quinta pars inſuper, cũ autem non redimebatur,ſed emendum erat animal, non ſoluebatur quinta, ideo debebat rationabiliter conſtitui maior taxatio: & ita faciebat Sacerdos maiorem taxationem, ſicut conueniebat,inter eum, & ementem, maximè, quia aliquando Sacerdos non vendebat ſtatim vt offerebatur animal, quando conſtituebat taxationem offerenti ad redimendum,ſed poſt tempus aliquantulum,& tunc res illa fortè multo plus ualebat, ideo non ſtabatur primæ taxationi, ſed fiebat alia maior. Aliquando autem res deteriorabatur, & erat minoris ualoris, uel non erant emptores pro illa, & fiebat minor æſtimatio, & ſic non erat reſpiciendum ad taxationem quam prius fecerat ſacerdos, ſed quantumcumque æſtimatum eſſet, id eſt, conuentum inter partes,tantum daretur. Ad tollenda ergo iſta dubia, fuit illud infra additum, & non ad oſtendendum,

dum,

dum, quòd Sacerdos cogeretur vendere animalia primogenita, quando non redimerentur. *Addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ*. id eſt; ſi vouens voluerit redimere, non dabit ſolum pretium conſtitutum, ſed etiam quintam partem pretij inſuper addet.

Quare, quãdo aliquis vouebat domum, vel agrũ, & redimebat, addebat redimẽs quintam partem ad æſtimationem.

Cauſa erat: quia magis grauabantur Sacerdotes, quando redimebat vouens, quam ſi quiſquam alius emeret: Nam ſi vouens redimeret, nunquam rediturus erat ager ad Sacerdotes, ſi autem alij emerent, redibat ad Sacerdotes in iubilæo, iuſtum ergo erat, vt iſte plus daret, ſed hoc verum eſt in prima venditione, non aũt in ſecunda, & in ſequentibus, i. ſi immediatè, vt aliquis vouiſſet, redimeret rem ſuã de manu Sacerdotum, debebat addere quintam partem ſuper totum pretiũ æſtimatum, quia tollebat ſimpliciter totum ius Sacerdotibus. Si tñ non redimeret immediatè, & alius emeret, poſtea in iubilæo iterum emere poterat, quia compellebantur vendere Leuitæ, ſed tunc non dabat quintam partem ſuper æſtimatum pretium, ſicut à principio, & cauſa erat: quia per iſtam emptionem non tollebatur aliquod ius Sacerdotibus, quia iſte qui emebat, non poterat tenere niſi vſque ad iubilæum, & etiam ſi milleſies emeret, ſolum tenebat qualibet vice vſque ad iubilæum, ſicut quilibet extraneus. Sed ſi alij extranei emerent, non ſoluebant quintam ſuper pretiũ æſtimatum, ergo nec iſte ſoluere debuiſſet qui vouerat. *Et poſſidebat eum*. i. tenebit illum agrum tanquam ſuum: nam ſi immediatè redimeret de manu Sacerdotum, erat ager totaliter ſuus vſque in æternum. *Sin autem noluerit redimere*. i. ſi vouens noluerit redimere agrum ſuum, vel domum ſuam de manu Sacerdotum immediatè vt vouerit. *Sed alteri cuilibet fuerit venundatus*. i. in prima vice, ex quo patet, ꝙ etiam ſi vouentes noluiſſent redimere agros, vel domos tradita per votum, tñ non poterant Sacerdotes retinere apud ſe, ſed cogebantur vẽdere Iſraelitis, & ſic non ſequebatur aliquod ex inconuenientibus iam aſſignatis. *Vltra eum qui vouerat, redimere non poterit*. i. ſi à principio cum res tradita fuit Sacerdotibus per votũ, noluiſſet vouens redimere, nunquam poterat redimere amplius, id eſt, nunquam poterat peruenire ad eum ex iure redemptionis, bene tñ poterat peruenire ex iure emptionis. Nam dicitur aliquis redimere agrum ſuum, quando vendidit, vel vouit, & poſtea ſic emit, vt apud eum maneat in æternum, & hoc poterat facere vouens, ſi immediatè redimeret poſtquam tradidiſſet rem votiuam. Emere autem, & non redimere dicitur, ſi taliter emit rẽ, vt non permaneat apud ipſum in æternum, ſed ſolum vſque ad iubilæum, & hoc fiebat ſi vouens immediatè non redemiſſet, ſed accepiſſet de manu alterius ementis: nam tunc ſolum poterat tenere vſque ad iubilæum; idem ſi emeret in ſequenti iubilæo, ſolum poterat tenere vſque ad alterum iubilæum, & hoc non erat redimere, i. habere rem per ius redẽptionis; & ſubditur immediatè cauſa huius, cum dicitur: *Quia cum iubilæi venerit dies, ſanctificatus erit Domino*. i. iſta poſſeſſio erit iam pertinens ad Deum, quando venerit iubilæus, ideo ille qui vouit, non poterit retrahere, quoniam res quæ conſecratæ ſunt, non tranſeunt vnquam amplius in proprietatem laicorum. Et dicitur, ꝙ cum venerit dies iubilæi, i. annus iubilæi, erit ſanctificatus Domino nõ quidem annus, ſed ager, i. iam pertinebit ad Deum. Huius cauſa erat: quia quando aliqua res vouebatur, erat ſanctificata Deo, & pertinebat ad ius Sacerdotum: ſi autem vouens immediatè voluiſſet redimere rem illam, tranſibat totum ius eius in ipſum, & non manebat aliqua ſanctificatio apud Deum; Si autem vouens noluiſſet redimere, vendebatur alijs, & tunc pertinebat ad ius Sacerdotum, ita, quòd vouẽs numquam haberet amplius recurſum ad illum agrum vel rem illam ſicut ad rem ſuam.

Quomodo ager qui non redimebatur, pertinebat in iubilæo ad Sacerdotes ſi fuiſſet datus per votum, & qualiter; Et de vouente agrum ad ſe non pertinentem. Et de ſiclo Sanctuarij. Quæſt. LXIIII.

SED dicet aliquis, quare dicitur hic, ꝙ cum venerit dies iubilæi erit ager ſanctificatus, id eſt, pertinens ad Deum? nam videtur, ꝙ immediatè, poſtquam vouens noluiſſet redimere, eſſet ager ſanctificatus, quia quomodocumque res ſe haberet, neceſſe erat, vt iam ille ager pertineret in æternum ad Sacerdotes.

Reſpondendum eſt, ꝙ quanquam vouens nunquam amplius haberet recurſum ad agrum ſuum, qui ſic tranſiciat in ius ſacerdotum, tamen non erat ager immediatè ſanctificatus, ſed ſolum vſque ad iubilæũ: nam toto tempore medio ad ementem pertinebat, & nihil in eo habebant ſacerdotes, ſcilicet, nec poſſeſſionem, nec proprietatem. Cum autem veniebat iubilæus, habebant vtramque, ſcilicet, & poſſeſſionẽ, & proprietatem: quoniam iterum vendebant agrum illum, & recipiebant pecuniam pro illo, & ſic in altero iubilæo, ita, vt in quolibet iubilæo diceretur ager ſic habitus, conſecratus Domino, & nunquam temporibus intermedijs. *Et poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet Sacerdotum*. id eſt, omnis ager, vel domus, vel quodcumque poſſidetur, ſi conſecraretur Domino pertinebat ad ius Sacerdotum; ſic habetur Numer. cap. 18. ſcilicet: Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael tuum erit. Et agitur ibi de iurib. Sacerdotalibus. Eſt autem hic ſenſus, vt reddatur cauſa ſuperiorum, ſcilicet, ꝙ in iubilæo rediret poſſeſſio iſta ad Sacerdotes, ſicut cum aliquis vẽderet poſſeſſionem ſuam, ex eo, ꝙ illa ſua erat, rehabebat eam in iubilæo: ita cum res conſecratæ pertinerent ad ius Dei, & Sacerdotum, ſi venderentur, debebant redire in iubilæo ad Sacerdotes. Hic autem ſolum declaratur, quòd id, quod cõſecrabatur Deo, pertinebat ad Sacerdotes, ideo ſic redibat ad ipſos in iubilæo, ſicut ſi eſſet ipſorum, & ipſi venderent. *Si ager emptus eſt & non de poſſeſſione maiorum*. Hic agitur de eo qui vouebat agrum non pertinentem ad ſe, vtpote, ſi aliquis emiſſet agrum ab alio, durabat illa emptio vſque ad iubilæum, & poterat iſte qui emeret, vouere eum Domino, quoniam ad eum pertinebat vſque ad iubilæum. Sed in iſto caſu non fiebat, ſicut in ſuperiori: nam ſupra dicebatur, ꝙ quando aliquis vouebat agrum, poterat redimere ſi vellet, & manebat apud ipſum ager in æternum: ſi autem nollet, emebat alius, & tunc nõ poterat habere recurſum ad eum dominus prior; Hic autem non fit ſic: ſed cum aliquis voueret Domino agrum non pertinentem ad poſſeſſionem ſuam, ſcilicet, ad maiores ſuos, compellitur dare tãtum pro agro quantum valet ipſe venditus vſque ad iubilæum, deinde in iubilæo redibat ad dominum priorem, & non habebat iſte qui dederat aliquod ius redẽptionis, quia redemptio ſolum dabatur cuilibet pro re ſua: ſed iſte ager, quanquam vſque ad iubilæum pertineret ad iſtum qui emerat, non tamen pertinebat ad eum vſque in æternum. Similis autem caſus eſt, ſi aliquis emeret agrum, quem venderent Sacerdotes de votis: nam iſte ager nõ pertinebat ad iſtum ementem, ſi ergo iſte voueret illum agrum, tenebatur dare tantum valorem Sacerdotibus, quantum vendi poſſet vſque ad iubilæum, nec dabatur ei ius redimendi, quoniam nõ pertinebat ager ad eum. *Et non de poſſeſſione maiorum*. Dicitur aliquis habere agrum de poſſeſſione maiorum, quando habet hereditaria ſucceſſione à patribus, vel auis, vel alijs ſuperioribus, qui dicuntur maiores eſſe. Nam omnes vltra auum vocantur maiores, vt patet extra, de verb. ſignif. in cap. interroga. iuncta Gloſſa. Dicitur etiam habere agrũ aliquis de poſſeſſione maiorum, ſi habeat vt ſuccedens fratribus ſuis, vel alijs propinquis, quibus aliàs ſuccedere poterat ab inteſtato, & iſta poſſeſſio eſt maiorum, quoniam licet non veniat nobis per maiores, ſed per æquales, & minores, tamen aliquando fuit iſta poſſeſſio maiorum, quoniam à maioribus noſtris habuerunt illi, quibus nos ſucceſſimus. Et dicitur hic, ſi ager eſt emptus, & non fuerit de poſſeſſione maiorum, quaſi ſit iſta ſufficiens diuiſio, ſcilicet, ꝙ omnis ager quem poſſidemus, aut venit ad nos de poſſeſſione maiorũ, aut emimus illum, ſed non eſt ſufficiens diuiſio, quoniam poteſt aliquis habere ex donatione, & poterit vouere eo tempore quo donatio durat. Nam ſicut dictum eſt ſupra, 25. c. quanquam ſecũdum leges humanas aliquis poſſit donare agrum, vel vineam, vel domum, & iſta donatio tenet in æternum, tamen ſecundum Iudæos, non poterat hoc fieri. Eodem modo probatum eſt, ꝙ inter Iudæos non procedebat præſcriptio, multi quoque alij tituli ſunt inter nos ad

Quid ſit habere agrum de poſſeſſione maiorum.

ad acquirendum, qui inter Iudæos non erant, quicumque tamen illi eſſent, præter ſucceſſionem hereditariam, comprehenduntur hic nomine emptionis.

Sanctificatus fuerit Domino, id eſt, applicitus ei per votum: nam per hoc, quòd aliquis rem vouet, applicat eam Deo, quod eſt ſanctificare.

Supputabit Sacerdos iuxta annorum numerum vſque ad iubilæum, pretium. id eſt, ſacerdos computabit quantum eſt pretiū, quod debet dari pro iſta re vſque ad iubilæum, & hoc ſecundum numerum annorum. Eſt ſenſus, quòd ſacerdos conſideret quantum valeat illa res vſque ad iubilæum, ſi venderetur à iubilæo vſque in iubilæum, & tunc ſubtrahet de tali pretio numerum annorum præteritorum, id eſt, totum tempus, quod correſpondet, & pretium annorum illorum, reſiduum autem dabit ille qui vouit. Fiet autem iſta ſupputatio eo modo quo ſupra declaratum fuit.

Et dabit ille qui vouerat eum, Domino. id eſt, pretium reſiduum ſecundum computationem ſacerdotis dabit iſte, qui vouerat agrum, & non fiebat hic, ſicut in aliis votis: nam tunc vendebatur res, & ſi vellet eam redimere ille, qui vouebat, dabat pretium, & quintam partem inſuper, & ſic habebat agrum ſuum. Hic autem non dabatur aliqua redemptio: non enim erat ager huius vouentis, ſed ſolum ipſe compellebatur dare pretiū rei à tempore voti vſque ad iubilæum, tanquam ſi immediatè, poſteaquam vouit, res deſineret eſſe ſua, & alius inciperet poſſidere, & denuo venderetur ei, atque daret pretium illius. Poterat autem hoc alio modo fieri, ſcilicet, ſi iſte ager habitus per votum, immediatè venderetur, & emeret eum ipſe, qui vouerat, vel aliquis alius, lex tamen determinauit priorem modum, ſcilicet, quòd ipſe vouens teneret agrum, & redderet pecuniam, quam valeret ager vſque ad iubilæum, & hoc, vt non videretur ibi datum ius redimendi, ſi vouens tribueret agrum ſacerdotibus, & iterum emeret ab eis.

In iubilæo autem reuertetur ad priorem dominum. id eſt, iſte qui vouit agrum, quem emerat ab alio, non poterat tenere poſt iubilæum, nec etiam ſacerdotes poſſidebant poſtea illum agrum, quaſi non fuerit redemptus à vouente, & hoc, quia non poteſt aliquis conſtituere ius in altero, quod ipſe non habet, ſed iſte vouens non habebat ius poſſidendi agrum vſque in æternum, quia non erat de poſſeſſione ſua, ſed emerat, ideo non poterat transferre in æternum in ius ſacerdotale. Etiam quia res inter alios acta, aliis non præiudicat, ſed iſte habens agrum ex emptione, fecit votum tradens agrum ſacerdotibus, & hoc fuit ſine aſſenſu, & mandato prioris domini: ergo nihil debuit nocere iſtud votum illi, ſed aliàs ipſe habiturus erat rē ſuam in iubilæo, ergo ſic etiam nūc habebit. Idem eſt, ſi aliquis emiſſet agrum à ſacerdotibus, qui iam tranſiſſet in ius ſacerdotum, quoniam ille tenebatur ſoluere pretium agri, & poſtea in iubilæo redibat ager ad ſacerdotes, quia ipſorum erat, ſicut ſupra dictum fuit, ſcilicet, & poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet ſacerdotum.

Qui vendiderat eum, id eſt, in iubilæo redibat ad priorem dominum, qui vendiderat; idem eſt ſi donauerat, & donatarius agrum donatum vouerat Domino, redibat in iubilæo ad ipſum donatorē, vel ad heredes eius, quoniam ſicut venditio non poterat fieri in æternum inter Iudæos, ita nec poterat fieri donatio inuitis ſucceſſoribus; & dato, quòd donator ſemper eam tenere vellet, tamen heredes ſui habebant ius repetendi, vt declaratum fuit ſupra 25. capite.

Et habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ, id eſt, redibit ad illum dominum de cuius ſorte, & poſſeſſione fuit ille ager, ſcilicet, quòd ille habuit per hereditatem, & hoc à maioribus ſuis: nam ſolis his fiebat redditio poſſeſſionum in iubilæo, & ponitur hoc ad tollendum dubium, ſcilicet, cui reddendus eſſet ager emptus in iubilæo: Nam cum dicitur hic, quòd vouens agrum non de poſſeſſione ſua, debebat eum reducere ad dominum, qui vendiderat, non debet ſic intelligi ſimpliciter, vt ſi ponatur, quòd aliquis vendidit agrum, qui erat de poſſeſſione maiorum ſuorum, & emptor vendidit alteri, & alius alteri vſque ad quattuor, vel quinque, & hoc ante iubilæum; quintus autem ho-

Si aliquis emiſſet agrū, & ante iubilæū multoties vēderetur,

F rum agrum illum vouit Domino, tenetur dare pretium, ſecundum quod apparet in littera, & in iubilæo debet redire ager ad dominum qui vendiderat, non autem debet redire ad immediatum venditorem, ſcilicet, ad quartum, quia iſte non habuit agrum illum de poſſeſſione ſua, ſed emit à tertio vendente.

Nam ſi diceremus, quòd ad iſtum ager redire deberet, eodem modo diceretur, quòd deberet manere apud vltimum emptorem, qui tenuit eum vſque ad iubilæum: nam nihil magis iuris habebat quartus emptor, quā quintus, cum neuter de poſſeſſione maiorum ſuorū agrum iſtum habuerit, ſed per emptionem. Sic etiam de tertio, & ſecundo emptore dicendum eſt, quouſque veniatur ad primum qui vendidit, & nihil emit: quoniam iſte habuit de poſſeſſione maiorum; non erat ergo ager iſte reducendus G in iubilæo ad aliquem de venditoribus eius, niſi ad primum, qui illum habuit ex paterna ſucceſſione vel hereditate. Et ſic non eſt verum vniuerſaliter, quòd quicumque emeret aliquam rem immobilem, deberet illam reducere in iubilæum, ad venditorem à quo immediatè acceperat, ſed ſolum ad venditorem qui accepit rem per ſucceſſionem hereditariam.

Ad quem de venditoribus vltimus emptor eā reducere debebat.

Sed adhuc non eſt vniuerſaliter verum, quòd deberet reduci ad illum qui acceperat ex ſucceſſione hereditaria: quoniam aliqui caſus ſunt, in quibus non redibat ager ad eum, qui habuerat iure hereditario, ſicut ſi quis emiſſet agrum, & moreretur, filius eius ſuccedebat ſibi in agro illo, ſicut in omnibus aliis rebus; ſi autem poſtea filius eius venderet alteri, non erat reducendus iſte ager in iubilæo ad eum, quanquam iure hereditario acceperit, ſed ager H redibat ad illum, à quo pater huius emerat.

Cauſa huius erat: quia quanquam iſte vendidit iure hereditario, tamen non ſuſcepit iure hereditario, ſed per emptionem, ſicut igitur ſi pater huius ſuperuiueret, in iubilæo rediret ager ille ad alterum, à quo primo acceptus eſt, & non ad ipſum: ita, cum mortuus ſit, & filius eius ei ſucceſſit, non debet redire ad ipſum ager: quia filius ex eo, quòd ſit heres patris, ſolum ſuccedit iure paterno, nec potuit pater per teſtamentum conſtituere in eo ius, quod ipſe non habebat; & ſi iſte per hereditatem habuit agrum illum, non ſimpliciter habuit agrum iure hereditario, ſed ſolum titulum emptionis hereditariè ſuſcepit, & quia titulus emptionis non ſufficiebat ad hoc, quòd emptor poſtea vendens faceret rem ad ſe redire in iubilæo, ergo nec titulus emptionis habitus iure hereditario ſuffi- I cit ad hoc.

Erit ergo regula generalis, quòd ſi ager, vel domus, non vendebantur, debebant redire in iubilæo non ad quem libet venditorem, ſed ad eum qui habuit hæc iure hereditario, & non ad quemlibet habētem iure hereditario, ſed ſolum ad eum qui habet hoc in ſorte hereditatis ſuæ, ſcilicet, quod iſte ager à principio diſtributionis ſortium ceſſit huic familiæ, & tribui, & domui. & hoc ſignificat littera cum dicit: Et habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ, id eſt, quod ager reduceretur ad illum, in cuius ſorte à principio fuit. & ideo ſi eſſent viginti venditores, & emptores intermedij, ſolum reduceretur res vendita ad primum venditorem, ad quem pertinebat res, & diſtributiones ſortium in iubilæo. *Omnis æſtimatio ſiclo Sanctuarij ponderabitur*. Hic po- K nitur regula generalis, quæ tollit dubium in omnibus ſuperioribus: nam ſæpè dicebatur de ſiclis, qui dandi erant in votorum redemptione, & primogenitorum, & in multis aliis æſtimationibus: & quia erant duo ſicli, ſcilicet, ſiclus Sanctuarij, & ſiclus vulgaris, eſſet dubium, de quo iſtorum intelligeretur.

An omnis æſtimatio fieret ſiclo Sanctuarij: & quid fuerit ſiclus Sanctuarij.

Reſpondendum eſt, quod intelligatur de ſiclo Sāctuarij; & hoc verum eſt in æſtimationibus, quæ fiebant pro ipſo Sanctuario, vel ſacerdotibus: ſed non in omnibus æſtimationibus ſimpliciter: nam æſtimationes, quæ fiebant in vſu vulgarium, non fiebant per ſiclum Sanctuarij, ſed per ſiclum vulgarem, alioquin non eſſet aliquis ſiclus vulgaris, cum non fieret æſtimatio per ipſum: ſed hoc falſum eſt. Volebat ergo Deus, quòd cum Sanctuarium haberet ſpeciales ſiclos, per ipſos omnis æſtimatio pertinens ad Sanctuariū fieret; vulgares autem poterant æſtimare per quemcumque ſiclum vellent. Et non dicitur

hic

hic menſurabitur, vel computabitur, ſed ponderabitur, A quanquam magis pertineat ad monetã computare, quàm ponderare; hic tamen ponitur, quia ſiclus erat moneta magni valoris, & de argento, vt patet hic in litterà. ſimiles autem monetæ habent valorem ſuum per determinatam figuram, & certam quantitatem ponderis: monetæ autem minoris valoris, quę ſunt de minus appretiatis metallis, conſiſtunt ſolum in figura, & non curatur de pondere. ideo de moneta auri, & argenti melius dicitur, quòd ponderabitur, quàm ꝙ menſurabitur, vel computabitur; de alijs autem monetis econtrario dicitur. *Siclus viginti obolos habet.* Hic ponitur determinata quantitas ſicli Sanctuarij, & dicitur, ꝙ habet viginti obolos: menſuratur autem quantitas ſicli per obolos, quia obolus eſt minutiſſima moneta; & quia hic ponitur menſura, & menſura eſt aliquid determinatiuum quantitatis per certitudinem, B oportet, ꝙ illud quod magis determinat, ſit magis propriè menſura: ſed minima magis determinant quàm maiora, ideo minima erunt menſura omnium maiorum, ſic dicitur in 4. Phyſicor. & in 10. Metaphyſ. ꝙ minimum in quolibet genere, eſt menſura omnium, quæ ſunt in illo genere; in monetis ergo ſic erit, ꝙ minores monetę ſint menſuræ maiorum, & minima moneta ſimpliciter, eſt menſura omnium, & ipſa à nullo mẽſurabitur: & ſic eſt de obolo, quod erat inter Iudæos minima monetarum: ergo per ipſum omnia debebant menſurari, & ſic menſurantur hic ſicli.

Exo. 30. Num. 3. Exec. 45. *Primogenita, quæ ad Dominum pertinent nemo ſanctificare poterit & vouere, ſiue bos, ſiue ouis fuerit: Domini ſunt. Quod ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit, iuxta æſti-* C *mationem tuam: & addet quintam partem pretij. Si redimere noluerit: vendetur alteri quantumcumque fuerit ante æſtimatum. Omne quod Domino conſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid ſemel fuerit cõſecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino. Et omnis conſecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur: ſed morte morietur.*

Primogenita, quæ ad Dominum pertinent. Hic tollitur vnum dubium, quoniam dicebatur ſupra, ꝙ tam animalia munda, quàm immunda, poterant Domino voueri: dubitaret ergo aliquis de primogenitis, an poſſint voueri? & reſpondetur, quòd non.

Quo primogenita pertinerent ad Deum. Dicitur hic, ꝙ primogenita pertinẽt ad Deum. ſi enim accipiatur pertinere ad Deum largè, non ſolum pertinent primogenita, ſed etiam omnia alia quæcumque naſcuntur: quoniam per eius voluntatem exiſtunt, & conſeruantur; ſed dicuntur pertinere primogenita ſpecialiter ad Deum, quia non ſolum iure Diuino inquantum ipſe eſt ſuperexcellens, ſed etiam iure humano ad eum iſta pertinebant. Deus enim liberauit Iſraelitas primogenitos à morte; Angelus enim Domini tranſibat in Ægyptum per domos omnium Aegyptiorum, percutiens omnia primogenita ab homine vſque ad pecus: domos autem Iſraelitarum non fuit ingreſſus, quia Deus non permittebat eum ingredi, vt patet Exodi 12. capite, ergo ſecundum ius gentium iſti efficiebantur ſerui Dei: quia ipſe illos à morte liberauit: velut ſi quiſpiam eruat alterum à ſeruitute, vel de manibus hoſtium, efficietur ille ſeruus eius. Voluit ergo Deus propter hæc, vt primogeniti Iſraelitarum eſſent E ſerui eius, & redimerentur tanquam veri ſerui, vt patet Exodi 13. & 34. cap. & quantum ad hoc, dicebãtur pertinere ad Deum. *Nemo ſanctificare poterit, & vouere.* id eſt, nemo poterit vouere primogenita. Accipientur hic ſanctificare, & vouere, pro eodem; & idem actus ſunt materialiter, tanquam ſuperius, & inferius, ſed non conuertuntur, quia omne quod vouetur ſanctificatur, ſed non omne quod ſanctificatur vouetur. Fiebant autem iſta ſimul, quoniam vouere eſt aliquid Deo ſpondere, ſanctificare eſt aliquid Deo applicare; in hoc tamen quòd aliquid vouebatur, applicabatur Deo, cum per votum tranſiret proprietas rei ad alterum, ſicut per donationem, vel venditionem.

Quare primogenita non poterant voueri. Quæſt. LXV.

CAVSA autem qua re primogenita non poterant voueri erat, quia id quod ex vna cauſa eſt meum, ex alia cauſa meum effici non poteſt, niſi deſierit eſſe meum, vt patet extra de fide inſtrum. in cap. inter dilectos; ſed primogenita ad Deum pertinebant, vt dicitur in littera. ergo non poterant effici ſua ex altera cauſa, donec deſinerent eſſe ſua: ſed non deſinebant eſſe ſua, ergo non poterant voueri. Item, cauſa huius erat: quia votum dicitur eſſe ſpontanea promiſſio facta Deo, de his, ad quæ ex aliqua cauſa obligati non ſumus. Cum verò quis obligatus eſt ad aliquid, ſiue ſecundum naturam, ſiue ex altera cauſa, non poteſt vouere illud. Sicut nemo poteſt vouere non colere deos alienos, nec poteſt vouere obſeruare decem præcepta, quoniã iſta ex natura inſunt; & dato, quòd aliquis dicat: ego voueo non colere deos alienos, vel obſeruare decem præcepta, non eſt votum; in hoc tamen magis obligatus erit, ſi aliàs ſic vouerit, quàm ſi ſolum ex natura obligetur: nam licet in ſeipſo votum non ſit, tñ quantum ad eum aliquod genus obligationis etiã habet: ideo ſi fecerit contra hoc, magis peccat, quàm qui nullum tale votum emiſit. De primogenitis autem ſic erat, ꝙ reddere primogenita Deo, erat obligatio in Iudæis ex lege: ergo non poterat quis quam eorum hoc vouere. Sed cõtra hoc arguitur, ꝙ primogenita poterant voueri: nã ſi aliàs fuiſſet primogenitus, & poſt menſem darentur pro eo quinque ſicli. poterat ſe poſtea Domino vouere, ſicut ceteri vouebant, & ſoluetur pro eo pretium quod pro alijs. Ad hoc reſpondebitur, quia verum eſt, ꝙ primogenita, quæ ad Deum pertinent, non potuerint voueri Deo inquãtum ad eum pertinerent, ſed cum deſinebant ad eum pertinere, bene poterant voueri. Nam licet id quod meũ eſt ex vna cauſa, non poſſit effici meum ex altera, quãdiu meum eſt: ſi tamen deſierit eſſe meum, poterit iterum eſſe meum ex altera cauſa; vt ſi habuero agrum ex iure hereditario, & vendidero, deſinit eſſe meus ager, potero autem iterum habere emendo illum. Sic etiam erat de primogenitis: ipſa namque pertinebant ad Deum, quouſque redimerentur, tunc autem deſinebant obligari, cum verò redempta fuiſſent, quia non pertinebant amplius ad Deum, poterant iterum ei obligari. Dicunt tamen, quòd ſi quis voueret primogenitum ſuum Deo antequam redimeretur, ſo-

D lum ſoluebantur quinque ſicli, tam pro voto, quàm pro obligatione. Nam cum aliquis ab vno menſe vſque ad quinque annos voueretur Domino, dabãtur pro eo quinque ſicli, vt patet in littera; ſi autem primogenitus ſine voto redimi debebat, dabantur quinque ſicli, vt patet Numer. 3. & 18. capitibus. dicunt tamen, quòd tam pro voto, quàm pro redemptione, dabantur ſolum quinque ſicli: ſed hoc falſiſſimum eſt: quoniam ſi vouebatur puer primogenitus nondum redemptus, dabãtur pro eo decem ſicli, ſcilicet, quinque, quia erat primogenitus, & quinque propter redemptionem voti; Cum verò dicunt, quòd ſolum dabantur quinque pro ambobus, præſupponunt, quòd votum nullius obligationis fuit: nam ſi alicuius obligationis fuit, cũ vna non tollatur per alteram, erit iſte obligatus ad redemptionem pro primogenitura, & ad redemptionem pro voto, ergo ſoluet 10. ſiclos. Si autem dicunt, quòd votum non tenet, quia iſte primogenitus nondum erat redemptus, falſum eſt: nam Samuel erat primogenitus Annæ, vt patet 1. Reg. cap. 1. & ipſa vouit eum Domino antequam naſceretur, & votum tenuit, quoniam ſicut ipſa vouit, ita Samuel compleuit, manens tota vita ſua coram Domino; ergo votum de primogenitis etiam antequam redimerentur, tenebatur. Sed adhuc dicere poterit quis, quòd in Samuele erat aliquid ſpeciale, quoniam ipſe erat de Leuitis: & primogeniti Leuitarum non redimebantur à Domino, quia ipſi erant aſtricti ad ſeruiendum pro filiis Iſrael, ſed ſolum aliorum Iſraelitarum primogeniti redimebantur, vt patet Numer. 3. capite. ideo bene poterat vouere, quia non erat in eo alia obligatio; primogeniti autem aliorum Iſraelitarum non ſe habebant ſic: quoniam debebant redimi; ergo non poterant voueri. Reſpondendum eſt hoc non ſufficere: nam ſi redemptio pro voto, & pro primogenitura eſſent duo incom-

incompoſſibilia, vnum excluderet alterum: ſed ipſa non ſunt incompoſſibilia, ergo vtrumque poterit ſimul ſolui, ſcilicet, vt darentur quinque ſicli pro redemptione primogenituræ, & alij quinque pro ſolutione voti. Item, erat ſimilitudo inter ea, quæ dicebantur de Samuele: nam ſicut in primogenitis, ſi vouerentur antequam redimerentur, erat duplex obligatio, ſcilicet, redemptionis votiuæ, & primogenituræ: ita in Samuele erant duæ obligationes, ſcilicet, vna qua obligabatur ad ſeruiendum Domino inquantum Leuita, & iſta erat ſimilis obligationi quam habebant primogeniti, ad hoc vt redimerentur: nam Leuitæ accipiebantur ad ſeruiendum Domino loco omnium primogenitorum filiorum Iſrael, vt patet Numer.cap.4. Erat præter hoc alia obligatio, ſcilicet,votiua, qua mater ſua vouerat, vt maneret coram Domino in æternum; & iſta obligatio addebat aliquid ad præcedentem:nam per primam obligabantur Leuitæ ad miniſtrandum coram Domino, ſed non omni tempore,ſed per ſortes ſuas,& vices: ideo pauca tempora erant in anno, quibus quilibet Leuita miniſtraret coram Domino; ſic patet 1.Paralipom.à princip.cap.23. vſque ad 27. votum autem quod fecerat mater Samuel de ipſo,obligabat eum ad hoc, quòd in æternum miniſtraret coram Domino, non recedens inde aliquibus temporibus anni, vt patet 1. Regum,cap.1.2. & 3.

Et ſi aliquis dicat,quòd Samuel non erat obligatus ad votum, quod mater ſua fecerat de ipſo, ſed ſolum implebat illud gratis. Reſpondendum eſt, id eſſe falſum; aliqua enim obligatio innaſcebatur ex illo voto,de quo magis dicitur 1.Reg.cap.2. & ſic ſemper erant duæ obligationes. Sed adhuc dato,quòd Samuel non fuerat obligatus ex voto matris ſuæ, tamen poterat hoc patere in aliis Leuitis, qui erant viri ætatis perfectæ, & præter miniſterium quod gerere deberet certis temporibus anni coram Domino, poterant ſe obligare voto ad ſemper manendum coram Domino, vel poterant hoc facere ſine voto, vt patet Deuterono.18. capite, ergo poterant eſſe duæ obligationes in aliquo, ſcilicet,vna tanquam ex conditione primogenituræ, & alia tanquam ex voto.

Nec obſtat ſi quis dicat in Leuitis nullam ſolui pecuniam tam pro obligatione, quam habebant loco primogenitorum Iſraelitarum, quàm pro obligatione votiua: in Iſraelitis autem ſoluebatur pecunia pro vtroque: nam magis difficilia ſunt vota, & obligationes Leuitarum, in quibus non ſoluitur pecunia, quàm vota Iſraelitarum, quæ redimuntur pecunia. ſi ergo ſunt compatibiles iſtæ duæ obligationes in Leuitis, maximè erunt compatibiles in Iſraelitis.

Item, ſi aliquis obijciat, quòd id quod ex vna cauſa meum eſt, ex altera meum effici non poſſit, niſi deſierit eſſe meum, & tamen primogeniti Iſraelitarum erant ipſius Dei,quia pertinebant ad eum, ſicut dicit littera, & iſta obligatio numquam tollebatur, quouſque redimerentur: ergo ſi non erant redempti,non poterant effici ex altera cauſa ipſius Dei; quia nondum deſierant eſſe eius. Reſpondendum eſt,quòd ſi aliqua res totaliter pertineat ad aliquem,ita quòd nihil ſit in ea quòd non pertineat ad illum,dum iſta fuerit eius ex vna cauſa, non poterit effici ex altera cauſa, niſi deſierit eſſe illius: ſi tamen aliqua res pertineat ad aliquem pro medietate, vel pro tertia parte, & hoc ex vna cauſa: bene poterit illa res effici ex altera cauſa eiuſdem, etiam ſi non deſierit eſſe ſua; ita erat de primogenitis: quoniam non ſimpliciter debebantur Deo, ſed ſolum quantum ad aliquid: nam debebantur pro eis quinque ſicli, & ſoluebantur. totum ergo ius Dei ſuper primogenitos erat ad quinque ſiclos: & tamen in quolibet primogenito poterant adhuc fieri maiores obligationes præter quinque ſiclos, ergo, cum obligationes,quæ erat ex cauſa primogenituræ, poterat eſſe alia obligatio ex cauſa voti, & ambo ſimul eſſent ad decem ſiclos. In Leuitis autem huiuſmodi erat, quoniam ipſi obligabantur ad miniſtrandum coram Deo quilibet certis temporibus anni: ſi autem iſta obligatio eſſet ad manendum omni tempore coram Domino, iam ex hac parte non ſe poterat magis obligare Leuita: ſed quia ſolum erat ad quædam tempora anni, poterat ſe obligare ad ma-

F nendum ſemper. & ſic id quod erat ipſius Dei ex vna cauſa, efficiebatur eius ex altera, quia ex neutra ipſarum ad ipſum totaliter pertinebat. Dicendum eſt igitur, quòd iſta propoſitio ſolum intelligitur de primogenitis pecorum,quæ erant immolaticia,ſcilicet,de boue,oue,& capra:nemo enim illa vouere poterat. Ratio diuerſitatis in his eſt,quia homo primogenitus non pertinebat totaliter ad Deum: ideo præter primogenituram adhuc poterat voueri: ſed primogenita immolaticia totaliter pertinebant ad Deum,quia debebant immolari, & in eis nihil vltra erat, quam vt poſſent immolari, ideo non poterant poſtea voueri:quia votum eorum erat ad immolationem. Ad hoc dicendum eſt ſm quoſdam, quòd quanquam primogenita in pecoribus pertinerent ad Deum, tamen poterāt voueri,quia pro obligatione quā habebant ex eo, quòd erant G primogenita,poterāt immolari,& pro obligatione quam haberent ex voto,poterant pro eis pecuniæ dari. Reſpondendum eſt,hoc non poſſe ſtare propter duo.Primò,quia primogenita pecorum debebant immolari, & non poterant redimi pro pecunia,vt patet Numer.18.cap.etiam ſi vouerentur animalia quæcumque immolaticia, non poterant redimi,nec commutari, ſed immolari. impoſſibile tamen erat,quòd aliquid bis immolaretur. Ergo impoſſibile erat obligari primogenita in pecoribus,tanquam primogenita,& ex voto. Secundò,quoniam dato quòd reciperetur redemptio in voto animalium immolaticiorum: tamen non poterat voueri primogenitum: nam pro obligatione prima debebat immolari,& tunc etiam ſi pro ſecunda redimi deberet,non poterat,quoniam tunc aliquod animal brutū,vel homo redimi dicebatur, quando debebat tran- H ſire ad ius Sacerdotum, & datis pecuniis non tranſibat: ſed id quod mortuum eſt,non poteſt liberari de manu ſacerdotum,nec alicuius alterius:quia iam non eſt ens;ergo non poterat redimi. Et ſic quocumque modo dato,ſcilicet,ſiue primogenita immolarentur pro voto, ſiue poſſent redimi pecunia, non poſſent voueri Domino, quia ſolum ipſa ſufficiebant ad ſoluendum vnam ex iſtis obligationibus. quòd autem littera intelligatur de his primogenitis, & non de hominibus, apparet ex littera, quoniam dicitur: Primogenita, quæ ad Deum pertinent, nemo vouere, nec ſanctificare poterit, ſiue bos, ſiue ouis fuerint: etenim Domini ſunt. Ecce, qualiter intelligendum ſit de boue, oue, & conſequenter de capra, quia vnum eſt de omnibus iudicium. de hominibus autem nihil exprimit. *Siue bos, ſiue ouis fuerit.* id eſt,de quocumque genere pe- I corum immolaticiorum fuerint primogenita, non poterunt voueri.

Quare ſolum hic ponantur bos, & ouis, ex primogenitis, quæ non poterant voueri. *Quæſt.* LXVI.

QVÆRET aliquis, quare ponantur hic bos,& ouis? Reſpondetur,quòd hoc ideo fit,quia ſolū bos,ouis, & capra, quæ per ipſa intelligitur, ſunt animalia immolaticia; alia autem non poterant offerri ad immolandum. iſta autem regula ſolum tenet in animalibus immolaticiis, quia cum obligarētur Domino totaliter ex vna cauſa, non poterant obligari ex alia, & ſic non vouebantur. De primogenitis autem, quæ non erant immolaticia ſecus erat: quia ipſa nec immolabantur Domino, K nec redimebantur; ideo poterant voueri, cum ex nulla alia cauſa eſſent obligata. Fiebat autem redemptio ipſorum quando vouebantur,quòd adducerentur ante ſacerdotem,& æſtimarentur, & ſi vouens vellet redimere illa, dabat totum pretium,& ſuperaddebat quintam partem, ſi vero alius, dabat pretium conſtitutum à ſacerdote, vt patet ſupra. *Etenim Domini ſunt.* id eſt, iſta primogenita animalium immolaticiorum non poterant voueri, quia Domini erant, id eſt, ad Deum pertinebant totaliter, & quod ex vna cauſa meum totaliter eſt, non poteſt effici meum ex altera cauſa. *Quòd ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit.* Iſta littera dupliciter intelligitur: nam ſecundum quoſdam intelligitur de animalibus immundis, quæ aliquis voueret, ſicut ſupra dicebatur, quòd ſi vellet redimere, ſuperadderet quintam partem. Et dicit Rabbi Salomon, quòd non intelligitur hoc de animalibus

Opin. Rabbi Salomon.

bus

bus immundis ſecundum naturam, vel propter ſpeciem vetitam,ſicut de equo, & aſino,ſed ſolum de animalibus immundis ex accidẽti: vt quia macula in eis fuit, vel fractio, aut amputatio alicuius partis, vel contactus rei immundæ, quæ omnia faciebant animal eſſe immundum, vt patet ſupra, 22.cap. Sed ſi intelligatur de animalibus per votum traditis nõ ſolum intelligetur de animalibus, quæ erant immunda ſecundum accidens, ſed etiam de animalibus quæ erant immunda ſecundum ſpeciem, vt ſupra declaratum fuit, alioquin daretur,quòd animalia non immolatitia non potuiſſent voueri, quod irrationabile eſt,cum aliæ res, quę non eſſent inmolatitiæ voueri poſſent,vt patet de domo,& de agro.Hic autem dubium eſt de animali iſto immundo, an debeat intelligi de primogenitis, vel de aliis animalibus. Satis enim videbatur cõuenienter intelligendũ eſſe de primogenitis, quando erant immunda,ex eo,quòd hic dictum fuerat de primogenitis non votiendis,nec ſanctificandis: & intelligebatur in caſu, in quo erant immunda. Hic conuenienter debebat dari regula de primogenitis, ſi aliquando eſſent immunda: ſed tamen videtur eſſe difficultas, quia dicitur infra, quòd iſte qui offert,redimet, & addet quintam partem: ſed non videbatur aliqua ratio, quare hoc facere deberet ſoluens primogenita. Ideo quidam fortaſsè dicent, quòd non intelligatur hoc de primogenitis redimendis, ſed ſolum de animalibus immundis,quando vouebantur: quia tunc vendebantur: & ſi vellet redimere ille, qui vouerat, dabat quintam partẽ ſuper iam factam æſtimationem. ſic enim ſupra poſitum fuit. Sed iſte ſenſus non videtur multum conueniens: primò, quia nihil ad propoſitũ, quòd hic diceretur de animalibus immundis, quando vouebantur, quid in eis fieri deberet: cum ſupra dictum fuerit immediatè de primogenitis non vouendis. Etiam quia iſta littera videtur depẽdere à littera immediatè ſequenti, quia ſupra dicebatur, quòd primogenita, quæ ad Deum pertinent, nemo poterit ſanctificare, & vouere. hic ſubiungitur, quòd ſi immundũ eſt animal,redimet,qui obtulit.& ſic videtur dependere ex ſententia immediata. ergo de primogenitis intelligitur. Iã ſupra dictum fuerat in littera de voto animaliũ immundorum quid agendum eſſet in eis: ergo fruſtra erat hic reiterare. Conuenientius ergo dicendum eſt, quòd intelligatur hoc de primogenitis: nam illa aut ſunt munda, aut immunda, & hoc reſpectu immolationis: ſi enim munda ſunt totaliter ad Deum pertinent, & debent immolari, ſicut patet in ſuperioribus. Si autem immunda ſint, datur hic regula, & poſſunt eſſe dupliciter immunda, ſcilicet,ſecundum ſpeciem, vel ſecundum accidens, ſecundum ſpeciem dicuntur immunda omnia animalia præter bouem,ouem,& capram: & hoc quantum ad immolationes, & ſic deberet intelligi iſtud ſubſequens de omnibus animalibus præter bouem, ouem,& capram. ſed in illis non redimuntur primogenita, quamquam videtur Numer. 18. cap. iuberi, quòd omnia primogenita immundorum animalium redimantur, de quo ibi magis declarabitur: ſed ſolum inter animalia immunda iuſſum eſt redimi primogenitũ aſini,de quo habetur Exodi c.13. Sed adhuc non poteſt intelligi iſtud de primogenito aſini,quoniam non redimebatur eo modo,qui hic habetur, ſed iubebatur,vt mutaretur pro eo ouis, alioquin occidebatur,vt patet Exodi 13. cap. Dicendum igitur quod intelligitur iſta regula de animalibus immundis per accidens, ſcilicet, ſi aliquando eſſent aliqua primogenita boum, ouium, & caprarum immunda per accidens, ſcilicet, amputatis auribus, & cauda, vel aliis membris,aut fracta aliqua parte corporis: & ſic de aliis immunditiis, quæ habentur ſupra, 22. cap. tunc debebat fieri id quod dicitur.

Et quando ſupra obiiciebatur, non debere hoc intelligi de primogenitis, quia non videbatur rationabile,quomodo in eis adderet ſoluens quintam partem ſupra æſtimationem. Reſpondendum eſt, quòd non eſt inconueniens,quoniam idem fiebat ſupra in animalibus immundis,quæ non erant primogenita quando voterentur, potiſſimè,quia hic ponitur in libertate ipſorum ſoluentium primogenita,an ipſi velint redimere primogenita ſuper-

A addita quinta parte, vel permitterent aliis emenda. volenti tamen non videtur fieri iniuria,nec damnum.Conuenienter ergo de his intelligetur. *Quòd ſi immundum eſt animal*. ſcilicet, quod debet dari in primogenitum, & dicitur immundum ſecundum accidens, ſcilicet, ex aliqua macula ſpeciali, quæ non ſit ſecundum ſpeciem, ſed euenerit accidentaliter. Et eſt ſolum in bobus, ouibus, & capris. *Redimet qui obtulit*. Dicitur redimere, quia non erat iſtud animal conueniẽs immolationi: nam ſi fuiſſet conueniens, non poterat iubere Sacerdos, vt redimeretur,quoniam hoc vetuit Dominus Numer.28.capite,cum dicitur: Primogenita autem bouis, & ouis, & capræ, non facietis redimi: quia ſanctificata ſunt, ſanguinem tantum eorum fundes ſuper altare, &c. & ſic pro animalibus primogenitis, quæ poterant immolari,
B vetita erat redemptio. Sed quia iſta de quibus hic dicitur, erant immunda per accidens, non proficiebant ad aliquid niſi redimerentur: ideo iubet, quòd redimantur. Et quando dicitur hic redimet,qui obtulit, non ponitur tamquam præceptum neceſſitans, quia tunc ſemper ille, qui offerebat huiuſmodi primogenita, teneretur ea redimere;ſed hoc falſum eſt: quia infra dicitur,quòd ſi voluerit ille, qui obtulit,dabit æſtimationem,& quintam partem: ſi autem noluerit, alius emet. Ergo non compellebatur,ſed ſolum dabatur ſibi ius emendi. *Iuxta æſtimationem tuam*. Dicitur hoc, quia Sacerdos debebat appretiare illud animal immundum, & qui illud emeret, tenebatur dare illam æſtimationem. & dicitur iuxta æſtimationem tuam, id eſt, iuxta æſtimationem, quam faciet animalis oblati Sacerdos. *Et addet quintam*
C *partem pretij*. id eſt, ſi redimeret primogenitum ille, qui obtulit, dabit quintam partem ſuper valorem, quem Sacerdos æſtimauerat. Cauſa autem huius non poteſt aſſignari eo modo, quo ſupra aſſignabatur de domo, & agro: quoniam redimente domino huiuſmodi res, auferebatur totum ius Sacerdotibus; ſi autem redemiſſet quiſquam alius, non auferebatur totum, ſed redibat in iubilæo, vt patet ſupra, in littera; plus ergo dare debebat vouens, ſi redimebat quàm quiſquam alius. Hic autem nihil tale eſt: quia in rebus mobilibus vendentes non gaudebant beneficio iubilæi, ſed quicumque emiſſet retinebat ſibi rem in æternum: & ſic nihil plus perdebant Sacerdotes de iure ſuo, ſi offerentes redemiſſent primogenita,quàm ſi quicumque alij emiſſent. Non poterat ergo ſumi cauſa ex hac parte, quare primogeniti
D redempti ab offerentibus plus valerent reſpectu eorum, quàm aliorum. Sed dicendum eſt,quòd hoc fiebat, vt oblatio eſſet magis libera: nam ſi potuiſſent redimere offerentes æquali pretio cum aliis, habuiſſent propenſam magis voluntatem ad redimendum: cum verò quinta pars addebatur, non ita inclinabantur ad redemptionem, & erant magis acceptæ iſtæ oblationes. *Si redimere noluerit, vendetur alteri*. id eſt, ſi ille, qui obtulit rem, & cui competit ius redimendi, noluerit redimere, vendetur illud animal aliis, & cogebantur Sacerdotes vendere: quamquam non conſiſtat hic cauſa, quia ſupra ponebatur de vẽditione domorum,& agrorũ habitorum per votum: ſolum tamen præceptum cogebat. *Quantocumque à te fuerit æſtimatum*. id eſt,vẽditio quando fuerit facta alteri quàm offerenti,non fiet per additionẽ quintę
E partis,ſed ſolum vendetur res tantũ,quantum fuerit ęſtimata,ſ.per Sacerdotem. Nec oportebat,quòd aliquis de popularibus tentaret diminuere pretium conſtitutũ à Sacerdotibus,ſicut emptoribus, & venditoribus accidit: nã hic non conſtituebatur pretium per ipſum ementem, ſed per Sacerdotem vendentem,quia Deus ſic iuſſerat.Et tamen non grauabantur in hoc populares,quia Sacerdotes non conſtituebant pretium niſi inter malum, & bonum, id eſt,inter modicum,& multũ,vt ſupra dictum fuit: immo,ſi ipſi emẽtes conſtituiſſent pretiũ,valde grauati fuiſſent Sacerdotes,qui cogebantur vẽdere res illas, & cogebantur ẽt dare pro pretio quod alij vellent. *Omne, quod Domino conſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non vendetur,nec redimi poterit*. Hic ponitur regula generalis de his,quæ Dño conſecrabãtur,quòd nunquam poterant vendi, nec aliquis habebat ius redimendi illa, ſed

ſolum pertinebant ad Dominum, & hoc, ſiue eſſet homo, ſiue animalia bruta, ſiue poſſeſſiones quæcumque. *Omne, quod Domino conſecratur*. Conſecrari eſt Diuino cultui applicari; res autem quæ Diuino cultui applicantur, poſtea ad profanos vſus redire non debent. Sciendum, ꝙ vbi ponitur apud nos conſecrari, in Hebræo ponitur. *Herem*. Quod ſignificat deſtructionem; & eſt ſenſus: omne quod Domino deſtruitur; & ſatis cõuenit hoc rebus conſecratis, quoniam quantũ ad offerentes deſtruuntur, cum non deberent redire ad vſus eorum. vtrũque enim ſimul fit in conſecratione, ſcilicet, applicatio, & deſtructio: cõſiderando enim reſpectu Dei, eſt applicatio: conſiderando reſpectu offerentis, fit deſtructio, quæ eſt abdicatio. Primum ſignificatur per dictionem Hebraicam, quæ eſt, *Herem*. ſcilicet, deſtrui: alterum vero per Latinam, ſcilicet conſecrari. *Siue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager*. Ponitur hic diuiſio inter hominem, & animal, tamquam iſta ſint diſtincta, & connumerabilia: ſed nũquam connumerantur ſuperius contra inferius, vel inferius contra ſuperius accipiendo propriè, & ſic eſt hic: ſed ſolum accipitur hic animal pro bruto, & ſic diſtinguitur contra hominem.

Nota literã Hebræam.

An ſit verum, quòd quidquid Domino conſecrabatur, amplius vendi non poterat, nec redimi. Et conſecrari quid impor.et. Eorumq. omnium quæ vouebantur diſtinctio quo ad vſus ad quos deſtinari deberent. Quæſt. LXVII.

DICITVR quòd quidquid conſecratur, ſiue ſit homo, ſiue ager, ſiue animal, non redimetur, nec vendi poterit. Sed hoc videbitur falſum alicui, quoniã ſi homines voueant ſe, redimuntur, vt patet ſupra. vbi datur regula quãtum ad redemptionem in omnibus ætatibus: & tamen iſti qui vouentur, dicuntur conſecrari. Idem patet de primogenitis, quoniam primogeniti Domino offerebatur, & redimebantur, & erant ipſi conſecrata. Item, patet hoc eſſe falſum de animalibus: nã ſi aliquis vouiſſet & conſecraſſet aliquod animal, quod immundum erat: redimebatur ab ipſo vouẽte, vel emebatur ab aliquo alio. Idẽ patet de animalibus imũdis, quæ erant primogenita: nã hæc redimebantur, vt patet immediatè ſupra. Idem etiam de agris arguitur: nam non ſolum ſi voueretur aliquis ager, vel domus, non poterat redimi, ſed etiam iubebatur quòd redimerentur, vt patet in littera; ergo nõ ſtat littera quantum ad aliquam particulam.

Cõſecrari dupliciter capitur.

Reſpondendum eſt, quòd conſecrari accipitur dupliciter; vno modo largè pro quacumque applicatione rei ad Deum; & iſto modo omnia, quæ vouentur, vel offeruntur, quomodocumque dicuntur conſecrari: Alio modo dicitur propriè conſecrari, id eſt, applicari aliquid ad cultum Dei totaliter, ita ꝙ vſus illius rei ſit immediatè aliquis actus cultus Diuini, & ſic ea quæ immolãtur Domino, dicuntur eſſe conſecrata, & veſtes Sacerdotales, atque omnia, quæ erant in Sanctuario, dicebantur ſic conſecrata: quia vſus eorum conſiſtunt in Diuino cultu, & nunquam applicante ad aliquod aliud miniſterium. Hic verò (conſecrari) non accipitur primo modo, ſcilicet, pro quacumque applicatione ad Deum, ſed pro ſecunda; vel ſaltem pro aliqua applicatione multum firma. Ideo accipiendo primo modo, ea quæ conſecrata ſunt, poterant redimi, & vendi; accipiendo autem ſecundo modo, nequaquam. littera autem iſta intelligitur de cõſecratis ſecundo modo: ideo illa non vendebantur. Et quando arguebatur de hominibus, qui vouebantur, quòd illi redimebantur. Reſpondendum, quòd illud votum non faciebat magnam applicationem ad Deum, ideo non erat conſecratio ſecundo modo dicta, ſed primo, & ſic poterant redimi. Quando ſecundo arguitur de primogenitis, qui offerebantur Domino, & redimebantur quinque ſiclis. Reſpondendum eſt, quòd ibi non erat conſecratio ſimpliciter, ſed quædam applicatio, quæ vocabatur ſanctificatio; & ſic dicitur ſæpiſſimè in his libris Moyſi, Sanctifica mihi omne primogenitum. Ideo quando ſoluebantur quinque ſicli, quos iubebat Dominus ſolui pro quolibet primogenito, liberabantur primogeniti, ita, vt iam non pertinerent ad Deum. De primogenitis aũt Leui-

F tarum immo de omnibus Leuitis, non erat ſic, ſed ſimpliciter pertinebant ad Deum, & erant conſecrati, vt miniſtraret ſecundum varia genera miniſteriorũ ſuorum: ideo iſti nullo modo poterant redimi, ita vt non miniſtrarent Domino, quãquam pro ſe voluiſſent dare pecuniã, quam dabant primogeniti Iſraelitarum, & multam aliam inſuper addere: quia iſtud competebat eis quaſi ex ordine; quod autem ex ordine venit, non eſt redemptibile: ſicut ſi aliquis presbyter factus eſſet etiam ſi multa daret, non ſolui poteſt à presbyteratu. Leuitæ erant igitur homines propriè conſecrati Domino, & non poterant redimi, vel vendi: ſed alij primogeniti Iſraelitarum, vel omnes alij, qui ſe vouebant Domino, non erant ſimpliciter conſecrati, ſed ſolum pertinebant ad Deum largè, quantum ad obligationem ſoluendi pecuniam taxatam

G à lege.

Ad alterum argumentum de animalibus immundis, quæ vouebantur. Reſpondetur, quòd illa non conſecrabantur, id eſt, non tranſibant ad aliquem actum cultus Diuini immediatè, ſed ſolum conſecrabantur in eo, quòd ſibi erant obligata, ſcilicet, quòd valor eorum pertineret ad Sacerdotes, ſed poſtea tranſibant in vſus humanos aliorum ementium. Eodem modo reſponderi debet ad argumentum de primogenitis imũdis, quoniam quanquam omnia primogenita pertinerent ad Deum in animalibus, quæ ſecundum ſpeciem poterant immolari, tamen ſi aliquod aliud eſſet immundum inter hæc, nõ habebat talem obligationem ex eo, quòd erat ineptum ad immolandum, ſed pertinebat ad Deum quantum ad hoc, quòd ſoluebatur pretium pro illo: ideo quanquam con-

H ſecratum eſſet, redimi poterat.

Ad alterum argumentum de agris conſecratis: Reſpõdendum eſt, quòd agri dupliciter dicebantur conſecrari; vno modo dicebantur conſecrari in eo, ꝙ ius eorum pertinebat ad Sacerdotes propter votum popularium. & iſto modo bene poterat vendi, immo iubebatur vendi, & ſi ille, qui vouiſſet redimeret agrum, iam nullo modo ille ager erat conſecratus, nec pertinebat ad ius Sacerdotum. ſi autem non redimeretur à vouente, ſed ab aliquo alio, incipiebat ager propriè pertinere ad Sacerdotes, quia erat totaliter ſui iuris, & nunquam redibat ad eum, qui vouerat. & hoc modo accipitur conſecratum ſupra, ſcilicet, omnis poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet Sacerdotum.

I Sed adhuc arguetur in hoc, quòd ager propriè conſecratus vendebatur: nam etiam ſi non redimeret eum vouens, emebat alius: & etiam veniente iubileo quando redibat ager ad Sacerdotes, iterum cogebantur vendere, & poſtea in alio iubileo, & in omnibus ſequentibus, ita quòd nunquam maneret poſſeſſio conſecrata apud Sacerdotes, ſed ſemper eſſent vendita, vt ſupra declaratum fuit. Reſpondetur, quòd ager propriè conſecratus, & domus, ſemper vendebantur: tamen non prohibetur hic iſta vẽditio, ſed ſolũ illa per quam tranſit res ſimpliciter in emptorem, ſine temporis præfinitione: & hoc pertinet ad ius redimendi, & hoc negauit littera cũ dixit: nõ vendetur, nec redimi poterit, i. poſtquam ager fuerit conſecratus non vendetur tali modo, quod poſſit redimi, ſed vendetur aliquibus non attribuẽdo ſibi aliquod ius ſempiternum in agro, ſed tribuendo tamquam colonis tẽpo-

K ralibus; & ſic dicebatur iſta res non vendi, quia nõ vendebatur taliter, vt poſſet tranſire proprietas eius in emente ſine temporis præfinitione, ſed ſolum vſque ab iubileũ. Ad horum autem euidentiam conſiderandum eſt, quòd rerum, quæ vouebantur erant quædam animatæ, & quædam non: ſi non eſſent animatæ, aut erant mobiles, aut immobiles: ſi eſſent mobiles, vt aurum, & argentum, & quæcumque metalla, & ſericum, & hyacinthus, & ſimilia, quæ poterant tranſire ad miniſterium Dei, tranſibant ſimpliciter, & conſecrabantur Deo, & nunquam redibant in vſus humanos, ſicut patet de auro, & argento, & ceteris, quæ obtulerunt filij Iſrael ad faciendum Tabernaculum: nam illa nunquam redierunt in vſus humanos, ſed ad miniſterium Tabernaculi ſemper remanebant ſicut patet Exodi 25. & 35. capite. & hoc modo aurum, & argentum, & omnia metalla, quæ

Quæ vouebantur, ad quos vſus redigerentur.

quæ capta ſunt in ciuitate Iericho, cóſecrata fuerunt Domino, vt manerent in theſauris eius, vt patet Ioſue 6. capite, ſcilicet, quidquid autem auri, & argenti, & valorum æneorum, ac ferri fuerit, Domino conſecretur repoſitum in theſauris eius. & idem fuit in bello quod habuerunt Iſraelitæ contra Madianitas, quia omne aurum, & argentum oblatum fuit Domino, vt patet Numeri 31. capite. Si autem erant res mobiles, ſcilicet, ſupellectilia, & veſtes, & coopertoria, & generaliter omnia mobilia inanimata, quæ non poterant tranſire ad vſus Tabernaculi, vendebantur, & pecunia erat pro ipſo Tabernaculo, & ſi eſſet res gratis oblata pro ipſo Sanctuario, vel tranſibat in vſus Sacerdotum, ſi eſſet tradita per votum, quoniam omnia vota ſimpliciter facta, pertinebant ad Sacerdotes, vt patet Numeri 18. capite. Si autem res illa fuiſſet immobilis, quæ vouebatur, vel quomodocumque conſecrabatur, ſicut ager, & domus, vel vinea, aut erat de paterna ſucceſſione, id eſt, de diſtributione ſortis ipſius offerentis, aut non. Si non eſſet de diſtributione ſortis, ſed vouens, aut primogenitores ſui emiſſent illam rem, & poſtea iſte voueret, non poterat illa res ſimpliciter conſecrari, quia hoc fieret cum præiudicio venditorum, ſed ſolum applicabatur Domino vſque ad iubilæum, quod patet: nam ſi aliquis emiſſet agrum, vel domum ab alio, tenebatur ei gratis reddere in iubilæo. Si tamen conſecraret ſimpliciter illam rem, ſemper manebat in poteſtate Sacerdotum; ergo non poterat conſecrari. & ſic quando aliquis vouens applicabat aliquam poſſeſſionem Domino, interrogabatur à Sacerdote, vnde eſſet illa poſſeſſio, & ſi reſponderet, quòd erat empta, vel donata, cogebat Sacerdos iſtum dare valorem illius rei vſque ad iubilæum, ſcilicet, vt computaretur quantum valeret iſta res vendita à iubilæo vſque in iubilæum, & ſubtraherentur inde anni, qui effluxerant a iubilæo vſque ad illud tempus; & pretium correſpondens annis manentibus ſoluebatur, & in iſto caſu vouens redimens rem non addebat quintam partem pretij inſuper, ſicut quando erat de ſucceſſione, quia non fiebat damnum Sacerdotibus in iſto caſu, ſicut in alio, cum non poſſet tranſire vllo modo iſta poſſeſſio in ius Sacerdotum, quoniam non pertinebat ad vouentem, ſicut poterat in alio caſu, quando totum ius pertinebat ad ipſum vouentem. Si autem ager eſſet de ſucceſſione paterna vouentis, conſecrari poterat ſi vouens eum redimere nollet: tamen non erat neceſſarium, quòd tranſiret in ius Sacerdotum. nec ex hoc ipſo, quòd vouebatur, aliquis ager dicebatur eſſe propriè conſecratus, donec vouens requiſitus nollet agrum redimere. Si autem alius emeret, iam ager totaliter & abſolutè pertinebat ad Sacerdotes, & nunquam poterat vouens habere recurſum ad agrum illum per viam redemptionis, ſed poterat emere, ſicut quicumque alius vſque ad iubilæum, vt fuit declaratum ſupra. Si autem res quæ vouebantur erant animatæ, aut erant bruta animalia, aut homines. Si autem bruta animalia, erant immolaticia, aut non: ſi erant immolaticia, aut erant munda, aut immunda poſt votum; ſi erant munda immolabantur Domino, nec aliquo pretio redimi poterant, nec mutari, quòd ſi mutarentur, tam id quod mutabatur, quàm pro quo mutabatur, erat conſecratum Domino, vt patet ſupra in littera. ſi autem erant maculata, vt fracto pede, vel oculo, vel amputata aure, vel cauda, vel haberent aliquam maculam, de his quæ dicuntur ſupra 22. capite, ſiue iſta macula appareret ante votum, ſiue poſt votum, vendebantur, & conuertebantur in vſus Sacerdotum ſi haberentur per votum, vel in vſus Tabernaculi ſi offerrentur gratis ſine voto; quamquam magis appareat ratio iſta de primo animali, quod ante votum habuit maculam, quàm de illo quod poſtea habuit. Nam cum aliquis vouiſſet animal, quod ante votum habebat maculam, & offerens cognoſcebat maculã, tale voluit offerre quale obtulit, & taliter conſecrari voluit qualiter animal illius conditionis conſecrari poterat. Cum autem poſt votum inuenta eſſet macula, vouens habuit intentionem vouendi animal, quòd eſſet conueniens immolationi, & taliter conſecrabatur Domino, ſed illud animal antequam veniret ad manus Sacerdotum, factum erat inutile ad im-

A molandum: ideo maior difficultas erat: & tamen in vtroque caſu vendebantur, & conuertebantur in pecunias ad vſum ſacerdotum, vel Sanctuarij, ſecundum diſtinctionem ſupra poſitam.

Nicolaus autem dicit, quòd ſi animal mundum, quod aliquis vouiſſet, efficeretur immundum, vel qualitercumque ineptum ad immolandum, antequam traderetur Sacerdotibus occidebatur, & non offerebatur, nec conuertebatur in pecunias. Cauſam huius dicunt fuiſſe, quia iſtud animal erat obligatum Deo per votum, & ſic effectum erat ſacrum, ideo nunquam debebat tranſire in vſus humanos, & tamen tranſiret ſi venderetur. Etiam obiiciunt, quòd iſtud animal quod efficiebatur immundum, non poterat vendi ad cibos, quia nullus comedere tale animal debebat: nam animalia immunda non co-
B medebantur.

Ad hoc reſpondendum eſt, quòd iſtæ cauſæ non ſufficiunt; & ad Primam, quando dicebatur, quòd animal quando vouebatur Domino, & erat mundum, obligabatur ei ad immolationem. ergo non poterat poſtea tranſire ad vſus humanos. Reſpondendum eſt, quòd ſi illud animal permanſiſſet in ſua munditia, non poterat redimi, nec mutari, ſed neceſſariò offerebatur Domino; cum autem factum erat immundum, ceſſabit iſta obligatio, quia iam non poterat immolari Deo. ergo poterat conuerti ad vſus humanos. Item hic erat duplex obligatio; vna ratione Sacerdotum, & alia ratione Dei. Deo obligabatur animal, vt immolaretur, & funderetur ſanguis coram ipſo, atque eius cremarentur adipes; Sacerdotibus verò obligabantur carnes, & pelles eorumdem anima-
C lium: ideo quanquam non poſſet hic ſolui Deo obligatio ſua, quia animal habebat effectum immundum, debebat ſolui obligatio ſacerdotum, quæ ſolui poterat: & hoc erat, ꝙ animal venderetur, & pecuniæ cederent in vſus ſacerdotum, vel Tabernaculi, ſecundum diſtinctionem ſupra factam. Item, hoc patet in ſolutione primogenitorũ: nam ſi primogenita redimenda erant immunda, dabantur pro eis pecuniæ; & tamen ſi illa fuiſſent munda, immolabantur Domino. Si igitur aliquod animal de primogenitis erat mundum à principio, debebat immolari: tamen ſi antequam immolaretur, incurreret immunditiam, ſoluebatur pretium pro illo, vt patet ſupra, in littera, & Numeri 18. capite, ergo ſic fieri debebat de iſtis votis, quòd ſi voueretur animal mundum, & ante immolationem efficiebatur immundum, debebat vendi, & pecuniæ daban-
D tur Sacerdotibus, vel Sanctuario.

Ad ſecundam rationem quando dicebatur; quòd iſta animalia non poterant vendi: quia non proficiebant ad cibos, cum eſſent immunda. Reſpondetur, quòd quanquam aliquod animal efficeretur immundum ad immolationem, non tamen efficiebatur immundum ad cibos: nam maculæ quæ habentur ſupra, 22. capite, ſolum impediebant animalia ab immolatione, ſed non à cibis; Solum autem fiebant illicita ad cibos per ea quæ habentur ſupra 11. capite, ergo poterant vendi ad cibos. Quòd autem non impediebant eædem maculæ vt in cibos aptarentur, quæ impediebant ab immolatione, patet Deuteron. 12. capite, cum dicitur: Si autem comedere volueris, & te eſus carnium delectauerit, occide, & comede, iuxta benedictionem Domini Dei tui in vrbibus tuis, ſiue immun-
E dum fuerit, hoc eſt maculatum, & debile; ſiue mundum hoc eſt integrum, & ſine macula, quod offerri licet. Ecce, qualiter dixerit aliqua animalia eſſe ad oblationem vetita, propter maculas, & non propter cibum. Item, dato, ꝙ animal illud talem maculam incurreret, vt Iudæis comedere non licèret, ſecundum opinionem eorum, poterat vendi Gentilibus ad comedendum, ſicut poterat dari canibus, vt dicit Rabbi Salomon ſuper Exodi capite 22. ſed quodcumque animal licebat tradere canibus, ſcilicet, quòd nullum pro eis immundum erat, & quodcumque licebat dari Gentilibus. Et ſic in quamcumque maculam incidiſſet animal, poterat vendi ad cibos. Si aũt dicas ꝙ conſecratũ erat illud animal, & non poterat vẽdi, iam reſponſum fuit ad hoc. Si autem animal nõ erat immolaticium ſecundum ſpeciem, dupliciter; quia aut erat animal quod ad ſeruitia humana proderat, ſicut ea quæ

Ad ſecũdã Nic.

à iuuando iumenta dicuntur, vt equus, mulus, & aſinus: aut non: ſi autem erant talia, transferebantur ad vſus Sanctuarij ad ferendum plauſtra, vel alia ſimilia facienda; ſic enim principes Iſraelitarum obtulerunt plauſtra, & boues ad ferendum ea, quæ erant in Sanctuario, & diuiſit Moyſes illa inter Gerſonitas, & Meraritas, vt patet Numeri 7. capite. Talia autem animalia conſecrata erant Domino, & redimi non poterant aliquo pretio. ſi autem erant animalia, quæ non proficiebant ad iſtos vſus, vt ceruus, dama, caprea, & ſimilia, vendebantur ad ſumptus Tabernaculi, vel Sacerdotum ſecundum diſtinctionem ſupra poſitam.

Si autem res, quæ vouebatur erat homo, aut erat Gentilis, aut Iudæus: ſi Gentilis ſeruus, qui voueri poſſet, conſecrabatur ad aliqua ſeruitia Sanctuarij: non tamen intra Sanctuarium, nec vt vaſa Sanctuarij aliquo modo contingeret, quia adminiſtratio pertinebat ad Sacerdotes, cuſtodia autem, & apportatio ad Leuitas, vt patet Numeri 3. & 4. capp. ſeruus verò Gentilis ſolum proficiebat ad extrinſeca miniſteria, vt ad cedenda ligna, vel ad ferendas aquas: & ſic facti fuerunt Gabaonitæ ſerui Sanctuarij, vt patet Ioſue 9. capite. & talis ſeruus redimi non poterat poſtquam voueretur. Si autem aliquis haberet ſeruum Hebræum, non poterat eum conſecrare, vel vouere Domino, ſed dabat pretium loco eius, quia Iudæus ſeruus in anno ſeptimo remiſſionis liberabatur, vt patet Exodi 11. & 21. & Deuter. 15. cap. vel in anno iubilæi ſi cum filiis & vxore ſua exire vellet, vt habetur ſupra 25. capite, iſti tamen ſi conſecrari poterant nunquam liberabantur, ergo non conſecrabantur. Si autem erat homo Iudæus liber, aut erat de tribu Leuitica, aut non: ſi non erat de illa tribu, non poterat Domino conſecrari: quia ſolis Leuitis, & Sacerdotibus licebat miniſtratio, & portatio vaſorum, & cuſtodia in circuitu Sanctuarij, vt patet Numeri 1. 2. 3. & 4. capitib. imò, ſi aliquis de aliis ſe de his intromittebat, moriebatur, vt patet eiſdem capit. & Numeri 16. cap. Si ergo aliquis de alia tribu ſe vouebat, non conſecrabatur: ſed ſoluebat pretium æſtimatum à Lege, vt patet ſupra in littera. Si autem eſſet de tribu Leuitica, poterat conſecrari ad ſeruiendum Domino in Sanctuario ſecundum genus miniſterij ſibi competentis, ſicut patet de Samuele 1. Regum, capite 1.

Obiectio. Si autem obiiciatur, quòd nullus Leuita poſſet ſe vouere, vel conſecrare Domino, quia ſicut dicitur in littera nullus poterat vouere Domino primogenita, quia ſine voto aliquo ad ius Domini pertinebant: ita omnes Leuitæ pertinebant ad Dominum, quia ipſe ſegregauerat eos à reliquo populo loco primogenitorum omnium Iſraelitarum, vt patet Numeri 3. capite.

Reſponſio. Reſpondetur, quòd Leuitæ erant aſſignati per familias patrum ad cuſtodiam, & portationem vaſorum Sanctuarij: & ad hoc non habebant continuam adminiſtrationem in Tabernaculo cuſtodiendo, potiſſimè multiplicatis Leuitis, & cum habuiſſet requiem Arca Domini, diſtinxit Dauid Leuitas per vices in Ianitores, & Cantores, & alios officiales, & ſeruiebant per diuerſa tempora anni, vt patet 1. Paralipom. à capite 23. vſque ad 26. ſed manebant in vrbibus ſuis cuſtodientes pecora, vel vacantes aliis operibus, dum non miniſtrarent. Aliquis ergo de Leuitis manentibus extra Sanctuarium in vrbibus ſuis, ‸ deuotione ductus volebat Domino continuè ſeruire, & conſecrabatur illi, atque manebat ſemper in obſequio Sacerdotum in Tabernaculo: & ſic patet de Samuele, quia pater eius erat Leuita, & manebat extra Sanctuarium in ciuitate ſua, & ſolum aſcendebat ſtatutis temporibus in Sanctuarium: mater aũt ipſius Samuelis conſecrauit eum, vt maneret iugiter coram Domino vſque in æternum, vt patet 1. Regum 1. capite, & ſic poſtea factum fuit: quia manebat miniſtrãs coram Heli Sacerdote Summo, vt patet 1. Regum 2. & 3. capit. Sicut autem de Leuitis dictum eſt, ita & de Sacerdotibus intelligendum erit, quòd ipſi non miniſtrabant omni tempore coram Domino, ſed erãt diſtributi in vigintiquattuor diuiſiones, & miniſtrabant per vices in Sanctuario, vt patet 1. Paralip. cap. 23. poterant ergo iſti vouere ſe, vt manerent coram Domino ſemper, quia non obligati erant ad hoc; & iſtud

F erat conſecrari, quoniam poſtea non poterant redimi aliquo pretio. Ecce igitur qualiter quidquid conſecratum erat Domino, ſiue eſſet homo, ſiue ager, ſiue animal brutum, non poterat vendi, nec redimi, cum eſſet propriè conſecratum ſecundum diſtinctiones ſupra datas.

Quidquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino. Iſtud eſt expoſitio præcedentium, ſcilicet, quòd quando aliquid conſecrabatur, ſiue ager, ſiue homo, ſiue brutum, non poterat vendi, nec redimi. Dicitur hic, quòd erat Sanctum Sanctorum, id eſt, quòd ſemper erat applicatum Dei cultui, ſecundum diuerſos modos ſupra diffinitos, & vocatur Sanctum Sanctorum, id eſt, excellenter ſanctum, quoniam aliqua erant ſancta, tamen non totaliter pertinebant ad Deum, ſicut primogenita huma-

G na, quæ redimebantur, & agri: illa ergo quæ non redimebantur, ſecundum diſtinctionem ſupra datam, erant Sancta Sanctorum, id eſt, multum ſancta, ſcilicet, magis ſancta quam præcedentia.

Et omnis conſecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, ſed morte morietur. Iſta etiam eſt expoſitio præcedentium; ſ. quòd quidquid conſecraretur ab homine, cum eſſet verè conſecratum, non poterat redimi, nec vendi, ſed debebat mori. Hoc autem non poteſt intelligi propriè: nam aliqua Domino offerebantur, quæ mori non poterant, ſicut domus, & ager, & aliæ res inanimatæ, ſed dicuntur mori largè, & quædam eorum propriè moriuntur, & patet hoc, quoniam id quod Domino conſecrabatur, accipiendo propriè conſecrationem, vt ſupra dictum fuit, aut erat homo, aut ager, aut animal brutum; ſi erat homo, qui *Quō qd Domino cōſecrabatur moreretur, ſecũdũ litera expoſition.*

H propriè conſecraretur, dicebatur mori, & non redimi, nec vendi, quia exuebat propriam libertatem, & mancipabatur Diuino cultui, non tñ occidebatur, quia homo non eſt animal immolaticium, ſed moriebatur ciuiliter, ſicut ſerui dicuntur mori ciuiliter. Et ſic ſerui Gentiles, qui Dño vouebantur, & nunquam redimi poterant, ſemel cõſecrati poterãt dici mortui. Sic etiam Monachi mortui dicuntur, qui abrenunciauerunt omni libertati, ita Leuitæ, qui ſe Domino conſecrabant, quia tota vita manebãt in Sanctuario, mortui cenſebantur. Si aũt erat ager, qui cõſecraretur, nõ poterat propriè mori, ſed dicebatur mori ex eo, quòd ſemel Domino datus, nunquam poterat redire ad priores dominos. Si autem erat animal, quod conſecraretur, ſi erat animal immolaticiũ, & immolaretur, verè moriebatur: ſi aũt erat animal quod nõ immolaretur, ſed cõſecra-

I retur ad ferenda onera pro Sanctuario, mori dicebatur: non quidem quòd occideretur, ſed quia iã ad alios vſus tranſire non poterat. Et ſic generale erat, quòd omnes res conſecratæ Domino, moriebantur, ſed non moriebantur eodem modo, ſicut erant in eis diuerſi modi conſecrationum.

Hebræi autem iſtam litteram aliter legũt, quia vbi nos habemus ab homine ipſi habẽt. *Min adam*, id eſt, ab homine, vel de homine, quoniam *Min*, in Hebræo eſt præpoſitio ſignificans ab, vel de: ideo ipſi dicunt omnis conſecratio de homine, & tunc intelligitur de conſecratione, in qua conſecratur homo, ſcilicet, omnis conſecratio, quæ offertur de homine, non redimetur, ſed morietur, id eſt, omnis homo conſecratus morietur, quando conſecratur. Dicunt enim quòd ſolum intelligitur hoc de ſeruo Gentili, ita quòd ſi aliquis voueret ſeruum ſuum Domi-

K no, ſi eſſet de Chananæis deberet illum occidere: ſed hoc eſt valde contra rationem, quia hoc dato quilibet poſſet innocentem hominem vouere ad occidendum, cum nullus occidi debeat niſi ſpeciali mandato Dei, vel ex peccato manifeſto, aut iam manifeſtè à Iudicibus condemnatus, niſi in quibuſdam caſibus ſpecialibus. Item quia Gabaonitæ conſecrati fuerunt Domino in perpetuum ad ſeruitium Sanctuarij, & non ſunt occiſi: ergo ſerui de Chananæis non debebant occidi, quanquam conſecrarentur Domino. Item nullo modo ſtat fundamentum iſtorum, quoniam iſti dicunt ſolum intelligi hoc in ſeruis Chananæis, quando Domino conſecrabantur, & non in aliis: & tamen nullus poterat habere ſeruum Chananæum, quoniam Deuteronom. 20. capite, iuſſum eſt, vt nullum de gente illa viuum permitterent, nec maſculum, nec fœminam, nec viros, nec paruulos.

paruulos. idem patet Numeri 34.capite; ſed de alijs gen- A
tibus habere poterant ſeruos. ergo nullus de Iudæis poterat vouere ſeruum Chananæum. Neceſſe eſt igitur, vt intelligatur alio modo; quia tamen dictio Hebraica hic poſita deſtructionem, vel excommunicationem nominat, poteſt intelligi.

Omnis conſecratio. id eſt, deſtructio, quæ offertur ab homine non redimetur, ſed morte morietur, id eſt, quando homo vouerit Deo aliquid deſtruere in hominibus, ſine Deus illos occidi mandauerit: non poterunt tales homines vendi nec redimi, i. non poterunt pretio dato liberari à morte, ſed cogentur mori: ideo ſi quis conaretur eos pecuniis, vel alijs medijs intercidentibus liberare, peccabat. Fiebat autem hoc duobus modis. vno modo, quando Deus mandaret aliquam gentem totaliter deleri, tunc tales redimi non poterant: ſicut patet de Chananæis, quos B
Dominus occidi mandauit totaliter, vt patet Numeri 33. & Deuteronom. 20. cap. ideo quanquam iſti pro ſe multam pecuniam dare voluiſſent, non debebant Iſraelitæ eis vitam ſeruare.

Et ſi obijcias, quòd Gabaonitæ non occiſi ſunt, quanquam eſſent de Chananæis, vt patet Ioſue 9.cap. Reſpondetur, quòd Iſraelitæ iurauerunt habere pacem cum eis decepti ab ipſis: putantes, quòd eſſent de terra aliena, & poſtquam cognitum eſt de fallacia eorum, populus Iſrael voluit occidere eos, ſed principes cum Ioſue propter iuſiurandum liberauerunt illos faciẽdo ſeruos in æternum; & ſic, licet naturaliter non perierint, ciuiliter tamen perierunt, ſerui effecti in æternum. Saul autem, qui deſtructionem à Deo mandatam redemit, peccauit, vt patet 1.Reg.15.capite: quia pinguioribus regni Amalech, & C
Regi pepercit nolens occidere, vt patet 1.Reg.15. capite, & ſicut aliquando Deus iubebat deſtructionem hominum, ita etiam iubebat deſtructionem ciuitatũ, ſicut patet de ciuitate Iericho de qua iuſſit, vt nemo quidquam acciperet, ſed omnia perirent, & cremarentur, de quo Ioſue 6.cap. idem etiam mandabat, quòd cum aliqua ciuitas eſſet, in qua colerentur idola, & dij alieni, quòd omnes alij Iſraelitæ inſurgerent contra vrbem illam, delentes in ore gladij homines, & iumenta, & diruentes muros vrbis, atque omnia ſupellectilia, & cuncta, quæ intus erant igne cremantes, vt patet Deuteronom. capite 13. De illa autem vrbe diruta iuſſa à Deo nihil accipere poterat quiſpiam: & ſi accipiebat fiebat anathema, ſicut Achor, qui ſumpſit D
regulam auream, & ſiclos, & pallium coccineum de præda Iericho: poſtea lapidatus fuit, & omnia eius combuſta, vt patet Ioſue 7. & non ſolum ſi Deus mandabat, deſtructio iſta facienda erat: ſed etiam ſi iubebant totius populi Iudices, qui locum Dei tenebant: quia iudicium Dei iudicabant, vt patet Deuteron.1.cap. & Dij vocantur, vt patet Exod.22.c.ſ. Dijs non detrahes. & ſic qñ aliqua ſententia à Iudicibus proferebatur de morte alicuius hominis, nullo modo talis homo permittendus erat viuere, vt patet Num.35.c. & ſi quis ſententiæ illius exequutionem impediret, peccabat. Alio modo fiebat deſtructio ex voto populi, vt quia populus vouebat occidere aliquam gentem hoſtium ſuorum, tunc illa redimi non poterat. Sic patet de Iſraelitis cõtra Chananæos, vt habetur Numer. 21.c.ſ. At Iſrael voto ſe obligans Domino, ait: Si tradideris populum iſtum in manu mea, delebo vrbes eius, exaudiuit Dominus preces Iſrael, & tradidit Chananæũ, quem E
ille interfecit, ſubuerſis vrbibus eius. Sed hoc nõ eſt intelligendum ſimpliciter, ꝙ populus poſſet vouere occidere quamlibet gẽtem, ſed ſolum illam quam ſciebat Deo diſplicere, & voluntatis Dei eſſe illã deleri. Et ſic dicendum eſt, ꝙ qñ Iudæi vouerunt occidere omnes homines contra quos pugnabant, & delere ciuitates eorum, de quib. Numeri 21.c. ſciebant, ꝙ Deus volebat illos deleri, ſicut ſibi expreſsè mandauerat de Chananæis, vt patet Num.33.c. & Deuteron.20. cap. Item vnus homo ſingularis hoc vouere non poterat, quia votum illud temeritas iudicaretur: non tamen erat temeritas in toto populo; Prædicta omnia manifeſtè patent, quia ſicut nunc aliquis occidens aliquẽ infidelem mortaliter peccaret, niſi in bello iuſto id faceret, ita tunc contra Gentiles Iudæi ſe habebant: immò Deuteron.20.c. dicitur, ꝙ cum Iſraelitæ irent ad bellum con-

Quo intelligatur, ꝙ populus vouebat occidere aliquos.

tra hoſtes, primo deberent eis proponere conditionem pacis, ſi autem nollent eam recipere, occidebant eos, ſi verò reciperet, faciebant eos tributarios. Et ſic patet de omni conſecratione facta ab homine; quia occidebatur, id eſt, abdicabatur à rebus terrenis, ita quòd nunquam rediret ad vſus profanos; Vel ſi erat talis qui occidi deberet, occidebatur; Vel intelligitur de conſecratione facta de homine, ſcilicet, quando homo conſecrabatur Deo, quomodo deberet occidi, & à quo.

Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborũ, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. Si quis autem voluerit redimere decimas ſuas, addet quintam partem earum. Omnium decimarũ bouis & ouis & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino, & non redimetur. Hæc ſunt præcepta, quæ mandauit Dominus Moyſi ad filios Iſrael in monte Sinai.

Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborũ, Domini ſunt. Hic ponitur alterum quod ſanctificabatur Domino: non quidem, ꝙ filij Iſrael voluntariè ſanctificarent, ſed ex lege ſanctificabãtur, ſ. quòd iuſſit Deus, vt omnes decimæ fructuum terræ ſanctificarentur ei; i. applicarentur ipſi. & agitur hic de decimis prædialibus, vel quaſi prædialibus. Dico autem de prædialibus, i. quantum ad ea, quæ creſcebant in prædijs, quæ ſunt propriè de terra. aliæ autem quaſi prædiales, ſ. illæ, quæ ſoluuntur de pecoribus, & quibuſcũque animalibus noſtris. Fecit autem hic littera mentionem de purè prædialibus, quia dixit: Omnes decimæ terræ. De aliis autem, quæ ſũt quaſi prædiales, nihil tangitur hic, ſ. de decimis pecorum, ſed infra dicitur: Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit, Domino ſanctificabitur. De decimis autem perſonalibus; quæ nunc apud Chriſtianos ſoluuntur, vt patet extra de decim. cap. ex tranſmiſſa, nihil hic agitur, & fortè iſtæ decimæ non erant apud Hebræos: vel ſi apud illos erãt, hoc ex deuotione erat, qm̃ Deus non iuſſit eas ſolui: nam tunc diceretur, ꝙ decimæ perſonales erãt de iure Diuino, ſicut etiam prædiales. ſed hoc omnes Chriſtiani negãt. Dicitur autem omnes decimæ terræ, i. omnes decimæ de fructib. terræ; & declaratur immediatè. *De frugibus, ſiue de pomis arborum.* Per fruges intelligebãtur tam ipſæ fruges, quàm omnia legumina, vel omnes aliæ herbæ in quibus ſuſtentatio humana conſiſtit: & in quibus labor humanus verſatur. Dico autem, ꝙ verſetur labor humanus: nam ſi aliqua herba fuiſſet, vel legumen aliquod, in quibus homines habebant aliquam vtilitatem ad vitam, & ſanitatem, & tamen rariſſimè habebãtur, vel nullus labor humanus circa illa verſaretur, de ijs non erant ſoluendæ decimæ. Per poma arborũ intelliguntur hic oẽs arbores, & vineę, & horti, & quidquid eſt quod ad arbores pertineat. *Domini ſunt.* i. ad Dominum pertinent: non quidem, ꝙ pertinerent ad Dominum, id eſt, ꝙ cõuerterentur ad vſus Sanctuarij, quoniam non fiebat hoc: ſed dicuntur pertinere ad Dominum, quoniam applicabantur miniſtris eius, ſcilicet, Leuitis, & illi ſoluebant decimam decimarum Sacerdoti Magno, vt patet Numer. 18. capite.

Quid intelligeretur per fruges.

An ex hoc textu fundetur, quòd decimæ ſint de iure Diuino. Et an primitiæ ſint de iure Diuino. *Quæſt. LXVIII.*

EX hoc autem aliqui dicunt, quòd decimæ ſint de iure Diuino, & ſic determinauit Eccleſia, extra, de decim. in cap. parochianos, dicens, quòd cum decimæ de iure Diuino ſint, tanquam debitum exigi poſſunt. Sed iſta propoſitio habet duos ſenſus; vno modo, ꝙ decimę ſint de iure Diuino, i. ſint à Deo mandante ſolui, & tunc eodem modo dicemus, quod Circumciſio eſt de iure Diuino, & cuſtodia Sabbati, & omnes cærimoniæ; nihil tamen horum obſeruatur, immò, ſi quis conaretur talia nũc obſeruare, peccaret. Alio modo poteſt intelligi, quòd ſint de

iure Diuino, id eſt, quòd ſit mandatum Dei firmum de ſoluendo decimas, ſicut præcepta Decalogi ſunt mandata permanentia. Non poteſt intelligi primo modo, quòd ſint decimæ de iure Diuino: nam tūc eodem modo eſſent abolitæ, ſicut abolita ſunt Cęrimonialia, ſcilicet, Circumciſio, Sabbatum, & ſimilia. Et ſi aliquis diceret, quòd aliqua Cærimonialia, vel Iudicialia nunc manent, ſicut patet de aliquibus legibus quæ habentur Exodi 21. & 22.c. & Eccleſia ſuſcepit illas, & habentur extra, de homicid. & de adulteriis, & ſtupro, & de iniuriis, & damno dato. Reſpondendum eſt, ꝙ iſtæ leges non manent inquantum datæ erant in Veteri Teſtamento, tāquam inde aliquam vim obligandi contraxerint, ſed potius econtrario, ex eo, ꝙ datæ erant in Veteri Teſtamento, non manebant. ſed ideo manent aliquæ earum, quia Eccleſia voluit ſtatuere, vel ſuſcipere quaſdam earum, tanquam nouiter ſtatuens & tribuens auctoritatem ligandi: tamen ex legiſlatione Dei, in Veteri Teſtamento, non contraxerunt aliquas vires nunc nos obligandi. Nam ſi aliquas cōtraxiſſent, cum omnes illæ leges æqualem auctoritatem à Domino ſuſceperint, vel omnes manerent, vel nulla. Si ergo diceretur ſic de decimis, quòd pertinebant ad ius Diuinum, & erāt de Cærimonialibus, vel Iudicialibus, quas Eccleſia nunc obſeruat, neceſſe eſſet, vt præceptum de decimis in Eccleſia eſſet purè poſitiuum, quia non haberet aliquam obligationem ex legiſlatione Dei, ſed ex noua impoſitione Eccleſiæ: & ſic non vocabitur ius Diuinū, ſed poſitiuum, ſicut leges quas ſuſcepit Eccleſia Exodi 21. & 22. capit. & habentur extra, de iniuriis, & damno dato, & in aliis titulis, non vocantur de iure Diuino, ſed humano. nō diceret ergo iſto modo Eccleſia decimas eſſe de iure Diuino, quā ſic magis eſſent de iure humano. Secundo modo accipiebatur aliquid eſſe de iure Diuino, id eſt, quod eſſet ita firmum, & permanens, ſicut decem præcepta Decalogi quæ immutabilia ſunt. Et dicendum eſt quod non ſit totaliter præceptum de decimis de iure Diuino illo modo: nam præcepta Decalogi obligant ſecundum naturam, præceptum autem de decimis non obligat ex iure naturæ: quia non eſt aliquod dictamen in prin. ipſis rationis practicæ ad iudicādum de decimis ſoluendis, ſicut eſt ad iudicandum de Deo colendo, vel non occidendo, & furando. Item, quia ſi eſſent de iure naturæ obligauiſſent omnes gentes à principio, & tamen nulla gens obligabatur à principio ad ſoluendum eas, ergo non ſunt de iure naturæ, ſicut præcepta Decalogi. Item, ſicut quilibet Iudęorum vel Gentilium, aut cuiuſcumque alterius ſectæ, peccabat mortaliter, quando agebat contra præceptum Decalogi, ita peccaſſet ſi egiſſet contra præceptum de decimis ſoluendis. ſed nemo hoc confitetur: ergo non ſunt decimæ de iure Diuino, ſicut præcepta Decalogi.

Item, cōtra id quod eſt de iure naturæ præſcriptio nulla admittitur, nec quantocumque tempore contra illud quis agat, poterit ſe ea iuuare. & tamen contra decimas præſcriptio admittitur: non quidem contra hoc, quod ſoluatur, ſed contra quotam decimarum, ſcilicet, quòd ſoluatur duodecima pars, vel vigeſima, ſecundum quòd eſt concluſio Iuriſtarum. Item taxatio terminorum, vel alicuius quantitatis dandæ, vel recipiendæ nunquam limitatur à iure naturæ, quia natura ſemper tendit circa vniuerſalia: determinatio autem certi numeri eſt circa valde particularia. Ergo non poteſt à natura iudicari. Et ſic dicendum eſt, quòd præceptum de decimis non ſit de iure naturæ, ſed ſit purè poſitiuum, non tamen ab homine factum, ſed à Deo. Item, id quod eſt de iure naturæ, nemo poteſt vouere, cùm votum ſit de his, quæ ſunt ſub libertate noſtra: & tamen decimæ poſſunt voueri; quod patet in Iacob, qui vouit Domino dare decimas, vt patet Geneſ. capite 28. cum dicitur: Si fuerit Deus mecū, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimētum ad induendum, reuerſuſq. fuero proſperè in domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, & lapis iſte, quē erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumq. quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Et hoc erat votum: nam ante hoc dicitur; Vouit etiam votum dicens ſi fuerit Deus mecum, &c.

Dicendum ergo non eſſe de iure naturæ decimas, &

F conſequenter non eſſe tātæ obligationis ſicut decem pręcepta Decalogi, quæ ſunt de iure naturæ. ſed dicendum eſſe, quòd decimæ ſunt de iure Diuino, non tamen propter hoc dicimus, quòd ſunt de iure naturæ, immo ea, quę ſunt de iure naturæ propriè, non pertinent ad ius Diuinū. Nec tamen dicendum eſſe, quòd ſint decimæ de iure Diuino, id eſt, ex aliquo mandato Dei: quoniam tunc rediremus in id quod primo dicebatur, ſcilicet, ꝙ eſſent ſicut Circumciſio, & alia Cærimonialia, quoniam illa à Deo iuſſa fuerunt. Sed eſt ſenſus, quòd præceptum de decimis, eſt de iure Diuino, id eſt, Deus ſtatuit, quòd decimæ darentur ſibi pro miniſtris ſuis; & voluit, quòd iſtud præceptum ſemper maneret, ſcilicet, quòd deberentur primitię miniſtris Dei. Quod autem iſtud præceptum maneat rationabile valde fuit: nam in Veteri Teſtamēto, Deus iuſ-
G ſit dari decimas pro miniſtris, vt iidem ſuſtentarentur; & quia in Nouo Teſtamento manebāt miniſtri, ſicut in Veteri, rationabile valde fuit, ꝙ maneret etiā decimæ. Etiam videtur hoc procedere ex ratione quam poſuit Apoſtolus 1. ad Corint. cap. 9. ſcilicet: Qui altario ſeruit, viuere debet de altari. ergo oportebat, ꝙ aſſignarentur aliqui redditus in Eccleſia miniſtris altaris, vt ſicut deſeruiebāt Eccleſiæ, ita Eccleſia ſibi daret cibos. Quòd autem deberent dari decimæ in Nouo Teſtamento, auctoritate Eccleſiæ interpretatum, & diffinitum fuit. nam quanquam Apoſtolus dixerit, miniſtros altaris debere viuere de altari, non tamen expreſſit quantitatem redditụum. Quòd autem Eccleſia determinauerit eſſe decimam, non habetur ex aliqua auctoritate Noui Teſtamenti, ſed ſolum ex hoc, ꝙ ſoluebatur in Teſtamento Veteri. Idem etiam de primi-
H tiis eſt: quoniam iubebantur ſolui, & ſoluuntur nunc. Sed cum iſta præcepta de decimis & primitiis pertineant ad Cærimonialia, non habent ſecundum ſe vigorem, vt maneant in Nouo Teſtamento; niſi Eccleſia determinet debere manere, alioquin manerent omnia Cærimonialia, cum ſint inter ſe æqualis auctoritatis: ſed non manent alia, ergo nec etiam iſta manent quantum attinet ad auctoritatem Dei iubentis, niſi Eccleſia nouiter auctoritatem præſtet: ſicut in quibuſdam alijs, quæ Eccleſia ſtatuit, & ſolebant haberi in Veteri Teſtamento.

Reſolutio Auctorum.

An primitiæ fuerint de iure Diuino.

Et ſi dicas, quòd decimæ, & primitię habent ortum à natura, quia ſicut à natura eſt dictante ratione noſtra, ꝙ Deum colamus, & determinemus ei aliquod tempus in quo eum ſpecialiter colamus, ita eſt à natura, quòd miniſtris ſpiritualibus huius cultus aſſignētur aliqui redditus
I propter iſtum cultum, iuxta illud 1. ad Corint. cap. 9. Qui altario ſeruit, debet viuere de altari. Reſpondendum eſt, quòd de iure naturę eſt, ſolui aliquid miniſtris altaris, & tamen, quòd ſoluatur decima pars fructuum, vel tertia, ſiue viceſima, vel quæcumque alia, non eſt de iure naturę, ſed ex determinatione legis. & quia nō ſufficiebat determinatio in Veteri Teſtamento habita à Deo, cum illa nullum vigorem habeat in Nouo Teſtamēto, neceſſe eſt, vt præceptum iſtud habeat vigorem per interpretationem Eccleſiæ. Eccleſia tamen interpretatur iſtud præceptum eſſe de iure Diuino, id eſt, quòd Deus ponens iſtud præceptum, non ſolum voluit obligare eos, qui erant in Veteri Teſtamēto; ſed etiam eos, qui erāt in Nouo. Et iſta interpretatio conueniens eſt ex eo, ꝙ eadem ratio manet dandi iſtas decimas in Teſtamento Nouo ſicut in Veteri,
K potiſſimè, cum iſtud præceptū non concernat aliquo modo ſtatū Veteris Teſtamēti, ideo debuit obſeruari. Quòd tñ aliquis dicat præceptum iſtud eſſe de iure Diuino, id eſt, de iure naturæ totaliter, eſt falſum, vt ſupra probatum fuit, quia natura nullo modo inclinat ad iſtā ſummā decimarū, vel primitiarū. Etiā non poſſent dici de iure Diuino, i. ꝙ Deus ſtatuerit debere dari decimas ex auctoritate præcepti ſui: nam nullum tale præceptum fuit in Nouo, vel in Veteri Teſtamento, per quod obligarētur homines ſoluere decimas in Nouo Teſtamento, niſi auctoritas Eccleſiæ interpretaretur hoc præceptum. Quòd aūt dicitur in cap. parochianos, extra, de decimis, eſſe decimas de iure Diuino, intelligendum eſt ſecundum ſuperiorem limitationē. *Et illi ſanctificantur.* id eſt, decimæ ad Deum pertinent, & ſanctificantur. i. debent ſanctificari illi, ſcilicet, applicando eas ad ipſum. *Si quis autem voluerit redimere*

decimas

decimas ſuas. Cum dictũ fuerit de ſolutione decimarum, A ponitur hic de redemptione ipſarum. & præſupponitur, quòd decimæ ſint redemptibiles, & poſſunt vendi. & ſi aliquis obiiciat, quòd decimæ ſanctæ ſint: ideo non poſſunt vendi. Reſpondetur, quòd eorum, quæ ſanctificantur quædam totaliter ad cultum Dei applicantur, ita vt miniſterium Dei fiat in illis; alia verò ſanctificantur, vel cõſecrantur Deo ſolũ, quia illi debita ſunt, & tamen non applicantur ad miniſterium eius. De his autem, quæ ſanctificantur primo modo, dicendum eſt, quòd non poſſunt vendi, nec redimi ſicut veſtes Sanctuarij, vel vtẽſilia eius, vt Arca fœderis, vel altare holocauſtorum, aut menſa propoſitionis; ſic etiam de animalibus, quæ cõſecrantur Domino ad immolandum. Alia autem ſunt, quæ alio modo conſecrantur Domino, & de illis dicendum eſt, quòd poſſunt vendi, & redimi. & ſic eſt de decimis, quia illæ B ſolum conſecrantur Deo tanquam debitæ Leuitis, ſe non applicantur ad miniſterium Dei. ideo Leuitæ poterunt eas vendere. Sic etiam erat de hominibus qui vouebant ſeipſos, quoniam illi redimebantur, eo quòd non erãt applicati Domino totaliter: ſed ſolum debebatur ei pretium pro illis. & ſic dicit hic poſſe redimi decimas, & erat in electione cuiuſlibet redimere decimas ſuas. patet: quia dicitur. Si quis voluerit redimere decimas ſuas; & intelligitur de omnibus decimis, ſcilicet, tam de fructibus terræ, quàm de pecoribus, & iumentis.

Qui redimebat decimas q̃d redimebat. Sed ſciendum, quòd ille, qui redimebat decimas ſuas, non redimebat ius decimandi, ſed ſolum fructus decimarum: nam ius percipiendi decimas, ſpirituale eſt, & non cadebat niſi in Leuitam, & Sacerdotem magnum, quia Dominus illis eas aſſignauerat, vt patet Numeri 18. cap. C ſed poterat quilibet redimere fructus decimarum, ſcilicet, vt daret certam partem pecuniæ pro fructibus; nec tamen hoc intelligendũ eſt, quòd fieret pro magno tempore: vtpote, quod aliquis daret certam ſummam pecuniæ pro omnibus decimis, quas ſoluturus erat tota vita ſua, vel decem, aut viginti annis, ſed ſolum fiebat hoc in quolibet anno: ita quòd pro fructibus cuiuſlibet anni daret certam quantitatem pecuniæ. Nec etiam adhuc iſto modo poterat aliquis redimere decimas ſuas, ſi vellet eas redimere antequam colligerentur fructus, ſed ſolum redimendæ erant collectis fructibus, & ſcita quantitate eorum, tunc debebat redimens tantum dare Leuitis, quantum recepturi erant de decimis ſuis, & inſuper quintam partem, vt patet immediatè in littera. ſed non poterat ſciri, quæ erat decima pars fructuum, vel quæ erat quinta pars decimæ, donec fructus eſſent collecti, & menſurati. D Ergo non poterat fieri redemptio decimarum, quouſque collecti eſſent fructus, & cognoſceretur quantũ prouenturũ erat Leuitis ex decimatione. Nunc autem etiam ſi non poſſit redimi ius retinendi decimas, tamen poſſunt redimi fructus decimarum, & poſſunt hoc modo, quòd aliquis det certam ſummam pecuniæ pro decimis ſuis in quolibet anno, ita vt veriſimiliter non lædatur Eccleſia, ſed potius fiat conditio eius melior. tamen non oportet commutari fructus, & ſuperaddi quintam partem, hic autem fit ex eo, quòd iuſſum fuit. *Addet quintam partem earum,* id eſt, dabit totum valorem decimarum iam collectarum, & inſuper valorem quintæ partis decimarum. & ſic oportebat ſciri quantum de decimis proueniebat, & quanta eſſet quinta pars illarum. Sed dicet aliquis quo- E modo Iudæi vellent redimere decimas ſuas, ſi tenebantur dare valorem illarum, & inſuper quintam partem? Reſpondetur, quòd ideo Deus faciebat hoc, vt Iudæi non deſiderarẽt redimere decimas ſuas: nam hoc modo inclinarentur ad retinendum eas, vel partem earum ſibi, Deus tamen volebat, vt libere illas tribuerent. *Omnium decimarum bouis & ouis & capræ.* Supra poſitũ eſt de ſolutione decimarum; hic agitur de modo ſolutionis ipſarum. & hoc quantum ad decimas quæ ſunt in pecoribus, & iumentis. Nam fortè eſſet futuræ contrauerſię inter Iſraelitas, & Leuitas ſuper decimatione, & potiſſimè in pecoribus; nam, cũ nõ eſſent æqualis valoris Iſraelitæ voluiſſent dare de peiorib. pecoribus. Leuitæ aũt voluiſſent accipere de melioribus. Deus ergo, vt tolleret controuerſias iſtius decimationis, dixit quòd cum decimæ ſoluendæ eſſent, nec eligeret Leuita, nec etiam, qui ſoluebat, ſed omnia pecora tranſirent ordinatim coram paſtore per aliquam portam, & quod veniret in decimo loco, acciperetur pro decimis, ſiue eſſet magnũ pecus, ſiue paruum; ſicq. qualecumque veniret, neutri haberent cauſam conquerẽdi, quoniam à fortuna erat, quòd tale, vel tale pecus decimo loco veniret. *Omnium decimarum bouis & ouis & capræ.* Dixit de iſtis tribus non ſolum, quòd de iſtis darẽtur decimæ: ſed etiam dabantur de omnibus aliis animalibus mundis, quę erant in decem ſpeciebus, vt patet Deuteronom. 14. cap. etiam ſoluebatur de animalibus immundis ad eſum, quæ vocantur iumenta, vt de equis, mulis, & aſinis, de canibus autem nequaquam, vt patet Deuteron. 23. cap. ſcilicet: Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui. Sed dicitur de his tribus, quia iſta erant principalia pecora, cum de his ſolis fieret immolatio, & per hæc intelliguntur alia. *Quę ſub paſtoris virga tranſeunt.* Iſte eſt modus ſoluendi primitias de pecoribus, vel iumentis, ſcilicet, quòd pecora colligantur in caulas, vel iumenta in ſua receptacula; & paſtor ſit ad portam, faciens ea exire, & tunc quidquid exiuerit decimum, erit pro decimis. & dicitur ſub virga paſtoris, quia paſtor debet habere virgã ad portam caularum, ne patiatur egredi multa pecora ſimul, ſed alterũ poſt alterum: ita vt cognoſcatur quid ſit decimum in illis. *Quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino.* id eſt, quidquid venerit in decimo loco, reputabitur ſanctũ; & hoc eſt quando accipiebatur pro determinatione, quia illud tollebatur de ſubſtantia Iſraelitarum, & tranſibat in iura Leuitarum. *Non eligetur nec bonum, nec malum.* In hoc tollitur cauſa controuerſiarum: nam Sacerdotes voluiſſent eligere magna pecora, & pinguia, populares autem voluiſſent minora, & macilenta dare, ſi alicui iſtorum permiſſum fuiſſet ius talia eligendi: ideo vtrique illud auferebatur; ſcilicet: Non eligetur bonum, nec malum, id eſt, Sacerdos non poterit eligere magnum, vel paruum ad accipiendum, nec Iſraelita poterit eligere ad dandum: ſed quidquid decimum venerit, conſecrabitur Domino. Et cum dicitur bonum, nec malum, ſolum intelligitur de magno, & paruo, pingui, vel macilento, & ad hoc reſpicere non debebant: ſed reſpiciebatur an eſſet animal maculatum, vel immaculatum, vt quidam dicunt, quia Sacerdotes nõ tenebantur recipere maculata; ſed hoc falſum eſt: nam fundamẽtum iſtorum eſt, quòd non debebant recipi animalia maculata; nam in oblationibus nihil recipiebatur niſi immaculatum. exiſtimãt autem de iſtis animalibus, quòd deberent omnia immolari; ſed hoc falſum eſt: quoniam illa quę dabantur Leuitis ex decimis, purè pertinebant ad eos, & nihil ad Deum: ſed dabantur eis pro mercede laborum ſuorum, vt iidem ea alerent ad cibos ſuos, & venderent pro alijs neceſſitatibus. Ad vtrumque autem horum non requirebatur aliqua diſtinctio maculati, & immaculati, ſed vtrumque proficiebat, ideo dato, quòd in decimo loco veniret aliquod animal maculatum, illud tamen recipiebatur à Leuitis in decimas.

Item patet hoc, quòd ſi non compellerentur Leuitæ accipere animalia maculata, vel qualiacumque prouenirent decimo loco, contingeret, vt aliquãdo venirent animalia maculata decimo loco, & tunc nõ deberet ſeruari iſta lex. Nec haberetur aliquis modus quo Iudæi tenerentur tunc ſoluere decimas; & ſi dicas, quòd ſi veniret aliquod maculatum decimo loco, quòd Leuitæ acciperent illud, quod veniret in vndecimo loco, vel quod primo immaculatum veniret, populares hoc non conſentirent, ſed magis ipſi vellent eligere illud quod dandum eſſet, vel compellerent Leuitas ad recipiendum maculatũ, quod decimo loco venerat, quia non videbantur obligati ad alterum ex lege. Cum ergo lex contrarium non determinauerit, nec videatur adeſſe aliqua cauſa, quare contrarium determinari voluerit, videtur ſtandum huic: ſcilicet, quòd quidquid eueniret decimo loco, ſiue maculatum, ſiue immaculatũ, reciperetur. & patet: quia difficilius eſt recipi animal immundum ſecundum ſpeciem, quàm maculatum: ſed animalia immunda ſecundũ ſpeciem, recipiebantur in decimis quando dabantur decimę

de equis,

de equis,aſinis,& ſimilibus. ergo à fortiori poterant, & debebant animalia maculata recipi. *Nec altero commutabitur*. id eſt, animal quod acceptum fuerat in decimo loco, & veniebat pro decimis, non debebat commutari, vt daretur alterum pro ipſo. *Si quis mutauerit, & quod mutatum eſt, ſanctificabitur Domino*. Hic ponitur pœna commutantis,ſ. quòd ſi cōmutaretur animal veniens decimo loco, daretur ipſum animal quod commutabatur, & ipſum pro quo commutabatur. Hoc verum erat,ſi ipſe laicus commutaſſet: hoc enim forte feciſſet, vt acciperet animal melius pro ſe: & tunc dabatur ipſi in pœnam quòd daret vtrumque animal, ſicut dicebatur ſupra, de eo qui vouebat animal immolatiuum,ſ.quòd ſi mutaret, tam id quod mutabatur, quàm pro quo mutabatur,conſecratum erat Domino. Si autem Leuita conatus fuiſſet hoc facere,volente, vel neſciente domino animalium,nō debebat cōſecrari vtrumque animal, quia tunc fraus Leuitarū nocuiſſet popularibus, nihil mali meritis; immò, ipſi Leuitæ merebantur tunc perdere animal, quod per talem fraudem acquirere voluerant,& id quod iure poſſidebant: lex tamen non diſſiniuit hoc; ideo quamquam Leuita tentaſſet iſtam fraudē facere,non acquirebat animal,non tamen perdebat illud quod poſſidebat. *Et non redimetur*. id eſt, quando aliquis popularis voluerit commutare animal quod debetur pro decimis,pro alio, vtrūque domino tenebitur, & neutrum eorum poterat redimi dato pretio,ſed pertinebat vtrumque ad Leuitas. *Hæc ſunt præcepta, quæ mandauit Dominus*. Hic ponitur recapitulatio omnium prędictorum, ſcilicet,quòd iſta pręcepta data fuerint à Domino Moyſi. & non ſolum intelliguntur omnia præcepta,quæ habentur in hoc libro, ſed etiā ea,quæ habentur in Exodo. nam à principio cap.20. incipiunt præcepta in Exodo: & tamen ab ipſo loco data ſunt in monte Sinai. & hic dicitur,quòd iſta ſunt præcepta,quæ data ſunt in monte Sinai. ergo etiam intelligentur illa, quæ habentur in Exodo: nec ſolum ea, quæ habentur in his libris, ſed etiam omnia, quæ habentur in lib. Numer. vſque ad decimum cap. nam ibi dicitur de receſſu Iſraelitarum de monte Sinai. ergo omnia, quæ narrantur à cap.1. vſque ad 10. dicta, & facta fuerant in monte Sinai. & ſic dicitur Numer. cap. 1. in principio. *Quæ mandauit Dominus Moyſi*. id eſt, iſta præcepta dedit Dominus Moyſi: quoniam non audiebant Iſraelitæ aliquid horum, ſed ſolum Moyſes, poſtea autem ipſe referebat ea populo. Sic etiam patet in toto iſto libro,cùm dicitur: Loquutus eſt Dominus ad Moyſen. & poſtea ſequitur,loquere filiis Iſrael,& dices ad eos. Cauſa autem quare non proponebat Deus iſta præcepta per ſe Iſraelitis, ſicut propoſuit præcepta Decalogi in voce tubæ, habetur ſupra 1.cap. circa principium capitis.

In quā tēpore data fuerīt hæc præcepta Moyſi.

De iſtis præceptis patet ex ſuperioribus, quòd omnia data fuerint intra ſpatium vnius anni: nam data fuerunt in monte Sinai. ſed Iſraelitæ ſolum ſteterunt in mōte Sinai per annum non completum, quia deficiębant ei decē dies. ergo in illo anno omnia iſta data fuerunt. quòd autem ſteterint ſolo vno anno, apparet: quia Iſraelitę venerunt in monte Sinai anno 1. exitus de Ægypto, die 1. mēſis, vt patet Exodi 20.cap.& receſſerunt de eodem monte in anno 20. exitus de Ægypto, menſe 2. die 20. menſis, vt patet Numer. 10. cap. ergo ſolum deficiebant illi 10. dies vſque ad principium tertij menſis, vt compleretur annus integer; in hoc ergo tempore data fuerunt iſta præcepta, quæ habentur in Exodo à cap. 20. & in toto iſto libro, & in libro Numer. vſque ad 10. caput.

An iſta præcepta data fuerint ante erectionem Tabernaculi, vel poſtea. *Quæſt.* *LXIX.*

DE iſtis præceptis aliqui quærunt, an dicta fuerint ante erectionem Tabernaculi, vel poſtea? Et dicūt, quod hoc ex littera non patet: ſed volunt, ꝙ magis rationabile ſit, ea fuiſſe data antea, quā poſt: qm in prima die erectionis Tabernaculi videntur fuiſſe facta ſacrificia ſuper modum iſtum, qui habetur in hoc libro. Sed reſpondendum eſt ad hoc, ꝙ omnia præcepta, quæ habentur in hoc libro, data fuerunt poſt erectionem Tabernaculi, vt

F apparet ex littera ſupra, 1. cap. ſcilicet: Vocauit Dominus Moyſen de Tabernaculo teſtimonij, & loquutus eſt dicens: Loquere filiis Iſrael, &c. ergo iam factum erat Tabernaculum, & erectum, quando iſta præcepta data fuerunt. Ex hoc concluditur, quòd nō ſolum data fuerint iſta præcepta in vno anno, ſed in menſe, & dimidio, vel quaſi, ſcilicet, à principio anni ſecundi exitus de Aegypto, vſque ad diem vigeſimum menſis ſecundi anni eiuſdem, vt magis declaratum fuit ſupra 1. capi[te].

An hæc præcepta data fuerint ſimul, vel diuiſim; & quo tempore, & anno, & vbi. *Quæſt.* *LXX.*

ADHVC aliqui quærunt, an iſta præcepta data fuerint ſimul, vel diuerſis temporibus? Et reſpōdendum eſt, G ꝙ ſi inquiratur de omnibus præceptis, quæ habētur à principio 20. cap. Exodi, vſque ad 10. cap. Numerorum, non fuerunt data eodem tempore: quia quædam fuerunt data in monte Sinai, ſicut præcepta quæ habentur in toto Exodo, ſcilicet, ꝗ aſcendit Moyſes in cacumen montis, & ibi loquebatur Deus ad illum, vt apparet de illis, quæ habentur à cap. 20. vſque ad 25. excluſiuè. Nam cum Dominus compleuiſſet dare in voce tubæ præcepta Decalogi, iuſſit vt aſcenderet Moyſes in caligine montis, & ibi loquutus fuit cum eo continuato ordine omnia, quæ habentur à c. 20. vſque ad 25. excluſiuè, vt patet Exodi 20. cap. & hæc data fuerunt in anno primo exitus de Aegypto, menſe tertio, die tertio, vel ſexto menſis, vt declaratū fuit Exodi c. 19. ea autem, quæ habentur à primo capite Numer. vſque ad 10. dicta fuerunt in ſecūdo men- H ſe anni ſecūdi ab exitu de Aegypto; ea verò, quæ habentur in hoc libro, dicta fuerūt in menſe primo anni ſecundi exitus de Aegypto, vt colligitur ex his, quæ declarata fuerunt præcedenti cap. in fine: Non ergo eodem tempore præcepta iſtorum librorum data fuerunt. Etiam patet: quia non ſunt data etiam in eodem loco: nam ea, quæ habentur à 25. cap. Exodi, vſque ad finem, data fuerunt in monte Sinai: quoniam aſcendit Moyſes in montem Sinai, & ſtetit 40. diebus cum Domino, vt patet Exodi 24. cap. & loquutus fuit ei omnia, quæ habentur à principio c. 25. vſque ad 32. in quo agitur de deſcenſu eius; cetera verò quæ ſequūtur in eodem libro, ad hiſtoricam narrationem pertinent, & non continent aliquod præceptum; ea verò, quæ habentur in hoc libro per totum, & in libro Numer. vſque ad cap. 10. dicta fuerunt in Tabernaculo fęderis, & I non in cacumine montis Sinai, vt patet ſupra, 1. & Numer. 1. cap. Sed ſi inquiratur de præceptis, quæ habentur in hoc libro: ſolum dubium eſt, an eodem tēpore, ſcilicet, cōtinuata eadē prolatione, data fuerint, vel diuerſis temporibus. Aliqui autem reſpondent, quòd omnia iſta audiuit Moyſes in monte Sinai à Domino, quando aſcendit illuc bis 40. diebus ſtans coram Domino, ſcilicet, ad recipiendum tabulas, & ad orandum pro peccato fabricationis vituli, de quo dictum fuit Exo. 33. c. & huic dicto concordat ſententia Hebræorum: quando enim aliqui quærunt, quæ cauſæ ſubeſſet quod tanto tēpore Moyſes cum Domino moraretur in monte; reſpondent, ꝗ inſtruebatur in quæſtionibus legis, & dicunt, quòd fortè iſtæ ſunt quæſtiones quas ibi didicit; & tenendo iſtum modum, dicunt, quòd omnia iſta præcepta ſimul audiuerit. Et quādo alias K dicit, quòd diuerſis temporibus dicta fuerint, quia multoties ibi repetitur iſta clauſula: & loquutus eſt Dominus ad Moyſen, quæ eſt principium alicuius locutionis: & volunt aliqui, quòd quoties dicitur loquutus eſt Dominus, tot fuerint loquendi vices, & diuerſa tempora. Reſpondent ad hoc, quòd non ponitur ſæpius (loquutus eſt) ad denominandum diuerſa tempora loquendi, ſed ad deſignandum diuerſas ſententias, & varia orationum principia, quia per hoc deſtinguuntur. Sed dicendum eſt fundamentum iſtorum eſſe falſum, ſcilicet, quòd iſta dicta fuerint in monte Sinai: nam, vt patet ſupra, 1. cap. fuerunt dicta in Tabernaculo fœderis, & iſtud non erat in cacumine montis Sinai, nec erat factum quando Moyſes ſtetit cum Domino in monte: ſed poſtea, vt apparet ex proceſſu libri Exodi: nam aſcendit Moyſes in montem, & ibi data fuerunt præcepta de fabricando Sanctuarium, vt

Reſolutio Auctoris.

patet

patet Exodi 24. iunctis ſequentibus. Poſtea autem deſcendit ſecunda vice de monte, & incępit fabricare, vt patet Exodi 34. cap. iunctis ſequentibus. Dicendum autem eſt, quòd præcepta iſta data fuerunt diuerſis prolationibus, quamquam omnia in eodem menſe, vt probatum fuit ſupra, 16. cap. quædam mandata fuerunt in principio erectionis Sanctuarij, alia verò poſt conſecrationem Sanctuarij, & Sacerdotum, ſcilicet, poſt octauam diem à conſecratione, in qua mortui fuerunt Nadab, & Abiu. nam ſupra, 16. c. dicitur, quòd præcepta, quæ ibi habentur, data fuerint ex morte Nadab, & Abiu. conſtat autem, quòd multa alia, quæ in hoc libro habentur, data fuerint ante mortem eorundem, vt probatum fuit ſupra 1. cap. & quamquam iſta præcepta in diuerſis prolationibus data fuerint, non ob id oportet dicere, tot fuiſſe vices. & varia tempora proferendi, quoties dicitur: Et loquutus eſt Dominus ad Moyſen; quia iſta clauſula magis fuit poſita ad diſtinguendum ſententias, quàm diuerſa tempora loquutionum.

Sed obiiciet aliquis, quòd omnia iſta continuata prolatione dicta ſunt, quia non interponuntur aliqua incidẽtalia facta temporum. Reſpondendum eſt, quòd aliqua interponuntur: nam ſupra 24. capite, dicitur de illo, qui blaſphemauit nomen Domini, & quomodo lapidatus fuerit, ſupra, 10. cap. interponitur de morte Nadab, & Abiu; aliqua ergo ſunt incidentalia. Sed adhuc reſponderi poteſt aliter, quòd Deus non poſuit aliqua incidentalia facta in hoc libro, quia totum tempus in quo data fuere iſta præcepta, fuit paruum, ſcilicet, vnius menſis, vt ſupra dictum fuit: & in hoc non acciderunt aliqua facta, quę memoraui, & ſtylo digna eſſent, præter mortem Nadab, & Abiu, & mortem blaſphemantis, quæ huic libro inſerta fuerunt. Aliter reſponderi poteſt, quòd quamquam aliqua facta intermedia accidiſſent, tamen Deus volebat dare Sacerdotibus modum in cærimonijs ſuis inter ipſum, & populum; ideo totum quod ad eorum pertinebat officium, ſimul poſuit, nihil interſeri faciẽs: ideo ab officio Leuitarum liber iſte Leuiticus nomen accepit;

A ſed quod fortius eſt, quamquam aliqua geſta eſſent huius temporis, tamen non interponerentur hic.

Item motiuum eorum nihil agit, ſcilicet, non interponuntur hic aliqua incidentalia, ergo omnia iſta ſimul dicta ſunt. Non valet conſequentia: nam hoc ex Legiſlatore dependebat ſcribente iſta, & ex Deo dirigente eum in ſcribendo. Nam etiam ſi omnia iſta ſimul data fuiſſent vnica prolatione; tamen poterat ſcriptor interponere aliqua, quæ tunc accidiſſent, quando iſta ſcripta fuerunt; vel ſi paulo ante, aut poſt accidiſſent, vtendo recapitulatione, vel anticipatione, ideo non valet iſta conſequentia: iſta præcepta ſcribuntur nullo accidentali facto intermedio, ergo ſimul dicta ſunt. Nec valet econtrario, iſta præcepta referuntur interpoſitis ibi quibuſdam accidentalibus: ergo non fuerũt ſimul dicta. Nam cuiuſlibet horum
B contrariorum contradictorium dari poteſt in veritate. Patet ergo ex ſuperioribus, quòd omnia iſta præcepta non fuerunt dicta ſimul, ſed per aliquas interpolationes. *Quæ mandauit Dominus Moyſi ad filios Iſrael*, id eſt, Deus mandauit Moyſi, vt referret Iſraelitis iſta præcepta: quia primo Deus dabat illa Moyſi, deinde mandabat, vt ipſe recitaret Iſraelitis. Et non ſolum intelliguntur hic filij Iſrael, ſed etiam omnes, qui aſcenderunt cum eis de Aegypto: quia omnes recipiebant iſta præcepta, & obligabantur ad ſeruandum ea, & ſi contra feciſſent puniebantur ſicut Iſraelitæ, vt patet ſupra, 17. cap. & 19. & in alijs locis. ſed nominantur Iſraelitæ, quia erant principaliores. *In monte Sinai*, id eſt, omnia iſta præcepta data fuerunt in monte Sinai. Non eſt intelligendum, quòd data fuerint in cacumine montis, ſi-
C cut fuerunt datæ Tabulæ, & præcepta de conſtituendo Tabernaculo: ſed fuerunt data in monte, id eſt, apud montem, ſcilicet, in Tabernaculo fœderis, vt patet ſupra, 1. cap. nam totus populus caſtrametabatur in circuitu montis, vt patet Exodi 19. cap. & inter eos manebat Sanctuarium in medio caſtrorum diuiſorum in quattuor partes, & ibi data ſunt præcepta. de his Numerorum 2. capite.

Expoſitionis litteralis Alphonſi Toſtati in Leuiticum finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm

Nn Oo Pp Qq.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Qq Ternio.

VENETIIS, Ex Typographia Ioannis Salis.

M. DC. XIIII.

Digitized by Google